2579

2549

ÆRARIUM
VANGELICUM:

HOC EST

NGELIORUM TOTIUS ANNI,

SCILICET

dventu usque ad Feriam quartam Cinerum, & à
IV. Cinerum usque ad Pascha Resurrectionis Domini, per singulas
nas; ac demum à Paschate Resurrectionis Domini nostri usque ad Adventum,

ANES DOMINICAS PER SINGULOS VERSUS
in Sensu Literali, Morali, & Anagogico

ELUCIDATIONIS

TOMUS PRIMUS.

ARIORUM LOCORUM S. SCRIPTURÆ DIFFICILLIMORUM
diluc dâ Expositione tanquam auro, Sententiarum, SS Patrum ponderatis Authoritatibus velut gemmis pretiosis, aliisque variorum curiosissimorum ex ipsomet contextu Evangelico depromptorum Conceptuum moralium divitiis Gazæ instar copiosissimè locupletatus;
PRIMO QUIDEM OPERA ET STUDIO
ADMODUM REVERENDI, ET DOCTISSIMI DOMINI

D. JOSEPHI MANSI,

CONGREGAT. ORATORII S. PHILIPPI NERII ROMÆ PRESBYTERI,
AC CONCIONATORIS CELEBERRIMI Italicè conscriptus,
Demum verò ex Idiomate Italico in Latinum ad usum Concionatorum traductus, diu desideratus, & nunc pridem Typis publicis in lucem editus. Cum Indicibus necessariis.



Tobias Math. Falk
1732

DEC. BIBLIOTHEK LEOBSCHUTZ

COLONIÆ AGRIPPINÆ

Sumptib. WILHELMI METTERNICH, Bibliopolæ
Sub Signo Gryphi. Anno M. DCC. XXVI.
Cum Permissu Superiorum.

Maa 4 fl. 6



AUTHORIS AD LECTOREM PRÆFATIO.

PRomptuarii ſacri quatuor Tomos, benigne Lector, pro occurrentibus per annum Sanctorum ſolemnitatibus ante biennium in lucem edens, unicum duntaxat pro Evangeliis Dominicalibus elucidandis Tomum promiſeram, neque enim animus mihi erat in Feriarum Quadrageſimalium elucidando calami mei induſtriam extendere: Quia verò poſt Dei Opt. Maximi gloriam, quam qualicunque opella mea augeri & propagari in toto corde meo unicè deſidero, tuæ inſuper utilitati ſtudiorumque, quæ per Verbi Dei prædicationem in culturam adhibes animarum, commoditati & facilitati promovendæ deſervire enixè cupio! operæ pretium futurum eſſe ratus ſum, ſi in hoc ærarium eas quoque SS. Patrum ſententias, locorumque ſacræ Scripturæ difficilium animarumque profectui deſervientium explicationes, & qui ad ſtudium tuum promovendum Conceptuum mihi occurrentium varietates, velut amplos theſauros atque divitias congererem & accumularem, quas Evangeliorum per ſingulas Quadrageſimæ Ferias occurrentium explicationi deſervituras eſſe arbitrabar; Quod conſilium dum in Tui gratiam executus ſum, Tomum hunc unicum in tres Tomos neceſſariò diſpeſcendum eſſe deprehendi, quorum primò illa exponerentur Evangelia Dominicalia, quæ à prima Dominica Adventus uſque in Dominicam Quinquageſimæ incluſivè Chriſti fidelibus proponit ſancta mater Eccleſia. Secundus verò in omnes excurreret totius Quadrageſimæ Ferias. Tertius denique omnia quæ à Paſchate Reſurrectionis Domini noſtri uſque ad ultimam Dominicam poſt Pentecoſten occurrunt Evangelia abſolveret; quòd conſilium noſtrum tibi minimè diſpliciturum eſſe confido, cum hac ratione nullum in totius anni curriculo ſit Evangelium, quòd noſter non perſtringet Commentarius, iiſque non perfunctoriè, obiter, & per tranſennam, ut ajunt, concinnatus, ſed ſinguli Evangeliorum verſus ſigillatim à me conſiderantur, & quæ in iis latent ſive literales difficultates, ſive ad mores fidelium formandos aptæ allegoriæ ex SS. Patrum ſacratiſſimis pignoribus decerpta, non verò ex ingenii mei debilitate confictæ, ut ſolidius doceas, efficacius perſuadeas, ac demum de animarum comparato lucro ſecurius triumphes.

AD LECTOREM.

Opus hoc de induſtria Ærarium Evangelicum appellatum eſſe volui quia verè me dicere poſſe videor. Protuli de ſacris theſauris nova & vetera; ſiquidem illud probatiſſimis Claſſicorum, ſolemniumque Interpretum expoſitionibus raris aptiſque ſacræ Scripturæ locis, ſanctorum Patrum ſelectiſſimis ſententiis, nec non conceptuum moralium varietate & multiplicitate locupletare conatus ſui; Coſmographorum nimirum conſuetudinem imitari ſtudui, qui per puncta & lineas in Mappa mundi expreſſas, amplas civitates & vaſta, ac navigabilia indicant flumina, dum & ego ſacrorum Expoſitorum ſectatus veſtigia, ſpiritualium Evangelicorum inſinuo documentorum varietatem, & hæc quidem ne Tomi in immenſum excreſcant, magna cum brevitate tranſcurro, quia hunc mihi ſcopum & finem propoſitum habeo, ut currentia nimirum Evangelia obiter materias morales indicando potiùs, quàm prolixius proſequendo tranſcurram, quia doctrinas morales in hoc opere obiter tantùm inſinuatas ampliandi campus ingens ſubminiſtrabitur in millenis & amplius dudum à me promiſſis diſcurſibus; Etenim ex ea Præfatione, qua te, O benigne Lector, in primo Tomo Promptuarii ſacri dudum ſum allocutus, tibi utique, ſi meminiſſe placuerit, perſpectum erit, qualiter Decem alios Tomos Bibliothecæ moralis prædicabilis de virtutibus & vitiis, aliiſque materiis moralibus, per Alphabeti literas, & formatos in ſingulis Alphabeti literis haud incultos diſcipulos digeſtos tibi promiſerim, qui tamen poſt reviſas à me ſingularum dictionum & diſcurſuum materias, eo uſque excreverunt, ut non dubitem jam non decem, ſed ſedecim & amplius ſolidos Tomos inde naſcituros eſſe, è quibus jam de facto anno ſuperiori ſcilicet 1666. Venetiis per Hæredes Franciſci Storri tres priores Tomi, quatuor priores Alphabeti literas A. B. C. D. perſtringentes prodiere in lucem, quos duo alii hoc anno 1667. ſubſequentur, utpote de facto in hac alma Urbe ſub prælo quotidiano ſudantes, qui tres ſequentes complectuntur ejuſdem Alphabethi literas E. F. G. quos ſi Deus tuis pro mea incolumitate & integritate virum effundendis precibus permotus vitam longiorē impertiri dignabitur, duo alii ſingulis quibuſve annis excipient, quos ſi ſtudiosè pervolveris, nullum mihi dubium eſt, qui ſingulas in hoc Ærario Evangelico obiter inſinuatas materias amplè ſatis extendere valebis.

Enimverò ſicuti omnem tibi in allegatis Patrum & Doctorum authoribus promitto fidelitatem (dummodo quod Typographis & Correctoribus valde ſolemne eſt, nullum inferant ſtudio & induſtriæ meæ præjudicium) ita econtra exiguam me curam habuiſſe profiteor, ut quæ in hiſce Tomis expono, terſo ſtylo, aut eximiâ linguæ culturæ, aut exquiſito elo-

quentiæ

quentiæ ornatu in medium proferam, quia (ut in primis Promptuarii Tomis tibi ſolemniter ſum proteſtatus) materiam duntaxat informem, eamque ad inſtar copioſæ cujuſdam catenæ contextam tibi ſubminiſtrare contendo, quam tanto tibi acceptiorem gratioremque fore confido, quanto minus in ea, quòd à meo ingenio emanarit, es deprehenſurus.

Initio quidem dum haſce lucubrationes meas in lucem edidi, ſoli Italiæ dilectiſſimæ Patriæ meæ, cui divini Verbi pabulum pro ratione inſtituti mei, quod profiteor, quotidie ſubminiſtro, ſervire ſtudui, ideoque illas in lingua vernacula Italica typis ſubjiciendas commiſi, ſed quæ ſingularis eſt Dei communi Eccleſiæ bono proſpicientis providentia, Interpretem lucubrationum mearum nactus ſub fideliſſimum, mihique hic Romæ conjunctiſſimum, qui ſingulari proximum juvandi, tuæque pariter utilitati conſulendi ſtudio accenſus, hunc ſibi laborem vendicare non dubitavit, ut dum in Germania conſtitutus procul à nobis abeſſet, Quatuor primos Promptuarii ſacri Tomos, ut aliis quoque nationibus prodeſſet labor meus, latinè loqui docuit, nunc in aliis quoque ſubſequentibus Operibus noſtris editis & edendis eundem ſubire laborem non vereatur; huic debes, quiſquis es in Ultramontanis nationibus benignè Lector, quod in lingua tibi non ignota à te intelligi poſſim, cujus tu proinde laborem ne ſpreveris, utpote quem in hactenus latinè editis operibus meis expertus ſum Interpretem fidelium, qui in cunctis verſionibus ſuis germanâ, ſibique congenitâ ſynceritate uſus, illud interpretandi genus adhibuit, quo ſenſum mentemque meam ita ſyncerè expreſſit, ut ne verbo quidem à mente doctrinaque à me tradita receſſerit.

Supereſt igitur, benigne Lector, ut te etiam atque etiam rogem, ut æqui bonique bonam meam, & interpretis mei conſulas voluntatem, noſtræque utriuſque debilitati compatiens Deum roges, ut vires vitamque utrique eouſque largiatur, donec perficiatur quod reliquum eſt operis noſtri, quod certè nullo alio ſum fine aggreſſus, quàm unicè, ut ſuprà dixi, deſidero, ſaluti cooperari poſſim animarum, Deique Optimi Maximi majori gloriæ adaugendæ ſubſerviam, quæ utique in eo vel maximè eluceſcit, quòd inſtrumento uti dignatus fuerit adeo debili, quale me eſſe profiteor; veriſſimum namque eſt, quod ſcribit Apoſtolus: *Infirma mundi elegit Dominus.*

APPROBATIO CENSORIS DELEGATI.

EX *Commissione Reverendissimi Patris F. Raymundi Capisucchi, Sacri Palatii Apostolici Magistri, Ego infrascriptus attentè perlustravi Opus, cui titulus* : Ærarium Evangelicum in universam Quadragesimam, & omnes totius Anni Dominicas, *ingenti studio Admodum Reverendi Patris Josephi Manse Congregationis Oratorii elaboratum, de quo sanè mirandum est, quòd in paucos libros integram fermè sanctorum Patrum, ac probatissimorum Authorum Bibliothecam feliter congesserit. Quare Concionatorum commoditati, cunctorumque studiosorum utilitati maximè consoletur, ut hoc Opus publicæ luce donetur, cùm nihil contineat sanæ orthodoxæque doctrinæ non consonum ; imò cunctis æternæ salutis iter ostendat. Romæ in Conventu S. Mariæ super Minervam. Die* 21. *Aprilis.* 1661.

Ego Fr. Paulinus Bernardinus, S. Theol.
Mag. Ord. Prædicatorum.

IMprimatur, si videbitur Reverendissimo Patri, Sacri Palatii Apostolici Magistro.

O. Archiepisc. Patrac. Vicesgerens.

IMprimatur.

F. Raymundus Capisucchus Magister Sacri Palatii Apostolici Ordinis Prædicatorum.

ÆRarium *Evangelicum, hoc est, Evangeliorum totius Anni, in omnes Dominicas Elucidationis Tomos tres, ab Adm. Reverendo, Eximio*

mio & Clariſſimo Viro ac Domino, D. JOSEPHO MANSI, Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, U. J. Doctore profundiſſimo Italicè conſcriptos, in idioma latinum traductos legi, & ob contentam in iis per omnia ſanam doctrinam, claras S. Scripturæ, ſanctorumque Patrum expoſitiones, ſubtiles & curioſos Auctoris conceptus dignos deprehendi, qui in utilitatem Concionatorum, & ſacræ Scripturæ ſtudioſorum lucem videant. Datum Coloniæ in Conventu S. Auguſtini. 1668. 28. *Julii.*

Fr. Joannes Schweitzer, Ord. Erem. S. P. Auguſtini, S. Theol. Doctor, & Profeſſor, Conventus Colon. Prior, m.p.

QUàm arctè alii ſua gazophylacia oppeſſulant, tam prodigè ſuum Evangelicæ Literaturæ *Ærarium* 1. *Machab.* 3. 28. *aperuit* Admodum Reverendus & Clariſſimus Dominus JOSEPHUS MANSUS, in quo quot præclara Documenta proponit, tot ſubtilium conceptuum opes ſuppeditat. Nam tam dextrè ſua monita diſponit; ut etſi ex ſe præclariſſima ſint, ſemper tamen ſanctorum Patrum Cimmeliis illuſtrat, parens Ennodio *Lib.* 3. *Epiſt.* 26. *Exponit cenſuræ ſententiam ſuam, quiſquis quod elegit, non tuetur.* Tam largiter ſuæ doctrinæ figuram offert, *Ut malit potius implere cauſam, quàm paginam,* ex monito Sidonii *Lib.* 4. *Epiſt.* 3. Denique tam ubere brevitatè Concionatoriam ſuppellectilem communicat, ut *tamen nullum damnum intelligentiæ fiat,* ex præcepto *cit. Sidonii.* Quare cùm, Manſus, ſit locus manendi pro colonis juxta *Bald. in l. penult. de conditionib. inſert.* Nedum hoc Ærarium complectens conciones in omnes totius Anni Dominicas judico digniſſimum, ut pro Eccleſiæ incremento, & Eccleſiaſticorum documento Typis evulgetur; ſed & Biblici Agni Colonos, ſeu Concionatores, meritò invitandos cenſeo, ut apud D. *Manſum* in ſuo *Manſo*, in quo ſunt plurimarum doctrinarum *Manſiones Joan.* 14. 23. *Manſionem faciant.* Dabam Coloniæ in Conventu S. Crucis, Ord. Prædicat. Anno 1668. 5. Auguſti.

Fr. Henricus Hilden, Ord. Præd. S. Theologiæ Licentiatus & Profeſſor.

INDEX

INDEX EVANGELIORUM

Hujus Primi Tomi, ab Adventu usque ad Feriam quartam Cinerum.

Dominica I. Adventus. *Erunt signa in sole, luna & stellis*, Luc. 25.

Dominica II. Adventus. *Joannes cum audisset in vinculis opera Christi*, Matth. 21.

Dominica III. Adventus. *Miserunt Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas.* Joan. 1.

Dominica IV. Adventus. *Anno quintodecimo Imperii Cæsaris*, Luc. 1.

Domin. infra Octav. Nativit. *Et erant pater ejus & mater mirantes*, Luc 2.

Domin. I. post Epiphaniam. *Cùm factus esset JESUS annorum duodecim.* Luc 2.

Domin. II. post Epiph. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ*, Joan. 2.

Domin. III. post Epiph. *Cùm descendisset Jesus de monte, &c.* Matt. 8.

Domin. IV. post Epiph. *Ascendente eo in naviculam.* Matth. 8.

Domin. V. post Epiph. *Simile est regnum cœlorum homini qui seminavit.* Matth. 11. (Matth. 13.

Domin. VI. post Epiph. *Simile est regnum cœlorum grano Sinapis.*

Dominica Septuag. *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit.* Matth. 20.

Domin. Sexagesimæ. *Cùm turba plurima convenirent, & de Civitatibus, &c.* Luc 8.

Domin. Quinquag. *Assumpsit Jesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus*, Luc. 18.

DOMI-

DOMINICA I. ADVENTUS

EVANGELIUM

Luc. cap. 21. v. 25.

v. 25. *ERunt ſignæ in ſole, luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitûs maris, & fluctuum. 26. Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ ſupervenient universo orbi; nam virtutes cœlorum movebuntur. 27. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & majeſtate. 28. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra, quoniam appropinquabit redemptio veſtra. 29. Et dixit illis ſimilitudinem: videte ficulneam, & omnes arbores. 30. Cum producunt jam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt æſtas. 31. Ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote quoniam prope eſt regnum Dei. 32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. 33. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.*

Verſus 25.

Erunt ſignæ in ſole, luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitûs maris & fluctuum.

1. INter alia excellentiora fidei noſtræ myſteria, ſpecialem ſancta mater Eccleſia, in imprimendo fidelium ſuorum mentibus, finalis judicii tremendo die, induſtriam adhibet: ſiquidem annum, qui Eccleſiaſticus appellatur, per Evangelia de hoc myſterio diffusè tractantia terminat pariter & hodiernâ Dominicâ inchoat, atque inſuper feria 2. poſt Dom. I. Quadrag. illud ipſum iteratò proponit. Similiter quando Deus ſe primitus in totius univerſi creatione cognoſcendum præbuit, ſcriptura ſacra illum nobis pariter judicem exponit; etenim ut Cajetanus acutè obſervat, ubi noſtra vulgata legit: *In principio creavit Deus cœlum & terram*, In Hebraico textu, loco ly *Deus*, ly *Judex* exprimitur, ad denotandum videlicet, quod idem ille, qui tanquam Creator mundum ex nihilo produxit, eundem quoque tanquam Judex in fine ſæculorum ſit poſiturus in exterminium. Adhæc in ultimo ſermone, quem immediatè ante Paſſionem ſuam ad diſcipulos habuit, primò quidem per varias parabolas, demum verò claris verbis de judicio finali prolixè diſſeruit; quando pariter in conſpectu Caiphæ tanquam reus judicandus conſtitutus fuit, illius quoque mentionem ſubindicavit. Denique poſt ſuam in cœlos aſcenſionem, immediatè duos Angelos ad idem judicium intimandum miſit, dicentes: *Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eumeuntem in cœlum*; idque nulla alia de cauſa toties repetitur, quam quia, ut S. Paſchaſius ait: *Judicii timor ſchola pietatis eſt.* *Matt. c. 25.* *Matt. 26. v. 64. Act. Ap. 1. v. 11.* *S. Paſch. lib. 11. in Matth.*

2. Etenim benigniſſimus Salvator noſter, utpote ſalutis noſtræ cupidiſſimus, nos omnes pro ſuo in mentes noſtras adventu bene præparatos eſſe deſiderat, ne prorſus indignè illum recipiamus: *In adventu ſummi Regis mundentur corda hominum, ut dignè ambulemus in occurſum illius:* Hæc autem purificatio à nobis per ſeriam futuri diſtricti judicii meditationem ſecurè obtinebitur. Unde Chryſolog. ſuper illa ſymboli verba: *Judicaturus eſt vivos & mortuos*, ſcribens, dicit: *Si credimus venturum judicem, innocentes judici nos præparemus.* David, è cujus progenie Redemptor noſter carnem ſuſcepit, quemnam modum adhibuit, ut vir ſecundum cor Dei fieret? *Chryſol. ſer. 59.*

Ps. 100. v. 2. Ipsemet respondet, dicens: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, id est*, ut Hugo Cardinalis ait, *ut judicem*; Quemnam verò fructum ex hoc salutari exercitio reportavit? *Quoniam à dextris est mihi, ne commovear: Ut judicem timeamus*, inquit idem Hugo, *quia non solùm videt, quæ facimus & cogitamus, sed & districtè judicabit. Unde Prov. 20. v. 8. Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo, id est, Christus quem homo in corde suo statuit judicem, intuitu suo dissipat omne malum.* Eodem quoque fine, Christus nobis in majestate regia præfulgidus ab Ecclesia ob oculos ponitur, unde in principio officii dicit: *Regem venturum Dominum venite adoremus*, nimirum ut eidem per finalis judicii piam meditationem devoti obsequamur & occurramus, quia *honor Regis judicium diligit*, ùt Propheta Regius ait: qui idem alibi homines perperam viventes, ad vitæ emendationem, & conversationem irreprehensibilem exhortatur, dum ait: *Dixi iniquis, nolite iniquè agere*; quonam verò motivo utitur, ut eis hanc vitæ innocentiam inculcet? hoc nimirum: *Quoniam Deus judex est.* Et ideo S. Joannes Damascenus ait: *Fratres charissimi, lectionem de judicio attento corde audite & memoriter retinete: qui enim lectionem istam mente diligenti attendit, etiamsi reliquas scripturas minimè intelligat, hac sola sufficere potest ad omne opus bonum faciendum, & ad omne opus malum effugiendum.* Solent communiter ætati hominis magis lubricæ magistri & prædagogi adhiberi, qui eos in bonis moribus instruant, suáque vigilantiâ eos à præcipitiis obviis abarceant. Jam vero, ut S. Basilius ait: *Timor judicii pædagogus est ad pietatem, & ideo mirum non est, quod ii qui hunc pædagogum non admittunt, in omnia scelera præcipites corruant*; undè Psalmista postquam dixisset: *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore*, illius mox rationem subjungit, quia *auferuntur judicia tua à facie ejus.* Unicum offendiculum, quod majorem animarum partem irreparabiliter cadere facit, est, quòd ad rigorosissimum illud examen meditandum, quod etiam de minimo verbo otioso reddendum erit, minimè se applicent: *Propter quid irritavit impius Deum? Dixit enim in corde suo: non requiret.*

Ps. 15. v. 8. Hugo Card. ibid. Ps. 98. v. 4. Ps. 74. v. 5. S. Iohan Damas. de die judic. S. Basil. to. 3. de judic. Ps. 9. v. 5. ib. v. 6. Ps. 9. v. 13.

3. Sanctus Gregorius in Homi[illegible] die ad matutinum lecta, aliam no[illegible] sam subindicat, ob quam hodie E[illegible] um legatur de judicio disserens; dicit [illegible] *Dominus ac Redemptor noster paratos [illegible] invenire desiderans, senescentem mund[illegible] quæ mala sequantur, deuuntiat, ut nos [illegible] ejus amore compescat*; Etenim amor, quo in creaturas ferimur, magno nobis est obstaculo, quò minùs creatorem nostrum ea qua oportet cum reverentia recipiamus & amemus; ac proinde hodie nobis totius universi desolatio, omniumque rerum creatarum exterminium ob oculos ponitur, ut affectum nostrum ab iisdem divellamus; nam ut S. Maximus ait: *Christianus qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem.* A terra igitur cunctisque terrenis alienus esto, si vis recipere Salvatorem, eúmque tuum efficere.

S. [illegible] 48 app. S. Aug.

Erunt signa in sole.

4. Credibile est, verba hæc relationem dicere ad interrogationem ab Apostolis Christo propositam hisce verbis, apud S. Matthæum relatis: *Quod signum adventûs tui, & consummationis sæculi?* signum igitur finis mundi, convulsionis cœlorum, ultimique exterminii, in quod elementa, omnésque aliæ creaturæ redigentur, in sole, luna, & stellis manifestè conspicietur. Quotidiuna nos experientia docet, quòd patrefamilias in aliqua domo occiso, vel graviter læso, subitò omnes filii, servi, aliíque domestici ad vindicandam Domino suo illatam injuriam certatim accurrant; *Sic instante die novissimo*, inquit Dionys. Carth. *universitas creaturarum contra impios & ingratos armabitur ad ultionem*; Unde in Job dicitur: *Revelabunt cœli iniquitatem ejus & terra consurget adversùs eum*; In sapientia pariter habetur: *Creatura factori deserviens exardescit in tormentum adversùs injustos.* Porrò creaturæ peccatori subjiciuntur, ratione potentiæ obedientialis, quia ita eis Deus præcepit; cæterùm verò si liberæ forent, quovis utique momento, ad vindicandum injurias communi ipsarum creatori illatas, suam adversùs impios conceptam iram ardentissimo zelo evomerent: Interim verò summa cum impatientia diem illum præstolari

Matt. 24. v. 3. Dionys. Carth. ser. 5. in Dom. 1. Advent. Job. 20. v. 27. Sap. 16. v. 24.

&

& deſiderate videntur, quo ab hac ſubjectione liberatæ, intimum doloris ſenſum. quem ex injuriis Deo illatis percipiunt, manifeſtè ſignificare poſſint; id quod Apoſtolus forte indicare voluit, quando ait: *Exſpectio creaturæ revelationem filiorum Dei exſpectat; vanitati enim creatura ſubjecta eſt non volèns, ſed propter eum, qui ſubjecit eam in ſpe, quia & ipſa creatura liberabitur à ſervitute*, quod in die finalis judicii futurum erit, ac proinde tunc omnes creaturæ contra impios conjurabunt, ad illos diſperdendos, præterquam quod divina quoque juſtitia illas velut furoris ſui inſtrumenta adhibitura ſit: *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum; pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.*

Sap. 5.

Dionyſ. Carth. ſer. 5. cit.

5. Dionyſius Carthuſianus dicit, quòd, ſicut Princeps aliquis bellum aggreſſurus, primò generale quoddam armorum & exercitus ſui luſtrum inſtituere ſolet; ita quoque priusquam Judex ſupernus in magnifico ſuo throno judicaturus conſidere incipiat, primò vindicativæ ſuæ juſtitiæ arma luſtrabit: *Sicut bello imminente fieri ſolet armorum oſtenſio, ſic ante noviſſimam ultionem oſtendet omnipotens creaturam armatam, ad exercendam injuriarum ſui creatoris vindictam*; ac proinde ſol velut generalis belli dux ad perterriendos viventes peccatores tenebroſus apparebit, ſimulq; cum aliis planetis coram cœlo veluti proteſtabitur, quòd lumen ſuum malis omnino invitus, & divino præcepto coactus miniſtraverit, & conſequenter ad oſtendendam, quam de offenſa Dei habuit diſplicentiam, & in pœnam temeritatis, qua ſuâ fuerunt luce peſſimè abuſi, lucem ſuam eis tunc ſubtrahet: *Juſtè eis ſol obſcurabitur*, inquit Salmeron, *atque indignabitur, qui lumine abuſi ſunt ſuo ad flagitia perpetranda.*

Salmer. to. 4. tr. 39 p. 3.

Albert. Magn.

6. Albertus magnus quatuor in magno hoc planeta ſigna obſervat. Primum eſt, quia obſcurabitur; Unde S. Matthæus pro eo quod Lucas dicit: *Erunt ſigna in ſole*, ita ſcribit: *Sol obſcurabitur.* Et in Apocalypſi dicitur: *Sol factus eſt niger, quaſi ſaccus cilicinus.* Secundum ſignum ſive portentum eſt, quia in illa eadem domo, in qua in principio mundi creatus fuit, immobilis ſtabit, id eſt, in tremendo ſigno leonis; In cujus probationem textum illum Abacuc. 3. adducit, ubi dicitur: *Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarū ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ; In fremitu conculcabis terram, in furore obſtupefacies gentes.* Tertium ſignum, inquit idem Sanctus, *percuſſio* erit, quia rota ſolaris percutietur, id quod per id probat, quod Apocal. 8. dicitur: *Percuſſa eſt tertia pars ſolis*, quia à benignis influentiis ſuis terræ utiliter cōmunicandis deſiſtet. Quartū deniq; eſt *retroceſſio*, quia à curſu ſuo magis procul retrogredietur, quàm Ezechiæ tempore factum fuerit.

Matt. 24. v. 29. Apoc. 6. v. 12.

Habac. 3. v. 11.

Apoc. 8. v. 12

7. Lyranus dicit, quòd ſole juſtitiæ Chriſto ad judicium cum incredibili majeſtate prodeunte, luminaria alia tum majora tum minora, ejus luce obfuſcanda ſint: *Apparente claritate judicis obfuſcabitur claritas luminū ad præſentiam majoris luminis.* Idē quoque S. Chriſoſtomus à S. Thoma in catena citatus aſſerit, & expreſſius S. Hieron. his verbis: *Sol & luna obſcurabuntur, & non dabunt lumē ſuū, & cætera aſtra cadent de cœlo, nō diminutione luminis (alioquin legimus ſolem ſeptuplū habiturū liminis) ſed ut comparatione veræ lucis omnia viſui tenebroſa ſint.*

Lyr. in c. 3. Joël. S. Hier. in c. 24. Matt.

8. Veruntamē certum quoque eſt, quòd planetæ luminoſiſſimi per aliquod temporis ſpatium verè ſint obſcurandi: *Sol obſcurabitur: Luna non dabit lumen ſuum.* Unde Salmeron ait: Veraciter *ſol & luna cum cæteris ſideribus ad tēpus ſuo lumine intelliguntur privanda.* Ac proinde ſicut univerſa hæc vaſtaque mundialis machina ſuam à ſole vitam accipit; ita quoque ſole deficiente, & ſuos quaſi oculos occludente, ſignum erit, totum quoque univerſum interiturum eſſe. Unde Paulus de Palatio ait: *Solem obſcurari eſt mundum velut oculos ad mortem occludere. volunt enim Philoſophi; ſolem eſſe oculum mundi.*

Salmer. to. 4. tr. 39. p. 5.

Paulus de Palat in c. 2. Joël.

9. Dionyſius Carthuſianus dicit: *Luminaria cœli obſcurabuntur, ad inſinuandū, quòd impii indigni ſunt miniſterio & luce ipſorum.* At verò huic doctrinæ Carthuſiani objici poſſet, quod in Evangelio dicatur, quod benigniſſimus Pater, qui à S. Jacobo appellatur *Pater luminum, ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos*; Cui proinde reſpondetur, totum hoc verū eſſe, quamdiu æternus ille ſol demoratur in ſigno virginis, & quamdiu tempus illud durat, in quo *per viſcera miſericordiæ viſitabit nos*: fallit autē pro illo tēpore, quo ſol ille ingreſſurus eſt in ſignū leonis, pron-

Dionyſ. Carth. ſerm. 5. in Don.

Jacob. 1. v. 17.

faciet in noviſſimi judicii die; Etenim Joëlis cap. 3. ubi judicium finale in valle Joſaphat habendum eſſe inſuitur, poſtquam ſacer textus dixiſſet: *Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum*, hujus rationem immediatè reddens dicit: *Dominus de Syon rugiet, & movebuntur cœli & terra.* Similiter in cap. 1. Amos dicitur: *Leo rugiet, quis non timebit?* Quando Sol in Leone graditur, terra præ exceſſivo calore ardere videtur; ita quoque tunc *Ignis ante ipſum præcedet; exardeſcet ſicut ignis ira tua arefcentibus hominibus.* Terrere proinde unumquemque debet, quod S. Thomas de Villa Nova in hanc Dominicâ ſcribit: *Rugitus ejus ut leonis*, inquit, *tenebit prædam, & non erit qui eruat.*

Amos 3. v. 8.

Pſ. 96. v. 3. Pſ. 88. 47.

S. Thom. de Villa Nov. Conc. 1. in D. 1. Adv.

10. Tunc barathrum perditionis, omniumque fœcum, abominationū, enormiſſimorumque exceſſuum, qui unquam ab humana malitia, per omnium ſæculorum decurſus comiſſi fuêre, ſentina & cloaca aperietur, quæ fœtore ſuo univerſum aërē inficient, tetraque caligine obfuſcabunt, maximè cum peccata in Scriptura ſacra appellentur *Operatenebrarum*, & conſequētet, *qui malè agit oderit lucem.* Unde ipſimet ultro citroque ſe nunquam in veram lucem oculos ſuos defixiſſe fatebuntur: *Ergo erravimus à via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis*; quantò igitur minus id tunc facere audebunt, quando audituri ſunt: *Mittite eos in tenebras exteriores*, adeoque in terra quadam & perpetua caligine ſepulti jacebunt; imò quando, ut Author operis imperfecti de cœleſtibus hiſce planetis dicit, *obtenebrati noviſſimam Dei iracundiam demonſtrabunt, ut adhuc viventibus impiis ſuper terram, jam guſtus detur infernalium tenebrarum.*

Joan. 3. 20.

Auctor Imperf. hom. 49.

11. Haymo ſolis nomine Chriſtum, lunæ verò Eccleſiam, ſtellarum denique nomine, ſanctos myſticè intelligens, dicit: *Retraxerunt ſplendorem ſuum his qui cruciabuntur, neque enim mirebuntur, qui in pœna erunt, lumen juſtitiæ videre.*

Haym. in c. 3. Joël.

12. S. Antonius de Padua per hæc ſigna in ſole conſpicua, quinque Redemptoris noſtri vulnera ſpiritualiter intelligit, quibuſcum in judicio apparebit, ut reprobis, quod pretium ſanguinis ſui pedibus conculcaverint, efficaciter exprobrare poſſit: *Videbunt, in quem transfixerunt; Quæ quidem ſigna ſuerunt quinque vulnera in corre Chriſti.*

S. Ant. de Pad. ſer. in hac Dom.

Joan. 19. v. 37

13. Albertus Magnus luminaria cœleſtia, ob enormiſſimorum peccatorum horrorem, ſuos, ut ita dicam, oculos in die illa clauſura eſſe cenſet: *Non enim volunt videre luminaria cœli iniquitates impiorum.* Gloſſa autem à S. Remigio citata, aliter exponit, dum ait: *In quo die tormenta pereuntium, Sol & cætera ſidera non poterunt intueri, ſed retrahent fulgorē, ſeveritatē punientis aſpicere nō audebunt, nō quod dānanda ſint Dei judicio, ſed quia omnis creatura in tormentis aliorū, de ſuo judicio pertimeſcat.*

Albert. Mag. cap. Joe

Gloſſ. in Jo... ib

14. Iſaias Propheta quondam prædixit: *Erubeſcet luna, & confundetur Sol*; ubi Hugo Cardinalis ait: *Quaſi dicat, confundetur, ex rubore propter peccata veſtra.* S. Paſchaſius eodem modo loquitur, dum ait: *Horrore peccatorum abſcondet lumen ſuum*, quia ne infinitam illam innumerorum exceſſuum multitudinem videant, oculos ſuos, ut ita loquar, præ verecundia contegent, proteſtando ſe nullam unquam in iis habuiſſe partem. Didacus Stella autem dicit: *Vult obſcurari Solem & Lunam in deteſtationem peccati, ut deſtruat, & damnet, quæ ſerviunt peccato.* Idem Author aliam quoque conſiderationem adducit, nimirum quod obſcuritas iſta pariter nobis indicet, quod Deus vindicativæ juſtitiæ ſuæ enſem invitus ſtringat aut vibret; quotieſcunque enim caſtigandus eſt homo; *Iraſcitur* quidem, *ut faciat opus ſuum, ſed peregrinum eſt opus ejus ab eo*; ſicut enim ad pietatem exhibendam promptiſſimus eſt, ita ad puniendum ſemper eſt invitus. Unde Eccleſia dicit: *Deus, cui proprium eſt miſereri.* Dicit igitur præfatus Stella, quod quaſi erubeſcens videri ſe virgam manu ſtringere, aërem totaliter obſcurari voluerit, ne videretur. Veruntamen melius hæc ſolis obſcuratio potius exponi poteſt, quod ſit ſignum ſeveriſſimi cujusdam ſupplicii inferendi. In Iſaia dicitur: *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui; ſicut parturiens loquar, diſſipabo, & abſorbebo ſimul.* Porro quando quidam ſeveriſſimi ſupplicii exceſſus exprimendus eſt, dici communiter ſolet, quod puniens cæco modo percutiat; unde idem quoque hic futurum

Iſ. 2 Hug Cardin. in Luc. S. Paſchaſ. lib. 11. in Matth.

Didacus Stella in Luc.

Iſa. 42. v. 14.

turum erit, neque enim deinceps minimum pietatis veſtigium ſupererit, ut S. Petrus Damianus ait: *In judice furibundo, & miſericordiam neſciente*; Et ideo ſol obſcurabitur ad innuendum, quod cæcè quodammodo percuſſurus erit. Ideo quoque in Iſaia dicitur: *Nocte vaſtatus eſt murus Moab*; Ubi S. Baſilius ad propoſitum noſtrum dicit: *Quod nocte irrogatum ſupplicium atrocius eſſe ſolet & amarulentius.* Enimvero quod in Jeremia dicitur: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus*; idem quoque nos huic ſoli juſtitiæ adeo benigno & manſueto adaptare poſſe videtur. *Quomodo obſcuratus eſt, mutatus eſt?* Haymon ſuper illa verba: *Signa in ſole*, ita ſcribit: *Ubi ſpiritualiter ſolis nomine Dominus JESUS Chriſtus intelligitur, de quo ſcriptum eſt, vobis autem qui timetis Deum, orietur Sol juſtitiæ*; Hic in primo adventu *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*: At vero in hoc ſecundo adventu *Sol obſcurabitur; Factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus*; radii ejus mutati ſunt in fulmina, enſes, & lanceas: *Induet pro thorace juſtitiam, & accipiet pro galea judicium certum, ſcutum inexpugnabile æquitatem, acuet duram iram in lanceam; ibunt directè emiſſiones fulgurum, &c.*

Pet. Dam. n. 43.

1. 15. v. 1 S. Baſil. ibid

Thren. 4.

Haym. hom in D Ad

Pſ. 18. v. 6.

Sap. 5. 19.

Et luna.

15. Ordinariè & naturaliter conſequens eſt, quod orbe ſolari obſcurato, omnes quoque alii planetæ, quibus lucem ſuam communicat, obtenebrati remaneant. In primo Adventu cœli, omnesque planetæ certatim mundi Salvatori & Redemptori applaudebant: *Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt cœli; Rorate cœli deſuper*, ubi Septuaginta legunt: *Florete.* Firmamentum in illo adventu, novam miſit & inuſitatam ſtellam; Sol ſe triplici quaſi vultu in horizonte videndum exhibuit: at verò quando Deus noſter tanquam Judex implacabilis, ad mundum deſolandum, extirpandumque ab eo univerſum genus humanum, venturus eſt, *Fini terribili & luctuoſo, quaſi condolebunt cæli* (inquit Salmeron) *nec debuerunt hæc ſignificari augmento lucis, quia lux non perterrefacit, ut ejus abſentia; nec debebant ſtatione vel retroceſſione ſolis ſignari, quia hæc ſigna pro re parva data ſunt in veteri teſtamento.*

Salmer.

16. In S. Matthæo legimus: *Luna non dabit lumen ſuum*; Circa quæ verba Cajetanus aptè obſervat, quod *Non dicit: Non habebit*, ſed *Non dabit*; Apud Joëlem Deus prædicit: *Dabo prodigia in cœlo & in terra, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi, Sol convertetur in tenebras: & luna in ſanguinem, antequam veniat dies magnus & horribilis*; Ubi Paulus de Palatio ait: *Luna ſanguinolenta videbitur, Deo ſcilicet lunam eo colore tingente, ut ſignificet ſanguinariam venturi Judicis iram.* Porrò obſcuritas hæc non imaginaria, ſed vera erit, ex mente Carthuſiani dicentis: *Sol & luna, & cætera luminaria cœli, verè, & in ſeipſis obſcurabuntur, ad tempus, ad incutiendum terrorem hominibus.*

Cajet. in Matth.

Joël. 2. 30.

Paul. de Pal. in Joël.

Dionyſ. Carth. in Lucā.

17. S. Auguſtinus à Salmerone relatus, haſce in ſole, luna, & ſtellis futuras tenebras, & gentium preſſuras in noviſſimis diebus in Eccleſia, quæ *pulchra ut luna, electa ut ſol* appellatur, adimplendas eſſe exiſtimat, *quo ſignificetur, eam ſic obſcurandam, perſecutoribus in eam valde ſævientibus, ut non ſit amplius apparitura.* Haymo pariter per lunam Eccleſiam ſignificari agnoſcit: *Lunæ nomine Eccleſia deſignatur, ſicut ſcriptum eſt: Elevatus eſt Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo; Luna non dabit lumen ſuum, quia Eccleſia miraculorum fulgore tunc non reſpondebit*; Qui idem Haymo non ſolum verba Joëlis, ſed & ea quæ S. Joannes (cui tremendus ille Judicii dies revelatus fuit) in Apocalypſi ſcripſit nimirum: *Ecce terræ motus magnus factus eſt, & ſol factus eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis*, de Eccleſia exponit, dum ait: *Eccleſia pro veritatis teſtimonio martyrii colore ſanguinea erit*: nam in truculentiſſima Anti-Chriſti perſecutione, multi ſanguinem ſuum conſtanti animo generoſè pro fidei teſtimonio effundent.

S. Auguſt. in Heſychium.

Hay. hom. in Dom. 2. Adv.

Apoc. 6. 12.

18. Albertus Magnus per lunam in ſenſu ſpirituali ſanctiſſimam Virginem intelligit: *Per Lunam figuratur Virgo Maria, in hac ergo Luna, id eſt, Beatiſſima Virgine, factum eſt ſignum miſerabile, quia ſcilicet converſa fuit in ſanguinem*, quibus

Alb. Mag. in Dom 1. Adv. ſerm. 2.

bus verbis credibile eſt, ipſum decere voluiſſe, Beatam Virginem in illa die unà cum filio reprobis futuram fore implacabilem, tot eis ad eorum ſalutem ab ea ſubminiſtrata auxilia exprobrando, quibus fuêre inſolenter abuſi.

Matth. 25. v. 1. 19. *Luna non dabit lumen ſuum*, id eſt, omnis ad eam recurſus & refugium denegabitur, ptout non obſcurè in Parabola illa de decem Virginibus inſinuatur, quam ipſemet Redemptor noſter datâ operâ & ſtudio compoſuit, ad demonſtrandam, quæ in illo judicio exercebitur, examinis ſeveritatem; ſiquidem fatuæ virgines, quæ animas præſcitas præfigurabant, ad oſtium pulſare tentantes, clauſam illam deprehenderunt, ipſisque reſponſum fuit: *Neſcio vos*; Quid autem porta hæc aliud, quàm Virginis Mariæ figurabat interceſſionem, utpote quam Eccleſia hoc epitheto *Janua Cœli*, honorare conſuevit.

Et ſtellæ.

Dion. Car. ſer. 5. cit. 20. In Evangelio S. Matthæi dicitur; *Stellæ cadent de cœlo.* Ubi Dionyſius Carthuſianus ait: *Stellæ cadere videbuntur, quoniam comas igneas exſe ſpargent.* Salmeron verò

Salmer. ait: Per ſtellas intellig *crebros Cometes terribiles, ut in aëre ſignificetur commotio.*

Gloſſ. in c. 3. v. 15. Joël. 21. Gloſſa verba illa Joëlis, cap. 3. *juxta eſt dies Domini in valle conciſionis; Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum*, conſiderans, dicit: Reprobis *omnia videbuntur obtenebrari.*

Haym. in c. 2. Joël. Dom. 12. v. 3. 22. Haymo dicit: *Splendor quorundam fidelium ultima tribulatione deficiens obſcurabitur*, Porrò juſti, & maximè illi, qui alios in pietate erudiunt, ſtellarum titulo in ſcriptura inſigniuntur: *Qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ fulgebunt*; Harum verò ſtellarũ permultæ obſcurabuntur, eò quòd præ nimia debilitate propria, Antichriſti tormentis reſiſtere non poterunt. Cui conſonat, quod Salmeron hiſce verbis

Salmer. to. 4. tr. 39. p. 3. ſcribit: *Per ſtellas cadentes innuitur, multos quiquatiâ fulgere videbantur, perſecutionibus ceſſuros, & fideles firmiſſimos turbandos.* Etenim qui in Eccleſiæ firmamento ſtellæ fixæ eſſe credebantur, contremiſcent, & erraticæ ſtellæ efficientur, quia nimirũ ex falſa apparentia portentorum, quæ filius perditionis operaturus erit, faſcinabuntur, de quibus portentis Apoſtolus ſcribit hiſce verbis: *Cujus eſt adventus ſecundum operationem Satanæ, in omni virtute & ſignis, & prodigiis mendacibus, in omni ſeductione iniquitatis*, & maximè metu crudelitatis & violentiæ tormentorum perculſi & conſternati.

2. Theſſ. 2. v. 9.

S. Anto. de Pad. ſer. in D. 1. Adv. 23. S. Antonius de Padua hanc adducit expoſitionem: Stellæ, *id eſt homines viventes ceciderunt de cœlo, id eſt, firmamento, id eſt, ſtatu ſuo, in quo firmi ſtare, & diutius vivere credebant ſuper terram.*

Haym. in c. 6. Apoc. 24. Per ſtellas Haymo in Apocalypſin. ſcribens, ſanctos intelligit: *Stellæ cæli Sancti ſunt, qui in tenebris iſtius vitæ lucent, veluti in firmamento ſtellæ*, quoad hos credibile eſt, quod in illa die non ſolùm à communicanda reprobis lucealiiſque benignis interceſſionum ſuarum influentiis ceſſaturi ſint, verùm etiam quòd in illis implendum ſit illud Judicum, cap. 5. *Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo adversùs Siſaram pugnaverunt*, ac proide probabile, quod conſilia, admonitiones, cunctaq; alia auxilia, quæ illis in hac vita, pro ipſorum ſalute hactenus ſubminiſtrârunt, impiis graviter exprobrabunt, ſicut & bona exempla iisdem ab aliis exhibiar, orationes, aliaque bona opera pro ipſis facta, tot denique ſudores, quos in ſuis prædicationibus, laboribus, vigiliis, ſtudiis, peregrinationibus, jejuniis, &c. pertulerunt.

Iudic. 5. v. 20.

Hay. ho. in 2. D. Adv. 25. Idem quoque Venerabilis Doctor per haſce ſtellas obtenebratas hypocritas intelligi poſſe exiſtimat. Unde dicit: *Stellarum nomine in hoc loco deſignantur Hypocritæ, qui dum profeſſionem fidei habent in Eccleſia, quaſi ſtellæ inter aſtra fulgent, ſed ultima tribulatione imminente, ſtellæ cadent de cœlo, quia plurimi tunc ab Eccleſia recedens corpore, in qua priùs receſſerunt mente.*

Salmer. ibid. 26. Utiliſſimam eandem circa hæc luminaria cœleſtia moralitatem Salmeron adducit, dum ait: *Tu ergo quoties lumen Solis, Lunæ, vel ſtellarum videris, recordare, citò venturum tempus, in quo ſub adventum Iudicis mirabilis futura ſit mutatio.* In Eccleſiaſtico ſtupenda refertur audacia impiorum, contra Deum ſeſe armantium, qui & dicere non dubitârunt: *Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem*

Eccl. 23. v. 26.

re-

vereor? Sed turpiter falleris ô peccator, quisquis hæc cogitas, quia ecce veniet dies, in quo judex supremus *illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*, in conspectu cæli, terræ, & inferni, non obstante tenebrarum obscuritate, quâ omnia luminaria cœlestia obducta erunt, omnes iniquitates nihilominus revelabuntur, & tametsi peccata opera sint tenebrarum: ipsa tamen, non obstante horum planetarum caligine, abscondi nequaquam poterunt.

1. Cor 4.

Et in terris pressura gentium.

27. Nonnulli quidem per hanc gentium pressuram bella, seditiones, & tumultus intelligi existimant. Unde huc S. Bonaventura verba illa refert: *Surget gens contra gentem, & regnum adversùs regnum: & pater filium, & filius patrem trahet in mortem: & odio habebunt omnes Christum confitentes.* Nihilominus Dionysius Carthusianus pressuram illam de depressione spirituali simul & corporali intelligit: *Spiritualis, quæ est magna angustia cordis: & corporalis quia tam multi fugient, quòd se invicem compriment, præsertim ubi se quasi in loco tutiori collegerint.* In Amos Propheta, ubi de hoc tremendo die tractatur, dicitur: *Dies Domini ista, tenebræ & non lux; quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei ursus.* Unusquisque in speluncis inter feras se potius abscondere contendet, quàm coram iratо hoc judice comparere: *Dicent montibus operite nos, & collibus, cadite super nos.* Dionys. Carth. dicit, quod ly *in terris idem sit, quod in universis regnis, provinciis, civitatibus.* Haymo similiter de dissensionibus & bellis interpretatur: *Eisdem terræ incolis se prementibus, & invidiosâ contentione in se consurgentibus*, qui in illo S. Matthæi textu cap. 24. fundatur: Consurget pater in filium, & filius in patrem, & filia in matrem suam. Et in illo Capitis Isaiæ: *Irruet vir in virum, unusquisque in proximum suum.* Veruntamen S. Augustinus à Salmerone citatus aliter intelligit, dum ait: *Non afflictionem, quam gentes sunt passuræ, sed quam gentes impiæ sunt allaturæ fidelibus.*

Bonaven. ser. 1. in D. 1. Adv.

Dionys. Carth. enarr. in Evang.

Amos 5. v. 18. & 19.

Oseæ 10. v. 8.

Dionys. Cart. ib.

Haym. ho. in Dom. 2. Adv.

Salm. to 4. tr. 39. p. 3.

Præ confusione.

28. S. Thomas de Villa nova per confusionem hanc perturbationem & confusam omnium creaturarum commixtionem intelligit: *Omnis elementorum ordo solvetur & confundetur, sicut tonitrua, fulmina, tempestates horribiles, grandines incredibilis magnitudinis, terræ motus, & hiatus terræ formidabiles.* Hunc quoque perturbatum ordinem S. Petrus in Epistola sua secunda prædixit: *Adveniet dies Domini ut fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opere exurentur.* S. Thomas à Villa nova, confusionem hanc etiam usq; ad principes extendendam esse dicit: hi enim, coram quibus terra contremiscere videbatur, tunc ne quidem intera spelucas evadere poterunt: *Quale existimas tunc futurum mortalibus vitam, quando Reges & primates, & qui cæteris solebant esse terrori, relictis urbibus, palantes & errabundi confugient ad spelucas.*

S. Thom. de Villano. con. 2. in Dom.

2. Petr. 3. v. 10.

S. Th. de Villano. ibid.

Sonitus maris & fluctuum.

29. Haymo futurum esse dicit, quòd ad reprobos castigandos, non solùm cœlum & terra inter se conjurabunt, verùm etiam mare procellosum, imò & omnes aliæ aquæ fluminum, furoris sui signa horrenda edent: *Tradunt nonulli, quòd circa finem sæculi mare, flumina, rivuli juxta qualitatem & quantitatem voces & mugitus emittent.* Psalmista quoque id insinuare videtur, nam postquam de supremi Judicis fede dixisset: *Parata sedes tua ex tunc*, postea subjungit: *Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt flumina vocem suam: elevaverunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum, mirabiles elationes maris.* S. Th. de Villa nova de undis marinis attestatur, quòd *Fluctus maris intumescent, adeo, ut videantur universam terram devoraturi.* S. Hier. à S. Bonav. in ser. 1. hujus Domin. hisce verbis citatus: *Secundùm Hieronymum Doctorem veracissimum, mare exaltabitur quindecim cubitis super excelsos montes, & postea prosternetur in imum profundi & omnia quæ moventur in aquis, levabuntur super aquas.* Idem Seraphicus Doct. super hunc S. Lucæ textum, adimplendum esse scribit propheticum illud oraculum: *In spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ, ipse enim Dominus, qui conturbat mare.* Demum verò demonstrare pergit, quanto cum jure

Haym. ho. cit.

Ps. 92. v. 2. ib. v. 3.

S. Tho. de ill. ibid

S. Hier.

S. Bona. ven. in Luc.

jure Deus adversus impios sæviturus sit: *Hoc quidem justo judicio suo, quia sicut dicitur: Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest.* Hugo Cardinalis ait: *Quare mare confundetur, id est, omnino peribit, & hoc fiet cum fragore.* & fundatur super textu quodam Apocal. 21. ubi S. Joannes scribit: *Et vidi cœlum novum, & terram novam, primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare jam non est.*

Hugo Card.

Apoc. 21. v. 1.

Versus 26.

Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ supervenient universo orbi: nam virtutes cœlorum movebuntur.

Arescentibus hominibus.

1. Utinam homines præ jejuniorum austeritate arescerent, aut extenuarentur per rigorem pœnitentiæ, at verò ita non erit tunc, sed potiùs arescent *præ timore*, & horrore, ex irritata per iniquitates ipsorum, ira Dei, concepto. Unde Dionysius Carthusianus ait: *Arescentibus cunctis hominibus, præsertim injustis, quia præ magnitudine formidinis & mœroris, corporalis harmonia, quandam exsiccationem & extenuationem incurret;* docet etenim experientia, & refert Sapiens, quòd *spiritus tristis exsiccat ossa.*

Dionys. Carth.

Prov. 17 v. 22.

2. Haymo in sensu spirituali ita exponit: *Spiritualiter homines in ultima tribulatione arescere, est reprobos à pinguedine fidei & charitatis deficere; multi in illa tribulatione à fide arescent, qui prosperitatis tempore fideles putabantur.*

Haym. hom. in 2. D. Adv.

Præ timore.

3. S. Hieronymus ad Heliodorum de die illo tremendo ita scribit: *Ad vocem tubæ pavebit terra cum populis, judicaturo Domino lugubris mundus immuget, tribus ad tribum pectora ferient.* Dionysius Carthus. in ea est opinione, quòd terror, quo ex subversione & commotione cunctarum creaturarum, mentes humanæ percellentur, talis ac tantus futurus sit, ut homines velut fatui & amentes passim sint oberraturi: *Tantus stupor, perturbatio, mœror, & afflictio homines apprehendet, quod veluti amentes ibunt.*

S. Hier. ad Heliod.

4. Certus horum verborum sensus ignoratur, (neque enim illum Christus nobis declaravit,) an scilicet soli reprobi præ timore arefiendi sint, an verò etiam tremore illo corripiendi sint justi. S. Vincentius Ferrerius ita hac de re ait: *Si cælum & terra, & creaturæ, quæ nunquam peccaverunt contra Deum, non poterunt ipsius adventum sustinere, quid facient tunc peccatores? magis vellent esse in inferno, quam videre Deum.* At verò Job, qui non solùm justus erat, sed etiam totius humani generis innocentissimus & sanctissimus ab ipsomet Deo pronuntiatus fuerat, dum hujus superni Judicis tribunal à longinquo prospiceret, tali quoque horrore perculsus fuit, ut dicere non dubitârit: *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei?* Ex quibus verbis clarè colligitur, abyssum perditionis minùs horendam futuram esse, quàm judicii experiri severitatem. Chrys. quiin Homilia quadam super Matthæum dixerat, quòd quotiescunque diem illum judicii cogitaret, toto corpore contremisceret: *Horror invadit terribilis, & amarissimè perstens ex profundo corde ingemisco;* idem in alia quadam Homilia, quàm super Epistolam ad Rom. scribit, melioris conditionis eos esse dicit, qui sunt in inferno, quàm qui irascenti judici assistunt: *Si quis est, qui sensu & mente præditus sit, is certè gehennæ pœnam tollerare mallet, quam adverso Deo stare.* In Apocalypsi indifferenter de omnibus ita scribitur: *Absconderunt se in speluncis, & in petris montium; & dicunt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum & ab ira Agni.* S. Gregorius ex illa S. Jobi mox adducta supplicatione, hanc ad propositum nostrum deducit consequentiam: *Perpendamus, quanta debemus formidine futurum judicium semper expavescere, quando & ille, qui à judice laudatus est, adhuc de retribulatione judicii in suis vocibus securus non est.* Unde & S. Bernardus, qui adeo innocens & sanctus vir extitit, illo cogitato timet, & contremiscit: *Paveo Judicis vultum, ipsis quoque tremendum Angelicis potestatibus.*

S. Vinc. Ferr. ser. in 1. v.

Job. 14. v. 13.

Chrysost. hom. 77. in Matt.

Hom. 5. ad Rom.

Apoc. 6. v. 15. 16.

S. Greg. lib. 13. mor. c. ult.

S. Bern. serm. 16. in Cant.

5. *Quantus tremor est futurus, quando Judex est venturus, cuncta stricte discussurus.* Quibus verbis S. Mater Ecclesia non solùm futurum in illo die horrorem ingentem profitetur, verùm etiam hujus terroris rationem

rationem reddit, dum tremorem illum inde oriturum esse dicit, quia scilicet instituendum sit de peccatis nostris in conspectu omnium hominum manifestandis, examen quoddam rigorosissimum. S. Ephrem ait: *Formidabiles libri aperientur, in quibus scripta sunt opera nostra, & verba, & cogitationes, & intentiones*, quæ proinde occultari nequaquam poterunt, quia Deus dicet: *Ego sum testis & Judex*, ac proinde nulla ad ejus iram evadendam via supererit. Unde S. Bernardus ait: *Arctæ & strictæ tunc erunt viæ omnium peccatorum, quando non poterunt negare, non excusare, non appellare, non fugere, non impetrare veniam, non habere refugium.*

S. Ephr. de pœn. c. 5. q. v. 25. S. Bern. serm. 55. in Cant.

Quæ supervenient universo orbi.

6. Haymon ex S. Matthæi Evangelico contextu universalem mundi desolationem deduci posse observat, dicit enim: *Ad ultionem reproborum hominum ipsa elementa mundi perturbata dicuntur, quæ singulatim Dominus enumerat, dicens: Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum, ecce turbatio hominum: terræ motus magni erunt per loca: ecce respectus iræ desuper: Erunt pestilentiæ, ecce inæqualitas corporum; Et fames, ecce sterilitas terræ: terroréque de cœlo & signa magna erunt, ecce inæqualitas aëris; erunt signa in Sole & Luna, ecce motio syderum: præ confusione sonitûs maris & fluctuum, ecce confusio fluviorum.* S. Thomas de Villa Nov. ait: *Toto orbe mortales omnes naufragabuntur ubique.*

Haym. hom. cit. S. Thom. de Vill. conc. 2.

7. Lyranus ex quadam Historiæ scholasticæ authoritate, quindecim numerat portenta, eáque omnia horribilia & tremenda quorum Primum erit, quòd mare quadraginta cubitis super omnes montes, instar solidissimi muri, sit elevandum. Secundum, quòd idem mare adeò profundè denuo dilabetur, ut ejus fundus videri possit. Tertium, quòd monstra marina in salsi illius elementi superficie apparentia, horrendissimos ululatus, ad ipsas usque stellas se protendentes, emittent. Quartum, mare, & omnes aliæ aquæ exardescent. Quintum, omnes arbores humorem sanguineum foras emittent. Sextum, cuncta ædificia corruent. Septimum, omnes petræ ad invicem collidentur. Octavum, universalis quidam terræ motus erit. Nonum, universa terra complanabitur. Decimum, homines è cavernis egredientes, velut amentes vociferabuntur, absque ulla tamen verbi alicujus articulatione. Undecimum, omnia mortuorum ossa è sepulchris resurgent. Duodecimum, stellæ è cœlis decident. Decimum tertium, omnes morientur viventes, ut in universali resurrectione noviter resurgant. Decimum quartum, cœlum & terra ardore consumentur. Decimum quintum, utrumque denuo renovabitur, & omnes resurgent: subjungit tamen idem Lyranus: *De veritate aut falsitate istorum signorum, judicium majoribus derelinquo.* Carthusianus verò hæc cum discretione referenda esse monet, ad conterendos peccatores; Quod verò terræ motus attinet, eosdem & ipse futuros esse asserit, dicens: *Ex vehementissimo illo terræ motu lapides confringentur*, ubi & mortis Christi exemplum adducit, circa quam ex illo terræ motu *Petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: Asserunt Sancti, quod complanabitur terra, montes, colles, ædificia in pulverem redigentur*; Terra in omnibus mundi partibus per terræ motus in profundissimas voragines ad centrum inferni usque sese protendentes aperietur, fumúmque, ignem, & sulphur evoment; insonabitque tuba: *Surgite mortui, & venite ad judicium*, quæ metu & horrore omnia implebit.

Lyran. Dionys. Carth. serm. 5.

Nam virtutes cœlorum movebuntur.

8. S. Thomas de Villa Nova cœlestes influentias distemperandas esse scribit: *Influentiæ cœlestes distemperabuntur, à quibus ista inferior machina gubernatur.* Suarez quoque cœlorum sphæras interturbandas esse dicit, malignos indè & portentosos in hisce creaturis inferioribus imprimendo effectus. Arabicus legit: *Virtutes cœlorum, conturbabuntur*; Cajetanus legit: *Agitabuntur*; In Græco habetur *Exercitus cœlorum.* Sanctus Antonius Paduanus textum illum Isaiæ cum hoc Evangelii loco consonare dicit, dum Propheta ait: *Tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli.*

S. Thom. de Vill. conc. 2. Suar. to. 2. ad 3. p. disp. 56. sect. 3. S. Ant. de Pad. ser. 1. in Dom. 1. Adv.

Lucas Burg. 9. Lucas Burgenſis per has virtutes, Angelicas intelligentias intelligit, à ſupremo motore per infallibilem ſuam providentiam ad regulatum univerſi regimen curandum deſtinatas: Hæ enim in illo die *Omnia commovebunt, ut enim ipſis credita eſt adminiſtratio univerſi, ita ipſi authores erunt* *Alb. M.* *totius commotionis univerſi.* Albertus Magnus quoque in eadem fuit ſententia, dum ait: *Illi Angeli, qui virtutes dicuntur, tunc circummovebuntur, ut multa terribilia faci-* *Mar. 13. v. 25.* *ant.* In S. Marco idipſum magis ſpecificè exprimitur his verbis: *Virtutes, quæ in* *Salmer.* *cælis ſunt.* Salmeron adducta authoritate S. Thomæ, dicit: *Movebuntur iſtæ virtu-* *Dionyſ. Carth. in enar. evang.* *tes, faciendo mira & inſolita.* Dionyſius Carthuſi. de iisdem ſcribit: *Motus poteſtativus, qui eſt proceſſus ad operationes miraculoſas.*

Origen. cit. à Dion. 10. Idem Carthuſianus Originem citans ſcribit: *His accidentibus conſequens eſt, cælorum rationabiles virtutes ſtuporem & commotionem aliquam pati, ac conturbari.* Idem *Dionyſ. Carth. in Luc.* quoque Carthuſianus ſuprà præcitatum Evangelii S. Lucæ textum ſcribens, motum hunc Angelicarum virtutum timorem vel ſtuporem quendam reverentialem indicare exiſtimat: *Movebuntur motu reverentiæ & admirationis, ex tam in conſuetis & perhorrendis divinæ juſtitiæ effectibus; movebuntur in obſequium judicis, & cum eo deſcendent, quaſi in expeditionem contra hoſtes ipſius.*

S. Greg. hom. cit. Dionyſ. 11. S. Gregorius autem Angelos cum Judice adverſus reprobos compariaturos exiſtimat, ut eisdem auxilia ad ipſorum ſalutem ſubminiſtrata, ſeriò exprobrent: *Qui in adventu diſtricti Judicis tunc viſibiliter apparebunt, ut diſtrictè tunc à nobis exigant hoc, quod nos inviſibilis conditor æquanimiter portat.*

Carth. enar. in evang. 12. Dionyſius Carthuſianus dicit, quòd motus ille ſit *Motus mirativus.* Sed unde hæc in Angelis procedere poterit admiratio? Juſtam utique & fundatam cauſam & rationem habebunt; cùm enim filium Dei in terram, ut humanam ſibi aſſumeret fragilitatem, deſcendiſſe ſciant: *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ*, ſimulque perſpectam habeant teneritudinem, compaſſionem, amorem, & miſericordiam Filii Dei erga hominem, in cujus cuſtodiam ipſos naturâ licèt plurimùm ſuperiores, deſtinavit, modò autem eundem hominis Redemptorem adeò erga totum genus humanum ſeverum videant, & implacabilem, quid mirum, ſi præ nimia admiratione obſtupefacti remaneant?

Hugo Card. 13. Hugo Cardinalis in hiſce virtutibus Prædicatores Evangelicos agnoſcit, utpote qui in ultima Antichriſti perſecutione pavidi contremiſcent; *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum*; & tamen cum tota hac firmitudine trepidabunt, imò *timore mortis à fide recedent pro majori parte.*

Haymo in 2. Adv. 14. Haymo per haſce virtutes, Prælatos & ſuperiores Eccleſiaſticos intelligi poſſe cenſet, qui tunc ſeveriſſimo examini ſubjacebunt: *Quidam hoc loco virtutes cælorum magiſtros & rectores Eccleſiæ intelligi volunt, Epiſcopos & Sacerdotes*, cujus hanc rationem reddit, quia ſancta Dei Eccleſia cœli titulo honoratur: *Cœlum mihi ſedes eſt; Tales autem Prælati tunc commoveri dicuntur, quia in illo diſtricto judicio etiam Præſules Eccleſiarum rationem exſolvent non ſolùm pro ſuis actibus, ſed etiam pro commiſſis ſibi animabus.*

S. Bonaven. in Luc. 15. S. Bonaventura commotionem hanc de terrore Angelorum vult intelligendam, quo ob judicii ſeveritatem percellentur: *Virtutes cælorum*, inquit, *ſunt Angeli, qui ex turbatione omnium dicuntur commoveri*; in cujus probationem illum Jobi textum adducit: *Columnæ cœli contremiſcunt, & pavent.* Unde & Chryſoſtomus, licèt ad aliud propoſitum dicit: *Jam terribile erit judicium illud, ut ab Angelis timeatur.* Origenes quoque ſuper illa verba: *Tolle cunctos Principes populi*: ita ait: *Fortaſſis referuntur hæc ad Angelos, venient enim ad judicium nobiſcum, & ſtabunt ante Solem juſtitiæ, ne fortè aliquid cauſæ ex ipſis fuerit, quod deliquimus, ne fortè minus operis expenderint, ne nos à peccatis revocarent.* S. Bonaventura dicit: *Dicuntur pavere non timore pœnæ, ſed horrore divinæ vindictæ.* Chryſoſtomus à S. Thoma in Catena citatus, dicit: *Movebuntur, quamvis ſibi conſciæ non ſint, videntes enim infinitas multitudines condemnari, non intrepidè ſtabunt illic.* Haym. ut terrorem hunc, qui in beatis illis ſpi-

Job. 26. v. 11. *Chryſ. t. 3. de cru. & latr.* *Orig. ho. 20. in Num.* *Chryſ. in Cat.*

bus inverſimilis eſſe videtur, meliùs cet, hac utitur ſimilitudine, *Sicut enim cùm Rex ſeverũ & diſtrictũ judiciũ in ſubditos exercet, nõ ſolum illi timent, qui pro ſuis meritis judicantur, ſed etiam illi, qui ejus lateri adhærere ſolent; ſic cùm Deus omnipotẽs reprobos punit in judicio, ut terror & diſtrictio judicii oſtendatur, etiam illi timere dicuntur, qui æterna ſtabilitate firmati ſunt; unde bene per Job dicitur: Columnæ cœli contremiſcunt, & pavent.*

Mvm. bo t.

16. Meritò igitur cum S. Gregorio argumentum quoddam in mox citato Jobi textu fundatum formare poſſumus, dicendo: *Quid ergo facient tabulæ, ſi tremunt columnæ, aut quomodo virgulta immobilia ſtabunt, ſi hujus pavoris turbine etiam cedri quatiuntur.* Inſignis eſt illa S. Bernardi conſideratio, quæ digna eſt, ut ab omnibus ſciatur, imò quæ cum pondere ſanctuarii ſeriò à nobis trutinetur, nimirum: *Qualem putas neceſſe eſt, hominem inveniri, qui repudiati locum Angeli ſortiatur? Cum accepero tempus,* (inquit diſtrictus ille Judex,) *ego juſtitias judicabis* Quæ verba Hugo Cardinalis ponderans, dicit: *Terribile verbum, quod non tantùm peccata judicabit, ſed & juſtitias, bona ſcilicet opera examinabit.*

S. Greg. lib. 24. moral. c. 7.

S. Bern. ſerm. 2. de verb. Iſa.

Pſ. 74. v. 4.

Hugo Card. ibid.

17. S. Bernardus quoque ad illam Chriſti diſtricti Judicis proteſtationem ſe reflectens, hanc inde deducit conſequentiam: *Quid faciet de injuſtis judiciis, qui ipſas quoque juſtitias judicabit? Verendum eſt, ne ſub tam ſubtili examine, multæ noſtræ juſtitiæ, quæ putabantur, peccata appareant, dicente Domino: Cum accepero tempus, ego juſtitias judicabo;* & apud Sophoniam idem Dominus dicit: *Scrutabor Jeruſalem in lucernis.* Quibus verbis quoad ſænſum literalem, ut S. Hieronymus declarat, ad Hebræos in deſolatione Hieroſolymæ conſtitutos alludit, quando Romani eos, qui in abditiſſimis antris latitabant, in lucernis inveſtigantes, indè ad mortem & ſtragem raptandos foras educent: In ſenſu verò ſpirituali S. Bernardus verba illa de rigoroſiſſimo examine, cui animæ, quantumvis juſtiſſimæ & perfectiſſimæ, ſubjicientur: *Quid tutum in Babylonia, ſi Jeruſalem manet ſcrutinium.* Porrò in abditiſſimas terræ ſpelunças & latibula Sol non ingreditur, ac proinde ad illas perluſtrandas opus eſt lumine lucernæ; unde ſenſus verborum illorum apud Sophoniam hic eſt, omnium illarum animarum, quæ ſecundùm exteriorem apparentiam virtutis ſtudium, & divinæ legis obſervantiam profeſſæ fuerunt, cogitationes quoque ſecretiſſimæ, intentiones, & fines reconditiſſimi tunc revelabuntur.

S. Bern. ſerm. 54. in Cant.

Sophon. 1. v. 12.

S. Bern. ſerm. 55. in Cant.

18. Redemptor noſter Matth. vigeſimo quinto capite parabolam illam de decem virginibus, ad finalis judicii examen directam, [de hoc enim in ejusdem capitis progreſſu diffusè tractatur,] proponit. Et cujus recenſitione deduci poſſe videtur, medietatem fidelium ſalvandam eſſe, aliam verò damnandam; ſiquidem harum virginum, per quas animæ fidelium denotantur, quinque ad nuptias ingreſſæ, aliæ verò quinque ab eisdem excluſæ fuerunt. Nec tamen à me ſine cauſa dictum eſt, quòd id indè deduci poſſe videatur; ſiquidem ut Cajetanus benè obſervat, Chriſtus venturus Judex in hac parabola, non de omnibus indifferenter tractare intendit, cùm ex his multos malos eſſe certum ſit, ſed ſolùm de illis, qui in hominum oculis magnæ ſibi innocentiæ & bonitatis opinionem comparârunt, & virginum inſtar pretioſi habentur: *De illis taetùm, qui profitentur ſe ſtudere factis ad continuum progreſſum verſus patriam cœleſtem*, quorum medietas in rigoroſiſſimo Dei judicio peribit; tunc enim Judex ille *illuminabit conſilia cordium.* Magna profectò & mira res eſt, quòd, cum oleum charitatis ſymbolum eſſe conſtet, certum quoque ſit, quòd virgines illæ prudentes animas prælignificent charitate maximè flagrantes, illæ tamen ſociabus ſuis oleum iſtud tanta cum precum inſtantia efflagitantibus, quantumvis modicam illius partem in tanta neceſſitate, à qua tota dependet beatæ vitæ futuræ æternitas, tam pertinaciter denegârint; unde notandum eſt, eaſdem prudentes virgines ſeſe excuſaſſe.

Matt. 15 v. 1.

Cajet.

cusâſſe, dicendo: *Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis*, nemo enim, quantumcunque juſtus ſit, conſentire unquam audebit, ut ex bonorum operum meritis, quibus ſolis electorum animæ locupletes eſſe noſcuntur, vel minima pars aliis proximis applicetur, cùm conſtet, quàm rigidum & diſtrictum futurum ſit illud judicium, in quod etiam ſanctiſſimi quique, & innocentiſſimi viri accerſendi erunt. Unde Author operis imperfecti horum verborum: *Date nobis de oleo veſtro, hunc ſenſum dicit: intercedite, accommodate nobis auxilium operum bonorum veſtrorum, id eſt, intercedite pro nobis peccatoribus ad Dominum*, à quibus tamen repulſam hiſce verbis patientur: *Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis; oſtendit in his verbis, quòd ita terribile futurum erit judicium illud, ut nulla innocentia ſibi confidat.* S. Gregorii de ſeveritate, qua cum judex quoad perfectiſſimos ſanctiſſimósq; viros proceſſurus erit, tractantis ſententia eſt: *Perituros ſe abſque ambiguitate ſciunt, ſi remotâ pietate judicentur, hoc ipſum quod juſte videmur vivere, culpa eſt, ſi vitam noſtram, cùm judicat hanc, apud ſe divina miſericordia non excuſat.* S. Auguſtinus tantoperè à Deo illuminatus, quique poſt converſionem ſuam, innocentiam baptismalem ad ultimum uſque vitæ ſpiritum conſervavit, in ſuis tamen meditationibus ita ſcribit: *Tot judicibus inops aſtabo, quot me præceſſerunt in opere bono; tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene vivendi exempla; tot convincar teſtibus, quot me moverunt ſermonibus & actionibus.*

Auth. imp. ib.

S. Greg. l. 8. mor. c. 15.

S. Aug. med. c. 4.

Verſus 27.

Et cunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & Majeſtate.

Et tunc videbunt.

1. Dionyſius Carthuſianus ſacroſanctam Filii Dei humanitatem ab omnibus tam reprobis, quàm electis conſpiciendam eſſe dicit his verbis: *Chriſti humanitatem videbunt boni & mali, ejus verò Divinitatem ſoli beati videbunt, viſione beatificæ fruitionis.* Id quod innuere videtur celebris ille Zachariæ Prophetæ textus: *Aſpicient in eum, quem confixerunt.* Hic autem ctus reproborum miſerias atque to magis magiſque adaugebit, cùm en Salvatoris Redemptione minimè profecerint, eundem nunc inexorabilem judicem experiri cogentur: *Quam lugubr erit*, inquit Euſebius Emiſſenus, *homini Deum videre & perdere, & ante pretii ſui perdere conſpectum.* S. Hieronymus quoque verbis ad Judæos directis ita dicit: *Cernemanus Judæ quas fixeras, cerne latus Romane quod foderas.* Salmeron loci myſterium conſiderat, in quo ſupremi hujus Judicis tribunal figendum eſſe creditur. Etenim Anti-Chriſtus in monte Oliveti cœlum conſcendere tentabit, cui Chriſtus necem inferet, juxta illud Apoſtoli teſtimonium, dicentis: *Quem Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adventûs ſui.* Ubi Salmeron ait: *Opportunè ex illo loco Dominus beneficia redemptionis improperabit omnibus reprobis, inſultabit enim eis: Ecce Nazareth, in qua pro vobis homo factus ſum; Ecce Bethlehem, in cujus præſepio natus fui reconditus; Ecce templum, in quo frequenter vos docui: Ecce Jeruſalem, in qua propter vos flagellatus, & ad mortem Crucis damnatus fui; Ecce montem Calvariæ ubi inter duos latrones pependi; Ecce ſepulchrum, in quo mortuus jacui, & poſt mortem ad vitam ſurrexi immortalem; Ecce mons Oliveti, ex quo antequam cælos aſcenderem, diſcipulos in univerſum orbem emiſi ad prædicandum Evangelium omni creaturæ.*

Dionyſ. Carth. enar. in Evangel.

Zach. 12 v. 10.

Euſ. Em. hom. 4. ad Monach.

S. Hier. ad Heliod.

Salmer. to. 7. er. 4

2. Theſſ. 2. 8.

2. Sancta Dei Eccleſia pientiſſimum hunc morem, ad horum verborum *Verbum caro factum eſt*, genua reverenter flectendi, nec non poſt factam in Hymno *Te Deum laudamus*, judicii finalis mentionem ſanguinis à Redemptore noſtro pro animarum noſtrarum reparatione effuſi auxilium devotè his verbis invocandi: *Judex crederis eſſe venturus: Te ergo quæſumus, famullis tuis ſubveni, quos pretioſo ſanguine redemiſti*, ſanctiſſimè introduxit; at verò niſi ex illo effuſo ſanguine profecerimus, vulnera Redemptoris pariter & pro illo tempore Judicis quæ in ipſo apparebunt, & è quibus ſanguis ille manavit: nec non & Crucis ſignum, quod tunc explicabitur, *Hoc ſignum Crucis erit in cœlo, cùm Dominus ad judicandum venerit*, noſtras

Aug. ep. 5. de Symb. nostras miserias mirè tunc adaugebunt; ùndè S. Augustinus ait: *Ecce homine in quem crucifixistis, videtis vulnera quæ inflixistis, agnoscitis latus quod transfixistis, quoniam per vos, & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis.*

Filium hominis.

Hay. ho. in 2. Dom. Adv. 3. Haymo Halberstadiensis mysterium nobis aperit, cur Christus in judicio in specie humana sit appariturus, dum ait: *Dignum est, ut ipse Filius Dei, qui in forma hominis injustè judicatus est, in eadem forma homines in judicio justè judicet*, Salmeron illa Sancti Joannis verba: *Dedit ei potestatem judicium facere, quia filius hominis est*, exponens, ita scribit: *Congruum fuit, & divinæ Sapientiæ consonum, ut supremus Judex Deus esset & homo innocentissimus, qui peccatū non fecisset, nec dolus inventus esset in ore ejus, in reliquis judiciis & tribunalibus, tam sacris quàm prophanis, permittit Deus, ut judicium qui exercent in alios, sint peccatores, ut conscii suarum infirmitatum mitiùs, & cum majori mansuetudine & clementia conjunctum judicium faciant, leviorémque sententiam ferant, etiam qui judices sunt in foro conscientiæ*; at verò non sic in isto tribunali & judicio, utpote à quo omnis pietas, omnisque compassio exulabit. Et S. Augustinus ait: *Forma illa erit judex, quâ stetit sub judice, illâ judicabit quâ judicata est.* Idemmet Salmnron verba illa sacri textus, quibus de Christo coram Pilato posito agitur, nimirum: *Stetit ergo JESUS ante Præsidem*, exponens dicit: *Jam judicatur noster Judex JESUS, ut discat quâ mansuetudine debet judicare vivos & mortuos; an te reus vult esse, quàm Judex, ut si eo modo nos judicaverit, quo ipse judicatus est, recusare judicium non possimus; si aurem æqaius ac benignius, gratias simus acturi, quia nos eum impiè, crudeliterque judicavimus.*

Salmer. to. 8. tr. 12. Joan 5. v. 27.

S. Aug. tr. 19. in Joa. Salmer. to. 10. tr. 26.

S. Bern. ser. 73. in cant. 4. S. Bernardus nihilominus Christum in hominis specie judicaturum esse scribit, ad majorem demonstrationem benignitatis, solis tamen electis exhibendæ: *Vult per hominem homines judicari, quò in tanta trepidatione & perturbatione malorum, electis fiduciam præstet similitudo naturæ.*

Venientem cum potestate magna

5. Daniel judiciariam hanc potestatem in spiritu prævidit, dum ait: *Judicium sedit, ut auferatur potentia, & conteratur regnum & potestas, & magnitudo Regni, quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum altissimi, cujus regnum, regnum sempiternum est.* Innocentius III. de hac potestate scribens ait: *Cùm sis potentissimus, manus tuas nemo potest effugere: cùm sis sapientissimus, oculos tuos nihil potest latere: cùm sis justissimus, animum tuum nemo potest corrumpere.* Quòd si unico duntaxat obrutu universam terram ex fundamentis potest commovere: *Qui respicit terram, & facit eam tremere*, quantò magis eam contremiscere faciet, quando ab eisdem oculis iræ & furoris sui fulmina & fulgura erit evibraturus; veruntamen Augustinus optimè notat, quòd *Quanquam omnia possit Deus, illud tamen facit, quod congruit rationi.*

Dan. 7. v. 26.

Innoc. III. in ps. 142.

Ps. 103. v. 32.

S. Aug. q. 58. novi Testam.

6. Paulus de Palatio illa Joëlis verba: *Antequam veniet dies Domini magnus & horribilis*, exponens, rationem reddit, cur dies judicii à Spiritu Sancto dies Domini, & dies magnus appelletur: *Vocatur dies judicii dies Domini, quia ante eum diem, omnes dies videntur esse nostri, ita enim peccamus, ludimus, & Dei obliviscimur, ac si Deus non esset, & semper tacuit & siluit, ut parturiens loquetur; erit igitur dies Domini, in quo quantus ille sit, demonstrabitur. Vocatur ille dies magnus, quia fient in eo maxima mirabilia, scilicet conflagratio mundi, tubarum sonitus, mortuorum resurrectio, Angelorum cum Christo descensus, Christi cum omnibus Sanctis adventus, judicium omnium, supplicium damnatorum, gloria beatorum.* Et Dionysius Carthusianus ait: *magnus propter magna divinæ justitiæ opera, quæ fient in eo.*

Paul. de Palat. in c. 2. Joël. v. 31.

Dio. Car. ibid.

7. S. Antonius de Padua in ordine ad potestatem & majestatem Judicis distinguit: *Ista potestas*, inquit, *erit quoad damnandos, majestas quoad salvandos.*

S. Ant. de Pad. ser. 1. D. 1. Adv.

Et Majestate.

8. Haymo ait: *In potestate magna & majestate eum visuri sunt, qui in humiltate loqueneem*

Hay. ho. in D. 2. Adv.

quentem audire contempserunt. Tunc verè cognoscent, quòd ex solo profundæ hũilitatis motivo de seipso dixerit: *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis,* siquidem eum tunc conspicient in excelso throno infinita majestate conspicuum. Daniel ait: *Aspiciebam; donec throni positi sunt, & antiquus dierũ sedit, thronus ejus flammæ ignis, fluvius igneus rapidùsque egrediebatur à facie ejus, millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* Non enim sicut in primo adventu venturus humilis erit, & in præsepio contemptus. S. Thom. de Villa nova ait: *Non sicut in primo adventu mitis & humilis, sed potens & fortis; venientem non in Virginis utero, sed in altissimo solio; non vagientem in præsepio, sed regnantem in throno; non jumentis, ut priùs, sed Angelis comitatum.*

Ps. 21. v. 7.

Dan. 7. v. 9.

S. Th. de Vill. con 1. in Dom.

9. S. Vincentius Ferrerius cœlum in illa die ab Angelis vacuum futurum esse putat, eò quòd Redemptori ad judicium concedenti Angeli comitatum præbebunt: *In illo die cœlum evacuabitur, nulla creatura humana, nec Angelica ibi remanebit, quia omnes venient cum Rege ad judicium.*

S. Vincen. Fer. ser. 1. in Dom. 1. Adv.

10. *Sedebit super sedem majestatis suæ,* ita alibi ia Evangelio S. Matthæi dicitur; ubi Salmeron dicit: *Sedem intellige nubeam, tantæ majestati congruam, & ab Angelis tanquam ministris sustentatam.* Porro tribunal istud duodecim aliis sedibus circumcingetur, in quibus præter omnium Angelorum comitatum Apostoli tanquam judicii illius Assessores considebunt; *Omnes Angeli ejus, omnes cum ea, cùm assumptis corporibus* (inquit idem Salmeron) *ut majori terrori sint reprobis.* Enimverò de magnifico illo Salomonis Regis throno in l. 2. Paralipomenon scribitur: *Solium eburneum grande, & vestivit illud auro mundissimo, scabellum aureum, & duos leones stantes juxta brachiola; omnia in figura contingebaut; ecce enim plusquam Salomon hic.* In lib. 3. Reg. scribitur, quòd fuerint *Duæ manus hinc atque indè tenentes sedile, & duo leones stabant juxtà manus singulas.* Rupert. Abb. Tuitiensis scribit, quòd in sensu mystico manus illa, quæ à parte sinistra prodire conspiciebatur, justitiam significârit, quæ reprobos condemnabit, alia verò manus, quæ conspiciebatur ex parte dextera, Dei denotârit misericordiam aspe- electos in cœlum suscipiet; at verò menta obrẽ tam à parte dextera, quàm ex sinistra leo, fera nimirum tremenda & formidabilis conspiciebatar? Nunquid convenientiùs ad manum dexteram, symbolum sortis electorum, mitis & mansuetus Agnus quidam poni petuisset? Nequaquam inquit præfatus Tuitiensis, quia per hoc quoque severum & rigorosissimum significatur examen in illa die instituendũ. *Duo leones juxta manus singulas, id est, utrobique fortis ac formidabilis judicii veritas, nam & sinistra omnis iniquus condemnabitur, & à dextera vix justus salvabitur.*

Matth. 25. v. 31. Salm. to 7. tr. 40.

2. Paral 9. v. 17.

3. Reg. 10. v. 9.

Rup. Abb. ibidem

Versus 28.

His autem fieri incipientibus, respicite & levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

His autem fieri incipientibus.

1. Notandus bene est hic loquendi modus, utpote sollicitudinis illius indicativus, per quam nos exhortatur, ne tardemus divinum implorare auxilium, nostramque mentem & cor elevare ad Deum, mox ut portenta ista videri cœperint. Seneca ait: *Felix sapientia, quæ ex aliorum discitur insipientia,* Impii homines tempore justi Noë viventes, tametsi à sancto hoc sene diluvium proximum esse persæpè audivissent, impœnitentes nihilominùs persistentes, eidem credere nolnerunt, nisi quando aqua, ora eorum obstruens, eos suffocabat; non verò ita faciendum est justis, sed potiùs *His fieri incipientibus respiciant* &c.

Respicite & levate capita vestra.

2 Lucas Burgensis dicit, Christum verbis illis alloqui eos, qui post hujus miserabilis vitæ ærumnas, ad gloriã sunt prædestinati, de illis namque qui tandem è miseriis suis evadere sperant, dicere solemus, nunc tempus est levandi caput, dum post perpessas tempestates, easq; feliciter superatas, assecuti estis securitatis portum. Dionysius Carthusianus ait: *Levate, id est, exhilarate corda vestra.* S. Bonaventura quoque eodem modò exponit, dum ait: *Suspicite & levate capita vestra exhilaritate cordis, quia cùm finitur mundus, cujus amici non estis, prope est redemptio vestra, quam in Luc.*

Luc. Bur.

Dionys. Carth. enarr. in Evang. S. Bonav.

quam quæſiſtis. S. Auguſtinus differentiam, quæ bonos inter & perverſos intercedit, aſſignat, dicens: *Talis apparebit Judex, qualis videri poſſit & ab eis, quos coronaturus eſt, & ab eis quos damnaturus eſt.* Omnes quidem tubæ & divinæ vocis ſonum auribus percipient, ſed cum hac differentia, inquit hic judex apud S. Joannem: *Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei, & procedent qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in reſurrectionem judicii. Agnus erit* (inquit Villanovanus) *electis, reprobis ferociſſimus leo, tunc apparebit ſecundum judicandorum conſcientiam; judex in ſe unus, varius apparebit, probis agnus, improbis leo.*

3. Interlinearis ſimilitudinem adfert ignis, qui idem cùm ſit, illuminat per ſplendorem quo coruſcat, per fumum verò excæcat; unde ſuper illa Joëlis verba: *Et ignem & vaporem fumi*, ita ſcribit: *hic ignis in credentibus habet lumen, in incredulis tenebras, quæ dicuntur vapor fumi.* In Apocalypſi dicitur: *De throno procedebant fulmina & tonitrua*, ſed pro rebellibus; non verò pro juſtis & electis, hos enim ut Apoſtolus ſcribit, magna cum fiducia ante thronum conſiſtere conſpicimus: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno*: hoc verò tempus opportunum eſt, in quo à divina pietate, in illa die protegi habebunt neceſſe. Lyranus ſuper hæc verba S. Lucæ dicit: *Quia dies judicii licet reprobis ſit terribilis, tamen electis debet eſſe conſolabilis, quia tunc transferentur ad gratiam.* Idipſum Pſalmiſta dicere voluit, quando hiſce verbis ſervos Dei ad non timendum animavit: *Etenim qui ſuſtinent te, non confundentur*; Notandum verò, quod per ſpiritum Propheticum ad illa verba: *Levate capita veſtra* alludat; quia Pſalmo illi tale donat principium: *Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei; etenim univerſi qui ſuſtinent te non confundentur; confundantur omnes iniqua agentes*; Irriſio autem de qua Pſalmiſta hic loquitur, relationem dicit ad textum illum Sapientiæ, in quo impii ſe electos in hac vita deriſione & ſubſannatione perſecutos fuiſſe, clarè confitentur: *Stabunt juſti in magna conſtantia adversus eos, qui ſe anguſtiaverunt; videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur inſubitatione inſperatæ ſalutis, dicentes intra ſe: Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperii: Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine religione; ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.* Frequenter homiliam illam S. Gregorii recitamus, quam habemus *de communi Confeſſoris non Pontificis*, ſuper illa verba: *Vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur à nuptiis. Venit Dominus, cùm ad judicium properat* (tractat de judicio particulari, quod cum univerſali connexionem habet, dicente S. Auguſtino. *Qualis in die iſto quisque moritur, talis in die illo judicabitur*) *pulſat verò, cum jam per ægritudinis moleſtias, mortem vicinam eſſe deſignat; cui conſeſtim aperimus, ſi hunc cum amore ſuſcipimus; aperire enim judici pulſanti non vult, qui exire de corpore trepidat & videre eum, quem contempſiſſe ſe meminit, judicem formidat; qui autem de ſua ſpe & operatione ſecurus eſt, pulſanti confeſtim aperit, quia lætus judicem ſuſtinet, & cum tempus propinquæ mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit.* Dionyſius Carthuſianus verba illa: *Levate capita veſtra*, ita exponit: *corda ad Deum dirigite, in ipſum confidite, atque per ſpem animas veſtras exhilarate.*

4. Advertendum eſt inſuper, quòd ſancta mater Eccleſia in Evangelio lecto, ſimul & eodem tempore ſigna vobis horroris & benignitatis exhibeat; horroris quidem, illis verbis: *Erunt ſignain ſole, luna, & ſtellis, &c.* Benignitatis autem per illa verba: *Reſpicite & levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra*, hæc ſcq; lætitiæ & conſolationis, cum deſolatione & triſtitia facta inter ſe commixtio multò magis in officio divino eluceſcit; quam utriuſq; comixtionem ſancta mater noſtra ideo, ni fallar, inſtituit, quia cùm ita ſe res habeat, quod ut S. Aug. dicit, *Sint meliores quos dirigit amor, ſed plures ſunt quos corrigit timor*, ideo Eccleſia fideles ad Salvatoris adventū præparare volens, aliquas animas ad id diſponere vult per ſcā amoris & benignitatis, alias verò per motivū tremoris & timoris. Et quidē ſi officium divinū hodiernum conſideremus, cælos ex una parte vide-

Aug. in Joan. — *Joan. 5. v. 28. 29.* — *S. Thom. de Vill. conc. 1.* — *Interl. in c. 2. Joël. v. 30.* — *Apoc. 4. 5.* — *Hebr. 4. 16.* — *Lyran.* — *Pſ. 24. 3.* — *Sap. 5. v. 1. &c.*

S. Greg. hom. 15. in Evang. — *S. Aug. ep. 80.* — *Dionyſ. Carth.* — *S. Aug. ep. 6. ad Bonifac.*

videbimus rorem ſtillantes: *Rorate cœli deſuper*, ex altera verò parte, illorum audimus intemperiem ſummamque perturbationem: *Virtutes cœlorum movebuntur*; Ex una parte quidam benigniſſimam nobis influentiam communicans planeta coruscat: *Sydus refulget jam novum, ut tollat omne noxium*: at verò in charta Evangelica legitur: *Erunt ſigna in ſole, luna, & ſtellis*; Ex una parte Salvator nobis exhibetur totus benignus, & ad indulgentiam pronus: *Et ſurſum agnus mittitur, laxare gratis debitum*: At verò ex altera parte paulò poſt tanquam Judex in magnifico throno poſitus, imò tanquam furibundus quidam leo nobis ob oculos ponitur. Ex una parte ad feſtivandum & gaudendum invitamur: *Jucundare filia Sion, exulta ſatis filia Ieruſalem*: ex altera verò parte luctus auditur, *Areſcentibus hominibus præ timore; vocem demus cum lachrymis.* Ex una parte ſalus mundo promittitur: *Qui condolens interitu mortis perire ſæculum, ſalvâſti mundum languidum, donans reis remedium*, & tamen aliunde deſolationes, exterminia & ruinæ audiuntur; *in terris preſſura gentium*; veruntamen accidentia hæc triſtia & ſiniſtros caſus reprobos quidem terrere, bonos verò indè conſolandos eſſe intelligimus: *His fieri incipientibus levate capita veſtra;* Dum hi qui innocenter in carceribus conſtricti jacent, carcerem aperiri audiunt, maximè gaudere incipiunt, ſeque relaxandos eſſe ſperant; non verò item rei; hi enim in ſemetipſis malè ſibi conſcii, vel de capitalibus delictis ſuis convicti, timere & toto corpore contremiſcere incipiunt, quia ad patibulum ſe raptandos eſſe formidant.

Quoniam appropinquat redemptio veſtra.

Dionyſ. Carth. enar. in Evang. 5. *Id eſt*, ut Dionyſius Carthuſianus ait: *Liberatio ab omnibus adverſantibus vitæ præſentis, ac ſalus perpetua.* Electi in hac vita plangunt, donec dies iſta adveniat, tunc verò gaudent & exultant, teſte Apoſtolo, *Rom. 8. 23.* qui ait: *Ipſi intrà nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exſpectantes, redemptionem corporis noſtri.* *Haymo hom. in D. 2. Adv.* Haymo verba iſta exponens clariùs nobis juſtorum in illa die gaudium indicat, dum Redemptorem noſtrum introducit, ita eoſdem alloquentem: *Nolite de mundi interitu flere, nolite de vobis timere, quia cùm ejus finis venit, quem non amâſtis, invenietur gaudium quod ſemper quæſiſtis: In quibus verbis oſtenditur, quia electi diem judicii non tam debent timere, quàm optare.* *1. Ioan. 4. v. 17.* Et quidem valde conſiderabile hujuſce veritatis teſtimonium in S. Joanne reperitur, ubi dicitur: *In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die Iudicii.* S. Bonaventura in ſerm. 1. de hac Dominica Redemptorem noſtrum dicere voluiſſe aſſerit: *Licèt hæc ſigna nuncia ſint dolorum, non tamen terreamini quoniam vobis patienter ſuſtinentibus, & finaliter perſeverantibus, appropinquat redemptio, non exterminatio.* *S. Bonav. ſer. 1. in 1. Dom. Adv.*

Verſus 29.

Et dixit illis ſimilitudinem: videte ficulneam & omnes arbores.

Verſus 30.

Cum producunt jam ex ſe fructum, ſcitis, quoniam propè eſt æſtas,

1. Carthuſianus Chriſtum hiſce verbis, ſecundùm uſum arborum Palæſtinæ locutum fuiſſe obſervat, in qua arbores ob calidiorem climatis illius temperaturam, priùs quàm in aliis partibus germinabant. Haymo Chriſtum dicere voluiſſe aſſerit, quòd ſicut ex arborum germine approximatio æſtatis colligitur, ita quoque ex ruinis & deſolationibus mundi vicinum nobis Regnum cælorum eſſe argui poſſit. *Dionyſ. Carth. enar. in Evang. Haym. hom. cit.* *Pulchrè regnum Dei comparatur æſtati, quia ſicut æſtatis tempore ſol lucidior & ſplendidior apparens, mundum illuminat; ita poſt judicium omnis fragilitas, omnis tentatio tranſiet: & cùm Sol juſtitiæ Dominus Ieſus Chriſtus in claritatis ſuæ gloria apparuerit, ſanctos majori ſplendore glorificabit.* Similiter ſicut arbores hyberno tempore oculis noſtris aridæ, ſiccæ & infructuoſæ apparent; verno autem tempore revireſcunt, ſuámque in autumno fœcunditatem mundo exhibent: *Ita & in præſenti vita ſancti mortificantes membra ſua ſuper terram, humiles & deſpecti apparent, dicentes cum Propheta, quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis: & ſicut appropinquante æſtate rediviva arbores veſtiuntur foliis, decorantur floribus, ornantur fructibus;*

ita & in die judicii ſancti de terra pulvere conſurgentes, induti ſtolam immortalitatis, jucundi ac floridi apparebunt, dicente Pſalmiſta: Juſtus ut palma florebit. De his

Coloſſ. 3. v. 3. & 4. arboribus Apoſtolus quoque ſcribit: *Mortui eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo*; mox autem de ſpirituali verè ſubjungit: *Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.*

S. Greg. in Gloſſ. 2. S. Gregorius à Gloſſa in horum verborum expoſitione citatus, ait: *Regnum Dei æſtati comparat, quia tunc mœroris noſtri nubila tranſibunt, & æterni dies vitæ ſub charitate ſolis fulgebunt, ſicut enim ex fructu arborum vicina æſtas cognoſcitur, ita & ex ruina mundi prope eſſe cognoſcitur regnum Dei: Ex his verbis oſtenditur, quia fructus mundi ruina eſt, ad hoc enim creſcit ut cadat.*

Verſus 32.

Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

Cajet. 1. Quonam modo mundus defecturus ſit, Cajetanus nobis hiſce verbis declarat: *Non ſecundùm ſubſtantiam, ſed cœlum à ſtatu motûs, quem nunc habet, & terra à ſtatu*

S. Bonaven. in Luc. *generationis, quo nunc profert vegetabilia.* 2. S. Bonaventura ſuper hæc verba ſcribens, ſalutare nobis monitum tradit, dicens: *Qui vult æternaliter manere, oportet quòd tranſitoriis non immoretur, ſed potiùs deſerendo tranſitoria per divina verba tranſeat ad æterna.* Etenim præter Deum nihil eſt, quod non deficiat; & ideo ſi mundo innitamur, valde decipimur, quia tandem deficiet. *Qui appendit terram ſuper nihilum;* Iob. 26. ecce quali baſi fundamenta ejus innitantur? cælos pariter Deus defecturos eſſe pronuntiat, ſi cælum beatorum, propter quod, velut finem creati ſumus, excipias, de hoc enim dicitur: *Poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Haymo dicit: *Nihil in rebus viſibilibus cœlo & terrâ durabilius, nihil in rebus humanis velocius, quam verba tranſeunt, quia nec perfici niſi tranſeundo poſſunt. Cùm ergo Dominus dicit: Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt; oſtendit, quia quæ apud nos fixa videntur, apud illum tranſitoria ſunt, & quæ apud nos tranſitoria videntur, in ejus verbis firma & ſtabilia ſunt, quia firmas & permanentes ſententias firmat ejus ſermo, dum tranſit.* Porrò ex Cathedra Petri pronuntiata & dictata veritas hæc eſt: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos fœni, exaruit fœnum & flos ejus decidit; verbum autem Domini manet in æternum; hoc eſt autem verbum, quod evangelizatum eſt in vos.* Matt. 25. v. 34. Haym. hom. cit. 1. Pet. 1. v. 24. & 25.

DOMINICA II. ADVENTUS

EVANGELIUM

Matthæi 11.

2.  *Oannes cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi:* 3. *Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus?* 4. *Et reſpondens Jeſus ait illis: Euntes renunciate Joanni, quæ audiſtis & vidiſtis.* 5. *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur.* 6. *Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me* 7. *Illis autem abeuntibus, cæpit Jeſus dicere ad turbas de Joanne: Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?* 8. *Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt.* 9. *Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam.* 10. *Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt; Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.*

Verſus 2.

Joannes cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi.

Joannes cum audiſſet.

1. SCiendum eſt, quod S. Lucas cap. 7. ſtylum hiſtoriæ & tempus, quo ſingula quæque, quæ in Evangelio narrantur, acciderunt, proſequens ſingularium quorundam à Chriſto patratorum miraculorum notitiam nobis communicat qualia erant mundatio leproſi, ſervi Centurionis ſanatio, reſuſcitatio filii viduæ Naimiticæ, &c. Tandem verò, cùm per horum prodigiorum famam populum ad ſtuporem commoviſſet, qui propterea ei glorioſam hanc acclamationem fecit: *Prophe-*
Luc. 7. 16. *ta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam*; jámq; hæc eadem fama ad aures perveniſſet S. Joannis, ob Herodem reprehenſum in carcere vincti, idem ſanctiſſimus Præcurſor, ut diſcipulos ſuos eum potiùs, quàm Chriſtum Meſſiam eſſe
Ib. v. 7. exiſtimantes, ab hoc errore eximeret: *Exiit hic ſermo per univerſam Judæam* (inquit S. Lucas) *de eo & in omnem circà regionem, & nunciaverunt Joanni diſcipuli ejus*, optimam id faciendi occaſionem habere præſentiens, eosdem ad Chriſtum ablegavit, eò vel maximè, quia illos nimiâ erga ſe paſſione affectos moveri Chriſto autem invidere videbat, eò quòd majorem populum Chriſto quàm Joanni Baptiſtæ, cujus ipſi diſcipuli erant, adhærere tolerare non poterant ut hac ratione uno eodémque tempore illos & à ſpirituali infirmitate liberaret, & veritatem pariter altiſſimi illius myſterii, quale erat filii Dei, & promiſſi Meſſiæ incarnatio, eisdem manifeſtaret.

In vinculis opera Chriſti.

2. Joannes quia Herodem hiſce verbis corripuerat: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, carceris vinculis irretitus jacebat. Porrò Seneca de Magnatibus ait: *Monſtrabo tibi, cujus rei inopia laborent etiam magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit, ſcilicet ille, qui verum dicat.* Quia tamen hoc non obſtante Baptiſta illi, qui inceſtûs ſui fœtore univerſam Judæam ſcandalizabat, & inficiebat, veritatem libere dixerat, *Senec. de Benef.*

ecce

ecce tibi remunerationem, quam indè innocens reportat. Porrò adulatores ad Principum curias liberum aditum habent, libentérque audiuntur, & placent, Evangelii autem prædicatores non item: illi beneficiis cumulantur, hi verò peſſimè exagitantur. Enimvero Joannis quidem corpus vinculis adſtrictum erat, non verò item animus, ſiquidem verâ filiorum Dei libertate gaudebat, *ubi ſpiritus Domini, ibi libertas*; animóque ſuo generoſo & intrepido, & heroica virtute, quâ ſacrilegum illum Regem reprehendere non dubitabat, veriſſimum eſſe oſtendit, quod S. Paulus poſtea ſcripſit: *Secundùm Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula, ſed verbum Dei non eſt alligatum, ideo omnia ſuſtineo.*

2. Cor. 3. v. 17.

2. Tim. 2. v. 9. & 10.

3. Ecce tibi autem evidens argumentum, unde perſpicuè colligere poſſis, quod perſecutiones & immiſſæ adverſitates non ſemper culparum ſint præcedentium pœnæ, cùm Joannes in vinculis degere conſpiciatur, licèt ab utero materno innocens ſemper remanſerit. Imò Dionyſius Carthuſianus ulteriùs conſiderat, quòd S. Joannes ex parte matris ſuæ proximus Chriſti conſanguineus & præcurſor ipſius fuerit, illumque baptizârit, imò tanta fuerit ſanctitate conſpicuus, ut Chriſtus, neminem inter natos mulierum ipſo in ſanctitate majorem fuiſſe, apertè declarârit, & tamen Deus permiſerit, ut idem ille per adulteræ cujusdam ſuggeſtionem incarceraretur, eique in levis cujusdam tripudii præmium, ſanctiſſimum amputaretur caput. Ex quibus demum præmiſſis veriſimam hanc deducit conſequentiam: *Nemo ergo ſervorum Chriſti murmuret, multæ tribulationes juſtorum.* Chryſoſtomus quòque idipſum conſiderans, ad noſtram conſolationem Deum hanc innocenti Joanni crudelem inferri necem permiſiſſe dicit, *ut & juſtus ille fulgentiores coronas conſequeretur, & qui poſtea injuriam paſſuri eſſent, hoc exemplo corroborati, æquiori animo cuncta perferrent.*

Dionyſ. Cart. in c. 14. Matt.

Chryſ. hom. 49. in Matt.

4. Chryſologus in horum vinculorum laudem ita ſcribit: *Qui vincula ſolverat peccatorum, peccatorum vinculis alligatur*; quibus verbis alludebat ad baptiſmum, à Joanne in deſerto collatum & prædicatum, qui ad veniam & remiſſionem peccatorum obtinendam, prævia diſpoſitio erat, qui igitur peccatorum catenas in aliis ſolvebat, peccatorum & criminum alienorum catenis & compedibus innectebatur, Hiſce tamen vinculis congruè verba illa S. Cypriani adaptari poſſe videntur, dicentis: *Ornamenta ſunt iſta, non vincula; nec Chriſtianorum pedes ad infamiam copulant, ſed clariſicant ad coronam.*

Chryſol. ſerm. 127.

S. Cypr. l. 3. Ep.

5. David impios in hac vita exaltari, ſanctos verò deprimi videns, in periculo fuit adversùs Divinam providentiam tantisper indignandi & murmurandi, ait enim: *Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei: zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.* Herodes omnésque domûs ejus familiares ſaltabant, criminoſâque & infami cùm licentia & libertate tripudiabant, cum econtra S. Joannes ſqualido clauderetur in carcere. Dionyſius Carthuſianus ait: *Sunt vincula præceptorum, quibus rebelles ligari nolunt & à vitiis retrahi*; in cujus probationem, illum Pſalmi textum adducit: *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum:* Hæc autem vincula ab Herode & Herodia de inſolenter fuêre disrupta; & ideo ipſi, non verò Baptiſta compedes carceris merebantur atque catenas, & tamen ecce mirabiles divinæ infallibilis providentiæ periodos, quibus ordo hic totaliter invertitur & contrarium fieri videtur. Unde Chryſologus ait: *Herodes tu adulterium facis, & in carcerem vadit Ioannes, ubi Deus? ubi homo? ubi fas? ubi lex?* optima verò omnibúsque quoad hoc ſatisfaciens reſponſio eſt illa Cæſarii Arelatenſis: *Si quem forte movet, tantæ excellentiæ prophetam, imò pluſquam prophetam tam viliter occiſum, recogitet ipſum prophetarum Dominum Calvariæ inter latrones crucifixum.*

Dionyſ. Carth. ſer. de S. Pet. ad Vinc. Pſ. 2. v. 3.

Chryſol ſerm. 227.

Cæſ. Arel. de decol.

6. Ex iisdem quòque verbis veritatem quandam practicam deducere poſſumus, nimirum quòd, dum in ſummo adverſitatum, Dei amore toleratarum, apice conſtituti ſumus, cœleſtia dona & gratias abundantiùs participemus, ſiquidem de Joanne dicitur: *Cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti.* Ezechiel inter duriſſimæ illius ſervitutis catenas & compedes revelationibus, viſioni-

Ezech. 1. v.

ſionibusque cœleſtibus copioſè gaviſus fuit: *Cùm eſſent in medio captivorum, juxta fluvium Chobar, aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei.* Joſeph ſimiliter ex carcere & viuculis, ad ſomuii Pharonici interpretationem exponendam rapitur. Daniel leguminibus famam à ſe vix depellere poterat, & tamen habitum à Nabuchodonoſore ſomnium ei revelatum fuit. Job de ſemetipſo fatetur, quòd in ſterquilinio ſedens ſuos in Deum vivaciter defixos habuerit oculos mentis: *Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te.* Ubi S. Gregorius ait: *Interno enim oculo veritatis lumen magis conſpexerat;* Denique Herodiani hujus carceris obſcuritati, hiſceque Baptiſtæ vinculis, univerſus Chriſtianiſmus per omnia ſæcula in acceptis referre, & grata mente attribuere debet, quidquid de Dei filio, de Meſſiæ adventu, de Salvatoris mundi doctrina unqqam luminis accepit; hinc enim præcipuè illa ab eo manifeſtata divinitatis Chriſti notitia emicuit. *Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.* Unde S. Ambroſius ait: *Non turbentur innocentes, cùm falſis criminibus appetuntur; viſitat Deus & in carcere ſuos.*

Gen. 41. v. 14.

Job. 42.

Joan. 17.

S. Ambr. l. de Joſeph. cap. 5.

Mittens duos

7. Cùm in carcere carenis vinctus, ad Chriſtum in propria perſona adire non poſſet, diſcipulos ſuos ad eum mittere compellebatur.

Dion. Carth.

8. *Duos miſit ad ſocialis vita commendationem,* inquit Dionyſius Carthuſianus; Eadem quoque ratio à Salmerone tangitur, dum id factum fuiſſe dicit, *ob decentiam.*

Luc. 10. 1.

S. Lucas de duobus diſcipulis tractans dicit: *Miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locū.* Et ideò maximè laudandus religioſorum uſus etiamnum obtinet, quòd aſſociati ſemper egrediantur.

Alb. M.

9. Albertus Magnus ait: *ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, etiam apud alios dubitantes; de diſcipulis ſuis fortè magis æmulantibus, ut illis certificatis etiam alii certificarentur.* Ejuſdem quoque

Chryſoſt. hom. 37. in Matth.

ſententiæ fuit Carthuſianus, dum ait: *Duos miſit ad idoneam teſtificationem.*

10. Chryſoſtomus Joannem è diſcipulis ſuis elegiſſe exiſtimat, quos ad credendam Chriſti divinitatem vel maximè diſpoſitos eſſe cognoſcebat: *Non omnes, ſed duos, quos forſan faciliores ad credendum cæteris putabat, & qui ſimpliciter abſque ſuſpicione interrogare poſſent.* Euthymius duos illos inter cæteros prudentiores ſapientioresque fuiſſe exiſtimat: *Electis duobus, qui prudentiores eſſent.* Lucas Burgenſis ait: *Eos veriſimile eſt eum miſiſſe, qui cùm eſſent indolis optimæ, exactiùs ſyncerius-que referrent, quæ oportebat.*

Euthym.

Lucas Burg.

11. S. Ambroſius ſenſum conſectans allegoricum, in duobus illis diſcipulis duos populos agnovit: *Iſti diſcipuli ſunt duo populi, quorum unus ex Judæis credidit, alter ex gentibus, qui ideò credidit, quia audivit.*

S. Ambr. in Luc. 7.

De diſcipulis ſuis.

12. Lucas Burgenſis notat, quòd intimi hi Baptiſtæ diſcipuli Chriſto contrarii fuerint, eò quòd numerum ad Magiſtrum ipſorum concurrentium minui, eorum verò qui Chriſtum ſectabantur, mirè adangeri viderent: *Quia alieniores erant à Chriſto plerique Joannis diſcipuli, pro magiſtro ſuo contra Chriſtum æmulantes* (Joan. 3. v. 26.) *atque ita ab eo pendentes, ut majora de ipſo, quam de Chriſto ſentirent* (Matt. 9. v. 14.) *licèt aliud eos doceret Joannes* (Joan. 3. v. 28.) *quæ res impediebat, ac viam intercludebat, ne in Chriſtum crederent.* Joannes igitur è veneno medicinam conficere novit, ſiquidem livorem, invidiam, & æmulationem, quâ Chriſtum averſabantur, in ipſorum beneficium & utilitatem retorſit, eos ad ſe de Chriſti divinitate certificandos & informandos mittendo, efficiendóque ut ejus deinceps fierent ſequaces, Quo facto egregiè nos docuit, veris Dei ſervis ſolam Dei, non verò propriam gloriam quærendam & zelandam eſſe, etiam propriæ æſtimationis præjudicio: *Illum oportet creſcere, me verò minui.* Probè Præcurſor cognoſcebat, quam de ſe diſcipuli ejus opinionem haberent, maximè poſt ſolemnem illam ab Hieroſolymis deſtinatam legationē, in quâ Meſſiæ dignitas ei offerebatur, ideò hanc opinionē eis magnopere præjudicare poſſe timens, ut filium Dei melius agnoſcerent,

Lucas Burg.

Joan. 3. 30.

cerent, meritò motus eſt, ut pro hac notitia acquirenda ad Chriſtum eos mitteret. Baſilius Selencus ait: *Ne pertinaci quodam honoris ſtudio, & veteris Magiſtri deſiderio, deſerto Chriſto, &c.* quaſi diceret: magnoperè timebat, ne poſt mortem ejus, venerationis ei attributæ memoriam retinentes, de vero autem Meſſia nec quicquam luminis habentes, populum, ad credendum ipſum fuiſſe Meſſiam, inducerent, atque ideo ab hoc eos errore eximere voluit.

Baſil. Sel. orat 34.

Chryſ. in Cat.

13. Chryſoſtomus à S. Thoma in Catena citatus, prudentiam Baptiſtæ obſervat, quia ad inſinuandam eis veri Meſſiæ notitiam, & ut ipſos veros Chriſti diſcipulos efficeret, uſus fuit: *Si dixiſſet, abite ad ipſum, qui melior me eſt, non utique perſuaſiſſet, ſed æſtimaretur humilia de ſe ſentiens hoc dicere, & ſic magis eſſent ei affixi. Quid igitur facit? exſpectat eis audire, quòd Chriſtus mirifica facit: neque omnes miſit, ſed duos quosdam, quos noverat fortaſſis aliis perſuaſibiliores exiſtentes, ut inſuſpicabilis interrogatio fieret, & ex rebus ipſis diſcerent diſtantiam inter eum & JESUM.*

14. Credibile eſt, diſcipulos illos vera Magiſtri ſui indole imbutos fuiſſe, ut pectore eſſent adeò generoſo prædíti, ut ad imitationem Magiſtri ſui, pro veritatis defenſione, malis ſeſe forti & intrepido animo opponerent; cùm enim de Chriſti diſcipulis conſtet, quòd Magiſtrum ſuum vinculis irretitū & captum videntes, *omnes relicto eo fugerunt*, hi econtra, tametſi Præcurſorem in Regis & Reginæ indignatione poſitum eſſe ſcirent, ipſum tamen nunquam deſeruerunt, imò obedientiſſimi & obſequioſiſſimi ſemper erga illum permanſerunt, etiam poſt mortem, quando corpus ejus in facie Herodis ſepulturæ honeſtiſſimè mandārunt.

S. Chryſ. hom. in Matt. in gloſſ.

15. Chryſoſtomus à Gloſſa citatus hanc adducit ſimilitudinem: *ſicut pater, ſi videret filios bonis moribus ornatos, & omni ſapientia perfectos, quaſi ſecurus moritur, nihil de cætero timens de illis: ſic & Joannes volebat diſcipulos perfectos videre in Chriſto, ut jucundius moreretur.*

16. S. Gregem quoque ſuum, quem prædicatione ſua multo tempore paverat, ſecuriſſimum eſſe voluit, ut tandem ad paſcua producerentur æterna, ideóq; illos ſupremo Paſtori conſignandos eſſe duxit: *Videns mortem ſuam proximam*, inquit S. Anſelmus, *voluit diſcipulos ſuos Chriſto adjungere, antequam diſcederet; Percutiā paſtorem, & diſpergentur oves*; Decollatio ipſius præ foribus aderat, ideóq; prius executioni mandare voluit, quòd poſtea Redemptor noſter diſcipulis ſuis præſtitit, dum illorum ſecuritati peroptimè proſpexit: *ſi me quæritis, ſinite hos abire.*

S. Anſel.

Ait illi.

17. Quæri hoc loco poteſt, quomodo S. Matthæus dicere poſſit, quòd Joannes ſit ille, qui dixit: *Ait illi*; non enim dicit *Ajunt*, in perſona diſcipulorum, ſed *Ait*, in perſona Præcurſoris, cùm tamen certum ſit, quòd *Joannes in vinculis* conſtitutus, procul à Chriſto abſens fuerit? Reſponderi poteſt, tritam eſſe Regulam: *Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.* Inſuper conſiderandum eſt, S. Joannem interrogationem hanc ſuo nomine faciendam illis impoſuiſſe: *Quaſi diſcipulis ſuis diceret*, inquit S. Anſelmus, *ſi vos dubitatis illum fuiſſe Meſſiam, cui teſtimonium perhibui, ite ad eum, & quærite ſub nomine meo*; adeóque S. Joannes per os Apoſtolorum ſuorum loquebatur.

S. Anſel.

18. Conſiderandum eſt etiam, quòd S. Joannes inter compedes & catenas conſtitutus, morti que pro veritatis defenſione, Deíque honore ſubeundæ vicinus, diſcipulos ad Chriſtum, prodigioſa & miraculoſa patrantem, non eo fine miſerit, ut is ſe pro ipſo interponeret mediatorem, vel ut innocentiam ejus juſtificaret, aut à ferreis catenis, quibus vinctus tenebatur, liberaret; ſed per hanc interrogationem nihil aliud intenderit, quàm ut ignorantiæ tenebris à diſcipulorum ſuorū mentibus depulſit, ipſi verum Meſſiam agnoſcere, eósq; in viam ſalutis dirigere, mundumq; in agnitione filii Dei erudire poſſet. Unde S. Ambr. ait: *Mirari non debemus, quòd ab Herode miſſus in carcerem, clauſus Chriſtum ſuis diſcipulis intimaret, cùm etiam clauſus in utero eundem Dominum geſtibus prædicaret.*

S. Ambr. ſerm. 1. de S. Joan.

19. Nonnull quoque contemplativi hoc loco meditantur, quòd cùm S. Joannes morti proximus eſſet, ſuam in Chriſto fidem manifeſtare voluerit, ad erudiendum hoc facto cunctos fideles, quòd eo vel

maximè tempore facienda ſit fidei noſtræ profeſſio, quo morti vicini exiſtunt.

Verſus 3.

Tu es, qui venturus es, an alium exſpectamus?

1. Ex textu S. Lucæ cap. 3. v. 26. ſufficienter colligitur, quantam de S. Joanne opinionem ſeu æſtimationem diſcipuli ejus habuerint, hæc autem æſtimatio in iiſdem magis non ſolùm ſolidata, ſed & aucta fuit, quando ſolēnis illa legatio à Sacerdotibus univerſóque Hebraiſmi ſupremo Concilio ad S. Joannem miſſa fuit, ut eum, (dummodo ipſe acquieſcere voluiſſet,) veluti Meſſiam venerarentur & agnoſcerent, ac proindè diſcipuli ejus nunquam induci potuiſſent, ut Chriſtum Joanne in ſanctitate ſuperiorem, & filium Dei eſſe crederent, niſi S. Joannes ipſemet, ad hanc eis malè de ſe conceptam opinionem eximendam, oſtendiſſet, ſe credere Chriſtum verò Meſſiam eſſe, ac proindè ad hanc veritatem explorandam ipſos ad Chriſtum ſuo nomine ablegāſſet. Undè S. Ambroſius dicit: *Non fide ſed pietate dubitavit; tanquam parvulis in Chriſto tac vobis potum dedi, non eſcam*, inquit, licèt ad alium finem S. Apoſtolus. Sic enim mater, ut filium ad lactis nutrimentum ſumendum inducat, ſe quóque lacte ad ſuî ſuſtentationem opus habere fingit; Ità quóque mater ut filium infirmum medicinam ob nauſeam ſumere detrectantem ſanitati reſtituat, medicinam eandem ori proprio applicare, imò & deglutire ſolet, ut hac ratione filium ad eandem ſumendam pariter inducat. Unde Baſilius Seleucus ait: *Non tam miramur Joannem exultantem, quàm nunc interrogantem, exultavit infans in utero* propter gaudium, ut oſtenderet filium Dei, qui in Maria incarnatus fuerat, verè eſſe præſentem, nunc autem videtur, quòd certo quodam modo *repueraſcat*, adeò ut de ipſo nunc dici poſſit: *Sapiebam ut parvulus*, ſiquidem ſe ignorantem eſſe, & Chriſtum ſe non cognoſcere ſimulat, idque non alio fine, quàm ut non ſolùm diſcipuli ejus, ſed & univerſum genus humanum, ad finem uſque ſæculorum Chriſtum, quis eſſet, verè agnoſcerent; ſe ignorare ſimulavit, ut totus mundus increatam ſapientiam jam verè incarnatam eſſe, fide verâ crederet. *Mira res*, exclamat proinde S. Thomas de Villa Nova, *triginta annis inter homines Deus erat, & factus homo cùm hominibus verſabatur, & non agnoſcebatur; miſſus eſt Joannes, ut ad tanti Sacramenti advertentiam mortalium oculos excitaret.*

S. Amb. lib. 5. in Luc. c. 7.

1. Cor. 3. v. 2.

Baſ. Sel. orat. 34.

1. Cor. 13. v. 11.

S. Tho. de Vill. con. 1. de S. Joan.

2. Inſignis eſt illa Origenis ſuper quæſtione, Joanni à legatis propoſita: *Tu quis es?* ponderatio. Dicit enim, legatos ad Joannem ab Hieroſolymis miſſos, commiſſionem quidem habuiſſe, ut hanc Joanni interrogationem proponerent, quia ipſum Meſſiam eſſe perſuaſum ſibi habebant, non tamen conſtat, illos unquam ſimilem inveſtigationem ſeu diligentiam & induſtriam circa Chriſtum adhibuiſſe, ac proinde dicit Origenes, *quòd erga Joannem Judai, hoc Joannes erga Chriſtum, proſequitur, per proprios diſcipulos interrogans: Tu es, qui venturus es, an alium exſpectamus?* nimirùm ſupplere illud voluit, quòd univerſus Judaiſmus honoris ipſi exhibere neglexerat, neque enim ipſi ſufficiebat, quòd eum palàm digito indicâſſet, dicens: *Ecce Agnus Dei*; ſed inſuper ſolemnem hanc legationem per duos ſapientiſſimos & prudentiſſimos ſcholæ ſuæ diſcipulos expedire voluit.

Orig. in Joan. 1.

3. Paulus de Palatio ingens hujusce interrogationis momentum hiſce verbis trutinat: *Exiſtimo nullam unquam fuiſſe in orbe quæſtionem majoris quàm iſta momenti; expende cuncta: Qui interrogant, vicem habent omnium fidelium: qui interrogatur, Deus eſt; quod interrogatur, ſummum negotium eſt, an is eſſet Deus, qui videbatur homo?*

Paul. de Palat.

4. S. Thomas ſanctum Ambroſium in ea fuiſſe opinione refert, Præcurſorem de Meſſiæ in mundum, ſive in carnem, adventu nequaquam dubitâſſe, *ſed de adventu ad Paſſionem; unde miratur, ſi venerat ad patiendum.* Huic tamen opinioni Doctor Angelicus ſe opponit per S. Chryſoſtomi authoritatem, qui Joannem hoc quoque plenè atque perfectè ſciviſſe exiſtimat, ſiquidem eum digitis monſtraverit, dicens: *Ecce Agnus Dei, conſtat ergo, quòd eum ſcivit fore hoſtiam immolandam.* Lyranus ſe ſimili cuidam expoſitioni S. Gregorii opponit, dicentis: *Dubitavit, utrùm ſicut*

S. Thom. in Matt.

Lyran.

natus

natus erat in humanitate noſtra, ita etiam moreretur pro ſalute humana; Reſpondet Lyranus: *Non videtur conveniens, quia Ioannes non fuit minùs illuminatus, quàm Propheta veteris Teſtamenti, quia hic dicitur plusquàm Propheta; Prophetæ autem cognoverunt Chriſtum, non tantùm naſciturum in carne propter nos, ſed etiam moriturum, ut habetur* Iſaiæ 53. *Tanquam ovis ad occiſionem ducetur; Ergo multò fortiùs Ioannes, qui fuit plus quàm Propheta, cognovit.*

5. Et revera in dubium revocari neutiquam potuit, quin Joannes perfectam habuerit Incarnationis & Paſſionis futuræ Filii Dei notitiam. *Alb. M.* *Videtur mirabile, ſi de hoc dubitare potuit,* inquit Albertus Magnus, *quem intra materna viſcera obſtructus cognovit, quem ſpiritus in deſerto revelavit, cui columba inſedit, ſuper quem vox Patris intonuit, quem digito demonſtravit, cui teſtimonium quod mundi peccata tolleret, perhibuit, de quo, quod agnus immolandus eſſet, prædixit ad quem Andream cum alio miſit, qui detrahentes diſcipulos corripuit, qui Judæis quærentibus teſtimonium perhibuit, quæ omnia* Luc. 1. Joan. 1. & *3. legimus feciſſe Joannem.* Imo in utero quoque materno eum cognovit, dum ob ejus præſentiam gaudendo ſalire in utero cœpit; unde ſicut S. Hilarius ſcribit: Quærendo *non ſuæ, ſed diſcipulorum ignorantiæ conſulit.* S Hieronymus Lazari exemplum adducit; dum ait: *Quomodo Salvator interrogat, ubi ſit poſitus Lazarus, ut qui locum ſepulchri indicabant, ſaltem ſic pararentur ad fidem & viderent mortuum reſurgentem; ſic & Ioannes interficiendus ab Herode, diſcipulos ſuos mittit ad Chriſtum, ut per hanc occaſionem videntes ſigna atque virtutes, crederent in eum, & magiſtro interrogante diſcerent,* ipſe namque quidnam Chriſtus reſponſurus eſſet, prophetico ſpiritu illuminatus prævidebat Unde Dionyſ. ait: *Interrogavit non ob propriã dubitationem, ſed propter diſcipulorum ignorantiã, quos volebat ex Chriſti reſponſione doceri, & certificari, noverat enim in ſpiritu, qualiter Chriſtus fuerat reſponſurus;* adducítque idem Carthuſianus eisdem ſapientiſſimi magiſtri noſtri exemplum, qui ſæpius ſe aliquid ſcire deſiderare ſimulavit, quod jam de facto probiſſimè ſciebat; ſic de Lazaro ait: *Ubi poſuiſtis eum? Unde ememus panes?* ait ad Philippum: *Cujus eſt imago hæc? Nonne decem mundati ſunt? & novem ubi ſunt? Quandoque enim interrogat homo, ut inſtruatur, interdum ut inſtruat; interdum ut experiatur, ſi aliquis ſciat, quod quærit; interdum ut alterius ignorantiam demonſtret.*

S. Hil. c. 11. in Matth. *S. Hier. in Matt.* *Dionyſ. Carth.*

6. Jam de facto Baptiſta diſcipulis ſuis, Chriſtum promiſſum Meſſiam eſſe dixerat, qui tamen id dicenti certam non adhibuêre fidem, ac proinde verba ſua per experientiam miraculorum Salvatoris authenticare voluit. Unde S. Hilarius ait: *Sed ut ſcirent, non alium à ſe prædicatum, ad opera ejus intuenda diſcipulos ſuos miſit, ut authoritatem dictis ſuis illius opera conferrent.* *S. Hilar*

7. Quæſtio autem hoc locò proponi poteſt; quænam cauſa ſit, quòd Joannes interrogationem iſtam per verba futuri temporis circumſcribere voluerit, dicens: *Tu es, qui venturus es?* cùm tamen jam triginta eſſent anni elapſi, à quibus de facto in mundum veneras? Arias legit: *Tu es veniens?* Græcus textus legit: *Tu es ille veniens?* Veruntamen advertendum eſt, quòd interrogationem illis verbis proponi fecerit, quibus ipſe ab oraculis propheticis olim prophetizatus fuerat; unde & Joan. 6. v. 14. dixerunt: *Hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum,* tametſi coram oculis eorum præſens aſſiſteret. *Ioan. 6. v. 14.*

8. Enimverò ex quo hæc diſcipulorum miſſio & interrogatio, in eum præcipuè finem ordinata erat, ut illis claram Chriſti notitiam ſubministraret, utpote qui tunc nondum verus Meſſias eſſe agnoſcebatur, ideo haud immeritò eandem interrogationem manifeſtè & publicè proponi voluit, quia veritas latibula neſcit; præterquam quòd hanc quòque notitiam per univerſum mundum extendi & divulgari voluerit; quia ſervi Dei magna urgentur ſollicitudine, ut unusquisque bonorum ſpiritualium ad majorem Dei gloriam, particeps efficiatur. Porrò quòd interrogatio hæc publicè, & in conſpectu multorum propoſita fuerit, ex illis ejusdem Evangelii verbis clarè deducitur: *Illis autem abeuntibus, cœpit Jeſus dicere ad turbas de Joanne.*

9. Pau-

Paul. de Pal. 9. Paulus de Palatio verba hæc in ſenſu morali exponens, dicit: *Ioannes ſignificat gratiam, cùm igitur Ioannes eſt in vinculis, dubitare videtur.* Etenim multi ſunt amici Dei, qui tempore conſolationum ſpiritualium ſolidi perſiſtunt; at verò in deſolationibus, & ariditate animæ titubant: Cujus exemplum Davidem adducit, qui ait: *Ego dixi in abundantia mea, non movebor amplius, præſtitiſti decori meo virtutem;* at verò in adverſitatibus poſitus, ait: *Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* *Pſ. 29. v. 7.*

10. Idem quoque aliud quoddam documentum in medium adfert, dum ait: *Ioannes donum ſignificat, inter dona primum, & radix aliorum eſt fides, hanc multi Chriſtiani in vincula peccatorum conficiunt, veritatem Dei in injuſtitia detinentes; fides ergo inter vincula peccatorum facilè dubitat; imò facilè negat; non eſt tuta fides inter vitiorum catenas.*

11. Credibile valde eſt, ſanctam Dei Eccleſiam hodie hoc Evangelio uti, ut fideles ſuos ad dignum pro hujus Regis gloriæ adventu, hoſpitium & habitaculum accommodandum & præparandum invitet: *Tu es, qui venturus es, an alium exſpectamus?*

Verſus 4.

Et reſpondens Ieſus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.

Et reſpondens Ieſus ait illis.

1. Ex quo prædicta interrogatio ipſiusmet Præcurſoris proprio nomine, Chriſto transmiſſa & expoſita fuit, cur Chriſtus non ipſi reſpondit, ſed diſcipulis illius? Interlinearis reſpondet: *Non ad interrogata, ſed ad ſcandalum nuntiorum non reſpondit Ioanni, quia non dubitabat de illo.* Et ideo reſponſio non ad Præcurſorem catechizandum, ſed ad diſcipulos incredulos erudiendos ordinabatur. Lyranus dicit: *Ideo Chriſtus non reſpondet per verba, ſed per facta, faciens in conſpectu diſcipulorum Ioannis miracula multa, manifeſtè declarantia, quòd ipſe eſſet Chriſtus.* *Interlin.* *Lyran.*

2. S. Paſchaſius eandem reſponſionem reddit, cur non reſponderit *ſecundum interrogata? Arbiter omnium ſecretorum, non ad verba, ſed ad intentionem mittentis, & ad ſcandalum nuntiorum reſpondit.* *S. Paſch. ibid.*

3. Janſenus conſiderat, quòd ſicut Baptiſta multa fuerat prudentia in erudienda diſcipulorum ignorantia uſus, palàm ipſis oſtendendo, quòd Chriſtum verum revera non agnoſcerent; ita quoque Chriſtus in eiſdem erudiendis magna quoque circumſpectione uti voluerit, abſque eo, quòd incredulitatem & invidiam illorum eis manifeſtaret, aut de his eos reprehenderet, miraculoſis operibus ſuis eisdē reſpondendo: *Ut magna prudentia ac charitatis ſtudio, Ioannes in ſe diſcipulorum ſuorum ſuſcepit dubitationem & ignorantiam: ita Chriſtus magnâ eis reſpondet prudentiâ, eorum diſſimulans inſcitiam, nec eam apertè inceſſans, ut ſic ad ſe eos ſuo tempore magis traheret.* *Ianſen. c. 47. concord.*

Euntes renuntiate Ioanni, quæ audiſtis.

4. Lucas Burgenſis optimè notat, Chriſtum eo modo reſpondiſſe, ac ſi Præcurſor legatos hoſce ob ſuum, non verò diſcipulorum intereſſe & commodum miſiſſet, tametſi mentem & intentionem Præcurſoris ſui perfectiſſimè nôſſet: *Prudenter diſſimulans id, quod & Ioannes, ut tantò ſe faciliùs doceri & perſuaderi paterentur.* *Lucas Burg.*

5. Verbum, *Audiſtis*, ad miracula refertur, quæ paulò antè de ipſo audiverant, ſiquidem filium viduæ reſuſcitaverat, Centurionis ſervum ſanaverat, aliàque ſimilia miracula patrârat, quæ à S. Andrea, & S. Petro ambobus paulò antè Baptiſtæ diſcipulis, audire facilè potuerant.

* *
*

Et vi-

Et vidiſtis.

Chryſ. in cant. S. Chryſoſtomus, à ſancto Thoma in Catena citatus, obſervat, quòd Salvator non reſpooderit directè, ſe Meſſiam eſſe, ne forſitan ei exprobrari poſſet, prout malignantes Judæi fecerunt, dicentes: *Tu de teipſo teſtimonium perhibes*, præterquam quod fidem ſibi difficulter adhibendam fuiſſe prævidebat, ac proinde ad facta, id eſt, ad miracula recurrit: *Propter hoc à miraculis fecit eos diſcere, inſuſpicabilem doctrinam faciens & manifeſtiorem, teſtimonium enim quod eſt à rebus, credibilibus eſt teſtimonio, quod eſt à verbis.* Cajetanus in tempore præſenti legendum eſſe exiſtimat, *auditis & videtis*: *Reſpondet non teſtimonio verborum, ſed factorum, ut referendo Ioanni miracula, convincantur à Ioanne ex ipſis miraculis.* S. Paſchaſius notat, Chriſtum ideo voluiſſe, ut magiſtro ſuo ea, quæ audierant & viderant, referrent, quia ſigna quæ fecerat, ab antiquis oraculis de Meſſia venturo prophetata fuerunt. In Iſaia namque prædictum fuit; *Deus ipſe veniet & ſalvabit vos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet, ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum*, ac proinde Lucas Burgenſis in perſona Chriſti ita ſcribit: *Nihil opus eſt, ut de me, quis ſim pronuntiem, ſim Chriſtus, nec ne, tantum ite & renuntiate Ioanni, quæ vidiſtis, hæc enim cum vaticiniis collata ſatis loquuntur, quis ſim.* Porrò S. Joannes miracula facere minimè debebat, bene tamen Meſſias; atque ideo eum interrogârunt: *Quod ergo tu facis ſignum, ut videamus & credamus tibi?* Meritò igitur S. Cyrillus dicit: *Chriſtus miraculorum magnitudine ſimul & multitudine oſtendit ſe Meſſiam eſſe*, unde & Judæis dixit: *Si non facio operâ Patris mei, nolite credere.*

Iſa. 35. v. 4. 5. *Lucas Burg.* *S. Cyril. li. 2. Theſ. c. 4.* *Ioan. 10. v. 37.*

7. Conſiderari quoque hoc loco notabilis quædam differentia poterit, quæ inter cæcum natum & Samaritanam ex una, & hosce diſcipulos ex altera parte cernitur; cæco enim ſe directè Meſſiam in lege promiſſum eſſe manifeſtavit: *Qui loquitur tecum, ipſe eſt*; Similiter mulieri Samaritanæ dixit: *Ego ſum, qui loquor tecum*: at verò duobus hiſce diſcipulis ſolùm patrata à ſemiracula oſtendit. Ratio autem differentiæ iſti-

Ioan. 9. 37. *Ioan. 4. v. 26.*

us eſt, quia ad credendum ſe Meſſiam eſſe optimam tam in cæco, quàm in Samaritana diſpoſitionem invenit, eò quòd valde ſe erga eos probâſſet beneficum; at verò, ut hos diſcipulos, utpote gloriæ & ſanctitati Chriſti invidentes, dum nimirum eum majori quàm magiſtrum ſuum veneratione honorari videbant, adeóque minùs diſpoſitos, in eum credere faceret, non verbis, ſed miraculis & prodigiis talibus, quorum ipſi oculati & irrefragabiles teſtes eſſent, utendum ſibi eſſe cenſuit.

Verſus 5.

Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur.

Luc. 7. v. 21. 1. Ex textu S. Lucæ expreſsè colligitur, miracula iſta in præſentia illorum duorum diſcipulorum patrata fuiſſe: *In illa autem hora multos curavit.*

Dionyſ. Carth. 2. Dionyſius Carthuſianus ad ſenſum ſpiritualem recurrens, nobis, qualiter Salvator noſter miracula iſta myſticè patraverit, inſinuat his verbis: *Quomodo iſta miracula ſpiritualiter fecerit, facile eſt penſare: ſpiritualiter enim videns, dum Chriſto deſuper radiante homines ab ignorantiæ errore vel infidelitate purgantur; ſurdi audiunt, dum rebelles verbo Dei obediunt; ſpiritualiter namque dura mentis obſtinatæ ſurditas appellatur; leproſi mundantur, dum à vitiis gulæ atque luxuriæ homines expurgantur; claudi ambulant, dum pigri & inhabiles ad divina efficiuntur ferventes, claudicatio enim obliquitas affectionis, accidia, vel nutatio mentis accipitur, juxta illud libri Regum: usquequo claudicatis in duas partes? mortui quoque reſurgunt, dum impii pœnitent; ſed & pauperes evangelizantur, dum infirma & abjecta mundi, & ea quæ non ſunt prædicantur à Deo electa, ut fortia & ſuperba confundantur.*

Mortui reſurgunt.

Cajet. 3. Cajetanus hæc verba de filio viduæ paulò antè reſuſcitato, nec non de ſuſcitata Archiſynagogi filia, intelligenda eſſe credit. Dionyſius Carthuſian. autem numerum mortuorum à Chriſto ad vitam reſuſcitatorum, adducto in medium S. Augu-

Dionyſ. Carth.

ſtini teſtimonio incertum eſſe cenſet, eò quòd multa miracula ab Evangeliſta minimè conſcripta fuerint; & quidem quòd plures quam tres ſuſcitaverit, ex hiſce verbis deduci poſſe videtur, quia dum hæc verba dixit, miraculum illud celeberrimum in Lazari reſuſcitatione nondum patraverat, ſed duo tantùm ſupradicti mortui reſuſcitati fuerant: *Si ergo Chriſtus tempore hujus reſponſionis, non ſuſcitaſſet niſi duos, non dixiſſet forſitan tam abſolutè pluraliter, mortui reſurgunt, præſertim cùm ſecundùm Philoſophum morale ſit, in his quæ ad propriam commendationem pertinent, declinare ad minùs, ſalva ſemper veritate*: Demum verò Chriſtum plures quam tres mortuos ſuſcitaſſe, efficaci quadam ratione probat, quia nimirum miraculum, circa Lazarum patratum, tres Evangeliſtæ ſilentio involutum præterierunt.

Pauperes evangelizantur.

Iſa. 61. v. 1. 4. Iſaias, qui per antonomaſiam Propheta Evangelicus appellatur, eo quod omnes legis gratiæ eventus clariſsimè prædixerit, inter alia futuri Meſſiæ officia, ex ipſiusmet ore hoc unum eſſe dicit: *Ad annuntiandum manſuetis miſit me*, in Hebræo habetur: *ad evangelizandum pauperibus*; Illis namque qui dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia*, Evangelium à Chriſto primo omnium loco annuntiatum fuit; ipſamet quòque experientia per omnia ſæcula, illos, qui bonorum terrenorum magis egeni ſunt, cæleſtium bonorum, quæ a Evangelium annuntiat, magis capaces ad illaq; magis diſpoſitos eſſe, oſtendit.

Lucas Burg. 5. Lucas Burgenſis per hoſce pauperes illos intelligit, qui ex voluntatis affectu verè tales exiſtunt: *Pauperes ſpiritu, qui ſi opes habent aut honores, non illis cor apponunt non ideo ſe pluris faciunt: ſi non habent, non ſupra modum deſiderant, id eſt, qui ſe pauperes, miſeros, viles atque abjectos eſſe cognoſcunt, quales facilius ſunt ii, qui nulla ac tenui fortuna ſunt, quàm qui ſplendida.*

Luc. 4. 17. 18. 6. Refert S. Lucas, quòd dum in Nazareth patria ſua conſtitutus, ſabbatho in ſynagogam ingreſſus eſſet, *ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ, & ut revolvit librum, invenit locum, ubi ſcriptum erat: Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus miſit me.* Rationem autem, cur ſpecialiorem pauperum mentionem faciat, Lucas Burgenſis hanc adfert: *Ut admoneat, quinam idonei ſint ad accipiendum Evangelium, & percipiendum, quæ illic offertur ſalutis & reg. ni cœlorum gratiam, pauperes ſcilicet, id eſt, humiles, manſueti, afflicti, quales fere magis ſunt pauperes, quam divites.* Janſenius idem hiſce verbis advertit, dum ait: *Hi capaces ſunt evangelicæ doctrinæ, & obedientiæ fidei: ùt enim ſuperbia & ferocia contentioſa eſt, & ob id indocilis; ita contra manſuetudo docilem reddit. Unde Jacobi 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras; Et Eccleſ. 5. Eſto manſuetus ad audiendum Verbum Dei, ut intelligas.* S. Anſelmus paucis verbis idem vel ſaltem parum differens motivum adfert, dum ait: *Pauperes evangelizantur, id eſt, Evangelio convertuntur, non enim amant cœleſtia, niſi qui contemnunt terrena.*

Lucas Burg. *Janſen.* *S. Anſel.*

7. S. Hilarius per hoſce pauperes illos ſignificari exiſtimat, qui mortificantur, & crucis Redemptoris participes exiſtunt. *Pauperes bene nuntiantur, id eſt, qui perdiderint animam, qui crucem ſuam acceperunt & ſequentur, qui humiles ſpiritu fient, quorum regnum præparatur in cœlo.*

S. Hilar. c. 11. in Matth.

8. Nec deſuit qui diceret, ly *pauperes* in ſenſu *accommodatitio* intelligi poſſe *activè*, id eſt, *pauperes evangelizant*, ſiquidem unum ex majoribus divinæ omnipotentiæ & ſapientiæ prodigiis fuit, quòd pauperes piſcatores nudipedes, idiotæ, natalibus & profeſſione viles & abjecti, Evangelio mediante totum mundum Evangelicæ legi comparârint; Regésque & Monarchas ipſorum ſe pedibus obſequioſos advolvere fecerint, tributariósque Eccleſiæ conſtituerint. *Comperto quòd eſſent homines ſine literis & idiotæ, admirabantur.*

Act. Ap. 2. v. 13.

9. Cajetan. dicit: *Inter opera, inter miracula teſtificantia Meſſiam connumeratur, quod pauperes evangelizantur, hoc eſt, accipiunt bonum nuntium*: notátq; in hoc differentiam magnã, quæ inter Regnum Dei, & mundi, bona terræ & cæli intercedere cernitur: *Mundana bona communia annuntiantur magnatibus & divitibus mundi, & per illos derivantur ad reliquos pauperes; cœleſtia autẽ bona communia toti generi humano annuntiantur pauperibus piſcatoribus, & aliis*

Cajet.

hujus-

hujusmodi ſequacibus JESU, & per illos derivantur ad alios etiam mundi principes, ut experientia teſtata eſt. S. Hieron. hanc apud Deum noſtrum indifferentiam obſervat, quòd acceptor non ſit perſonarum, imò quòd potiùs pauperes divitibus & potentibus anteponat: *Intellige pauperes ſpiritu, vel certè opibus pauperes, ut nulla inter nobiles & ignobiles, inter divites & egenos, in prædicatione diſtantia ſit: hæc magiſtri rigorem, hæc præceptoris comprobant veritatem, quando omnis apud eum, qui ſalvari poteſt, æqualis eſt.*

S. Hier. in Matt.

Dionyſ. Carth. Euthym.

10. Dionyſius Carthuſianus, ly *evangelizantur* ita declarat; *Hoc eſt Evangelica lege & gratiâ inſtruuntur* Euthymius pariter dicit: *Pauperes lætum accipiunt Evangelii nuntium.*

11. Diſcipuli à Joanne ad Chriſtum miſſi, de veritate quadam ſumi ponderis & momenti convincendi erant, nimirum quòd Chriſtus verus Dei filius & promiſſus in lege Meſſias ſit, ac proinde operæ pretium eſſe cenſuit, eandem factis potiùs miracula operando, quàm verbis illis perſuadere, illorúmq; mentibus imprimere. Unde S. Leo ait: *Facilis ad exhortandum ſit ratio, efficax ad ſuadendum, validior a tamen ſunt exempla quàm verba, & plenius eſt opere docere, quàm voce.*

S. Leo. de S. Laur.

12. Obſervari quòque poteſt, Chriſtum non dixiſſe: Ego reddo lumen cæcis, mutis loquelam, auditum ſurdis, ſed eum in tertia perſona locutum fuiſſe: *Cæci vident, claudi ambulant;* idque ut nos doceret omnem nobis jactantiam & oſtentationem propriam ſummè fugiendam eſſe.

13. Porrò Phariſæi à Salvatore miracula petiêrunt, *Volumus à te ſignum videre;* at verò Chriſtum audiêrunt, hoc illos reſponſo affantem: *Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei;* hi autem diſcipuli S. Joannis, abſq; eo quod ſigna aliqua à Chriſto expoſcerent, multa viderunt patrantem miracula, quæ clarè Chriſti divinitatem teſtabantur; differentia autem utriusq; in eo conſiſtit, quód illis ex miraculis Chriſti proficere nō fuerit animus, nec ex *viſis iis* in ipſum credere voluerunt; hi verò bono fine Chriſtum convenerint, nimirum ut veritatem agnoſcere, eámque ſequi poſſent: *Reſpondit eis in viâ virtutis ſuæ.*

Matth. 12. v. 38.

Pſ. 101. v. 24.

14. Denique ſi ſignum unde Filium Dei veniſſe perſpicuè cognoſcere poſſumus, eſt, quòd cæci oculos ſuos aperiendo videant, ſurdi verò promptè audiant, timere jure merito poſſumus, Deum nobis non veniſſe, niſi aures & cor noſtrum ſanctis ejus inſpirationibus aperiamus, aut niſi verum lumen receperimus, ſed potiùs in cæcitate & ignorantia noſtra perſeveremus: *Illuminat omnem hominem.*

Joan. 1. v. 9.

Verſus 6.

Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me.

S. Anſel.

1. S. Anſelmus quandam verborum illorum expoſitionem adducit, tempori multùm accommodatam, dum ait: *Id eſt, qui non dubitaverit de adventu meo.*

Lucas Burg.

2. Lucas Burgenſis ait: *Numini dat inſtam offendiculi occaſionem, ſed noſtra ſive malitia, ſive infirmitas offendiculi occaſionem ſibi ipſi accipit, unde non debet. Porrò diſcipulos Joannis, quos hic notat offendiſſe videtur humilitas converſationis Domini, quod non ſeorſum ab hominibus illa vitæ ſeveritate viveret, quâ ipſorum magiſter Joannes.* In ea namque occaſione, qua Chriſtus à levi convivio excipiebatur, diſcipuli Joannis ſeſe prodiderunt in medium dicentes: *Quare nos & Phariſæi jejunamus frequenter, diſcipuli autem tui non jejunant?* nimirum reprehendere eum quoq; ex illo capite volebant, quòd cum modicâ ſeveritate vitam ageret. Meritò igitur, inquit Luc. Burgenſis: *Hic taxat eos, ſed occultè, paſſionem mentis eorum ita detegens, ut apud turbam non pudeſcerent, ſed taciti ipſi ſecū agnoſcere poſſent vitium ſuum.* Dominus interiora cordis ipſorum penetrabat, modicámque videbat in eo æſtimationem, quam comparativè ad Baptiſtam, qui in eremo ſepultus, *non manducans neque bibens* vixerat, de ipſo habebant, unde illos poſt præcurſoris ſui mortem ſcholæ ſuæ adſciſcere volens, ab eo quo imbuti erant errore illos primo divinitatis ſuæ ſigna per intentionis & cordis ipſorum penetrationem illis oſtendendo, ſeq; ipſum à modico, quem de illo habebant, conceptu juſtificādo, eximere, actum de nū eo loquendi modo uti voluit, quia in Iſaia de Meſſia venturo vaticinatū erat: *Erit vobis in ſanctificationem, in lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali.* Simeon paritei de ipſo, etiamnum te-

Matth. 9. v. 14.

Iſa. 8. v. 14.

Luc.2.v. 34. nello infante, dixerat: *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur.*

Dion. Carth. 3. Carthusianus dicit, quòd, sicut in Christo duæ naturæ erant, una sublimis & divina, altera verò humilis & humana, ità quòque in ipso *fuerunt quædam altissima, multa miracula & divinitatis insignia; fuerunt etiam in eo quædam humillima & abjecta, ut quod esuriit, lassus fuit, irrisiones sustinuit & mortem; quidam ergò pensantes magnalia Christi, cōcesserunt, quod esset verus filius Dei, sed non hominis, & isti ex magnificentia Christi fuerunt scandalizati; alii considerantes objecta Christi, quòd mortalis fuit, expavit, tristis fuit, & cruci affixus, cencesserunt, quòd esset filius hominis, sed non Dei, & isti ex humillitate Christi scandalum passi sunt.* Salvator igitur per hunc loquendi modum dicere voluit, beatos futuros illos, qui tam miracula sua, quàm ejus passiones & contemptum mortis suæ spectando & videndo in conceptu divinitatis ejus, nullā passuri essent diminutionem: *Qui non fuerit scandalizatus, hoc est, qui visis miraculis credit me filium Dei, & etiam visis tribulationibus manet in eadem fide.* Christum in infami patibulo in medio latronum suspensum aspicere, scandalizavit totam hebraïsmi synagogam; *Judæis quidem scandalum*, S. Gregorius ait: *Infidelium mens gravè in Christo scandalum pertulit, cùm eum etiam post tot miracula morientem vidit; Quid est dicere: Beatus, qui nō fuerit scādalizatus in me, nisi apertâ voce abjectionē mortis suæ signare; ac si patenter dicat, mira quidem facio, sed abjecta perpeti non dedignor; cavendum valdè est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur.* Albertus Magnus quòque ad mortis ipsius mysterium alludit dum ait: *Occasionem ruinæ in me non acceperit, cùm infirmitatem ostendam in Passione.* S. Paschasius similiter dicit: *Percutit conscientiam eorum omnium, qui de Christi morte dubitant, quia etsi mortuus est ex infirmitate carnis, ut ipse voluit, vivit tamen ex virtute Dei.* S. Hilarius quóque verba illa de ejus morte & sepultura explicat, dicens: *Quia futura erat crux plurimis scandalum, beatos eos professus est Christus, quorum fidei nil tentamenti deferret crux, mors, sepultura.*

S. Greg. in cat.

Albert. M.

S. Paschas.

S. Hilar. ibid.

4. Jansenius eadem verba in sensu morali de illis exponit, qui propter actus humilitatis & mortificationis, quos lex Evangelica annexos habet, à Christi sequela retrocedunt: *Hodie*, inquit, *in Christo multi scandalizantur, ut qui non possunt approbare humilitatem eam, quam docet in Evangeliis, & in suis exhibet Christus, hanc enim non potest mundi arrogantia non fastidire.* Quòd si Christus in hunc mundum cum magna veniret majestate & magnificentia, offerendo thesauros, honores, delicias, utique longè plures mundani ei in occursum venturi essent, ad ei obsequendum; nunc autem beati erunt omnes illi, qui nullum in eo passuri sunt scandalum, id est, qui propter paupertatem, persecutiones, infirmitates aliásque hujus vitæ ærumnias & adversitates, ab ejus se divino servitio minimè subducent. Neque enim divites, potentes, & eos qui in hujus mundi prosperitate felicissimè vivunt, Salvator beatos declarat, sed pauperes, famelicos, gemebundos & lugentes, & qui in continuis tribulationibus & afflictionibus vivunt.

Jans. c. 47.

Versus 7.

Illis autem abeuntibus cœpit JESUS dicere ad turbas de Joanne: quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatā?

illis autem abeuntibus.

1. Chrysostomus dicit: *Propter hoc autem, abeuntibus illis, ut non videatur homini adulari* Albertus Magnus ait: *Ne præsentibus eis adulari videretur.* Eadem quóque fuit S. Thomæ circa hæc verba facta ponderatio, dum ait: *Docet nos Dominus magnam curialitatem, quia noluit Joannem laudare, discipulis suis præsentibus;* ac demum subjungit, neminem præsentem laudandum esse, juxta illud monitum Sapientis, *Prov. 27. Laudet te alienus, &c. quia si bonus est, qui laudatur, erubescit; si malus est, adulatur.*

Chrys. *Albert. M.* *S. Th. in Matth.*

2. Potest & aliud hujusce circumspectionis motivum adduci, quâ usus fuit, expectando missorum discipulorum recessum, quia sit tam eximias magistri sui laudes ex ipsiusmet Christi ore intellexissent, utique in conceptu, quo illum Mâssiam esse arbitrabantur, tantò magis confirmati fuissent,

id

id quòd in magnũ veritatis & ſalutis ipſorum damnũ & præjudiciũ ceſſurũ fuiſſet.

3. Dici quoque poteſt, quod tametſi S. Joannes velut arundo vento agitata, vanæ gloriæ periculo ſubjacere non poterat; attamen diſcipulos ejus Magiſtri ſui encomia andire noluit, ne fortè hæc illi recenſerent; ad erudiendum nos, quòd etiam omnis offendiculi occaſio à viris ſanctiſſimis & perfectiſſimis amovenda ſit, utpote qui nullum patiuntur potentiorem inimicum, quàm propriam exiſtimationem & vanam gloriam. Unde S. Proſper ait: *Quas enim vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non ſentit, niſi qui ei bellum indixerit, quia etſi facile eſt cuique, laudem non capere, dum negatur, difficile tamen eſt, eâ non delectari, cùm offertur.* *S. Proſp. de ſent. 6. 317.*

4. Ad hæc ex quo S. Joannes tantam apud Synagogam, Phariſæos, Sacerdotes, & Pontifices famam obtinebat, ut ſublimiſſimam Meſſiæ dignitatem eidem ultro citròque offerre non dubitârint, teſtimonium ejus tanquam veridicum & ſyncerum, omniq; exceptione majus, Chriſto utique ejusq; Divinitati plurimum inſervire poterat, ac proinde prudenter & circumſpectè diſcipulos laudes ejus auſcultare noluit, nè fortè ſuſpicari poſſent, illas ideo à Chriſto adeò extolli, ut ſibi hoc fine majorem ejus benevolentiam compararet. *S. Anſel.*

Capit dicere ad turbas de Joanne.

5. S. Anſelmus obſervat Chriſtum turbis eximere voluiſſe erroneum illum conceptum, quem auditâ hac interrogatione, in quâ an Chriſtus verus eſſet in lege nobis promiſſus Redemptor, apparenter ſe dubitare oſtenderat, de Sanct. Joannis circa divinitatem ejus ignòrantia formare poterant: *Quia turbæ audierant, Joannẽ hoc quæſiſſe, ne videretur hoc feciſſe ex levitate, cùm eum eſſe Chriſtũ modò perhibuiſſet, modò iterum dubitaret, ideo ab eo levitatem removet, dicens: Quid exiſtis in deſertum* &c. *Cajet.*

6. Cajetanus notat, Chriſtum hactenus uſquè ad illud tempus laudes Præcurſoris ſui tacuiſſe, nunc verò linguam ſuam in ejus laudes laxâſſe, quia ità neceſſitas exigebat: *Hactenùs quia non oportuit, tacuit laudes Joannis, modò autem quia periclitabantur in opinione tui baruth, tum conſtantia, tum teſtimonium redditum à Joanne de JESU, inchoat laudes Joannis: neſciebant enim turbæ, quâ ratione Joannes miſiſſet diſcipulos ad interrogandum, Tu quis es, Meſſias, an alium exſpectamus?* De inſtabilitate ejus, nec non de veritate teſtimonii ejus: *Ecce Agnus Dei*, meritò dubitare poterant. *Euthy.*

7. Euthymius ait: *Chriſtus hujusmodi medetur ſuſpicioni, docens ſimul, quòd cordium eſſet cognitor;* adeóq; præconiis de S. Joanne prolatis duos operans fuit effectus; primus fuit, quòd per illas laudes oſtenderet, quòd cogitationes, quas turbæ volvebant in mente, ipſe in eorum cordibus legeret: alter vero fuit, quòd illos obfirmârit in credendo, quòd S. Joannes diſcipulos ſuos ad Chriſtum non miſerit ex dubietatis & perplexitatis motivo, ſed potiùs ad inſerendam mentibus eorum, ſequaciúmque ſuorum veram in Chriſtum fidem. *Interlin.* Unde Interlinearis ait: *Cæpit dicere ad turbas, quæ neſciebant myſterium interrogationis ejus.*

8. Chryſoſtomus dicit, quòd Chriſtus quantùm diſcipulos ad ſe miſſos attinet, fecerit, quidquid quoad ipſos opus erat, quia per patrata coram ipſis miracula, capaces illos reddiderat, ut eum Meſſiam promiſſum eſſe crederent: *Sed oportebat etiam turbas ſanari, quæ ex interrogatione diſcipulorum, multa inconniventia ſubintellexerint, ignorantes mittentis conſilium: Poterant utique dicere, qui tanta teſtatus eſt de Chriſto, aliter perſuaſus eſt nunc, & dubitat, utrùm ſit ipſe? Nunquid ergo altercans ad JESUM hoc dicit? nunquid timidior à carcere factus? nunquid vanè & inaniter priora dixit?* Et quidem hujus à populo erroris propulſatio tantò expedientior, magisque neceſſaria erat, ut Albertus M. dicit, quia populus ille ad ſcandalum capiendum facillimus erat: *Faciles ruim erant & proni ad malum.* *Chryſ. in cat.* *Alb. M.*

9. Paulus de Palatio ex illis Baptiſtæ à Chriſto deprædicatis encomiis, mortalitatem quandã deducit; Primâ etenim facie, interrogatio à diſcipulis Joannis Chriſto propoſita, famam & venerationem Chriſti nonnihil lædere videtur, ſiquidem Divinitatem ejus dubium reddit: *Videri cuipiam poſſet Joannes, injuriâ interrogaſſe Chriſto, interrogans an ipſe eſſet? cùm jàm celebri teſtimonio ipſum eſſe priùs fuiſſet confeſſus,* *Paul. de Pal.*

hanc injuriam Christus devorat, non malum malo reddens, sed bonum potius pro eo, quod malum videbatur.

Quid existis in desertum videre?

10. Dubitari hoc loco haud immeritò potest, cur non potiùs carceris, compedum, & catenarum, quibus Joannes vinctus erat, quàm deserti mentionem fecerit? cujus ratio hæc esse potest, quia turbæ illæ sæpiùs Jerosolymâ ad illas solitudines egressæ fuerant, ut Joannem prædicantem audirent, atque in eadem solitudine Salvatorem promissum jam advenisse annuntiaverat, imò ipsum hisce verbis, *Ecce Agnus Dei*, & protenso in ipsum digito, populo præsenti commonstraverat, atque ideo deserti potiùs, quàm carceris mentionem faciendam esse duxit.

Joan. 1. v. 36.

11. Magnum utique sanctitatis præcursoris argumentum erat, quòd deserti incola & habitator esset; nam qui in aulis & magnatum palatiis habitant, fine ùt plurimùm humano ducuntur; in hoc verò horridum desertum pedem suum non alio fine intulit, quàm ut veritatem, & contumeliari Dei honorē pro virili defenderet.

11. Tametsi S Joannes signarus non esset, Christum in Nazareth conceptum, & in Bethlehē natum fuisse, & in domo Josephi cōmorari, ipséque eidem esset tam quoad parentelam, quàm in virtute & sanctitate proximè conjunctus, attamen in solido triginta annorum spatio filium Dei facietenus agnoscere aut videre intermisit, unde verè dicebat: *Ego nesciebam eum*, scilicet ex facie. Neque tamen ullatenus dubitandum est, summo intus in corde desiderio flagrâsse, ut eum tandem videre & familiariter cum eo conversari posset; cur igitur tam diu solitarius & procul ab eo remotus permansit? S. Thomas de Villa nova dicit: *Cùm sciret Christum inter homines habitare, privavit se consortio Christi & familiaritate, & mansit in deserto. quod fuit illi magnum martyrium, acerbius omni illo rigore pœnitentiæ; ô quomodo sitiebat videre Christum, alloqui, gaudere, & frui ejus præsentiâ, quem sciebat esse Deum in carne!* Quonam verò motivo se immensa hac consolatione & gaudio in rigorosissimis austeritatibus suis privavit? *Ah sustinebat propter hoc, ne putarent homines, quod amicitiâ & familiaritate Christi de ipso reddebat testimonium, non veritate.* Idem quòque Chrysóstomus verba illa: *Nesciebam eum*, exponens scripsit: *ut non videatur*, inquit, *ex amicitiâ propter cognationem ei testimonium perhibere, quia cognatus est secundùm carnem, propterea dicit: Nesciebam eum.*

S. Thom. de Vill. conc. de S. Joan.

Chrys.

13. Mora illa diuturna, quam in deserto traxit, certum de eo testimonium edidit, inquit S. Anselmus, quod ad gloriam & applausus humanos minimè aspirabat: *Ne commotum eum aliqua cupiditate vanæ gloriæ credant, ut videlicet Christum se vellet facere, vel aliquid hujusmodi, ideò ab eo vanam gloriam removet, quasi dicat: Non est inanis gloriæ cupidus, quia non quærit præsentiam hominum, sed desertum.*

S. Ansel.

Arundinem vento agitatam.

14. Albertus M. legit: *Nunquid hominem levem omni vento circumlatum? qui in prosperitate mihi testimonium perhibuerit, & modò in adversitate victus de me dubitaverit?* Quo loquendi modo Christus dicere voluit, quòd tametsi ad illam interrogationem Christo proponendam, discipulos illos miserit, non tamen ideo in jam facta Divinitatis ejus confessione titubabat. Unde concludit Albertus: *Constantem etiam in carcere non inclinabilem a veritate & spiritu, quo repletus est ex utero matris nunc plenius exuberantē in veritatis confessione.*

Alb. M.

15. S. Gregorius à S. Thoma in catena citatus notat, Christum hoc dixisse, *non asserendo, sed negando; Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit; arundinem quippe mox ùt aura contingit, in partē alterā flectit; per quam carnalis animus designatur, qui mox ut favore & detractione tangitur, in partem quamlibet declinatur; Arundo ergo vento agitata Joannes non erat, quem à statûs sui rectitudine, nulla rerum varietas inflectebat.*

S. Greg. in cat.

16. Hugo Cardinalis punctum paulò antè à nobis insinuatum tangit, nimirum quòd turbæ auditâ ieterrogatione, Christo à Joannis discipulis propositâ, occasionem indè capere poterant dubitaudi, an Joannes in confessione de Christo aliàs facta, quà illū verum Messiam diu desideratum esse dixit, etiamnum persisteret; nonnulli quòque

Hugo Card.

quie ex eadem turba in illa erant opinione, Joannem erga Chriſtum invidiâ fuiſſe ſtimulatum: *Alii putabant, quod invidus eſſet, & cùm ſcirent, ipſum eſſe Meſſiam, ex invidia quæreret, tanquam neſciret: alii dicebant eum adulatorem, quia cùm præſentem commendaret, abſenti detraheret*, ideòque Chriſtus operæ pretium eſſe duxit, ſi per haſce deprædicatas Joannis laudes, ſiniſtros hoſce tur, barum conceptus diſſiparet, aſſerendo ipſum nequaquam inſtabilem quandam eſſe arundinem, ſed ſolidè & conſtanter in eo perſiſtere, quod aliàs ſæpius fuerat proteſtatus. *Nunquid exiſtis videre arundinem?* inquit S. Thomas, *non, ſed exiſtis videre hominem firmum; arundo autem de facili movetur; unde animus citò mutabilis, ventus reputatur. Epheſ. 4. Ut non ſimus jam parvuli fluctuantes.* Lyranus S. Joannis in pluribus rebus ſtabilitatem conſiderat: *Ita conſtans erat, quòd nec timore, nec favore à veritate declinabat, nec ab auſteritate pœnitentiæ.*

S. Thom. in Matt. Lyran.

17. Dionyſius Carthuſianus in perſona Chriſti loquens in S. Joannis rectitudine, verum ſancti cujusdam viri characterem agnoſcit, dum ait: *Quaſi dicat* (Chriſtus ſcilicet) *Joannes vir juſtus & ſtabilis eſt, quem nulla culpa vel paſſio à rectitudine dejicit*, adducitque illum Eccleſiaſtici textum: *Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut ſol; nam ſtultus ſicut luna mutatur*; nec non alium textum Proverb. *Juſtus quaſi fundamentum ſempiternum*; Deinde pergit dicens: *Tales ſunt omnes, qui nec blandimentis, nec minis, nec amore, nec odio, nec proſperis, nec adverſis à veritate & æquitate flectuntur, ſed homines vani cùm laudantur, extolluntur, cùm vituperantur, iraſcuntur, quaſi propter aliorum laudem aut vituperationem ipſi meliores eſſent, vel deteriores.*

Dionyſ. Carth. Eccli. 27. v. 12. Prov. 10. v. 25.

18. S. Hilarius in ſenſu myſtico per arundinem, hominem intelligit vanum, humanæque gloriæ avidum: *In arundine homo talis oſtenditur, de gloria ſæculi, vitæ hujus inanitate ſpecioſus; ipſe autem fructu veritatis cavus, exterior placens, & nullus interior ad omnem ventorum motum, id eſt, immundorum ſpirituum flatum movendus, neque ad conſiſtendi firmitatem valens.*

S. Hil. c. 11. in Matt.

19. Hugo Cardinalis per arundinem hypocritam intelligit: *Arundo ſignificat hypocritam, qui extra nitet, intus eſt vacuus.*

Hug. Card.

20. Paulus de Palatio ſuper hæc verba ſcribens, omnes Adæ poſteros arundines eſſe dicit: *Omnes mortales, qui ex Adam naſcimur, arundines ſumus, & ut Dei verbis utar, ſumus calamus quaſſatus: quænam arundo tam facilè movetur, ut Adam motus eſt?*

Paul. de Pal.

21. Neque Chriſtus Baptiſtam ſine particulari myſterio apud turbas illas inſtabiles, de ſoliditate, conſtantia & ſtabilitate commendate voluit, ſiquidem prævidebat, quòd eum tanquam Meſſiam proclamaturi & triumphaliter recepturi, eademque ſeptimana ipſum quoque velut peſſimum malefactorem in patibulo ſuſpenſuri eſſent.

22. Dici etiam poteſt, quòd meritò S. Joannem Baptiſtam de ſtabilitate laudaverit; cùm enim tunc novam gratiæ legem exorſurus eſſet, docere nos voluit, quòd Chriſtus in ſuis fidelibus ſtabilem in fide ſua, & in divino ejus ſervitio perſiſtentem requirat: *Crura ejus columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas.* Porrò per ſponſum Chriſtus denotatur, qui cum Eccleſia deſponſatus fuit, quæ in ipſo columnæ ſuper baſes aureas fundatæ firmitudinem, & ſtabilitatem commendat, quia charitatis & amoris legem conſtanter profitetur. Obſervandum eſt autem, quòd ſponſa dicat, ex eodem metallo conſtare pedes, qui corporis extremitas ſunt, & caput, quod eſt alterum extremum; de hoc enim in eod. capite dicitur: *Caput ejus aurū optimum.* Cum igitur per caput principium denotetur, per pedes verò finis innuatur, dicere voluiſſe videtur, quòd *correſpondeant ultima primis*; & conſequenter ſequaces ſuos docere, quòd finem principio correſpondentem, id eſt, ſtabilem in bono incepto perſiſtentiam & perſeverantiam requirat; nam ut S. Hieronymus ait: *Non requiruntur in Chriſtianis initia, ſed finis.* Credibile eſt, Pſalmiſtæ à Deo revelatum fuiſſe, quòd Eccleſia per Pſalmos ejus, quotidianum laudum, hymnorū, & gratiarum tributum perſoluturа eſſet, ideoq; eum ſcripſiſſe. *Confiteor tibi in Eccleſia magna, & in populo gravi laudabo te*; ubi Hugo Card.

Cant. 5. v. 15. Ibid. v. 11. S. Hier. epiſt. ad Fur. Pſ. 34. v. 18. Hug. Car. ibi.

Card. ad noſtrum propoſitum legit: *In populo ſtabili.* Etenim omnes aliæ ſectæ, mutationibus ſubjectæ exiſtunt, quisquis enim alium cultum aliamque religionem profitetur, a ea diſtinctam, quam profitetur Eccleſia Chriſtiana, Catholica Romana, non diu illius perſiſtet religio; ſola fides noſtra infallibili hac promiſſione gaudet, quod ad finem uſque ſæculorum, in ſuo candore & integritate ſtabilis perſiſtet: *Luc. 22. v. 32.* *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*; ac proinde Chriſtus in illius fidei profeſſoribus, firmam perſeverantiam jure merito requirit. Spiritus Sanctus vaccas illas, quæ ad Arcam Dei portandam, jugo ſuppoſitæ fuerunt, mirè commendavit, eò quòd vitulis in bovili ad præſepe miſerè balantibus & vociferantibus, directo itinere conſtanter & liberè proceſſerint, absque eo *1. Reg. 6. v. 12.* quod vel ſemel retroſpicerent. *Ibant in directum per viam quæ ducit Bethſames, & itinere uno gradiebantur, pergentes & mugientes, & non declinabant neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* Hæ autem vaccæ ſymbolum ſunt illorum Chriſti fidelium, qui poſtquam colla ſua jugo legis Chriſti ſemel ſubmiſerunt, directâ viâ procedunt usque ad civitatem ſolis, id eſt, usque ad æternæ beatitudinis poſſeſſionem absque eo quòd *Pſ. 44. v. 14.* vel ſemel retrorſum reſpiciant. Pſalmiſta dicit: *Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis.* Per hanc autem filiam regiam, Petrus Bleſenſis unionem intelligit *Petr. Bl. ep. 36.* Chriſti fidelium: *Fimbriæ ſunt veſtimenti extremitates, eſt ergo gloria ſanctimonialis in fimbriis, nihil enim prodeſt gloria bonæ converſationis in principio, niſi ſit glorioſus & finis.* Hinc eſt quod vocatio ad fidem non ſufficiat, niſi etiam ad finem usque eidem correſpondeatur: *Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi*; ac proinde opti- *2. Pet. 1. v. 10.* mè S. Petrus nos monet: *Satagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem faci- Gloſſ. ib.* atis. Circa quæ verba gloſſa ait: *Certam facit vocationem ſuam, qui in bonis operibus Joſ. 3. v. 16.* perſeverat. In libro Joſuë dicitur, quòd aquarum, quas Arca pertranſivit, una pars deorſum fluxerit, altera verò inſtar muri *Orig. ib. in gloſ.* immobilis perſtiterit; unde Origenes pulchram hanc deducit moralitatem, illas præcipuè conſiderando, quæ deorſum fluebant, donec ſe mari mortuo immergerent & dicit: *Si enim omnes, qui baptizantur, acceptæ cœleſtis gratiæ dulcedinem cuſtodient, nullus in amaritudinem peccatorum verteretur: pars illa, quæ in ſtabilitate permanet & dulcedinem ſervat, ſignificat eos, qui acceptum munus Dei firmiter tenent.*

23. S. Eucherius ad idem propoſitum, aliamquandam reflexionem facit, ponderat enim, quòd aquæ maris rubri, quæ populo Dei, ut in deſertum procedere poſſet, liberum dedêre tranſitum, demum populo in alteram maris ripam translato, ſeſe denuo cum aliis aquis junxerint, viamque intercluſerint, quò minùs retrogredi, aut viâ, quâ venerant, reverti poſſent: *Aperuit Deus inter aquas vias maris, & circumfuſis deinde aquis, texit illud, ut deſertum petentibus patefaceret iter, clauderet reditum; Omnia in figura contingebant*; per hoc namque innuitur, quòd poſtquam ex Ægypto hujus mundi per aquas baptiſmales, ad veram promiſſionis terram, quæ legem Evangelicam deſignat tranſivimus, jamque Chriſtianæ militiæ cingulo, ſub vexillo Crucis Chriſti merentes accincti ſumus, greſſus noſtros retrorſum figere nequaquam debeamus. *Quicunque ſpiritu Dei aguntur* (inquit Apoſtolus ad Romanos Neophytos) *hi ſunt filii Dei.* Ubi Chryſoſtomus ait: *Quamvis baptiſma acceperis, niſi ſpiritu poſtea ducaris, dignitatem datam perdidiſti, & adoptionis prærogativam*; propterea non dixit: *Quicunque ſpiritum acceperunt*; ſed *quicunque ſpiritu ducuntur, id eſt, quicunque omnem vitam ita vivunt, hi ſunt filii Dei.* Sponſa, quæ Eccleſiæ Dei ſymbolum eſt, non ſine cauſa dicit: *Ligna domorum noſtrarum cedrina*; nam trabes cedrinæ, ſunt rectæ, ſtabiles, & incorruptibiles, & ideò ut S. Bernardus ait: *Signant Sanctos Dei, qui inde fatigabili, & immarceſſibili deſiderio conditoris ſui flagrant, & in bonis operibus uſque ad conſummationem vitæ perſeverant.* Ideò quoque Salvator noſter Apoſtolis ſuis univerſam Dei Eccleſiam tunc repræſentantibus conteſtatus eſt, ſe illis regni cœleſtis contuliſſe inveſtituram & poſſeſſionem, ut ſolidi & ſtabiles in ejus Eccleſia perſiſterent: *Vos eſtis qui permaniſtis mecum in tentationibus meis*; *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum.*

S. Euch. de vita ſolitar. *Rom. 8. v. 14.* *Chryſ. ho. 14. ibid.* *Cant. 1. v. 16.* *S. Bern. ſer. 20. de mod. bene vivendi.* *Luc. 22. v. 28. 29.*

24. Apoſtolus in pluribus occaſionibus, prout

prout ex variis ejus literis ad eos, quos Evangelio noviter comparârat, ſcriptis colligitur, perſeverantiam & ſtabilitatem hanc Romanis commendat: *Adhærentes bono*, inquit, ubi Chryſoſtomus notat, illum non dixiſſe, *facientes bonum, ſed adhærentes: adhærere bono jubet; ita & Deus mulieri virum conjungens dicit: Adhærebit uxori ſuæ.* In Græco legitur: *Agglutinati bono*; unde ſicut vinculum conjugale ad mortem usque durat, & ante illam non ſolvitur; ita quòque fideles in bono, quod Deo promiſerunt, ad ultimum uſque ſpiritum perſtare debent. Lyranus pariter dicit: *Adhærentia firmitatem importat.* Sic quòque idem Apoſtolus Corinthiis per modum conſilii ſuadet: *Stabiles eſtote, & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper.* Philippenſibus ſimiliter ſcribit: *Fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea, ſic ſtate in Domino.* Item ad Coloſſenſes ita ſcribit: *Sicut accepiſtis Ieſum Chriſtum Dominum, in ipſo ambulate, radicati & ſuper ædificati in ipſo, & conſummati.* Ubi Chryſoſtomus notat: *Quod radices egit, non poteſt transmoveri.*

Rom. 12. v. 9. Chryſ. ib. Lyran. ib. 1. Cor. 15 v. 58. Phil. 4. v. 1. Coloſ. 2. v. 6. 7.

Verſus 8.

Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.

Hominem mollibus veſtitum?

1. S. Paſchaſius dicit, Chriſtum illis verbis, quisnam ſit prædicationis Baptiſtæ finis, turbas docere voluiſſe, quaſi enim dicebat: *Non ex prædicatione ſua vanam captat gloriam, neque vitæ ſingulari blanditur, ùt mollibus veſtiatur; ſed potiùs vos quærit, qui quaſi arundo intus vacui, exteriùs huc illúcque flexibiles fulgetis.* S. Paſch.

2. S. Hilarius hunc textum exponens dicit: *Eos, quibus per luxum fluida & diſſoluta ſunt corpora, eſſe dæmonum habitationem.* S. Hilar. c. 1. in Mat.

3. S. Hieronymus Chriſtum hiſce verbis populo ſiniſtrum illum conceptum eximere voluiſſe docet, quem de Baptiſta facilè ſibi formare poterant, quaſi invidiæ ſtimulis contra Chriſtum agitatus, vel applauſûs, & gloriæ humanæ avidus fuiſſet, ut ſenſus verborum Chriſti hic ſit: *An forſitan ſtimulis contra me invidiæ cogitur, & prædicatio ejus vanam ſectatur gloriam, ut ex ea quærat lucra? Cui divitias cupiat, ut affluat dapibus? Locuſtis veſcitur, & melle ſilveſtri; an ut mollibus veſtiatur? pili camelorum tegumen ejus ſunt: iſtiusmodi cibus & veſtis carceris hoſpitio recipiuntur, & prædicatio veritatis tale habet habitaculum; qui autem adulatores ſunt, & ſectantur lucra, & quærunt divitias, & delitiis affluunt & mollibus veſtiuntur, iſti in domibus Regum ſunt; ex quo oſtenditur, rigidam vitam & auſteram prædicationem vitare debere aulas Regum, & mollium hominum palatia declinare.* S. Hieron. in Matt.

4. S. Thomas in ſenſu ſpirituali per eos, qui delicatè veſtiuntur, adulatores intelligit: *Per homines, qui mollibus veſtiuntur, ſignificantur adulatores; ille enim mollibus veſtitur, qui verbis blandis molitur, ut in omnes homines ſuperbi quærant gloriam.* S. Thom. in Matt.

5. Lyranus cauſam refert, cur multi hodie magnatibus blandiantur, nimirum ut de delitiis, voluptatibus, divitiis, & commoditatibus iſtorum participes ſe efficiant. *Homines veritatis talia aſpernantur.* Valerius Maximus lib. 4. de Diogene narrat, quòd eidem herbas quaſdam eluenti nonnemo dixerit; quòd ſi Dionyſio adulari voluiſſes, tales utique herbas non comederes; cui ille reſpondit: *Si tu iſta edere velles, Dionyſio adulari nolles.* Lyran.

6. Doctor Angelicus hoc loco dubium movet, an exterior in veſtibus pompa peccatum ſit? Et ratio dubitandi eſt, quia de Epulone ad infernum condemnato, inter alia ſcribitur, quòd *induebatur purpurâ & byſſo. Reſpondit Auguſtinus, quòd talia non ſunt conſideranda, ſed affectus utentis, quilibet enim debet indui ad medum ſimul conviventium, ideo magis conſideranda eſt conſuetudo: nam in aliquibus terris omnes, aut plures induuntur ſerico; unde aliqui ſtricti ùt ſe induunt, aliqui latiùs & utroque modo, diſtinguuntur; ſi ſtrictiùs & intentione bona, & hoc eſt bonum: aut propter vanam gloriam, & hoc eſt malum: ſi latius, & hoc propter ſuperbiam, & hoc eſt malum.* Veſtes homini in peccati pœnam datæ fuerunt, ne ſcilicet de ſua nuditate confunderetur, aut erubeſceret. Unde Chryſoſtomus ait: *Quare, dic obſecro, corpus ita ornas, & gaudes ejuscemodi amictu? nen cogitas quòd pro magno ſupplicio, propter tranſgreſſionis ſignum hoc excogi-* S. Thom. in Matt. Chryſ.

excogitatum eſt? Tu circumfers veſtum vermium atque tinearum. Similiter ſi veſtium conſideres materiam, vel laneæ ſunt, ex exuviis animalium, vel ſunt de ſeta, vermium excremento; vel ex pellibus excoriatarum beſtiarum deſumptæ ſunt; & vel ex lino planta nimirum intra aquas priùs marceſcente ſunt contextæ; quænam in his omnibus ſuperbibendi materia? optimè igitur Bernardus ait: *Quid ergo invides, qui de operibus vermium, & murium pellibus ingloriam penè gloriam mendicare non erubeſcunt.*

In domibus Regum ſunt.

Rup. Abb. l. 9. de glo. & c. 11. in Matth. 7. Rupertus Abbas Tuitienſis ait: *Joannes non in domo, ſed in carcere Regis eſt; non aliter admittitur in domibus Regum, niſi ità, ut offeratur caput ejus in diſco, ſaltatricis præmium; ſaltationis pretium.*

Paul. de Pal. 8. Paulus de Palatio, quoad dignitatem ſancti Joannis, aliam quandam conſiderationem inſtruit, dicens: *Ubi ego intelligo Joannem eſſe præpoſitum cunctis Regibus, cunctis Principibus, quantumvis auro fulgerent & gemmis, quaſi diceret Dominus: meritò Regum & Principum poſtpoſitis aulis, exîſtis videre Joannem, utpote qui eſt omni Rege & Principe videri dignior.*

Verſus 9.

Sed quid exîſtis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam.

Lyran. 1. Lyranus obſervat, Prophetas in antiquo teſtamento nominatos fuiſſe titulo *Videns*, ità cap. 9. lib. 1. Reg. legitur, quòd *Qui dicitur hodie Propheta, olim appellabatur videns, quia Prophetæ videbant ea, quæ aliis erant occulta.* Unde colligitur, quòd S. Joannes meritò plus quàm Propheta fuerit appellatus: *Quia non ſolùm Chriſtum prævidit, ſed etiam digito oſtendit.*

Paul. de Pal. 2. Paulus de Palatio ſimiliter excellentias & prærogativas conſiderat, quibus ſuperalios Prophetas eminuit, ait enim: *Ille plura in ſpiritualibus videt, qui majori lumine gaudet; at Joannes majus lumen quàm alii omnes poſſedit: vidit enim filium Dei vidit Spiritum deſcendentem, & ſuper Chriſtum manentem; vidit cœlos apertos, audivit Patris vocem; affertur teſtis à ſanctiſſima Trinitate dicente: Super quem videris Spiritum, ipſe eſt; affertur teſtis, ut univerſa hominum ſalus ex unius hominis ore dependeat.*

Verſus 10.

Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Mitto Angelum meum.

1. Salvator noſter uſus eſt Malachiæ prophetiâ, ad augendum meritorum Præcurſoris ſui cumulum. S Hieronymus dicit: *Angelum hic dici Joannem non putemus naturæ ſocietate, ſed officii dignitate, id eſt, nuntium, qui venturum Dominum annuntiavit.* Sanctus Gregorius notat, quòd ubi in Græco legitur *Angelus*, in Latino habeatur *Nuntius*: *Rectè ergo, qui nuntiare ſupernum nuntium venerat, Angelus venerat, ut dignitatem ſervet in nomine, quam explet in operatione.* *S. Hier. in Cat.* *S. Greg. ibid.*

2. S. Thomas ſimilitudinem adducit Regis alicujus, magno cùm comitatu in publicum procedentis: *Quando Rex vadit, præcedunt faciem ſuam; ſic Joannes honorabilior dicitur, quia miſſus ante faciem ejus: tantò enim honorabilior dicitur, quia miſſus ante faciem ejus: tantò enim honorabilior, quanto propinquior.* *S. Thom. in Ioan.*

Qui præparabit viam tuam ante te.

3. Credibile eſt, Eccleſiam hoc Adventuali tempore, præſenti Evangelio, eò præcipuè fine uti, ut non ſolùm nos de Meſſiæ adventu certiores efficiat, verùm etiam ut quænam à nobis adilli debita cùm reverētia occurrendum, illùmque recipiendum, præparationes adhibendæ ſint, nobis clarè ſignificet. S. Joannes enim dignus ejus prodromus & præcurſor fuit, de quo proinde dicit, quòd *præparavit viam ſuam.* Porrò modus hanc viam præparandi divinum officium nobis in illa Antiphona inſinuat, qua dicitur: *In adventu ſummi Regis mundētur corda hominum, ut dignè ambulemus in occurſum illius.* Quis autem ex hoc capite digniùs ipſi occurrere, dignioráque ad eum rite excipiendū peripſtromatum ornamenta præ-

Luc.1.v. 15. Euſ. Em.hom. 1.de nat. Bap.

præparare poterat S. Joañe? *Spiritu ſancto replebitur*, itaquedeillo Archangelus, *adhuc ex utero matris ſuæ*, & Euſebius Emiſſenus de illo ait: *Ita in eum nihil ſæcularis maculæ introire jam poterat, in quo ſanctificationis plenitudo regnabat*; imò ne vel umbram aliquam maculæ, aut leviſſimæ culpæ nævum in anima ſua reciperet. *Antra deſerti teneris ſub annis, civium turbas fugiens petiſti, ne levi ſaltem maculare vitam crimine poſſes*, canit de ipſo Eccleſia.

4. Porrò certum eſt, quòd Chriſtus in cujus femore ſcriptum legitur *Rex Regum, Dominus Dominantium*, tapetes, aulæa, aliaque ſimilia pretioſa ornamenta, quibus viæ in Regum vel Principum primo ingreſſu exornari à nobis ſolent, minimè requirat, utpote qui in hodierno Evangelio expreſsè dicit: *Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt*; ſed potiùs à nobis deſiderat & exſpectat periſtromata Chriſtianarum virtutum; hæc autem ornamenta in magna illa Præcurſoris anima cumulatim reperiebantur, ideóque à Deo electus fuit, qui ſimiles dignæ præparationis modos in hominibus aſſiduè curarer. S. Ambroſius ait: *Cui Spiritus ſanctus infunditur, magnarum eſt plenitudo virtutum.* Albertus Magnus de ſancto Præcurſore dicit: *Prudentiâ magnus fuit, quia omnes d[illegible]; temperantiâ, quia non ſolum à delitiis, ſed à neceſſariis temperavit; juſtitiâ, quia quòd ſuum erat, unicuique attribuit; fortitudine magnus, quia inſaniam Regis & Reginæ ſuſtinuit.* B. Laurentius Juſtinianus illum quoque virtutum titulis & epiphetis extollit, dum ait: illum eſſe *Humilitatis ſpeculum, magiſterium pudicitiæ, virginitatis decus, ſapientiæ lumen, præconem veritatis, paupertatis ſpecimen, contemptorem mundi, charitatis librum, martyrum decus, patientiæ faſtigium, & pœnitentiæ propalatorem.*

S.Ambr. in Cat. in 1.Luc Alb. M. in c.1. nat. Bap.

B.Laur. Juſtin. ſerm. de nat. Bap.

5. Salvator noſter, qui ſe viam & vitam eſſe dixerat: *Ego ſum via & vita*, idemquóque S. Paulo atteſtante: *Omnes homines vult ſalvos fieri.* Præcurſor autem ejus hanc viam unicuíq; facilem & pronam eſſe fecit, quamvis ipſe per anguſtias & ſtrictas vias, tribulisq; & ſentibus plenas ambulaverit; vultis experiri quàm facilem hominibus viam ad Chriſtum ſtraverit? audire. Conveniebant ad ipſum die quadam Publicani, interrogantes: *Quid faciemus? at ille dixit ad eos: nihil amplius, quam quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illi: neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Guerricus Abbas hanc ejus diſcretionem admirans dicit: *Facite fructus dignos pœnitentiæ, ſi nondum eſſe poteſt in vobis omnis plenitudo bonorum, ſit ſaltem vera omnium pœnitudo malorum*, viam, quâ Salvatori occurrere poſſemus, non arctabat, nec aſperam aut difficilem, exhibebat, ſed dilatabat potiùs.

1.Tim.2. v.4.

Luc.3.v. 12.13.& 14.

Guer. Ab.ſer. 1.de nat. Joan.

6. Via, quâ Salvator noſter in terram deſcendit, cœlum eſt, quia de cœlo venit; ac proinde quantò quis à terrâ remotior erit, ſuísq; cogitationibus in Deum defixus fuerit. Unde Apoſtolus dicebat: *Noſtra autem converſatio in cœlis eſt; unde etiam Salvatorem exſpectamus Dominum noſtrum* JESUM *Chriſtum.* S. Thomas de Villa-Nova de S. Joanne ſcribit: *Totum quod cogitabat, quod volebat, quod deſiderabat, quòd agebat, totum erat Aogelicum*; ac proinde de ipſo dicitur: *Ecce ego mittto Angelum meum*; veruntamen ſi quis eſt, qui hanc viam ad ejus imitationem ingredi non præſumit, Guerrici Abbatis conſilium ſequatur, dicentis: *Si non potes imitari Joannem in aſperitate veſtitûs, & parſimonia victûs, vel in hoc imitari contende, ut non ſis arundo vento agitata. Et ùt Sapiens ait: Non te ventiles in omnem ventum, & non eas in omnem viam, ſed eſto firmus in via Domini.* Ecce quâ in re ſanctum hunc Præcurſorem imitari poſſimus, ut dignam Redemptori advenienti manſionem præparare valeamus, nimirum ex quo tantum nobis ſpiritum polliceri non poſſumus, ut eum in eminentiâ donorum, gratiarum, meriturum & ſanctitatis imirari conemur, ſaltem in via Dei ſtabiliter perſeveremus, abſque eo quòd unquam ab eo deviemus.

S. Th. de Vill.con. 1.de nat. Joan.

Guer. Ab.ſer. 4.de nat. Joan.

7. Quonam modo beatiſſima Virgo ſacratiſſimi uteri ſui ſanctuarium Filio Dei præparavit? utíq; non alio, quàm exercitio humilitatis, quantò enim hic apparatus in mundi oculis vilior eſſe apparet, tantò pretioſior eſt in oculis Dei: tunc

enim filius Dei incarnatus fuit, quando beata Virgo dixit: *Ecce ancilla Domini*; & ideo *humilitate concepit*. Similiter S. Joannes præcurſor ejus eſſe meruit, quia præ cunctis aliis humillimus fuit. Unde S. Bonaventura ait: *Joannes ſummè humilis fuit, vilia maximè de ſe ſenſit, vilia de ſe prædicavit, viliùs de ſe quærentibus reſpondit.*

S. Bonaven. ſer. 2. de nat. Joan.

8. In primo Regum vel Principum in urbem aliquam inſtituendo ingreſſu, omnia offendicula & impedimenta è viâ, par quam Rex venturus creditur, amovere conſuevimus; in via autem, per quam Deus ad nos venit, aliud non eſt offendiculum, vel obex, præterquam peccatum; hoc autem poſt ſanctiſſimam Dei Matrem nemo S. Joanne perfectiùs ſuſtulit: etenim quænam fuêre prima opera, quæ tam Chriſtus incarnatus, quàm Maria mater ejus patravit? Nimirum quòd montana Judææ conſcenderint, ut peccatum originale, quo Joannes obnoxius erat, ab eo propellerent, bellúmque huic offendiculo indicerent, S. Bernardus ait: *Sanctificatus eſt à peccato, & ita dominante Spiritu ſuperfuſus, ut & purgatus exeat, & repletus.* Et quidem tametſi deinceps confirmatus in gratiâ fuerit, attamen ùt Dionyſius Carthuſianus de illo ſcribit: *Occaſiones peccati perfectiſſimè evitarit, quia nec ſanctitate parentum, nec plenitudine gratiæ ſibi collatæ, nec promiſſis Angelicis & Divinis contentus, mox ùt infantiæ annos egreſſus eſt, properavit ad eremum.*

S. Bern. de priv. S. Joan.

Dio. Card. ſerm. 2. de nat. Joan.

9. Denique dici poteſt, quòd S. Joannes filio Mariæ, quovis alio excellentius, occurrere meruerit, per merita ſuæ virginitatis; ſed fortè dices; Alter ejusdem nominis conſors Joannes dicit, quòd virgines Agnum immaculatum ſequantur, non verò dicit, quòd illum præcedant: *Virgines enim ſunt, hi ſequuntur Agnum quocunque ierit.* Ad hoc Albertus Magnus dicit: *Joannes à matris utero usq; ad mortem in virginitate permanſit, & propter virginitatis privilegium Agnum Virgineum Virginis filium virgineo indice demonſtrare, nec non & virgineis manibus meruit baptizare.*

Apoc. 14. v. 14. Alb. M. ſerm. de nat. Joan.

DOMINICA III.
ADVENTUS
EVANGELIUM

Joan. cap. I.

19 *Miſerunt Judæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, ut interrogarent eum, tu quis es? 20. Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. 21. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? & reſpondit: non. 22. Dixerunt ergo: Quis es? ut reſponſum demus his, qui miſerunt nos. quid dicis de teipſo? 23. Ait: Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta. 24. Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. 25. Et interrogaverunt, eum, & dixerunt ei: quid ergo baptizas, ſi non es Chriſtus, neque Elias neque Propheta? 26. Reſpondit eis Joannes dicens: ego baptizo in aqua, medius autem veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis. 27. Ipſe eſt, qui poſt me venturus, eſt qui ante me factus eſt, cujus ego non ſum dignus, ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti. 28. Hæc in Bethania facta ſunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.*

Verſus 19.

Miſerunt Judæi ab Jeroſolymis Sacerdotes & Levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es?

NOn defuit, qui in dubium revocârit, an hæc ad S. Joannem expedita legatio recto fine inſtituta fuerit. Chriſoſt. ſuper Matthæũ hac de re ita ſcribit: *Joannes Evangeliſta malignitatem eorum evidenter oſtendit, occaſionem, quâ aliquid reprehenderent, quærebant.* Ratio autem quæ ad id credendum illum movit, eſt. quia Meſſiam de tribo Juda naſciturum eſſe ſciebant, cùm tamen Baptiſta de tribo Levi fuerit. Unde concludit: *Inſidias ei interrogatione poſuerunt, ut ſi hic aliquid loqueretur, illi ad accuſandum repentè conſurgerent.* Inſuper ad hanc opinionem firmiùs probandam conſiderat, quòd iidem Sacerdotes, videntes ſe deſideratum intentum obtinere non potuiſſe, ut nimirum ſe Meſſiam profiteretur, acriter ei exprobârint, & veluti de peccato eum arguerint, quòd hactenus absque ulla ſibi data aathoritate & Jurisdictione baptiſmum adminiſtraſſet. Toletus ſuper illa verba: *Interrogaverunt eum, & dixerunt ei*, &c. dicit id illos feciſſe *per modum cujuſdam accuſationis, & reprehenſionis* Euthymius ait: *Præmalitia ignorantiam ſimulant*; ſatis enim perſpicuè, quis eſſet, noverant; veruntamen ipſum per hanc oblationem ſe ſubverſuros eſſe ſperabant: *Putabant inſipienter, quòd licèt in cæteris vigilantiùs excubare videretur, attamen hoc malum quiddam tanquam homo ſentiret, ac gloriæ amore illectus Chriſtum ſe eſſe reſponderet, & deinceps ipſius* JESU *fama extingueretur, ob quam omnes oriebantur anxietates*; atque hæc unica cauſa fuit (ſubjungit idem) ob quam ad illum non gentem popularem ſeu plebeios, ſed Sacerdotes & Levitas Jeroſolymitanos, tanquam viros majori rerum uſu & experientia præditos atque ſagaces ad eum miſerint: *Non vulgares quoſvis miſerunt, ſed Sacerdotes & Levitas, idque ex Jeroſolymis utpote præſtantiores atque aſtutiores cunctis.* Bonaventuram quòque ſuper hoc Evangelium ejusdem opinionis eſſe invenio: Dicit enim: *In hoc patet malignitas Judæorum, qui miſerunt Sacerdotes ad ipſum tentandum.*

Chryſ. hom. 11. in Matt.

Toletus.

Euthym. in Joan.

S. Bonav. in Joan.

2. Porrò in Judaiſmo venenum invidiæ adverſus Chriſtum quotidie majora ſumpſiſſe incrementa, adeò eſt clarum, ut probatione nequaquam indigeat; unde valde eſt veriſimile, illos ad id conatos fuiſſe, ut duos ſimul ictus infligerent, nimirum Salvatorem à ſublimi illa Meſſiatûs dignitate & miniſterio penès populum excluderent, ac demum conando, ut Joannes illam acceptaret, eundem poſtea, quaſi arrogantem Meſſiatûs uſurpatorem, manifeſtæ ambitionis convincerent. Toletus Chryſoſtomum homil. 15. in Joannem citans, ſcribit: *Iudæos non eſſe motos opinione, aut ſuſpicione ullâ, quæ Ioannem Chriſtum eſſe ſuſpicarentur; ſciebant enim, non eſſe Chriſtum, ſed odio potius, quo Chriſtum perſequebantur & indè erat, ut ægrè ferrent, quòd Ioannes ſibi Chriſtum præponeret. Veniunt ergo, & adulatione quadam eum inducere tentant, ut ſe Chriſtum eſſe fateatur, ut hac ratione opinio Chriſti obſcuraretur.* Porrò Chriſtus juxta vulgi opinionem; humiliter natus fuerat, ſiquidem ipſum fabri cujusdam lignarii, & mulieris cujusdam pauperculæ filium eſſe arbitrabantur, vitámque agebat communem & vulgarem: cùm tamen è contra S. Joannes magnis eſſet natalibus oriundus, utpote ſummi Sacerdotis filius, magnam quòque ſibi per tot annorum auſteritatem, innocentiam & eximiam ſanctitatem, comparâllet opinionem; veruntamen quia per quotidiana miracula, quæ Chriſtus patrabat, conſpicuus apud omnes fieri, magnámque diſcipulorum turbam poſt ſe trahere incipiebat, hanc ejus apud populum magnam exiſtimationem & authoritatem ſuſtinere diutiùs non poterant, ideóque ipſum per S. Joannis exaltationem deprimere, & cõtemptibilem reddere tentârunt: at verificatum de illis fuit dictum illud Pſalmi: *Comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant.* ſiquidem effectum fini ſuo totaliter contrarium licèt inviti operati fuêre, quando S. Joannes manifeſtiſſimum non ſolùm toti Hebraiſmo, ſed & univerſo mundo divinitatis Chriſti edidit teſtimonium, ipſum conteſtando promiſſum, diúque deſideratum eſſe Meſſiam déque ejus æterna generatione, donorumque & gratiarum cœleſtium, quas ſuper univerſum genus humanum diffuſurus erat, prolixè tractando, ac tandem die ſequenti ipſum in conſpectu omnium digito monſtravit dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*; imò ſeipſum ejus præcurſorem, licèt ad ſolvendam calceamentorum ejus corrigiam indigniſſimum declaravit; adeò ut omnibus manifeſtè pateret, veriſſimum eſſe illud Sapientis axioma famoſum: *Per quæ quis peccat, per hæc & punietur*; quia teſtimonium, quòd S. Joannes de Chriſto ediderat (quod ipſi abſconditum, nullique hominum cognitum eſſe cupiebat) clarius & certiùs eſſe non poterat, maximè illis, qui de tribu Juda (ex qua ſecundùm prædictiones Propheticas filius Dei carnem ſibi aſſumpturus erat) imò ex juſſu Concilii Senedrin, per adeò ſolemnem legationem & authoritatem publicam ad eum miſſi fuerant.

Chryſ. cit. à Tol.

Pſ. 9. 2.

Sap. 11. v. 17.

3. Hugo Cardinalis notat, quòd Joanne prædicante, omnes circumvicinæ civitates quaſi evacuatæ & exinanitæ ab hominibus fuerint, nimirum omnibus earum incolis ad eremum Joannis accurrentibus, ut vocem ejus audirent, ejúsque manibus baptizarentur, inter quos ipſimet quoque Scribæ & Phariſæi erant; cùm igitur die quadam, Chriſto ſimiliter ibidem præſente, Joannes in conſpectu tantæ multitudinis hominum, Chriſtum verum, diúque deſideratum Meſſiam eſſe proteſtatus fuiſſet, *audientes Scribæ & Phariſæi ſcientes, quòd de paupere parentela erat, & de vili regione, id eſt, Galilæa, & de viliſſimo caſtello, id eſt, Nazareth; ſcientes etiam Ioannem eſſe de magno genere, utpote filium Pontificis, & maximæ vitæ, indignati ſunt, quòd tam vilis deberet ei præponi, & ideo ut deflecterent eum de teſtimonio Chriſti, miſerunt Sacerdotes & Levitas, qui blanditiis abſtraherent eum à teſtimonio Chriſti.* Cui opinioni conſonat id, quòd Chryſoſtomus quòque à S. Thoma in Catena citatus ſcribit, nimirum *paſſi erant Iudæi quandam humanam paſſionem ad Ioannem, indignum enim æſtimabant ſubjici eum Chriſto propter multa, quæ Ioannis claritatem oſtendebant.* Ecce quonam illos faſtus & ſuperbia perduxerit, hac enim ſola obſtante, humilitatem Salvatoris ferre non poterant, neque pati, ut ei ſubjicerentur; è contra verò vide, quonam ſe inclinet adulatio, nimirum in ſummi cujuſdam Sacerdotis filium, non verò Chriſtum, utpote quem pauperis cujus-

Hugo Car.

Chryſ. in Cat.

cujusdam fabri lignarii arbitrabantur esse filium.

Salmer. to. 4. tr. 15.

4. Salmeron verò existimat concilii intentionem eò præcipuè spectâsse, ut sincerè investigaretur, an Baptista verus esset Messias, nec ne: *Videtur hæc missio, quòd ad ad mittentes attinet, bono animo facta.* Cùm enim sceptrum Judæ, ad extraneum quendam Principem planè alienigenam, viderent esse translatum, satis agnoscebant juxta oraculum propheticum, Redemptorem procul abesse non posse, sed proximè esse vicinum; septem quoque septimanas à Daniele prædictas, terminatas esse evidenter sciebant; recens item erat signorum admirabilium memoria, quæ circa nativitatem filii Dei contigerant; testimonia denique pastorum, Annæ Prophetissæ & Simeonis nondum à mente ipsorum evanuerant; nihil quoque notiùs erat omnibus, quam inopinatus trium Orientalium Regum Christi incunabula regiis oblatis muneribus adorantium, in urbem Hierosolymitanam solemnis ingressus, nec non strages illa crudelissima, quâ in innocentes ab Herode sævitum fuerat: ex altera verò parte Christus nulla etiamnum patrasset miracula, nec Evangelium suum divulgasset, neque particulares aliquas, seu multum notabiles fecisset divinitatis suæ demonstrationes, magis in id propendebant, ut sanctum Joannem filium Dei esse crederent, ob vitam immaculatam, planéque miraculosam, quam in summis rigoribus agebat. Neque illos ab hac animi propensione divertere potuit notitia, qua illum ex tribu Levi ortum suum ducere sciebant, eò quòd hanc tribum cum tribu Judæ stricta parentela in parentibus Joannis conjunctam esse noverant, siquidem Maria Mater Christi, Elisabetæ Præcursoris genitrici proximè cognata erat: *Opinati sunt Ioannem esse Christum* (inquit Dionysius Carthusianus) *propter miraculosam ejus nativitatem; item propter vitæ abstractionem, rigorem, ac sanctitatem, & generationis nobilitatem.* Sanctus Lucas quoque apertè hunc conceptum de Joanne penes populum, constanter viguisse scribit: *Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus.*

Dionys. Carth.

Luc. 3. v. 15.

Judæi.

5. S. Thomas legationis istius dignitatem ex signibus eorum, qui missi fuerunt qualitatibus censet, dicit enim: *Non enim Galilæi miserunt, sed illi, qui præcipui erant in populo Israël, scilicet Iudæi, qui sunt de tribu Iuda in Ierusalem.* Idem quoque advertit Salmeron, dum ait: *Hæc legatio tam honorifica continet mittentes Iudæos*, redditque rationem, cur hi magis anxii atque solliciti fuerint, ut Messiæ scirent atque explorarent adventum: *Tribus Iuda prima erat in bello & in acie, atque ex ea sceptrum non erat auferendum, donec Messias veniret*; hoc autem jam defacto in Herodem, principem alienigenam translatum erat, ac proinde tempus adesse arbitrabantur, quo adimplendum erat hac de re editum vaticinium, præterquam quòd Messiam de ipsorum tribu carnem assumpturum esse apertè ex Scripturis constabat. *Hi erant primi Iudæorum,* inquit Toletus, *& quibus hoc negotium maximè incumbebat, cùm de eorum tribu futurus esset secundùm carnem Christus.*

S. Thom. in Ioan.

Salmer. tr. 15.

Tolet.

6. Lucas Burgensis hanc resolutionem à Concilio, quòd Sinedrin dicebatur conceptam fuisse existimat, *Summus Senatus constans primariis viris. Non videtur*, inquit Salmeron, *hæc missio facta nomine Herodis Regis, vel Pilati Romanorum Præsidis, sed Senatus, qui dicitur Sinedrin, seu domus Concilii curantis, quæ religionis sunt.* Herodes enim & Pilatus, utpote Principes sæculares, nullam habeant se in materiam religionis ingrediendi authoritatem; imò tametsi etiam huc se ingerendi potestatem aliquam habuissent, ex quo tamen constans in Judaismo opinio erat, Messiam corporaliter regnaturum esse, ideo *tantùm abest*, quòd hi Christum quærere, mundóque manifestare studuissent, ut potiùs eum, ubi manifestatus esset, persequi & interficere conaturi fuissent: *Omnis, qui se Regem facit, contradicit Cæsari.* Magnatum namque proprium est, quòd, quia in deliciis & voluptatibus suis continuò vivunt, Salvatorem minimè quærant, ineraſ-

Lucas Burg.

Salmer.

incraſſatus, impinguatus dereliquit eum, præterquàm quòd à Spiritu ſancto dictata veritas ſit: *Nec invenitur in terra ſuaviter viventium.*

Ab Ieroſolymis.

S.Thom. in Ioan. 7. S. Thomas exiſtimationem & reverentiam, quâ Judæi ſanctum Joannem proſequebantur, ex dignitate loci producit, unde hæc legatio proceſſit: *Ex loci præeminentia, quia ab Ieruſalem, quæ eſt civitas ſacerdotalis, & divino cultui mancipata.* *Luc. Burg.* Lucas Burgenſis de hac civitate pariter ſcribit: *tanquam de primaria & regia civitate.* *Salmer.* Salmeron ait: *Ab Ieroſolymis civitate regia atque ſacerdotali, ubi ſapientiores, nobiliores, politiores, religioſioreſque erant profeſſione.* *Tolet.* Toletus inſuper addit: *Metropolis terræ Iudæorum, ubi reſidebant Sacerdotes maximi, & Reges Iuda, ubi erat templum & ſacrificium, & Iudices ſeptuaginta dicti Senedrin.*

8. Conſiderandum hoc loco eſt, quòd S. Joannes, dum adhuc puer eſſet, ſeſe in ſpeluncis deſerti abdiderit, nec unquàm urbi Jeroſolymitanæ pedem ſuum intulerit, & tamen quantò ſanctitatem à mundi oculis magis occultare nitebatur, tantò eandem magis manifeſtârit; ſiquidem *non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita*: unde in ipſo veriſſimum eſſe cernitur, quòd honor ſemper ſequatur fugientem; cùm enim ipſe Jeroſolymæ gloriam fugiens, procul ab ea receſſiſſet: *Exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.* Quantò ſe Antonius in variis ſpeluncis magis magisque, ne inveniretur, aut in veneratione eſſet, recondebat, tantò frequentior ex omni regione terræ hominum turba ad eum ſe recipiebat ut ſua ei obſequia exhiberent; quod idem quoque de S. Hilario ne legitur. S. Athanaſius in vita S. Antonii dicit: *Hominem penè alio orbe celatum, & inter tantas poſitum ſolitudines Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyricæ, ipſi etiam quæ urbium caput eſt, Romæ demonſtravit.* Cælum & terra certatim ſe S. Joannem honorare & glorificare ſatagerunt; ſiquidem dum Filium Dei baptizavit, cœli aperti ſunt ſuper eum, terra autem, è civitate Deo magis dilecta, majoribus usque beneficiis aucta, legationem ad eum miſit, qua numquam glorioſior viſa aut audita fuit.

Matt. 3. v. 14. *Matth. 3. v. 5.* *S.Athan. c. 61. in vita S. Anton.*

Sacerdotes & Levitas ad eum.

9. S. Thomas hanc legationem qualificat: *Ex nuntiorum authoritate, qui ſolemnes erant & ſanctiores in populo, quia Sacerdotes & Levitæ.* Toletus rationem reddit, cur ſimilis conditionis homines in hanc legationem expediverint: *Perſonæ,* inquit, *eccleſiaſticæ & religioſæ in pretio habita apud populum, hæc enim legatio ad religionem ſpectabat.* In eo namque de propheticorum oraculorum adimpletione, de adventu Meſſiæ, & conſequenter de adventu ſummi Sacerdotis ſecundùm ordinem Melchiſedech agebatur, atque ideo indecens omnino erat, ut in hoc ſe negotium ſeculares ingererent, unde neque Herodem, neque Pilatum ad quidquam horum ſe moviſſe legimus. Ozias reprehenſus fuit, quòd ſe in miniſterium ſacrum, pro quò minimè deputatus fuerat, temere ingeſſiſſet: *Non eſt tui officii, ut adoleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum,* &c. Ubi Theodoretus ait: *Definita ſunt à Deo, quæ Regibus conveniunt, quæ Sacerdotibus congruunt.*

S.Thom. in Ioan. *Tolet.* *2. Paral. 26. v. 18.* *Theod. ibid.*

10. In S. Matthæo quidem legitur, quòd Phariſæi ex præhabita deliberatione & reſolutione concilii, quoſdam è diſcipulis ſuis, ſimul cum miniſtris quibusdam Herodianis ad Chriſtum miſerint: *Mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis*; unde meritò quæritur, cur tunc ſæculares cum Eccleſiaſticis in unam legationem conjunxerint? In promptu autem eſt reſponſio, nimirum, quia id fecerunt, *ut caperent eum in ſermone*, & in majus ejus vili pendium, quia ipſum occaſione reſponſi, quod daturus erat, delicti læſæ majeſtatis apud Herodem, reum facere ſperabant: in hac autem legatione de nulla re alia cogitant, quàm de honoribus S. Joanni Baptiſtæ deferendis, & ideo perſonas ſpectabiles, Sacerdotes nimirum ad eum mittunt.

Matt. 22. v. 16.

11. Conſiderandum quòque eſt, quòd Phariſæi, Sacerdotes, Pontifices, omnesque alii, qui aliorum regimini præerant, proût ex pluribus Evangelii locis deducitur, vitioſi, hypocritæ, cunctisque ſceleribus ad fauces uſque immerſi fuerint; & proinde meritò dubitatur, quomodo ſe reſolvere potuerint, ut Meſſiatum Joanni offerendo, eidem ſe ſubjicere vellent, qui adeò innocens, irreprehenſi-

henſibilis vitæ divinæ honoris zelantiſſimus, veritatis amicus, atque in victu & veſtitu adeò rigidus erat? nunquid vereri poterant, ne eximia ejus ſanctitas, dolentiſſima in eorum oculis ſpina futura eſſet: *Opprimamus virum juſtum*, dicebant impii illi apud Sapientem; *circumveniamus eum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis.* Reſpondetur igitur, dignitatem illam Meſſiatûs, quam illi offerebant, ſublimiſſimam eſſe omnium, quæ ſive in cœlo, ſive in terra dari poteſt, nimirum dignitatem ipſiusmet filii Dei, ac proinde omnino ſibi perſuaſum habebant, ſe per illius oblationem adeò magnopere illum ſibi devinxiſſe, ut, tametſi vitii alicujus exceſſū in illis videret, illum clauſis oculis diſſimulaturus eſſet, præterquam quòd non minùs ſit veriſimile, ipſos eâ ſpe fretos fuiſſe, quòd Baptiſta ſupremum hunc honoris apicem aſſecutus, de hac ſua auſteritate multùm remiſſurus eſſet, victurúsque ſicut alii; ſiquidem *honores mutant mores.* Credibile inſuper eſt, hanc fuiſſe quandam ab infernali ſerpente motam machinam, quâ nimirum legationem hanc Phariſæorum & Sacerdotum mentibus ſuggerebat, ut Joannem ad ſupremam hanc dignitatem acceptandam inducerent; ſciebat enim, quàm ſit difficile, ut quis in ſupremis honoribus humilitatem & innocentiam, rigores vitæ, cunctáſque alias virtutes Chriſtianas conſervet; per propriam quippe experientiam etiamnum noverat, hunc fuiſſe ſcopulum, ad quem ipſe, qui ſpecioſiſſimus cæli empyrei Angelus fuerat, tam turpiter ceſpitans, lapſus fuit; eodémque irritamento protoparentes noſtros in innocentiæ ſtatu ad prævaricationem doloſè induxerat; imò ad idem offendiculum ipſſummet Dei filium in monte allidere tentavit, dum hiſce eum verbis aggreſſus fuit: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.*

Sap. 2. v. 10. & 12.

Et interrogaverunt eum: Tu quis es?

12. Hi legati non ad Baptiſtæ nativitatem explorandam miſſi fuerant, quia ipſum Zachariæ filium eſſe manifeſtè ſciebant, ſed ut miniſterium ejus experirentur, in quod ſe ingeſſerat: unde quærebant, quâ authoritate baptiſmum prædicaret, cœlorum regnum proximum eſſe publicè omnibus annuntiâret, *Quaſi dicant*, inquit Cornelius à Lapide, *quòd munus geris? quòd officium à Deo accepiſti? ad quid te miſit Deus prædicare & baptizare?* Cornel. à Lapide.

13. Obſervat hoc loco Salmeron, quòd *interrogationem conceptam in nativitate Baptiſtæ*, quando univerſa Judæa in ejus natalibus attonita, dicebat: *Quid putas puer iſte erit? nunc pariunt, atque depromunt.* S. Proſper dicit: *Ad eum miſerunt Principes Sacerdotum interrogantes, utrùm ipſe eſſet Chriſtus?* Lucas Burgenſis obſervat, multos ſupremi illius concilii perſuaſum ſibi habuiſſe, ipſum verè Meſſiam eſſe, vel ſaltem talem, qui à Deo ad aliquod adventum Meſſiæ reſpiciens munus, electus eſſet: *Aut ſi non Chriſtus, certè præcurſor, aut comes Chriſti, eò quòd multis argumentis cognoſcerent promiſſum adventûs Chriſti tempus aut adeſſe aut imminere.* At verò cur non directè ipſum, an Chriſtus eſſet, interrogârunt, ſed tantùm in genere quæſiêrunt: Tu quis es? Salmeron ait: *Ne temerarii viderentur, non aſſerunt eum Chriſtum, nec apertè eum hoc interrogant, licet cum formidine id ſuſpicarentur.* Salmer. S. Proſper. de prædict. p. 3. prom. 1. Lucas Burg. Salmer.

14. Obſervari quòque poteſt, quòd, cùm ſanctus Joannes à primis annis cæleſtem potiùs, quàm humanam vitam in deſerto egerit, ideo non ampliùs idem eſſe, qui ingreſsùs fuerat, agnoſcebatur, adeóque *extraneus factus eſt fratribus ſuis, & peregrinus filiis matris ſuæ.* Unde Deus per Pſalmiſtam de ſancta quadam anima dicit: *Audi filia, obliviſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Pſ. 68. v. 9. Pſ. 44. v. 11.

15. Salmeron pro illis, qui ut Chriſtiano gregi invigilent, ſunt deputati, egregium quoddam documentum in medium hiſce verbis adducit: *Docentur Pontifices & Epiſcopi, quibus religionis cura atque cuſtodia demandata eſt, ut ad novos prædicatores, qui exurgunt, diligenter inſpiciant, attendántque, ne ipſorum incuria & negligentiâ doctrina peſtifera in Chriſti fideles vel ſpargatur, vel ampliùs ſerpat.* Salmer.

16. Optimum quòque perfectionis acquirendæ medium eſt, ſi quis ſemetipſum in

in notitia ſuiipſius exerceat, animam ſuam frequenter interrogando: *Tu quis es?* nimirum ad imaginem & ſimilitudinem Dei creata, redempta ejus ſanguine, & meritorum illius pretio ſanctificata, ac demum ad cœleſtis gloriæ fruitionem ab eò vocata. Deinde ad corpus converſus, idipſum quòque interroget: *Tu quis es?* Nimirum maſſa quædam luti, vas vermium, & ſentina vitiorum, & tamen *corpus, quod corrumpitur, aggravat hominem.* Dicebat David: *Ego ſum vermis, & non homo.*

Sap. 9. v. 15. Pſ. 21. v. 7.

Verſus 20.

Et confeſſus eſt, quia non ſum Chriſtus.

1. Euthymius in hæc verba ita ſcribit: *Vide prudentiam: Non dixit quis eſſet, quod poſtmodum fecit, ſed ad mentem eorum accedens, & quid velint, cognoſcens, rectè id à principio abſtulit, quod ipſum ſperabant reſponſurum; dixit enim: Non ſum ego Chriſtus.* Veruntamen meritò hîc quæri poteſt, cur S. Joannes ſe Chriſtum non eſſe reſponderit, cùm legatorum interrogatio ab ipſo directè, an Chriſtus vel filius Dei eſſet non requiſierit, ſed ſolùm in communi propoſita fuerit hoc modo: *Tu quis es?* Nimirum donum, quod Deus illi largitus fuerat, penetrandi ſcilicet cogitationes cordium, manifeſtare voluit, reſpondendo non ad interrogationem, ſed ad interrogantium intentionem & finem. Unde Theophylactus ait: *Cognitâ eorum malignitate, non dicit quis ſit, ſed confitetur: Non ſum Chriſtus, ad ſcopum utique illorum reſpiciens.* Et S. Thomas ait: *Magis reſpondet ad mentem quærentium, quàm ad quæſtionem.*

Euthym. *Theoph.* *S. Thom. in Ioan.*

2. Hanc S. Joannis confeſſionem Rupertus Abbas Tuitienſis hiſce verbis commendat: *Verax utique veritatis præco, cavit ſapienter mortiferum divini nominis adulterium.* Subjungit deinde, Joannem hoc loquendi modo ſe Chriſti confeſſorem exhibere & probare voluiſſe, pro quo etiam poſtea martyrio coronatus fuit: *Confeſſus eſt, hoc intendit, ut hoc maximè loco Ioannem Baptiſtam, quòd omninò probabile & verùm eſt, Chriſti Confeſſorem eſſe ſentiat.*

Rup. Abb. lib. 1. in Ioan.

3. Oleaſter ſuper illa verba Geneſ. cap. 22. *Laudaverunt eam apud Pharaonem*, finem inquirit, propter quem Phariſæi à Joanne non petierint directè, an Meſſias eſſet, ſed tantùm dixerint: Tu quis es? *Mirabar, cur non peterent, an ipſe eſſet Meſſias, tandem deprehendi eos hoc ideo feciſſe, ne Ioanni occaſionem ambiendi nomen ac munus Meſſiæ præberent, ſi ipſe non eſſet. Quo facto nos docuerunt, non proponere proximis, quæ ipſi ambire, ac malè poſſint deſiderare.*

Oleaſter in cap. 12. Geneſ. 15.

4. S. Joanni congruentiſſimè adaptari poſſunt, quæ Deus Ezechieli dixit, nimirum: *Ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas.* Mirabilis profectò conjunctio eſt, qua in hiſce verbis gemma quædam pretioſa inæſtimabilis valoris, qualis eſt adamas, qui regio diademati communiter inſeritur, conjungitur cum ſilice, qui pedibus à viatoribus calcatur. Et tamen utriúsque nomen, adamantis videlicet & ſilicis, Prophetæ adſcribitur, utique ad exprimendam incomparabilem illius virtutem, & infractum animi ipſius robur inſinuandum, quo nimirum nec adverſitatibus, perſecutionibus, & quibuscúnque aliis ærumnis in ſilice ſignificatis ceſſit per formidinem, nec ſe ab humanæ felicitatis lenocinio, per adamantem ſignificato, ſeduci permiſit. Quod laudis præconium ſancto Joanni Baptiſtæ propriſſimè competit; hic enim inter catenas & compedes, in Herodis carcere unus & idem ſemper imperterrito pectore permanſit, donec caput ejus leviculæ ſaltatrici, in habitæ choreæ daretur præmium: ſimiliter quando in hac honorificentiſſima legatione, ipſamet Meſſiæ & filii Dei dignitas ultro citróque ei offerebatur, ſe minimè ſeduci permiſit, ſed liberè reſpondit: *Non ſum ego Chriſtus.* Hic verè lapis lydius eſt veræ ſanctitatis, ſi quis nimirum ſe ab honoribus non ſolùm humanis, ſed etiam divinis ſeduci aut perverti minimè permittat; quia tametſi apud illos, qui à mundo totaliter alieni ſunt, omnia regna mundi nihil æſtimentur; attamen divinis aliquem affici honoribus, & pro Dei filio haberi, nec tamen inde quicquam evaneſcere, verè dici poteſt ſine exemplo exemplum, quod S. Auguſtinum exclamare coëgit: *Fratres mei nullum*

Ezech. 3. v. 9.

S. Aug. tr. 4. in Ioan.

lum tamen meritum Joannes habuit, quàm de iſta humilitate, quòd cùm poſſet fallere homines, & putari Chriſtus, confeſſus eſt tam aperte & dixit: Non ſum ego Chriſtus. Nec eſt, quòd quis quã id Joanni in adverrenter ex ore delapſum eſſe credat: ſiquidem prout ex Evangelio apertè colligitur, ùt hanc veritatem Phariſæorum cordibus tantò tenaciùs imprimeret, idipſum ſæpius eſt proteſtatus. Magna quidem virtus, honores aſpernari, & nihil ducere; ſed longè major virtus eſſe cenſetur, idipſum facere poſſe, quando ejusmodi honores ſummâ cum precum inſtantiâ offeruntur. S. Thomas ait: *Devoti famuli eſt, non ſolùm non capere gloriam Domini, ſed oblatam à multis reſpuere.* Albertus M. actum illum ſolidæ cujusdam ſanctitatis ſpecimen eſſe dixit: *Quemadmodum probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum; ſic probatur homo ore laudantium:* ac proinde quantò majus ſolidæ ſanctitatis ſpecimen erit, ſi quis non ſolùm laudibus, ſed & honoribus, & dignitatibus, imò ipſummet divinitatis infinitæ celſitudini oblatæ reſiſtat.

S. Thom. in Joan.

Alb. M.

5. Quæri hoc loco haud incongruè poterit, cur S. Joannes illos qui peccatis onuſti illum accedebant, adeò ardenter & ſeriò reprehenderit, *genimina viperarum* eoſdem appellando; & tamen ex altera parte, licèt illi æquè notum eſſet, hos quòq; cum fictione & duplicitate animi ſecum tractare, ſive ex odio & invidiâ, quâ Chriſtum proſequebantur; ſive ut ipſum adulationibus ſuis illaquearent, eos non detexerit, neque paſſionem ſuam, qua ad id faciendum movebantur, ipſis improperârit? Rupertus Abbas de Chriſto quidem dicit: *Tantùm ad interrogata reſpondit parcitate irreprehenſibili.* Sed magis ad rem reſponderi poteſt, Joannem ſine ullo improperio, illis ob hunc ſolum reſpectum reſpondiſſe, quia nimirùm hi ad ipſum miſſi legati levitici & ſacerdotalis ordinis erant, quibus pepercit, ne illos apud populum contemptibiles redderet & exoſos, nobiſque pariter exemplum daret, è quo doceremur reſpicere & honorare Sacerdotes, quantumvis malos, ipſorúmque errores palàm & in publico diſſimulare, ne ſuum apud plebem & vulgus reſpectum & reverentiam debitam amittant.

Rup. Ab.

6. Dionyſius Carthuſianus rationem reddit, cur illos ab errore eximere, veritatem autem nequaquam voluerit ſubjicere: *Quamvis,* inquit, *ſæpe licitum ſit veritatem ſilere propter audientium improbitatem, vel propriam pacem, ſeu aliam piam & rationabilem cauſam, juxta illud Pſalmi: Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator adversùm me; nunquam tamen licet veritatem negare, quamvis poſſit aliquando piâ cautelâ abſcondi.*

Dionyſ. Carth.

Pſ. 38. 2.

7. Porrò ſanctitas, quâ ſanctus Puæcurſor imbutus cernebatur, donum Dei erat: *Formans me ex utero ſervum ſibi,* ac proinde hoc dono in benefactoris ſui depreſſionem minimè abutendum eſſe cenſuit, ut nos doceret, beneficia divina in defenſionem illius, à quo eadem accepimus, à nobis ſemper retorquenda eſſe.

Verſus 21.

Et interrogaverunt eum, quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non.

Quid ergo? Elias es tu?

1. Phariſæi primum Chriſti in hunc mundum adventum cum ſecundo confundebant, ideóque ſibi ipſum Eliam forſitan eſſe poſſe perſuadebant, utpote qui judicium univerſale præceſſurus erit, ut Malachiæ 4. prædictum fuiſſe noſcitur. Unde S. Thomas ait: *Sciendum eſt autem, quòd à populo Judæorum, ſicut exſpectabatur Dominus venturus, ita exſpectabatur Elias, Chriſtum præceſſurus; ideo videntes qui miſſi erant, quòd Joannes non confitebatur ſe eſſe Chriſtum, inſtant, quòd ſaltem confiteatur, ſi eſt Elias.* Porrò hæretici nonnulli illius temporis, animas ex uno corpore in aliud transfundi exiſtimabant, quo eodem errore etiam nonnulli Judæorum imbuti fuiſſe videntur, qui Præcurſorem in auſteriſſimâ vitâ ſuâ dicto Prophetæ perſimilem eſſe videntes, ipſum verè hunc Prophetam eſſe credebant, maximè cùm ipſe Salvator Matt. cap. 12. dixiſſet: *Si vultis ſcire, ipſe eſt Elias.*

S. Thom. in Matt.

Matt. 12. v. 14

Toletus. Ita Doctor Angelicus, Toletus autem Hebræos hanc animarum transmigrationem minimè credidiſſe, per multa argumenta probat; qui proindè in ea eſt opinione, quòd Hebræi S. Joannem jam mortuum, in ejúsq; locum Eliam commigráſſe exiſtimárint, utpote quem etiamnum vivere ſciunt; quippe qui in noviſſimis diebus filio perditionis reſiſtere, & cum eo dimicare debebit.

S. Thom. ibidem S. Thomas qròque hoc loco quærit, quomodo S. Joannes ſe Eliam eſſe negare potuerit, cùm tamen veritas ipſamet de eo teſtata fuerit: *Ipſe eſt Elias.* Qui idem dubium iſtud illo Angeli effato ſolvit, quo ab eo dictum fuit: *Præcedet ante eum in ſpiritu & virtute Eliæ, in ſuis ſcilicet operibus: Non fuit ergo Elias in perſona, ſed in ſpiritu & virtute.* Demum verò, quæ inter utrumque intercedunt analogiæ, in tria hæc capita ab eodem diſtinguuntur. Et primò quidem *quantũ ad officia: quia ſicut Elias ſecundũ Domini adventũ præveniet, ita iſte præceſſit primum; ſecundo, quantum ad vivendi modum: quia Elias in deſertis morabatur, parcè utebatur cibo, & duris veſtibus operiebatur*, quod idem in S. Joanne ad unguem adimplebatur. *Tertio, quantum ad zelum, quia Elias maximi zeli fuit, ſic & Joannes zelo veritatis mortuus eſt.*

Propheta es tu? & reſpondit: non.

S. Thom. in Joan. Luc. 1. v. 76. 3. Enimverò Lucæ 1. prout S. Thomas notat, de S. Joanne dicitur: *Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis*; quomodo igitur idem Joannes ſe talem eſſe negare potuit? Reſpondet: *Joannes non eſt Propheta ſimpliciter, ſed pluſquàm Propheta: alii namq; Prophetæ ſolùm futura prædicebant à remotis Joannes verò Chriſtum præſentem annuntiavit, quaſi digito oſtendens, Ecce Agnus Dei. Ideo Matth. 11. Dominus dicit: Ecce pluſquàm Prophetam.* Ad hæc Judæi, juxta ſententiam Origenis, ſuis in opinionibus deluſi, tres perſonas valde inſignes Meſſiam in ſuo adventu aſſociaturum eſſe crediderunt, nimirum Redemptorem ipſummet, Eliam, & alium quendam Prophetam permagnum, illum nimirum, de quo *Deut. 18. v. 15.* Deuteron. 18. dicitur: *Prophetam ſuſcitabit Dominus*, quæ verba tametſi de ipſomet Meſſia intelligenda ſint; Judæi tamẽ hunc alium quendam Prophetam futurum eſſe exiſtimabant: *Ideo non quærunt ſimpliciter, utrùm ſit Propheta? ſed an ille ſit Propheta maximus, quod quidem ex ordine quæſtionis apparet: nam primò quærunt, an ſit Chriſtus; ſecundò, an Elias? tertio, an Propheta?* Toletus ait: *Interrogant, an ſit Propheta ille inſignis promiſſus à Deo; in Græco cum articulo deſcribitur Propheta, ut non quicunque intelligatur, ſed ille à Deo promiſſus.* *Toletus.*

4. S Bonaventura ſuper hunc S. Joannis textum varias refert opiniones, quæ circa Baptiſtam ſuſtinebantur; dicit enim: *A quibusdam credebatur eſſe Chriſtus, ob eminentiam ſingularis potentiæ; ab aliis credebatur eſſe Elias, ob auſteritatem vitæ; ab aliis unus de Prophetis reſuſcitatis, propter gratiam prophetiæ.* *S. Bonav.*

5. Thomas quòque obſervat, quòd Judæi reflectentes, quòd Joannes contrauſum & conſtitutiones ipſorum, baptiſmum miniſtraret, quòd officium ſoli Meſſiæ venturo reſervatum eſſe videbatur, juxta illud Ezechielis 36. *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini.* Eliam quoque aquas Jordanis diviſiſſe, Eliſæum verò in iiſdem Naaman Syrum mundáſſe ſcientes, apparenter ſaltem Joannem, vel diu deſideratum Meſſiam ſive filium Dei, vel Eliam, vel Eliſæum eſſe, quorum uterque prophetiâ inſignis extiterat, perſuadere ſibi poterant. *S. Thom. in Joan.* *Ezech. 36. v. 25.*

Verſus 22.

Dixerunt ergo ei: Quis es? ut reſponſum demus his, qui miſerunt nos? quid dicis de te ipſo?

Dixerunt ergo ei: Quis es tu?

1. Toletus in hiſce verbis Phariſæorum admirationem notat: *Vox eſt cujusdam admirationis*; cùm enim Joannes ſe nec Chriſtum, nec Eliam, nec Prophetam eſſe reſpondiſſet, nullum invenire titulum poterant, quo eum pro dignitate revereri poſſent. *Acſi dicerent: Tua inſignis & excellens virtus non patitur, te communem eſſe hominem, adeò ut ſi Chriſtus non ſis, ſaltem ſis illius præcurſor illuſtris.* *Toletus*

2. Rupertus Abb. Tuitienſis, eorum legatorum *Rup. Abb.*

torum in ſuis interrogationibus importunitatem reprehenſurus, hac phraſi utitur: *Qui ſibi ſapientes & prudentes habebantur, interrogationibus irreverenter habitaculum tantæ gratiæ pulſaverunt.*

Quid dicis de te ipſo?

3. S. Joannes tantam ſibi æſtimationem comparaverat, ut majorem ſibi quàm Chriſto fidem adhiberent; huic etenim improperârunt, dicentes: *Tu de te ipſo teſtimoniũ perhibes? teſtimonium tuum nõ eſt verũ;* at verò teſtimoniũ Joannis tanti faciebant, ut Dionyſ. inperſona horum legatorum dicat, hanc quæſtionẽ eundem ſenſũ habuiſſe, acſi dixiſſent: *Tu tantæ excellentiæ es, ut proprio teſtimonio tuo de te ipſo prolato credendum ſit.* Tametſi enim nullius teſtimonium in cauſa propria juxta uſum legalem niſi mediante juramento recipi ſoleat; attamen ſancto Joanni etiam ſe filium Dei eſſe diceuti, fidem facilè adhibebant.

Joan. 8. v. 13.

Dionyſ. Cart.

Verſus 23.

Ait: Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta.

Ait: Ego vox.

1. Porrò vox nihil eſt aliud, quàm modicus quidam repercuſſus aër. Ecce tibi igitur viliſſimum conceptum, quem is qui paſſim ab omnibus filius Dei eſſe credebatur, in interiori cordis ſui habebat; neque enim ipſe ſe Zachariæ ſumi Sacerdotis filiũ, ſed vocem eſſe tantum dicebat. Gabriel Archangelus de eo prædixerat: *Erit magnus coram Domino*; ipſe verò illud Eccleſiaſtici conſilium adimplere voluit, dicentis: *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Quando, an Deus, Propheta, Meſſias eſſet, interrogabatur, ſemper reſpondit: *Non*, idque repetitis vicibus: at verò dum urgeretur, ut, quis eſſet, ediceret, ſe vocem eſſe reſpondit, & nihil amplius, At verò S. Bonaventura ait: *Quia ſic ſe humiliavit, meritò Chriſtus eum laudando exaltavit, dicens: Inter natos mulierum non ſurrexit major; tria enim, quæ homines ambiunt, contempſit Joannes, & abdicarit à ſe: ſublimitatem excellentiæ, quando negavit ſe eſſe Chriſtum; æſtimationem ſanctimoniæ, quando negavit ſe eſſe Eliam; opinionem incognitæ ſcientiæ, quando negavit ſe eſſe Prophetam.* Enimverò dicere quis poſſet, hunc vocis titulum minimè illi convenire, poſſe, utpote qui in virtute ſtabilis, optimèque fundatus fuerit. Unde Beda ait: *Joannis humilitas commendatur, qui cùm tantæ virtutis eſſet, elegit ſolidè ſubſiſtere in ſe, ne humanâ opinione rapeeetur ſupra ſe.* Econtra verò in eo ſenſu, quo Chriſtus de ipſo dixit: Ipſe eſt Elias, jure merito Eliam ſe eſſe aſſerere poterat, quod tamen noluit; veri namque humilis viri virtus præcipuè elucet, non dum honorem, quem non meretur, reſpuit; verùm dum etiam illi honori accipiendo reluctatur, quem juſtè acceptare potuiſſet; verus namque humilis dona cœleſtia, quibus exornatus eſſe noſcitur, pro viribus celat & obtegit, éſtque contrariæ prorſus indolis à ſuperbo, qui de iiſdem oſtentationes publicas facit.

Luc. 1. v. 32. Eccl. 3. v. 20.

S. Bonav. in Joan.

Beda.

2. Rupertus Abbas ſolos humiles intelligere poſſe dicit id, quod S. Joannes vocem ſe nominando dicere voluit: *Ex hoc dicto ſolis parvulis, id eſt, humilibus intelligi datur, quia contemporalem Chriſto ſe eſſe fatetur, acſi apertè dicat. Non ſum ego Chriſtus, ſed ego ille ſum, quem interiori auditu audivit Iſaias clamantem vobis ut paretis vias ejus.* Toletus Joannem jam de ſe factam ſuam confeſſionem per ſacræ ſcripturæ teſtimonium confirmare, eiſque propriam ignorantiam ob oculos ſtatuere voluiſſe dicit: *Quaſi diceret: vos quæritis, an ſim Elias, an ille Propheta, quia in Scriptura illos venturos vos legiſſe videmini; ſed non conſideratis, alium præter hos ſupereſſe, qui etiam in Scriptura prophetatur venturus: Iſaias enim cap. 40. alium prænuntiavit præcurſorem, dicens: Vox clamantis &c. Ego igitur ſum ille.* Illo utique Malachiæ textu uti potuiſſet, in quo ipſe denominatur Angelus, quem Chriſtus in ejus honorem allegavit: *Maluit tamen uti teſtimonio Iſaiæ, tum quia major erat Prophetia, tum quia conformior erat hæc ejus prophetia vitæ & prædicationi ipſius, quia ipſe in deſerto clamabat.* Eſt & alia quædam præcipua ratio, ut hoc teſtimonium conformius

Rup. Ab. lib. 1. in Joan.

Tolet.

Iſa. 40. v. 3.

ſit contemptui ſui ipſius, & humilitati ſuæ, adeò ſublimis honoris oblationi oppoſitæ, quæ vox parvi fit, & parum æſtimatur.

3. Alius quidam Interpres, præter has aliam adhuc tradit rationem, cur hoc ſe nomine appellarit: *Quia*, inquit, *teſtimonium exhibuit de præſente Chriſto, alii vates Chriſtum demonſtrabant venturum; at Joannes indice prodit*, citátque teſtimonium Ariſtotelis dicentis: *Voce utitur ad præſentes, ſcripturâ ad abſentes; vox quia præco fuit Chriſti, præco autem voce clamat, non ſcripto.*

Mich. de Pal. in Joan.

Hugo Card.

4. Hugo Cardinalis ita exponit: *Quaſi dicat, non ſum quidem Chriſtus, neq; Elias, neque Propheta, ſed ſum præco ejus, qui præſens eſt, oſtendens eum, ſicut vox oſtendit verbum: vox cum verbo tranſit usque ad auditum, & poſtea perit vox, & permanet verbum, ita Joannes: ſicut ergo vox excitat auditum, ùt verbum recipiatur; ita Joannes excitavit Judæos, ut Chriſtum reciperent.*

S. Thom. in Joan.

5. S. Thomas nos ad devotionem S. Joannis admirandum invitat, ipſum namq; illud Apoſtoli ad Galatas cap. 2. adimpleviſſe exiſtimat, dicentis: *Vivo ego & jam non ego. Et ideo non reſpondet: ſum filius Zachariæ; dicit autem, ſe vocem eſſe, quia vox origine poſterior eſt verbo, ſed notitiâ prior; nam verbum in corde conceptum, per vocem prolatum cognoscimus, cum ſit ſignum ejus; Deus autem Pater præcurſorem miſit Joannem in tempore factum, ùt verbum ab æterno conceptum annuntiaret*; ſicut vox manifeſtat, & innoteſcere facit conceptum, qui in mente noſtra reconditus latet: ita S. Joannes mundo innoteſcere facit verbum, quod in ſinu Patris abſcondebatur, neque etiamnum incarnatum nobis innotuerat: *Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.* Similiter ſicut verbum mentis noſtræ, voce, quâ exprimitur, anterius eſt, tametſi in audiente prior vox ſit; ita Chriſtus verbum Patris prior fuit Joanne, licèt reſpectu annuntiationis Præcurſor præcedat: *Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt.* Albertus Magnus dicit: *Vox verbum præcedit, quia in voce formator verbum, & ſic Joannes præcurſor eſt verbi. Vox verbum declarat, ſic Joannes declarabat Chriſtum, Ecce Agnus Dei. Vox deficit, & verbum auditum proficit: Joan. 3. Me oportet minui, illum autem creſcere. Vox eſt inutilis abſque verbo, & ſic fuit inutilis Joannis prædicatio ſine Chriſto.* Vox à ſemetipſa nullum habet eſſe, aut durationem, niſi dependenter ab eo qui illam profert: ita quòque S. Joannes nihil ſibi attribuit, ſed omnia dona & gratias à Deo ſe habere cognoſcit, ac proinde coram illo ſeſe humiliabat: Deum namque illum eſſe, qui in ipſo loquebatur & operabatur, agnoſcebat.

Joan. 1. v. 7.

Alb. M.

Joan. 3. v. 30.

6 Alcuinus in hunc textum Evangelii ſcribens, ſancti Joannis Evangeliſtæ teſtimonium adducit, Filio Dei Verbi titulum imponentis, dum ait: *In principio erat Verbum, &c. Ex ipſa veſtra locutione cognoſcitis, quia priùs vox ſonat, ut verbum poſtmodum poſſit audiri: Joannes ergo vocem ſe aſſerit, quia Verbum præcedit. Adventum itaque Dominicum præcurrens, vox dicitur, quia per ejus miniſterium Patris Verbum ab hominibus auditur.*

Alcuin. in Joan.

7. Quamvis hic vocis titulus S. Joanni ex alio quòque reſpectu attribui poſſe videatur. Toletus ait: *Totum quod erat in Joanne, vox erat, inducens Judæos ad pœnitentiam, ad obſervantiam & fidem; ſi ſpectare velis ejus nativitatem, converſationem, vitam, veſtitum, & prædicationem.* Omnia enim hæc in S. Joanne facunda quædam & efficax perſuaſiva erat ad innocentiam & ſanctitatem, deſerto nimirum, miraculoſa ejus nuditate, & nuditate continuò prædicantibus. S. Ambroſius ait: *Etiam hodie clamat Joannes exemplo & verbo, & vocis ſuæ tonitruo deſerta noſtrorum concutit peccatorum.*

Tolet.

S. Ambr. ſerm. 9.

Clamantis.

8. S. Thomas duos clamandi modos diſtinguit, dicens: *Quod autem addit, clamantis poteſt intelligi dupliciter, ùt ſcilicet ſit vel Joannis clamantis & prædicantis in deſerto, vel Chriſti clamantis in ſeipſo, ſecundùm illud 2. Corinth. ult. An experimentum ejus quæritis, qui in me loquitur Chriſtus.* S. Præcurſor innumeros homines convertebat, ipſum quòq; Herodem Regem impium atq; ſacrilegum, de quo dicitur: *Libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat*: hoc tamen non obſtante,

S. Thom. in Joan.

2. Cor. ult. v. 3.

S. Joan-

S. Joannes Verbum æternum in ſe & per
Theoph. ſe loquens agnoſcebat; unde Theophylactus verba illa: *Ego vox clamantis*, ità exponit: *hoc eſt, ego ſum vox Chriſti*, quod
Luc. 10. *v.* 16. optimè cum illo Lucæ convenit, ubi Chriſtus dicit: *Qui vos audit me, audit.* De
Paſch. l. 3. *in Matt.* Baptiſta autem ſpeciatim S. Paſchaſius ità ſcribit: *Quia in eo Dei Sapientia exclamare intelligitur, ut utique audiatur, & nullus inſipientium de ignorantia excuſetur.* Porrò valde conſiderabile eſt illud *Clamantis*; non enim dicit: *Ego vox clamans, ſed clamantis*; ut nobis innueret vocem ejus, qui verbum Dei annuntiat, ſicut & ipſum Dei Verbum à Deo dirigi & regulari debere, ut in auſcultantibus illud fructum proferat.

Alb. M. 9. Albertus Magnus ità exponit: *vox clamantis*, id eſt, *à ſomno peccati homines excitantis.*
Rup. Ab. Rupertus Abbas pariter per hunc clamorem pœnitentiam, quam peccatoribus annuntiabat, intelligendam eſſe dicit: *Clamo nunc vobis, parate viam Domini, quia videlicet dico vobis, pœnitentiam agite.*

In deſerto.

S. Thom. in Ioan. 10. Porrò ratio literalis, cur S. Joannes in deſerto commoratus ſit, ibique prædicaverit, à S. Thoma hiſce verbis traditur: *Ut in deſerto manens, immunis eſſet ab omni peccato, & ſic dignior eſſet Chriſto teſtimonium ferre & ex vita ſua teſtimonium ſuum credibilius eſſet hominibus.* Quantò enim teſtis irreprehenſibilior, majoríque bonitate & integritate præditus fuerit, tantò major illi fides & reſpectus adhibetur. Quoad ſenſum verò myſticum idem Sanctus per deſertum gentilitatem ſignificari dicit, juxta
Iſa. 54. *v.* 1. illud Iſaiæ 54. *Multi filiæ deſertæ*, &c. *Ut ergo oſtenderet, quòd doctrina Dei de cætero non debet eſſe in Ieruſalem tantùm, ſed in gentibus, clamavit in deſerto.* Quamvis, ut idem Angelicus Doctor ait, per deſertum Judaiſmus quoque intelligi poſſit: *Per deſertum*
Matt. 23. *v.* 38. *Judæa, quæ jam deſerta erat, Matt.* 23. *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Clamavit ergo in deſerto, id eſt in Judæa, ut per hoc daretur intelligi, quòd populus, cui prædicabat, jam deſertus erat à Deo.*

Dirigite viam Domini.

11. Rupertus Abbas ait: *Et quid clamat?* *Rup. Ab.*
Parate viam Domini; in via namque eſt Dominus, viam vitæ præſentis eſt ingreſſus, in via *Pſ.* 18. *v.* 6. & 7. *nunc eſt; ecce tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo; exultavit ut gigas ad currendam viam. Unde, & quò iturus eſt? à ſummo cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; nolite reſiſtere, nolite offendicula ponere.* In hac autem via, per quam Salvator ad nos venit, obices & offendicula ponimus, quando peccata, ſcandala & offenſas ejus non removemus.

12. Salmeron dicit, Moyſen & Prophe- *Salmer. to.* 4. tas nos quidem viam Dei, id eſt, legem ejus *art.* 15. docuiſſe, ſed via quædam longa illa erat: *Nihil ad perfectum adducentes; per eam non intrabat Chriſtus ad animas hominum ſanctificandas, ideo opus erat aliâ viâ, atque hæc quoad interna attinet, pœnitentia eſt, quæ fidem includit; quantum ad externa, Sacramentum Baptiſmi eſt.*

13. Toletus hunc loquendi modum *Tolet.* metaphoricum eſſe dicit, quo dicere voluit, officium ejus eſſe, ut tanquam Prodromus & Præcurſor, populo illi viam ad Meſſiam præparet, quâ illi occurrere, eumque recipere poſſet: *Ut enim via recta eſt brevior & facilior ad iter peragendum, ſic dirigere viam eſt, ſe facilem exhibere ad recipiendum Dominum.* Demum verò in quonam facilitas illa & diſpoſitio ad Chriſtum recipiendum conſiſtat, exponit nimirum in exacta divinæ legis ipſius adimpletione: *Quòd erat, legem ut debuerant, obſervare, vitia omnia, quæ impedimenta ſunt viæ & cauſa, ne venientem reciperent, ne etiam agnoſcerent, omnino abjicere.*

14. Albertus Magn. quoque hanc viam *Alb. M.* rectam, exactam præceptorum obſervantiam eſſe ſcribit: *Via Domini mandata ejus ſunt, quæ via, ſicut dicit Gloſſa, dirigitur per fidem & opera, per quæ ingreditur Chriſtus ad nos, & nos ad ipſum.* Et quidem in hac expoſitione viæ rectæ omnes ſacri Expoſitores concorditer conveniunt. Beda *Beda.* ait: *Via Domini ad cor dirigitur, cùm ad præceptum vitæ præparatur; unde ſcriptum eſt: Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget*

eum

eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Subditque idem Sanctus, quinam incapaces ſint, ut Chriſto occurrere, eumque recipere poſſint, dum ait: *Quisquis ergo in ſuperbiam mentem elevat, quiſquis avaritiæ artibus anhelat, quiſquis ſe luxuriæ inquinamentis polluit, cordis oſtium contra veritatem claudit, & ne ad ſe Dominus veniat, clauſtra animi ſeris vitiorum damnat.* Pſalmiſta quòque in pluribus locis nomine viæ, præcepta divina intelligit: *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea: deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui.*

P. 16. v. 5

Pſ. 118. v. 35.

15. Euſebius Emiſſenus in homilia quadam de Nativitate S. Joannis ita ſcribit: *Et nos rectas faciemus ſemitas Dei noſtri, ſi teneamus in nobis verbum veritatis, affectum juſtitiæ, patientiæ, miſericordiæ, pacis, benevolentiæ. Hæc eſt illa via, per quam Chriſtus incedere delectatur.*

Euſ. Em. hom. 1. de nat. S. Jo.

16. Dionyſius Carthuſianus modum quòque hanc viam dirigendi nos docet, dum ait: *Rectè & verè exercete opera bona & ſancta, & bona deſideria in vobis habete, per quæ Deus ingreditur cor humanum, hoc eſt, vitiorum obliquitates fugite, vosipſos ad gratiam præparate, atque ad Chriſti prædicationem & fidem mentes veſtras diſponite.*

Dio. Carth.

17. Porrò per viam tritam & regiam, præceptorum obſervantia denotatur, at verò per ſemitam conſilia Evangelica ad perfectionem tendentia. Et ideo illis verbis non ſolùm ut per divinorum præceptorum viam gradiamur, nos hortatur, verùm etiam conſiliorum Evangelicorum executionem tentandam eſſe ſuadet.

18. Sanctus Thomas dicit: *Via autem ad recipiendum Deum parata & recta, via juſtitiæ, ſecundùm illud Iſaiæ 26. Semita juſti recta eſt, &c. tunc enim ſemita juſti eſt recta, quando homo totus ſubjicitur Deo, ſcilicet intellectus per fidem, voluntas per amorem, operatio per obedientiam Deo ſubduntur.*

S. Thom. in Joan.

19. S. Gregorius à S. Thoma in Catena citatus dicit: *Via Domini ad cor dirigitur, cùm veritatis ſermo humiliter auditur. Via Domini ad cor dirigitur, cùm ad præceptum via præparatur.*

S. Greg. in Cat.

20. Regius Propheta David olim à Deo poſtulabat, dicens: *Dirige in conſpectu tuo viam meam.* Verùm intentum ſuum quoad corporalem Dei præſentiam aſſequi minimè potuit, quia humanitate ſuâ mediante nondum viſibilis factus fuerat; at verò poſtquam ſanctus Joannes nobis eum digito monſtravit, dicens: *Ecce Agnus Dei*, &c. ſimul quòque modum nos docuit, qualiter in occurſum Redemptoris vias dirigere debeamus, ut divinâ ejus præſentiâ, quam in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento reliquit, fructuosè perfruamur.

Pſ. 5. v. 9.

Verſus 24.

Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.

1. Salmeron dicit, Evangeliſtam nobis hiſce verbis indicare voluiſſe, quales hi legati fuerint, quia tametſi illos Sacerdotes & Levitas eſſe dixerit, per hoc tamen non excluſit, quin Phariſæi quòque eſſe potuerint: *Poterant ſimul eſſe religione ſectâque Phariſæi, quemadmodum modò apud nos multi religioſi ſunt ſacerdotes.* Voluit quòque Evangeliſta illis verbis inſinuare nobis, illos ſuperbos, & erga Præcurſorem invidos fuiſſe. *Quem tantus populus Phariſæis relictis, & acri oratione ab eo objurgatis ſequebatur, ideo illi minimè in Joannem credebant & animo calumniandi venerant*; quamvis Concilii proceres, à quibus miſſi fuerant, non à paſſione, ſed ſine recto & æquo ad hanc legationem inſtituendam motos fuiſſe concedat. Rupertus Abbas quòque ſiniſtram horum Phariſæorum intentionem ſubindicat, dum ait: *Ex Phariſæis, videlicet ex iis, qui non Dei, ſed ſuam quærebant gloriam*; alii quoque expoſitores eoſdem à malignitate notant. Namque Haymo ait: *Phariſæi Doctores legis invidebant Joanni, quia videbant ſe à populo derelinqui, & prædicationem Joannis ſequi.*

Salmer. to. 10. cit.

Rup. Ab. in Joan.

Haymo.

2. Lucas Burgenſis dicit: Sacerdotes & Levitæ erant dignitate atque officio, ſectâ autem Phariſæi, idque nobis Evangeliſtam inſinuare voluiſſe dicit, dum legatos ex Phariſæis fuiſſe notat, *ut mitigaret arrogans illud reſponſum, quod ſequitur temere*

Luc. Burg.

merè carpentium viri ſanctigeſta: quaſi dicat: Nihil mirum, Phariſæi fuerunt. S. Thomas verò multorum opinionem refert, qui illos diverſos fuiſſe exiſtimant à primis legatis, qui miſſi fuerant, ut interrogarent: *Tu quis es?* credúntque Phariſæos poſteà ſupervenîſſe, ut eum propter baptiſmum, quem conferebat, reprehenderent. *Origen.* Origenes de primis ità ſcribit: *Cùm didiciſſent quis eſſet, vel non eſſet, decentiſimè quieſcunt veluti ſilentio faventes, & demonſtrantes ſe admittere, quæ audiſſent, quod baptizare conveniat voci clamantis in deſerto, ad dirigendam viam Domini; contrà verò Phariſæi (ut, qui juxta nomen ſuum diviſi quidam & ſeditioſi eſſent) ſe eadem non ſentire demonſtrant cum Iudæis exiſtentibus in urbe Metropoli, & cum miniſtris cultûs divini.* Motivum autem illorum paulò antè inſinuatum eſt, nempe *Alb. M.* invidiæ. Unde Albertus Magnus ait: *Egregiis quidem in Scripturæ ſcientia, ſed calumnioſis ex invidia*; ideóque S. Joannem cenſurare non dubitantes, cauſam ab eo adminiſtrati Baptiſmi ſciſcitantur: *Illi doctri.* *Alcuin.* *nam de ſuis actibus requirunt* (inquit Alcuinus) *qui doctrinam neſciunt quærere, ſed* *Tolet.* *invidere.* Toletus verò è contra eosdem fuiſſe cenſet, eíſque minimè commiſſum fuiſſe autumant, ut eum de Baptiſmo interrogarent, ſed tantùm ut, num Meſſias eſſet, ab eo diſcerent. *At quia, qui miſſi ſunt, erant ex Phariſæis; legis zelum præferentes ſe aliis omnibus in legis obſervantia ante ponentes, nec quicquam contra legem fieri permittens, non ut legati, ſed ut ſuperſtitioſi interrogant quæ ſequuntur.* Et quidem primâ facie eos zelo moveri videri poſſet, revera tamen paſſio & invidia unicum illorum motivum erat. Unde *Gloſſa.* Gloſſa ait: *Doctrinam non quærunt, ſed invident.* Et *Beda.* Beda à Luca Burgenſi citatus dicit: *Studio reprehendendi, non cognoſcendæ veritatis.*

2. Obſervandum quòque eſt, Phariſæos hanc interrogationem non propoſuiſſe Joanni, inquit Doctor Angelicus, ut ab eo baptiſmi ſui myſterium ediſcerent; ſed ut eum reprehenderent, & ab ulteriori baptiſmi exercitio impedirent, (*Non quærunt ut ſciant, ſed ut impediant*) videbant enim quòd ex omnibus locis ingens quædam populi multitudo, ab hoc novo ritu attracta, ad Joannem accurreret, ac proinde invidiâ ſtimulati, eidem ſe opponere ſatagebant: *Continere non valentes ſuam manifeſtam invidiam, dicunt: Quid ergo baptizas? quaſi dicant: Non debes baptizare, ex quo negas, te eſſe aliquem illorum trium, in quibus præfiguratus eſt baptiſmus: ſi tu non es Chriſtus, qui habiturus eſt fontem in ablutionem peccati; & ſi non es Elias, neque Propheta Eliſæus, qui ſicco veſtigio Jordanem tranſiêrunt.* Cajetanus notat, ſacrum textum non ſine myſterio ſubjungere, hos ex Phariſæorum ſecta fuiſſe, ut exinde cognoſceremus, illos ex propria indole ſectæ adverſùs Joannem malignatos fuiſſe, non verò ex eorum, qui eos miſerant, voluntate aut commiſſione. *Non ex commiſſione mittentium, ſed ex proprio ſenſu ſubjunctam interrogationem fecerunt, commiſſum enim erat eis, ut interrogarent eum: Tu quis es? & non, ut arguerent eum de baptiſmo.* Theophylactus notat; eos primò conatos fuiſſe, ut ſi poſſibile eis foret, eum ſeducerent; at verò, cùm id irrito eventu tentâſſent, tandem ad reprehenſionem illius deſcendiſſe. *Poſtquam per adulationem non potuerunt eum ad ſuas partes trahere, atrocibus & minacibus verbis terrent, ut diceret, quod volebant, & confiteretur ſe eſſe Chriſtum.* *S. Thom. in Ioan.* *Cajet.* *Theophl.*

3. S. Thomas Phariſæis hiſce illos aſſimilat, qui ſpirituali animarum profectui ſe opponunt: *Similes iſtis ſunt invidi, animarum profectum impedientes, qui dicunt videntibus. nolite videre.* *S. Thom. in Ioan.*

4. S. Gregorius in Catena ſtabilitatem S. Joannis hiſce verbis admiratur: *Cùm perverſa mente requiritur, à bonitatis ſuæ ſtudio non mutatur, ſed verbis invidiæ, prædicamenta reſpondit vitæ.* *S. Greg. in Cat.*

Verſus 25.

Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?

Ammon. 1. Ammonius Alexandrinus in Catena Græca, traditionem inter Hebræos fuiſſe dicit, quòd Baptiſmum ſolus Meſſias collaturus eſſet.

Verſus 26.

Reſpondit eis Joannes dicens: Ego baptizo in aqua, medius autem veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis.

Ego baptizo in aqua.

Alb. M. 1. *Hoc eſt, corpus abluo,* inquit Albertus Magnus, qui Gloſſam quandam citat, dicentem: *Ne imputetur, quod ago, audaciæ, quia corpora abluo aquâ, non auſero peccata.* *Dionyſ. Carth.* Dionyſius Carthuſianus eodem modo reſponſionem iſtam explicat: *Ego baptizo in aqua, id eſt, exteriùs lavo corpora veſtra, non intus purgo à culpa, nec gratiam præſto.* *S. Thom. in Ioan.* S. Thomas ait: *Quaſi dicat: Non debetis mirari, ſi ego, qui non ſum Chriſtus, nec Elias, nec Propheta, baptizo; quia baptiſmus meus non eſt completivus, ſed imperfectus: nam ad perfectionem baptiſmi exigitur lotio corporis & animæ; & corpus quidem ſecundùm naturam lavatur aquâ, anima verò non niſi ſpiritu; Ego baptizo in aqua, id eſt, corpore lavo corpus, veniet autem alius, qui perfectè baptizabit, ſcilicet in aqua & Spiritu ſancto.*

Toletus. 2. Toletus ſcribit, S. Joannem juſtificare ſe voluiſſe, docendo, quòd baptizet tanquam Præcurſor Meſſiæ, inter ipſos præſentis, tametſi ipſi eum non cognoſcebant. *Acſi dixiſſet: Rectè cogitatis baptiſmum futurum tempore Chriſti, & ad eum & ejus Præcurſorem tantùm pertinere, ſed non eſt, quod me accuſetis, quia ſi baptizo, Chriſtus jam adeſt, & hunc ego præcurro, & oſtendo vobis.* Porrò lavacrum iſtud, quod Baptiſta miniſtrabat, à lege quidem ordinatum non erat, bene tamen ab aliquo, qui lege ſuperior ſit, id eſt, per inſtinctum, impulſum, & ſpeciale Dei præceptum; unde Salvator noſter, prout Toletus in cap. 21. Matthæi advertit, Hebraiſmi ſapientibus *Matt. 21 v. 24.* quæſtionem quandam proponit: *Interrogabo vos & ego unum ſermonem: Baptiſmus Joannis unde erat? à cœlo? an ex hominibus? non dixit, an ex lege.* inquit Toletus, *quia certa res erat non eſſe ſecundùm legem, ſed ex particulari Dei mandato.*

3. In hac quoque reſponſione S. Joannis humilitas & modeſtia mirè relucet, quia cùm ſe excuſare poſſet dicendo, filium Dei hoc baptiſmi miniſterium ſibi præcepiſſe, (ſiquidem ut S. Bonaventura ait: *S. Bern.* *Erat in præparationem ad baptiſmum Chriſti, non in remedium,*) nihilominus reſponſionem in ſuum favorem retorquere noluit, ad denotandum, quòd virtus animæ, Redemptorem ſuum imitari volentis, conſiſtit in eo, quòd injurias minimè graviter ferat: *Cùm malediceretur, non maledicebat.* Lucas Burgenſis ait: *Arrogantibus modeſtè ſtimul & appoſite reſpondet.* S. Cyrillus dicit: *Æquo animo fert increpantes,* nimirum dignum ſe ejus Præcurſorem probare voluit, de quo Iſaias vaticinatus fuerat: *Nec audietur vox ejus foris: calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet.* *Luc. Burg.* *S. Cyril.* *Iſa. 42. v. 2. & 3.*

Medius autem veſtrûm ſtetit.

4. Salmeron ly *ſtetit,* in tempore præſenti intelligendum eſſe dicit, ut idem ſit, quod *ſtat*; citátque authoritatem S. Cypriani & S. Ambroſii idem dicentium. Quòd Toletus quòque confirmat, citans inſuper S. Hieronymum. Nimirum ad illum textum Deuteron. 18. alludebat, ubi *Deut. 18 v. 18.* Hebræus legislator Meſſiæ adventum in ſpiritu prophetico prævidens, ex ore ipſiusmet Dei dicit: *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tui.* Verè admirabilis eſt illa, nunquam errans Dei providentia, quæ per infinitæ ſapientiæ ſuæ prodromos bona è malis elicere novit; ſiquidem ex malignitate & invidia Phariſaica, clariſſimum & manifeſtiſſimum adventûs, imò præſentiæ ſuæ perſonalis teſtimonium deducit; accipit enim, quòd legati cum hac reſponſione Jeroſolymam redeuntes, coram ſummis Sacerdotibus & principibus ſynagogæ, ex ore adeo veridico viri cujusdam in hac occaſione tantopere æſtimati, Meſſiam jam de facto veniſſe annuntiârent. Quæ occaſio opportunior eſſe nequaquam poterat: *Sermo opportunus eſt optimus*; ſiquidem Præcurſor, ut huic tam violentæ apud ſe factæ inſtantiæ reſponderet, ad hanc veritatem manifeſtandam rogatur, imò coactus fuit. Unde Albertus Magnus ait: *Ecce temporis opportunitas, non enim levitate verborum & animi ultro teſtificatus eſt, ſed in tempore requiſitionis, quando utile fuit.* *Salmer. to. 16. tr. 4.* *Prov. 15. v. 23.* *Alb. M.*

5. Quoad ſenſum literalem, hiſce verbis dicere volunt, quòd Meſſias ab illis quæſitus, publicè inter illos converſaretur: *In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*; quaſi diceret, út Lucas Burgenſis ait: *Converſatur vobiſcum, habitat inter vos, intrat & exit, ùt alia Scriptura loquitur, agit* *Bar. 3. v. 38.* *Luc. Burg.*

Tolet. *agit vobiscum jam ab annis pluribus.* Toletus ait: *Conversatur vobiscum ut unus ex vobis, non est in loco absconditos*; citatque illum Isaiæ textum cap. 12. *Magnus in medio tui sanctus Israël.* Salmeron Joannem ad communem vitam alludere voluisse dicit, quã Joannes ducebat: *Dicitur medius inter Iudæos, quòd communem vitam ageret Deus & homo.* Euthymius Christum se velut personam popularem & vilem, medias inter turbas miscuisse dicit, ùt prædicationem S. Joannis auscultaret: *Eo enim tempore Christus immixtus erat populo, nam quasi unus è vulgo veniebat ad baptismum, quod divinâ revelatione Ioanni innotuerat.*

Isa. 12. 6. Salm. v. 16.

Salm. 6. In sensu verò mystico inquit Salmeron: *Medius, Dei & hominum mediator, in medio Ecclesiæ existens. Secundùm deitatem in medio est divinarum personarum; medius etiam, quia sæpe veniebat ad audiendum Ioannem inter alios.* Albertus M. ait: *Quia medius inter Deum & homines, 1. Timoth. 2. vel medius, quia se omnibus propè positis & propinquis exhibet ad usum.*

Alb. M.

7. Verùm enim verò populus Christianus præ cunctis aliis hominibus gavisus est specialissimo hoc privilegio stabiliter ad finem usq; sæculorum filii Dei in Eucharistiæ Sacramento existentis præsentiâ perfruendi: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi*, quod longè plus est, quàm dicere, *medius stetit*; neque enim dari potest unio, quæ illâ major existat: *Medius nostrûm stat*, cum tantâ sui communicatione, ùt ob id expressè cummunio appelletur: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*, & ideo anima, quæ cum dispositione debita ad divinum hunc panem accedit, cum Apostolo jure merito dicere potest: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus.* S. Bernardus de natura & dignitate divini amoris tractans, ita scribit: *Manducat & bibit corpus & sanguinem Redemptoris sui, manna cœleste, panem sapientiæ, & manducans transformatur in naturam cibi, quem manducavit; corpus enim Christi manducare, nihil aliud est, quàm corpus Christi effici.* S. Thomas, qui præ quovis alio erga angelicum hunc panem devotissimus fuit, deque eodem altissimè scribit, in quodam opusculo suo, quod hanc unionem attinet, hæc verba habet: *Cùm datur in cibum, non datur ad separationem aliquam, sed ad omnimodam unionem; uniuntur enim in unitate corporis, cibus & sumens.* S. Dionysius Areopagita communioni sacramentali ingeniosum quoddam epithetum attribuit, dum illam *spiritualem insitionem* appellat; insitio enim efficit, ut arbor illa, cui altera inseritur, communicetur natura & fructus arboris insertæ, id quod in sacra communione pariter accidit. Si igitur huic sacratissimæ inseramur viti, divinorum participes efficiemur. Ecclesia dicit: *Deus, qui nos per hujus sacrificii veneranda commercia, unius summæ divinitatis participes effecisti.* Enim verò Salvatoris monitum est, ùt ad imitationem Patris nostri,, qui in cœlis est, perfecti esse studeamus: *Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*; & quidem prima facie videri posset admodum difficile, imò impossibile esse, ùt consilium istud exequamur, aut in praxin redigamus; ex alia verò parte nequaquam est credibile, quòd Salvator noster nos ad aliquid conandum hortetur & invitet, quòd virtute & capacitate nostrâ superiùs sit, eámq; transcendat. Quonam igitur modo ad tam sublime sanctitatis & perfectionis fastigium pertingere quis poterit? Modus hic facillimus est, hoc enim assequemur, si nos pane hoc Eucharistico, qui filius Dei est, nutriamus; si enim revera ita est, uti est verissimum, quòd, qui hunc divinum panè manducat, unum & idem cum ipso fiat: *In me manet, & ego in illo; qui manducat me, & ipse vivet propter me*; per necessariam inde consequentiam deducitur, quòd efficiamur quòque perfecti, sicut Pater ejus cœlestis, quia anima talis verè dicere potest, quòd Christum verè in se habeat, *vivit in me Christus*, qui cum Patre æqualiter perfectus est, utpote secunda sacrosanctæ illius Triadis persona. *Verbum caro factum est*, inquit S. Joannes, *& habitavit in nobis*; non dicit. *Inter nos*, vel *Nobiscum*, quoad conversationem externam; sed *in nobis* per unionem sacramantalem, quæ à S. Patribus *Extensio incarnationis* appellatur. *Membra sumus corporis ejus*, inquit S. Apostolus ad Ephesios, *de carne ejus, & de ossibus ejus*; *ùt non tantùm*, ùt ait Chrysostomus, *per charitatem hoc fiamus, verùm & ipsa rei in illam misceamur carnem.* S. Hilarius post

Matth. 28. v. 20.

Ioan. 6. v. 57.

Galat. 2. v. 20. S. Bern. de nat. & dign. divini am.

S. Thom. opusc. 18. c. 5.

S. Dio. Areop. de Eccles. Hier. 3.

Matth. 5. v. 48.

Ioan. 8. v. 58.

Ephes. 5. v. 30. Chrys. ho. 61. ad pop.

poſtquam veritatem corporis & ſanguinis Redemptoris in Euchariſtia multis argumentis oſtendiſſet, de eadem ſacroſancta carne & ſanguine demum ſubjungit, dicens: *Hæc accepta atque hauſta id efficiunt, ùt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit; eſt ergo in nobis ipſe per carnem, & ſumus in eo, dum ſecum hoc, quòd nos ſumus, in Deo eſt; quòd autem in nobis naturalis hæc unitas ſit, ita ipſe teſtatus eſt: qui edit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo.* S. Cyrillus Hieroſolymitanus illos, qui communicant, conſanguineos Chriſti appellat: *Concorporei, &, ùt ita dicam, conſanguinei Chriſti facti eſtis.* Et paulò poſt ſubjungit, quòd Chriſtum intra nos portemus: *Efficimur Chriſtiferi, hoc eſt, Chriſtum in corporibus noſtris ferentes, cum corpus ejus & ſanguinem in membra noſtra recipimus*; impletúrque in nobis, quod Petrus ait: *Divinæ conſortes facti naturæ.*

S. Hilar. l. 8. de Trinit.

S. Cyrill. Jeroſol. Catech. 4.

Quem, vos neſcitis.

1. Hæc præſentia & unio corporis Chriſti cum anima & corpore noſtro, fortiter nos obligat, ùt erga tantum theſaurum ſummam reverentiam, devotionem, & gratitudiuam exhibeamus: *Neque enim eſt aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat Deos oppropinquantes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter*, dicebat olim populus Hæbræorum, cum tamen revera & in ſubſtantia actualis illa Dei in populo ſuo præſentia, nihil aliud fuerit, quàm Dei in ligno ſeu arca aſſiſtentia, quæ nullam cum Sacramento corporis Chriſti habet proportionem; & tamen ad infinitum hoc beneficium tam parùm nos reflectimus, nósque adeò frigidè gratos exhibemus. Quòd ſi fortè dixeris, divinitatem ſub accidentium euchariſticorum velo occultam deliteſcere, & abſconditam, ideóque jure merito dicere nos poſſe: *Neſcimus.* Reſpondeo, quòd fides ad divinitatem illam, ſub velo illo conſpiciendam, lynceos oculos habere debeat; imò divinitatem in hoc Sacramento reconditam non videri, beneficium pariter, & gratitūdinis obligationem in nobis adauget, quia, ùt B. Laurentius Juſtinianus dicit: *Prudentiſſimo igitur Dei Verbum uſum fuiſſe conſilio, perſpicuè claret, ùt ſe corporaliter daret hominibus, & tamen accidentibus velatum, quatenus ex præſentia noſceretur charitas, & per operimentum viſibilis formæ, humana ad ipſum accedere valeret infirmitas.*

Deut. 4. v. 7.

B. Laur. Juſtin. de caſt. connub. c. 24.

9. Verum quidem eſt, quòd Deus pro cunctis beneficiis ſuis debitam à nobis gratitudinem expoſcat, ſpecialiſſimè tamē pro eo, quod in Euchariſtia accepimus, gratos nos eſſe deſiderat; & ideo illud, ut Chryſoſtomus notat, *Euchariſtiam, hoc eſt, gratiarum actionem nuncupat*; voluit enim, ùt ipſumet tanti Sacramenti donum, hoc gratiarum actionis nomen ſecum ſubinferat, ùt noſtram gratitudinem & recognitionem tantò magis in nobis excitet. Quando ſanctiſſimum hoc Sacramentum inſtituit, prout in Canone Miſſæ quotidie recitatur, primò omnium æterno Patri ſuo gratias egit: *Accepit panem, & gratias agens benedixit.* David quòque, quando mentem ſuam per ſpiritum Propheticum in ſacrum hunc calicem defixit, de eóq; loqui incepit, antequam illius mentionem faceret, primò gratias egit, ſicut & immediatè poſt idem fecit, dicendo: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo, vota mea Domino reddam.*

Chryſ. hom. 26. in Matth.

Pſ. 115. v. 12. & 13.

10. Quod ſi Chriſtus apud S. Matthæum ei, qui in ejus nomine calicem aquæ frigidæ pauperi porrigit, æternam ſe retributionem daturum eſſe promiſit; quantò magis erga Deum per debitum gratiarum & laudum tributum, gratâ mente recolere debemus, quòd de inæſtimabili ſanguinis ſui calice, & ſacratiſſimo corpore ſuo nobis, qui pauperes & cœleſtium bonorum egeni ſumus, tam liberaliter & munificè proſpexerit: *Edent pauperes, & ſaturabuntur*, inquit David, cum hoc onere, *Laudabunt Dominum, & requirent eum*; ſive *reminiſcentur.* Verè non eſt hic calix aquæ frigidæ, quia teſte Concilio Tridentino, in hoc Sacramento *divitias gloriæ ſuæ effudit*; unde ſanctus Bernardus ait: *Non eſt hic calix aquæ frigidæ, ſed calix inebrians, quàm præclarus?*

Pſ. 21. v. 27.

S. Bern. ſerm. 9. ſup. Pſ. Qui habitat.

11. Nulla Deo cura fuit, ùt in arca virga Moyſis conſervaretur, quæ tot portenta patraverat, populumq; Dei è dura Ægypti ſervitute in libertatem aſſerverat, neque ut in ea aſſervaretur aqua, quæ tot annis

è duro

è duro ſilice ſeu petra ſcaturiêrat, vel coturnices, quas de cœlo depluerat; hoc ſolùm manna aſſervari voluit, quod hujus panis Angelorum ſymbolum erat, ut oſtendat, quantùm ſibi curæ ſit, ùt beneficii hujus & doni infiniti nunquam non memores ſimus; nam tametſi aliàs idem manna ex unâ tantùm die in alteram conſervatum putrefieri conſuevit, illud tamen in arca prædicta per ſæcula illæſum manere voluit, ut noſtram in nobis gratitudinem continuò excitaret *(omnia in figura contingebant illis)* quaſi dicere vellet: tametſi omnium bonorum, quæ à piâ Dei dexterâ accepiſtis, memoriam amiſeritis, hujus tamen beneficii jugis memoria deponenda nunquam erit; atque ideo quovis tempore & in omni loco ad finem usque ſæculi publicè vult eſſe hoc Sacramentum omnium oculis expoſitum: *Ecce vobiscum ſum omnibus diebus usque ad conſummationẽ ſæculi.* Matt. 28. v. 20. Adhæc ſancta mater Eccleſia non ſine peculiari myſterio, priusquã divinum hunc panem conſecret, nos in Præfatione ad gratiarum actionem invitat per Sacerdotem dicentem: *Gratias agamus Domino Deo noſtro*, reſpondetq; per miniſtrum *Dignum & juſtum eſt*; cui demum Celebrans replicat: *Verè dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere*, &c. Ideo quòque Apoſtolus de ſacroſancto Chriſti corpore in nobis recepto, loquens, priùs dicit: *Glorificate*, & poſtea 1. Cor. 6. 20. ſubjungit: *Et portate Deum in corpore veſtro.* Vultísne ſignum aliquod evidens, unde poſt ſumptam communionem ſacram, Chriſti in animâ noſtrâ præſentiam clarè agnoſcere poſſimus? Audite ipſum ab ipſomet Chriſto, qui dicit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Joan. 6. v. 57. In quibus verbis illa præcipuè notanda ſunt: *In me manet*; illis namque inſinuatur, quòd, ſi nos poſt ſumptam communionem totaliter in Deum abſorpti, devotisque meditationibus intenti, tanti hoſpitis majeſtatem, tanti doni ſinguralitatem, infinitúmq; tanti theſauri, quem in cordis noſtri ærariũ reclusimus, valorem meditantes ſteterimus, ſimulque eodem tempore per humilitatis, reverentiæ & gratitudinis affectus nos ei obſequioſos exhibuerimus, clarum id ſignum futurum ſit, unde agnoſcere poſſumus, quòd Deus quòque ad benefaciendum nobis intentus ſit, ſtabilitérque in animâ noſtrâ permaneat: *Et ego in eo.* Unde S. Auguſtinus ſcribit: *Signum quia manducat & bibit, hoc eſt, ſi manet & manetur, habitat & inhabitatur, ſi hætet ùt non deſeratur*, adeò, ùt verè nobis dici poſſit: *Medius veſtrûm ſtat, quem vos neſcitis*; ſecus enim ſi fiat, manifeſtum ſignum eſt, quòd corporaliter tantùm in nobis ſit, non verò ſpiritualiter. S. Aug. tr. 17. in Joan.

12. Rupertus Abbas ſuper illa verba: *Quem vos neſcitis*, ita ſcribit: *Quem ſcire expedit, quem quærere oportet, quem invenire prodeſt, in quem credere ſalus eſt.* Rup. Ab. in Joan. l. 1.

13. Lucas Burgenſis S Joannem dicere voluiſſe exiſtimat, quòd tametſi tanto tempore cum ipſis converſatus fuerit, ipſi tamen eum nondum, quis & qualis ſit, agnoverint: *Vos adhuc neſcitis, nondum noviſtis quis ſit; facie vidiſſe potuiſtis, ſed neſcitis, cujus dignitatis & conditionis ſit; gerit enim adhuc ſe ùt plebejum & humilem; nondum ei viſum eſt ſeipſum manifeſtare, & vim ac magnitudinem ſuam exſerere*; id quod Baptiſta dixit, priusquam Chriſtus ſe per miracula, & diſcipulorum ſuorum ſequelam manifeſtaret: *Pridie nimirum ejus diei, quo à jejunio & tentationibus deſeruit deſertum; nam pridie hujus legationis vidit JESUm venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei.* Luc. Bur.

14. S. Thomas hanc, quam Baptiſta de Judæis allegat ignorantiam, in alio ſenſu declarat, dum ait: *Neſcitis, id eſt, hoc, quòd Deus factus eſt homo, capere non poteſtis. Item neſcitis, quàm magnus ſit ſecundùm naturam divinam, quæ in eo latebat, quem vos neſcitis, in mundo erat, & mundus eum non cognovit; lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* S. Thom. in Joan.

Verſus 23.

Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, cujus ego non ſum dignus, ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti.

Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt.

1. Poſtquam S. Joannes ſe humilitatem ſuam non ignorare demonſtrâſſet, nunc quòq; Dei ſe lumine præditum eſſe oſtendit. Nam ut clemens Alexandrinus ait: Clemens Alex. l. 3. pædag.

Eſt diſciplinarum pulcherrima ac maxima ſeipſum noſſe; ſi quis enim ſeipſum novit, Deum cognoſcit. Nos quoque ſi in perfecta noſtri ipſius notitia exercuerimus, nobis-ipſis frequenter dicendo : *Tu quis es?* ad Deum quòque cognoſcendum magis magísque illuminabimur. *Ipſe eſt, qui poſt me,* &c. Sapiens in Proverbiis dicit : *Nunquid non ſapientia clamitat, & dat vocem ſuam?* Sed quosnam invitat? num fortè viros ſapientes, eloquentes, magnáque literaturâ præditos ad ſe evocat? minimè; ſed ſequitur : *Intelligite parvuli*; humiles igitur ad ejus intelligentiam elevantur, hi ſunt, quibus altiſſima & imperſcrutabilia myſteria ſua revelat.

Prov. 7. 1.

Cujus ego non ſum dignus, ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti.

Euthym.

2. Euthymius in perſona Baptiſtæ dicit: *Neque inter poſtremos ejus ſervos numerari mereor propter magnitudinem conſideratæ in eo divinitatis; poſtremis namque miniſtris aptari ſolent hujuſmodi miniſteria.*

S. Thom. in Ioan.

3. S. Thomas quòque idem dicit, nimirum quod ſolvere calceamenta omnium ſit miniſteriorum infimum: *Eſt minimum obſequium,* inquit, *quod hominibus fieri poteſt. Ex quo patet quod Ioannes multùm acceſſerat ad Dei cognitionem, in quantum ex conſideratione infinitæ magnitudinis Dei, ſe totaliter vilipendebat, & nihil ſe eſſe dicebat.* Dionyſius Carthuſianus ſimilem inde moralitatem deducit dum ait : *Noverat quòd homo tantò ſit coram Deo ſublimior, quantò in oculis proprijs fuerit vilior.* S. Cyrillus Alexandrinus S. Joannem ſe non tantùm indignum cenſuiſſe ſcribit, qui ejus præcurſor eſſet; verùm etiam ne quidem qui ſervi nomen mereretur: *Tanto me intervallo ſuperat, ut ne ſervi loco dignum me apud ipſum reputem.* Verùm enimverò, quia infallibilis eſt illa Chriſti promiſſio : *Qui ſe humiliat exaltabitur*; ideo ut Chryſoſtomus ait: *manum quam calceamentorum dicit indignam, hanc ſuper caput ſuum Chriſtus attraxit, quando ad baptiſmum Ioannis verticem inclinavit.* Veruntamen difficultas hoc loco exſurgit; cùm enim Joannes ſe vocem Verbi dixerit: *Ego vox clamantis,* vox autem in ore ſit eam formantis, quomodo igitur ſe indignum, qui manus ſuas pedibus ejus admoveret, dicere potuit Ecce tibi hujus rei myſterium; nimirum ad ſublimiora cœli dona conſervanda opus eſt, ut quis in terra, id eſt, in humilitate, ſuíque ipſius contemptu valde profundus ſit. *Myſticè per calceamenta,* inquit Dionyſius Carthuſianus, *intelligitur Chriſti humanitas à Verbo induta, per pedem divinitas humanitate tecta, per corrigiam verò unio utriusque. Ioannes ergo non fuit dignus corrigiam calceamentorum pedis Chriſti ſolvere, quia non potuit perfectè incarnationis myſterium, ſeu modum hypoſtaticæ unionis humanæ naturæ cùm Verbo explicare, imò hoc excedit intellectum non ſolùm omnium viatorum, ſed & Angelicorum ſpirituum.*

S. Cyril. in Ioan.

Chryſ. hom. 38. ad pop.

Dio. Carth.

4. Albertus Magnus poſtquam Joannem jure merito ſe indignum cenſuiſſe dixit, qui calceamentum Chriſti ſolveret, *Quia nullus ſanctorum ſufficit ad minimi obſequii ſui condignam idoneitatem,* mox aliam expoſitionem illi, quam Carthuſianus ſupra dederat ſimilem proſequitur, dum ait: *Aliter exponitur, quod calceamentum Chriſti fuit humanitas, pes autem deitas, corrigia fuit unio*; indéque eandem conſequentiam deducit, ſcilicet quòd S. Joannes dicere voluerit, ſe indignum eſſe, qui myſterium adeò ſublime, quale Chriſti incarnatio erat, inveſtigaret.

Alb. M.

Verſus 28.

Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.

1. Circumſtantia illa loci, quam Evangeliſta allegat, myſterio non vacat, ut S. Cyrillus his verbis indicat: *Ut accuratè diligentérque factam eſſe narrationem ſignificet; ſolemus enim, cùm de rebus magnis facienda eſt narratio etiam meminiſſe locorum in quibus eas fieri contigit.*

S. Cyril. Alex.

2. Albertus Mag. per adductam S. Joannis Chryſoſtomi authoritatem, permagni interfuiſſe dicit, ut loci exacta haberetur notitia, in quo hæc omnia acciderant, ut nimirum id non in angulo quodam accidiſſe conſtaret, ſed in loco publico, & in conſpectu multorum, in tali videlicet loco, ad quem ex omnibus partibus homines ad Baptiſtæ prædicationem audiendam concurrere ſolebant. Secunda autem ratio, quam adducit, eſt : *Quia paulò antè factum eſt; & ſi quis dubitaret,*

Alb. M.

taret, poterat requirere ab hominibus ibi manentibus. Tertia causa mystica est, quia Bethania domus obedientiæ interpretatur, quæ quia respicit omne præceptum, necessaria est baptizatis, quia ipsa est perfecta justitia, sicut veniens Christus ad baptismum dicit, Matt. 3. *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam.*

DOMINICA IV. ADVENTUS,

EVANGELIUM

Lucæ cap. I.

1. *ANNO quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ, & Thraconitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha.* 2. *Sub principibus Sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum Domini super Joannem Zachariæ filium in deserto.* 3. *Et venit in omnem regionem Jordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* 4. *Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.* 5. *Omnis vallis implebitur, & omnis collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas.* 6. *Et videbit omnis caro salutare Dei.*

Versus 1.

Anno quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ, & Thraconitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha.

Tolet. in Luc. 1. CArdinalis Toletus Evangelistam per superioris luminis instinctum, tempus, Principes & provinciæ, quibus inperabant, diligenter & punctualiter descripsisse notat, ad Messiæ comprobandum adventum, majorémque historiæ suæ fidem conciliandam. *Salmer. to. 4. tr. 2.* Id quòque Salmeron pariter advertit, dum ait: *Notatur tempus missionis Joannis à tot Regibus atque Principibus, quoniam tempus ac ætas Baptistæ in tempus Christi et iam atque ætatem incurrebat, atque ideo tempus missionis Joannis Baptistæ idem prorsus erat cum illo Christi, ex quo salus mundi profecta est.* Qui tamen alias quòque hujus tam accuratæ descriptiõis causas adducit, nimirum ut denotetur legitima Christi ætas ad prædicandum & docendum usurpata, quæ erat tribus mensibus minor ætate S. Joannis, ætas scilicet annorum triginta. Præterea per horum Principum nominationem, in bonorum vel pravorum motum sæculi illius cognitionem devenitur; tales enim subditi esse solent, quales illorum sunt Principes: *Secundum judicem, sic & ministri ejus: & qualis rector est civitatis, tales & inhibitantes in ea.* *Eccl. 10. 2.* Tempus quòq; à Regibus & Sacerdotibus desumitur, quia Messias Rex pariter & Sacerdos futurus erat. Denique dicit idem Salmeron, imperium Gentilium recensetur ut unitum, Judæorum verò ut divisum & dispersum, ad denotandum vicinam horum dispersionem vicinámque gentium reductionem & unionem ad Christum, ut verificetur Danielis adventum ejus vaticinantis oraculum.

2. In sensu verò mystico dicit idem Author, notari in his Principibus potest status miserabilis, in quo mũdus tempore adventûs

ventus filii Dei erat: *Deſcribit Evangeliſta ſecundùm ſpiritum, ſtatum mundi, qualis eo tempore ſub diabolo, diverſisque ejus miniſtris ac ſatellitibus, qui ſunt maligni ſpiritus, extiterit, ut jam morbi gravitate cognitâ medico Chriſto opus eſſe intelligamus.* Etenim in Tiberio ſatanas, in Pontio Pilato hypocriſis, in Herode vana gloria, in Philippo ſuperbia, in Lyſania ingens ad delitias & voluptates affectus adnotatur. Hi autem omnes ſub Annæ & Caiphæ ſacerdotio vivebant, nec ſine myſterio: *Nam Annas humilians vel affligens exponitur, atque hic eſt ſpiritus ducens ad vitia carnis; Caiphas declaratur ſagax, vel inveſtigans, vel ore vomens, & hic eſt ſpiritus trahens ad vitia ſpiritualia, aſtutiis, adinventionibus & fraudibus ad vomitúmque, id eſt, ad cupiditates diſponens carnis; nam peccata ſpiritualia vitiis carnis plectuntur: talis ergo erat hujus mundi ſtatus & conditio, atque utinam nunc noſtra culpa non ſit deterior.* S. Bernardus ſerm. 1. infelicitatem quòque hujus ſæculi his verbis ponderat: *Lux divinæ notitiæ parva admodum erat, & abundante iniquitate fervor refrigerat charitatis*; adducítque illum Apoſtoli textum ad Galat. 4. *Quando venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, nimirum plenitudo & abundantia temporalium, oblivionem & inopiam fecerat æternorum, opportunè ergo tunc advenit æternitas, quando magis temporalitas prævalebat.* Adimpletum tunc fuit, quod in Apoſtolo legimus: *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia, ut ſicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per juſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Didacus Stella ait: *In principibus mundi dominabatur tyrannis, in ſacerdotibus ſimonia, univerſus orbis ità perditus erat, ut jam fere in præcipitium inferni abiret*; ac tandem in hiſce verbis divinam admiratur pietatem: *In majoribus neceſſitatibus nunquam obliviſcitur noſtri, etiamſi nos tali auxilio ſimus indigni.*

S. Bern. ſerm. 1. de Adv.

Gal. 4. 4.

Rom. 5. v. 20. & 21.

Did. Stel. in Luc.

3. Lyranus ſuper hunc Evangeli textum, Romanos ad deprimendam Judæorũ potentiam, omnémque illis adimendam ſeditionis & rebellionis occaſionem, regnum illis ademiſſe, illúdque in plura dominia diviſiſſe dicit, id quod manifeſtum vicini Meſſiæ indicium erat, quando nimirum ſceptrum à Juda ablatum erat: *In Judæa regno per quartam partem multi principabantur; voce enim noſtri Redemptoris dicitur: Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur; liquet ergo, quòd ad finem regni pervenerat, quæ tot Regibus diviſa ſubjacebat*, ait S. Gregorius. Lucas Burgenſis aliam quandam obſervationem adducit, dum ait: *In tanta Iudaici regni ſciſſura, quanta hoc deſcribitur, dominantibus ubique alienigenis, opportunus erat Chriſti nativi Regis adventus*, tantóque majorem in populo hoc ad ipſi occurrendum, dignéque illum recipiendum occaſionem reperire poterat, quantò à Romanis acerbiùs angariabatur. *Terrenum regnum & ſacerdotium*, inquit Janſenius, *apud Iudæos malè habebatur, nunquam etenim ad percipienda cœleſtia magis capaces ſumus, quàm ubi terrena omnia adverſa cadunt. Imple faciem eorum ignominiâ & quærent nomen tuum Domine.*

Lyran.

S. Greg. hom. 20. in Evang. Lucas Burg.

Janſen. concord. c. 15. Pſ. 82. 17

4. Lucas Burgenſis circa illam dictionem *Anno*, notat, annum hunc valde fuiſſe fortunatum atque felicem, ita námque etiam à Propheta Evangelico appellatus fuit: *Anno quem vocat placabilem & acceptabilem*, Iſaiæ 61. v. 2. Sciendum quòque eſt, ſcopum Evangeliſtæ fuiſſe ætatem referre, in quâ Salvator prædicandi officium exorſus fuit, quæ fuit 29. annorum completorum: cúmque jam trigeſimum ætatis annum ingreſſus fuiſſet, S. Joannem protinus vel ut prodromum & præcurſorem præmiſit, ut is prædicationem proximam, & in foribus eſſe populo annuntiaret. Didacus Stella proinde ait: *Iuniorem ætatem neque Prælati officium poſtulat, neque prædicationis munus decet.* Et quidem tametſi tam Baptiſta, quàm Chriſtus diu ante prædictam ætatem prædicare potuiſſet, verùntamen, inquit Didacus Stella: *In hoc quidem ambitionem hujus temporis adoleſcentum reprehendit, & docet, prædicationis Evangelicæ munus nonniſi perfectis hominibus committendum.* Conſiderandum quòque eſt egregium exemplum, quòd Verbum æternum, ipſáque Sapientia Patris, de qua ſcribitur: *Verba vitæ æternæ habes*, nobis poſt ſe reliquit; nam tametſi in terram deſcenderit pro hominum ſalute, quæ principaliter Verbo Dei mediante conſummatur, nihilominus aduſque trigeſimum ætatis annum, alium ſilentium ſervare voluit.

Iſa 61. 2.

Did. Stel. in Luc.

Ioa. 6. 69.

Verſus 2.

Verſus 2.

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.

Factum eſt.

Salmer. to. 4. tr. 3.

1. Salmeron ly *factum eſt* conſiderat; per hoc namque intimatum eſt, aggrediendum à S. Joanne prædicationis faciendæ exordium, per quam tot animas errabundas lucratus fuit, ad pœnitentiam eas reducendo. Dicitur autem: *Factum eſt verbum Domini*, non verò *dictum eſt*, ut *Innuatur, hanc prophetiam potiſſimùm editam, non ut diſcamus tantùm loquamúrve, at ut faciamus & operemur, ideo non ait, dictum eſt verbum Domini, ſed factum eſt*; idque probat per S. Jacobi Apoſtoli monitum dicentis: *Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos.*

Iac. 1. 22

2. Neque S. Lucas dicit, quòd S. Joannes ultro ſe applicuerit ad exercendum miniſterium prædicationis, tametſi ſe per oracula prophetica tanquam Chriſti præcurſorem ad hoc ſciret eſſe deſtinatum; quin potiùs expectavit, donec id ſibi per divinum & expreſſum imperium & præceptum eſſet impoſitum. Unde Theophylactus ait: *Ut diſcas illum non temerè, neque citra vocationem ad teſtificandum Chriſto proſiliiſſe, ſed divino motum ſpiritu.* Unde Janſenius legit: *Juſſio & inſpiratio Domini ſuper Ioannem.* In Gloſſa pariter legimus: *Hæc clarè oſtendunt, Ioannem ad baptiſmi & verbi miniſterium ſe non ingeſſiſſe, ſed à Deo vocatum & miſſum eſſe.*

Theoph.

Ianſen.

Titus in Gloſſa.

Verbum Domini.

Alb. M. in Luc.

3. Albertus Magnus ſenſum horum verborum per expoſitionem Gloſſæ declarat, dicentis: *Hoc eſt, vade & prædica.* Theophylactus dicit: *Per verbum, intelligeſpiritum ſanctum, vel mandatum Dei.* Toletus dicit, commiſſionem hanc S. Joanni datam fuiſſe ad prædicandũ, ad miniſtrandum baptiſmum, & perhibendum divinitati filii ſui teſtimonium. *Juſſus eſt à Domino baptizare, & manifeſtare.* Circa modum autem, quo ei hæc commiſſio data fuit, Dionyſius Carthuſianus ait: *Divina juſſio facta eſt Ioanni ſive per exteriorem Angelicam appari-*

Theoph.

Toletus.

Dionyſ. Carth.

tionem, & allocutionem, vel per imaginariam viſionem. S. Lucas quidem non declarat, an hæc commiſſio ei data fuerit vigilanti, an vero dormienti; hoc tamen certum eſt, inquit Dionyſius Carthuſianus, quòd viſionibus & revelationibus cœleſtibus frequenter fuerit honoratus.

Salmer.

4. Salmeron ex hiſce verbis utilia documenta elicit pro illis, quorum munus eſt ad imitationem S. Joannis prædicare verbum Dei, animáſque errantes ad pœnitentiam reducere: Quia *notatur Propheta in amicitiam Dei receptus; nam tactus hujusmodi hominem ſanctificat, juxta verbum Domini*, Joan. 10. *Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt.* De Sapientia divina ſimiliter Sap. 7. legitur, quod *In animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & prophetas conſtituit.* Etenim energia, doctrina & facundia evangelica corda exigit pura, munda, innocentia, & à Deo edocta & erudita. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Filius Dei, qui ipſiſſima eſt Patris Sapientia, triginta annis tardavit, priusquam miniſterium evangelicum exercere inciperet, quò tempore priùs à Joanne toti mundo teſtimonium perhiberi voluit innocentiæ & divinitatis ſuæ, diſpoſuítque inſuper, ut interea temporis æternus ejus Pater voce delaptâ de cœlo eum filium ſuum eſſe, & tanquam tali promptas & expeditas aures eſſe porrigendas conteſtaretur: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Denique priùs ſuper ipſum Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ viſibiliter requieſcere debuit, non obſtante, quod munus prædicandi illius per ſacras Scripturas, omniúmque Prophetarum vaticinia & oracula canonizatum fuerit; unde clarè deducitur, quanta cum cautela nobis munus docendi, & prædicandi áliis adeundum ſit. Unde idem Salmeron ait: *Erudimur non rectè prædicare niſi illos, quibus intus factum eſt verbum Domini, & infuſum in cor eorum.*

Joan. 10. 35.

Sap. 7. 27.

Pſ. 93. 10.

Luc. 9. 35.

Salmer.

5. S. Joannes quòque Evangeliſta, ut Baptiſtam munus illud ex ſemetipſo nequaquam adiiſſe ſeque huic officio ultro citróque ingeſſiſſe inſinuaret, dixit: *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes*, ut ſic adimpleretur in eo, quod Apoſtolus ait: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?*

Joan. 1. 6.

Rom. 10. v. 15.

Super Joannem.

S. Bona. in Luc. 6. S. Bonaventura dicit, id eſt, ſuper illum, *In quo eſt gratia*; ſiquidem *Ioannes* idem eſt, quod *gratia*, idque divina ſapientia de qua ſcribitur: *Omnia in ſapientia feciſti*, ordinatiſſimè diſpoſuit, eò quòd dandum fuerit novæ legi gratiæ principium: *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem, id eſt*, ut Gloſſa ait: *ad Ioannem, quod quidem eſt, deſuper ſola Dei gratia, prius operatur Verbum intus, & declarat Ioanni, quæ velit ab ipſo proferri, poſtea profert Ioannes; ſequitur Verbum intus operans, ſonus vocis exterius ſonans.* *Gloſſ.*

Zachariæ filium.

7. Nominatur ab Evangeliſta pater, ut ſciamus arborem, cui fructus iſte à nobis in acceptis eſt gratâ mente referendus; de ejus genitoribus legimus: quòd erant *Incedentes in omnibus mandatis Domini juſti ambo ante Deum; qualis pater, talis filius.* *Luc. 1. 6.*

S. Ant. de Pad. ſerm. in hac Dom. 8. S. Antonius de Padua in ſenſu myſtico ità exponit: *Ioannes Prælatum vel Prædicatorem ſanctæ Eccleſiæ ſignificat, qui debet eſſe filius Zachariæ, qui interpretatur memoria Domini, ut ſemper habeat in memoria quaſi in quodam memoriali, paſſionem Domini.*

In deſerto.

Niceph. 9. Nicephori opinio fuit, quam etiam S. Petrus Martyr Alexandrinus profeſſus fuit, quòd S. Joannes etiamnum puerulus in deſertum ſe ſubduxerit, occaſione ſtragis, quam Herodes impius in innocentes puerulos inſtituit: tunc enim S. Joannes in deſertum fugiſſe creditur, ut illam fugeret perſecutionem; finis autem principalis hujus ſeceſſûs, paulò ſuperiùs à nobis inſinuatus fuit ex hymno, quem in ejus feſto canit Eccleſia, ſcilicet: *Ne levi ſaltem maculare vitam crimine poſſet*; fugit igitur ut intactam innocentiam ſuam conſervaret, quam ab utero matris ſuæ, in quo à Spiritu ſancto ſanctificari meruit, contraxerat. *S. Hier. ad Ruſt.* S. Hieronymus ad Ruſticum ità de eo ſcribit: *Ioannes Baptiſta ſanctam habuit matrem, Pontificiſque filius erat, & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, ut in domo parentum cum periculo viveret caſtitatis; vivebat in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere.*

10. Gloſſa in ſenſu allegorico per hoc deſertum Eccleſiam ſignificari exiſtimat: *In deſerto, id eſt, in Eccleſia, quæ priùs deſerta, modo plures habet filios: Factum eſt ergo verbum in deſerto, ut quæ tunc erat deſerta, fructum nobis in terra germinaret.* In Theophylacto quòque ſequentia verba legimus: *Quandoquidem filios deſertæ multiplicaturus erat, Eccleſiam dico ex gentibus magis quàm ejus quæ habet virum, hoc eſt, Iudaicæ ſynagogæ.* *Gloſſa.* *Theoph.*

11. Salmeron pulchre conſiderat, quòd ſicut lex ſcripta Moyſi à Deo in ſolitudine quadam data fuerat, ità quòque in ſimili loco legis novæ Evangelicæ promulgationem fieri voluerit, *ut exordium novæ legis reſponderet lationi veteris legis, quæ in deſerto Synai data eſt.* Subjungit quòque aliud quoddam myſterium, dicens: *Deinde præcurſio hæc ad totum mundum pertinebat, ut omnes crederent per illum; ut enim Chriſtus extra portam paſſus eſt, ſignificans quòd pro omnibus Patri obtulit mortem, ità extra Ieruſalem cœpit prædicatio Ioannis in deſerto, quo rectè mundus deſignatur, qui ſine Chriſto merum eſt deſertum.* *Salmer. tr. 3.*

12. Porrò ratio horum verborum literalis ab aliis expoſitoribus adfertur, & in ſpecie quidem à Theophylacto, quem S. Thomas in Catena ſua citat, nimirum quia ab infantia, uſque ad trigeſimum ætatis annum in deſerto, omnibus ignotus & abſconditus commoratus fuerit. *Ut nulla ſuſpicio innaſcatur hominibus, ut gratia affinitatis ad Chriſtum, vel converſationis à teneris annis, talia de ipſo teſtaretur; unde ipſe teſtificans dicebat: Ego neſciebam illum.* Toletus quòque idem punctum tetigit, dum ait: *Cùm enim eſſet ſecundùm carnem Chriſto conjunctus ſi, converſatus eſſet cum eo, & cohabitaſſet cum hominibus, ſuſpicandi occaſionem accepiſſent, affectu carnis illum duci; quæ ſuſpicio ablata fuit, quando in deſerto habitans, nec videndi occaſionem habuerat.* *Theoph. in Cat.* *Tolet.* *S. Ant. de Pad. ſer. in hac Dom.*

13. S. Antonius de Padua in ſenſu morali dicit: *Ubi deſertum, ibi verbum Dei*; adducitque illum locũ Pſalmi, ubi dicitur: *In terra deſerta, & invia, & inaquoſa, ſic in ſancto appa-* *Pſ. 62. 3.*

apparuit tibi; notantur virtutes, quæ ſanctificant hominem, & ad contemplandum Deũ mentem illuminant; terra deſerta, eſt paupertas; invia, id eſt, caſtitas; inaquoſa, id eſt, abſtinentia. Salmeron in eodem ſenſu ſcribit: *Qui ſe propter Deum terrenis ſolatiis privant, atque in deſerto vivunt, cœleſtes digni ſiunt accipere conſolationes, afflatusque divinos.*

Salm.

14. Idem quòque aliam rationem aſſignat, videlicet, quia in Eccleſia quoddam vitæ eremiticæ ſpeculum eſſe debebat, quòd imitarentur illi, qui mundum totaliter contemnentes, ſeſe totos contẽplationi dedunt: *Ex deſerto prodiit, ùt hac ratione pœnitentiam agentium vitam adumbraret, & mundum deſpicientium, diviniſque vacantium contemplationibus.*

15. Lucas Burgenſis aliud quoddam hujus loci myſterium attingit, dicens; *Idoneum cum quo loqueretur, & negotium reparandæ ſalutis humani generis tractaret Deus.*

Luc. Bur.

Verſus 3.

Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

Et venit.

1. Inter ly *factum eſt verbum*, & ly *venit* nulla interjecta fuit temporis dilatio, ad inſinuandam promptam & expeditam in divino beneplacito adimplendo obedientiam; non recuſſit, neque ſe excuſavit à ſuſcipiendo munere, dicendo, ſe contemplativæ vitæ quietem deſerere nolle: quia ſicut ad honorem & gloriam Dei vitam hactenus duxerit eremiticam & ſolitariam ita quòque ad ejusdem Dei honorem ab eadem ſpelunca egrediebatur. S. Petrus Damianus amorem Dei proximis in ordine ad ſalutem æternam, benefaciendo creſcere & adaugeri dicit: *Quia tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit, cùm ad ima proximorum ſe miſericorditer attrahit, & quo benignè deſcendit ad infima, valenter recurrit ad ſumma.* Unde quando Deus noſter Præcurſorem ſuum à ſpelunca ſua evocavit, eidem id dixiſſe videtur, quod ſcribit S. Bernardus, nimirum: *Noli ergo nimis inſiſtere oſculis contemplationis, quia meliora ſunt ubera prædicationis.* Toletus Præcurſoris in obtemperando promptitudinem admiratur, dicens: *Prompta Joannis obedientia fuit, qualis Deo debetur præcipienti; cum primùm enim Dei vocem audivit, ſine mora pœnetralia deſerti, in quo latebat, relinquens, venit in partes deſerti patentiores, & inde in totam regionem Jordanis circumjacentem.*

S. Petr. Dam. l. 2. epiſt. 12.

S. Bern. ſerm. 9. in Cant.

Tolet.

In omnem regionem Jordanis.

2. Janſenius flumen hoc ſpeciali privilegio inſtrumentum baptiſmi fieri debuiſſe dicit, quia in tota Palæſtina nulla erat aqua celebrior aut ampliùs flumen, præterquàm quòd in iiſdem aquis jam olim multæ baptiſmi figuræ præceſſerant; ſiquidem flumen tſtud apertum & diviſum fuit, quando populus Dei electus in terram promiſſionis ingreſſurus, ſiccis illud pedibus tranſivit. Elias quòque, poſtquam hujus fluminis aquas pallio ſuo diviſas tranſiſſet, in curru igneo demum in cœlum aſcendit. *Sic & per baptiſmum*, inquit Janſenius, *introitus eſt in regnum cœlorum.* Naaman Syrus quoque ex præcepto Eliſæi, ſepties in hiſce undis lotus, à lepra ſua mundatus inde exivit, factus ſervus & cultor veri Dei Iſraëlis ex idololarra incredulo: *Quo ſignificatum fuit, gentiles baptiſmum ſeptiformis Spiritûs à noxia lepra, carnis ſcilicet corruptione mundatos, adſcribendos vero Dei populo.* Pergit poſtea ſimilitudinem oſtendere, qua flumen hoc baptiſmo à Baptiſta prædicato & collato reſpondet: *Jordanis enim interpretatur ſecundùm multos fluvius judicii; quid eſt autem aliud baptiſmus pœnitentiæ, quàm fluvius quidam judicii, quo ſcilicet quis ſeipſum condemnat & judicat, ne judicetur à domino.*

Janſen.

3. Origenes à S. Thoma in Catena citatus ſimiliter notat, quàm conveniens fuerit, ut Baptiſta circa haſce aquas Jordanis commotaretur, & diſcurreret: *Quæ autem loca decebat perambulare Baptiſtam, niſi Jordani circumjacentia? ut ſi quem pœnitere contingeret, protinus occurreret fluenti humiditas, ad recipiendum pœnitentiæ baptiſmum.* Didacus Stella ait: *Quoniam gratia baptizandi venerat, ad loca abundantia aquis accedere debebat.* Eandem quòque reflectionem Salmeron habuit, dum ait: *Daturus initium baptiſmo, tr. 3.*

Origen. in Cat.

Didac. Stell. in Luc.

Salm.

quo viam Chriſto muniret atque pararet, meritò Regionem Jordani finitimam elegit, ut ad ſe accedentes, & pœnitentiam agentes, baptizare commodiùs poſſet. Ubi enim de inſpirationibus cæleſtibus, de animæ ſalute, de pœnitentia, de peccatis ab anima noſtra repellendis agitur, nulla eſt prætereunda aut negligenda occaſio, ſed eâdem ſubitò utendum eſt, abſque ulla vel unius momenti prolongatione. Ille Reginæ Candacis Eunuchus, qui una cum S. Philippo Diacono currui inſidens, Iſaiæ prophetiam legebat, in via quendam aquæ rivulum obviàm habuit: *Dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? & juſſit ſtare currum, & deſcenderunt uterque in aquam, Philippus & Eunuchus, & baptizavit eum.* Vultisne videre, quàm utile huic Enucho fuerit, quòd hanc baptiſmi à Philippo ſuscipiendi occaſionem ſibi elabi minimè permiſerit? Audite ſacrum hunc textum immediatè poſtea ita loquentem: *Cùm autem aſcendiſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus.*

Act. Ap. 8. v. 36. & 28.

Ib. v. 39.

4. Lyranus illa verba ita explicat: *id eſt, ad loca populoſa, in quibus poterat magis proficere, & in hoc dedit exemplum prædicatoribus Evangelii, qui non debent quærere loca recreationis, ſed fructificationis verbi divini.*

Lyran.

5. Chryſologus in quodam ſermone ſuo ad populi Hebræi ſordes alludit, quas Baptiſta, quoad illi poſſibile erat, eluere ſatagebat: *Venit ad Jordanem, quia Judaicas ſordes non poterat hydria jam levare, ſed flumen.*

Chryſol. ſer. 137.

6. Super Jordane, non verò ſuper aliis fluminibus cælos apertos fuiſſe novimus, & hunc eundem fluvium ſeſe diviſiſſe ſcimus, ad dandam populo Dei in terram promiſſionis adeundi liberum tranſitum, ad innuendum ſcilicet nobis, pœnitentiam, quam hoc in loco prædicabat Joannes eſſe illam; quæ liberum nobis tranſitum facit ad terram promiſſam, quæque nobis aperit Paradiſum. *Pœnitentiam agite* (hoc utebatur in cunctis prædicationibus ſuis themate) *appropinquavit enim regnum cœlorum*, ſuper hoc flumine regnum illud beatum aperiri vidit, quando filium Dei baptizavit.

Prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.

7. Toletus rationem reddit, cur S. Joannes prædicationem & Meſſiæ manifeſtationem exorſurus, baptiſmum miniſtraverit, adducitque ſequentem Chryſoſtomi authoritatem, dicentis: *Neque enim dignum erat, ut B. Joannes ſingulas adiret domos, & quaſi apprehenſâ manu circumduceret Chriſtum, atque in ipſum credendum clamaret, & præſentibus cunctis atque cernentibus, beatam illam vocem emitteret, cæteraque cuncta compleret; propterea igitur venit ad baptiſma, nam & baptiſmatis exiſtimatio totam pelliciebat civitatem, atque ad Jordanem vocabat.*

Tolet.

Chryſ. hom. 10. in Matt.

8. Qualis autem hic S. Joannis baptiſmus fuerit, & quali fuerit præditus virtute, inter ſacros interpretes non eſt ſatis liquidum; hoc ſaltem certum eſt, quòd non adinſtar illius, quem Chriſtus inſtituit, contulerit quidquam ad remiſſionem peccatorum, ſed ad eandem ſolùm diſpoſitivus erat. Unde S. Bonaventura ait: *In remiſſionem peccatorum, id eſt, in baptiſmum Chriſti, in quo eſt remiſſio.* Eandem quòque veritatem Gloſſa nobis hisce verbis indicat: *Joannes baptiſmum pœnitentiæ prædicavit, & quibuſdam etiam dedit, ſed remiſſionem peccatorum dare non potuit*; unde ulterius valde conſiderabilem, ſcitúq; dignam tradit obſervationem, dum ait: *Non ergo ait, dans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſed prædicans; quia enim dare non potuit baptiſmum, quo peccata ſolverentur, prædicabat, ut, ſicut verbo prædicationis Verbum Patris præcurrit, ita baptiſmum pœnitentiæ, quo peccata ſolvuntur, præcurreret ſub baptiſmate, quo peccata ſolvi non poſſunt.*

S. Bonaven. in Luc.

9. Dionyſius Carthuſianus ad verborum illorum explicationem ſequentem adhibet diſtinctionem, vel enim de Chriſti baptiſmo intelliguntur, vel de baptiſmo Joannis; ſi de Chriſti baptiſmo intelligantur, ly *prædicans* hunc ſenſum habet, *id eſt, de proximo futurum ac dandum annuntians, ſuſcipiendúmq; hortans Chriſti baptiſmum*; vocatur autem Chriſti baptiſmus, lavacrum pœnitentiæ, eò quòd adultis non conferatur, nec ad utilitatem proficiat, niſi de peccatis in interioribus cordis ſui pœniteant; præterea dicitur baptiſmus Chriſti, pœni-

Dio. Carth.

pœnitentiæ baptiſmus, eò quòd annuntietur *docendo, quòd Chriſti baptiſmus peccata deleret, gratiámque conferret* Quod ſi verò de S. Joannis baptiſmo intelligantur, ſcilicet de eo quem prædicavit, & miniſtravit, & ad quem convocatas turbas, ùt eum reciperent, invitavit: *Dicitur baptiſmus pœnitentiæ, quia, quos baptizavit, ad pœnitentiam adhortabatur, & qui baptiſmum illum accipiebant, ſua peccata confitebantur, ſicque ſe pœnitere monſtrabant.* Denique de baptiſmo S. Joannis concludit, dicens: *Baptiſmus Joannis fuit in remiſſionem peccatorum non cauſaliter, ſed diſpoſitivè & præparativè, non directè.* Didacus Stella idipſum dixit, dum ait: *Præparabat homines ad Chriſti baptiſmum, vocabatur baptiſmus pœnitentiæ, quia quos baptizabat, pœnitere docebat.* Cajetanus ait: *Erat quoddam initium pœnitentiæ*, ad diſtinctionem baptiſmi noſtri, in quo ſine ulla ſatisfactione pœnitentiali peccata noſtra condonantur ob merita Chriſti. Veruntamen Titus Boſtrenſis à Gloſſa citatus, aliam quandam diverſitatem tangit, dum ait: *Baptiſmus Chriſti ex vi propria perfectam remiſſionem peccatorum habet; jam Joannis baptiſma, licèt peccatorum remiſſionem adjunctam habebat, non eam tamen ex ſe habebat, ſed ex pœnitentia.* Sunt & alii, qui exiſtimârunt verba illa intelligenda eſſe de baptiſmo non *fluminis*, ſed *flaminis*.

Didac. Stel. *Cajet.* *Tit. Boſtr. in gloſſ.*

10. Præteriri hoc loco nequaquam debet obſervatio quædam maximi ponderis & momenti, pro inſtructione eorum, qui verbum Dei fideli populo annuntiare debent, nimirum quòd primus omnium, quibus Salvator mundi in principio legis Evangelicæ verbum Dei prædicandi commiſſionem dedit, ſanctiſſimus etiam Præcurſor fuerit, quem Angelum potiùs, quàm hominem è ſpelunca quadam eduxit; huic ipſemet (prout piè credi poteſt) ſpeciale prædicationum ſuarum thema ſuggeſſit, quo ipſamet deinceps incarnata Sapientia in principio prædicationis ſuæ uti dignata fuit, hoc nimirùm: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum*, propter quod Joannes dicitur *prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum*, ùt hac ratione manifeſtè intelligatur, quòd hoc præcipuè fine filius Dei in terram deſcenderit, Evangeliúmque promulgârit, prædicârit, & à quatuor Evangeliſtis conſcribi fecerit, ùt hoc mediante peccatum aboleretur ab homine, animásque ad veram pœnitentiam converteret; ſiquidem aliàs aditus in cœlum obtineri nequeat. Porrò S. Matthæus refert, quòd, quamprimum Præcurſor è deſerto egreſſus fuit, hæc ab eo vox in hæc verba prorumpens audita fuerit: *Pœnitentiam agite, &c. Venit Joannes Baptiſta prædicans in deſerto Judææ: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum.* In capite ſequenti autem, poſtquàm dixiſſet, Chriſtum egreſſum eſſe de deſerto ubi auſterâ illam pœnitentiam egerat, confeſtim ſubjungit: *Exinde cœpit IESUS prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum;* nimirum Sapientia increata eodem themate Joannis Baptiſta in ſua prædicatione uti dedignata non fuit, eò quòd promovendæ ſaluti animarum, pro quibus ſuum erat ſanguinem daturus, utiliſſimum eſſet. Unde Cajetanus ait: *Advertendum eſt, quòd IESUS ab eâdem materia ſuam inchoat prædicationem, à qua incepérat Joannes, tum quia Joannes præparativè, JESUS verò perfectivè hanc materiam prædicabat; tum ad confirmandam prædicationem Joannis, tum ad exemplum noſtrum, ut non dedignemur inchoata ab aliis etiam minoribus bona proſequi.* His quòque addere poſſumus, quia centrum, ad quod omnes ſacræ Scripturæ, doctrinatúmque Theologicarum, moralium, inſtitutionis Sacramentorum, & omnium, quæ hactenus operata eſt Eccleſia, & ad finem uſque ſæculorum operatura erit, lineæ terminantur; illud eſt, quod Gentium Doctor ait: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ùt illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ùt exhiberet ipſe ſibi gloriоſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ùt ſit ſancta & immaculata.* Æternæ quòque viritatis eſt propoſitio, quòd ſcilicet: *Non intrabit in eam*, id eſt, in Jeruſalem cœleſtem, *aliquid coinquinatum.* Et quem putatis finem reſpiciunt adventûs filii Dei, & noſtra per illum conſummata redemptio? illum nimirum, qui verbis, illis in die Nativitatis cantari ſolitis, exprimitur: *Hodie nobis cœlorum Rex de Virgine*

Matth. 3. v. 1. *Matth. 4. v. 17.* *Cajet.* *Epheſ. 5. v. 25. 26. & 27.* *Apoc. 21. v. 27.*

Virgine nasci dignatus est, ut hominem perditum ad cœlestia regna revocaret: sola autem peccata sunt, quæ nos ab illo regno excludunt, ad quorum abolitionem nullum reperitur aliud remedium, quàm pœnitentia, quam ut hominum cordibus efficaciter inculcaret, idem de Evangelii prædicatione providit, quæ unum est ex majoribus, efficacioribusque auxiliis, quæ unquam in Ecclesia sua reliquit. Væ autem illis, qui eo abutuntur, in prædicationibus suis ab hoc fine declinantes, & non tam lucrandis animabus, quàm proprio applausui, majorique temporali lucro & interesse adaugendo studentes.

Versus 4.

Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.

Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ.

1. Isaias Propheta præ cunctis aliis, novæ legis Evangelicæ eventus distinctiùs prædixit & clariùs. Idemigitur cap. 40. Jerusalem ob vicinum Messiæ adventum ad gaudendũ invitat hisce verbis: *Consolamini, consolamini populemeus, dicit Deus vester, loquimini ad cor Jerusalem, & advocate eam, quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius.* Inter cætera signa, quæ proximum Messiæ adventum subindicant, nullum ostendit esse manifestius, quàm sit prædicatio Joannis Baptistæ, quam hisce terminis describit: *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri; omnis vallis,* &c.

Isa. 40. v. 1. 2.

Vox.

2. Salmeron vocem & efficacem prædicationis S. Joannis septem illis vocibus adaptat, de quibus Psalmista mentionem facit Ps. 28. dum ait: *Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit;* quibus verbis baptismum, qui per aquam confertur, annuntiabat: *Deus majestatis intonuit*, quia vox Patris æterni super Jordane audita fuit. *Vox Domini in virtute*; quia illum prædicabat, qui baptizaturus erat in Spiritu sancto, qui apud S. Lucam virtutis titulo nominatur: *Sedete in civitate, quousq; induamini virtute ex alto; vox Domini in magnificentia*, qui Christum valde sublimiter deprædicabat, indignum se agnoscens, qui calceamenta illius solveret. *Vox Domini confringentis cedros*; siquidem superbos & elatos Pharisæos reprehendit & devicit. *Genimina viperarum*, &c. *Vox Domini intercidentis flammã ignis*, quia voce suâ incestuosum concupiscentiæ ignem, qui Herodem inter & Herodiadem ardescebat, dividere & distinguere studuit. *Vox Domini concutientis desertum*, neque enim prædicatio illius solùm ad literam in solitudine resonabat, verùm etiam Publicanos, milites, & alios peccatores à divina gratia desertos & desolatos, qui proinde deserto cuidam vitiorum vepribus pleno similes erant, ad pœnitentiam revocabat: *Vox Domini præparantis cervos*, quia auscultatores suos ad credendum in Messiam Christum præparabat, specialiter autem discipulos suos, ut illos Christi sectatores & scholæ Christi professores efficeret. Porrò S. Præcursor *Vox Domini* appellatur; ubi Hugo Cardinalis ait: *Ioannes est vox Verbi, id est, Christi.* Et Albertus M. ait: *Ut sit sensus: hæc est vox mea clamantis Dei de cœlo. 2. Cor. 13. An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Cajetanus aliam causam assignat, cur Præcursori vocis titulus attribuatur: *Ioannis officium appellatur vox, quia non Scripturæ commendabat prophetiam suam, sicut alii Prophetæ, sed missus erat, ad hoc, ut vivâ tantùm voce prædicaret.*

Salmer. to. 4. tr. 3.

Ps. 28. v. 2.

Ib. v. 4.

Luc. 24. v. 43.

Ps. 28. v. 3.

Ib. v. 7.

Ib. v. 8.

Ib. v. 9.

Hugo. Car. Alb. M. in Luc. 2. Cor. 13. v. 3. Cajet.

3. Hugo Cardinalis ad laudem S. Joannis duas alias hujus tituli *Vox*, rationes observavit, dum ait: *Primò commendatur in humilitate, nihil enim est humilius voce, quæ simul incipit & desinit esse. Secundò in Christi familiaritate, nihil enim verbo vicinius, quàm vox.*

Hugo Card.

4. Didacus Stella dicit, quòd, quidquid in Joanne erat, id totum mera quædam & efficax facundia fuerit, quæ prædicabat & provocabat ad pœnitentiam: *Ioannes erat vox, quia quidquid erat in Ioanne, erat vox; vestis, manus, pedes, caput & lingua; totus Ioannes erat vox clamans, & dicens: Pœnitentiam agite; ejus cibus, potus, lectus, cilicium, inedia, os denique & facies prædicabant: sunt multi concionatores, qui vocem habent, & clamant, sed non sunt ipsi vox, quia*

Didac. Stella

quia ſi verbis prædicant, non factis idipſum inſinuant.

Clamantis.

5. Valde conſiderabilia ſunt illa de Joſepho in Geneſi prolata verba, quando eidem à Rege collatum fuit totius Ægypti
Gen. 41. v. 40. dominium: *Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet.*
Pſ. 2. v. 6. 7. 8. De Chriſto David prophetavit: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus. Dominus dixit ad me; Filius meus es tu; poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Sicut Joſeph Salvator Ægypti appellatus fuit, ità Chriſtus nominatus eſt Salvator mundi; unus venditus fuit à fratribus: alter à Judæis, qui ejus ſecundùm carnem fratres erant: veruntamen id, quod præſenti propoſito noſtro quàm maximè deſervit, eſt, quòd in Scriptura dicatur, quòd ad manifeſtandum Ægypto Joſephi dominium, *clamante præcone, ut omnes coram eo genuflecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent univerſæ terræ Ægypti. Omnia in figura contingebant.* Eodem quòque modo, ad hoc, ut omnes Salvatorem mundi, tanquam verum Dei filium adorent, Præcurſor ipſum præcedens, elatâ voce proclamat: *Vox clamantis in deſerto*, &c. ubi Cajetanus ait: *Non ſola magnitudo affectûs perſonæ Ioannis, ſed publica declamatio ſignificatur, ità quod non vox dicentis privatim, ſed publicè prædicantis ſignificatur per clamorem.*

Cajet.

S. Bonav. in Luc.

6. S. Bonaventura ad energiam alludit, per quam impios à vitiorum lethargo excitabat: *Vox clamantis, quia excitat dormientes, ut ad lucem evigilent.* De S. Joanne ſcribitur: *Erat lucerna ardens & lucens*; hæc autem lucerna lucebat quidem, ſed in tenebris, id eſt, illos, qui peccatorum tenebris involuti erant, illuminabat, ut ſuos ad hanc lucem intuendam aperirent oculos, de qua S. Joannes Evangeliſta ſcribit: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.* Porro Toletus in hoc S. Joannis clamore, libertatem & efficaciam prædicationis ſuæ agnoſcit: *Clamantis, ut ſignificetur libertas & amplitudo prædicationis ejus; libertas, quia palam, & omni poſtpoſito timore humano, & ſine ulla perſonarum acceptione arguebat Regem, Principes, & populum, & Chriſtum eis annuntiabat, & quæ ad mores ſpectabant, docebat: amplitudo autem, quia ſicut qui clamat, non ſolùm ſine trepidatione quæ ſentit, aperit, ſed etiam omnibus loquitur, & iis qui prope, & iis qui longè ſunt, & ab omnibus vox ejus percipitur; ſic Ioannes omnibus locutus eſt, Principibus, Scribis, & Phariſæis, militibus, Publicanis, turbis, & cæteris Iudæis. Ex parte eorum, quibus prædicabat, clamáſſe dicitur, ad ſignificandam duritiem, & ſpiritualem ſurditatem eorum, quibus prædicabat.*

Ioa. 1. v. 9. Tolet.

7. Salmeron quòque ad neceſſitatem alludit, quam ſurdi habebant auſcultandi & audiendi ea, quæ Joannes dicebat, illis, inquam, qui non auribus, ſed voluntate & obſtinatione ſurdi ſunt, *Neceſſarius fuit iſte clamor, & altus, tum ut ii, qui longè, id eſt, gentes, auribus illum percipere poſſent: tum ut Iudæi malè ſecuri imminentia pericula perhorreſcerent; jam, inquit, ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Clamat, quoniam Iudæi, & in illis omnes peccatores proculerant, & ſurdi, & ſomnolenti, ad quos excitandos utimur voce grandiori: longè enim à peccatoribus ſalus.* Pergit deinde oſtendere, quòd Judæa ad inſtar aſpidis ſurdæ aures ſuas obturavit, ne vocem incantantis eam, & quidem ad magnam illius utilitatem eam incantantis audiret: *Scriptum etiam erat: Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.*

Salmer. tract. 3.

In deſerto.

8. Lyranus in ſenſu morali per hoc deſertum gentilitatem, adducto S. Ambroſii teſtimonio, intelligit: *In deſerto, id eſt, in gentium populo, qui deſertus dicitur, eò quòd peccatorum ſpinis implicetur.*

Lyran.

9. Hugo Cardinalis S. Joannem non in regio palatio, ſed in deſerto prædicare obſervat: *In deſerto, non in palatio, ibi non clamat Chriſtus: at Iuſtinianus, vel etiam Galenus benè auditur ibi, vel etiam mimus; ſed Chriſto indictum eſt ſilentium, imò quod pejus eſt, legitur, quòd cùm volumen Ieremiæ allatum eſſet in Palatio coram Rege, ſcidit illud, & projecit in ignem.* Trium eſt proverbium, quo dum quis ſine ullo auditorum fructu prædicat, communiter dici ſolet: Talis in deſerto prædicavit, ad arbores nimirum ſurdas, & inſenſibiles; ac proinde juxta

Hugo Card.

hoc

hoc proverbium de Joanne Herodi prædicante verè dici potuit, quòd in deserto prædicârit, quia non solùm per reprehensionem suam nullum apud Herodem fructum protulit, verùm etiam vitam propriam amisit, quia veritas nimis est magnatibus exosa, devotióque in aulis eorum multò minùs recipitur.

Parate.

Lucas Burg. in Matt. c. 3.

10. Lucas Burgensis super hunc S. Matthæi textum notat, alios legere: *Repurgate, complanate: Metaphorica locutio est, sumpta à similitudine civium, qui si Regem, quem exspectant, suum honorificè excipere, & testari gratum esse ipsius adventum volunt viam quâ venturus est, à sordibus, incommodis, atque impedimentis omnibus liberam reddunt, & pulchram ac amœnam constituunt*; & tamen experientiâ comprobatum fuit, quòd populus Judæorum non solùm Christo hanc viam non præparârit, verùm insuper ipsum à bove quòdam & asino in stabulo super fimeto suscipi & hospitari permiserit: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognovit.* Unde Chrysologus nos bene ad errorem istum emendandum his verbis hortatur: *Tu homo, si non mox cum Angelis, agnosce vel tardissimè cùm jumentis.* Didacus Stella modum nos docet, quo omnes viæ hujus obices & offendicula è medio tollere possimus: *Amoventes peccatorum, malorúmque affectuum scopulos, quò via sit parata Domino, hoc est, absque ullo impedimento & molestia Dominus ad nos venire possit, & nos ire ad eum: Viam iniquitatis*, ajebat David, *amove à me*, id quod cùm illo monito Lucæ Burgensis consonat, dicentis: *Animo peccata amove* (ità scribit ad præparare se volentem) *quemadmodum solent à via sordes*; ac proinde optima præparatio ad Salvatorem proximè venturum dignè recipiendum erit bona sacramentalis confessio, debitis cùm dispositionibus peracta. In hymno quodam ad Laudes legitur: *E sursùm agnus mittitur; laxare gratis debitum omnes pro indulgentia, vocem demus cùm lachrymis; novæ vitæ studeat, quâ non secus ornetur, ac via aulæis, aut ramorum viriditate.* Pergit Lucas Burgensis ulteriùs, & dicit: *Apparuit* (sunt verba Apostoli) *gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos*; quænam autem est illa instructio, quam Salvator in suo adventu nobis dare intendit? Nimirum *ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobriè, & piè vivamus in hoc sæculo.* Hugo Cardinalis inquit: *Parate viam Domini, ac corda vestra, peccata abjiciendo.* S. Mater Ecclesia hoc sacrosancto Adventûs tempore in quadam Collecta hanc nobis supplicationem præscripsit: *Ut hæc divina subsidia à vitiis expiatos ad festa ventura nos præparent.* Didacus Stella magnus ille spiritualis vitæ magister, ad dignam hanc præparationem hisce nos verbis adhortatur: *In hac vita, quæ via est, per quam ad aliam vitam tendimus, opus est recto incedere gradu: hoc est, vitia & peccata evellere, & cor nostrum ab omni sorde mundum habere.*

Isa. 1. v. 3. Chrys. serm. 141.

Ps. 118. v. 29. Lucas Bur.

Hugo Card. in c. 13. Lucæ.

Did. Stel.

11. Cajetanus apparatus nobis explicat, qui Redemptori nostro advenienti admodum grati & accepti, imò pretiosi futuri sunt: *Parate procul dubio actibus virtutum; parate non corporeis ornatibus, sed rectitudi. ne semitarum Dei.* Non est, quòd de tapetibus, aulæis, aut aliis, phrygio opere elaboratis, pannis aureis solliciti simus, solùm opus est, ut christianis virtutibus animas nostras exornemus, atque in bonorum operum exercitio hoc tempore magis quam alio quovis anni tempore efferveſcamus, impendendo nos operibus charitatis, misericordiæ, & compassionis erga pauperes & egenos, exercendo nos in honestate, humilitate, mortificatione, in reverentia & cultu Dei, nec non in Sacramentorum frequentia. In Epistola Dominicæ I. Adventûs hisce verbis monemur: *Abjiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus, induimini Dominum Iesum Christum.* Similiter in Dominica III. nobis dicitur: *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus enim propè est.*

Cajet.

Tit. 2. v. 11.

12. Albertus Magnus ait: *Præparatur via, cùm sternitur exemplis bonorum operum* quasi diceret, si vias, per quas venturus est ad nos, pavimentum insterneremus ex auro argento, gemmisque pretiosis constratum, tantamutique in eo complacentiam habiturus non esset, quantam habet in viis, quæ bonis sternuntur exemplis; hoc autem monito præcipuè obstringûtur, qui aliàs malâ vitâ suâ scandalizârunt proximos, prout

Alb. M.

ex

ex Homilia S. Gregorii ad matutinum hodie prælecta clarè deducitur.

Origen. in cat. Luc. 21. 13. Origenes à S. Thoma in catena citatus, ità ſcribit: *In corde noſtro via præparanda eſt Domino, magnum enim eſt cor hominis & ſpatioſum, ſi tamen fuerit mundum; neque in corporis quantitate, ſed in virtute ſenſuum magnitudinem ejus intellige, quæ tantam ſcientiam capiat veritatis.* Etenim imaginemur nobis, acſi Filius Dei hiſce diebus, Feſtum nativitatis ſuæ antecedentibus, unicuique noſtrûm dica: *Præbe fili mi cor tuum mihi*; & quis ità erga Fillum Dei durus futurus eſſet, qui eidem cor noſtrum, quantumcunque eſt, poſcenti, illud denegaret. S. Auguſtinus dicit, eum, qui cœlum, terrámque immenſitate ſua adimplet, ex data opera ſeſe in anguſtias loci recipere voluiſſe, (ſiquidem *non erat ei locus in diverſorio.*) ut nos ad cor noſtrum ei in hoſpitium promptè offerendum provocaret: *Non erat ei niſi anguſtia in terris, ut tu ei locum cordis tui ſibi proprium dilatares.*

Prov 23. v. 26. *S. Aug. cit. à S. Bonav. in ca. 2. Luc.*

Beda in Luc. 14. Venerabilis Beda dicit: *Omnis, qui fidem rectam, & bona opera prædicat, quid aliud quàm venienti Domino ad corda audientium viam parat.* Imò non ſolùm illa prædicantes viam Domino præparant, ſed & qui hiſce diebus verbum Dei libenter & devorè audiunt, idipſum faciunt, ſi Hugoni Cardinali fidem adhibere volumus dicenti: *Parate viam Domini, verbum Domini libenter audiendo.*

Hugo Card.

S. Bonaven. in Luc. 15. *Parate viam*, ſcilicet, ut S. Bonaventura ait: *Per obſervantiam mandatorum*; eandem quòque expoſitionem Albertus Magnus hiſce verbis adhibet, dicens: *Præparate viam, hoc eſt mandatorum obſervantiam*; etenim mandata viæ illæ ſunt, de quibus Pſalmiſta loquitur, dum ait: *Vias tuas Domine, demonſtra mihi.* Ecce qualiter Deus nobis acquieſcat, dummodo præparationibus non omnino indignis ad ejus adventum nos præparemus. S. Hieronymus Salvatorem noſtrum legibus ſuis nos adſtringendo hunc præcipuè finem reſpexiſſe dicit, ut per legis obſervantiam, veram nobis comparemus filiorum Dei libertatem: *Ideò aliquid imperat, ut cauſas habeat remunerandi, neque enim obſequii noſtri Deus indiget, ſed nos illius indigemus imperio; ſiquidem in cuſtodiendis illis retribu-*

Alb. M. in Luc. *Pſ. 24. v. 4.* *S. Hier. Epiſt. 20. ad Calant.*

tio multa. Ipſemet quòque Salvator apud S. Joannem dicit: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* *Joa. 14. v. 23.*

16. Hugo Cardinalis verbis illis interpretationem quandam adhibet illis, qui hoc Adventuali tempore abſtinentiæ & jejuniis dediti ſunt, valde congruam: *Parate viam, faciendo eam mundam per temperantiam.* Moyſes olim à Deo petiiſſe legitur: *Si invenigratiam in oculistuis, oſtende mihi faciem tuam.* Sed qua fronte aut animo idipſum petere præſumebat, nunquid ei ipſum proteſtatum fuiſſe conſtabat: *Non videbit me homo & vives?* Cui conſonat illud S. Pauli effatum: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.* Aliud ad hoc reſponderi nequit, quàmquod Ambroſius dicit: nimirum Moyſen hocà Deo petentem, diuturno illi quadraginta dierum jejunio fuiſſe innixum. *Quamvis illum obtutibus Dei conditio humana ſubtraheret, jejuniorum tamen gratia proximum illum divinitatis conſortio faciebat*: Cur conſonat, quod S. Baſilius dicit: *Jejunium Eliam magna viſionis ſpectatorem fecit, quadraginta namque dierum jejunio animam purgans in ſpelunca, meruit, quantum fas eſt homini, Deum videre.*

Hug. Cardin. *Exod. 33. v. 13.* *Ibid. v. 20.* *1. Cor. 13. v. 12.* *S. Amb. in Dom. 1. Quad.* *S. Baſil. ſerm. 2. de jejun.*

17. S. Maximus alium quendam viam præparandi modum nobis inſinuat, dum ait: *Ille viam Domino ſuo parat, qui luxuriantis carnis reſpuens voluptates, toto mentis ſuæ ſpiritu ſuſpenſus, ad Deum vigore ſe caſtitatis accingit.* Regius Propheta myſterium hoc incarnationis & Nativitatis Meſiæ, quòd ſcilicet ex ſua ſtirpe deſcenſurus eſſet, in ſpiritu prophetico prævidens, hiſce nos verbis invitat: *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & peratis de via juſta:* Pagninus, Vatablus, & alii legunt: *Oſculamini filium.* Alia quædam verſio habet, *Amplectimini.* S. Hieronymus: *Adorate purè.* Alii à Lorino relati: *Adorate filium*; adeóque ſecundùm hanc legendi veritatem idem eſt filium Dei adorare, amplexari, recipere, quod carnem noſtram per caſtitatem & puritatem corporis & mentis noſtræ premere & mortificare Rabbi Salomon legit: *Armamini diſciplinâ vel munditiâ*; quaſi diceret. Hiſce

S. Max. hom. 1. in nat. Joan. *Pſ. 2. v. 12.*

ce diebus, ut huic virtuti pudicitiæ cooperemur, ad macerandum corpora noſtra, diſciplinæ nos flagello armemus, ſic enim divinum huncinfantulum, qui pro ſalute noſtra naſcitur, pectori noſtro tantò arctiùs & tenaciùs adſtringemus. Hugo Cardinalis ait: *Parate viam Domini, ad corda veſtra, bona opera faciendo, curas mundi fugiendo.*

Hugo Card.

Viam.

Idem. 18. Porrò qualisnam hæc via ſit, ſacrorum expoſitorum ducatu facilè intelligere poſſumus. Idem Hugo Cardinalis ait: *Via Domini, id eſt, per quam Dominus venit ad peccatores, miſericordia & juſtitia;* qui idem, ut nos in hac via Domino noſtro occurrere valeamus, conſequenter quam viam ingredi debeamus, hiſce verbis nos docet: *Via per quam venitur ad Dominum, eſt pœnitentia & innocentia.* In toto adventualis temporis decurſu Eccleſia nos ſæpiùs per diem in divino officio repetere hæc verba voluit: *Parate viam Domini*, ut, niſi invitationi huic obtemperemus & obſequamur, tantò inexcuſabiliores ſimus. Etenim quoties illa Præcurſoris verba: *Pœnitentiam agite*, auribus noſtris è Judææ deſertis inſonarunt? Hodie verò adimplebitur, quod quondam Propheta regius Pſal. 13. ſcripſit: *Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat, ſi eſt intelligens aut requirens Deum*, videtur enim æternus Pater hiſce diebus de cœlo ſuper nos proſpicere, ut videat, ſi quis noſtrûm ſit, qui filium ſuum excipere contendat; at verò *omnes declinaverunt*, omnes illum fugiunt & averſantur, quia *lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem; non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.* Hactenùs quidem ſacro hoc tempore ſæpiùs clamavimus: *Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ*; quòd equidem ut conſequamur in poteſtate & manu noſtra poſitum eſt, dummodo ad peccatorum noſtrorum remiſſionem & veniam nos diſponamus, à quo tergiverſando, excuſari nequaquam poſſumus, cùm ſcriptum ſit: *Confitemini Domino quoniam bonus*; ubi Chryſoſtomus ad propoſitum noſtrum ità loquitur:

Pſ. 13. v. 2.

Joan. 3. v. 19.

Pſ. 106. v. 1.

Chryſ. ibid.

Nec peccator jam poterit excuſari, qui confeſſionem, per quam venia naſcitur, non præparavit amplecti; & verè ad literam, naſcitur venia, ſiquidem è ſurſum agnus mittitur, laxare gratis debitum. Enimverò ſi propter millionis cujusdam debitum, quo Domino tuo teneris obſtrictus, inter carceris anguſtias & compedes conſtituto, ipſemet Rex & Princeps tuus ex ultimis regni ſui finibus ad idem debitum tibi relaxandum egrederetur, ſeque pro re carceris compedibus vinciri permitteret, atque inſuper regni ſui te participem efficeret, quantus hic eſſe cenſeretur benignitatis exceſſus? *Educ vinctum de domo carceris* (canit in Antiphona quadam adventuali ſancta Mater Eccleſia,) *ſedentem in tenebris & umbra mortis.* Et licet ultronea hac oblatione abutamur, neque nos miſericordiæ iſtius participes reddere cupiamus, attamen, *quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvit.*

19. Lucas Burgenſis aliam filio Dei occurrendi viam nos edocet, dum ait: *Via hominis in ſacris literis, mores ipſius ſunt, & inſtitutum vivendi, hanc qui valet Domino eſſe gratam atque amœnam, à vitiis expurgetoportet, & virtutibus ornet*; etenim Apoſtolus ad Epheſios ſcribens, ità nos monet: *Deponite vos ſecundùm priſtinam converſationem veterem hominem, renovamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem.* Origines ait: *Præparaviam Domino in corde tuo per converſationem bonam.* Boni igitur mores ſunt viæ mundæ, nitidæ & exornatæ ad Dei filium recipiendum, nec non vita quædam nova, & immaculata.

Lucas Burg.

Eph. 4. v. 22. & 24.

Orig. hom. 21. cit. in cat.

20. Dionyſius Carthuſianus dicit: *Viam id eſt, præcepta, conſilia quæ d vina per quorum obſervationem itur ad Deum, purè & irreprehenſibiliter adimpleta, iſtæ ſunt viæ Domini ex parte noſtri, id eſt, viæ, per quas aptamus nos ad Dei adventum, videlicet ad ſuſcipiendam gratioſam in habitationem ipſius.*

Dionyſ. Carth.

21. Porrò quænam & qualis via illa ſit quam ad occurrendum Redemptori noſtro ingredi debemus, Theophylactus unico verbo nos edocet, dum ait: *Via quidem, quam jubet parari, via eſt chriſtiana.* Ut autem

Theoph.

autem in hac ſtabiliter & conſtanter perſeveremus, duæ aliæ viæ à nobis ingrediendæ ſunt, quas Pſalmiſta indicat, dum ait: *Declina à malo, & fac bonum.* *Pſ.36.v.27. Did. Stell. li. 4.c.23. vitæ S. Gerdrudis.*

22. Didacus ſtella voluntatem noſtram divinæ voluntatis arbitrio perfectè ſubſtratam, viam illam eſſe dicit, per quam Dei filius in cordis & animæ noſtræ hoſpitium ingreditur; ac proinde cœleſtis ſponſus S. Gerdrudi ſponſæ ſuæ dixiſſe aliquando fertur, quòd ſi ſe in corde ipſius frequenter multumque demorari deſideraret, neceſſum ſit, ut cordis ſui clavem ſibi conſignet, ejus videlicet voluntatem innuere volens; ſiquidem abſolutus illius velit eſſe Dominus, Cumque Sancta interrogaſſet: *Quæ eſt clavis? reſpondit Dominus: voluntas tua propria: in quo verbo intellexit quòd ſi quis deſiderat Dominum hoſpitio recipere, debet illi clavem propriæ voluntatis ſuæ reſignare. Via itaque Domini*, inquit Stella, *ad homines venientis eſt voluntas noſtra; ipſe homo eſt domus, in qua Deus habitat, in quantum juſtificabitur, & eſt via, in quantum diſponitur ad juſtificationem.*

Domini.

23. Porrò advertendum eſt, quòd nec Iſaias, nec S. Joannes Baptiſta nos ad præparandam hanc viam abſolutè invitaverint, ſed conditionatè: non enim dicit abſolutè: *Parate viam*, ſed addit, *Domini*; id quod idemmet Stella pariter obſervavit, dum ait: *Non dicit, quòd paremus quamcunque viam, ſed viam Dominis & alia via noſtra; vitia & peccata ſunt viæ noſtræ, viæ autem Domini virtus.* Ad quod probandum illum Iſaiæ textum adducit, in quo Deus ait: *Non ſunt viæ meæ viæ veſtræ, & cogitationes meæ cogitationes veſtræ, quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vitiis veſtris. Via Domini*, inquit Stella, *quæ ducit ad vitam arcta eſt, via autem impiorum, quæ ducit ad interitum, lata & ſpatioſa eſt.* Salmeron tria viarum genera diſtinguit, dicens: *Sunt aliæ viæ dæmonis, aliæ noſtræ, aliæ verò Dei; viæ dæmonis ſuperbia ſunt, obſtinatio & dolus; ſedebo in monte teſtamenti: viæ noſtræ peccata ſunt, & viæ Dei virtutes;* Viæ noſtræ ad præcipitia, & ab Hieruſalem in Jericho nos educunt, ubi in latrones incidimus, qui nos ſauciant, & totaliter deſpoliant; id quod ſibi accidiſſe impii illi teſtantur, dum agunt: *Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus.* Et longè expreſſiùs in Eccleſiaſtico dicitur: *Via peccatorum complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.* *Did. Stell.* *Iſa.55.v.8.* *Salm. tr. 3.* *Sap.5.v.7.* *Eccl.21. v.11.*

24. Dionyſius Carthuſianus ait: *Porrò via Domini ex parte ipſius, per quas venit ad nos, ſunt miſericordia & juſtitia, de quibus cantamus: Univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas; item charitas & liberalitas ejus, quæ ad miſericordiam reducuntur.* Has quòque vias ex parte noſtra ingredi debemus per opera miſericordiæ exhibita pauperibus, Chriſtus enim ipſe expreſsè conteſtatur, quòd in pauperibus, accipiat eleemoſinam, in infirmis viſiteturt veſtiatur in nudis, in incarceratis viſitetur, conſoletúrque in cunctis aliis miſericordiæ operibus. *Dionyſ. Carth.*

25. Inſuper per hanc viam Domini, ipſummet verbum incarnatum intelligere poſſumus; *nam qui per divinitatis eſſentiam veritas & vita permanet, per incarnationis myſterium*, inquit Beda, *via facta eſt, quæ nos ad patriam, ubi veritate & vita frueremur, reduceret;* imò quod plus eſt, non ſolùm via noſtra fieri voluit; ſiquidem dixit: *Ego ſum via*, verum & ſe nobis, quamdiu viatores ſumus, in viaticum dedit, ſiquidem ad debilitatis noſtræ ſuſtentationem noſter factus eſt cibus; & ideò in Bethlehem, quæ *domus panis* interpretatur, naſci voluit. *Beda in c.2.Luc.*

Rectas facite.

26. Toletus verba illa eorum, quæ immediatè præcedunt, declarativa eſſe dicit; quaſi diceret: *Sic parabitis viam Domini, ſi dixeritis, & rectas feceritis ſemitas ejus; qui vias Principis parant, ſemitas dirigunt, & æquant, ut Princeps faciliùs & citiùs ac certiùs perveniat in urbem.* Porrò S. Joannes Baptiſta populum ad vias *Tolet.*

venturo Meſſiæ dirigendas, invitabat, id eſt pœnitentiam eidem inculcabat, quâ mediante peccata declinando, ad Deum ejúsque unigenitum filium excipiendum ſeſe converteret. *Peccata enim*, ſubjungit idem Toletus, *detorquent hominem à Deo.* Titus Boſtrenſis à Gloſſa citatus, dicit: *Dei ſemitas rectas facit, qui per illius juſtitiam graditur; ſiquidem malitia & improbitas res obliqua eſt.* Si quis daretur in eadem innocentia, quâ infantiæ annos transegit, conſtanter perſeverans, de eo utique, quòd vias rectas inambulâſſet, dici poſſet; nam ut Didacus Stella ait: *Rectum iter ille agit, qui ſicut natus eſt, ita vivit, ut moriturus.* Cajetanus ſimiliter dicit: *Pro explicatione apparatus, ſubjungitur rectitudo.* Quænam enim inter juſtorum & reproborum vias intercedit differentia? Nimirum hæc, quòd reproborum viæ diſtortæ & obliquæ ſint: *In circuitu impii ambulant*, inquit Pſalmiſta, & Eccleſiaſticus ait: *Prædordia fatui quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis cogitatus illius*; non verò ita conſtituta eſt via hominis juſti, de hac enim Iſaias ait: *Semita juſti recta eſt, recta callis juſti ad ambulandum.* Reprobi diabolum patrem ſuum imitantur, de quo pluribus in Scriptura locis dicitur, quòd *circuit*; in Job enim ipſemet dicit: *Circuivi terram*, Et S. Petrus ait: *Tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* At verò ut, quænam inter eum, qui viam rectam ingreditur, & alium, qui viam curvam & obliquam ſectatur, differentia intercedat, clarè eliqueſcat, notandum eſt, quòd is, qui viam rectam inambulat, quantò ampliùs procedit, tantò ab eo, à quo digreſſus eſt termino, magis recedit; non verò idem fit quoad eum, qui viam ingreditur curvam & obliquam; quantò enim ille magis progreditur, tantò citiùs ad locum, unde receſſit, revertitur; id quod reproborum maximè proprium eſt, utpote qui pravas vitiorum, malorúmque morum ſemitas non ſolùm non deſerunt, verùm etiam ad pravas ſocietates & converſationes priſtinas citiſſimè revertuntur. Porrò via recta à S. Paulo hiſce verbis inſinuatur: *Quæ quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, intendens me ipſum, quicunque perfecti ſumus hoc ſentiamus*: De præſcitis autem ſanctum Bernardum velim auſcultetis: *Qui in circuitu ambulat, proficiſcitur quidem, ſed nihil proficit; væ homini, qui ſequitur hunc circuitum; ſi conaris evellere, paulùm ſequi videbitur, ſed in dolo, circuitus eſt, aliunde reditum parat.*

Titus in gloſſ. *Did. Stell. Cajet.* *Pſ.11.v.9 Eccl. 33.v.5.* *Iſa. 26. 7.* *Job. 2. v.2.* *1. Pet. 5. 8.* *Phil. 3. v.13. & 15.* *S. Bern. ſerm.12. ſup. Pſ. Qui habitat.*

27. Gloſſa ait: *Deo ſemitas rectas facit, dum mundas cogitationes in animo, per ſermonem prædicationis format.* Qualiter deſideria hæc purificare poſſimus, Toletus nos hiſce verbis optimè docet, dum ait: *Ille mundas cogitationes habet, qui ad bona opera ſe convertit, non ex ambitione, aut vana gloria, alióve humano affectu, ſed propter Deum ipſum*; unde Iſaias nos exhortatur, dicens: *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perverſè, diſcite benefacere, quærite judicium, ſubvenite oppreſſo.*

Gloſſ. ord. *Tolet.* *Iſa.1.16.*

28. S. Propheta Samuel in ſancti regiminis ſui ultimo fine, ita populum eſt allocutus: *Docebo vos viam bonam & rectam, timete Dominum, & ſervite ei in veritate, & ex toto corde veſtro.* Salmeron dicit: *Tunc rectas faciemus ſemitas ejus, cùm damus operam, ne quid pravi aut obliqui in eis inveniatur, quo acceſſus ejus ad nos prohibeatur; nam ut Iſaias dixit Capite quinquageſimo nono. Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum.*

1. Reg. 12. v. 23. & 24. *Salm. tr. 31.*

Semitas ejus.

29. Dionyſius Carthuſianus dictionis hujus proprietatem optimè explicat, dum ait: *Semitæ autem propriè nominantur itinera ſecretiora, compendioſiora: viæ autem itinera apertiora & magis communia: idcirco per viam intelligi poſſunt præcepta, per ſemitas autem conſilia, quæ directiùs ducunt ad Deum.*

Dion. Carth.

30. Euthymius de hiſce ſemitis ità ſcribit: *Semitæ variæ ſunt ſtudia ſecundùm Deum, has rectas faciunt, qui rectè atque irreprehenſibiliter virtutem ſectantur*: tales autem

autem ſunt, qui conſiliorum Evangelicorum viam ſectantes ad perfectionem contendunt; Et quidem S. Joannem hujus ſemitæ viam auditoribus ſuis inculcaſſe mirum non eſt, quia Angelus Zachariæ patri ejus prædixerat: *Præcedit ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda Patrum in filios, & parare Domino plebem perfectam.* Salmeron quòque inter viam & ſemitam differentiam aſſignat, eandémque ad inſinuatum myſterium congruè adaptat, dicens: *Dici poteſt, viam præceptum eſſe, quantum exigit neceſſitas, obſervatum, ſemitam verò ſtrictiorem rationem obſervandi.* S. Bonaventura qualitates viarum ſtarum particulariùs individuando dicit: *Rectas facite ſemitas, ſcilicet intentiones, cogitationes, affectiones, actiones, paſſiones, retributiones. Utinam dirigantur vitæ meæ*, dicebat David, *ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.* Didacus Stella ad ſimilitudinem, quæ ſemitas & conſilia Evangelica intercedit, ſeſe reflectens, dicit: *Quemadmodum ſemitæ quædam compendia ſunt, ut citiùs ad exſpectatum finem perveniatur; ſic etiam qui ſeipſos ad conſilium aſtringunt, magis merentur, ut citiùs in ſanctorum patriam perveniant.*

Luc. 1. 17.

Salm. tr. 3.

S. Bonaven. Pſ. 118. 5.

Didac. Stell.

Verſus 5.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur; Erunt prava in directa, & aſpera in vias planas.

1. Ad impediendam viæ alicujus conficiendæ facillitatem, ſervire poſſunt, montes, valles, colles, ſaxa, & omnia alia in via jacentia aut poſita offendicula, hæc autem obſtacula offerenda eſſe Evangeliſta & Propheta dicunt, quia valles, in quas opus eſt deſcendere, implebuntur, montes, quos aſcendere oportet, complanabuntur, colles pariter demittentur & æquabuntur, omnia alia ſtirpium, ſaxorum & dumetorum obſtacula è medio penitus tollentur, adeóque *Erunt prava in directa, & aſpera in vias planas.* Cajetanus dicit: *Significatur per hujusmodi metaphoras tollenda omnis diffor mitas morum, tollenda puſillanimitas, ſuperbia, injuſtitia, & aſperitas morum; prophetantúrque hæc fore, cum Meſſias venerit, ut ex his materialibus diſpoſitionibus viæ intelligamus neceſſarias nobis diſpoſitiones ad recipiendum Meſſiam.*

Cajet.

Omnis vallis implebitur.

Janſen.

2. Janſenius difficultatem conſiderat, huic noſtræ corruptæ naturæ ad virtutes exercendas naturaliter inſitam, ſiquidem paſſionum noſtrarum, & inordinatorum appetituum impulſus, nec non continua infernalis inimici nobis intentata pugna à virtutibus conſectandis nos retrahunt & avertunt: At verò reſpondet *Id non fore operoſum, ſed omninò facile, eò quod valles ſint implendæ, hoc eſt, naturales noſtræ inclinationes ad res infirmas propenſæ per Evangelicam gratiam ſint perficiendæ, adjectoleis, quod deerat, nempe pietate & virtute: montes verò ac colles humiliandi, ac deprimendi, hoc eſt, adverſariæ poteſtates, quæ per ſuperbiam ſeſe erigebant, Chriſti virtute deficient.*

Janſen.

Salmer.

3. Per depreſſas valles humiles intelligere poſſumus. Unde Salmeron ait: *Sunt humiles & pauperes turbæ, in quas facilius gratia divina deſcendit, ſolent valles floribus, frumento, & fontibus abundare.* Dionyſius Carthuſianus idipſum ferme dicit: *Omne cor humile donis gratiæ copioſè ditabitur, humilitas enim ad omnem virtutem & gratiam præparat mentem, ſicut ſuperbia ad omne peccatum.*

Dio. Cart.

Didac. Stell.

4. Didacus ſtella verba illa de puſillanimitate explicat, quæ multos à viæ bonæ proſecutione deterrere & retrahere ſolet, eam difficilem & arduam exiſtimando. *Intelliges B. Joannem hic eſſe locutum de puſillanimitate; multoties puſillanimitas timidos homines facit, in cauſa eſt, ut multi ſuis vitiis & peccatis inhæreant, exiſtimant namque ſe non poſſe perſiſtere diu in bono, quin ſtatim ad antiquam conſuetudinem mali deveniant.* Hiſce igitur timidis & meticuloſis hominibus in adventu Salvatoris auxilium divinum promittitur.

Janſen.

5. Janſenius per haſce velles, peccatores quòque intelligi poſſe exiſtimat, eos videlicet, qui hactenus contempti poſtea verò ad participium divinarum gratiarum, quibus in adventu Salvatoris copioſè ac-

cumulabuntur, fuêre admiſſi. *Per valles etiam rectè acceperit quis idiotas ac peccatores contemptos apud homines, qui implendi erunt gratia evangelica, & erigendi ad conſortium regni cœlorum.*

Omnis mons & collis humiliabitur.

Ibid. 6. Beda per hoſce montes & colles qui in altum eriguntur, in ſenſu ſpirituali ſuperbos intelligit: *Quid hoc loco montium & collium nomine, niſi ſuperbi homines deſignantur? In adventu igitur Redemptoris montes & colles humiliati ſunt, quia juxta ejus vocem, omnis, qui ſe exaltat humiliabitur; qui ſe humiliat, exaltabitur.*

Janſen. 7. Janſenius verò aliter exponit, dicens: *Per montes & colles intellige eos, qui ſublimes erant apud homines opinione ſapientiæ ac juſtitiæ, qui humiliandi erant, ſive quòd eorum falſa præſumptio per Evangelii prædicationem erat propalanda & redarguenda, ſive quòd ſupercilium ſuum ſponte poſituri eſſent, quo capaces fierent divinæ juſtitiæ ac ſapientiæ.*

Gloſſ. ordin. 8. Gloſſa per valles gentilitatem, per montes ſynagogam intelligit: *In adventu Domini humilis gentilitas impleta eſt, & creſcit plenitudinem gratiæ accipiendo: at Judæa ſuperbia per errorem perfidiæ ſuæ hoc, unde ſuperbiebat, perdidit.*

Lyran. 9. Lyranus conſiderat, quòd, ſicut via aliqua per concavitates & profunditates vallium, montiumque altitudines difficilis redditur, eodem quòque modo quantum ad myſterium, *vita ſpiritualis, quâ Deus graditur ſuper corda fidelium, impeditur per depreſſionem terrenæ cupiditatis, & per elevationem mundanæ vanitatis; utrumque impedimentum fuit amotum per adventum Chriſti in multis.*

Salm. tr. 3. 10. Salmeron per hoſce montes, mundi magnates, qui eidem dominentur, intelligit, eoſque dicit tunc quòque humiliandos, dum ſe quòque Chriſto non minus quam alii opus habere intelligunt: *Ut intelligant ſuperbi omnes atque elati principes, qui inſtar montium ſunt, & collium, fore ipſorum ſuperbiam deprimendam, pares ut ſe & æquales iis, quibus imperant, agnoſcant, ſeque ipſos non minus quam inferiores Chriſto egere.*

S. Cyrill in Cat. 11. S. Cyrillus à S. Thoma in Catena citatus in adventu Chriſti miram quandam facilitatem futuram eſſe dicit, quâ cùm omnes malæ conſuetudinis, omniſq; in virtuosè operando difficultatis nodi diſſolvendi erunt: *Quemadmodum enim Evangelicæ converſationis & vitæ iter erat ad eundum difficile, ex eo, quòd mentes ſingulorum mundanæ voluptates oppreſſerant; ut autem Deus factus homo peccatum damnavit in carne, explanata ſunt omnia, & redita ſunt ad eundum facilia. & nec collis nec vallis, proficere volentibus obviavit.*

Et erunt prava in directa.

12. Beda pravarum viarum directionem ſequentibus verbis declarat: *Prava in directa fiunt. cùm malorum corda per injuſtitiam detorta, ad juſtitiæ regulam diriguntur.* Salmeron ſimiliter dicit: *Prava in rectam viam id ſignificat, ut iniuſti homines, fraudibus atque fallaciis rapientes aliena, juſti efficiantur.* Etenim vix Salvator noſter pedem ſuum Zachæi domui intulerat, cùm ecce ſubitò ex uſurario liberalis factus eſt erga pauperes: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quatruplum.* Idem quòque Doctor de præcurſore dicit: *Obliqua & prava recta reddebat, quando ajebat publicanis, nihil aliud, quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis.* *Bed.* *Salmer.*

13. Lyranus hanc pravorum directionem de mutatione explicat peccatorum, quæ in iis fit virtute divinæ gratiæ: *Corda contra Chriſtum indurata mollificabuntur;* exemplo nobis Saulus eſſe poteſt, qui derepente in Paulum mutatus fuit, quique antea Chriſtianos obſtinatè perſequebatur, in unico fuit momento temporis mutatus, ſuamque voluntatem in manus Dei conſignavit, dicens: *Domine quid me vis facere?* *Lyran.*

14. Dionyſius Carthuſianus ait: *Hoc eſt, corda vitioſa convertentur, & fient directa, hoc eſt, juſta, & ſecundum rectitudinem dirigentur.* *Dio. Cart.*

* * *
* *
*

Et

Et aſpera in vias planas.

Beda. 15. Beda per hanc aſperitatem complanatam, dicit intelligendos eſſe iracundos, qui exemplo Chriſti manſueti evadunt: *Aſpera in vias planas immutantur, cùm immites atque iracundæ mentes, per infuſionem ſupernæ gratiæ ad lenitatem manſuetudinis redeunt.*

Salmer. 16. Salmeron ait: *Homines vel ad leviſſimam occaſionem in excandeſcentiam inſurgentes convertentur in mites & lenes.*

Janſen. 17. Janſenius præcipuum advenus filii Dei effectum eſſe dicit extirpationem vitiorum, quibus homo inſordeſcere ſolebat & virtutum inſitionem: *Aſpera in vias planas, cùm vitiorum ac cupiditatum obliquitates & aſperitates redactæ ſunt ad rectitudinem & planitiem virtutis.*

S. Tho. opuſ. de ſacr. c. 13. 18. S. Thomas circa hæc verba, Salvatoris benignitatem conſiderat, qui fragili hac carne noſtra ſeſe veſtiens, ſocius & viæ comes noſter fieri voluit, ad hoc ut virtutis viam ambulem efficeret: *Ne via homini videretur nimis gravis, factus eſt homo Deus, & propter hoc ſocius viæ & peregrinationis.*

Dionyſ. Carth. 19. Dionyſius Carthuſianus ait: *Aſpera in vias planas, id eſt, feroces, rebelles, diſtortique moribus, erunt obedientes & ſimplices, ità quod verbum Dei eos ingrediatur facilitèr, & indurati per gratiam mollificabuntur.*

Salmer. 20. Salmeron exemplum hujus doctrinæ in perſona S. Joannis aſſignat, qui ut milites feroces ad ſynceram redigeret pœnitentiam, viarum aſperitatem, quæ illis difficiles eſſe videbantur, complanavit, & obedientes reddidit: *Aſpera complanavit, quando ad milites, iracundum hominum genus & rapax, dicebat: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, eſtote contenti ſtipendiis veſtris.*

21. Idem aſperitatem hanc moraliter magis individuans ità ſcribit: *Aſpera in vias planas, quando lutum viſcoſum impudicitiæ, & ſpinæ amaritudinis & iracundiæ in plana convertuntur per virtutem manſuetudinis, & gratia offenſoribus ignoſcendi, quando etiam ab injuriosis & maledicis verbis linguam coërcemus, ita ut nihil aſperum & durum ex ore noſtro prodeat.*

Euthym. 22. Euthymius in hunc S. Lucæ textum ſcribens, per aſpera ſterilitatem & rigorem antiquæ legis interpretatur, quæ complanata fuit, quando ei lex Evangelica adeo ſuavis & amabilis ſucceſſit: *Obliquitas & aſperitas veteris legis in rectitudinem ac perfectionem Evangelii converteretur.* Tertullianus quoque hanc aſperitatem per novæ legis ſuavitatem mitigandam eſſe ſcribit: *Chriſtus colles æquabit vallibus, & obliqua diriget in rectitudines, quia omnes legis difficultates in Evangelii facilitates & æquitates convertet.* Etenim quid faciliùs & ſuaviùs eſſe poteſt, quàm amare? *Plenitudo legis eſt dilectio.* Regius Propheta David novæ legis ſtatum à longè proſpiciens dicebat: *Poſuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.* Super quæ verba S. Auguſtinus ità ſcribit: *Certè anguſta via eſt, ſed quibus? laboranti anguſtia eſt, amanti lata eſt.* Idem quòque Propheta alibi dicit: *Viam mandatorum tuorum cucurri*, ſed quando? *Cùm dilataſti cor meum*, id quod charitate & amore Dei mediante efficitur. S. Petrus legem Moſaicam jugum grave denominat: *Jugum quòd neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus.* At verò Euthymius primò de vetere lege ità loquitur: *Veteris legis jugum eſt obliquitas, aſperitas, & incompoſſibilitas:* de lege autem Evangelica prorsus ſubjungit: *Evangelii rectitudo, eſt claritas atque ſimplicitas, lenitas, manſuetudo & compoſſibilitas. Illa die* (ità Iſaias vaticinatus fuit) *computreſcet jugum à facie olei*; ubi per *oleum* amor intelligitur, quia ſicut oleum cunctis aliis liquoribus ſupernatat, ità charitas omnibus aliis virtutibus ſuperior exiſtit, *Major autem horum eſt charitas.* Propheta igitur dicere voluit, quòd jugum iſtud in legem facilem & ſuavem, id eſt, in legem amoris ſit convertendum. In ſacris Canticis dicitur: *Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab.* Pagnanus legit: *Animam mea poſuit me, ut quadrigæ populi mei.* Quibus verbis ſponſa, per quam Eccleſia ſignificatur, dicit, ſe à ſpōſo ſuo factam eſſe populi ſui quadrigam, ſynagogam autem neminem in Paradiſum uſque perduxit, ſed omnes quotquot moriebantur, in ſinum Abrahæ tranſmiſit: atq; inſuper quanta cum moleſtia & difficultate lex illa impleri debuit, quæ in ſe ſexcēta & tredecim comple-

Tertul. li. 5. contra Marcion.

Pſ. 30. v. 9.

S. Aug. ib.

Pſ. 118. 32.

Act. Ap. 15. v. 10.

Euthy. in Luc.

Iſa. 10. 27.

Cant. 6. 11.

ebatur

Philo Carpathius ibid. ctebatur præcepta? unde Philo Carpathius ait: *Currus vel quadrigas Eccleſiam ipſam poſitam dicit, ut ſe veluti piam matrem & ſanctiſſimum vehiculum, quo plures convehantur ad patriam, eſſe intelligat.* Hoc enim Evangelicæ legis tempore Chriſtianos in theda ſive quadriga in Paradiſum vehi, omnésque cœli vias complanatas, jucundas & faciles factas eſſe dicere poſſumus: *Aſpera in vias planas.*

Verſus 6.

Et videbit omnis caro ſalutare Dei.

Et videbit.

Joan. 1. 18. Iſa. 45. 15. 1. Verbum illud increatum ab æterno in ſinu Patris abſconditum ſubſtitit: *Unigenitus qui eſt in ſinu Patris.* Unde Iſaias meritò de ipſo dicit: *Verè tu es Deus abſconditus.* Quinque autem millium annorum ſpatio & amplius, poſtquam cœlum creâſſet empyreum (*Verbo Domini cœli firmati ſunt*) in operibus quidem ab ipſo creatis videri poterat, in facie autem nunquam factus eſt terræ viſibilis, adeóque mortalium nullus ſe Deum vidiſſe dicere potuit, quia *Non videbit me homo & vivet*: at verò poſt paucos dies unicuique hominum viſibilis apparebit & deſcendet: *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*; ſed quo fine? *Veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Cajetanus dicit: *Ecce adventus Meſſiæ omnibus carnalibus oculis manifeſtus, venit enim in vero corpore viſibili, & ſic publicè converſatus eſt, ut potuerit (quantum eſt ex parte ſui) ab univerſis oculis carnalibus videri.* Lucas Burgenſis legit: *Omnis homo ipſis ſuis oculis corporeis.*

Pſ. 32. 6. Exod. 33. 20. Baruch. 3. 38. Joa. 10. 10. Cajet. Lucas Burg.

Rup. Ab. de vict. verbi lib. 3. c. 8. 2. Rupertus Abbas Tuitienſis ad illam ab Aſſuero Rege promulgatam legem ſeſe reflectit, quia verebatur, ne ullus coram ipſo niſi primò expreſsè invitatus & vocatus compareret; legisque illius ſequentibus verbis tangit myſterium: *Ut Rex magni imperii plus homine putaretur habere aliquid, & ne vilior fieret ex uſu publicæ viſionis*; verùm non ità ſuprema illa Majeſtas facit, *quam adorant dominationes, tremunt poteſtates*; quin potiùs ad noſtram operaretur redemptionem legem primorúmque parentum peccatum expiraret: *Ecce quaſi unus ex nobis factus eſt; in terris viſus eſt, cùm hominibus converſatus eſt; videbit omnis caro; opprobrium hominum & abjectio plebis*; non enim ſolùm dignatus eſt pro noſtra ſalute homo fieri, ſed homine quid minus, ut ità loquar, fieri voluit: *Ego ſum vermis & non homo.*

Gen. 3. 22. Pſ. 21. 7.

3. Conſiderandum eſt autem, quòd non unusquisque hominum ipſum velut ſalutare, & Salvatorem aſpicere poterit, ſed illi tantùm, qui per condignas præparationes ad illum recipiendum ſeſe diſponent. Unde Lucas Burgenſis ait: *Quem ſcilicet quicunque cùm fructu ſalutis videre vult, & dignè excipere, ut debet, neceſſum eſt; ut ejus vita morésque ſint hac ratione præparati. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*, non oculus corporalis, ſed cor mundum oculus ille erit, qui utiliter & fructuosè in Salvatorem defigi poterit.

Lucas Burg. Matt. 5. 8.

4. Sciendum quòque eſt, verba hæc ex Iſaiæ prophetia deſumpta eſſe, qui poſtquam dixiſſet: *Erunt prava in directa, & aſpera in vias planas*, immediate ſubjungit: *Et revelabitur gloria Domini & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum eſt.*

Iſa 40. 4.

5. Salmeron ad illa verba: *Quod os Domini locutum eſt*, ſeſe reflectens, dicit: *Significat, quàm ſit Deus verax, quomodo adimpleat, quæ promiſit.* Enimverò quod gloriæ Dei in ejus Nativitate factam revelationem attinet, de ea nemini dubium eſſe poteſt, ſiquidem mox ùt natus fuit, Angelorum Hierarchiæ ipſum terræ annuntiantes, cœlitus deſcenderunt. *Gloria in altiſſimis Deo; de Virgine naſci dignatus eſt, ut hominem perditum ad cœleſtia regna revocaret.* Ad hæc Salmeron ait: *Ex adventu Domini revelata eſt gloria Domini, id eſt, filius Dei ſive vera Dei cognitio in mundum introducta eſt.*

Salmer. tr. 8.

Omnis caro.

6. Id eſt, *omnis homo*, quia in Scriptura ſacra *Caro* idem eſt, quòd *Homo*. *Verbum caro factum eſt*: *Omnis caro corruperat viam ſuam.* Quod ſi verò nomine carnis peccatores intelligere volimus, de illis quoque verum erit dicere, quòd de illi Dei in hunc mun-

mundum adventu participes futuri ſint, non quidem ad utilitatem, ſed in damnum & perniciem ipſorum, idque propriâ ipſorummet culpâ; etenim ipſum quidem videbunt, ſed ut ſeverum judicem, quem tanquam miſericordem Redemptorem contempſerant. Porrò in vigilia Natalis Domini hiſce verbis Deum rogabimus: *Præſta, ut unigenitum filium tuum, quem Redemptorem læti ſuſcepimus, venientem quoque judicem ſecuri videamus.* Gloſſa ex adducto Bedæ teſtimonio ita loquitur: *In hac vita omnis homo Chriſtum videre non potuit, ſed in die judicii in ſede Majeſtatis, & electi, & reprobi pariter videbunt, ut juſti remunerentur, & mali in æternum gemant.*

Gloſſ. ex Bed.

Titus Boſtr.

7. Titus Boſtrenſis hæc verba de fructu redemptionis noſtræ exponit, qui ad omnium ſalutem ordinatus erit; ſiquidem *vult omnes ſalvos fieri, voluntate antecedenti*, ut ſcholæ loquuntur: *Quia eo potientur omnes, & fructus ac virtus ejus dilatabitur uſque ad fines terræ.*

1. Tim. 1. v. 4.

8. S. Bonaventura pariter de promulgatione Evangelii per totum mundum facienda interpretatur, adducitque illud Pſalmi: *Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.* Pſ. 97. 3.

9. Dionyſius Carthuſianus nihilominus ità exponit: *Omnis homo, id eſt, aliqui de omni genere hominum corporaliter aspexerunt; ecce totus mundus abiit poſt eum.* *Dionyſ. Carth.*

Salutare Dei.

10. Lyranus ait: *id eſt Chriſtum*; hic enim à ſancto ſene Simeone, dum eum pectori ſuo fortiter adſtringeret, hoc titulo appellatus fuit: *viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Sciendum eſt autem, quòd, ubi vulgata noſtra legit: *Fœmina circumdabit virum*; ſeptuaginta legunt: *Circumdabit novam ſalutem*, ac proinde jure merito Salvator appellatur: *Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum.* *Lyran.* Luc. 2. 30. Jerem. 31. 22.

11. Euthymius ait: *Salutare, lumen Evangelii, vel ſalutarem incarnationem, quæ ambo præparavit Deus ante faciem omnium populorum.* *Euthym.*

* *
*

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS,

EVANGELIUM

Et cap. II. S. Lucæ.

33 ET erant Pater ejus & Mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo. 34. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum, cui contradicetur. 35. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. 36. Et erat Anna Prophetiſſa, filia Phanuel de tribu Aſer, hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. 37. Et hæc vidua uſque ad annos octoginta quatuor, quæ non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens nocte & die. 38. Et hæc ipsâ horâ ſuperveniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui exſpectabant redemptionem Iſraël. 39. Et ut perfecerunt omnia ſecundùm legem Domini, reverſi ſunt in Galilæa in civitatem ſuam Nazareth. 40. Puer autem creſcebat, & confortabatur plenus ſapientiâ, & gratia Dei erat in illo.

Verſus 33.

Erant Pater ejus, & mater ejus mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo.

Tolet. 1. SYriaca legit: *Mirabantur*, Vatablus: *Tenebantur autem Pater ejus & mater admiratione.* Toletus dubium hoc loco movet, quâ ratione videlicet admiratio iſthæc in matrem ejus cadere potuerit, cùm hæc à novorum & inopinatorum eventuum ignorantiâ communiter provenire ſoleat, ipſa autem omne id, quidquid illi Simeon dixit, ſeu potiùs prædixit, optimè ſibi perſpectum habebat, utpote quæ *Regina Prophetarum* ab Eccleſia appellatur. Quòd enim Simeon ſenex Salvatorem ad populum Iſraël redimendum, gentésque illuminandas veniſſe illi prædixit, hoc totum pridem antea perſpicuum illi fuerat, prout ex ejus ſacro Cantico clarè deducitur, ubi inter alia ait: *Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros;* Archangelus quòque de divino ejus partu illi revelaverat, dicens *Salvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Tres quòque Reges Orientales tanquam gentilitatis primitias in Bethlehem ipſa ſuſceperat, quomodo igitur gentium illuminatio ipſam in admirationem rapere potuit? Tandem verò idem Toletus hiſce verbis reſpondet: *Non ſemper admirationem eſſe eorum, quæ ignorantur, ſed etiam eorum, quæ captum & virtutem noſtram ſuperant, etiamſi nobis jam notificata ſint. Sancti enim viri ſæpius admirantur myſteria divina, immenſitatem bonitatis Dei, multáque alia hujuſmodi, etiamſi jam antè ſint ab eis fide percepta; nam admiratio ex fide ſæpe procedit, ut non aliud*

ſit

Dio. Cart. *fit admirari, quàm magnificare.* Dionyſius Carthuſ. in eundem ſenſum hiſce verbis loquitur: *Mirantes non admiratione dubitationis, ſed reverentiæ & congratulationis, hoc eſt, magnalibus atque magnificis laudibus de puero JESU prolatis à parentibus præcurſoris, ab Angelo exercituque Angelico, à paſtoribus quòque & Simone, mirabantur, quòd de eo, qui tanta paupertate & humilitate advenit, tam altiſſima dicebantur, quòd ſcilicet eſſet ſalutare Dei Patris, & omnium Dominus, lumen gentium, gloria Iudæorum, mundi Salvator, unigenitus Dei, verus Deus;* quæ omnia beatiſſimæ Virgo & S. Joſeph perfectè quidem ſciebant, mirabantur tamen, quò, cùm alii ipſum in tanta viderunt paupertate viventem, ipſum nihilo minus tanquam immenſæ majeſtatis venerarentur, cunctiſque annuntiarent velut verum Meſſiam & promiſſum Salvatorem.

Did. Stell. 2. Didacus Stella poſtquam eandem difficultatem moviſſet, quomodo ſcilicet Maria & Joſeph hujus admirationis affectûs potuerint eſſe capaces, hunc in modum quòque reſpondet, id nimirum factum eſſe, *Ex ampliori notitia rerum divinarum; opera enim Dei quantò ampliùs cognoſcuntur, tantò admirabiliùs mentem ſuſpendunt.*

Anonymus in Cat. Græc. 3. Incertus quidam Author in Catena Græca, aliam cauſam, unde talis admiratio nonnunquam procedit, aſſignat, dicens: *Quoties tranſcendentium rerum notitia in memoriam venerit, toties renovat in mente miraculum.*

S. Bonav. in Luc. 4. S. Bonaventura pariter varia motiva adducit, ob quæ Cœleſtus ille partus admirabilis eſſe videatur: *Mirantes; nam Chriſtus admirabilis eſt, ſecundùm quod mediator, ſecundùm quod Salvator, ſecundùm quod Doctor in ſapientia.* Euthymius admirationem hanc non tam ſuper ea, quæ à Simone audiverant, cecidiſſe cenſet, quàm ſuper ea, quæ de ipſo futura eſſe prævidebant: *Non quòd tunc primum de illo audiſſent, ſed quòd præter ea, quæ priùs didicerant, adhuc mirabiliora percipiebant.*

Euthym.

Dio. Cart. 5. Aliam hujuſce admirationis raticnem Carthuſianus aſſignat, dum ait: *Mirabantur quòque non parum, ſe electos ad tantum myſterium, & quòd mundi theſaurus eis eſſet commiſſus.*

Tolet. 6. Toletus notat, admirationem cadere poſſe vel ſuper ea, quæ accidunt, vel ſuper perſonas, quæ aliquid ſtupore dignum dicunt, vel faciunt; ſic Lucas autem in hoc noſtro caſu, ſuper quid ipſorum admiratio ceciderit, clarè ſatis expreſſit, dum ait: *Mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo;* Evangeliſta quidem, qua de re in ſpecie admirati fuerint, non declarat, quia motiva, ob quæ in admirationem rapiebantur, multa, eáque omnia ſtupenda erant. Legatur Diſcurſus undecimus de Nativitate Domini noſtri Tom. 4. Promptuarii ſacri, ſuper illa verba: *Mirati ſunt.*

Verſus 34.

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum, cui contradicetur.

Et benedixit illis Simeon.

1. Ex hiſce verbis Cajetanûs Simeonem ſacerdotem fuiſſe arguit, quia in veteri lege ad hos ſolùm pertinebat filios Iſraël benedicere, prout in lib. Numerorum cap. 6. legitur, idque tantò veriſimilius eſſe videtur ex eo, quòd benedictio hæc in templo facta fuiſſe dicatur: cujus aliam quòque rationem adducit, dum ait: *Imò ſignificatur, quòd pars ceremoniarum erat hujuſmodi benedictio, ex hoc, quòd utrique parenti benedixit:* Dionyſius Carthuſianus uſum fuiſſe ſcribit dandi benedictionem genitoribus, filium in templo, cum oblationibus in lege præceptis, offerentibus. Toletus advertit, eos, qui Simeonem ſacerdotem fuiſſe negant, pariter hanc benedictionem ſolemnem vel talem, qualis in lege præcepta fuerat, extitiſſe minimè admittere: *Hanc benedictionem non ſolemnem, nec quæ ex authoritate fit, interpretantur, ſed communem, quâ ex voto bona alteri precari, aut eos beatos aut felices prædicare ſolemus;* tametſi ipſe nihilominus aliam opinionem veriorem eſſe cenſeat, ſequentem potiſſimùm ob cauſam:

Cajet. *Dio. Cart.* *Tolet.*

Cùm enim S. Lucas narraret, à parentibus Chriſtum eſſe præſentatum in templo, nec ullius alterius Sacerdotis mentionem faceret: cùm veriſimile ſit, & ex ſcriptura deducatur, Sacerdotibus pueros præſentari, infertur Simonem ipſum fuiſſe Sacerdotem.

Alb. M. 2. Quanam autem in re benedictio hæc ſubſtiterit, variæ hac de re ſunt opiniones. Albertus Magnus dicit: *Creditur, quod ſicut benedixit Heli Annæ pro fœnore, quod accommodavit, multò magis Simeon, qui major fuit, quàm Heli, benedixit parentibus JESU pro Redemptore, quem obtulerunt Domino in templo ſuo.* Hugo Cardinalis exiſtimat, quòd cum S. Lucas hujuſce benedictionis formam non expreſſerit, credibile ſit, illam quandam fuiſſe gratiarum actionem: *Benedictio poteſt intelligi gratiarum actio, ſic enim benedicit creatura Creatori.* *Hugo Card.* *Dionyſ. Cart.* Dionyſius Carthuſianus in examinanda hujuſce benedictionis qualitate præ cæteris fuſior eſt, qui haud procul à vero abeſſe exiſtimat, benedictionem hanc illi valde fuiſſe ſimilem, quæ in lib. Numerorum cap. 6. deſcribitur hiſce verbis: *Locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, ſic benedicetis filiis Iſrael: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te; oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui; convertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem:* Veruntamen opinionem ſuam quoad hoc ſequentibus verbis ſubjungit: *Reor, quod Simeon ſpeciali omninò benedictione, benedixerit Mariæ & Ioſeph.* Ad hæc duo benedictionum genera diſtinguit, dum ait: *Hoc quòque ſciendum eſt, quòd duplex eſt benedictio, videlicet conſecrationis, vel donationis, & laudis; benedictione conſecrationis vel donationis major benedicit minori & Deus creaturæ, juxta illud Apoſtoli: Sine ulla autem contradictione, quòd minus eſt à meliore benedicitur.* *Hebr. 7. 7.* Qualis autem benedictio illa ſit, quâ Deus creaturæ benedicit, his verbis ibidem declarat. *Benedictio, quâ Deus benedicit creaturæ, & collatio munerum ejus, & multiplicatio eorundem: benedictione autem laudis minor benedicit majori, ſicque Simeon benedixit Deo; & in Pſalmo cantamus: Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo.*

Ianſen. 3. Janſenius dicit, quòd ex hac benedictione nulla deduci poſſit Simeonis ſupra B. Virginem & S. Joſephum præcellentia aut ſuperioritas: *Hujusmodi benedictio non arguit excellentiam majorem benedicentis, ſed tantùm votum animi ejus.* Toletus dicit: *Tolet.* *Benedixit, id eſt, benedictam ab omnibus benedicendam prædicat.* S. Bonaventura ait: *Benedixit, id eſt, benedictos prædicavit, Mariam, quia concepit, & Ioſeph, quia educavit.* *S. Bonav.*

4. Conſiderari quoque hoc loco poteſt Patrem æternum, quo tempore filius ejus infans erat, duobus ſenibus decrepitis inſpirâſſe ut eum benedicerent, laudarent & magnificarent: at verò quando idem Dei filius ad annos maturos pervenit, infantium & lactentium moviſſe linguas, acclamantes ei: *Hoſanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini.* *Matt. 21. v. 9.*

Et dixit ad Mariam matrem ejus. Ecce poſitus &c.

5. Quódnam obſecro in eo latet myſterium, quòd ſubitò, ùt Chriſtus natus eſt, mors ejus intimetur, mundóque eum in multorum ruinam & exterminium veniſſe, conteſtatio fiat? & tamen ſuaviſſimæ ſimul Angelicorum ſpirituum per aëra reſonantes melodiæ auribus noſtris percipiuntur, quibus ipſum in ſalutem noſtram promovendam veniſſe declaratur. Unde Eccleſia canit: *Gaudet exercitus Angelorum, qui ſalus æterna humano generi apparuit;* Item: *Ecce Rex tuus venit ſanctus & Salvator;* Et in hymno ad laudes recitari ſolito dicitur: *Beatus author ſæculi ſervile corpus induit, ut carne carnem liberans, non perderet quos condidit.* Cur igitur ſimul cum Chriſti Nativitate, mors & perditio multorũ annuntiatur? Porrò in hujus difficultatis reſolutione advertendum eſt, quòd tametſi verum ſit, Angelos in Chriſti nativitate annuntiâſſe pacem, hanc tamen non omnibus promiſerunt; quibus ergo? *Hominibus bonæ voluntatis,* Id eſt, *Chryſ.* ùt Chryſoſtomus ait: *Illis qui ſuſcipiunt natum Chriſtum.* Filius Dei Salvator naſcitur, ſed illis duntaxat, qui volunt ſalutem, non verò eis, qui illam rejiciunt, aut eâ abutuntur.

6. Por-

6. Porrò Sol per benignos influxus ſuos, ſalutiferó ſque radios, ſpiritus quidem humanis corporibus imprimit vitales, & tamen idemmet aſtrum per eoſdem ſplendores ſuos, caput hominis & cerebrum illius nonnunquam ita diſtemperat, ut per catharros & guttam apoplecticam perſæpè necem eidem ſubtilaneam inferat; quod tamen malum non à luce Solis, ſed à malorum humorum infirmi corporis noſtri indiſpoſitione procedit. Sapientia incarnata die quadam, cum quodam principe ſynagogæ de imperſcrutabili Incarnationis myſterio diſſerens, ait: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret.* Finis autem cur filium ſuum donârit, ſalus noſtra fuit; unde ſubdit: *Ut omnis, qui credit in illum non pereat, ſed habeat vitam æternam*: igitur in reſurrectionem illum nobis dedit, non in ruinam; unde & paulò pòſt ſubjunxit: *Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum*; quibus verbis utique indicare voluit, quòd primus ſuus adventus non ad judicandum mundum, ſed ad eundem ſalvandum directus fuerit: qua igitur ratione factum eſt, quod Simeon per æternæ veritatis oraculum dixerit: *Poſitus eſt in ruinam multorum?* Audite ipſummet Salvatorem, qui in ſuperiori cum Nicodemo habito diſcurſu immediatè ſubjungit, dicens: *Hoc eſt autem judicium*, quaſi dicat: Hæc eſt unica & ſola cauſa, quare ex Salvatore & Redemptore multis in judicem convertat inexorabilem: *Quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum mala opera*, plus etenim voluptas, divitiæ, gloria mundana, cunctáque alia inordinatorum appetituum noſtrorum objecta diliguntur, quàm à nobis propria æterna ſalus ametur.

Ioan. 3. 16.

7 Sancta Mater Eccleſia in hac feſtivitate canit: *Hodie per totum mundum melliſlui facti ſunt cœli*, quibus verbis ad nectar & ambroſiam paradiſi alludit, quæ hodie ſuper omnes novæ legis Evangelicæ fideles in magna copia depluit; ſiquidem in Chriſti incarnatione omnes ſunt donorum, gratiarum, auxiliorúmq; cæleſtium copioſiſſimo torrente perfuſi. Advertendum eſt autem, quòd ſicut ſupra ſuavitatem mellis nulla alia reperitur major, ita quòq; nulla eſt amaritudo ſimilis illi, quæ cauſatur à melle, quod in ſtomacho infirmo & languido recipitur. Eodem quòque modo allerere poſſumus, quòd filius Dei per ſuum in hunc mundum adventum in iis animabus, quas bene diſpoſitas eſſe deprehendit, ſalutem quidem operetur; veruntamen iis, qui malè & irreverenter illum tractant, non minùs ſe exhibebit ſeverum & rigoroſum. Unde Euſebius Emiſſenus: *Tantò graviora erunt humana delicta, quanto majora ſe oſtenderunt divina beneficia.* Valde etiam conſideranda venit illa dictio *Iſraël*: *Poſitus eſt in ruinam Iſraël.* Porrò de hoc populò Pſalmiſta ſcribit: *Non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis. Notus in Judæa Deus, in Iſraël magnum nomen ejus.* Huic namque populo inter omnes alias totius univerſi nationes, ſui accuratam tulerat fidei notitiam, huic ſacræ Scripturæ legem peculiari privilegio dederat: ad eandem quòque Prophetas in magno numero miſerat; multos enim Patriarchas ſanctitate inſignes habuerat, ſacerdòtii, templi, ſacrificiorum & regni honore eundem decoraverat, ipſemet in medio illius populi natus fuerat, Evangelium eidem ore proprio annuntiaverat, multòſque ejuſdem populi contribules, per tot patrata miracula variis beneficiis affecerat; quid igitur mirum, ſi eidem tot collatis bonis abutenti ſeverum & rigoroſum ſupplicium indixerit? *Poſitus eſt hic in ruinam Iſraël*: id quod deinceps verè & perfectè ad literam adimpletum fuit, ſiquidem populus iſte à tot retro ſæculis ad hæc uſque tempora, velut mancipium & cujuslibet gentis ludibrium, inter omnes totius terræ populos, diſperſus miſerrimè oberrat. Unde S. Gregorius Nyſſenus ait: *Iudæis ſpecialiter minatur ruinam non ſolùm à ſpirituali ſalute, ſed etiam propter deſtructionem urbis, & habitantium civitatum: reſurrectio verò exemplum velut conſepultis cum Chriſto, & ei conſurgentibus.*

Euſeb. Emiſſ. ho. 4. ad Monac.

Pſ. 147. v. 20. Pſ. 75. v. 1.

S. Greg. Nyſſ. in cat. Græc.

In ruinam.

8. S. Ambroſius in hiſce verbis Chriſtum ut Judicem obſervat, quaſi iiſdem verbis nobis diceretur: *Non eſt, quòd vobis tantùm*

S. Amb. in Luc.

tum per filii Dei tanquam Salvatoris benignitatem abblandiamini, quin potiùs dirigendus quòque eſt oculus veſter in divinam ejus juſtitiam; ſiquidem etiam tanquam Judex in fine ſæculorum ad nos venturus erit, *ut juſtorum iniquorúmque merita diſcernat, & pro noſtrorum qualitate actorum Iudex verus & juſtus aut ſupplicia decernat, aut præmia.*

Dionyſ. Carth. 9. Dionyſius Carthuſianus Chriſtum in reproborum & incredulorum ruinam & perditionem veniſſe ſcribit: *Generaliter loquendo, Chriſtus venit in ruinam omnium reproborum ſeu incredulorum.* Id quod etiam in Nazianzeno hiſce verbis ſcribitur: *Nazianz. orat. ad cives Naz.* *Chriſtus in ruinam & reſurrectionem multorum poſitus eſt, in ruinam nimirum incredulis, in reſurrectionem autem iis, qui fide præditi ſunt.*

Gloſſ. 19. Gloſſa per hanc ruinam exterminium intelligit viriorum: *In ruinam vitiorum*; quod Theophylactus multò apertiùs dicit: *In ruinam poſitus eſt Dominus malorum, quæ in animabus noſtris, in reſurrectionem verò bonorum, cadit fornicatio, ſurgit continentia.* *Orig. to. 16.* Cujus moralitatis Origenes primus ante omnes alios auctor extitit, cui dicit: *Habeo aliquid in me, quod malè ſtat, & peccatis ſuperbiæ ſe ingerit, hoc cadat, hoc ſubruat, poſtquam ille venit, & nunc quod in me malum fuit, corruit*; indè monet, ut in nobis adimpleatur illud Apoſtoli conſilium: *Mortificate membra veſtra ſuper terram, fornicationem, luxuriam, idololatriam, veneficia, &c. horum omnium utilis ruina facta eſt, una hæc eſt ruina, ad quam venit Chriſtus.*

Theoph. 11. Theophylactus autem ruinam hanc exponit de morte Redemptoris, quâ mediante futurum eſt, ut multæ animæ ad gratiam reſurgant, & ad gloriam: *Poſitus eſt in ruinam, hoc eſt, paſſurus eſt & caſurus in mortem, & cùm ceciderit ipſe, reſurgent multi.*

Sim. de Caſſia li. 2. c. 21. 12. Advertendum tamen eſt cum Simone de Caſſia, quòd dum Chriſtus dicitur poſitus in ruinam, id intelligendum ſit *occaſionaliter, quia poſitus eſt in ruinam hominum vitio.* *Didac. Stell.* Id quod Didacus Stella per ſimilitudinem quandam ad vivum exprimentem explicat, dum ait: *Lapis poſitus eſt in itinere, & oſtendit iter tu ſi impingis in illum, tibi imputabitur, quia ex malitia tua vel negligentia provenit.* Prophetа Evangelicus de Meſſia venturo diſſerens, hiſce nos verbis exhortatur: *Dominum ſanctificate, erit vobis in ſanctificationem, in lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali, in laqueum & ruinam habitantibus Jeruſalem*; ac proinde Judæi eum crucifixerunt, gentiles verò recepeount illum, & doctrinam ejus, illis factus eſt in offendiculum, quòd eos in barathrum uſque perditionis naufragari fecit; gentilibus verò, qui per terras, in quibus falſa ſimulachra adorabantur, diſperſi erant, factus eſt vitæ & reſurrectionis inſtrumentum: *Eſt in ruinam eorum*, inquit Albertus Magnus, *ſicut Sol eſt in tenebras, quia ubi non eſt lumen Solis, eſt tenebra, & tamen quantumeſt de Sole, ubique eſt lumen, ſed id, quod interponit ſe, ſicut cauſa Solis, facit, quòd Sol illuc non effundit lumen ſuum*; unde Job. cap. 24. dicitur: *Illi fuerunt rebelles lumini, neſciérunt vias ejus.* *Iſa. 8. v. 13. & 14.* *Alb. M.*

Et in reſurrectionem multorum.

13. Dionyſius Carthuſianus differentiam oſtendit, quæ electos inter & reprobos verſatur, dum ait: *Veruntamen non uniformiter venit, ſeu poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem, qui in ruinam reproborum eſt poſitus occaſionaliter & indirectè, in reſurrectionem verò electorum cauſaliter & directè.* Etenim ipſe in hunc mundum venit, ut noſtram operaretur ſalutem, niſi nos per malitiam & obſtinationem noſtrã nosmetipſos damnemus: *Perditio tua exte, tantummodo in me auxilium tuum*, Et in ſymbolo: *Propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis; & incarnatus eſt.* Unde Beda ait: *Bene in reſurrectionem, quia lumen eſt, quia gloria plebis Iſraël, quia dicit: Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet: & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum: quomodo autem in ruinam, niſi, quia & lapis offenſionis eſt, & petra ſcandali? id eſt, ruina his, qui offendunt verbum, nec credunt, de quibus ipſe dicit: ſi non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* *Dionyſ. Carth.* *Oſe. 13. 9* *Bed.*

14. Chryſoſtomus à S. Thoma in catena citatus, per hanc reſurrectionem converſio- *Chryſ. in cat.*

verſionem quandam, ſive laudabilem, & ſanctam converſationem intelligit: *Reſurrectio quidem eſt converſatio nova, cùm enim laſcivus caſtus efficitur, avarus miſericors, atrox manſueſcit, reſurrectio celebratur, mortuo quidem peccato, reſurgente verò juſtitiâ.* Et quidem hæc ſpiritualis reſurrectionis operatio per Chriſti adventum in ejus Natalibus feſtis in multis animabus producitur.

Alb. M. 15. Albertus in eundem ferè ſenſum hiſce verbis ſcribit: *Omnibus videlicet, qui fide & moribus convertuntur ad ipſum, & horum reſurrectionis cauſa eſt ipſe; eſt autem reſurrectio à culpa per gratiam; reſurrexit propter juſtificationem noſtram.*

Did. Stell. 16. Didacus Stella, qui in adducendis ſenſibus moralibus eximius exiſtit, hoc poſt ſe monitum ſcriptum reliquit: *Nemo, quamvis ſit vitiis ſuffocatus, & jam in barathro peccatorum ſepultus, deſperet; poſitus eſt enim Chriſtus in reſurrectionem multorum; non eſt teſurrectio, quin præceſſerit ruina.*

17. Eſt & alia quædam ejusdem pientiſſimi Authoris conſideratio ſcitu utiliſſima, nimirum, quòd Salvator noſter per ſuam miſericordiam multis inſtrumentum ſit reſurrectionis; perditionis autem iis, qui eâdem miſericordiâ abutuntur: *Nam peccatores plurimi videntes Dei miſericordiam, & quomodo indulget peccatoribus, reſurgunt à peccatis; ſed aliis eſt in ruinam, quia videntes, quòd Deus miſericors eſt, abutentes ejus miſericordiâ, fiunt deteriores, & bonitate Dei, quâ convertendi erant, abutuntur, & pejores fiunt.*

In Iſraël.

18. Idem quòque ad id ſe reflectit, quod ſuprà à nobis inſinuatum fuit, nimirum quod Chriſtus ſpecialiter futurus ſit occaſio ruinæ multorum in Iſraël: *Non dicit poſitum in ruinam in Babylonem, ſed in Iſraël, quia Chriſtus magis offenditur ab his, in quos majora contulit,* adducítque notum illud Malchi exemplum, qui dirum illum colaphum Chriſto, coram facie Caiphæ, infligere non dubitavit: *Quamvis plures reportaverit colaphos, tamen hunc cæteris plus ſenſit, quia huic ſanaverat abſciſſam auriculam.* Quando aliquem ex ſublimi valdéque eminenti loco labi contingit, lapſus talis ſemper eſt irreparabilior, quàm ſit ille, qui alicui in via plana accidit: eodem modo, qui lumine aliquo notitiæ Dei imbuti Deum offendunt, longè ſunt culpabiliores majúsque merentur ſupplicium, quàm illi, qui ad tantam Dei & myſteriorum fidei notitiam introducti non ſunt: *Sicut lumen eorum, ità & tenebræ eorum.* Ecce tibi hunc caſum in terminis alibi ab eodem Evangeliſta inſinuatum; dicit enim: *Tu Capharnaum uſque ad cœlum exaltata,* cujus proinde ruina & lapſus profundior eſſe non potuit, quia *uſque ad infernum demergeris;* idque ex ea ſolùm ratione, quia Capharnaum juxta lumen & notitiam, quam de Deo habebat, minimè correſpondit: unde idem Stella nos & omnes alios Chriſtianos jure merito hiſce verbis hortatur, dum ait: *Severa utique hæc prædicatio eſt, quam omnes, qui Chriſtiani ſumus, ſæpe contemplari debemus, ut videamus, quid in nobis operetur agnitio Chriſti, an ad meliora pergamus, an verò in deteriora ruamus.*

Luc. 10. 15.

Did. Stell. ib.

Et in ſignum.

19. Janſenius per hoc ſignum ſtupendum aliquod in perſona Chriſti latens prodigium intelligit: *Quòd res eſſet nova & inſolita, qualis non fuerat ab initio mundi, utpotè Deus ſimul & homo, qui per novam ſuam ex Virgine nativitatem, mirabilium patrationem, Crucis ignominiam, ac deinde glorioſam Reſurrectionem & aſcenſionem in magnum ſtuporem homines eſſet adducturus.*

Janſen.

20. Cajetanus quòque per ſignum hoc eadem prodigia intelligit, quòd ſcilicet tener quidam infans in tanta paupertate natus, tandem in adultiori ætate per miracula adeò fuerit factus glorioſus atque conſpicuus: *Pauperculus tot & tanta miracula faciens, poſtea crucifixus, ac reſurgens ex mortuis, appellatur ſignum.*

Cajet.

21. Hugo Cardinalis ait: *Multipliciter poſitus eſt nobis Chriſtus in ſignum; poſitus eſt enim in præſæpio in ſignum paupertatis & humilitatis: & hoc vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum & poſitum in præſepio; item poſitus eſt in Cruce, in ſignum patientiæ & obedientiæ.*

Hugo Card.

22. Idem

22. Idem quòque Eminentiſſimus Doctor ly *in ſignum* gloſſat, ut idem ſit, quod *in ſigillum, ut in eo imprimamur per imitationem operis*; neque enim filius Dei eo ſolùm fine deſcenderat, ut mundum redimeret; verùm etiam ut ſemetipſum normam exhiberet chriſtianè vivendi, ac proinde nos invitat, dicens: *Diſcite à me*, Didacus Stella ait: *Poſitus eſt Chriſtus in ſignum humilitatis in præſepio, in ſignum pauperta-* Did. Stell. *tis in Purificatione, & in ſignum charitatis & patientiæ in Paſſione, ſed huic ſigno contradicunt ſuperbi, iracundi, avari; denique omnes peccatores.*

23. Dionyſius Carthuſianus ſignum hoc de Chriſto ut mediatore & pacificatore exponit: *Poteſt exponi de ſigno pacificationis, ut ſit ſenſus: poſitus eſt in ſignum fœderis & reconciliationis, ſeu pacis inter Deum & hominem, quia ſcilicet factus eſt mediator Dei & hominum*: Unde ipſum in arcu cæleſti præfiguratum fuiſſe dicit, de quo Deus ait: *Arcum meum ponam in nubibus, & erit in ſignum fœderis.* Dionyſ. Carth.

24. Euthymius per hoc ſignum vel metam, Chriſtum Crucifixum interpretatur: *Quidam ſignum, cui contradicitur, dicunt crucifixionem; ſignum quidem quaſi ſymbolum amoris erga homines; nam hanc propter homines ſuſtinuit.* Porrò ſerpens æneus in ligno elevatus, Chriſto ipſomet teſte, ejus crucifixionem præſignavit; de hoc autem dicitur: *Pone eum pro ſigno, &c.* Enimverò quidnam in eo latet myſterii, quòd Chriſtus vix etiamnum natus, & faſciis involutus à Simeone ſene in patibulo velut extenſus repræſentetur: & ſimiliter S. Mater Eccleſia in rituum, divinorúmque officiorum directione, à Spiritu ſancto gubernata, hoc Evangelium, ut infra octavam Nativitatis ejus legeretur, ordinavit. Cur ità? Sine dubio id factum eſt, ut nos fideles indè doceremur, quòd licèt triginta tres annos moratus fuerit, priusquam in cruce moreretur, noſtræque redemptionis pretium actualiter expediret, nihilominus à primo non ſolùm Nativitatis, ſed & Conceptionis ſuæ inſtanti, doloſiſſimæ paſſionis ſuæ dederit initium: *Pauper ſum ego & in laboribus, à juventute mea.* Aliqui apud Lorinum pro *juventute*, legunt *à puero*, Chaldæus legit *exſpirans*, alii *moriens, moribundus, agonizans, penè mortuus à puero*; unde pie meditari poſſumus, quòd Chriſtus tenellus adhuc infans exiſtens, lachrymas loco ſanguinis effuderit, ſéque à ſtirpibus fœno permixtis loco ſpinarum compungi permiſerit, quòd in præſepio libenter nudus contremuerit, cogitando, ſibíque imaginando nuditatem Crucis: quòd denique in duobus illis jumentis, duos agnoverit latrones, in quorum medio ſuo tempore debebat eſſe ſuſpenſus; ac proinde ubi noſtra vulgata in Abacuc legit: *In medio annorum notum facies*; Septuaginta legunt: *In medio duorum animalium cognoſceris.* Et S. Hieronymus communem ſecutus opinionem ſcribit, per duo iſthæc animalia propriè prænotari duos latrones cùm Chriſto crucifixos, *Porrò interpretatio & opinio vulgi de Salvatore intelligit, quòd inter duos latrones crucifixus agnitus ſit.* Habac. 3. v. 2. S. Hier. ibid.

25. S. Bernardus etiam Paſſionem Redemptionis non ſolùm una nocte & die, ſed toto tempore vitæ ejus durâſſe dicit: *Crux Chriſti non fuit unius dici, ſed totæ ejus vita crux fuit*; idque per propheticum illud Iſaiæ oraculum probat, dicentis: *Parvulus natus eſt nobis, cujus imperium ſuper humerum ejus*, quibus verbis natales pariter cum ejus crucifixione conjungit. S. Bern. ſerm. 5 de paſſ. Iſa. 9. v. 6.

26. Idem melliſluus Doctor in alio quodam ſermone ait: *Crucem, quam imperii nomine ſignificavit, nativitati ſtatim adjunxit, quia profecto à Nativitatis exordio, paſſio Crucis ſimul exorta eſt.* Serm. 27 de vit.

27. Author operis imperfecti in ea eſt opinione, quòd Jeſulus infans ſe in prodigioſa illa ſtella, tribus Magis Orientalibus videndum præbuerit, veluti Crucem in humeris geſtantem; éſtque ſatis credibile, quòd ob eandem cauſam eisdem tribus Magis inſpiraverit, ut inter cætera dona regia ipſis quóque myrrham offerrent, denotantem ejus ſepulturam. A Spiritu ſancto, qui Incarnationem Verbi in utero Virginis operatus fuit, dictata ſunt verba ſequentia: *Ingrediens mundum, dicit: Hoſtiam & obſequium noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi: Eccevenio.* Quem textum Doctor Angelicus ad propoſitum noſtrum Auth. Imperf. ho. 2. Heb. 10. v. 5. 6. & 7.

Joan. 3. 14. Num. 21. v. 8 Pſ. 87. 16.

Th. ib. noſtrum declarat dicens: *Quomodo aptaſti mihi in Conceptione; tunc dixi: Ecce venio ad paſſionem;* alii loco *aptaſti*, legunt *perforaſti*. Quo myſterio factum fuiſſe exiſtimatis, quòd Chriſtus eo tempore, quo barbara illa innocentium puerorum ſtrages inſtituebatur, per infallibilis & cæleſtis providentiæ conſilium fugam ſuam in Ægyptum adorſus fuerit? Num fortè alia ei deerant loca, in quibus abſondi poteratis, qui S. Felici Epiſcopo Nolano, ut illam à ſuis perſecutionibus tueretur atque defenderet, vel ex ipſis aranearum telis munimenta, & fortalitia fabricare novit? *Omnia in figura contingebant.* Porrò de hoc Agno immaculato, qui veluti hoſtia quædam pro humani generis redemptione ſacrificandus erat, ſcribitur, quòd ſit *Agnus occiſus ab origine mundi.* In Ægyptum igitur ſe contulit, ubi ante tot elapſa ſæcula jam dudum in figura ſacrificatus fuerat, ubique Hebræorum fores Agni ſanguine in ſignum ſecuturæ ſalutis, quòd videlicet ab Angelo, omnia Ægyptiorum primogenita percutiente, ejúsque gladio eximendi eſſent, conſperſæ fuerant, quia nimirum tener & innocens Agnus Chriſtus per hoc, quantum ab illo tempore uſque ad imminentis Paſſionis ſuæ horam ſanguinis, pro ſalute mundi effundendi cupidus fuerit, oſtendere voluit.

Apoc. 13. v. 8.

28. S. Bernardus ſollicitudinem Chriſti devotè meditatur, quam vix etiamnum natus ad venas ſuas aperiendum in ſe habuit, & palam oſtendit: *Vide quantum ad ſuſcipiendos dolores feſtinavit, quam paratus & promptus ſanguinem effundere, circumciſus pro nobis, die Nativitatis ſuæ octavo.* Enimvero videri nonnemini conveniens poterat, quod cùm in hunc mundum venerit, ut totum illuminaret univerſum, depulſisque ab humano genere infidelitatis tenebris, lumen & Divini numinis notitiam & agnitionem ei communicaret, alibi quàm in Judæa ſeu Hebraiſmo natus fuiſſet, ſiquidem jam dudum *Notus erat in Judæa Deus, in Iſraël magnum nomen ejus.* Cur non potiùs in urbe Romana, quæ nobis caput eſt, natus fuit? de qua S. Leo ſcribit, quòd *omnium gentium ſerviebat erroribus*, & maximè orationem, quam idem Sanctus ibidem ſubjungit: *Quæ uſquam gentes ignorarent, quod Roma didiciſſet?* S. Irenæus difficultatem hanc in favorem propoſiti noſtri præſentis reſolvit dum ait: *Ideò Chriſtus naſcitur in Judæa, & non in gentibus, quia gentilitas carebit circumciſione, & ideo in Judæa oſtentat gloriam in primordio Nativitatis ſuæ in effuſione ſanguinis.*

S. Bern. de paſſ. c. 2.

S. Leo ſer. 1. in nat. Apoſt. Petri &c.

S. Iren. l. 3. c. 7.

Cui contradicetur.

29. S. Auguſtinus ſcribit: *Duo genera hominum demonſtravit, & contradicentium gratiæ Chriſti, & percipientium gratiam Chriſti, ut illis ſit aqua contradictionis, iſtis ſanctificationis; nam de ipſo Domino in Evangelio legitur; & in ſignum cui contradicetur.*

S. Aug. l. 4. q. in nu. q. 36.

30. Dionyſius Carthuſianus diſtinctionem quandam ſignorum inſtituit, vel enim intelligitur ſignum quoddam ſignificativum, quale eſt hædera in tabernis; vel etiam miraculum, quod ſignum quoque dicitur: *Niſi ſigna & prodigia videritis*; vel etiam inſignia quædam, qualia in vexillis inſui vel pingi ſolent, ad diſcernendos unius & alterius partis milites; demum verò omnia hæc ſigna Salvatori noſtro adaptat, dicens: *Juxta primam acceptionem ſenſus eſt, poſitus eſt Chriſtus in ſignum, id eſt ad Evangelicæ veritatis doctrinam inſinuandam ſeu proponendam, cui à multis contradicetur vel verbo, vel opere, vel modo utroque inobedientes, nam Chriſtiani opere contradicunt: juxta ſecundam acceptionem ſenſus eſt, poſitus eſt hic in ſignum id eſt miraculum, quia & ipſo Chriſto homine de Virgine nato mirabilius quid eſt omnium, quæ de Chriſto narrat ſcriptura? ſignum eſt hoc, id eſt miraculum, cui contradicetur, à perfidis univerſis, ut quod mater virgo eſt; quod in unitate perſonæ ſit Deus & homo; quod veraciter ſurrexit.* Huncque Origenis ſenſum eſſe dicit: *Juxta tertiam acceptionem, per ſignum intelligitur Crux Chriſti, ſeu fides Chriſti, quo ſigno diſtinguuntur ſervi Chriſti à ſervis Diaboli, dum ſignum iſtud ab illis honoratur, ac fronti imponitur, ab illis contemnitur.*

31. Tertullianus eodem, quo Origenes modo hanc contradictionem exponit in ordine ad fidei noſtræ articulos, humana ratiocinatione imperceptibiles: *Propterea dabit Dominus vobis ſignum: Ecce virgo concipiet, agnoſcimus ergo ſignum contradicibile conceptum*

Tertull. de car. Chriſti c. 25.

ceptum & partum Virginis Mariæ, de quo Academici isti: Peperit & non peperit, Virgo & non Virgo. Quibus tamen Tertullianus respondet: *Peperit quæ ex sua carne, & non peperit, quæ non ex viri semine; Et virgo quantum à partu.*

32. Signum quòque dici potest scopus seu meta, vel album in quod sagittantis acies & sagittæ diriguntur; quo etiam modo innocentia pariter & sanctitas Christi signum dici potest, quia ejus innocentia signum fuit, in quod Hebræi pungetia calamitatum, improperiorum & persecutionum suarum fulmina, & sagittas evibrarunt. Toletus dicit, quòd hoc signi nomine vexillum intelligatur bellicum, sub quo milites adversus hostes conscribi solent: *Hoc signum Christus extulit, quando suâ prædicatione & doctrina Judæos ad Evangelium convocavit, & quando Apostolos in mundum misit annuntiare adventum suum; sicut igitur vexillis solent adversari hostes, qui contraria sequuntur signa & vexilla, ita Christus in hoc mundo, quando militiam suam instituit, habuit multos ex Judæis, qui ei contradixerunt.* Contradictiones enim passus fuit, quoad progeniem & generationem suam humanam: *Nonne hic est filius fabri, & mater ejus Maria?* Quoad patriam in qua conceptus & educatus fuerat: *A Nazareth potest aliquid boni esse?* Similiter quoad provinciam, ad quam spectabat: *A Galilæa Propheta non surgit.* Quoad personam: *In furorem versus est.* Quoad doctrinam, quæ miraculosa videbatur & infusa: *Quomodo hic litteras scit, cùm non didicerit?* Quoad vitam & mores: *Scimus, quia hic homo peccator est.* Quoad religionem & cultum divinum: *Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit.* Quoad conversationem ejus familiarem: *Ecce homo vorax, & potator vini publicanorum & peccatorum amicus.* Quoad propositos sibi operum suorum bonorum fines & intentiones: *Et murmur multum erat in turba de eo, quidam enim dicebant, quia bonus est: alii autem dicebant: non, sed seducit turbas.* Quoad patrata ab illo miracula: *In Belzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* At verò prout optimè Toletus considerat: *Nihil affecerunt, nam hic positus & firmus permansit in vexillum contradictionis & sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.*

Tolet.
Matt. 13. v. 55.
Joa. 1. v. 46.
Joan. 7. v. 52.
Marc. 3. v. 21.
Joan. 7. v. 15.
Joan. 9. v. 24.
Ib. v. 16.
Matt. 11. v. 19.
Joan. 7. v. 12.
Luc. 11. v. 15.
Tolet.

Versus 25.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

1. Divina Sapientia, de qua scribitur: *Benè omnia fecit,* gaudia beatissimæ Virginis, quibus in cœlesti partu suo perfusa fuit, per crucis & mortis Filii sui prædictionem amaricare voluit; ut hac ratione mundum doceret, gaudia & lætitiam ejus aliqua semper tristitia esse permixta; neque enim in hoc sublunari mundo pura unquam gaudia reperiri possunt, quin potiùs semper *risus dolore miscebitur.* *Prov. 14. v. 13.*

2. Euthymius qualisnam gladius animam Virginis transfixurus erat, hisce nobis verbis exponit: *Gladium nominavit dolorem acutissimum, maximèque dividentem, qui penetravit cor Matris Dei, dum Filius ejus crucifixus est.* Beda dicit: *Fuisse dolorem Dominicæ Passionis.* Hugo Cardinalis per adductam ejusdem Bedæ authoritatem ità scribit: *Quia sicut dicit Beda, non potuit videre Filium crucifixum, sine affectu materni doloris, etsi speraret resurrecturum & mortem superaturum,* Cajetanus dicit, quòd gladius ille fuerit *Cruciatus compassionis, quem sustinuit, usque ad intima B. Virgo in passione Filii.* *Euthy.* *Beda in Luc.* *Hugo Card.* *Cajet.*

3. S. Bonaventura dicit, quòd, quia B. Virgo in partu suo à doloribus libera permansit, ideò Deus illam postea in morte Filii sui longè acerbiores experiri voluerit; id quod etiam Damascenus observavit, dum ait: *Dolores, quos pariens affugit, tempore passionis sustinuit.* Unde argumentum arctissimè stringens facere licet; quòd si Christus innocentissimam Matrem suam ità tractavit, à doloris gladio eandem nequaquam eximere volens, quis igitur nostrum de occurrentibus in hac lachrymarum valle adversitatibus & ærumnis lamentari audebit, sciens se Deum pluribus modis offendisse, adeòque non unum sed

S. Bona. in Luc.

plures

plures inferiores fuiſſe commeritos, tantum abeſt, quòd Mariæ innocentiâ prædíti fuerimus.

Dionyſ. Carth. 4. Dionyſius Carthuſianus citat S. Ambroſium dicentem: *Per gladium intelligit verbum, ſu ſapientiam.* juxta illud S. Pauli ad Epheſios: *Accipite gladium ſpiritus, quod eſt Verbum Dei; itaque ſenſus eſt* (ſunt verba Carthuſiani) *tui ipſius animam pertranſibit gladius, id eſt, intellectum tuum intime illuſtrabit verbum vel ſapientia myſterii Crucis, ità quod illud non ignorabit, ſed præcognitio paſſionis Filii tui tua intima penetrabit.* *Eph. 6. v. 17.*

Beda in cat. 5. Beda in catena citatus, per gladium hunc perſecutionem intelligit, quâ in decurſu ſæculorum affligenda erat ſancta Dei Eccleſia: *Sed uſque ad conſummationem ſæculi præſentis, Eccleſiæ animam gladius duriſſimæ tribulationis pertranſire non ceſſat, cum ſigno fidei ab improbis contradici, cum audito Dei verbo multos cum Chriſto reſurgere, ſed plures à crudelitate ruere gemebunda pertractat, cum revelatis multorum cordium cogitationibus ubi optimum Evangelii ſevit ſemen, ubi zizania vitiorum vel plus juſto prævalere vel ſola germinare conſpicit.*

Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

6. Ly *ut* non tam intentum & deſideratum finem, quàm eventum importat, quaſi Simeon dicere vellet: tunc apparebit manifeſtè, quàm Scribæ & Phariſæi, qui ſe Meſſiam deſiderare apparenter ſimulabant, illi futuri ſint contrarii, atque ab ejus perſona & operibus alieni; Enimverò, Scribæ & Phariſæi Chriſtum Meſſiam in propinquo eſſe, ex ſcripturæ arcanis, ſcientes eundem ardenter deſiderabant, perſuadentes ſibi omninò, illum tanquam Regem & Monarcham ſupremum, cum faſtu & pompa mundana, magnaque cum majeſtate & magnificentia venturum eſſe; at verò quando illum humilem, pauperem, contemptum, & in tali ſtatu poſitum eſſe viderunt, in quo ambitioſas eorum fovere cogitationes, ipſorúmque cupiditates, quæ inſatiabiles erant, nutrire non poſſet; imò quando illum audierunt annuntiantem mortificationem, ſuique ipſius contemptum, quandóque paterni honoris zelo accenſus, vitia ipſorum acriter reprehenderet, hypocriſim & ſimulationem illorum detegeret, tunc pridem palam facta eſt invidia & odium, quod adverſus ipſum, donec in Crucis trunco ipſum ſuſpenderent, tenaciſſimum conceperant. In ejus namque crucifixione manifeſti in Hebraiſmo fiebant illi, qui recta erga illum, & qui ſiniſtra intentione ferebantur. Unde Hugo Cardin. ait: *Crucifixo Domino patuerunt iniquæ cogitationes Iudæorum, quæ uſque tum latuerunt in cordibus eorum.* *Hugo Card.* Nicodemus enim, qui prius occultus deliteſcebat, tunc ſectatorem & diſcipulum ſe Chriſti eſſe manifeſtavit: Idem quòque fecerunt alii, ut Joſeph ab Arimathia, & illi, qui *Revertebantur percutientes pectora ſua.* Deus olim per os Oſeæ Prophetæ prædixit: *Cùm ſanare vellem Iſraël, revelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ.* *Oſe. 7. v. 1.* Judas etenim ſe proditorem eſſe manifeſtavit; Caiphas pronuntiavit: *Expedit ut unus moriatur homo pro populo*: denique iniquiſſimi Scribæ, Phariſæi, & Sacerdotes apertè ſe coram Pilato ſteterunt, voci ferantes: *Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* *Joa. 11. v. 50.* *Joa. 18. v. 30.*

7. S. Bonaventura ait: *Quia hoc conſecutum eſt ad Paſſionem Chriſti, quia videlicet Iudæorum carnalium & hypocritarum fuit cordis iniquitas revelata.* *S. Bona.* S. Auguſtinus ait: *Per Domini Paſſionem & inſidiæ Iudæorum, & diſcipulorum infirmitas patuit.* *S. Aug. epiſt. 50*

Verſus 36.

Et erat Anna Prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer. Hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo, annis ſeptem à virginitate ſua.

Et erat Anna.

1. Sanct. Bonaventura ait: *Poſt teſtimonium ſexûs virilis ſequitur teſtimonium ſexus muliebris; docebat enim Chriſti adventum teſtimonium habere ab omni genere perſonarum, ut inexcuſabiles ſint, qui non credunt* *S. Bona.*

Evangelio; unde Chriſtus habuit teſtimonium & Angelicum & humanum; Et iterum quantum ad ſimplices, & quantum ad perfectos: Et iterum perfectorum in utroque ſexu, ut oſtendatur, quod uterque ſexus ad redemptionem ſpectabat, ſicut uterque ceciderat. Pergit deinde oſtendere, ſeptem de Chriſti nativitate perhibita fuiſſe teſtimonia quorum primum fuit ſtella illa prodigioſa, quæ noviter in cœlo rutilans tres Reges ab Oriente evocavit; ſecundum, venerandum puerulo recens nato à paſtoribus redditum obſequium; tertium, adoratio Magorum. Quartum, confeſſio & cordialis amplexus, quo ſanctus Simeon ſenex puero occurrebat. Quintum hujus Annæ viduæ prædictio. Sextum Angelorum canentium jubilus. Septimum ſanctorum Inoncentium martyrium, de quibus Eccleſia ita canit: *Cujus præconium Innocentes Martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt;* ac tandem Seraphicus Doctor concludit: *Et ſic omnis natura, omnis ſexus, omnis ætas Chriſto naſcenti teſtimonium perhibuit, quia ipſe debebat reparare omnia.*

Alb.M. 2. Albertus Magnus aliam quandam conſiderationem inſtituit, quia originem miſeriarum noſtrarum quæ jam per Filii Dei in hunc mundum, adventum reſtauratæ eſſe noſcuntur, dicit: *Ut ex eiſdem habeamus & ex tot reparationem vitæ, ex quibus & quot habuimus initium mortis: vir enim & mulier ſibi & diabolo conſentientes, induxerunt mortem: ſimiliter vir & mulier ſibi invicem & Deo conſentientes, confeſſione ſua adduxerunt vitam: duo virgines Joſeph & Maria, duo conjugati Zacharias & Eliſabeth prophetaverunt;* ſupererat de viduis, *& ideò venit ad templum Simeon viduus, ut creditur, quia cum uxore veniſſet; venit Anna vidua, ne aliqua vitæ profeſſio deeſſet vel ſexus.* Non ſine myſterio ad ſui confeſſionem, omnis ætatis, ſexûs, conditionis, & profeſſionis homines concurrere voluit, id enim ita ordinavit, non ſolùm ne aliquis ſeipſum non agnoviſſe dicere, aut excuſare poſſet, verùm etiam ut omnibus innoteſceret, ipſum de cœlo deſcendiſſe pro ſalute uniuſcujuſque indifferenter, abſque ullo vocationum, ſtatuum, hominumque diſcrimine; voluitq; oſtendere ſe ei, qui magis ipſi placet, dona & gratias ſuas conferre. Unde Beda ait: *Prophetavit Simeon, prophetavit copulata congugio, prophetavit virgo, debuit etiam vidua, ne aliqua aut profeſſio deeſſet aut ſexus.* Omnino cum his conſonat, quod S. Ambroſius de hac à quovis hominum ſtatu & conditione facta recognitione hiſce verbis ſcribit: *Non ſolum a Paſtoribus, ab Angelis & Prophetis, & parentibus, ſed etiam a ſenioribus & juſtis generatio Domini accepit teſtimonium; omnis ætas & uterque ſexus, cunctorumque miracula fidem adſtruunt virgo generat, ſterilis parit, mutus loquitur, Eliſabeth prophetat, Magus adorat, utero clauſus exultat, vidua confitetur? juſtus exſpectat.* *S.Ambr. in Luc.*

3. Porrò de hac ſancta muliere jure dici poteſt: *Secundum nomen tuum, & ſic laus tua;* ſiquidem *Anna* idem ſignificat quod *gratia.* Unde S. Bonaventura ait: *Anna interpretatur gratia, in quo oſtenditur, quòd rectè decebat hanc mulierem prophetare, quæ erat habitaculum gratiæ;* meritò enim illa Chriſtum annuntiare debuit, qui ad novam gratiæ legem promulgandam venit. *S.Bonavent.*

4. S. Fulgentius illam cum generoſa virragine Judith hiſce verbis comparat: *Quàm verò multum Deus in utraque vita continentiam ſibi placitam demonſtrarit; nam Judith ſpiritualibus armis accincta caput laſcivi prædonis abſcidit: Anna verò ipſum caput Eccleſiæ Spiritu ſancto repleta cognovit; quia ſanctimoniam virginalem, viduali continentia gradu inferiore ſubſequitur, idcirco poſtquam de virginitate natus eſt Dei filius, vidualis linguæ dignatus eſt officio prædicari.* *S.Fulgen. ep. 2. ad Gall. c. 15.*

Hæc proceſſerat in diebus multis.

5. Dionyſius Carthuſianus ait: *Hoc eſt, diu vixit, & virtutibus magis proceſſit, quàm annis, quotidie augens merita ſua.* Albertus Magnus quòque ſimilem adducit conſiderationem ſuper ly *proceſſerat*, quo ſanctus Lucas non ſine myſterio utitur: *Proceſſerat, quia ſemper profecit.* Eccleſ. 18. *Cùm conſummaverit homo, tunc accipiet.* Beda morem hujus ſanctæ mulieris innocentiam hiſce verbis admiratur: *Devotæ converſationis, & venerandæ ætatis, digna per omnia quæ Domino incarnato teſtimonium ferret,* Notat Albertus Magnus, quòd Spiritus *Dio. Carth. Alb.M. Bed. Alb.M.*

Spiritus ſanctus illam per os Evangeliſtæ ex pluribus capitibus commendet: *Commendatur à nomine, à genere, à longanimitate, à caſtitate, & cultus divini devotione.* Et quidem inter aliàs virtutes in præclara hac anima ſpecialiſsimè ſex inſigniores virtutes notare poſſumus, nimirum caſtitatem, orationem continuam, abſtinentiam, exactam divinorum mandatorum obſervantiam, ſollicitam animi ejus ad divinum cultum applicationem, & ſtabilem in omnibus hiſce ſanctis operibus, per multósq; annos continuatam perſeverantiam.

6. Obſervandum quòque eſt hoc loco, quòd tametſi Hieroſolymis multi reperirentur Scribæ, Legis Doctores, Sacerdotes, Pontifices, primariíque ſynagogæ Principes, nihilominus increata illa & incarnata Sapientia, de qua dicitur: *Omnia inſapientia feciſti*, ſe decreptæ cuidam vetulæ manifeſtare voluit; ex quo clarè deducitur, Deum animas fideles non propter nobilitatem, & natalium celſitudinem, non propter doctrinam, ſcientiam, nec propter divitias aut dignitatem, ſed propter innocentiam, & bonitatem vitæ, ob bonorum morum integritatem & cordis ſimplicitatem duntaxat æſtimare: *Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.* *Prov. 3. v. 32.*

Et vixerat cùm viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua.

S. Bonavent. 7. Sanctus Bonaventura ſanctam hanc mulierem caſtitatem in pluribus ſtatibus integrè obſervaſſe, notat. *Habuit*, inquit, *continentiam virginalem, vidualem conjugalem pro loco & tempore.* *Tert. con. pſychic. c. 8.* Tertulianus in laudem pudicitiæ & abſtinentiæ, quæ comes ejus eſt individua, ità ſcribit: *Oſtendens à nullis melius intelligit Chriſtum, quàm ſemel nuptis, & ſæpè jejunis.* Inter alias beatitudines admodum celebris eſt illa: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Et ideò Hieroſolymis multi fuerunt, qui Redemptorem noſtrum in templo minimè viderunt, idque haud dubiè ea ex cauſa, quia cor & animam adeò puram non habuerunt: ſicut hæc vidua habebat. *Theoph. ibid.* Theophylactus ait: *Sicut ſpeculum, ſi fuerit mundum, accipit imagines; ità & anima pura faciem Dei ſuſcepit.* Præſenti igitur *1. Joan. 3. v. 2.* propoſito verba illa S. Joannis accommodari poſſe videntur, dicentis: *Videbimus eum ſicuti eſt*, mox verò idipſum conſequendo dum pariter nobis tradit, dum ait: *Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe.* S. Auguſtinus legit: *Caſtificat ſe, quia, qui continenter vivunt, ad Deum clarè videndum perſpiciatores oculos habent.* *Tertull. l. 1. ad uxor. c. 8.* Tertullianus alibi de eadem virtute loquens ait: *Integritas ſolida, & tota ſanctitas de proximo viſura faciem Dei.*

8. Didacus Stella exiſtimat, quòd meritum caſtitatis, quo hæc mulier præfulſit, fundamentum quodammodo dici poſſit revelationis huic mulieri, de Filio Dei factæ, participii Spiritus ſancti, nec non doni prophetiæ, quo prædita fuit: *Vocat caſtiſsimam, quia caſtitas & corporis pudicitia maxima diſpoſitio eſt ad ſcrutanda & penetranda cœleſtia arcana*; quia in libro *Sap. 7. v. 25. & 26* Sapientiæ ſcribitur: *Nihil inquinatum in eam incurrit, candor eſt enim lucis æternæ, ſpeculum ſine macula, innumerabilis honeſtas per manus illius.* Econtra verò ſapientia cœleſtis ut plurimum eſt honeſtati conjuncta. *Didac. Stell.*

9. Idem Stella obſervat, quòd Evangeliſta poſtquàm dixiſſet: *Proceſſerunt in diebus multis*, immediate ſubjungat: *Vixerat cùm viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua, quaſi cauſam reddens longitudinis vitæ, caſtitatis, & honeſtatis illam laudat.* Etenim poſt mortem conjugis ſui octoginta quatuor annis continentiſſimè vixerat; *Ecce commendatur à viduitate*, inquit Albertus Magnus, *quòd magnum eſt, quia dicit Ambroſius, quòd juvenes viduæ, plus quàm virgines tentantur, propter recordationem delectationis expertæ.* *Alb. M.*

Verſus 37.

Et hæc vidua uſque ad annos octoginta quatuor non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens de die ac nocte.

Et hæc vidua uſque ad annos octoginta quatuor.

1. Albertus Mag. hunc octoginta quatuor annorum numerum, non tempus viduitatis, ſed ætatis quàm tunc habebat, metiri exiſtimat; tametſi enim Didacus Stella contrarium ſentiat, dum ait: *Vixerat cum viro ſuo annis ſeptem, poſt cujus obitum octoginta & quatuor annos ſuperſtes caſtiſsimè vixit*, nihilominus Albertus M. ità ſcribit: *Alb. M.* *Did. Stell.*

bit: *Suæ ætatis, quando hæc facta ſunt, quæ hic narrantur, octoginta autem quatuor ſunt, ſepties duodecim; unde quantum fuit cum viro in delitiis, tantum afflixit ſe jejuniis, & viduitatis opprobriis & penuriis.*

Quæ non diſcedebat de templo.

Janſen. 2. Janſenius ſanctam hanc viduam de illarum mulierum numero fuiſſe ſcribit, quæ ut Exodi cap. 38. & lib. 1. Reg. cap. 2. legimus, cum multæ integritatis mulieres eſſent, ad portam tabernaculi continuò vigilabant: *De mulieribus ſimilis pietatis legimus, quæ excubabant ad oſtium tabernaculi, vel ut alii vertunt; convenerant ad orandum.* *Dionyſ. Carth.* Dionyſius Carth. autem ipſam non ſemper & continuò in templo demoratâ fuiſſe exiſtimat, quia Evangeliſta ſubjungit: *Hæc ipſa hora ſuperveniens, non quod ibi ſine intermiſſione permanſerit, & omnia corpori neceſſaria egerit, cùm ſtatim ſubdatur: Hæc ipſa hora ſuperveniens; Itaque de templo non deceſſiſſe, quia omni hora opportuna, imò frequenter præcitius, ibi fuit; de homine multum devoto, & diu in Eccleſia perdurante dicitur, quod ſemper eſt in Eccleſia,* *Alb. M.* Albertus Magnus aliam quandam adfert expoſitionem, dum ait: *Dicendum, quod non dicitur differere, quæ ſemel ſe templo devovit.*

Gloſſ. 3. Gloſſa ait: In ſenſu morali *anima à templo non recedit, cum ſemper ſtudet & caſtum & immaculatum cuſtodire templum corporis ſui.*

Euthym. 4. Euthymius huic perpetuæ templi frequentationi, orationumque ſuarum continuationi, prophetiæ donum attribuit, quo præfulſit: *Ob hoc enim prophetica etiam gratia devota fuit, quia non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus Deo ſerviens die ac nocte.* Inter alias Antiphonas, quibus Eccleſia in officio dedicationis templi utitur, hæc quoque numeratur: *Verè non eſt hic aliud, niſi domus Dei & porta cœli,* hic enim dona & gratiæ cœleſtes in homines depluere ſolent, illos quidem vel maximè, qui illas cum devotione & reverentia ſemper frequentant; *Dominus* *Pſ. 10. v. 5.* *in templo ſancto ſuo;* Quid mirum igitur, ſi hæc ſancta mulier eum præ cæteris agnoverit, & reverita fuerit, quæ præ aliis ex ſpeciali ori pietatis & devotionis inſtinctu in templo commorata fuit?

Jejuniis.

5. S. Maximus jejunii præconia ſtudiosè ponderans, ait: *Deus jejunus & ſanctus eſt, atque ideò qui vult proximus Deo eſſe, debet imitari hoc eſſe quod Deus.* Ecce ubi unum inter alia præclara hujus ſanctæ fœminæ merita, propter quod ipſa, præ cunctis aliis populi Iſraël filiabus, Deo proximius appropinquarit: *Qui vult proximus Deo eſſe, &c.* De Moyſe & Elia, qui filium Dei incarnatum in monte Thabor proximè videre meruerunt, eo quod quadraginta dierum jejunium conſtanter continuarunt: Tertulianus ait, Et quidem imprimis de Moyſe dicit: *Merito ei in carne ſe Dominus oſtendit collegæ jejuniorum ſuorum;* de Elia verò pariter inquit: *Tanta eſt circumſcripti victus prærogativa, ut Deum præſtet homini contubernalem, parem revera pari.* Moyſes ut in Exodo legitur Dominum inſtanter rogavit, dicens: *Oſtende mihi faciem tuam;* at verò, dicat fortaſſe aliquis, nunquid Moyſes verum eſſe ſciebat, quod poſtea Apoſtolus ait: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem?* imò quod Deus ipſe dixit: *Non videbit me homo & vivet,* in quo ergò ſpes & petitio ejus fundabatur, ad hoc ut temeritatis redargui non poſſet? S. Ambroſius difficultatem hanc hiſce verbis reſolvit: *Quamvis illum ab obtutibus Dei conditio humana ſubtraheret, jejuniorum tamen gratia proximum illum divinitatis conſortio faciebat;* adeòque nec viduæ huic diffidendum erat quo minus in ſacroſanctam Redemptoris humanitatem oculos ſuos defigere poſſet, ſiquidem *jejuniorum gratia proximam illam divinitatis conſortio faciebat.*

S. Max. ho. de liat tan.

Tertull. con. Pſy. chico. cap. 6.

Exod. 33. v. 18.

1. Cor. 13. v. 12.

S. Ambr. ſer. in 1. D. quad.

Et obſecrationibus.

6. Fulgentius obſervat modum, quo nobis hoc vidua à S. Luca præſentatur, ut digna fieret, quæ Redemptori noſtro viſibiliter occurreret & videret eundem: *Non loquitur de viduæ delitiis dedita, ſed de ea, quæ non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus, ſerviens die ac nocte.* Cujus utriuſque boni operis conſocietatem ſanctus Bonaventura bene advertit, dicens: *Bene jungit jejunium & orationem, quia jejunio ſanantur peſtes corporis, & oratione peſtes animæ.*

S. Fulg. ibid.

S. Bonav.

7. S. Am-

7. S. Ambroſius immenſa bona, quæ ex oratione in nos redundant, conſiderans, ad eandem exercendam nos exhortatur, quia ut Deo magis approximamus efficit: *Quia juſti hanc remunerationem habent, ut videant faciem Dei, abhinc induamus hujusmodi ſtudium; ut appropinquet anima noſtra Deo appropinquet oratio.* Porrò ſancta hæc fœmina orationi ſemper intenta, corde & ſpiritu ſuo, Deo ſemper vicina erat, atque inſuper digna facta eſt, quæ eidem corporaliter quòque approximaret: *Ut appropinquet anima noſtra Deo, appropinquet oratio. Serviens die ac nocte.*

Alb. M. 8. Diu noctúque in orationi faciendæ dedita ſemper & intenta erat. Unde Albertus Magnus ait: *Ecce continuitas, die enim jejunabat & operibus inſiſtebat, & nocte orabat*, ſciebat enim quod ut Pſalmo 41. dicitur: *In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum ejus.* Et ideò priusquam cœleſtis magiſter noſter orationis exercitium nobis præciperet in S. Luca dicens: *Oportet ſemper orare & non deficere, eandem ipſemet priùs exactè exercere & adimplere ſategit.*

Luc. 18. v. 1.

S. Bona. ſer. 27. de uno confeſ. 9. S. Bonaventura rationem aſſignat, cur ab oratione facienda nunquàm deſiſtere debeamus. *Debet eſſe continua oratio, ut ſicut nunquàm deficit pugna, ſic nunquam ceſſemus petere miſericordiam.* Chryſoſtomus in homilia quadam, vitam ſanctæ hujus fœminæ cultui divino & orationi in templo totaliter intentæ, adeo ut quæ inſuper continuò jejunabat, de cibo vel potu nec quicquam cogitarit, ad vivum nobis delineat, ac demum ſubjungit: *Nos verò decet obtemperantes Deo, ſemper omnem vitam in laudibus Dei precibúsque tranſigere majori ſtudio curam agentes divini cultus, quàm vitæ noſtræ.*

Chryſ. ho. 3. de incompre. Dei natura.

10. Quod ſi quæritis, qua ratione anima diu noctúque ſancto huic exercitio vacare ſemper poſſit; Reſponderi ubi per conſilium quoddam poterit, quod B. Petrus Damianus quondam Romanæ urbis Gubernatori Cynthio ſuggeſſit, hunc namque monuit, ut ad populum Romanum benè gubernandum ab oratione facienda etiam nonnunquam deſiſteret, maximè ſi orationis exercitium bono publico præjudicium aliquod aut impedimentum offeret, cujus conſilii hanc rationem edidit: *Scriptum quippe eſt, qui conſervat legem, multiplicat orationem, & ſacrificium ſalutare attendere mandatis: juſtitiam ergo facere, quid aliud eſt quam errare?* Porrò oratio nihil aliud eſt, quàm quædam mentis noſtræ in Deum elevatio; huic autē mentis elevationi nec locus, nec tempus, nec operatio aliqua obſtaculo eſſe poteſt, quia cor noſtrum, in quovis opere bono ad Deum elevare poſſumus. Cui accedit, quod exacta divinorum præceptorum adimpletio, cordialisque animi noſtri ad opera virtuoſa, & ad ſervitium Dei applicatio, eſt continua quædam & in conſpectu divinæ majeſtatis valde accepta oratio.

S. P. Damian. l. 8. ep. 11.

11. Hæc S. Anna, veluti Davidis orantis æmula dicere poſſe videtur: *Septies in die laudem dixi tibi*, ſiquidem in perſolvendis per orationes ſuas laudibus divinis, integros dies & noctes conſumebat. Enimverò vix tres illi pueri Hebræi in fornacem Babylonicam conjecti fuerant, cùm ecce ſubitò filius Dei in eorum fuit ſocietate conſpectus: *Species quarti, ſimilis filio Dei. Patitur ſe Deus*, inquit Chryſoſtomus, *cum pueris in ſupplicio numerari.* Quænam verò eſt ratio, quòd ſuprema illa majeſtas altiſſimi Dei intra fornacis cujusdam & quidem Babylonicæ fornacis flammas ingredi dedignata non fuerit: nimirum quia infantium iſtorum linguas in laudes divinas relaxari audivit, ſiquidem ſolemne illud compoſuerunt canticum *Benedicite omnia opera Domini Domino, &c.* Tunc hi tres pueri quaſi ex uno ore, &c. Pari quoq; ratione ſi vultis ſcire quare filius Dei poſtquam in hunc mundum feliciter natus fuit, ſanctā hanc viduam hoc privilegio honorare voluerit, ut ab ipſa, præcunctis aliis clariùs & apertiùs agnoſceretur, nimirum cauſa eſt quia erat *obſecrationibus ſerviens die ac nocte.*

Pſ. 118. v. 164.

Dan. 3. v. 92.

Dan. 3. v. 57.

Verſus 38.

Et hac ipsâ horâ ſuperveniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui exſpectabant redemptionem Iſrael.

Et hac ipsâ horâ ſuperveniens confitebatur Domino.

Dionyſ. Carth. 1. Dionyſius Carthuſian. ait: *Id eſt, templum Spiritu ſancto moventeingrediens, quoniam Spiritu ſancto revelante cognovit, quis eſſet, & quia ageretur in templo.*

Cajet. 2. Cajetanus poſt ly *ſuper veniens*, adjicit ly *aſſiſtens*, ut ſit ſenſus, *& hac ipſa hora*

hora ſuperveniens, & dictis Simeonis aſſiſtens confitebatur Domino; putat enim Cajetanus, quòd in textu Evangeliſtæ una dictio ſcilicet *aſſiſtens*, deficiat, qua denotetur hanc viduam diſcurſum Simeonis fuiſſe perſecutam. *Deeſt una particula, ſignificans quod reſpondendo confitebatur, hoc eſt, poſtquàm Simeon laudavit Deum, confeſſusque eſt myſteria Jeſu, Anna proſecuta eſt confeſſionem Simeonis, reſpondendo illi, confirmando dicta illius, & eſt de confeſſione Meſſiæ laudando Deum.*

Euthy. 3. Euthymius ly *confitebatur* exponit de gratiarum actione ob incarnationem facta: *Gratias agebat Deo incarnato.* Unde ſanctæ hujus fœminæ gratitudo omnes Chriſtianos hoc tempore vel maximè exſtimulare deberet, ad exhibendum ſe gratos Deo ob datum nobis ab eo Filium ejus unigenitum, & ad agnoſcendum infinitum illud beneficium, quod idemmet Filius Dei per incarnationem ſuam nobis contulit: *Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt.*

Dionyſ. Carth. 4. Dionyſius Carthuſianus ait: *Confitebatur Domino, id eſt, Chriſtum, quem vidit præſentem, laudavit, eique gratias retulit, quod juxta Prophetarum oracula ad mundi redemptionem jam deſcendiſſet.*

Et loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſraël.

Alb. M. 5. Albertus Magnus Originem cupidum fuiſſe ſciendi, ſcribit, qualeſnam Annæ circa divinum hunc infantulum fuerint diſcurſus, & reſpondet: *Hæc igitur ſunt: quia Angelus nuntiabat; intra utrum matris filius exultabat; Angeli canebant; Paſtores laudabant; ſtella apparebat: magus currebat; mutus loquebatur; conjugata prophetabat.*

Did. Stell. Didacus Stella verba illa: *Loquebatur de illo*, in ſenſu morali exponit dicens: *De Deo loquebatur, non de vanitatibus, fabulis, caduciſque eventibus, non de luxu, aut de carnis illecebris, juxta illud* 1. Petri cap. 4. *Si quis loquitur, quaſi ſermones Domini. Admonemur hic verba noſtra caſta debere eſſe & pia*; ità enim ſuadet Apoſtolus 2. ad Timoth. 2. *Prophana & vaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ut Cancer ſerpit.*

1. Petr. 4. v. 11. 2. Tim. 2. v. 16. 17.

7. Conſiderandum quoque, quòd Evangeliſta non ſine myſterio perſonas declaret, quibuſcum ipſa de adventu & incarnatione Meſſiæ diſcurrebat: *Omnibus qui expectabant redemptionem Iſraël*; cum illis inquam, qui Filium Dei cum frequentibus ſuſpiriis deſiderabant, quia in Scribis Phariſæis, aliisque invidis & malignis Chriſti adverſariis Hebræis, pro hujus myſterii intelligentia & crudelitate nulla erat capacitas & diſpoſitio: *Ubi auditus non eſt, non effundas ſermonem.* *Eccli. 32. v. 6.*

Verſus 39.

Et ut perfecerunt omnia ſecundùm legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam in civitatem ſuam Nazareth.

1. Prædictis verbis S. Lucas vult dicere, beatiſſimam Virginem & S. Joſephum omnia adimpleſſe, qua in lege Moſaica circa purificationis ritum ſtatuta fuerant, ſiquidem Filium ſuum in templo præſentarunt, ipſúmque quinque ſiculis redemerunt, legales quòque victimas obtulerunt &c. omnibúsque ritè adimpletis, in Nazareth patriam ſuam denuò fuêre reverſi. Porrò certum eſt, neminem ex ipſis nec Chriſtum, nec ſanctiſſimam ejus Matrem ad hujus præcepti obligationem fuiſſe adſtrictos; veruntamen ut ipſemet Chriſtus deinceps dixit, id factum eſt, quia *non veni legem ſolvere ſed adimplere* ut ſalutare nobis poſt ſe relinquerent exemplum, quòd non ſolùm præcepta ſed etiam conſilia obſervanda ſint, faciendáque à nobis ſint opera ſupererogationis, ſi aliàs ſcopum ſalutis noſtræ ſecurè attingere velimus: *Ne accedas Domine Jeſu ad purificationem*, inquit Petrus Bleſenſis, *tu immunis à peccato, fide mundans corda tuorum: tu ſine ſemine conceptus, & natus de Spiritu ſancto, exſpecta donec teipſum offeras pro mundo: Ne accedas Virgo ſanctiſſima, tu enim neque propriè mulier, neque ſemine ſuſcepto peperiſti*, & tamen ut Goffridus Abbas optimè ait: *Merito mater legem ſervavit, cujus filius & legem dederat, & venerat, ut in ſe legem adimpleret, quam aliis dederat ante.* S. Thomas de Villa nova aliud quoddam adimpletionis hujus præcepti motivum aſſignat nimirum ut ab aliis, qui myſterium incarnationis ignorabant, ſcandalum ſubmove-

Matth. 5. v. 17. *Petr. Bleſ. depurif.* *Goff. Ab. ſerm. de purif.* *S. Th. de vill. ſer. depurif.*

ret

rent: *Multa propter aliorum ſcandala facienda ſunt, multa etiam bona omittenda, neque tibi ſufficit bona conſcientia, ſed oportet etiam te eſſe ſollicitum de aliena.*

Hug. Card. 2. Hugo Cardinalis circa dictionem Nazareth ità ſcribit: *Omnes perfecti debent habitare in Nazareth, id eſt, in flore, quin ſemper debent reputare ſe eſſe in principio; unde Eccleſiaſtici 18. dicitur: Cum conſummaverit homo, tunc incipiet.*

Verſus 40.

Puer autem creſcebat & confortabatur, plenus ſapientia, & gratia Dei erat in illo.

S. Bon. 1. S. Bonaventura dicit: *Creſcebat, ſcilicet in corpore, ſicut exponit Beda, in quantum puer erat, id eſt, homo fragilis, creſcere poterat ſicut cæteri homines, non in quantum verbum; quantum ad perfectionem virtutis in mente.* Subditur: *Confortabatur ſpiritu.* Hoc augmentum erat quoad corpus, non verò quoad ſapientiam, quia à primo Conceptionis ſuæ inſtanti perfectiſſimum habuit uſum rationis, omnémque gratiæ & *Theoph.* ſapientiæ plenitudinem. Unde Theophylactus ait: *Non aſſumens ſapientiam, quid enim perfectius eo, qui ab initio erat perfectus? ſed paulatim eam denudans, ſi enim quamdiu brevis fuiſſet ſtatura oſtendiſſet omnem ſapientiam, viſus fuiſſet prodigioſus, & eſſe phantaſma pueri, non verus puer.*

2. Nos quoque exemplo ipſius in ſpiritu & virtute creſcere debemus, maximè verò cùm majora quotidie & majora bona à Deo recipiamus: ſicut enim ingens & inſolita quædam futura eſſet monſtroſitas, ſi corpus aliquod cibis ſubſtantialibus optimisque alimentis enutritum, non creſceret, ſed ſemper in infantili puſilitate perſiſteret; ità quòque monſtroſitas eſt animæ Chriſtianæ, ſi alimentis ſpiritualibus & cœleſtibus quotidie enutrita, in iisdem perfectionibus pertinaciter perſeveret, nulloſque in via ſpiritus faciat progreſſus.

Et gratia Dei erat in illo.

3. Albertus Magnus ait: *Ab inſtanti conceptionis, & non per momenta ſingula creſcens, tamen iſtam oſtendebat per momenta plus & plus, & tunc proficere coram hominibus putabatur.* *Alb. M.*

4. S. Bonaventura in divini hujus infantis perſona loquens, dicit: *In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ; vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.* *S. Bona.*

* *
*

DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM.

EVANGELIUM

Et cap. 2. Lucæ.

v. 42.  *UM factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Jeroſolymam, ſecundùm conſuetudinem diei feſti. 43. Conſummatisque diebus, cùm redirent, remanſit puer JESUS in Ieruſalem, & non cognoverunt parentes ejus. 44. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. 45. Et non invenientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem, requirentes eum. 46. Et factum eſt poſt triduum invenerunt illum in templo, ſedentem in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem eos. 47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis ejus, & videntes admirati ſunt. 84. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. 49. Et ait ad illos: quid eſt quod me quærebatis, neſciebatis, quia in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? 50. Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos. 51. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis, & mater ejus conſervabat omnia verba hæc in corde ſuo. 52. Et JESUS proficiebat ſapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines.*

Verſus 42.

Cùm factus eſſet annorum duodecim.

Gloſſ. ord. GLoſſa opinionem S. Ambroſii conſectans, in duodenario hoc annorum numero, duodecim notat Apoſtolos, quos Salvator noſter ad ſuam in populis fidem ſectandam adhibiturus erat: *Congruè duodecimo anno prima fidei rudimenta revelat, quæ per duodecim Apoſtolos per totum mundum erant propaganda.*

Gloſſ. interl. Gloſſa interlinearis dicit: *per duodecim annos ſignificantur duodecim tribus Iſraël, quæ ad Chriſtum veniunt.*

2. Porro quæſtioni, quæ hoc in loco excitari poſſet, nimirum cùr Chriſtus ſuper humanam ſapientiam ſuam non citiùs, & ante hoc tempus manifeſtarit? Salmeron reſpondet, dicens id factum fuiſſe, *ne phantaſma putaretur, aut monſtro ſimilis videretur*; qui inſuper aliam quandam orationem moralem aſſignans, dicit: *Ne malum exemplum daret liberè ante tempus agendi & prædicandi, & conſcendendi cathedras, & gradus Eccleſiæ ſupremos ante ætatem occupandi.*

Salm. to. 1. tr. 46.

3. Didacus Stella hanc ætatem cœleſtium illuſtrationum capacem fuiſſe conſiderat: *In hac ætate ratio hominis incipit illuminari, & ità æquum eſt, ut, quia homo ratione incipit uti Deum cognoſcat, & ſuum conditorem, eique ſoli ſerviat.* Salmeron quandam in ætate diſtinctionem adducens dicit, quòd in contractibus v. g. matrimoniis ratis, in teſtamentis & profeſſionibus, ætas duodecim annorum non ſufficiat, quantumvis ad auſcultandas & conſectandas Dei vocationes ſubſiſtere poſſit, ejusque hanc reddit rationem: *Quoniam Deus, qui vocat ad ſe, non decipit, cùm ſit magni conſilii Angelus: ad tractandum autem cum hominibus, qui decipi & decipere ſolent, opus eſt annis quatuordecim in pueris.*

Did. Stell. in Luc.

Salm.

Aſcendentibus illis.

4. Poterant quidem beatiſſima Virgo & S. Joſeph iter hoc ſine puero Jeſu aggredi

gredi meritò tamen ſe ab ejus divina præſentia elongare, aut iter illud ſine ullo ingredi minimè voluerunt, ſiquidem ſanctis hiſce peregrinantibus longè melius & verius dici poterat, quod Tobias ſenior, filio ſuo, in Archangeli ſocietate conſtituto, dixit: *Bene ambuletis, & Deus ſit in itinere veſtro, & Angelus ejus comitetur vobiſcum.* In ſuo etenim comitatu illum magni conſilii Angelum præſentem habebant. *Aſcendentibus illis non voluptatis ergo aut curioſitatis,* inquit Lucas Burgenſis, *ſed religionis ac feſti cauſa, ad orandum & colendum Deum profecti fuerant.*

Tob. 5. v. 21.

Luc. Burg.

5. Albertus Magnus in hoc facto morale quoddam documentum obſervat, quod filiis per hoc tradiderunt, ſcilicet ut in parentum comitatu aut præſentia ſemper eſſe ſtudeant. *Hic ponitur honeſtus ſuæ aſcenſionis comitatus, cum parentibus enim procedere juvenem, commendabile eſt; contumax enim eſt, qui conſortia & monita declinat parentum.* Parentes filios ſuos conducere ſecum debent, non ſolum ut filii ipſorum malas hac ratione declinent ſocietates, illi ætati ad ſeductionem & malos mores imbibendo adeo facili noxias; verùm etiam ut pro eo tempore, quod toti reſiduæ hominis annorum ætati ut plurimum leges ſtatuere ſolet, oculati ſint vitæ & converſationis filiorum ſuorum teſtes; ſiquidem *adoleſcentes juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea.*

Alb. M. in Luc.

Prov. 22. v. 6.

6. Enimvero tametſi certum ſit, quod Chriſtus ad hoc, ut cum parentibus ſuis iret exhortatione aut præcepto nequaquā indiguerit, in hac tamen actione documentum illis qui à paterna dependent obedientia, tradere voluit; unde Janſenius ait: *Omnibus filiis oſtenſa eſt forma, quomodo debeant morieros ſeſe præbere parentibus, ad ea quæ honeſta ſunt hortantibus.* Et quidem debitum hoc bonæ educationis filiorum adeo eſt authoritati paternæ impreſſum, ut Origenes dicat: *Omnia quæ deliquerint filii de parentibus requiruntur, qui non erudierint, neque corripuerint;* cujus in Heli ſummo ſacerdote manifeſtum habemus exemplum, qui ſeveriſſimè punitus fuit, eò quòd filios ſuos reprehendere & punire neglexerit: *Hæc ſciens glorioſus Dei famulus Job, non ſolum à manifeſtis peccatis obſervat filios ſuos, ſed ab occultis, ne mali aliquid in corde ſuo cogitarent.*

Ianſ. concor. Evang. c. 12.

Orig. to. 1. lib. 1. in Iob.

7 Porrò ad inſtantiam, quæ hoc loco fieri poſſet, nimirum cur beatiſſima Virgo & S. Joſeph non timuerint, ne Archelaus, qui tunc regnabat, divinum infantulum perſequeretur inſidiaſque illi ſtrueret? S. Auguſtinus à Toleto citatus reſpondet: *Aſcendebant adhuc præferentes timorem Domini, timore illius.*

Aug. li. 2. de conſenſ. Evang. c. 10.

Jeroſolymam.

8. *Locum religionis ac ſtudii*, inquit Albertus Magnus, *illuc enim decet ire juvenem*, ſecundùm ordinationem parentum, ſicut nobis formam dat Salvator. Spiritus ſanctus eminentem Tobiæ ſanctitatem nobis delineare, ſimulque prima ejuſdem ſanctitatis principia oſtendere volens, dixit: *Cùm eſſet junior tribu Nephtali, nihil tamen puerile geſſit in opere; Denique cum irent omnes ad vitulos mortuos, quos Ieroboam fecerat Rex Iſraël, hic ſolus fugiebat conſortia omnium, ſed pergebat in Ieruſalem ad templum Domini.*

Alb. M.

Tob. 1. v. 4. 5.

Secundùm conſuetudinem.

9. Advertendum hic eſt, quòd S. Lucas non dicat *ſecundùm præceptum*, quia tametſi Deus in Deuteronomio præceperit, ut omnes mares ter in anno præſentarentur in templo, nimirum in Paſchate, Pentecoſte, in feſto Tabernaculorum; de Galilæa tamen oriundi, ut Lyranus optimè notat, hac lege, ob nimiam eorum à Jeroſolymis diſtantiam, non obſtringebantur; ac proinde iter iſtud à parentibus JESU, Maria & Joſeph ex ſolo propriæ devotionis motivo inchoatum fuit, ut hoc exemplo nos docerent, non ſolùm conveniens eſſe ut Deo detur id quod debitum eſt, verùm etiam liberales nos erga Deum eſſe debere in præſtandis aliis operibus ſupererogationis, ſi alias non apud Deum majori gratiæ augmento dignos facere velimus. Væ etenim nobis, ſi Deus erga hos adeo eſſet in diſtribuendis donis ſuis parcus & avarus, ut nonniſi id, ad quod dandum eſt obligatus, nobis concederet.

Deut. 16. v. 16.

Diei feſti.

10. *Eccleratio motus*, inquit Albertus M. *non enim ſine ratione movetur, de loco*

Alb. M.

S. Ant. de Pad. ſerm. in hac. Dom. *ad locum diſcurreus.* S. Antonius Paduanus, *in Ieruſalem acceſſus devotionis & reverentiæ.* Lyranus Salvatorem noſtrum juvenibus exemplo ſuo inſinuare voluiſſe exiſtimat, quod ipſis à primis annis induendus ſit quidam ad cultum Dei, ad devotè frequentandum Eccleſias, ad faciendas orationes, aliaque opera pietatis pius affectus: *Per hoc oſtendit, quòd à pueritia debent aſſuefieri homines ad divina.* Et quidem patres hac in re filiis bono exemplo præcedere debent; In cujus probationem

Lyran. *Did. Stell.* Didacus Stella hanc fecit reflexionem, quòd S. Lucas priùs Virginem beatiſſimam & S. Joſephum, templum aſcendiſſe dicat, & poſtea idipſum quoque de filio aſſerat: *Sic tu qui Pater es, debes prius aſcendere, ut aſcendant filii tui.* Eccleſiaſticus quærit: *Filii tibi ſunt? erudi illos, & curva illos à pueritia eorum.* Clemens Alexandrinus in ſuo pædagogio, hanc adoleſcentiæ ætatem uber appellat vitæ reliquæ: *Eſt in nobis uber ætatis, ipſa juventus.*

Eccl. 7. v. 25. *Clem. Alexand. li. 1. c. 9. pædag.*

Verſus 43.

Conſummatiſque diebus, cum redirent, remanſit puer JESUS in Jeruſalem, & non cognoverunt parentes ejus.

Salmer. ibid. 1. Salmeron ex illis verbis deducit, feſta perficienda eſſe, perſeverando in ſanctis eorundem dierum exercitiis uſque ad finem: *Debent feſta integrè, non ex parte tantum celebrari, & collis & ex templo non eſt in domum revertendum, niſi prius miniſterio ſacrorum officiorum, vel divini quod promittur finis imponatur.* Albertus Magnus ex hiſce verbis non docet, quomodo tranſigendi ſint dies feſtivi. *Conſumantur*, inquit, *dies feſti tribus: ſacrificiis, orationibus, & benedictione Sacerdotum. Sunt quidam qui hoc faciunt, ſed feſtum evacuant, quidam etiam deturpant, quidam vero ad pernitiem feſto determinant; Evacuant otioſi luſtibus, & non laudibus divinis intendentes: alii per obſcœnæ deturpant potibus, & eſcis, & venereis intendentes.*

Alb. M.

Cùm redirent.

Haymo ibid. 2. Haymo Halberſtadienſis obſervat quod tam viri quàm fœminæ tam eundo Jeroſolymam, quam inde revertendo, ſeparatim proceſſerint. *Infantes verò & parvulicum quolibet parente.* Præterea advertit Toletus, matres filiis ſuis, ut cum aliis coætaneis pueris profici poſſent, indulgere ſolebant; adeòque beatiſſima Virgo, quòd aliæ matres permittebant, filio ſuo denegare noluit, quia *etſi parvum ætate carnis, Deum tamen eſſe non ignorabat, idcirco ejus arbitrio multa permittebat, ſecura, nihil inde præter illius voluntatem eventurum.* Origenes puerum ſe coram oculis Matris & S. Joſephi inviſibilem reddidiſſe exiſtimat ad eum modum, quo coram illis, qui venerant ut caperent eum, feciſſe legitur Lucæ cap. 4. v. 30.

Tolet. *Origen. in Cajet*

Remanſit puer.

3. *Quòd aliis annis non fecerat*, inquit Lucas Burgenſis, *non inobedientia aut errore faciente, ſed certo divinoque conſilio fecit.*

Luc. Burg.

4. Porrò quod hoſpitium attinet, in quo pro illo tempore demoratus fuit, nonnulli ipſum mendicaſſe illud exiſtimant, ut Davidicum adimpleretur de ipſo oraculum, quo dicitur: *Ego autem mendicus ſum & pauper.* Apoſtolus pariter hac de re teſtimoniũ perhibere videtur, dum ait: *Propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet dives.* Lucas Burgenſis ait: *Credibilius eſt, alicujus Doctorum aut civium gratiam ſibi conciliaſſe, qui libenter hoſpitio acceperit.*

Pſ. 39. v. 18. *2. Cor. 8. v. 9.*

5. S. Thomas finem explicat, ob quem puer clam, conſilio ſuo cum parentibus minimè communicato, manere Jeroſolymis voluerit: *Ideo latenter remanet, ne parentes impedimento eſſent diſputationi peragendæ cum legis peritis: vel forſitan hoc evitans, ne videatur parentes contemnere, ſi mandantibus non pareret.* Idem quòque Euthymius advertit. Noluit malum hoc majoribus non obediendi exemplum poſt ſe relinquere, etiamſi de ſervitio Dei ageretur; Non enim ad illam ætatem hæc diſcretio pertinet; Cui accedit, quòd *melior eſt obedientia quàm victima*, ac proinde præcepta paterna à filiis prompte exquirenda, non verò curioſè examinanda ſunt.

S. Thom. in Cajet. *Euthym.*

* *
*

In Jeruſalem.

Alb. M. ſerm. in hac Dom.

6. Albertus Magnus Jeruſalem viſionem pacis interpretans, hoc inde eruit documentum morale: *Per hoc, quod aliis à Jeruſalem recedentibus, remanſit per triduum, oſtendit, quòd pacem amat, & quòd cum ipſa libenter habitet. Unde dicitur in Pſ. 75. Factus eſt in pace locus ejus.*

Et non cognoverunt.

Alb. M. in Luc.

7. *Non tamen de injuria*, inquit Albertus Magnus, *circa Iuvenem IESUM & negligentia reprehenduntur.*

Did. Stell.

8. Didacus Stella ait: *Nam ſi congnoviſſent, non utique amiſiſſent, multi enim nunc amittunt Chriſtum, qui cùm non cognoſcant bonum, ex ignorantia peccant.* Unde torrens mundi hujus, qui in æternæ perditionis præcipitia effunditur, temerè peccat, & hunc cognitionis ſufficientis defectum omne commiſſum delictum excuſat: *Ergo erravimus à via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* *Sap. 5. v. 6.*

Parentes ejus.

S. Bonav. in Luc.

9. S. Bonaventura hanc pueri JESU actionem, quod ſcilicet à parentibus licentiam manendi non petierit, ſequentibus verbis juſtificat: *Præbebit exemplum, quod in divino obſequio faciendo non eſt à parentibus carnalibus conſilium requirendum: Qui dixerit Patri ſuo & Matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro vos, hi cuſtodierunt eloquium tuum.*

10. Porro quàm pœnoſa matri hæc ſeparatio fuerit, ex amore, quo erga filium ſuum ferebatur & ex amabiliſſimæ præſentiæ ſuæ fruitione facile poteſt colligi. Inde tamen ſequens neſcitur difficultas; quare ſcilicet filius amiſſionem hanc, tantam matri mœſtitiam & dolorem conciliaturam eſſe ſciens, illam prius de ſua Jeroſolymis manſione facienda non monuerit? Num fortè timebat, ne ſibi ab iis denegaretur, ſeſe in præceptorum æterni Patris executionem ingerendi licentia? nequaquam; ſed potiùs expediens fore judicavit, ſi Mariæ matri ſuæ novorum meritorum comparandorum ſubminiſtraret materiam, ſeſe ab ipſa ſubducendo, ſimulque nobis inſinuaret, quòd dum nos nonnunquam citra ullum detrimentum noſtrum conſolatione aut dulcedine ſpirituali privat, id non faciat, ut nos caſtiget, ſed ut nos probet, virtutiſque exercendæ occaſionem ſubminiſtraret. Porrò beatiſſima Virgo, & S. Joſeph ex omnibus hominibus, qui unquàm in mundo vixerunt, aut deinceps vivent, ſanctiſſimi pariter & acceptiſſimi fuêre, nec tamen propterea illis afflictionum ſubeundarum occaſionem ſubminiſtrare non prætermiſit, ut hac ratione majoris quòque meriti occaſionem eisdem ſuggeret: *Quia acceptus eras Deo* (inquit Archangelus ad Tobiam) *neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* *Tob. 12. v. 13.*

11. Porrò ſciendum eſt, Deum duobus modis poſtea amitti; vel gratiam ipſius amittendo per propriam culpam noſtram, qui modus in B. V. Maria dari non poterat: vel etiam Deus amitti dicitur, quia conſolationes ſuas, modo jam à nobis explicato, ſubtrahit nobis. Videte Davidem in utróque ſtatu conſolationis & deſolationis conſtitutum: *Ego autem dixi in abundantia mea, non movebor in æternum: Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem*; at verò in ſtatu deſolationis: *Avertiſti faciem tuam à me & factus ſum conturbatus.* *Pſ. 29. v. 7. 8.* Notandum quoq; eſt, quòd puer hic amiſſus non fuerit in fugam Ægyptum, regionem ipſi rebellem, vel in adeò longis, ærumnoſis, & periculoſis itineribus, ſed admittitur in Jeroſolyma Paleſtinæ totius Metropoli, in feſto adeò ſolemni; *In quo facile innuitur*, (inquit Didacus Stella) *quòd malaſit nobis mundi felicitas & abundantia, quandoquidem in ea potiùs, quàm in perſecutionibus & tribulationibus Chriſtus amittitur.* *Did. Stell.* Noluit quòque in Nazareth loco humili & paupere, ſed Hieroſolymis in civitate nimirum opulenta, copioſa, & potente admitti ad denotandum, quòd ubi eſt frequentia occaſionum, malorúmque exemplorum videndorum opportunitas, ibi facillimè lapſus fuit, Deusque amittatur, quàm in locis anguſtiis & ſolitariis.

12. Reflectionem quòque ad tempus facere poſſumus, quo hæc Chriſti amiſſio accidit, nimirum in die feſto, in præcipua

Paſchatis ſolemnitate, ſicut & in alio Paſcatę poſt viginti & unum annos elapſos ei necem intulerunt. *Et gloriati ſunt, qui oderunt te; in medio ſolemnitatis tuæ, poſuerunt ſigna ſua, ſigna.* In diebus etenim feſtivis in quibus Divinæ Majeſtati cultus & obſequium debitum majori cum reverentia præſtandum eſſet, Deus, prout experientia quotidiana demonſtrat, quàm maximè & ignominioſiſſimè offendi ſolet. Unde Hugo Cardinalis ait: *Dæmones poſuerunt ſigna ſua, quia in diebus ſolemnibus plura peccata ſunt.* Deus olim in una præcipuarum ſolemnitatũ, ramos palmarũ portari juſſit: *Sumetis vobis de primo, fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum.* Cujus præcepti myſterium S. Brunno Carthuſiæ Patriarcha hiſce verbis exponit: *Sunt ſpatulæ valdè neceſſariæ in feſtivitatibus, quia tunc maximè inimicorum inſidiis inſeſtiamur,* ac proindè non immeritò Deus de hac dierum & locorum ſacrorum profanatione per Ezechielem ita lamentatur: *Polluerunt ſanctuarium meum & ſabatha mea prophanaverunt.* Unde Hugo Cardinalis ait; *Quia in feſtis magis peccant, & alios provocant ad peccatum, & de hoc conqueritur frequenter in ſcripturis.*

Pſ. 73. v. 4. 5. — Hug. Card. in Pſ. 73. — Levit. 23. v. 40. — S. Brun. de orat. Eccl. c. 5. — Ezech. 23. v. 38. — Hugo Card.

Verſus 44.

Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos.

Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu.

1. Quæri hoc loco poteſt, cur beatiſſima Virgo Filium ſuum, quem velut oculorum ſuorum pupillum dilexit, ab oculis ſuis evaneſcere ſeu diſparere permiſerit? Reſpondeo proindè, quòd olim in uſu fuerit, ut pueri tam eundo Jeroſolymam, quàm inde ad domos proprias denuò redeundo, plena eſſent in libertate, vel ſocietate mulierum, vel in vitiorum comitatu, vel etiam in aliorum coætaneorum puerorum progredi conſortio, beatiſſima Virgo dilectum filium hac ſatisfactione, quâ omnes alii pueri fruebantur, privare minimè voluerit; vel etiam dici poteſt, quòd hæc B. Virginis à Chriſto divulſio, utpote ad utilitatem & beneficium commune humani generis facta, admiranda potiùs ſit, quàm reprehendenda. In ſacris Canticis Sponſa dicit: *Trahe me poſt te in odorem curremus unguentorum tuorum*; ubi interpres quidam optimè notat, quòd Sponſa *Non dixit: trahe me tecum, ſed trahe me poſt te, & curremus*; *quò charitatem ſuam erga genus humanum clariſimè manifeſtat.* Gaudebat etenim, ſi hoc de inæſtimabili Filii ſui theſauro alii quoque rederentur participes. *Non petit cum filio ſola eſſe, ſed volebat, filium ad omnes Eccleſiæ filios rudes venire.*

Cant. 1. v. 3. — Guill. in Cant.

2. Olim in uſu paſſim erat, quòd viri ſeorſim, & ſeorſim quòque mulieres per vias incederent. Unde Didacus Stella ait: *Mos erat filiis Iſraël (& utinam apud nos etiam eſſet) in diebus feſtis euntes in Ieruſalem, vel ab ea redeuntes, differentibus viis, homines & mulieres tenderent, idque fiebat honeſtatis cauſa; infans autem & pueri utrumque parentem indifferenter poterant comitari.* S. Bonaventura quoque ait: *Hæc conſuetudo introducta eſt causâ honeſtatis, & ad cuſtodiam caſtitatis.* Et tametſi res ita quoad hoc ut præfertur, ſe habeat nihilominus advertendum eſt, quòd puerum Jeſum non inter mulieres, ſed inter viros requiſierint; *Inter cognatos & notos*; Qua in re utiliſſimum nobis documentum ſuggeritur; nimirum quòd licèt Chriſtus ipſemet Filius Dei *Candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula* eſſet, *qui* proindè ſemper *paſcitur inter lilia*, eſſetque inſuper tener adoleſcentulus, in ætate annorum duodecim conſtitutus, nihilominus, ad noſtram ſpiritualem inſtructionem, in ſua tamen converſatione tam ſe ſervaverit ſemper ab illo ſexu alienum, ut Matris & Joſephi menti, ne quidem per conjecturam occurreret, ipſum in hoc itinere inter mulieres etiam ſtrictiſſimo parentelæ vinculo cum ipſo conjunctas, veniri forſitan potuiſſe, idque ut nos docerer, nullum adeò temerarium eſſe debere, in quacumque ſit ætate, tempore, loco, vel occaſione conſtitutus, ut cùm hoc ſexu liberè aut confidenter nimis agat. Unde S. Baſilius excuſationem quòque non admittit eorum qui ſe nullis concupiſcentiæ ſtimulis agitari aſſerunt: *Quòd ſi quis dicat ex aſſiduo cùm mulieribus colloquio congreſſuque & convictu non admodum læsi, hic ſine dubio maris particeps non eſt*; ſeu nullum habet cum natura humana conſortium.

Did. Stel. — S. Bon. ſer. 1. in hac Dom. — S. Baſil. in conſt. monaſt. c. 4.

3. Ha-

Hugo Card. 3. Hugo Cardinalis ex eodem puncto moralitatem quandam deducit Eccleſiaſticis in dignitate poſitis, & mundi pompis deditis perutilem: *Redarguuntur quidam Prælati, qui in multitudine comitum & equorum, putant conſiſtere honorem dignitatis, putantes ſe peccare contra honorem dignitatis ſuæ, niſi in multitudine comitum & equorum, vel curruum ambularent; de quibus dicitur in Pſalmo: Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri.*

Venerunt iter uniusdiei.

4. Quantùm ſanctiſſima Virgo & S. Joſeph contriſtati fuerint, dum veſperi ad diverſorium venientes, filium ſuum ibidem non invenerunt, nemo facilè explicare poterit. Enimverò B. Virgo Jeroſolymam ad frequentandum feſtum, ex ſolo majoris devotionis inſtinctu & affectu ad cultum divinum, profecta fuerat, cùm cæteroquin ad moleſtum illud peregrinationis iter obligata minimè eſſet; & ecce pro tam ſanctæ actionis remuneratione, hoc ſibi lucrata fuit, quòd theſaurum ſuum longè chariſſimum in via amiſerit. Quonam obſecro motivo Deus ducebatur, ut hanc matri Filii ſui afflictionem immitteret eo præcipuè tempore, quo ad ei complacendum & inſerviendum adeò ſollicita erat, ſeſe unà cum filio ſuo in templo conſpectui ejus ſiſtendo? Et tamen eam conqueſtam fuiſſe, aut cordis ſui pacem amiſiſſe nusquam legitur. Veriſimile quidem eſt, quòd cùm meueret, ne fortaſſe in re quapiam officio ſuo defuiſſet, tametſi in eodem nunquam vel in minimo defecerit, hanc ſibi afflictionem in pœnam illius commiſſi defectus libenter in ſe ſumpſerit. Hujus igitur ſanctiſſimæ Virginis exemplo, unusquisque ad ſeipſum reflectat, videatque quomodo in caſu, quo benè & ſanctè operans, ærumnis & adverſitatibus loco præmii afficitur, Divinæ ſe voluntati per omnia conformet. Porro Deus virtutibus operibúsque meritoriis contradictiones evenire ſæpè permittit, ſed in utilitatem & beneficium noſtrum, ut in humilitate contineat, vel ut noſtram conſtantiam experiatur & probet.

Lucas Burg. 5. Lucas Burgenſis opinionem illorum minimè reprobat, qui Mariam & Joſephum ſuſpicatos fuiſſe dicunt, puerum illis ampliùs cohabitare nolle, ſed Hieroſolymis deinceps commorari decreviſſe, ut humanæ redemptionis opus tandem inchoaret; neque enim ipſum amiſſum eſſe, aut viam amiſiſſe timere poterant, cùm ipſum Filium Dei, & conſequenter eum eſſe ſcirent, qui de ſe dicit: *Ego ſum via, veritas & vita;* ſuppoſito igitur hâc illos ſuſpicione agitatos fuiſſe, quaſi illos deſerere ſtatuiſſet, & quoſnam in illas exiſtimatis fuiſſe affectus, quibus eum ſaltem vel ſemel revidere deſiderabant & ſuſpirabant, ſeque illi, ne ipſos deſereret recommendare ſatagebat? Tandem verò idem Author ſubjungit: *Solidus tamen reſpondetur, quod metuerint, ne puer parentibus in turba amiſis, à via aberrans, mala & incommoda plura pateretur.* Etenim in rebus ad corpus attinentibus, ſecundùm communes aliisque hominibus uſitatas vivendi regulas procedebat, ſapientiâ & omnipotentiâ ſuâ ſuperhumanâ non utendo; atque ideò poterat volens ſubjacere periculis.

Et requirebant eum.

6. Sine mora retrogreſſi ſunt, ut eum ſtudiosè inquirerent, donec invenirent, nullum paſſi ſunt temporis diſpendium ſe impedire; *ſicut juravit Domino, votum vovit Dei Jacob: ſi introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in ſtratum lecti mei, ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino.* Hæc ſancta inquietudo quia Deum amiſſum requirebant, ab Alberto Magno commendata fuit, dum ait: *Commendatur nobis ſollicitudo ad inquirendum Deum*; omnis alia ſollicitudo reprehenſibilis eſt, hac ſolùm exceptâ. *Pſ. 131. v. 2.* *Alb. M. in Luc.*

Inter cognatos & notos.

7. S. Bonaventura citans S. Bernardum dicit: *Quomodo te bone Ieſu inter cognatos meos inveniam, qui inter tuos minimè inventus es?* Etenim cognati Chriſti ſecundùm carnem, eminenti ſanctitate prædicti fuêre: *Potens in terra fuit ſemen eorum.* S. Jacobus Minor primus Epiſcopus Hieroſolymitanus, frater illis conſobrinus, tres alios fratres ſanctos & matrem pariter ſanctam habuit, *S. Bona. ſerm. 5. in hac Dom.*

buit, & tamen inter hoſce minimè inventus fuit. Origenes à Gloſſa citatus dicit: *Non inter cognatos & carnis propinquos invenitur Jeſus, neque enim poterat humana cognatio Dei filium continere: non invenitur inter notos, quia major eſt humana notitia.*

Orig. in gloſſ.

S. Bernardus in quadam epiſtola ſua ſcribit: *Eccleſiæ jubetur, ut concupiſcat Rex decorem tuum, obliviſci populum ſuum, & domum Patris ſui. Puer Jeſus inter cognatos & notos quæritur, nec tamen invenitur, fuge fratres tuos & tu ſi tuam vis invenire ſalutem.* Nondum Chriſtus dixerat: *Veni ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adverſus matrem ſuam, & inimici hominis domeſtici*, liquidem veriſimile eſt, quòd ipſum inter illos non requiſiviſſent, quando Petrus divinitatem ipſius proteſtatus fuit, filium Dei ipſum confitendo, ſubitò ibidici audivit: *Caro & ſanguis non revelavit tibi.*

S. Bern. ep. 107.

Mat. 10. 35. & 36

Mat. 16. v. 17.

Hugo Card.

8. Hugo Cardinalis in ſenſu morali hac de re ità loquitur dicens: *Parentes Domini ſunt Prælati, cognati eorum ſunt nepotes eorum, fratres & conſanguinei, inter quos revera non invenitur Jeſus, quia non propter Jeſum, ſed propter carnis cognationem introducuntur in Eccleſiam, quaſi jure hereditario poſſidere volentes. Unde dicitur in Pſalmo; Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei; & alibi de iisdem dicitur: Populum tuum humiliaverunt, & hæreditatem tuam vexaverunt.*

9. Parentum proprium eſt, nos à Deo potiùs alienare & avellere. Unde Cardinalis Toletus ſuper prædicta verba dicit: *Parentes amici familiares ſecundùm carnem non rarò à Chriſto avertunt, vixque Chriſtum invenit, qui eorum affectui indulget.*

Tolet.

Verſus 45.

Et non invenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem, requirentes eum.

1. Salmeron, quales perſonæ illæ fuerint, conſiderat, quæ Chriſtum requirentes non invenerunt, nimirum fuêre beatiſſima Virgo, & ſanctus Joſeph, de quibus Evangeliſta dicit: *Et non invenientes.* Unde ità arguit: *Perditur etiam Jeſus à juſtis ſanctisque hominibus, perguſtum & conſolationem, neque invenitur, dum vacant carni & parentibus; ſubtrahitur verò hæc divina conſolatio, quo agnoſcatur Dei donum eſſe, diligentiùsque cuſtodiatur, dum habita eſt, & ſapiat dulcius inventa.* S. Bernardus, magnus ille vitæ ſpiritualis magiſter, ſuper ſacra Cantica ità ſcribit: *Fortè ideò ſubtraxit ſe, quo avidius revocaretur, teneretur que fortius.* Apud diſcipulos in Emaus abeuntes, *finxit ſe longius ire*; ſed quo fine ab illis putas recedebat? ut ſui deſiderio magis magisque efferveſcerent, *quo avidiùs revocaretur.* Unde eſt, quod amabilem illam ei violentiam intulerint, quàm Evangeliſta exprimit, dum ait: & coëgerunt eum dicentes: *Mane nobiſcum Domine.*

Salmer. to. 3. tr. 46.

S. Bern. ſer. 74. in cant.

Luc. 24. v. 28.

2. Porrò cauſam, cur reverſi fuerint, Albertus Magnus hiſce verbis optimè explicat: *Scientes quòd non remanſit poſt eos, niſi decore domus Dei illectus.* Pſal. 83. *Elegi abjectus eſſe in domo Dei, magis quàm habitare &c. Non quæſierunt niſi in Jeruſalem, ſapienti uti conſilio, ſcientes, quòd non niſi in Divinis inveniretur.*

Alb. M. in Luc.

3. Idem Author Ly *requirentes*, ità gloſſat; *hoc eſt, iterum & iterum quærentes. Pſalm. 104. Quærite Dominum & confirmamini, quærite faciem ejus ſemper.* Enimverò ſi tantâ curâ & ſollicitudine Deus quæritur, quando & gratia & amicitia illius amiſſa non fuit, ſed ſola præſentia ejus corporalis eſt ſubtracta, quanto majori cum anxietate ab anima fideli quærendus eſt, quando hæc culpâ ſuâ, Deum, cœlum, & omne bonum illius amiſit, & cum dæmonibus condemnata eſt in infernum. Per quotidianam experientiam videmus, quòd quando aliquam magni momenti ſcripturam, vel gemmam aliquam pretioſam, vel aliud quodlibet, maximi à nobis æſtimatum amiſimus, nullam nobis indulgeamus quietem, ſed inceſſanter, & omni adhibitâ induſtriâ, & arte illud inquiramus, donec inveniamus: econtrà verò Deum præſæpè amiſimus, & ſine ulla cura vel cordis anxietate, dormimus & requieſcimus. Unde ſanctus Bonaventura ait: *Perdit homo bovem, & ſollicitè eum quærit; perdit equum, & non quieſcit; perdit ovem & poſt eam vadit; ſed perdit homo peccando Chriſtum, & quieſcit, comedit, bibit, & non quærit.* Porrò cauſa cur parentes ſanctiſſimi puerum Jeſum ami-

S. Bon. ſer. 2. de S. Ma. M.

amiſerint, fuit, *Et non cognoverunt*; unde ad eliciendam ex hiſce verbis optimam quandam mortalitatem, cum ſancto Bernardo dicere poſſumus: *Quid eſt, quod omnes homines ad peccandum inſtigat, niſi ignorantia boni quod perditur, & mali, quod peccando incuritur?*

S. Bern. ſerm. 8. de paſſ.

Hugo Card.

4. Hugo Cardinalis, reditum parentum Jeroſolymam versùs moraliter his verbis exponit: *Sic non inxenientes eſum Prælati in ſæculo, debent redire in Jeruſalem id eſt, ad contemplationem, & ibi eum requirere per orationem & deſiderium, donec inveniant. Sic clauſtrales extra clauſtrum in domo parentum non invenientes eſum, debent redire ad clauſtrum, ubi revera invenitur.*

Verſus 46.

Et factum eſt poſt triduum, invenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum, audientem illos & interrogantem eos.

Et factum eſt poſt triduum.

Tolet.

1. Toletus tres dies numerat, donec inventus ſit Jeſus. Primus dies, quo ab Hieroſolymis diſceſſerunt. Secundus eſt, quo eò denuo fuêre reverſi, ſeque ad perditum theſaurum inquirendum accinxerunt. Tertius denique, quo inquirendo perſeverantes, eundem feliciter invenerunt, *Noluit ſtatim inveniri Jeſus*, inquit Lucas Burgenſis, *quia quod difficiliùs quæritur, ſolet dulciùs inveniri.*

Luc. Burg.

S. Ambr. l. 2. in Luc. c. 2. v. 46.

2. S. Ambroſius ait: *Poſt triduum reperitur in templo, ut eſſet indicium, quia poſt triduum triumphalis illius Paſſionis in ſede cœleſti, & honore divino fidei noſtræ ſe reſurrecturum offeret, qui mortuus credebatur.*

3. In Exodo de populo Dei ſcribitur, quòd, quando ſe è ſervitute Ægyptiaca, & Pharaonis tyrannide eximere parabant, dixerint: *Ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, ut immolemus Domino Deo noſtro.* ubi Albertus Magnus ait: *Triduum pœnitentiæ, compunctio cordis, confeſſio oris, & ſatisfactio operis, in quo perfectè invenitur Jeſus.* S. Bonaventura in ſermonibus, quos in hanc Dominicam ſcripſit, in declarandis tribus hiſce diebus incipientium, proficientium, & perfectorum late diffunditur: *Tridui incipientium, primus dies contritionis, ſecundus confeſſionis, tertius ſanctificationis. De proficientibus* ſcribit: *primus dies hujus tridui eſt paupertas voluntaria, ſecundus continentia, tertius obedientia.* Tres verò perfectorum dies hunc in modum diſtinguit: *Primus dies eſt quietationis, quo anima quietatur & placatur ab incurſu eorum, quæ turbare poſſunt quietem mentis: ſecundus eſt dies contemplationis, tertius dies perfectæ dilectionis.*

Exod. 3. v. 18. Alb. M. S. Bon. ſer. 2. 3. 4. in hac Dom.

4. S. Antonius de Padua dicit: *Triduum eſt, propriæ iniquitatis cognitio, fraternæ neceſſitatis compaſſio, divinæ pietatis admiratio & conſideratio.*

S. Ant. de Pad. ſerm. in hac Dom.

5. Didacus Stella dicit, animam juſti accuratè ponderare, quo Deus ab ea elongari cœpit: Sanctus Lucas numerat porrò dies; at verò B. Virgo omnia inſtantia & momenta accuratiſſimè cenſet, videtúrque dixiſſe: *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: ubi eſt Deus tuus?* Verba Stellæ ſunt hæc ſequentia: *Quàm rectè juſtus enumerat dies, quibus ab eo diſceſſit, & dies laborum quàm diligenter ſupputat; quoſque dies etiam Deus enumerat, neque patitur ſuos plùs quàm triduo in laboribus eſſe, & ejus abſentiam ſuſtinere; miſereor ſuper turbam, quia ecce jam triduo ſuſtinent me; noluit in ſepulchro manere plùs quàm triduo.*

Dom. Did. Stell.

Pſ. 41. v. 3. & 4.

Invenerunt illum in templo.

6. Veriſimile eſt, in hac occaſione adimpletum fuiſſe illud ſacrorum Canticorum oraculum: *Quæſivi, quem diligit anima mea, quæſivi illum & non inveni, ſurgam & circuibo civitatem per vicos & plateas, quæram, quem diligit anima mea, quæſivi illum, & non inveni; invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem, num, quem diligit anima mea, vidiſtis? paululum cùm pertranſiſſem eos, inveni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ;* ſiquidem beata Virgo dilectum filium ſuum in Nazareth, in domum S. Annæ matris ſuæ introduxit, quæ etiamnum ſancta domus Lauretana exiſtit, in qua adusque triginta annos demoratus fuit. Non in vicis & plateis, ſed in templo invenitur: unde Albertus Magnus

Cant. 3 v. 1. & 6

Alb. M. ſer. in hac Dom. nus ait: *Tanquam cultum Dei diligens, templum, non theatrum frequentabat*; quia idem mox pergit, reprehendendo Chriſtianos, ſolo autem nomine tales, qui diebus feſtis non Eccleſias, ſed tabernas frequentant: *Propter hoc ſæpè plagantur in vicinis ſuis & frugibus, ac aliis rebus*, adducítq; illum Aggæi textum: *Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis unusquisque in domum ſuam, propter hoc prohibiti ſunt cœli, ne darent rorem, & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum; & vocavi ficcitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper viam, & ſuper oleum, &c.* Demum verò idem Albertus Magnus à Judæis ad nos Chriſtianos digrediens, ità argumentatur: *Si igitur Judæi ſic plagabantur, qui domum Domini reliquerunt deſertam, & in domos ſuas feſtinaverunt, multo fortius plagendi ſunt Chriſtiani, qui verbum Dei horrent ut venenum; & qui fugiunt Eccleſiam, feſtinant ad tabernam, at ibi vacent ludis, potionibus, & clamoribus.*

Agg. 1. v. 9. 10. 11.

7. *In templo invenitur Chriſtus*, inquit Euthymius, *ſive in loco ſacro, & in ſacro negotio, & in ſacro homine.* Janſenius hac de re ità ſcribit: *Qui quæſitus inter cognatos & notos inveniri non potuit, Jeroſolymis in templo repertus eſt, id nobis ſignificat, Chriſtum humana nec cognatione, nec cognitione comprehendi*; at verò ſanctus Bonaventura ait: *Quem non poterant invenire in conſortio cognationis, invenerunt in loco orationis.* Idem Sanctus Doctor Sancto Thomæ Aquinati Crucifixum oſtendens, hunc librum eſſe dicebat in quo continuò ſtudiis operam dabat, innuere nimirum volens, ſe omnem ſuam Theologicam ſcientiam præcipuè oratione ſolâ mediante ſibi comparaſſe, quod idem Angelicus quòque Doctor de ſe fuit conteſtatus.

Euth. ib. Janſ.

S. Bona.

8. Porrò Deus in locis ſacris multipliciter invenitur, nimirum in Sacramentis, & præcipuè in Auguſtiſſimo Altaris Sacramento, quod tanquam ſacrificium in Miſſa offertur, & tanquam cibus animatum in Communione recipitur; invenitur item in verbo Dei, in orationibus, & divinorum officiorum celebratione, in pauperibus ad Eccleſiarum valvas, Eleëmoſynas efflagitantibus; invenitur denique & quidem præcipuè in confeſſione Sacramentali, qui antea per peccatum amiſſus erat. Multum quoque ad illum inveniendum conferunt bona devotorum fidelium exempla, nec non continua mortis conſideratio paſſim nobis in ſepulchris, quæ in Eccleſia conſpiciuntur obvia, utpote in quibus parentum & amicorum cineres recluduntur.

9. Conſideranda quòque ſunt verba illa: *Invenerunt in templo*, ſiquidem multi diſſoluti & impii homines Eccleſias frequentant, non ut Deum inveniant, ſed potiùs eundem ibidem amittant, dum easdem laſcivis obtutibus, cogitationibus, aliquando etiam geſtibus, nutibus, & actibus immundis prophanare non dubitant, qua de re David graviter lamentabatur, dum ait: *Incenderunt igne ſanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* Ubi Hugo Cardinalis ità ſcribit: *Incenderunt igne cupidinis: in deſiderio & cogitatione polluerunt templum ſanctum tuum, in colloquio & operatione.* Deplorandus quoque eſt multorum gravis culpæ reatus, qui Deum iis in locis perdunt, ubi illum ſecuriſſimè invenire debuiſſent; damnantur nonnulli religioſi in clauſtris monaſticis, nec non in choro multi Clerici Deum graviter offendunt, eò quòd vocationi ſuæ dignè non correſpondeant, qui aliàs in ſæculo viventes, ſalvandi fortaſſe fuiſſent.

Pſal. 73. v. 7.

Hug. Car. ib.

10. Dionyſius Carthuſianus aliam nobis rationem aſſignat, cur incarnata Sapientia in templo inveniri voluerit. *Ut pueris, imò & cunctis exemplum perſiſtendi in templo, & in cultu, & opere Dei præberet, ut zelum ſuum circa Divina & Patris honorem, à pueritia declararet: ut amore ſpiritualis profectus, in ſapientia, ſcientia, atque virtutibus carnales parentes oſtenderent relinquendos.*

Dion. Carth.

Sedentem in medio.

11. *Per hoc quod dicitur in medio*, inquit Hugo Cardin. *notatur, quod medium eligat Deus, quia ibi ſecuritas, in extremitatibus periculum: infans naſcens in medio duorum animalium reponitur; puer adoleſcens in medio Doctorum reperitur*; *juvenis moriens in medio duorum ſuſpenditur; immortalis reſurgens*

Hugo Card.

gens in medio discipulorum pacem offert, & justo in medio Ecclesiæ sapientia datur: in medio Ecclesiæ aperuit os ejus, & implevit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus.

Euthym 12. Euthymius Doctores admonet, ut in erudiendis aliis valde sint circumspecti, curentque ut Divinum hunc magistrum in medio cordis sui habeant: *Timeamus, qui præceptores sumus, quoniam in medio nostrûm est Christus, attendens quo pacto doceamus.*

13. Porrò scientia motivum esse solet superbiæ, *Scientia inflat, Charitas autem* 2.Cor.8. *ædificat*, & ideo Christus in medio Doctorum reperitur, non tamen ubicunque, sed in templo congregatorum, quod domus est orationis, ad insinuandum nobis, quòd vera sapientia & scientia, à ferventi oratione, charitate & amore divino, virtuteque Christiana disjungi nequaquam debeat; siquidem *in medio cònsistit virtus; non* Rom.12. *plùs sapere, quam oportet sapere, sed sapere* v.3. *ad sobrietatem.*

Doctorum.

14. Salvator noster docere nos voluit, juvenes in hac ætate docendos & erudiendos esse, maximè in literis & doctrina Christiana: *Bene ratione istius facti*, inquit *Ianſen.* Jansenius, *quadrat in Christum illud Psalmi: Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est: super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi.*

S. Bon. 15. Sanctus Bonaventura ait: *Inter Do-* *ſer.5.in* *ctores Christus quærendus est, quia in doctri-* *hac.* *nis & scripturis invenitur.* Advertendum *Dom.* est autem, ad quod paulò ante idem Doctor sese reflexerat, nimirum quòd inventus fuerit Jerosolymis, in templo & in medio Doctorum, *id est in contemplatione, in oratione, in prædicatione invenitur.*

Audientem illos.

Salmer. 16. Salmeron materias inter Doctores tunc agitatas magni momenti fuisse existimat: *Nempe (ut mihi pium est credere) de Messiæ, ejus conditione & natura, atq; ejusdem adventu, quem magnis rationibus scripturarumque testimoniis imminere jam atq; instare apertè probabat.*

17. Albertus Magnus Christi in hac occasione humilitatem admittatur, atq; modestiam; nostram verò superbiam & elationem econtra graviter reprehendit: *Si igitur ille, qui erat fons sapientiæ, & qui omnia sciebat, Doctores audivit & interrogavit multò convenientiùs nos, qui homines illiterati sumus, verbum Dei audire debemus: propter nostram quippe doctrinam conscripta est pagina sacræ scripturæ.* Jansenius con- *Ianſen.* siderat, quòd licet Juvenes in hac ætate, quando apud illos ratio ætatis præcurrit annos, audaces esse communiter soleant, & temerarii, nihilominus tamen Filius Dei, *Quanquam unus esset omnium magister, nec cum fastu & procacitate (quæ vitia solent adesse pueris præcocis ingenii) factabat eam, quaplenus erat, sapientiam, sed velut descendi cupidus inter eos sedebat, audiens eos & interrogans, non quòd necessitas illi esset sciscitari ab hominibus, quod disceret, sed quo omnibus junioribus exemplum modestiæ & disciplinæ præberet.* Eccles. 32. *Audi tacens, & pro reverentia veniet tibi gratia bona.* *Alb.M. ſer.in hac. Dom.*

18. S. Bonaventura per hoc exemplum nobis insinuat, quòd prius discipuli, ac postea magistri esse debeamus. *In hoc spiritualiter est intelligendum, quòd Christus docet nos, quòd ante debemus discere, quàm docere, secundùm illud: Antequam loquaris, Eccli.* *discas & ideo voluit in medio Doctorum in- 18.v.19.* *veniri, & in templo, quia in scripturarum lectione, & in oratione veritas invenitur.* *S.Bon. in Luc.*

Et interrogantem illos.

19. Non inquit *docentem*, sed *audientem eos & interrogantem*, inquit Salmeron, *Salmer.* *quanquam ipse sit qui docet homines scientiam.*

20. *Vigilanii consideratione pensandum est*, inquit S. Gregorius, *quòd cùm IESUS* *S. Greg* *duodecim annorum dicitur in medio Doctorum sedens, non docens, sed interrogans* *p.3.past* *invenitur, quo exemplo ostenditur, ne in-* *admo.* *firmus docere quis audiat, si ille puer do-* *26.* *ceri interrogando voluit, qui per Divinitatis potentiam, verbum scientiæ ipsis suis Doctoribus ministravit.* Origenes quòque *Orig.ho.* hoc idem monitum tangit, dum Chri- *17.* stum licet sapientia esset Patris æterni, quamdiu tamen puer fuit seu juvenis

in medio Doctorum positum eos audiisse & interrogâsse: *ut nos doceret, quòd pueri, quàmvis sapientes & eruditi sint, convenire ut audiant potiùs magistros, quàm docere desideret, & se vana ostentatine jactent.*

Luc. Burg. 2. Veruntamen Lucas Burgensis optimè interrogationem ad instar alicujus doctionis & instructionis fuisse notat, dum ait: *Quasi discere & intelligere gestiens, quæ docerent, revera autem, ut ipsos doceret.*

Tolet. Idem quoque Toletus censet, dum ait: *Nam interrogatio etsi discentis esse videatur, aliquando docentis est, & sapienter interrogare est instruere,* Cujus Origenes à Glossa citatus efficacem rationem reddit, dicens:

Orig. in gloss. *Ex uno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare & respondere sapienter.*

Versus 47.

Stupebant autem omnes, qui eum audiêrunt, super prudentia & responsis ejus; & videntes admirati sunt.

Beda in Luc. 1. Beda dicit: *Quasi homo seniores interrogat, respondet, quæ seniores & docti mirentur, quasi Deus.*

Tolet. 2. Toletus Christum filium in hac tenera ætate inaer Doctores sedentem, atq; in cunctis admirationem & stuporem excitantem, duos præcipuè fines intendisse dicit, quorum primus erat: *Excitare Doctores & sapientes ad cogitandum, & quid inquirendum de Christi adventu.* Secundus erat, *ne ejus futura manifestatio inopinata & repentina animis videretur.*

3. Enimverò valde considerabilis est affectus, quem in his Doctoribus (qui aliàs, prout ex multis Evangelistarum reprehensionibus constat, superbi & elati erant) operata fuit admirabilis Christi sapientia & doctrina, videlicet stupor & admiratio, quâ in re insigni nobis documento, ut Salmeron notavit, præluxit, nimirum quod quando nobis agendum incumbit cum personis, nobis in dignitate superioribus, *quos revereri, quibus parere nos oporteat, nimirum, ut tametsi eruditione & sapientiâ simus illis superiores, eâ utamur tamen dexteritate, ut eos quidem admoneamus veritatis rerum, de quibus agitur, sed rationem interea dignitatis eorum, modestis atque prudentibus verbis proponendo potiùs & interrogando, quàm docendo, habeamus.*

4. Hodie verè adimpletum fuit, quod tot retro sæculis de hujus veri Salomonis sapientia prophetizatum fuit: *Habebo honorem apud seniores juvenis, & acutus inveniar in judicio & in conspectu potentium admirabilis ero.* *Sap. 8. v. 10. 11.* Beda ex una parte annos pueri JESU duodennis, ex altera verò divinam ejus sapientiam & eloquentiam exactissimè ponderans, dicit: *Divina lingua sapientiam prodebat, sed infirmitatem ætas prætendebat humanam; unde audai inter alta, quæ audiunt, & infirma, quæ vident, dubia admiratione turbantur.* *Beda.*

5. Toletus differentiam considerat, quæ inter admirationem & stuporem Doctorum, & admirationem Mariæ & Joseph intercedi; etenim illi in puero sapientiam admirantur ætate longè superiorem, attamen illum conditionem humanum excedere minimè arbitrantes; at verò hi ipsum filium Dei esse scientes ex alio motivo admirationem de eo conceperunt, nimirum *Quia præter eorum opinionem, & Christi consuetudinem inter Doctores disputantem viderunt, indeque noverunt non remansisse, quia aberrare voluit, sicut cæteri pueri aberrant, sed consilio & proposito.* *Tolet.*

Versus 48.

Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.

Et dixit mater ejus ad illum.

1. Sacri expositores unanimiter in eo consentiunt, quòd scilicet verba illa non reprehensionis alicujus, sed potiùs tenerrimi amoris expressiva fuerint; *Neque enim durè illi loqui potuit,* inquit Jansenius, *quem tam unicè amabat, quemque, quòd Filium Dei esse ex Angelo didicerat, verebatur.* *Jansen.* Idipsum quoque Cajetanus his verbis dicit: *Non arguit, sed propriam nescientiæ propriæ vocem depromit, nec quærit causam, cur fecerit, cur intulerit eis dolorem? sed affectum manifestat.* *Cajet.*

Fili

Fili.

Didac. Stell. 1. *Primum verbum, quod ab ore emiſit*, inquit Didacus Stella, *ſignum fuit illius ſummi amoris; nam dixit, Fili, quod verbum in Græco idemeſt quod amor, quo verbo non conqueritur, ſed interrogat: ſi autem querela fuit, ex maternis viſceribus & amore exiit.* Sim. de Caſſ. l. 2. c. 24. Simeon de Caſſia argutè, ipſam in aliis occaſionibus hoc Filii nomine & appellatione minimè uſam fuiſſe, conſiderat, dum ait: *Ad magnum myſterium res ipſa deducitur, quòd reinventus Chriſtus à Matre Virgine Filius appellatur, ut ſit ſpes noſtra ſolidior, quod velut viam matrem impoſſibile ſit à pio filio derelinqui.*

Luc. Burg. Salmer. 3. Lucas Burgenſis dicit, quod *blandiori nomine nequeat compellare mater amore languens.* Salmeron dolorem Virginis (ſi tamen is talis dici meretur) hiſce verbis deſcribit: *Hæc eſt ſancta quædam & tacita querela, ex excellenti quodam & peculiari matris amore, divinitus collata proveniens.*

4. Nimirum benigniſſima hæc Chriſti Mater docere non voluit, cum charitate potiùs & amore alloquendos & monendos, quàm cum auſteritate & rigoroſis reprehenſionibus reprehendendos eſſe, maximè dum non eſt tanta auſteritatis adhibendæ neceſſitas.

Quid feciſti?

Luc. Burg. 5. *Interogntio eſt*, inquit Lucas Burgenſis, *non reprehenſionis, accuſationis, aut querimoniæ, ſed admirationis.*

Alb. M. in Luc. 6. Albertus Magnus parentes pueri hiſce verbis cauſam abillo explorare voluiſſe exiſtimat, cur ſcilicet abillis ſe ſequeſtraſſet, nec tamen eos propoſiti ſui vel minimùm certiores feciſſet. *Aperi cauſam, ut non ſint vacua ſapientiæ tuæ opera, hoc eſt, abſque cauſa facta, non enim ſine magna cauſa feciſti.*

Nobis.

7. Obſerva B. Virginem non dixiſſe *mihi*, quia individua S. Joſephi conjux, affectus illius proprios eſſe reputabat, id quod ad veram quandam & perfectam charitatem propriè ſpectat, quia *Charitas non quærit, quæ ſua ſunt.*

Sic.

8. Dictio hæc affectûs in gradu quodam eminenti poſiti expreſſiva eſt, ſic enim S. Joannes declarare volens, quantum nos, Filium ſuum pro ſalute mundi dando, æternus Pater dilexerit, eadem dictione utitur, & ait: *Sic Deus dilixit mundum.* Idem quòque anxietatem Chriſti, quâ errabundam Samariæ oviculam ad ovile ſuum reducere ſatagebat in ſummo gradu exprimere volens, ita ſcribit: *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* Eodem quòque modo beatiſſima Virgo, quæ *ſedes Sapientiæ* appellatur, exceſſivum dolorem, quem in Filii amiſſione perſenſerat, exprimere volens, utitur hac dictione *ſic*, quaſi gradus ille doloris fuerit quaſi quoddam *non plus ultra* illius affectûs.

Ecce Pater tuus & ego.

9. Porrò tametſi Divinus puer JESUS ſanctum Joſephum loco Patris veneraretur, ipſe tamen quoad hanc amiſſionem vel minimum lamentari auſus non fuit, unde Lyranus inquit: *Non fuit auſus illum arguere, cùm firmiter crederet, ipſum eſſe Dei filium, ſed ex maxima dilectione, quam habebat ad illum, quia amor excellens dominium neſcit.* Lyran.

Dolentes.

10. *Quoniam non ſine magno dolore amittitur*, inquit S. Bonaventura, *quod cum magno amore poſſidetur, hinc eſt, quòd B. Virgo de amiſſione corporalis præſentiæ dilecti ac unici Filii ſui, quem tenerrimè ac ſuper omnia diligebat, multiplicis doloris affectu in anima colaphizabatur.* Salmeron hæc doloris ipſorum aſſignat motiva; *Ex privatione conſolationis tam dulcis pueri; ex commiſeratione, ne puer delicatulus illo triduo aliquid pateretur incommodi; ad hæc ex timore negligentiæ propriæ in cuſtodiendo tali depoſito: bonarum enim mentium eſt, ibi culpã agnoſcere, ubi culpa non eſt.* Mater junioris Tobiæ *flebat irremediabilibus lachrimis*, non amiſſionem filii, ſed reditûs ejuſdẽ dilationem: *Heu heu fili mi, lumen oculorum noſtrorum. Omnia in figura contingebant illis* Beatiſſima Virgo afflictabatur, S. Bonav. ſer. 1. in hac Dom. Salmer. tr. 46. Tob. 10. v. 4.

quia tametsi obsequium ab ipsa Filio suo præstitum gratius eidem esse sciret, quam omnia spirituum cœlestium obsequia, *Nihilominus tamen ipsa anceps*, inquit Didacus Stella, *& dubia manet; non intelligens, an fortè aliquid feciſſet, quod Christi oculis displiceret: tu verò qui quotidie in mille defectus & peccata incidis, lætus vivis, existimans tuis factis Deum amicum & propitium habere.*

Didac. Stell.

S. Bern. ho. in hac Dom.

11. S. Bernardinus hanc Mariæ tristitiam interstillatam aliquantulum fuisse notat, dicit enim: *Quem dolebas? credo non fitim, non inediam timebas puero, quem Deum noveras, sed tantùm subtractas vel ad modicum ineffabiles præsentiæ ejus delitias conquerebaris.*

Orig. ho. in c. 20. Ioan. v. 11.

12. Origenes de Magdalena scribens, de qua S. Joannes ait: *Stabat ad monumentum foris plorans; cùm ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum, dicit: Discе à Maria quærere IESUM, omnem revolve lapidem ab ostio monumenti Dei, tolle omnem concupiscentiã tuam à corde tuo, & diligenter perscrutare, si sit IESUS in eo, si autem nõ inveneris in eo IESUM, ito foris & plora, plorando ora IESUM, ut dignetur intrare ad te.*

13. Enimverò divinus hic puer in Nazaret conceptus fuit: *Nazareus vocabitur*, quod idem significat ac *floridus*; ac proinde in sacris Canticis de semetipso dicit: *Ego flos campi.* Sciendum autem hic est, quòd anima in eodem Canticorum libro ad hunc florem inquirendum perhumaniter invitetur hisce verbis: *Surge, propera amica mea & veni: flores apparuerunt in terra nostra*; subitò autẽ sacer textus subjungit: *Vox turturis audita est*, id quod bene hoc loco observandum est, utpote præsenti proposito nostro multum deserviens; quotiescunque enim turtur gemit, id est, quando devota aliqua anima ex amore Dei tristatur & plangit, tunc Christus securè invenitur. Unde Petrus Cellensis ait: *Dolentis lacrhryma filium Dei amissum ad nos inclinat.* S. Ambrosius super illa regii Prophetæ verba: *Lavabo per singulas noctes lectum meum*, scribens, ait: *Quærit lavans per singulas noctes lectum, ideo meruit David, ut ex ejus familia virgo eligeretur, quæ nobis partu proprio Christum ederet* Messias promissus quidem, sed tot sæculis profundis suspiriis desideratus, per Davidis planctum fuit inventus, siquidem dignus à Deo æstimatus fuit, ut ex ejus progenie dolens hæc mater descenderet, quæ pro salute nostra hunc nobis filium mundi Salvatorem ederet.

Cant. 2. v. 1.

Pet. Cel. de pœni. c. 14.

S. Ambr. l. 2. de pœn. c. 8.

Quærebamus te.

24. *Potissimum nobis docetur*, inquit Didacus Stella, *quamvis gravis dolor & jactura sit, Deum amittere; dolentes ait, & non immerito, quia quanto aliquæ res amissa charior est, tantò majori dolore quæritur.* Laban non tam ideò super Jacob lamentabatur, quòd ab eo clam recessisset, quàm quòd Deos ipsius ei sustulisset; Michæas ob eandem quoque causam lamentabatur, dicens: *Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & Sacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis mihi: quid tibi est?* Deploranda profectò erat illius miseria, qui se omne bonum amisisse credebat, quando potiùs omne malum ab eo sublatum fuerat, falsa nimirum Deorum simulachra; at verò longè lachrymabilior est illorum miseria, qui, dum omne bonum, id est, Deum, *Deus meus, & omnia*, amiserunt, etiamnum rident, nec illud denuò reinvenire satagunt. Unde S. Augustinus ait: *An non in te sunt viscera Christianæ miserationis, ut plangas corpus, à quo discesit anima, & non plangas animam, à qua recessit Deus.* Ploratur ob amici cujusdam mortem, seu propter cujusvis alterius rei terrenæ jacturam, & quando Deus in aliqua delectatione sensuali, vel in dissolutione alia quacunque infelicissime amittitur, ridetur & plauditur. S. Bonaventura circa locum illum Isaiæ cap. 55. *Quærite Dominum, dum inveniri potest*, ità scribit: *Idem Propheta quasi ostendens, quomodo quærendus sit, adjungit: derelinquat impius viam suam; bene autem dicit, dum inveniri potest.* Quod si quis in æstate frigus, vel in hyeme calorem aut nocturno tempore radios solares quæreret, difficulter admodum illorum aliquid invenire posset, quia ad hoc ut aliquid inveniatur, tempore congruo & opportuno inquirendum est; Idem verò sanctus Doctor tandem quale hoc tempus opportunum sit, determinat, & dicit, tempus illud aliud non esse, quàm præsens triduum: *Inventitur autem ost triduum contritionis, confessionis & satisfactionis.* Idem quoque S. agit: *Quærite illum per continua-*

Didac. Stell.

Gen. 31. v. 30.

Judic. 18. v. 24.

S. Aug. serm. 13. de SS.

S. Bon. in hac Dom. ser. 5.

Ser. 1. ib.

tinuationem devotæ orationis, in ſimplicitate cordis per puritatem intentionis, & innocentiam operis, ut nulla ſit duplicitas interius, nulla falſitas exterius. Cui atque Jeremiam cap. 29. ubi Deus ità loquitur: *Cùm quæſieritis me ex toto corde veſtro, inveniar à vobis, dicit Dominus.* Ubi Seraphicus Doctor ait: *Unde B. Virgo quæſivit in toto corde non dimidiando eum ad terrena.* Etenim qui Deum vult invenire, cor & affectum ſuum ad alias res terrenas nequaquam inclinet, quia ſolus eſſe vult in corde noſtro. Unde S. Bonavent. ſerm. 5. dicit: *Non in uno angulo cordis ſicut illi; qui in una parte cordis diabolum, in alia Dominum quærunt; in toto corde quærendus eſt.* Pſal. 118. *In toto corde meo exquiſivi te*

Jer. 29. v. 13. 14. S. Bona. ſer. 5. in hac Dom.

15. Idem quòque S. Bernardum adducit, dicentem: *Quomodo te invenero in gaudio, cùm mater tua dolens vix te invenerit?* In cujus confirmationem Didacus Stella ità meditatur: *Chriſtus in feſtis & gaudiis hujus mundi amittitur, dolore autem & angustiâ cordis invenitur. Ne obſecro, Deum inquiras inter oblectamenta, Moyſes in rubro reperit; Cùm quæſieris Dominum Deum tuum invenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris, & tot atribulatione animæ tuæ.* Unde Pſalmiſta ait: *Cùm occideret eos, quærebant eum, & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum.*

Didac. Stell. Pſ. 77. v. 34.

Verſus 49.

Et ait ad illos: Quid eſt, quòd me quærebatis? Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?

Et ait ad illos: quid eſt, quod me quærebatis?

Salmer. tr. 47.

1. Salmeron hanc loquendi aſperitatem in eum duntaxat finem directam fuiſſe exiſtimat, ut affectum & amorem maternum nonnihil reprimeret. *Ut temperaret effectum carnis, doceretque omnium parentum amorem divino poſtponendum;* oſtenditque proinde non eſſe in Eccleſia Dei peſtem pernitioſiorem, quàm ſit amor parentum, utpote qui cauſa eſt omnium malorum.

Haym. ibid.

2. Haymo ſcribit, Chriſtum illos his verbis non reprehendiſſe, quòd eum quæſierint, ſed potiùs illis uſum fuiſſe tanquam quoddam ad mentem ipſorum ad myſterium ſublevandum motivo: *Cogis eos ſurgere ad intellectum ut intelligant, quia plus debet homo obedire vero Deo Patri, quàm homini Matri.*

Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?

3. Quaſi dicere voluiſſet: Conſiderandum vobis erat, quòd pariter æterni Patris mei filius exiſtam, ac proinde ut talis, ejus obedientiæ & ſervitio obſtrictus ſim. Porro Mater S. Joſephum Patrem nominaverat at verò *Jeſus reſpondens*, inquit Lucas Burgenſis, *dat intelligendum, quòd non illum, ſed alium præſtantiorem ac ſublimiorem Deum inquam, agnoſcat Patrem; opponit Patrem ſuum cæleſtem ipſis, & negotia illius humanis omnibus, etiam parentum ſocietati, obedientiæ, conſolationi.*

Luc. Burg.

4. S. Bonaventura magnam, inter reſponſionem, quam Chriſtus hodie Virgini Matri ſuæ dedit, & aliam, qua in trigeſimo ætatis anno eidem in nuptiis Chananæis reſpondit, differentiam obſervat: *In hoc autem quòd correptus humiliter ſe excuſavit, & invitatus à matre ut miraculum faceret, reſpondit durè, dedit nobis exemplum & formam humilitatis, ut malimus corripi, quàm laudari.* S. Ambroſius nihilominus ſuper duabus hiſce factis B. V. diverſimodè à S. Bonaventura reſpondet: *Alibi cum ad myſterium mater impellit hic mater arguitur, quia adhuc, quæ humana ſunt, exigat; ſed cùm hic duodecim deſcribatur annorum, illic diſcipulos habere doceatur, vides matrem didiciſſe à filio, ut non exigeret à validiore myſterium, quæ ſtupebat in juniore miraculum.*

S. Bona. in Luc. S. Amb. lib. 2. in Luc. c. 3.

Verſus 50.

Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos.

1. Verùm enim verò qua ratione fieri poteſt, ut beata Virgo, quæ inter illa glorioſa epitheta etiam hoc encomio honoratur, ut appelletur *ſedes ſapientiæ*, ut inquam illa non caperet aut intelligeret ea, quæ dicebantur? Albertus Magnus dicit: *Intellexerunt eſſe verbum & ſapientiam Patris, ſed quod jam tunc in tali ætate oſtenſura erat,*

Alb. M. in Luc.

Did. Stell. erat, non intellexerunt. Didacus ſtella dicit, quòd propter amiſſum theſaurum reinventum, præ lætitiæ excellu ſtupefacti, mentem ad ea, quæ dicebantur, non applicârint: *Tantum erat illis gaudium de inventopuero, ut nihil amplius cogitarent; lætitiâ abſorpti, verba pueri non capiebant.* Lucas Burgenſis hanc ignorantiam perfectioni Virginis minimè præjudicaſſe exiſtimat: *Perfectæ enim tunc temporis erat charitate præcipuè, ſcientiâ verò eatenus duntaxat, quòd nihil eorum ignoraret, quæ eo tempore eam ſcire oporteret: nondum enim aderat tempus, quo intelligere eam oporteret hoc Chriſti Verbum, quia per multos conſequentes annos, non erat Chriſtus obiturus amplius, hujusmodi Patris negotia.*

Lucas Burg.

Verſus 51.

Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis, & Mater ejus conſervabat omnia verba hæc in corde ſuo.

Et deſcendit cum eis.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis in laudem obedientiæ ab hoc cæleſti juvene, parentibus ſuis exactè exhibitæ, advertit, quòd *quamvis ad horam exemerit ſe à parentibus, ſtatim tamen reverſus eſt ad ſolitam ſubjectionem.* Notandum verò, S. Lucam expreſſàm dediſſe operam, ut Jeſum duodennem à parentibus reinventum ſubitò ad priſtinum obedientiæ jugum rediſſe omnibus manifeſtum evaderet, *ne quis filium immorigerum, rebellem deinde fuiſſe cogitaret parentibus, ſine quorum conſilio & ſcitu domo ſe abſentaret, quoties luberet prætextu negotiorum Dei Patris, aut ut Dei Patris ageret negotia, parentum de hinc obedientiam neglexiſſe.* Imò adeò fuit in obediendo exactus, ut idem ſcribat, quòd *nunquam ſeipſis ſubtraxerit, niſi conſciis quò iret, & quando rediret;* Congrua verba ſunt: Et deſcendit, inquit interlinearis, *verè deſcendit, qui humiliatus ſub illis.* Hugo Cardinalis ait: *Congruè dictum eſt: Deſcendit, congruit enim & quantum ad loci ſitum, & quantum ad myſticum intellectum; verbo enim deſcenſionis exprimitur modus humiliationis.* S. Antonius Paduanus per hoc exemplum noſtram nobis exprobrat ſuperbiam, dicens: *Et ubeſcas jam infrænata ſuperbia, concidat turgida arrogantia, miſer homo manibus & pedibus reptans, ad honores ſui decoris gradum nititur aſcendere?* bonus Jeſus ad interrogationem piæ matris dicentis: *Fili, quid feciſti nobis ſic? uſque ad triginta annos negotium diſtulit, quod inceperat duodennis, & de templo, in quo in medio Doctorum ſedebat, deſcendit.* S. Bernardus diu antè ſimilem quandam conſiderationem in ſermone quodam ſuper cantica inſtituit, dicens: *Cùm dixiſſet, in his quæ Patris ſui erant, oportere ſe eſſe, non acquieſcentibus parentibus ejus, ſequi eos in Nazareth non deſpexit, magiſter diſcipulos, Deus homines, verbum & ſapientia fabrum & fœminam.* Richardus à S. Laurentio defixis in divinum hunc filium matrem in Nazareth conſectantem oculis, ità meditatur: *In laude aliarum virginum dicitur, quòd ſequuntur Agnum, quòcunq; ierit,* Apoc. 14. *de virgine autem virginũ Maria poteſt ſecurè dici, quod agnus ſequebatur eam, quocunque ivit.* S. Bern. in Hom. ſuper Miſſus eſt ait: *In laudibus virginum ſingulariter canitur, ſequuntur Agnum quocunque ierit, quibus ergo laudibus judicas dignam, quæ etiam præit?*

Interlin. Hugo Card. S. Aut. de Pad. ſerm. in hac Dom. S. Bern. ſerm. 19. in cant. Rich. à S. Laur. li. 1. Apoc. 14. v. 4. S. Bern.

2. In lib. Paralippom. ſcribitur: *Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo, ſi quæſieritis eum, invenietis; ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.* Hiſce verbis ad propoſitum noſtrum pariter S. Bonaventura utitur, dum ait: *Ecce utilitas quærendi Dominum; ad hoc enim quærere debemus, ut inventus nobiſcum ſit per gratiam, & non derelinquamus, ſed ne nos derelinquat, fortiter teneamus,* inquit Gregorius, *prius non inventus quæritur, ut poſt inventus ſtrictius teneatur, hoc ſignificatur ubi dicitur: Deſcendit cum illis, & venit Nazareth.*

2. Paral 15. v. 2. S. Bon. ſerm. 5. in hac Dom. S. Greg.

Et venit Nazareth.

3. *Pulchra conſequentia,* inquit Salmeron, *ut à Jeruſalem deſcendamus in Nazareth, hoc eſt, ab obedientiam & obſequium parentum ac ſuperiorum; ita enim fiet, ut quod eſt hominis, homini tribuatur.*

Salm. tr. 47.

4. S. Antonius Paduanus in hoc facto adimpletum eſſe cenſet illud canticorum oraculum: *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum, ad areolam aromatum, id eſt, ad humilitatem, quæ eſt procreatrix virtutum cæterarum*

S. Ant. de Pad.

rum: Nazareth locus humilis, interpretatur flos, & significat humilitatem, quæ bene dicitur flos.

Et erat subditus.

Lucas Burg. 5. *Id est quietè, modestè,* inquit Lucas Burgensis, *& amicè eis conveniebat, & obediebat in omnibus, in quibus ingenui filii obedire atque obsequi parentibus solent & debent, etiam quæ ad rem familiarem spectarent, adjuvans illos in negotiis exterioribus ad victum comparandum.* Ecce tibi ubinam supremus ille artifex commoretur & degat, qui unico verbo fecit mundum: *Dixit, & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt*; nimirum in fabri cujusdam lignarii officina laborat, ut victum sibi quotidianum comparet, non obstante quòd ipse idem ille sit, de quo æterna veritas testimonium perhibet, dicens: *Aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione.* S. Basilius ait: *In prima ætate Christus subditus parentibus, omnem laborem corporalem mansuetè & obedienter sustinuit: cùm enim homines illi essent justi quidem ac pii, verùm pauperes & rebus necessariis non abundantes, meritò laboribus corporis assiduis dediti erant, propter hoc necessarias res sibi ipsis acquirentes*; nimirum exemplum nobis reliquit, quo victum nostrum sudoribus quotidianis lucrari monemur; Nam, ut Beda ait: *Quid inter vos aliud, quàm quod à nobis agi vellet, ageret?* Imò idem Lucas Burgensis Christum hanc vitam ad trigesimum usque ætatis annum, quo se baptizari permisit, continuâsse tradit: *Intelligendum est autem, subditum fuisse Joseph & Mariæ usque ad unum ætatis trigesimum.* Adeòque si curiosè indagare velimus, quidnam filius Dei à duodecimo usque in trigesimum ætatis annum hìc in terra fecerit? S. Lucas, cujus calamus à Spiritu sancto, qui Spiritus est veritatis, gubernatus semper fuit, aliud nihil dicit, quàm duo hæc verba: *Erat subditus illis*, quasi dicere vellet, vera & solida quædam sanctitas consistit in eo, quòd ad imitationem ejus, majoribus nos subjiciamus: domui intentus sit, ac demũ unusquisq; pro victu suo quotidiano acquirendo in ea se arte exerceat, quam didicit; siquidẽ *labores manuũ tuarũ quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Salmerõ scribit; *Multi hoc desiderio sciendi, quid ab anno undecimo usque ad trigesimum fecerit Christus, discruciantur; quibus hoc verbo Lucas satisfacit: Et erat Jesus subditus illis, orabat, jejunabat, flebat, pauperibus parentibus collaborabat, ex quo & fabri filius à turba vocitatur.*

Beda. Lucas Burg.

Ps. 27. v. 2. Salmet. tr. 47.

S. Basil. de const. exercitatoriis c. 4.

6. S. Ambrosius varia nobis motiva insinuat, quibus nos inducere nititur ut parentibus nostris obsequiosi & obedientes simus: *Disce*, inquit, *quid parentibus tuis debeas: Tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis dispendium, partûs periculum, longa fastidia, longa discrimina.* Demum verò ad genitores nostros descendens, breviter ea, quæ in utilitatem nostram fecerint, considerat: *Quid anxios Patres loquar? Pro filiorum profectu & multiplicatos alienis usibus census, nonne pro his obsequia saltem oportet rependi.* Jansenius considerat, quòd tametsi divinus hic puer de se verè dixisset: *In his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse*, hæc tamen omnia reliquerit & sepositerit, ut nutibus & voluntati ipsorum promptissimè obediret: *Qui priùs ostenderat suo exemplo, in quibus negotiis parentum potestati non subsimus, rursus ostendit, quanta parentibus carnalibus debeatur reverentia & subjectio.* Ponderandum est autem, quòd Evangelista protinus subjungat: *Jesus autem proficiebat sapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines.* Siquidem bonæ educationis effectus est humilis majoribus exhibita subjectio, profectus in virtutibus, nec non gratiæ & benevolentiæ apud Deum, & homines conciliatio.

S. Ambr. lib. 2. in Luc. c. 3.

Jansen.

Illis.

7. S. Antonius de Padua dicit: *Quibus illis? Fabro & paupercula virgini; cœli creator subditur fabro; Deus æternæ gloriæ subditur virgini pauperculæ; non ergo dedignetur obedire Philosophus piscatori, sapiens simplici, literatus idiotæ, filius Principis ignobili.* Ab hoc exemplo Origenes deducit, nequaquam nos dedignari debere obedientiam exhibere nostris genitoribus, & aliis vice illorum, qui nimirum superiorum inter nos locum & gradum obtinent: *Si Jesus filius Dei subjicitur Joseph & Mariæ, ego non subjiciar Episcopo, qui mihi à Deo ordinatus est Pater: non subjiciar presbytero, qui mihi Domini dignatione præpositus est?*

S. Ant. de Pad.

Orig. ho. 20. in Luc.

Conſidera, quantum Chriſtus Joſepho præcellat, & ejus ex altera parte perpende humilitatem & ſubjectionem: *Sciens majorem eſſe ſubjectum, trepidus moderabatur imperium. Videat ergo unusquisque, quod melioribus ſæpe præpoſitus ſit inferior, & nonnunquam accidet, quod ille qui ſubjectus eſt, melior ſit eo, qui ſibi videtur eſſe præpoſitus, quod cùm intellexit dignitate ſublimior, non elevabitur ſuperbiâ ex eo quod major eſt, ſed ſciet, ita ſibi meliorem eſſe ſubjectum, quo & Jeſus ſubjectus fuit Joſeph.*

S. Bern. ho. ſuper miſſus eſt.

8. S. Bernardus circa idem ly *illis*, ſimilem quandam ponderationem inſtituit, dum ait: *Quis, quibus? Deus, hominibus, Deus inquam, cui Angeli ſubjecti ſunt, cui principatus & poteſtates obediunt, ſubditus eſt Mariæ. Diſce homo obedire, diſce terra ſubdi, diſce pulvis obtemperare; Erubeſce ſuperbe cinis; Deus ſe humiliat, & tu exaltas; Deus ſe hominibus ſubdit, & tu dominari geſtiens hominibus, tuo te præponis authori?* Ingenioſus fuit ille S. Ildephonſi devotiſſimi Mariæ clientis conceptus dicentis: *In illo ſpiritu humili excelſa loquar de Jeſu, in quo ô Domina confiteris eſſe te ancillam Domini? Tam verè timeam hunc Ieſum, quàm verè idem cùm eſſet Deus, erat ſubditus tibi parenti.*

S. Idelp. lib. de virg.

S. Bern.

Beatiſſima Virgo, ut S. Bernardus ait: *Humilitate concepit*, id eſt, quando dixit, *ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundùm Verbum tuum*, quid mirum igitur, quod ex quo humilitatis in hoc partu tantam partem obtinuit, de illo quòque dicatur *& erat ſubditus illi*? Ipſa ſe ancillam ejus eſſe proteſtata fuit; ipſe verò, quoadusque vixit, ſervum ſe illi ſubjectiſſimum & obedientiſſimum exhibuit, nimirum ſe à Matre ſua in hac humilitatis virtute vinci aut ſuperari permittere noluit.

S. Bern. ſerm. in die Paſch.

9 Valde conſiderabilia ſunt illa S. Bernardi verba, quibus in ſermone quodam ità dicit: *Attendite quid fecerit magni conſilii Angelus, quomodo conſilium ſuum poſtpoſuit conſilio vel potiùs voluntati mulieris unius (beatiſſimam Virginem loquor) & fabri pauperis, ipſe eſt Joſeph, Bonum erat illud conſilium; In his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe, ſed quia illi non intelligunt, mutavit conſilium, ut nos mundaret ab ea lepra, quæ proprii conſilii eſt. Quis non erubeſcat obſtinatus eſſe in conſilio ſuo, quando ſuum ſapientia ipſa deſervit?* Porrò inter tria religioſorum vota, obedientia virtus eſt magìs ardua, quia per paupertatem bona terrena deſpicimus, per caſtitatem, ſenſus corporis ſup. primimus, ſubjiciendo eosdem rectæ rationi; at verò per obedientiam, propriam voluntatem ſubjicimus, quæ quid longe ampliùs eſt, quia libertas eſt arbitrii & rationalis. Simeon de Caſſia oculum conſiderationis ſuæ in Jeſum Mariæ & Joſeph ſubjectum deflectens, in ſingulare beatiſſimæ Virginis præconium dicit: *Chriſtus duobus virginibus factus eſt ſubditus, ut noverint hoc Sacramentum homines, quod illorum Chriſtus complet vota, deſideria perficit, qui ſe puritati & munditiei tradiderunt.*

Sim. de Caſſ. li. 2. c. 24.

Et mater ejus conſervabat omnia verba hæc in corde ſuo.

10. Hugo Cardinalis ait: *Id eſt in arca memoriæ reponebat omnia, non ſolùm verba, ſed etiam facta, verbum enim interdum ponitur pro re.* Ubi notandum eſt ly *omnia*; neque enim permittendum eſt, ut ex copioſa illa Verbi Dei menſa, vel unica etiam mica inutiliter cadat: *Iota unum aut unus apex non præteribit*; nonnunquam vel in unico duntaxat verbo, ſalus noſtra repoſita erit. Pulchra eſt illa Euthymii obſervatio dicentis: *Tanquam verba non ſimpliciter pueri, ſed etiam Filii Dei, conſervabat omnia examinans apud ſe*; Verbum Dei in ſemetipſo, & in origine ſua attendendum eſt, non verò cenſurandus aut examinandus is, qui illud annuntiat. *Qui vos audit me audit.* In corde cuſtodiendum eſt quia ut monet Eccleſiaſticus: *Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit.* Beda, cujus teſtimonium Lucas Burgenſis adducit, de Maria ait: *Sive quæ intellexit, ſive quæ necdum intelligere potuit, omnia ſuo pariter in corde quaſi ruminanda & diligentiùs ſcrutanda, recondebat.*

Hugo Card.

Matth. 5. v. 18.

Euthy.

Eccl. 21. v. 17. Beda

Verſus 52.

Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.

Et Ieſus proficiebat ſapientiâ.

1. S Bernardus dubium quoddam, quod circa hæc verba moveri poterat hiſce verbis reſolvit: *A principio perfectus, à principio plēus fuit ſpiritu ſapiētiæ & intellectus, ſpiritu,*

S. Bern. ho. ſuper miſſus eſt.

tu conſilii & fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ & pietatis; nec te moveat, quod de illo legis in alio loco: JESUS autem proficiebat, &c. nam quod de ſapientia & gratia hic dictum eſt, non ſecundùm quod erat, ſed ſecundùm quod apparebat intelligendum eſt. Hugo Cardinalis ex doctrina S. Gregorii eandem diſtinctionem advertit, dicens: *Non per acceſſum temporis quod non habebat accipiendo, ſed dona gratiæ, quæ habebat, cæteris pandendo, ad Dei laudem & hominum utilitatem, & ideo proficiebat apud Deum & homines; Deo ad honorem Dei, hominibus ad utilitatem illorum.*

Hugo Card.

Lyran.

2. Lyranus Chriſtum hanc ſapientiam ſecundum congruentiam & opportunitatem demonſtraſſe obſervat, dum ait: *Hanc perfectionem non oſtendebat, niſi prout conveniebat temporis exigebat, ſecundùm illud Eccleſiaſtici: Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit, omni negotio tempus eſt & opportunitas; Et in hoc literatis & ſapientibus dedit exemplum, ut non oſtendant ſapientiam ſuam, niſi ſecundùm loci & temporis opportunitatem.*

Ætate, & gratiâ apud Deum & homines.

Luc. Burg.

3. Lucas Burgenſis ait: *Pro ætate alii vertunt ſtaturâ; ætas corporis eſt, ſapientia & gratia ſunt animi; cujus ſapientia quidem intellectum, gratia autem affectum perficit, non per incrementa ætatis evaſit aut ſanctior aut melior. ſed perfectioribus gratiæ ſanctitatisque operibus incubuit.*

4. Naſcitur hoc loco dubium, quomodo S. Lucas verè aſſerere potuerit, Chriſtum ab omnibus animatum fuiſſe, cum à Judaiſmo atrociter & inceſſanter perſecutionibus impetitus fuerit? Reſpondetur igitur, Evangeliſtam de annis præcedentibus ad trigeſimum uſque intelligendum eſſe, priuſquam ſcilicet prædicationi inſiſteret, & mircula patraſſet; Ex quo autem vitia reprehendere, aliorumque paſſiones inordinatas & ſcandala manifeſtare cepit, perverſorum erga ſeipſum odia concitavit, ſicut & miracula & comitatus diſcipulorum magnam ipſi conciliavit invidiam; Cæterum quamdiu privatam vitam egit teſte Gerſone, fama illa per Nazareth, & totam Judæam univerſim divulgabatur, quod qui conſolationis indigus eſſet ad Joſephi & Mariæ filium ſeſe reciperet: *Eamus ad filium Ioſeph & Mariæ, & conſolabitur nos* Idem quòque Lucas Burgenſis reſpondet, dum ait: *Loquitur de privata IESU vita, in domo parentum.* Etenim hæc vita quieta eſt, & contemplationi aptiſſima, & ſaluti obtinendæ facilis & commoda. Unde S. Arſenius de modo, quo ſe de animæ ſalute aſſecurare poſſet, deliberans, hanc vocem audivit: *Fuge, late, tace.*

Gerſon. *Luc. Burg.* *Theophyl.*

5. Theophilactus obſervat, quòd Evangeliſta prius dicat *apud Deum*, & poſtea ſubjungat de hominibus mentionem. *Primò apud Deum & poſtea apud homines, quia prius debet placere Deo, & poſtea hominibus.* Janſen. ait: *Simile ſcribitur 1. Reg. 2. de Samuele: Puer autem Samuel proficiebat atq; creſcebat, & placebat tam Deo quàm hominibus.* De Moiſe quòque Eccleſiaſt. dicit: *Dilectus Deo & hominibus Moyſes, cujus memoria in benedictione eſt.* Guerricus Abbas hanc prærogativam in hac vita ſcilicet præſenti placendi ſimul Deo & hominibus optimè his verbis ponderat: *Paucis expreſſit ſcriptura bonum ac beatum virum, paucis comprehendit ſummam perfectionis, plenitudinem gratiæ & virtutis, quid enim deeſſe poteſt ad æternam felicitatem illi, qui à Deo diligitur? ad præſentem conſolationem illi, qui ab hominibus poſtea amatur?*

Ianſen. *Eccli. 45. v. 1.* *Guerr. Abb. ſer. 3. de S. Benedict.*

* * * * *
* * * *
* * *
*

DOMINICA SECUNDA POST EPIPHANIAM.

EVANGELIUM

Ex cap. 2. Joannis.

1. NUptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat Mater Jeſu ibi, 2. Vocatus eſt autem & Jeſus, & diſcipuli ejus ad nuptias. 3. Et deficiente vino, dicit mater Jeſu ad eum: Vinum non habent. 4. Et dicit ei Jeſus: quid mihi, & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. 5. Dicit mater ejus miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite. 6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundùm purificationem Judæorum, capientes ſingulæ metretas binas, vel ternas: Dicit eis Jeſus: Implete hydrias aquâ. 7. Et impleverunt eas uſque ad ſummum. 8. Et dicit eis Jeſus: haurite nunc & ferte architriclino, & tulerunt. 9. Ut autem guſtavit architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat, unde eſſet, miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam, vocat ſponſum architiclinus, & dicit ei. 10. Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius eſt; tu autem ſervâſti bonum vinum uſque adhuc? 11. Hoc fecit initium ſignorum Jeſus in Cana Galileæ, & manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli ejus.

Verſus 1.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat mater Jeſu ibi.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana.

Lyran. in moral.

1. NUptiæ tunc celebrantur, quando ſponſus Eccleſiæ, ſcilicet Epiſcopus conſecratur, in Cana Galileæ, inquit Lyranus, Canæ zelus, Galilæa tranſmigratio interpretatur; Per hoc ſignificatur, quòd Epiſcopi conſecratio fit propter zelum animarum, & propter transmigrationem ipſius ad culmen virtutum; hæc enim duo inſeparabiliter concomitari debent Epiſcopalem ſtatum.

S. Th. in Joan.

2. S. Thomas dicit: *In zelo ergo transmigrationis hæ nuptiæ celebrantur, ut denuntiet, eos maximè Chriſti conjunctione dignos exiſtere, qui zelo piæ devotionis, frequenter transmigrant de ſtatu culpæ ad gratiam Eccleſiæ,*

Et erat mater Jeſu ibi.

3. In admirationem prima facie jure merito rapit conſideratio, quòd B. Virgo ſeſe ab hiſce nuptiis non ſubduxerit; Hoc etenim Ruperto Abbati Tuitienſi occaſionem dedit exclamandi: *Magnum & cunctis ſanctæ Eccleſiæ ſpectandum ordinibus humilitatis exemplum, verùntamen ſacris virginibus non imitandum, quòd mater Jeſu virgineum Domini templum, illibatum ſancti Spiritûs ſacrarium, non aſpernata eſt carnalium intereſſe voluptati nuptiarum.* *Rup. Ab. lib. 2. in Joan.*

Toletus Evangeliſtam hujus mentionem feciſſe ſcribit: *Tum ut præſentiam tantæ perſonæ non prætereat, tum quia in miraculo, quod accidit, ipſa intervenit.* *Tolet.*

S. Thomas in ea eſt opinione: quòd Chriſtus propter ſanctiſſimam matrem ad hâſce nuptias invitatus fuerit, putátque conſequenter dicendum eſſe, quòd quia Neoſponſi Chriſtum adeò ſolitariè & abſtractè vivere *S. Thom. in Joan.*

vivere ſciebant, ut nulli unquam convivio hactenus præſens fuiſſe ſciretur, ideo meritò dubitârint, an invitatus ad nuptias, in iiſdem compariturus fuiſſet, ideóque ſanctiſſimam ejus matrem priùs invitârint, ut hac ratione utriuſque præſentiâ faciliùs gaudere poſſent: *Puto quod primò conſuluerunt matrem, an IESUS eſſet vocandus; & ideo ſignanter dicit Evangeliſta, primò matrem adeſſe jam in nuptiis, & IESUM poſtmodum fuiſſe vocatum.* Alii verò ſcribunt, uſitatum fuiſſe olim timoratioris conſcientiæ hominibus in ſimilibus conviviorum nuptialium occaſionibus, inter alios convivas, mulieres quòq; invitare ſumma & rata honeſtate & modeſtia præditas, & hæ per præſentiam ſuam & illis debitum reverentialem reſpectum, & lætitiæ exceſſum in talibus fieri ſolitum temperarent.

S.Thom. in Dom. 4. S. Thomas ait: *Myſticè autem in nuptiis ſpiritual ter eſt mater IESU; Virgo ſcilicet beata, ſicut nuptiarum conciliatrix, quia per ejus interceſſionem conjungitur anima Chriſto per gratiam.*

Hugo Card. in Joan. Iſa. 26. v. 17. 18 5. Hugo Cardinalis dicit: *Erat mater IESU ibi, id eſt, timor Dei, qui generat & nutrit ſalutem.* Iſaiæ 26. *A timore tuo concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis, vel mater IESU eſt tenera & pura conſcientia.*

Verſus 2.

Vocatus eſt autem IESUS & diſcipuli ejus ad nuptias.

Tolet. 1. Toletus Chriſtum invitantibus ad nuptias acquieviſſe credit, ne honeſtam illam & civilem converſationem aſpernari videretur, qui jam quoad externam vitam communem elegerat; & ut ſe tantò magis exhiberet benignum & amabilem.

Lucas Bur. Lucas Burgenſis Chriſtum exemplo ſuo nos erudire voluiſſe, dicit, ne parentes aut cognatos pauperes erubeſcamus, aut agnoſcere detrectemus. Idem quòque S. Cyrillum citat dicentem, quòd Chriſtus ad nuptias conceſſerit, ut ſolemne illud

S.Cyrill. patraret miraculum: *Miraculi potiùs, quod acturus erat, quàm conjugii gratiâ adfuit.*

2. Auguſtinus ait: *Quid autem mirum, ſi in illam domum ad nuptias venit, qui in hunc mundum ad nuptias venit? Verbum eſt ſponſus, & ſponſa caro humana, & utrumque unus Dei filius, & idem filius hominis. Ille uterus Virginis Mariæ thalamus ejus eſt, unde pro. eſſit tanquam ſponſus de thalamo ſuo.* *S.Aug. tr.8.in Ioan.*

3. Beda exiſtimat Chriſtum per hanc in nuptiis comparitionem ſuam, Tatiani & Marcionis & aliorum hæreſim condemnare voluiſſe, quos prævidebat maledicos fururos eſſe adverſùs nuptias, ſimúlque ſtatum hunc conjugalem ſanctificare voluiſſe; ſiquidem ab utero virginali naſci, & ab Annæ viduæ lingua Prophetica benedici voluit: *A nuptiarum celebratoribus jam juvenis invitatus, hoc præſentiâ ſuæ virtutis honorat.* *Beda in Ioan.*

4. Ad nuptias quòque invitari voluit, tametſi aliàs in ſumma ſolitudine vlvere conſueviſſet, ut hoc nobis exemplum poſt ſe relinqueret, quòd nuptiæ, quæ vel maximè cœli favoribus proſperari merentur, ſint illæ, in quibus ſponſi eundem ſibi finem propoſitum habent, quem Tobias junior habuit, dum ait: *Et nunc Domine tu ſcis, quia non luxuriæ cauſâ accipio conjugem; ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in ſæcula ſæculorum.* Hiſce igitur nuptiis Chriſtus, B. Virgo, & diſcipuli adſunt, id eſt, ùt S. Auguſtinus exponit, qui ſe ejus addixerant ſequelæ & diſciplinæ. *Tob.8.v. 9.*

5. Porrò primum ſuum miraculum in ſolemni quodam convivio patrare voluit, ibidem manifeſtandæ gloriæ ſuæ facete initium, non obſtante, quòd diſſolutionem ùt plurimùm ſecum adferre ſoleant; ut ex hoc agnoſceremus, diſſolutiones iſtas & laſcivias à noſtra duntaxat malitia derivari; ſiquidem Pſalmiſta expreſsè etiam juſtos invitat, dicens: *Et juſti Epulentur & exultent*; quónam verò modo lætandum & epulandum ſit, immediatè pòſt exponit, dum ſubdit: *In conſpectu Dei, & delectentur in lætitia, cantate Deo, Pſalmum dicite nomini ejus.* Neque enim in ejusmodi conviviis præſentia Dei excludenda eſt è mentibus noſtris. *Pſ.67.v. 4.* *Ib.v.5.*

Verſus 3.

Et deficiente vino, dicit mater IESU ad eum vinum non habent.

Luc. Burg. 1. Notat Lucas Burgenſis, Evangeliſtam cauſam, cur vinum defecerit, minimè exprimere; cumque defectum illum à convivarum intemperantia minimè proceſſiſſe certum ſit, ſiquidem *ibi IEſus aderat temperantiæ exemplar & magiſter*; ideo veriſimile eſſe exiſtimat, quòd cum vinum non in abundantia, & menſuratum pro numero convivantium præſentium allatum fuerit ideo Chriſto & diſcipulis ejus ſupervenientibus minimè ſuffecerit. *Alb. M. in Ioan.* Albertus M. ex hoc vini defectu Neoſponſorum paupertatem conjectat, dum ait: *In terra ubertatis vini, tempore ſuæ jucunditaris vinum ſufficienter habere non poterant; ex hoc accipitur, qualiter Chriſtus pauper, congregationem pauperum amabat, quorum nuptiis intereſſe non dedignatus eſt.* *Luc. Bur.* Veruntamen idem Lucas Burgenſis defectum hunc quendam fuiſſe Divinæ providentiæ effectum exiſtimat: *Divina providentia hanc vini inopiam, non ad inopiam procuravit, ſed ad copiam, ut glorificetur Filius Dei per eam.* Cui conſonat, quod *Beda.* Beda hiſce verbis ſcribit: *Ut vino meliore per ipſum mirabili ordine facto, manifeſtaretur gloria latentis in homine Dei, & credentium in eum fides aucta proficeret.*

Cæſ. Arel. hom. 8. 2. Cæſarius Arelatenſis ait: *Vinum deficiebat, quia vinea fructum negabat, de qua dicitur Iſaiæ 5. Exſpectavi ut faceret uvas, fecit autem ſpinas.*

3. Porrò vinum eſt lætitiæ mundanæ ſymbolum: *Vinum lætificat cor hominis*; ac proinde in hoc deficientis vini eventu, lætitiam ubi ad ſummum venit, deficere ſignificatur, quia *deficiente vino vinum non habent*, quando convivium in meliori fervore conſiſtebat: *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat.* *Pro. 14. v. 13.* Verùm dicat aliquis forſitan, ſi hæ nuptiæ profanæ fuiſſent (quales ut plurimum omnes aliæ eſſe ſolent) vinum, id eſt veram lætitiam in eo deficere mirandum non eſſet: at verò cum hæ nuptiæ Chriſti & ſanctiſſimæ Matris ejus præſentiâ honoratæ fuerint, cur Chriſtus defectum illum permittit? Albertus Magnus, per citatum ab ipſo ſancti Hieronymi teſtimonium, conveniens fuiſſe dicit, quòd in convivio, ad quod Filius Dei invitatus erat, vinum lætitiæ temporalis & terrenæ deficeret: *Hoc enim vino ſancti non delectantur, quia inebriat ad Dei oblivionem, & incendit ad concupiſcentiam. Ad Epheſ. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu ſancto.* *Alb. M.* *S. Bern. ſerm. 4. ſub. Salve regin.* S. Bernardus ad beatam Virginem Mariam converſus, ita eam alloquitur: *Vocem tuam audivimus, ô Domina rerum, ad Filium vinũ non habent: deficit vinũ in cadis noſtris, vinum ſcilicet lætificans cor hominis; vinum quærimus, quod germinat virgines; calix in manu tua.* Non eſt periculum, quod vinum hoc in nuptiis Euchariſticis unquam ſit defecturum, ſiquidem eſt *juge ſacrificium. Deficiente vino ſpiritualis lætitiæ*, inquit Gloſſa Hugonis Cardinalis, ſiquidem Deus, ad probationem ſervorum ſuorum, iiſdem conſolationes ſpirituales internas ſæpe deeſſe permittit, eoſque per ariditatem animæ, ſpirituſque deſolationes affligit. *Dan. 8. v. 13.* *Hugo Card.*

4. Verum enim verò id, quod hac in re vel maximè conſiderabile eſt, Simon de Caſſia hiſce verbis tetigit: *Vinum non habent nuptiæ vel convivæ, quia non habent unde lætentur, verè omnes in hac vita degentes non habent unde gaudeant.* *Sim. de Caſſ. li. 5. cap. 1.* Unde bene Sapiens cavendum eſſe monet, ne per vini in vitro ſplendeſcentis ſpeciem aut exteriorem apparentiam nos deludi & decipi patiamur: *Ne intuearis vinum, quando flaveſcit, cùm ſplenduerit in vitro color ejus, ingreditur blandè, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber.* *Prov. 23. v. 31. & 32.* Quiſquis accurate conſideret, qualem convivia, choreæ, carnales voluptates, cunctæque aliæ immoderatæ & exceſſivæ mundi lætitiæ & gaudia, finem & terminum habere ſoleant, illas potius ſpinas quàm roſas eſſe fatebitur, quemadmodum Chriſtus in parabola de ſeminatore clarè atteſtatur. Regum ſapientiſſimus Salamon, ſumma in hac vita felicitate temporali uſus, ipſemet dicit: *Vadam & affluam deliciis, & fruar bonis, & vidi, quod hoc quoque eſſet vanitas: riſum reputavi errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis?* *Eccl. 2. v. 1. 2.*

Dicit

Dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent.

5. Aliqui illam convivio minimè accubuisse, sed eidem velut Neosponsorum familiarem & cognatam, convivio tantùm superintendisse, Filióque vini diminutionem suggessisse, dicendo, ut sanctus Bonaventura observat, *vinum non habent*, non verò dicendo, *vinum non habemus*; unde ipsam mensæ non accubuisse colligi videtur; nihilominus Lucas Burgensis dicit: *Sed quid vetat dicere non sedisse longe, à filio ità ut facilè ex suo loco alloqui potuerit? dicit autem in aurem, ut nonnulli arbitrantur, at non est necesse hoc, verisimilius est, proximè assistentes audivisse.* Idem quòque observat, ipsam Filio suo vini defectum significasse, non quasi idipsum ignoraſſe existimarit, cùm enim ipsum miraculum facere posse sciret, longè magìs id illi manifestum esse intelligebat; *sed indicatio, modesta petitio est. Adjutrix in opportunitatibus* appellari jure potuit, utpote quæ pro vino instantiam facere non distulit, quando illud totaliter consumptum fuit, sed deficiente vino. Unde sanctus Thomas ait: usque ad extremam necessitatem non distulit, *sed deficiente vino, &c.* Rupertus Abbas Tuitiensis ait: *Optat B. Dei genitrix convivantibus fieri janua cælestis beneficii, ne illorum devotio, qui se invitaverant, fructu suo careret, neve hilaritatem præsenti rei competentem importunâ penuriâ contristaret.* Euthymius ait: *His qui vocaverant, gratiam volens rependere.* Dionysius Carthusianus sollicitudinem Virginis, quam exhibuit, dum non rogata sponsorum necessitatibus corporalibus prospicere voluit, considerans tale argumentum formavit: *Si illorum corporali inopiæ consulebat, & succurrebat etiam non rogata, quanto magis nostræ spirituali indigentiæ compatietur, auxiliumque præbebit, si fuerit fideliter invocata.*

Lucas Burg.

S. Thom. in Ioan.

Rup. Ab. l. 2. in Ioan.

Euthy. ib.

Dionys. Carth.

6. Toletus hoc convivis, in hac occasione a Maria præstitum subsidium perfectam & opportunam misericordiam & compassionem appellat: *Perfecta, quia à nemine rogata, sed sponte ad succurrendum se exhibet efficacem; ea est enim perfecta misericordia, quæ etiam petitiones & preces prævenit: etenim tantò misericordia perfectior, quanto liberalior, tantò autem liberalior est, quantò minus rogari exspectat, petitionis enim exspectatio apud homines, pretii quædam est acceptatio.* Nusquam constat, beatam Virginem in illo triginta annorum spatio, quo cùm filio suo in summa paupertate vixit, ullum ab ipso miraculo poposcisse, neque ob proprium suum interesse & commodum sollicitam fuisse, utpote quæ adeò sobriâ & temperanter semper vixit; solum verò ob alienam verecundiam & confusionem reparandam aut præcavendam primum à Filio miraculum expetiit. Unde Lucas Burgensis optimè ait: *Non ambitione aut vanæ gloriæ appetitu mota id petit, ut ipsa unà cum Filio ab hospitibus magni fiat, & extollatur, (absit) sed sollicita pietate, & misericordi charitate erga pauperes cognatos ne pudefierent.* S. Bernardus in ser. 1. de hac Dominica, dicit: *Compassa est eorum verecundiæ sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procederet, nisi pietas? quid inquam mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis?*

Toler.

Luc. Burg.

S. Bern. serm. 1. in hac Dom.

7. Observanda quoque est modestia, quacum vini provisionem à filio poposcit, qua se Psalmistæ monito conformasse videtur, dicentis: *Revela Domino viam, tuam, & spera in eo, & ipse faciet.* S. Bernardus ait: *Non precatur Dominum, non imperat Filio, defectum vini tantum nuntiasse contenta; cum beneficis & ad liberalitatem propensis, ità est agendum, non enim gratia violenter exprimenda, sed proponenda occasio.* Sanctus Bonaventura ait: *Suppositi sibi potestatem, largitatem, ad subveniendum pietatem, & ideo solùm ait: vinum non habent; amanti enim qui est potens, & sciens, & volens subvenire, sufficit nuntiare.* Carthusianus per hoc exemplum modestiam nobis insinuat, quacum superioribus nostræ sunt necessitates aperiendæ, illorumque discretioni earum relinquenda est provisio. Sanctus Thomas ait: *Ex reverentia, quàm ad DEUM habemus, sufficit nobis, ei tantùm defectus nostros exponere, secundùm illud: Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est abscon-*

Ps. 36. v. 5.

S. Bern. ser. 46. in cant.

S. Bona. in Luc.

Dionys. Carth.

S. Thom. in Ioan.

ſconditus; qualiter autem nobis Deus ſubveniat, non eſt noſtrum inquirere; quia ſicut dicitur Romanor. 8. *Nam quid oramus, ſicut oportet, neſcimus, & ideo mater ejus defectum aliorum ſimpliciter expoſuit, dicens: Vinum non habent.*

Verſus 4.

Et dicit ei Jeſus: quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea

1. Hæc reſponſio primâ facie tantisper aſpera videtur, maximè cùm, út ſanctus Bonaventura notat, adeò ſe erga ſanctiſſimam matrem ſuam obſequioſum ſemper exhibuerit: *Et erat ſubditus illis*; nihilominus omne dubium facilè evaneſcet, ſi varias ſacrorum expoſitorum interpretationes rite conſideraverimus: Cajetanus ait: *Non ſunt verba objurgantis, ſeu arguentis, aut repellentis matrem, ſed inſtruentis, quòd neutrius intererat pro tunc.* Janſenius ità exponit, ut ſenſus ſit: *Quid meâ & tuâ intereſt, quòd non habent vinum?* Hugo Cardinalis ſenſum horum verborum eſſe dicit: *Cognitio hujus defectûs non pertinet ad me, vel ad te, ſed ad illos, quorum ſunt nuptiæ.* Quam ſententiam Cajetanus ex illo confirmat, quòd protinus pòſt accidit, quia Architriclinus mox ad ſponſum recurrit.

Cajet. *Janſen. concor. evang. c. 18.* *Hugo Card.*

2. Præterea etiam advertendum eſt, quòd S. Bonaventura notat, ſcilicet Chriſtum oſtendere voluiſſe, quòd non affectet miraculum ad matris inſtantiam facere, abſque eo quòd hoc ab illis expeteretur, qui eo indigebant: *Ut non eſſent ſuſpecta miracula, ab his enim qui indigebant, regari oportuerat, & quando tales rogant, inſuſpicabile eſt miraculum, & pura laus.* Beatiſſima Virgo, út S. Thomas ſcribit, ante tempus miraculum expetiit, ac proinde ſe ad illud patrandum nonnihil invitum oſtendit, ipſa namque ſupplicaverat priùs quam vinum totaliter defeciſſet, *Deficiente vino, noluit facere miraculum, priùsquam ſciretur defectus, quia ex hoc fuiſſet minùs notum, & minus credibile.*

S. Bona. *S. Tho. in Ioan.*

3. S. Bernardus ait: *Manifeſtè jam video, quòd non velut indignatus, aut confundere volens Virginis Matris teneram verecundiam, dixerit: Quid mihi & tibi? ſed propter nos, ut converſos ad Dominum, jam non ſollicitet carnalium cura parentum.* Porrò David olim futurum Meſſiam adinſtar Melchiſedechi futurum eſſe prædixerat, qui ab omni conſanguinitate & parentela alienus erat, ac proinde in omnibus oneribus ſe à cognato ſanguine alienum eſſe ſollicitè ſemper oſtendit, & præcipuè in hac occaſione, in qua per viam miraculorum, gloriam, id eſt, Divinitatem ſuam manifeſtaturus erat. Unde videri noluit, ac ſi ad matris inſtantiam moveretur ad facienda prodigia. Qua in re ſimiliter nos inſtruere voluit, quòd in Dei donis ac gratiis communicandis à nobis nunquam conſectandus ſit ſanguinis impulſus; ſed in ea ſolum reſpiciendum ſit ſervitium divinum. Beda verò & ſanctus Auguſtinus à Gloſſa citatus, eum hoc loquendi modo innuere voluiſſe dicunt, ſe donum & operationem miraculorum non ab ipſa, matre ſcilicet ſua, ſed ab æterno Patre ſuo accepiſſe. Unde Toletus ait: *Id eſt opus, quod petis, non ex humano pendet obſequio, non jure filiationis humanæ, nec amicitiæ aut conſanguinitatis ullius exhibendum eſt ratione, ſed ex divina pendet voluntate.* Rupertus Abbas Tuitienſis Chriſtum in hac reſponſione reſpectum & reverentiam erga ſanctiſſimam matrem nihil penitus diminuiſſe, his verbis ponderat: *Quia profectò nulla eſt exhonoratio Patris, vel Matris, dum eis non quælibet cauſa, ſed ſolius præfertur honor vel opus Dei.*

Tolet. *Rup. Ab.*

4. Sanctus Maximus poſtulationem hanc, temporalem fuiſſe conſiderans ſcribit: *Idcirco, ut reor, quia de defectu carnalis poculi ei ſuggerebant, qui venerat totius orbis gentibus novum æternæ ſalutis poculum propinare; nam quod petebat Maria, erat gratiæ temporalis; quod Chriſtus parabat, gaudii ſempiterni.* Chriſtus etenim deſiderâſſet, quòd auguſtius vel majus quidpiam poſtulâſſet, ut vinum in ſanguinem ſuum transmutaret, ut is pro ſalute peccatorum, quorum ipſa unicum refugium erat, in incruento ſacrificio continuò effunderetur. Similem quòque gloſſam Albertus Magnus hiſce verbis

S. Max. ho. 1. in Epip. *Alb. M.*

verbis adhibet, dum ait: *Ad me enim ex officio legationis, quo missus sum in mundum, pertinet cura spiritualium, non temporalium.*

Hugo Card. 5. Hugo Cardinalis ait: *Ista repulsio significat, quòd aliquando Deus non exaudit, nec dat statim quòd petitur, ut avidius petatur.* Sanctus Augustinus, licet ad aliud *S. Aug. serm. 5. de verb. Domini* propositum, ità scribit: *Cùm aliquando tardius dat, commendat sua dona, non negat diu desiderata dulciùs obtinentur.* Et ideò in hisce verbis sanctissimæ matris suæ fiduciam & vivam fidem magis elucescere voluit, utpote quæ *tantùm abest*, ut crediderit se posturam esse repulsam, ut etiam, velut de præstanda gratia certa & omnino secura, ministris præceperit, ut in omnibus ab eo jussis perfectissimè obedirent.

6. Discere item hinc possumus, nequaquam turbandos nos aut indignandum esse, si verbum aliquod minus gratum aut probrosum nobis dicatur, siquidem ipsamet Dei mater, velut peregrina quædam mulier, diriusculo mulieris nomine appellata, inde nec quidquam turbata fuit, sed patienter sustinuit. Verisimile quidem est, ipsam matris augustum honorem maximi semper æstimasse, & tamen patienter pertulit quando coram omnibus sibi publicè dici audivit: *Quid mihi, & tibi mulier?*

Nondum venit hora mea.

Euthy. 7. Euthymius Christum etiam ante tempus necessitatis, ad honorem tamen virginis, miraculum patrare voluisse existimat: *Cùm dixisset: Nondum venit hora mea, miraculum tamen operatus est, & matrem honorans & ostendens, quòd temporibus non serviat ac subjaceat, sed eis dominetur.* *Lyran.* Lyranus ait: *Nondum venit tempus, conveniens ad faciendum miraculum*, siquidem ut Albertus Magnus notat, congrua & oportuna hora ista, à necessitate & inopia dependebat convivarum, ab eorundem miraculum avidè expectantium devotione, ac denique ex profectu & utilitate, quàm inde percepturi erant, Dei filium aliquatenus per hoc cognoscendo. Jam verò vinum pro tempore, quo Maria se pro vini defectu supplendo supplicem sistebat, nondum omnino defecerat. Unde *Hugo Card.* Hugo Cardinalis ait: *Nondum venit hora, qua magis sit gratum & utile miraculum, his quibus postulas fieri.* Ipsa prævenit necessitatem, cùm vinum nondum defecisset, filius autem totalem illius defectum præstolabatur, ut miraculosa hæc vini Provisio tantò apud omnes magis elucesceret. Porrò mater, ut Cajetanus obser- *Cajet.* vat: *Intellexit petitionem suam fuisse exauditam, & adimplendam, sed cùm aliqua dilatione, donec scilicet deficeret vinum, aliquin non subjunxisset præceptum ministris: Quodcunque dixerit vobis facite.* Jansenius *Iansen.* ait: *Oportunum tempus edendi miraculum, quod petebatur, non erat, nisi cùm jam de vini inopia omnibus constaret, tunc enim futurum erat gratius, credibilius, magisque liberum ab omni sinistra suspicione.* Eadem est *Chrys.* sententia Chrysostomi, dicentis: *Nondum hom. 20. venit hora mea, id est, nondum deficit vinum; in Ioan.* *sine eos primum hoc sentire, qui enim necessitatem non præsentit, neque beneficii grandem percipiet sensum.* Jansenius insuper aliam *Iansen.* hujus dilationis convenientiam considerat dum ait: *Quo magis omnibus innotesceret vini defectus, & sic non ostentationi, sed necessitati datum videretur.*

8. *Si moram fecerit expecta illum.* Nimirum Deus nostræ in ipsum fiduciæ speci- *Haba. 2. 3.* men vult experiri, & ideò sæpenumero nos ad extremitates redigi permittit, ut probatâ gravi necessitate divini auxilii, divina ejus beneficia tantò amplius agnoscamus. Unde S. Thomas ait: *Neque defectum vini sentiunt; sine ergo primum hoc sentire, quia cùm necessitatem cognoverunt, majus reputabunt beneficium, quod recipient.* *S. Tho. in Ioan.*

9. S. Irenæus de B. Virgine in hac supplicatione ità scribit: *Fervore quodam ducebatur Deipara bibendi sanguinis Christi poculum.* Unde sanctus Ambrosius nostram præ illis nuptialibus convivis præcellentiam & prærogativam, utpote qui non aquam in vinum, sed calicem vini, in ejus proprium sanguinem transsubstantiati, recipimus, considerans, dicit: *Illos percepisse vini poculum, nos calicem salutis accipere, & si dici fas est, apud illos pertransisse quod biberant: apud nos verò permanere quod sumpsimus.* Ac proinde hoc sensu non

S. Iren. li. 6. c. 18

S. Amb. serm. 13.

ſine cauſa reſpondit. Nondum venit hora mea. Unde Interlinearis ait: *Nondum venit hora mea, id eſt, opportunitas oſtendendi naturam, quam ex te habeo, ſed oſtenſa divina per miracula, oſtendetur & humana per paſſionem.*

Interli.

Verſus 5.

Dicit mater ejus miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite.

Interli. 1. Interlinearis dicit: *Etſi videtur negare filius, ſcit mater pietatem ejus, & ideò fiducialiter imperat miniſtris.* Euſebius Emiſſenus ait: *Ipſi ſe intelligebant, ipſi ſua ſecreta noverant, ipſi, quid tunc fieri oportebat, & quid poſtea futurum ſciebant.* Janſenius ità ſcribit: *Hic præclaræ virginis dotes relucent, manſuetudo ſcilicet & reverentia filii, cujus duriore reſponſo non offendebatur nec ei vicisſim reſponſabat; Item fidei, fiduciæ, conſtantiæ; Deinde & in intelligendo verba filii, & in proſpiciendo futuris prudentia, in ſubveniendo indefeſſa ſollicitudo.*

Euſeb. Emiſſ. *Janſen. Dom. 2. poſt Epiph.*

Tolet. 2. Toletus conſiderat virginis præceptum, quo juſſerat, ut prompte filio ſuo in omnibus, quæ mandaturus erat, obtemperarent: Quodcunque dixerit vobis, facite, quaſi diceret: *Quodcunque etiam grave, etiamſi vobis inutile viſum fuerit, facere non recuſetis.* Et ideò quærit, unde idipſum credendi occaſionem acceperis? Reſpondetque beatam Virginem à Spiritu ſancto illuminatam, & per ſacrarum Scripturarum intelligentiam, edoctam fuiſſe, quòd Deus ſæpenumero ad patranda miracula adhibuiſſet res affectui producendo contrarias, aut diſparatas, ſicut ad aquas ſanandas & indulcorandas, 4. Reg. 2. Salis grana aquis injici præcepit, ferrum ſecuris ut ligno jungi poſſet, ſuper aquas natare fecit. 4. Reg. 6. Vulnus ſeu plagam Ezechiæ ficubus ſuperimpoſitis ſanavit. Iſai. 38. *Collegit ergo B. Virgo, divino lumine edocta, aliquid ſimile nunc faciendum.*

Dion. Carth. 3. Dionyſius Carthuſianus nos docet, qualiter ex iis verbis, quæ Deipara Virgo miniſtris dixit, proficere valeamus: *Quodcunque dixerit vobis, facite.* Quodſi enim nos executi fuerimus, quidquid nobis filius Dei præceperit, ipſe quoque omnia nobis præſtabit, quidquid nos ab ipſo poſtulaverimus. At verò ut Albertus Magnus optimè notat: *Virgo breviſſimè & luciditſime omnia prædicabilia uno verbo prædicavit, ut quando dixit in nuptiis: Quodcunque dixerit vobis facite.* Et quidem tametſi ab Eccleſia denominetur *ſedes Sapientiæ*, imò licet verbum æternum in utero ſuo concepiſſet, longumque pertexuiſſet cum Angelo ſermonem, ipſam tamen alia verba, niſi fortè modiciſſima protuliſſe non conſtat, valde tamen illa myſteriis & pondere turgent, & cuilibet animæ ad ſalutis viam commonſtrandam ſufficiunt.

4. Aliam hujus juſſionis rationem tangit Janſenius dicens: *Ne famulorum inobedientia aut non paratum obſequium obſtaret, quo minus convivio ſubveniretur, cæterum temporis ac rei gerendæ arbitrium filio tacita relinquens.* Inſinuat quoque non eſſe nobis deponendam in filium ejus fiduciam, licet patiamur ab eo repulſam; quippe tritiſſima eſt ſententia: *Quædam non negantur, ſed ut congruo dentur, tempore, differuntur.*

Verſus 6.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ, ſecundùm purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas; dicit eis Ieſus: Implete hydrias aquâ.

1. Porrò vaſa iſta aquæ capiendæ ſolùm deſtinata erant, utpote quâ ſæpe utendum erat ad manus & brachia uſque ad cubitos lavanda, ut Maldonatus advertit. Meritò autem aquam iſtam, vaſi vino recipiendo aut continendo deſtinatis, infundi noluit, ne fortè aliquis in iis fæces aliquas vini remanſiſſe, ſuſpicari poſſet, quæ aquæ vini calorem & ſaporem facilè communicare poſſent; vaſa autem hæc multa & magna eſſe voluit, ne ullus miraculi veritatem in aliquam poſſet ſuſpicionem traducere; denique vaſa hæc lapidea fuerunt, quia ut Albertus Magnus ſcribit: *In lapide non ponitur vinum, ut ità fieret manifeſtum, vaſa illa eſſe valde aliena ab illo liquore.* *Alb. M.*

2. Hydrarum iſtarum myſteria multifariam à ſacris interpretibus exponuntur. S. Anton. de Pad. agit: *In Cana Galileæ, id eſt, in anima, quæ zelo amoris jam tranſmigrat de vitiis* *S. Ant. de Pad. ſerm. in Dom. 2. poſt Epip.*

vitiis ad virtutes; ſex hydriæ ſunt, contritio, confeſſio, oratio, jejunium, eleëmoſyna, & illatæ injuriæ ex corde remiſſio; hæc ſunt, quæ purificant pœnitentes ab omnibus peccatis.

S. Bona. 3. S. Bonaventura ait: *Per ſex hydrias poſſunt figurari ſex opera miſericordiæ: Binæ metretæ ſunt amor Dei & proximi, tres ſunt virtutes Theologales.*

4. Per hydrias quoque animas juſtorum intelligere poſſumus, quæ in ſe divinæ gratiæ aquam continent: opus tamen eſt, ut lapideæ ſint, id eſt, perſeverantes & durabiles exiſtant. Unde S. Bernardus ait: *Lapideæ dicuntur propter fortitudinem, ne facile frangantur vel diſſolvantur, & effundatur liquor gratiæ, qui in eis continetur.* Et alibi: *Dicuntur lapideæ, non tam propter duritiam, quàm propter ſtabilitatem.* Hugo Cardinalis ait: *In iſtis nuptiis ſex hydriæ in vinum de aqua mutatæ ſunt, videlicet umbræ legalium operum in veritatem, & varietas & multiplicitas ſacrificiorum in unitatem & brevitatem; aſperitas judiciorum in lenitatem; ænigmata doctorum in lucem promiſſiones in adeptionem, ſervitus in libertatem, & ità aqua timoris mutata eſt in vinum amoris, quia qui prius decalogum implebant ex timore, modo implent ex amore.*

S. Bern. ſer. 12. ex parvis. Ser. 2. in Dom. 2. Epiph. Hugo. Card.

Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aquâ.

5. Non præcepit unicum tantùm vas impleri, quod convivii neceſsitati ſufficere, imò ſuperabundare potuiſſet, ſed multa impleri voluit; unde Albertus Magnus ait: *Dicit quantitatem vini ex numero vaſorum, quæ occultari non poterant, quia ſi unum vas fuiſſet & parvulum, credi potuiſſet occultè illud eſſe allatum cum vino: ſed plena ſex vaſa occultari non poſſunt.*

Alb. M.

6. S. Bonaventura interceſsionis Mariæ efficaciam his verbis conſiderat: *Ex hoc patet, quàm honorifica & quàm pia, & quam ſedula, & quàm virtuoſa advocata eſt beata Mater apud Filium, cui à quolibet eſt dicendum: Mulier ſancta es, ora pronobis Deum.*

S. Bona.

S. Cyril. Alex.

S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Quantus honor debeatur parentibus oſtendit, cùm ſtatim ad actum propter matrem accedit.*

Alb. M.

7. Albertus Magnus notat, Chriſtum dixiſſe: *Implete, abundantiſſimæ ſuæ largitatis oſtendens beneficia.* Unde in Collecta quadam Eccleſia legit: *Abundant à pietatis tuæ merita ſupplicum excedis & vota.* In aliis miraculis patrandis uſus eſt vel verbi ſui imperio, vel tactu manus, nonnunquam etiam oravit & flevit: hic autem *Sine omni verbo, & ſola Domini voluntate in optimum vinum converſa ſunt aquæ.* Cur ita?

8. Dubium hoc idemmet Author duabus rationibus ſolvit; Prima eſt, quia cum miraculum iſtud in humanæ neceſſitatis ſubventionem patratum non fuerit, minimè uſus eſt multo ſtudiò: ſecunda eſt, quia hoc fecit, quia in illis, quæ hoc fine patravit, reſiſtentiam aliqualem vel contra niſum ſibi fieri expertus fuit, ſive per peccatum, ſive per recipientis modicam fidem: in aliis verò creaturis irrationalibus contrarietatem nullam invenit, ob potentiæ obedientialis reſpectum.

Theoph.

9. Theophylactus hoc loco quærit, an Chriſtus vinum ex nihilo creare potuerit, absque eo quòd aquam mutaret? Et reſpondet affirmativè. Et quidem Hugo Cardinalis, Chryſoſtomi authoritatem citans, miraculum in tali caſu longè præſtantius futurum fuiſſe exiſtimat: *Mirabilius enim eſſet ipſum vinum ex non entibus facere, quàm qualitatem commutare*: cui tamen Theophylactus reſpondet, quod, tametſi miraculum iſtud in tali caſu futurum fuiſſet mirabilius, non tamen credibilius; & hoc fine miniſtros hydrias aquâ adimplere, non vero vinum in iis miraculosè enaſci aut creare voluit, *ut teſtes miraculi ſint miniſtri*, inquit Theophylactus, *qui aquam infuderant.* Chryſoſtomus homil. 21. in Joan. dicit: *Ut miraculi teſtes haberet ipſos, qui aquam hauſiſſent, ne qua fraus, ne quod præſtigium putaretur; inſuper ut diſcamus, quod ille ſit, qui & in vite liquorem aquæ in vinum convertat.* Rupertus Abbas ait: *Non de nihilo creavit, ſed de competenti elemento fecit, ſcilicet de aqua, quam ſingulis annis per vites ex radicibus aſcendentem in vinum convertit, præcepto quod poſuit & non præteribit, quod qualiter fecerit, credi poteſt, inveſtigari non poteſt; ſed profectò mirabilius eſt aquam de nihilo creaſſe, quàm vinum de aqua feciſſe, mirabilius quippe eſt quamlibet ſubſtantiam, quæ non erat, condere, quàm ſubſtantiæ jam exiſtenti quodlibet accidens adjicere.*

Hugo Card.

Chryſ. hom. 21. in Ioan.

Rup. Ab.

Chryſ. ib. 10. Idem Chryſoſtomus notat, quòd aquam in vinum transmutando, Manichæorum hæreſin voluerit condemnare, qui mundum cum univerſis creaturis ſuum eſſe & originem à dæmone habere, ab eoque gubernari aſſerere audebant. Oſtendere igitur voluit, ſe elementorum & cunctarum creaturarum Dominum eſſe, unico duntaxat nutu unam naturam in alteram transmutando, cùm ipſi omnia perfectè obediant.

11. Docere nos quoque voluit, quòd gratiam aliquam à Deo impetrare volentes, aliquid etiam ex parte noſtra cooperari debeamus. Eliſæus aliquid olei in vaſa fundi voluit, ad hoc ut illud multiplicaret; Naaman quòque ſanare voluit, ita tamen ut in aquis Jordanis ſepties ſe lavaret: Deus Tobiæ quidem lumen oculorum reſtituit, ſed fellis tactu interveniente: ita quoque hic vinum dare voluit, ita tamen, ut miniſtri vaſa prius aquâ implere deberent.

Verſus 7.

Et impleverunt eas uſque ad ſummum.

1. Nulla adeſſe hic poterat ſuſpicio, quaſi vaſis hiſce vinum generoſum fuiſſet ſuperimpoſitum, ſiquidem omnia ad ſummum uſque ex limpido & inſipido elemento impleta fuerant, idque ut Albertus
Alb. M. Magnus ait: *Ut larga & abundans ſit Dei benedictio.* Enimverò miniſtri quidem opponere potuiſſent & Chriſto dicere, quid fruſtra illis hunc hydrias aquâ adimplendi laborem imponeret, ſiquidem convivæ non aquâ ſed vino opus habeant; veruntamen cæcam quandam obedientiam, impoſitum ſibi præceptum, accuratiſſimè impleverunt; & ideo ſicut Chriſtus dixerat: *Implete*, ipſi quòque *impleverunt uſque ad ſummum.* Ecce præclarè præmiatam obedientiam, & largiter remuneratam intellectus & voluntatis noſtræ mortificationem. Conſiderandum quòque, quòd juxta menſuram aquæ, vini quòque quantitas fuerit, ad innuendum nobis, quòd cum illa ſymbolum ſit afflictionum, hoc verò lætitiæ ſpiritualis & internæ ſymbolum exiſtat, prout Pſalmiſta optimè ait: *Secundùm multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* *Pſ. 93. 19.*

2. Ex quo vaſa iſthac ad ſummum uſq; repleta fuerant, alteri liquori nullum etiam minimum locum cedere poterant, ad erudiendum nos, quòd corda amore Dei intus penitus imbuta, cuivis alteri affectui ne vel minimum aditum indulgere debeant. Hinc quòque clarè conſpicitur, quàm liberalis Chriſtus in remunerando exiſtat, ſiquidem convivio, ad quod invitatus fuerat, per gratitudinem correſpondeat, vinum miraculoſum, eoque quod prius à ſponſis convivis miniſtratum fuerat, longè præſtantius & exquiſitius in tanta copia multiplicavit.

Verſus 8.

Et dicit eis IESUS: Haurite nunc, & ferte Architriclino; Et tulerunt.

1. Lucas Burgenſis obſervat, Chriſtum, *Luc. Burg.* immediatè poſtquàm aquam in vinum transmutaſſet, vinum illud hauriri, effundi & propinari juſſiſſe ut tantò manifeſtius appareret miraculum, quod in tam brevi tempore fuerat patratum: *Ne quis putare poſſet aquam fuiſſe in vinum mutatam vel mora temporis, vel artificio, vel vi aliqua occultæ naturæ.*

2. Cur autem vinum iſtud ad Architriclinum deferri, ab eoque guſtari præceperit, id dici poteſt factum eſſe, ut nos doceret, quod actiones honorificæ ſemper incipiendæ ſint ab illis, quibus ſubordinati ſumus, ad inſinuandum quem majoribus ſemper deferre debemus reſpectum; huic enim Architriclino convivii illius moderatio & regimen commiſſum erat. *Hugo Card.* Hugo Cardinalis citat Chryſoſtomum quærentem, cur Chriſtus vinum iſtud miraculoſum non prius ſponſis vel aliis convivis dejuſtandum dederit; & reſpondentem, cauſam hanc eſſe, quia Architriclinus nec manducare nec bibere ſolet, niſi poſt alios, *Et ideo ſobrior, & diſcretior eſt ad jubilandum de vino, quam convivæ, qui jam ſunt repleti cibo & potu.* Exinde quòque diſcere poſſumus, illos ad guſtandum vinum, id eſt, conſolationes ſpiritus palatum aptius habere, qui ſobrii & abſtemii,

mii, à gaudiis & recreationibus mundi hujus abſtinent.

S.Thom. in Ioan. 3. Inſuper S. Thomas ait: Chriſtus præcavere voluit, ne quis veritati miraculi hujus obſidere aut detrahere poſſet, & ideo illud Architriclino, qui jejunus erat, guſtandum dare voluit: *Voluit Dominus, quòd ipſe judicaret de eo, quod factum erat, & non conviva, ne aliquis poſſet miraculo detrahere, dicens, eos ebrios fuiſſe, & eorum ſenſus per comeſtionem corruptos.*

Verſus 9.

Ut autem guſtavit Architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat unde eſſet, miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam, vocat ſponſum Architriclinus, & dicit ei.

S.Max. ho.in Ep. 1. S. Maximus dicit: *Ille aquas traduxit in vinum, qui eas ab initio concrevit in nives, duravit in glaciem, Ægyptiis vertit in ſanguinem, & Hæbraïs ſitientibus manare arida de rupe præcepit, quæ innumerabilium multitudinem populorum, ſtillicidio novi fontis vice maternorum uberum nutriebat.*

S.Cyrill. Ieroſol. cath. myſt.4. 2. S. Cyrillus Hieroſolymitanus advertit, quòd ex hac aquæ in perfectiſſimũ vinum converſione, probari poſſit transmutatio panis & vini, in corpus & ſanguinem Chriſti. Unde S. Petrus Damianus

S.Pet. Dam.l. 7.ep. 19. ad Blancã. ait: *Illic IESUS aquam convertit in vinum, hic idem IESUS & vinum ſemetipſum fecit & cibum.*

3. Notandum quòque eſt, quòd, tametſi vinum æquè bene ex aëre producere potuiſſet, non verò ex aqua, illud tamen facere noluerit, ut intelligeremus, verum gaudium & lætitiam in hoc vino ſignificatam, ab aqua lachrymarum, & à vera compunctione, cunctiſque aliis pœnitentiæ operibus, quibus corpora noſtra affligimus, dirivari: *Qui ſeminant in lachrymis, exultatione metent; euntes ibant & flebant, mittentes ſemita ſua; venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.* Vinum; unde nuptiæ lætificabantur, non fuit ex uvis expreſſum, hoc enim in ipſo convivii flore & fervore deficit, ſed fuit ex aqua productum. *Poſt lachrymationem & fletum, exultationem infundit.* Fuit nonnemo, qui pro corpore emblematis vitem præciſam, plorantemque ſibi aſſumpſit, eamque hac epigraphe vivificavit: *Ut mero gaudeam.* Vina quædam inveniuntur, grata quadam acrimonia reſperſa, tale eſt vinum illud, de quo David ait: *Potaſti nos vino compunctionis*; in his namque laccis, ciliciis, jejuniis, gaudium & conſolatio ſpiritualis invenitur. *Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.* Aqua etiam multis in vinum commutatur, qui cum pane ad mediocrem victum neceſſariò careant, à Deo nihilominus per patientiam & quietem Chriſtianam, & cum divino beneplacito conformitatem, conſolationibus perfunduntur.

Pſ.125. v.5.6.

Tob.3.2.

Pſ.59.v. 5.

Pſ.29.v. 12.

Et non ſciebat, unde eſſet; miniſtri autem ſciebant.

4. Albertus Magnus ait: *Ut taciturnitas magna facientis, nobis exemplum vitandæ jactantiæ præberet, & ideo nòluit, ut miniſtri magnalia operum ſuorum prædicarent.* Toletus ait: *Miranda miniſtrorum obedientia, ſciebant enim & viderant patratum miraculum, & tamen illud ne quidem Architriclino, qui illud admirando obſtupeſcebat, manifeſtabant; quod non alia de cauſa exiſtimo feciſſe, niſi quia à Chriſto tantùm: haurite, & ferte Architriclino, audierunt, verbumque Chriſti prætergredi non ſunt auſi, exiſtimantes forte hoc operatum eſſe, ne vinum defeciſſe divulgaretur.* Hugo Cardinalis ait: *Illud neſcire nihil aliud eſt, quam non ſentire laborem pœnitentiæ cùm jam aqua verſum eſt in vinum ſpiritualis lætitiæ; ſed miniſtri qui hauriunt aquam, antequam ſit mutata in vinum, bene ſciunt, quia adhuc ſentiunt laborem & dolorem pœnitentiæ.*

Alb.M.

Toler.

Hugo Card.

† † †
† †
†

Verſus 10.

Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt; tu autem ſervaſti bonum vinum uſque adhuc.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis ait: *Pulchrè his Architriclini verbis exprimitur hujus ſæculi ingenium, quo primum ſolet, quæ potiora & gratiora ſunt ineſcandi gratia, proponi, deinde quæ viliora ſunt ac deteriora, deceptis obtrudi.* Unde in Proverbiis dicitur: *Ne intuearis vinum, quando flaveſcit, cùm ſplenduerit in vitro color ejus, ingreditur blandè, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Idem quoque Sapiens laſcivam quandam deſcribit, juvenes filtris & lenociniis ſuis pervertere ſatagentem, tandem verò concludit: *Noviſſima autem illius amara, quaſi abſynthium pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant;* ecce tibi vinum; ecce quàm miſerabiliter tandem mundi gaudia terminentur. Hugo Cardinalis ly *omnis homo* exponit in ſenſu, quo Apoſtolus de homine loquitur, dum ait: 1. Cor. 3. *Nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? De hoc igitur nomine dicit: talis homo primò ponit ſibi & ſuis præſentes delectationes, & cum inebriati fuerint ipſe & ſui, id eſt repleti gaudio præſentis felicitatis, tunc id, quod deterius eſt, id eſt dolor gehennæ, & remorſus perpetuus malæ conſcientiæ.*

Prov. 23. v. 31. 32.

Prov. 5. v. 4. & 5.

Hugo. Card.

S. Thom. in Ioan. 2. S. Thomas, hominem, tunc bonum vinum à principio ponere dicit, quando à primis annis in perfecta obſervantia divinæ legis & timore Dei vivit, poſtea verò in vitam licentioſam declinat & degenerat, ut de illo dici poſſit illud ad Galat. 3. *Sic ſtulti eſtis, ut, cum ſpiritu ceperitis, carne conſummemini?*

Tu autem ſervaſti bonum vinum uſque adhuc.

3. Enimverò Chriſti miracula adeò ſunt perfecta, inquit S. Thomas, ut effectus naturales longè ſuperent. Sic ſocrum S. Petri adeò integræ valetudini reſtituit, ut ſubitò ſe ad menſæ miniſtrandum accingat; paralyticus ſanatus confeſtim lectum, in quo infirmus decubuerat, in humeris ſuis domum reportat. Vult etiam, ut in præſtantia hujus vini intelligamus, quantò ſint conſolationes Dei præ mundi ſolatiis deſiderabiliores, cùm nulla ſit inter ſponſorum vinum & vinum à Chriſto miraculoſè procuratum comparatio. *Muſto madere deputant, quos ſpiritus repleverat.*

Verſus 11.

Hoc fecit initium ſignorum JESUS in Cana Galileæ, & manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli ejus.

1. Notandum, Chriſtum primum miraculorum ſuorum ad inſtantiam ſuæ ſanctiſſimæ Matris patraſſe; ad inſtruendum nos, ut ad ipſam recurramus, ut ipſa ſuam in noſtris neceſſitatibus interceſſionem apud Filium interponat.

Hugò. Card. 2. Hugo Cardinalis ait: *Signum hoc, eſt manifeſtatio præſentiæ Chriſti: unde cum tribulatio mutatur in exultationem, ſignum eſt, quòd Chriſtus eſt præſens.*

S. Aug. cit. in caten. D. Thom. 3. S. Auguſtinus hoc primum Chriſti miraculum fuiſſe non exiſtimat, ſiquidem continuò in vitibus aquam in vinum commutat. *Ipſe fecit vinum illo die in hydriis, qui omni anno hoc facit in vitibus, ſed hoc aſſiduitate amiſit admirationem, itaque ſervavit ſibi Deus inuſitata quædam, quæ faceret ut tanquam dormientes homines ad ſe colendum mirabiliter excitaret.*

Manifeſtavit ad gloriam ſuam.

Ianſen. 4. Janſenius ait: *Apertè oſtendit, ſe eſſe eum, qui quotannis in vite aquam in vinum convertit.* Cajetanus verò Chriſtum gloriam, quam interius habebat, manifeſtaſſe dicit, ac proinde dicit S. Lucas: *Gloriam ſuam; fulgebat enim intus Deitatis gloria, fulgebat gloria beatitudinis in anima, fulgebat intus gloria divinæ potentiæ.* Aquam igitur in vinum perfectum convertendo hanc omnipotentiæ ſuæ gloriam manifeſtavit, quæ eouſque hactenus occulta fuerat.

Cajet.

5. Ru-

Rup. Ab. lib. 3. de gloria & honore filii homi. nis.

5. Rupertus Abbas Tuitienſis in lib. *De gloria & honore filii hominis*, quærit: Creditisne forſitan Chriſtum ſuam quoque gloriam manifeſtaturum fuiſſe, ſi, prout à diabolo rogatus fuerat, lapides in panem commutaſſet? Et reſpondet: Nequaquam, ſaltem eo modo, quo gloriam ſuam manifeſtavit, aquam in vinum transmutando, redditque rationem: *Ubi enim hoc fecit initium ſignorum, & ſic manifeſtavit gloriam ſuam; non gloria fuit inanis, ſed gloria cum fructu, quem videlicet fructum protinus Evangeliſta repræſentat, dicens: Et crediderunt in eum diſcipuli ejus.*

Chryſ. ſer. 157.

Chryſologus ait: *Ubi aqua mutavit naturam, mox patefecit authorem, & elementorum creator mutatione revelatus eſt creaturæ.*

S. Ambr. ſer. 2. de Epiph.

At verò S. Ambroſius à ſenſu literali ad moralem tranſit, indeque ad Chriſti gloriam hoc documentum adducit: *Si glorioſum eſt aquam in vinum mutare, quantò eſt glorioſius peccata in juſtitiam commutare, & mores potiùs temperare, quàm pocula.*

Et crediderunt in eum diſcipuli ejus.

Luc. Burg.

6. Lucas Burgenſis B. Virginem miraculum popoſciſſe dicit, non ex vanæ oſtentationis motivo, ſed ad divinam Chriſti gloriam magis declarandam: *Spectavit ante omnia gloriam filii, non vanam aliquam, ſed ſolidam, quæ inducere homines poſſet ad amplectendam fidem, qualem oportebat habere in illum omnes, qui ſervari vellent non ignorans, tempus oſtentationis Filii ſui vel adeſſe, vel proximè inſtare.*

7. Chriſtus multos quidem diſcipulos habebat, doctrinæ ejus auſcultandæ avidos qui tamen, ut Albertus Magnus obſervat in fide divinitatis ſuæ nondum ſtabiliti erant, adeò ut S. Cyrillus ſcribat, multos ante hoc miraculum Chriſtum ſecutos fuiſſe, ex admiratione ſanctitatis ejus: *Sed propter ſignum contuiti ſunt, eum habere virtutem & poteſtatem majorem, quàm homines, unde crediderunt tanquam in Deum;* cujus ſententiæ etiam S. Thomas ſuper hoc Evangelio eſſe noſcitur.

Alb. M.

S. Cyr. lib. 1. de recta fid.

* *
*

DO-

DOMINICA TERTIA POST EPIPHANIAM.

EVANGELIUM

Matthæi cap. 8.

℣. 1 CUM *descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens.* 2. *Domine, si vis potes me mundare.* 3. *Et extendens Jesus manum tetigit eum, dicens: Volo mundare; & confestim mundata est lepra ejus.* 4. *Et ait illi Jesus: Vide nemini dixeris, sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis.* 5. *Cùm autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens:* 6. *Domine puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur.* 7. *Et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum.* 8. *Et respondens Centurio ait: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* 9 *Nam ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alii veni, & venit; & servo meo: fac hoc & facit.* 10. *Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se, dixit: Amen dico vobis: Non inveni tantam fidem in Israël.* 11. *Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cœlorum.* 12. *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.* 13. *Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora.*

Versus 1.

Cùm descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens:

Cùm descendisset de monte.

Gloss. ord. ib. S. Tho. in c. 8. Matth.

GLossa dicit: De monte, *id est, cùm se exinaniret, formam servi accipiens.* In quo sensu etiam S. Thomas per hunc montem cœlum interpretatur: *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.* Quando autem ex hoc monte cœlo nimirùm per Incarnationem descendit, universum genus humanum peccati lepra infectum, sanitati restituit, à quo tempore secutæ sunt eum turbæ multæ, id est omnes populi totius mundi. Unde S. Paschasius ait: *Nisi descenderet per Incarnationem, habitu inventus, ut homo iste non ascenderet.* Haymo in Catena S. Thomæ in sensu morali verba illa explicat: *Ascendunt* inquit, *in montem Doctores, cùm perfectioribus excellentiora præcepta ostendunt: descendunt vero, cùm infirmioribus leviora demonstrant.*

S. Paschlib 5. in Matth. Haymo in cat. D. Tho.

Secutæ sunt eum turbæ multæ.

2. Albertus Magnus hos, qui Christum secuti fuere, varios in hac sequela fines habuisse considerat; aliqui enim sequebantur eum ex motivo charitatis & devotionis; alii ex

Alb. M. in Mat.

ex curioſo miracula videndi deſiderio; alii prædicationis ejus audiendæ gratia; alii, ut ſanarentur; alii, ut ejus vitam & mores obſervarent ad accuſandum eum; alii denique ob propriam utilitatem, quæ illis in temporalibus obveniebat, dum panes multiplicabat, & datas ſibi ab aliis eleemoſynas inter egenos diſtribuebat.

Paul. de Palat. in Matt. 1. Paulus de Palatio ſanitatem, quàm Chriſtus multis miſerabilibus contulit, devotarum turbarum iſtarum orationibus magna ex parte attribuit: *Cùm multæ turbæ ſequuntur, multæ orationes pro miſeriis relevandis effunduntur, quibus Deus inclinatur ad ſuam benignitatem exercendam.*

Et ecce leproſus veniens adorabat eum.

Auth. Imperf. ho. 21. 4. Quod ſi quæras, cur leproſus iſte montem non aſcenderit? reſpondit Author imperfecti: *Quia leprâ erat gravatus, & peccatorum bajulans pondus, ſurſum aſcendere non valebat*; ac proinde David ad *Pſ. 23. v. 3.* interrogationem à ſe propoſitam: *Quis aſcendit in montem Domini?* protinùs reſpondet: *Innocens manibus & mundo corde.* Unde quòd tam turbæ quàm leproſus Salvatorem ſecuti non fuerint, niſi poſtquam de monte deſcendit, non ſine myſterio factum eſt; hoc enim *ſignificat*, inquit Janſenius, *Dominum, cùm in cælis adhuc apud Patrem maneret, paucos habuiſſe, qui ad illum accederent; at poſtquam de monte ſuæ divinitatis deſcendit, & humanitatis noſtræ fragilitatem aſſumpſit, magnam turbam nationum ſecutam eum*; tunc enim genus humanum lepra plenum, mundatum fuit, ejusque ſcholæ ſe addixit. Unde Euſebius Emiſſenus ait: *Domino de monte deſcendenti leproſus occurrit, quia ad hoc de cœlo deſcenderat, ut mundum ſanaret, & à vitiorum lepra mundaret.*

Janſ. concor. Evang. c. 44.

Euſ. Emiſ. in gloſſ.

Levit. c. 13. S. Amb. l. 5. in Luc. in princ. 5. Sed quomodo leproſus ille Chriſto & turbæ appropinquare auſus fuit, cùm omne ſit leproſis cum aliis prohibitum commercium? reſpondet S. Ambroſius: *Ille qui excludebatur à lege, purgari ſe Domini poteſtate præſumens, non ex lege, ſed ſupra legem eſſe gratiam judicavit, quæ leproſi maculam poſſet abluere. Verum ut in Domino poteſtatis authoritas, ita in illo fidei conſtantia declaratur.*

6. Porrò notandum eſt, leproſum hunc Chriſtum adoraſſe, divinitatem in ipſo agnoſcendo: *Imple facies eorum ignominia, & quærunt nomen tuum Domine*; tribulati enim ex miſeriis ſuis, lumen & Dei notitiam acquirunt, & dolentes ad ipſum recurrunt. *Pſ. 82. 17.*

S. Amb. ibid. 7. S. Ambroſius ait: *Iſte in faciem procedit, quod humilitatis eſt, & pudoris, ut unusquiſque de ſuæ vitæ maculis erubeſcat, ſed confeſſionem verecundia non repreſſit, oſtendit vulnus remedium poſtulavit.*

8. Inter omnes humanas infirmitates nulla eſt, quæ peccatum magis ad vivum repræſentat, quàm lepra, cujus proinde Analogiæ varii poſſunt paralleli compendiosè adferri. Hugo Cardinalis ait: *Lepra per totum corpus diffunditur, ſic peccatum per totum hominem ad modum cancri.* Peccatum etenim corpori & animæ mortem conciliat; *corpus & animam perdit. Lepra contagioſa eſt alios inficiendo*, inquit Hugo, *ſic peccatum.* Eccleſiaſt. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur*; *commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Item leproſus habet anhelitum fœtidum, ſic peccator eſt fœtidus. Leproſus ſitim patitur, nunquam eſt ſatietas pariter in peccato.* Lepra eſt infirmitas indurabilis; *Per lepram*, inquit Paulus de Palatio, *intellige propoſitum & voluntatem manendi in peccato.* Lepra præcipuos corporis noſtri ſenſus deſtruit, ità peccatum meliores animæ potentias corrumpit, excæcat intellectum, voluntatem pervertit, cor divini vocibus ſurdum efficit, bonum ſpiritus guſtum depravat, quia *animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei*, nosque in bene operando facit pigros & deſides. Paulus de Palatio ſcabiei hujus conſiderat varietatem de qua in ſupradicto capite Levitici fitmentio, dum dicitur, quòd *alia eſt in cute, alia in carne, alia in capite, barba, calvitie, veſtibus*; ex qua lepræ diſtinctione moralitatem deducit ſequentem: In cute vel pelle lepra eſt, quando quis à divina lapſus eſt gratia, nec tamen in culpa adeo tenaciter perſiſtit, quin correctus non emendetur, in carne viva lepra eſſe dicitur, quando peccatum in anima radices egit, ipſéque homo *ita placet ſibi in peccato, ac ſi peccato*

Hugo Card. ibid. *Eccl. 13. v. 1.* *Pſ. 105. 35.* *Paul. de Palat. in Matt.*

viveret. In cicatrice eſt, quando vulnus peccati deteſtari renovatur,& homo inpeccatum fit recidivus. In capite, vel barba eſt lepra, quando Chriſti, qui Eccleſiæ &Sanctorum ſuorum caput eſt, fides offenditur: in calvitie denique lepra conſpicitur, *quando peccatum ex virtutibus naſcitur: in veſtimento, cùm quis exteriorem juſtitiam contemnit.*

Verſus 2.

Domine, ſi vis poteſt me mundare.

Paul.de Palat. 1. *Cur non dixit, Domine munda me? Qui ſe peccatorem agnoſcit, vix vel mutire audet*; inquit Paulus de Palatio.

2. *Non diffidit de miſericordia, quantum ad eum, quem adorabat, ſed potius quantum ad ſeipſum, qui ſe indignum miſericordia eſſe judicabat*; inquit S. Anſelmus.

S.Anſel. in Matt. 3. Chryſoſtomus leproſum iſtum cæleſti huic Protomedico mercedem obtuliſſe dicit, ſe ſpiritualem, nimirum, *fidelem orationem, qua nihil dignius Deo offerimus.*

Chryſ. ibid.

4. Leproſus iſte Evangelicus vivaciſſimam in ſe exhibet divinitatis Chriſti fidem dum illum Dominum appellat, *Domine*, & in terram ſe proſternit, ut eum adoret: *adorabat eum: fidei magnitudinem verbis expreſſit*, inquit Janſenius & Cajetanus ipſum omnipotentiam divinam in voluntate Chriſti collocaſſe, notat: *Magna fides! fatetur potentiam in voluntate conſiſtere.* S. Fulgentius ait: *In his verbis oſtendit, divinam voluntatem plenisſimam eſſe poteſtatem* Pſal. 134. *Quæcunque voluit Dominus fecit, &c.* Euſebius Gallicanus ait: *Dominus es, omnipotens es, voluntas tua opus tuum.* Centurio, cujus fides à Chriſto tantoperè exaltatur, ut infra in ſuo loco dicemus, Chriſtum uno tantùm verbo ſervum ſuum ſanare poſſe, credidit: at verò hic leproſus, Chriſtum unico duntaxat voluntatis ſuæ actu ipſum mundare poſſe, profeſſus fuit: *Si vis potes me mundare.*

Janſen. c.4.4. Cajet. ib.lib.2. adThra-ſymundum c. 12.hom. in Dom. 3. poſt Epiph. Fulgent.

Luc.6. 19. 5. Verùm enim vero,ex quo S. Evangeliſta Lucas de Salvatore noſtro dicit: *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*, qua igitur ratione leproſus iſte,de voluntate Chriſti ad ſanandum illum dubitare potuit? Author imperfecti à Gloſſa citatus dicit: *Non de voluntate Chriſti dubitabat, ſed de judicio voluntatis, Chriſtus enim cùm ſit bonus, nociva non vult præſtare, etiamſi rogetur, nec enim omnibus expedit corporalis integritas.* Similem quandam conſiderationem S. Thomas in hoc propoſitio adducit, dum ait: *Miſericordiam non oportet petere, ſed ſolùm indigentiam ei monſtrare: Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.* Sciebat, inquit Albertus Magnus, Chriſti voluntatem omnipotentem, optimam, & ad benefaciendum proniſſimam eſſe: *Bonum cuilibet facit; at neſcivit an ſibi bonum eſſet, quia aliàs quòd mundaretur vel non, ſub conditione locutus eſt.* S. Thomas ait: *Oſtendit ſapientiam Chriſti, quia non petit niſi voluntatem ſuam, quia meliùs ſcit, quid opus ſit ſibi, quàm ipſe, ideò ſapientiæ Chriſti dimiſit.*

Auth. Imperf. cit. à gloſſ. *D.Th.in Matth.* *Alb. M. in Matt.* *S.Th. ib.*

Verſus 3.

Et extendens Jeſus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare, & confeſtim mundata eſt lepra ejus.

Et extendens Jeſus manum, tetigit eum.

1. Author imperfecti dicit, quod lepra languentem non per tactum deſeruerit, ſed per verbum, quod Chriſtus ei dixit, nimirum: *Mundare*; imò ne quidem hoc neceſſarium erat, ſed ſufficiebat ſola Chriſti voluntas. Rationem autem, cur eum tetigerit, idem Author hanc eſſe dicit: *Ut oſtendatur, quia non propter effugationem lepræ, tetigit eum, ſed ut ſolveret legem.* Cui conſonat, quod Theophylactus hiſce verbis ſcribit: *Attigit leproſum, oſtendens, quòd obnoxius ſit legi, quæ præcipit, ne tangeretur leproſus, ſed Dominus ejus ſit, & quòd mundo nihil ſit immundum, & quòd ſancta ejus caro ſanctificationem communicet.* Porrò ſacratiſſima Chriſti humanitas lepræ contrahendæ minimè erat obnoxia, quin potiùs ideò venerat, ut eam mundaret; nam ut Lucas Burgenſis ait: *Ea eſt in Chriſto puritas, quæ non tantùm non inquinetur, verùm etiam ſordes omnes & inquinamenta abſorbeat.* S. Thomas Eliſæi exemplum adducit, qui ad ſanandum Naaman leproſum, eum non

Auth. imperf. ho.21. *Theoph. ibid.* *Luc. Burg.* *S. Tho. in Matt*

non tetigit, ſed ad Jordanem, ut laveretur, dimiſit, adducitque eam, quæ Chriſtum inter & Eliſæum intercedit, differentiam, & dicit, Chriſtum, licet leproſum hunc tetigerit, non ideò ſubitò legem tranſgreſſum fuiſſe: *Quia prohibitum fuit propter contagionem, quia igitur inſici non potuit, tangere potuit.*

2. Chriſtus miſerabilis viri hujus lepram tetigit, ut charitatem & erga infirmos, eos præcipuè, qui vel maximè ſtomachum vel nauſeam movere poſſunt, compaſſionem nos edoceret. Unde S. Ambroſius ait: *Ut doceret nullum eſſe ſpernendum, propter quamlibet corporis læſionem, quæ a Deo immittitur.* Idem quoque motivum S. Hieronymus adducit ad *Oceanum in Epitaphio Fabiolæ*, ut ſcribit: *Ille quem deſpicimus, quem videre non poſſumus, ad cujus intuitum nobis vomitus erumpit, noſtri ſimilis eſt, de eodem nobiſcum formatus eſt luto, iiſdem compactus elementis; quidquid patitur, & nos pati poſſumus.* Cæſarius Heiſterbacenſis hiſtoriam, quæ circa quēdam in Francia Epiſcopum ſæculo duodecimo accidit, refert, nimirum, quòd cùm hic obvio cuidam leproſo eleëmoſynam dare vellet, is ei ſe hanc nihil facere reſponderit, ſed hoc ſolum petere, ut effluentem ab ulceribus ſaniem abſtergeret; cumque Prælatus ille ſudariolum eo fine protuliſſet, leproſus id ſibi nimis moleſtum fore, reſpondit, ac proinde Epiſcopus manus ad ſaniem detergendam obtulit, quas ille cum etiam utpote nimiùm ponderoſas admittere detractaret; tandem Epiſcopus ſummis apud eum precibus contendit ut ore ſuo ſaniem illam lingua lambendo tollere permitteret, quod obſequium cùm leproſus non abnueret, Epiſcopus tametſi gravem in ſe ad id faciendum nauſeam experiretur, ſemetipſum tamen hac in re gloriosè vincens, labra ſua lepræ & ſaniei inde effluenti admovit, qui ore ſuo non ſaniem exſuxit, ſed quandam inæſtimabilis valoris gemmam, fugendo ore ſuo excepiſſe advertit: moxque leproſus in cœlum evolans, ab oculis ejus evanuit.

3. S. Anſelmus, in hac manus Chriſti extenſione, miſericordiam Dei denotari poſſe, exiſtimat: *Cum extendit manum ſignificat ſe affectum miſericordiæ in eam habere.* Enimverò nos quidem à nobiſmetipſis in peccati baratrum corruere poſſumus: *Perditio tua ex te;* at verò niſi Deus pietatis ſuæ manum porrigat, ab eodem reſurgere minimè valemus: *Tamtummodo in me auxilium tuum.* Unde S. Paſchaſius ait: *Extendit illi manum, quoniam ille languore receſſerat, & niſi prius miſereretur, ut extenderet manum, hic nunquam redire aut ſanari poſſet.*

4. Notabilis autem hoc loco conſiderari poteſt in hac, ab eodem Deo facta, manus extenſione differentia; Job namq; lamentando olim dicebat: *Manus Domini tetigit in me,* & protinus eo ipſo ſe à capite ad calces usque, lepra conſperſum eſſe vidit: *Mitte manum tuam, & tange oſ ejus, & & carnem ejus,* ubi ſacri Interpretes id de lepra intelligendum eſſe dicunt: hic autem per contactum manuum ejusdem Dei leproſus Evangelicus perfectè ſanatur; quænam iſthac eſt effectuum, tactu manuum Dei, provenientium differentia? Reſponderi poteſt, quòd ſæpenumero cœleſtis hic Protomedicus, qui dicit: *Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus* tunc vel maximè hominem lepra, quæ animam inficit, mundat, quando eundem in corpore vel maximè ſauciat. De mortali Lazari infirmitate olim dicebat: *Infirmitas ad hac non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei,* ut plurimùm namque, dum corpori immittit infirmitatem, animæ intendit dare ſalutem, Lepra, quâ Job per tangentem Dei manum conſperſus fuit, magna eidem contulit incrementa ſanitatis per hanc namque illi patientiam eam contulit, per quam fuit, eritque ſemper in cunctis ſæculis ſpeculum hujuſce virtutis. In leproſo Evangelico ſimiliter fidem excitavit, qua ſuadente recurrit ad Chriſtum compunctúsque eodem prorſus tempore, ſimul accepit corporis & animæ ſalutem.

5. Janſenius ſuper hæc verba ità ſcribit: *Quod utique ſine manus extenſione fieri non potuit, ut ſignificaret, extenſione manuum in Cruce ſalvandos omnes credentes.* In Canticis dicitur: *Manus ejus tornatiles aureæ plenæ hiacinthis,* ubi Philo Carpatius ait: *Tunc tornatiles factæ ſunt manus Chriſti, quando illas extendit in Cruce, quando clavis perforatæ fuerūt;* Chriſtus manus ſuas aperiēdocæ-

S. Anſel. in Matt.

S. Hier.

Cæſar. lib. 8. c. 32.

S. Anſel. in Matt.

Oſe. 13. 9.

S. Paſch lib. 4. in Matth.

Iob. 19. 12.

Iob. 2. v 5.

Janſen. ibid.

Cant. 5. v. 14. Philo Carpa.

Pſ. 144. v. 16. leſtibus nos benedictionibus locupletat: *Aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione,* medetur, & ſanat omnes infirmitates noſtras.

Dicens: Volo.

Chryſ. ho. 26. in Matth. 6. Chryſoſtomus obſervat, Chriſtum in aliis ſimilibus occaſionibus, cùm, ut miracula patraret, rogatur, nunquam hoc verbo *Volo* uſum fuiſſe: *Hic verò, ut de poteſtate ſui, opinionem & leproſi firmaret, & populi, addidit: Volo.* S. Hieronymus verbum hoc humilitati attribuit, dum ait: *Conſidera, quàm humilis, & ſine jactantia reſponſio: ille dixerat, ſi vis; Dominus reſpondit, volo: ille præmiſerat, potes me mundare; Dominus jungit, & dicit: mundare.* Id quod cum illa conſideratione conſentit, quam ſuper eadem verba Sanctus Ambroſius in S. Lucam ſcribens inſtituit. *Illud,* inquit, *mirabile, quod eo ſanavit genere, quo fuerat obſecratus, voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* Ipſemet Deus modum nobis interius inſinuat, quo nobis utendum eſt ad gratias ejus impetrandas: *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis,* id eſt, poſtulare nos facit.

S. Hier. ibid. S. Ambr. l. 5. in Luc. Pſ. 144. v. 19. Rom. 8. v. 26.

7. Verùm enimverò opponi hoc loco poſſet objectio quædam, in quadam S. Bernardi propoſitione fundata, qui de ſpirituali & myſtica lepra diffusè tractans, dicit: *Lepra propria voluntas,* quæ propoſitio ſi vera eſt, quomodo igitur increata & incarnata ſapientia, lepram per verbum iſtud *volo* curat & ſanat? Reſponſionem porrò ex declaratione deducere poſſumus, quam ſubjungit, dum, qualisnam lepra hæc ſit, explicat: *Propria voluntas, quæ non eſt communis cum Deo & hominibus; ſed noſtra tantùm, quando voluimus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, ſed propter noſmetipſos facimus, non intendentes placere Deo, & prodeſſe fratribus, ſed ſatisfacere propriis motibus.* Gratiſſimum, quod Deo offerre poſſumus, eſt donum voluptatis noſtræ, eandem ejus voluntati ſubjiciendo; ſiquidem idipſum è noſtro arbitrio dependet. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui.* Et hinc eſt, quod aliud nihil, quàm cor à nobis poſtulet, in quo ſedes eſt voluntatis noſtræ. *Præbe fili mi cor tuum mihi:*

S. Bern. ſerm. 3. de reſurr. Eccl. 15. v. 14. Prov. 23. v. 26.

De S. Gertrude ſcribitur, cœleſtem ſponſum ejus, clavem animæ ipſius ab ea requiſiviſſe, ut pro ſuo libitu in penetralibus cordis ejus demorari poſſet: *Ad quod illa & quæ eſt clavis? reſpondit Dominus: Voluntas tua propria.* Li 4. c. 23.

8. Ex quo Dominus ac Redemptor noſter in quavis actione ſua, noſtram intendit inſtructionem, eo ipſò quo leproſum hunc, qui peccatoris ſymbolum exiſtit, per verbum *Volo* ſanitati reſtituit, nos utique erudit, quod pariter divinæ ſuæ gratiæ per reſolutam quandam noſtram divinæ voluntatis arbitrio conformandi voluntatem reſpondere & correſpondere debeamus, hoc autem fiet, ſi voluntatem noſtram divinæ legi conformaverimus; nam ut Pſalmiſta ait: *In lege Domini voluntas ejus.* Una ex ſororibus S. Thomæ Aquinatis, cupida habere ab eo puncta aliqua, ad propriæ ſalutis aſſecurationem eſſentialiter requiſita; cumque ejuſmodi multa documenta S. Doctor eidem tradidiſſet, ipſaque in eadem poſtulatione uſque & uſque perſiſteret, tandem Doctor Angelicus eidem unicum tantùm verbum, ſed ſummè conderoſum, nimirùm *volo*, eidem neceſſarium eſſe præſcripſit. Pſ. 1. v. 2.

9. Paulus de Palatio ait: *In hoc verbo volo, commendat Chriſtus charitatem ſuam, quia pro leproſis mortuus eſt, transferens in ſe lepram noſtram; unde nos reputavimus eum quaſi leproſum.* Conſidera hujus verbi *volo* miram emphaſim, utpote quod filium Dei ſanguinem ſuum fundere, noſtramq; redemptionē operari fecit; Chriſtus enim per os Apoſtoli ad Hebræos expreſsè æterno Patri ſuo, non per victimas & holocauſta, ſed per oblationem ſuam ſatisfactum eſſe dixit: ut verò ſimul, in quonam oblatio hæc conſiſtat, declaret, ſubjungit: *In capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus voluntatem tuam?* quæ ultima verba Pſalmiſtam, relationem dicunt, qui ſubjungit: *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Paul. de Pal. in Matth. Hebr. 10. v. 7. Pſ. 39. v. 9.

††

‡ (o) ‡

‡‡

Mundare.

Mundare.

Gloſſ. interl. 10. Gloſſa interlinearis dicit: *In hoc Majeſtatis potentia.* Quia unico duntaxat verbo imperativo, lepram ab hoc miſerabili homine fugavit: *Dedit voci ſuæ vocem virtutis: Vox Domini in virtute.* Veruntamen ponderandum, quod Paulus de Palatio animadvertit, nimirum quòd eodem tempore, quo dixit: *Mundare*, manum quòque ſuam extendit: *Olim manum ſuam Dominus in ſinu geſtaverat, quod dolens David dicebat: ut quid avertis manum tuam & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem? At nunc extendit manum cùm jejunat, laborat, & ſudat, ſed nunc maximè, quando extendit tota die manus ad populum contradicentem*; adeoque leproſum hunc, id eſt, genus humanum, non ſolum verbo, ſed etiam Paſſione & ſanguinis ſui effuſione mundavit.

Pſ.67.35. Pſ.28.4. Paul. de Palat. ib.

Pſ.37. 11.

Et confeſtim mundata eſt lepra ejus.

S. Anſelm. in Matt. 11. S. Anſelmus ait: *Nihil medium eſt inter opus divinum, & ejus præceptum, quia in præcepto eſt opus Dei; Qui dixit, & facta ſunt.*

Orig. in Cat. 12. Origenes conſiderat, quod promptitudini fidei, quam leproſus in Chriſtum habuit, deſiderata pariter ſalus ejus ſubitò correſponderit: *Quia non diſtulit confeſſionem, non differtur mundatio.*

13. Etenim proprium Dei eſt, quòd ad benefaciendum & ſubveniendum ſollicitus, ad caſtigandum verò tardus exiſtat, ſiquidem *Exſpectat Dominus & miſereatur noſtri.*

Iſa.30. 18.

Verſus 4.

Et ait illi JESUS: Vide nemini dixeris; ſed vade, & oſtende te Sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis.

Et ait illi JESUS: Vide, nemini dixeris.

Euſeb. in Dom. 3. poſt Epip. 1. Ex quo miraculum in conſpectu totius populi patratum fuit, quid opus erat illi, ne divulgaret, interdicere? Euſebius hujus prohibitionis hanc rationem reddit: *Prædicare namque & Dei miracula populis narrare Sacerdotum eſt: Leproſus verò etſi mundus ſit, Sacerdos tamen fieri non debet, quoniam illi ad hoc officium eliguntur, ut Apoſtolus ait: qui ſine crimine ſunt.*

S. Hier. ib. Luc. 8.39. 2. S. Hieronymus ait: *Et revera quid erat neceſſe, ut ſermone jactaret, quod corpore præferebat.* S. Lucas refert, Chriſtum dæmoniaco, à ſe liberato, præcepiſſe: *Narra quanta fecit tibi Deus*, cur igitur leproſo huic, pariter miraculoſè ſanato, dicit: *Nemini dixeris?* Nimirum in illo nos inſtruit, quod erga benefactores noſtros grati eſſe debeamus; in hoc verò docet gloriam & applauſum humanum fugiendum eſſe. Tametſi etiam bene notari mereatur, quòd Chriſtus dæmoniaco illi non dixerit: *Narra quanta tibi feci*; ſed potius *quanta tibi fecit Deus.* Lucas Burgenſis, Chriſtum miraculum hoc à circumſtantis turbæ oculis abſcondere ſtuduiſſe exiſtimat: idcirco eum mox à ſe ablegavit, ut S. Marcus teſtatur, *Et comminatus eſt ei, ſtatimque ejecit illum, & dicit ei: Vide, nemini dixeris.* Se quidem illum ad Sacerdotes mittere prætexuit, qui invidiæ ſtimulis adverſus ipſum agitati, tantum miraculum celaſſent potius, quàm quod illius præcones exſtitiſſent. Janſenius Chriſtum, hunc leproſum ex ſolo compaſſionis motivo, curâſſe dicit, eo quod idem Evangeliſta Marcus dicat: *JESUS autem miſertus ejus*, non verò ut per ipſius mundationem divinitas ſua palam fieret: *Non enim ad oſtentationem ſui curavit leproſum ſed quod miſericordiæ affectu moveretur.* Cajetanus hanc prohibitionem, divulgandi curatam lepram, potius actum humilitatis quàm timoris fuiſſe dicit: *Non quod timeat ſibi de inani gloria, ſed quod doceat diſcipulos, ut ſtudeant vitare humanam gloriam.*

Luc. Burg. ib. *Marc. 1. v. 43.* *Janſen. c. 44. concor.* *Cajet. ib.*

3. S. Ambroſius quòque per hanc occaſionem idem nobis præſcribit monitum, dicens: *Sed ne lepra tranſire poſſet in medicum, unuſquiſque humilitatis Dominicæ exemplo jactantiam vitet*; ſubditque Chriſtum nos docere voluiſſe: *Non vulganda noſtra beneficia ſed premenda, ut non ſolùm à mercede abſtineamus pecuniæ*; *ſed etiam gratiæ.* Gloſſa rationem reddit, cur leproſus prohibitioni factæ non obediverit, Chriſtoque prohibenti obtemperatum non fuerit: *Non quod aliquid*

S. Ambr. lib. 5. in Luc. c. 5. *Gloſſa. ord.*

voluit, & potuit, sed dat exemplum, ut sui in magnis quæ faciunt, latere velint, sed ut prosint aliis, prodantur inviti.

S. Ambr. loc. cit. 4. S. Ambrosius aliam silentii, huic leproso impositi, rationem reddit, quia nimirum leprosus ille, utpote à Christo maximo beneficio affectus, in laudibus Christi divulgandis testis nimis partialis & interessatus futurus fuisset: *Aut fortasse etiam illa silentii causa est imperati, quod meliores putabat, qui fide magis spontanea quam qui speratis beneficiis credidissent.*

Sed vade & ostende te sacerdoti.

5. Ad officium & munus sacerdotum spectabat, ut aliquem verè à lepra mundatum fuisse declararent, adhoc ut ad aliorum hominum commercium securè readmitti posset, ac proinde Christus, illos hac in parte officio suo satisfacere voluit. Hugo Cardinalis ait: Id factum esse à Christo *Propter humilitatem, ut eos honoraret: propter utilitatem, ut videntes miraculum, credentes salvarentur: Vel propter inexcusabilitatem, ut videntes nec credentes, justè damnarentur. Item propter veritatem, ne legem frangere videretur: Item propter ostendendam majestatem, ut non legis ordine, sed gratia sanatus monstraretur.*

Hugo Card.

S. Thom. in Matt. 6. S. Thomas dicit Christum, ipsum in divinis voluisse sufficienter esse instructum, ideoq; ipsum remisisse ad sacerdotes, utpote ad quos spectat rudes catechizare: *Hic instruit eum, parum enim esset sanare, nisi instrueret eum: Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris.* Tametsi enim nonnunquam contingat quod in rebus ad salutem spiritualem pertinentibus nobis ipsis mundi esse, virtuosèq; operari videamur, nihilominus quia tanquam judices in causa propria facilè decipi possumus, justum est, ut ad nostram directionem judicio nos sacerdotum & patrum spiritualium subjiciamus.

Ps. 31. 8.

Alb. M. in Matt. 7. Albertus M. præceptum hoc ad præceptum à Christo de confessione sacramentali facienda datum, referendum esse dicit: *Hic etiam allegoricè accipitur, quod etiamsi aliquis curatus sit à Deo à lepra peccati, per compunctionem, quod adhuc tenetur se ostendere sacerdotibus per confessionem.*

Et offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis.

8. Glossa ait: *Quia legem non solvo, quia nondum cepit verum sacrificium.* *Gloss. ord.*

9. Jansenius S. Lucam & S. Marcum scribere observat, quod Christus prædictis verbis insuper adjunxerit: *Pro emundatione tua*, id quod in duobus modis intelligi posse dicit. Primò, *offer in gratiarum actionem pro immundatione tibi per me exhibita:* Et hoc sensu Lyranus pariter scribit: *Nam à peccatis mundatus debet esse Deo valde gratus.* Secundò ut sensus sit: *Pro emundatione tua legali, qua leprosi mundati adhuc curari debebant, & expiari quibusdam sacrificiis, priusquam cum mundis conversari possent.* *Jansen. ibid.* *Lyran.*

10. Eusebius Gallicanus in sensu morali ad oblationem alludens, dicit: *Ille igitur qui mundatur, duos passeres offerat, corpus & animam Deo reddat, ut jam non mundi voluptatibus, sed Deo serviat.* *Euseb. hom. in hac. Dom.*

In testimonium illis.

11. Hæc verba varias apud sacros interpretes expositiones & glossas habent: Albertus Magnus hunc sensum illorum verborum esse dicit: *Offer illis munus in testimonium tuæ curationis, hoc est, ut sint testes quod sis curatus;* In qua opinione S. Thomas quoque fuit, dum ait: *Quia cum receperint oblationem tuam, non poterunt negare, &c.* Ac proinde S. Augustinus, ab Alberto Magno citatus dicit: *In testimonium illis, hoc est contra eos, qui se non credunt, justius damnentur.* Jansenius & ipse hanc opinionem refert, dum ait: *Hoc est, ut hæc tua oblatio pro emundatione tua, testetur illis meam potestatem, ut aut credant, aut sint inexcusabiles.* *Alb. M. ib.* *S. Thom. in Matt.* *S. Aug. cit.* *Jansen.*

12. Lucas Burgensis ait: *Ut testata sit illis innocentia mea, quem calumniantur legis adversarium, sive virtute mea operantur ea, quæ humanas superat vires.* Hugo Cardinalis ait: *Ut illorum testimonio mundus habearis.* *Luc. Burg.* *Hug. Card.*

13. S. Thomas per hujus leprosi mundationem, spiritualem à lepra peccati sanationem intelligit, quam tribus sequentibus mediis *S. Thom. in Matt.*

mediis conſequimur; nimirum ſiſtendo nos ſacerdotibus, eisdemque peccata noſtra integrè confitendo; in ſatisfactione pro peccatis; unde præcipitur: *Offer munus, &c.* in futura infallibili divinorum præceptorum obſervatione, ac proinde ſubjungitur, *ſicut præcepit Moyſes.*

Verſus 5.

Cum autem introiſſet Capharnaum, accesſit ad eum Centurio, rogans eum & dicens.

Accesſit ad eum Centurio, &c.

Haym. in Cat. 1. Haymo Halberſtadienſis in Catena S. Thomæ, ethymologiam hujus vocis *Capharnaum* exponit, dicens: *Capharnaum enim quæ villa pinguedinis interpretatur, ſive ager conſolationis, Eccleſiam, quæ ex gentibus eſt collecta, ſignificat, quæ ſpirituali pinguedine eſt repleta: ſicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Hic igitur Chriſtus majorem, quàm in Hebraiſmo fidem invenit, & prout mox dicetur, proteſtatur, dicens: *Non inveni tantam fidem in Iſraël.*

Accesſit ad eum Centurio, &c.

Luc. 7. 3. 2. S. Lucas ſcribit, *Miſit ad eum ſeniores Judæorum.* S. Auguſtinus humilitatem hujus Centurionis laudans, dubium illud hoc modo reſolvit: *Quia fidelisſima humilitate magis ipſe accesſit, quàm illi, quos miſit*; Etalibi de hoc eodem acceſſu ita ſcribit: *Accedit ad Jeſum non carne, ſed corde, non corporis præſentiâ, ſed fidei potentiâ.* Sic Propheta Regius nos, ut ad Deum non corporaliter ſed ſpiritu accedamus, invitat, dicens: *Accedite ad eum & illuminamini.* Porrò lumen & notitia, quam hic homo, qui antea idololatra fuerat, à Deo accepit, ſine omni prorſus exemplo, exiſtit, ſiquidem ipſamet æterna veritas de ipſo teſtatur: *Non inveni tantam fidem in Iſraël*

S. Aug. li de virg. cap. 3.

Lib. 33. cent. Fauſtum, c. 8.

Pſ. 33. 6.

Alb. M. in Matt. 3. Albertus Magnus ait: *Commendatur de humilitate, & de affectu compaſſionis, & de fidelitate ad ſervum.* Per humilitatem, ut Chryſoſtomus obſervat, hunc ſervum interius proximum ſuum, & in gradu fratris reſpectu ſui poſitum eſſe agnovit, *Et recognovit apud Deum non eſſe diſtantiam inter Dominum & ſervum.* Quoad compaſſionem verò eousque progreſſus fuerat, quo S. Paulus poſtea pertigit, qui dicebat: *Quis infirmatur & ego non infirmor?* Servi quoque fidelitatem permagni æſtimavit, ac proinde S. Lucas de illo ait: *Erat illi pretioſus.* Porrò Eccleſiaſtici monitum eſt: *Si eſt tibi ſervus fidelis, ſit tibi tanquam anima tua, quaſi fratrem ſic eum tracta*: Dicere quoque poſſumus multas aliàs in eò fuiſſe Chriſtianas heroicasque virtutes, quibus veluti ſpiritualibus gresſibus ad Salvatorem accesſit, prouti in hujus Evangelii diſcurſu latius videbitur.

2. Cor. 11. 29.

Eccl. 33. 31.

Chryſ. ib.

4. Chryſoſtomus & alii Expoſitores exiſtimant, quod dum hic Centurio ipſemet in propria perſona ſeſe ad Chriſtum recipere vellet, ſeniores populi Judæorum ob ædificatam ipſis ab eo ſynagogam, & ut quantopere perſonam ejus æſtimarent, ei oſtenderent, ſe ad Chriſtum pro obtinenda ſervi illius ſalute, abituros, eumque in ejus domum deducturos eſſe, ſponte propria obtulerint. Unde S. Thomas S. Auguſtini authoritatem adducens ita ſcribit; *Quid dicitur quòd venit, totum refertur ad intentionem, quia ille facit rem, cujus authoritate facit.* Et Hugo Cardinalis ait: *Qui per amicos accedit, ſatis dicitur accesſiſſe: alii dicunt; quod in propria perſona interfuit, ſed verbum commiſit ſenioribus, quod fuit humilitatis.*

Chryſ. hom. 27. in Matt.

S. Tho. in Matt.

Hugo Card.

Gloſſ. ord.

5. Gloſſa S. Lucam minutatim retuliſſe dicit, quidquid occurrit: Matthæum verò, qui brevitati ſtudebat, tantum dixiſſe: *Accesſit*, id eſt ivit, ob vivam fidem, quam ſe habere probavit, adducitque Hemorrhoiſſæ exemplum: *Ut mulier*, inquit, *quia credidit, magis dicitur tetigiſſe Chriſtum, quàm turbæ, quæ comprimebant; ita Centurio quo magis credidit, eò magis accesſit.*

Theoph. ibid.

6. Theophylactus dici poſſe exiſtimat, quod Centurio à principio ſeniores ad Chriſtum miſerit, utpote qui, ut ſe in ejus gratiam tantò amplius inſinuarent, ad hoc ſe ſponte obtulerant: *Deinde periculo creſcente, veriſimile eſt per ſe accesſiſſe.* Vel etiam credere poſſumus. Centurionem ſeniores ſponte propriâ miſiſſe, poſtea verò mutato conſilio, conſultius fore judicaſſe, ut Chriſtum perſonaliter accederet. Unde Chryſoſtomus: *Calamitate oppreſſio homines, modo hoc, modo illud conſi-*

Chryſ. hom. cit. in Matt.

consilium anteponunt. Vel etiam Christum tam in procinctu constitutum esse, ut in ejus domum descendat, præsentiens obviam ipsi processit, ut processit, ut profundissima cum humilitate & benevolentia eum reciperet; ad verificandum verò id, quòd S. Lucas scribit: nimirum quod alios, seniores videlicet, ad eum miserit, dici potest, id factum nihilominus esse, qui se indignum esse reputabat, qui ad hanc ab eo postulandam gratiam in ejus conspectum sese ingesteret. Et quidem hi solùm justi fuerant, ut pro liberatione servi supplicarent: verisimile tamen est, quòd hi, qui missi fuerant, ad hoc, ut Centurionem benefactorem suum magis honorarent; seque pro beneficiis receptis gratos exhiberent, à Domino, ut in propria persona in domum Centurionis venire dignaretur, rogitarint.

Centurio rogans, &c.

Paul. de Palat. 7. Paulus de Palatio quatuor Centurionum mentionem facit, de quibus Spiritus sanctus in novo testamento scribit, quorum primus hic est; secundus ille, qui in Calvariæ monte Christum filium Dei confessus fuit. Tertius Cornelius, à S. Petro baptizatus & Catechismo imbutus: quartus denique is, qui tanta cum benignitate erga S. Paulum se gesit. *Hi omnes pii fuerunt, ut notaretur; si laicus, homo gentilis, militiæ adscriptus, & aliorum præfectus ità humilis est & pius, quanto potius reliqui omnes, qui pietatem professi sunt?*

Jansen. ib. 8. Jansenius cultum & religionem admiratur, quam hic Centurio erga Deum exhibuit non obstante, quod antea secta gentilis, professione verò miles fuisset, & quidem hanc pietatem & religionis cultum non præsetulit tunc pridem, postquam servus ejus ab infirmitate liberatus fuit, sed diu ante, hujus namque pietatis seniores Hebraismi coram Christo testimonium perhibent, docentes: *Dignus est ut hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificavit nobis.* *L. 7. 4. 5.*

Non desunt qui dicant, ipsum, utpote qui urbis Capharnaum gubernationem loco Cæsaris administrabat, à principio erubuisse & rubore deterritum fuisse, quo minus in persona propria Christum accederet, utpote qui secundùm exteriorem apparentiam & mundi æstimationem *erat opprobrium hominum.* Unde Principes synagogæ dixerunt: *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum?* veruntamen postquam mors falcem suam in ejus domo super servum, qui *erat illi pretiosus,* gyrare & vibrare cæpit, omni fastu & humano respectu depositio, tantâ cum submissione ad Christum ipsemet personaliter accessit: *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* *Ps. 15. 4.*

10. Enimvero considerabiles valde sunt hæ duæ personæ, qui in theatro Evangelico hodie comparent, quarum unus leprosus, alter verò miles erat, ambo magno à Salvatore beneficio cumulati; primus Hebræus, alter idololatra & gentilis erat. S. Thomas dicit: *Per quod datur intelligi, quòd non solùm pro Judæis, sed pro gentibus Christus venit,* quamvis cum hoc discrimine, quod primo loco pro Hebræis venerit; & sic leprosus ad adorandum Christum genua sua flexit, ità quoque Centurio profundissimam erga ipsum humilitatem exhibuit: *Ille sibi sanitatem quærebat,* inquit Jansenius, *hic servo: ille coram existentem credidit se posse sanare, hic etiam absentis verbo hoc tribuit: ille ex animi submissione in faciem procidens insigni profecto modestiâ oravit: si vis, potes me mundare, hic autem submissius egit, indignum se ducens, qui vel ipse Dominum appellaret, aut ad se venire sustineret.* Porro leprosus credentes ex Hebraismo præfigurat, qui pauci quidem numero, sanctitate verò insignes fuêre. Centurio verò, qui gentilismi typus erat, quoad fidem palmam alteri prætulit, si quidem hic sibi dici audivit: *Non inveni tantam fidem in Israël.* Notandum quòque est quod Christus in propria persona sanavit leprosum, quia Judæis ipsemet personaliter prædicavit: at verò Centurionis servum sanavit absentem, quia Gentiles ad veræ fidei notitiam post Christi ascensionem per Apostolos fuêre perducti. *S. Thom. in Matt.*

11. S. Thomas circa hos duos, leprosum scilicet & Centurionem, alium instituit moralem observationem, nimirum quòd leprosus per se & directè petierit gratiam: Centurio verò, ut S. Lucas scribit, seniores Judæorum ad Christum misit; *Et hoc quia Deus aliquorum miseretur per propriam devotionem quorundam per aliorum intercessionem.* *S. Thom. in Matt.*

Ver-

Verſus 6.

Dominus puer meus jacet in domo paralyticus malè torquetur.

1. Digna utique eſt admiratione eximia illa charitas & compaſſio, quam Centurio erga hunc ſervum ſuum exercuit: *Jacet in domo*, inquit Hugo Cardinalis, *contra illos qui ſtatim famulos ægros ejiciunt, & ad hoſpitale mittunt.* Eandem quòque obſervationem S. Antonius Paduanus fecerat, adjungendo; quod: *Non faciunt differentiam inter ipſos & canes, nam ſtatim de domo abjiciunt eos*; neque credibile eſt, ipſum ob proprium ſuum intereſſe id feciſſe, eò quod obſequio ſervi ſui orbatus erat, quia tanquam Centurio, ſuper centum milites alios, dominium & authoritatem habebat. Unde Toletus ait: *Plurimi illum faciebat, non quidem ex avaritia, ſed ex dilectione & charitate.* Unde hanc deducit conſequentiam, quod quisquis à vera charitate movetur, *aliorum ſaluti non minùs quàm propriæ invigilat.*

Hugo Card. — *S. Ant. de Pad. ſer. in ſer. 5. Cin.* — *Tol. in c. 7. Luc.*

2. Hugo Cardinalis ad hujus boni Domini afflictionem ſeſe reflectens ſcribit: *Ecce compaſſio, quaſi dicat, morbus eſt meus, quis infirmatur, & ego non infirmor?* Enimvero tametſi miles gentilis & pagnanus fuerit, ad charitatem tamen usque S. Pauli Apoſtoli pertigiſſe videtur: *Ob id mirandum maximè*, inquit Didacus Stella, *quia nondum audierat Paulum, qui cum admoniſſet ſervos, quales deberent eſſe, erga miniſterium Dominorum ſuorum, jubet protinus, ut ipſius Domini paria rependant, ad Epheſ. 6. Et vos Domini eadem facite illis.* Author Imperfecti: *Inter ſervum & Dominum nullam differentiam æſtimabat* (ità de bono hoc Domino, tantòpere erga ſervum ſuum benigno & compatiente ſcribit) *Sciens, quoniam etſi dignitas in hoc ſæculo diverſa eſt inter eos, una eſt tamen natura illis, ideò magis Dei imaginem honorabat in homine, quam opus captivitatis contemnebat in ſervo.* Porrò credibile eſt, Centurionem hunc ſervum in bello, à ſe captum ſibi in ſervitutem adſciviſſe; ac proinde quia varius eſt eventus belli, fieri poteſt, eundem Dominum hunc in modum ſecum ratiocinatum fuiſſe: Siniſtra illa fortuna, in quam ſervus meus nuper incidit, mihi quoque aliâ die facile poteſt evenire, ut ſcilicet ab hoſte meo in captivitatem abducar, quapropter omnem ſervo meo benevolentiam & charitatem exhibere ſtatui, juſto namque Dei judicio & diſpoſitione fiet, ut quam compaſſionem ego in præſentiarum ſervis meis exhibeo, eadem quoque pro tali tempore & occaſione exhibeatur & mihi: *In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.* *Matt. 7. 2.*

Hugo Card. ibid. — *Did. Stell. in c. 7. Luc.* — *Auth. Imper. ho. 22.*

3. S. Lucas c. 7. de hoc ſervo expreſsè dicit: *Illi erat pretioſus*; & meritò. tanti namque valoris hunc ſervum apud Centurionem æſtimatum fuiſſe, dici poterit, quantum eſt pretium, quo ſibi comparavit regnum cœlorum. Unde Baſilicus Seleucus dicit: *Servi ſanationem requirens, Dominum reperit, dumque ipſe ſervi ſanationem venatur, ſit ipſe Domino præda.* S. Antonius Paduanus ly *Meus* conſiderat, & ait: *Ideo dicit meus, id eſt, dilectus mihi.* Hic etenim ſervus occaſionem illi dederat, verum agnoſcendi Deum, operibus ſe miſericordiæ impendendi, adeo heroicos, excitandi fidei, humilitatis, modeſtiæ, compaſſionis, ſpei, charitatis, multarumque aliarum virtutum Chriſtianarum actus, & tametſi infirmus, & conſequenter ſervitio Domini ſui obeundo inutilis eſſet, eò vel maximè quia infirmitas ejus habitualis, id eſt, paralyſis erat, *nihilominus* inquit S. Bonaventura, *non erat Domino oneroſus ſed charus, propter Domini ſui pietatem;* unde ſervum hunc honeſtiſſimis moribus, optimisque qualitatibus imbutum fuiſſe clarè deducitur. Et ideò Author imperfecti ait: *Secundum dilectionem Domini, menſurate fidem ſervi, nec enim poſſibile erat, ut ſine pretio bonorum morum, tantam ſibi dilectionem Domini comparaſſet.* Luc. 7. 2. — *Baſil. Seleuc. or. 19.* — *S. Ant. de Pad. ſer. cit.* — *S. Bona. in Luc.* — *Auth. Imperf. hom. 22.*

4. At enim quantumcunque Centurio. ni ſervus hic charus fuerit, atque in ejus ſalute procuranda maximè ſollicitus fuerit, nihilominus ut idem Author ſcribit: *Vide ſapientiam Centurionis, quia non dixit, vel hic conſtitutus ſana eum, ſciebat enim quia potens eſt ad faciendum, ſapiens ad intelligendum, miſericors ad exaudiendum, ideo infirmitatem tantummodo expoſuit, remedium autem ſanitatis in poteſtate miſericordiæ ejus dimiſit.* Albertus Magnus verba Centurionis virtuti diſcretionis ejus attribuit: *Tantæ diſcretionis, quod exaudire ſi expedit, vel non exaudire ſi non expedit, reſinquit judicio Domini.* Dionyſius Carthuſianus

Alb. M. in Matt. — *Dion. Cart. ib.*

ſianus eadem verba humilitati adſcribit: *Non intulit; dic ut curetur, veritus ne tanto munere eſſet indignus.* Veruntamen tametſi ne verbum quidem protulit, quod exprimere poſſit deſiderium, quo ſervum ſuum ſanatum eſſe cupiebat, nihilominus ut Lucas Burgenſis obſervat: *Satis intelligitur implorare opem, qui ſe potentiori miſeriam ſuam exponit.*

Luc. Burg. ib.

Jacet in domo paralyticus & malè torquetur.

5. Chryſoſtomus ait: *Excuſando ſe quare non adduxerit*; ſiquidem ex quo ſervus ille moribundus erat, in vehementi illo viæ motu, mori facile & exſpirare potuiſſet. S. Antonius Paduanus dicit: *Jacet & non poteſt venire ad te ad ſal tempetendam.* At verò Hugo Cardinalis econtra vivaciorem in hoc milite fidem emicuiſſe dicit, quam in illis, qui ſimilem quendam paralyticum per tectum coram Salvatore ſubmiſerunt: *Major fuit fides hujus quàm illorum: credidit enim, quod abſens potuit curare* S. Antonius Paduanus ex loco, in quo ſervus ille infirmus jacebat, hanc elicit mortalitatem: *Hujus pueri infirmitas eſt in Capharnaum, id eſt, in conſolationibus hujus mundi infirmatur. Male torquetur*; ſiquidem ſolus ſpiritualis magis in proſperitate periclitatur, quàm inter adverſitates & tribulationes. Unde S. Auguſtinus ait: *Mundus iſte periculoſior eſt blandus, quàm moleſtus, & magis cavendus, cum illicit diligi, quàm cum admonet cogitque contemni.*

Chryſ. hom. 7. in Matt. S. Ant. Pad. ſer. 5. Ciner. Hugo. Card. ib. S. Ant. ib. S. Aug. ep. 144.

6. Didacus Stella aliud quid ponderat, circa ſervitium, quod à Centurione in ſtatu deſperatæ ſalutis ſervi ſui, tantoperè æſtimabatur: *Solet Dominus homines pios & ſibi obſequentes gravi dolore afficere*, moxque illius rationem reddit: *Ut nihil præter ipſum diligamus, & ille ſolus cor noſtrum & animam poſſideat.*

Did. Stell. in Luc.

Verſus 7.

Et ait illi Jeſus: Ego veniam, & curabo eum.

1. Hinc clarè videtur, quantâ ſollicitudine Chriſtus agatur, ut nobis benefacere poſſit. In Iſaia ſcribitur: *Ad vocem clamoris tui, ſtatim ut audierit, reſpondebit tibi.* Lucas Burgenſis verba Salvatoris hunc in modum exponit: *Paratus ſum venire & curare eum*; & paulo poſt: *Promptus eſt Ieſus ad beneficentiam.* Imò ut idem author obſervat, *Plus facere vult, quàm petentis oratio & mens optare videatur.* Cùm veriſſimum ſit, quod in collecta quadam ſancta mater Eccleſia proteſtatur: *Abundantia pietatis tuæ & merita ſupplicum excedis & vota.*

Iſa. 30. 19. Lucas Burgenſis ib.

2. Hugo Cardinalis de hoc benigniſſimo reſponſo, quo ſe filius Dei ad accedendum in propria perſona ad infirmum, liberaliter obtulit, ità ſcribit: *In hoc autem tanta confuſio medicorum, quia tantus medicus deſcendit ad pauperem ſervum, non quærens de pecuniæ quantitate.* Porro ventilata eſt ab omnibus expoſitoribus ſacris quæſtio hæc, cui Chriſtus ad domum Reguli, filium ejus ſanandi cauſa abire noluerit, & tamen tanta cum facilitate non rogatus, nec coactus, ad ſervum hunc in propria perſona viſitandum ſeſe obtulerit? S. Ambroſius dicit: *Ibi noluit pergere, ne in Regulifilio videretur magis divitiis detuliſſe: hic ipſe perrexit, ne videretur in Centurionis famulo deſpexiſſe conditionem ſervilem: Omnes enim, ſervus & liber in Chriſto unum ſumus.* Author operis imperfecti, huic ſe opinioni ſubſcribens, ſubjungit: *Si enim divitem honoras, propter perſonam ipſius honoras; ſi autem pauperem honoras, propter perſonam Chriſti honoras.* Salmeron hoc loco notat, Chriſtum in hac actione inſtructionem dare voluiſſe, primò judicibus, ut ſcilicet juſtitiam æqualiter pauperibus ac divitibus miniſtrarent. Secundò confeſſariis, ut eadem eum affabilitate & benevolentia agant cum pauperibus, qua cum divitibus agere ſolent, paritas enim illis habenda eſt, quoad omnem perſonarum ſtatum & conditionem. Porro tota vita Chriſti, ejusque doctrina, miracula, diſcipuli & Apoſtoli, & quidquid ad ipſum ſpectabat, humilitatis characterem ſibi impreſſum habebat. S. Bonaventura quoque ſcribit: *Hoc facit ad excludendam perſonarum acceptionem, ſecundum quod dicitur: Puſillum & magnum ipſe fecit, & qualiter cura eſt illi de omnibus.*

Hugo Card. in Matt. S. Amb. l. 5. in c. 7. Luc. Aut. Imp. ho. 22. Salm. to. 6. tr. 22. S. Bona. in Luc. c. 7.

3. Author imperfecti in Centurione conſiderat, quod fuerit primitiæ gentilitatis, quæ ad Chriſtum convertenda erat: *Primus fructus ex gentibus, ad cujus fidei comparationem, omnium judæorum fides infidelitas eſt inventa*; id quod tamen intelligendum eſt de primo fructu poſt prædicationem, non verò de primo fructu poſt Meſſiæ adventum.

Aut. Imp. ho. 22.

4. S. Tho-

S.Thom. in Matt. 4. S. Thomas dicit, Chriſtum ad perſonaliter ſervum hunc viſitandum ſe obtuliſſe: *Quia præſentia Chriſti eſt cauſa ſalutis.* Ad ſanandum animæ alicujus infirmitatem lethiferam, nullum eſt remedium quàm ſe in continua Dei præſentia ubiq; exercere. *Alb.M.* At verò opponit Albertus M. *non legitur veniſſe perſonaliter.* Reſpondetque *Dicendum, quod perſonaliter venit, quando ſecundùm præſentiam ſuæ Deitatis per beneficium curationis ſe præſentem exhibuit.* Verum quæ cauſa eſt, quod cum ſe venturum promiſerit, ad infirmum tamen nunquam pervenerit: *Lucas Burg.* Lucas Burgenſis dicit: *Quamquam non tam quod id facturus eſſet, venturum ſe dixerit, quam ut Centurionis arcanis fidem eam eliceret, quæ mox enituit.*

Verſus 8.

Et reſpondens Centurio ait: Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo & ſanabitur puer meus.

Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. &c.

Chryſ. hom. 27. in Matt. 1. Chryſoſtomus ſuperbiam & faſtum illorum, qui imperant, conſiderat, dum ait: *Tanta certè eorum ſuperbia eſt, qui principatus præfecturaſque gerunt, ut ne calamitatibus victi ad humiliora condeſcendant.* Porrò Chriſtus, ſecundùm exteriorem apparentiam pauper & nudus erat, & tamen Centurio hic *Princeps exiſtens, & gentilis,* ut Albertus M. obſervat, *habitationem non vocat domum, ſed tectum, quod ſolum eſt defendens ab incommodis aëris.* *Alb.M. ib.* Imò Albertus credit, verè pauperculum quoddam fuiſſe tugurium, ac proinde hiſce verbis illud laudat: *Ecce quam parca ſuſtentatio ex uſu rei familiaris:* veruntamen credibilius eſt, Centurionem domum ſuã ita ex humilitatis inſtinctu laudâſſe, domũ ſuam in conſpectu Dei illius hoc modo appellando, cujus immenſitati capiendæ ampliſſimæ quòque cœlorum ſphætæ nimis ſunt anguſtæ. Quam ſententiam etiam S. Antonius Paduanus tenuit, dum *S. Ant. de Pad. ſer. cit.* ait: *Nota in verbis Centurionis profundam humilitatem, & modeſtam urbanitatem: Non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum; non palatia, non caſtra, ſed tectum, ad declinandum vanitatis jactantiæ faſtum.* *Salm. 21.6.tr. 21* Salmeron ita ipſum locutum fuiſſe dicit: *Non quod domus ejus non eſſet ſplendidè ornata;* nimis enim probabile eſt, ipſum conformiter dignitati & gubernationi, quam obtinebat, domum habuiſſe: at verò uti idem Author ſubjungit, Chriſtus oculos ſuos non ad capacitatem domus, vel ad ornatũ illus directos habebat, utpote qui humilitatem & paupertatem quàm maximè diligebat. Unde in eadem Capharnaum, intra anguſtias domus ſocrus S. Petri hoſpitatus erat. *Cum Centurio dives eſſet & nobilis, non videtur ædes tenues & exiles tenuiſſe,* qui idem efficacem ſatis ad id concludendum adducit rationem, quia non dixit Centurio, domus mea non eſt digna ut te recipiat, ſed ego non ſum dignus.

2. In Habacuc. c. 1. dicitur: *Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* *Habac. 1. v. 13.* Et ideo veriſimile eſt, Centurionem hunc timuiſſe, ut Chriſtus à militibus ſuis offenderetur, qui utpote militaris vitæ homines utique diſſoluti erant, teſte Poëta, qui canit:

Nulla fides pietaſque viris, quæ caſtra ſequuntur.

3. Maximè cum optimè ſcire debuerit, quòd Chriſtus erat pax noſtra, ac proinde Origenes putat Centurionem dixiſſe *Miles gladio accinctus, ſanguinem fundens, ad prælium exiens, & ob hoc non ſum dignus, &c.* *Orig. hom. in diver.* Lyranus in ea fuit opinione, quod Centurio licet Chriſto obviam proceſſerit, & pro ſervi ſui ſanitate impetranda eundem rogarit, idola tamen domi ſuæ nihil ominus retinuerit; cui tamen Salmeron ſe opponit, dicens: *Quia indignum hoc viro, qui tantam fidem de Chriſto conceperat, & quem Chriſtus primitias, gentium credentium conſtituebat.* Unde poſitâ veritate illius, quod Lyranus aſſerebat, morale quoddam documentum adhinc deducere poſſumus, nimirum, quod primo omnia inordinatorum affectuum idola ab hoſpitio animæ noſtræ ejicienda ſint, ac tum demum à nobis recipiendus ſit Chriſtus. Unde *Geneſ. 35.* dicitur prius: *Abjicite Deos alienos, &c.* & paulò poſt invitamur: *Aſcendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Domino.* Rabanus ſimilem ferè concaptum tangit, cum ait: *Propter conſcientiam vitæ gentilis, gravari ſe magis dedignatione putavit, quam juvari,* id quod cum trituſſimo illo S. Pauli axiomate optimè concordat: *Qui manducat & bi-*

Lyran. in Matt. *Salmer.* *Gen. 35. 2.* *Raban. ib.*

bit indigne, judicium sibi manducat & bibit.

Orig. in Cat. S. Th. 4. Origenes ait: *Quando corpus & sanguinem Domini manducas & bibis, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur.* Et quidem tametsi nullam haberemus versus hunc Centurionem obligationem, hæc tamen præcipua est, ut Salmeron notat, quia *Nos his verbis de digne suscipiendo Christo instruxit, sive potius per eum Spiritus sanctus.* Veruntamen Cardinalis Toletus duo dubia hic movet. Primum est, quomodo dictum istud nobis accommodetur, cum Centurio eo tempore, quo verba illa dicebat, Christum in domum suam non receperit, prouti nos illum in Sacramento præsentem, in animæ corporisq; nostri hospitium recipimus. Secundum est, cur nos, dum indignos nos ad illum recipiendum protestamur, illum nihilominus recipiamus, tametsi Apostolus 1. Cor. 11. dicat: *Qui manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Et quidem ad primum dubium respondet quòd Ecclesia in sacrosanctæ Eucharistiæ administratione, duos præcipuè actus exercere intendat; nimirum unum, qui est fidei actus, venerando in eadem sub speciebus sacramentalibus eundem Deum & hominem, quem miles iste eisdem verbis visibiliter veneratus & confessus fuit: alium verò actum humilitatis, dum nos tanto hospite recipiendo indignos protestamur & agnoscimus. *Gratia ipsius est, quòd velit ad nos accedere.* Quoad alteram verò difficultatem vel dubium distinguit, & dicit: *Duplex est dignitas, una rei, & hac nemo potest suscipere Christum: alia est præparationis, & hac potest homo digne eum suscipere, si ea faciat, quæ fieri ipsemet, qui suscipi voluit, mandavit; quod si quis ea non exhibet, indignè suscipit.* Salmeron insuper, qua ratione domum mundare debeamus, his verbis notat & monet: *Ingrediendo in domum sordidam corporaliter minimè Deus offenditur, quemadmodum in corde immundo spiritualiter habitare* S. Ambrosius ait: *Magnæ & perfectæ fidei vir, qui intelligeret, Christum cœlorum esse Dominũ, dum verebatur ne hospitii sui eum angusta non acciperent.* Insuper etiam hæc fides in Centurione emicuit, dum firmiter Christum utpote Deum, in omni loco præsentem esse, suumq; servum etiam absentem

Salmer.

Tolet. in c. 7. Luc.

Salm. to. 6. tr. 22.

S. Ambr. ser. 80.

unico duntaxat voluntatis actu sanare posse credidit: *Contradicente Centurione* (inquit S. Ambrosius) *non pergit ad domum Dominus, sed pergit Domini medicina.*

5. Idem Card. Toletus quòq; boni hujus militis profundam ponderat humilitatem, dum ait: *Non servi indignitatem opposuit, dicendo: Servus meus non est dignus, sed propriam.* Plurima Centurio ille populo Hebræorum beneficia contulerat, adeo ut synagogam quoq; eidem ædificaverit, ubi in lege & cultu divino Judæi erudiebantur: *Diligit gentem nostram, & synagogam ipse ædificavit nobis. Id consideratum,* inquit Jansenius, *magis admirandam facit ipsius humilitatem, ut, qui post tam magna beneficia populo Iudaico collata, adhuc putavit se indignum esse aspectu Domini.* Imò tunc Christo dixit: *Non sum dignus,* quando omnes seniores populi, ipsimet primæ & æternæ veritati concorditer dixerunt: *Dignus es ut hoc illi præstes. Misit ad eum seniores,* inquit S. Bonaventura, *quasi ipse non esset dignus accedere, nec auderet; meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te,* ait ipsemet. Salmeron duos in eo notat actus humilitatis: *Nec se ad Christum venire, nec se ad Christum descendere dignum ducit, nec recipere venientem, nec quærere illum, ut veniat.* Et quamvis certum sit, ipsum digniorem fuisse, qui Christum accederet, quàm seniores Hebraismi ab ipso ad Christum missi fuerint. *Vera tamen modestia proprios, non alienos defectus respicit.*

Tolet. ib.

Ianſen.

S. Bonav. in Luc.

Salmer.

6. In hac humilitate & subductione sui à Christo, instruimur, quod verus cum Deo negotiandi, gratiasque cælestes ab eo obtinendi modus, non in præsumptione, sed in propria diffidentia consistat, dum scilicet quis se, ut cum Deo agat, indignum esse censet; meliusque sit affectibus cum Deo loqui, quàm verbis, magisque expediat ab eo retrocedere, quàm præsumptuosè se in ejus faciem sistere, hoc est enim optimum, Deo propinquius approximandi medium, prouti magno suo beneficio expertus est Publicanus, *qui à longè stans, nec audebat oculos ad cœlum levare*; & tamen idem *cœlum ad se potuit inclinare.* Sanctus Lucas dicit, quòd, dum Christus non procul à domo ejus aberat, aliquos ei obvium miserit, qui ei dicerent: *Non sum dignus, ut sub tectum meum intret.* Sanctus

Bona-

S.Bonav. in Luc. Bonaventura ſuper illum locum: *Cum jam non longè eſſet à domo*, ita ſcribit: *propè enim erat domui corporali, ſed propior domui mentali; juxta illud Pſalmi: Propè eſt Dominus omnibus invocantibus eum. Diverſum dicitur de malis: Propè es tu ori eorum, longè à renibus eorum, non talis erat iſte, cujus ſignum erat præcipua humilitas.* S. Auguſtinus à Gloſſa citatus dicit, quòd eò ipſo, quo ſe indignum æſtimavit, à Salvatore noſtro dignus fuerit declaratus: *Non in cujus parietes, ſed in cujus cor Chriſtus intraret; neque hoc diceret cum tanta fide & humanitate, niſi jam illum, quem timebat intrare domum ſuam, geſtaret; nam non erat magna felicitas, ſi Dominus IESUS intraret in ejus parietes, & non eſſet in pectore ejus.* Ipſe quidem minimè convenire exiſtimabat, quod Deus ille, de quo ſcribitur: *Candor lucis æternæ*, habitationem ejus ingrederetur: at verò, ut S. Ambroſius ait: *Dumædes ſuas injurioſas putat, magis eas honorificas facit & gratas.*

S. Aug. ſer. 6. de verb. Dom.

S. Ambr. ſer. 89.

7. Quiſnam obſecro apud divinum hunc hoſpitem, tanquam excellentiora merita habens, gratior & acceptior fuit, an Zachæus, qui *excepit illum gaudens in domum ſuam*, an verò Centurio noſter, qui dixit: *Non ſum dignus, &c.* S Thomas quidem quæſtionem hanc hunc in modum decidit: *Ambo Salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo*; veruntamen aſſerere poſſumus, Centurionem majus ſibi Dei lumen & notitiam comparâſſe, quam Zachæus acquiſierit, quia quantò ampliùs quis ſe in hac Dei notitia exercet, tantò ſe familiari Dei conſortio indigniorem eſſe reputat. Unde in præfatione Miſſæ habemus, quod Angeli, qui minus lumen habent, magiſq; à ſuprema illa Triade ſunt remoti, *laudent* Deum: *Quem laudent Angeli*: dominationes verò, qui viciniores exiſtunt, *adorant*: denique Poteſtates, quæ illuminatiſſimæ ſunt, *tremunt.*

S. Th. p. 3. q. 80. a. 10. ad 3.

8. S. Petrus cœleſti Magiſtro ſuo dixit: *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum*, ubi Chryſologus ait: *Sic cum Petrus exire à ſe rogat, quomodo Centurio eum ad ſe ſupplicat non venire: agit uterque, ne indignitas hoſpitii in hoſpitis maneat injuriam.* Et ideò ſicut Petro mundi converſationem, & inter diſcipulos primatum hiſce verbis prædixit: Ex hoc jam eris homines capiens, ut Dionyſius Carth. advertit, ita quòque ad Centurionis humilitatem exaltandam, dixit: *Non inveni tantam fidem in Iſraël: dico enim vobis, &c.*

Luc. 5. v. 8. Chryſol. ſer. 15.

Sed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.

9. Gloſſa interlinearis ad hæc verba dicit: *Magna fides, quæ Dei dicere credit eſſe facere.* Nequaquam controverti poſſe videtur, quin Centurio iſte hoc loquendi modo, Chriſtum illum eſſe Deum agnoverit, de quo ſcribitur: *Portat omnia verbo virtutis ſuæ; quia poſtulat verbum*, inquit Chryſologus *non de loquendi uſu, ſed de virtute faciendi*; quale autem hoc verbum ſit, quod poſtulat, mox declarat, dum ait, illud eſſe verbum divinæ omnipotentiæ proprium. *Verbum, de quo dictum eſt: Miſit verbum ſuum & ſanavit eos.* Porrò Toletus prædicta verba ita interpretatur: *jube, impera, quod ſolius Dei eſt.* S. Antonius Paduanus cavendum nobis eſſe monet, ne credamus ipſum in ea fuiſſe opinione, ac ſi ad ſervum ſuum ſanandum, verbo omninò opus eſſet. *Sed propterea dixit ſolùm: dic verbo, ut aliis faceret notum, ſuum puerum Chriſti virtute ſanatum.*

Gloſſ. Interl. Chryſol. loc. cit. Tol. in Luc. 7. S. Ant. P. ſer. in fer. 5. Cin.

Verſus 9.

Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alii veni, & venit, & ſervo meo: fac hoc, & facit.

Nam & ego homo ſum, &c.

1. Ex hoc loquendi modo clarè deducitur, quòd ad comodum ſervitium ſuum non defuerint multi alii ſervi, quorum operâ uti potuiſſet, & tamen de unius ſolius ſervorum ſuorum ſalute adeò ſe ſollicitum & zeloſum eſſe probavit. Unde Hugo Cardinalis ſalutare deducit documentum pro Eccleſiaſticis, quibus multarum animarum commiſſa eſt ſalus, inter quas tamen vix una ſana eſſe conſpicitur: *Ita ſollicitiſint, ut iſte Centurio, qui centum milites habens ſub, & propter unum ſervum ægrum tam ſollicitè, tam devotè rogabat Deum, ut ſanaret eum: debent & ipſi facere, rogare aliquos ùt venirent, & verbo prædicationis ſanarent ægros ſuos, hoc*

Hugo Card. ib.

facerent, ſi eſſent eis pretioſi. Paulus de Palatio ad præſtitam Centurionis, à ſervis ſuis exactam obedientiam, ſeſe reflectens, ita ſcribit: *Agnoſcant Principes noſtri documentum pulcherrimum; ſi volunt ſubditorum obedientiam, habeant ipſos pretioſos; ideo enim arbitror, Centurio habebat milites obſequentes, quia pretioſos eos habebat;* benè illos tractabat in victu & veſtitu, aliiſq; in neceſſitatibus, & ideo erga eum reverentes, fideles, & obedientes erant. Eandem quòque obſervantiam Didacus Stella ait: *Unde obſecro tanta obedientia orta erat? quia benignè, & quâdam benevolentiâ cum illis agebat.*

Paul. de Pal. in Matt.

Did. Stell. in c. 7. Luc.

2. Conſiderabile verbum eſt, quod Centurio edixit, dum ait: *Nam ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites. Non jactabat potentiam quam nec ſolam protulit, nec priorem,* inquit S. Bernardus: *Dicturus quippe: habens ſub me milites, præmiſit: homo ſum ſub poteſtate; prius ſe agnovit hominem, quàm potentem; agnovit inquam ſe hominem homo gentilis, & ut in ſe jam impleri oſtenderet, quod longè ante dixerat David: ſciant gentes, quoniam homines ſunt; homo, inquit ſum; & homo ſub poteſtate. Jam quidquid ſubinferat, ſuſpectam non habemus jactantiam, præmiſſa ſiquidem eſt humilitas, ne altitudo præcipitet.*

S. Bern. ep. 24.

3. Quærit Toletus: Cur Centurio tot exempla ſimul multiplicarit, dicendo: *Dico huic: vade, & vadit, & alii: veni, &c.* Et reſpondet, idipſum fecille, *ut ſignificaret Chriſti providentiam ac prudentem diſpenſationem, qui variis utitur cauſis ad effectus diverſos, nec uni omnia, ſed ſingulis pro ipſorũ ratione ſingula imponit.* Præterea hoc loquendi modo clariùs nobis amplam poteſtatem, & voluntatis Chriſti libertatem exprimere voluit: *Sicque confitebatur Chriſti divinam gubernationem, & ampliſſimam poteſtatem, & liberrimam voluntatem.* Salmeron ad ſenſum literalem alludens, ait: *Ex his tribus, qui obedientiam illi præſtabant in abſentia, colligit, Chriſtum poſſe in abſentia ſanare.* Lucas Burgenſis eum *à minori ad majus* argumentatum fuiſſe dicit, quaſi diceret: Si ego, qui homo ſum ſubditus alteri, id eſt, Tribuni, & Cæſaris imperio & directioni ſubjectus, nihilominus per imperium & gubernationem, quam in milites aliquos obtineo: *Multa ſolo verbo, ſolo juſſu facere valeo, illis nimirùm mandatis meis obtemperantibus, quantò tu magis, &c.* S. Anſelmus hac paraphraſi verba illa explicat: *Ego ſum purus homo, tu Deus: ego ſub poteſtate Domini, tu Deus omnium; habens ſub me milites, tu Angelos; dico huic: vade, & vadit; tu huic infirmitati dic: vade, & ibit & alii veni, & venit: & ſervo meo fac hoc, & facit, & tu dic Angelo, ſana eum, & ſanabit.* Theophylactus morbos, milites & bellatores Dei eſſe dicit: *Corporales enim morbi milites ſunt, & ultores Dei.* S. Auguſtinus in perſona hujus Centurionis ſimile format argumentum: *Si ego homo ſub poteſtate, jubendi habeo poteſtatem, quid tu non poſſis, cui omnes ſerviunt poteſtates?*

Salm. to. 6. tr. 22. Luc. Burg. ib.

S. Anſ. in Matt.

Teoph. in Matt.

S. Aug. ſer. 6. de verb. Dom.

Verſus 10.

Audiens autem JESUS miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſraël.

Audiens autem JESUS miratus eſt.

1. Dicat hic forſitan aliquis, quomodo hæc verba de Chriſto verificari poſſunt, in quem nulla cadere poteſt admiratio? *Admiratio non cadit in Deum,* inquit hoc loco Doctor Angelicus, *quia non fit niſi ex ignorantia cauſæ, quæ non poteſt eſſe in Deo.* Toletus ait: *Miratus dicitur ut homo;* Janſenius dicit: *Quædam admiratio non ex ea parte, qua omnia ei erant cognita, ſed ex ea parte, qua experimentali notitia hactenus ei cognita fuerat tam nova & inſolita fides Centurionis;* vel etiam ſecundùm eundem Janſenium, admiratus fuiſſe dicitur: *Quia in modum admirantis vultum ſuum compoſuit;* adeò ut qui verba, faciem & omnes alios exteriores geſtus intuitus fuiſſet, facile ipſum admiratum fuiſſe, credere potuiſſet. Unde & Lucas Burgenſis ait: *Mirantis more ſe habuit, & locutus eſt.*

S. Thom. in Matt. Tol. in c. 7. Luc. Janſen ib.

Luc. Burg.

2. S. Thomas dicit: *Magnum, admirandum putavit, cùm turbis ſequentibus oſtendit, & commendat eum.* Quod idem diu ante ſcripſerat S. Auguſtinus, dum ait: *Quod mirabatur Dominus noſter, nobis mirandum eſſe ſignificat.*

S. Thom. S. Aug. l. de gen. or. Manich c. 8.

3. Author imperfecti dicit: *Quid primum miretur in Centurione? Humilitatem, aut*

Aut. Imp. hom. 22.

aut fidem, aut ſapientiam, aut bonitatem?

Hugo Card. Hugo Cardinalis ait: *Miratus, quod in velamento carnis cognoviſſet excellentiam majeſtatis.*

Did. Stell. in Luc. c. 7. 4. Didacus Stella moralem quandam obſervationem ſuper hæc verba inſtituit; dicit enim: Chriſtum non fuiſſe admiratum in Centurione, divitias, dignitatem, vel quamcunque aliam pompam aut factum humanum, ſed ſolam virtutem; ſiquidem militis hujus fidem cum ſtupore & admiratione ſummè deprædicat.

Et ſequentibus ſe dixit: Amen dico, &c.

Chryſ. ſerm. 15. 5. Chryſologus dicit: *Dat normam credendi, qui nondum chriſtianæ ſcholæ ingreſſus eſt diſciplinam.* Porrò in quonam ſenſu hæc verba intelligenda ſint variæ de eo ab interpretibus adducuntur expoſitiones. S. Hier. Hieronymus dicit: *Depræſentibus loquitur non de omnibus retro Patriarchis & Prophetis, niſi fortè in Centurione fides gentium præponitur Iſraëli.* Eandem quoque opinionem S. Thomas ſuſtinet, dum ait: *Dicendum: non inveni tantam fidem in Iſraël in tempore illo.* vel ut Lucas Burgenſis ait: *Ex quo hactenus prædicavi;* ſiquidem hiſtoriam hanc, prædicationis ejus anno ſecundo, accidiſſe conſtat. Cajetanus dicit: *Scilicet ex tempore, quo quæro fructum prædicationis meæ, & miraculorum quæ operatus ſum.* Unde, ut idem Lucas Burgenſis ſubjungit, Chriſtus dum ait: *Non inveni tantam fidem, &c.* dicere voluit neminem inveni, *qui tantum in fide profecerit ex prædicatione & miraculis meis.*

S. Tho. in Matt. Luc. Burg. Cajet.

6. Verùm enimverò quot inſuper alii illo tempore in Hebraiſmo erant in fide Meſſiæ illuminatiſſimi? quos tamen Centurio iſte longo intervallo ſuperabat. Etenim verùm quidem eſt, quod leproſus magnam fidem demonſtrarit, quando Chriſto dixit: *Domine, ſi vis, potes me mundare, ſed majorem oſtendit Centurio,* inquit Cajetanus, *profitens etiam modum curandi ſolo verbo, in abſentia.* Inſignis quoque fuit fides Baptiſtæ, eaque in ſeipſa longè major, quàm fuerit fides Centurionis, ſed non comparativè ad proportionem ſtatus ſæcularis & militaris quem hic Centurio profitebatur: *Fuit major proportionaliter, quia major fuit illa fides in viro gentili militari, ex auditu famæ, ferè in principio prædicationis Chriſti, quàm fuerit in Ioanne Baptiſta ipſius maxima fides, quia fuerat ſanctificatus in utero, filius Sacerdotis, educatus in vita eremitica, converſatus cum Spiritu ſancto.* Eadem proportio circa Apoſtolos conſiderari poteſt, ut Salmeron notat, dicens: *Nam Centurio gentilis erat & indoctus, & militarem colens artem, & ſine ulla legis Moyſis pædagogia, ſine auditu Chriſti ſermone vel viſis ſignis credebat abſentem ſanare poſſe.* S. Thomas quoque conſiderat, quod in omnibus aliis veſtigium aliquod reperiatur, unde fides ipſorum in Meſſiam minor, quàm par erat, notari poſſit: *Petrus venit ad vocem Andreæ, Andreas ad vocem Ioannis: in verbo Marthæ fuit aliquid dubietatis, quia dixit: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus, quaſi non abſens poſſet, &c.*

Salm. to. 6. tr. 22. S. Tho. Matth.

7. Conſideret igitur jam unusquisque, ad quem excellentiæ gradum fides iſta aſcenderit. Centurio iſte Chriſtum cœleſtis militiæ ſupremum Monarcham eſſe oſtendere volens, hoc utitur exemplo vel ſimilitudine: *Habens ſub me milites, dico huc, &c.* ubi Chryſoſtomus ait: *Imaginatus mihi fuiſſe videtur cœleſtem militiam, cujus Chriſtum ducem ac Dominum eſſe credidit, cui etiam morbos ipſos, mortem, cæteraque omnia ſic eſſe ſubjecta non dubitavit, ut nonnulli milites ſibi, imò etiam multò magis.* S. Paſchaſius ad eandem ſimilitudinem reflectens ſcribit: *Puto, quod omnia cœleſtia rimatus erat, qui & divinitatem in homine deprehendit, & officia cœleſtis militiæ plenisſime intellexit.* Omnes alii antecedenter lumen aliquod, vel notitiam Chriſt. habuerunt vel per viam prædicationis ſuæ, vel per miracula ejus, quæ viderant, vel per invitationes & vocationes particulares & efficaces ab ipſo factas; at verò de hoc Centurione Author imperfecti dicit: *Divinum theſaurum abſconditum in agro terreno, non acumine oculorum, ſed mentis puritate nullo demonſtrante proſpexit.*

Chryſ. hom. 27. in Matt. S. Paſch. in Matt. ib. Auth. Imp. ho. 22.

8. Enimverò tametſi Centurio iſte multa Salvatoris miracula per famam audierit, attamen ut Didacus Stella dicit, nunquam aliquem ab ipſo, procul abſente, ſolo verbo curatum fuiſſe perceperat: *Fidem autem Centurionis vide, quia non dixit veni, & ſalva eum,* inquit Author imperfecti, *quia in omni loco erat præſens.* Alii, ut Abulenſis notat, petebant à Chriſto, ut ad curandas infirmitates infirmum tangeret, vel ut infirmum adiret,

Did. Stell. in Luc. c. 7. Abulen. q. 35. in c. 8. Mat

adiret; aut videret, hic verò Centurio credit, quòd etiam abſens per unicum duntaxat voluntatis actum, ſanare poſſit etiam paralyſi laborantem. Chryſoſtomus fidem illius ſuperiorem exiſtimat fide illorum, qui alium quendam etiam paralyticum per tectum ante pedes Salvatoris ſubmiſerunt: *Quia enim non dubitabat, vel ſolo Domini verbo, jacentem excitari poſſe, idcirco minimè deportandum curavit.*

Chryſ. hom. 27. in Matt.

9. Porrò tametſi certiſſimum ſit, quòd Chriſtus ſalutem, quocúnque volebat, languenti alicui immittere aut reſtituere potuerit, quantumvis etiam procul diſſito & remoto, non tamen à via deſtitit, ſed verſùs domum Centurionis abeundo ſe recepit, *ut quanta ſit Centurionis fides, perdiſcamus*, inquit Chryſoſtomus, dedita opera enim illam circumſtantibus manifeſtatam eſſe voluit, ut ad perpetuam ejus memoriam & gloriam recenſeretur in annalibus æternitatis.

Hom. cit.

10. Quòdſi quæras, cur Deus illi adeò clarum fidei lumen communicarit? ſiquidem *nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum*; reſponderi poteſt, quòd operibus pietatis & compaſſionis naturaliter deditus, in piis item operibus admodum liberalis, populóque Iſraëli optimè affectus fuerit: *Diligit gentem noſtram: ſynagogam ædificavit nobis*, adeòque multos ibi ex præſentibus pro ipſo rogaſſe, valde eſt veriſimile, præterquam quod ſempiterna ſit veritas, quòd *miſericordes miſericordiam conſequentur*. S. Anſelmus notat, multos quidem ad Redemptorem noſtrum intercedendi gratia, recurriſſe, ità tamen, quòd unus illum rogaverit pro filio infirmo, alius verò pro aliis perſonis ſibi acceptis, *nullus pro ſervo, niſi iſte ſolus, & hoc ei ad augmentum beatitudinis, & ad coronam gloriæ erat, quod pro ſervo tam humiliter Dominum interpellat.*

Joan. 6. v. 44.

S. Anſel.

11. Dacus Stella quoque rationem reddit, cur illum in publico commendarit: *Ut firmiùs & preſtiùs virtuti hæreat, quia quando alicujus probitas omnibus nota eſt, erubeſcit maximè, ſi in aliquo crimine comprehenditur.*

Did. Stell.

Verſus 11.

Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Jacob in regno cœlorum.

Dico autem vobis, quòd, &c.

1. Lucas Burgenſis ſcribit, quòd increata illa & incarnata ſapientia per occaſionem hujus tam admirandæ fidei, quæ in gentili & pagano hoc milite adeò reſplenduit, Judaiſmi reprobationem prædicere voluerit. Porrò per Orientem & Occidentem, quæ ſunt duæ principales mundi partes, totum univerſum intelligitur, adeoque cùm Chriſtus dicit, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, prædicere & vaticinari voluit, quòd ex omni, quantumvis diſſito & procul remoto loco, populi gentiles, vel ſaltem ingens pars eorum ventura ſit ad Eccleſiæ gremium. S. Thomas ſuper ly *recumbent*, ita ſcribit: *Iſte accubitus abundantia eſt rerum ſpiritualium; cum Abraham, & Iſaac, qui a gentiles per fidem juſtificantur, ſicut Hebræi, ut habetur. Rom. 4. & Gen. 12. Iſtis facta eſt repromiſſio: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.*

Luc. Burg.

S. Tho. in Matt.

Gen. 12. 3.

2. Enimverò in hac Centurionis laude clarè conſpicitur, quàm verum ſit, quòd *glorificantes ſe glorificat*; ſiquidem præterquam quòd fidem ejus tantoperè deprædicarit, ipſum quòque in unam quaſi claſſem cùm Abraham, primò credentium Patre, reponit: *Regni cœlorum participem conſtituit*, inquit Chryſoſtomus, *& generi Judæorum omnium præpoſuit, ità qui ſe indignum recipere Chriſtum arbitrabatur, cœlo dignisſimus factus, incorrupta bona quæ Abraham impetravit, conſecutus eſt à Domino.*

Chryſ. hom. 27. in Matt.

3. Haymo Halberſtadienſis in ſenſu morali dicit: *Ab Oriente quis venit, cùm ab infantia Deo ſervire incipit; ab Occidente, dum in ipſa decrepita ætate ad Deum convertitur.* S. Antonius de Padua, ſuper eadem verba aliud quoddam documentum in medium his verbis adducit: *Ab Oriente, iſti ſunt, qui occaſum culpæ neſciunt: & ab Occidente, iſti ſunt pœnitentes, qui occaſum culpæ corrigunt.*

Haym. ibid.

S. Ant. Pad. in ſerm. 6 Ciner.

Verſus 12.

Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.

1. Cajetanus dicit: *Judæi appellantur filii regni*

Cajet. ib.

regni quia ex genere, cui promiſſum eſt regnum, naſcuntur ſecundùm carnem. Hi ſub cæcitatis ſuæ tenebris remanent ſepulti, imò ad infernales tenebras condemnati; nos autem qui gentiles eramus, ſumus in hoc Eccleſiæ regnum conſtituti. Curandum verò nobis eſt, ut ſtatui noſtro & gratiæ, quà nos ad illum vocavit, correſpondeamus, quia multi ad magnam confuſionem noſtram in Oriente & ad occidentem, tanto cum fervore, fidem Chriſtianam conſitentur, ut etiam pro illa martyrium ſuſtinere, non dubitent; ac proinde metuendum eſt valde, ne nobis accidat eadem exprobratio, idemque comminandum & infligendum ſit ſupplicium, niſi opere & reipſa correſpondeamus illis, quæ mente credimus.

Verſus 13.

Et dixit Jeſus Centurioni: Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi; & ſanatus eſt puer in illa hora.

1. De hoc Centurione nequaquam dici poteſt, quòd per minimæ adulationis motivum Chriſti favorem vel amicitiam ſibi conciliarit. Unde Chryſoſtomus ait: *Verùm ne adulatione aliqua uſum Centurionem quiſquam putet, utque omnes ex animo locutum intelligant, audi quid inſertur: vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi.* Salus repentina & miraculoſa ſervi eodem tempore facta, nquit idem ſanctus Doctor, *Domini omnipotentiam & Centurionis fidem patefecit.* *Chryſ. hom. 27. in Matt.*

2. Denique ſcilicet tam de Domino quàm de ſervo, aſſerere poſſumus, utrumque languentem & ægrum fuiſſe; ille enim in anima, hic verò in corpore infirmabatur; ut Baſilius Seleucus his verbis ſcribit: *Puer membris diſſolutus jacens, Domino ſuo ducatum præbet ad Dominum; ſervi ſanationem Centurio requirens, Dominum reperit dumque ſervi ſanationem venatur, fit ipſe Domino præda: ſervus ægrotatione lethali ægrotat, ſed Dominus ante ſervum præſanatur, ſervus æger eſt corpore, ſed Dominus anima ſanctificatur.* *Baſil. Seleuc. orat. 19.*

3. Argutè Janſenius conſiderat benigniſſimum Salvatorem huic Centurioni nequaquam præcepiſſe, ut cingulum militare deponeret, poſtquam à Domino tanto elogio deprædicatus fuerat: *Non inveni tantam fidem, &c.* Similiter S. Petrus, poſtquam alterum Centurionem baptismatis lavacro tinxiſſet, non præcepit ei, ut ſe à Cæſaris ſignis, quibus nomen ſuum dederat, deinceps ſubduceret; neque Joannes Baptiſta militibus ipſum, de ſua aſſecuranda ſalute, interrogantibus neceſſum illis ad ſalutem eſſe reſpondit, ut à militia recederent; quia ut idem Janſenius ait: *Sicut magiſtratu & legibus, ita & militibus opus eſt ad pacem tuendam.* Præterquam quòd timor Dei cuivis ſtatui & vocationi adaptari poſſit: *Quis eſt homo qui timet Dominum? legem ſtatuit ei in via, quam elegit.* *Janſen. ibid.*

DOMINICA QUARTA POST EPIPHANIAM.

EVANGELIUM

Matthæi cap. 8.

v. 23.  *Scendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus. 24. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. 25. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, & & suscitaverunt eum, dicentes: Domine salva nos, perimus. 26. Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. 27. Porrò homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?*

Versus 23.

Ascendente eo in naviculam.

Orig. hom. 6. in diverſ. 1. DOminus & Salvator noſter, (prout advertit Origenes) multa hactenus, & ſtupenda quidem miracula patraverat in terra, nunc igitur ad mare tranſit, *ut ibidem & excellentiora opera demonſtraret, quatenus terræ marisque Dominus cunctis ſe oſtenderet.* Aſcendit autem in naviculam quandam, eamque ad pauperculum quendam piſcatorem proprietariè ſpectantem, non pretioſis mercibus onuſtam, ſed humilem & abjectam. *Non aſcendit negotiatoriam aliquam navem,* inquit Didacus Stella, *aut ſumptuoſam, ſed piſcatoriam; quo docet, ſe mundi contemptibilia, paupertatem & humilitatem amare.*

Did. Stell. in c. 8. Luc.

2. Per modicum hoc lignum ſive naviculam, aliqui Crucem intellexerunt. Ita S. Antonius de Padua dicit: *Iſta navicula eſt Crux Chriſti; hæc eſt navis inſtitoris, in qua celebravit nundinas ſuas.* Quisquis in mari hujus vitæ præſentis ad portum Paradiſi feliciter appellere deſiderat, ei, ut hanc naviculam conſcendat, neceſſium erit. Unde Beda ait: *Navicula, quam aſcendunt, nulla meliùs, quàm Dominicæ Paſſionis arbor intelligitur.* In lib. Sapientiæ dicitur: *Exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare, per ratem liberati ſunt;* quod idem in præſenti propoſito dicere poſſumus, ſcilicet quòd, ſi quis in hoc ligno Crucis, mare præſentis vitæ enaviget, animam ſuam ſecuriſſimè ſalvabit.

S. Ant. Pad. ſer. in hac Dom.

Beda ib.

Sap. 14. v. 5.

3. Salmeron per multos parallelos diffusè per hanc naviculam, animam noſtram intelligendam eſſe oſtendit, quam eandem interpretationem ſecutus Hugo Cardinalis, ita ſcribit: *Per navim ſignificatur anima, hæc navis mediocriter onerata ſecuriùs incedit, quia nimis onerata, à vento tollitur; onus eſt pœnitentia moderata, in hanc navem aſcendit Deus per gratiam, cum diſcipulis, id eſt, ſanctis cogitationibus.*

Salm. to. 6. tr. 12. Hugo Card.

4. Paulus de Palatio per naviculam iſtam vitam Chriſtianam intelligendam eſſe ſcribit, quia ſicut nemo mare ſine ligno trajicere poteſt, ita nemo in hoc ſæculo vitam æternam ſecurè ſibi poteſt promittere niſi

Paul. de Pal. in Matth.

niſi vitam agat chriſtianam; quam demùm alluſionem deinceps magis declarat, ſicut enim navis cælum verſus omnino aperta eſt, ex ea verò parte, qua mare reſpicit, totaliter clauſa & obfirmata eſſe videtur, licet ex ſola parte auguſtiori mari ſupernatet: *ità vita chriſtiana tota à cœlo reſpicitur tota à cœlo dependet, tota à cœlo influitur; ex parte verò externa mare contingit, ſumens ab eo neceſſaria vitæ.*

Hugo Card. ib. 5. Hugo Cardinalis hunc navis titulum B. Mariæ Virginis attribuit: *Per naviculam B. Virgo intelligitur, quæ parva fuit per humilitatem; hanc naviculam aſcendit Jeſus in Nazareth, quando ipſa dixit: Ecce ancilla Domini; in hac navi dormivit Jeſus menſibus novem, ſed ipſo excitato, id eſt, nato, facta eſt tranquilitas magna;* ſiquidem in Chriſti nativitate pax univerſalis ſe per univerſam terram extendit.

Auth. Imperf. hom. 23. 6. Magis autem propriè per hanc naviculam Eccleſia intelligitur, de qua Author imperfecti ità ſcribit: *Navigat inſtructa fidei gubernaculo felici curſu per hujus ſæculi mare, habens Deum gubernatorem, Angelos remiges, portans choros omnium Sanctorum, erecta in medio ipſa ſalutari arbore Crucis, in qua Evangelicæ fidei vela ſuſpendens, flante Spiritu ſancto ad portum Paradiſi & ſecuritatis quietis æternæ deducitur.* Sine navi, qui aquas ingreditur ſubmerſionis periculo ſe exponit; ſine Eccleſia & ejus fide ac Religione nullus ſalvatur; navis ex ea parte, qua aquas reſpicit, nullam ſuſtinet diviſionem & aperturam: Eccleſia non admittit diviſionem & diſcrepantiam etiam in unico duntaxat fidei articulo; navis ab unico tantùm nauclero gubernatur, movetur à ventis, tempeſtatibus ſubjacet, &c. Eccleſia unicum tantùm Paſtorem & nauclerum habet, qui illam moderatur & dirigit, perſecutionibus impetitur hæreticorum, paganorum, & perversè viventium, atque favorabili Spiritus ſancti aura afflante, inter omnia ſibi adverſantia provehitur. De eadem dici poteſt, quòd loco arboris ſive mali fidem, pro anchora ſpem, pro funibus & rudentibus charitatem, pro antenna Crucem, pro temone prudentiam, pro velis denique ſancta deſideria habeat. Idem quoque Hugo Cardinalis ſentit, dum ait: *Myſticè per navim Eccleſia; ſicut enim navis in principio & fine ſtricta & anguſta eſt, & in medio ampla: ſic & Eccleſia in principio arcta fuit, quia pauci crediderunt; & in fine ſimiliter, cùm refrigeſcet charitas multorum; ſed in medio, id eſt, nunc plures credunt.* Unde nonnulli bene obſervarunt, uſum eſſe antiquum, Eccleſiarum fabricas in navium formam erigendi.

Hugo Card. ib.

Secuti ſunt eum diſcipuli ejus.

7. Salvator noſter juxta ſe diſcipulos habere voluit, ob honeſtatem, ut Salmeron ait, & ut turbas in illum, ut eum tangerent, irruentes ab eo coërcerent; *Et ut eſſent teſtes oculati vitæ ſuæ*; ac proinde nunquam ſine ſpeciali cauſa, ſolus in aliquo loco conſiſtere ſolebat, prout factum eſt, dum cum Samaritana ſolus loqueretur, & quando ipſum Regem proclamare volentem, declinavit & fugit; & tandem quando ipſum lapidare, & de monte præcipitem agere ſatagebant. Didacus Stella hoc loco obſervat, quòd priùs naviculam hanc Chriſtus ingreſſus fuerit, poſtea verò ipſum quoque ſecuti fuerint ejus diſcipuli. *Nam in laboribus & periculis, Magiſter & Dominus præire debet, ut diſcipuli & famuli ſequantur.* Ad idem quoque conſideratio quædam S. Anſelmi alludit, qui per hanc naviculam lignum Crucis & Paſſionis intelligit. Ait enim: *Navicula verò, quam aſcendit, intelligitur arbor beatæ Paſſionis, cujus auxilio fideles adjuti, transenſis mundi fluctibus, ad ſtabilitatem patriæ cæleſtis perveniunt.*

Salm. to. 6. tr. 12.

Dida. Stell. in Luc.

S. Anſel. ibid.

8. Per hanc Apoſtolorum ſequelam, imitatio Chriſti intelligi poteſt, quæ Apoſtolis ſpecialiùs impreſſa fuit: *Firmi & ſtabiles in fide, hi ſecuti ſunt eum, non tantùm greſſus ejus ſequentes, ſed magis ſanctitatem comitantes.* Ita S. Thoma. S. Chryſoſtomus autem poſtquam dixiſſet, ideo Chriſtum diſcipulos ſuos penes ſe conſtitutos eſſe voluiſſe, ut miraculi illius, quod patraturus erat, ſpectatores eſſent, ſubjungit: *Nam ut palæſtræ magiſter optimus, ad utrum. que eos exercebat, ne aut terrore vincerentur in periculis, aut honoribus efferrentur.*

S. Thom. in cat. ibid.

Chryſ. hom. 29. in Matt.

S. Bona. in c. 8. Luc.

6. S. Bonaventura in hac Apoſtolorum ſequela perfectionem ipſorum, nec non, quo erga Magiſtrum ſuum ardebant, amorem expreſſum fuiſſe, dum illum non deſerunt, nec unquam ſe ab eo divelli patiuntur: *Ut oſtendatur perfectio comitatus, quia nunquam deſerebant*, adducitque illum textum Jobi in perſona ipſorum dicentis: *Veſtigia ejus ſecus eſt pes meus, viam ejus cuſtodivi, & non declinavi ab eo.* Eodem modo S. Antonius Paduanus meditatur, beatam appellans animam illam, quæ Salvatori idem dicere potuerit, quod Ruth Noëmi dicebat: *Quocunque perrexeris pergam, ubi morata fueris, & ego pariter morabor.*

Job. 23. 11. S. Ant. Pad. ſer. in hac Dom. Ruth. 1. v. 16.

10. Obſervandum etiam hoc loco eſt, quòd, dum Chriſtus pedem ſuper mare, inter falſas illius undas & tempeſtates figere incipit, nullus ex multitudine plebis illum ſequitur aut comitatur, verùm omnes in terra firma remanſerunt, exceptis diſcipulis. Unde Paulus de Palatio ait: *Cùm prædicatur Chriſtus Redemptor, amator miracula faciens, nemo eſt qui eum non ſequatur.* Omnes turmatim accurrunt, adeò ut Apoſtoli Chriſto dicant: *Turbæ te comprimunt; at ſi in naviculam aſcendit ſanctæ converſationis, eum pauci ſequuntur.* Inter falſas & inſipidas adverſitatum & perſecutionum aquas, pauci ſunt, qui poſt Chriſtum veſtigiis inſiſtunt, & hæc fortè cauſa fuit, cur, ut ait Chryſoſtomus *ubi miraculorum oſtenſio erat, plebem permittit adeſſe, ubi autem tentationum & timorum arreptio, athletas orbis terrarum, quos exercitaturus erat, hos ſolos aſſumpſit.*

Paul. de Pal.

11. Denique dici poteſt, Chriſtum has inter tempeſtates poſitum, diſcipulos in ſua ſocietate ſecum habere voluiſſe, ut ipſis & nobis omnibus ſequacibus ſuis per hoc innueret, quòd cum ipſo pati, illiúsque ærumnarum & paſſionum participes heri debeamus; quia *ſi ſocii paſſionum erimus, ſic erimus & conſolationis*; illæ namque aquæ amaræ, per quas navigabant aliud nihil quàm adverſitates ſignificant.

* * *

Verſus 24.

Ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat.

Ecce motus magnus factus eſt.

1. Inſtabile illud maris elementum alia quadam vice ſe Chriſto obſequioſum præbuerat. Unde Chryſologus ait: *Pedibus Chriſti tumentia terga ſubmiſerat, quid modo eſt quod uſque ad periculum ſui ſævit, furit, contendit author?* Porrò communis eſt plurium Expoſitorum opinio, tempeſtatem iſtam juſſu Chriſti fuiſſe exortam, & hoc forſitan eſt id, quod author idem dicere voluit, dum ait: *Ut authori ſuo quantùm ſervitutis deberet, oſtenderat*; quod etiam ex S. Luca colligi videtur, qui dicit: *Deſcendit procella venti*; naturaliter enim venti ex fundo maris exſurgunt, mariſq; undas in altum elevant. Et Origenes ait: *Illa tempeſtas non ex ſe orta eſt, ſed poteſtati parvit imperantis, ejus, qui educit ventos de theſauris ſuis.* In eadem quoque opinione S. Thomas ſe fuiſſe oſtendit, dum ait: *Non eſt facta tempeſtas ex intemperie aëris, ſed ſed ex divina ordinatione provenit, qui conturbat profundum maris, &c.* hujus autem divini juſſus miſteria multa ſunt, eaque valde conſiderabilia ſunt.

Chryſol. ſerm. 20. Ser. 21. Luc. 8. 23. Orig. hom. 6. in c. 8. Matth. S. Thom. in Matt.

2. Chryſoſtomus ait: *Tempeſtatem fieri permittit, ut liberali ab ea, manifeſtationem beneficiorum ejus ſenſum habeant*; at verò experientia contrarium potius communiter evenire demonſtrat, ſiquidem ſuperato maris periculo, & poſt receptam liberationis gratiam, benefactoris noſtri Dei ut plurimum obliviſcimur.

Chryſ. ho. 29. in Matth.

3. Filius Dei quàm maximè ſollicitus ſemper erat, ut nobis, ſpecialiter Apoſtolis ſuis divinitatem ſuam innoteſcere faceret: *Ipſi erant prædicaturi, quæ de Chriſto viderant*, inquit S. Thomas, *ideo ut magis in ipſis experti eſſent miraculis. & eſſent certiores, voluit, &c.* adducitque illum Pſalmi textum: *Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.* In hac etenim adeo prodigioſi miraculi occaſione, divinam omnipotentiam

S. Thom. in Matt. Pſ. 106. v. 23. & 24.

tiam optimè cognoſcere & experiri poterant.

4. Ordinavit quòque tempeſtatem iſtam non ſolum ad ſuam majorem gloriam verùm etiam ad inſignem diſcipulorũ ſuorum utilitatem, *Ut humilia ſaperent, & non ſe extollerent*, inquit S. Thomas, *& hoc ſignificabat futurum periculum, quod imminere debebat tempore Paſſionis: item alia de cauſa, ut ſcirent in periculis vivere & vincere.* Origenes dicit ita factum eſſe, *ut mitteret in timorem, ut ſuum auxilium poſtularent ſuamq; potentiam rogantibus manifeſtaret*; id quod valde eſt conformè expoſitioni Gloſſa interlinearis, dicentis: *Ut magna virtus liberatoris videatur.*

S. Thom. ib. Orig. hom. cit. Gloſſ. interl.

5 Hilarius pro inſtructione Eccleſiaſticorum, ſequens tradit documentum, dicens: *igitur ſecũdùm hæc, Eccleſiæ, intra quas verbũ Dei non vigilaverit, naufragæ ſunt, non quod Chriſtus in ſomnum relaxetur, ſed quod ſono noſtro conſopiamur in nobis*; Idq; accidit quando Eccleſiaſtici, & præcipuè Prælati ac Paſtores in cultu & ſervitio divino inertes ſunt & pigri, atque in procuranda animarum ſalute ſocordes, & negligentes.

S. Hilar. Can. 8. in Matt.

6. Verùm enim verò ex quo jam naviculam hanc, in quam Chriſtus aſcenderat, Eccleſiæ ſimilem eſſe diximus, tempeſtas utique quæ eam conquaſſavit, ferocos Eccleſiæ denotat perſecutiones, quibus in futurorum ſæculorum decurſu conquatienda erat: Unde Lyranus dicit: *Navicula fluctibus operta eſt, Eccleſia militans in perſecutionibus poſita*; Et Chryſologus à Gloſſa relatus dicit: *Gentium flabra, Judæorum turbines, perſecutorum procellæ, dæmonum nebulæ ſic ruerunt, ut totus mundus una fieret tempeſtas.* Equidem hæc tempeſtas naviculam hanc impetere nunquã ceſſabit, nec tamen eandem ratem hanc mergere unquam poterit. Janſenius ait: *Hinc concuſſa Turcarum impugnatione, hinc hæreſum diverſarum inquietata ventis, & hinc Chriſtianorum inter ſe belligerantium diſtracta diſcordiis.* Veruntamen quod vel maximè deplorari meretur, eſt, quòd ipſamet quòque ſerenitas marisq; tranquillitas, quâ navicula hæc nonnunquam gaudet, omnium periculoſiſſimam illi tempeſtatem comminetur, prouti id ipſum graphicè S. Bernardus deplorat, dum ait: *O lim prædictum eſt, & nunc tempus impletionis advenit; ecce in pace amaritudo mea amariſſima; amara prius in nece Martyrum amarior poſt in conflictu hæreticorum, amariſſima nunc in moribus domeſticorũ.* De hac perſecutione, quæ Eccleſiæ à Chriſti fidelium vitiis malitiisque moribus infertur, S. Leo diffusè diſcurrit.

Nicol. de Lyr. ib. Chryſol. ſer. 20. Janſen. conc. 6. 30. S. Bern. ſerm. 33. in Cant. S. Leo. ſerm. 6. de Epiph

7. Tritum eſt proverbium; propter unum peccatorem navis ſæpe perit; id quod præſenti naviculæ reverà accidiſſe videtur, ſiquidem hæc, ut S. Ambroſius advertit, propter unicum impium & ſacrilegum Judam de naufrago periclitata fuit. Quodnam obſecro in eo latet myſterium quòd in una eademque navi Salvator quiete Evangelium prædicat, & ſimul eandem tam horrendæ tempeſtates infeſtant, maximè dum Petrus eidem quòque præſens aſſiſtit? *Hæc eſt cauſa periculi; erat ibi Simõ Petrus, ſed erat pariter & proditor Judas; quamvis illius fides fundaret naviculam, hujus tamen eam perfidia conturbabat; unius delicto cunctorum merita quatiuntur.* Ecce quàm damnoſum & exitioſum ſit etiam viris ſanctiſſimis & immaculatis malorum conſortium.

S. Ambr. ſerm. 11.

8. Paulus de Palatio expoſitiones conſiderat, quas Chriſtus & omnes qui viam ejus ſequuntur, perpeti conſpiciuntur; id quod S. Paulus Apoſtolus clarè prædixit, dum ait: *Qui piè volunt vivere in Chriſto IESU, perſecutionem patientur.* Ingens profectò miraculum eſt, inquit idem Author, quòd contra Filium Dei caro noſtra & mundus arma parent, ſicut Angeli & univerſum cœlum eum adorant, & coram contremunt poteſtates; quod ſi alicujus nobis nocumenti author exiſteret, aut tyrannicè nobiſcum ageret, aliquæ hujus odii adduci poſſent excuſationes. *At contra Chriſtum jacentem, dormientem quis furor? ô mortales? Quid vobis Chriſtus aut pii Chriſtiani nocuêre? an non potius veſtra quærunt lucra?*

Paul. de Pal. in Matt. 2. Tim. 3. v. 12.

9. S. Auguſtinus ſententiam quandam habet, hiſcè Evangelii verbis mirè accommodam; dicit enim: *Unicuiq; ſua cupiditas tempeſtas eſt.* Etenim fideles in hac Eccleſiæ militantis navicula, ſeu in mari hujus vitæ in tantum à tẽpeſtatibus agitantur, in quantũ illis effrenes & inordinatæ paſſiones prædominantur. Idem S. Doctor alibi ſcribit: *Audiviſti convitiũ? ventus eſt; iratus es?*

S. Aug. ſer. 14. de verb. Domini. Hom. 3. inter. 17. in fin. tit. 2.

es? Fluctus eſt: Vento igitur flante, fluctu ſurgente, periclitatur navis, periclitatur cor tuum, fluctuat cor tuum. Audito convitio vindicari deſideras, & ecce vindicatus, es & malo alieno cedens feciſti naufragium. S. Antonius de Padua, per hanc maris commotionem, animæ cujusdam ad pœnitentiam ſe convertentis, contritionem denotari docet: *Cum quis in naviculam pœnitentiæ aſcendit, motus magnus ſit in mari, mare eſt cor hominis.* Quotieſcunque Chriſtianus aliquis ad vitam ſe transfert religioſam, vel ſpiritualem, ſtatim vehementiſſimi tentationum venti inſufflare incipiunt; ac proinde non inutiliter Eccleſiaſticus nos monet, dicens: *Fili accedens ad ſervitutem Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.*

S. Ant. Pad. ſer. in hac Dom.

Eccl. 2. 1.

10. Apoſtoli in illa adeo impetuoſa tempeſtate de propria vita deſperare videbantur, atq; adeò hiſce verbis fuêre reprehenſi: *Modicæ fidei quid timidi eſtis?* Neq; enim intelligebant, quod Deus nonnunquam tunc vel maximè nobiſcum ſit ad nos juvandos, ſecurioreſque eſſe poſſimus, quòd ipſum habituri ſimus propitium, quando tribulationes & contradictiones ad ſummum uſq; pervenerunt: *Cum ipſo ſum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum;* imò verò naufragii periculum potius timeri debet in tranquillitate proſperitatum, ſiquidem ut plurimum dum ſumma eſt maris tranquillitas, ejusdem nobis proximè imminet tempeſtas.

11. Notandum quòque eſt, quod incarnata illa & increata Patris ſapientia, non ſine cauſa & ſingulari myſterio, permiſerit, ut tempeſtas illa vel maximè & vehementiſſimè ferociret, & poſtea, quando omnes de ſalute deſperabant, in eadem denuò tranquillarit: ſiquidem hic eſt vulgaris Dei ſtylus, quo tunc vel maximè ſubvenire conſuevit, quando neceſſitas nos premens ad ſummum pervenit: *Adjutor in opportunitatibus in tribulationes. Et ſperent in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te: exaudivi te in abſcondito tempeſtatis.* Unde Chryſoſtomus ait: *Cùm jam ſalutem ferè deſperaſſent, tunc ſalvantur.* Bethulia in procinctu erat, ut Holofernis potentiæ cederet, cùm ecce de Judith proſpexit, quæ truncaret caput Holofernis. Abraham jam ad immolandum in Iſaaci verticem, gladii ictum, dexteram ſuam extenderat, tùm ecce miſit Angelum. Sic quòq; in Danielis adoleſcentulo, ſpiritum excitavit propheticū, ad liberandam Suſannam, quando populus jam ad illam lapidibus obruendam in procinctu ſtabat. Petrus deniq; ex Herodiano carcere liberatus fuit nocte, quæ diem, in quo moriturus erat, immediatè accedebat.

Pſ. 9. 10. Pſ. 80. 8.

Chryſ. hom. 29. in Matt.

12. Janſenius inſuper obſervat, quòd *ſummè periclitantes viſus eſt prorſus negligere*, ſiquidem profundum dormiebat, veluti de ipſorum gravi periculo parum ſollicitus. *Sic ſanè probantur ſancti, ut non ſolùm ſupra, quàm videantur ſibi ferre poſſe, affligantur (nam Paulus Corinthiis ſcribens: Nolo, inquit, vos ignorare fratres, quoniam gravati ſumus ſupra virtutem) ſed ſimul ita ſe Deus erga nos exhibet, etiam cum actum de eis jam videtur, ut nullam eorum rationem habere exiſtimetur.*

Janſen. c. 30. concord.

Ipſe verò dormiebat.

13. Author Imperfecti hoc loco quærit, qua ratione filius Dei dormire potuerit, cùm de eo ſcriptum ſit: *Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël.* Et reſpondit: *Tamen Dominus Salvator noſter ad probandam in ſe ſuſcepti corporis veritatem, etiam uſque ad ſomnum humanæ naturæ omnia implere dignatur*, ut nos de ejuſdem aſſumpti corporis veritate certificaret. *Sic erat, in omnibus*, inquit S. Thomas, *& ubi volebat oſtendere divinitatem, ſemper oſtendebat aliquid humanitatis, dormiebat, quia habitu inventus eſt ut homo.* Lucas Burgenſis ait: *Pro naturæ, diurnis laboribus feſſæ, recreatione.* Ideo etiam, ut Albertus M. bene notat, poſtquam à turbis, quibus, ut ex cap. 4. S. Marci deducitur, prædicaverat, tantum non oppreſſus fuiſſet, *quiete indiguit, & in hoc intelligitur, quàm diligens & laborioſus fuit circa noſtram ſalutem procurandā.* Similiter quando in Samariā, ad peccatricem illā mulierem convertendā laborioſo itinere progreſſus fuerat, *laſſus ex itinere ſedebat.* Veruntamen ex Card. Toleto advertendū eſt, quòd Salvator noſter *Ita dormiebat ſenſibus, ut pars rationalis non ligaretur, ut fit in nobis, animus ejus perpetuò vigilabat.* Unde Origenes ſcribit: quod eodem prorſus tempore, quo ſomni quietem captabat, ſimul etiam undoſum illud elementum

Aut. imperf. hom. 23.

S. Thom. in Matt.

Luc. Burg. ib. Alb. M. ib.

Tol. in c. 6. Luc.

Orig. hom. 6. in Matth.

mentum inquietabat: *Dormiebat corpore, ſed divino nutu conturbabat mare.*

14. Nimirum monſtrare voluit, ſe maris omniumque aliarum creaturarum abſolutum Dominum & Patronum eſſe, ſiquidem eo tempore, quo lignum ſeu navicula, quâ vehebatur, à furibundo mari in ſui ferè profundabatur abyſſum, nec quidquam timebat, ſed ſuaviter & profundè dormiebat: *In tanta tempeſtate*, inquit S. Thomas, *manebat ſecurus*, ſiquidem ipſe erat, de quo Spiritus ſanctus dicit: *Librabat fontes aquarum, circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos; quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud.*

S. Tho. ibid. *Prov. 8. 28.* *Pſ. 94. 5.*

15. Ipſe quidem dormiebat, ſed ad hoc, ut Apoſtolos circa fidem divinitatis ſuæ ſomnolentos excitaret: *Partim ut retegeretur, quæ latebat, fidei diſcipulorum exiguitas; nam ſi vigilaſſet, parum aut nihil timuiſſent, conſiſi in carnali magiſtri vigilantis præſentia, in qua toti defixi erant.* Ita Lucas Burgenſis; in miraculo autem, in ſedandis ſubitò maris procellis, patrato, ipſum verè Deum eſſe animadverterunt, ideò dixerunt: *Qualis eſt hic? Dormiebat ergo corpore*, ut Origenes inquit, *ut Apoſtolos excitaret faceretque vigilare.* Janſenius inſuper conſiderat, quod dormiente in hac tempeſtate Chriſto, *major erat timoris & invocandi opem ejus occaſio.*

Luc. Burg. ib. ibid. *Orig. ho. cit.* *Janſen. Con. c. 30.*

16. S. Marcus ſcribit: *Erat ipſe in puppi, ſuper cervical dormiens, & excitant eum.* Didacus Stella id nobis non ſine myſterio dictum fuiſſe notat: *Inſinuat enim ſe eſſe paratiſſimum, veluti in procinctu ad faciendum nobis; nam ſi in lecto jacuiſſet, quis crederet eum reſurrecturum, ut laborantibus opem ferret?* Salmeron dicit, ex hoc facto unumquemque diſcere poſſe, quòd exemplo Chriſti ad reclinandum caput ſuum acceptare non debeat, *vel quodcunque cervical oblatum, ut Chriſtus accepit.*

Marc. 4. 38. *Didac. Stell. in Luc. 1. 8.* *Salm. to. 6. tr. 12.*

17. *Ego dormio & cor meum vigilat*; ità Chriſtus, in hac navicula dormiens, verè dicere poterat, quia tametſi ipſum à ſomno abſorptum fuiſſe videri poterat, nihilominus verè vigilans erat, quoad partem rationalem; etenim Deus nonnunquam ſe noſtri oblitum eſſe ſimulat, relinquendo nos in afflictionibus, ſpiritûs ariditate & tentationibus, ſuumque auxilium & conſolationes ſuas differens, & tamen *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia ejus, ut eruat à morte animas eorum.*

Cant. 5. 2. *Pſ. 32. v. 1. & 19.*

18. Paulus de Palatio per hunc Chriſti ſomnum, patientiam & longanimitatem ejus intelligit, quâ tot injurias & offenſas, quæ illi, non ab infidelibus duntaxat, ſed etiam à Chriſtianis, iisque hypocritis, irrogantur, in hac præſenti vita diſſimulat. *Ad has omnes tacet, acſi dormiret, factus eſt ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.* Verùm enimverò quoad hunc Chriſti ſomnum ita nobis arguendum erit, niſi turpiter decipi & falli velimus: Quodſi nunc in hac vita, dum ſe dormire, id eſt, patientiam & manſuetudinem ſuam exercere ſimulat, nihilominus turbulentam adeo in mari tempeſtatem excitat, id eſt, tot modis nos flagellat, adeoque rigoroſis ſuppliciis nos caſtigat, quid futurum putas, quando in noviſſimo judicii die, excuſſo omni ab oculis ſomno, perfectè evigilabit? *Excitatus tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino.*

Paul. de Pal. in Matth. *Pſ. 77. 65.*

19. Didacus Stella oculos ſuos ex una parte in perverſos, in hoc tamen mundo proſperis omnibus affluentes, ex altera verò in juſtos & ſervos Dei, perſecutionibus & ærumnis opprellos, conjicit, dicitque; quis hic divinam providentiam dormitare non dicat? *Durent tamen in laboribus pii, impii pertimeant, qui namque dormit expergiſcetur; nunquid qui dormit, non adjiciet ut reſurgat? Reſurget, & unumquemque merito afficiet præmio.*

Did. Stell. in Luc. 8.

20. Sanctus Ambroſius ſomnum iſtum divinæ omnipotentiæ attribuit, quæ nihil formidare habebat: *Quomodo hic in tempeſtate dormit? Exprimitur ſecuritas poteſtatis, quod omnibus timentibus, ſolus intrepidus quieſcebat.* Similiter Jeſus dormiens hominem præſignabat juſtum, divinæ voluntati perfectè conformatum, de quo Sapiens ait: *Non contriſtabis juſtum, quidquid acciderit ei.*

S. Ambr. lib. 6. in Luc. c. 8. *Prov. 12. 21.*

21. Author imperfecti dicit, quod hoc dormi-

Aut. imp. ho. 23.

dormire Christi idem sit, quòd Ecclesiæ naviculam sæpe numero à persecutoribus agitari permittere. *Dormire in hac navi Dominus tunc intelligitur, cùm ad probationem fidei, Ecclesiam suam pressuris & persecutionibus mundi istius tentari permittit.* Vult itidem incarnata sapientia in hoc facto demonstrare, in quàm periculoso statu constitutæ sint Ecclesiæ illæ, quæ Pastores & Prælatos somnolentos, in tertes & otiosos sibi præpositos habent: *Qua in re Dominus depingere voluit,* inquit Salmeron *ænigmate quodam, quantum immineat periculi rebus humanis, quoties ii dormiunt, humanis vitæ commodis deliniti, qui Christi vices susceperunt; nam Pastores Ecclesiæ altè & periculosè indormiunt hodie pulvillis hujusmodi, & cervicalibus innixi, apud quos plus valet cervical quàm Christus cum sua Ecclesia.* Eandem lamentationem Jansenius super illis verbis instituit, dum ait: *Dormit super cervical, quia in Episcopis & Pastoribus, aliisque populi sui rectoribus, quibus commissa est navis hujus gubernatio, dormit, dum voluptatibus dediti, commissi sibi gregis curam non gerunt, neque communi Ecclesiæ periculo adeo commoventur, ut experrecti cogitent, quæ sint officii eorum.*

Salm. to. 6. tr. 12.

Jansen. ibid.

22. Glossa somnolentiam hanc, Christianorum, pigritiam denotare existimat, qui non operantur conformiter ad id, quod credunt: *Dormit in nobis Dominus, id est, fides Domini, cùm negligentius agimus, & ideò tempestas,* Non sufficit fides sine operibus: *Male verò credit, qui exercet operando, quod credit,* inquit S. Gregorius: Negligentia & pigritia in via Dei, certissimum est indicium naufragii; *Quia tepidus es incipiam te evomere.*

Gloss. ord. ib.

S. Greg. hom. 26. in Evan. Apoc. 3. 16.

(†)
******
****
*

Versus 25.

Et accesserunt ad eum discipuli ejus, & suscitaverunt eum, dicentes: Domine salva nos, perimus.

Accesserunt ad eum discipuli ejus.

1. Rabanus Maurus, Archiepiscopus Moguntinus, in sensu Allegorico, per mare præsens sæculum, per navim, in quam Redemptor ascendit, crucem intelligit, quâ mediante fideles per hujus mundi varias tempestates ad cæli littora securè enavigant. Quando Christus in hanc naviculam ascendit, ingens facta est commotio. *Quia commotæ sunt mentes discipulorum de Passione ejus.* Navicula hæc operta fuit fluctibus (*veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*) quia mors, quæ eis imminebat nisi somnus erat, contra ipsum prævaluit: suum dormire mori est. Turbati discipuli, eum ab hoc somno excitarunt, quando ardenter resurrectionem ejus suspirarunt: A mortuis resurgens, increpavit incredulitatem eorum: *Imperavit autem ventis, quia diaboli superbiam stravit; imperavit mari, quia vesaniam Judæorum dejecit; & facta est tranquillitas magna, quia sedatæ sunt mentes discipulorum vitâ resurrectione.*

Rabanus in cat. D. Th.

2. *Piâ uti videntur precatione,* inquit Lucas Burgensis, *eatenus ex fide perfecta, quatenus ad Christum, opis gratiâ, confugiunt*; & tamen, ut paulò post sequitur, in hoc ad Christum recursu, fidei suæ debilitatem manifestè demonstrarunt, siquidem dormientem Jesum nihil de ipsis curare, nec eos ab imminenti periculo, nisi excitatum, eximere posse crediderunt; ac proinde si non obstante hac fidei & fiduciæ diminutione, ad ipsum recurrentes ab eo exauditi fuerunt, quanto securiùs nos nobis ejus gratiam, divinosque favores promittere poterimus, si ad eum vivâ, verâ, & plenâ fide recurramus? Eusebius Emissenus de discipulis ejus scribit: *Non armis sed clamore & orationibus, maris hujus procellas deponunt; sic se defendunt, hæc arma suscipiunt, hoc auxilio se tuentur. In tribulatione sua,* inquit Oseas Propheta, *mane consurgent ad me.*

Luc. Burg. ib.

Euseb. Emiss. in Gl.

3. Ad

3. Ad Chriſtum non ad neucleros, neque ad alia humana ſubſidia confugerunt, quia tametſi his quoque nobis opportune utendum ſit, ne Deum tentare velle videamur, nihilominus tamen omnis ſpes noſtra præcipuè in his, dependenter tamen ab auxilio Dei, reponenda eſt, multi in ærumnis ſuis ad ſuperſtitiones confugiunt, deſperationem incurrunt, blaſphemi. as adverſus Dei providentiam evomunt, quod tamen aliud nihil eſt, quàm evidenti ſe committere periculo naufragii: non eſt hoc ſedare, ſed excitare tempeſtates, quæ nos in æternæ perditionis barathrum ſubmergunt.

S. Paſch ſ. in Matt. 4. S. Paſchaſius in ea fuit opinione, ac ſi ſpiritus infernales undas haſce ſuſcitaſſent, Chriſtum in eorum perniciem tendere, exiſtimantes: *Fortaſſe ergo iſti ex permiſſu concitaverunt ventos adverſum eum & moverunt fluctus, ne tranſmiſſo freto ad eos veniret Judex*: Docere igitur nos voluit, illorum conatus & inſidias, oratione mediante ſuperandas eſſe. *Alacriter ergo accedamus ad eum, cum Propheta dicentes*: *Exurge, quare obdormis Domine? & ipſe imperabit ventis, id eſt, dæmonibus.* Ita Origenes. *Orig. in cat.*

Et ſuſcitaverunt eum.

Dio. Cart. in Matth. 5. Dionyſius Carthuſianus ignorantiam & perfectionem fidei, quæ in hiſce diſcipulis cernebatur, hiſce verbis tetegit: *Putabant enim quod Chriſto dormienti minus innoteſcerent omnia, quàm vigilanti, quaſi ſomnus actum rationis impediret in ipſo*; ac proinde hiſce ab eo verbis metuerunt reprehendi; *Quid timidi eſtis, modicæ fidei*: *Alb. M. in Matt.* Eandem conſiderationem Albertus Magnus adfert, dum ait: *In quo defectus fidei notatur, quod melius putabant, ſalvare poſſe carne vigilantem, quàm carne dormientem, qui Deitate neque dormit, neque dormitat.*

Tolet. in Luc. c. 8. 6. Toletus, diſcipulorum ad Chriſtum recurſum conſiderans, ſcribit: *Sæpe nunc, quæ nos mala perturbant, ad Deum ire compellunt.*

Alb. M. ibid. 7. Albertus Magnus modum Salvatorem expergefaciendi, nobis in ſenſu moralí ſe explicat: *Spiritualiter diſſimulans Dominus adjuvare, ſuſcitatur, quando inſtantia devotionis, quaſi manu quadam pulſatur.* Perſæpè contingit, quòd Chriſtus in urgentiſſimis neceſſitatibus noſtris in auxilium invocatus, dormire videatur, qui tamen tandem per ferventium orationum noſtrarum multiplicationem, Chriſtianarúmque virtutum exercitium, & adhibitas nobis & carni noſtræ auſteritates excitatur. Unde Chryſologus ait: *Suſcitemus non inſolenti ſtrepitu, ſed clamore ſpirituali canticorum.* *Chryſ. ſer. 21.*

8. Sanctus Marcus ſcribit: *Excitant eum, & dicunt illi, Magiſter non ad te pertinet quia perimus?* In ſancto Luca dicunt: *Præceptor perimus*, inquit Toletus, veriſimile eſt, quod in hoc tam evidenti mortis ſubeundæ periculo unus hoc modo, alter alio illum allocutus fuerit: *Alii unum, alii aliud, aut etiam omnes omnia.* Ipſum ſine ullo reſpectu ſuſcitarunt, nec tamen quidquam de reſpectu & reverentia convenienti & debitâ intermiſerunt, prout notat ſanctus Bonaventura, qui dicit id ipſos fecille: *Non animi audacia, ſed ex indigentia patrocinii.* *Mar. v. 38.* *Luc. 8. v. 24.* *Tolet.* *S. Bona. in Luc.*

Domine ſalva nos perimus.

9. In omni urgentis periculi occaſione refugium melius habere non poſſumus, quàm ad Deum; & ſpecialiter quidem ad celloſum. Unde David ad Deum converſus dicebat: *Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas. Vidérunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, timuérunt, multitudo ſonitus aquarum, vocem dederunt nubes, etenim ſagittæ tuæ tranſeunt.* Etenim Apoſtoli per nubes haſce ſignificari, Chriſtum invocantes effecerunt, ut ſagittæ furoris ejus, in procellis denotatæ ſine ullius damni illatione tranſirent. *Pſal. 88. v. 10.* *Pſ. 76. v. 17.*

10. Hinc quoque diſcere poſſumus, quod tametſi habuerimus in nobis ſanctitatem Apoſtolorum, fuerimusque ipſimet Dei Filio incarnato proximè vicini, & haud ſecus ac ejus diſcipuli ab eo ſummè dilecti non tamen ideò à tentationum, perſecutionum, cunctorumq; aliorum hujus vitæ peri-

periculorum procellis liberi erimus, ſed potius, dum ipſi uniti & conjuncti ab ipſo non receſſerimus ejus auxilio & aſſiſtentiâ ſperare poterimus, nos iis omnibus futuros ſuperiores, atque ab iisdem liberandos.

11. Videri quidem poterat, Collegium Apoſtolorum, præſente Chriſto, nequaquam metu aliquo percelli debuiſſe, & tamen per infinitam ſapientiam ſuam illis, nec non & cunctis aliis fidelibus ſalutarem hanc tradere & poſt ſe relinquere voluit doctrinam: nimirum, quòd tunc vel maximè timendum ſit, quando vel maxime ipſi adſtricti & conjuncti ſumus, ſiquidem Apoſtoli monitum eſt, dicentis: *Phil. 2. v. 12.* *Cùm metu & tremore veſtram ſalutem operamini.* Tobiæ ab Angelo, & in ipſius perſona omnibus aliis ſervis Dei probatis & electis dictum fuit: *Tob. 12. v. 13.* *Quoniam acceptus eras Deo, neceſſum fuit, ut tentatio probaret te.* Naves mercibus pretioſiſſimis onuſtæ plus infeſtantur à pyratis, majoremque habent ſibi timendi proſpiciendique occaſionem, quàm naves vacuæ, aut aquâ plenæ.

12. Apoſtoli in Salvatoris ſocietate poſiti erant, & ideò tanquam miraculoſi meritò ab eo reprehendebantur. Sanctus Ambroſius ait: *S. Amb. l. 6. in c. 8. Luc.* *Bene arguuntur, qui præſente Chriſto timebant, cum utiq; qui ei adhæret perire non poſſit.* Magnus utique favor eſt, aliquem in ſocietate alicujus veri ſervi Dei conſtitutum eſſe, ob ingentia bona, quæ inde dimanant, & mala quæ inde arcentur: viatores, qui cum S. Paulo in naufragii periculo conſtituti erant, hujus S. Apoſtoli meritis felicem ab eodem periculo liberationem attribuerunt, qui aliàs utique naufragio abſorbendi erant. *Act. Ap. 27. v. 24.*

13. Paulus de Palatio ſollicitudinem conſiderat Salvatoris, in ferendo ſubſidio, dum ad hoc à nobis invocatur; unde idem ita nos monet: *Paul. de Pal. ib.* *Igitur in oratione, in clamore, in apertione oris tui, ſalus tua eſt: ſi peris tuâ culpâ peris, quia non aperuiſti os tuum.* Unde celebre illud dictum Pſalmi: *Os meum aperui & attraxi ſpiritum*, ſicut enim in reſpirando, in tenendo os & fauces apertas, vita noſtra corporalis conſiſtit; ità vita ſpiritualis conſiſtit in oratione, in qua ſpiritum pariter & devotionem concipimus.

14. Chryſologus porro nos monet, ut *Chryſ. ſer. 20.* zelum hunc, hanc ſalutis invocationem, non ſolùm ad nos, ſed etiam ad proximos noſtros extendamus. *Revera fratres, ſi eſſemus unum & humanum corpus, ſi eos, qui pereunt, noſtra eſſe viſcera crederemus, afflictione jejunii, precum gemitu, effuſione fletuum jugiter clamaremus: Domine ſalva nos perimus.*

Verſus 26.

Et dicit eis Jeſus: quid timidi eſtis modicæ fidei? tunc ſurgens imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.

Quid timidi eſtis modicæ fidei?

1. S. Paſchaſius, ſe Authorem quendam legiſſe ſcribit, qui perſuaſum ſibi habebat, tempeſtatem hanc non à ventorum furia ſuſcitatam in mari fuiſſe, ſed potius mare geſtiens & exſiliens ob receptum hoſpitem creatorem ſuum exultaſſe & tripudiaſſe, veluti ſi conceptam exinde lætitiam ſufficienter in ſe capere non valeret: *S. Paſc. l. 15. in Matth.* *Exiliens præ gaudio, ſui adventum Creatoris vix ferre quiviſſe, & hinc eſſe, non quòd tempeſtas fuerit aurarum, ſed lætitiæ motus.*

2. Salmeron dicit: *Suavis reprehenſio eſt, quæ ex charitate fit.* Nimirum Salvator noſter ſumma cum benignitate diſcipulos ſuos, de diffidentia & puſillanimitate ſua, ſicut & de modica fide reprehendit. Porrò in lingua Græca dicit idem Author, *modicæ fidei* idem eſt, quod *modicæ confidentiæ*; unde Toletus dicit: *Salm. to. 6. tr. 12.* *Secum habebant ſalvatorem & periculum timebant? cum illis erat vita, & de morte ſolliciti erant?* *Tol. in c. 8. Luc.* quam tamen eandem conſiderationem S. Anſelmus diu ante his verbis fecerat: *S. Anſel. in Matt.* *Quaſi dicat: vita vobiſcum eſt, & de morte ſolliciti eſtis?*

3. Lucas Burgenſis Chriſtum eodem tempore, quo Apoſtolos ſuos de nimia timiditate corripuit, veram quoque hujuſce metus cauſam expreſſiſſe dicit: *Lucas Bur. ib.* *Nempe ex fidei exiguitate, quòd non crederent ſe etiam à dormiente, ſi ipſum invocarent, exaudiendos & ſervandos eſſe, nimirum parum eſſe etiamſi dormiret humana infirmitas, ubi divinitas vigilaret:* Ut autem fidem hanc in ipſis tantò magis ſtabilitet, eos, ut S. Bonav. advertit, hunc in modum increpavit: *S. Bona. in Luc.* *Ideò diſcipulos arguit de puſillanimitate, ut excitaret*

citaret eos viſo miraculo ad firmitatem fidei; maximè cum ſemper miracula patraturus, fidem in iis, quibus talia miracula impendebantur præcedere voluerit, unde in ſimilibus occaſionibus dicere ſolitus erat: *Fiat tibi ſicut credidiſti: fiat tibi ſecundùm fidem tuam.* Unde bene Chryſoſtomus, licet ad aliud propoſitum, ita dicit: *Nihil certè prodeſt, loco juxta Chriſtum eſſe, ſi fide non ſit.* Petrus ſuper mare ambulare tentans, in periculo ſubmerſionis erat, nec quicquam ei profuit Chriſto vicinum aſſiſtere; ſiquidem titubabat in fide: *Modicæ fidei quare dubitaſti?*

Chryſ. ho. 5. in Matt.

4. Hoc tempus erat Apoſtolos ſuos probandi, qui tamen metu nimio percellebantur, quod pariter in Paſſionis Chriſti tempore accidit, quando *omnes relicto eo fugerunt.* Tempus nimirùm, quod per os Davidis prædixerat: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Veruntamen metus hic in eis mirandus non erat, ſiquidem plenitudine Spiritus ſancti imbuti nondum fuerant. Chryſol. ſuper hoc Evangelium ita ſcribit: *Gubernatoris peritiam non probat tempeſtas ſerena, ſed procelloſa tempeſtas: blandiente aura, navim regit ultimus nauta, in confuſione ventorum primi quæritur ars magiſtri.* In tribulationibus virtus probatur atque perficitur: In proſperitate ſiquidem nullam habemus patientiæ, conformitatis cum divinæ beneplacito voluntatis, humilitatis, confidentiæ, multarumque aliarum virtutum exercendarum occaſionem.

Pſ. 68. v. 3.

Chryſol. ſer. 20.

5. In hac reprehenſione illius dicti Job; veritas clarè emicuit: *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo*; quia tametſi non magis procul à morte aberant, quàm quantum illos ſubtile lignum ab undis dividebat, adeòq; à tempeſtatis voraginibus quaſi eſſent abſorpti, ſpem tamen & fiduciam in Chriſtū nunquam admittere debebant. Unde S. Paulus optimè monet, dum ait: *Nolite itaq; admittere confidentiam veſtram, quæ magnā habet remunerationem; patientia vobis neceſſaria eſt, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem; adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit.* Et verè in hac occaſione ita accidit, ſiquidem

Job. 13. v. 15.

Hebr. 10 v. 35. & c

Tunc exurgens imperavit ventis & mari.

6. Evangeliſta nobis Salvatorem deſcribit, veluti in pedes ſe erigentem: *Tunc ſurgens*, non quaſi hoc ad patrandum miraculum neceſſario facere debuiſſet; ſiquidem unicus duntaxat voluntatis actus ſufficiebat, prout Centurio in hoc eodem Capitulo dixerat: *Dic tantum verbo*, ſed potius in hoc ſancto promptitudinem & ſollicitudinem, quam in ſubventionibus noſtris exhibet, quando à nobis per preces invocatur, inſinuare voluit. S. Stephanus ipſum in limite cœli in pedes erectum vidit: *IESUM ſtantem*; unde Petrus Damianus ait: *Surgit ipſe Rex, & lapidantium acies irrumpens, triumphatorio certamini aſſiſtit.*

B. Pet. Da. ſer. de S. Stephan.

7. S. Thomas in catena teſtimonium adducit S. Hieronymi, dicentis quod ex hoc facto clarè liqueat, quod omnes creaturæ ſe erga unum Creatorem venerabundas & obſequioſas exhibent: *Quibus enim imperatur, ſentiunt imperantem, non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, ſed majeſtate Conditoris, quæ apud nos inſenſibilia ſunt; dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ.*

8. S. Marcus dicit: *Exſurgens, comminatus eſt vento, & dixit mari, tace & obmutеſce.* S. Lucas ſcribit: *At ille ſurgens, increpavit ventum, & tempeſtatem aquæ*; id quod S. Bonaventura ponderans, dicit: *In hoc oſtendit ſe eſſe illum, qui fecit mare.* Job. 39. *Circumdedi mare terminis meis, & poſui vectem & oſtia, & dixi: Hucuſque venies & non procedes amplius.*

Marc. 4. v. 39.

S. Bonav. in Luc.

9. Author operis imperfecti dicit ventos, mare & tempeſtates nulli alteri, præterquam Creatori ſuo, cum promptitudine parere non potuiſſe, id quod David quondam prædixerat, dum ait: *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ & timuerunt*, conceperunt timorem, quia ut Toletus, in ſupradictis duorum aliorum Evangeliſtarum verbis fundatus, obſervat: *Acriter & quaſi comminando imperat ut ſolet fieri cum his, quorum audaciam nimiam reprimere voluimus.* Porrò Cajetanus rationem reddit, cur Chriſtus ad ſedandum mare verbis uti voluerit, qui aliàs ad compeſcendum rebelle

Aut. Imp. he. 23.

Tolet. in Luc.

Cajet. in Matt.

illud elementum per unicum voluntatis ſuæ actum ſufficere potuiſſet: *Senſibili imperio uſus eſt, ut cognoſcerent præſentes, quòd ſolo imperio mutat creaturas.* Unde documentum quoddam morale elicit, quo nobis eam quam divinis vocibus, imò ipſiuſmet Dei Creatoris, Redemptoris & Salvatoris noſtri juſſionibus exhibemus, ſurditatem & inobedientiam graviter improperat, dicens: *Non ad hoc increpabat elementa ut ſentirent, ſed ut homines præſentes viderent, quòd ſola increpatione mutantur venti & mare.*

Cor. Janſ. ib. 10. Janſenius facilitatem obſervat, qua cum mare ſubitò tranquillum reddit, non enim virgam, ut Moyſes ſuper aquas extendit, nec liquidum illud elementum ingreſſus fuit, nec ſe ad orationem recepit, ut alias multi alii ſervi Dei in ſimilibus urgentibus neceſſitatibus feciſſe noſcuntur, *ſed cum poteſtate imperabat, ſicut Dominus ſervis, & creator creaturis.* enimverò ex hac actione imperioſa, quâ mare antea turbatum, poſtea tranquillitati ſubitæ reſtituit, agnoſci volebat à nobis, quis revera eſſet, ſiquidem in ſcripturis ſacris hoc velut propriiſſimum Divinitatis ſignum eſſe declaratur, quod ſcilicet pro ſuo arbitrio undoſum illud pelagus conturbare, & iterum tranquillare valeat, juxta illud apud Iſaiam: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare & intumeſcunt fluctus ejus.* Et Pſalmo 64. *Qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum ejus tu mitigas.*

Iſa. 51. v. 15. Pſ. 64. v. 8.

Baſ. Sel. or. 22. 11. Similiter Baſilius Seleucus ad facilitatem ſeſe reflectit quâ Salvator noſter maris procellas ſubitò conturbavit, & quieti ſuæ reſtituit dicitque: *Modica voce JESUS ingens elementum refrænabat, cognoſcebat enim veterem vocem, recordabatur antiqui præcepti: congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida: tunc conceſſit terræ imperium, nunc terram imitatur conſolidatione naturæ, coercet undas, ventos cogit, tempeſtatem ſedat.* In qua ſententia notandum eſt illud ly *modica voce*, id eſt, voce quadam exili, tenui & ſubmiſſa totum compeſcuit oceanum: & tamē idemmet Deus per tot prædicatorum Evangelicorum, ſactarum ſcripturarum, librorum ſpiritualium, inſpirationum internarum, confeſſariorum validas voces, imò per tot nobis ſeverè & rigidè comminata ſupplicia, cor noſtrum tranquillare non valet. Unde S. Auguſtinus ait: *Imitare ventos & mare, mare audit, & tu ſurdus es? mare audit, & ventus ceſſat, & tu ſuſſlas? non nos vincat vincat fluctus in perturbatione cordis veſtri.*

S. Aug. ho. 3. inter. 17. in fin. to. 10.

Et facta eſt tranquillitas magna.

12. S. Thomas ſtylum tempeſtuoſi maris hunc eſſe dicit, quo procellis ceſſantibus, duo nihilominus dies intermedii requirantur, priuſque ad ſuum denuo tranquillitatem redire poſſit. Unde in hac occaſione efficacia miraculi Chriſti colligitur, adducitque textum illum Eccleſiaſtici: *In ſermone ejus ſiluit ventus, & cogitatione ſua placavit abyſſum*: & illum Tobiæ c. 3. *Poſt tempeſtatem tranquillum facis.* Similiter videtur exinde, quàm verum ſit, quòd *Dei perfecta ſunt opera*; ſed quid mirum, inquit S. Bonaventura: *Quia Pſalmiſta dicit: Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus probellarum, quæ faciunt verbum ejus.*

S. Th. in Matt. *Eccl. 43. v. 25.* *Tob. c. 3. v. 22.* *S. Bon. in Luc.*

13. Author imperfecti dicit, naviculam Eccleſiæ fluctuare quidem à tempeſtatibus, nunquam tamen ſubmergi poſſe: *Quamvis infeſtatione inimici Eccleſia, vel ſæculi tempeſtate laboret; quibuſ istentationum fluctibus pulſetur, naufragium facere non poteſt, quia Filium Dei habet gubernatorem.*

Aut. Imp. cit. à Gloſſ.

14. Chryſologus hanc maris tranquillitatem à Chriſto procuratam, pacem ſignificare dicit, quam Chriſtus, poſt ſuam à mortuis reſurrectionem, mundo contulit: *Suſcitatus ergo à diſcipulis Chriſtus, mare, hoc eſt, mundum corripit, tranquillat orbem, Reges mitigat, ſedat fluctus, componit populos, Romanos efficit Chriſtianos, ipſoſque executores Chriſtianæ fidei reddidit, qui fuerunt perſecutores.*

Chryſ. v. 20.

15. Modum quem Chriſtus mari præcipiendo tenuit, ex Evangeliſta retulimus; Nam S. Lucas dicit: *Increpat ventum*, hi enim cauſæ ſunt ſuſcitatarum procellarū in mari, *ſublatâ cauſâ removetur effectus*, ventos compeſcuit, & profligavit, & hoc modo facta eſt *tranquillitas magna* Experimur nonnunquam in nobis, quod mare

cordis

cordis nostri ab inordinatis passionibus & affectibus agitatum, in nobis ferociter incipiat: *Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus ejus.* Quod si nos ab hac tentatione & effræni concupiscentia liberos & quietos videre volumus, opus est dissipare ventos qui omnis tempestatis nostræ causa existunt, id est, necestum est, ut pericula & occasiones tollantur è medio; caveas illam viam, ubi lubricitas timetur, deinceps ingredi, seu ad illam fenestram ubi species visa concupiscentiam excitat, prospicere, cum hac vel illa persona, quæ ad ruinam præcipitium parat, conversari &c.

Isa.57. v.20.

16. Jansenius dicit: *Cum prius dictum sit: facta est procella magna venti, nunc dicitur: facta est tranquillitas magna: nam pro modo afflictionis, solet esse consolationis modus.*

Cor. Ians.c. 30.concord.

17. S. Bonaventura in hac historia ad hasce moralitates descendit: *Tria hic sunt spiritualiter attendenda: animæ conversio, quæ denotatur in ascensu naviculæ. Secundum tentatio, quæ denotatur in impetu procellæ. Tertium animæ consolatio, quæ designatur in sedatione tempestatis.*

S. Bonav. in Luc.

Versus 27.

Porrò homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei.

Porrò homines &c.

1. Quinam illi homines fuerint, qui admirati fuisse dicuntur, non satis constat. S. Thomas cavendum esse putat, ne sub horum hominum numero Apostoli quòque recenseantur: *Quod dicit homines, non intelligatis Apostolos, quia nunquam Apostoli sic appellantur, sed intelligite naturas;* idē quòq; S. Hieronymus scribit: Albertus M. verò qui Doctoris Angelici magister fuit, turbas jam à Salvatore dimissas fuisse scribit, adeo ut tunc in navicula præter Apostolos, nemo alius fuerit, at verò subjungit. *Benè homines hic dicuntur, quia adhuc humana de Christo senserunt.* 1. Cor. 3. *Nonne homines estis, & secundum hominem ambulatis?* ac proinde idem S. Hieronymus subjungit: *Sin autem quis contentiosè voluerit eos, qui mirabantur, fuisse discipulos, respondebimus rectè homines appellatos, quia necdum noverant potentiam Salvatoris.* Origenes nihilominus à Glossa citatus, homines illos, qui ob miraculum obstupuerunt, nequaquam Apostolos fuisse existimat: *Nusquam enim invenimus præter honorem, cognominari Domini discipulos, sed semper aut Apostoli, aut discipuli nominantur.*

S.Th. in Matt.

S.Hier. ib.

Alb.M. in Matt.

1. Cor. 3. v.4.

Orig. in gloss.

Mirati sunt dicentes: Qualis &c.

2 Cardinalis Toletus ait: *Homo homini imperare potest, & sæpe homo imperantis jussa non exequitur: at hic plusquam homo videtur, quia etiam imperat sensu carentibus, & obediunt ei.*

Tolet. in c.8. Luc.

3. Author imperfecti per ventos, qui mare totaliter conturbant, spiritus infernales intelligit, qui etiam nutibus Christi vel inviti obediunt: *Venti, nequitiæ spirituales & immundi spiritus intelliguntur.* De quibus S. Jacobus Apostolus testimonium perhibet, dicens: *Dæmones credunt & contremiscunt.* Didacus Stella omnes creaturas, Deo obedientes, adversum nos provocat & invitat, ut & nobis collum jugo subjectionis suæ submittendum incurvent & inclinent: *Mirum valde est, omnes creaturas Deo tantâ constantia obedire, præter hominem, qui cum ignoret omnia alia propter se facta, nihilominus tamen ingrato animo perfidoque, obtemperare Deo negligit.* Ob hanc eandem rebellionem Origenes quoque obstupuit, dum ad nostrum propositū ita scribit: *Jubet omni creaturæ & non supergreditur jussionem ejus; soli homines resistunt, & ideò judicio damnabuntur.*

Aut. imp. hoc tit.

Iac. 2. v. 19.

Did. Stell. in Luc.

Orig. ho.6. ex divers.

4. Idem Stella aliam hic observationem habet, nimirum quòd Deus bonum è malo elicere sciat. *Non solùm ex bonis nostris bona, sed etiam ex malis elicit: ex hac namque tempestate & afflictione discipulorum, hoc eximium eduxit bonum, ut in ipso cognoscerent non solùm in terra, verùm etiam in mari potentiam.*

Did. Stell. ib

††

‡ (o) ‡

‡‡

DOMINICA QUINTA POST EPIPHANIAM.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 11.

v. 24. *Simile factum eſt Regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo.* 25. *Cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici, & abiit.* 26. *Cum autem creviſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.* 27. *Accedentes autem ſervi patrisfamiliæ dixerunt ei: Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergò habet zizania?* 28. *Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit; ſervi autem dixerunt ei: vis, imus, & colligimus ea?* 29. *Et ait: Non, ne fortè colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum.* 30. *Sinite utraque creſcere, uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum.*

Verſus 24.

Simile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo.

1. DUbitari haud immeritò poteſt, qua ratione Regum cœlorum homini aſſimilari poſſit, cum de illo Spiritus ſanctus aſſerat, quòd *homo putredo ſit, & filius hominis vermis*: at verò ſi bene conſideretur, quod ſapientia increata dicit, nimirum: *Regnum Dei intra vos eſt*, dicere cogemur, tantundem valere animam quandam Chriſtianam, quantum Regnum Dei valet. S. Baſilius hominem glorioſo hoc titulo honoravit, nimirum, quod ſit *divinæ gloriæ pulcherrimum organum.* Advertendum igitur eſt, quòd non dixerit ſolùm: *Simile eſt regnum cœlorum homini*, ſed ſubjunxerit, *homini, qui ſeminavit ſemen bonum*, ſiquidem ut Apoſtolus aſſerit: *Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Porrò per ſemen bonum eleëmoſynam intelligere poſſumus; Etenim in S. Luca ſcribitur: *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*; quonam verò merito Regnum iſtud dare velit, immediatè ſubjungit, dicens: *Vendite quæ poſſidetis & date eleëmoſynam, facite vobis ſacculos, qui non veterascunt; theſaurum non deficientem in cœlis.*

Iob. 25. v. 6.

Luc. 17. v. 21.

S. Baſil. ho. 11. in Hexamer.

Galat. 6. v. 8.

Luc. 12. v. 32.

2. Lucas Burgenſis Chriſtum, per hanc parabulam fideles præmunire voluiſſe dicit, ne ſi poſt ſuum ex hoc mundo diſceſſum, ex hac, quam in Eccleſia Dei ubique vident perverſorum ſui reproborum cum juſtis & electis, commixtione, ſcandalizarentur; Et ideo ſicut in alia parabola antecedente demonſtrare volebat, quod ſemen verbi divini non æqualem in omnibus fructum facturum eſſet: *Ita in hac parabola præmonet, non eſſe exſpectandum, ut in Eccleſia, quam ad vitæ ſanctitatem ipſe evocabat, omnes ſancti & boni ſint.*

Luc. Burg. in Matt. ibid.

3. Conſiderari meretur ly illud *ſeminavit*, non enim nos bonum hoc ſemen ſeminare dicit, ſed potius ille ſeminat, qui de ſe dicit:

Joan. 15. *v.* 1. dicit: *Pater meus agricola eſt,* & de quo S. Jacobus Apoſtolus ſcribit: *Jac.* 1. *v.* 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt;* Et S. Paulus dicit: 2. *Cor.* 3. *v.* 5. *Non quod ſimus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Unde idemmet Paulus alibi dicebat; 1. *Cor.* 15. *v.* 10. *abundantius omnibus laboravit, non ego ſed gratia Dei mecum. Licet ſeminet quis verbum prædicationis,* inquit S. Paſchaſius, *S. Paſch lib.* 7. *in Matth. ipſe Chriſtus eſt qui ſeminat, quia exiit ſeminare ipſe;* nos in depravato hoc naturæ corruptæ ſtatu, ex nobismetipſis nil aliud præter ſpinas & tribulos omnis mali, producere poſſumus.

4. Porro Creator rerum omnium Deus à principio mundi in agro hujus naturæ humanæ, bonum ſemen ſeminavit. Unde *Chryſ. ſer.* 96. Chryſologus ait: *Sator mundi rerum principia bona ſevit, nec ullum malum ab originis proceſſit authore; vidit Deus cuncta, quæcunque fecit, & erant valde bona;* Infernalis ſerpens autem confeſtim zizania ſua ſuperſeminare ſtuduit; ac proinde idem Chryſologus ulterius dicit: *Quem Deus faciens vocavit mundum, inficiens reddidit inimicus immundum.*

S. Bona. ſer. 5. *in Dom.* 5. *poſt Epiph.* 5. S. Bonaventura bonum hoc ſemen, tunc ſeminatum exiſtimat, quando in agro machinæ mundialis, *fecit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam:* at verò dormientibus Adamo & Eva, id eſt, præcepti divini obedientiam negligentibus, *inimicus ſuperſeminavit zizania, id eſt, vitia & peccata, ex quibus naſcuntur filii iræ.*

Lyran. 6. Lyranus per bonum hoc ſemen doctrinam Evangelicam intelligit: *Homo iſte Chriſtus eſt, ager Eccleſia, labore & ſanguine Chriſti exculta, bonum ſemen eſt ſancta Doctrina & fides Catholica.* Porro Chriſtus doctrinæ ſuæ, ſeu verbo ſuo divino ſeminis titulum impoſuit, *ſemen eſt verbum Dei,* quodidem ſacratiſſimum ſemper prædicationem, lectionem ſpiritualem, & inſpirationes internas ſuper animas ſparſit: *S. Bona. ſer. cit.* at verò ut S. Bonaventura optimè advertit, tunc ſemen iſtud bonum efficitur & fructiferum quando in anima hominis radices agit: *Et propter hoc dicit Dominus, quòd ſemen ſeminatum in terram bonam hic, qui audit verbum Dei & intelligit, & fructum affert: verbum Dei ſeminatur in terram bonam, quod auditur cum reverentia & intelligitur cum executione effectus.*

7. S. Anſelmus dicit: *Bonum ſemen vocat bonam voluntatem, quæ in electis eſt.* *S. Anſel. ibid.* Advertit autem Beda, bonam voluntatem ſine operibus ei correſpondentibus minimè ad hoc ſufficere, ut ſemen hoc bonum appellari poſſit, & proinde agrum inſuper bonum & fertilem requirit, in quem ſpargitur: *Semen bonæ voluntatis ad operum perfectionem perducere ſtudet.* *Beda in Matth.*

8. S. Bernardus valde lamentatur de modico fructu, quem ex hoc ſemine reddimus, & ſimul quinam ſemen in agrum noſtrum diſperſerint: *Seminavit in terra noſtra tota Trinitas, ſeminaverunt Angeli & pariter Apoſtoli, ſeminaverunt martyres, confeſſores & virgines.* Oſtendit inſuper eodem in loco, quod Pater ſeminaverit mittendo filium, & ſimul cum filio Spiritum ſanctum, & tandem concludit: *Ita tota Trinitas ſeminavit, Pater ſcilicet panem de cœlo, Filius veritatem, Spiritus ſanctus charitatem.* *S. Bern. ſer. de S. Bened*

9. Bonum quoque imo optimum ſemen legem appellare poſſumus, quam Deus nobis dedit ad obſervandum: *Lex Domini immaculata, convertens animas,* lumen item naturale, & rectæ rationis dictamen: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine;* ſimiliter remorſus & ſyndereſis malæ conſcientiæ, quam indidit nobis; divinam denique gratiam, amorem & charitatẽ, quæ infunditin cordibus noſtris: *Ch. r. Rom.* 5. *vitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, &c.* *Pſ.* 18. 8. *Pſ.* 4. *v.* 7. *v.* 15.

10. Conſiderari quoque merentur verba illa *in agro ſuo;* Hunc enim agrum (ſi bene conſideremus) tametſi incultum, à ſolo Deo immediatè nos accepiſſe fatendum eſt. Unde David dicebat: *Manus tuæ fecerunt me, & phlaſmaverunt me.* Quodſi verò theſaurus in hoc agro abſconditus conſideretur (ſiquidem *habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*) hunc pariter à Deo nos accepiſſe certum eſt: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; Et nunc Domine, Pater noſter es tu, nos verò lutum* (terra videlicet ex agro Damaſceno deſumpta) *& fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos;* adeoque quicquid habemus, id totum Deo in acceptis referre tenemur. *Pſ.* 18. *v.* 74. *Iſa* 64. *v.* 8.

Verſus

Verſus 25.

Cùm autem dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici.

Cùm autem dormirent homines, venit inimicus ejus.

1. Poſt ſanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, & Martyrum mortem, inimicus infernalis in agrum Eccleſiæ, in quem Chriſtus, per illos bonam doctrinam ſeminaverat, zizania ſuperſeminavit hæreſium atque errorem; *In ſopore mortis*, inquit Chryſologus, *temporaliter dormientes, quia ſanctorum mors ſomnus eſt.* Chryſ. ſer. 96. Lyra. ib. Idipſum Lyranus his verbis clarius ſcripſit, dum ait: *Poſt dormitionem Chriſti & Apoſtolorum, hæreſes ſeminavit inter fideles diabolus*, imò harum quòque multas, viventibus etiamnum quibusdam Apoſtolis, ſuperſeminavit, prout refert S. Joannes: *Nunc Antichriſti multi facti ſunt.* 1. Joan. 2. v. 18. Idem quoque Author ait: *Hæc dormitio ſuperiorum negligentiam ſignificat circa cuſtodiam gregis ſui.* His etenim ſpeciali quadam obligatione vigilantia incumbit: *Pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*; Ad hoſce ſpectat, de cultura animalium ſtrictiſſimam Deo rationem reddere. *Dei agricultura eſtis*, inquit de iisdem idem Apoſtolus. Hinc eſt, quod S. Paſchaſius hæc verba exponens, Prælatos Eccleſiaſticos moneat dicens: *Cogitare oportet, quàm periculoſum ſit his, qui præſunt, aliud intendere, vel ignaviâ torpere*, ſiquidem ipſis in culpam & reatum imputatur, ſi in animas, ipſorum cuſtodiæ commiſſas, per propriam ipſorum pigritiam, malum & pernitioſum hoc ſemen injiciatur: *Non parvum periculum præruptî præcipitii præſulibus hinc imminere videtur, quibus agrorum cuſtodia commiſſa eſt*, inquit Chryſoſtomus. Heb. 13. v. 17. 1. Cor. 3. v. 9. S. Paſch lib. 7. in Matth. Chryſ. 47. in Matth.

2. Verum enimvero quoniam myſterio aſtutus ille ſerpens, ad ſuperſeminanda zizania tempus ſibi noctis elegit, dum ſcilicet omnes dormiebant. Chryſologus ait: *Inſidiator vigilantes fugit, appetit dormientes.* Probe namque ſcit, quòd quamdiu pro animarum noſtrarum ſalute vigiles & ſolliciti ſumus, nihil contra nos facere præ- Chryſ. ſer. 97.

valeat. Unde ſancta Mater Eccleſia, ut dæmonis inſidias & inſultus ſecurè evadamus, quotidie nos illa S. Petri verba recitare juſſit: *Vigilate quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret*; ad noſtram verò conſolationem, ſuggerendumque nobis animum protinus ſubjungit: *Cui reſiſtite fortes*, reſiſtunt autem, qui vigilant, & ſeipſos bene attendunt & curant, prævalet autem iis, qui dormiunt, & ſalutem propriam negligunt. Noctem quoque ad damna nobis inferenda adhibet, quia *qui male agit, odit lucem*, & zizania, quæ ab ipſo ſeminantur, nihil ſunt aliud, quàm *opera tenebrarum.* Conſiderat inſuper Chryſologus dæmonem nocte operari, ut tanto fortiùs contra ſervos Dei malignaretur: *Diabolus hoc ideò tenebris calantibus eſt molitus, ut adulterata meſſis noxa redundaret ad ſervos, & hinc pœnam ſumerent, unde ſperaverant palmam*; nimirum ipſe mali hujus author haberi aut cenſeri noluit, ſed cauſam ejusdem in ſervos Dei derivare intendebat. 1. Petr. 5. v. 8. Joan. 3. v. 20. Chryſ. ſer. 96.

3. In libro Job dicitur: *Sub umbra dormit, in ſecreto calami*, quando enim nos ab ejus inſultibus, nos vel maximè liberos eſſe credimus, & ſecuri dormimus, tunc & ipſe, qui ſe quoque dormire ſimulabat, ſuos nobis laqueos inſidiosè tendere nititur. Unde celebre eſt illud, à S. Hieronymo Heliodoro datum monitum, dum ait: *Tunc maximè impugnaris, ſi te impugnari neſcis*, S. Cyprianus ad nomen ſerpentis, quo dæmon appellari ſolet, alludens, dicit: *Plus cavendus eſt inimicus cùm latenter obrepit, cùm per pacis imaginem fallens occultis acceſſibus ſerpit*; *unde & ſerpentis nomen accepit.* Job. 40. v. 16. S. Hier. ad Heliod. S. Cypr. li. de unct. eccl.

4. Per ſomnum denotatur negligentia, quâ Chriſtianus divinæ legis obſervantiam negligit. S. Paſchaſius notat, quod zizania ſuperſeminata fuerint, quando omnes dormiebant: *Non in die, dum vigilat quis ad præcepta Domini cuſtodienda, ſed dum dormiunt homines, ſomno corporis & ignaviæ.* Sanctus Bonaventura per hunc ſomnum otium interpretatur: *Cùm dormirent per negligentiam & otium, & hoc vero omnis noxia & venenoſa herba radix eſt*; ſiquidem *omnem malitiam docuit otioſitas.* Et Alber- S. Paſch lib. 7. in Matth. S. Bona. ſer. in 2. hac Dom. Eccl. 33. v. 29.

Alb. M. ib. Albertus Magnus ait: *Dormitio eſt torpor per negligentias duas, à verbi contemplatione, & à verbi virtute, ad quam homo in affectu & opere non ſe exercet.*

Salmer. to. 6. tr. 7. 5. Salmeron per hunc ſomnum, permiſſionem divinam intelligit; ſiquidem Deus noſter *quaſi dormiens, multa videtur permittere & diſſimulare, nam & ipſo Chriſto apud nos exiſtente ac diſſimulante, dæmon ſeminavit zizania, id eſt, Judam, Simonem Magum, & his alios perſimiles, Elymam Magum, &c.*

Superſeminavit.

Chryſ. ſer. 96. 6. Myſterioſum eſt verbum iſtud, non enim increata ſapientia inquit *ſeminavit*, ſed *ſuperſeminavit*. Id quod Chryſologus ponderans ait: *Superſeminavit, non ſeminavit, præcedunt creatoris bona, mala diaboli poſt ſequuntur: ut malum, quod eſt ex diabolo, ſit accidens, non natura.* Priùs ſeminatum eſt frumentum, & poſtea illi ſuperſeminata ſunt zizania: priùs Deus in terram noſtram inſevit, & plantavit innocentiam juſtitiam originalem, ſuperque illam benignos gratiarum, donorum & virtutum influxus depluit, poſtea verò inimicus, ſuper illa bona ſemina, zizania ſua, id eſt, culpæ malitiam ſeminavit.

Salm. to. 6. tr. 7. 7. Notat Salmeron id quod adverterunt Chryſoſtomus, & ante ipſum Tertullianus lib. depræſcriptionibus hæreticorum nimirum quod per hoc verbum *ſuperſeminavit*, Chriſtus ſignificare voluerit *antiquiorem eſſe veritatem* quæ in bono ſemine prius ſeminato denotata fuit, *errorem verò juniorem*, qui in zizaniis ſymbolizatur.

Paul. de Pal. in Matth. 8. Paulus de Palatio per bonum hoc ſemen prohibitionem divinam intelligit, quam cœleſtis agricola Deus poſt plantatum cœleſtem paradiſum, homini impoſuit: at verò quando ſerpens dixit: *Cur præcepit Deus, ne de ligno paradiſi comederetis, id ſuper ſeminatum eſt: igitur qui legi Dei obedit, ſeminatus eſt, qui verò legi repugnat ſuperſeminatus eſt.*

Alb. M. ibid. 9. Albertus Magnus zizania iſthæc in ſupeficie terræ ſeminata fuiſſe notat, indeque hanc deducit moralitatem: *Bene dicit ſuperſeminavit, quia vitium profundum cordis non penetrat, ſed in ſenſibus illudit, & ſpargit radices; cui tamen fundus cordis, ſyndereſis ſemper contradicit.* in cujus probationem textum illum Prov. 24. adducit, ubi dicitur: *Per agrum hominis pigri tranſivi & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ*, utitur etiam textu illo Apoſtoli, ad Rom. 7. dicentis: *Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legimentis meæ.*

Prov. 24. v. 30 & 31.

Rom. 7. v. 22. & 23.

10. Conſiderari quoque in hoc loco poteſt alia quædam moralitas, quam ex hoc verbo Salmeron deſumit, nimirum quod dæmon nullum hominem, cujuscunque etiam conditionis, ad hæreſim, errorem, vel quodcunque aliud culpæ genus effectivè inducere poſſit: *Idcirco dicitur tantum ſuperſeminaſſe, quod perſuggeſtiones facit, ne quiſquam exiſtimet ſe eſſe zizania natura ſuâ, non potius ſtudio & voluntate ſuâ.*

Salm. ibid.

Zizania.

11. Idem quoque author zizaniorum naturam nobis declarat, dum ait: *Eſt ergo zizanium leproſum, & quæcunque alia adulterina ſemina.* Exiſtimat enim, quod zizanium naſcatur ex granis frumenti vel hordei putrefactis & corruptis. Zizanium granum producit nigrum pulveri nitrato ſimillimum: at verò in herba adhuc conſiſtens ſimile eſt frumento; manducatum pernitioſum eſt oculis, ob vapores mordaces, quos è ſtomacho ſuſcitatos capiti immittit, inducit ſomnum, vertiginem & vomitum cauſat, obfuſcat ſenſus & rationem, ac demum ad phræneſin hominem diſponit. Totus hic diſcurſus eſt Salmeronis, in quo peſſimæ herbæ iſtius peſſimi deſcribuntur effectus.

12. Quantum verò ad myſteria allegorica & moralia, ipſemet Salvator ad Apoſtolorum ſuorum inſtantiam, in hoc eodem capitulo, ubi parabolam hanc declarat, dicit: *Zizania filii ſunt nequam.* Dionyſius Carthuſianus dicit: *Id eſt, reprobi præſertim hæretici & perſecutores Eccleſiæ.* S. Anſelmus etiam ad malos Chriſtianos extendere

Matth. 13. v. 38.

Dion. Carth. ibid. S. Anſel.

dere videtur, ſiquidem inter hæreticos & malos Chriſtianos differentiam aſſignans, dicit: *Inter hæreticos, & malos Catholicos hoc intereſt, quòd hæretici falſa credunt, illi autem vera credentes, non vivunt ità ut credunt.* Ubi in vulgata noſtra habetur *zizania filii ſunt nequam.* In Græco legitur: *Filii illius mali & nequiſſimi*, id eſt tales de quibus Joan. 8. dicitur: *Vox ex Patre diabolo eſtis.* Et de quibus S. Baſilius ait: *Omnis qui peccatum admittit, ex parte diabolo eſt.* Peccatum namque diaboli ſemen eſt, & zizanium ad inextinguibilem infernii ignem deſtinatum. Unde deducitur, quod omne id quod vitium culpa eſt, hoc eodem nomine appellari poſſit. Unde Theophylactus malas cogitationes zizania vocat: *Zizania malæ cogitationis*, Et S. Bonaventura ſuper illa verba: *Hi ſunt filii nequam*, dicit: *Hi ſunt adulteri, raptores, uſurarii, & alii perverſi, ſemen diaboli.* S. Paſchaſius per hunc inimicum ſeminatorem, omne malum in mundo intelligit: *Inde igitur in mundo hæreſes, inter ſanctos peccatum inter pacificos lites, inter ſimplices doli, inter innocentes nequitiæ*: proinde pergit dicere,

Joan. 8. v. 44. S. Baſil. in pſ. 44. Theoph. ibid. S. Bona. ſer. cit. S. Paſch. ibid.

In medio tritici.

13. *Ut quid?* quærit Chryſologus, quo fine bonum hoc ſemen per zizania adulteratur? *Ut periret Dominica meſſis?* at verò quodnam ſibi ex hac jactura lucrum comparabat? *Et hoc ad lucrum quid pertinebat inimici? niſi quod invidiæ ſpiritus, hominum damnum, ſuum computat lucrum, & quod perierit hominibus, hoc ſe æſtimat acquiſiſſe?* Chryſ. ſer. 96.

14. Demum verò ſi per zizania hæreſim intelligamus, *erudimur*, ut advertit Salmeron, *dæmonem & hæreticum in diſſeminandis ſuis erroribus, ſemper niti ſuper aliquo vero, aut ſuper aliquo loco ſcripturæ.* Cui accedit, quod in externo zelum & ſanctitatem commonſtrent, habeantque pulchram frumenti apparentiam: *Veniunt in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Salm. to. 7. tr. 6. Matth. 7. v. 17.

15. Obſervandum eſt etiam, quòd inimicus homo malam herbam ſuam non ad latera ſeminaverit, ſed in medio: *in medio tritici.* Ratio eſſe poteſt, quia ſicut per triticum denotantur juſti & electi, ita per medium virtus ſymbolicè exprimitur, ſiquidem *in medio conſiſtit virtus*, hic autem dæmonis ſtylus & genius eſt, quòd ſpecialiſſimè, & majori cum induſtria & conatu ad ſanctiſſimarum, innocentiſſimarumq; animarum perditionem anhelet; Unde Job ait: *Habet fiduciam, quod influat Jordanis in oſejus.* Non Nilus, ſiquidem hic ſponte ſua eò decurrit, ſed Jordanis, animarum immaculatarum ſymbolum; Quæ etiam Cajetani Gloſſa fuit, dicentis: *Non ſufficit diabolo ſuper apponere malum bono, ſed ſatagit, ut optimis quibuſque miſceat illud: Ecce ſatanas expetivit vos* (inquit Salvator ad Petrum, & ad omnes alios Apoſtolos) *ut cribraret ſicut triticum.* *Cibus ejus electus*, inquit Habacuc; ſic Petrum in peccatum negationis & perjurii; Judam in proditionis crimen, Thomam in incredulitatem præcipitem egit. Job 40. v. 18. Cajet. in Matt. Luc. 22. v. 31. Habac. 1. v. 16.

16. Similiter inimicus homo iſte, in medio boni ſeminis (cujus quantitatem longè majorem fuiſſe, credere utique poſſumus) aliquid tantum zizaniorum immiſcuit, ad indicandum nobis, quòd inter alias ſerpentis hujus aſtutias, una ſit per quam animam Chriſtianam multa opera facere permittit dummodo unico duntaxat zizaniorum grano, aditum in corde ſuo permittat.

17. Hac ratione Phariſæus ille Evangelicus, qui ſe in templo coram Deo ſiſtebat, ſiquidem orationes, eleëmoſynas & jejunia inſtituebat, ſeque ab omni vitiorum exceſſu alienum eſſe declarabat, dicens: *Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, injuſti, &c.* & tamen per unicum ſolum ſuperbiæ & præſumptionis granum, ex frumento vel tritico factus eſt lolium & palea ad ignem: *Odibile fecerat ſacrificium orationis ſuæ, fœtore jactantiæ*, inquit Euſebius Gallicus. Luc. 18. v. 11. Euſeb. Gal. ſer. 6. de or. Salm. ibid.

18. Salmeron de zizanio ſcribit: *Ut nonnulli tradunt, triticum nimiâ terræ uligine corruptum, jugibuſque pluviis dilutum in lolium convertitur: contra verò, cum eſt terræ magna ſiccitas, lolium convertitur in frumentum.* Ita quoque experientia demonſtrat, quod multi cæteroquin vitioſi & perfecti, in culmine tamen bonorum terre-

norum,

norum, divitiarum, honorum, delitiarum conſtituti ex frumento in zizania convertuntur, & alii paupertate, aliiſq; hujus vitæ ærumnis cruciati, ſæpenumero ex palea in granum evadunt. Hæc eſt frequens illa tentatio, quâ dæmon frequenter utitur, dum homines in humanarum felicitatum & dignitatum ſtatum evehit, ut eoſdem irreparabiliter cadere faciat. *Facilius invenies* (ita S. Bernardus quondam Eugenium Papam commonuit) *qui innocentiam retinuerunt, contraria ſibi fortuna, quam qui in proſpera eam non perdiderunt.*

S. Bern. l. 2. de conſid. c. 12.

19. Porrò certum eſt, quod per frumentum ſeu triticum juſti ſymbolizentur; unde & S. Ignatius Martyr ſanctè gloriabatur dicens: *Frumentum Chriſti ſum.* Inter hos ergo dæmon ſua zizania, id eſt, perverſos & malos ſeminat, quia in hoc mundo eos quoque in malam herbam convertere ſperat. Unde Pſalmiſta de populo Dei ait: *Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.* Aſtrologi obſervant, quòd ſi benignus planeta quidam maligno jungatur is malam quòque illius influentiam ſubitò ſibi addiſcat: id quod frequenter etiam multis antea timoratæ conſcientiæ hominibus accidit, qui cum malis nimium converſando pervertuntur: *Cum perverſo perverteris.*

Pſ. 105. v. 35.

Pſ. 17. v. 27.

Alb. M. ib.

20. Albertus Magnus ad hoc ſe reflectit, quod Chriſtus magiſter noſter dicat: *Superſeminavit zizania in medio tritici, ut undique triticum detineat & impediat; ſemen enim malum undique impediat bonum, quia totum agrum inficit.* Unicum duntaxat peſtiferi hujus zizanii culpæ mortalis granum, in agro animæ Chriſtianæ ſeminatum ad omnes alios illius fructus inficiendos & pervertendos ſufficit, ſiquidem per illius demerita, cuncta alia bonorum operum merita perduntur & deſtruuntur, præterquam conſiderandum ſit, quòd malum hoc ſemen ex omni parte animam obſideat & cingat, ut fructificare non poſſit: *Qui totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus.*

Jac. 2. v. 10.

* * * * *
* * * *
* * *
*

Et abiit.

21. Cajetanus dicit: *ſtudium diabolicum ſignificatur, quo occultare nititur, quòd ab ipſo (qui hoſtis eſt noſter) proveniunt utilia ac delectabilia contra divina præcepta.* Quodſi nos perſuadere nobis poſſemus, quòd voluptates, delitiæ omneſque aliæ ſatisfactiones, quibus fruimur, à jurato hoſte & inimico noſtro omnium maximo, quique continuò nobis inſidiatur, procuratæ eſſent, illas utique habituri eſſemus ſuſpectas, at proinde ſingulari cum æſtu & induſtria hanc nobis notitiam ſubtrahere ſatagit.

Cajet. ib.

22. Chryſologus hoc abire diaboli in alio quodam ſenſu interpretatur, dum ait: *Quia diabolus impellit quidem viribus adruinam, ſed poſteaquam proſtraverit, derelinquit.* Cujus ratio eſſe poteſt, quam Paulus de Palatio, ſuper hæc verba ſcribens, tangit, dum ait: *Quos enim diabolus fallit, principio non torquet ſed mulier,* non vult enim ut nos ſubitò tyrannidem ejus videamus, quâ pedes noſtros gravi quadam peccatorum catenâ irretitos attinet, *velut abiens reliquit, ne forte ſi initio durum ſenſerint imperium, à tyranno reſiliant.*

Chryſol. ſer. 96.

Paul. de Pal. ib.

23. S. Thomas in hoc, quod dæmon abit & diſcedit à nobis, malitiam ejus notat: *Abit, id eſt, occultum ſe reddit, quando enim inſtigat, non ſemper cooperatur;* non vult videri nos tentans, ne detegatur & deſeratur à nobis. Nam *inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua, ut rapiat.* Malignus aliquis agricola, poſtquam ſemen aliquod venenoſum in terra ſeminavit, abit, & illud creſcere ſinit, ut ſuo tempore bonas herbas contaminet; ita quòq; aſtutus hic ſerpens, ſemen veneni ſui in animam quandam, per obſcenum aliquod phantaſma, vel per fixam aliquam cogitationem perverſam, & per affectum inordinatum effundit, occaſionem & commoditatem proximam lubricæ converſationis & correſpondentiæ ad manum

S. Th. in Matt.

Pſ. 10. v. 9.

ſuggerit, & abit, peſſimumque hoc toxicum à ſemetipſo operari ſinit; Ita etenim cum protoparentibus noſtris fecit; poſtquam enim Evam matrem noſtram ſeduxiſſet, *abiit*, neque enim illum ad tentandum Adamum in ſcenam amplius proceſſiſſe comperimus, ſiquidem bene ſciebat, Evam ad illius ruinam cauſandam abundè ſufficere; *Ipſe namque*, ut S. Auguſtinus teſtatur, *pomum manducavit ne contriſtaret delitias ſuas.* S. Aug.

Verſus 26.

Cum autem creviſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.

Lyran. ib. 1. Lyranus dicit, quòd, poſtquam bonum fidei Chriſtianæ ſemen per mundum fructificare cepiſſet, malum quòque hæreſeos ſemen quod abſconditum latebat, paulatim ſeſe prodiderit, quando nimirum hæretici apertè contradicebant eidem, & perſequebantur fideles. Unde Chryſoſtomus ait: *In principio hæretici obumbrant ſeipſos, cum autem multam acceperint libertatem, & ſermone aliquis cum eis participaverit, tunc venenum effundunt;* hâc porrò cautelâ utuntur, inquit idem Chryſoſtomus, quod à principio zizania, id eſt, hæreſes, & errores ſuos occultent: *Primò aliqua bona dicunt & prædicant laicis, & poſt inferunt aliqua mala de clericis, quæ libenter audiunt, & ſic avertunt populum à dilectione clericorum, & ſic per conſequens Eccleſiæ.* Chryſ. in cat.

Chryſol. ſer. 96. 2. Chryſologus verba hæc interpretatur de illis, qui in principio, magnum in defenſione fidei noſtræ fervorem comonſtrant; at verò perſecutionis tempore adveniente, frumentum paulatim in paleam degenerat: *Flores multi multitudinem fructuum pollicentur, ſed examinati ventorum flabris, ad fructum pauciſſimi perſeverant: ſic credentes in Chriſto multi Eccleſiæ videntur in pace, ubi autem perſecutionis procella perflaverit, pauci martyrii reperiuntur in fructu.*

3. Porrò zizania aliquouſque occultè quidem dilituerunt, tandem verò amplius celari nequivere: *Tunc apparuerunt & zizania:* difficile enim eſt, quod hypocriſis tandem non ſe manifeſtet. *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, ſignificat*, inquit Janſenius, *ad tempus quidem plerumque malos bonis præmixtos ob Sacramentorum & nominis Chriſtiani communionem, non poſſe ſtatim diſcerni, cognoſci autem tandem ex eo, quod non eoſdem fructus proferant cum bonis.* Corn. Ianſen. Conc. Evang. c. 52.

4. Notandum eſt item, quod eodem tempore quo triticum creſcit, juxta illud quòque zizania ſe prodant, quia quantò amplius anima aliqua in perfectione & ſanctitate creſcit & proficit, tantò amplius dæmon tentationes ſuas adauget. Unde circa illa verba Jobi: *Per quam viam ſpargitur lux, dividitur æſtus ſuper terram.* Sanctus Gregorius ſcribit: *Cum divina lux in mentes humanas ſpargitur, mox ab occulto adverſario tentamenta ſuccreſcunt.* Iob. 38. v 24. S. Greg. l. 23. mor. c. 12

5. Malum hoc ſemen, infernalis ſerpentis venenum longo temporis ſpatio, in eodem agro ſimul cum tritico germinat & creſcit, nec tamen cognoſcitur; ut nos inde diſcamus, quod multa nobis dæmon mala multaque vitia inſinuet, quæ in exteriori quidem apparentia virtutes nobis eſſe videntur, ſed *ſub ſpecie recti* decipit nos, & alludit, ſiquidem transfiguratur in Angelum lucis. Unde Sanctus Hieronymus ait: *Venena non dantur, niſi melle circumlita, & vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie & umbra virtutum.* S. Hier. l. 2. Ep. 15. ad Lætam.

Verſus 27.

Accedentes autem ſervi patrisfamilias, dixerunt, ei Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergo habet zizania?

1. S. Paſchaſius dicit: *Accedunt mente, & non corpore, non loco ſed fide.* Porrò quinam hi ſervi ſint, Lyranus hiſce verbis declarat: *Sunt Patres antiqui, qui fuerunt in primitiva Eccleſia, qui admirantes perfidiam hæreſis inſurgentem, ad Deum acceſſerunt per orationem inquirentes, unde talis perfidia oriretur.* Quibus Deus operâ dæmonis id factum eſſe revelavit, ita nimirum permittente Divinæ diſpoſitionis S. Paſch. l. 7. in Matt. Lyran. ib.

nis ordine, ut fides ſuorum magis ſtabiliatur.

Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo?

Chryſol. ſer. 96. 2. Chryſologus ingeniosè advertit, ſervos non dixiſſe: *Seminavimus*, tametſi credibile ſit, quòd Dominus ipſorum operâ ad hanc culturam fuerit uſus; cujus hanc idem ſanctus Doctor rationem reddit: *Seminaſti, non ſeminavimus; nos quod per te facimus, tibi ſemper noſtro aſſignamus authori, & tu iniis, quæ nobis facienda præcipis, ipſe operator exiſtis.*

Iſa. 5. v. 4. 3. Porrò de hoc, à cœleſti agricola, cultivato agro idem dici poteſt, quòd Iſaias ſub metaphora vineæ, de populo ſuo ait: *Quid eſt, quod debui ultrà facere vineæ meæ, & non feci?* Etenim divina omnipotentia & beneficentia benigniores ſuper ſolum iſtud influentias demittere non potuit; unde S. Apoſtolus ad Romanos ſcribens, poſtquam conſideraſſet, quòd Deus in hunc agrum, pretioſiſſimum Filii ſui ſemen commiſerit, ſiquidem *ſemen eſt verbum Dei*, mox ſubjungit: *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Veruntamen ecce tibi hujus admirationis cauſam.

Rom. 8. v. 32.

Unde ergo habet zizania?

4. Orem dignam, ob quam ipſimet quòque Angeli cœleſtes meritò obſtupeſcant! quod videlicet, cum tam ſpecialia dona gratiarum & auxiliorum, pro ſalute noſtra comparanda acceperimus, intra nos tamen infernale lolium & zizania ſuc-

P. Paſch. l. 7. in Matt. creſcere potuerint. S. Paſchaſius ait: *Quæ nimirum vox plena admirationis, plena ſtupore & pavore;* qua enim ratione capere quis poterit, inquit S. Paſchaſius, quod natura humana, quæ in tam bono & excellenti ſtatu creata fuit, adeò turpiter & probrosè nihilominus denegaverit? *Ut aliud eſſet, non per naturam, ſed per vitium, quàm quòd creata eſt*: Quiſquis enim illam à prima origine ſua, in illo innocentiæ & juſtitiæ originalis ſtatu, qualis tunc fuerit, conſiderat, meritò quærentes cogitur: unde habet zizania? Quod homo eo fine creatus, ut hic in terra Paradiſo fruatur, & inſuper alio Paradiſo gaudeat in cœlo, nihil aliud eſſe appareat, quam zizania & palea, ad fovendum ignem inferni, quis non obſtupeſcat?

Paul. de Pal. in Matt. 5. Paulus de Palatio ait: *Juſtiſſima planè admirandi ratio, cur ſunt tot homines mali, cur peccant homines adeo? quid dulce peccatum habet, ut nos ad ſe ita alliciat? ſi peccatum eſt, malum eſt; ſi malum, fugiendum igitur, non amandum.* Nunquid voluntas noſtra ſolum bonum amando proſequitur & ad illud ſolum naturâ ſuâ inclinatur; quâ igitur ratione fit, quòd malum ſectetur? ſi peccatum directè eſt contra Deum, à cujus manu quotidie bona innumera recipimus, & deinceps recipere poſſumus, cur igitur tam enormiter illum offendimus? Quanam in re id Deus de nobis demeritus eſt, ut illum, tot modis, tamque indignè contumiliemur & tractemus? Præterea ex quo peccatum in ipſiuſmet peccatum in ipſiuſmet peccatoris damnum & pernitiem redundat, cur igitur illud adeò inſolenter committimus? *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam.* His omnibus addi poteſt, quòd, qualecunque ſemen noxium & malum, inimicus in cordis noſtri terram ſeminet, cujuſcunq; generis machinam adverſum nos in pernitiem noſtram moveat, attamen omnis iſthæc nihil nobis nocere poſſunt, niſi noſtrum illi demus conſenſum. Nunquid igitur juſta & rationabilis eſt admirandi, imò obſtupeſcendi cauſa, dicendique: *Unde ergò habet zizania?*

Pſ. 10. v. 6.

6. Conſiderari quòque hoc loco poteſt, quòd, cùm zizania illa ſimul cum tritico producta fuerint, illos ſignificet qui aliàs perfecti & ſancti, facilè tamen ſe perverti ſinunt. Nunquid mirum eſt, quòd Petrus aliquis qui paulò ante tot promiſſis ſeſe, ad Magiſtrum ſuum ad mortem uſq; non deſerendum, obſtrinxerat, ipſum nihilominus paulò poſt repetitis vicibus etiam cum adjecto perjurio pernegarit? Quòd David aliquis, de quo Deus dixerat: *Inveni virum ſecundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*; poſtea nihilominus in peccata adulterii & homicidii tam turpiter lapſus fuerit? Quod latro aliquis, & viarum prædator publicus in cœleſtem quendam Seraphinum ſubitò tranſmutetur, audieritque ſibi dici: *Hodie mecum eris in Paradiſo*; e contra verò quòd

Act. Ap. 13. v. 22.

Judas aliquis qui electum antea frumentum fuerat, poſtea tanquam traditor Chriſti, & peſſimus pretioſiſſimi ſanguinis illius divenditor, ex deſperatione in furca ſe ſuſpenderit

Verſus 28.

Et ait illi: Inimicus homo hoc fecit: ſervi autem dixerunt ei: vis, imus & colligimus ea?

Et ait illis: Inimicus &c.

1. Tametſi malignus hic damnificator ſibi ſe latere & abſconditum manere poſſe perſuaſerit, eo quod nocturno tempore, & quando omnes ſomno ſepulti erant, malum ſemen iſtud ſeminaverit, nihilominus hunc in mundum Chryſologus adverſus ipſum jure exclamat: *Inimice, lucis refuga, vigilaſti, laboraſti, ſed non latuiſti; nam dormientibus ſervis, Dominus ipſe te videt.* Chryſol. ſer. 97.

2. Porrò cæleſtis ahricola in regno ſuo, id eſt, in Eccleſia ſua, bonum ſemen ſeminare, id eſt, regno huic de multis electis, viriſque ſanctitate morum, doctrinâ & ſapientiâ inſignibus providere nunquam deſtitit, nec deſiſtet; at verò inimicus, infernalis, ut ſcribit Janſenius, *Infenſiſſimus hoſtis humanæ ſalutis, paſſim etiam ſuperſeminat, ſuperſeminabitque impios homines, velut zizania ubique eos juſtis permiſcens*, idque ut bonum ſemen ſuffocet; at verò ut S. Petro olim promiſſum fuit: *Portæ inferi non prævalebunt.* Cor. Ianſ. c. §. 2. con. cor. Evan. Mat. 16. v. 18.

Inimicus homo hoc fecit.

3. Mirum profectò eſt, cur ſapientiſſimus magiſter noſter Chriſtus dæmonem homines titulo inſigniverit: *Inimicus homo hoc fecit*; & ideo multæ eæque diverſæ illius nomenclaturæ ſunt expoſitiones. Albertus M. dicit: *Dicitur inimicus homo hoc facere, quia diabolus non facit, niſi in homine, & cum homine.* Etenim ſive zizania illa ſunt maledicentiæ, detractionis, vel odii, invidiæ, adulationis, vel homicidii, vel alterius cujuſque viri, ſemper illa, homine mediante ſeminat, dum tortuoſus ille ſerpens ille noſtris ſe appetitibus & affectibus inordinatis inſinuat. Unde S. Jacobus Apoſtolus de maledictis hiſce zizaniis ita ſcribit: *Unde bella & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris?* Salmeron nomen iſtud ponderans ſcribit: *Dum tentat, in affectus humanos ſe transformat, ut melius poſſit decipere*, & ſubjungit, Davidem de hoc venenoſo ſerpente loqui intendiſſe, dum hanc à Deo gratiam popoſcit: *Eripe me Domine ab homine malo, & à viro iniquo eripe me*; & pariter quando petiit: *Exurge Domine, non confortetur homo.* Id quod diu ante ſimiliter operatus eſt S. Hieronymus. Alb. M. ib. Iac. 4. v. 1. Salmer. Pſ. 139. v. 1. Pſ. 9. v. 20.

4. Idem quòque Author aliam rationem adducit, cur dæmon lolium inter triticum ſeminans, in perſonato hominis habitu, in Evangelio proponatur; dicit enim: *Nam ſi in propria ſpecie veniret, quiſq; ſibi ab eo tanquam ab hoſte capitali caveret, propterea transfiguratus venit in Angelum ejus.* Salmer.

5. Hugo Cardinalis exiſtimat, quòd, ſicut generales belli Duces, nomina ſibi ab iis nationibus, quas ſubjugârunt, uſurpât, ad eum modum, quo Scipio in Africa debellata, appellatur Africanus; ita quòque Diabolus appelletur *inimicus homo*, ob hominem quocum præliatus fuerat, devictũ: *Dicitur homo ab homine devicto, ſicut Scipio Africanus ab Africa devicta.* Quod idem Albertus Magnus pariter dicit. *Inimicus homo dicitur, quia devicit hominem.* Hug. Car. Alb. M.

6. Dionyſius Carthuſianus dicit: *Dicitur homo, non propter veritatem naturæ, ſed ſimilitudinem culpæ; dicuntur homines mali ſeminati vel eſſe ex dæmone, non creatione, ſed pravitatis intimatione.* In quo ſenſu Salvator noſter de Juda dixit: *Unus ex vobis diabolus eſt.* Dio. Cart.

7. S. Hieronymus hominis nomen, dæmoni attribui exiſtimat: *Quia ſub ſimilitudine rationis humanæ decepit.* S. Hier. cit. ab. Hug. Car.

8. Addi quòque poteſt, diabolum hominem, à Chriſto appellari ad ejus contra genus humanum, rabiem & crudelitatem tantò vivacius exprimendam, ſiquidem nulla dari poteſt crudelitas ſævior illâ, quam homo iratus adverſus alium hominem exercet; unde tritum eſt adagium: *Homo homini lupus.* Et Deus ſe ad miſerandum & indulgendum pronum eſſe, volens oſtendere per Oſeam dicit: *Non faciam furorem iræ meæ, non convertar ut diſperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo.* Oſe. 11. v. 9

Servi

Servi autem dixerunt ei.

Euth. in Matth. 9. Euthymius ait: *Servos ſuos, qui hæc dicant, eſſingit orthodoxos, qui ferventiorem erga cultum ſuum gerunt zelum, qui frequenter admirantur cum indignatione, quòd Deus zizania naſci permittat.* *Lyr. ib.* Lyranus nihilominus per ſervos, ſanctos Patres interpretatur, qui orationibus ſuis mediantibus, ab oraculo Dei popoſcerunt conſilium.

Vis, imus, & colligimus ea?

Janſen. 10. Janſenius nobis unum zelantium ſervorum illorum, in perſona Jeremiæ proponit, dicentem: *Juſtus quidem tu es* *Jerem. 12. v. 1.* *Domine, ſi diſputem tecum, veruntamen juſta loquar ad te; quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus, qui prævaricantur, & iniquè agunt? Plantaſti eos, & radicem miſerunt, proficiunt & fructum faciunt.* At verò poſtquam illorum in hac vita felicitatem oſtendiſſet, paulò poſt, illorum finem quòque, illiusque qualitatem declarat, quam habere ſolent, qui ſimilis eſt illi, quem zizania habent, quæ in faſciculum colligata in ignem conjiciuntur, ſubjungit enim: *Congrega eos quaſi gregem ad victimam,* hic enim animalia illa, quæ paulò poſt mactanda & ſacrificanda ſunt, à jugo liberata in paſcuis ad ſatietatem usque incraſſari & impinguari videmus.

Salmer. 11. Salmeron per hoſce ſervos illos intelligit, qui in vindicandis Deo illatis injuriis, ferventes ſe & zeloſos probant: *Subito vellent ultionem de ſeditioſis, & vindictam de Hæreticis ſumere.* Adducitque duorum Apoſtolorum Jacobi & Joannis exemplum, qui inſultum, magiſtro ſuo à Samaritanis intentatum videntes, ad eoſdem igne conſumendos, ad ignem de cœlo evocandum promptos ſe obtulerunt; at verò mox manſuetiſſimum Salvatorem noſtrum audiverunt, id prohibentem & dicentem: *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis.* *Luc. 9. v. 55.* *Lyran.* Lyranus verborum illorum ſenſum, eundem in modum exponit: *Vis imus & colligimus ea? id eſt, ſeparando eos à communione Eccleſiæ per excommunicationem, & tandem dimittendo juſtitiæ ſæculari exterminando per mortem.*

12. Notandum quoque eſt, quòd ſervi iſti zizania hæc, ſine conſilio & licentia domini ſui & patrisfamilias, eradicare non præſumpſerint, ad inſtruendum Principes ſæculares, & omnes alios, ne ſe ſine conſilio & permiſſione ſupremi Paſtoris & capitis Eccleſiæ, in materia Religionis & dogmatum fidei ingerant, reos absque ullà cum hoc factà communicatione, aut habito conſilio puniendo & proceſſando.

13. Porrò commendandus eſt ſervorum illorum zelus, qui tametſi à patrefamilias approbatus non fuerit, is tamen operæ pretium fore exiſtimavit, illos certiores reddere de motivo, ob quod zizania illa nondum eradicata eſſe vellet; ad inſinuandam Prælatis & ſuperioribus doctrinam quandam ſalutarem, quod tametſi ſuperioribus aliquando non teneantur ſubditis ſuis rationem reddere reſolutionum ſuarum, nihilominus caſus nonnunquam occurrere poſſit, in quo id fieri expediat, ne ſcandalizentur.

Verſus 29.

Et ait: Non; neforte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.

Et ait: Non.

1. Sicut Chyrurgus aliquis expertus, ad membrum aliquod à corpore detruncandum ſe non reſolvit præcipitanter & indeliberatè, niſi quando membrum corruptum irreparabile reliquo corpori ſano damnum inferre, vel totius corporis vitæ nocere cognoſcit: Eodem modo cœleſtis noſter Protomedicus, qui de ſemetipſo ait: *Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus* ad detruncandam impiis vitam, ſe non præcipitanter reſolvit, ſed ad tempus aliquod eosdem tolerat, quamdiu ſcilicet notabile electis ſuis damnum non inferunt: *Expectat Dominus, ut miſereatur.* Nonnunquam etenim è zizaniis, progreſſu temporis, bonum aliquod & ſalutare ſemen progerminare ſolet. De Thare Abraham natus eſt, & Job ex progenie Eſau; unde longanimitas & patientia Dei hoc ſolum intendit, ut impii ad emendationem reducantur, & ad pœnitentiam ſe recipiant, vel etiam ad juſtitiam ſuam juſtificandam, tardat immittere promeritum ſupplicium, ut tempus eis concedat

dat ad ſe convertendum: vel denique quia cum illos puniturus deinceps ſit in æternum, ideò eis concedit, ut hic temporaliter in hac vita aliqualiter gaudere poſſint:

Iob. 21. v. 13. *Ducunt in bonis dies ſuos, ſiquidem ad inferna deſcendunt.*

Gloſſ. ib. 2. Gloſſa dicit: *Ecce patientia, non enim audito dolo exarſit in iram, nec mox ulciſci voluit*; unde ad ſpiritualem profectum noſtrum promovendum, illud pro nobis elicit documentum, eſtque merus venerabilis Bedæ diſcurſus; *Ita & nos læſi patienter feramus.* Enimverò ignem quidem de cœlo, ad comburendum zizania evocare potuiſſet, & tamen licet ad ſupplicium & vindictam juſtam de illis ſumendam, provocatus eſſet, ſumma cum manſuetudine negativè reſpondit: *Non. Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit?* Quòd ſi Deus omnia peccata punire vellet, major pars generis humani periturа eſſet; ſiquidem *Totus mundus in maligno poſitus: omnes declinaverunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.*

Bæda in Matt.

Pſ. 129. v. 3.

1. Ioan. 5. v. 18.

Ne fortè colligentes zizania, eradicetis cum eis ſimul & triticum.

S. Paſch. l. 7. in Matth. 1. Cor. 5. v. 13. 3. Sanctus Paſchaſius hanc reſponſionem textui Apoſtoli dicentis: *Auferte malum ex vobis*, non opponi, neque monitum hoc patrisfamilias prohibitioni contrarium eſſe oſtendit, redditque rationem dicens: *Aliud eſt, de manifeſtis apertisque criminibus judicare in Eccleſia, aliud de his, quæ adhuc quaſi in herba latent: nam zizania, quod nos lolium eſſe dicimus, antequam in cumulum veniant, dum in herba ſunt, tanta ſimilitudo eſt in eis, ut diſcerni vix, aut nunquam poſſint.* Hanc pariter rationem ſanctus Thomas adducit, dum ait: *Aliqui videntur mali, & non ſunt, ideò ſi velles eradicare malos, ſtatim multos bonos extirpares.* Præterquam quòd impii, qui hæreſi aut hypocriſi infecti ſunt, in externa apparentia, potiùs triticum, quàm lolium eſſe videntur, *Id certè moris eſt apud hæreticos*, inquit Chryſoſtomus, *ut occultent ſeipſos, atque obumbrent in principiis, quouſque majorem fiduciam capiant.*

S. Thom. in Matt.

Chryſ. ho. 47. in Matt.

4. In hac quoque prohibitione, utilis quædam doctrina nobis traditur, nimirum quòd in delictis occultis, non ſit faciendum judicium, aut ſententia proferenda, niſi priùs merita & demerita accuſati dilucidentur. Unde S. Anſelmus dicit: *Dominavit nobis exemplum diſcretionis.* & Hugo Cardinalis ait: *Ecce diſcretio; prohibetur hic feſtinata, damnoſa, ſuſpicioſa eradicatio: feſtinata, quia prius debet corrigi*; at verò quando zizania in omnium oculis manifeſtè proſtant, id eſt, quando culpa deducta eſt in judicium, tunc formandus eſt proceſſus, neque ad privatos familiæ alicujus ſervos ſupplicium malis inferre pertinet, ſed ad miniſtros publicos; id quod etiam Salmeron advertit dum ait: *Verba ergo Chriſti ad ſervos patrisfamilias directa ſunt, qui privatâ authoritate & zelo volebant inſurgere, ad zizania de medio tollenda, qui nec poteſtate laicâ, nec Eccleſiaſticâ præditi ſunt.*

S. Anſel. Hugo Card. Salmer.

5. Advertit inſuper ſanctus Thomas, quòd ſæpenumero diſſimulare expediat, ne major ignis accendatur, ſæpe enim fit, quòd dum zizania conflagrare, & in cineres redigere volumus, flamma perſecutionis triticum quoque nonnunquam invadat. *Aliquis quandoque eſt magnæ poteſtatis, ideo ſi excludatur, trahit multos ſecum & ſic cum illo malo multi pereunt.* Apocalypſi 12. *Draco traxit tertiam partem ſtellarum.* Geneſis 18. *Abſit à te ut hanc rem facias, & occidas juſtum cum impio.* Eandem quoque conſiderationem. Hugo Cardinalis adfert, dum ait: *Aliquando tolerandi ſunt mali propace Eccleſiæ.*

S. Th. in Matth. Apoc. 12 v. 4. Gen. 18. v. 25. Hugo Car.

6. Sanctus Anſelmus ex hiſce verbis occaſionem capit inſinuandi nobis, quantum nobis ſemper timendum ſit in maximè arduo negotio noſtræ ſalutis: *In quo docent, non ita hominem conſtitutum in hac vita, ut certus eſſe poſſit qualis quiſque poſtea futurus ſit. Quod hodie eſt zizania*, inquit Chryſologus, *cras in triticum vertebatur, qui ad præſens peccator cernitur, in futurum juſtus aſſiſtit*; idemque etiam è contrario dici poteſt, ſiquidem multi, qui antea triticum erant, poſtea in zizania transmutantur; de omnibus Apoſtolis, inter quos etiam Judas aderat, Chriſtus ait: *Ecce ſatanas expetivit, ut cribraret vos ſicut tritи-*

S. Anſ. ibid. Chryſo. ſer. 96. Luc. 22. v. 31.

triticum, & tamen paulo poſt, Judas factus eſt maledictum zizanium.

S. Hier. in Matt. 7. Sanctus Hieronymus ſuper hæc verba dicit: *Datur locus pœnitentiæ, & monemur, ne citò amputemus fratrem, quia fieri poteſt, ut ille, qui hodie noxio depravatus eſt dogmate, cras reſipiſcat, & defendere incipiat veritatem.* Si ſanctus Auguſtinus, dum adhuc hæreticus & hæreſeos acerrimus defenſor erat, velut lolium & zizanium ab hoc mundo exterminatus fuiſſet, Eccleſia in ejus converſione validum adverſus eandem hæreſim flagellum & propugnaculum habitura non fuiſſet. Et ut *Chryſ. ſer. 79.* Chryſologus ait: *Si zizaniis non Dei patientia ſubveniret, nec Matthæum de publicano Evangeliſtam, nec Paulum de perſecutore Apoſtolum Eccleſia poſſideret.* Sanctus Paſchaſius idem prorſus ſcribens, de ſancto *S. Paſch* Matthæo ſubjungit: *Cujus hoc Evangelium eſt.* De ſancto Paulo ſcribit Rupertus Ab- *Rup. Ab. de oper. ſp. ſ. l. 1. c. 8.* bas Tuitienſis: *Ubi projectus eſt in terram Saulus, ſurrexit Paulus.* Citatus quoque paulò ante Chryſologus, dicit: *Ananias eradicare triticum tunc quærebat, quando ad Saulum miſſus, de Paulo talia querebatur: Domine, quanta mala fecit ſanctis tuis, hoc eſt; eradica zizania; quid ad lupum ovis?* At verò idem Chryſologus de Anania dicit, ipſum non habuiſſe oculos ad diſcernendum, qualis Paulus erat, poſtquam *Apertis oculis nihil videbat, Cùm Ananias videret Saulum, Paulum Dominus tunc videbat; cùm Ananias perſecutorem diceret tunc Dominus prædicatorem ſciebat; & cùm ille eum zizania judicaret inferni, Chriſtus eum vas electionis, triticum in cœleſti horreo jam ponebat.* Brictius, ut in vita ſancti Martini legitur, ſupra modum ſcandaloſus fuit, eoque progreſſus eſt malitiæ, ut huic ſancto Prælato multis inſultibus moleſtus fuerit, & tamen idem Sanctus futurum ei prædixit, quòd ſibi in Epiſcopali ſede ſucceſſurus, atque ſanctitate inſignis futurus eſſet. Magnus ille Dei ſervus Camillus de Lellis, Romæ ab hoſpitali incurabilium dimiſſus & ejectus fuit, eò quòd infirmos durè & indiſcretè tractaſſet; at verò ad idem hoſpitale de novo receptus & emendatus, ad talem Chriſtianarum virtutum perfectionem pervenit, ut hodie proceſſus inſtituantur pro ejus canonizatione

imò charitas erga infirmos adeò in ipſo poſtea adaucta fuit, ut Religionem ſuam, cum voto iisdem inſerviendi inſtituerit, eique nomen Religionis Patrum miniſtrantium infirmis attribuerit. Porrò qualis Guilielmus Dux Aquitaniæ fuerit, ei qui vitam ſancti Bernardi legerit, ſatis utique perſpicuum eſſe poterit, ut ingentem, quam Deus in ipſo mutationem fecit, ſummè admirari poſſit. Origenes de Raab *Orig. in Joſ.* loquens, dicit: *Vides, quomodo illa, quæ aliquando erat meretrix, & impia & immunda nunc Spiritu ſancto repleta eſt, & prophetat & pronuntiat de futuris;* Illa enim, quæ anteà idololatra erat, poſtea per vinculum conjugale, cuidam ſe primariæ Iſraëlitis tribu adſtrinxit, poſtquam tamen priùs per veram Religionem ſe cum vero Deo Iſraëlis tenaciſſimè conjunxiſſet.

8. Divinam quoque omnipotentiam & aſſiſtentiam conſiderare hoc loco poſſumus, quæ frumentum in medio zizaniorum illæſum & intactum conſervare novit, ad eum modum, quo in infamis illius civitatis incendio efficere potuit, ne ſervus Loth arderet, non ſolùm quoad pœnam, ſed etiam quoad culpam. Sic quoque S. Athanaſium & tot alios invictos fidei Athletas, ab omnibus antiqui adverſarii machinis defendit & protexit.

9. Gloſſa dicit: *Vel neceſſè eſt, ut mali permixti ſint bonis, per quos exerceantur, vel quorum comparatione nitantur ad melius. quibus ſublatis altitudo charitatis marceſcit, quod eſt eradicari. Ibi patienter tolerandi ſunt mali, ubi aliqui inveniuntur, quibus adjuventur boni.* S. Thomas illum *Gloſſ. ib.* *1. Cor. 11. v. 19. S. Tho. in Matt.* ſancti Pauli textum adducit, dicentis: *Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.* Et ſubdit idem Angelicus Doctor, quod niſi in agro Religionis Catholicæ ſimul quoque hæc zizania ſuccreviſſent, nos hodie tot eruditos calamos & libros vel S. Auguſtini, vel tot aliorum Doctorum & Theologorum adversùm hæreſes dimicantium, minimè habituri eſſemus. Unde tandem hanc deducit concluſionem: *Qui vellet malos eradicare, eradicaret & multa bona.*

Verſus 30.

Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem.

S. Anſe. in Matt. 1. Sanctus Anſelmus dicit, quod hiſce verbis *commendare voluit longanimitatem* idemque confirmat Hugo Cardinalis, dum ait. *Ecce longanimitas, quæ eſt in expectando.* Quod ſi Deus homini ſubitò poſt commiſſum peccatum, filium vitæ ejus præſcinderet, isque vulgaris & communis divinæ juſtitiæ ſtylus eſſet, quomodo pœnitentia, quæ pietatis & miſericordiæ divinæ partus eſt, locum habere poſſet. *Alioquin clementiſſimus Dominus,* inquit ſanctus Paſchaſius, *niſi hoc juberet, videretur tollere pœnitentiam,* prouti ad hanc parabolam alludens, ſequentibus verbis optimè declarat, dum ait: *Poteſt fieri quod hodie zizania videtur, cras triticum fiat.* Et hanc quoque rationem, cur Paterfamilias zizania ſimul cum tritico in agro relinqui voluerit, ſanctus Bonaventura attingit, dum ait: *Malos tolerat propter eorum correctionem, & propter bonorum exercitationem & aſſociationem;* ſæpe enim fit, quòd perverſi propter interceſſionem & bonum exemplum bonorum reſipiſcant, & ad pœnitentiam reducantur. Paulus de Palatio peccatores ad hoc invitat, ut agnoſcant, quòd ſi nonnunquam ad proportionem meritorum ſuorum non ſubitò caſtigentur, idipſum gratâ mente, juſtorum meritis attribuant, inter quos commixti vivunt: *Bonorum ſiquidem gratiâ, Angeli non eradicant malos, cur ergo contra bonos mali deſæviunt?* Janſenius quoque ità ſcribit: *Etſi indigni ſint juſtorum ſocietate, tamen propter eorum bonum, ſinendi ſunt in congregatione eorum;* ſiquidem juxta tritam illam ſancti Auguſtini ſententiam: *Omnis malus aut ideò vivit, ut corrigatur, aut ut per eum bonus exerceatur.* Hugo Cardinalis aliam conſiderat utilitatem, quæ è contra in electos reſultat, dum ait: *Ordinante Deo fit quædam mirabilis translatio, ut electorum peccata tranſeant ad detrimenta & confuſionem reproborum, & reproborum bona tranſeant ad honorem & gloriam electorum.*

S. Paſch. l. 2. in Matth. *Paul. de Pal.* *Janſen. ibid.* *S. Aug.* *Hugo Card.*

2. Sanctus Chryſoſtomus ideò Chriſtum zizania cum bono ſemine tritici commixta relinqui voluiſſe ſentit, ut hoc in ſuo augmento tantò magis ſtabileretur, & radicaretur: *Interim non evelli zizania, redit in beneficium tritici, & expugna cum illis, victoria glorioſior elicitur.* (alludit nimirum ad fidei noſtræ adverſus hæreticos obtentas glorioſas victorias) *& dogmatum fidei traditio clarior.* *S. Chry. ho. 47. in Matt.*

3. Aliud quoque ſuper hæc verba ponderari poteſt, per Gloſſam adductum motivum, in eo præcipuè, quod jam de zizaniis diximus, fundatum, nimirum quòd quoadusque ambo, triticum ſcilicet & lolium, in herba ſunt, modicam oculus inter utrumque agnoſcere poſſit differentiam: *Ita monet Dominus, ne de ambiguo judicemus, quòd Dominus in die judicii non ſuſpiciose, ſed manifeſtè damnabit.* Ideò etiam ſanctus Paulus monet: *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Et S. Chryſoſtomus dicit: *Debent, qui zelo utuntur, & ipſi judiciis Dei acquieſcere.* *1. Cor. 4. v. 5.* *Chryſ. ib.*

Uſque ad meſſem.

4. Idem Chryſoſtomus dicit: *Meſſem vocat conſummationem mundi.* In hac meſſe, plenum fit de meritis juſtorum & electorum diſcrimen, & caſtigabuntur demerita impiorum; interim verò locum habet, inquit ſanctus Doctor, illa ſententia: *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc, & qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc.* *Apoc. 29. v. 11.*

(†)
*****
****
*

In

In tempore meſſis dicam meſſoribus: Colligite primùm zizania.

Lyran. ib. 5. Lyranus dicit: *In tempore meſſis, id eſt, judicii, dicam meſſoribus, id eſt Angelis.* *Chryſ. ho. 47. in Matt.* Chryſoſtomus dicit, quòd zizaniis quidem parcendum erit, quoadusque in agro cum tritico ſimul permixta ſtabant, non verò in tempore meſſis, indeque hanc deducit mortalitatem: *Parcendum eſſe zizaniis, quouſque unà cum frumentis in agro ſunt, quia poſſunt in frumenti ſtatum commutari:* ſiquidem homo quoadusque vivit, reſpicere & pœnitere poteſt: *Si verò nihil hac longanimitate Domini lucrabuntur, tunc inævitabilis pœna neceſſario eos ſuſcipiet.*

Meſſoribus.

Chryſ. ib. 6. Chryſoſtomus eidem jam datæ expoſitioni adhærendo, per hoſce meſſores, Angelos intelligendos eſſe dicit: *Sicut miniſtrant nobis in procuranda noſtra ſalute, ita etiam in remuneratione accipienda, & in malos ac reprobos divini judicii ſententiam exequentur.*

7. Conſiderabilis quòque nec myſterio vacans, ordo eſt, quem hic ſapiens & prudens paterfamilias dedit, ſcilicet ut mala herba iſta, ſemen diaboli in faſciculos colligaretur, ſimulque finem declaravit, nimirum *ad comburendum*, id eſt, ad repoendum illud in ejuſdem Domini granario, qui illam ſeminaverat, totum enim hoc redundabat in majorem conſolationem & gaudium frumenti: *Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam, manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris.* Vult enim Deus, ut tandem cognoſcamus, intentam eſſe divinam juſtitiam ad præmiandum juſtos & caſtigandum impios. *Pſ. 57. v. 11.*

Alligate ea in faſciculos ad comburendum.

Theop. ib. S. Bon. ſer. 8. Theophylactus, ly *alligate*, ponderans, dicit: *Non enim tunc ultra quis operari poterit, ſed omnis opreandi vis ligabitur.* Sanctus Bonaventura poſtquam expoſuiſſet verbum: *Colligite*, aliam quandam verbi *allegate*, increpationem adducit, dum ait: *Colliguntur perverſi per ſeparationem à bonis: alligantur per conjunctionem in pœnis.* *2. in Dom. 4. Epip.*

9. Porrò pro hiſce faſciculis alligatis exponendis, varias invenio expoſitiones. Porrò S. Auguſtinus quærit, cur paterfamilias non præceperit, ut omnia illa zizania in unam ſtruem componerentur, vel in unum tantum faſciculum, & reſpondet: *Propter varietatem hæreticorum, non ſolum à tritico, ſed etiam à ſeipſis diſcrepantium.* *S. Aug. de qu. Evan. c. 12. in fine.*

10. Euthymius dicit: *Oſtendit ſervo, quòd qui in eodem peccato communicant, etiam in ſupplicio communicaturi ſunt eodem, ſimulque ultionem ſuſtinebunt.* Nimirum Dominus ſceleratus cum ſervis ſuis in unum faſciculum colligabuntur, ſi hi ad comparandam ſibi ipſius gratiam, cum fuerint in ſceleribus imitati, aut adulatores ipſius exſtiterint. Advocatus ille ſimul ad infernum condemnabitur, cum tali vel tali judice, qui ſe ſeduci permiſerit, unà cum cliente, notario, & falſis teſtibus *&c.* Sanctus Auguſtinus dicit: *Ligate in faſciculos, hoc eſt, rapaces cum rapacibus, adulteros cum adulteris, fornicatores cum fornicatoribus,* & ſic conſequenter de omnibus aliis, qui in eiſdem criminum exceſſibus communicant. Paulus de Palatio dicit: *Nullus erit regum aut ſervorum ordo, ſed eorum confuſio & horror ſempiternus.* S. Gregorius ſuper illa verba Jobi: *Ubi nullus ordo*, ita ſcribit: *Faſciculos ad comburendum ligare, eſt hos, qui æterno igni tradendi ſunt, pares paribus ſociare, ut quos ſimilis culpa inquinat, par etiam pœna conſtringat.* *S. Aug. ſer. 38. de ſer.* *Paul. de Pal. in Matt.* *S. Greg. l. 9. mor. c. 36.*

Triticum autem congregate in horreum meum.

11. Quòd ſi quæras, cur electi potius tritico, quam alteri bladorum generi aſſimilentur, reſponderi poteſt quòd S. Thomas in propoſito de ſpeciebus Sacramentalibus ſcribit, quas ſapientia incarnata inſtituit ſub accedentibus non cujuslibet panis, ſed panis triticei: *Ex hoc, quod Dominus dicit ſe granum frumenti, habet Eccleſia,* *S. Th. 3. 17. opuſ. 58. c. 10.*

quòd ſub nulla alia ſpecie conſecrat Corpus
Rom. 8. v. 29. *Chriſti.* Chriſtus caput eſt omnium electorum; *quos prædeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui.* Et ideò ſi ipſi nomen frumenti vel tritici attribuitur, quid mirum, ſi eodem quòque nomine electos honoret? & tantò quidem amplius, cùm, ut idem Angelicus Doctor aſſerit, hoc granum inter omnia alia nobiliſſimum, mundiſſimum & puriſſimum exiſtat: *Granum tritici eſt maximè purum, quia hæc ſpecies ſola inter alias attingit complementum.* In eodem quòque capitulo idem S. Doctor frumentum ſive triticum conſiderat, ſive ut in agro, ſive in arca, ſive in granario conſtitutum: *Similiter inter fideles tres differentiæ ſunt, incipientium, proficientium, & perfectorum.*

12. Cur autem Paradiſo granarii nomen adſcribatur, ratio hæc aſſignari poterit, quia in hoc frumentum & meſſis in ſecuro conſiſtit, & ab injuriis temporum, animalium, & latronum libera: ita quòque ut S. Bernardus ſcribit: *Tuta habitatio Paradiſus,* hic nullum ſerpens aditum habere
S. Bern. ſer. 32. in Cant. poteſt. *Iam non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.* Granum priuſquam poſt meſſem eſſet in ſecuro poſitum, ſubtus terram emarcuit, tot fuit gelu, ardorum ſolarium, ventorum, pluviarumque injuriis expoſitum; deinde fuit nodoſis fuſtibus percuſſum, ut è palea excuteretur; ac proinde quænam inveniri poſſet melior juſtorum comparatio, quàm
Lyran. ib. dum grano comparantur? Lyranus de juſtis per os & in perſona Chriſti loquitur, dum ait, vide *triticum, id eſt, fideles in arca*
S. Anſ. ib. *hujus mundi, mihi contritos & flagellatos.* S. Anſelmus per hoc granum in granario ſimul accumulatum, unitatem fidelium & electorum intelligit, dicens: *Sic eſt intelligendum, ut punitis illis, qui diverſitates & ſciſmata ſecuti ſunt, in cœleſte horreum recipiantur, & ſerventur, qui charitatis unitatem amaverunt.* Euſebius Emiſſenus dicit, *Euſe. Em. ho. 5. de Paſc.* quòd panis, qui fit ex multis granis, in unam farinæ maſſam ſimul redactis, fidelium unitas ſignificetur: *Sicut enim frumentum, quod ſolitâ purgantis ſollicitudine præparatum in candidam ſpeciem molarum labore perficitur, ac per aquam & per ignem in unius panis ſubſtantiam congregatur: ſic variæ gentes, diverſæque nationes in unam fidem convenientes, unum de ſe Chriſti corpus efficiunt.* Hi igitur pariter congregati, cœleſtis illius granarii frumentum ſunt, quod appellatur: *Frumentum electorum.*

13. S. Thomas zizania colligata fuiſſe *S. Th. in Matt.* obſervat. *Notate*, inquit, *quòd zizania colligata fuerint, ideoque non fuere excuſſa, triticum vero fuit excuſſum, & hoc ſignificat quòd mali cum ſuis inquinamentis in infernum mittentur, ſed boni penitus erunt purgati.*

14. Berengoſius Abbas de laudibus *Bereng. Abb. l. 1. de laud. cruc. 6.* ſanctæ Crucis tractans, ad propoſitum hujus parabolæ ita ſcribit: *Niſi ad promerendum æternitatis regnum, de zizaniis vitiorum faciamus nobis faſciculos ad comburendum, nequaquam illo boni operis manipulo perveniemus ad Deum, de quo ſcriptum eſt. Triticum autem congregate in horreum meum.*





DOMINICA SEXTA POST EPIPHANIAM.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 13.

31.  *Liam parabolam prèpoſuit eis dicens: Simile eſt Regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo, ſeminavit in agro ſuo.* 32. *Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: Cum autem creverit, majus omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus.* 33. *Aliam parabolam locutus eſt eis: Simile eſt Regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier, abſcondit in farinæ ſatis tribus donec fermentatum eſt totum.* 34. *Hæc omnia locutus eſt* IESUS *in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis.* 35. *Ut impleretur, quod dictum erat per Prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum, & eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.*

Verſus 31.

Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo.

Simile eſt Regnum cœlorum &c.

S. Hier. in Matt.

1. SAnctus Hieronymus per hoc Regnum, prædicationem Evangelii interpretatur: *Regnum cœlorum prædicatio Evangelii eſt & notitia ſcripturarum, quæ ducit ad vitam*; in ejus confirmationem adducit id, quod Chriſtus incredulis Hæbræis prædixerat: *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti, facienti fructus ejus.* S. Bonaventura idem ſe ſentire oſtendit, ſiquidem ſuper S. Lucam ſcribens, in hoc eodem propoſito dicit: *Regnum cœlorum dicitur hic, veritatis notitia & doctrina.*

Matt. 21. v. 43.

S. Bonav. in Luc. c. 13.

2. Communior tamen interpretum doctrina eſt, per Regnum cœlorum, Eccleſiam militantem intelligi, quæ in primis ſuis principiis quidem & contemptibilem præ ſe ſpeciem ferebat, utpote quæ fundata erat ſuper duodecim piſcatores, eoſq; pauperes, idiotas, ludicros, & ab unoquoque perſecutionibus agitatos, qui Chriſtum prædicabant, *Judæis ſcandalum, gentibus ſtultitiam*, vexillum erexerunt crucis, quæ illis temporibus ignominioſiſſimum erat malefactorum ſupplicium, quale nunc apud nos eſt furca vel patibulum; *Morte turpiſſimâ condemnemus eum*; Veruntamen ſcribit Dionyſius Carthuſianus, ſicut granum ſinapis parvum & deforme in altam uſque arborem creſcit & proficit, *Sic Eccleſia in principio ſuo contempta & numero parva, crevit in populum infinitum, ſeu Eccleſiam toto orbe diffuſam, quando in omnem terram exivit ſonus eorum, id eſt, prædicatio Apoſtolorum.*

Dio. Cart. ib.

3. Eſt quorundam ſacrorum expoſitorum non incongrua obſervatio, quòd Chriſtus in ſingulari numero *granum* dixerit. Unde Paulus de Palatio ait: *Non dicit grana, ſed granum, quia licet plures ſimus, eſt tamen cor unum & anima una: unus eſt nobis Deus, una fides, unum baptiſma.* Eandem ponderationem apud Didacum Stellam in cap. 13. S. Lucæ invenio.

Paul. de Pal. in Matt.

Did. Stell.

S.Greg. in cat. 4. S. Gregorius per hoc granum ſinapis, Salvatorem noſtrum intelligit, dum ait: *Ipſe quidem eſt granum ſinapis, qui in horto ſepultus, plantatus arbor magna ſurrexit; granum fuit cum moreretur, arbor tum reſurgeret; granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam majeſtatis.* S.Hier. Idem quòq; S. Hieronymus ſcribit. S.Chryſ. ſol. ſer. 98. Chryſologus per agrum hujus grani, in quo crevit, uterum virginalem intelligit: *Chriſtus eſt regnum cœlorum, qui velut granum ſinapis in hortum virginei corporis miſſus, orbe toto crucis in arborem crevit.* S. Ambroſius nihilominus hanc ſinapis alluſionem in Chriſto aliter conſiderat, dum ait: *Granum eſt cum ſepelitur in terra, arbor eſt cum elevatur ad cœlum.* Sicut granum ſinapis minus eſt inter alia & vilius, ita quòque de Chriſto pariter dicitur: *non erat ei affectus, neque decor; exinanivit ſemetipſum:* at verò in terra horti illius, ubi mortuus & ſepultus permanſit, reconditus, in adeo proceram arborem excrevit, *ut extendat palmites ſuos uſque ad mare,* imò ut uſque ad ipſammet æterni Patris dexteram, viſa ſit aſcendere, *ſedet à dexteris Dei;* Et ſicut Apoſtolus ait: *Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen &c.* adimpletumq; eſt illud Iſaiæ oraculum dicentis: *Erit germen Domini in magnificentia, & fructus terræ ſublimis.* Ramos ſuos, id eſt, duodecim Apoſtolos & ſeptuaginta duos diſcipulos per totum mundum extendit, dum ait illis: *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ.*

S.Ambr. l.7. in Luc.c. 13. Iſa.53. 6.2. Pſ.79. v.12. Philip. 2.v.9. Iſa.4.v. 2.

Lyran. ib. 5. *Per granum Eccleſia* ſignificatur, inquit Lyranus. Et Chriſtus apud S. Matthæum dicit: *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit.* Porrò fides noſtra debilia principia habuit, ideoque principes ſinagogæ dicebant: *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? ſed turba hæc.* Primi ejus ſectatores nonnulli fuêre pauperes, idiotæ, & contemptibiles piſcatores; Quis autem eſt, qui neſciat, quouſque fides ſita excreverit, ſiquidem, ut S. Auguſtinus ait, *Per piſcatorem lucratus eſt Imperatorem?* adeò ut Conſtantinus M. potentiſſimus ille mundi Monarcha, ſe magnopere honoratum exiſtimârit, quando ſibi pro eruendis & excavandis templi illius, ab ipſo in honorem capitis horum

Ioan.7. v.48. S.Aug. tr.7.in Ioan.

piſcatorum erecti, fundamentis duodecim terræ cophinos deportare licuit. Ingens hæc arbor ſanguine Apoſtolorum rigata fuit: *Iſti ſunt, qui plantaverunt Eccleſiam ſanguine ſuo,* & ſucceſſivè ab illo copioſo ſanguinis imbre, quàm alii innumeri martyres, pro Chriſti fide confitenda effuderunt, ſuaſq; inde radices adeò tenaciter & profundè in terram egit, ut nullus, quamvis validus, perſecutionum ventus, illam demuliri aut proſternere prævaluerit; ſiquidem *portæ inferni non prævalebunt adverſus eam.* S. Auguſtinus poſtquam aliquas hujus grani recenſuiſſet proprietates, fidei eaſdem adaptat: *Ita ergo eſt fides Chriſtiana, primâ fronte videtur eſſe parva, vilis & tenuis, non potentiam ſuam oſtendens, non gratiam ſubminiſtrans; at ubi diverſis tentationibus teri ceperit, ſtatim vigorem ſuum prodit, acrimoniam indicat, calorem Dominicæ credulitatis aſpirat, & tanto divini ignis ardore jactatur, ut & ipſa ferveat, & participantes ſibi ardere compellat.*

S.Aug. ſer.81.in append.

Did.St. in c.13 Luc. 6. Didacus Stella ex differentia principiorum mundi, in operibus ſuis, & principiorum Dei, haſce deducit mortalitates: *Opera mundi ſplendidum habent exordium, ſed malo fine clauduntur: Dei opera humili principio oriuntur, ſed glorioſum habent finem, ecce hic granum parvum ſinapis crevit in arbore magnum, & humilis Eccleſia nimis exaltata eſt: mundus omnia ſua ſplendidè incipit, ſed in fine decipit.*

Alb.M. in c.13. Luc. 7. Albertus Magnus ſimiliter hanc ſinapis modicitatem in humilitate Eccleſiæ deſignatam eſſe agnoſcit: *Regnum Dei ab humilitate maxima incipiens, grano ſinapis, minuto valde inter ſemina, comparatur, quia nec à ſapientia, nec à potentia incepit, nec à divitiis hujus mundi, ſed potius, ſicut dicitur* 1. Cor. 1. *Quæ ſtulta ſunt hujus mundi elegit Deus, ut confundat fortia, hoc eſt, poteſtates mundi.*

1. Cor. 1. v. 27.

S.Ambr. lib. 7. in c.13. Luc. 3. Ambroſius conſiderat, quòd granum ſinapis contuſum & contritum acrimoniam ſuam foras emittat: *Granum ejus certe res eſt vilis & ſimplex, ſi teri ceperit, vim ſuam fundit,* etiam ſi fides primo ſimplex videtur, ſed ſi teratur adverſis, *gratiam ſuæ virtutis effundit.* In perſecutionibus probata eſt conſtantia martyrum, & Eccleſia locupletata eſt theſauro doctrinæ & ſapientiæ

tot

tot Theologorum, & ſacrorum Doctorum, qui fidei noſtræ veritatem defenderunt. Gloſſa interlinearis ſuper hæc verba, ſinapis proprietatem, quam habet, dum teritur, advertit: *Quantò plus teritur, tantò plus redolet:* Eodem modo dici poteſt, quòd veritas noſtræ religionis quantò magis à perſecutionibus ſuis controvertitur & ſpernitur, tantò amplius infallibilitas ejus juſtificetur, mundoque manifeſtatur. Gloſſa ordinaria dicit: *Grano ſinapis comparatur pro fervore fidei, quia dicitur venena expellere, id eſt, omnia dogmata pravitatis.*

Gloſſ. in terl. ib. *Gloſſ. ord.*

9. Albertus Magnus ad aliam quandam hujus grani qualitatem ſeſe reflectit, dicens: *Eſt etiam mortificativum, & hoc habet verbum fidei, quæ ſubtiliſſimæ eſt ſubſtantiæ in articulis, qui omnes ſunt de Trinitate.* Doctiſſimus Salmeron hanc conſiderationem proſequitur, & dicit: *Ferridæ eſt & ſubtilis ſubſtantiæ*, redditque ejus rationem, quia fides noſtra bona pro objecto habet, quæ ſunt inviſibilia, juſtisque in præmium promiſſa, ſicut è contrario, ſunt etiam comminata ſupplicia æterna (quæ tamen modò ſub ſenſus minimè cadunt) reprobis: *Articulos de altiſſimo ac plane recondito Trinitatis myſterio apprehendit ac concipit.* Albertus Magnus de hoc ſemine ſcribit: *Multum dilatatur quando conteritur, acutum eſt & penetrativum diſſolvit quoque & mundificat, quod & verbo fidei convenit, dilatatur enim ad æterna & temporalia, ad pœnas & gaudia, ſed & vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior, &c.*

Alb. M. in Matt. *Salm. to. 7. tr. 8.* *Alb. lo. cit.*

10. Chryſologus in hoc ſinapi, prædicationem Evangelii & verbi Dei apprehendit: *Hæc quippe imagine prædicit prædicationem, per univerſum orbem omnino coruſcaturam.* Idem ferè omnino apud Theophylactum his verbis ſcriptum invenio: *Prædicatio eſt & Apoſtoli, pauci enim videntur hi, & totum orbem occupaverunt*, ſiquidem certum eſt, quòd Evangelium, ipſorum operâ, fuerit in omnes mundi partes extenſum? Undè eſt, quòd Gloſſa per hujus arboris ramos prædicatores interpretatur: *Expandit ramos, in quibus volucres cœli requieſcent, quia prædicatores diſperſio in mundum, in quorum dictis & conſolationibus fideles ab hujus vitæ fatigatione reſpirarent.* Porrò ſemen iſtud in tantum crevit in quantum in agro & horto plantatum fuit, ad denotandum, quòd verbum Evangelicum in corde & mente noſtra recipi debeat, ut copioſum & abundantem in Eccleſiam fructum referat. Albertus Magnus dicit: *Conteritur autem per meditationem eorum, quæ creduntur.* Theophylactus in Lucam, hanc inter ſinapi & verbum Dei analogiam obſervat; Hoc enim extrinſecus ſemen vile & contemptibile eſſe videtur, & tamen multas in ſe qualitates continet: *Ita & ſermo Evangelii contemnitur quidem à multis, & apparet eſſe ſtultitia: Cùm vero illud homo ſuſceperit, & miſerit in hortum ſuæ animæ, arborem magnam facit, ita ut ramos dilatet;* adducitque ad id probandum, ſtupendum, illud S. Pauli exemplum, qui cum antea Saulus & Eccleſiæ perſecutor eſſet, poſtea, quando ab Anania intra agrum animæ ſuæ granum hoc ſinapi recepit, exinde adeo ſalutaris doctrina germinavit, ut cum fructu copioſiſſimo per univerſum mundum ſe extenderit, adeo ut in ramis ſapientiæ ipſius Dionyſius Areopagita, Hierotheus, & plures alii diſcipuli illius nidificarint.

Alb. M. ibid. *Theoph. in Luc. c. 13.*

11. S. Bonaventura per hoc Regnum cœlorum, in grano ſinapis ſymbolizatum, æternæ veritatis notitiam, quâ fides noſtra docetur, ſignificari dicit: *Quia revera Regnum cœlorum non eſt aliud, quàm perfecta notitia divinæ veritatis, ideo grano ſinapis aſſimulatur, quia ipſum eſt modicum mole, & magnum in virtute ſive fervore.* Ex qua modicitate & pravitate deducit contemptum, quem, tametſi ad magnum ſapientiæ gradum provecti fuerimus, de nobis ipſis tamen habere debemus: *In quo inſinuatur, quod noſtra notitia debet eſſe humilis ſecundum illud: Noli altum ſapere, ſed time, & non plus ſapere, quàm oportet ſapere, quia ut dicitur in Prov. 11. ubi humilitas, & ibi ſapientia.*

S. Bona. in c. 13. Luc. *Prov. 11. v. 2.*

12. Experientia docet, quod hoc ſemen inter dentes maſticatum acrimoniâ ſuâ ad usque cerebrum penetret, ut Plinius ſcribit, elicitque lachrymas: ità pariter in planctu & fletu, id eſt, in compunctione & contritione alicujus animæ Chriſtianæ, ſalus æterna conſiſtit: *Beati qui lugent.*

Gloſſ. ib.

13. Quando granum ſinapis contunditur, virtus ejus foras emittitur: *Dedit ſui*

Chryſo. ſer. 98. *ſui ſaporem*, inquit Chryſologus de Chriſto per hoc granum ſymbolizato, *cum teritur paſſione, ut, quidquid eſt vitale, ſuo, ſaporaret & condiret attactu: corpore teri voluit, qui ſuam noluit latere virtutem.* Ex hac confuſione, à qua ejus efficacia diffunditur S. Gregorius hoc elicit documentum: *Non contritum, lene eſt; ſi verò conteratur, inardeſcit, & quod in ſe acerrimum latebat, oſtendit*; *ſic unusquiſque vir ſanctus, cum non pulſatur, deſpiciabilis ac lenis aſpicitur, ſi qua verò illum tritura perſecutionis opprimat, mox omne quod calidum ſapit, oſtendit atque in fervorem virtutis vertitur, quidquid in illo ante deſpiciabile infirmumque videbatur.*

S. Greg. in præf. ad lib. Job. c. 2

S. Aug. ſer. 81. in append. 14. S. Auguſtinus obſervat, quòd ſinapi etiam pro ciborum condimento deſerviat: *Cujus etiam ſemen in cibum homines, hyemis præcipuè tempore, magna pro ſuavitate percipiunt, quatenus repellant frigora humores egerant, viſcerum interna calefaciant.* Quærit S. Propheta Job: *Poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum? aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum adfert mortem?* quaſi dicat: Quonam modo alicui jejuniorum, ciciliorum, vigiliarum, diſciplinarum, cunctorumque aliorum rigorum, vitam abbreviantium, auſteritas placere poterit? vel quem guſtum habere poterit in abnegationis propriæ humilitatis, & mortificationis actibus? Et tamen ſi hæc omnino cum hujus grani contuſi condimento, id eſt, eorum, quæ Chriſtus pro nobis paſſus fuit, ſeriâ meditatione, corpori noſtro applicata fuerint, omnia dulcia & ſuavitate plena eſſe videbuntur: *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem, ut ne fatigemini animis veſtris deficientes.* Adhæc dici poteſt omnia opera noſtra ex viva memoria & præſentia Chriſti condienda eſſe, juxta illud Apoſtoli conſilium: *Sive ergo manducatis ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

Job. 6. v. 6.

Hebr. 12. v. 3.

1. Cor. 10. v. 31.

S. Aug. ſer. 81. in append. 15. Semen iſtud magnum in ſe calorem continet. Unde S. Auguſtinus ait: *Cibum ſtammei ſaporis exhalat, & tanto fervoris calore ſuccenditur, ut mirum ſit in tam frivolis tantum ignem fuiſſe concluſum.* Hic autem calor virtutem denotat charitatis, quæ ſola ſufficit, ut nos Regni cœlorum poſſeſſores efficiat: *Eſt vaporativum*, inquit de hoc grano Albertus Magnus, *per ſpiritus charitatem, quia ſpirat ſpiritum vitæ; Spiritu ferventes*, inquit Apoſtolus, & paulo ante dixerat: *Sollicitudine non pigri*, ſiquidem tepiditas & deſideria in via Dei, reprobationis ſignum eſt, ſicut fervor charitatis & dilectionis cœleſtis, ſignum eſt prædeſtinationis.

Alb. M. ib.

Rom. 12. v. 11.

16. S. Auguſtinus alias ſinapis proprietates enumerat: *Sæpe etiam ex hoc capiti adhibent medicinam ut ſi quid invalidum, ſi quid ægrotum fuerit, ſinapis igne curetur*, unde fidei effectus ſpirituales & myſticos adſcribit: *Ergo granum ſinapis membrorum viſcera calefacit, fidei autem vigor cordium peccata comburit; ſinapis granum humorem decoquit corporum; fides autem libidinum fluenta conſumit.* Idem quoque Albertus Magnus ſcribit, dum ait: *Eſt diſſolutivum concupiſcentiarum.* Plinius lib. 20. cap. 22. ait: *Eſt ſtomacho utiliſſimum contra omnia vitia.*

S. Aug. ib.

Alb. M. ib.

Quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo.

17. Obſervandum, quod granum iſtud prius ab agricola in manus ſumptum fuerit, & poſtea ab eodem fuerit in agro ſeminatum: ut per hoc innuatur, quòd, cum per granum iſtud fides noſtra denotetur, vel etiam prædicatio Evangelii, aut veritatum æternarum notitia, neceſſum ſemper ſit, ut hæc omnia cum operibus conjuncta ſint, utpote, quæ correſpondere debent ei, quod creditur, vel docetur; ſiquidem *fides ſine operibus mortua eſt*; Non ſufficit enim veritates fidei intelligere, credere, & cognoſcere, niſi etiam per longum temporis ſpatium ſeriâ quâdam meditatione mediante, altas in corde noſtro radices agant. *Niſi granum fundamenti mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Et ideo priusquam granum iſtud germinet & fructum afferat, opus eſt, ut prius aliquamdiu ſub terra conſiſtat; Hæc etenim eſt cauſa unica, cur tot animæ fructus, culturæ & ſemini, quod agricola ſuper ipſas ſparſit, correſpondentes minimè producant, quia Evangelicas veritates non meditantur: *Deſolatione deſolata eſt univerſa terra, quia nō eſt, qui recogitet corde.* Quod ſi Chriſtianum aliquem interrogaveris, an im-

Joan. 12. v. 24.

Jerm. 12. v. 11.

immortalitatem animæ, gaudiorum & pœnarum æternitatem, futurum denique finale judicium, &c. firmiter credat; affirmativè utique ad hæc omnia respondebit; quænam verò causa est, quòd haud secus ac si illa non crederet, vivat & moriatur? nimirum, quia hoc sinapis granum in agro mentis & cordis sui satis profundè non recipit illud ipsum meditando, & ruminando. Unde S. Hieronymus verba illa *in agro suo*, ita explicat, *id est, in semetipso, & in corde suo. Quis est iste, qui seminat, nisi sensus noster & animus, qui suscipiens granum prædicationis, & fovens sementem, humorem fidei facit in agro pectoris sui pullulare.* Albertus Magnus per agrum, in quo seminatur, hoc sacrum orationis & meditationis exercitium intelligit, dum ait: *Ager cordis notat optimam exercitationem per disciplinam.*

S. Hier. in Matt.

Alb. M. ibid.

Versus 32.

Quod minimum quidem est omnibus seminibus, cùm autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus.

Jansen. c. 52. conc.

1. Jansenius advertit, quòd semen istud non dicatur minimum comparativè ad omne aliud, quoad quantitatem, sed quoad proportionem, quia per respectum ad arborem, quam producit, est minus omnibus. *Minus est omnibus aliis, si id, quod ex eo producitur, conferatur cum his, quæ ex aliis producuntur.*

Ps. 21. v. 7. Phil. 2. v. 7. Alb. M. ibid. Salmer. to. 7. tr. 8.

2. Si per sinapi Christus intelligatur, *minimum quidem est omnibus, siquidem ipse met de se dixit: Ego autem sum vermis, & non homo. Exinanivit semetipsum formam servi accipiens.* Albertus Magnus ait: *Ista minoritas significat humilitatem, quæ est in cruce Salvatoris.* Salmeron ad eandem humilitatem alludens scribit: *Dicitur etiam minimum verbum Dei, ratione eorum, quæ tradit de Christo conputo, flagellato, & mortui crucis addicto, quæ humanæ rationi scandalum & stultitia videntur.*

S. Thom. in Cat.

3. S. Thomas de prædicatione Evangelii interpretatur, quæ in cortice & apparentia externa omnibus aliis scientiis, & Philosophorum, antiquorumque Oratorum doctrinis inferior esse videtur. *Ad primam quidem doctrinam, fidem non habet veritatis, hominem Deum, Deum mortuum, & scandalum crucis prædicans.* Cajetanus ait: *Nihil minus, nihil abjectius hoc dogmate est, sed idem maxime virtutis in vegetatione Ecclesiæ velut arbor inter olera apparet.* S. Hieronymus dixi ante ipsum scripsit, & subjungit: *Confer hujusmodi doctrinam dogmatibus Philosophorum, & libris eorum, & splendori eloquentiæ, & comparationi sermonum, & videbis quantò minor sit cæteris seminibus sementis Evangelii.* Eodem quoque modo S. Anselmus scribit: *Quid enim stultius sapientibus hujus mundi æstimabatur, quàm in occisum & sepultum credere, visibilia contemnere, & invisibilibus inhiare.*

Cajet. ib. S. Hier. ibid. S. Anſel. ib.

4. Chrysostomus quidem etiam per granum sinapis prædicationem Evangelicam intelligit, ex alio tamen respectu granum illud minimum fuisse interpretatur. *Quia discipuli universis erant imbecilliores.* Quem sensum Chrysostomi Salmeron hisce verbis declarat: *Minimum existet, si ad eos, qui illud prædicârunt, id est, piscatores sutores & telonarios, oculos conficiam, nihil habet splendoris & eloquentiæ humanæ, unde & simplici sermone ac ex media plebe de promptо.*

Chryſo. in Cat. Salm. ib.

5. Paulus de Palatio semen hoc minimum denominari posse existimat, quia in iis, qui illud velut terra bona receperunt, humilitatem profundam, suique ipsius contemptum inserit: *Quia profundam humilitatem amplectuntur, & hæc est virtus hujus sinapis, honores fugere, humilitatem amare.* Quod idem monitum cælestis ille agricola sæpenumerò inculcare solebat, dicens: *Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Matt. 18. v. 3.

Paul. de Pal. in Matth.

Cùm autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor.

6. Didacus Stella in hoc grano considerat, quòd cùm vile & contemptibile sit, subtus terram tamen conjectum adeò excrescit, ut in ramos varios sese extendat, in quibus volucres cœli habitare possunt: unde sequens elicit morale documentum: *Admonet locus iste, ne contemnamus parvulos & pauperes, quos videmus, quamvis nobis ignoti sint, & in oculis mundi parvi videantur;*

Did. Stell. in cap. 13. Luc.

tur; granum ſinapis parvum eſt, tamen creſcit in arborem magnam, & qui modo humiles ſunt, forſitan ſunt à Deo prædeſtinati ad magnum gloriæ culmen. David deſpicabilis inter omnes fratres ſuos erat, & tamen Deo complacuit, ipſum à pecorum cuſtodia ſubreptum, in tantum tamque glorioſum Iſraëlis Regem evehere. Quis Moyſen alicujus æſtimaſſet, quando in Madian ovium paſtorem agebat? Quis Joſephum reſpexiſſet in caverna latitantem, in domo Putipharis ſervum, ac demum inter carceris compedes & vincula arctè captivum?

7. Eccleſia Dei humilia & vilia principia habuit, unde Apoſtolus illam ſuo tem-
1.Cor.4. v.13. pore *omnium peripſema* appellabat; ſectatores illius deriſionibus, perſecutionibus & diris ſuppliciis infeſtabantur, doctrina Evangelica à multis philoſophis, hæreticis cunctisque aliis perſecutoribus impugnabatur, & tamen quantum ejus honor & exiſtimatio, etiam apud mundi magnates, excrevit, præcipuè Conſtantini Magni tempore! Unde ab illo tempore ſummi Pontifices glorioſè exaltati fuêre, qui anteà in cryptis & terræ cavernis reconditi latitabant, &c.

8. Quodſi hæc ſinapis ſimilitudo prædicationi Evangelicæ applicetur, dici poteſt
S.Thom. in Matt. *major omnibus oleribus. Quia*, ut S. Thomas ſcribit: *doctrina Evangelica magis fructificavit, quem doctrina legis;* quidem hæc non niſi in Judæa in populo Hebræorum
Pſ. 147. v. 20. fructum fecit; unde & David dicit: *Non fecit taliter omni nationi.* Nullus unquam inveniri potuiſſet Philoſophus, qui ad ejus doctrinam totam ſuam patriam attrahere potuiſſet, inquit S. Doctor: nam ſi Plato, qui tantam ſibi apud omnes fidem comparârat, divinum aliquod numen in hunc mundum viſibiliter aliquando venturum eſſe affirmaſſet, quis ei crediturus fuiſſet? Unde concludit progreſſum & profectum prædicationis & doctrinæ Eccleſiæ, incomparabiliter doctrinâ legis majorem fuiſſe *in ſoliditate & generalitate, in utilitate.* Porrò aliæ doctrinæ à rationibus & argumentis dependent: at verò hæc ab æterna
Luc. Burg. ib. & divina revelatione. Lucas Burg. de hoc grano Evangelico ſcribit: *Inter omnia genera doctrinarum, quæ ſunt in mundo, minimum eſt, minimum habet ſplendoris & commendationis, ſive à naturali ratione, ſive ab hominum conſuetudine, ſive à magiſtrorum eloquentia, ſive ab authoritate, imo abhorret ab inſito hominibus judicio.* Hi, qui hoc ſemen ab initio ſeminârunt, idiotæ fuerunt, nudi, remis duntaxat tractandis aſſueti, pauperes, hominum ludibrio expoſiti. Id quod prædicabant, in eo conſiſtebat, quod Deus inter duos latrones fit crucifixus, & alia dogmata rationi & ſenſui totaliter repugnantia; qualia ſunt unitas eſſentiæ in tribus divinis perſonis, adeòque quod tres perſonæ divinæ ſint unus Deus; Incarnatio Verbi, Sacramenta, & tot alii ineffabiles articuli, myſteriaque imperceptibilia paupertas Evangelica, mundi, honorum, divitiarum, voluptatumque contemptus, jejuniorum & mortificationum continuus uſus, & abnegatio ſuiipſius: & tamen non obſtante doctrinæ illius difficultate, hæc doctrina Evangelica adeo progreſſa eſt, ut *in omnem terram exierit ſonus eorum; cætera omnia doctrinarum genera, quæ hactenus in mundo viguerunt, celebritate, ſoliditate, firmitate, æternitateque ſuperavit.*

Et fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus.

9. Dionyſius Carthuſianus per aves, quæ in hiſce ramis nidificârunt, Principes, Reges & Imperatores intelligit: *Principes vel Magnates hujus ſæculi ad fidem converſi,* Lyranus per ramos hujus arboris, Sanctos intelligens, de iisdem ſcripſit: *Fuerunt puſilli in humilitate, ſed magni ſcientiâ & virtute, & ideo ſic divinitus exaltati, quòd volucres, id eſt, Principes hujus mundi alta petentes habitabant in ramis eorum, id eſt, regebantur per eorum conſilium.* *Dionyſ. Carth. in Matt.*

10. S. Auguſtinus per ramos, ſanctos Apoſtolos & Martyres intelligit: *Ramus eſt Petrus, ramus eſt Paulus, ramus eſt Laurentius, rami ſunt omnes Apoſtoli vel Martyres Salvatoris, ad quos ſi quis ſe fortiter tenere voluerit, fluctibus ſæculi minimè mergitur; quin potius ſub umbra illorum latitans, gehennæ non patietur ardorem.* *S. Aug. ſerm. 33. de Sanctis.*

11. Hugo Cardinalis varietatem dogmatum fidei noſtræ intelligit: *Rami diverſitates dogmatum.* *Hugo Card.*

12. Sal-

Salmer. to.7.tr. 8.

12. Salmeron per aves in ramis habitantes, Philoſophos & omnes alios ſapientes gentiles ad fidem converſos intelligit: *Homines magni & excelſis ingeniis præditi, ut Philoſophi multi & Oratores, qui ad fidem converſi ſunt, qui ſub umbra doctrinæ Apoſtolicæ requiem captárunt & ſolatium.* Tales fuiſſe dicit clementes Alexandrinum & Romanum, Dionyſium Areopagitam, S. Auguſtinum, S. Cyprianum, & alios ſimiles. Per ramos autem intelligendos eſſe cenſet religionis Catholicæ articulos. *In articulis fidei, volucres cœli nidificaverunt; nam in Trinitatis myſterio, & cæteris incarnationis, prædicationis, mortis reſurrectionis & aſcenſionis ſacramentis, magna & crudeliſſima ingenia, tanquam in umbra conſolationem otiumque captárunt.*

Dio. Cart. ib. Cajet. ib. S. Anſ. ib.

13. Per has quòque cœli volucres Dionyſius Carthuſianus animas contemplativas intelligendas eſſe dicit: *Volucres cœli, id eſt, animæ contemplantes cœleſtia.* Cajetanus ait: *Homines cœleſtis deſiderii, cœleſtis mentis, in iis quæ ſunt Eccleſiæ.* S. Anſelmus per hoſce ramos, fidei noſtræ dogmata accipit. *In quibus habitant volucres cœli, id eſt, animæ fidelium delectantur & paſcuntur, quæ pennis virtutum ad cœleſtia volant. Unde dictum eſt: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam?*

S. Bonav. in c. 3. Luc.

14. S. Bonaventura in Lucam ſimiliter per hæc volatilia homines ſpirituales intelligit: *Per volucres cœli intelliguntur viri ſpirituales, per ramos arboris intelliguntur documenta virtutis, procedentia ex ore ſapientis.*

Verſus 33.

Aliam parabolam locutus eſt eis: Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.

Aliam parabolam locutus eſt eis: Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier.

Ioan. 10.v.9.

1. Chriſtus Dominus noſter (qui ſe cœli oſtium eſſe dixit: *Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſalvabitur*) in hoc Evangelio binis parabolis, regnum cœlorum binis diverſis rebus aſſimilavit; videlicet primò grano ſynapis, quod homo in agro ſeminat. Secundò mulieri, quæ fermentum pro pane coquendo præparat. Chryſologus autem illius nobis myſterium hiſce verbis explicat: *Bonus Dominus amator ſuorum Chriſtus, regni ſui ſimilitudinem iterat, variat comparationes quas non de occulto ſumit non captat de cœleſtibus, ſed profert de quotidiano uſu, de communi converſatione proponit, ut ad omne genus hominum perveniat, quod eſt omnibus profuturum.* Hinc eſt, quòd unum idemque regnum nunc negotiatori aſſimilet quærenti margaritas; nunc paſtori gregem ſuum paſcenti; mox homini nuptias inſtituenti; paulò poſt Regi in convivium apparenti; denique reti ex omni genere piſcium pleno, ut hinc intelligatur regnum iſtud omni ſtatui, vocationi & conditioni hominum eſſe præparatum; ipſemet enim apertè ait: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* *Chryſol. ſer. 99* *Ioan. 14.v.2.*

Serm. 98.

2. Idem Chryſologus ſermone præcedenti, dum ſe ad illa verba, à S. Luca priuſquam haſce duas parabolas proponeret, relata reflecteret, nimirum: *Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnum Dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Simile eſt grano ſinapis,* &c. *Et iterum dixit: Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? Simile eſt fermento,* &c. Poſtquam inquam, ad illa præfatus S. Doctor ſe reflexiſſet, exclamat; & meritò: *Grano ſinapis tot a regni cœleſtis comparata eſt magnitudo, & quid eſt, quod poteſtatem tantam ſic parva ſic minima, imò minimorum minima ſimilitudo concludit?* Conſiderat inſuper, quòd increata illa æterni Patris Sapientia, *ſolus verbum, ſcientiæ fons, dicendi flumen, qui omnium corda ridat, ſenſus aperit, ingenium dilatat, in inveniendo ſimilitudine nunc laborat?* ſiquidem ex ipſo, quod dicit: *Cui ſimile eſt? cui ſimile æſtimabo? quaſi quærentis indicat & producit affectum.* Verum enimverò, vide quæſo, in quamnam tandem ſimilitudinem hæc inquiſitio terminet: nimirum in ſimilitudines à quodam grano ſinapis, & à modica fermenti particula deſumptas, idq; in eum ſolum finem, ut nos edoceret, quanta cum fallacitate unuſquiſque ſibi regnum iſtud acquirere poſſit. Et quidem ſi fortè id faciendi viam & methodum ignoremus, Chryſoſtomus in perſona Chriſti, nos alloquitur, & dicit: *Pretium non appone, ne objicias inopiam; quanti potes,* *Luc. 13. v.18 19.* *Chryſ. ho. 57. ad pop.*

tanti eme. Habes obulum? eme cœlum. Non habes obulum? da calicem aquæ frigidæ, da panem & accipe paradiſum.

Didac. Stell. in c. 13. Luc

3. Didacus Stella bene obſervat, hanc parabolam in eundem cum prima finem collimare: *Tamen quia Chriſtus cupiebat, ut omnes utilitatem caperent ex ejus doctrina, & ab omnibus intelligi volebat, ſimilitudines duplicabat.* Ecce tibi optimum pro illis documentum, quî fidelibus verbum Dei miniſtrant, ut ſcilicet omnium auditorum ſuorum ſeſe accommodent, & condeſcendant capacitati, talia eisdem exempla & ſimilitudines proponendo, quibus ſe ab omnibus, quantumvis idiotis & ignorantibus intelligi faciant. Porrò ſimilitudinem, quam ab agricultura deſumit, inquit idem Stella, miles non intelligit aliam, quam fortè ab arte militari deſumptam proponeret, ſubulcus non perciperet; ne igitur id, quod docere volebat, in parabola de grano ſinapis, imperitæ quoque & inexpertæ mulieres intelligere non poſſent, aliam de fermento farinæ deſumptam ſimilitudinem, quam & ipſæ capere poterant, adducit in medium.

S. Hier. in Matt.

4. S. Hieronymus ait: *Diverſus eſt hominum ſtomachus, alii amaris, alii dulcibus, alii auſterioribus, alii ſenibus delectantur cibis; proponit itaque Dominus diverſas parabolas, ut juxta vulnerum varietates & medicina diverſa ſit.*

S. Amb. ſerm. 5.

5. S. Ambroſius ex eo, quòd Chriſtus granum ſe frumenti appellat, hanc deducit conſequentiam: *Ergo ſi triticum Dominus, & Dominus eſt fermentum, quia fermentum non niſi de tritico fieri ſolet; rectè ergo fermento Dominus comparatur, qui cum eſſet ſpecie homo, humilitate parvus, imbecillitate dejectus, tanta intrinſecus ſapientiæ virtute pollebat, ut doctrinam ipſius mundus ipſe vix caperet, qui, cùm ſe cœpit per totum orbem divinitatis vigore diffundere, ſtatim in omne hominum genus in ſubſtantiam ſuam ſui poteſtate protraxit, ut & oleum Spiritûs ſui ſancti infunderet omnibus, hoc eſt, Chriſtianos cunctos faceret eſſe quod eſt Chriſtus.* Fermentum toti maſſæ farinæ perfectionem adſciſcit; Chriſtus totam quoque humanam naturam perfecit: fermentum maſſæ adfert calorem: & Chriſtus pariter de ſe

Luc. 12. v. 49.

proteſtatur: *Ignem veni mittere in terram*; fermentum ad ſuum temperamentum totam farinam reducit: Chriſtus ad ſe univerſum mundum traxit: *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*; illud ſaporem habet acerboſum: myſticum hoc fermentum pariter in monte Calvariæ aceto fuit potatum.

Joa. 12. v. 32.

Theoph. in Matt. Dionyſ. Carth. in Matt. Euthy.

6. Theophylactus ſcribit: *Aliqui per fermentum intelligunt prædicationem.* Dionyſius Carthuſianus dicit: Fermentum eſt *Evangelicæ legis doctrina.* Et Euthymius ait: *Fermento comparatur ſermo fidei*; cujus hanc reddit rationem, quia ſicut parva particula fermenti ſibi attrahit & unit univerſam maſſam farinæ, eamque in ſpeciem diſtinctam ab ea, in qua antecedenter erat, convertit: *Cùmque farina ſit mortua eam quòdammodo vivificat, ac vim habens activam, ſurſum aſcendere facit: ita fidei ſermo, cùm quantitate ſit modicus, in multorum hominum animabus occultatus per doctrinam, omnes in unum unit Eccleſiæ corpus, ac in alteram converſationis ſpeciem tranſmutat, cumque mortui ſint, ad opera virtutis vivificat, & ſurſum aſcendere facit ad cœlum.*

Theoph. ib.

7. Idem Theophylactus *fermentum dicit Apoſtolos.* Cajetanus notat, quòd Chriſtus collegium Apoſtolicum puſillum gregem appellet: *Puſillus grex*; & tamen idem totum mundum evangelicâ prædicatione fermentavit ad eum modum, quo fermentum omnes maſſæ partes penetrat: *Sic Chriſti diſcipuli, prima regni cœlorum membra, ſpiritu penetrârunt corda hominum, crudaque ac acerba ad maturitatem & ſaporem cœleſtis vitæ promoverunt. Sic fermentum cùm parvum ſit* (ſunt verba Theophylacti) *totam farinam in ſe transfert, ſic & vos totum mundum transformabitis, etſi pauciſitis.* Id quod diu antè Chryſoſtomus docuerat, qui obſervationem quandam admiratione dignam ſubjungit, dicens: *Si duodecim homines totam penè farinam orbis fermentârunt, diligenter animo verſa, quæſo, quanta ſit noſtra malignitas atque ignavia, qui cùm jam innumeriſimus, has gentium reliquias convertere non poſſumus, qui vel mille mundis ſatisfacere deberemus.* Idem quòq; per fermenti ſimilitudinem verbum Dei denotari exiſtimat, ſicut enim hoc in maximo farinæ cumulo non perditur: *Imò in naturam ſuam farinam transmutat, pariter in prædicatione*

Chryſo. ho. 47. in Matt.

hac

hæc Evangelii fiet; ſiquidem verbum Dei hanc in ſe virtutem habet, ut ad ſe corda & mentes hominum efficaciter convertat.

S.Bon. in c.13. Luc. 8. S. Bonaventura in fermento iſto fervorem ſpiritus intelligendum eſſe exiſtimat: *Aliquando per fermentum intelligitur fervor & dilectio; ſic hic, quia fermentum paſtum calefacit, & quendam ei fervorem inducit, quaſi ab occulto & interiori, unde non incongruè fermentum eſt charitas.*

Salmer. Salmeron ethymologiam hujus vocis *fermentum* obſervat, indeque eandem ferè cum S. Bonaventura doctrinam deducit, dicit enim: *Fermentum à fovendo dicitur, ob calorem & fervorem.*

Alb.M. in c.13. Luc. Albertus M. advertit, quòd fermentum maſſam extendat & dilatet, totamque adimpleat: *Impletivum eſt fermentum, quia totam maſſam impletita, quod nihil ſui invenitur, quod paſtum non impleverit, & ideo nihil fermenti in aliqua parte panis invenitur: ſic charitas ſpiritu ſuo replet, & extrudit receptibilitatem aliorum, quia ſicut dicit Bernardus: Non eſt quo ſe ingerat vanitas, ubi tamen replevit charitas.* Item ſicut maſſa panis non habet ſaporem, nec qualitatem panis ſine fermento: eodem modo nulla virtus, nullum opus bonum, habet meritum vitæ æternæ ſine charitate & amore Dei: *Fermento levatur & allevatur paſta & panis,* *Alb.M.* inquit Albertus Magnus & *ſic facit Charitas, quæ levat cor, & elevat in cœlum.*

Euthy. 9. Euthymius in hac parabola unionem & concordiam Eccleſiæ agnoſcit, quia fermenti proprium eſt, totam ſibi farinam unire: *Totam farinam in unum ſimul corpus unit.* Hæc unio, hæc fidelium congregatio in Eccleſia conſpicitur; omnes etenim fideles, unum caput & unum Paſtorem agnoſcunt, eandem profitentur legem, in fide eorundem dogmatum concordes exiſtunt, eodem Euchariſtico pane aluntur, ab eiſdem Sacramentis vivificantur. Unde de Eccleſia dicimus in ſymbolo, quòd habeat *Sanctorum communionem.*

S.Ambr. ſerm.5. 10. De hac autem muliere, cujus in parabola fuit mentio, S. Ambroſius in ſenſu allegorico ita ſcribit: *Mulier, quæ dicitur abſcondere in farina fermentum, quæ eſt, niſi ſancta Eccleſia, quæ quotidie doctrinam Chriſti in cordibus noſtris conatur abſcondere?* S. Hieronymus dicit: *Vel prædicatio mihi videtur Apoſtolica, vel Eccleſia*; quonam verò modo mulier hæc fermentum iſtud tractet, ita demum declarat: *Hæc tollit fermentum, notitiam ſcilicet & intelligentiam Scripturarum, & abſcondit illud in farinæ ſatis tribus, ut ſpiritus, anima & corpus in unum redacta, non diſcrepent inter ſe.*

S.Hier. in Matt.

Cajetanus quidem etiam per hanc mulierem Eccleſiam intelligit, ſed in diverſo ſenſu: *Infirmus ſexus, impotentiam ſæcularem notat Eccleſiæ primitivæ.* Dionyſius Carthuſianus præter Eccleſiam, diligentiam quòque prædicatorum Evangelicorum per hanc mulierem intelligendam eſſe exiſtimat: *Prædicatorum diligentia.*

Cajet. ib. *Dio. Cart. ib.*

11. S. Anſelmus dicit: *Mulier eſt ſapientia Dei, quæ abſcondit in nobis fermentum, id eſt, fervorem charitatis, gratiam ſuam in nobis reponit, quo corda noſtra fermentantur, id eſt, ad amorem Dei accenduntur.* Hugo Cardinalis ait: *Mulier, id eſt, divina ſapientia, vel gratia.*

S.Anſ. ib. *Hugo Car. ib.*

12. Chryſologus autem veriſimile eſſe exiſtimat, omnes auditores quando increatam illam ſapientiam, ut habetur Lucæ capite 13. audiêre interrogantem: *Cui ſimile æſtimabo regnum Dei?* ſuſpenſos ſtetiſſe. *Sic dicendo apponit animos auditorum & attonitos reddidit ſtupore totos, quid regno Dei, quid imperio divino valeat comparari?* Sed ecce quonam demum hæc humilitudo regni cœlorum terminetur: *Atque illis mente per multa & magna pervagantibus, cœli Dominus in hoſpitio pauperis, in manu panicoctariæ mulieris, regni ſui invenit & formavit exemplum.* In Evangelio ſancti Lucæ Salvator noſter illos, qui oblationes ſuas in gazophilacio reponebant, obſervaſſe ſcribitur: *Vidit autem & quandam viduam pauperculam, mittentem æra minuta duo, & dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus, quàm omnes, miſit.* Sæpè contingit, quod major devotio, major charitas, compaſſio, majorque in virtute ſoliditas inveniatur in paupercula aliqua muliere, coram mundi oculis abjecta & contempta, quàm in aliis perſonis ſecundùm apparentiam exteriorem, magnam exemplaritatem & perfectionem præferentibus.

Chryſol. ſerm. 99. *Luc. 21. v.2.*

13. Idem Chryſologus aliam inſuper obſervationem adfert: *Vir in agro, ſinapis arbo-*

Chryſol. ib.

arborem ſerit, domi mulier fermentum procurat, & panes præparat, quia virum foris exſpectat labor, intus mulierem domeſtica cura conſtringit; Deus etenim unumquemque ſecundùm proprium ſtatum & vocationem vult operari. Unde Propheta regius ſcribit: *Quis eſt homo, qui timet Dominum? legem ſtatuit ei in via quam elegit; anima ejus in bonis demonſtrabitur.*

Pſ. 24. v. 12.

Abſcondit in farinæ ſatis tribus.

14. Cajetanus verbum *abſcondit*, conſiderans ſcribit: *Vilitas, paupertas, abjectuſq; ſtatus diſcipulorum Chriſti abſcondebat cæleſte in illis regnum.* Quis ſecundùm oculorum obtutum res arbitrari volens, unquam credidiſſet, quòd regnum hoc in illis adeo pauperibus nudisque piſcatoribus abſconditum lateret? *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum;* in ipſis quòque Eccleſiæ regnum fundatum fuit: *Eccleſiarum Principes.*

Luc. 12. v. 32.

15. Ad hæc dicere poſſumus, hoc fidei & religionis Chriſtianæ fermentum multo tempore fuiſſe in cryptis & catacumbis, ob timorem perſecutionum abſconditum, quamvis ex iiſdem vel maximos protulerit fructus, maximèque fuerit dilatatum.

16. Gloſſa haſce farinæ menſuras hoc modo explicat: *Satum eſt genus menſuræ juxta morem Paleſtinorum, modicum & dimidium capiens*; cujus menſuræ ſenſus myſtici varii aſſignantur.

Gloſſ. ib.

17. Circa farinam S. Bonaventura dicit: *Farina ſunt fideles, qui teruntur inter duas molas, ſuperiorem ſcilicet & inferiorem, timorem videlicet & ſpem.*

S. Bon. in c. 13. Luc.

18. Gloſſa per hanc mulierem, Eccleſiam intelligens ſcribit: *Fidem hominum in farinæ tribus ſatis mittet, credulitati Patris, & Filii & Spiritûs ſancti, cumque in unum fuerit fermentatum, non nos ad triplicem Deum, ſed unius Deitatis notitiam perduxit.*

Gloſſ. ib.

19. S. Bonaventura conſiderans, quòd per hoc fermentum, quod magnum in ſe calorem continet, charitas ſymbolizetur, ita ſcribit: *Tamdiu charitas in mente abſcondita creſcere debet, donec mentem totam in ſui perfectionem commutet, ut nihil præter Deum diligat.* Tandem verò idem Seraphicus Doctor ad trium illarum menſurarum myſterium declarandum deſcendens ait *Per tria ſata intelliguntur tres modi diligendi Deum, ſcilicet ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente.* Quam eandem explicandi rationem ſequuntur S. Anſelmus & S. Auguſtinus *de quæſtionibus Evangelicis lib. 1. quæſt. 12.*

S. Bon. loc. cit.

20. Albertus Magnus ait: *Tria ſata ſunt tres ſtatus hominum*, quod in Noë, Daniele, & Jobo exemplificat, *hoc eſt Prælati, contemplativi, & pœnitentes.* Cui prorſus ſimilem obſervationem Sanctus Bonaventura adducit, dum ait: *Tria ſata ſunt tres differentiæ fidelium, in quibus Dei ſapientia dilectionem abſcondit in via, ſcilicet boni Prælati, boni contemplativi, & boni activi.* Gloſſa per tres haſce menſuras fructum notat trigeſimum, ſexageſimum, & centeſimum, id eſt, conjugatorum continentium, & virginum.

Alb. M. in c. 13. Luc. S. Bonav in Luc. Gloſſ. ord. ib.

21. Paſchaſius dicit: *Quidam referunt, has tres menſuras ad ſpiritum & animam, & corpus pertinere debere, ita ut hæc tria in unum redacta, per prædicationem verbi non diſcrepent inter ſe, ſed totus & integer homo fiat nova conſperſio in Chriſto.* S. Hieronymus poſtquam expoſitionem quandam attulit, parum Paſchaſianæ diſſimilem, demum Platonis aliorumque Philoſophorum dogma fuiſſe aſſerit, tres in anima noſtra reperiri appetitus, ſcilicet rationalem, iraſcibilem, & concupiſcibilem; & quidem Plato exiſtimat, quòd rationalis in cerebro, ita in felle, & concupiſcibilis in hepate conſiſtat & reſideat; ſubjungit igitur S. Hieronymus: *Et nos ſi acceperimus fermentum Evangelicum ſacrarum ſcripturarum, tres humanæ animæ paſſiones in unum redigentur, ut in ratione poſſideamus prudentiam, in ira odium contra vitia, in deſiderio cupiditatem virtutum & hoc totum fiet per doctrinam Evangelicam, quam nobis mater Eccleſia præſtitit.*

S. Paſch. lib. 5. in Matt. S. Hier. ib.

Donec fermentatum eſt totum.

22. Lucas Burg. hiſce verbis hanc adhibet declarationem: ſicut in modica maſſa fermenti efficacia quædam reperitur, magnam in ſe farinæ quantitatem alterandi & con-

Luc. Bur. ib.

convertendi, & ſemetipſum in eam inſinuandi, eamque in ſuam transmutandi ſubſtantiam: *Ita humile Evangelium meum univerſum terrarum orbem, cui prædicabitur alterabit, & in ſuam trahet naturam.* Id quod verùm fuiſſe viſum eſt, quando Apoſtoli, qui pauci numero erant, & parum, vel nihil à mundo cognoſcebantur, totum nihilominus mundum ad legem Evangelicam converterunt. Cajetanus notat, hiſce verbis virtutem & efficaciam exprimi Apoſtolorum: *Fermentato toto apparet clarè virtus fermenti in toto, & converſo mundo ad fidem Chriſti, apparet clarè virtus diſcipulorum Chriſti in ſalute mundi.*

Cajet. ibid.

Paul. de Pal. ib.

23. Paulus de Palatio ait: *Donec fermentatum eſt totum, ſignificatur tamdiu duraturam Evangelicam prædicationem, quamdiu per univerſum orbem Evangelium prædicetur.*

Verſus 34.

Hæc omnia locutus eſt Jeſus in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis.

Hæc omnia locutus eſt Jeſus in parabolis, &c.

S. Anſel. ibid.

1. Sanctus Anſelmus ait: *Quaſi dicat: qui prius locutus ſum per Prophetas, modo in propria perſona aperiam os meum in parabolis.*

Salmer. to. 7. tr. 1. & ſeq.

2. Salmeron de definitione, conditionibus & utilitate parabolarum diffusè tractat; dicit igitur quòd parabola *ſignificat comparationem ſeu collationem.* Et quidem tametſi parabola & ſimilitudo ſynonima eſſe videantur, nihilominus tamen ſimilitudo latius patet, parabola autem ſpecies eſt ſimilitudinis; unde dici poteſt, quòd omnis quidem parabola ſit ſimilitudo, non tamen è contrà omnis ſimilitudo ſit parabola: ſiquidem hæc in textu Evangeliorum locum non habet, niſi per perſonarum introductionem: *Nunquam ſumitur niſi inducendo perſonam ratione præditam vel negotium ratione confectum, ut comparetur ad perſonam ſpiritualem, vel ad ſpirituale & rationabile negotium.* Tandem hanc dici poſſe veram parabolæ definitionem concludit, ſi dicas: parabola eſt *rerum, ſive verarum, ſive veriſimilium, ad aliud ſignificandum appoſita & artificioſa narratio.*

3. Porro fines, ob quos incarnata Sapientia illis utebatur, omnes ſunt myſteriis pleni. S. Hieronymus ait: *Familiare eſt Syris, & maximè Paleſtinis ad omnem ſermonem ſuum parabolas jungere, ut quod per ſimplex præceptum ab auditoribus teneri non poteſt, per ſimilitudinem exemplaque teneatur.* Inter cæteras verò quas habet proprietates, hæ eminent, quòd altius in memoria impreſſæ remaneant, vehementerque delectent. Unde Salmeron idem ſcribit hiſce verbis: *Doctrina parabolis tradita, miris modis effectus noſtros concutit, voluntatemque noſtram ad quodcunque velit, permovet, per collationem ſenſibilium ad ſpiritualia.*

S. Hier. in c. 18. Matt.

Salm.

4. Lucas Burgenſis aliam reddit rationem, cur Chriſtus parabolis frequentius uſus fuerat, nimirum ut in auditoribus majus excitaret, doctrinam quam eis annuntiabat, intelligendi deſiderium. *Quibus quidem pii, & veræ diſciplinæ cupidi, diſcipuli, inquam, & ſi qui alii hujusmodi in illa turba erant, excitarentur ad inquiſitionem veritatis.* In Evangelio porrò legimus, diſcipulos ſæpius precibus apud eum egiſſe, ut illis parabolas quasdam manifeſtaret, & apertius interpretaretur, quas aliàs capere non poterant, prout in hoc eodem S. Matthæi capite legimus. Idem quoque Author inſuper dicit: *Ut in aliud tempus declarandæ veritati opportunius attenti redderentur.*

Luc. Burg. ibid.

5. S. Marcus de iisdem parabolis in Evangelio propoſitis tractans, rationem, cur Chriſtus eis uteretur, his verbis expunit: *Talibus multis parabolis loquebatur eis Verbum, prout poterant audire. Quo ſignificat,* inquit Janſen. *Dominum voluiſſe aptare ſuum ſermonem ad captum auditorum, & ob id locutum in parabolis, quod nudi ſermonis nondum eſſent capaces.* Hæc quoque fuit diſcriminis ratio, cùm proferendis ſemper comparationibus & ſimilitudinibus popularibus ſpecialem dederit operam, eaſq; ad auditorum capacitatem adaptârit, quòd verò nonnunquam non unam tantùm, ſed plures adduxerit, id ab eo factum eſt ad majorem auditorum ſatisfactionem, & ad eorum

Marc. 4. v. 33.

Janſ. c. 32. conc. Ev.

S. Hier. rum delectationem, ut inquit Hieronymus, *quasi dives Paterfamilias invitatos diversis cibis reficeret, & unusquisque secundum naturam sui stomachi varia alimenta susciperet.* Hoc quoque motivum Chrysologus hisce verbis adducit: *Chrys. ser. 99.* *Loquitur nota diviti, usitata pauperi, omnibus vitæ ipsius necessitati vernacula, quia homo in Dei vocatione quæritur, non discernitur in ejus vocatione persona.* Enimverò Apostolus à Deo Doctor gentium declaratus, neque in Areopagi Athenis, sed in cœlo empyreo inter Cherubinos edoctus fuit; siquidem *audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Et tamen idem Apostolus ad Corinthios scribens his verbis protestatur: *Cùm venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ; sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritûs & veritatis.* Multum in eo interest, ut quis se uniuscujusque capacitati accommodet; & ideò, ut bene Didacus Stella advertit: *Did. Stell. in cap. 13. Luc.* *Hac de causa Christus sæpe idem sub diversis parabolis aliquando prædicabat, quia ubi congregatio est magna populi, varia sunt officia;* ac proinde varias similitudines ac parabolas proponebat.

Salmer. 6. Salmeron præter supradictas, duas aliàs rationes tangit, nimirum *ad velanda & tegenda divina mysteria; atque ita canibus & porcis occultanda.* Hinc est, quòd Christus in parabola de seminatore, Apostolis suis dixerit: *Luc. 8. v. 11.* *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.* Alterum motivum erat, intra turbæ multitudinem multi persæpe abscondebantur maligni, qui ad eum censurandum & taxandum eo convenerant: *Ut caperent eum in sermone*; ac proinde parabolis utebatur, ad evadendum iplorum calumnias.

Versus 35.

Ut impleretur quod dictum erat per Prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.

1. Theophylactus notat, ideo S. Matthæum prophetici oraculi fecisse mentionem, per quod modus, quo Christus populos docturus erat, prædictus fuit: *Ne tu putes Christum inveniſſe novum quendam docendi modum.* *Theoph. ibid.*

2. S. Anselmus ait: *Eructabo, id est, de thesauro secreti mei emittam in prædicatione mea mysteria, quæ abscondita erant à constitutione mundi.* *S. Anſel.*

3. Theophylactus scribit, Evangelistam hisce verbis innuere voluisse, Christum revelaturum nobis esse mysteria cælestia: *Mysteria quæ in cælis sunt.* Sanctus Paschasius in probationem propositionis hujus Evangelicæ sequenti textu utitur: *Inclinate aurem vestram in verba oris mei, aperiam in parabolis os meum; non enim ait: erigite, sed inclinate humiliter aurem vestram ut intus, quod sonat, non sono vocis, sed auditu mentis, sacramentum divini verbi intelligatur, quod absconditum fuit ab initio sæculi, & præfiguratum in Scripturis sacris.* *Theoph.* *S. Paſch lib. 5. in Matth. Pſ. 77. v. 1.*

* * *

DO-

DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Matthæi cap. 20.

Vers. 1. *Simile eſt regnum cœlorum homini Patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* 2. *Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.* 3. *Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos,* 4. *& dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod juſtum fuerit, dabo vobis; illi autem abiêrunt.* 5. *Iterum autem exiit circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimiliter.* 6. *Circa undecimam verò exiit, & invenit alios ſtantes, & dicit illis: Quid hic ſtatis totâ die otioſi?* 7. *Dicunt ei, quia nemo nos conduxit; dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Cùm ſerò autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à noviſſimis uſque ad primos.* 9. *Cùm veniſſent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios.* 10. *Venientes autem & primi arbitrati ſunt, quòd plus eſſent accepturi, acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.* 11. *Et accipientes, murmurabant adverſus Patremfamilias, dicentes:* 12. *Hi noviſſimi unâ horâ feceruut, & pares illos nobis feciſti, qui portavimus pondus diei & æſtus.* 13. *At ille reſpondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi injuriam, nonne ex denario conveniſti mecum?* 14. *Tolle quod tuum eſt, & vade; volo autem & huic noviſſimo dare, ſicut & tibi.* 15. *Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi: multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.*

Verſus 1.

Simile eſt regnum cœlorum homini Patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.

Janſen. conc. Evang. c. 101.

1. CErtum eſt, uti bene hoc loco Janſenius obſervat Chriſtum in hac parabola in regno Eccleſiæ ſuæ, Gentiles præferre voluiſſe Judæis; ſimulque innuere, quòd, qui hîc contempti & poſtremo in loco habiti ſunt, in cœlo obtenturi ſint primas ſedes, & contrà, qui hîc in pretio & æſtimatione habentur, illinc futuri ſint poſtremi. Eſtque advertendum, inquit idem Author, quòd Chriſtus hanc parabolam poſuerit, poſtquam *Gentes in regno Dei conjungendas Patriarchis, filios autem regni expellendos foras*, prædixiſſet. Porrò per ly *Regnum cœlorum, intellige ipſum in utroque ſtatu*, inquit Cajetanus, *viæ ſcilicet & termini; nam operari ſpectat ad regnum cœlorum in hac via, merces verò ad idem in termino.* *Cajet. in Matt. ibid.*

Homini patrifamilias.

2. Gloſſa dicit: *Pater iſte familias Conditor noſter eſt, qui habet vineam univerſalem Eccleſiam, quæ ab Abel uſque ad ultimum electum, qui in fine naſciturus eſt, quotquot Sanctos protulit, tot palmites miſit.* *Gloſſ. ord.* Author imperfecti hæc Chriſti verba exponens ait: *Homo paterfamilias Chriſtus eſt cui cœli & terra quaſi una eſt domus.* Porrò Cajetanus rationem reddit, cur Deus, cùm omnium creaturarum Pater ſit & Dominus, nihilominus unius duntaxat *Auth. Imp. ho. 34.* *Cajet.*

familiæ Pater nominetur: *Licèt Dominus ſit omnium, reſpectu tamen electorum Patremfamilias ſe exhibet, quoniam ſunt domeſtici Dei.*

Qui exiit.

Cajet. ib. Dionyſ. Carth. 3. Cajetanus ait: *Exire Dei eſt operari ad extra.* Dionyſius Carthuſianus dicit: *Exiit non locum mutando, ſed aliquod de novo operando, ſuamque gratiam effudendo.* Porrò ad hominem remittendum in propria perſona venire voluit: *Ego veniam & curabo eum,* non verò ad hoc ſervos ſuos miſit, licèt in Hierachiis Angelicis innumerabiles recenſeret ſervorum ſuorum myriades: *Miniſtri ejus, qui facitis voluntatem ejus.* Ecquis autem, inquit Paulus de Palatio, myſterium verbi iſtius *exiit,* pro dignitate ſufficienter explicare poterit? *Exiit Deus. Unde exit, qui omnia implet? Liceat dicere: Exiit ex ſe, ut intret in te, imo ut te convertat in ſe: ut enim Verbum exiit à Patre, & venit in mundum, ut deificet mundum; exiit inquam, quia dejecit ſe, & humiliavit ſe, ita Pater exiit velut à ſe, velut à ſua majeſtate, ut inhabitet in te.* Notandus quoque locus eſt, ad quem hic Paterfamilias exiit, nimirum in publica platearum compita: *Exiens venit in forum. Quid te ô Domine movet, ut è loco pacis, lucis, ſanctitatis, venias in locum tumultûs, in regionem umbræ mortis, in locum horroris & vaſtæ ſolitudinis?*

Paul. de Pal.

Primo mane.

4. Non exſpectat, donec operarii ad illum veniant, hi enim ad laborandum in hac vinea, nunquam ſe loco moturi eſſent, niſi adinvitarentur: *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum.* Quando nos noſtræ ſalutis omnino obliti ſomnolenti & otioſi ſtertimus, Deus nos ſummo mane & primo diluculo, ut vigilemus, & excitati, labori nos accingamus, invitat: *Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere; nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm eum credidimus.* Unde idem Deus dicit: *Ego ſto ad oſtium, & pulſo;* ab ipſis primis ætatis noſtræ annis lumen naturale, dictamen rectæ rationis, remorſum & ſyndereſin conſcientiæ noſtræ nobis imprimi: *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui Domine.* Quodſi igitur ſe quoad ſalutem promovendam adeo ſollicitum exhibet, quantò magis in nobis pigritia noſtra reprehendenda erit? Ipſe nos excitat, ipſe ad oculos ſopore plenos, luci aperiendos invitat, idque tunc vel maximè, quando noſtrî ipſius obliti, & in vitiorum lethargo ſepulti ſumus: *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.*

Joa. 6. v. 44. *Rom. 13. v. 11.* *Apoc. 3. v. 20.* *Joan. 1. v. 9.* *Pſ. 4. v. 7.* *1. Joan. 4. v. 19.*

5. Gloſſa interlinearis dicit: *Prima hora eſt ab Adam uſque ad Noë; circa horam tertiam, à Noë uſque ad Abraham; circa ſextam, ab Abraham uſque ad Moyſen; circa nonam horam, à Moyſe uſque ad adventum Dominî; circa undecimam, ab adventu Domini; usque ad finem mundi.*

Gloſſa interl.

6. Albertus Magnus per mane pueritiam intelligit; per horam tertiam, juventutem, per ſextam, virilitatem; per nonam, ſenectutem; per veſperam verò, decrepitam ætatem interpretatur. Eſtque hæc doctrina S. Hieronymi à Gloſſa citati, dicentis: *Mane intellectûs noſtri pueritia eſt: hora tertia, adoleſcentia, quia jam ſol in alium proficit, ſexta, juventus, cùm plenitudo roboris ſolidatur; nona, ſenectus, quando ſol, id eſt, calor ætatis deſcendit; undecima, decrepita ætas: in omnibus his aliqui ad bonam vitam perducuntur.*

Alb. M. ibid. *S. Hier. in Gloſſ.*

7. Ab hoc bono Patrefamilias omnes, quibus gubernandæ domûs ſollicitudo, aut cura publica incumbit, vigilare diſcant. Sancta Mater Eccleſia in quodam Invitatorio Matutini per longum tempus hiſce nos verbis invitat: *Non ſit vobis vanùm manè ſurgere ante lucem, quia promiſit Dominus coronam vigilantibus.*

Conducere operarios.

8. Nulli infert violentiam, ut laborandi causâ vineam ſuam adeat; ſiquidem Deus vult, ut per arbitrii noſtri libertatem operemur, ideoque ad divinum ſervitium ſuum non coactos, ſed ultroneos & voluntarios requirit: *Voluntariè ſacrificabo tibi*, dicebat David. Cajetanus ait: *Conducere autem Dei eſt, ſub ſpe præmii inducere homines:*

Pſ. 53. v. 8. *Cajet. ibid.*

Pſ.118. 112. *nes: Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas, propter retributionem.*

Chryſ. cit.ab. Hugo. Car. 9. Chryſoſtomus ait: *Mercenarii ſumus, mercenarius ſine opere eſſe non poteſt, opera autem noſtra, ſunt opera juſtitiæ;* quaſi diceret ſanctus Doctor: Character ille ſervorum & operariorum magni hujus Patrisfamilias non ideo nobis impreſſus eſt, ut agros, vineas, & prædia manu & aratro excolamus, tametſi idipſum ſine ejus offenſa facere poſſimus, hæc non ſunt illa opera, & labores illi, ad quos ipſe non invitat & vocat. Theophylactus hoc loco dicit: *Unumquemque conduxit ut operetur vineam, hoc eſt, animam ſuam;* ac proinde Albertus Magnus per hanc vineam Eccleſiam intelligit: *Vinea eſt Eccleſia militans, vites fideles in Eccleſia plantati.* Chryſoſtomus ſimilitudinem operariorum & mercenarionum proſequens conſiderat, quòd nullus in vineam ſub ſtipendio conducatur ad hoc, ut ibi tantùm manducet & bibat, ſed præcipuus conductionis finis ſit, ut ibi laboret: *Sic nos non ideo vocati ſumus, ut hoc ſolùm operemur, quod ad noſtrum pertineat uſum, ſed ad gloriam Dei; & ſicut mercenarius totam diem intendit circa opus modicam horam circa cibum; ſic & nos debemus omne tempus impendere circa gloriam Dei, & modicam partem circa terrenos uſus.*

Theoph. ib. Alb. M. ib.

Iob.5.v. 7. S.Greg. l.7.mor. c.6. 10. Per *operarios* illos quòque intelligere poſſumus, qui in vita præſenti laborant; ſiquidem *homo naſcitur ad laborem, & avis ad volatum.* Unde David dicebat: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.* S. Gregorius illum Jobi textum: *Homo ad laborem naſcitur, & avis ad volatum*, exponens dicit: *Quia inde mens ad ſumma volat, unde caro durius laborat.*

In vineam ſuam.

Ianſen. c.101. 11. Janſenius dicit: *Eccleſiam ſcilicet Sanctorum, quæ in Scripturis per vineam ſæpe ſignificatur; ut: Vineam de Ægipto tranſtuliſti, ejeciſti gentes, & plantaſti paſcam.* In hac vita, prout tot ſæculorum experientia nos docet, tot operarii, Confeſſores, Martyres, Virgines, Doctores, Theologi, &c. laborârunt. *Excolunt autem eam quot quot doctrina aut vitæ exemplo alios ædificant, aut ſuæ ſaltem animæ curam gerunt, ut fructum bonorum operum edant.* Idem quòque obſervationem quandam inſtituit valde præclarum, omnibuſque Chriſtianis ſcitu valde neceſſarium; dicit enim: *Notandum, quòd in vineam Domini nemo vocetur, niſi ut in ea ſit operarius; nec quiſquam in eam venire poſſit, niſi vocetur.*

Ier.2.v. 21. 12. Per vineam quòque animam noſtram intelligere poſſumus, ac proinde huic Deus apud Jeremiam dicit: *Ego plantavi in vineam electam.* Terra hujus vineæ hoc corpus noſtrum dici poteſt: vites autem potentiæ, dona, & virtutes: vinum, amor & dilectio Dei & proximi: ſeps vineam iſtam circumdans, cuſtodia eſt Angelica; ad hanc vineam excolendam multòs conduxit operarios, Prædicatores nimirum, Confeſſarios, libros ſacros & ſpirituales; porrò haſce vites cœleſtis agricola ſæpe putat ſeu præcidit ferro tribulationum & adverſitatum; eaſdem ad palum crucis ligat, per ſeriam quandam paſſionis ſuæ meditationem; foſſas quòque circa eaſdem fodit & excavat, per mortis noſtræ frequentem memoriam, eamque ab aptis & feris infernalibus defendit, ne de illa dici poſſit: *Exterminavit eam aper de ſylva.* Hic igitur Paterfamilias huic vineæ in veritate dicere poteſt: *Quid eſt, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci?* Id verò, quod immediatè ſequitur, comminatio quædam eſt, ad quam meritò quævis anima hominis omninò contremiſcat, nimirum: *An quod exſpectavi ut faceret uvas, & fecit labruſcas? Et nunc oſtendam vobis, quid ergo faciam vineæ meæ: auferam ſepem ejus, & erit in direptionem, diruam materiam ejus, & erit in conculcationem.*

Pſ.79. v.14. Iſa.5.7. 4.

Verſus 2.

Conventione autem factâ cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.

Conventione autem factâ eum operariis.

Janſen. c. 101. 1. Janſenius optimè hic conſiderat, ſolos primos cum Patrefamilias de mercede paciſci voluiſſe, alii verò omnes ad ejus ſe liberalitatem remiſerunt, hos autem *rectè intelligitur ſignificare Judæos, quos conſtat veluti mercenarios Dei ſerviiſſe;* ſiquidem in multis veteris teſtamenti locis divinæ recenſentur promiſſiones de iis pro ſervitio Deo præſtando locupletandis, bonisque terrenis liberaliter remunerandis, non verò ita Gentiles fecerunt, qui potiùs ad gratiæ Evangelicæ beneficentiam ſeſe remiſerunt, ac proinde ex beneplacito divino digni reputati fuerunt, qui in locum populi anteà electi ſubſtituerentur. Hunc eundem conceptum etiam apud Paulum de Palatio ſub hiſce verbis invenietis: *Paul. de Palatio ibid.* *Patres illi antiqui, ſi operabantur, promiſſa habebant bona terræ quæ comederent: at verò Chriſtiani, qui ultimi operarii ſunt, non propter bona terræ operantur. Adde & illud magnificum, tanta eſt vis gratiæ chriſtianæ, ut etiamſi nulla eſſet merces æterna propoſita, ad. huc Chriſtiani Deum ſuum colerent.*

Hugo Card. ibid. 2. Hugo Cardinalis per hos primos, quibuscum de mercede pactum fuit, protoparentes noſtros in ſtatu innocentiæ intelligit: *Cum Adam pepigit, cum cæteris poſt ejus lapſum non.* Cùm enim poſt ipſorum prævaricationem tota maſſa generis humani corrupta & damnata fuerit, non habet jus ad gloriam, niſi in quantum ei concedebat & donabat liberalitas divina. Demum idem Hugo ſubjungit: *Quia tantùm paratus eſt tribuere, quantum mercenarii recipere non ſperabunt.*

Lyran. ib. 3 Lyranus dicit: *Conventio iſta, eſt promiſſio vitæ æternæ pro labore.* Enimverò Deus Dominus noſter eſt, homo autem, utpote ejus creatura, ſervus, & mancipium illius, ac proinde Deus per illam proteſtantem, quam ut Dominus in mancipium & ſervum ſuum obtinet, ſervitio ipſius uti liberè potuit, & certum eſt, quòd homo nihil aliud pro ſuis obſequiis præſtitis & præſtandis prætendere poterat, præter panem & aquam, id eſt, alimenta ad miſeram hanc vitam tranſigendam neceſſaria: item efficere poterat, ut ad inſtar tot aliarum creaturarum ſenſitivarum irrationalium moreretur absque eo, quòd ei poſt mortem, æternam concederet beatitudinem, maximè quando jam innumerabiles erant ſpiritus Angelici, ejusdem beatitudinis participes, imò quando jam illum gloriæ & regni ſui participem efficere dignatus fuerat, poterat regnum illud ei dare ex ſola & mera liberalitate, non obſtante quovis ab eo præſtito aſſiduo & diligenti ſervitio, & tamen ad pacta cum ipſo venire voluit, ideoque dum ei legem ſuam obſervandam dedit, ſimul etiam in præmium illius obſervantiæ, æternam illi beatitudinem promiſit. Unde Apoſtolus eandem mercedem, ſcilicet pactam appellare non dubitavit, dum ait: *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus juſtus judex;* ideòque etiam David dicebat: *Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Deus igitur ſe debitorem noſtrum conſtituere voluit dummodo in hac Eccleſiæ ſuæ vinea fideles & indefeſſi operarii ſimus. *2. Tim. 4. v. 8.*

Ex denario diurno.

4. Lyranus ait: *Vita æterna dicitur denarius diurnus, qui eſt æquilis omnibus ex parte finis.* Sanctus Thomas obſervat, monetam illam decem ſolidos in valore intrinſeco continuiſſe, ſibique impreſſam habuiſſe Regis effigiem: indeque hoc ſequens elicit myſterium, videlicet, quòd per decem præceptorum adimpletionem cœlorum nobis regnum comparemus; item, ſicut in moneta illa, imago regia expreſſa erat, ita quoque nos, in gloria in virtute retributionis æternæ, ſimiles Deo futuri ſimus: *Cum apparuerit, ſimiles ei erimus.* *Lyran. ibid.* *S. Thom. in Matt.* *1. Joan. 3. v. 2.*

5. Verùm enimverò qua ratione gloria cœleſtis denarius diurnus appellari poterit, cùm dicta gloria per hanc monetam ſigni-

ſignificata, ſit ſempiterna, non verò diurna? Dioniſius Carthuſianus dicit: *Dicitur diurnus, quia propter eum quotidie laboratur, & quotidie ingredientibus regnum cœleſte confertur, eumque meremur in die gratiæ, & accipiemus in die gloriæ.* Memorandum quòque eſt, quòd tam ſtatus gloriæ, quàm gratiæ (quæ illius ſemen eſt) hoc nomine denarii diurni appellentur: *Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia?* de operibus in gratia factis, pariter Apoſtoli teſtimonium habemus, dicentis: *Abjiciamus opera tenebrarum, & inducamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus.*

Dio. Cart.-ib. *Pſ.83.11.* *Rom.13. v.12.& 13.*

6. Ex alio quòque reſpectu æternam beatitudinem denarium diurnum appellare poſſumus, ſiquidem hæc merces non datur, niſi qui in die hujus vitæ præſentis ſtrenuè laboraverit, quia ubi nox mortis ſupervenerit, merendi tempus amplius non erit: *Dum lucem habetis, credite in lucem.* Et Chriſtus apud Joannem ait: *Adhuc modicum lumen in vobis eſt, ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant.*

Ioan.12. 35.

Verſus 3.

Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos.

Et egreſſus circa horam tertiam.

Pual. de Pal. ib. 1. Paulus de Palatio, in variis illis hujus Patrisfamilias egreſſibus ingentem illius zelum & ſollitudiem, qua vineæ ſuæ culturæ & operariorum laboribus & induſtriæ promovendæ intentus erat, obſervat; varii enim à Chriſto patiente in amariſſima ejus paſſione egreſſus facti fuerunt: *Exiit Chriſtus mane in prætorium; horâ tertiâ ad Herodis palatium horâ ſextâ ad montem Calvarium; horâ nonâ exiit ſpiritus è vita ad lymbum; horâ undecimâ corpus ejus in ſepulchrum.*

Cajet. ib. 2. Cajetanus conſiderat, quòd, ex quo ad operarios ſufficientes in vineam ſuam mittendos, toties egreſſus fuerit, inde clare colligere poſſimus, *ſollicitudinem divinam habitam diverſis temporibus congruis ad convertendum homines.* Enimverò quòd hic Paterfamilias operarios hoſce non unâ tantùm vice, ſed diverſis temporibus vocaverit, hoc ipſum *Ex differentia mentis eorum proceſſit* (inquit Chryſoſtomus) *tunc enim eos vocavit, quando erant audituri.* Deus enim inſpirationes ſuas tempore congruo immittit, tunc nimirum, quando ad illas promptè excipiendas & exequendas, bonam in nobis diſpoſitionem conſpicit. Quod ſi Deus illum V. G. peccatorem, in medio voluptatum ſuarum exceſſu vocáſſet, repulſam utique paſſurus fuiſſet, ideo exſpectat eundem, donec in hanc vel illam capitalem infirmitatem inciderit, vel donec in his vel illis anguſtiis, V. G. in periculo vitæ, honoris & æſtimationis poſitus fuerit, &c. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt.*

Chryſ. in Gloſſ. *Pſ.15. 4.*

3. S. Fulgentius ex hac parabola hanc deducit conſequentiam, quòd videlicet propter infinitam miſericordiam divinam omnis ætas adaptetur ad pœnitentiam: *Si aliquam ætatem judicaret Dominus, converſionis remedio ineptam, non diverſis temporibus operarios vocaret ad vineam in diverſitate quippe horarum non incongruè accipitur ætatum diverſitas.*

S.Fulg. epiſt.7. ad Verant. de pœnit.c. 10.

Stantes.

4. Dionyſius Carthuſianus ait: *Stantes, id eſt, rebus temporalibus inhærentes, ſpiritualiter non proficientes.* Per hos autem Gentiles intelligit, quorum nonnullis Chriſtus in propria perſona, aliis verò mediantibus Apoſtolis & diſcipulis, prædicavit.

Dio. Cart.

5. S. Thomas de Villa-Nova, ſuper exprobrationem Apoſtolis in die aſcenſionis Salvatoris noſtri ab Angelis factam ſcribens, ait: *Quid ſtatis aſpicientes, &c. Via cœlorum patet, janua cœli aperta eſt, quid ergò ſtatis? Tanta vos gloria manet, & ſtatis? Tantum vobis præmium repoſitum eſt, & hæretis?*

S.Th.de Vill. Nov.

6. Tritum apud ſpiritualis vitæ magiſtros proverbium eſt, quòd, qui in via ſpiritus, ad majorem ſemper perfectionem non aſcendit, ſed cum illo ſtatu, in quo eſt, contentus vivit, in periculo ſit retrocedendi & deficiendi. Unde Nazianzenus optimè monet: *Cave ne unquam in via virtutum ſubſiſtas; tibi enim, qui à vitioſa via exceſſiſti, proinde eſſe puto, conſiſtere, acſi in imum vitii gurgitem labe-*

Nazian. in. ſent.

labereris. Chryſologus laudes, genitoribus Præcurſoris datas exponens, nimirum: *Incedentes in omnibus mandatis Domini,* ita ait: *Incedentes dixit, ut eos oſtenderet cucurriſſe virtutibus, non ſtetiſſe.*

In foro.

Orig. in Gloſſ. S. Hilar. ib.

7. Origenes ait: *Forum autem eſt, quidquid extra vineam eſt, id eſt, extra Eccleſiam Chriſti.* S. Hilarius nihilominus ly *forum* mitiorem expoſitionem adhibet: *Forum autem inquit pro ſæculo accipi, res ipſa admonet, æquabiliter turbis hominum, calumniarum, injuriarumque contentionibus, ac diverſorum negotiorum difficultatibus ſemper tumultuoſis.*

Otioſos.

Aut. Imp. hom. 34.

8. Author imperfecti, quinam illi otioſè ſtantes fuerint, his verbis nobis explicat: *Otioſi ſunt peccatores; otioſus eſt, qui opus Dei non operatur. Vis ergo non eſſe otioſus? Non alienа tollas, & de tuis des, & operatus es in vinea Domini, miſericordiæ vitem colens.* Porrò veriſimile ſatis, quòd, cum hi in foro ſtantes, operarii & viri agricolæ fuerint, in foro ſteterunt rerum ſuarum vel venditioni, vel emptioni totaliter intenti; imo ipſummet exſpectare ibidem ut conducerentur, ipſis non otium, ſed negotium reputari debebat, cur igitur otioſi ſtetiſſe dicuntur? Nimirum ut hinc intelligatur, quòd, qui negotiis ſæcularibus nimium immerſus hæret, otioſus ſtare meritò dicendus ſit; quia *Otioſus eſt, qui opus Dei non operatur.* Oriatur homo etiam ſtrenuè laborans, quando non præcipuè pro animæ & ſalutis æternæ acquirendæ beneficio, ſed ſpecialiter pro hac præſenti vita laboratur.

Verſus 4.

Ite & vos in vineam meam, & quod juſtum fuerit dabo vobis: illi autem abiêrunt.

1. Advertendum hic eſt, quòd cum primis de ſolvenda mercede pactum fuerit: *Conventione facta ex denario diurno;* his autem aliqualis retributionis ſpem ſolùm dedit: *Quod juſtum fuerit dabo vobis;* cum ultimis denique remunerationis ne verbo quidem meminit. Quæ omnia myſteriis non vacant; primi namque illos denotant, qui à primis annis Dei ſe ſervitio conſecrant, in eoque perſeveranter laborant, & *portant pondus diei & æſtus,* hi arrham quandam gloriæ habent: *Conventione factâ:* alii verò, qui horâ tertiâ, ſextâ & nonâ ad labores ſeſe receperunt, illos præfigurant, qui in progreſſu annorum ad Deum convertuntur, & hi tantam ſalutis ſuæ ſecuritatem non habent, quantam primi, ſed pro ratione meritorum, retributionem accipiunt: ultimi verò ſunt illi, qui pœnitentiam pro peccatis ſuis agere ad finem uſque vitæ ſuæ differunt & procraſtinant, qui de ſalute ſua adeò incerti ſunt, ut, quoad eos ne ulla quidem mercedis mentio fiat, ſed totus ſalutis ipſorum eventus à miſericordia & liberalitate divina dependet. Unde S. Thomas ait: *Primis præmium promiſit, iſtis non, qui illis debebatur, quia manè ſervierunt ei; iſtis autem debetur ex ſola miſericordia.* *S. Thom. in Matt.*

2. Hiſce verò, tametſi cæteris tardius ad labores ſe receperint, Paterfamilias nihilominus eandem mercedem dari juſſit, quia in illa mercede præfigurabatur Deus, de quo adimpletur id, quod Eccleſia in oratione quadam ſeu Collecta dicere ſolet: *Abundantia pietatis tuæ & merita ſupplicium excedis & vota.*

Verſus 5.

Iterùm autem exiit circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimiliter.

1. Deus, qui *ſcrutatur renes & corda,* ad cordium noſtrorum fores variis temporibus pulſare non ceſſat, & præcipuè quando bona ſeſe & opportuna offert occaſio; dexteritas enim & valor optimi medici in eo præcipuè conſiſtit, quòd medicinam congruo tempore adhibeat, ſanguinemq; eliceat. Ipſe quidem Deus omni horâ zelum pro ſalute nobis impertienda immenſum exhibet, totus autem defectus ex parte noſtra ſe tenet, quòd videlicet vocationibus & auxiliis ipſius minimè reſpondeamus. Unde S. Ambroſius ait: *Qui venit & januam Pulſat, vult ſemper intrare, ſed in nobis eſt, quòd non ſemper ingrediamur, non ſemper maneat.* *S. Ambr. ſer. 1. in Pſ. 118.*

Ver-

Verſus 6.

Circa undecimam verò exiit, & invenit alios ſtantes, & dicit illis? Quid hic ſtatis totâ die otioſi?

S. Anſel. ibid. 1. S. Anſelmus dicit: *Circa undecimam verò, quæ eſt ab adventu Domini uſque ad finem mundi, exiit ipſe, id eſt, per ſeipſum apparuit, qui per Prophetas & Angelos prius innotuit: & invenit alios ſtantes, gentiles populos, ſcilicet à bono operetorpentes, & dicit illis: Quid hic ſtatis? &c. Qui enim tranſacto tam longo mundi tempore, pro vita ſua laborare neglexerant, quaſi toto die otioſi ſtabant.* Tametſi enim verum ſit, ut S. Hilarius advertit, quòd Deus ſoli populo Iſraël legem ſuam dederit, *voluntas tamen gentium non excludebatur à lege.*

S. Hila. ibid.

2. Inter cæteras porro valde conſiderabilis eſt S. Andreæ vocatio, qui primus inter Apoſtolos ad ejus ſequelam invitatus

Joan. 1. 39. fuit. Enimverò S. Joannes ſcribit, quòd, dum hic Apoſtolus vocabatur: *Hora autem erat quaſi decima*; cur etenim magnus ille Paterfamilias, qui *exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* S. Andream ad Eccleſiæ ſuæ culturam adeò tardè vocavit? Rupertus Abbas Tuitienſis ait: *Cur interpoſita eſt hora, quaſi decima, cùm Jeſus noſtræ vocationis carpebat primitias? videlicet quia vocatorum ſalutem, non aliquod præcedens ejus meritum, ſed ſola vocantis operetur gratia, & in omnibus omnino ætas non diſcernit ac præjudicat.* Etenim quia prudentiſſimi hujus Patrisfamilias omnia verba valde notabilia ſunt, ſeorſim illa breviter examinabimus.

Rup. Ab. lib. 2. in Joan.

Quid hic ſtatis totâ die otioſi?

3. Valde ſe admirari oſtendit, quòd hi tali horâ, poſitis ad cingulum, vel in ſinu manibus, otioſi conſiſtant. Nec immeritò, quia ut Lucas Burgenſis dicit: *Creati ſumus non ut inutiles ſine fructu vivamus, ſed ut laboremus, nec nobis ſolis, ſed inprimis Creatori.*

Luc. Burg. ib.

Hic.

4. Hugo Cardinalis dicit: *Hic in loco tam periculoſo, laborioſo, ſuſpicioſo, lutoſo.* Dionyſius Carthuſianus ait: *In iſto exilio, in iſta peregrinatione, ubi non habemus civitatem manentem.* Vel etiam dici poteſt, quod per ly *hic* intelligatur Eccleſia; quaſi per ly *hic* reprehenderetur Chriſtianus, quod qui ſub crucis vexillo eſt conſcriptus, qui miles eſt in Eccleſia militante, otioſus totâ die conſiſtat. *Quid? cùm habetis conductores,* inquit S. Bernardus, *collaboratores, temporis opportunitatem, laboris ſuavitatem; mercedis ſaturitatem?* Unde colligitur, quod ſi illi pigri & otioſi ſtertere viderentur, utique qui jam pro ſtipendio conducti erant, tales longè majori jure reprehendi commeruiſſe: *Cùm arguantur otioſitatis ipſi quoque quos nemo conduxit; qui jam conducti ſunt, ſi otioſi inventi fuerint, quid merentur? Fides quippe ſine operibus mortua eſt.*

Hugo Card. *Dionyſ. Carth.* *S. Bern. ſerm. 2. de Purific. B. V. M.*

Statis.

5. Hugo Card. ait: *Mandatorum Dei oblíti, rugitu leonis ſtupefacti, carnis illecebris confracti. Totâ die, id eſt, totâ vitâ, otioſi, vobis nihil proficientes proximis non ſubvenientes, Deo non ſervientes hoſtibus non reſiſtentes, pœnitentiam non agentes, in poſterum non providentes.*

Hugo Carth.

6. Author imperfecti locum obſervat, in quo reprehenſi fuerunt, qui pigri & otioſi ſtabant, nimirum in foro & publica platea. Et ideo dicit: *Prima laus eſt Chriſtianorum, alienum eſſe à foro, nullam cauſam cum illo.* Pergit inſuper damna recenſere, quæ ex hoc loco in nos reſultant, & utilitates, quæ ex labore in vineæ culturam collato, nobis emergunt, nimirum à ſæculi negotiis alienum, & Dei ſervitio deditum omnino eſſe, ingens eſt beneficium animæ: *Si enim in foro permanſeris, &, quod habes perdes: ſi autem in vinea aſſiduus fueris, &, quod non habes, acquires.*

Auth. Imp. ho. 34.

Verſus 7.

Dicunt ei: quia nemo nos conduxit; dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

1. S. Thomas per hos gentiles denotari exiſti-

S. Thom. in Matt.

exiſtimat, qui falſa idolorum numina adorabant, ac demum excuſationis loco ſe Prophetas non habere prætendebant, qui æternas illis veritates annuntiarent, prouti Hebræis contigerat. Unde Pſalmiſta ait: *Non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis.* Pſ. 147. 20.

S. Anſel. ibid. 2. S. Anſelmus dicit: *Quid eſt ergo dicere, Quia nemo nos conduxit, niſi quia vitæ vias nullus uobis demonſtravit.* Multi porrò infideles, quibus nunquam prædicatum eſt Evangelium; imò multi Chriſtiani quidem, ſed ſolo nomine tales, qui docentium & prædicantium patiuntur penuriam, excuſare quidem ſe hac ex parte poterunt, quo minus lumen & notitiam Dei, & ad ſalutem explicite credendorum habeant: culpabiles tamen ſemper erunt, ſi naturali lumini rectæ rationis non fideliter correſponderint, ſiquidem veriſſimum eſt, quòd *Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui Domine.* Pſ. 4. 7.

S. Thom. in Matt. 3. S. Thomas ad horam ſeſe flectens, in qua ad vineam vocati fuerunt, quæ undecima erat, & ætatem decrepitam præſignificabat notat, quod meritò dixerint: *Nemo nos conduxit; ſignificatur enim, quod quibusdam non datur occaſio revertendi ad Deum uſque ad ſenium, quia omnia tempus habent.*

4. Idem ſanctus Doctor aliam rationem his verbis adducit: *Vel poteſt contingere ex diſpenſatione divina, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: unde novit Dominus, quod, ſi antè vocaſſet eos, non ſtetiſſent: tunc ergo conducuntur, quando conſentiunt, & efficaciter magis reſurgunt.*

Luc. Burg. ibid. 5. Bonus hic Paterfamilias, ut argutè Lucas Burgenſis notavit, audiens quòd culpam otii & negligentiæ ſuæ in alios conjicerent, ab ulteriori reprehenſione, qua in illos invehere poterat, abſtinuit: *Culpam in alios conjiciunt, ſed, ne turbet eos Dominus, quin potius ut alliciat, non ipſos reprehendit.*

6. Poſſumus etiam hoc loco Dei erga nos benignitatem advertere, utpote qui nos tunc etiam ad ſibi inſerviendum invitat, quando ab omnibus aliis relinquimur, & ſpernimur: *Quando nemo nos conduxit,* nullus enim adeo vilis, contemptus, atque ab omnibus deſolatus exiſtit, qui ad Deum ſe vertens ſuum in eo refugium & ſolatium non inveniat: *Non eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.* Imò quando homo mundo placere, omnibusque aliis præter Deum ſervire, omnibus poſſibilibus modis quæſivit, nec tamen intentum ſuum eſt aſſecutus, tunc Deus illum invitat ad ſe, & benigniſſimè recipit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis* (quod eſt otium illud, quod hîc reprehenditur, prout in ſententia Authoris imperfecti dictum fuit) *& ego reficiam vos. Ite & vos in vineam meam.* Pſ. 18. 7. Matt. 11. 28.

Verſus 8.

Cùm ſerò autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem ſuam, incipiens à noviſſimis uſque ad primum.

Cùm ſerò autem factum eſſet.

Cajet. 1. Cajetanus dicit: *In fine mundi mercedis tempus deſcribitur ut non maneat opus mercenarii apud Patremfamilias uſque mane.* Neque enim bonus ille Paterfamilias pacti ſtipendii, & mercedis laboribus debitæ ſatisfactionem diu differt, aut ſuſpendit, ſed eodem die, mox ut hîc ad veſperam declinavit, eandem expediri præcepit.

2. Idem quoque Eminentiſſimus Doctor ait: *Significatur tempus mercedis reddendæ quod ſingulis eſt in morte, univerſis autem in fine mundi.* Advertendum tamen eſt, quòd priusquam pactæ mercedis expeditio fiat, neceſſum ſit, ut omnes ad finem usque diei laborent, quia non ſufficit, quòd quis manè ad tempus aliquod, laboribus quoddam principium faciat, niſi labor ad veſperam usque continuetur; ſola enim perſeverantia eſt, quæ coronari & remunerari meretur. Porrò de nullo horum operatorium conſtat, quod aliquis illorum pactum mercedem ante veſperam poſtulârit; ſiquidem, ut S. Bernardus ſcribit: *Incipientibus præmium promittitur, ſed perſeverantibus datur.* Et ideo quando nox mortis noſtræ advenerit, tunc & non antè, æternam quis mercedem poteſt prætendere. S. Bern. ſerm. 6. de modo bene vivendi.

3. Hu-

Hugo Card. 3. Hugo Cardinalis dicit: *Sero reddit mercedem, non manè*, Pſal. 127. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Prov. 20. v. 21. *Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit.* Lucifer ante laborem ſedere voluit: *Sedebo in monte teſtamenti*; & veſperam expectare noluit: *Lucifer, qui manè oriebaris*; at verò in hac ſua præſumptione turpiter deluſus fuit.

Prov. 20. 21. Iſa. 14. 13. Ibid. v. 12.

Dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios.

Lyran. ibid. 4. Lyranus ait: id eſt, Deus Pater homini Chriſto, qui miſſus eſt ad procurationem ſalutis humanæ, de quo procuratore verba illa intelligere poſſumus: *Omnem ſollicitudinem veſtram projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis,*

1. Pet. 5. 7.

Voca operarios.

Hugo Card. 5. Hugo dicit: *Hos Dominus vocat quatuor modis, ſcilicet per Sanctorum prædictionem, per beneficiorum largitionem, per internam inſpirationem, per flagellorum correctionem.*

Operarios.

Ibid. 6. Hugo Cardinalis ait: *Fideles, qui operantur inſtanter, ne tempus pereat; lætanter ut opus Deo placeat perſeveranter, ut præmium æternum accipiant.*

Janſ. c. 101. 7. Janſenius obſervat, quòd tametſi remuneratio & ſolutio mercedis ultimis facta, ſpe ipſorum, aliorúmque cooperatorum expectatione ſuperior fuerit & major; *nullis tamen merces datur, niſi qui operati ſunt*; non enim dixit: *Voca otioſos*; ſed *operarios*; non ſufficiebat, quòd ad laborandum in vinea vocati, jámque eo fine eam ingreſſi fuiſſent; ſiquidem non vocatio ad fidem, nec profeſſio illius in immeditatio Eccleſiæ gremio facta, nos æternâ retributione dignos efficit; ſed hâc dignus efficietur, qui conformiter ad id, quod credit, operatus fuerit.

* * *

Redde illis mercedem.

8. Hic ſollicitus Paterfamilias advidendum, qualiter operariis pro laboribus ſatisfieret, præſens adeſſe voluit, ut obviam iret fraudibus, quæ nonnunquam à malis miniſtris, in magnum boni nominis Dominorum ſuorum præjudicium, fieri ſolent.

Lyran. 9. Lyranus dicit: *Illa merces bene intelligitur gratia, quia eſt quædam inchoatio gloriæ, cùm gloria non ſit aliud, quàm gratia conſummata.* Porrò certum eſt, quòd omnia opera noſtra Deo debeamus, quia ſervi ejus naſcimur, & ſumus; atque inſuper quidquid nos in hac vita boni faciamus hoc totum effectus eſt gratiæ ipſius: *Gratiâ Dei ſum id, quod ſum: Non ego ſed gratia Dei mecum.* Unde etiam David dicebat: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Ideò etiam Salvator noſter Apoſtolos ſuos, qui tantos in vineaEccleſiæ ſuæ labores facere debeant, docuit, ut dicerent: *Servi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus*; adeò tamen liberalis eſt Deus; eíque labor noſter adeò gratus exiſtit, ut nobis pro illo meritum & mercedem ampliſſimam adſcribat: id quòd ſanctum Auguſtinum dicere coëgit: *Miſit Deus medicum, qui nos gratis ſanaret, qui ſanatis etiam mercedem daret.* Sufficere potuiſſet, quòd nos ex peculiari erga nos favore aditu in vineam ſuam dignatus fuerat, quòdque nos lumine & notitiâ veræ fidei illuſtraverat, atque à morte æterna, ab inferni ſervitute, & à tyrannide peccati redemerat: *Quis eſt, qui dicat: ſanem te, & do tibi mercedem? optimè fecit; ſciebat, ſe veniſſe divitem ad pauperes. Sanat ægrotos, ſanatis donat, & non aliud, quàm ſeipſum donat.*

1. Cor. 15. 10. Pſ. 115. 12. Luc. 17. 10. S. Aug. ſerm. 13. de verb. Apoſt.

Incipiens à noviſſimis uſque ad primum.

10. Eſto. quòd noviſſimis eundem denarium dare potuerit, quem primis dederat; mirum tamen eſt, cur inſuper illos hiſce in ſolutione mercedis anteponere & præferre voluerit? Chryſoſtomus ait: *Libentiùs aliquid damus illis, quibus gratis damus, quia pro ſolo noſtro honore damus.* Hi autem noviſſimi per datam mercedem ho-

Chryſ. in Cat.

honorabantur aliquo donativo, quòd iis per juſtitiam ſatisfieret; ſiquidem ſtipendium, eo modo quo primi, minimè videbantur fruſſe lucrati. Unde Author imperfecti ait: *Certè ut oſtendat Deus inæſtimabilem miſericordiam ſuam, primùm noviſſimis indignioribus reddit mercedem, poſtea primis. nimia enim miſericordia ordinem non aſpexit.* *Auth. imp. ho. 34.*

11. S. Thomas dicit: *Hoc poteſt retorqueri ad ætatem ſæculi, incipiens à noviſſimis, ſcilicet ab his, qui Sacramentis imbuti ſunt, unde major gratia eis data eſt, quàm primis.* *S. Thom. in Matt.*

12. Dubitari hoc loco poteſt, quomodo verè dici poſſit, quòd noviſſimi, qui legis Evangelicæ fideles prænotabant, in fruitione beatitudinis primi fuerint, cùm tamen Salvator noſter poſt mortem ſuam ad limbum Patrum deſcendens, animabus ibidem retentis, quæ utique ad antiquum, non verò ad novum Teſtamentum pertinebant, præmium viſionis beatificæ impertitus fuerit? Ad quod pluribus poteſt modis reſponderi: Et primò quidem, quòd hæc prioritas non intelligatur quoad tempus, ſed quoad alias excellentias & prærogativas; illæ namque animæ tametſi immaculatæ eſſent, per multa tamen ſæcula poſtquam à corporibus ſuis ſeparatæ fuerunt, æternam mercedem præſtolari debuerunt; non verò ita fit in legegratiæ: in hac enim mox, ùt quis ad veſperam mortis pervenit, confeſtim ei paradiſus aperitur. Præterea etiam dici poteſt, quòd ideo in recipienda mercede primi fuerint, quia majorem acceperunt gratiam, quàm in veteri lege data fuerit; gratia autem nihil eſt aliud, quàm gloria inchoata, ut ſcholæ loquuntur: *Nos autem primitias ſpiritûs habentes.* Vel etiam gloriari poſſumus, quòd primi ſimus, eò quòd nos poſt mortem paſſionem Chriſti in cœlo eminentiores gloriæ gradus poſſidemus, quàm alii. *Rom. 8. 23.*

13. Author imperfecti dicit: *Omnis, qui ante adventum Chriſti fuerunt, quaſi ex operibus facti ſunt ſancti, gentes autem ex gratia.* *Hom. 51.*

* * * * *
* * * *
* * *
*

Verſus 9.

Cùm veniſſent ergo, qui circa undecimam horam venerunt, acceperunt ſingulos denarios.

1. Cajetanus ait: *Ubi manifeſte liquet gratia Patris familias, dans noviſſimis ſupra condignum, ſignificans Deum ſic facientem ex ſua gratia*, adducitque boni latronis exemplum, qui in ultima hora vitæ ſuæ in hanc vineam vocatus primus fuit, qui hanc mercedem accepit. *Quod enim alii ſancti tot laboribus acquirunt; ipſe ſtatim ex ampliſſima gratia conſecutus eſt.* *Cajet.*

2. Lucas Burgenſis obſervat, quòd per hunc loquendi modum inſinuetur, quaſi remuneratio operariorum exſpectationem multum ſuperârit: *Cùm minimùm viderent viribus ſuis, ſolámque exſpectarent Domini gratiam, denarium, mercedem labori totius diei debitam, præter ſuam & aliorum omnium exſpectationem acceperunt.* *Luc. Burg.*

Verſus 10.

Venientes autem & primi, arbitrati ſunt, quòd plus eſſent acceperi, acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.

Venientes autem & primi arbitrati ſunt, &c.

1. Lyranus ait: *Primi, id eſt, Judæi, qui à principio legis datæ ſervierant, quia in primitiva Eccleſia credebant, quòd plus deberent habere de Chriſti gratia*, imò Gentiles gratia Redemptoris indignos, illiúsque incapaces eſſe exiſtimabant. Alia quòque hoc loco facienda eſt conſideratio, quam Paulus de Palatio habet, nimirum quòd ſancti Patres veteris Teſtamenti longo admodum tempore laborârint; ſiquidem per multas ætates & ſæcula vixerunt, cùm nos è contra dies noſtros intra ſexaginta & ſeptuaginta annos ùt plurimùm terminemus; unde illos majoris retributionis ſperandæ juſtam cauſam habuiſſe videtur. Et ideo S. Thomas S. Greg. citat, dicentem: *Quia* *Lyran.* *Paul. de Pal. in Matth.* *S. Greg. citat. à D. Tho. in Matt.*

Quia primi homines longiori tempore vixerunt, ideo gravius pondus tulerunt.

2. Idem Angelicus Doctor circa primorum prætenſionem ſequens movet dubium : *Nonne omnes æqualiter habebunt gloriam? Dico, quòd quantum ad aliquid par erit retributio, quantum ad aliquid, non*; & rationem reddit, quia retributio conſiderari poteſt, vel quoad objectum, & hoc in omnibus Beatis idem eſt : vel quoad participationem objecti, & in hac non omnes æquales erunt : *Quia non ita clarè videbunt.* Joan. 14. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Adducitque ſequentem ſimilitudinem : ſi enim plures ad flumen accedant pro aqua hauriendâ, elementum quidem unum prorſus idemque inveniunt; ex quo tamen unus plus, alter minus hauriet, ſecundùm majorem vel minorem capacitatem vaſis, quod adferunt : *Sic qui habet animam charitate magis dilatatam, magis accipiet.* Unde S. Auguſtinus ait : *Omnibus datur vita æterna, ſed manſiones eorum multæ ſunt, honoratur enim unus alio clarius.*

S. Aug. l. de virg. c. 26.

3. Unum ex præcipuis fundamentis ſpei, quam hi operarii habebant, erat, quòd à mane uſque ad veſperam laborâſſent : *Portavimus pondus diei & æſtus*; hi autem multos præfigurant, qui in via Dei ambulantes, meritum gloriæ primariò in auſteritate ciliciorum, diſciplinarum, jejuniorum, &c. in peregrinationibus, aliiſque ſimilibus rigoribus externis poſitum eſſe exiſtimant, non intelligentes, quòd hæc ſint media, non verò finis & objectum ſanctitatis & perfectionis : ſiquidem *Qui habet animam magis charitate dilatatam, magis accipiet.*

4. In hac occaſione evidenter cognoſcitur, quantùm homo opera ſua, quæ pro Dei gloria facit, æſtimet & appretietur; ſiquidem majorem pro illis retributionem prætendit, quàm reverà illi debeatur; ac proinde optimum eſt illud Sancti Apoſtoli monitum, quo ſuadetur, ne opera noſtra tanti æſtimemus aut quidquam per eadem prætendamus : *Deus eſt enim, qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate; omnia autem facite ſine murmurationibus*, ac proinde quàmvis ipſe ſanctè gloriari potuerit, dicendo: *Abundantiùs omnibus laboravi*; nihilominus tamen proteſtatur & ait : *Fratres ego me non arbitror comprehenſiſſe; unum autem, quæ quidem retro ſunt, obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum.*

Phil. 2. 13. *1. Cor. 15. 10.* *Phil. 3. 13.*

5. Dionyſius Carthuſianus hoc loco quærit, qua ratione beati idipſum aſſerere potuerint, cùm in tali ſtatu ſint conſtituti, in quo errare neutiquam poſſunt; præterquam quòd inſuper dici poſſit, quòd in æterna beatitudine appetitus uniuscujusq; adeò ſatiabitur, ut unusquisque gloriæ ſuæ gradu contentiſſimus futurus ſit, ad quem per merita ſua aſcenderit? *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Reſpondet autem: *Illa æſtimatio non aſſertionis, ſed opinationis : Sancti autem in patria non pernoſcunt determinatè, quantum beatitudinis quilibet hominum electorum finaliter obtinebit, niſi ex ſpeciali cauſa ei divinitus reveletur.*

Dionyſ. Carth.

Verſus 11.

Et accipientes murmurabant adversùs patremfamilias, dicentes.

1. S. Anſelmus hoc loco quærit, quomodo operarii iſti dici poſſint murmurâſſe, cùm nec iſte, nec alius qualiscunque defectus Beatis attribui poſſit? *In præmio ſuſpiciendo nulla invidia, nulla erit murmuratio.* Reſpondet verò, uſum in parabolis & in Scriptura obtinuiſſe : *Multos in collectione accipere, & quædam verba quibuſvis perſonis congruere, & quædam aliis, non toti collectioni : Judæi ſunt illi, qui murmurabant.* Hugo Cardinalis illos fuiſſe exiſtimavit, qui in exordio Eccleſiæ primitivæ ad legem Evangelicam converſi fuerant; hi enim quando etiam gentilibus ab Apoſtolis Evangelium prædicari viderunt, murmurabant, ſubdit nihilominus : *Uſquedum ſic ordinatum à Deo eſſe didicerunt.* Unde Albertus Magnus ait: *Murmur eſt ortum ex Judæis, in Eccleſia primitiva, quando gentes figuram ſummi Regis acceperunt; tunc Judæi dixerunt; Gentes canes eſſe immundos, & non debere eis dari gratiam.*

S. Anſel. *Hugo Card.* *Alb. M.*

2. Quòd ſi verò per ultimos hóſce operarios ii intelliguntur, qui in fine annorum ſuorum convertuntur, vel etiam gentes, quæ ad finem venerunt, prout Janſenius obſervat hiſce verbis: *Intelligendum eſt, tantam fore Dei gratiam erga Gentes, & eos, qui in fine vitæ ſuæ incipiunt rectè vivere, ut hinc ſecundùm humanum morem poſſet oriri aliqua indignatio; Deum tamen omnibus perſuaſurum, ſe nulli facere injuriam.* Imò ipſemet quòque David impios in hac vita adeò proſperè agere perſpiciens, dicebat: *Mei autem moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.*

Janſen. *Pſ. 72. v. 3.*

3. Theophylactus ait: *Non invident autem Sancti his, qui paria accipiunt, abſit, ſed oſtendit hic, quòd talia & tanta ſunt bona, quæ dantur juſtis, ut invidiam excitare poſſint.* Cajetanus Chriſti adducit exemplum, hoc modo Patri ſupplicantis: *Tranſeat à me calix iſte; explicat naturalem appetitum fugientem mortem,* illúdque horum murmuri applicat, dicens: *Ita murmur Sanctorum iſtorum explicat velleitatem majoris gloriæ ſecundùm rationem inferiorem inſurgentem.*

Theophyl. ib. *ib. Cajet.*

4. Dionyſius Carthuſianus ait: *Non eſt murmuratio turbationis, rancoris, vel impatientiæ, ſed admirationis: dicuntur murmurare, quia de magnitudine liberalitatis, pietatiſque divinæ, tantùm de præmio dandis noviſſimis, ut eis, vehementer mirantur.* Sic maximæ admirationis motivum fuit, videte, quòd non Moyſi cui dictum fuit: *Oſtendam tibi omne bonum;* non Joanni Baptiſtæ, qui dixit: *Appropinquavit regnum cœlorum;* non Petro, qui cœli claves habet; ne denique magnæ ipſius Matri, quæ glorioſo hoc titulo *Janua cœli* honoratur: ſed latroni alicui beatum illud regnum apertum fuerit, dictumque: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo;* adeò ut ſi ſtatus beatitudinis invidiæ alicujus aut murmurationis capax eſſet, ſecundùm diſcurſum humanum Sancti etiam eminentiſſimi ſuper hoc bonitatis exceſſum murmurare potuiſſent.

Dio. Carth.

5. Gloſſa ordinaria dicit: *Quia antiqui Patres in infernum deſcendentes, à gloria dilati ſunt; quaſi ergo poſt murmurationem denarium accipiunt, qui poſt longa inferni tempora ad gaudia pervenerunt.*

Gloſſ. ord. ib.

6. Unde Hugo Cardinalis advertens, quòd hi multos præſignificaverint clauſtrales, hanc elicit moralitatem practicam: *Qui, eò quòd diutiùs fuerunt in clauſtro, murmurant, quòd ſibi præponuntur juniores, vel pares fiunt.*

Dio. Carth.

7. Porrò Nazianzenus, quàm irrationabilis murmuratio iſta fuerit, apertè oſtendit; ſiquidem hoc plus aliis laboraſſe, majoris mercedis loco computare debebant: *Illud dicam, hoc ipſum impenſiùs laboraſſe, majoris mercedis loco habendum eſt.* Imò inſuper ipſos non habuiſſe juſtum de modico labore præſtito taxandi motivum, tametſi vineam ſuam non niſi unica duntaxat hora cultivárint, vel exinde demonſtrat: ſiquidem hoc, quod eſt integro die exſpectare aliquem, qui illos ad laborem conducat, totúmque diem contra genium & voluntatem ſuam in otio transſigere, hoc ipſum, inquam, illis laboris loco computari debuiſſet; unde & ipſi dicere jure poterant: *Portavimus pondus diei & æſtus;* nam Origenes in perſona ipſorum ait: *Nos non portavimus pondus diei & æſtus, portavimus autem pondus, eò quòd ſtetimus otioſi, antequam Paterfamilias veniret ad nos, qui dixit: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis; onus enim erat otioſitas ipſa, & quòd non judicabamur interim ad opera vineæ digni.*

Nazian. orat. in S. Bapt. *Orig. hom. 10. in Matt.*

8. In hiſce quòque murmurationibus nonnulli prænotantur, qui per prolixum multorum annorum decurſum, Dei quidem ſervitio & obſequio perpetuo dediti fuêre, ſed magna cum negligentia, & tamè ſe per ſervitii præſtiti diuturnitatem, ingens multorum meritorum lucrum feciſſe credunt, tepiditatem ſuam minimè conſiderantes, ideóque murmurant nonnunquam, quòd ſimilem gratiarum, donorum, conſolationúmque ſpiritualium abundantiam non receperint, qualem Deus multis elargitur, qui in devotione & ſpiritu magnopere efferveſcunt.

9. Gloſſa aliam quandam conſideratio-

Gloſſ. ib.

nem his verbis exponit: *Non dolent, quaſi fraudati ſua mercede, ſed ritu invidorum,*

quòd

quòd illi plus, quàm merentur, accipiunt, & non tam ipsi plus accipere desiderant, quasi alterius consortio sibi præmium minuatur,

Cajet. Cajetanus tamen de iisdem murmurationibus scribens, illos ab hac macula hisce verbis purgare nititur: *Non sunt invidia verba, sed rationis inferioris, detestantis parem mercedem longè imparibus laboribus.*

Glossa. 10. Glossa insuper credi posse existimat, quòd ii, qui primò ad laborandum in vinea vocati fuerant, boni quidem fuerint, in suâ tamen vel bonitate, vel prima industria minimè perseverârint: *In principio quidem boni fuerunt, sed bonum quod inceperunt, ad finem non perduxerunt; unde non illi, qui denarium acceperunt, sed isti, qui in bonitate non perstiterunt, præmio privati murmurant, quia denario carebant, qui in principio boni.*

Versus 12.

Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares illos nobis fecisti, quia portavimus pondus diei & æstus.

1. Extra omnem controversiam est, hunc patremfamilias virum esse prudentem, valdéque circumspectum, id quod ex multis sacri textûs circumstantiis facilè deducitur; quia quando primos operarios ad laborem invitavit, pactum stipendii cum illis fecit; similiter quando post hos, alios quòs ad laborandum invitavit, expressè iis dixit: *Quod justum fuerit, dabo vobis*; vix crepusculum vespertinum advenit, cùm ecce omnibus pactum stipendium in sua præsentia solvi jussit. Zelum quòq; honoris Dei se habere probavit, dum otium omnis mali origenem esse sciens, otiosos hósce, tametsi eorum opera non adeò magnopere indigeret, ad vineæ suæ culturam tamen vocavit, ut hoc pacto eos ab otio, & malis illud subsequentibus abstraheret; ad hæc expressè dixit: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Hâc igitur illius bonâ conscientiâ, & vitæ probitate suppositâ, meritò dubitatur, cur ultimis parem cum primis mercedem dari jusserit: *Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares illos nobis fecisti.* &c.

2. Memorandum igitur, quòd primi cum Domino vineæ quoad mercedem dandam pactum iniêrunt: *Conventione autem facta ex denario diurno: nónne ex denario convenisti mecum?* ac proinde si illos in pacta mercede defraudâsset, justum utique murmurandi motivum habituri fuissent; jam verò nullum habebant. Etenim Deus unicuique gratiam dat sufficientem, quanta scilicet ad ejus salutem necessaria est, majora autem auxilia nemini submistrare tenetur: quòd si autem nonnunquam liberalior in erogando gratiæ suæ thesauro existat, idipsum effectus est benignitatis ipsius, non verò meriti nostri stipendium.

3. In hujus quòque mercedis caritate & æqualitate nobis insinuare voluit, quòd mercedem, quam à Deo accipimus, non operibus nostris, quantumvis illa multa & magna sint, sed bonitati & liberalitati ejus attribuere debeamus; tritum enim est illud axioma S. Augustini, quòd scilicet *Deus coronat in nobis sua dona, non nostra merita*; & Apostolus protestatur, quòd magnus hic Paterfamilias ipsi quòque Moysi idipsum significaverit: *Moysi dicit, miserebor, cui misereor; igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* *Rom. 9. v. 15. & 16.*

4. Origenes se ad ultimorum operariorum patientiam reflectit, quam habuerunt toto die exspectando hominem, qui illos, ad laborandum aliàs promptos, vocaret & conduceret: *Reddidit eis mercedem pro eo, quòd magnanimiter tota die steterunt, & exspectaverunt usque ad vesperam conductorem.* Verum quidem, quod invidi aliqui è primis operariis illis bene exprobârint, quòd nonnisi unica hora tantùm laborâssent, sed ne verbo mentionem fecerunt afflictionis & patientiæ, qua tota die invitantem ad labores æquanimiter exspectare debuerunt. *Orig. hom. 10. in Matt.*

5. Advertendum quòque est, quòd ad laborandum vocati, subitò absq; ulla resistentia, oblatam sibi laborandi occasionem acceptârint, ad eúmque locum se sine ulla dilatione contulerint, ad quem laborandi causa destinati fuerant. Ita frequenter evenit multis, qui quod tardiùs ad Deum convertantur, excusare se apud Deum poterunt, eò quòd citiùs vocati non fuerint: *Non dedit voci suæ vocem virtutis*; ad primâ tamen immissam ipsis vocẽ respondêrunt. Ita Eusebius de bono latrone scribit: *Nec reli-* *Euseb. Em. hom. de latr.*

religionem antè, nec Chriſtum ſcivit; quod ſi ſciviſſet, fuiſſet forſitan inter Apoſtolos non poſtremus in numero, qui prior eſt factus in regnos; ergo etiam ex hoc in extremo placuit Deo, quia ad conſequendam fidem non fuit extrema hora illa, ſed prima.

6. Veriſimile etiam eſt, quòd hi ultimi in horæ illius ſpatio meliùs excoluerint vineam, vel ſaltem cum majori amore, fervore & affectu, quàm primi fecerint, qui fortè in labore remiſſiores fuerunt, & negligentes, utpote qui oculum ſuum magis ad mercedem accipiendam, quàm in bonũ & utile Domini ſervitium, debitámque vineæ culturam directum habuerant. Unde S. Hieronymus optimè monet, dicens: *Noli fidem penſare temporibus, nec me idcirco meliorem putes, quòd prior in Chriſti exercitu cœperim militare. Paulus Apoſtolus & vas electionis, de perſecutore mutatus, noviſſimus in ordine, primus in meritis eſt, quia extremus licet, plus omnibus laboravit; ſubitus calor longum vincit tempus.* Sunt etiam nonnulli, qui in exiguo tempore, quod illis ad pœnitentiam ſupereſt, Deo ſe totaliter conſectant. Unde S. Gregorius pariter de bono latrone ita ſcribit: *In cruce clavi manus pedeſque ligaverant, nihilque in eo à pœnis liberum, niſi cor & lingua remanſerat; inſpirante Deo totum illi obtulit, quod in ſe liberum invenit.* Hi noviſſimi operarii magnam in eo diſplicentiam habuerant, quòd ad laborandum citiùs vocati non eſſent; ſed per ipſos non ſtetis, quia parati erant, & ideo ſe excuſant, dicendo: *Nemo nos conduxit*, quibus iiſdem haud dubiè valde doluit, quòd poſt illorum vocationem veſpera & nox adeò velociter accelerârint. Quot Sancti ſunt in cœlis, qui haud dubiè, ſi ita divinæ fuiſſet beneplacitum voluntati, in hac vita libenter diutius laborâſſent? Nunquid enim S. Martinus Deo dixit: *Domine, ſi adhuc populo tuo ſim neceſſarius, non recuſo laborem.*

S. Hier. l. 2. c. 14. ad Paulin.

S. Greg. l. 18. mor. c. 23.

7. Dionyſius Carthuſianus ait: *Non enim reſpicit Deus principaliter ad laborem exteriorem, ſeu temporis diurnitatem, ſed ad interiorem fervorem, & rectam intentionem, cordiſque munditiam, per quam homo ſit capax viſionis divinæ eſſentiæ.* Chryſologus dum de Magdalena, quæ velut publica meretrix, ad Chriſtum ingreſſa fuerat: *In Civitate peccatrix.* infra unius horæ, vel paulò minus ſpatium ab eo egreſſa fuit ingens ſancta, ipſómet, qui Sanctos canonizat, atteſtante. *Dilexit multum*, dum, inquam, de hac Sancta ſcribit, ita loquitur: *Conſpicimus non ſolùm caruiſſe peccatis, ſed ad totum ſanctitatis verticem perveniſſe.*

Dio. Carth. Chryſol. ſer. 94.

8. Per hos quòque noviſſimos operarios, nos Chriſtianos intelligendos, ſatis probabiliter dicere poſſumus, quòd nos, de quibus dicitur: *Filioli, noviſſima hora eſt.* pluribus annis in hac vinea laboravimus, quàm qui antiquæ legis tempore vixerunt longè enim majus meritum fides noſtra habet, quàm habuerit fides Hebræorum, cùm altiſſima illa & imperceptibilia myſteria, quæ nos explicitè credimus, qualia ſunt unitas eſſentiæ, & Trinitas perſonarum in Deo, incarnatio Verbi, Sacramentorum Euchariſtiæ, adoratio patibuli crucis, &c. diſcurſui naturali & ſenſibus incomparabiliter magis repugnent, quàm quæ in veteri lege credebantur; præterquam quòd poſt Chriſti adventum, Chriſtiani in hiſce & ſuperioribus ſæculis copioſiora & atrociora ſuſtinuerint ſupplicia & tormenta, aut tyrannorum perſecutiones, quàm olim in veteri lege tolerârint.

1. Ioan. 2. v. 18.

9. Hic quòque alia quædam circumſtantia conſideranda venit, nimirùm quòd primi, qui murmurabant, fecerint pactum, déque ſtipendio cum Patrefamilias convenerint, adeóque de lucro acquirendo ſecuri fuerint; cui accedit, quòd per hoc ſatis apertè inſinuaverint, quòd propter ſolum denarii intereſſe & lucrum, non verò ob Domini obſequium laborârint; non ſic alii & maximè hi ultimi, quibus Paterfamilias ne minimam quidem mercedis aut ſtipendii dandi mentionem fecerat; hi enim totaliter in Patrisfamilias beneplacitum & diſcretionem ſeſe reſolverant. Unde facilè colligitur, quàm ſint grati & accepti quantúmq; à divina Majeſtate æſtimari mereantur illi, qui ei ſine ullo proprio intereſſe inſerviunt, ex eo ſolùm motivo, quia Deus meretur, ut ipſi pro viribus ſerviamus, cæterùm ſeſe totaliter in divinæ ipſius voluntatis arbitrium remittentes, adeóque ſimiles aulicis illis voluntariis, qui Dominis vel Principibus ſuis ſine ulla proviſione inſerviunt, idque longe

diligentiùs & accuratiùs, quàm ſervi conductitii facere velint. Hi enim Principum illorum quibus obſequia ſua præſtant, gratiam & benevolentiam ſibi longe arctiùs aliis conciliant: ex alia verò parte conſiderandum pariter eſt, quàm ſe parcum erga illos exhibuerit, qui ſe quòque parcos & avaros erga ipſum demonſtrant; ſunt enim nonulli, qui nulla ſupererogationis opera facere volunt; ſed ſoli præceptorum obſervantiæ inſiſtunt, conſiliorum adimpletionem horrentes, à peccatis ſolùm mortalibus ſibi cavere proponunt, & nihil amplius, ideóque ad venialia *datâ operâ* frænum ſibi laxant.

Pares illos nobis feciſti, qui portavimus pondus diei & æſtus.

S. Anſel. 10. S. Anſelmus ait: *Diu ſub onere legis ſudavimus*; ſiquidem, ut S. Leo obſervat, præcepta, quæ Hebræis data fuerunt, ad numerum ſexcentorum tredecim aſcendebant, partim cæremonialia, partim judicialia, partim denique legalia. Unde S. Thomas ait: *Poteſt referri ad Judæos, qui portaverunt pondera legis, de quo pondere dicit Petrus Act. 15. Quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus,*

S. Thom. in Matt. Act. 15. v. 10. S. Thom. in Matt.

11. S. Thomas per hoc pondus laboris, dilationem intelligit beatitudinis: *Spes, quæ differtur, affligit animum: aliqui in principio mundi fuerunt, qui portaverunt pondus, quia ſciverunt ſuam retributionem differri, ideo dicuntur portâſſe pondus diei,* ſub quo Pſalmiſta ingemiſcens lamentabatur dicens: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?*

Pſ. 41. v. 3. S. Anſel. Theoph.

12. S. Anſelmus dicit: *Longiora carnis tentamenta ſuſtinuimus.* Theophylactus partes illos antiquos ante Chriſti adventum plus laborâſſe exiſtimat: *Eo quòd tunc nondum erat mors ſoluta, neque diabolus contritus; ſed adhuc vivebat peccatum:* nos autem per ſacrum Baptiſmatis lavacrum regenerati, ad reſiſtendum & ſuperandum adverſarium noſtrum antiquum, jam dudum à Chriſto proſtratum & debellatum, efficacioribus gratiæ auxiliis muniti & provisi ſumus.

Paul. de Pal.

13. Paulus de Palatio ſimiliter eam, quam Hebræorum populus in lege ſcripta habebat ad virtuosè operandum, difficultatem conſiderat, dicit enim: *Illi carebant Sacramentis conferentibus gratiam, & juvantibus contra laborem; nos contra Sacramentis reficimur. Item minori illi ornabantur gratia, minoribusque Spiritûs ſancti viribus, quàm noſtri, demum minoribus illi, quam noſtri ſtimulabantur virtutum exemplis.*

14. Verùm enimverò omnibus hactenus dictis opponi poſſe videtur, quòd potiùs nos hoc novi teſtamenti tempore dicere poſſimus, quòd per multa ſæcula portavimus pondus diei & æſtus, in tot nimirum perſecutionibus, exiliis, facultatum jacturis, ſupplicijs, aliisque innumeris ærumnis, quas olim in primitiva Eccleſia, & etiamnum ſuſtinuimus & ſuſtinemus; cùm econtra Patriarchæ antiqui in bonis temporalibus proſperati longiſſimo tempore vixerint: at verò hæc ipſiſſima eſt ratio, quam Author operis imperfecti in favorem opinionis ſuæ adducit. Dicit enim: *Tunc mundus in juventute conſtitutus omnibus bonis proſperabatur, & felix erat; nunc autem mundus ſeneſcens omnibus adverſitatibus premitur, & ideo concupiſcibilis non eſt: qui ergo nunc fuerunt homines, cùm majori difficultate juſtitiam ſervaverunt, quia ipſa felicitas mundialium rerum ſatis impedimentum eſt animæ ad juſtitiam faciendam.* Longè faciliùs erat fidelibus incatacumbis & ſpeluncis, perſecutione oppreſſis, ſanctitatem acquirere & conſervare, quàm in throno Eccleſiæ, mitræ ornamentum in capite, pedi verò paſtoralis manu gerentibus, ab omnibus reverenter honoratis, & cæremoniarum ſplendoribus coruſcantibus.

Auth. Imp. ho. 34.

15. Enimverò ex alio quòque capite dici poteſt, illos indecorè mentitos fuiſſe; labor enim, quem exercebant, illis gravis eſſe non poterat, quando de mercede habenda ſecuri erant. *Conventione autem facta ex denario diurno*; ipſa etenim quotidiana experientia nos docet, quòd ſudores minùs ſentiantur, vel ſaltem libentiùs & alacriùs tolerentur, quando adeſt certitudo retributionis: alii hanc ſpem non habebant noviſſimi nimirum, quibus de mercede ne verbo quidem facta eſt mentio. Magnum utiq; etiã in hujus vitæ adverſitatibus æru-

mnan-

mnantibus eſt ſolatium, quando illas ſuſtinens, pignus in manu habet æternæ retributionis. Unde Tertullianus de ſui ſæculi Martyribus ita ſcribit: *Nihil onus ſentit in nervo, dum animus eſt in cœlo.*

Tertull. l. ad Marty. c. 2.

Verſus 13.

At ille reſpondens uni eorum dixit: Amice, non facio tibi injuriam, nonne ex denario conveniſti mecum?

Dionyſ. Carth. 1. Dionyſius Carthuſianus ait: *Aliquid tibi injuſtè ſubtrahendo, ob hoc quod alium juxta condignum glorifico, & tibi in mercede parem facio.*

Lyran. 2. Lyranus ait: *Quia injuria non habet locum, ubi eſt mera gratia, & ideo ſi det gratiam, cuicunque voluerit, non facit alicui injuriam.* Cùm enim gratia meritum præcedens non ſupponat, Deus in danda gratia abſolutus eſt Dominus, (& præcisâ gratiâ ſufficiente, quam nulli negat) in eâque ſe plùs vel minùs liberalem exhibere poterit, erga quemcunque voluerit. Nunquid ingens eſſet hominis illius ſtultitia, qui poſt tranſactam vitam lubricam & licentioſam in fine annorum ſuorum doleret & murmuraret, quòd ſibi à Deo non ſit data contritio adeò fervens, ac fuit illa boni latronis? Nunquid talis impertinens murmurator mereretur audire: *Non facio tibi injuriam, tolle quod tuum eſt?* Deo quidem complacuit ſpatium pœnitentiæ Manaſſi concedere, quodtamen filio ejus minimè indulſit; & tamen de eodem Deo Spiritus ſanctus ſcribit: *Bene omnia fecit.* S. Apoſtolus de Deo noſtro, velut de figulo quodam loquens, ita ſcribit: *O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, quiſe finxit, quid me feciſti ſic? Annon habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam.*

Rom. 9. v. 20. & 21.

Verſus 14.

Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic noviſſimo dare, ſicut & tibi.

Paul. de Pal. 1. Paulus de Palatio ait; *O verbum omni miraculo majus!* Demum verò animam quandam ſanctam & juſtam interrogat: *Quidnam tuum eſt?* citátque quandam ſancti Auguſtini ſententiam, dicentis: *Fecit Deus hominem, ut amando: ſummum bonum poſſideret: eſt ergo Deus poſſeſſio hominis.* Deus enim totus factus eſt noſter, noſtrique poſſeſſio, adeò ut ſancta mater Eccleſia in hymno quodam ita canat: *Se naſcens dedit ſocium, conveſcens in edulium, ſe moriens, in pretium, ſe regnans dat in præmium.* Unde idem Author dicit: *Gauderes, ſi tuus eſſet orbis; gaudere quò tuus ſit author orbis.*

2. Dictum iſtud: *Tolle quod tuum eſt, & vade*, illis quòque adaptari poteſt, qui nonnunquam illorum volunt eſſe cenſores, quibus ex officio incumbit illos vel inſtruere, vel in vita & moribus dirigere & moderari; quòd ſi enim doctrina, quam tales tradunt, monitum quod ſubminiſtrant, aut præceptum quod tales imponunt, à verò & ab honeſto non recedat, non eſt quod curioſiùs in hoc inquiratur: hoc enim nihil nos attinet facere, hoc ſolùm indè nobis capiamus, quod in eo fructuoſum eſt; ſic enim quoad Medicum non ſumus ſolliciti an bene vel malè pharmaca præſcribat; dummodo dieta, quam nobis præſcribit, aut medicina, quam ordinat, ſalutifera nobis ſit.

Verſus 15.

Annon licet mihi, quod volo facere? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?

Annon licet mihi, quod volo facere?

1. Janſenius ſuper hæc verba ſcribens, doctrinam quandam adducit, per quam errorem quendam nobis eximit, quo aliàs ex hiſce verbis facilè imbui potuiſſemus. Dicit ergo: *Non ut intelligamus magis à Deo coronandos, qui minimè ſunt operati; ſed quod in illos Deus benignior ſit futurus, qui gratiâ ipſius magis confiſi de operibus ſuis minimè confidunt; illos autem illius gratia, quâ vita æterna datur, fore expertes, qui tantàm in propriis confidunt operibus.*

Janſ. c. 101. concord.

2. Paulus de Palatio optimè conſiderat verba illa: *Annon licet mihi, quod volo facere?* bene quidem ex ore Dei prolata ſonare, at verò væ nobis, ſi è nobis quiſpiam, cujuscunque

Paul. de Pal.

cunque demum conditionis ille ſit, eadem ſibi uſurpare voluerit: *Totum orbis damnum eſt, quod putat ſibi licere, quod libet; ſolius Dei eſt licere ei, quod vult; eo enim quod vult, licet noſtrum, ut ſolùm liceat, quòd Deus vult.*

An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum?

Gloſſ. 3. Gloſſa ait: *Verè Iudæi pravam intentionem habuerunt, qui prohibuerunt Apoſtolis, gentibus loqui, ut ſalvæ fierent.* Idipſum quòque S. Remigius ſcripſit; ſiquidem S. Remig Luc. 11. v. 34. per oculum intentio denotatur, *ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit;* intentio autem Judaiſmi contra Gentiliſmum peſſima erat. *Ad quid autem ſenſus hujus parabolæ tendat*, inquit S. Remigius; *manifeſtatur, cum ſubditur: ſic erunt primi noviſſimi, & noviſſimi primi, eo ſcilicet, quòd Iudæi de capite vertantur in caudam, & nos de cauda mutemur in caput.*

4. Hoc quòque dictum valde congruè adaptari poteſt illis, qui ex bonitate & longanimitate Dei occaſionem ſumunt in malitia ſua perſiſtendi, ſi ámque de die diem procraſtinandi pœnitentiam. *Abſit* inquit Tertull. de Pœnit. Tertullianus, *ut redundantia clementiæ cœleſtis libidinem faciat humanæ temeritatis, nemo idcirco deterior ſit, quia Deus melior eſt.*

5. Porrò per nequam hunc & malignum oculum invidus intelligitur; Unde Chryſoſtomus: Chryſ. ibid. *Non dolebant quaſi fraudati de mercede ſua, ſed quia illi ampliùs, quàm merebantur, acceperant; ſic enim dolent invidi, quando alteri aliquid additur, quaſi eis ſubtrahatur.* In Hebræo idem eſt S. Bern. ſer. 13. ſup. Pſ. Qui habitat. *invidus*, quod *nequam oculus*. Unde S. Bernardus ait: *Nôſſe cupis oculum baſiliſci venenatum, oculum nequam invidum cogitato.*

Verſus 16.

Sic erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

Sic erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi.

1. Cajetanus advertit concluſionem Cajet. ib. iſtam, reſponſo S. Petro dato, optimè quadrare, ſcilicet quòd non propter id, quis ſubitò felicior futurus ſit, quia plus dereliquit: *ſed quem gratia Dei priorem conſtituet*; notandum enim eſt, hanc parabolam eo præcipuè fine ordinatam fuiſſe, ut Eccleſiæ ſuæ Chriſtus manifeſtaret, *quòd gratia Dei abſq; juſtitiæ præjudicio non datur ſecundùm opera, labores temporalia bona, & ſimilia, ſed ſecundùm divinam voluntatem.*

2. S. Anſelmus Chriſtum hoc loquendi modo dicere voluiſſe exiſtimat, quòd ſicut Judæos, qui antea ſummo in pretio apud Deum erant, in tantum contemptum redactos videmus, ut ſint ludibrium & opprobrium omnium hominum; Gentiles verò, qui ante ob idololatriam ſuam adeò abominabiles fuerant, honoratos, & in Eccleſiæ ſanctæ ſinum benignè receptos eſſe conſpicimus: ita quòque idem aliis evenire poſſit, qui modò in mundi oculis paſſim contempti & abjecti, vileſque habentur. S. Anſel.

3. Denique ex hac propoſitione perſpicuè colligitur, quàm ſit humanum judicium fallax; ſiquidem ſæpe fit, quòd ii, quos nos primas in cœlo ſedes occupare credimus, ultimas omnino teneant; econtra, verò quòd ii, quos vix inter ultimos locum habere exiſtimamus, futuri ſint primi; neque enim ad interiora videnda penetrare poſſumus, præterquam quòd divina gratia abſque ullo divinæ juſtitiæ illato præjudicio, omnia poſſit: *Annon licet mihi, quod volo, facere?*

Multi ſunt vocati, pauci verò electi.

4. Lyranus ait: *Ad fidem Chriſti per legem & Prophetas electi pauci, quia de Iudæis pauci comparativè crediderunt in Chriſtum.* Lyran.

5. S. Thomas verba hæc interpretatur de Gentilibus ad fidem converſis, è quibus pauci ſalvantur, citátque authoritatem S. Gregorii, dicentis: *Ad fidem enim plures veniunt, & ad cœleſte regnum pauci perducuntur; plerumque enim Deum vocibus ſequuntur, moribus fugiunt.* Unde Sanctus Doctor duo documenta deducit: Primò, cavendum nobis eſſe, ne unquam de nobis præſumamus, quia tametſi ad fidem vocati ſimus, S. Thom. in Cat. S. Greg. ib.

attamen an ad numerum electorum aggregandi ſimus, ignoramus. Secundum eſt: *Ut unuſquiſque proximum ſuum, quem jacere in vitiis conſpicit, deſperare non audeat, quia divinæ miſericordiæ divitias ignorat.*

S. Thom. in Matt. Sanctus Thomas ſuper Matthæum ſcribens inter eſſe vocatum, & eſſe electum his verbis diſtinguit: *Quia qui fide credunt, omnes vocati ſunt; ſed illi electi, qui bona opera faciunt, & iſti ſunt pauci;* ac proinde S.

1. Pet. 1. v. 10. Petrus ſalubriter nos monet, dicens: *Magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem faciatis.*

Luc. 13. v. 23. 6. S. Lucas refert, Salvatorem de numero ſalvandorum interrogatum fuiſſe: *Ait illi quidam: Domine ſi pauci ſunt, qui ſalvantur? Ipſe autem dixit ad illos: Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.* Paulus de Palatio ſuper illa verba: *Aſcendente eo in naviculam*, ly *naviculam* conſiderat, & ſcribit: *Sicut elegantiſſimè dicta navis eſt vita chriſtiana, quæ ad portum ſalutis affert, ita horrendo & lachrymabiliter dicta navicula eſt. Utinam navis grandis & nimium capax fuiſſet; ſed navicula eſt, arcta eſt, brevis eſt, quia pauci ſunt qui intrant per eam.* Ex parabola de decem virginibus deduci poſſe videtur, medietatem animarum ſalvandam eſſe; ſiquidem quinque illarum ad cœleſtis ſponſi nuptias ingreſſæ fuerunt; veruntamen Cajetanus in ea eſt opinione, quod hæc parabola non ſit intelligenda de omnibus illis, qui baptiſmali charactere inſigniti, ſub Chriſti ſignis chriſtianæ militiæ ſunt adſcripti, quia quoad multos opera perditionis ipſorum ſunt manifeſta: ſed ſolùm de iis Chriſtianis, quos, quoad apparentiam externam, de electorum numero eſſe credimus; & de his Salvator vix medietatem de ſalute ſua ſecuram eſſe dicit: *Parabola iſta tractat non de omnibus Chriſtianis; nam multorum extrinſeca opera manifeſtè ſunt mala, ſed de illis tantùm, qui profitentur ſe ſtudere factis ad continuum progreſſum versùs patriam Cœleſtem.*

(†)
******
****
*

DO-

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Luc. cap. 8.

Vers. 4.  *UM turba plurima convenirent, & de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem:* 5. *Exiit qui seminat, seminare semen suum; & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est & volucres cœli comederunt illud.* 6. *Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.* 7. *Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocaverunt illud.* 8. *Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.* 9. *Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.* 10. *Interrogabant autem discipuli ejus, quæ esset hæc parabola?* 11. *Quibus ipse dixit: Vobis datum est nôsse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.* 12. *Est autem hæc parabola: semen est verbum Dei.* 13. *Qui autem secùs viam, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant.* 14. *Nam qui supra petram, qui cùm audiêrint, cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* 15. *Quod autem inter spinas cecidit, hi sunt, qui audiêrunt, & à sollicitudine, & divitiis & voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, & non referunt fructum,* 16. *Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.*

Versus 4.

Cùm turba plurima convenirent, & de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem.

Cùm turba plurima convenirent, &c.

Gloss. ib. NOn *omnes eadem voluntate*, inquit Glossa, *quidam pro bono, quidam pro malo, omnibus tamen Dominus beneficia præstat, docendo, alendo, sanando.*

Dionys. Carth. Dionysius Carthusianus aliquos ex curiositate ad ipsum audiendum accessisse putat, alios verò ex malitia, ut ei insidiarentur. Rabbanus addit, multos propter interesse proprium ipsum secutos fuisse, ut scilicet ab eo pascerentur, eò quòd panem aliquando per mirum miraculum multiplicâsset alios denique, propter miraculorum novitatem.

2. Experientia satìs hoc bacchanaliorum tempore testatur, quòd quo tempore Deus à majori Christianorum, dissolutiones hujus temporis consectantium, parte misere deseritur, multi nihilominus timoratam conscientiam habentes, in ejus sequela hisce diebus magìs quàm unquam efferveseunt.

Dixit per similitudinem.

3. S. Bonaventura Christum, velut Sapientiam æterni Patris increatam, prudentissimè *S. Bonav. ib. in Luc.*

tiſſimè hac ſimilitudine parabolicâ uſum fuiſſe notat: *Per apertas res, quibus aſſueti erant, & ideo ad audiendum cum deſiderio properabant.* Auditores, gens varias neceſſitatibus aſſuefacta, erant: *Cùm turba plurima convenirent;* ac proinde varias illis proponebat parabolas: *Attrahebat auditores, commiſcens parabolas de arca, de vinea, de agro;* multum enim intereſt, ſi Concionator ad ſphæram capacitatis & guſtum auditorum ſuorum adaptare ſe norit.

Verſus 5.

Exiit, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat, aliud cecidit ſecùs viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud.

Exiit.

Theoph. 1. Theophylactus ait: *Exiit non loco, nam ubiq; eſt, ſed ſecundùm illud, quod propior nobis eſt, per carnem dicitur egredi e finibus paternis.* Idem quòq; ſuper ly *Exit*, notavit Cajetanus, dum ait: *Exiit, quia exivit à Patre, & venit in mundum.* Salmeron hunc egreſſum exceſſui amoris ipſius erga nos attribuit: *Dicitur exiiſſe ob ingentem vim amoris ad exitum compellentis: omnis enim amor amantem extra ſe in re amata collocat.*

Cajet. ibid. *Salmer. ib. to. 7. or. 4.*

2. Quod ſi per hunc ſeminatorem Verbum increatum, ſeu Sapientia Patris intelligatur, ingenti cum myſterio ad ſeminandum hoc ſemen, è cœlo, & è ſinu Patris exire dicitur, ut per hoc inuat, quòd ad hoc, ut Verbum Dei & Sapientia Patris in auditorum cordibus fructum adferat, neceſſum ſit, ut is, qui verbum illud, ſemen illud divinum ſeminat, ut homo ſit adeò juſtus & ſanctus, acſi de cœlo ipſo egreſſus fuiſſet.

Qui ſeminat ſeminare.

Salmer. 3. Salmeron, Venerabili Bedâ duce & authore, obſervat, quòd Chriſtus eâdem die, quâ parentes illius prædicationem ejus interruperant, quâque varias à Phariſæis blaſphemias toleraverat, hanc parabolam juxta mare propoſuerit: *ut intelligas, adversùs bonitatem Dei nihil potuiſſe malitiam, quò enim Chriſtum Phariſæi plùs calumniabantur, & inſectabantur, eò minùs turbæ ab eo recedebant.* Præterea ex hoc Evangelio, quod in præſenti Bachanaliorum tempore legitur, deduci poteſt, quòd tametſi hoc tempore potiùs, quàm in totius anni quovis alio, majoribus efficiatur injuriis & opprobriis, ob hoc tamen ab annuntiando verbo ſuo, ad aſſiſtendum nobis in Sacramento Euchariſtiæ, in oratiònibus ſolemnibus, ad alia nobis ſubminiſtranda auxilia ſpiritualia nequaquam deſiſtat, ut à præſentibus nos diſſolutionibus divertere poſſit; in multis quòque bonis & devotis animabus clarè videtur, quòd, quantò magìs à mundi torrente offenditur, & derelinquitur, eò minùs ab eo recedat.

S. Hier. in Matt. 4. S. Hieronymus ait: *Significatur, ſatorem iſtum, qui ſeminat, eſſe Filium Dei, & Patris in populis ſeminare ſermonem.* De hoc agricola Theophylactus pariter ſcribit, quòd ſemen ſuum noſtris inſerere animabus nunquam ceſſet: *Non enim ſolùm, quando videtur docere, ſed & per mundum iſtum, & per ea quæ quotidie facit erga nos, ſeminat in animabus noſtris bona ſemina.* Salmeron notat, quòd, ſicut idemmet Filius Dei, Redemptor noſter & redemptio, lex & legislator Sacerdos & hoſtia dicitur; ita quòque *ſator & ſemen* appelletur; ſiquidem Evangelium in ſua ſubſtantia nihil eſt aliud, quàm ipſemet Chriſtus incarnatus, natus, evangelizans, mortuus, & à mortuis reſurgens, &c.

Theoph. ib. in Luc. *Salm. ib.*

5. Semen manu ſpargitur, quæ primò illud pugno ſtringit, priuſquam in terram diſpergat. Unde Didacus Stella ait: *Seminator manu ſeminat, ita quòque tu manu & opere optimè prædicabis*; atque ideo idem Evangeliſta de hoc eodem ſeminatore ſcribit: *Cœpit IESUS facere & docere.*

Did. Stell. in Luc.

6. Quod ſi quis eſſet, qui nullam haberet agriculturæ notitiam aut experientiam, is utique videna, quòd frumentum, quod ad faciendum panem caro pretio emitur, poſtea in terram projiciatur, hanc ſtultitiã meram

meram eſſe crediturus eſſet: ſimili quòque ſtultitiâ nonnulli homines laborant (de quibus textus ille Apoſtoli intelligitur: *Animalis homo non percepit ea, quæ ſunt ſpiritûs*) qui amentes & deliros illos eſſe cenſent, qui ſubſtantiam ſuam per eleëmoſynas in pauperes diſtribuunt, qui delicijs & voluptatibus obrenuntiant; neque enim qui tales ſunt, intelligere poſſunt, quàm verum ſit, quod *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent; euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua; venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.* Pſ. 125. 5.

7. Cæleſtis hic agricola in ſuo è paradiſo egreſſu primo venit, ut ſemen ſuum ſuper hanc humanæ noſtræ naturæ terram ſeminaret: at verò in altero ſuo in hunc mundum adventu, qui in die noviſſimi judicij futurus erit, veniet, ut natam ex ſemine iſto ſegetem in granarium cæli recondat: zizania verò & paleas in ignem infernalem conjiciat.

Semen ſuum.

8. Non ſine peculiari myſterio hic ly *ſuum* adjunxit, per hoc enim ut Cajetanus bene advertit, *ſeipſum demonſtrat*, ſiquidem Apoſtoli & omnes alii, qui verbum Dei annuntiaverunt, ſemen Dei, & non proprium ſeminaverunt, ſiquidem ſemen iſtud è Dei granario, id eſt, è ſacra Scriptura, è veteri & novo Teſtamento deſumpſerunt, ac proinde hic Magiſter noſter cæleſtis expreſsè dicit: *Non eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis, Qui vos audit, me audit.* Et Apoſtolus de ſemetipſo ait: *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus?* Enimverò certum eſt, nos nullum ſemen bonum ſeminare poſſe, niſi illud de Chriſti granario mutuemur. Unde Albertus Magnus ait: *Ecce ſeminis puritas, non enim debet ſeminari niſi ſemen ſummi agricolæ, & non aliud.* Porrò multi ſunt qui loco frumenti zizania, id eſt, hæreſes & doctrinam falſam ſeminant. Hanc quòque miſeriam ſeminandi ſemen proprium, non verò ſemen Chriſti, Paulus de Palatio in nonnullis prædicatoribus etiam Catholicis deplorat, dum ait: *Neque otiosè dixit: Semen bonum; fateor ideo fratres parati in Eccleſia Dei ſtructus, quia qui ſeminant, non ſemen Dei, ſed ſuum ſeminant; non ſeminatur ſemen habens efficaciam ex Deo, ex charitate, ex ſpiritu; ſed ex ſtudio & eloquentia humanâ.*

Cajet. in Matt. c. 13. Matt. 10. 20. Luc. 10. 16. 2. Cor. 13. 3. Alb. M. in Luc. Paul. de Pal. in Matt.

Et dum ſeminat, aliud cecidit.

9. Portò certum eſt id, quod S. Joannes de Chriſto ait: *Erat lux vera*; déque eo, qui hoc ſemen ſpargit, ſcribitur: *Reſpicit in cœlo & in terra; ſuſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem*; atque ideo mirum eſt, quomodo ſemen quod eſt ipſiſſimum Dei verbum, de manibus in terram ceciderit? *Aliud cecidit.* Albertus Magnus ad hoc ſe reflectit, quòd S. Lucas non dicat, quòd illud ex induſtria & datâ operâ in terram conjecerit, ſed quòd ceciderit: *Nunquam ex intentione projisit in locum ubi pereat, ſed aliquando cadit ex fundi malitia abſque intentione projicientis, & hoc eſt, de quo dicit: Cecidit.* Cornelius Janſenius hanc parabolam in illum præcipuè finem ordinatam fuiſſe opinatur, ut exinde diſcamus, quòd ut reſipiſcamus, & meliores evadamus, verbum Dei audire non ſufficiat: *Sed variè illud recipi, atque in paucis ſuos facere fructus, idque non ex vitio ſeminantis, aut ſeminis, ſed ex vitio eorum, qui ſemen recipiunt*, ac proinde Theophylactus ait: *Qui ſeminat, docet rectum ſermonem, ſed ſermo diverſimodè cadit in audientes.* Pſ. 112. 6. 7. Alb. M. in Luc. Janſ. c. 51. conc. Evang. Theoph. in Gloſſ.

Secus viam.

10. *Via eſt cor, ſedulo malarum cogitationum tranſitu attritum & arefactum, ne ſemen verbi poſſit germinare; ſed à peſſimis cogitationibus conculcatur, & à dæmonibus rapitur.* Unde ad eum modum, quo platea publica unicuique aditum indulget; ita cor impii omnibus malis cogitationibus, cunctisque vitiis receptaculum exhibet. Gloſſ. ib.

11. Albertus Magnus ait: *Via eſt trita, dura & frequentata, & ſignificat ſenſum & imaginationem, in quibus diſcurrunt delectantia ſenſualitatem, & rerum concupiſcentiam, & frequentant pompam ſathanæ*, id quod in hiſce luxui & vanitatibus deditis, licentioſis diebus ſingulariter adimpletur. Alb. M. in Matt. c. 13.

12. Hugo Cardinalis de illis explicat, qui Hugo Card. in Luc.

verbum Dei ſolo exteriori auditu auſcultant: *Secus viam ſunt, qui audiunt exteriùs ſenſu corporis; dicitur ſecus viam, non in via veritatis, aut patientiæ: vel ſecus viam, id eſt, tranſitum mundi, non ſeparari à mundo.* Sùntq; illi propriè, qui ſimul Dei & mundi partes ſuſtinere volunt; parvi enim faciunt, ſi ex prædicatione verbi Dei venientes, mox ad laſcivas & prophanas comœdias tranſeant, vel ab Eccleſiis venientes proſtibula accedant.

Dio. Cart. in Luc.

13. Dionyſius Carthuſianus expoſitionem quandam, hiſce temporibus valde opportunam, adducit, dicens: *Id eſt, magna pars prædicationis Chriſti deſcendit in corda hominum mundanorum, carnalia ſpiritualibus præponentium, qui ſecus viam ſunt, id eſt, latis itineribus ſæculi hujus, id eſt vitioſis operibus adhærent, nec à lata via perditionis elongare ſe volunt.*

Salmer. to.7.tr. 4.

14. Salmeron de infidelibus atque catechumenis intelligit, qui ſacrum Baptiſmi lavacrum nondum receperunt, & de hæreticis, qui ab Eccleſia ſeparati ſunt; vel etiam de malis Chriſtianis, qui, tametſi veram profitentur fidem, *Nondum tamen ingreſſi ſunt vitam Chriſti arctam, id eſt, virtutem, ſive charitatem, de quâ Apoſtolus: Excellentiorem viam vobis demonſtro.*

Et conculcatum eſt.

15. Hoc ſemen in ſemetipſo tantæ eſt efficaciæ, ut cœlo pariter & terræ eſſe & perfectionem ſuam conferat: *Verbo Domini cœli firmati ſunt. Dixit, & facta ſunt; omnipotens ſermo tuas Domine.* Unico duntaxat verbo ſurdis auditum, ſermonem mutis, lumen cæcis, vitamque defunctis reſtituit: *Vox Domini in virtute*; unde igitur provenit, quòd nonnunquam nullum prorſus in nobis fructum proferat? Paulus de Palatio ait: *Cùm audit & ridet, tunc verè ſementem conculcat, quia verbum, quod ſuper caput ſtatui debuerat, ſub pedibus collocatur.*

Paul. de Pal in c.13. Mattt.

16. Albertus M. ſemen illud, quod ſecus viam cecidit, conculcatum eſſe notat, indéque hanc moralitatem deducit, præſenti, propoſito, & tempori Baechanaliorum & Carniſprivii valde convenientem: *In qua diabolus per delectabilia, & vanitates mundi cor ad duritiam conculcavit.*

Alb. M. in Luc.

Num. 22. *perverſa eſt via tua, mihique contraria.* *Num. 22. 23.*

Et volucres cœli comederunt illud.

17. Gloſſa rationem reddit, cur ſpiritus infernales volucres cœli in Scriptura appellentur: *Ideo volucres cœli dicuntur, quia cœleſtis & ſpiritualis ſunt naturæ: vel quia per aërem diſcurrunt*; imò multi ſpiritus in aëre degunt, de quibus Apoſtolus ſcribit: *Contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*; ideóque commune cum volucribus diverſorium habent. *Gloſſ. ib.* *Eph. 6. 12.*

Comederunt.

18. Dionyſius Carthuſianus ait: *Hoc verbum Dei de cordibus audientium ſuis tentationibus abſtulerunt, ad quos ſpiritualiter pertinet illud Oſeæ: Comederunt alieni robur ejus, & ipſe neſcivit.* S. Bonaventura advertit, ex hoc loquendi modo deduci, duo eſſe præcipuè obſtacula impedientia quò minùs ſemen iſtud fructum in nobis faciat: *Malæ ſuggeſtiones hominum, & tentationes dæmonum.* *Dio. Cart. ib.* *S Bonav. in Luc.*

19. Salmeron invidiam diaboli, ejúſq; implacabile odium conſiderat, quod habet adverſùm illos, qui verbum Dei devotè auſcultant; ſiquidem ſæpiſſimè imò communiter, tempore concionum auditoribus ſomnum conciliat; aut verò cantus hirundinum, aut aliarum avium, canum latratus, ploratus puerorum, aut ſimiles ſtrepitus audiri facit: *Solet tunc curas domeſticas menti objicere, lites & ſimilia quæ poſſunt impedire attentionem*: ſimiliter efficit, ut Prædicatores variorum defectuum cenſuris ſubjicere debeant, vel nimiæ prolixitatis, vel affectatæ ſubtilitatis, aut obſcuritatis conceptuum, vel eloquentiæ, &c. *Salmer.*

20. Paulus de Palatio in alio ſenſu ly *commederunt* interpretatur. Primò enim dicit, volucres cœli, id eſt dæmones comederunt; quia diabolus, videns verbum Dei contemptui haberi, gaudet, & in hoc velut in lauto convivio delitias ſuas repoſitas habet. Secundò, quia propter hunc contemptum vires ipſius augentur ad nos tentandum, lapſúmque noſtrum tantò faciliùs procurandum: *Robuſtior ergo ſit, ut qui comedit contra jejunium. Tertio commedere dicitur quia in pectore* *Paul. de Pal. in Matt.*

ctore ſuo ſervat, quoties verbum contemnimus, ut in die judicii acrius accuſet. Quartò in exemplum & figuram, ſomnium illud adducit Cocis ſive Magiſtri piſtorum Pharaonis, cui Joſeph condemnationem ejus ad mortem in proximo eſſe prædixit, eò quòd aves ſeu volucres cœli ex ferculis, quæ in caniſtro capiti ſuo impoſito ſe portare ſomniabat, comediſſe retulerat: *Ergo cùm Dominus dicit, volucres cœli comediſſe cibum noſtrum, apertè indicat eſſe damnandos, qui verbum ita contempſerint.*

Gen. 40. 19.

Verſus 6.

Et aliud cecedit ſuper terram, & natum aruit, quia non habebat humorem.

Et aliud cecedit ſuper terram.

S. Bona. in Luc.

1. S. Bonaventura ait: *Id eſt, ſuper cor durum, de quo Zacharias: Cor ſuum poſuerunt ut adamantem, ne audirent legem, & verba quæ miſit Dominus* Idem quòque ſentit Albertus Magnus, dum ait: *Eſt cordis duritia, quæ nec timere, nec comminatione frangitur, nec pietate, nec amore promiſſionum emollitur.* De hoc lapideo corde Gloſſa quòque ſcribit, dum illud tale eſſe dicit: *In quo non eſt verus amor, nec perſeverantiæ virtus.* De talibus Jeremias Propheta, ùt Dionyſius Carthuſianus advertit, hiſce verbis vaticinatus fuit: *Induraverunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reverti.*

Alb. M. in Luc.

Gloſſ. ib.

Dionyſ. Carth.

2. Hugo Cardinalis ait: *Petroſa pars terræ, ſignificat ſuperbos, & invidos, & iracundos.* Notat quòque idem Author, quòd Chriſtus Dominus in hac parabola Apoſtolos ſuos, & omnes alios, qui ad ejus imitationem ſemen iſtud diſſeminaturi erant, inſtruere voluerit, ut ab eo opere non deſiſterent, donec indè fructum natum viderent; ſiquidem nec ipſe ab hoc ſeminandi munere ſubſtitit, tametſi tres illius partes perituras eſſe antè præſciverit,

Et natum aruit, quia non habebat humorem.

Lucas Burg.

3. Lucas Burgenſis dicit: *Ut Solis æſtus ſegetes radicatas exurit, ita tentatio firmos roborat magis infirmos deficit.*

Dionyſ. Carth.

4. Dionyſius Carthuſianus obſervat, quod quotieſcunque ex verbo Dei audito non proficimus, ſimul etiam ab operibus bonis proſequendis deficiamus: & ratio eſt, quia humidum & humor ſapientiæ & donorum Spiritûs ſancti, quæ nondum in nobis radicata & ſtabilita fuerunt, in nobis deficit: *Quemadmodum humor aquarum alit & conſervat arbuſta; ſic gratia Dei virtutes & dona Spiritûs ſancti mentem nutriunt & conſervant.* Etenim experientia quotidiana ſatis demonſtrat, quòd ariditates ſpiritûs & deſolationes in via Dei eos, qui in virtutibus nondum ſatis ſunt confirmati, facilè in tentationes incidere faciant.

Salm. ibid.

5. Salmeron hoc loco dubium movet, cur increata Sapientia ſemen ſuum ſuper terram conjecerit ſterilem, in qua illud perdendum eſſe clare prævidit? Et reſpondet cum Chryſoſtomo, quòd, quia Deus, quantum eſt ex parte ſua, omnes in ſalutis ſtatum, & ad veram Dei notitiam perducere intendit, ideo omnem terram ſeminat: *Quia omnes ex mala terra, boni, per ſeminis verbi Dei virtutem, effici poſſunt.* Hoc quilibet alius agricola etſi velit, aſſequi tamen nequit, & ideo ſemen, quod ab eo in terram ſterilem conjicitur, ab ipſo infalliibiliter perditur & amittitur: *Secus verò ille agricola, de quo dixit Domini Præcurſor: Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.*

S. Bern. lib. 1. de conſid.

6. S. Bern. de corde, in peccatis habitu-rio, tractans ità ſcribit: *Cor durum ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movet precibus, exemplis non inducitur, minis non terretur, beneficiis induratur, flagellis non eruditur, ipſum eſt, quod nec Deum timet, nec homines reveretur.*

Verſus 7.

Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exorta ſpinæ ſuffocaverunt illud.

Et aliud cecidit inter ſpinas.

Luc. Burg.

1. Lucas Burgenſis ait: *In terram feracem ſpinarum.* Et ideo ex verbis illis colligit, quòd quando ſemen bonum in agro ſeminabatur, ſpinæ in eodem agro nondum creverint, quia dicitur, quòd ſimul creverint & germinârint, ita tamen, ut ſpinæ citiùs fuerint exortæ: *Celeriùs aſſurrexerunt,*

ut

ut ſolent lolia, & altiùs densiùsque ſeſe ſparſerunt quàm bona ſemina, quæ tardiùs proveniunt. Pari quòque ratione experientia demonſtrat, quòd vitium in hac noſtra natura corrupta profundiùs radices ſuas agat, & ampliùs citiúsque excreſcat & augeatur, quàm virtus. Unde S. Bonaventura ait: *Quia plus in cordibus proficiunt & creſcunt cogitationes carnales, quàm ſpirituales, & eis prævalent.*

S. Bona. ibid.

2. S. Bonaventura dicit: *Id eſt, inter mundanas ſollicitudines, in quibus multi libenter converſantur*; adducítque illum S. Jobi locum: *Ecce ſub ſentibus delitias computabant filii ſtultorum.* Hiſce ſentibus & ſpinetis plenus eſt mundus, adeóque arrident ut deſiderentur & procurantur ab omnibus, arcteque in ſinu conſtringantur; adducit quòque idem Seraphicus Doctor illum Iſaiæ textum: *Vepres & ſpinæ erunt in univerſa terra; & hoc, merito primæ maledictionis.* Enimverò tametſi univerſum genus humanum corrupta quædam & contaminata maſſa ſit, eáque antiquæ maledictioni univerſaliter ſubjecta, nihilominus multis videtur, quòd terra multorum, eorum videlicet, qui in hac vita proſpere agunt, ſpinas nullas producat, ſed graviter hi falluntur: certum enim eſt, quòd verba illa *Spinas & tribulos germinabit tibi*, maledictionem quandam in ſe contineant quæ omnes omnino homines afficit, ac proinde contrarium ſentientibus dici poteſt, ita quidem quoad proſpere in hoc mundo agentes, quoad exteriorem apparentiam videri, acſi ſpinis carerent; revera tamen ita non eſt, quia veriſſimum eſt, quòd terra, id eſt, corpus uniuscujusque hominis, anxietatum, ſollicitudinum infirmitatum, appetituum, appetitum inordinatorum ſpinas & puncturas ei producat; vel ſaltem ad minus puncturas remorſûs & ſyndereſis malæ conſcientiæ ei pariat, præterquam quod omnino certum ſit, quòd *Nemo ſit ſuâ ſorte contentus*; quantumcunque enim quis felix ſit, & proſperè agat, hinc tamen felicitati ſuæ interiùs non acquieſcit: *Nihil eſt omni parte beatum.*

Isa. 7. 24.

Job. 30. 7.

Dioyſ. Carth.

3. Dionyſius Carthuſianus per háſce ſpinas ſuper quas ſemen hoc bonum cecidit, vitioſos intelligit, unde ita exponit: *Hoc eſt in corda paſſionata, ambitioſa & vana, qui ſuperfluis curis, inordinatis timoribus, mortiferíſque triſtitiis afficiuntur, punguntur, torquentur, dum ad temporales divitias & caducos honores immoderatè aſpirant*; quales autem hæ puncturæ ſint, quæ illos tranſadigunt, mox declarat, dicens: *Perdere trepidant, habentibus invident, & perditis contriſtantur.*

Et ſimul exorta ſpina ſuffocaverunt illud.

4. Spina ſimul cum bono ſemine creſcit, illúdque ſuffocat, quia in hujus mundi agro mali ſimul cum bonis permixti ſunt; & quidem mali malitiam ſuam nonnunquam per hypocriſin tegunt & abſcondunt, ne pro talibus agnoſcantur, ipſisque bonis ſæpe adeò prævalent, ut poſt habeantur ab illis, & malè tractentur.

5. Porro tribus præcipuè ex cauſis bonum ſemen à ſpinis ſuffocatur; quarum prima eſt, quia terræ humorem & ſubſtantiam nutritivam exſugunt, adeóque efficiunt, ut terra ad bonum ſemen humectandum, & germinandum ſterilis & inhabilis remaneat. Secunda eſt, quia cùm ſpinæ cuiùs creſcant, ſeſéque latè per agrum extendant, ſolares radios, rorem, aërem & auram, aliásque benigniores cœli influentias impediunt, quò minùs ſuper ſemen bonum, quod ſub terra coërcent, cadere poſſint. Tertia cauſa eſt, quia illud in modicitate & humilitate ſua coërcent, ne in altum ſeſe erigere valeat. Eodem prorſus modo tria impedimenta allegari poſſunt, propter quæ cœleſte ſemen, nullum in multis fructum afferat; & prima quidem eſt nimia, quæ de bonis temporalibus habetur cura & ſollicitudo; ſiquidem quantò amor ille, quo in creaturas ferimur, major eſt, tantò minori amore proſequimur Deum noſtrum. Unde veriſima eſt illa S. Gregorii ſententia: *Quantò cor hominum terrena deſideria dilatant, tantò ſinus cordis ad ſuſceptionem Spiritûs ſancti coangustatur.* Secundò, eadem temporalia obſtaculo ſunt gratiarum, donorum, & conſolationum cœleſtium influentiis, nam ut S. Bern. ait: *Cui Chriſtus incipit dulceſcere, profectò neceſſe eſt amareſcere mundum.* Et ideo qui ſpiritûs ſuavitate gaudere deſiderat, carnis delitias cavere debet. Tertiũ impedimẽtum

S. Bern. ſerm. de verb. ſap.

tum eſt nimius affectus, quem erga corpus noſtrum gerimus; hic enim ſemen hoc ſurſum cælum versùs ſe erigere & creſcere nequaquam permittit; ſiquidem

Sap. 9. 15. *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

Verſus 8.

Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.

Et aliud cecidit in terram bonam.

Did. Stell. in Luc. 1. Didacus Stella religiosè obſervat, quantum nobis hæc parabola timorem & tremorem incutere debeat, ſiquidem ex quatuor agri partibus, ſupra quas idem agricola, imò cœleſtis agricola, in propria perſona divini verbi ſui, ſemen diſperſit, unica duntaxat fructum protulit. Unde tandem formidabilem hanc deducit concluſionem: *Quàm paucos putabimus fore ſalvandos?* Quæ conſequentia deſumpta

Theoph. in Matt. eſſe videtur ex Theophylacto, qui ſuper hanc parabolam, prout à S. Matthæo recenſetur, ſcribens, dicit: *Tres partes ſeminis periêrunt, & quarta ſola ſervata eſt: pauci enim ſunt, qui ſalvantur*; Id quod verum eſſe facile videbit, quiſquis hiſce diebus oculos ſuos in vitam Chriſtianorum defixerit; videbit enim, quòd major pars torrentem mundi, dæmonis & carnis ſigna & vexilla ſectentur, pauci verò ſint, qui in divino ſervitio, & Chriſti ſequela ſolidi & ſtabiles perſiſtant.

Dionyſ. Carth. 2. Dionyſius Carthuſianus per hanc terram bonam, hominis naturam ſeu indolem, divinâ gratiâ adjutam intelligit: *In corde bono per dona naturæ, & optimo per dona gratiæ, dona enim naturæ aptant hominem ad virtutem, & ſubſerviunt gratiæ.*

Gloſſ. ib. 3. Gloſſa auditores ad verbum Dei audiendum diſpoſitos & avidos intelligit: *Qui verbum audire ſatagunt, & in ventrem memoriæ recondunt, & ſic opportuno tempore fructum operationis proferunt, inter proſpera & adverſa ſæculi patientes.*

Matt. 13. 8. 4. S. Matthæus, qui eandem parabolam refert, ita ſcribit: *Alia ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, & aliud tri-*

geſimum. Salmeron hæc verba examinans, myſterium illorum refert, nimirum quòd per triplicem hunc fructum tres intelliguntur vocationes differentes, nimirum virginalis, vidualis, & conjugalis; addit, tamen, quòd per hoc non intendat opinionem illam rejicere, quæ per triplicem hunc fructum tres differentes ſtatus intelligit, nimirum incipientium, proficientium, & perfectorum. *Salm. to. 7. tr. 4.*

5. Advertendum eſt hoc loco, quòd tametſi tres hujus ſeminis partes perditæ fuerint, una tamen pars illius adeò abundantem fructum protulit, ut ſumptus & laborem ab agricola adhibitum adæquare poſſit. Ita nonnunquam in prædicatione Evangelica modicus quidem fructus comparabitur, qui tamen tanti ſit pretii & valoris, ut propter illius lucrum optimè collocati eſſe cenſeantur Evangelici prædicatoris profuſi ſudores & labores. Licèt S. Ambroſius per ſuam prædicationem nullos alios lucratus fuiſſet, præterquam unicum tantùm S. Auguſtinum, ipſi tamen dici potuiſſet: *Hic pro decem millibus computatur.*

Verſus 9.

Hæc dicens clamabat: qui habet aures audiendi, audiat.

Hæc dicens clamabat:

1. S. Bonavent. ait: *Ut ſuo clamore excitaret auditorum attentionem.* Quando homines imprudentes vocem ſuam extollunt ut audiantur, indicium id eſſe ſolet furoris: non verò item in hominibus circumſpectis & prudentibus: *Inſapientibus*, inquit Didacus Stella, *magnum aliquod portendi; ergo Chriſto, ſapientium ſapientiſſimo clamante ſummum eſt, quod agitur, myſterium.* Porrò in Hebræorum populo, multi quidem prævaluerunt exceſſus, nec tamen Deus ad transgreſſores reprehendendos vocem ſuam ipſemet in perſona propria extollere voluit, ſed Iſaiam ad illos, cum hac ei data commiſſione miſit: *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum.* Filiis quòque Joſiæ, in eodem populo regnantibus de novo iniquitates populi illius adauctæ

S. Bona. in Luc. *Did. Stell.* *Iſa. 58. 1.*

 ni-

Jerem. 2. 2. & nimis multiplicatæ fuêre; miſitque ad eos de novo Jeremiam, eique dixit: *Clama in auribus Jeruſalem, &c. Major igitur nunc auget neceſſitas, quæ filium Dei vociferari cogit.* Per totum novi teſtamenti decurſum, Chriſtus triná vice vocem ſuam extuliſſe legitur, nimirum primò in præſenti Evangelio & occaſione. Deinde quando dixit: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.* *Ioan. 7. 37.* Tertiò denique, quando in monte Calvariæ, *clamans, voce magna exſpiravit*: Porrò quando ſpiritum ſuum in Patris manus conſignavit, ipſum tenebrarum Principem protinus in fugam pepulit; quando nos, ut biberemus, ad ſe invitavit: *Loquebatur de ſpiritu, quem accepturi erant credentes; nunc verò clamans, commendat auditionem verbi divini.* ſiquidem immediatè poſt dixit: *Qui habet aures, &c.* S. Joannes pœnitentiam prædicans, elatâ in altum voce dixit: *Ego vox clamantis in deſerto; at nunc Chriſtus ipſemet clamat; negotium procul dubio ſaluti hominum maximè neceſſarium agitur hic, pro quo Deus clamare non dubitat.* Etenim verbum Dei, ſeu prædicatio Evangelii, unum eſt ex præſtantioribus auxiliis atque ſubſidiis, quæ Deus ad animarum ſaluti cooperandum in Eccleſia ſua reliquit. Iſaias qui ad divinum ejus verbum annuntiandum à Deo electus fuit (unde & labia ejus igne purificata fuiſſe leguntur) ita ſcribit: *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrhæ ſimiles eſſemus; ſemen eſt verbum Dei.* *Iſa. 1. 9.*

Qui habet aures audiendi, audiat.

Hugo Card. in Luc. 2. Hugo Cardinalis ait: *Triplicem auditum notat hic, qui eſt neceſſarius auditoribus; ſcilicet auditus naturæ, quo verbum ſuſcipitur: auditus intelligentiæ, quo ſenſus verbi diſcernitur: auditus obedientiæ, quo res verbi efficitur. Non corporis* (inquit etiam Cajetanus) *ſed mentis aures excitat.* Sunt porrò nonnulli, qui verbum Dei auſcultant quidem, non tamen idipſum intelligunt: alii verò intelligunt quidem, ſe non recogitant aut ruminant, nec ſe applicant, ut inde proficere poſſint: alii quidem bonum habent propoſitum exequendi ea, quæ audiverunt; ſed ad effectum illius propoſitum nunquam pertingunt, ſive per negligentiam, ſive quia ſe ad id, tempus ſufficiens aliquando habituros eſſe ſperant. Unde Lucas Burgenſis ait: *Qui non audit, aut audita non conatur intelligere quæ debet, aut quo animo non debet, ut calumniandi vel irridendi animo; is non utitur auribus ad audiendum; perverſum eſt enim hoc aurium officium.* *Lucas Burg. in cap. 13. Matt.*

Verſus 10.

Interrogabant eum diſcipuli ejus: Qua eſt hæc parabola?

Verſus 11.

Quibus ipſe dixit: Vobis datum eſt nôſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.

Vobis datum eſt nôſſe myſterium regni Dei.

1. Theophylactus ait: *Hoc eſt, vobis quærentibus, ut diſcatis;* ſiquidem *Eſurientes implebis bonis.* Chriſtus quòque dicit: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat,* unde cùm ipſi ad audiendum verbum Dei magis ſe probaverint eſſe avidos & cupidos, ideo digni æſtimati ſunt, qui aquâ ſapientiæ illius potarentur, de qua ſcribitur: *Aquâ ſapientiæ ſalutaris potabit illum.* *Theoph. in Luc.* *Eccl. 15. 3.*

2. Paulus de Palatio ait: *Vide quibus; Piſcatoribus, pauperibus, ignobilibus, indoctis. Certè datur nôſſe pauperibus & parvulis, quod abſconditur ſapientibus & prudentibus.* Porrò ad cœleſtem doctrinam & ſapientiam ſuî communicandam, non Ariſtoteles, Socrates, Platones, Demoſthenes, ſed viles, & idiotas piſcatores elegit. *Paul. de Pal. in Matt.*

3. S. Bonaventura dicit: *Regnum Dei, id eſt, intelligentiam ſcripturæ, quæ regnum Dei dicitur, juxta illud: Auferetur à vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus ejus:* Redditque rationem, cur Scriptura ſacra glorioſò hoc titulo inſigniatur: *Quia ſcilicet regnum Dei prædicat, & oſtendit, & promittit, & obedientem ipſi ad regnũ Dei perducit ſecundùm illud: Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere.* Albertus M. dicit, Apoſtolos & diſcipu- *S. Bona. in Luc.* *Alb. M. in Matt.*

los

los id non promeruiſſe ex merito proprio, ſed ex ſpecialiſſimo Dei dono: *Vobis datum eſt, per donum ſpiritûs, & intellectûs, & ſa-*
1.Cor. 2. 12. *pientiæ, & non habetis ex vobis.* 1. Cor. 2. *Nos non ſpiritum hujus mundi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, ut ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis.*

4. Hæc verba quòque in ſenſu morali hiſce Bachanaliorum diebus adaptato, applicari poſſunt omnibus illis, qui ab omnibus diſſolutionibus, quas præſens tempus Carniſprivii ſecum habere ſolet, ſeparati vivunt; hi enim verè intelligunt myſterium regni Dei, de quo Apoſtolus ita
Rom.14. 17. ſcribit: *Non eſt regnum Dei, eſca & potus, ſed juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.* Idem quòque Apoſtolus ad Epheſios ſcribens, declarat, unde dignoſci poſſit, quinam ſint viri ſequaces & diſci-
Gal.5. 24. puli ſcholæ JESU Chriſti. *Qui ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis ſuis*; quod idem eſt, acſi diceret: qui Bachanaliorum hoſtes exiſtentes, eadem diſſipant, fugant, & fugiunt ſiquidemper apetituum ſenſualium mortificationemefficiunt, ut caro adversùs ſpiritum prævalere non poſſit.

Cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.

Did. Stell. in Luc. 5. Quærit Didacus Stella, an Chriſtus non à turba, ſed à ſolis Apoſtolis in ſuis prædicationibus intelligi voluerit? Si ita eſt, igitur fruſtra illis prædicabat. *Nam ut Paulus ait: Si quis loquitur, & non intelligatur, mens ejus ſine fructu eſt.* Reſpondet autem, hanc S. Pauli doctrinam hic locum non habere; ſiquidem Salvator noſter ex propoſito, parabolis inter loquendum utebatur: *Ut rogatus tenaciùs doctrinam ſuam animis audientium imprimeret.* Ac proinde ſi à Phariſæis & aliis non intelligebatur, id propriâ ipſorum culpâ fiebat. *Quoniam animo malevolo audientes, & non ſalutifera ſibi, ſed incommoda Chriſto quærebant*; quòd ſi iidem hanc doctrinam prædicatam non intellexerunt, id fuit, quia nihili eam facientes, contemnebant eandem: *Ejus explicationem nec petere, nec audire volebant.* Porrò ſæpenumero Deus permittit, ut multi cœleſtia myſteria, quæ eis ex ſolo miſericordiæ ejus motivo annuntiantur, non intelligant: *Ne majus ejus præjudicium generetur*, inquit Theo- Theoph. in Cat.
philactus: *ſi poſtquam noverint Chriſti myſteria, contempſerint; qui enim intelligit, & poſtia ſpernit, gravius punietur.*

6. Lucas Burgenſis per illos, quibus Luc. Burg. in Matt.
hujus parabolæ intelligentia occulta fuit, turbam & alios omnes intelligit: *Cujus pars longè major non habet aures ad audiendum, eorum enim alii non deſiderant Dei verbum ex me audire, ſed videre prodigia; alii curiosè tantum cognoſcere cupiunt, quid dicam, auditaque negligunt, nec curant intelligere: alii contemnunt, atque etiam irrident: quidam ſcientes prudentes calumniantur*; pauciadmodum ſæpe ſunt in aliquo magno auditorio, qui verè animo ex verbo Dei proficiendi, ad illud acceſſerint.

7. Gloſſa obſervationem quandam inſtituit, ex textu ſancti Marci, qui eandem parabolam recenſet, deſumptam. Circa hæc enim Evangeliſtæ illius verba: *Et cum* Marc. 4.10
eſſet ſingularis, interrogaverunt eum qui cum eo erant duodecim, parabolam, ita ſcribit: *In quo moraliter inſtruimur, ut ſi intelligen-* Gloſſ. ib.
tiam divinorum verborum aſſequi volumus, ſepoſitis terrenorum tumultuum curis, domum Dei, id eſt, occulta ſcriptura penetralia orando & meditando intremus.

8. Hugo Cardinalis rationem reddit, Hug. Card.
cur increata & incarnata Patris ſapientia parabolam iſtam Apoſtolis exponere & declarare dignata fuerit: *Ut ſe myſticè loqui oſtenderet, & myſticè exponendi ſcripturas exemplum daret.*

Verſus 12.

Eſt autem hæc parabola: Semen eſt verbum Dei.

Eſt autem hæc parabola.

S. Hier. in Matt. c. 15. 1. Sanctus Hieronymus inquit: *Obſerva hanc eſſe primam parabolam, quæ cum interpretatione ſuâ poſita ſit, & cavendum eſt, ubicunque Dominus exponit ſermones ſuos, & rogatus à diſcipulis differit, ne vel aliud, vel plus velimus intelligere, quàm ab eo expoſitum eſt.* Deuteron. 4. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, non auferetis ab eo.* Deut. 4. 2. Job. 29. 22. Job inquit: *Verbis meis addere nihil audebant.* Prov. 30. v. 6. Sapiens quòque monet: *Ne addas quidquam verbis illius & arguaris.* Prov. 30. 6. *Ideo nullus expoſitorum,* Gloſſ. ib. inquit Gloſſa, *auſus eſt manum apponere, ut aliquid adderet Dominicæ expoſitioni, quia ipſe Dominus eam expoſuit.*

Semen eſt verbum Dei.

2. S. Bonaventura ait: *Quia per illud renaſcimur, ut ſimus ſancti & divini; voluntariè enim genuit nos verbo veritatis.*

Luc. Burg. ib. 3. Lucas Burgenſis textum hunc de illo Dei verbo, quod annuntiatur, intelligendum eſſe dicit: *Sermo à Deo profectus, quem Deus vult hominibus ad ipſorum ſalutem, beatitatémque prædicatum.* Potéſtque tam de verbo divino, quod ad aures noſtras aditum habet, intelligi, quàm de illo, quod cordibus noſtris inſinuatur, cujuſmodi ſunt inſpirationes internæ. Porrò ſemen iſtud quod in oculis noſtris non videtur aut apparet, cœleſtis Agricola ſeminat interiùs vel per orationem, vel per lectionem ſpiritualem, vel prædicationem, aut bona exempla, vel per alia ſalutaria monita & documenta, qualia à ſuperioribus, Patribus ſpiritualibus, ahísque ſimilibus ſubminiſtrari ſolent. Et quidem cœleſte illud ſemen in tribus animæ potentiis ſeminatur, in memoria per rememorationem pœnarum æternarum, gloriæ Paradiſi, brevitatis vitæ, ſeveritatis judicii, & horroris in monte ſubeundi. In intellectu illuſtrationes & lumina cœleſtia ſeminat, per quæ æternas nobis veritates manifeſtat; unde in nobis bona & ſancta derivantur propoſita remorſus conſcientiæ, ſive ſyndereſis, & ſanctus & innocens timor Dei: denique in voluntate ſancta ſeminat deſideria & affectus, quibuſcum in nobis ignem accendit amoris erga Deum, & charitatis erga proximum.

4. Enimverò ex quo verbum Dei, ab ipſomet Dei filio, ſemini comparatur, haud abs re erit, aliquas hujúſce comparationis analogias in medium adducere. Primò igitur non ſufficit ſeminare, & ſemen per diligentem culturam terræ committere, niſi etiam cœlum ſuper illud benignas influentias immittat: *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* 1. Cor. 3. 7. Et S. Auguſtinus ait: *Cathedram in cœlo habet, qui corda docet.* S. Aug. tr. in epiſt. Joan. verſ. fin. Opus enim eſt, ut Deus auditorum corda tangat & aperiat, ſi labor verbum Dei annuntiantis fructum ferre debeat. Et hinc eſt, quòd, tametſi Paulus tuba fuerit ſonora Spiritûs ſancti, nihilominus tamen eo prædicante, ut S. Lucas de Lidia tractans ſcribit *Cujus Dominus aperuit cor intendere his: quæ dicebantur à Paulo.* Act. Ap. 16. 14. Secunda Analogia eſt in ordine ad neceſſitatem verbi Dei; etenim homo ſine vino, oleo, aliiſque ſimilibus fructibus vivere poteſt; difficulter autem vitam longo tempore tranſigere poteſt ſine ſemine, ut panem ſibi faciat; unde ſemen vocatur in Scriptura: *Firmamentum panis.* Iſai. *Dat ſemen ſerenti, & panem comedenti, ſic erit verbum meum.* Et ſanctus Jacobus: *Suſcipite inſitum verbum:* Sed quo fructu id fiet? *Quod poteſt ſalvare animas veſtras.* Væ animabus earúmque ſaluti, ubi hæ deſtitutæ fuerint ſubſidio verbi Dei. Tertiò ſemen fructum nullum producit, niſi ſuper terram diſperſum fuerit; *ſic nec verbum, niſi in corde ſuſceptum,* inquit Janſenius, *nihil enim profuerit illud vel auribus tantùm ſuſcepiſſe*: Et hinc eſt quod Chriſto non ſufficiebat dixiſſe:

Pſ. 104. Iſa. 55. 10. Jac. 1. 21. Janſen. c. 51.

Luc.11. 28. iſſe: *Beati, qui audiunt verbum Dei*, ſed protinus adjunxit: *& cuſtodiunt illud.* Quartò ſemen, ut fructificet ſuper terram, ſeminatur: non ſuper tecta, aut ſuper arbores: per quod ſalutare quoddam miniſtris Evangelicis ſuggeritur monitum, quòd ſcilicet illis ſit ambulandum in magnis, aut ſuper arborum cacumina, per nimium ſublimes diſcurſus, quos ingenii oſtentandi gratiâ explicant; ſed procedendum illis eſſe ſtylo plano, facili, morali, & ſphæræ capacitatis accommodato. *Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes*; quem prædicantium errorem Gilbertus Abbas his verbis reprehendit: *Student magis alta, quàm apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum ſui, non ipſorum ſalutem operantes.* Quintò, ſicut terra à ſemetipſa niſi ſeminetur, nonniſi lolia, ſentes, ſpinas, urticas & alias ſimiles inutiles herbas produxit: *ita cor hominis, niſi ſemine divino ſeminatum fuerit* inquit Janſenius, *noxia ſaltem profert, aut ſaltem inutilia & ſterilia.* Sextò, ſemen non ſubitò, ùt terræ mandatum eſt, germinat, & fructum profert; ſed priùs ſub terra mori & putrefieri debet, & ſuo tempore fructificat: ita verbum Dei in multis cordibus ùt plurimùm, non ſubitò effectus ſuos producit; ſed poſtquam ruminatum, & meditatione ſubactum eſt, admirabiles ſuo tempore & loco mutationes facit. Septimò ſemen ſuper terram ſparſum, ad hoc ut fructificet, neceſſariò agrum invenire debet, legione vel aratro debitè cultivatum: *ita ut cor hominis* inquit Janſenius, *intra ſe recipiat verbum Dei, ac ſit ab omnibus vitiis purgatum, culturâ non parvâ opus eſt.* Octavò obſervandum eſt, quòd idemmet granum, quod agricola in agro ſeminat, formica quòque in eodem agro abſcondat & occultet; & tamen ſolùm illud, non verò hoc fructum adfert; & ratio eſt, quia formica apicem, & velut cor grani rodit, ut germinare deinceps non poſſit; quæ eadem cauſa eſt, cur tametſi cœleſte hoc ſemen tantam in ſe efficaciam habeat, in multis tamen fructum, qui alicujus momenti ſit, minimè producat, idq; partim culpâ prædicantium, partim verò ex auſcultantium defectu, quia ſcilicet ambo vim & efficaciam, quam aliàs habiturum eſſet, fructificandi eidem auferunt, dum ſcilicet prædicatores illud annuntiant propter certos humanos reſpectus applauſûs vani, vel intereſſe aut lucri, vel dum auditores illo abutuntur, ſive ex ſola curioſitate illud auſcultando, ſive auſcultatum cenſuris ſuis taxando aut contemerando. Nonò, inter verbum Dei & ſemen hæc quòque notari poteſt differentia; quia ſemen priuſquam fructificet, in terra quoad formâ marceſſit & perditur, licèt totam ſuam ſubſtantiâ in germen influat; unde Salvator noſterait: *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet*, non tamen idem ſit in generatione ſpirituali, quam ſemen hoc cœleſte produxit. Unde S. Petrus ait: *Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei vivi, permanentis in æternum.* Et ideò quòque S. Hilarius miniſtros Evangelicos hoc epitheto decoravit: *Æternitatis ſatores, immortalitatem omnibus corporibus, quibus eorum ſermo aſperſus fuerit, conferentes.*

Rom.12. v.16. Gilbert. ſer.17. in Cant. Ianſen. Ioan.12. v.24. 1.Petr. 1.v.23. S.Hilar. in c.4. Matt.

Verſus 13.

Qui autem ſecùs viam, hi ſunt, qui audiunt; deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalvi fiant.

1. Enimverò ſi hanc Salvatoris expoſitionem præſentibus bacchanaliorum diebus vanis applicare volumus, dicere poſſumus, perillos, quibus volucres capaces pretioſum hoc ſemen de cordis agro abſtulerunt, eos intelligi, qui hiſce diebus prorſus diſſolutè vivunt, qui plateas & fora frequentant, choræis aut laſcivis comœdiis aſſiſtunt, ubi perditur ſpiritus ille, illa devotio & mentis recollectio, bona deniq; illa propoſita evaneſcunt, quæ ſibi antea, verbum Dei auſcultando, fecerant: *Ducam eum in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus.*

Oſe.2.v. 14.

2. Ex quo dæmon in volucre vorace & prædatrice, verbum autem Dei in ſemine figuratur; hinc dæmon eadem cum induſtria, verbo Dei ab animabus noſtris deprædando, inſidiatur, quo volucres rapaces feminibus in terram jactis inſidiari ſolent; & ideo mox ùt dæmon cœleſte hoc ſemen ab anima aliqua conceptum eſſe videt, id-

ipſum eidem eripere omni conatu nititur, idque plurimis adimplet. Advertendum eſt igitur, quòd Salvator dicat: *Tollit verbum de corde eorum*, non de *auribus*, ſed de *corde*; quia poſtquam illud ab homine devoto eſt auſcultatum, omni ſtudio impedire ſatagit, ne illud ruminetur Chriſtus electos ſuos ovium nomine appellat, eoſque verbum ſuum diligenter auſcultare dicit: *Joan. 10. v. 27.* *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis*; quæ profectò comparatio non caret myſterio; ſiquidem animalia iſta hoc ſibi proprium habent, quòd pabulum ſemel ingeſtum iteratò ruminent. De Sanctiſſima Virgine pariter ſcribitur *Luc. 2. 19.* *Conſervabat omnia verba hæc conferens in corde.* Præterea Salvator noſter eodem in loco ſubjungit: *Tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalvi fiant.* Dæmon enim ad hoc connititur, ut verbo Dei omnem fidem & curdelitatem auferat; quod efficit, vel nobis ingerendo contemptum perſonæ illius, quæ illud annuntiat, vel etiam efficiendo, vel veritati illius non credatur, eò quòd promiſſionum, vel comminationum, quæ in illo exprimuntur, effectus non ſubitò conſpiciantur; vel denique ne homo conſideret Deum eſſe, qui *Luc. 10. v. 16.* in miniſtris ſuis verè loquitur: *Qui vos audit, me audit.* Nam ut Lucas Burgenſis *Luc. Burg.* ait: *Metus diaboli, ne, ſi diutius ſinatur verbum Dei duro corde ſuperjacere, tandem ſuo pondere perfringat duritiam, illoque intra cor ſuſcepto, ſalvi fiant ad pœnitentiam.*

3. Multi quidem, ut quotidiana probat experientia, aures ſuas verbo Dei porrigunt; ac verò dum nos dormimus, verbum Dei exequi negligimus, inimicus ſuperveniens zizania ſuperſeminat, ne ſemen receptum fructum edat; memoriam, intellectum, & cor hominis affectibus & curis temporalibus diſtorquet, ſeu etiam hominem laſcivis & prophanis comœdiis, curioſorum vel obſcœnorum librorum lectione divertit, ut hac ratione cœleſte illud ſemen in nobis ſuffocetur.

* * * * *
* * * *
* * *
*

Verſus 14.

Nam qui ſupra petram, qui cùm audiverint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

1. S. Bonaventura hoſce una ex parte laude dignos eſſe dicit, quia verbum Dei cum aviditate auſcultant: *Cùm audiverint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum*, ſuntq; de numero eorum, de quibus Scriptura dicit: *Suſceperunt verbum cum omni auditione, quotidie ſcrutantes Scripturas: ſed tamen in hoc ſunt reprehenſibiles*, inquit, *quia non fovent auditum*, & ideo non mittit radices, *in anima radices non habent, id eſt, firmitatem.* *S. Bon. in Luc.*

2. Gloſſa prædictis verbis aliam adhibet expoſitionem, dum ait: *Multi audientes diſputationem contra avaritiam, vel ſuperbiam, dicunt contemptores ſæculi & caſtos homines eſſe beatos; ſed ubi ſpecies concupiſcibiles eorum obtutibus præſentantur, mox redit ab eis quidquid rectè cogitaverant.* Multi quidem inveniuntur, qui quoadusque verbum Dei in Eccleſia auſcultant, in quo præcipitem & diſſolutum mundi & Bacchanaliorum torrentem fugere monentur, veritatem auditam ſibi omnino perſuaſam eſſe fatentur: at verò dum vix Eccleſiam egreſſi in ſodales ſuos priſtinos incidunt, qui illos ad illicita objecta invitant, à bonis ſuis propoſitis ſubitò iterum dimoventur. Habemus cauſam *in terminis*, ut dici ſolet in perſona Herodis Aſcalonitæ, qui ſanctum Joannem Baptiſtam *libenter audiebat, imò audito eo multa faciebat; ſed radices non habuit, ad tempus credidit, & in tempore tentationis receſſit*; ſiquidem caput ejus à buſto amputari fecit porrò tempus tentationis in eo conſiſtebat, quòd etiam audito Joanne, Herodiadem adulteram nihilominus penès ſe retinebat, ejuſque filiæ ſaltibus, choreis, & tripudiis, nec non conviviis ſumptuoſis ſeſe oblectare pergebat: *Fecit cœnam magnam*; hæc namque ſunt ferè præcipua magis motiva, quibus inimicus infernalis ad ſeminis hujus fructum nobis eripiendum uti communiter ſolet: *Gloſſ.* *Marc. 6. v. 20.*

Vinum

Eccl. 19.2. *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.*

3. Obſervandum quòque eſt, quòd multi inveniantur, qui eadem cum facultate, quâ bona faciunt, viciſſim ad mala facienda ſeducantur, quia infirmitate & habituali in virtutibus perſiſtentia carent; *ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.* qui nimirum ejusdem ſunt indolis, cujusmodi & Pſalmiſta illis verbis indicatur: *Cum ſancto ſanctus eris, cum viro innocente innocens eris, & cum perverſo perverteris*: Multi ſunt, qui hiſce diebus ad malum in tantum propendent, in quantum torrentem aliorum hominum vident, idem perpetrantium, quibus tamen, ſi ſe occaſio bene faciendi, aut boni exempli offerat, eandem quoque non negligunt. S. Carolus occaſione illarum devotionum, quas, pro hoc tempore Carniſprivii, in urbem Mediolanenſem introduxerat, dicere ſolebat, exemplum bonorum efficax ſemper eſſe, ad invitandos & promovendos ad minus illos, qui totaliter mali non ſunt, qui proinde bonos, in ſanctis occupationibus poſitos, videntes, vel ad idem faciendum exſtimulabuntur; vel ſaltem de eo quod utile bonorum exemplum in actionibus publicis non ſequantur, in ſemetipſos erubeſcent.

Pſ. 17. 26.

In tempore tentationis recedunt.

4. Enimverò hoc tempus tentationis dici poteſt, longè ſpiritualiùs in hiſce lubricis & diſſolutis diebus, quàm in aliis, qui per totum annum decurruntur, inveniri; quia tametſi verum ſit, quòd *tentatio ſit vita hominis ſuper terram*, nihilominus magnus ille Dei ſervus Joannes Baptiſta de Fulginio, qui ſuo ſæculo bacchanalia in patria ſua in quandam veluti ſeptimanam ſanctam tranſmutavit, Bacchanalia, dæmonis vindemiam appellare ſolebat. Hiſce igitur diebus, plus quàm aliàs inquam adimpletur textus ille Apocalypticus: *Deſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam ſciens, quoniam modicum tempus habent.* Ipſe enim nunc totum infernum adversùm fideles relaxare videtur, ut illos in illorum perniciem procurandam adigat, ſciens, quoniam ad id faciendum modicum tempus reliquum habeat, eò quod paucos poſt dies ſuperventura ſit Quadrageſima, ſolemne ei bellum indicens: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Dicite ſodes, quónam præcipuè tempore populus Dei in horrendum illud idololatriæ ſcelus prolapſus eſt, dæmonem in laſcivo quodam vitulo, loco Dei ſui adorando: *Quoniam omnes Dii gentium dæmonia?* tunc nimirum, quando Bacchanalium more vivere cœperunt: *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*,, id eſt, choreis, ſaltibus, tripudiis, epulis, aliisque ſimilibus inhoneſtatibus dediti eſſe. Porrò quibus mediis dæmon efficere poſſit, ut cœleſtis agricolæ ſemen pretioſum nullas in nobis radices agat, ſed zizania potiùs radicentur, quæ ipſe ſeminavit, Chryſoſtomus his verbis demonſtrat: *Si Cytharædus vel ſaltator nos vocaverit, omnes quidem currunt cum ſtudio, & gratiam ei de vocatione ſciunt, & diei integri dimidiam partem conſumunt, illi ſoli attendentes; Deo verò per Prophetas, & Apoſtolos, loquente oſcitamus, ſcalpimus, & multus æſtus videtur eſſe.*

Apoc. 12.v.12.

Pſ.95. v. 5. Exod. 32.v.6.

Chryſ. cit. ab Hug. Card. in c. 9. Joan.

Verſus 15.

Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audiunt, & à ſollicitudinibus & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.

1. Theophylactus obſervat, Evangeliſtam non dicere, quòd ſi à divitiis ſuffocati fuerint, ſed à ſollicitudinibus & anxietatibus illarum occaſione exorientibus: *Non dicit, quòd præ divitiis ſuffocarentur, ſed præ curis divitiarum & ſollicitudinibus; non enim divitiæ nocent, ſed ſollicitudines earum.* Etenim experientia teſte liquet, quòd ſi quis ſpinas in aperta manu teneat, nihil ab earum puncturis patiatur; at verò ſi eas intrà contractum pugnum ſtringere velit, læſiones & puncturas non evadet; eodem quòque modo, divitiæ in manu liberali & apertâ nocivæ non ſunt, ſed ſolùm in manu contractâ in pugnum & avarâ.

Theoph. in Luc.

2. Enimvero quónam ſine multos in mundo dives eſſe voluerit, Salvianus enucleatè ſatis exponit, dum ait: *Ut Dei opes, quas*

Salv. li. 1. ad Eccleſ. *quas habent in ſæculo temporarias, bene utendo faciant ſempiternas, ſi agnoſcentes munera Dei, duplici bono gaudeant, cùm, qui ſunt divites in hoc ſæculo, eſſe quòque divites mereantur in cœlo.* Spinæ veſtes noſtras in tantum lacerant, nosque pungunt, in quantum illis juſto viciniùs approximamus; ità quòque nimia cordis noſtri ad illas adhæſio, atque conjunctio, ſola eſt, quæ nos damnat & condemnat. S. Ambroſius illum S. Pauli textum examinans: *Qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum diaboli & deſideria multa & inutilia, & nociva, quæ mergunt hominem in interitum;* ita ſcribit: *Laqueus in auro, viſcus in argento, nexus in prædio, clavus in amore*: id quod perfectè cum eo concordat, quod etiam S. Bonaventura advertit, dum ait: *Creatura non ob aliud periculoſa amatori, niſi quia præponitur Creatori.*

1. Tim. 6. v. 9.

S. Ambr. lib. de bono mor. c. 5.

S. Bona. ſerm. 2. in Dom. 3. poſt Epiph.

3. S. Gregorius in homilia hodie ad Matutinum lecta, ait: *Quis mihi unquam crederet, ſi ſpinas divitias interpretari voluiſſem, maximè cùm illæ pugnant, iſtæ delectent? & tamen ſpinæ ſunt, quæ cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant, & cùm uſque ad peccatum pertrahunt, quaſi inflicto vulnere cruciant.* Chryſoſtomus avari anxietatem ponderans, cor ejus non ſpinis tranſfixum, ſed à tineis corroſum eſſe, dixit: *Si intueri volueris animam hominis aurum amantis, invenies eam ut veſtimentum à decem millibus vermium corroſam, ita eam perforatam undique à ſollicitudinibus.* S. Ambroſius divitis illius inquietudini intimè compatitur, qui nullam poterat captare requiem, eò quòd, ubinam meſſem ſuam ſub tecto reponeret, ignoraret: *Quis talem non miſereatur? anguſtatur abundantiâ, conſtringitur & coarctatur ex opulentia, ager ei non tam redditus largiores, quam gemitus attulit graviores; terra ei non fructuum copiam, ſed curarum moleſtiam germinavit.*

S. Greg.

Chryſ. tom. 47. in Matt.

S. Ambr. ſer. 81.

4. Spinæ noſtras ad ſe veſtes attrahunt, easdemque niſi illis cedamus, omnino lacerant: divites avari per contractus ſuos illicitos, per uſuras, per lites injuſtas, aliosque mille modos & inventiones, alienas ſibi attrahunt facultates, neque alio modo locupletantur, niſi ſpoliando alios; in cujus figuram de Samſone ſcribitur, quòd cùm illam triginta veſtium ſponſionem feciſſet, totidem Philiſtæos in una ſtrage cæciderit, eòsque ſpoliârit; non quòd unde veſtes illas ſolveret, non haberet; ſed ut nobis per hoc inſinuaret, quòd mundus neminem locupletare poſſit, quin alium rebus & facultate ſua exuat, ſiquidem hæreditas aliqua ad hunc per illius mortem devolvitur.

Judic. 14. v. 18.

5. Sub ſpinis multa latent animalia venenoſa, & ideo Didacus Stella ait: *Sicut ſpineta ſuapte naturâ latibula omnium reptilium, venenatorúmque omnium animalium confugium ſunt; ita divitiæ vitiorum ſunt receptaculum & ſedes.* Unde S. Paulinus de avaritia ita ſcribit: *Quæ una omnibus armata criminibus; vel ſi ſola nos capiat, & zabulo ad malitiam, & homini ad mortem ſufficit.*

Didac. Stell.

S. Paulin. ep. 2.

6. S. Bonavent. ait: *Meritò divitiæ comparantur ſpinis, tum quia fructum non afferunt, tum quia fructum impediunt, tum etiam, quia habentem affligunt, ſecundùm illud: Peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam, ut addat & congreget; ſaturitas divitis non ſinit eum dormire, unde quaſi ſuper ſpinas jacet.*

S. Bona. in Luc.

7. Spinæ dum nos pungunt, dolorem quòque nobis afferunt, eúmque ſemper majorem, quando intrà vulnus tenaciter perſiſtunt: longè autem acerbiorem dolorem accerſunt, dum indè eximuntur: ita quòque de bonis terrenis dicere poſſumus. Unde Beda ait: *Divitiæ, etſi delectare videantur, tamen poſſeſſoribus ſuis ſpinæ ſunt, quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant, quæ avidè quæruntur, & ſollicitè ſervantur.* Salmeron quòque hâsce avarorum puncturas conſiderat, dum ait: *Spina crucians cogitatio eſt comparandi divitias, labor in illis augendis & cumulandis, timor in illis admittendis, dolor in eis expendendis.*

Bed. cit. à D. Bon.

Salm. tot. 7. tr. 4.

8. Spinæ utpote in ſemetipſis infructuoſæ, non valent, ùt aliæ arbores ſolent, ut inde fiant ligna ad laborandum, ſed ſolùm ad combuſtionem ſerviunt; verum quidem quòd per noſtram induſtriam ſæpe adhibeantur ad ſpes faciendas, quibus mediantibus vineæ, horti, viridaria, prata, & agri cuſtodiantur, ne aliquod illis à latrombus, feris, vel aliis animalibus nocumentum inferri poſſit: ita quòque de divitiis dicere poſſu-

possumus, quòd ex seipsis nil aliud habe-
1.Tim.6. v. 9. ant, quàm quòd *mergunt hominem in interitum & perditionem*; nihilominus ei, qui illas utiliter secundùm Evangelicæ legis directionem erogare novit, scalæ loco inserviunt, per quam conscendere possit ad
S. Amb. in c. 19. Luc. li. 8 cœlum. Unde S. Ambrosius de Zachæo ita scribit: *Discant non in facultatibus crimen hærere, sed in iis, qui uti nesciunt facultatibus; nam divitiæ ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adjumenta virtutis.*

9. Verùm quidem est, quòd è spineto rosæ progerminare soleant; at verò hæc citò nimis marcescunt & pereunt, spinæ verò econtra semper remanent: ita quòque tametsi avari aliqualem in divitiarum suarum possessione satisfactionem habeant, sollicitudines tamen & anxietates, quas ab illis patiuntur, longè magìs abundant, cùm verissimum semper sit, quod scribit
S. Aug. ser. 15. de diverf. S. Augustinus: *Omnis terrena possessio supplicium est cupiditatis, ut in ipsis bonis crucietur animus, cui voluit, qui tanta largitur.*

Et voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.

S. Bona. 10. S. Bonaventura ly *suffocantur*, ita declarat: *id est, vitam spiritualem perdunt*, quia nullum vitium, quod spiritum & devotionem in nobis magìs evacuet, quàm carnalis voluptas. Unde de lascivis licentiosisque illis hominibus, qui diluvii tempore vivebant, Deus dicebat: *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est*, omnes enim erant *edentes, & bibentes, & nuptui tradentes*; & ideo Spiritus sanctus de illis dicebat: *Videns Deus, quòd cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*; ubi Glossa ait: *Quia voluptates suis importunis cogitationibus guttur mentis, ne bonum desiderium ad cor possit penetrare, quasi aditum vitalis strangulant flatûs.*

Gen. 6. 3.

Gloss. ib.

Chrys. ho. 45. in Matt. 11. Chrysostomus rationem reddit; cur voluptates & diliciæ officiant, in spinis symbolicè repræsententur: *Ne mireris, si nomine spinarum delicias appellavit, acerbissimos dolores tam animæ, quàm corpori inferentes*; quod quidem quòad animam extra omne dubium est; siquidem remorsibus & punctùris mortalibus conscientias transfigunt; quod corpus verò attinet, quis illud necet? cùm id ipsum experientia quotidiana demonstret, *Quemadmodum acuti vepres undecunque capiuntur & constringuntur, manus cruentant; eodem modo deliciæ pedibus, manibus, capiti, oculis, omnibus similiter membris officiunt* Quot sunt, qui propter convivia & crapulas, hoc bacchanalium tempore fieri solitas, item propter larvas, hastiludia, comædias, aliàsque lascivias & inordinationes, doloribus se & infirmitatibus incurabilibus subjicient? S. Augustinus considerat, quòd spinarum radices teneræ sint, & delicatæ, nec quidquam pungant: *Quid delicatius? quid lenius? speraret de hac lenitate truces gladios? si quis eas contrectet, non pungitur; sed quo pungêris, indè nascitur*; voluptates & deliciæ in ipso actu, quo illis fruimur, delectant, non dolent; sed subitò, *quo pungêris, inde nascetur*, quoniam qui illis gaudent, ùt plurimùm sanitatis, vitæ, reputationis & famæ, & infallibiliter animæ perdendæ periculis se exponunt. Unde S. Ambrosius de voluptatibus ita scribit: *Venenum in dentibus habet, quibus unusquisque se evisceravit luxuriosus, belluo internecat, abliguritor perimit; quantos ruperunt vina, dissolvit ebrietas, distendit cruditas?*

S. Aug. in Pſ. 93.

S. Amb. Epiſt. 42. ad Sabin.

12. Punctura est acerbissima, quâ peccatum, quod committitur, cor hominis Christiani transfigit. Unde Chrysostomus ait: *Quicunque peccaverit, quasi ericius est, plenus spinis.* Dissoluti illi juvenes apud sapientem, sese conjunxerant ad invicem ut tempora sua rosis coronarent: *Coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuriano. stra*; at verò advertendum est, quòd protinus per rosas, spinarum quòque experti fuerint punctùras; siquidem inter se convenerunt dicentes: *Opprimamus pauperem justum circumveniamus*, reddúntque rationem quoniam *contrarius est operibus nostris*: Quàmvis in apparentia exteriori omnino oppositum fieri videatur, siquidem justi judicia habent, malorum opinionibus omnino contraria, viisque omnino diversis ambulant, ideóque eos in via larga lasciviarum & dissolutionum ipsorum impedire non possunt; & tamen bonum justorum exemplum, virtusque & sanctitas ipsorum, malis est velut spina transversa in corde & velut festuca in oculis: *Impro-*

Chrys. in pſ. 90.

Sap. 2. v. 8.

rat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Tacita enim censura quædam & improperium malis esse videtur innocens & exemplaris vita justorum, quia continuò cruciantur timore, ne redarguantur, aut accusentur &c.

13. Spina quidem rosas progerminare facit, sed tales, quæ è mane ad vesperam usque protinus marcescunt. Unde S. Basilius ita scribit: *Florida quidem est rosa, sed mihi tristitiam infligit; nam quotiescunque florem hunc video, peccati mei admoneor, propter quod terra, ut spinas ac tribulos proferret, condemnata est;* imò spina rosæ conjuncta non solùm nobis peccatum ad memoriam reducit, verùm etiam voluptatum fugacitatem. Unde S. Augustinus ait: *Infelix voluptas, infelicior cupiditas atque luxuria, per transitoriam dulcedinem præparant sempiternam amaritudinem.*

Basil. ho. de Parad.

S. Aug. serm. 55. de temp.

14. Is qui pro libidine sua, voluptatibus & delectationibus vacat, velut in lecto rosis conspersò se requiescere existimat, cùm tamen acutissimas spinas corpus suum circumvolvat. Albertus magnus ad Juniperum, sub qua magnus ille Propheta Dei Elias se recepit, ut dormiret, alludens, ita scribit: *Per juniperum quæ spinas habet profoliis, & tamen projicit umbram, intelligitur pungitivi sæculi delectatio.* Paulò pòst somni illius, quem dictus Propheta sub hac arbore habuit, mysterium his verbis declarat: *Ille igitur dormit sub umbra juniperi, qui putat quietem & delectationem invenire in sponsis gaudiis hujus sæculi.*

Alb. M. ser. in Do. 4. quad. 3. Reg. 19. v. 5.

Versus 16.

Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientiâ.

1. Albertus Magnus, quænam vel qualis hæc fœcunda terra fuerit, sequentibus verbis declarat: *Hoc est, in cor bonum, devotione pingue, lachrymis humidum, doctrinâ sanctorum complutum, gratiâ irroratum, sarculo disciplinæ fossum, per confessionem & pœnitentiam à malis stirpibus expurgatum, fimo dolorosæ recordationis peccatorum firmatum, æqualitate virtutis, meditatione sanguinis Christi ad fertilitatem redactum.*

Alb. M. ib.

2. Dionysius Carth. ly *retinent*, ponderans, ita scribit: *Auditam prædicationem memoriter servant, juxta illud in Psal. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Salmeron similitudinem adducit mundorum animalium, quæ cibum semel deglutitum, iterum ruminant, & dicit: *Ita illi mente revolvant, & recogitent vim & efficaciam verbi Dei.* Albertus Magnus ait: *Audientes interiori auditu, retinent memoriâ affectu, & operis impletione.* Lucas Burg. dicit, ly *retinere*, idem hîc significare, quod vias profundásque radices agere: *Ita ut nullâ tentatione queat evelli; nam & hoc inducatur retinendi voce, non absque luctâ & certamine, bonum illud semen asservari, carne scilicet & Diabolo agentibus, ut ex animo evellant illud, & à fructu impediant;* idque præcipuè dissolutis hisce carnisprivii diebus, in quibus ad eradicanda è cordibus nostris bona & salutaria salutis promovendæ proposita, omnésque alios devotionis interiores sensus, Bacchanalia nos cum omnibus suis irritamentis infestant; dæmon quòque magis quàm aliàs unquàm omnem inferni potestatem adversùm nos susscitat & exerit.

Dionys. Carth. in Luc. Ps. 18. v. 11. Salm. Alb. M. Lucas Burg.

3. *Fructum affert in patientiâ.* Paulus de Palatio à cultura seminis, quod in agro seminatur, transit ad considerandà eorum merita, qui in hac vita præsenti, inter adversitates & ærumnas illius, stabiles semper & perseverantes persistunt, *Seminare*, inquit, *est facere semen in terra, id est, in anima, factum cooperire, in silentio & spe est seminis fortitudo; coopertum eget pluviâ cœlestis auxilii, ut è terra prodeat; natus calamus flagellatur ventis, aquis, frigore, gelu, caumate: indè in aream fertur, teritur, ventilatur; intelligis jam, quid sit ferre fructum in patientiâ.* Didacus Stella argumentum quoddam formatà minori ad majus trutinat enim specialiter labores, sudores, ipsámque temporis longitudinem, quo agricola fructum projecti seminis patienter exspectat: *Diu noctúque colendis agris invigilat, nec somno aut corpori parcit; quid tu, ut cœlesti fruaris fructu, facere debes?* Unde Jacobus: *Ecce agricola patienter exspectat fructum terræ,*

Paul de Pal. in Matth. Did. Stell. in Luc. Iacob. 5. v. 7.

4. Hæc

4. Hæc terra, hoc modo indûſtriè cultivata, fructum poſtea reddit centuplicatum: *Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.* Porrò terra hæc illos præfigurat Chriſtianos, qui hiſce diebus magna cum patientia ludibria, ſannas, & deriſiones mundi ſuſtinent, quibus ſubſannantur, eò quòd hoc tempore à more mundano ſequeſtrati magis piè vivant, atque ab illis prophanis gaudiis & recreationibus abſtineant, quas mundi torrens hodie conſectatur. Advertendum eſt autem, illam terram bonam dici, dum ratione fructûs, quia non producit urticas, ſentes, ſpinas: tum quia ligone & aratro proſciſſa fuit, tum denique quia ab omni lolio & zizaniis fuit repurgata: eodem quòque modo illæ animæ, quæ omnibus ſe voluptatibus & deliciis, quæ per ſpinas denotantur, ſponte privant, ſuáque corda per ligonem ſeu aratrum mortificationis ab omni inordinato appetitu expurgant, hæ inquam ſunt, quæ ingentem bonorum ſanctorúmque operum fructum referunt, quæque Deo, quibus hoc tempore à majori fidelium numero totaliter deſeritur, gratiſſimæ acceptiſſimæque exiſtunt.

5. Porrò differentia, quæ eſt inter illos, qui ſeminant zizania, qui ignis pabulum exiſtunt, & inter alios, quæ frumentum ſeminant, & quod in cœli granario accipitur & cuſtoditur, ab Apoſtolo hiſce verbis nobis inſinuatur: *Nolite errare, Deus non irridetur; ecce enim, quæ ſeminaverit homo hæc & metet*; quibus verbis declarat nobis, quænam futura ſit meſſis, quæ ab illis colligetur, quibachanaliorum amatores exiſtunt, quæque & quàm amplæ futuræ ſint eorum ſegetes & manipuli, qui ab illis percipientur, qui hiſce temporibus magis quàm unquam in Chriſti ſequela patientes & perſeverantes permanebunt: *Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem; qui autem ſeminat in ſpiritu de ſpiritu metet vitam æternam*; ac proinde pergit Apoſtolus nos ad habendam patientiam & perſeverantiam conſectandam fideliter exhortari, dum ait: *Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes.* Præterea ſemen non ſubitò poſtquam ſeminatum eſt, fructum profert, ſed ſuo tantùm tempore; primò enim ſubtus terram reconditur; ibidemq; marceſſit, omnibuſq; aëris injuriis expoſitum manet. Idem pariter accidit illis, qui hiſce diebus patientiam habent, occupando ſeſe aſſiduè in exercitiis devotionis, modò nihil quidem aliud videtur, quàm aſſiduis illis à mundi præſentibus vanitatibus ſolitarius receſſus, illa quadraginta horarum frequentata oratio, illæ ad ſeptem urbis Eccleſias inſtitutæ peregrinationes, illa à recreationibus mundanis etiam licitis & honeſtis conſtans ſequeſtratio, nihil, inquam, nunc videretur ampliùs; at verò ſuo tempore Deus dabit, ut omnium illorum in nobis experiamur meritum & fructum, quando ſcilicet vires nobis dabit, quibus inimici tentationibus reſiſtere valeamus, quando item donum concedet perſeverantiæ, vel etiam non faciet hoc vel illud evadere periculum, ſive mortis, ſive alterius cujuslibet gravis infortunii, in quod aliàs utique lapſuri fuiſſemus. In vita magni illius ſervi Dei Joannis Baptiſtæ de Fulginio legitur, quòd cùm per quadraginta annos majorem partem moribundorum illius civitatis in puncto mortis confortâſſet, obſervavit frequenter & ferè ùt plurimùm, quòd qui in feria quinta ante Dominicam Quinquageſimæ communicaverant, omnes ex hac vita cum magna ſpe ſalutis ſuæ emigrârint.

6. Etenim fructus ille, qui ab anima, quæ hiſce diebus ſemen hoc cæleſte in ſe perire non permittit, producitur, adeò eſt gratus & acceptus, ut Apoſtolus ad Romanos ſcribens illum ſacrificii merito comparârit; dicit enim: *Obſecro vos, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum*, quòd autem idipſum hiſce diebus per devotiores animas, torrentem mundi in conſectandis vanitatibus modernis non ſequentes, adimpleri Apoſtolus dicere voluerit, ex quo colligi videtur, quia immediatè pòſt dicit: *Et nolite conformari huic ſæculo*, ubi Lyranus ait: *Id eſt, delectabilibus hujus mundi*: & Hugo Cardinalis adjungit: *Quia mundus, caro, dæmonia, diverſa movent prælia.*

7. Quantopere verò ſacrificium iſtud Deo gratum ſit, ex uniuſcujusque verbi, in prædicta ſententia Apoſtolica contenti, ponde-

Galat. 6. v. 7. 8. *Ibidem.* *Ib. v. 9.* *Li. 1. c. 9.* *Ro. 12. 1.* *Lyra. in c. 12. ad Ro. v. 2.* *Hug. Card. ib.*

Gloſſ. interl. pondere deducere licet, dum enim in primis: *Ut exhibeatis;* ubi Interlinearis ait: *Licèt caro repugnet.* Dicit poſtea: *Corpora veſtra;* at verò, ùt Gloſſa ait: *Homo in quantum mundo moritur, ut Deo vivat, ſacrificium eſt, corpus enim noſtrum cùm temperantiâ caſtigamus, ſi hoc propter Deum facimus, ſacrificium eſt.* Addit deinde *Hoſtiam,* corpus autem noſtrum, ut Gloſſa interlinearis inquit, tum velut hoſtiam exhibemus, dum id facimus *in mortificatione carnalium deſideriorum,* ſubdit: *Viventem,* id quod hiſce diebus facimus, dum carnem noſtram cum vivaci, ſeu vivo illius dolore & ſenſu mortificamus. Sequitur *ſanctam,* id eſt, Gloſſa interlinearis exponit: *In bonis firmam. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.* Et quidem quomodo ex carne noſtra hoſtiam ſanctam efficere poſſimus, idem Apoſtolus nos in alio quodam loco optimè docet, dicens: *Ut abſtineatis à fornicatione, non enim vocavit nos Deus in immunditiam.* Dicitur inſuper: *Deo placentem;* id quod nullo tempore commodiùs quàm hiſce diebus vanis & laſcivis fit, nunquam enim gratius Deo obſequium per abſtinentiam à vanitatibus præſtare poſſumus, quam hoc tempore, quo etiam major pars timoratorum hominum licitum ſibi eſſe putat, nonnihil relaxari, & animum in hilaritatibus recreare. Concludit denique. *Rationabile obſequium veſtrum;* id quod hoc tempore vel maximè fieri poteſt, nullo enim tempore nos ejus gratiis digniores & capaciores facere poſſumus, per aſſiduitatem in divino ſervitio, quàm nunc, dum Deus à majori hominum parte ſervitio ſuo deſtituitur; ad eum ferè modum, quo proceres aulici & ephæbi tunc vel maximè Regis benevolentiam & favorem ſibi conciliant quando eo tempore illius ſervitiis & obſequiis diligentiſſimè vacant, eique indiſſolubiliter adhærent, quo ab alis acriter & petulanter contemnitur & deſeritur. Sic enim David Betzelai Galanditi regiam ſuam benevolentiam familiariſſimè obtulit, dicens: *Veni mecum, ut requieſcas mecum in Jeruſalem;* imò regiam ſuam menſam, aliòſque ingentes regios favores generosè eidem obtulit, quia eidem Davidi tunc præcipuè regia fercula & alimoniam, aliáque ſubſidia obtulit, quando perſecutionibus infeſtabatur: *Ipſe præbuit alimenta Regi, dum moraretur in caſtris, traduxit Regem Jordanem, paratus etiam ultra fluvium proſequi eum.* Maxima autem perſecutio, quæ contra Chriſtum & ejus legem inſtituitur, eſt illa, quam hoc tempore per tot laſcivias, diſſolutiones, aliáſque turpitudines, Chriſtiano homine indignas, patitur.

Gloſſ. ord. *Homo in quantum mundo moritur, ut Deo vivat, ſacrificium eſt, corpus enim noſtrum cùm temperantiâ caſtigamus, ſi hoc propter Deum facimus, ſacrificium eſt.*

Gloſſ. interl. *Hoſtiam,* *Viventem,*

1. Theſſ. 4. v. 3. *ſanctam,* *In bonis firmam. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.*

2. Reg. 19. 33. *Veni mecum, ut requieſcas mecum in Jeruſalem;* *Ipſe præbuit alimenta Regi, dum moraretur in caſtris, traduxit Regem Jordanem, paratus etiam ultra fluvium proſequi eum.*

DO-

DOMINICA QUINQUAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Luc. cap. 18.

31.  *Sſumpſit Jeſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis.* 32. *Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur.* 33. *Et poſtquam flagellaverint, occident eum, & tertiâ die reſurget.* 34. *Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.* 35. *Factum eſt autem, cùm appropinquaret Jericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam, mendicans.* 36. *Et cùm audiret turbam prætereuntem interrogabat, quid hoc eſſet.* 37. *Dixerunt autem ei, quòd Jeſus Nazarenus tranſiret.* 38. *Et clamavit dicens: Jeſu fili David miſerere meî.* 39. *Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret, ipſe verò multò magis clamabat: Fili David miſerere meî.* 40. *Stans autem Ieſus, juſſit illum duci ad ſe, & cùm appropinquâſſet, interrogavit illum dicens.* 41. *Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam.* 42. *Et Jeſus dixit illi: reſpice, fides tua te ſalvum fecit.* 43. *Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum magnificans Deum; & omnis plebs, ùt vidit, dedit laudem Deo.*

Verſus 31.

Aſſumpſit Jeſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis.

1. REdemptor noſter Apoſtolos ex paſſione & morte ſua prævidens, *Prædicit & paſſionis pœnam, & reſurrectionis gloriam,* inquit Gloſſa, *ut cùm morientem cernerent, reſurrectionem non dubitarent*; Author imperfecti addit: *Ut ab exitu cognoſcatur præſentia ejus, ex præſentia autem ejus divinitas cognoſcatur.* S. Cyrillus dicit, Apoſtolos ex hac prædictione mortis ſuæ anticipatâ intelligere perſpicuè potuiſſe, quòd ad eandem ſe propriâ voluntate offerret & præſentaret: *Ne dicerent qualiter in manus hoſtium incidit, qui nos promittebat ſalvare; unde ſeriatim ordinem paſſionis narrat.* Idem quoque Theophylactus ſcribit, ſimul tamen aliud quoddam hujus prædictionis addendo motivum: *Ut doceat eos leviter ferre, quæ eventura, utpote qui antè audiverint.*

Gloſſ. Auth. Imp. ho. 36. S. Cyril. à Gloſſ. *Theoph.*

Ecce aſcendimus.

2. *Qui paſſionem ſuam,* inquit Albertus Magnus, *aſcenſionem eſſe reputavit*; id quod pariter S. Mater Eccleſia confirmare videtur, nam in vigilia aſcenſionis utitur Evangelio deſumpto ex noviſſimo ſermone in ultima cæna ad diſcipulos à Chriſto habito, quem S. Joan. in Evangelio ſuo cap. 17. recenſet, in quo filius, ad patrem ſuum converſus, dicit: *Pater clarifica filium tuum,* ex quibus verbis deducitur, quòd ſuſpenſionem ſuam in patibulum crucis, exaltationem, illuſtrationem & clarificationem ſuam appellet; ac proinde S. Leo de Chriſto, ad Calvariæ montem egrediente tractans, ita ſcribit: *Eunte itaque ad locum clarificationis ſuæ Domino.* Similiter Judâ tra-

Alb. M. in Luc. *Joa. 17. v. 1.* *S. Leo. ſer. 10. de paſſion.*

Ioan. 13. v. 31. traditore è cœnaculo egrediente: *Nunc clarificatus eſt filius hominis & Deus clarificatus eſt in eo*; ubi S. Bernardus ait: *Gaudet & tripudiat, exultat & lætatur, & ait: Nunc clarificatus eſt filius hominis.*

S. Bern. ſerm. 4. in cant.

Conſummabuntur omnia, &c.

3. S. Bonaventura ait: *In quo apparet mira profunditas myſterii paſſionis Dominicæ, pro eo, quod in ipſo eſt conſummatio totius revelationis prophetiæ.*

S. Bona. in Luc.

4. Porrò cauſa, cur Eccleſia à Spiritu ſancto directa, nobis hoc Evangelium proponat, mundanis gaudiis, quæ hodie in ſummo gradu vigent, hæc forſitan eſſe poteſt ut nos ab iisdem refrænet & coërceat; nam ùt S. Leo bene advertit: *Cùm caro concupiſcit adversùs ſpiritum, & ſpiritus adversùs carnem, præſidio crucis Chriſti mens rationalis inſtruitur, nec cupiditatibus noxiis illecta conſentit.* In Regum libris legitur quod, dum tres illi Reges civitatem arctâ obſidione cingerent, atque ad eas anguſtias redegiſſent, ut ad ſui deditionem ſeſe propediem reſolvere cogeretur, Rex Moab opere pretium ſe facturum arbitrabatur ſi proprium filium in mœnibus civitatis, in conſpectu omnium dilaniaret: *Arripiénſque filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum, & facta eſt indignatio magna in Iſraël, ſtatimque receſſerunt ab eo.* Tres validi exercitus, ſcilicet mundi, carnis, & dæmonis animam noſtram hiſce diebus gravi & periculoſa obſidione cingunt, ut eam devaſtent & evertant; cui proinde æterna providentia compatiens, ut hoſtes illos ab ea recedere cogat, corpus unigeniti filii ſui in cruce crudeliter in peccatorum & peſſimarum voluptatum noſtrarum expiationem, ſuſpenſum publicè proponit, quia ùt Origenes ſcribit: *Certum eſt, quòd, ubi mors Chriſti animo circumfertur, non poteſt regnare peccatum; eſt enim tanta vis crucis Chriſti, ut ſi illa ante oculos ponatur, nulla concupiſcentia, nulla libido, nullus furor ſed continuò ad ejus præſentiam, totus ille peccati & carnis fugetur exercitus.*

S. Leo ſer. 9. de quadr.

4. Reg. 3. v. 27.

Orig. in c. 6. ad Rom.

Verſus 32. 33.

Tradetur enim gentibus, & illudetur &c.

1. Lucas Burgenſis ex hiſce, à Salvatore noſtro prædictis cunctis tormentis ſuis, hanc elicit doctrinam: *Dat intelligendum Apoſtolis, nihil hic fortuitum fieri, ſed omnia certa & præordinata eſſe à Deo,* móxqs utilitates refert ex hac anticipata revelatione provenientes: *Quod quidem vincendæ tentationi, conſolidandísque mœſtis animis, optimum fuit remedium.* E quibus verbis, pro præſenti propoſito, ſequentibus duntaxat utamur, quibus dicitur, quòd crux Chriſti vel Chriſtus crucifixus ſit *vincendæ tentationi optimum remedium*; id enim verum eſſe experiemur utique, ſi patibulum & paſſionem Redemptoris noſtri devotè, ùt decet, ſpeculemur; Certum etenim eſt, quòd clavi crucis ſoli Chriſtum in cruce non ſuſpenderint, nec ſola flagella illum unquam adeò crudeliter dilaniare potuerint, nisi ſimul cum ipſis noſtra fuiſſent conjuncta peccata: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.* Unde tritum illud axioma S. Pauli: *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei,* quibus verbis de peccatoribus loquitur. Cùm igitur peccatores, imò ferè totus mundus filium Dei hoc tempore, majori cum acerbitate peccatis ſuis crucifigant, quàm quovis alio totius anni tempore, ideò ut maledictus hic laſcivorum hominum torrens, quoad poſſibile eſt fieri retrorſum agatur, *vincendæ tentationis optimum remedium* eſt paſſio acerbiſſima, & ignominioſiſſima mors Chriſti. Unde S. Bernardus ait: *Deus meus pendet in patibulo, & ego voluptati operam dabo?* Enimverò quisquis Chriſtiani nomine ſe compellari gaudet, per viam Chriſti quòque & ipſe ambulare debet: *Qui dicit ſe in ipſo manere, debet ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare:* at verò, ùt optimè S. Gregorius advertit: *Diverſo itinere ambulat, ſi gaudia delectationésque appetit, cui dux ſuus viam amaritudinis oſtendit.* Et ideo S. Bonaventura in ſermone quodam ſuper præſentem Dominicam, omnes Chriſtianos hiſce verbis hortatur & monet: *Non filium Dei rurſus flagellemus per delectationem peccati, quia mitigandus eſt ejus dolor, non amplius innovandus.*

Luca Burg.

Iſa. 53. v. 8. Heb. 6. v. 6.

S. Bern. in formula vitæ honeſtæ. 1. Ioa. 2. v. 6.

S. Greg. ho. 2. in evang.

S. Bona. ſerm. 1. in Quin.

* * * * * *
* * * *
*

Ver-

Verſus 34.

Et ipſi nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.

Lyran. 1. Lyranus hanc intelligendi incapacitatem imperfectioni ipſorum attribuit, eò quòd nondum receperant Spiritum ſanctum, de quo dixit: *Ille vos docebit omnia,* *Joan. 14. v. 26.* præterquam quòd, ex quo Chriſtus cum ipſis parabolicè loqui ſolitus erat, ideo neſciebant, num fortè tunc etiam eodem loquendi ſtylo uteretur. Id quod etiam Albertus Magnus notavit, dicens: *Adhuc autem & carnales erant, & Sacramenta Dei ignoverunt.*

S. Bona. ib. 2. S. Bonaventura ideo Apoſtolos prædictionem Chriſti non intellexiſſe exiſtimat, quia eventum illius ipſi nequaquam, ut accideret, permittere volebant: *Cùm enim Chriſtum carnaliter diligerent, diſplicebat eis, quòd debebat pro nobis mori.* Et quidem S. Petrus hanc diſplicentiam ſatis oſtendit, quando ſe morti Chriſti oppoſuit, *Matth. 16. v. 22.* dicens: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc*; adducitque pulchrum quoddam venerab. *Beda.* Bedæ teſtimonium, cujus hæc ſunt ipſiſſima verba: *Diſcipuli ſermonem Dominicæ paſſionis toties replicatum, ideo intelligere non valent, quia quem maximè vivere deſiderant, ejus mortem audire non poſſunt*; *& quem non ſolùm hominem innocentem, ſed verum Deum ſciunt mori poſſe non putant; & quoties dicit aliquid de ſuâ paſſione hoc allegoricè dictum putant: ex quo apparet cæcitas cordis humani, quæ myſteria redemptionis ſuæ non intelligit, niſi Deus tanquam cæco lumen oſtendat ſuæ lucis, & reddat contuitum veritatis; ideò rectè ſequitur miraculum de illuminatione cæci, in quo intelligitur illuminatio generis humani.*

S. Bona. 3. Idem Seraphicus Doctor dicit, quòd Apoſtoli in hac ſua ignorantia *gerunt figuram ignorantium Prælatorum, qui ignorant documentum ſcripturarum.*

Lyran. 4. Lyranus moralitatem quandam tangit, quæ præſenti tempori, in quo hoc legitur Evangelium, adaptari haud incongruè poteſt: Dicit igitur: *Per hoc ſignificatur, quod homines carnales aſpera nolunt audire, ſed ad delectabilia ſunt intenti.*

Verſus 35.

Factum eſt autem, cùm appropinquaret Jericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans.

Factum eſt autem cùm appropinquaret Jericho.

1. Hic Chriſti & cæci concurſus non ſine divinæ ſapientiæ directione accidit: *Ne inceſſus Domini eſſet otioſus,* inquit Janſenius, *ſed ubique etiam in via beneficentiæ ei occaſio tribueretur, ſuóque exemplo doceret, ut in omnibus, & ſemper ſimus proficui & nunquam ignavi.* *Ianſen. c. 105. conc.*

2. Advertendum eſt autem, Dominum nullam in Jericho moram traxiſſe, ſe trans civitatem illam Jeroſolymam contendiſſe; unde Origenes moralem hanc elicit doctrinam, dicens: *Per Jericho intelligitur mundus*; *mundum & mundana omnia contemnentes, Chriſto duce, aſcendunt in Jeruſalem cæleſtem.* *Orig. in Matt.*

3. Hugo Cardinalis in ſenſu allegorico ita ſcribit: *Ieſus autem venit Jericho quando Chriſtus factus eſt homo, & tunc cæcus illuminatus eſt, qui genus humanum fidei agnitionem recepit.* *Hug. Card.*

4. Obſervandum quòque hoc loco eſt, quòd Chriſtus Jericho approximans, (civitati nimirum, quæ mundi figura erat, quæque ipſomet ſuo nomine defectum præ ſe ferebat) ut cæco illi ſubveniret, docere nos voluerit, *Prælatum deſcendere usque ad defectus, & miſerias ſuſtinendas pro ſalute infirmorum.*

Cæcus quidam.

5. S. Marcus nomen cæci hujus ſpecificat; *Filius Timæi Bartimæi cæcus.* S. Auguſtinus illum quondam bonorum fortunæ proſperitate affatim cumulatum fuiſſe exiſtimat. *Ex aliqua magna felicitate dejectus, notiſſimæ & famoſiſſimæ miſeriæ fuit.* *Marc. 10. v. 46*

6. Idem Auguſtin. in textu S. Matthæi Evangeliſtæ fundatus, ſe credidiſſe oſtendit, duos fuiſſe cæcos in Jericho illuminatos, tametſi tam S. Lucas, quàm S. Marcus unius duntaxat mentionem faciat, *Hinc eſt* *S. Aug. li. 2. de con. ſen. evang. c. 65.*

ergo

ergo, quòd ipſum ſolum voluit commemorare Marcus, cujus illuminatio tam claram famam huic miraculo comparavit, quam erat illius nota calamitas. Ex eo tamen, quòd Hugo Cardinalis hac de re ſcribit, ſatis clare deduci poſſe videtur, unum horum cæcorum in Civitatis Jericho ingreſſu, duos verò in egreſſu ejuſdem illuminatos fuiſſe; ita enim ſcribit: *Hoc autem notabile eſt, quòd Dominus in introitu Jericho, unum ſolùm ſanavit, in exitu verò duos; quia plures poſt aſcenſionem & egreſſum à mundo ſanavit, quàm antè.*

S. Bon. in Luc. 7. S. Bonaventura in hoc afflicto cæco, miſerabilem quandam mendicitatem agnoſcit: *Simul indigebat pane & luce, quæ omnibus communiter ſe offert*; notátque in eodem cæco denotatum fuiſſe genus humanum, quod *cæcum erat per carentiam lucis ſapientiæ, & mendicans per defectum gratiæ & juſtitiæ*; de quo etiam nos libere dicere poſſe aſſerit: *Neſcit, quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus; excæcatum eſt autem genus humanum per cupiditatem temporalium.* Gloſſa verò modum declarat, quo genus humanum illuminatum fuit, qui tamen cæcitatem ejus alteri defectui adſcripſit: *A ſuperna charitate excluſum, damnationis ſuæ pati tenebras; dum ergo verbum Dei infirmitatem noſtræ carnis ſuſcepit, homo ad cognoſcendum redit.*

Gloſſ. ord. ib.

Alb. M. ib. 8. Albertus Magnus varia cæcitatum genera ex diverſis indiſpoſitionibus provenientia diſtinguit, quarum una aptè convenit cæcitati, quæ in hominibus mundanis hiſce diebus cernitur: *A cauſa interiori, quando humor aliquis à corpore vaporat ad caput, vel à capite diſtillat in oculum, & rubens, & ſanguine malo infectus inficitur oculus, & amittit viſum.* Hanc autem cæcitatem illis præcipuè applicat, qui ſe voluptatibus carnis totaliter mancipant: *Significant quos peccata carnis & ſanguinis excæcant in corde, ne recta & vera conſiderare poſſint*; adducitque illud ex Danielis cap. 13. exemplum de duobus illis ſenonibus laſcivis, qui ab honeſtiſſimæ Suſannæ pulchritudine fuerunt excæcati: *Species decepit te, & concupiſcentia ſubvertit cor tuum: perverterunt ſenſum ſuum, & declinaverunt oculos ſuos, ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum iſtorum.*

Sedebat.

9. Gloſſa ait: *Cæcus ſedet juxta viam, cùm incipit credere in ipſum, qui dicit: Ego ſum via, veritas & vita.* *Gloſſ. ord.*

10. Albertus Magnus ait: *In tenebris licèt fuerit, tamen ſedens, & à peccato quieſcens non impingit*; quaſi diceret: eo ipſo, quo cæcus hic ſedebat, non erat tot lapſuum periculis ſubjectus, ſicut fuiſſet, ſi cæcus exiſtens ambulâſſet, ſic enim ad quemlibet greſſum impingere poterat. *Significat eos, qui ulteriùs peccatis non indulgent, & in triſtitia ſunt ſuarum tenebrarum*; qui cum ſancto Tobia lamentari poſſunt, dicentes: *Qualeguadium eſt mihi qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video*; ac proinde idem ſacer Doctor ſubdit, eundem Tobiam dignum reputatum fuiſſe, qui à Raphaële Archangelo conſolationem acciperet. *Alb. M. ib.* *Tob. 5. v. 12.*

Secus viam mendicans.

11. Enimverò optimum ſignum eſt, quando is, qui á via recta deviavit, juxta eam vicinus conſiſtit, ut ſe in eandem denuo recipere poſſit. Unde idem Albertus Magnus ait: *Quod ſecus viam non longè ſedit, quia lumini & præceptis Dei appropinquavit, quaſi diceret illud Job 38. Indica mihi, per quam viam ſpargitur lux.* *Alb. M. ib.* *Iob. 38. v. 24.*

12. Janſenius in hoc cæco peccatorem, homine & naturâ Dei deſtitutum, intelligendum eſſè dicit, docétque ſimul modum, quo illuminari poſſit: *Hic ſi viſum eſt, recepturus, inprimis quidem neceſſum eſt, ut juxta viam ſedeat mendicans, hoc eſt, ut cæcitatem cordis ſui & inopiam agnoſcens, alienam opem imploret*: Ratio eſt, quia nemo poteſt à peccato reſurgere, niſi Deum invocet, ut manum ei præbet auxiliatricem: *Ex te perditio tua tantummodo in me auxilium tuum*, opus quòque eſt, ut mendicitatem & inopiam noſtram agnoſcamus, quia divina beneficentia *eſurientes implet bonis, & divites dimittit inanes.* Poſt hanc verò agnitionem *ita fiet, ut JESUS incipiat tranſire juxta eum; tranſit autem quandocunque nomen ipſius & doctrina palàm prædicatione, & internis ſuis inſpirationibus cor hominis viſitat; id cùm fit, peccator ſanitatis avidus, ubi ſentit adeſſe* IE-*Janſen. ib. c 105.* *Oſe. 13. v. 9.*

ſum,

ſum, non debet ſinere elabi præſentem occaſionem, ſed conſtanti clamore fatigare ejus aures, nec deſiſtere, etiamſi turba multa ſuadeat ſilentium, ſed eò inſtantiùs illum invocare.

Verſus 36.

Et cùm audiret turbam pratereuntem, interrogabat, quid hoc eſſet? dixerunt autem ei, quòd Jeſus Nazarenus tranſiret.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis dicit, cæcum hunc pedum ſtrepitum, nec non copioſæ multitudinis murmur & tumultum audiviſſe, ideòque curioſiùs inquiſiviſſe, quídnam hoc eſſet, ſeu quidnam tantus populus ſimul congregatus denotaret. S. Bonaventura ait: *Turba iſta tranſiens eſt decurſus creaturarum, quæ interrogatæ aliquo modo manuducunt nos ad Salvatorem, propter quod* *S. Bona. ibid.*

Job. 12. v. 7. *Job ait: Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi; loquere terræ, & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces maris; quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit?*

2. Utique hodie non cæci alicujus, ſed animæ cujusdam valde illuminatæ, Deique hodie multis injuriis affecti honorem zelantis, interrogatio cenſenda foret, ſi quis hodie diceret: *Quid eſt hoc?* id eſt, quo fine paſſim per omnia urbis platearum compita audiuntur larvatorum clamores, vicinorum riſus, cantus, tubarum clangores, haſtiludiorum & chorearum ſtrepitus, comœdiarum apparatus? Cui aliter reſponderi non poſſet, quàm ideo hæc omnia fieri, & paſſim permitti, quia præ foribus adeſt quadrageſima, in qua unicuique facienda eſt pœnitentia, eáque de cauſa modò omnibus diſſolutionibus ac recreationibus liberrimè fræna laxantur. Sed verè hæc eſt à vero cæco, id eſt, ab homine, *S. Baſil. ho. 2. de laud. jejun.* lumine & notitiâ Dei deſtituto, prolata reſponſio; Nam ùt præclarè S. Baſil.: *Non eſt per temulentium aditus ad jejunium, quemadmodum nec ad juſtitiæ iter eſt per defraudationem, nec ad ſobrietatem per laſciviam, nec ut ſummatim dicam, per malitiam ad virtutem; Nemo uxorem legitimè ducturus ante ſcorta & concubinas inducit in ædes. Dixerunt autem ei, quòd Jeſus Nazarenus tranſiret.* Porrò ad coërcendum mundi, in hiſce bacchanalibus ſtulteſcentis, præcipitem curſum, potentius adhiberi frænum non poſſet, quàm ſi oculus hominum in Redemptorem in patibulo crucis mortuum, titulíque inſcriptionem cruci ſuperimpoſitam, ſcilicet *Jeſus Nazarenus, &c.* defixus teneretur. Unde S. Bernardus illum propter peccata noſtra ſæviſſima paſſum, & *attritum propter ſcelera noſtra* repræſentans exclamat: *Et hæc intuens, qui dicitur Chriſtianus, propriis nihilominus voluptatibus indulgere nullatenus erubeſcit!*

3. Theophylactus ly *tranſiret*, obſervat, & dicit: *Dominus miraculum hoc cæci obiter in via operatus eſt, ut & tranſitus ejus nobis utilis eſſet, ac doctrina; ut ſemper & ubique, & apud omnes utiles ſimus.*

Verſus 38.

Et clamavit dicens: Jeſu fili David miſerere mei

Et clamavit dicens: Jeſu, &c.

1. Janſenius optimè conſiderat, quòd pauperculus hic cæcus, ſepoſitâ ſpe, quam habere poterat, inſignem quandam accipiendi Elemoſynam ab ingenti hac multitudine (maximè cum de hac, utpote Salvatorem ſequente, præſumere poſſet, eam operibus pietatis ei impendendis valde deditam eſſe) *ad ſolum Jeſum converſus, conceptâ fiduciâ ex his, quæ de illo aliquando audierat, clamabat dicens: Jeſu, &c.* omnibus numeroſi illius populi hominibus ſeorſim relictis, ſupplicationem ſuam ad ſolum Chriſtum convertit, linguam ſuam ſolùm erga ipſum laxat, ſuúmque cor & ſpem omnem in ipſum dirigit, & meritò, quia eſt *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra*; idque tantò magìs, quia illud S. Davidis monitum: *Nolite confidere in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus*, veriſſimum eſſe, ſæpe fuerat expertus. *Janſ. ib. c. 105. concord.* *2. Cor. 1. v. 3. 4.* *Pſ. 145. v. 3.*

Fili David.

2. Janſenius dicit: *Oratio magnæ fidei indicem, & planè Chriſto digna, quâ & alii* *Janſen. Matt. 9.*

alii duo cæci viſum impetraverunt, & mulier chananea filiæ ſanitatem. Hebræi enim Meſſiam ex progenie Davidis naſciturum eſſe optimè ſciebant; & ideo hæc brevis cæci ſupplicatio, oratio quædam eſt jaculatoria, quæ ad poſtulandam & impetrandam peccatorum noſtrorum veniam, magnam in ſe efficaciam habet, eò quòd ipſemet Deus proteſtatus fuerit, divinam ejus juſtitiam etiam integræ cuidam civitati, propter Davidis merita, peccatorum veniam & miſericordiam poſtulanti libenter parcituram eſſe: *Protegam urbem hanc propter David ſervum meum.*

4. Reg. 20. v. 6.

3. Valde etiam conſiderabilis eſt ſtylus & modus, quem cæcus iſte in formanda ſupplicatione ſua ſervavit: *Jeſu miſerere meî* Neque enim directè viſum ſibi reſtitui petiit, ſed quia ſibi an id ſibi expediens futurum eſſet, ignorabat, id Chriſto planè remiſit (quem verum Deum eſſe agnoſcebat, qui proinde *ſcrutatur renes & corda, & alta à longè cognoſcit*) ut antea Chriſtus deſiderium ejus exploraret, quod ei præmodeſtia manifeſtare non præſumebat, illud per interrogationem ſuam elicere voluit. Salmeron ait: *Petit miſericordiam, agnoſcens ſuam miſeriam, & ſolius Dei eſt gratis miſereri; quia homo, qui miſeretur alterius, ad uſuram donat: Fœneratur Domino, inquit Salomon, qui miſeretur pauperis, & vicisſitudinem reddet ei*; *Et certè huic optimè quadrat Chriſti ſententia: Beati, qui non viderunt & crediderunt.*

Salm. to. 6. tr. 45. Prov. 19. v. 17. Ioan. 20. v. 29.

4. Author operis imperfecti, qui duos cæcos fuiſſe, & non unum exiſtimavit, ad verba illorum, quibus illum (juxta Davidis factum vaticinium: *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*) filium Dei & verum Meſſiam eſſe confitebantur, ſe reflectens, exclamat: *O acutiſſimus cæcitatis aſpectus! quia quanti homines ſani, & juxta Ieſum, qui via eſt, ambulantes, hominem illum putabant, & duo cæci longè ſedentes, Deum proſpexerunt.*

Auth. imp. ho. 39.

Pſ. 131. n. 11.

* * * * *
* * * *
* * *
*

Verſus 39.

Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret; ipſe vero multò magis clamabat: Fili David miſerere meî.

Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret.

1. Salmeron varias hujus increpationis cauſas diſtinguit: vel enim illi, qui præcedebant, Chriſti inimici, eíque contrarii erant, & tunc veriſimile eſt, ideo illos hunc cæcum increpâſſe, quia ei Meſſiæ titulum attribuebat: vel (quod veriſimilius eſt) hi increpantes de ſchola ipſius erant, & tunc cauſa reprehendendi eum hæc fuit, quia nimirum vocem ſuam adeò extollebat, ut impedimento ipſis eſſet, quò minùs Chriſtum loquentem (de quo S. Petrus dixit: *Verba vitæ æternæ habes*) audire & auſcultare poſſent: vel etiam ipſi obſtabant, eò quòd cantilenam iſtam Chriſto acceptam eſſe minimè crederent, eò quòd ei non reſponderet, prout etiam aliàs Chananeæ accidit; vel etiam ideo ipſum increparunt, quia ideo ipſum elata voce clamare crediderunt, ut aliquam ab eo eleemoſynam expoſceret, ideóque Salvatorem ab ejus importunitate eximere volebant; Ita Salmeron, qui ulteriùs ſubjungit: *In aula principum quando pauper petit eleemoſynam vel juſtitiam, omnes obſtrepunt, omnes increpant & impediunt.* Etenim mundus hunc cum pauperibus ſtylum tenet, illos à ſe repellit, illos increpat, & audire detractat, non verò ſic benigniſſimus Redemptor noſter, qui ſubitò ſiſtit greſſum, interrogat, petit, quid velit, coram ſe iſtum adduci jubet, & cum omnes alii illum contemnerent, ipſe ſolus, magnâ cum ſerenitate vultus, eum recepit: *Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adjutor, oculi ejus in pauperem reſpiciunt*, miſeriæ enim tribulatorum, & afflictorum orationes, ſuaviſſimam in auribus Dei melodiam faciunt.

Salm. loc. cit.

Ioan. 6. v. 69.

Pſ. 10. v. 14. 16. v. 9.

2. Author imperfecti dicit: *Videbant ſordidas veſtes, & non conſiderabant conſcientiæ claritatem, indignum eis videbatur, ut tales homines vociferarent ad eum: ecce fatua ſapientia hominum: exiſtimabant injuriam pati magnos viros, ſi à pauperibus honorarentur.*

Auth. Imp. ho. 30.

3. Dida-

Did. Stel. in Luc.

3. Didacus Stella illum non corporalem tantùm lucem, ſed & ſpiritualem pariter poſtulâſſe exiſtimat, maximè cùm illum filium Dei eſſe confeſſus, & tanquam talem veneratus fuerit: *Quamobrem mundus & diabolus in eum inſurgunt, hæc eſt una de aſtutiis diaboli, ſuffocare bonum ſemen in germine.* Eadem quòque Janſenii opinio, qui proinde dicit: *Derepunt, quotquot peccatorem in ſuis vitiis retinere ſtudent; reclamat conſcientia non una voce, ſed tot vocibus, quot admiſſorum ſibi conſcius eſt animus; ſuffocare nititur pium deſiderium, & orationem turba carnalium phantaſmatum & cogitationum.*

Janſen.

S. Aug. ſer. 18. de ver. Dom.

4. S. Auguſtinus dicit, multos in converſionis ſuæ exordio in ſimiles oppoſitiones & contradictiones incidere. *Bonos Chriſtianos*, inquit, *volentes facere præcepta Dei, Chriſtiani mali & tepidi prohibent; clamant tamen illi non deficientes; cùm enim quiſq; Chriſtianus cœperit bene vivere, mundumque contemnere, patitur reprehenſores, frigidos Chriſtianos, ſed ſi perſeverárit, jam obſequentur, qui antea prohibebant.*

Janſen.

Ipſe verò multò magis clamabat.

S. Bonav.

5. Janſenius legit. *Quò magis turba obſtrepebat, tantò vehementiùs cæcus exclamabat.* Unde S. Bonav. colligit, quòdad hoc, ut deſideratas gratias à Deo per orationem conſequamur, ſanctâ quâdam opus ſit importunitate: *In quo explicatur importunitas cæci orantis, & dantis nobis exemplum orandi; quærit enim, petit, & pulſat.* Obſervat Janſenius, orationem hanc cæci vivæ cuidam fidei aſſociatam fuiſſe, credebat enim, quòd ipſum à ſua poſſet cæcitate curare, dummodo id facere placeret, ideóque nonniſi miſericordiam ipſius imploravit: *Chriſto planè dignam dixit hanc orationem, non ſolùm ob ejus brevitatem, ſed etiam, quòd utramque ejus naturam indicet; humanam, cùm dicitur Filius David: Divinam, cum dicitur, miſerere mei.*

Janſen. ib.

Did. Stel.

Didacus Stella nos monet, ut ex hoc cæci orantis exemplo diſcamus in oratione perſeverare, nec ab ea deſiſtere, quodcunq; etiam nobis opponatur obſtaculum: *Diſce ex hoc loco in bono incepto perſeverare, nec à virtute deficere, ob ullas ſæculi perturbationes, quæ multæ ſtatim opponuntur illis, qui viam ineunt ſalutis.* Enimverò ſatis eſt veriſimile, Chriſtum à principio, tametſi adhuc ab hoc cæco remotior eſſet, ejus tamen voces percepiſſe: *Præparationem cordis eorum audivit auris tua*, nihilominus ſe illum audire diſſimulâſſe, ut tantò magis perſeveraret, & efferveſceret. Unde Theophylactus ait: *Fervor quidam intrinſecus exſtimulabat eum, idcirco & JESUS juſſit illum adduci ad ſe, quòd profectò dignus eſſet, qui appropiaret ei*; & conſequenter ut illuminaretur, juxta illud Prophetæ invitatorium: *Accedite ad eum, & illuminamini.*

Pſ. 10. v. 17.

Theoph.

Pſ. 33. v. 6.

S. Th. in Matt.

6. S. Thomas cæci hujus inter tot objurgationes perſeverantiam admirans, ait: *Novit fides omnibus repugnare, & omnia triumphare; utile enim eſt pro cultu divino pudorem deponere.* Quot ſunt, qui hiſce diebus larvis faciem ſuam obducunt, ut tantò liberaliùs carni indulgere poſſint! Quænam in eo eſt difficultas, quòd Chriſtianus aliquis, qui verus eſt Chriſti diſcipulus & ſectator, vultum ſuum modico verecundiæ rubore obtegat, dum ab aliis ſodalibus, vel aliis diſcolis hominibus digito monſtratur & illuditur, eò quòd ſe à maleſano mundi torrente hiſce diebus ſequeſtret?

Luc. Burg.

7. Lucas Burgenſis ſuper hoc cæci clamore aliam quandam conſiderationem inſtituit, dum ait: *Obſerva vigilantiam hujus, quòd ſimul ac audiverit adventantem turbam, ſine mora clamaverit, ne fortè elaberetur JESUS Jericho*; nimirum occaſionem perdere nolebat, & ideo clamore ſibi ſubveniebat, ut Chriſtum ad ſui compaſſionem permoveret, & ne Jericho ſinè lata ipſi ope præteriret.

Cap. 19. lib. 1.

8. Enimverò quantò tumultuoſior eſt Bacchanalium ſtrepitus, & quantò ampliùs in iis iniquitates in contumeliam & injuriam Dei inundant, tantò magis veri ſervi Dei, qui majori ſunt lumine & ratione dotati, hiſce diebus in orationibus efferveſcunt. In vita B. Liduvinæ virginis refertur, quòd cùm ipſa, velut alter quidam Job, toto corpore ſaucia & ulceribus plena eſſet, ſtrepitus quoſdam enormiores in platea ſuſcitatos audiens, interrogârit, quidnam illi ſignificarent? cùm illi reſponſum fuiſſet, eos ab aliquibus Bacchanalia ſua agentibus excitari, ipſa

honorem Dei zelans, eundem precata fuerit, ut ad ſatisfaciendum aliquâ parte pro eorundem hominum offenſis, quas tunc committebant, pœnoſiſſimam aliquam corpori ſuo infirmitatem immitteret; quam gratiam Dominus ei quòque conceſſit, ſiquidem atrociſſimis eam ſpaſmis corripi fecit, qui uſque ad Paſcha duraverunt. Similiter S. Catharina Senenſis in ipſo Bacchanalium ſummo flore, nimirum in feria 5. ante Dominicam Quinquageſimæ, Chriſto deſponſata fuit, idque quia illis diebus in cellâ ſuâ recluſa ſeſe jejuniis aſperrimis, aſſiduis vigiliis & orationibus, multiſque aliis auſteritatibus macerando, mortificaverat. Ratio autem, quam cœleſtis ſponſus ejus ei reddidit, ob quam glorioſo hoc ſponſalitio eam dignatus fuiſſet, hæc fuit: Quia tu ô dilecta filia, mundi vanitatibus hodie contemptis, me ſummum & æternum bonum duntaxat quæſivisti, ſpretiſque voluptatibus carnis, cordis tui voluptates in me ſolo poſuiſti; idque non obſtante, quòd alii domus tuæ familiares hodie conviviis ſimul & recreationibus vacent, ideo hoc eodem die feſtum ſponſalitii animæ tuæ totum inire & celebrare decrevi.

Verſus 40.

Stans autem JESUS juſſit illum adduci ad ſe, & cùm appropinquâſſet, interrogavit illum dicens.

Stans autem JESUS.

1. Dum cæcus ille vociferando perſeveraret, Salvator autem ſe illum audire diſſimularet; *Tum ne videretur cupidus eden. di miracula causâ oſtentationis*, inquit Janſenius; *tum ut evidentiorem redderet cæci fiduciam, noſque doceret, perſeverantiâ opus eſſe in orationibus, tandem ſubſtitit.* Subjungit autem idem Author, Chriſtum ex importunis & inconditis miſeri hujus cæci clamoribus nequaquam ei fuiſſe offenſum: *Non enim, ut reliqui putabant, ejus clamore offendebatur, ſed delectabatur.* Apud Deum contrarium accidit illius, quod apud Principes terrenos contingere ſolet, quia apud Deum, ut aliquid obtineatur, ſanctâ quâdam opus eſt importunitate. De quâ S. Ambroſius ait: *O beata violentia, quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordiâ condonatur; quiſquis violentior Chriſto fuerit, religioſior habebitur à Chriſto;* ipſe namque nos fruſtra non docuit, dicens: *Petite & dabitur vobis, quærite & invenietis, pulſate & aperietur vobis.* S. Ambr. ſerm. 15. Luc. 11. v. 9.

2. Albertus M. ait: *Stetit, quia præteundi fixit greſſum, & ad miſericordiam exſpectavit, Iſaiæ 30. Exſpectat vos Dominus, ut miſereatur veſtrî. Pſ. 39. Exſpectans exſpectavi Dominum, & intendit mihi.* Didacus Stella ait: *Stat Deus, cùm ad auxiliandum ſe parat;* In cujus probationem illum Actuum Apoſtolicorum textum adducit, in quo S. Stephanus Promartyr, Salvatorem noſtrũ in liminaribus cœli, erecto corpore ſtantem viderit, ut ei aſſiſteret, eúmque in ſuo certamine animaret & confortaret. *Vidit JESUM ſtantem, id eſt, ad ſubveniendum paratum.* Salmeron ait: *Stans ſanat, qui pertranſiens eum audivit; quia ſecundùm naturam humanam, ſecundùm quam tranſit, commiſeratus eſt cæcum: ſecundùm verò divinam, quæ ſtat, & æterna eſt ſinè metu & fluxu, gratiam ſanctitatis confert.* Albert. M. ib. Iſa. 30. v. 18. Pſ. 39. v. 2. Did. Stell. ib. Act. Ap. 7. v. 55. Salm. ib.

3. Hoc autem Author iſte à S. Gregorio didiciſſe videtur, qui ait: *Tranſire humanitatis eſt, ſtare divinitatis; cæcum igitur clamantem Dominus tranſiens audivit, ſed ſtans illuminavit, quòd per humanitatem ſuam vocibus noſtræ cæcitatis compatiendo miſertus eſt, ſed lumen nobis gratia per divinitatis potentiam infudit.* Ad vocem JESUS præceps & rapidiſſimus ſolis currus ſubſiſtit, *ſtetit ſol;* ſimiliter ad cæci cujuſdam clamores ſol juſtitiæ, eum à cæcitate ſua ſanaturus firmiter greſſum fixit. S. Greg. ho. 2. in evang. Ioſ. 10. v. 13.

4. Hugo Cardinalis citat S. Hieronymum dicentem: *Quia cæcus ſequi non poterat, ſtat Dominus, & vocari jubet, ne turba prohibeatur. Sic debent facere magnates, ſtare ſcilicet, & vocare ad ſe pauperes, ut audiant eorum querimonias, & faciant juſtitiam.* Didacus Stella dicit, quòd non ſolùm cæci hujus lamentationibus benignas præbuerit aures, ſed etiam greſſum fixerit, & ſubſtiterit: *Ut quieſcente turbæ incedentis ſtrepitu, placatiùs hominis miſerrimi audiret lachrimas.* Poterat equidem illi, quidquid petebat, à longinquo concedere, abſque eo, quòd ſtando iter ſeu viam ſuam inter- S. Hier. apud Hug. Card. Did. Stell.

Janſen.

interrumperet, ſicut & non factâ interrogatione illius, ejúſque ad ſe factâ acceſſitione: *Sed pietatem & benignitatem piiſſimi IESU conſidera; docet enim, quantâ benignitate & manſuetudine pauperes & miſeri ſuſcipiendi ſunt.*

Iuſſit illum adduci ad ſe, & cùm appropinquáſſet. &c.

Dio. Cart. 5. Dionyſius Carthuſianus ſimiliter dicit, Chriſtum cæcum hunc in eodem loco, ubi ſedebat mendicans, illuminare potuiſſe, abſque eo, quòd illum in ſuum conſpectum adduci juberet; nihilominus Chriſtum optimè feciſſe dicit, miraculum iſtud in conſpectu omnium patrando, tum ad majorem Dei gloriam, tum ad totius illius ingentis multitudinis majorem ædificationem; tum ad doctrinæ, quam prædicabat, confirmationem; tum ad magis corroborandam cæci illius fidem, dum reſtituto ſibi noviter viſu benefactorem ſuum perfectè intueri, eúmque pro vero Deo & Meſſia recognoſcere poterat.

Salmer. 6. Salmeron ideo Chriſtum, cæcum ad ſe adduci juſſiſſe dicit, quia cæcus utpote orbatus per ſe viam invenire non poterat, ut ſe coram eo ſiſteret, ſicut etiam ut communicaret meritum illis, qui ipſum adducebant, qui eidem antea obſtiterant, *tum ut illi, qui impediebant, eſſent etiam miniſtri ſalutis cæci, & plures accurrerent, qui eſſent miraculi oculares teſtes.* Id quod etiam Janſenius advertit, dum ait: *Quò omnium oculos ad miraculi conſiderationem converteret, eſſetque miraculum evidentius.*

Ianſen.

Alb.M. 7. Albertus Magnus ad illa verba: *Cùm appropinquáſſet IESUS*, ſequentem fundat moralitatem: *Per contritionem & cordis devotionem;* his enim pedibus approximamus ad Deum, juxta illud Jacobi 4. *Appropinquate Deo, & appropiñquabit vobis. Ex Pſalmo 33. Accedite ad Deum & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.*

Iacob.4. v.8. Pſ.33. v.6.

Verſus 41.

Quid tibi vis faciam? at ille dixit: Domine ut videam.

Quid tibi vis faciam?

1. Gloſſa ait: *Non ex ignorantiâ quærit, ſed ideo, ut rogetur, & ut mentem ad orationem excitet.* *Gloſſ. ord.*

2. Gloſſa interlinearis ait: *Non ignorat, ſed vult audire confeſſionem, qui noverat intentionem.* S. Ambroſius ſimiliter ait: *Interrogat, ut credamus, non niſi confitentem poſſe ſalvari.* *Gloſſ.in. terl.* *S.Ambr.*

3. Videri haud immeritò poterat, increatam & incarnatam ſapientiam non debuiſſe cæcum iſtum hoc modo interrogare, dicendo: quid tibi vis faciam? juſtum enim eſt, ut nos voluntatem noſtram in manus Dei reſignemus: *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo;* ipſeque Chriſtus nos in oratione quotidiana ita orare docuerat: *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.* S. Paulus quòque, quando *circumfulſit eum lux de cœlo, apertiſque oculis nihil videbat*, in fortunata illa cæcitate ſubitò dixit: *Domine quid me vis facere?* quomodo igitur Deus noſter nunc vult voluntatem ſuam voluntati cæci hujus ſubjacere? S. Bonaventura ait: *In quo apparuit liberalitas dantis, quia offert ſe beneplacito poſtulantis.* Albertus M. pariformiter dicit: *Attendite magnam dantis beneficium liberalitatem, quid vel quantum det, in voluntate conſtituit petentis*; unde ſe habet ac ſi jam perſcrutatus fuiſſet & penetrâſſet ipſius fervorem, fiduciam, fidem, devotionem, omnéſque alios actus interiores: *Iam video devotionem tuam, jam intueor fidem, jam conſidero ſpem, jam ſentio charitatem, petitio tua in tua ſit voluntate & optione.* Hanc porrò oblationem nemo alius præterquam ſolus Deus facere poteſt, non tantùm ideo, quia ipſe ſolus poteſt omne id, quod vult: *Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit*: verùm etiam, quia ipſe ſolus cognoſcit, an nobis expediat, quod offert, novítque, an nos ejus ſimus liberalitate abuſuri, an verò non. *2.Mac. 9.v.12. Mat.6. v.10. Act.Ap. 9.v.3.6. & 8. S.Bon. in Luc. Alb.M.*

4. Enimverò major pars multitudinis illius, quæ poſt Chriſtum ſequebatur, cæcitate quadam laborabat longè miſerabiliori, quàm erat illa, quâ hic noſter affligebatur cæcus; ſiquidem Chriſtum Filium Dei & promiſſum in lege Meſſiam eſſe non credebat; perlibenter cæcum hunc corporaliter illuminando, multos quòque alios ſpiritualiter illuminaturus fuiſſet, ac proinde illũ ad ſe adduci juſſit, ut hac ratione &

ex precum instantia, quas faciebat, & ex interrogatione & ultronea sui oblatione & opis, & interrogatione; denique & ex miraculo, quod circa illum patrabat, de ejus divinitate tantò evidentiùs certificarentur. Unde Salmeron ait: *Interrogat Dominus, non ut ignorans, quia omnia novit; sed ut astantes scirent, eum non petere vulgarem eleemosynam, & qualis ab homine petitolet, sed divinam virtutem, & excellentem, quæ est à Deo, & ut, dum cæci Christum filium Dei esse confitentur, videntes, qui eum tantùm hominem putabant, confundantur. Quid tibi vis faciam?* Quisnam alius idipsum meliùs dicere poterat illo, qui *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, maximè tali cuidam cæco, qui orbus erat luce corporis & animæ.

Salmer. ib. *Joa. 1. v. 9.*

Theoph. 5. Theophilactus scribit, Christum hanc interrogationem in conspectu omnium proposuisse: *Ne ille præsentibus alia petere videatur, ipse alia dare, & dum ille petit pecuniam, ipse ut ostentator, cæcitatem sanaret; nam fortassis insipienter talia fingere posset invidia.*

6. Porrò certissima causa, ob quam cæci hujus voluntatem exploravit, fuisse videtur, ut tantò magis authenticaret & manifestaret in cæco patrandum miraculum; estque hæc ponderatio Jansenii dicentis: *Ut illo palam agnoscente suum malum, & explicante suum desiderium, miraculum ab omni esset liberum calumnia; ne aliqui dicere possent, hunc verè non fuisse cæcum, aut JESUM pro ostentationis gratiâ, pro desiderata stipe contulisse visum, solent enim quidam mendici fingere cæcitatem, quò plùs accipiant.* Etenim satis est verisimile, in illa multitudine multos fuisse, qui credebant cæcum hunc non alio fine altum adeò vociferatum fuisse, quàm ut pinguem aliquam à Christo eleemosynam acciperet, siquidem Christus ex iis, quæ ei à sibi devotis subministrabantur, aliis quòque pauperibus communicare solebat.

Jans. c. 105. concord.

7. Dici quòque potest, ideo Christum hunc interrogâsse: *Quid tibi vis faciam?* ut nos doceret, quòd dona & gratias suas communicare nolit, nisi priùs nos ad illas recipiendas per voluntatem & desiderium nostrum disponamus.

At ille dixit: Domine, ut videam.

8. Hugo Cardinalis bene notat, cæcum hunc, Christum non jam filium Davidis appellare, uti in principio fecerat, sed tantùm dicere: *Domine, quasi dicat: Filius David cæcos illuminare non potest, Filius autem Dei potest.* Didacus Stella, postquam idem cum Hugone ponderâsset, subjungit: *Quamdiu dixit: Fili David miserere mei, suspensa est sanitas, sed cùm dixit: Domine, infusa est; nec mirum, ipse enim Dominus, de quo in Psalm. Dominus illuminat cæcos.* Magna cum fiducia recurrit ad Christum, ut illuminaretur, siquidem ipsum filium David nominando, veluti verum Messiam pariter agnoverat. *De quo prædixerat Isaias* (ùt notat Salmeron) *tunc aperientur oculi cæcorum.*

Hug. Card. *Did. Stel.* *Psal. 145. v. 8.* *Isa. 35. v. 5.* *Salmer.*

9. Jansenius hujus cæci desiderium ita declarat: *Da imprimis, ut videam, hoc est, per fidem cognoscam, te solum verum Deum, & veram veritatis viam, quâ ad te perveniatur.* Et revera hæc jure merito esse deberet præcipua & frequentior postulatio, quam unaquæque anima in suis orationibus Deo proponere deberet; siquidem salutis nostræ fundamentum est lumen fidei & agnitio Dei: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis; sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me.* Id quod in S. Joanne clariùs dicitur: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum.* Albertus M. dicit, cæcum in hac petitione intendisse, præter visum corporis insuper etiam lumen spirituale: *Videam non tam extrà, quàm intus, visto enim tota merces est, & videre Deum beatitudo est.* Tritum est axioma illud, *Creâsti nos Domine ad te*, & ideo quidquid à nobis fit, quidquid desideratur, quidquid denique cogitatur à nobis, id totum directum esse debet, velut linea ad centrum, id est, ad visionem beatificam

Ier. 9. v. 23. 24. *Alb. M.*

10. Prima & pulcherrima inter omnes creaturas visibiles, quæ unquâ à manibus divinis profecta fuit, lux fuit: *Fiat lux*; ad denotandum, quòd lux fidei & notitia Dei omnem aliam quamcunque rem appetibilem præcedere debeat; sicut enim illa servit

ad

ad illius confuſi chaos diſcretionem, ita lumen ſpirituale nobis ſervit ad credendum antiqui adverſarii laqueos, ad diſcernendum à virtute vitium, ad ponderandam & æſtimandam æternitatem, ad appretiandum animæ noſtræ theſaurum, ad imminentia nobis evitanda pericula, ad incitandum bonorum exempla, ad proprios emendandos defectus *&c.*

Salm. 11. Arguta eſt obſervatio, quam Salmeron hoc loco facit, nimirum; Chriſtus cæco huic liberam dederat petendi optionem & facultatem dicendo: *Quid tibi vis faciam?* ipſe verò petiit: *Ut videam.* Cur autem non potiùs rem aliquam durabiliorem à Domino ſollicitavit? lumen enim & viſus ſanus ultra vitam, quæ adeò longa in ipſo eſſe non poterat, durare nequit: *Ad hæc parum delectare poterat, cùm moleſta & acerba multa oculis hauriamus, ſunt enim oculi plerumque occaſio ſuperbiæ, & cupiditatis, & obſcœni amoris atque diſtractionis, atque plerumque ruina animæ eſſe ſolent, juxta illud: Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* Ecce igitur quàm verum ſit, quòd nos à Deo ſæpenumero malum noſtrum poſtulemus, ſimúsque nobiſmetipſis ruinarum noſtrarum artifices.

Thren. 3. v. 51.

Janſen. hic,

12. Janſenius hiſce verbis expoſitionem quandam adhibet, præſenti tempori valde adaptatam: *Da ut videam & agnoſcam vanitatem hujus ſæculi, ut videam, ſemperque ob oculos habeam ultimum vitæ meæ finem, ne unquam obdormiam in morte.* Hoc autem lumen hiſce vaniſſimis diebus magìs quàm aliàs unquam à Deo nobis poſtulare neceſſum habemus, ut cognoſcamus mundi hujus, hiſce diebus, vanitatem, quæ in hoc carniſprivio tot modis nos ad malum irritat & provocat, ut oculum noſtrum ad contuendum noviſſimam horam & diem defigere, & illud: *Memento homo, quia cinis es* &c. ob oculos contiñuò habere non valeamus. Salvianus populum Romanum ſpectaculis, aliiſque prophanis gaudiis immerſum conſpiciens exclamavit: *Sardonichis herbis omnem Romanorum populum putes exſaturatum, moritur & ridet*; hæc enim herba quædam eſt venenoſa, quæ illam manducantibus mortẽ conciliat, ſed talem, quâ homines velut ridendo moriuntur, ille autem riſus non à corde, quod oppreſſum eſt, procedit, ſed à labiorum rictu & apertura. Idem quòq; multis accidit, qui ſe lætos & hilares eſſe ſimulant, cùm tamen tales revera non ſint; ſiquidem uti de S. Thoma Angelico Doctore, qui ob ingentem ſapientiam ſuam *omniſcius* dicitur, refertur; hic nunquam capere potuit, quomodo Chriſtianus peccato mortali in anima ſua obnoxius ridere poſſit. Et quidem ſi lætitia talis ex comœdiis naſcatur, vel ex larvatorum perſonatis vultibus, haſtiludiis aliísque ſimilibus ſpectaculis, hæta eſt, ſicut & omnia illa ficta ſunt & forinſecus tantùm læti ſpeciem habentia: *Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi: quid fruſtra deciperis?* Quando filii Iſraël inter choreas, ludos conviviorum epulas aliásque hilaritates, verum bacchanaliorum ſymbolum vitulum aureum adoraverunt: *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Moyſes ad locum, ubi Idololatria hæc exercebatur, appropinquans dixit: *Vocem cantantium ego audio*: Joſue autem in ſocietate Moyſis conſtitutus alium ſe ſtrepitum audire exiſtimabat, unde ait: *Ululatus pugnæ auditur in caſtris*; imo ſacer quidam interpres ſcribit, quòd verba prædicta à Moyſe prolata, juxta hebraicæ linguæ radicem ſeu originem, idem ſignificent, quod *vox afflictionis & miſeriæ auditur*: at verò ſi Moyſes voces cantantium & choreas agentium audiebat, quomodo dici poteſt, quòd audierit vocem afflictionis & miſeriæ? verè tamen ita eſt, quia *extrema gaudii luctus occupat: riſus dolore miſcebitur.* Fatentur idipſum mundani apud inferos, dicentes: *Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulavimus vias difficiles.* Chryſoſtomus verba illa Davidis ponderat, quibus ad Deum converſus ita loquitur: *Dediſti lætitiam in corde meo; non dixit ſimpliciter: Dediſti lætitiam, ſed in cor meum, oſtendens, in rebus externis non eſſe lætitiam; hæc enim lætitia non eſt cordis; ſed oculorum.*

Exod. 32. v. 6. *Eccl. 2. v. 2.* *Paez. in cant. Moyſ. tex. 15. annot. 1.* *Prov. 14. v. 13* *Sap. 5. v. 7.* *Chryſ.*

Verſus 42.

Et Jeſus dixit illi: reſpice; fides tua te ſalvum fecit.

Dixit illi, reſpice.

1. Chry-

Chryſ. in cat.

1. Chryſoſtomus dicit, quòd, cùm Judæi miraculo huic cæci illuminati calumniosè derogare poterant, ſicut circa cæcum natum facere tentârunt, dicendo: *Similis eſt ejus; ideo Chriſtus voluit, ut cæcus priùs oſtenderet defectum naturæ, & tunc cognoſcat gratiæ majeſtatem; at ubi petitionis modum cæcus explicuit, tunc cum ſumma majeſtate præcepit ei, ut videret.* Theophylactus ait, Chriſtum dixiſſe: *Recipito viſum*, & poſtea ſubdit: *Et quis Prophetarum ita ſanavit, tali inquam poteſtate? unde & vox à vero lumine progreſſa, lumen cæco facta eſt.* Did. Stella ait: *Imperativo modo ſanavit illum, & præcepit ſicut Deus, ut viſum haberet.* Salmeron ait: *Dixit, & facta ſunt; præceptum Domini lucidum illuminans oculos.*

Theop.

Did. Stell.

Salm.

2. Etenim veriſimile eſt, cæcum hoc ſibi reſtituto viſu uſum ſemper eſſe in bonum animæ ſuæ, aliàs enim veriſſimum eſt ſecundùm humanam malitiam: *Nequius oculo quid creatum eſt?* enimverò oculi ejus hanc habuêre prærogativam, quòd illuminati fuerunt ab illo, de quo ſcribitur: *Erat lux vera.*

Eccl. 31. v. 15.

3. *Expende*, inquit Didacus Stella, *quòd quando ſideliter & bene petimus, non alia nos petimus, & alia dat Chriſtus, ſed illa ipſa quæ petimus, atque ita quoties unum petimus, & aliud accipimus, manifeſtum eſt, quòd non bene neque fiduciaſiter petimus.*

Did. Stell.

4. Conſideratione digniſſimum eſt miraculum illud, quod per digitum illum ſanctæ Catharinæ Senenſis, cui Chriſtus annulum ſponſalitii cum dicta ſancta ab ipſo contracti inſeruit, patratum fuit; nam quando beatus Stephanus Macconis Carthuſianus, qui prædictæ ſanctæ Virginis familiaris fuit, exceſſivos quâdam vice pateretur oculorum dolores, jámque lumen oculorum quaſi totaliter amiſiſſet, poſt applicatam oculis ſuis hujus digiti reliquiam, oculorum integram ſanitatem protinus recuperavit. Hunc autem annulum ipſa promerita ſibi fuit, per mortificationes & auſteritates, quibus in hisce Bacchanaliorum diebus corpus ſuum maceravit. Unde perſpicuè deduci poteſt, quòd anima, quæ Deo fidelis eſt, non verò de illarum numero, de quibus Oſeæ 2. v. 5. ſcribitur: *Vadam poſt amatores meos*, ſed quæ Deo in veritate dicere poteſt: *Sponſabo te mihi in fide*, magnum ſibi lumen & notitiam Dei, ad contemnendas omnes mundi hujus vanitates, & inſanias falſas acquirere poſſit.

Oſe. 2. v. 5.

Fides tua te ſalvum fecit.

5. Dionyſius Carthuſianus ait: *Viſu interiori & exteriori, quem etiam corporaliter & ſpiritualiter illuſtravit.* S. Thomas ſcribit, quòd juxta pondus & menſuram fidei, beneficia vendantur. *Pro fide enim venduntur beneficia, diffunditur enim gratia quam ſuſcepit fides.* Salmeron tamen diſtinguit, oſtenditque hanc fidem donum fuiſſe ejusdem benefactoris: *Fidem, quæ donum Dei eſt, vocat Chriſtus fidem cæci, & illi eam adſcribit ob ſingularem ejus beneficentiam, quæ enim nobis dat, vult eſſe noſtra.*

Dio. Carth.

S. Th. in cat.

Salmer.

Verſus 43.

Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum magnificans Deum; & omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

Et confeſtim vidit.

1. Clamores cæci hujus audivimus, de quibus verificatur, quòd Iſaias prædixerat: *Miſerans miſerebitur tui, ad vocem clamoris tui ſtatim ut audierit, reſpondebit tibi.*

Iſa. 30. v. 19.

Et ſequebatur illum magnificans Deum.

2. Chryſoſtomus ait: *Bonum munus obtulit Chriſto, & quale? ſequebatur eum magnificans Deum.* Porrò dæmoniaco à ſe liberato permittere noluit, ut ſe ſequeretur, ne fortè libertati jam reſtitutus per omnia loca cum Chriſto pertranſiens, cauſa eſſet, ut miraculum circa ſe patratum magis magisque devulgaretur; at verò cæcum hunc illuminatum ſecum in Jeruſalem conduxit, quando eò abibat moriturus, ut propriis oculis ſuis cerneret, quòd voluntariè & ſponte propriâ in patibulo crucis affigeretur: *Quando Jeroſolymam aſcendebat, per crucem perfecturus altum myſterium, ut recen-*

Chryſo.

recentem habent miraculi mentionem, non æſtimarent eum infirmitate potiùs, quàm miſericordiâ pati.

Theop. 3. Teophylactus gratitudinem ejus admiratur his verbis: *Vide gratitudinem ejus, qui ſanatus eſt, ſecutus eſt enim Jeſum, magnificans Deum, factúsque eſt & aliis glorificandi Deum author.* Idem quòque Euthymius ait: *Euthy. ibid.* *Sequebatur eum tanquam gratus & beneficium rependens.*

S. Bona. 4. S. Bonaventura ait: *Sequebatur per ſubjectionem obedientiæ.* Quando enim anima aliqua lumen & notitiam Dei recepit, per ejus directionem ſe aliis ſubjicere debet; cùm enim propria voluntas nos decipiat, duce & prælide nobis ſemper opus eſt.

Salm. 5. Salmeron ſanctum Gregorium citat, *S. Greg.* qui de cæco hoc, Chriſtum ſequente, aliam expoſitionem adducit: *Ut eleganter ait Gregorius in Homilia hujus Evangelii videt & ſequitur, qui bonum, quod intelligit, operatur: videt autem ſed non ſequitur, qui bonum quidem intelligit, ſed bene operari contemnit.*

Janſen. 6. Janſenius ad cautelam eorum, qui cum reducti ſunt ad pœnitentiam ne recidivent, aliud ex hac cæci ſequela eruit morale documentum: *Cavendum, ei, inquit, ne ad priſtinum redeat locum, nec ampliùs juxta viam ſedeat & mendicet, ſed ſequatur in via Jeſum ad Crucem pergentem; nec tantùm ſequatur, ſed ſimul animo grato, Dei ſemper in ſe glorificet gratiam.* Quiſquis hiſce diebus lumen à Deo recepit, cognoſcendi voluptatum & illecebrarum mundi hujus pericula, & falſam & fraudulentam licentiam, is magìs in ſequela Chriſti efferveſcendo, gratum ſe exhibeat, atque ad Deum converſus, dicat: *Averte oculos* *Pſ. 118. v. 37. & 38.* *meos, ne videant vanitates, in via tua vivifica me; ſtatue ſervo tuo eloquium tuum.* Salomon poſtquam omnia imaginabilia hujus mundi gaudia expertus fuiſſet, ait: *Omnia quæ deſideraverunt oculi mei, non negavi eis,* *Eccl. 2. v. 10.* tandem reſipiſcens, quòdnam verum lumen ſit, declarat, dicens: *Sapientis* *Eccl. 2. 14.* *oculi in capite ejus, ſtultus in tenebris ambulat.* Ubi ſanctus Baſilius ait: *Id eſt, ut ea* *S. Baſil. Lu.* *contemplentur, quæ in ſublimi ſunt,* ſublevandum eſt cor noſtrum ad gaudia & voluptates alterius vitæ. *Wad. an. 1213. n. 19.* De ſancto Francisco legitur, quod is, poſtquam Comitem de monte Feltrio in caſtello montis Leonis haſtiludia, jocos, & alia ſimilia ſpectacula apparare intellexiſſet; ſocios ſuos hiſce verbis fuerit exhortatus: *Eamus, & noſtras opponamus arces dæmonis inſidiis, quas in hujuſmodi jubilationibus ſternere ſolet incautis.* In eo igitur loco conſtitutus prædicare cœpit, thematisque loco hæc ſibi verba aſſumpſit: E tanto il ben che aſpetto, che ogni pena m'è diletto id eſt, tantum eſt bonum illud, quod me exſpectat, ut nulla ſit pœna, quæ non me delectet, idque tanta cum energia proſecutus fuit, ut Comes Orlandus Dominus vallis Caſentini motus, qui præſens aderat, indè compunctus ejus ſe directioni & diſciplinæ ſubmiſerit, eique Alverniæ montem liberali dono donâvit; tandem verò hiſtoria ita concludit: *Expenderunt eò tendiſſe ſermonem, ut à feſtis & vana ſæculi lætitia tranſeundum doceret, ad Crucis Chriſti perferenda paſſiones, ſine quibus non pervenitur ad regnum.* Porrò in principio præſentis Evangelii mentio fit paſſionis, & poſtea cæcitas miſeri hujus hominis recenſetur, ad inſinuandum nobis, quantopere in ſenſu ſpirituali verum ſit id, quod Archangelus Tobiæ junio- *Tob. 6. v. 9.* ri dixit: *Fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo & ſanabuntur.* Etenim fel amariſſimum paſſionis Dominicæ ſufficit abundè, ad tollendum è medio pannum illum, qui oculorum lumen nobis obfuſcat, id eſt, voluptatum præſentium illecebras; valet etiam ad bacchanaliorum ebrietates & crapulas condemnandas dummodo oculos per ſeriam quandam meditationem aperiamus. Salmeron de *Salmer.* hoc cæco agens, Abraham, Iſaac & Jacob, inter alios veteris Teſtamenti ſanctos Deo adeò fuiſſe gratos & acceptos dicit: *Quia cum totus mundus in tenebris Idololatriæ, & obſcænorum peccatorum involutus eſſet, ipſi præ cæteris avertentes oculos à vanitate, Deum colebant, illúmque ſequebantur: idcirco quando omnes Chriſtum illis bacchanaliorum diebus derelinquunt, tu contende illum ſequi:* imitare boni latronis exemplum, qui, dum Chriſtus à ſuis Apoſtolis & diſcipulis, aliiſque ſuis ſequacibus prorſus derelictus eſſet, quando unusquisque ei maledicebat, ac convitiabatur: *Ille ſolus Dominum & Regem confeſſus eſt, ut intelligant omnes, qui Chriſti Dei*

cultores esse volunt, tunc sibi esse Christum viæ & vitæ integritate consectandum, & ore confitendum coram hominibus, cùm maximè homines insaniunt, & opera tenebrosa Dæmonis amplexantur, & in præcipitium gehennæ certatim se dejiciunt.

Et omnis plebs ùt vidit, dedit laudem Deo.

7. Advertendum hoc loco est, sanctum Lucam dicere, quòd hic populus laudem Deo dederit, non tam post miraculum à Salvatore patratum, quàm postquam viderunt, quòd cæcus iste illuminatus, gigãtæis passibus seu gressibus Christum benefactorem suum fuerit insecutus; ubi nobis notandum est: quòd plebs *dedit laudem Deo*, ad exemplum cæci hujus, qui, ùt jam diximus, *sequebatur illum, magnificans Deum.* Enimvero exemplum illorum, qui eo tempore præcipuè Christum sequuntur, quo torrens mundi contrarium faciendum esse persuadere nititur, nobisque se omni virium conatu opponit, valde est efficax ad alios, ut idipsum faciant, permovendos. Sic enim in vita S. Caroli legitur, quòd, dum sanctissimus hic Cardinalis ipso Bacchanaliorum tempore, Ferrariam esset pertransiturus, dux urbis illius explicatum in foro vexillum, nec non & statuam ibidem velut indultæ licentiæ & lasciviæ Bacchanalis indices publicè erectam indè dimoveri, omnésque solitas larvas, ludos, jocos, aliásque vanitates pro illo anno prohiberi jussit, ne aliquod transeunti Sancto scandalum daretur. Venetiis pariter Sancto illam civitatem eâdem vice pertranseunte, facta est per ipsum feria 5. ante Dominicam Quinquagesimæ Communio quædam generalis, fuitque in vasta illa civitate talis & tanta commotio populi, qui ad ejus imitationem, exercitiis spiritualibus vacabat, ut solemnis Paschatis dies esse videretur, neque in publico vel unus homo larvatus conspectus fuerit. *Li. 6. c. 4.*

(†)
* *
*

IN-

INDEX
AUCTORUM,
in hoc primo Tomo contentorum.

A

ABulenſis.
S. Albertus Magnus.
Alcuinus.
S. Ambroſius.
Ammonius Alexandrinus.
Anonymus.
S. Anſelmus.
S. Antonius de Padua.
S. Athanaſius.
Auctor operis imperfecti.
S. Auguſtinus.

B.

S. Baſilius Magnus.
Baſilius Seleucus.
Venerabilis Beda.
Berengoſius Abbas.
S. Bernardus.
S. Bonaventura.
S. Bruno.

C.

Cæſar Arelatenſis.
Cæſarius Heiſterbacenſis.
Cajetanus.
S. Chryſologus.
S. Chryſoſtomus.
Clemens Alexandrinus.
Cornelius Janſenius.
Cornelius à Lapide.
S. Cyprianus.
S. Cyrillus Alexandrinus.
S. Cyrillus Jeroſolymitanus.

D.

S. Damaſcenus.
Didacus Stella.
S. Dionyſius Areopagita.
Dionyſius.

E.

S. Ephrem.
S. Eucherius.
Euſebius Emiſſenus.
Euſebius Gallicanus.
Euthymius.

F.

S. Fulgentius.

G.

Gilbertus Abbas.
Gloſſa interlinearis.
Gloſſa ordinaria.
Goffridus Abbas.
S. Gregorius Magnus.
S. Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Guerricus Abbas.
Guilielmus.

H.

Haymo Halberſtadienſis.
S. Hieronymus.
S. Hilarius.
Hugo Cardinalis.

I.

Janſenius v. Cornelius.
S. Ildephonſus.
Innocentius III.
S. Joannes Damaſcenus.
S. Irenæus.

L.

S. Laurentius Juſtinianus.
B. Leo.
Lucas Burgenſis.
Lucas Waddingus.
Lyranus v. Nicolaus.

M.

S. Maximus.
Michaël de Palatio.

N.

Nicephorus.
Nicolaus de Lyra.

O.

Oleaſter.
Origenes.

P.

Paez.
S. Paſchaſius.
S. Paulinus.
Paulus de Palatio.
Petrus Bleſenſis.

Petrus Cellenſis.
S. Petrus Chryſologus.
S. Petrus Damianus.
Philo Carpatius.
S. Proſper.

R.

Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus.
S. Remigius.
Richardus à S. Laurentio.
Rupertus Abbas Tuitienſis.

S.

Salmeron.
Salvianus.
Seneca.
Simon de Caſſia.
Suarez.

T.

Tertullianus.
Theodoretus.
Theophylactus.
S. Thomas Aquinas.
S. Thomas de Villa Nova.
Titus Boſtrenſis.
Toletus.

V.

S. Vincentius Ferrerius.

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ,

in hoc primo Tomo explicatorum.

GENESIS.

CAp. 3. v. 22. Ecce quaſi unus ex nobis factus eſt. Dom. 4. Adv. v. 6. n. 2
Cap. 6. v. 3. Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Dom. Sexag. 15. num. 10
Cap. 12. v. 3. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Dom. 5. Epip. v. 11. n. 1
V. 15. Laudaverunt eam apud Pharaonem. Dom. 3. Adv. v. 20. n. 3
Cap. 18. v. 25. Abſit à te, ut hanc rem facias, & occidas juſtum cum impio. Dom. 5. Epip. v. 29. n. 5
Cap. 31. v. 30. Cur furatus es Deos meos? Dom. 1. Epiph. v. 48. n. 14
Cap. 35. v. 2. Abjicite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt. Dom. 3. Epi. v. 8. n. 2
Cap. 40. v. 19. Auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Do. Sexag. v. 5. n. 10
Cap. 41. v. 14. Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Joſeph totonderunt. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 6.
V. 40. Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 5

EXODI.

Cap. 3. v. 18. Ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, ut immolemus Domino Deo noſtro. Dom. 1. Epip. v. 46. n. 3
Cap. 32. v. 6. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Dom Sexag. v. 14. n. 4. & Dom. Quinqu. v. 41. num. 12
Cap. 33. v. 13. Si inveni gratiam in oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam. Dom. 4. Ad. v. 4. n. 16. & Dom. infra oct. Nativ. 37. n. 5
V. 22. Non videbit me homo, & vivet. Do. 4. Adv. v. 4. n. 16. & v. 6. n. 1

LEVITICI.

Cap. 23. v. 40. Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatuláſque palmarum. Dom. 1. Epip. v. 42. n. 12

NUMERORUM.

Cap. 21. v. 8. Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno &c. Dom. inf. oct. Nativ. v. 34. n. 19
Cap. 22. v. 32. Perverſa eſt via tua, mihique contraria. Dom. Sexag. v. 5. numero 16

DEU-

DEUTERONOMII.

Cap. 4 v. 2. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Dom. Sexag. v. 12. n. 1

V. 7. Neque enim eſt aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter. Dom. 3. Adv. v. 26. n. 8

Cap. 16. v. 16. Tribus vicibus per annum apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui &c. Dom. 1. Epiph. v. 42. n. 9

Cap. 18. v. 15. Prophetam ſuſcitabit nobis Dominus. Dom. 3. Adv. v. 21. n. 3

V. 18. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſimilem tuî. Dom. 3. Adv. v. 26. n. 4

JOSUE.

Cap. 3. v. 16. Steterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & adinſtar montis intumeſcentes apparebant. Dom. 2. Adv. v 7. n. 22

Cap. 10. v. 13. Stetit Sol in medio cœli. Do. Quinq. v. 40. n. 3

JUDICIUM.

Cap. 5. v. 20. Stellæ manentes in ordine ſuo, adverſus Siſaram pugnaverunt. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 24

Cap. 14. v. 19. Irruit in Samſonem ſpiritus Domini, deſcenditque Aſcalonem, & percuſſit ibi triginta viros. Dom Sexag. v. 15. n. 4

Cap. 18. v. 24. Deos meos, quos mihi feci, tuliſtis, & ſacerdotem, & omnia quæ habeo; & dicitis mihi: quid tibi eſt. Dom. 1. Epiph. v. 48. numero 14

RUTH.

Cap. 1. v. 16. Quòcunque perrexeris, pergam; ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Dom. 4. Epiph. v. 23. numero 9

LIB. I. REGUM.

Cap. 6. v. 12. Ibant indirectum per viam, quæ ducit Bethſames, & itinere uno gradiebantur, pergentes & mugientes, & non declinabant neque ad dextram, neque ad ſiniſtram. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 22

Cap. 12. v. 23. Docebo vos viam bonam & rectam. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 28

V. 24. Timete Dominum & ſervite ei in veritate, & ex toto corde veſtro, ibidem.

II. REGUM.

Cap. 19. v. 33. Veni mecum, ut requieſcas in Jeruſalem. Dom. Sexag. v. 16. n. 7

III. REGUM.

Cap. 10. v. 19. Duæ manus hinc atq; indè, tenentes ſedile: & duo leones ſtabant juxta manus ſingulas. Dom. 1. Adv. v. 27. num. 10

Cap. 19. v. 5. Projecitque ſe Elias & obdormivit in umbra Juniperi. Dom. Sexag. v. 15. n. 14.

IV. REGUM.

Cap. 3. v. 27. Arripiensq; filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum; & facta eſt indignatio magna in Iſraël, ſtatimque receſſerunt ab eo. Dom. Quinq. v. 31. n. 4

Cap. 20. v. 6. Protegam urbem hanc propter David, ſervum meum, ibid. v. 38. n. 2

LIB. II. PARALIPOMENON.

Cap. 9. v. 17. Fecit Rex ſolium eburneum grande, & veſtivit illud auro mundiſſimo. Dom. 1. Adv. v. 27. n. 10

V. 18. Et duos leones, ſtantes juxta brachiola. ibid.

Cap. 15. v. 2. Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo; ſi quæſieritis eum, invenietis; ſi autem derelinqueritis eum, derelinquet vos. Dom. Epiph. v. 51. n. 2

TOBIÆ.

Cap. 1. v. 4. Cùm eſſet junior omnibus in tribu Nephtali, nihil tamen puerile geſſit in opere. Dom. 1. Epip. v. 42. n. 8

V. 5. Denique cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat Rex Iſraël, hic ſolus fugiebat conſortia omnium, &c. ibid.

Cap. 3. v. 22. Poſt tempeſtatem tranquillum facis; & poſt lachrimationem & fletum, exultationem infundis. Dom. 2. Epip. v. 9. n. 3. Et Dom. 4. Epip. v. 26. n. 12

Cap. 5. v. 12. Quale gaudium eſt mihi, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video? Dom. Quinq. v. 35. nu. 10

V. 21. Bene ambuletis, & Deus ſit in itinere veſtro, & Angelus ejus comitetur vobiscum. Dom 1. Epip. v. 42. n. 4

Cap. 6. v. 9. Fel valet ad ungendos oculos, in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur. Dom. Quinq. v. 43. n. 6

Cap. 8. v. 9. Et nunc Domine tu ſcis, quia non luxuriæ causâ accipit conjugem, ſed ſolâ poſteritatis dilectione in qua benedicatur nomen tuum in ſæcula ſæculorum. Dom. 2. Epip. v. 2. n. 4

Cap. 10. v. 4. Heu fili mi, lumen oculorum meorum. Dom. 1. Epip. v. 48. n. 10

Cap. 14. v. 13. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te. Dom. 1. Epip. v. 43. n. 10. Et Dom. 4. Epip. v. 25. num. 11

JOB.

Cap. 2. v. 2. Circuivi terram & perambulavi eam Dom. 4. Adv. v. n. 4. n. 26

V. 5 Mitte manum tuam, & tange os, & carnem ejus. Dom. 3. Epip. v. 3. n. 4

Cap. 5. v. 7. Homo naſcitur ad laborem, & avis ad volatum. Dom. Septuag. v. 1. n. 10

Cap. 6. v. 6. Poterit commedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum, aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum adfert mortem. Dom. 6 Epip. v. 31. n. 14

Cap. 7. v. 1. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Sexag. v. 14. n. 4

Cap. 12. v. 7. Interroga jumenta & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Dom. Quinq. v. 36. n. 1

V. 8. Loquere terræ, & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces maris. ibid.

V. 9. Quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini fecerit? ibid.

Cap. 13. v. 15. Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo Dom. 4. Epip. v. 26. n. 5

Cap. 14. v. 13. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi &c. Dom. 1. Adv. v. 26. n. 4

Cap. 19. v. 21. Manus Domini tetigit me. Dom. 3. Epip. v. 3. n. 4

Cap. 20. v. 27. Revelabunt cœli iniquitatem ejus, & terra conſurget adverſus eum. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 4

Cap. 21. v. 13. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Dom. 5. Epip. v. 29. n. 1

Cap. 23. v. 11. Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus, viam ejus cuſtodivi, & non declinavi ab ea. Dom. 4. Epip. v. 23. n. 9

Cap. 25. v. 6. Homo putredo, & filius hominis vermis. Dom. 5. Epip. v. 24. n. 1

Cap. 26. v. 7. Qui appendit terram ſuper nihilum. Dom. 1. Adv. v. 31. n. 2

V. 11. Columnæ cœli contremiſcunt & pavent. ib. v. 26. n. 15

Cap. 29. v. 22. Verbis meis addere nihil audebant. Dom. Sexag. v. 12. n. 1

Cap. 30. v. 7. Ecce ſub ſentibus delitias computabant filii ſtultorum. ibid. v. 7. nu. 2.

Cap. 38. v. 24. Indica mihi, per quam viam ſpargitur lux, dividitur æſtus ſuper terram. Dom. 5. Epip. v. 26. nu. 4. Et Dom. Quinq. v. 35. nu. 11

Cap. 40. v. 16. Sub umbra dormit, in ſecreto calamo. Dom. 5. Epip. v. 25. n. 3

V. 18. habet fiduciam, quòd influat Jordanis in os ejus. ib. n. 15

Cap. 42. v. 5. Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 6

LIB. PSALMORUM.

Pſalm. 1. v. 2. In lege Domini voluntas ejus. Dom. 3. Epip. v. 3. n. 8

Pſ. 2. v. 3. Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis jugum ipſorum. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 5

V. 6. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptū ejus. Do. 4. Adv. v. 4. n. 5

V. 7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. ibid.

V. 8. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. ibid.

V. 12. Apprehendite diſciplinam, ne quando ira-

do iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 17

Pſ. 4. 7. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Dom. 5. Epiph. v. 24. n. 9. Et Dom. Septuag. v. 1. n. 4. Et ibid. v. 7. num. 1

V. Eodem. Dediſti lætitiam in corde meo, Dom. Quinq. v. 41. n. 12

Pſ. 5. v. 9. Dirige in conſpectu tuo viam, meam. Dom. 3. Adv. v. 23. n. 20

Pſ. 9. v. 2. Comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant. Dom. 3. Adv. v. 19. n. 2

V. 5. Inquinatæ ſunt viæ illius, in omni tempore. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 2

V. 6. Auferuntur judicia tua à facie ejus. ibid.

V. 10. Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione. Dom. 4. Epiph. v. 24. n. 11

V. 13. Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde ſuo: non requiret. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 2

V. 20. Exurge Domine, non confortetur homo. Dom. 5. Epi. v. 28. n. 3

Pſ. 10. v. 5. Dominus in templo ſancto ſuo. Dom. infra Oct. Nativ. v. 37. n. 4

V. 6. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Dom. 5. Epiph. v. 27. n. 5

V. 9. Inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua, ut rapiat. Dom. 5. Epiph. v. 25. n. 23

V. Eodem. Oculi ejus in pauperem reſpiciunt. Dom. Quinq. v. 39. n. 1

V. 14. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tueris adjutor. ibid.

Pſ. 11. v. 9. In circuitu impii ambulant. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 26

Pſ. 13. v. 2. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat, ſi eſt intelligens aut requirens Deum. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 18.

Pſ. 15. v. 4. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum; poſtea acceleraverunt. Dom. 3. Epi. v. 5. n. 9. Et Dom. Septuag. v. 3. n. 2

V. 8. Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 2

Pſ. 16. v. 5. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea. Dom. 3. Adv. v. 23. n. 14.

Pſ. 17. v. 26. Cum ſancto ſanctus eris, cum viro innocente innocens eris, & cum perverſo pervertêris. Dom. Sexag. v. 14. n. 3. Et Dom. 5. Epiph. v. 25. n. 19

Pſ. 18. v. 6. In ſole poſuit tabernaculum ſuum; & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 14. Et Dom. 3. Adv. v. 23. n. 11

V. 7. Non eſt, qui ſe abſcondat à calore ejus, Dom. Septuag. v. 7. n 6

V. 8. Lex Domini immaculata convertens animas, Dom. 3. Epi. v. 24. n. 9

V. 11. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Dom. Sexag. v. 16. n. 2

Pſ. 21. v. 7. Ego ſum vermis & non homo; opprobrium hominum & abjectio plebis. Dom. 1. Adv. v. 25. nu. 8. Dom. 3. Adv. v. 19. n. 16. Et Dom. 4. Adv. v. 6. n. 2. Et Dom. 6. Epip. v. 32. n. 2

V. 27. Edent pauperes & ſaturabuntur; & laudabunt Dominum, qui requirunt eum Dom. 3. Adv. v. 26. n. 10

Pſ. 23. v. 3. Quis aſcendet in montem Domini? Dom. 3. Adv. v. 1. n. 4

V. 4. Innocens manibus & mundo corde. ibid.

Pſ. 24. v. 3. Etenim qui ſuſtinent te, non confundentur. Dom. 1. Adv. v. 28. n. 3

V. 4. Vias tuas Domine demonſtra mihi, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 15

V. 12. Legem ſtatuit ei in via, quam elegit. Dom. 6. Epip. v. 33. n. 13

V. 13. Anima ejus in bonis demorabitur, ibid,

Pſ. 28. v. 3. Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit, Dom. 4. Adv. v. 4. num. 2

V. 4. Vox Domini in virtute. ibid. Et Do. 3. Epip. v. 3. n. 10

V. 5. Vox Domini confringentis cedros. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 2

V. 7. Vox Domini intercidentis flammam ignis, ibid.

V. 8. Vox Domini concutientis deſertum, ibid.

V. 9. Vox Domini præparantis cervos. ibid.

Pſ. 29. v. 7. Ego dixi in abundantia mea: non movebor in æternum, Dom. 1. Adv. v. 3. n. 9. Et Dom. 1. Epip. v. 43. n. 11

V. 8. Domine, in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem; avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. ll. cc.

V. 12. Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitiâ. Dom. 2. Epip. v. 9. n. 3

Pſ. 30.

Pſ. 30. v. 9. Poſuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. Dom. 4. Adv. v. 5. n. 22
Pſ. 31. v. 8. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, quâ gradieris. Do. 3. Epip. v. 4. n. 6
Pſ. 32. v. 6. Verbo Domini cœli firmati ſunt. Dom. 4. Adv. v. 6. n. 1
V. 18. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum; & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus. Dom. 4. Epiph. v. 24. nu. 17
V. 19. Ut eruat à morte animas eorum. ibid.
Pſ. 33. v. 6. Accedite ad eum & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. Dom. 3. Epiph. v. 5. n. 2. Et Dom. Quinq. v. 39. n. 5. & v. 40. n. 7
Pſ. 34. Confitebor tibi in Eccleſia magna, in populo gravi laudabo te. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 22
Pſ. 36. v. 5. Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. Dom. 1. Epip. v. 3. num. 7
V. 27. Declina à malo, & fac bonum. Do. 4. Adv. v. 4. n. 21
Pſ. 38. v. 2. Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator adversùm me. Do. 3 adv. v. 3. n. 6.
Pſ. 39. v. 2. Exſpectans exſpectavi Dominum, & intendit mihi. Dom. Quinq. v. 40. num. 2.
V. 9. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Dom. 3 Epiph. v. 3. num. 9
V. 18. Ego autem mendicus ſum & pauper Dom. 1. Epip. v. 43 n. 4.
Pſ. 41. v. 3. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Dom. 1. Epiph. v. 46. n. 5. Et Dom. Septuag. v. 12. n. 11
V. 4. Fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: ubi eſt Deus tuus? Dom. 1. Epiph. v. 46. num. 5
Pſ. 44. v. 11. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam; & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui. Dom. 3. Adv. v. 19. n. 14
V. 12. Et concupiſcet rex decorem tuum. ibid.
V. 14. Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 22
Pſ. 53. v. 8. Voluntariè ſacrificabo tibi. Do. Septuag. v. 1. n. 8
Pſ. 57. v. 11. Lætabitur juſtus, cùm viderit vindictam, manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris. Dom. 5. Epiph. v. 30. n. 7
Pſ. 59. v. 5. Potaſti nos vino compunctionis. Dom. 2. Epip. v. 9. n. 5
Pſ. 62. v. 3. In terra deſerta, & invia, & inaquoſa; ſic in ſancto apparui tibi Do. 4. Adv. v. 2. n. 13
Pſ. 64. v. 8. Qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum ejus tu mitiges Dom. 4. Epiph. v. 26. n. 10
Pſ. 67. v. 4. Et juſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Dom. 2. Epip. v. 2. n. 5
V. 5. Cantate Deo, pſalmum dicite nomini ejus. ibid.
V. 35. Dedit voci ſuæ vocem virtutis. Do. 3. Epip. v 3. n. 10
Pſ. 68. v. 3. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me Dom. 4. Epip. v. 28 n. 4
V. 9. Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. Dom. 3. Adv. v. 19. n. 14
Pſ. 72. v. 2. Mei autem penè moti ſunt pedes; penè effuſi ſunt greſſus mei. Dom. Septuag v. 11. num. 2. Et Dom. 2. Adv. v. 2. num 5
V. 3. Zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. ll. cc.
Pſ. 72. v. 4. Gloriati ſunt, qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ Dom. 1. Epip. v. 43. n. 12
V. 7. Incenderunt igni ſanctuarium tuum; in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Dom. 1. Epip. v. 46. n. 9.
V. 11. Ut quid avertis manum tuam & dextram tuam, de medio ſinu tuo in finem? Dom. 3. Epip. v. 3. n. 10.
Pſ. 74. v. 3. Cùm accepero tempus, ego juſtitias judicabo. Dom. 1. Adv. v. 26. n. 16.
V. 5. Dixi iniquis: nolite iniquè agere. ib. v. 25. n. 2.
Pſ. 75. v. 1. Notus in Judæa Deus, in Iſraël magnum nomen ejus. Dom. infr. oct. Nativ. v. 34. n. 7
Pſ. 76. v. 17. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt. Dom. 4. Epip. v. 25. n. 9

Pſ. 77. v. 1. Inclinate autem veſtram in verba oris mei, Dom. 6. Epi. v. 35. n. 3
V. 2. Aperiam in parabolis os meum, ibidem.
V. 34. Cum occideret eos, quærebant eum & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum, Dom. 1. Epi. v. 48. n. 15
V. 65. Excitatus tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, Dom. 4. Epi. v. 24. n. 18
Pſ. 79. v. 12. Extendit palmites ſuos uſque ad mare, Do. 6. Epi. v. 31. n. 4
V. 14. Exterminavit eam aper de ſilvâ, Do. Sept. v. 1. n. 12
Pſ. 80. v. 8. Exaudivi te in abſcondito tempeſtatis, Dom. 4. Epi. v. 24. n. 11
Pſ. 82. v. 17. Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine, Dom. 4. Adv. v. 1. nu. 3. & Dom. 3. Epi. v. 1. num. 6
Pſ. 83. v. 11. Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia, Dom. Sept. v. 2. n. 5
Pſ. 87. v. 16. Pauper ſum ego, & in laboribus à juventute mea, Dom. infra oct. Nat. v. 34. num. 24
Pſ. 88. v. 10. Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas, Dom. 4. Epi. v. 25. n. 9
V. 47. Exardeſcet ſicut ignis in ira tua, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 9
Pſ. 90. 15. Cum ipſo ſum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum, Dom. 4. Epi. v. 24. n. 10
Pſ. 92. v. 2. Parata ſedes tua ex tunc, Do. 1. Adv. v. 25. n. 29
V. 3. Elevaverunt flumina Domine, elevaverunt flumina vocem ſuam, elevaverunt flumina fluctus ſuos, ibid.
Pſ. 93. v. 12. Beatus homo quem tu erudiêris Domine, & de lege tua docueris eum Do. 4. Adv. v. 2. n. 4
V. 19. Secundùm multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam, Dom. 2. Epip. v. 7. num 1
Pſ. 94. v. 5. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, Dom. 4. Epi. v. 24. n. 14
Pſ. 95. v. 5. Quoniam omnes Dii gentium dæmonia! Dom. Sexag. v. 14. n. 4
Pſ. 96. v. 3. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 9.
Pſ. 97. v. 3. Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Dom. 4. Advent. v. 6. num. 8
Pſ. 98. v. 4. Honor Regis judicium diligit Dom. 1. Adv. v. 25. num. 2
Pſ. 100. v. 2. Perambulabam in innocentia cordis mei, ibid.
Pſ. 101. v. 24. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ, Dom. 2. Adv. v. 5. n. 13
Pſ. 103. v. 32. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere, Dom. 1. Adv. v. 27. n. 5
Pſ. 104. v. 16. Omne firmamentum panis contrivit, Dom. Sexag. v. 12. n. 4
Pſ. 105. v. 35. Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, Dom. 3. Epi. v. 1. num. 8. & Domin. 5. Epip. v. 25. nu. 19
V. 36. Et factum eſt illis in ſcandalum, ll. cit.
Pſ. 106. v. 1. Confitemini Domino, quoniam bonus, Domin. 4. Advent. verſ. 4. num. 18
V. 23. Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, Dom. 4. Epip. v. 24. n. 3
V. 24. Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo, ibid.
Pſ. 112. v. 6. Reſpicit in cœlo & in terra, Dom. Sexag. v. 5. num. 9
V. 7. Suſcitans de terrâ inopem, & de ſtercore erigens pauperem, ibid.
Pſ. 115. v. 12. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Dom. 3. Adv. v. 26. num. 9. & Dom. Septuag. v. 8. num. 9
V. 13. Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo, Dom. 3. Adv. v. 26. n. 9
Pſ. 118. v. 5. Utinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas! Do. 4. Adv. v. 4. n. 30
V. 29. Viam iniquitatis amove à me, ibid. num. 10
V. 32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâſti cor meum, ibidem V. 5. num. 22
V. 35. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui, Dom. 3. Adv. V. 23. n. 14
V. 37. Averte oculos meos, ne videant vanita-

nitatem, in via tua vivifica me, Dom. Quinquag. v. 43. n. 6
V. 38. Statue ſervo tuo eloquium tuum, ibid.
V. 112. Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas in æternum, propter retributionem, Dom. Septuag. v. 1. n. 8
V. 164. Septies in die laudem dixi tibi, Dom. infra oct. Nat. v. 27. n. 11
Pſ. 125. v. 5. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent, Dom. 2. Epip. v. 9. num. 3. & Dom. Sexag. v. 5. n. 6

V. 6. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua: venientes autem venient cum exultatione, &c. ll. cc.
Pſ. 127. v. 2. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit, Dom. 1. Epip. v. 51. n. 5
Pſ. 129. v. 3. Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Dom. 5. Epip. v. 29. n. 2
V. 131. v. 2. Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob. Dom. 1. Epiphan. v. 44. num. 6
V. 3. Si introiêro in tabernaculum domûs meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei, ibid.
V. 4. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, &c. ibidem.
V. 11. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, Dom. Quinq. v. 38. n. 4
Pſ. 139. v. 1. Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me, Dom. 5. Epip. v. 28. n. 3
Pſ. 144. v. 16. Aperies tu manum tuam, & imples omne animal benedictione, Domin. 3. Epip. v. 3. n. 5
V. 19. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, ibidem, num. 6
Pſ. 145. v. 3. Nolite confidere in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus, Dom. Quinq. v. 38. n. 1
V. 8. Dominus illuminat cæcos, ibid. v. 41. num. 8
Pſ. 147. v. 20. Non fecit taliter omni nationi, Dom. 6 Epip. v. 32. n. 8. & judicia ſua non manifeſtavit eis. ibid. Et Dom. infra oct. Nativ. v. 34. n. 7. Et Domin. Sept. v. 7. n. 1

LIB. PROVERBIORUM.

Cap. 3. v. 3. Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus, Domin. infra octavam Nativ. v. 36. num. 6
Cap. 5. v. 4. Noviſſima autem illius amara quaſi abſynthium, Dom. 2. Epip. v. 10. num. 1
V. 5. Pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant, ibidem.
Cap. 8. v. 1. Nunquid non ſapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam, Dom. 3. Adv. v. 27. n. 1
V. 5. Intelligite parvuli, ibid.
V. 28. Librabat fontes aquarum, Dom. 4. Epip. v. 24. n. 14.
V. 29. Circumdabat mari terminum ſuum & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos, ibid.
Cap. 10. v. 25. Juſtus quaſi fundamentum ſempiternum, Dom. 2. Advent. v. 7. num. 17
Cap. 11. v. 2. Ubi humilitas, ibi & ſapientia, Dom. 6. Epip. v. 31. n. 11
Cap. 12. v. 21. Non contriſtabit juſtum, quidquid acciderit ei, Dom. 4. Epip. v. 24. num. 20
Cap. 14. v. 13. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat, Dom. infra oct. Nativ. v. 35. n. 1. Dom. 2. Epip. v. 3. n. 3. & Dom. Quinq. v. 41. n. 12.

Cap. 15. v. 23. Sermo opportunus eſt optimus, Dom. 3. Adv. v. 26. n. 4
Cap. 17. v. 22. Spiritus triſtis exſiccat oſſa, Dom. 1. Adv. v. 26. n. 1
Cap. 19. v. 17. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis; & viciſſitudinem reddet ei, Dom. Quinq. v. 38. n. 3
Cap. 20. v. 21. Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in noviſſimo benedictione carebit, Dom. Septuag. v. 8. num. 3
Cap. 22. v. 6. Adoleſcens juxta viam ſuam etiam cùm ſenuerit, non recedet ab eâ, Dom. 1. Epiphan. v. 42. numero 5

Cap. 23. v. 26. Præbe fili mi cor tuum mihi, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 13. & Dom. 3. Epip. v. 3. n. 7

V. 31. Ne intuearis vinum, quando flavescit, cùm ſplenduerit in vitro color ejus, ingreditur blandè, Dom. 2. Epip. v. 3. n. 4. & v. 10. n. 1.

Cap. 24. v. 30. Per agrum hominis pigri tranſivi, Dom. 5. Epi. v. 25. n. 9

V. 31. Et ecce totum repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, ibidem.

Cap. 30. v. 6. Ne addas quidquam verbis illius, & arguaris, Dom. Sexag. v. 12. n. 1.

ECCLESIASTE.

Cap. 2. v. 1. Vadam & affluam deliciis, & fruar bonis: & vidi quòd hoc quòque eſſet vanitas, Dom. 2. Epip. v. 3. n. 4

V. 2. Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi: quid fruſtra deciperis, ibid. & Do. Quinquag. v. 41. n. 12

V. 10. Omnia, quæ deſideraverunt oculi mei, non negavi eis, Dom. Quinq. v. 43. num. 6

V. 14. Sapientis oculi in capite ejus; ſtultus in tenebris ambulat, ibid.

CANT. CANTICORUM.

Cap. 1. v. 3. Trahe me poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum, Dom. 1. Epip. v. 44. n. 1

V. 16. Tigna domorum noſtrarum cedrina, Dom. 2. Adv. v. 7. n. 23

Cap. 2. v. 1. Ego flos campi, Dom. 1. Epip. v. 48. n. 13

Cap. 3. v. 1. Quæſivi, quem diligit anima mea; quæſivi illum, & non inveni, ibid. v. 46. num. 6

V. 2. Surgam, & circuibo civitatem; per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea: quæſivi illum, & non inveni ibid.

V. 3. Invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem: num, quem diligit anima mea, vidiſtis? ibid.

V. 4. Paululùm cùm pertranſiſſem eos, inveni, quem diligit anima mea: tenui eum nec dimittam, donec introducam in domum matris meæ, ibid.

Cap. 5. v. 2. Ego dormio, & cor meum vigilat, Dom. 4. Epip. v. 24. n. 17.

V. 11. Caput ejus aurum optimum, Dom. 1. Advent. v. 7. n. 22.

V. 14. Manus ejus tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Dom. 3. Epip. v. 3. n. 5

V. 15. Crura ejus columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas, Dom. 2. Adv. v. 6. n. 22

Cap. 6. v. 11. Anima mea conturbavit me, propter quadrigas Aminadab, Dom. 4. Adv. v. 5. n. 22

LIB. SAPIENTIÆ.

Cap. 2. v. 8. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant; nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra, Dom. Sexag. v. 15. n. 12

V. 10. Opprimamus virum juſtum, & non pereamus, Dom. 3. Advent. v. 19. num. 11.

V. 12. Circumveniamus eum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, ibid.

Cap. 5. v. 1. Stabunt juſti in magna conſtantia adversùs eos, qui ſe anguſtiaverunt, Dom. 1. Adv. v. 28. n. 3

V. 2. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis. ibid.

V. 3. Dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes & præ anguſtia, &c. ibid.

V. 6. Ergo erravimus à via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis? Dom. 1. Epip. v. 43. n. 8

V. 7. Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulavimus vias difficiles; viam autem Domini ignoravimus, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 23. & Dom. Quinq. v. 41. n. 12

V. 18. Armabit creaturam ad ultionem inimicorum, Dom. 1. Advent. v. 25. numero 4

V. 19. Induet pro thorace juſtitiam, & accipiet pro galea judicium certum, ib. nu. 14

V. 20. Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem, ibid.

V. 21. Acuet duram iram in lanceam, ibidem. Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos, Dom. 1. Advent. v. 25. n. 4

V. 22. Ibunt directè emiſſiones fulgurum, &c. ibidem n. 14
Cap. 7. v. 25. Nihil inquinatum in eam incurrit, Dom. infra oct. Nat. v. 36. n. 8
V. 26. Candor eſt enim lucis æternæ, ſpeculum ſinè macula, innumerabilis honeſtas per manus illius; ibid.
V. 27 In animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & Prophetas conſtituit, Dom. 4. Adv. v. 2. n. 4
Cap. 8. v. 10. Habebo honorem apud ſeniores juvenis, Dom. 1. Epip. v. 47. n. 4
V. 11. Acutus inveniar in judicio, & in conſpectu potentium admirabilis ero, ibid.
Cap. 9. v. 5. Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, Dom. 3. Adv. v. 19. n. 16
Cap. 11. v. 17. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur, ibid. n. 2
Cap. 14. v. 5. Exiguo ligno credunt homines animas ſuas; & tranſeuntes mare, per ratem liberati ſunt. Dom. 4. Epip. v. 23. n. 2
Cap. 16. v. 24. Creatura factori deſerviens, exardeſcit in tormentum adverſùs injuſtos, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 4

ECCLESIASTICI.

Cap. 2. v. 1. Fili, accedens ad ſervitium Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem, Dom. 4. Epiph. v. 24. n. 9
Cap. 3. v. 20. Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam, Dom. 3. Adv. v. 23. n. 1
Cap. 7. v. 25. Filii tibi ſunt? erudi illos, & curva illos à pueritia eorum, Domin. 1. Epip. v. 42. n. 10
Cap. 10. v. 2. Secundùm judicem populi, ſic & miniſtri ejus; & qualis rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in ea, Do. 4. Adv. v. 1. n. 1
Cap. 13. v. 1. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, Dom. 3. Epip. v. 1. n. 8
Cap. 15. v. 3. Aqua ſapientiæ ſalutari potavit illum, Dom. Sexag. v. 11. n. 1
V. 14. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui, Dom. 3. Epip. v. 3. n. 7
Cap. 18. v. 19. Antequam loquaris, diſce, Dom. 1. Epip. v. 46. n. 18
Cap. 19. v. 2. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, Dom. Sexag. v. 14. num. 2
Cap. 21. v. 11. Via peccatorum complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ, Dom. 4. Adv. v. 4. num. 23
V. 17. Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non timebit. Dominica 1. Epiph. v. 51. num. 10
Cap. 23. v. 26. Quis me videt? tenebræ circumdent me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem vereor? Dom. 1. Advent. v. 25. num. 26
Cap. 27. v. 12. Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut ſol; nam ſtultus ſicut luna mutatur, Dom. 2. Adv. v. 7. n. 17
Cap. 31. v. 15. Nequius oculo quid creatum eſt? Dominica Quinquag. v. 42. num. 2
Cap. 32. v. 6. Ubi auditus non eſt, non effundas ſermonem, Dom. infra. oct. Nat. v. 38. n. 7
Cap. 33. v. 5. Præcordia fatui quaſi rota curri, & quaſi axis verſatilis cogitatus illius, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 26
V. 29. omnem malitiam docuit otioſitas, Dom. 5. Epip. v. 25. n. 4
V. 31. Si eſt tibi ſervus fidelis, ſit tibi tanquam anima tua, quaſi fratrem ſic eum tracta, Dom. 3. Epiph. v. 5. n. 3
Cap. 43. v. 25. In ſermone ejus ſiluit ventus, & cogitatione ſua placavit abyſſum Dom. 4. Epip. v. 26. n. 12
Cap. 45. v. 1. Dilectus Deo in hominibus Moyſes, cujus memoria in benedictione eſt, Domin. 1. Epiph. v. 52. n. 5

PROPHET. ISAIÆ.

Cap. 1. v. 3. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſraël autem me non cognovit, Domin. 4. Adv. v. 4. n. 10
V. 9. Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus, Dom. Sexag. v. 9. n. 1
V. 16. Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perversè, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 27

Cap. 4. v. 2. Erit germen Domini in magnificentia, & fructus terræ ſublimis, Dom. 6. Epip. v. 31. n. 4

Cap. 5. v. 4. Quid eſt, quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? Dom. 5 Epip. v. 27. num. 3. & Dom. Septuag. v. 1. num. 12.

Cap. 7. v. 24. Vepres & ſpinæ erunt in univerſa terra, Dom. Sexag. v. 7. num. 2

Cap. 8. v. 13. Dominum exercituum ipſum ſanctificate, Dom. infra oct. Nat. v. 34. n. 11

V. 14. Erit vobis in ſanctificationem, in lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali, Dom. 2. Advent. v. 6. n. 2. & Domin. infra octavam Nativit. v. 34. num. 11

Cap. 9. v. 6. Parvulus natus eſt nobis, cujus imperium ſuper humerum ejus, Do. infra oct. Nat. v. 34. n. 25

Cap. 10. v. 27. In illa die computreſcet jugum à facie olei, Dom. 4. Advent. v. 5. num. 22.

Cap. 12. v. 6. Magnus in medio tui ſanctus Iſraël, Dom. 3. Adv. v. 26. n. 5

Cap. 14. v. 12. Lucifer qui manè oriebaris, Dom. Sept. v. 8. n. 3

V. 13. Sedebo in monte teſtamenti, ibidem.

Cap. 15. v. 1. Nocte vaſtatus eſt murus Moab, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 14

Cap. 24. v. 23. Erubeſcet luna, & confundetur ſol. ibid.

Cap. 26. v. 7. Semita juſti recta eſt, rectus callis juſti ad ambulandum, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 26

V. 17. & 18. A timore concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis, Dom. 2. Epip. v. 1. n. 5

Cap. 30. v. 18 Exſpectat Dominus, ut miſereatur veſtrî, Dom. 3. Epip. v. 3. n. 13. & Dom. Quinq. v. 40. n. 2

V. 19. Miſerans miſerebitur tuî, ad vocem clamoris tuî, ſtatim ut audîerit, reſpondebit tibi, Dom. Quinq. v. 43. nu. 1. & Dom. 3. Epip. v. 7. n. 1

Cap. 35. v. 4. Deus ipſe veniet, & ſalvabit vos, Dom. 2. Adv. v. 4. n. 6

V. 5. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, ibidem. & Dom. Quinq. v. 41. n. 8

V. 6. Tunc ſaliet ſicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum, Domin. 2. Advent. v. 4. num. 6

Cap. 40. v. 1. Conſolamini, conſolamini populo meus, dicit Deus veſter, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 1

V. 2. Loquimini ad cor Jeruſalem, & advocate eam; quoniam completa eſt malitia ejus, dimiſſa eſt iniquitas illius,

V. 3. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, &c. Dom. 3. Adv. v. 25. num. 2

V. 4. Erunt prava in directa, & aſpera in vias planas, Domin. 4. Advent. v. 6. num. 4

Cap. 42. v. 2. Nec audietur vox ejus foris, Dom. 3. Adv. v. 26. n. 3

V. 3. Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, ibidem.

V. 14. Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar, diſſipabo, & abſorbebo ſimul, Domin. 1. Advent. v. 25. num. 14

Cap. 45. v. 15. Verè tu es Deus abſconditus, Dom. 4. Adv. v. 6. n. 1

Cap. 51. v. 15. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumeſcunt fluctus ejus, Dom. 4. Epip. v. 26. num. 10

Cap. 53. v. 2. Non erat ei aſpectus, neque decor, Dom. 6. Epip. v. 36. nu. 4

V. 8. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum, Dom. Quinquag. v. 33. n. 1

Cap. 54. v. 1. Multi filii deſertæ magis, quàm ejus, quæ habet virum, Dom. 3. Adv. v. 23. n. 10

Cap. 55. v. 8. Non ſunt viæ veſtræ, viæ meæ, dicit Dominus, Dominica 4. Advent. v. 4 num. 23

V. 9. Sicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, ibidem.

V. 10. Dat ſemen ſerenti, & panem comedenti, Dominica Sexag. V. 12. num. 4

V. 11. Sic eris Verbum meum. ibid.

Cap. 57. V. 20. Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt, & redundat fluctus ejus, Dominica 4. Epiph. V. 26. nu. 15

Cap. 58. V. 1. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum,

Dominica Sexageſ. v. 9. numero 1
Cap. 61. v. 1. Ad annuntiandum manſuetis miſit me, Domin. 2. Advent. v. 5. num. 4
V. 2. ut prædicarem annum placabilem Domino, Dom. 4. Adv. v. 1. n. 4
Cap. 64. v. 8. Et nunc Domine, pater noſter es tu, nos verò lutum; & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos, Dom. 5. Epip. v. 24. n. 10

PROPH. JEREMIÆ.

Cap. 2. v. 2. Vade, & clama in auribus Jeruſalem, &c. Domin. Sexag. v. 9. n. 1
V. 21 Ego planʒavi te in vineam electam, Dom. Sept. v. 9. n. 1
Cap. 9. v. 23. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives, &c. Dom. Quinquag. v. 41. n. 9
V. 24. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur: ſcire, & nôſſe me, ibid.
Cap. 12. v. 1. Juſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum; veruntamen juſta loquar ad te: quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus, qui prævaricantur? &c. Dom. 5. Epip. v. 28. num. 10
V. 11. Deſolatione deſolata eſt omnis terra, quia non eſt, qui recogitet corde, Dom. 6. Epip. v. 21. n. 17
Cap. 29. v. 13. & 14. Cùm quæſieritis me in toto corde veſtro inveniar à vobis, dicit: Dominus, Dom. 1. Epip. v. 48. num. 14
V. 23. Ego ſum teſtis & judex, Domin. 1 Advent. v. 26. n. 5
Cap. 31. v. 22. Fœmina circumdabit virum, Dom. 4. Adv. v. 6. n. 10

BARUCH.

Cap. 3. v. 38. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt, Dom. 3. Adv. v. 26. n. 5. Dom. 4. Adv. v. 6. n. 1

EZECHIELIS.

Cap. 1. v. 1 Cùm eſſem in medio captivorum, juxta fluvium Chobar, aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei, Dominica 2. Advent. v. 2. num. 6
Cap. 3. v. 9. Ut adamantem & ùt ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas Domin. 3. Adv. v. 20. num. 4
Cap. 23. v. 38. Polluerunt ſanctuarium meum, & Sabbatha mea profanaverunt. Domin. 1. Epiph. v. 43. num. 12
Cap. 36. v. 25. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini, Dominica 3. Advent. v. 21. num. 5

DANIELIS.

Cap. 3. v. 57. Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. Dominica infra oct. Nativit. v. 27. num. 11
V. 92. Species quarti, ſimilis filio Dei ibid.
Cap. 7. v. 9. Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit; thronus ejus flammæ ignis, &c. Dom. 1. Advent. v. 27. n. 8
V. 26. Judicium ſedit, ut auferatur potentia & conteratur, ibid. n. 5
V. 27. Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cælum, detur populo Sanctorum Altiſſimi, &c. ibid.
Cap. 8. v. 13. Juge ſacrificium, &c. Dom. 2. Epip. v. 3. n. 3
Cap. 12. v. 3. Qui ad judicium erudiunt multos, quaſi ſtellæ fulgebunt, Domin. 1. Adv. v. 25. n. 22

OSEÆ.

Cap. 2. v. 5. Vadam poſt amatores meos, Dom. Quinquag. v. 42. num. 4
V. 14. Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus, Dominica Sexag. v. 13. numero 1
Cap. 6. v. 1. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me, Dom. 4. Epiph. v. 25. n. 2
Cap. 7. v. 1. Cùm ſanare vellem Iſraël, revelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, Dominica infra octavam Nativit. v. 35. n. 6
Cap. 10. v. 8. Dicent montibus, operite nos; & collibus, cadite ſuper nos, Dominica 1. Adv. v. 25. num. 27
Cap. 11. v. 9. Non faciam furorem iræ meæ; non convertar ut diſperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo, Dom. 5. Epiph. v. 28. num. 8

Cap. 13. v. 9. Perditio tua ex te Iſrael, tantummodum in me auxilium tuum, Domin. infra oct. Nativ. v. 34. n. 13. Dom. 3. Epi. v. 3. n. 3. & Dom. Quinq. v. 35. n. 12

JOELIS.

Cap. 2. v. 30. Dabo prodigia in cœlo & in terra, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 16. & v. 28. n. 3

Cap. 3. v. 15. Juxta eſt dies Domini in valle conciſionis; ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum, ibid. v. 25. n. 21

AMOS.

Cap. 3. v. 8. Leo rugiet, quis non timebit? ibid. num. 9

Cap. 5. v. 18. Dies Domini iſta, tenebræ & non lux, ibid. n. 27

V. 19. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis. & occurrat ei urſus, ibid.

HABACUC.

Cap. 1. v. 13. Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum; & reſpicere ad iniquitatem non poteris, Dom. 3. Epi. v. 8. n. 2

V. 16. Cibus ejus electus, Dom. 5. Epi. v. 25. n. 15.

Cap. 2. v. 3. Si moram feceris, exſpecta illum, Dom. 2. Epi. v. 4. n. 8

Cap. 3. v. 2. In medio annorum notum facies, Dom. infra oct. Nativ. v. 34. n. 24

V. 11. Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum, ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 6.

V. 12. In fremitu conculcabis terram, in furore obſtupefacies gentes, ibid.

SOPHONIÆ.

Cap. 1. v. 12. Scrutabor Jeruſalem in lucernis, Dom. 1. Adv. v. 26. n. 17

AGGÆI.

Cap. 1. v. 9. Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis unusquisque in domum ſuam, Dom. 1. Epi. v. 46. n. 6

V. 10. Propter hoc prohibiti ſunt cœli, ne darent rorem; & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum, ibid.

V. 11. Et vocavi ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum & oleum, &c. ibid.

ZACHARIÆ.

Cap. 12. v. 10. Aſpicient in eum, quem confixerunt, Dom. 1. Advent. v. 27. n. 1

II. MACHABÆORUM.

Cap. 9. v. 12. Juſtum eſt, ſubditum eſſe Deo Dom. Quinq. v. 41. n. 3

MATTHÆI.

Cap. 3. v. 1. Venit Joannes Baptiſta, prædicans in deſerto judææ, Dom. 4. Adv. v. 3. n. 10

V. 2. Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cælorum, ibid.

V. 5. Exibat ad eum Jeroſolyma & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem, Dom. 3. Advent. v. 19. n. 8

V. 15. Sine modò, ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam, Dom. 3. Adv. v. 28. num. 2

Cap. 4. v. 17. Exinde cœpit Jeſus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum, Dom. 4. Adv. v. 3. n. 10.

Cap. 5. v. 8. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, ib. v. 6. n. 3

V. 14. Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita, Dom. 3. Adv. v. 19. n. 8

V. 17. Non veni legem ſolvere, ſed implere, Dom. infra oct. Nat. v. 39. n. 1.

V. 18. Jota unum aut unus apex non præteribit à lege, Dom. 1. Epip. v. 51. n. 10

V. 48. Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt, Dom. 3. Adv. v. 26. num. 7

Cap. 6. v. 10. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, Dom. Quinq. v. 41. n. 3

Cap. 7. v. 2. In qua menſura menſi fueritis remetietur vobis, Dom. 3. Epiph. v. 6. num. 2

V. 15. Veniunt in veſtimentis ovium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces, Dom. 5. Epi. v. 25. n. 14

Cap. 9. V. 14. Quare nos & Phariſæi jejunamus frequenter, diſcipuli autem tui non jejunant, Dom. 2. Adv. V. 6. n. 2
Cap. 10. V. 20. Non eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis, Dom. Sexag. V. 5. n. 8
V. 35. Veni ſeparare hominem adverſus patrem ſuum, & filiam adversùs matrem ſuam, &c. Dom. 1. Epip. v. 44. n. 7
V. 36. Inimici hominis, domeſtici ejus, ib.
Cap. 11. v. 14. Si vultis ſcire, ipſe eſt Elias, Dom. 3. Adv. v. 21. n. 1
V. 19. Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus, Do. infra octav. Nat. V. 34. n. 32
V. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, Do. Sept. v. 7. n. 6
Cap. 12. v. 38. Volumus à te ſignum videre Dom. 2. Adv. v. 5. n. 13
Cap. 13. v. 8. Alia ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum: aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, & aliud trigeſimum, Dom. Sexag. v. 8. n. 4
V. 38. Zizania filii ſunt nequam, Dom. 5. Epip. v. 25. n. 12
V. 55. Nonne hic eſt filius fabri, & mater ejus dicitur Maria? dom. infra oct. Nat. v. 34. n. 32
Cap. 16. v. 17. Caro & ſanguis non revelavit tibi, Dom. 1. Epi. v. 44. n. 7
V. 18. Portæ inferi non prævalebunt, Do. 5. Epip. v. 28. n. 2
V. 22. Abſit à te Domine, non erit tibi hoc, Dom. Quinq. v. 34. n. 2
Cap. 18. v. 3. Nili efficiamini ſicut parvuli non intrabitis in regnum cœlorum, Do. 6. Epi. v. 32. n. 5
Cap. 21. v. 9. Hoſanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini, Do. infra oct. Nativ. V. 34. num. 4
V. 24. Interrogabo vos & ego unum ſermonem: Baptiſmus Joannis unde erat, è cœlo, an ex hominibus? Dom. 3. Adv. v. 26. n. 2
V. 45. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus, Do. 6. Epi. v. 31. n. 1
Cap. 22. v. 16. Mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, Dom. 3. Adv. v. 19. num. 10
Cap. 23. v. 38. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. ibid. v. 23. n. 10
Cap. 24. v. 3. Quod ſignum adventûs tui & conſummationis ſæculi, Dom. 1. Adv. V. 25. n. 4
V. 29. Sol obſcurabitur, ibid. n. 6
Cap. 25. n. 1. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, &c. ibid. num. 19. & v. 26. num. 18
V. 31. Sedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ ibid. v. 27, n. 10
V. 34. Poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, ibid. 31. n. 2
Cap. 28. v. 20. Ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi, Dom. 3. Adv. V. 26. n. 7. & 11

MARCI

Cap. 1. v. 43. Comminatus eſt ei, ſtatimque ejecit illum, & dicit ei: vide, nemini dixeris. Dom. 3 Epi. v. 4. n. 2
Cap. 3 v. 21. In furorem verſus eſt, Dom. infra oct. Nativ. v. 34 n. 32
Cap. 4. v. 10. Et cùm eſſet ſingularis, interrogaverunt eum hi, qui cum eo erant, parabolam, Dom Sexag v. 11. n. 7
V. 33. Talibus multis verbis loquebatur eis verbum, prout poterant audite, Do. 6. Epi. v. 34. nu 5
V. 38. Erat ipſe in puppi, ſuper cervical dormiens, & excitant eum, &c. Dom. 4. Epip. V. 24. & V. 25. n. 8
V. 39. Et ſurgens comminatus eſt vento, & dixit mari: tace & obmutesce, Dom. 4. Epip V. 26. n. 8
Cap. 6. v. 20. Libenter audiebat, imò audito eo multa faciebat, Dom. Sexag. v. 14. n. 2
Cap. 19. v. 46. Filius Timæi, Bartimæus cæcus. Dom Quinq. V. 35. n. 5
V. 25. Virtutes, quæ in cælis ſunt, Dom. 1. Adv. v. 26. n. 9

LUCÆ.

Cap. 1. v. 6. Erant juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis Domini, Dom. 4. Adv. V. 2. n. 7
V. 15. Spiritu ſancto replebitur, adhuc ex utero matris ſuæ, Dom. 2. Adv. v. 10. n. 5
V. 17. Præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, &c. Dom. 4. Adv. V. 4. n 30

V. 32. Erit magnus coram Domino. Dom. 3. Adv. v. 23. n. 1.
V. 76. Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis. ibid. v. 21. n. 3.
Cap. 2. v. 19. Conſervabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Dom. Sexageſ. v. 13. num. 2.
V. 30. Viderunt oculi mei ſalutare tuum. Dom. 4. Adv. v. 6. n. 10.
V. 34. Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum, cui contradicetur. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 2.
V. 46. Poſt triduum invenerunt illum in templo. Dom. 1. Epiph. v. 46. n. 2
Cap. 3. v. 12. Venerunt Publicani & dixerunt ad Joannem: Magiſter quid faciemus? Dom. 2. Adv. v. 10. n. 5.
V. 13. & 14. At ille dixit ad eos: nihil amplius quàm quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites dicentes: quid faciemus & nos? & ait illis: neminem concutiatis, &c. ibid.
V. 15. Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Joanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus, Dom. 3. Adv. v. 19. num. 4.
Cap. 4. v. 17. Surrexerit legere & traditus eſt illi liber Iſaiæ Prophetæ, &c. Dom. 2. Adv. v. 5. n. 6.
V. 18. Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus miſit me. ibid.
Cap. 5. v. 8. Exi à me Domine, quia homo peccator ego ſum. Dom. 3. Epip. v. 8. n. 8
Cap. 6. v. 19. Virtus de illo exibat & ſanabat omnes, ibid. v. 2. n. 5.
Cap. 7. v. 2. Servus illi erat pretioſus. ibid. v. 6. n. 3
V. 3. Miſit ad eum ſeniores Judæorum. ib. v. 5. n. 2.
V. 4. Dignum eſt, ut hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, ib. v. 5. n. 8.
V. 5 Et Synagogam ipſe ædificavit nobis: ibid.
V. 16. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam. Do. 2. Adv. v. 2. n. 1.
V. 21. In illa autem horâ multos curavit. ibid. v. 5. n. 1.
Cap. 8. v. 11. Vobis datum eſt nôſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Dom. 6. Epiph. v. 3. num. 6.
V. 23. Deſcendit procella venti. Dom. 4. Epip. v. 24. n. 1.
V. 24. Præceptor perimus ibid. v. 25. n. 8.
V. 39. Narra, quanta tibi fecit Deus, Dom. 3. Epip. v. 4. n. 2.
Cap. 9. v. 35. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite Dom. 4. Adv. v. 2. n. 4.
V. 55. Neſcitis, cujus ſpiritus eſtis, Dom. 5. Epip. v. 28. n. 11.
Cap. 10. v. 1. Miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem civitatem & locum. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 8.
V. 15. Tu Capharnaum uſque ad cœlum exaltata, uſque ad infernum demergeris. Dom. infra oct. Nativ. v. 34. n. 18.
V. 16. Qui vos audit, me audit. Dom. 3. Adv. v. 23. num. 8. Et Dom. Sexag. v. 5. num. 8. & v. 13. n. 2.
Cap. 11. v. 9. Petite & dabitur vobis, quærite, &c. Dom. Quinq. v. 40. n. 1.
V. 15. In Beelzebub, Principe dæmoniorum, ejicit dæmonia, Dom. infra octav. Nat. v. 34. num. 32.
V. 28. Beati, qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud. Dom. Sexag. v. 12. numero 4.
V. 34. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Dom. Sept. v. 15. n. 7.
Cap. 12. v. 32. Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum, Dom. 5. Epip. v. 24. n. 1. Et Dom. 6. Epip. v. 33. n. 14.
V. 48. Ignem veni mittere in terram. Do. 6. Epip. v. 33. n. 5.
Cap. 13. v. 18. Cui ſimile eſt regnum Dei, & cui ſimile æſtimabo illud? ibid. n. 2.
V. 19. Simile eſt grano ſinapis, &c. ibid.

V. 20. Et iterum dixit: cui ſimile æſtimabo regnum Dei? ibid.
V. 21. Simile eſt fermento, &c. ibid.

V. 23, Ait illi quidam, Domine ſi pauci ſunt qui ſalvantur? ipſe autem dixit ad illos, Dom. Sept. v. 16. n. 6
V. 24. Contendite intrare per anguſtam portam; quia multi, dico vobis,

quærent intrare, & non poterunt. ibidem.
Cap. 17. v. 10. Servi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. ibidem v. 8. num. 9.
V. 21. Regnum Dei intra vos eſt, Dom. 5. Epiph. v. 24. n. 1.
Cap. 18. v. 1. Oportet ſemper orare & non deficere. Dom. infra oct. Nativ. v. 37. num. 8.
V. 11. Non ſum ſicut cæteri hominum; raptores, injuſti, &c. Dom. 5. Epiph. v. 25. num. 17.
Cap. 21. v. 2. Vidit autem & quandam viduam pauperculam, mittentem æra minuta duo. Dom. 6. Epiph. v. 33. n. 12.
V. 3. Verè dico vobis; quia vidua hæc pauper plus, quàm omnes, miſit, ibid.
Cap. 22. v. 28. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 23.
V. 29. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum. ibid.
V. 31. Ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos, ſicut triticum, Dom. 5. Epiph. v. 25. n. 15. v. 26. n. 6.
V. 32. Rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 22.
Cap. 24. v. 28. Finxit ſe longiùs ire, Dom. 1. Epiph. v. 45. n. 1.
V. 49. Sedete in civitate quousque induamini virtute ex alto. Dom. 4. Adv. v. 4. num. 2.

JOANNIS.

Cap. 1. v. 6. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes, ibidem v. 2. n. 5.
V. 7. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 6. & Dom. 3. Adv. v. 3. n. 5.
V. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum Dom. 2. Adv. v. 5. n. 14. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 6. & Dom. Sep. v. 1. n. 4.
V. 18. Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris. Dom. 4. Adv. v. 6. n. 1.
V. 31. Ego neſciebam eum. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 12.
V. 36. Ecce Agnus Dei, &c. ibid. n. 10.
V. 39. Hora autem erat quaſi decima, Dom. Sept. v. 6. n. 2.
V. 46. A Galilæa à Propheta non ſurgit. Dominica infra oct. Nat. v. 34. n. 32.
Cap. 3. v. 14. Sicut Moyſes exaltavit Serpentem in deſerto; ita exaltari oportet filium hominis. Dom. infra oct. Nat. v. 34. num. 24.
V. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. ibidem numero 6.
V. 19. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Dom. 4. Adv. v. 4. num. 18.
V. 20. Qui malè agit, odit lucem. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 10. & Dom. 5. Epiph. v. 25. num. 2.
V. 30. Me oportet minui, illum autem creſcere. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 12. & Dom. 3. Adv. v. 23. n. 5
Cap. 4. v. 26. Ego ſum, qui loquor tecum, Dom. 2. Adv. v. 4. n. 7.
C. 5. v. 27. Dedit ei poteſtatem judicium facere, quia filius hominis eſt. Dom. 1. Adv. v. 27. n. 3.
V. 28. Omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei. ibid. v. 28. n. 8.
V. 29. Et procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ; qui verò malè egerunt, in reſurrectionem judicii. ibid.
C. 6. v. 14. Hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum. Dom. 2. Adv. v. 3. num. 7.
V. 30. Quod ergo tu facis ſignum, ut videamus & credamus tibi? ibidem, v. 4. numero 6.
V. 44. Nemo poteſt videre me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. Dom. 3. Epip. v. 10 n. 10. & Dom. Sept. v. 1. nu. 4.
V. 57. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Dominica 3. Adv. v. 26. n. 7. & 11.
V. 38. Qui manducat me, & ipſe vivet propter me. ibid. n. 7.
V. 69. Verba vitæ æternæ habes. Dom. 4. Adv. v. 1. n. 4. & Dom. Quinquag. v. 39. num. 1.
Cap. 7. nu. 12. Et murmur multum erat in turba de eo; quidam enim dicebant, quia bonus

bonus eſt; alii autem dicebant: non, ſed ſeducit turbas. Dom. infra oct. Nat. v.34. num.32

V.15. Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit ibid.

V.48. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc. Dom.6. Epiph. v.31. n.5

V.52. A Galilæâ Propheta non ſurgit. ibid.

Cap.8. v.13. Tu de te ipſo teſtimonium perhibes? teſtimonium tuum non eſt verum. Dom.3. Advent. v.22. n.3

V.44. Vos ex patre diaboli eſtis. Dom.5. Epiph. v.25. n.12

Cap.9. v.16. Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit. Dom. infra oct. Nat. v.34. n.32

V.24. Scimus, quia hic homo peccator eſt. ibid.

V.37. Qui loquitur tecum, ipſe eſt. Dom. 2. Adv. v.4. n.7

Cap.10. v.9. Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit, ſalvabitur. Dom. 6. Epi. v.33. n.1

V.10. Veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Dom.4. Adv. v.6. n.1

V.27. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis. Dominica Sexag. v.13. n.2

V.25. Si illos dixit Deos ad quos ſermo Dei factus eſt. Dom.4. Adv. v.2. n.4

V.37. Si non facio opera Patris mei, nolite credere. Dom.2. Adv. v 4. n.6

Cap.11. v.50. Expedit ut unus moriatur homo pro populo. Dom. infra oct. Nat. v.35. num. 6

Cap.12. v.24. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Dom.6. Epiph. v.31. n.17. & Dom. Sexag. v.12. n.4

V.32. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Dom.6. Epiph. v.33. num.5

V.35. Adhuc modicum lumen in vobis eſt; ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant. Domin. Septuag. v.2. n.6

Cap.13. v.31. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Dom. Quinquag. v.31. n.2

Cap.14. n.2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Domin.6. Epiph. v.33. n.1

V.23. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Dom.4. Adv. v.4. n.15

V.26. ille vos docebit omnia, Dominica Quinquageſimæ v.34. n.1

Cap.15. v.1. Pater meus agricola eſt. Dom. 5. Epiph. v.24. n.3

Cap.17. v.1. Pater clarifica filium tuum. Dom. Quinq. v.21. n.2

Cap.18. v.30. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Dom. infra oct. Nat. v.35. n.6

Cap.19. v.37. Videbunt, in quem transfixerunt, Dom.1. Adv. v.25. n.12.

Cap.20. v.29. Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Dom. Quinq. v.38. n.3

ACTUM APOSTOLORUM.

Cap.1. v.11. Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum, euntem in cœlum. Dom.1. Adv. v.25. n.1

Cap.4. v.13. Comperto, quòd eſſent homines ſinè literis & idiotæ, admirabantur. Dom.2. Adv. v.5. n.8

Cap.7. v.55. Vidit JESUM ſtantem à dextris Dei. Dom. Quinq. v.40. n.2

Cap.8. v.36. Dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam; & ait Enuchus ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Dom.4. Adv. v.3. n.3

V.38. Et juſſit ſtare currum, & deſcenderunt uterque in aquam, Philippus & Enuchus, & baptizavit eum. ibid.

Cap.9. v.3. Circumfulſit eum lux de cœlo. Dom. Quinq. v.41. n.3

V.6. Domine, quid me vis facere? ibid.

V.8. Apertiſque oculis nihil videbat. ibidem.

Cap.13. v.22. Inveni virum, ſecundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Dominica 5. Epiph. v. 27. numero 6

Cap.15. v.10. Quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuimus. Dominica Sept. v.12. n.10

Cap.16. v.14. Cujus Dominus aperuit cor, intendere his, quæ dicebantur à Paulo. Dom. Sexag. v.12. n.4

Cap.27. v.24. Ecce donavit tibi Deus omnes

nos, qui navigant tecum, Domin. 4. Epiph. v. 25. n. 12

ROMANORUM.

Cap. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Dom. 5. Epiph. v. 24. nu. 9

V. 20. Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia. Dom. 4. Advent. v. 1. num. 2

V. 21. Ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, & per JESUM Christum Dominum nostrum. ibid.

Cap. 7. v. 22. Condelector legi Dei, secundùm interiorem hominem. Dom. 5. Epip. v. 25. num. 11

V. 23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. ibid.

Cap. 8. v. 14. Quicunque spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Dom. 2. Adv. v. 7. num. 23

V. 19. Exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. Dom. 1. Adv. v. 25. num. 4

V. 20. Vanitati enim creatura subjecta est, non volens; sed propter eum, qui subjecit eam in spe, &c. ibid.

V. 23. Ipsi intrà nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemptionem corporis nostri, ibid. &c. v. 28. nu. 5. & Dom. Sept. v. 8. n. 12

V. 26. Ipse spiritus postulat pro vobis Do. 3. Epiph. v. 3. n. 6

V. 29. Quos prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Dom. 5. Epiph. v. 30. num. 11

V. 32. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Dominica 5. Epiph. v. 27. n. 3

Cap. 9. v. 15. Moysi dicit: miserebor, cujus misereor, &c. Dominica Sept. v. 12. num. 3

V. 16. Igitur non volentis, neque currentis sed miserentis est Dei. ibid.

V. 20. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quid me fecisti sic? ibid. v. 13. n. 2

V. 21. Annon habet potestatem figulus luti, ex eadem massâ aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. ibid.

Cap. 10. v. 15. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur, Dominica 4. Advent. v. 2. n. 5

Cap. 12. v. 1 Obsecro vos, ut exhibeatis corpora vestra, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Dom. Sexag. v. 16. num. 6

V. 2. Nolite conformari huic sæculo. Dom. Sexag. v. 16. n. 6

V. 3. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Dom. 1. Epiph. v. 46. num. 13

V. 9. Adhærentes bono, Dom. 2. Adv. v. 7. n. 24

V. 11. Sollicitudine non pigri, spiritu ferventus. Dom. 6. Epiph. v. 31. n. 15

V. 16. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Dominica Sexag. v. 12. num. 4

Cap. 13. v. 11. Hora est jam nos de somno surgere; nunc est propior nostra salus, quàm cùm credidimus. Dom. Septuag. v. 1. num. 4

V. 12. abjiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. ibidem v. 2. num. 5

V. 13. Sicut in die honestè ambulemus. ibidem.

Cap. 14. v. 17. Non est regnum Dei esca & potus; sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Domin. Sexag. v. 11. num. 4

I. CORINTHIORUM.

Cap. 1. Quæ stulta sunt hujus mundi, elegit Deus, ut confundat fortia. Domin. 6. Epiph. v. 31. num. 7

Cap. 2. v. 1. Cùm veniſſem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ. ibidem. v. 34. num. 5

V. 4. Sermo meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & veritatis. ibidem.

V. 12. Nos non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est,

eſt, ut ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis. Dom. Sexag. v. 11. n. 3

Cap. 3. v. 2. Tanquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam, Dom. 2. Adv. v. 3. n. 1

V. 4. Nónne homines eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Dom. 4. Epiph. v. 27. num. 1

V. 7. Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrimentum dat Deus. Dom. Sexag. v. 12. n. 4

V. 9. Dei Agricultura eſtis. Dom. 5. Epip. v. 25. n. 1

Cap. 4. v. 5. Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 26. Dom. 5. Epiph. v. 30. n. 3

V. 15. Omnium peripſema uſque adhuc. Dom. 6. Epip. v. 32. n. 7

Cap. 5. v. 13. Auferte malum ex vobis. Dom. 5. Epip. v. 29. n. 3

Cap. 6. v. 20. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Dom. 3. Adv. v. 26. num. 11

Cap. 8. v. 1. Scientia inflat, Charitas verò ædificat. Dom. 1. Epip. v. 46. n. 13

Cap. 10. v. 31. Sive ergo manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Dom. 6. Epiph. v. 31. n. 14

Cap. 11. v. 19. Oportet hæreſes eſſe, ut, qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis Dom. 5. Epip. v. 29. n. 9

Cap. 13. v. 11. Sapiebam ùt parvulus. Dom. 2. Adv. v. 3. n. 1

V. 12. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 16. & Dom. infra oct. nat. v. 37. n. 5

Cap. 15. v. 10. Gratiâ Dei ſum id, quod ſum; & gratia ejus in me vacua non fuit ſed abundantiùs illis omnibus laboravi: non ego autem, ſed gratia Dei mecum. Dom. 5. Epip. v. 24. n. 3. Dom. Sept. v. 8. n. 10. & v. 10. n. 4

V. 58. Stabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper. Dom. 2. Vdv. v. 7. n. 24

II. CORINTHIORUM.

Cap. 1. v. 3 Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. Dom. Quinq. v. 38. n. 1

V. 4. Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. ibid.

Cap. 3. v. 5. Non quòd ſimus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Dom. 5. Epip. v. 24. n. 3

V. 17. Ubi ſpiritus Domini, ibi libertas. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 2

Cap. 4. v. 7. Habemus theſaurum in vaſis fictilibus. Dom. 5. Epip. v. 24. n. 10

Cap. 8. v. 9. Propter vos egenus factus eſt, cùm eſſet dives. Dom. 1. Epip. v. 43. num. 4

Cap. 11. v. 29. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Dom. 3. Epip. v. 5. n. 3

Cap. 12. v. 4. Audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Dom. 6. Epiph. v. 34. n. 5

Cap. 13. v. 3 An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus? Dom. 3. Adv. v. 23. n. 8. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 2. Et Dom. Sexag. v. 5. n. 8

GALATARUM.

Cap. 2. v. 20. Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus. Dom. 5. Adv. v. 23. n. 5. & v. 26. n. 7

Cap. 4. v. 4. Quando venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum. Do. 4. Adv. v. 1. n. 2

Cap. 5. v. 24. Qui ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis ſuis. Dom. 80. v. 11. n. 4

Cap. 6. v. 6. Nolite errare: Deus non irridetur. Dom. Sexag. v. 16. n. 5

V. 8. Quod enim ſeminaverit homo, hoc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem; qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. ibid. & Dom. 5. Epiph. v. 24. n. 1

V. 9. Bonum autem facientes, non deficiamus; tempore enim ſuo metemus, non deficientes. Dom. Sexag. v. 16. num. 5

EPHESIORUM.

Cap.4. n.22. Deponite vos, ſecundùm priſtinam converſationem, veterem hominem. Dom. 4. Adv. v.4. n.19
V.23. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ ibidem.
V.24. Et induite novum hominem. ibid.
Cap.5. v.25. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ. Dominica 4. Adv. v.3. n.10
V.26. Ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ, in verbo vitæ. ibidem.
V.27. Ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujuſmodi; ſed ut ſit ſancta & immaculata. ibid.
V.30. Membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, de oſſibus ejus. Dominica 3. Adv. v.26. n.7
Cap.6.v.12. Contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Dom. Sexag. v.5. n.17
V.17. Accipite gladium ſpiritus, quòd eſt verbum Dei, Dom. infra. oct. nat.v.35. num.4

PHLIPPENSIUM.

Cap.2. v.7. Exinanivit ſemetipſum, formam ſervi accipiens. Dom.6. Epiph. v.32. n.2
V.9. Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. ibid. v.31. n.4
V.12. Cùm metu & tremore, veſtram ſalutem operamini. Dom. 4. Epiph. v.25. n.11
V.13. Deus eſt enim qui operatur in nobis velle, & proficere pro bona voluntate. Dom. Sexag. v.10. n.4
V.14. Omnia autem facite ſine murmurationibus. ibid.
Cap.3. v.13. Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe. Unum autem: quæ quidem retrò ſunt, obliviſcens; ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum. Dom.4. Adv. v.4. n.26. & Dom. Sept. v.10. n.4
V.15. quicunque perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Dom. 4. Adv. v.4. n.26
V.20. noſtra autem converſatio in cœlis eſt, unde etiam exſpectamus Salvatorem, Dominum noſtrum JESUM Chriſtum. Dom.4. Adv. v.10. n.6
Cap.4. v.1. Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea, ſic ſtate in Domino, chariſſimi. Dom.2. Adv. v.7. n.24

COLOSSENSIUM.

Cap.2. v.6 Sicut accepiſtis JESUM Chriſtum Dominum, in ipſo ambulate. ibid.
V.7. Radicati & ſuperædificati in ipſo, & conſummati. ibid.
Cap.3. v.3 Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt, cum Chriſto Deo. Dom.1. Adv.v.30. n.1
V.4. Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis, cum ipſo in gloria. ibid.

I. THESSALONICENSIUM.

Cap.4. v.3. Hæc eſt enim voluntas Dei, Sanctificatio veſtra. Dom. Sexag. v.16. nu.7

II. THESSALONICENSIUM.

Cap.2. v.8. Quem Dominus JESUS interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione adventus ſui. Domin.1. Adv. v.27. n.1
V.9. Cujus eſt adventus, ſecundum operationem ſatanæ, in omni virtute & ſignis, & prodigiis mendacibus. ibidem. v. 25.n.22
V.10. In omni ſeductione iniquitatis. ib.

I. AD. TIMOTHEUM.

Cap.2. v.4. Qui omnes homines vult ſalvos fieri. Dom.2 Adv.v.10. n.5. Et Dom. 4. Adv. v.6. n.7
Cap.6. v.9. Qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & deſideria multa & inutilia, & nociva, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Dom.Sexag.v.15. n.2. & 8

II. AD

II. AD TIMOTHEUM.

Cap. 2. v. 9. Secundùm evangelium meum in quo laboro uſque ad vincula, ſed verbum Dei non eſt alligatum, Do. 2. Adv. v. 2. n. 2

V. 10. Ideo omnia ſuſtineo, ibid.

V. 16. Profana & vaniloquia devita, multùm enim proficiunt ad impietatem. Do. infra oct. nativ. v. 38. n. 6

V. 17. Sermo eorum, ut cancer ſerpit, ibid.

Cap. 3. v. 12. Qui piè volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur. Dom. 4. Epip. v. 24. n. 8.

Cap. 4. v. 8. Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus juſtus Judex, Dom. Sept. v. 2. n. 3

AD TITUM.

Cap. 2. v. 11. Apparuit gratia Dei Salvatoris omnibus hominibus, erudient nos Dom. 4. Adv. v. 4. n. 10.

HEBRÆORUM.

Cap. 4. v. 16. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno Dom. 1. Adv. v. 28 n. 3

C. 7. v. 7. Sinè ulla autem contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur, Dom. infra oct. nat. v. 34. n. 2

Cap. 10. v. 5. Ingrediens in mundum, dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptâſti mihi. ibid. n. 27.

V. 6. Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt. ibid.

V. 7. Tunc dixi: Ecce venio, ibid. in capite libri ſcriptum eſt de me, ut faciam Deus voluntatem tuam. Dom. 3. Epiph. v. 3. n. 9

V. 35. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Dom. 4. Epi. v. 26. n. 5

V. 36. Patientia vobis neceſſaria eſt, ut, voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem, ibid.

V. 37. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. ibid.

Cap. 12. v. 3. Cogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adversùs ſemetipſum contradictionem, &c. Dom. 6. Epiph. v. 31. n. 14.

Cap. 13. n. 17. Pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Dom. 5. Epip. v. 25. n. 1.

JACOBI.

Cap. 1. v. 17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, ibid. v. 24 n. 3. Deſcendens à Patre luminum, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 9

V. 21. Suſcipite inſitum verbum, quòd poteſt ſalvare animas veſtras, Dom. Sexag. v. 12. num. 4.

V. 22. Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipſos. Dom. 4. Adv. v. 2. n. 1

Cap. 2. v. 10. Qui totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Dom. 1. Epi. v. 27. n. 20.

V. 19. Dæmones credunt, & contremiſcunt. Dom. 4. Epip. v. 27. n. 3.

Cap. 4. v. 1. Unde bella & lites in vobis, nónne hinc? ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? Dom. 5. Epip. v. 28. n. 3.

V. 8. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Dom. Quinq. v. 40. n. 7.

Cap. 5. n. 7. Ecce agricola patienter exſpectat fructum terræ, Dom. Sexag. v. 16. n. 3.

I. PETRI.

Cap. 1. v. 10. Magìs ſatagite, ut per bona opera, certam veſtram vocationem faciatis. Dom. Sept. v. 16. n. 5.

V. 23. Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per verbum Dei vivi, permanentis in æternum. Dom. Sexag. v. 12. n. 4.

V. 24. Omnis caro ùt fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos fœni; exaruit fœnum, & flos ejus decidit. Dom. 1. Adv. v. 31. n. 2.

V. 25. Verbum autem Domini manet in æternum; hoc autem eſt verbum, quod evangelizatum eſt in vos. ibid.

Cap. 4. v. 11. Si quis loquitur, quaſi ſermones Domini. Dom. infra oct. nat. v. 38. n. 6.

Cap. 5.

Cap. 5. v. 7. Omnem ſollicitudinem veſtram projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis, Dom. Sep. v. 8. n. 4.
V. 8. Vigilate, quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens, quem devoret. Dom. 5. Epip. v. 25. num. 1.

II. PETRI.

Cap. 1. v. 10. Satagite, ut per bona opera certam vocationem faciatis. Dom. 2. Advent. v. 7. n. 22.
Cap. 3. v. 10. Adveniet dies Domini ùt fur; in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſolventur; terra autem, & quæ in ipſa ſunt, opera exurentur, Dom. I. Adv. v. 25. n. 28.

I. JOANNIS.

Cap. 2. v. 6. Qui dicit, ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare Dom. Quinq. v. 33. n. 1
V. 18. Filioli, noviſſima hora eſt: nunc Antichriſti multi facti ſunt. Dom. 5. Epip. v. 25. n. 1. & Dom. Septuag. v. 12. n. 8
Cap. 3. v. 2. Cùm apparuerit ſimiles ei erimus; videbimus eum, ſicuti eſt. Dom. infra oct. nativ. v. 36. n. 7. & Dom. Sept. v. 2. n. 4.
Cap. 4. v. 17. In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die judicii. Dom. 1. Adv. v. 28. n. 5
V. 19. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Dom. Sept. v. 1. n. 4
Cap. 5. v. 18. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Dom. 5. Epip. v. 29. n. 2.

APOCALIPSIS.

Cap. 3. v. 16. Quia trepidus es incipiam te evomere. Dom. 4. Epip. v. 24. n. 22
V. 20. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Dom. Septuag. v. 1. n. 4.
Cap. 4. v. 5. De throno præcedebant fulmina & tonitrua. Dom. 1. Adv. v. 28. n. 34.
Cap. 6. v. 12. Ecce terræ motus factus eſt magnus, & Sol factus eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus, & luna tota facta eſt ſicut ſanguis. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 6. & 17.
V. 15. Abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris monitum. Dom. 1. Adv. v. 26. n. 4
V. 16. Et dicunt montibus & petris: cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni. ib.
Cap. 8. v. 12. Percuſſa eſt tertia pars Solis. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 6.
Cap. 12. v. 4. Draco traxit tertiam partem ſtellarum. Dom. 5. Epip. v. 29. n. 5.
V. 12. Deſcendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciens, quoniam modicum tempus habet. Do. Sexag. v. 14. n. 4.
Cap. 13. v. 8. Agnus occiſus ab origine mundi, Dom. infra oct. nat. v. 34. n. 27.
Cap. 14. v. 4. Virgines enim ſunt, hi ſequuntur agnum, quòcunque iêrit. Dom. 2. Adv. v. 10. n. 9. & Dom. 1. Epi. v. 51. n. 1
Cap. 21. v. 1. Et vidi cœlum novum, & terram novam, &c Dom. 1. Adv. v. 25. n. 29
V. 27. non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Dom. 4. Adv. v. 3. n. 10.
Cap. 22. v. 11. Qui nocet, noceat adhuc; &, qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc; &, qui juſtus eſt juſtificetur adhuc, & ſanctificetur adhuc. Dom. 5. Epi. v. 30. n. 4.

INDEX
RERUM ET VERBORUM NOTABILIUM,

in hoc primo Tomo comprehenſorum.

A.

Abnegatio.

UNA eſt inter octo beatitudines. Dom. 2. Adventus, verſ. 5. num. 7

Eſt verum ſacrificium. Dom. Sexag. v. 16. num. 7. Vide plura, verb. *Adverſitas.*

Acceptio perſonarum.

Deus dona & gratias ſuas, ſinè ulla perſonarum acceptione diſtribuit. Dom. Sept. v. 8. n. 10

Acceſſus.

Accedit ad nos Deus, quando vel per viam humilitatis ab eo recedimus. Dom. 3. Epip. v. 8. num. 6. Vel per contritionem & pietatem ei approximamus. Dom. Quinq. v. 40. n. 7. *Vide Adventus.*

Acedia.

Quàm pernicioſi ſint ejus effectus. Dom. 5. Epiph. v. 25. n. 2

Signum eſt reprobationis. Dom. 6. Epiph. v. 31. n. 15

Appellatur claudicatio. Dom. 2. Adv. v. 5. num. 2

Accuſatio.

Accuſatus non eſt condemnandus, ſinè prævio maturo examine. Dom. 5. Epip. v. 29. n. 4. Vide plura v. *Judex.*

Activa.

Vita activa commendatur. Dom. 4. Adv. v. 3. n. 1

Adam.

Ejus prævaricatio quantùm animabus præjudicaverit, & nocuerit. Dom. 5. Epiph. v. 27. n. 4

Adamas.

Significat humanam felicitatem. Dom. 3. Adv. v. 20. n. 4

Admiratio.

Alia eſt propria, alia impropria. Dom. infra oct. nat. v. 33. n. 1. & 6

Unde oriatur. ib. n. 3

Quomodo cadat in B. V. Mariam. ibid. n. 1. 2. Et Chriſtum, Do. 3. Epiph. v. 10. n. 1

Adventus.

In primo adventu Chriſtus ſeminavit, in ſecundo meſſurus. Dom. Sexag. v. 5. n. 7

Unde dignoſcatur, ſi Chriſtus advenerit in animas noſtras, Dom. 2 Adv. v. 5. nu. 14

Quomodo illi venienti præparanda via, ibid. v. 10. n. 3. & 6. Item Dom. 3. Advent. v. 23. à num. 13. ad 20

Hujuſmodi via, alia eſt interna, ſcilicet pœnitentia; alia externa, nempe baptiſmus. ibid. n. 12. vide verb. *Acceſſus, Apparatus, Chriſtus, Deus.*

Adverſitas.

Adverſitates amandæ, ob multam eorum utilitatem.

Primò enim cœleſtium donorum & gratiarum nos capaces efficiunt, Dom. 2. Adv. v. 2. n. 6. Dom. 4. Adv. v. 1. n. 3

2. Quia juxta menſuram illarum, menſurabitur præmium gloriæ cæleſtis, Dom. 2. Epip. v. 7. n. 1

3. Quia ad Deum nos recurrere faciunt. Dom. 3. Epip. v. 1. n. 6. Do. 4. Epip. v. 25. n. 6. præſertim cùm animi libertatem non deſtruant. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 2

4. Facilitant nos, ut citò obediamus vocationi divinæ. Dom. Sept. v. 3. n. 2

5. Quia dignos reddunt nos alloquio Angelico. Dom. Quinq. v. 35. num. 10. Et apparitionibus cæleſtibus. Dom. 2. Adv. v. 2. num. 6

6. Quia ſunt ſchola & exercitium virtutum Dom. 4. Epip. v. 26. n. 4. Dom. 6. Epip. v. 31. n. 8. Dom. 5. Epip. v. 25. n. 18. Do. 1. Epip. v. 43. n. 10

7. Quia per eas fiunt animæ noſtræ habitacula ſolius Dei. Dom. 3. Epip. v. 6. n. 6

8. Quia in iis conſiſtit beatitudo, Dom. 2. Adv. v. 5. num. 7. Gloria & ſplendor, ib. v. 2. n. 4. Illuminatio mentis, Dom. 2. Adv. v. 2. n. 6.

In adverſitatibus ſolatium multiplex.

1. Spes æternæ retributionis. Dom. Sept. v. 12. n. 15

2. Neceſſitas tolerandi illas. Dom. infra octav. nat. v. 35. n. 1. Dom. Sexag. v. 5. n. 6. Dom. infra oct. nat. v. 35. n. 3

3. Exemplum Chriſti, à nativitate ſuâ cum deſiderio patientis & gaudio. Dom. infr. oct. nat. v. 34. n. 26. 27. & 28. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 5

4. Exemplum B. V. Mariæ, neceſſariò cruciatæ in filii morte. Dom. infr. oct. nat. v. 35. n. 3. Et in triduanâ ejus amiſſione. Dom. 1. Epip. v. 43. n. 10. Et v. 44. n. 4

5. Exempla aliorum juſtorum & innocentium, quos omnes neceſſarium fuit pati. Dom. 2. Adv. v. 2. n. 3. & 5. Item Dom. 1. Epip. v. 43. nu. 10. Dom. 4. Epip. v. 25. n. 10

Adverſitates ſignantur in ſilice. Dom. 3. Adv. v. 20. n. 4

Adulatio, Adulator.

Quàm ſollicitè Chriſtus adulationis vitium præcaverit. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 1

Quod familiariſſimum eſt in aulis & palatiis. Dom. 2. Adv. v. 2. nu. 2. Non in domibus pauperum. Dom. 3. Adv. v. 19. n. 3

Adulatores aſſimulantur iis, qui mollibus veſtiuntur. Dom. 2. Adv. v. 8. n. 4

Ægyptus.

Cur in eam Chriſtus fugerit à facie Herodis? Dom. infra oct. nat. v. 34. n. 27

Æſtas.

Aſſimilatur regno Dei. Dom. 1. Adv. v. 30. n. 1. & 2

Ætas.

Non omnis ætas apta officiis. Dom. 1. Epip. v. 42. n. 2. Nec prædicationibus. Dom. 3. Adv. v. 20. n. 4

Sola prima ætas Deo dicata, habet arrham gloriæ. Dom. Septuag. v. 3. n. 1

Affectus.

Uniuscujusque affectus eſt tempeſtas. Do. 4. Epip. v. 24. n. 9

Ager.

Agri nomine intelligitur Eccleſia. Dom. 5. Epip. v. 24. n. 6. Anima. ibid. n. 7. & Dom. 6. Epip. v. 31. n. 17. Exercitatio virtuoſa ibid. Mundus. Dom. 5. Epip. v. 24. n. 5

Ambitio.

Peſtis eſt pernicioſa. Dom. 4. Adv. v. 1. n. 2

Eam docemur fugere, exemplo S. Joannis Baptiſtæ Dom. 4. Adv. v. 2. n. 2

Amor.

Transfert amantem in objectum amatum Dom. Sexag. v. 5. nu. 1

Intellectum obnubilat. Dom. 30. v. 34. numero 2

Dicitur

Dicitur ſemen evangelicum, amor divinus, Dom. 5. Epip. v. 24 n. 9

Angeli.

Aſſiſtunt nobis in cuſtodiam. Dom. 2. Adv. v. 10. n. 1. & 3
Angelus, idem eſt quod nuncius; & ideo S. Joannes dicitur Angelus Chriſti. ibid. numero 1
Angeli dicuntur virtutes cœlorum. Dom. 1. Adv. v. 22. n. 9. 10. & 11
Illi qualiter ſint movendi in extremo judicio. ibid.
Venient in judicium, aſſociati Chriſto ib. v. 27. n. 9
Appellantur meſſores Dom. 5. Epip. v. 30. num. 6
Quantò ſunt Deo viciniores, & gradu ſuperiores; tantò plus Deum cognoſcunt. Dominica 3. Epiph. v. 8. num. 7

Anima.

Non poteſt ſimul eſſe hoſpitium Dei & mundi. Dom. 3. Epiph. v. 8. n. 3
Figuratur in vinea evangelica. Do. Sept. v. 1. n. 9
Eſt navis. Dom. 4. Epip. v. 23. n. 3 & regnum Dei, Dom. 5 Epip. v. 24. n. 1
Animæ juſtorum ſunt metretæ lapideæ. Dom. 2. Epiph. v. 6. n. 4

Anna.

Idem ſignificat, quod gratia. Dom. infra Oct. Nat. v. 36. n. 3
Comparatur Judithæ. ibid. n. 4

Annas.

Idem eſt, quod humilians vel affligens. Domin. 4. Adv. v. 1. n. 2. Signat ſpiritum, qui ducit ad vitia carnis ibidem.

Annus.

Eccleſiaſticus incipit ab horrore judicii, & quare? Dominica 1. Adv. v. 25. numero 1
Quid ſit, aperire Judici Chriſto. Dom. 1. Adv. v. 28. num. 4

Apoſtoli.

Dicuntur nubes. Domin. 4. Epip. v. 25. n. 9. Homines, veruntamen non in quocunque ſenſu. ibid. v. 27. num. 1. Rami Dom. 4. Epip. v. 31. n. 4. & 10. Fermentum. ibid. v. 33. n. 7
Apoſtoli rudes ſignificant Prælatos inſcios. Dom. Quinq. v. 34. n. 3

Apparatus.

Ad recipiendum Chriſtum, eſt munditia cordis. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 13. & 17
Item obſervantia mandatorum Dei. ibid. nu. 15. Vide verb. *Acceſſus, Adventus.*

Aqua.

Comparatur gratiæ. Dom. Sexag. v. 14. num. 1
Quare Chriſtus ſolo verbo mutaverit aquam in vinum? Dom. 2. Epip. v. 6. n. 8
An fuerit excellentius, quòd Chriſtus in Cana Galilæa, aquam mutârit in vinum, quàm ſi inibi vinum creaſſet? ſententia duplex ibidem num. 9

Arbor.

Germinans, eſt ſignum ætatis. Dom. 1. Adv. v. 30. nu. 1
Sola ordinariè arbor bona fructus bonos fert. Dom. 4. Adv. v. 2. n. 7
Quandoque tamen etiam mala. Dom. 5. Epiph. v. 29. num. 1
Chriſtus eſt arbor bona. Dom. 6. Epip. v. 31. n. 4
Arbores ſanguinem emittunt in extremo die judicii. Dom. 1. Adv. v. 26. numero 7

Arca.

Quare Deus ſolum manna in arca ſervari voluerit. Dom. 3. Adv. v. 26. numero 11

Areſcere, Ariditas.

Areſcent homines in extremo die judicii. Dom. 1. Adv. v. 26. Tam. materialiter. n. 1. Quàm ſpiritualiter. n. 2
Ariditas ſpiritualis in hac vita, ſervit profectui ſervorum Dei. Dom. 2. Epip. v. 3. n. 5

Arundo

Significativa diverſorum.

Primò deſignat carnalem animum. Dom. 2. Adv. v. 7. n. 15
2. Vanæ gloriæ cupidum, ibid. n. 18
3. Hypocritam. ibid. n. 19
4. Totum genus humanum. ibid. n. 20

Avaritia.

Avaritiæ vitium fugiendum; primò, quia in eo conſiſtit miſeria ſumma, & cruciatus intolerabilis. Dom. Sexag. v. 15. num. 3
2. Quia congeries eſt omnium vitiorum. ibid. n. 5

Auditus, Audire.

Quis dicatur audire verbum Dei? Do. Sexag. v. 9. n. 2
Auditus triplex in verbo Dei eſt neceſſarius. ibidem. Vid. verb. *Facere, operari.*

Aves.

Avibus aſſimulantur Reges. Dom. 6. Epip. v. 32. n. 9
Philoſophi & ſapientes. ibidem. n. 12
Animæ contemplativæ & fidelium. ibid. num. 13
Viri ſpirituales. n. 14
Dæmones. Dom. Sexag. v. 5. nu. 17

Aula, Aulici.

Exprobrantur perverſi aulicorum mores, præſertim in deſpiciendis & revellendis pauperibus. Dom. Quinq. v. 39. n. 1. & 2
Ordinariè aulici parum propendent in pietatem. ibid. n. 1
Vide verb. *Adulatio.*

Auſteritas.

Non juxta auſteritatis, ſed charitatis quantitatem, menſurabitur præmium gloriæ. Dom. Septuag. v. 10. numero 3.
Vide verb. *Pœnitentia.*

B.

Bacchanalia.

Eorum denominatio.

Primò appellantur, vindemia dæmonis, Dom. Sexag. v. 14. n. 4
2. Idololatria Iſraëlitica. ibid.
3. Impia ad Quadrageſimam diſpoſitio. Dominic. Quinq. v. 36. numero 2
4. Privatio ſpiritualis lucis, Dominic. Sexag. v. 11. n. 4. & Dom. Quinq. v. 43. n. 6
5. Deicidium, Dom. Quinq. v. 33. numero 1

Effectus.

Quàm impigre & furibundè diabolus attentet evertere omne bonum, tempore Bacchanalium, Dom. Sexag. v. 14. n. 4
De quorum cordibus, hoc tempore, ſemen verbi divini tollant dæmones, ibidem v. 13. nu. 1
Bacchanalia in idololatriam præcipitant, ib. v. 14. n. 4
Chriſtum denuo crucifigunt. Dom. Quinquag. v. 33. n. 1
Quantam ſibi pœnam adſciſcant, bacchanalia ſectantes, ibid. v. 39. n. 8
Tota bacchanalium lætitia, luctus eſt, ib. v. 41. n. 12
Bacchantium denarius, Dom. Sexag. v. 16. n. 5

Fuga.

Unde dignoſcantur ſequaces & diſcipuli Chriſti, in Bacchanalibus. Dom. Sexag. v. 11. n. 4
Quantus fructus eorum, qui bacchanalia non ſectantur. ibid. v. 16. n. 6. & 7
Horum vita verum eſt ſacrificium, ibid.
Servi Dei alieni ſunt à bacchanalibus. Dom. Sexag. v. 5. n. 3. & Dom. Quinq. v. 39. n. 6
Contemptus bacchanalium, ſignum eſt prædeſtinationis, Dom. Sexag. v. 16. num. 5
Tempore bacchanaliorum, S. Catharina Senenſis

Senenſis Chriſto deſponſatur ob cultum ſolitudinis, Dom. Quinquag. v. 42. num. 4

S. Carolus Borromæus, tempore bacchanalium, omnes venetos à vanitate bacchanalitia abſtrahit cum ingenti fructu, per exercitia ſpiritualia, ibid. v. 43. n. 7

S. Franciſcus Aſſiſienſis quantum boni præſtiterit, tempore bacchanaliorum, per unicam concionem, ibid. v. 43. n. 6

Joannes Baptiſta de Fulginio vertit bacchanalia in hebdomadam ſanctam, Do. Sexag. v. 14. n. 4

Qui tempore bacchanalium, intelligant myſteria regni Dei. ibid. v. 11. n. 4

Remedium.

Efficaciſſimum medium ad exſtirpandas bacchanalium inſolentias, Do. Quinq. v. 33. num. 1. & v. 36. num. 2. & v. 43. num. 6

Tempore bacchanaliorum nihil magis petendum, quàm viſus, ibid. v. 41. n. 12. & cæcitas, ibid. v. 43. n. 6

Certa larvarum ſpecies licita, & perutilis in bacchanalibus, Dom. Quinq. v. 39. num. 6

Baptiſmus.

Baptiſmus Chriſti.

Cur ille lavacrum pœnitentiæ nominetur, Dom. 4. Adv. v. 3. n. 9

Habet effectus diſtinctos à baptiſmate ſancti Joannis, ibid. vide verb. *Elias*, *obedientia.*

Baptiſmus S. Joannis.

Quare ille dicatur baptiſmus pœnitentiæ, ibid.

Et tantùm diſpoſitio ad remiſſionem peccatorum, ibid. n. 8. & 9. Dom. 3. Adv. v. 26. n. 3

Aſſimilatur Jordani, Dom. 4. Adv. v. 3. n. 2

Baſiliſcus.

Baſiliſci oculus aſſimilatur invido. Dom. Septuag. v. 15. n. 5

Beatus, Beatitudo.

Quomodo beatitudo ſit eadem & diverſa in ſanctis, Dominic. Sept. v. 10. numero 2

An & qualis murmuratio cadat in beatos. ibid. v. 11. n. 1. &c.

Benedictio.

In quo conſtiterit benedictio S. Simonis, Chriſto benedicentis; ſententia multiplex, Dom. infra oct. Nat. v. 34. num. 2

Benignitas,

Maxima Chriſti erga peccatores, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 18. vide. verb. *Chriſtus*, *Bonitas.*

Bethania.

Interpretatur domus obedientiæ, Dom. 3. Adv. v. 28. n. 2

Blaſphemia.

Efficax ejus antidotum. Dom. 4. Epip. v. 25. num. 3

Bonus, Bonitas.

Solum bonum eſt objectum voluntatis. Dom. 5. Epip. v. 27. n. 5

Bonos conſervat Deus inter malos, & quare? ibid. v. 29. n. 8

Bonitas Dei ſingulariter invitat & recipit eos, qui à mundo rejecti ſunt & contempti. Dominic. Septuag. v. 7. nu. 6

Abuſus bonitatis divinæ efficit peccatores obſtinatiores, ibid. v. 15. n. 4

Pro ly *Bona* vide verb. *Divitias.*

Quare boni in hac vitat affligantur, mali autem proſperentur. Dominic. 4. Epip. v. 24. n. 19. vide verb. *Societas.*

C.

Caiphas.

Quid ſignificet Metaphoricè, Dom. 4. Adv. v. 1. n. 2

Calceus.

In Calciamentis ſignatur humanitas Chriſti. Dominic. 3. Adv. v. 27. n. 3. vide verb. *Chriſtus.*

Cana Galilææ.

Illius Interpretatio, Dom. 2. Epip. v. 1. n. 1

Capharnaum.

Explicatur quid nominis, Dom. 3. Epiph. v. 5. n. 1. &. v. 6. n. 5

Caput.

Quid ſit levare caput, multipliciter explicatur, Dom. 1. Adv. v. 28. n. 2. & 3. in fine.

Caro, Carnalis.

Caro aſſimilatur peccatori, Dom. 4. Adv. v. 6. n. 6

Carnales delitiæ ſunt pernitioſiſſimæ. Dom. Sexag. v. 15. n. 10

Hæ ſunt ſpinæ, ibid. n. 10. & 11

Vide verb. *delitiæ.*

S. Carolus.

S. Carolus Borromæus tempore bacchanaliorum, per exercitia ſpiritualia, Venetos omnes abſtrahit à vanitate bacchanalitia, Dom. Quinq. v. 43. n. 7.

Ejus ſententia quo ad bonum exemplum, Dom. Sexag. v. 14. n. 3.

Caſtitas.

Laudes caſtitatis, Dom. infra oct. Nat. v. 36. num. 8

Caſtitas tuta ſervatur in deſerto. Dom. 4. Adv. v. 2. n. 9

Puriſſimè Deum intuetur, Dom. inf. oct. Nat. v. 36. n. 7

Catharina.

S. Catharina Senenſis Chriſto deſponſatur, ob cultum ſolitudinis in bacchanalibus. Dominic. Quinquag. v. 42. n. 4

Cedrus.

Index eſt conſtantiæ, Dom. Adv. v. 7. nu. 23

Centurio.

Diverſæ illius virtutes, Dom. 3. Epiph. v. 5. n. 2. &c.

Quomodo fuerit fidelisſimus, ibidem v. 10. n. 5. & 9

Præfertur leproſo Judæo, ibid. v. 5. n. 10. Zachæo, v. 8. num. 7. & S. Petro, ibid. n. 8

Ejus ſervus quare à Chriſto abſente ſanetur, ibid. v. 5. n. 10. & 11

Quatuor Centurionum meminit Spiritus ſanctus in teſtamento novo. ibid. num. 7

Charitas.

Sola Charitas eſt, quæ nos poſſeſſores efficit regni cœleſtis. Dom. 6. Epiph. v. 31. n. 15

Sinè charitate nullum opus bonum eſt meritorium, ibidem v. 33. n. 8

Una charitas menſura eſt præmii cœleſtis, inter omnia opera bona, etiam maximè afflictiva, Dom. Septuag. v. 10. n. 3

Charitas infirmo exhibita, cælitus honoratur per miraculum, Dominic. 3. Epip. v. 3. n. 2

Vide verb. *Fermentum.*

Chriſtus.

Chriſti Adventus.

Apparuit Chriſtus quando mundi ſtatus maximè erat miſerabilis. Dominic. 4. v. 1. n. 2

Ejus humanitas ſignatur per calceamenta. Dom. 3. Adv. v. 27. nu. 3. & 4. Divinitas per pedem, & unio utriuſque per corrigiam, ibid.

Quomodo verbum dicatur exire. Dom. Septuag. v. 1. n. 3. & Dom. Sexag. v. 5. n. 1

Vide verb. *Adventus, Deus.*

Cur in Judæa natus ſit, Dom. infra. oct Nat. v. 34. n. 28

Vita.

Chriſtus forma obedientiæ, Dom. 1. Epiph. v. 51. n. 1. & ſeqq. & Dom. 2. Epiph. v. 6. n. 6

Docet nos honorare parentes & ſuperiores. ll. cc. & Dom. 2. Epiph. v. 8. n. 2

Quomodo ſpiritualiter & moraliter ſurgat & ſtet, Dom. 4. Epiph. v. 26. n. 6

Quare omniſcius Chriſtus ſæpe alios interrogârit, Dom. Quinq. v. 41. à. nu. 1. ad 7. & Dom. 2. Adv. v. 3. n. 5

Quare Chriſtus interrogatus à diſcipulis ſancti Joannis, non dixerit ſe eſſe Meſſiam.

Meſſiam, Domin. 2. Adv. v. 4. num. 7
Quid fecerit in pueritiâ, Dom. 1. Epip. v. 51. num. 5
Degens in Nazareth, admirando ſolatio erat omnibus, Dom. 1. Epip. v. 52. n. 4
Non ſemper volebat Chriſtus in ſuis exhortationibus intelligi à circumſtantibus, & quare? Dom. Sexag. v. 11. nu. 5
Quare Chriſtus fuerit uſus parabolis inter diſcurrendum? Dom. 6. Epiph. v. 34. num. 3. 4. 5. & 6

Paſſio, Mors & judicium.

Meditatio crucifixi nos ab omni vitio præſervat, Dom. Quinq. v. 31. n. 4
Quid Chriſtum in cruce dilaniârit? Dom. Quinq. v. 33. n. 1
Paſſio Chriſti, fuit gloria ejus. ibidem. v. 31. num. 2
Chriſtus in extremo judicio apparebit omnibus in ſpecie humana, Dom. Adv. v. 27. n. 1. & quare? ibid. n. 3. & 4
Vid. verb. *Crux. Judicium extr. paſſio.*

Multiplex Chriſti figura & denominatio.

Chriſtus eſt arbor bona & maxima, Dom. 6. Epiph. v. 31. n. 4
Fermentum in triticum, ibid. v. 33. n. 5.
Granum ſinapis, ibid. v. 31. n. 4
Medicus optimus & liberaliſſimus, Dom. Sept. v. 8. n. 9
Paterfamilias, ibid. v. 1. n. 2
Procurator Evangelicus, ibid. v. 8. n. 4
Sator. Dom. Sexag. v. 5. n. 4. Qui modò ſeminat in nobis, ibid.
Semen ſeminatum, ibid.
Sol. Dom. 1. Adv. v. 25. n. 7. 11. & 14
Theſaurus unicus animarum noſtrarum, Dom. Sept. v. 14. n. 1

Chriſtiani.

Signantur in operariis evangelicis, tam primis in vinea Domini. Dom. Sept. v. 12. n. 8. quàm ultimis, ibid. v. 1. nu. 5. & v. 8. n. 11. & v. 2. n. 1
Chriſtiani mali ſtunt ſecus viam, Domin. Sexag. v. 5. num. 14
Chriſtiani mali graviùs damnabuntur, quàm ipſi athei Dom. Sexag. v. 11. n. 5
Pauciſſimi horum ſalvantur, Dom. Sept. v. 16. n. 6. & Dom. Sexag. v. 8. n. 1
Opera Chriſtianorum & Judæorum diſcrepant, & in quo? Dom. Septuag. v. 2. num. 1

Clamor.

Dei continuus eſt, ſed nos non auſcultamus, Dom. Sept. v. 5. n. 1

Claudicatio.

Deſignat acediam & inconſtantiam, Dom. 2. Adv. v. 5. n. 2

Clavis.

Cordis noſtri, eſt voluntas propria, Dom. 4. Adv. v. 4. n. 22. & Dom. 3. Epip. v. 3. n. 7

Cæcus, Cæcitas.

Cæcitas unde oriatur? Dom. Quinq. v. 35. num. 8
Utilitas cæcitatis corporalis, ibid. n. 10
Remedium cæcitatis ſpiritualis, ibid. n. 12
Cæci nomine, nuncupatur genus humanum, Dom. 2. Adv. v. 5. n. 2
Cæci ſpirituales ſignificant ignaros, ibid.
Duo aſſignantur cæci Jerichontini, Dom. Quinq. v. 35. n. 6
Cæcus illuminatori ſuo gratiſſimus, ibid. v. 43. n. 1. & 2

Cælum.

Spes regni cœleſtis quamlibet martyrum pœnam, dulcem reddit. Dom. Sept. v. 12. num. 15

Concio vid. *Prædicatio.*

Confeſſio.

Tribus debet conſtare partibus, Dom. 3. Epip. v. 4. num. 13
Confiteri quid ſit? Dom. infra oct. Nativ. v. 28.

Conſcientia.

Remorſus conſcientiæ bonum & optimum ſemen eſt. Dom. 5. Epip. v. 24. n. 9

Conſolationes.

Spirituales & internæ ſervis Dei, ad eorum probationem quandoque auferuntur. Dom. 1. Epip. v. 43. n. 10.

Converſatio.

Mulierum periculoſa eſt, Dom. 1. Epip. v. 44. n. 2. v. verb. *Colloquium.*

Cooperatio.

Neceſſaria eſt ad conſequendam Dei gratiam, Dom. 2. Epip. v. 6. n. 11

Cor.

Sedes eſt voluntatis, Dom. 3. Epi. v. 3. n. 7
Eſt mare, Dom. 4. Epip. v. 24. n. 9
Cor durum quid? Dom. Sexag. v. 6. n. 6
Cur verbum Dei tollatur de corde & non de auribus? ibid. v. 13. n. 2
Aſſimilatur viæ. Dom. Sexag. v. 5. n. 10
Item plateæ, ibid.
Incapax eſt Dei, niſi ab effectibus mundanis evacuetur. Dom. 3. Epip. v. 8. n. 3
Tantùm eſt à rebus cœleſtibus vacuum, quantùm terrenis repletum. Dom. Sexag. v. 7. num. 5
Cor durum comparatur petræ? ibid. v. 6. num. 1
Incapax eſt amoris terreni, quando divino imbutum eſt. Dom. 2. Epip. v. 7. n. 2
Cor bonum terra bona eſt. Dom. Sexag. v. 16. num. 1

Creaturæ.

Prædicant nobis Deum. Dom. Quinq. v. 36. num. 1
Licèt inſenſatæ ſint, in obſequium tamen Creatoris ſe animatas eſſe probant. Dom. 4. Epip. v. 26. n. 7
Creaturarum decurſus ſignatur in turba tranſeunte cæcum evangelicum. Dom. Quinq. v. 36. n. 1

Crux.

Eſt Chriſti exaltatio. ibid. v. 31. n. 6
Eſt ejus & gloria, ibid.
Eſt efficaciſſima contra tentationes & peccata, Dom. 50. v. 31. n. 4
Eſt navis ſecuta ad aſſequendum littus regni cæleſtis, F. 4. Epip. v. 23. n. 2
Quid Chriſtum in cruce dilaniârit. Dom. Quinq. v. 33. n. 1

D.

Dæmones.

Multi eorum in aëre degunt, Dom. Sexag. v. 5. n. 17
Significantur per ventos, Dom. 4. Epip. v. 25. n. 4. & v. 27. n. 3
Blandiuntur initio, & poſtea ferociunt, Dom. 5. Epip. v. 25. n. 22
Tentant pigros. ibid. n. 2. 3
Non nocent niſi volentibus, ibid. v. 27. n. 5. & v. 28. n. 3
Quomodo fortificentur contra nos, Do. Sexag. v. 5. n. 20
Dicuntur homines, Dom. 5. Epip. v. 28. n. 3. 4. & 5
Et volucres cœli, ibid.
Degunt in aëre, ibid.
Occultè tegunt inſidias, ne detectæ diſpereant, ibid. v. 25. n. 21
Decipiunt proponendo vitium, ſub larvâ virtutis, ibid. v. 26. n. 4. & v. 25. n. 18
Multos elevant, ut perdant, ib. v. 25. n. 18
Quot modis tentent impedire fructum ſermonis divini? Dom. Sexag. v. 5. nu. 19
Quomodo ſemen verbi divini ſuffocent? Dom. Sexag. v. 14. n. 4. & v. 13. n. 2

David.

Ejus merita apud Deum, Dom. Quinq. v. 38. n. 2
Delectatio v. Voluptas.

Deſertum.

In eo ſit exordium legis ſcriptæ Moſaicæ & evangelicæ, Dom. 4. Adv. v. 2. n. 11
Ejus fructus, Dom. 3. Adv. v. 19. n. 4
Deſignat gentilitatem, Dom. 3. Adv. v. 23. n. 10.
Et Judaiſmum, ibid.
Ejus dignitas, Dom. 4. Adv. v. 2. n. 11. & 13.

Deus.

Ex malo bonum elicit, Do. 4. Epip. v. 27. n. 4

Ad

Ad miſericordiam promior, &c. Dom. infr. oct. Nat. v. 34. n. 13. & Dom. 3. Epip. v. 3. n. 13
Quomodo peccato perditus reinveniatur? Dom. 1. Epip. v. 46. n. 7
Subvenit rei jam deſperatæ humanitus, D. 4. Epip. v. 24. n. 10. 11. & 12. & Dom. 4. Advent. v. 1. n. 2
Amiſſus non invenitur, niſi inter peccatores quæratur, Dom. 1. Epip. v. 45. n. 1
Dormit, Dom. 4. Epip. v. 24. n. 13
Quomodo exeat? Dom. Sept. v. 1. n. 3. & Dom. Sexag. v. 5. n. 1
Illi ſoli licet, quod vult, Dom. Sept. v. 15. n.
Promptè nobis ſuccurrit, dum invocatur D. 4. Epip. v. 25. n. 13
Maximè in caſibus deſperatis, ibid. v. 24. n. 12
Benefaciendo ſuperat noſtra deſideria, Do. 3. Epip. v. 7. n. 1
Nos recipit etiam à mundo repudiatos, Dom. Sept. v. 7. n. 6
Magnum nobis præſtat beneficium, dum laborandi pro ipſo occaſionem nobis præbet, Dom. Sept. v. 11. n. 7
Culpâ noſtrâ amiſſus, quantum animæ dolorem afferat? D. 1. Epip. v. 48. n. 14
Poſtulata negando nonnunquam ſubvenit nobis. Do. 3. Epip. v. 2. n. 5
In proſperitate potiùs, quàm adverſitate perditur, Dom. 1. Epip. v. 43. n. 11
Tunc nobis inſpirationes ſuas immittit, quando ad profectum magis ſumus diſpoſiti, Dom. Sep. v. 3. n. 2
Bona remunerat juxta qualitatem intentionis, Do. Sept. v. 12. n. 7

Divitiæ.

Spinæ ſunt pungentes, Dom. Sexag. v. 15. nu. 6. ad 10
Analogia inter ſpinas & opes, ibid. à num. 1. ad 10
Ex ſe non ſunt malæ, ſed ex malo uſu, ib. num. 8
Quomodo nobis damnoſæ ſint? ibid. n. 6.

Divites.

Quo fine cælitus ſint locupletati, Dom. Sexag. v. 15. n. 2.
Cur multi ſint in terris, ibid.

Docti, Doctores.

Rigidiùs in divino judicio punientur, quàm rudes, D. Sexag. v. 11. n. 5

Doctrina Evangelica

Cur ſuper omnes Philoſophorum ſcientias æſtimetur? Do. 6. Epi. v. 36. n. 8

Domus.

Lauretana, Dom. 1. Epi. v. 46. n. 6

E.

Eccleſia.

Tunc magnificata, quando perſecutionem paſſa eſt, Dom. 6. Epip. v. 31. n. 8
Cur dicatur deſertum? Dom. 4. Adv. v. 2. n. 10
Et Capharnaum? Dom. 3. Epip. v. 5. n. 1
Item granum ſinapis? Dom. 6. Epip. v. 31. n. 2
Item mulier? ibid. v. 33. n. 10
Majorem à pravis fidelium moribus, quàm à tyrannis patitur perſecutionem, Dom. 4. Epip. v. 24. n. 6
Dicitur luna, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 11. & 17
Navis, quæ fluctuat, non mergitur, Dom. 4. Epip. v. 26. n. 13
Item ſol. Do. 1. Adv. v. 25. n. 11.
Habet bonos & malos, Dom. 5. Epip. v. 24. n. 2. & v. 26. nu. 3. idque utiliſſimè, ib. v. 29. num. 9
Ejus prima fundamenta debiliſſima, Do. 6. Epip. v. 31. nu. 5. & v. 32. n. 7. & Dom. Sexag. v. 11. n. 2
In ea fit verbum Domini, Dom. 4. Adv. v. 2. num. 10.
Meritò excommunicat, & punit, Dom. 5. Epip. v. 29. num. 3

Eccleſiaſtici.

Statum ſuum ſinè pompa ſuſtinere debent, Dom. 1. Epip. v. 44. n. 3

Educatio.

Bona infantia fundamentum eſt bonæ filiorum vitæ, Do. 1. Epip. v. 51. n. 6

Electi.

Pauci ſunt, ſi comparentur ad vocatos, Dom. Sexag. v. 16. n. 5

Qui dicantur electi ad gloriam? Dom. Sept. v. 16. n. 5
Sunt oves, Dom. Sexag. v. 13. n. 2

Eleëmosyna.

Est census penès Deum ad nostrum interesse collocatus, Domin. Quinquag. v. 38. n. 3
Est semen, Dom. 5. Epiph. v. 24. n. 1

Episcopi.

Ad quid sint obligati? Dom. 2. Epip. v. 1. num. 1

Eucharistia.

Quomodo recipi a nobis debeat? Dom. 3. Epiph. v. 8. n. 4

Exemplum.

Bonum etiam malis prodest, ex dicto S. Caroli, Dom. Sexag. v. 14. n. 3
Majorum necessarium est minoribus, ut excitentur ad bonum, Dom. 1. Epiph. v. 42. n. 10

F.

Felicitas.

Mundana, innocentiæ contraria, Dom. 5. Epiph. v. 25. n. 18

Fermentum.

Variæ ejus allusiones, Dom. 6. Epiph. v. 33. n. 5. 6. 7

Festivi Dies.

Christianorum qualiter sanctificandi, Do. 1. Epiph. v. 46. n. 6
Prohibent abstinere à malis, non à bonis operibus, Dom. 1. Epip. v. 43. num. 1. & 12

Fides.

Inutilis est sine operibus, Dom. Sept. v. 8. num. 7
Post. lantem à Deo gratias, de iis obtinendis securum reddit, Dom. 3. Epip. v. 3. nu. 12
Mysteriorum revelatorum fides, non tamen, ut decet, consideratorum & practicatorum, infructuosa est, Dom. 6. Epip. v. 31. n. 17
Quanta fuerit fides Centurionis? Dom. 3. Epip. v. 6. n. 4. 5

Filii.

Parentum jussa exequi, non examinare debent, Dom. 1. Epip. v. 43. n. 5
Tenentur obedire parentibus, ibid. v. 51. num. 1
Non tamen in iis, quæ divino opponuntur servitio, ibid. v. 43. n. 9
A parentibus non recedant, nisi labi velint, ibid. v. 42. n. 5

G.

Gloria.

Divina plus elucet in conversione peccatoris injustum, quàm cujuscunque alterius substantiæ in alias species, Dom. 3. Epip. v. 10. n. 8
Paradisiaca licèt eadem sit pro omnibus, inæqualiter tamen participatur, Dom. Septuag. v. 10. n. 2

Gratia Dei.

Motivum est nostræ prædestinationis, ib. v. 6. n. 2
Efficax communicatur independenter à nostris meritis ad arbitrium, ibid. v. 13. nu. 2

Guilielmus.

Dux Aquitaniæ, primò impius, postea sanctificatus, Dom. 5. Epip. v. 29. n. 7

H.

Hæretici.

Ut fidem sibi faciant, veritatem prædicant, ut postea falsitatem subinferant, Dom. 5. Epip. v. 26. n. 1

Homo.

Surdus est ad voces Dei, Dom. 4. Epip. v. 26. n. 11. & n. 6. ibid.
Est organum divinæ gloriæ, Dom. 5. Epi. v. 24. n. 1
Creatus est, ut Deum possideat, Domin. Sept. v. 14. n. 1

Humiles.

Illis Deus appropinquat, Do. 3. Epi. v. 8. n. 6

Humilitas.

Ad occultandas gratias quandoque necessaria est, Dom. 3. Epip. v. 4. n. 2
Humilitas Centurionis consideratur, ibid. v. 5. n. 2. & 3

Chri-

Chriſti humilitas noſtram confundit ſuperbiam, Dom. 1. Epip. v. 31. n. 8

I.

Jejunium

Corporis peſtem ſanat, Dom. infra octav. Nat. v. 37. num. 6
Nos Deo ſimiles reddit, ibid. n. 5

Jericho

Myſticè mundum, & vanitates ejus ſignificat, Dom. Quinquag. v. 35. n. 4

Importunitas

Proficua valde orationibus, Dom. Quinq. v. 39. n. 5. & 6

Infirmitas

Corporalis vindicat injurias Deo illatas, Dom. 3. Epip. v. 9. n. 3
Ordinatur à Deo ad ſanitatem infirmæ animæ, Dom. 3. Epip. v. 3. n. 3. & 4

Inimici

Occulti ſunt maximè cavendi, Dom. 5. Epip. v. 25. n. 4

Inſpiratio

Inſpiratio ſemen eſt divinum, Dom. Sexageſ. v. 12. n. 3

Invidi

Alterius damnum æſtimant ſuum lucrum eſſe, Dom. 5. Epip. v. 25. n. 13
Aſſimilantur oculis baſiliſci, Dom. Sept. v. 15. num. 5

Joannes Baptiſta

Diſcipulos conſtantes habuit, Dom. 2. Adv. v. 2. n. 14
Cur ſe adeò ſubitò in eremum ſubduxerit, Dom. 4. Adv. v. 2. n. 9
Cur tot annis ibi fuerit incognitus, ib. v. 12
Obediit voci Chriſti, ibid. v. 3. n. 1
Etiam captus prædicat Chriſtum, Dom. 2. Adv. v. 2. n. 18
Mundo Chriſti adventum prædicavit, ibid. v. 3. n. 1
Cur Chriſtum per diſcipulos interrogârit, an verus propheta eſſet, ibid. v. 3. n. 5
Natus ex parentela nobili, Dom. 3. v. 19. numero 5
Cur vox appelletur? ibid. v. 23. n. 5. & Dom. 4. v. 4. n. 2
Ejus humilitas, Dom. 3. Adv. v. 20. n. 4
Indignum ſe cenſuit ad ſolvendam corrigiam calceamenti Chriſti, Dom. 3. Adv. v. 27. n. 3
Quantæ ſanctitatis & virtutis fuerit? Do. 2. 10. n. 4
Ejus humilitas meruit præcurſoratum Chriſti, ibid. v. 7
Cur intrà 30. vitæ Chriſti annos, cum Chriſto non ſit converſatus? Dom. 2. Adv. v. 7. n 12

Joannes Baptiſta de Fulgineo

Quàm zeloſus contra bacchanalia, Dom. Sexag. v. 14 n. 4

Judas Iſcariotes

Naviculam Petri periclitari fecit dormiente Chriſto, Dom. 4. Epip. v. 24. n. 7

Judices

Indifferentes eſſe debent quoad perſonas, Dom. 3. Epip. v. 7. n. 2
Non deferre ſententiam, niſi priùs diſcuſſerint merita & demerita accuſati, Dom. 5. Epip. v. 29. n. 4

Judicium univerſale

Signa, quæ illud præcedent in ſole, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 14
Ante illud obſcurabuntur lumina majora & minora, Dom. 1. Adv. v. 25. n. 7
Vulnera Chriſti erunt ſigna judicii univerſalis, ibid. n. 12
Omnes creaturæ perturbabuntur præ confuſione, ibid. n. 28.
Judex comparebit totus furibundus, ibid. v. 26. n. 4
Quindecim tremenda portenta præcedent judicium, ibid. n. 7
Cælites ipſimet quaſi timebunt, ibid. n. 15
Cur vocetur dies Domini, ibid. v. 27. n. 6

Juſtus

Tunc in majori apud Deum eſt æſtimatione, quando vel maximè contemnitur, D. 3. poſt Epip. v. 6. n. 6

Juventus.

In divinum ſervitium adhibita, nos de præmio æterno facit eſſe ſecuros, Do. Sept. v. 4. num. 1

L.

Labor, Laborare

Pro Deo, Dei beneficium eſt, & maximum lucrum noſtrum, D. Sept. v. 11. n. 7

Lachrymæ.

Efficaces ſunt ad reinveniendum Chriſtum, peccato perditum, D. 1. Epiph. v. 48. n. 13

Pœnitentiales ſunt ſemen ſpiritualis lætitiæ, Dom. 2. Epiph. v. 9. n. 3

Latro bonus.

Ejus encomia, D. Sept. v. 11. n. 4

Legati.

Ad Joannem miſſi, quas qualitates habuerint? Dom. 3. Adv. v. 19. n. 5

Cur fuerint miſſi? ibid. n. 8

Lex Evangelica.

Moſaicæ comparata ſuavis eſt, Dom. Sept. v. 12. n. 10. & 11. 12. & 13

Lex Moſaica

Continebat 613. præcepta, Dom. Sept. v. 12. num. 10.

Liberalitas.

Dei in hominem, ibid. v. 14. n. 1

Quanta ſit? ibid. v. 8. n. 9.

Luna.

Cur in die judicii ſanguinolenta futura? Dom. 1. Adv. v. 25. n. 16

Significat Eccleſiam, ibid. n. 17

Et beatam Virginem, ibid. n. 18

M.

Magdalena.

Chriſtum in ſepulchro quærens, modum nos docet eum inveniendi, Dom. 1. Epiphan. v. 48. nu. 12

Malum.

Bono deſervit, D. 5. Epip. v. 29. n. 9

Mare.

Procelloſum deſignat vitam humanam, D. 4. Epiph. v. 26. n. 15

Maria.

Succurrit non rogata, quantò magis invocata, Do. 2. Epiph. v. 3. n. 5.

Matrimonia.

Quo fine contrahenda, ut ſint Deo grata? D. 2. Epiph. v. 2. n. 4

Qua cum cautela ſint ſanctificanda? ibid. v. 1. num. 4.

Medici

In curandis pauperibus lucrum quærentes, reprehenduntur, Dom. 3. Epip. v. 7. n. 2

Meditatio.

Paſſionis, remedium vitiorum, Do. Quinquag. v. 31. n. 4

Subducit nos à vanitate, ibid. v. 43. n. 6.

Merces.

Solvenda operariis, Dom. Sept. v. 8. n. 1

Miſericordia.

Dei abutuntur, qui in malitia ſua perſiſtunt, Dom. Sept. v. 15. n. 3

Modeſtia.

Nos obligat, ut proprios, non alienos attendamus defectus. D. 3. Epiph. v. 8. n. 5

Mulier

Earum fugienda converſatio, D. 1. Epiph. v. 44. n. 2.

Mundus.

Hunc bonis exuit, ut alium ditet. Dom. Sexag. v. 15. n. 4

Nequit ſubminiſtrare lætitiam, Dom. 2. Epiph. v. 3. n. 4

N.

Nativitas.

Chriſti, 7. teſtimoniis authentificata fuit, Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 37. n.

Navis

Navis

Ejus variæ interpretationes morales, Do. 4. Epiph. v. 23. n. 2

Nazareth.

Interpretatur flos, Dom. 1. Epiph. v. 51. n. 4

Negligentia.

In divino servitio est signum pessimum, Dom. 4. Epiph. v. 24. n. 22

Negotia secularia

Nociva profectui spirituali, Dom. Sept. v. 6. num. 6

Nuptiæ.

Quomodo sanctificandæ? Dom. 1. Epip. v. 1. num. 3

O.

Obedientia.

Filiorum in parentes, Dom. 1. Epip. v. 51. nu. 1. & v. 42. n. 5. ibid.

Votum est principale Religiosorum, ibid. v. 51. n. 9

Occasio.

Conditionem declarat virtutis nostræ, Do. 4. Epip. v. 26. n. 4

Oleum.

Symbolum est charitatis, Dom. 1. Adv. v. 26. n. 18

Operarii.

Eorum stipendia non sunt differenda. Dom. Sept. v. 8. n. 1

Opus

Bonum signum prædestinationis, ibid. v. 16. num. 5

Fidei sociandum est, Dom. 4. Epip. v. 24. nu. 21. & Dom. Sept. v. 8. n. 7

Supererogatorium quanti sit meriti, Dom. 1. Epip. v. 42. n. 9

Fervor in bono opere mensura est meriti, non duratio. Dom. Sept. v. 12. n. 7

Oratio

Sanat pestem animæ, Dom. infra oct. Nat. v. 37. n. 6

Nos Deo approximare facit, ibid. n. 7

Qua cum modestia Deo offerenda? Dom. 2. Epip. v. 3. n. 7

Quàm sit utilis? Do. 4. Epip. v. 25. n. 13.

Cur aliquando non exaudiatur? Dom. 3. Epip. v. 2. n. 5

Est oblatio dignissima, quæ Deo fieri potest, ibid. n. 3

Debet esse importuna, Dom. Qinquag. v. 40. num. 1

Otium.

Causa omnis mali, Do. 5. Epi. v. 25. n. 3. & 4

Indignum est operariis Ecclesiæ Dei, Dom. Sept. v. 6. n. 2. 3. 4

Otiosi qui sint in domo Dei? ibid. v. 3. n. 8.

P.

Parentes

Puniti ob malam educationem, Dom. 1. Epip. v. 42. n. 6

Reciprocam à filiis merentur gratiam. Do. 1. Epip. v. 51. n. 6

Obligantur ad dandum bonum exemplum, ibid. v. 42. n. 9

Deus non invenitur inter eos, ib. v. 44. n. 7

Comitentur filios, ne devient, ib. v. 51. nu. 6 & 7

A sacris rebus divertunt, ibid. v. 43. n. 11.

Patres spirituales nobis idonei sunt, & necessarii, Dom. 3. Epiph. v. 4. n. 6

Patresfamilias

Deo gratissimi fiunt, curando servos infirmos, Do. 3. Epip. v. 6. nu. 1. Et. v. 10. num. 10. ibid.

Parabola

De illa, ejúsque significato, Dom. 6. Epiphan. v. 34. num. 2

Cur Christus illâ sæpe usus fuerit? Dom. Sexag. v. 4. num. 3

Paradisus

Dicitur granarium, Dom. 5. Epip. v. 30. n. 12

Pasto

Christi quamdiu duraverit? Domin. infra octav. Nativ. v. 34. n. 25

Est gloria Christi, Do. Quinquag. v. 31. n. 2

Est navis, conducens ad portum salutis, Do. 4. Epip. v. 23. n. 2. & n. 7. ibid.

Pauperes

Personam Christi repræsentant. Dom. 3. Epiphan. v. 7. num. 2

Peccatores.

Qualiter fiant deteriores? Do. Sept. v. 15. n. 4

Peccatum.

Est spina, cor pungens, ibid. n. 12

Figuratum in lepra, Dom. 3. Epip. v. 1. n. 8.

Iterum crucifigit Christum, Dom. Quinq. v. 32. n. 1

Perseverantia.

Finalis bonorum operum est totum punctum salutis nostræ, Do. Sept. v. 8. n. 2
Qualificat omnia opera, ib. v. 11. n. 10
Necessaria in orando, Do. Quinq. v. 39 n. 5

Pœnitentia.

Quàm sit pretiosa, Dom. 1. Epip. v. 48. n. 13

Prædestinatio.

Designatur in bono opere, Dom. Sept. v. 16. num. 5
Unde proveniat? ibid. v. 6. n. 2
Secura redditur per bonam voluntatem, D. 3. Epip. v. 4. n. 2. & 3

Prædestinati.

Sunt pauci, at multi præsciti, Dom. Sept. v. 16. num. 5

Prædicator.

Per bona opera fructificat, Dom. Sexag. v. 5. n. 4
Debet intendere profectum auditorum ib. v. 12. n. 4.
Quando sit infructuosus? ibid. v. 5. n. 8

Prælati.

Subditis suis prædicare debent, Dom. 3. Epip. v. 9. n. 1.
Non sustineant cum fastu dignitatem suam Dom. 1. Epip. v. 44. n. 3
Negligentes qui sint? Dom. 5. Epip. v. 25. n. 1
Hi quàm damnosi sint ovili suo? Dom. 4. Epip. v. 24. n. 21
Perstringuntur, qui deliciis dediti sunt, ib.

Præsentia Dei

Quàm sit utilis? Dom. 3. Epip. v. 7. n. 4

Princeps.

Causas ad religionem spectantes, sine licentia punire non debet, Dom. 5. Epip. v. 28. num. 12
Quomodo subditos sibi devotos facere possit? Dom. 3. Epip. v. 9. num. 1

Prosperitas.

Minùs apta est saluti, quàm adversitates, Dom. 3. Epip. v. 6. n. 5

Providentia.

Dei utitur nonnunquam mediis contrariis Dom. 2. Epip. v. 2. n. 5
Dei per corporis infirmitates animæ vulnera sanat, Dom. 3. Epip. v. 3. n. 4
Prælatorum erga suos subditos, Dom. 5. Epip. v. 29. n. 5

Puritas.

Quantùm à Deo in virginibus honoretur? Dom. 1. Epip. v. 51. n. 9

R.

Raab.

Meretrix antea, postea religionis eximiæ fuit, Dom. 5. Epip. v. 29. n. 7

Regnum Dei

Est prædicatio Evangelii, Dom. 6. Epip. v. 31. num. 1

S.

Scriptura sacra.

Est regnum Dei, Dom. 6. Epip. v. 31. n. 1

Semen.

Quod Deus in cor humanum jacit, Dom. 5. Epip. v. 24. n. 1

Serpens.

Ejus ethymologia diabolo applicatur, Do. 5. Epip. v. 25. n. 3

Servi Dei.

Deo à juventute servire æternæ mercedis securos non efficit, Dom. Sept. v. 4. n. 1
Plùs aliis tentantur, Dom. 4. Epip. v. 25. n. 11
Infimi non sunt expellendi, Dom. 3. Epip. v. 6. num. 1

Sinapi.

Ejus conditiones, Dom. 6. Epip. v. 31. n. 2

Societas mala.

Multos periclitari facit, Dom. 5. Epiph. v. 25. num. 9
At societas bonorum magnum lucrum est, Dom. 4. Epip. v. 25. n. 12

Solitudo.

Apta est Deum conservare in corde, Dom. 1. Epip. v. 43. num. 11
Et ad procurandam salutem, ibid. v. 52. n. 4.

Spes.

Præmii æterni animat ad labores, Do. Sep. v. 12. n. 15

Spinæ.

Denotant peccata transfixiva animæ, Dom. Sexag. v. 15. n. 4

Sponsus.

Ecclesiæ quis sit? Dom. 2. Epiph. v. 1. n. 1

S. Stephanus.

Cur viderit Christum stantem? Dom. 4 Epip. v. 26. n. 6

Subditi

Subditi.

Admonere debent Prælatos, Dom. 1. Epi. v. 47. num. 3

Superiores.

Venerandi ſunt, Dom. 1. Epip. v. 51. n. 7

Aliquando eleguntur minùs perfecti, & quare? ibid. n. 7

Sint prudentes in tolerandis ſubditorum defectibus, Do. 5. Epip. v. 29. v. 5

T.

Tempeſtas.

In qua fluctuat Eccleſiæ navicula, quæ ſit? & à quibus fuerit excitata? Dom. 4. Epiphan. v. 24. num. 6

Tentatio.

Mors Chriſti meditatione vincitur, Dom. Quinquag. v. 31. n. 4

Diabolicæ qualiter in ſervo Dei augeantur Dom. 5. Epip. v. 26. n. 5

Plùs ſervos Dei, quàm alios infeſtat, Dom. 4. Epip. v. 25. n. 11

Tepiditas ſpiritus.

Signum periculorum animæ, Dom. 4. Epip. v. 24. n. 22

Teſtamentum novum.

Aptius eſt ad juſtificandum fideles, Dom. Sep. v. 12. n. 14

S. Thomas Aquinas.

Ejus ad ſororem ſcripta inſtructio, Dom. 3. Epip. v. 3. n. 8

Timor judicii.

Quàm utilis? Dom. 1. Adv. v. 25. n. 2

Tobias junior.

Quia bonus inter malos, ideo meritò glorioſior, Dei 1. Epip. v. 42. n. 8

Tribulatio.

Purificat virtutes, Dom. 4. Epip. v. 26. n. 4

Exſtimulat, ut ad Deum recurramus, ibid. v. 25. n. 7

Eſt lapis lydius virtutis, ibid. v. 26. n. 4

V.

Valles.

Deſignant humiles, Dom. 4. Adv. v. 5. n. 3

Vana gloria.

Exemplo Chriſti fugienda, Dom. 3. Epip. v. 4. num. 2

Vaſalli.

Quomodo reddantur obedientes & fideles Dom. 3. Epip. v. 9. n. 1

Venti.

Significant dæmones, Dom. 4. Epiph. v. 27. num. 3

Verbum Dei.

Omnipotens eſt, Dom. 3. Epip. v. 8. n. 9

Aſſimilatur pani propter varias analogias, Dom. Sexag. v. 12. n. 4

Contemnitur ab auditoribus, operante dæmone, ibid. v. 5. n. 15. &c.

Verbum Patris.

Quomodo ſe carni humanæ deſponsârit, Dom. 2. Epip. v. 2. n. 2

Veritas

Quomodo in mundo tractetur? Dom. 2. Adv. v. 8. n. 3

Veſtis

Superbia, quantum ſit peccatum? ibid. n. 6.

Via

Quæ ſit, per quam Chriſtus in mundum venit. Dom. 4. Adv. v. 4. n. 17. & 18

Quæ nos ad Chriſtum perducat, ibid. n. 23

Vidua

Quibus maximè vacare debeat? Dom. infra octav. Nativ. v. 37. n. 8

Juvenis ſubjecta eſt majoribus tentationibus, ibid. v. 36. n. 9

Vigilantia

Mater eſt virtutis, Dom. 5. Epip. v. 25. n. 2

Vindicavi.

Sibiipſis damnoſi ſunt, Dom. 4. Epiph. v. 24. num. 9

Vinea Evangelica.

Animam deſignat, Dom. Sept. v. 1. n. 8. & 9

Virginitas

A Chriſto diligitur, Dom. 1. Epiph. v. 51. num. 9

Vita ſpiritualis

Qui in ea non proficit, deficit. Dom. Sept. v. 3. n. 6

Frequens per plateas divagatio illi præjudicat, ibid. v. 6. n. 6

Ejus delectationes excedunt quaſcunque terrenas. Dom. 2. Epip. v. 10. n. 3

Vitium

Virtutis larvam præferens, animarum eſt exterminium, Dom. 5. Epip. v. 26. n. 5

Vocatio Dei

Fit variis modis, Dom. Sept. v. 8. n. 5

Volun-

Voluntas.

Propria eſt lepra animæ. Dom. 3. Epiph. v. 3. num. 7
Eſt clavis, quâ cor Deo aperitur, ibid.
Conformanda Deo, ibid. n. 8

Voluptates

Carnales, earúmque pœnæ, Dom. 2. Epip. v. 10. num. 1
Sunt ſpinæ, cor hominis pungentes, Dom. Sexageſ. v. 15. nu. 14.
Animarum majores incomparabiliter ſunt, quàm corporis, Dom. 2. Epip. v. 10. n. 3
Mundanæ in fine amaritudinem poſt ſe relinquunt, ibid. n. 1
Sunt animarum puncturæ, Dom. Sexag. v. 15. n. 11. & 12

Z.

Zizania.

Evangelici agri quæ ſint? Dom. 5. Epip. v. 25. n. 1. & 12

FINIS TOMI PRIMI.

ÆRARIUM EVANGELICUM:

HOC EST

EVANGELIORUM TOTIUS ANNI,

A Feria IV. Cinerum, usque ad Pascha Resurrectionis Domini nostri JESU Christi.

In Sensu Literali, Morali, & Anagogico

ELUCIDATIONIS

TOMUS SECUNDUS.

VARIORUM LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ DIFFICILLIMORUM expositione, tanquam auro: Sententiarum SS. Patrum ponderatis Authoritatibus velut gemmis pretiosis, aliisque variorum curiosissimorum ex ipsomet contextu Evangelico depromptorum Conceptuum moralium divitiis copiosissimè locupletatus;

PRIMO QUIDEM OPERA AC STUDIO
ADMODUM REVERENDI, ET DOCTISSIMI DOMINI

D. JOSEPHI MANSI,

CONGREGAT. ORATORII S. PHILIPPI NERII ROMÆ PRESBYTERI, UTRIUSQUE JURIS DOCTORIS BONONIENSIS PROFUNDISSIMI
Italicè conscriptus.

Demùm verò ex Idiomate Italico in Latinum ad usum Concionatorum traductus; & nunc pridem cum quadruplici Indice copiosissimo Typis publicis editus.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptib. WILHELMI METTERNICH, Bibliopolæ,
Sub Signo Gryphi. Anno M. DCC. XXVI.
Cum Permissu Superiorum.


W.
Opdyke

APPROBATIO CENSORIS DELEGATI.

EX commissione R^mi Patris Magistri S. Palatii Apostolici Raymundi Capisucchi Ego infrascriptus attentè perlustravi opus, cui Titulus: Ærarii Evangelici in omnes Dominicas & Ferias Quadragesimales Tomus secundus, ingenti studio Admodum Reverendi Patris Iosephi Mansii Congregationis Oratorii elaboratus; De quo sanè mirandum est, quòd in paucos Libros integram fermè Sanctorum Patrum, ac probatissimorum Authorum Bibliothecam feliciter congesserit. Quare Concionatorum commoditati. cunctorumque studiosorum utilitati maximoperè consuletur, si hoc opus publicæ luci donetur, cùm nihil contineat sanæ, orthodoxæque doctrinæ non consonum, imò cunctis æternæ salutis iter ostendat. Sic censeo Romæ in Conventu S. Mariæ super Minervam, die 21. Aprilis. 1661.

Ego F. Paulinus Bernardinus, S. Theol. Magister, Ord. Prædicatorum.

IMprimatur, si videbitur Reverendissimo Patri sacri Palatii Apostolici Magistro.

O. Archiepisc. Patrac. vicesgerens

IMprimatur.

F. Raymundus Capisucchus, Magister sacri Palatii Apostolici, Ord. Prædicatorum.

INDEX EVANGELIORUM

hujus ſecundi Tomi.

Fer. IV. Cinerum. *Cùm jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ eriſtes.* Matth. 6.
Fer. V. Legatur Evangelium Dom. III. poſt Epiphaniam.
Fer. VI. Cinerum. *Audiſtis quia dictum eſt: Diliges proximum tuum.* Matth. 5. & 6.
DOM. I. Quadr. *Ieſus ductus eſt in deſertum.* Matth. 4.
Fer. II. *Cùm venerit filius hominis in majeſtate ſua.* Matth. 25.
Fer. III. *Cùm intraſſet in Hieroſolymam, commota eſt univerſa civitas.* Matth. 21.
Fer. IV. *Reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes Magiſter, &c.* Matt. 12.
Fer. V. *Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.* Matth. 15.
Fer. VI. *Erat dies feſtus Iudæorum, &c. Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina.* Joan. 5
DOM. II. Quadr. *Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum, & Ioannem, &c.* Matth. 17.
Fer. II. *Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Joan. 8.
Fer. III. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi.* Matth. 23.
Fer. IV. *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur.* Matth. 20.
Fer. V. *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, &c.* Luc. 16.
Fer. VI. *Homo erat Pater familias, qui plantavit vineam.* Matth. 21.
DOM. III. Quadr. *Erat Ieſus ejiciens dæmonium.* Luc. 11.
Fer. II. *Utique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice cura teipſum.* Luc. 4.
Fer. III. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum.* Matth. 18.
Fer. IV. *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum?* Matth. 15.
Fer. V. *Surgens Ieſus, &c. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Matth. 15.
Fer. VI. *Venit in civitatem Samariæ, &c. Ieſus ergo fatigatus ex itinere.* Joan. 4.
DOM. IV. Quadr. *Abiit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis.* Joan. 6.
Fer. II. *Propè erat Paſcha, &c. Et invenit in templo vendentes boves.* Joan. 2.
Fer. III. *Iam die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum, & docebat.* Joan. 7.
Fer. IV. *Et prætereins Ieſus, vidit hominem cæcum à nativitate.* Joan. 9.
Fer. V. Videatur Evangelium Dominicæ XV. poſt Pentecoſten.
Fer. VI. *Erat quidem languens Lazarus à Bethania* Joan. 11.
DOM. Paſſionis. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8.
Fer. II. *Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros.* Joan. 7.
Fer. III. *Ambulabat Ieſus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam, &c.* Joan. 7.
Fer. IV. *Facta ſunt encænia Ieroſolymis, &c.* Joan. 10.
Fer. V. Vide in Promptuarii ſacri Tomo 3. ubi per tredecim diſcurſus de S. Maria Magdalena, & hodierno Evangelio fusè tractatur.
Fer. VI. *Collegerunt ergo Pontifices & Phariſæi concilium.* Joan. 12.
DOM. Palmarum. *Cùm appropinquaſſet Ieroſolymis, & veniſſet in Bethphage.* Matth. 21.
De Paſſione Domini fusè tractabitur in uno ex ſexdecim Tomis materiarum moralium.
De Reſurrectione Domini videatur Promptuarii ſacri Tomus primus, ubi viginti habentur diſcurſus Paſchatis feſto proprii & accommodati.

FERIA

FERIA QUARTA CINERUM.

EVANGELIUM.

Ex Matth. cap. 6.

Verſ. 16. *Cum jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes: Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam.* 17. *Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.* 18. *Ne videaris hominibus jejunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito; & Pater tuus, qui eſt in abſcondito, reddet tibi.* 19. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fores effodiunt, & furantur.* 20. *Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur.* 21. *Ubi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.*

Verſus 16.

Cum jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes; exterminant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes: Amen dico vobis, reciperunt mercedem ſuam.

Cum jejunatis.

1. NOn ſine cauſa, hoc primo die quadrageſimæ, præſens nobis Evangelium proponitur, ſiquidem cum fideles hactenus crapulis ad gulam uſque immerſi, omnibuſque aliis vitiis contaminati fuerint, meritò hodie ad jejunium & pœnitentiam invitantur. Chryſologus de jejunio quadrageſimali tractans ita ſcribit: *Cum mundus, intrageneris humani primordia perdeſtenda, nefando vitiorum ſqualore ſordeſceret, & totus criminum fæteret horrore, ac pene ipſo iniquitatis ſuæ fumo fuſcare cœli tantam contenderet claritatem, quadraginta diebus ac noctibus expiaturus terram, cœleſtis imber effunditur.* Porro inficiari nemo poterit humanam malitiam hactenus ad ſummum uſque gradum pertigiſſe, ſiquidem Bacchanaliorum tempore verificari videtur, quod in Geneſi dicitur: *Omnis caro corrupit viam ſuam; cuncta cogitatio intenta erat ad malum, repleta eſt terra iniquitate;* merito igitur ad haſce pœnitentiæ & jejunii quadrageſimalis aquas invitamur, ut purificari valeamus: *Attendite fratres,* inquit idem Chryſologus, *quantus ſit quadragenarius numerus iſte, qui & tunc cœlum terris apperuit abluendis, & nunc fonti baptiſmatis orbem totum pandit gentibus innovandis.* Ad hanc purificationem, Eccleſia in oratione proximæ Dominicæ alludere velle videtur, dum ait: *Deus qui Eccleſiam tuam annua quadrageſimali obſervatione purificas.*

Chryſol. ſerm. 166. *Gen. 7. 12.* *Gen. 6. v. 12. & v. 5* *Chryſol.*

2. Dionyſius Carthuſianus jejunium ad quatuor præcipuè, magnam conferre utilitatem dicit, ſcilicet *Ad concupiſcentiæ refrænationem; ad contemplationis puritatem; ad culpæ emendationem; ad virtutum & gratiæ adeptionem.* Quantum ad primum fructum, Albertus Magnus ſuper prima hujus Evangelii verba, ita ſcribit: *Intentio Dei & Eccleſiæ eſt, ut jejunio dometur peſtis libidinis, & ideo præcipit abſtineri à facientibus libidinem,* id eſt, à carnibus, & omni eo quod ab illis derivatur.

Dion. Cart. in Matt. ibid. *Alb. M. in Matt.*

3. Carnevale, verbum Italicum (quod latinè Carniſprivium ſeù Bacchanalia dicitur) aliqui dicunt idem ſignificare quo caro prævalet; & ideo ad illam domandam, potentius jejunio remedium adhiberi non poſſe, quis eſt, qui non videat? Unde ſanctus Cyprianus ait: *Jejuniis fugitivæ abeunt voluptates, jejunium omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ ſpoliat & exarmat.* *S. Cypri. de jejun. & tent. Chriſti.*

4. Servit quoque ad contemplationis puritatem, quia tempus hoc quadrageſimale, ad feriam quandam divinorum myſteriorum meditationem præcipuè ordinatur. *Accedentes ad quadrageſimæ initium*, inquit ſanctus Leo, *ideſt, ad diligentiorem Domini ſervitutem.* Similiter in Reſponſorio ſexto Dominicæ proximæ dicitur: *Paradiſi portas aperuit nobis jejunium, ſuſcipiamus illud, orantes & deprecantes:* At verò certum eſt, quòd homo à jejunio magnum, ad orationem rectè inſtituendam, ſubſidium accipiat, ideo Eccleſia dicit: *Corporali jejunio mentem elevas.* Et Chryſoſtomus ait: *Jejunium leves animæ pennas producit, ut in ſublimè feratur, & ſumma contemplari queat.* *S. Leo. ſerm. 1. de Quadrag.* *Chryſoſtom. in præfat. hom. 1. in Gen.*

5. Valet etiam: *ad culpæ emendationem*, hæc enim tertius eſt jejunii effectus, juxta Carthuſianum; in cujus probationem notandum eſt, quòd hoc eodem die, quo jejunium inchoatur, Eccleſia cantet: *Emendemus in melius, quæ ignoranter peccavimus.* Et quidem non ſolùm eſt frænum, quo à peccatis in futurum committendis retrahimur, verùm etiam ad pœnitentiam & remiſſionem eorum peccatorum cooperatur, quæ de facto à nobis commiſſa fuerunt. Et ideo ſanctus Bernardinus Senenſis dicit: *Cum ſit corporis afflictivum, concupiſcentiam debilitat, futuris peccatis reſiſtit.* Sanctus Bernardus autem ait: *Non ſolum delet peccata præterita quæ commiſimus, ſed repellit futura, quæ committere poteramus.* Sanctus Leo denique: *Magna divinæ inſtitutionis*, inquit, *ſalubritate proviſum eſt, ut ad reparandum mentium puritatem, quadragintà nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & jejunia caſta decoquerent.* *S. Bern. Sen. Ser. in die Cin. ſrue. 3.* *S. Bern. ſerm. 4. de Quadrag.* *S. Leo. ſerm. 4. de Quadrag.*

6. Denique quartus effectus eſt, quòd ad virtutum & gratiæ adeptionem quoque ſerviat. Unde in præfatione quadrageſimali Eccleſia dicit: *Corporali jejunio virtutem largiris*; at verò ſanctus Hieronymus ad Celantinam ſcribens, adjungit: *Omnibus omnino virtutibus abſtinentia opitulatur*; ac proinde ſanctus Petrus Chryſologus ait: *Jejunium lucet innocentiâ, radiat caſtitate, ſanctitatis toto magnificatur ornatu.* *S. Hier. Epiſt. 2.* *Chryſol. ſerm. 42*

7. Veruntamen præter jam adducta motiva aliud quoque adducere poſſumus, nimirum quòd quia tempore præcedenti regnarunt vitia, & ſpecialiter gula & ebrietas apud homines invaluerunt, meritò ab hodierno die jejunium inſtituitur, ut eradicentur illa, hujus verò damna & exceſſus reſtaurentur. Sanctus Petrus Chryſologus animam quandam Chriſtianam hiſce verbis invitat: *Sumat cum Chriſto arma jejunii, proſternat caſtra vitiorum.* Et ſanctus Cyprianus dicit: *Jejuniis vitiorum ſentina ſiccatur.* Apoſtolus, noctis & tenebrarum nomen peccato, operibus verò bonis lucis nomen attribuit, & ideò præſenti & proximè elapſo tempori verba ejus adaptare poſſumus, dicendo: *Nox præceſſit, dies autem appropinquavit: abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus;* hiſce namque verbis Apoſtolus nos exhortari videtur, ut Bacchanalia & turpitudines præteritas deteſtemur, nobiſque modum præſcribit id faciendi nimirum per uſum abſtinentiæ: *Non in commeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis:* hæcque una eſt illarum cauſarum, ob quas ſanctus Bernardinus jejunium inſtitutum fuiſſe dicit: *Pro libidine perpetrati peccati, ſubtractionem delectationi juſtiſſimè recompenſat.* *S. Petrus Chryſol.* *S. Cypr.* *Rom. 13. 12.* *Rom. 13. 13.* *S. Bern. Sen. ſerm. in die Cin. fruct. 21.*

8. Sanctus Leo quoque ſerm. 1. de hoc tempore, opus nobis eſſe dicit, ut nos armis fortiſſimis adverſus inimicum infernalem communiamus, abſtinentiâ nimirum & ſobrietate: *Quia quaſi ad quendam agonem ſancti operis intreimus; ad pugnas tentationum animos præparemus.* Et hinc eſt, quòd Eccleſia à Spiritu ſancto directa, poſt Cinerum diſtributionem hac oration: uti ſoleat: *Concede nobis Domine, præſidia militiæ* *S. Leo ſerm. 1. de Quadrag.*

litiæ Chriſtianæ, ſanctis inchoare jejuniis, ut contra ſpirituales nequitias pugnaturi, continentiæ muniamur auxiliis. Certum eſt, quòd infernus hoc tempore magis, quàm unquam alias contra nos ſæviat atque ferociat, ob metum, partam ſemel prædam amittendi, præterquam quod neceſſium ſit (ut idem ſanctus Pontifex advertit) *Intelligamus quantò ſtudioſiores pro noſtra ſalute fuerimus, tantò nos vehementius ab adverſariis impetendos.* Sanctus Ambroſius jejunium caſtra militaria appellat. *Caſtra nobis ſunt*, inquit, *noſtra jejunia, quæ nos à diabolica impugnatione defendunt.* Tertullianus autem illud ſcutum appellat, quo immiſſa in nos tela retundantur & arceantur: *Jejunium ſcutum noſtrum eſt, ad retorquenda jacula diaboli.*

S. Leo ſerm. 1. de Quadrag. *S. Ambr. ſerm. 25.* *Tertull. lib. con. Pſych. 6.6.*

9. S. Bernardinus ſe ad aliud quoddam motivum reflectit, nimirum ad zelum quo ſancta mater Eccleſia ſe etiam pro corporali ſalute noſtra conſervanda & promovenda ſollicitam matrem eſſe oſtendit, hæc enim crapulas Bacchanaliorum continuando, in manifeſto erat perditionis periculo; unde optimè Eccleſiaſticus monet: *Noli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam; in multis enim eſcis erit infirmitas, & per crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam.* Huic quoque tempori valde adaptantur nonnulli à S. Athanaſio recenſiti jejunii effectus; ita enim S. hic Doctor de jejunio loquitur: *Diſtillationes exſiccat, dæmones fugat, malas cogitationes expellit, & mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & corpus ſalubrius.*

Eccl. 37. v. 32. 33. & 34. *S. Athan lib. de virgin.*

Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, &c.

10. Porrò ne bonorum operum, quibus accumulandis hoc tempore ſpecialiter incumbere debemus, fortaſſis amittamus meritum, hiſce verbis, hypocriſim & vanam gloriam ſtudioſè fugere monemur; S. Thomas ait: *Sciebat Dominus gloriam vanam ex omni bono procedere, ideo ſpinam vanæ gloriæ, quæ naſcitur in terra bona, jubet præcidere, ne ſuffocet jejunii fructum.* Et S. Auguſtinus ait: Advertendum eſt non in ſolo rerum corporearum nitore atque pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſſe jactantiam, & eò periculoſiorem, quò ſub nomine ſervitutis Dei decipit.

S. Thom. in Cat. Matt. *S. Aug. l. de ſer. Domini in monte c. 19.*

11. Idem Doctor Angelicus in eadem catena, per S. Gregorii calamum, Hypocritam quendam hoc modo deſcribit: *Ora palleſcunt, corpus debilitate quatitur, pectus interrumpentibus ſuſpiriis urgetur;* quiſnam verò hujuſce auſteritatis finis ſit, hiſce verbis exponit, dum ait: *Nihilque tanto labore aliud niſi æſtimatio humana cogitatur.* Et Lucas Burgenſis ait: *Agunt enim id, quod temperantium eſt, próque hujuſmodi ſe vendicant, & haberi hujuſmodi gaudent, cùm non temperantiæ, ſed inani gloriæ operam dent.*

S. Greg. l. 8. mor. cap. 30. *Luc. Burg. in Matt.*

12. Sanctus Thomas ly *Nolite fieri*, conſiderans, dicit: *Prohibet non ſolùm facere, ſed velle, quia in voluntate radix dicendi & demerendi eſt; dicit fieri triſtes, & non eſſe, quia iſta triſtitia & ſimulatio, ſolùm in apparentia:* quia hypocrita apparentiam ſolum affectat.

S. Thom. in Matt.

Exterminant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes.

13. Cornelius Janſenius quale hoc faciei exterminium ſit, his verbis declarat: *Nativum faciei colorem ſtudioſè immutant, affectato ſcilicet pallore, & vultûs triſtis ſeveritate.* Et ideò Gloſſa nos monet, ut tantò amplius nobis caveamus, quia *Magis ſub ſpecie religionis decipiunt*, citatque S. Bernardum, hanc quæſtionem inſtituentem: *Quis magis impius, an profitens impietatem? an mentiens ſanctitatem? nonne is, qui etiam mendacium addit geminat impietatem?*

Cornel. Janſen. concord Evang. c. 41. *Gloſſ. ib.* *S. Bern. ib.*

14. Chryſoſtomus ex Chriſti verbis prædictis hanc deducit conſequentiam, quæ illos, qui ex vanæ gloriæ motivo impalleſcũt, condemnat, nimirum: *Quidnam dicendum eſt de fucis corrumpentibus facies fœminarum in perditionem juvenum laſcivorum? Nam hi quidem, qui oſtentant pallorem jejunii, ſemet-*

Chryſ. hom 20. in Matt.

ſemetipſos tantummodo; hæ verò & ſemetipſas & eos, à quibus videntur interimunt.

15. Verum enimverò primâ facie videri cuipiam poſſet, contradictionem quandam inter id, quod Eccleſia in hoc ſacro cinerum ritu præſcribit, reperiri; dicit enim Eccleſia: *Immutemur habitu in cinere & cilicio; jejunemus & ploremus*; quòd, quomodo cum eo, quod paulò poſt in Evangelio ſequitur, ſcilicet: *Unge caput tuum & faciem tuam lava*, concordet, non ſatis liquet. Veruntamen pro meliori hujus intelligentia, neceſſario ponderandum eſt, ly illud *: Ut appareant*, non enim vetatur, imò præcipitur hæc mortificatio & humiliatio externa; ſed tantum condemnatur intentio ſeu voluntas apparendi foris, propter oſtentationem & vanam gloriam. Unde Author operis Imperfecti ait: *Ergo dicens: Nolite fieri triſtes; hoc dicit: Nolite propter homines jejunare.* Sanctus Thomas ſuper illa verba: *Ut appareant hominibus*, ſubjungit: *qui vident ſolum exteriora*, adducit authoritatem S. Iſidori, qui ſcribit: *Qui cibis abſtinent, & mala agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adeſt, & cibus adeſt*; Idem verò S. Thomas paulò poſt ſubjungit: *Non perhibet ſimpliciter videri, ſed velle videri, quaſi dicat: Ne velis favorem vel laudem pro jejunio ab hominbus captare.*

Auth. Imp. ho. 15.

S. Thom. in Cat.

16. Enimverò Author Imperfecti, quandam horum verborum interpretationem habet, ex qua colligitur, ſapientiam incarnatam in hiſce verbis manere ſeu culpare velle illos, qui in ſtatu peccati jejunant: *Hypocrita*, inquit, *eſt omnis, qui peccans jejunat.* Idem Author paulò ante dixerat: *Ille jejunat, qui non peccat; qui autem peccat, & jejunat, non ad gloriam Dei jejunat.* Porrò cum ſingulari myſterio abſtinentia quadrageſimalis hoc præcisè tempore proponitur, quo fideles, potiori ex parte ad gulam uſque peccatis immerſi exiſtunt, ut eadem abſtinentia mediante, pœnitentiam agant, & confiteantur ad hoc ut abſtinentia illis utilis eſſe queat.

Auth. Imp ho. 15.

Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam.

17. Sanctus Hieronymus ait: *Non Dei mercedem, ſed ſuam; laudati enim ſunt ab hominibus, quorum cauſa exercuere virtutes.* Conſidera verò hic, quanta ſit differentia, inter mercedem, quam recepturi fuiſſent à Deo, ſi ob ejus honorem id feciſſent; ſic enim pro mercede æternam recepiſſent gloriam; & inter mercedem ac remunerationem, quam recipiunt ab hominibus, à quibus nonniſi applauſus & vanam gloriolam reportant.

S. Hier. in Matt. in princ. c. 6.

Verſus 17.

Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.

Tu autem cùm jejunas, unge caput tuum.

1. Sanctus Hieronymus dicit uſum fuiſſe in provincia Paleſtinæ, ut feſtivis diebus caput ſuum ungerent & profumarent: *Præcepit igitur, ut, quando jejunamus, lætos & feſtivos nos eſſe monſtremus*; quod idem etiam ſanctus Thomas his verbis tradit: *Caput unge, id eſt, hilarem & feſtivum te exhibe*, non ſolùm propter illud Apoſtoli motivum, dicentis: *Non ex triſtia, aut ex neceſſitate, hilarem enim datorem diligit Deus*; verum etiam ad denotandam lætitiam, quam quilibet Dei honorem zelans, Chriſtianus habere debet ex eo, quod regnum peccati & dæmonis, quod præterlapſis diebus cum irreparabili bonorum morum & cultus Divini damno triumpharet, deſtructum & devaſtatum eſſe videat; præterquam quod etiam juſtum ſit, ut *Exhilaret faciem ejus in oleo*, id eſt, ut gaudeat, propter unctionem ſpiritualem gratiæ (ſiquidem Spiritus ſanctus, *Spiritalis unctio* appellatur) dum ſcilicet reipſa experitur, quam ſit major lætitia & jubilus, quem animæ alicui communicat ſerenitas bonæ conſcientiæ, quàm omnes aliæ mundi jucunditates, quæ ſubitò tranſeunt, & de quibus ſcribitur: *Extrema gaudii luctus occu-*

S. Hier. ibid.

S. Th. ib.

2. Cor. 9. 7.

Pſ. 103. 15.

occupat, ſiquidem communiter in planctu & ploratu deſinunt: *In fletu & planctu ſcindite corda veſtra.* Apoſtolus ad Romanos, adeò propriis verbis, hac de re ſcribit, ut in deteſtationem Bacchanaliorum noſtrorũ expreſsè loqui voluiſſe videatur; oſtendit enim, in quonam vera lætitia, verumque gaudium conſiſtat; nimirum in virtuosè operando: *Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed juſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Prompta igitur devotione, & alacri fide* (ita nos ſanctus Leo in ſerm. 2. de Quadrageſima exhortatur) *ſuſcipiamus ſolemne jejunium, non in ſterili inedia,* quibus obiter nobis inſinuat, qualem famem & ſitim habere debeamus, quæ majoris apud Deum ſit meriti, quàm corporalis. Simus de illis, de quibus veritas dicit: *Beati, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*

Prov. 14. 13. Ioël. 2. v. 12. & 13.

Rom. 14. 17.

S. Leo.

Matt. 5. 6.

2. Chryſoſtomus à ſancto Thoma in Catena citatus, per caput noſtrum, Chriſtum interpretatur; per unctionem verò, opera miſericordiæ, *Caput tuum, Chriſtus eſt; ſitientem pota, eſurientem ciba, & ſic oleo miſericordiæ unxiſti caput tuum, id eſt, Chriſtum.* Porrò ad ſubveniendum pauperibus, iisque benefaciendum hoc tempore, quo jejunamus, ſpecialiter invitamur, unde S. Leo ait: *Jejunium noſtrum miſericordiis pauperum ſuppleamus, impendentes virtuti, quod ſubtrahimus voluptati; fiat refectio pauperis, abſtinentia jejunantis.*

Chryſ. in Matt.

S. Leo ſer. 2. de jejunio decimi menſis.

3. Chryſologus abſtinentiam ad infirmitates noſtras curandas, unicum dicit eſſe remedium; at verò inſuper à nobis exigit, ut abſtinentiæ opera, miſericordiæ conjuncta inveniantur: *Abſtinentia eſt homini prima medicina, ſed ad plenam curam miſericordiæ requirit expenſas.* Et paulò infrà, poſtquam de hac unione diffusè tractaſſet, hanc tandem ſtatuit maximam. *Quod anima eſt corpori, hoc miſericordiam conſtat eſſe jejunio, quando jejunium ex miſericordia vivit, tunc vivificat jejunantem.*

Chryſol. ſer. 41.

4. Paulus de Palatio, ad oleum ſpirituale jubilii interioris alludens, motiva oſtendit, ob quæ anima fidelis, hoc tempore, quo jejunatur, conſolationem ſpecialem concipere debeat: *Diem feſtum te agere exiſtima; feſtus ſanè, cùm ſpiritus carnem tuam vincit, refertque de ſuo hoſte triumphum; feſtus eſt, cùm arma dæmonis jejunio extenuat & hebetat, ſpemque ei aufert de habenda victoria.*

Paul. de Pal. in Matth.

5. Sanctus Thomas ait: *Unge caput tuum, id eſt, mentem, oleo nitoris conſcientiæ:* redditque rationem, quia aliàs dæmon facilè te capere poteſt, nimirum per cogitationum & deſideriorum capillos, niſi bene ſit mundata conſcientia. *Ne diabolus per capillos, id eſt, cogitationes teneat,* ac proinde operæ pretium erit, confeſtim peccatum deteſtari, & bonâ ac ſyncerâ confeſſione mediante, purificare animam; & hæc eſt, quæ hoc oleo ungitur, de quo, ſuper hunc locum gloſſans ſanctus Hilarius, ait: *Oleum fructum miſericordiæ eſſe, cœleſtis propheticus ſermo eſt;* de quo etiam oleo gratiæ, Hugo Cardinalis hunc locum interpretatus fuit: At verò, cur Chriſtus etiam vultum à nobis lavari voluit, dicens:

S. Thom. in Matt.

S. Hilar. in Matt.

Hugo Card. ibid.

Faciem tuam lava.

6. Verba iſta, prouti Janſenius declarat, non literaliter, ſed metaphoricè intelligenda ſunt; quia illis indicare vult, diſſimulandum eſſe jejunium, id quod, ni fallor, ab Auctore Imperfecti didicit, qui ita ſcribit: *Simplex interpretatio hujus loci hæc eſt, tanquam ſi dicat: Sic longè te facere debes ab oſtentatione jejunii tui, ut ſi poteſt fieri (quod non decet) etiam ea faciæ, quæ ex diverſo, luxuriæ & epulationis videntur eſſe indicia;* ſpirituales tamen hujus loci ſenſus ſunt hi ſequentes.

Janſen. c. 41.

Auth. Imperf. hom. 15. in Mat.

7. Gloſſa dicit: *Non ſufficit opus miſericordiæ ſine munda conſcientia:* Etenim per lotam faciem noſtram mundat conſcientia intelligitur. Author Imperfecti ait: *Quia facies animæ, conſcientia intelligitur; projice ergo abs te avaritiæ ſordes, perjurii ſtercora, malitiæque putredinem, & lavaſti faciem, id eſt, conſcientiam tuam aquâ propheticâ, de qua dicit Iſaias: Lavamini, & mundi eſtote, auferte nequitiam ab animabus veſtris.* Enimverò in toto anni circulo, nulli ſunt dies, in quibus Chriſtiani hominis facies

Gloſſ. ib.

Auth. Imperf. loc. cit.

Iſa. 1. 16.

fœdior ſit, aut turpior atque ſordidior, quàm in hisce Bacchanalium diebus, in quibus de
Thren. 4. 8. ipſis dici poteſt: *Erraverunt cæci in plateis, polluti ſunt, denigrata eſt ſuper carbones facies eorum.* Sed ecce tibi facilem faciei lavandæ
Iob. 11. 14. methodum. *Si iniquitatem, quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te; & non manſerit in tabernaculo tuo injuſtitia,* tunc lavare poteris faciem tuam abſque macula. Sub Ninivitarum Rege Sardanapalo, univerſa Ninive feſtivis gaudiis, choreis, jocis, epulis, cunctisque aliis ſenſualitatibus dedita, imò immerſa erat, cùm ecce Jonas à Deo in eandem miſſus, totalem ejus ſubverſionem eidem apertis verbis prædixit; at verò poſt præſcriptum à Rege, & ab omnibus exactiſſimè obſervatum jejunium, & pœnitentiam illam adeò auſteram inchoatam, Deus eidem urbi
Ionæ 3. 10. placatus fuit: *Et vidit Deus opera eorum, quia converſi ſunt de via ſua mala; & miſertus eſt Deus.* Pari quoque modo Deus, præteritis hisce diebus, totum Chriſtianiſmum, velut alteram quandam Niniven, vidit crapulis, ludis, larvis, tripudiis, aliisque vanitatibus deditam, quibus divinæ juſtitiæ adverſum ſe provocabat ſupplicia; at verò poſtquam per miſſos ad illos, non unum, ſed plures Prophetas, id eſt, prædicatores illis intimatum eſt & ſuſceptum jejunium, poſt illam cinerum conſperſionem, aliasque exteriores pœnitentias, Deus illis placari cœpit; ſed attende, quo modo id fieri
Ibid. poſſit: *quia converſi ſunt de via ſua mala, miſertus eſt Dominus*; non quia induerunt ſe cilicus, non quia capita ſua conſperſerunt cinere; non propter jejunium, nec ob alias ſimiles auſteritates, ſed quia à peccatis ſuis deſtiterunt, quia conſcientias noſtras per bonam & ſynceram confeſſionem emundamus, quia cunctis iniquitatibus præcedentibus filum detruncavimus: Et hoc eſt, quod notat Chry-
Chryſ. hom. 3. ad pop. ſoſtomus, dum ait: *Vidit Deus opera eorum. Qualia opera? Quod jejunaverunt? Quod ſaccum induerunt? Nihil horum; ſed hæc omnia tacens intulit, quoniam converſus eſt quisque à viis ſuis malis.* Legatur obſecro
1. Reg. 7. 3. illa à Samuële ad populum habita exhortatio, in qua Propheta ita loquitur: *Si in toto corde veſtro revertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio veſtri, & præparate corda veſtra Domino, & ſervite ei ſoli.* Quæ omnia cum executioni mandaſſent, demum aquam effuderunt: *Hauſerunt aquam, & effuderunt in conſpectu Domini, & jejunaverunt, atque dixerunt: Peccavimus Domino.* Tertullianus de jejunio ſcribens, ait: *Deliquerat Iſraël, ſed in aquatione congregatus, ita ſtatim jejunio delictum diluit, ut periculum prælii ſimul effugerit*: evaſit Dei ſupplicium, & remiſſionem peccatorum pariter obtinuit. Videmus per quotidianam experientiam, quòd ad ablaendas linteorum ſordes, lixivium adhiberi ſoleat, quod eſt liquor quidam, qui per cinerem, aquam & ignem confi-
Tertull. li. ad. verſ. Pſybb. c. 7.
citur. *In meditatione mea exardeſcet ignis.* dicebat Pſalmiſta, ecce ignem. *In fletu & planctu ploremus.* Ecce aquam: Cineres quoque, qui mortis memoriam ſignificant, non deſunt: *Memento homo, quia cinis es*; uniantur igitur hæc omnia ſimul, omnesque animæ noſtræ maculas infalli-
Pſ. 38. v. 4.
biliter abluemus. Author Imperfecti per
Auth. Imperf. hom. 15.
hanc faciem, cor intelligit, idque probat ex ſequentibus verbis Davidis: *Tibi dixit cor meum, exquiſivit te facies mea*, non enim facies carnea Deum quærit, ſed conſcientia. Sanctus Antonius de Padua, per
S. Anton Pad. ſer. in fer. Cin.
hanc ablutionem, bonam & ſynceram confeſſionem interpretatur: *Aqua confeſſionis pura, quæ non ſolùm habet conſcientiam expiare, verùm etiam & illuminare intellectum.*

8. Advertendum ſimiliter eſt, quòd ſancta mater Eccleſia jejunium, & hanc myſticam ablutionem, ſimul conjungat, ſi-
S. Leo in Cat.
quidem ut ſanctus Leo ſcribit: *Impleri debet jejunium non ciborum tantummodo parcitate, ſed maximè privatione vitiorum*; & hoc quidem eſt aſſentiale quoddam punctum, fidelium mentibus neceſſariò imprimendum; Et forte cauſa eſt, ob quam, in hac Qua-
Iſa. 54. 1.
drageſima, verba illa Iſaiæ: *Annuntia populo meo ſcelera eorum*, tam frequenter repetantur, quaſi quibus anticipatè reſpondere vellet, populi illius lamentis, quibus
Iſa. 54. 3.
paulò poſt dicebat: *Quare jejunavimus & non aſpexiſti? Humiliavimus animas noſtras & neſciſti?* Porrò Deus longum contexit iniquitatum illius catalogum, & tandem

dem concludit: *Nonne hoc eſt magis jejunium, quod elegi? Diſſolve colligationes impietatis, &c.* S. Hieronymus, Celantiæ præclarum hoc monitum transſcripſit: *Tunc præclarè eſt abſtinentia corporis, cùm animus jejunat à vitiis.* Et hic eſt ſenſus verborum hymni illius: *Sic corpus extra conteri, dona per abſtinentiam, jejunet ut mens ſobria, à labe prorſus criminum.* Chryſoſtomus ſimilitudinem quandam, propoſito noſtro aptiſſimam, adducit, dicens: *Qui propter peccatum jejunat, & in peccato volutatur, quid amplius facit, quàm ſi in luto locus ſit, iterumque in luto volutetur?*

Ibid. v. 16. *S. Hier. ad Celant.* *Chryſ. ſer. 1. de jejun.*

Verſus 18.

Ne videaris hominibus jejunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito; & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Ne videaris hominibus jejunans, &c.

1. Inſiſtit de novo nobis inculcare, ne jejunemus ad acquirendam nobis apud homines, nominis noſtri exiſtimationem, ſed tantùm ad hoc, ut Deo Patri noſtro placeamus. *Et ſi contigerit*, inquit Lucas Burgenſis, *ab hominibus intelligi, modò id ambitum non fuerit gloriæ ergo, nihil peccatum eſt:* Nequaquam vult, ut à nobis in operibus noſtris oculi requirantur humani. *Vani ſunt omnes homines*; inquit Albertus Magnus, idemque Apoſtoli exemplo confirmat, dicentis: *Mihi pro minimo eſt, ut à vobis judicer, aut ab humano die:* Et ſanctus Paſchaſius clariùs inquit: *Hominibus ille jejunat, qui favore eorum captus, vanam gloriam quærit.*

Lucas Burg. ibid. *Alb. M. ibid.* *1. Cor. 4. 3.* *S. Paſch lib. 4. in Matt.*

Sed Patri tuo, qui eſt in abſcondito; & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

2. Idem ſanctus Paſchaſius optimè delcarat, quinam ſunt illi, qui in oculis Dei, qui eſt in abſcondito, jejunant: *Ille verò*, inquit, *Deo Patri jejunat, qui propter ejus amorem, ſeſe macerat* (hypocrita enim ob amorem & motivum humanum maceratur) ſed & inſuper ſubjungit: *Et quod ſibi ſubtrahit, alteri largitur*, id eſt, de eo, quod ex jejunio, de ſuo reponit, eleëmoſinam pauperibus impertitur.

S. Paſch ibid.

3. Porrò Deo, Patris titulum attribuit, quia in jejunio, & in cunctis aliis pœnitentiæ operibus nos pro filiis ſuis agnoſcit, atq; ad præmiandum nos, paterno nos oculo reſpicit; tametſi enim nos illum minimè videamus, ſiquidem de ipſo in veritate dicitur: *Verè tu es Deus abſconditus*, ipſe tamen nos perſpicuè videt: *Qui videt te*; Porrò bis repetitly, *in abſcondito*, quia ut ait Albertus Magnus, *Placet ei cordis ſecretum in intentione, quâ ſibi placere deſideramus.*

Iſa. 45. 16. *Alb. M. ibid.*

4. Idem Author hisce verbis, *in abſcondito*, aliam quandam gloſſam adhibet, dum ait, *hoc eſt, in conſcientia*; ſiquidem *ſcrutatur renes & corda*; Et ideò S. Paſchſius ſuper eadem verba ſcribens, ita nos monet: *Neceſſè eſt, ut jejunans ſic vivat, ut ei placeat, quem in pectore portat.*

Rom. 8. 27. *S. Paſch*

5. Porrò in brevibus hisce, valde autem conſiderabilibus verbis, incarnata illa ſapientia, ut Albertus M. ait, tria intulit, nimirum: *Affectum Patris, beneplacitum videntis & approbantis, & juſtitiæ æquitatem retribuentis*; ſiquidem nominatur Pater, de eoque dicitur, quòd jejunia noſtra cum complacentia videat, ac denique quòd ea remunerabit.

Alb. M.

6. Dionyſius Carthuſianus particularem quandam Dei aſſiſtentiam notat, quâ illis, qui pro viribus ſuis in cunctis operibus bonis, mundi applauſum & exiſtimationem fugiunt, ſpecialiter aſſiſtit: *Patri tuo, qui eſt in abſcondito, habitat in abſcondito, id eſt in corde humili, latere optanti; non in manifeſto, id eſt, in animo vano apparerere volenti.* Pſalmiſta ſcribit: *Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.* Etenim in eo propriè cognoſcuntur, qui Deum verè diligunt, quando in operibus ſuis ad nihil aliud quàm ad gloriam Dei collimant; neque enim ob id gloriam propriam amittunt, imò ut ait Chryſoſtomus: *In Deo gloriari, eſt ornatus omnium maximus, & ſplendor, qui innumerabilia ſuperat diademata.*

Dion. Cart. ibid. *Pſ. 5. 12.* *Chryſ. ibid.*

Reddet tibi.

S. Remig. in Cat. 7. S. Remigius ait: *Sufficit enim tibi, ut, qui inſpector eſt conſcientiæ, ſit & remunerator; Ecce juſtitiæ retributio*, inquit Albertus Magnus, qui & illum Apocal. textum adducit, *Alb. M. Apoc. 2. v. 23.* ubi dicitur: *Scient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda, & dabo unicuique veſtrum ſecundùm opera ſua.* Vult igitur, ut perſpicuè intelligamus, ſemperque memores ſimus, quòd omnium bonorum operum, quæ maximè in hac Quadrageſima facturi ſumus, nimirùm abſtinentiæ, prædicationum, orationum, ſtationum, aliorumque omnium merces promptiſſima ſemper aderit. Dionyſius Carthuſianus retributionem iſtam ad *Dion. Cart. ibid.* jejunium limitat: *Reddet tibi ſalutarem effectum jejunii, & præmium copioſum*; ſiquidem, ut jam diximus, multa ſunt lucra, quæ ex jejunio reportamus. Obſervari hîc meretur illud ly *reddet*, illud namque reſtitutionem rei alicujus debitæ exprimere videtur. Enim verò nos, reſpectu Dei debitores ſumus, qui ipſi præceptorum ſuorum exactam obſervantiam, imò nos ipſos, quanti & quidquid ſumus, totaliter debemus; unde Redemptor noſter Apoſtolos hunc in modum inſtruit: *Luc. 17. v. 10.* *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus*, & tamen licèt nullam erga nos obligationem in ſe habeat, ſe tamen per æternæ veritatis promiſſionem, cujuslibet etiam minimi operis boni, in gratiâ facti, debitorem & remuneratorem declarat: *Reddet tibi*, tametſi in ſuo ſemper vigore illud S. *S. Aug.* Auguſtini axioma remaneat, dicentis: *Deus coronat in nobis ſua dona, non noſtra merita.*

Verſus 19.

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur.

Nolite theſaurizare.

1. Tria enumerat rerum genera, quæ inter haſce res terrenas, in æſtimatione ſunt; nimirùm primò metalla, & hæc ab ærugine conſumuntur; ſecundò, veſtes pretioſas, & hæ roduntur à tineis; denique alia, quæ huic damno duplici minimè quidem ſubjacent, ut ſunt gemmæ, monilia, & alia pretioſa, ſed hæc furto nobis eripiuntur.

2. S. Thomas dicit: non eſſe theſaurizandum in terra, propter inſtabilitatem, quia citò amittuntur; ipſa namque experientia demonſtrat, divitias magnis eſſe ſubjectas periculis fori ceſſionis, naufragiorum, deprædationum, & millium aliorum infortuniorum; atque ideo per jocum poëticum, aurum pallidum eſſe dicitur, ob timorem continuum, quo angitur, ne ab unoquoque inſidias patiatur. *S. Thom. in Matt.*

3. S. Anſelmus ſub nomine theſauri, omnia hæc bona temporalia intelligit: *Quisquis enim amorem ſuum in aliqua terrena applicat, in terra theſaurizat, & ſi aliquid, ſicut gulam, vel libidinem, vel aliquid terrenum diligit, vel ſi bona malâ intentione faciat, iſte theſaurum in terra ponit.* Omne ſtudium & amor in illum repoſitus, qui ad Deum non eſt ordinatus, vanus eſt & perditus. Idem quoque S. Paſchaſius dicere voluit, dum ait: *Omne, quod pro terrenis commodis gerimus, in terris theſaurizamus.* *S. Anſel. in Matt.* *S. Paſch lib. 2. in Matth.*

4. Cajetanus circa hunc Incarnatæ Sapientiæ loquendi modum, obſervat, multos per illum, niſi bene intelligatur, decipi poſſe, quia litera iſta diligenter inſpecta non prohibet theſaurizare, ſed locum theſauri; prohibet enim eligere terram, pro loco theſauri. Unde colligitur, quòd Principibus & Patribus familias non ſit prohibitum accumulare vim pecuniarum, hisce quidem ad proviſionem in futurum filiis; illis verò ad publicarum neceſſitatum curandum ſubſidium; in cujus probationem, textum illum Apoſtoli ad Corinthios adducit dicentis: *Nec enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis*, adeoque illa Chriſti propoſitio: *Nolite theſaurizare, &c.* in tantùm qualificatur, ut per illam, hîc in terris theſaurizare prohibeamur, vel in quantum aggregatus auri & argenti cumulus, cœlo, id eſt, divinæ legi opponitur. *Prohibet reponere in terra, ut terra contrariatur cœlo*; & ut, quinam hac in parte culpabiles ſint, oſtendat, pergit dicendo: *Agunt contra hoc præceptum, qui accumulant divitias, confidentes in illis, in tantùm,* *Cajet.* *2. Cor. 12. v. 14.*

tantùm, ut non curent providere ſibi in cœlo.

Author imperf. hom. 15. Author Operis imperfecti ait: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, quia non eſtis de terra, nec de terra veniſtis, ſed pro tempore pro terra ſuſcepiſtis terram; illic ſubſtantiam tuam colloca, ubi patriam habes.* Hoc idem

Chryſ. hom. 48. in Matt. eſt, quod nos Chryſoſtomus monet, qui contrarium, ſtultitiam vocat, dicens: *Quæ ſtultitia, illic relinquere, unde exiturus es, & non illic præmittere, quo iturus es, theſauriza ubi patriam habes.* Æternæ veritatis verbum eſt, quod quisquis theſaurizat hîc in terris, nihil ſibi, aut ad propriam utilitatem lucretur, ſed aliis omnino ſibi ignotis: *Theſaurizat*, inquit Pſalmiſta de avaro, *& ignorat, cui*

Pſ. 38. v. 7. *congregabit ea.* Et Chriſtus diviti, de theſau-

Luc. 12. v. 20. ris ſuis diſponere paranti, dicit: *Quæ paraſti, cuius erunt?*

S. Paſch. in Matt. 5. S. Paſchaſius aliter hæc verba interpretatur, reflectendo ſe ad id, quod paulò ante de jejunio dixerat: *Qui jejunat, ſeu reſervando quod non ederit, ſeu gloriam ſibi quærendo, quòd abſtinuit, in terris utique ſibi theſaurizat*; idque per quoddam Chryſologi moni-

S. Chryſol. ſer. 24. tum egregiè confirmatur, hic enim S. Doctor oſtendit, quòd non ſit jejunandum, ut ea, quæ non conſumimus, reſervemus & accumulemus, ſed ut erga proximos noſtros beneficentiores eſſe poſſimus: *Fames eſt avaritiæ jejunium ſine miſericordia; ultio, non devotio eſt; non Deo jejunare, ſed ſacculo, atterere ſe abſtinentia, & hydropi cupiditatis inflari, exonerare ventrem cibis, & mentem pecuniæ pondere prægravare.*

Ubi ærugo, &c.

6. Quantùm ad ſenſum ſpectat literalem, is clarus & perſpicuus eſt, adeò ut gloſsâ nullâ indigeat: ſenſus autem ſpirituales à ſacris Expoſitoribus allati, omnes notabiles

S. Paſch. ibid. exiſtunt. S. Paſchaſius dicit: *Omnia metallorum ſplendentia ærugo conſumit, & veſtimentorum retinentia tinea, &, ut evidentius loquar, quæcunque in mundo poſſidentur, præteribunt; unde tribus iſtis verbis omnis concupiſcentia mundi & avaritiæ luxus condemnatur.*

S. Thom. in Matt. 7. S. Thomas differentiam notat, quæ inter æruginem & tineam verſatur: *Ærugo apparet, tinea latet, unde per æruginem peccata corporalia, per tineam ſpiritualia ſignificatur*; ambo argentum & aurum divinæ gratiæ, omniumque aliorum bonorum operum, in quibus nos exercuimus, devorant & conſumunt; & licèt aliàs opera illa in eo eſſent valore, ut per illa regnum cœlorum acquiri poſſet, attamen ærugo & tinea peccati, illa totaliter deſtruit & perdit.

Raban. in cat. S. Anton Pad. ſer. in ſer. 4. Cin. 8. Rabanus à S. Thoma in catena citatus, dicit: *Allegoricè ærugo ſignificat ſuperbiam, quæ decorem virtutum effuſcat.* S. Antonius de Padua, per æruginem, avaritiam intelligit: nota, ærugo de ære naſcitur, & ei inhæret; eodem modo, avaritia ex cumulo divitiarum naſcitur, adeoque homini avaro adhæreſcit, ut ipſum conſumat, nec permittat ei, ut illis in ſuam utilitatem uti poſſit.

Raban. in cat. Hugo Card. in Matt. S. Anton Pad. l. c. 9. Per tineam, quæ in pannis pretioſioribus & delicatioribus naſcitur, invidia intelligitur, quæ odium & averſio eſt ab aliena fœlicitate. Rabanus ait: *Tinea, quæ veſtes latenter rodit, eſt invidia*; quæ etiam eſt expoſitio Hugonis Cardinalis, dicentis: *Tinea ſignificat invidiam, quia tinea latenter veſtes conſumit.*

10. S. Antonius de Padua autem, per hanc tineam, laſciviæ vitium intelligi poſſe exiſtimat: *Tineam, hoc eſt, laſciviam; quia ſicut divitias, perſonam & animas conſumit, ſic laſcivia gratiam*; hæc tinea diebus præteritis plus, quàm unquam aliàs, per annum devoravit in nobis habitus bonos virtutum, & veſtem illam pretioſiſſimam, de qua Apoſtolus ſcribit: *Induimini Dominum JESUM Chriſtum, & carnis curam ne feceritis.* *Rom. 13. v. 14.*

Hugo Car. ib. 11. Per fures & latrones, Hugo Cardinalis, hæreticos, vel etiam dæmones intelligit: *Fures hæretici vel dæmones, qui ſemper ad hoc tendunt, & ſpiritualibus ſpolient.*

12. Motivum nihilominus, huic tempori aptius, ex his verbis circa mortem deducere poſſumus; mors enim in furibus, in ærugine quoque & tinea ad vivum repræſentatur; & ideo hanc nobis ſimilitudinem Apoſtolus his verbis propoſuit: *Scitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte ita veniet; cùm enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus*; ſimiliter ſicut ærugo ferrum, quantumvis illud forte & impenetrabile ſit, conſumit: ita quoque mors omnem complexionem fortem & robuſtam proſternit; porrò de tinea Job ait: *Qui quaſi putredo* *1. Theſſ. 5. v. 2.* *Iob. 13. 28.*

putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur a tinea; & clarius in Iſaia: *Concidit cadaver tuum, ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Iſa. 14. 11.

Verſus 20.

Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo, ubi neque ærugo neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec fures furantur.

Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo.

1. Salvator noſter hiſce verbis & modum & locum demonſtrat, in quo theſauros noſtros accumulare debemus. Unde S. Gregorius in alio quodam propoſito nos monet: Fratres, ſi divites eſſe vultis, vetas divitias amate. Modus autem theſaurizandi eſt, ſubſtantiam & facultates noſtras in pauperum ſubſidium & utilitatem impendere, ita enim illas in ſecuro collocamus. Unde Lyranus ait: *Per hoc concludit excellentiſſimum modum theſaurizandi, quando ſcilicet bona temporalia & tranſitoria conſumuntur in pios uſus, & ſic commutantur in bona ſpiritualia & æterna.* Chryſologus ait: *Theſaurus cæli, eſt manus pauperis, quod ſuſcipit, ne in terra pereat, reponit in cælum: theſaurizate, inquit, vobis theſauros in cælo.* Lucas Burgenſis ſuper hæc verba ita ſcribit: *Colligimus, reponimuſque nobis theſauros in cælo, dum opes facultateſque noſtras ſedulo, conſtanter, liberaliterque in Dei gratia erogamus.* S. Greg. Lyran. in Matt. Chryſol ſerm. 8. Luc. Burg. in Mat.

2. S. Paſchaſius exiſtimat, quòd omne id, quod pro amore Dei facimus, in ærarium reponendo, theſaurizemus. *Omne quod propter Deum agimus, ad cælum tranſponimus.* Cùm igitur nunc magis, quàm quovis alio anni tempore, mediantibus orationibus, verbi Dei auſcultatione aſſidua, jejuniis, ſtationibus, aliiſque operibus meritoriis virtuosè operari ſatagamus, ideo monemur, ut haſce ſpirituales divitias in locum ſecurum, id eſt, in cælum transferamus. Unde Corn. Janſenius ait: *Theſaurizare theſauros in cælo, eſt apud Deum comparare & colligere futurorum præmiorum merita, quod fit per quævis opera bona, ut theſaurizare in cælo ſit, divitem fieri in operibus bonis.* Cui conſonat, quod S. Thomas hoc loco dicit: *Theſaurizate*, inquit, *id eſt, abundantiam bonorum operum acquirite.* S. Paſchaſ. li. 4. in Matth. Janſ. c. 41. concord Evang. Mat. 6. S. Thom. in Matt

3. Conſiderabile eſt illud ly *vobis*, ſiquidem hæc eſt differentia inter theſauros, quos hîc in terra nobis acquirimus, & illos, qui in cælos à nobis acquirimus, & illos qui in cælos à nobis reponuntur, & transportantur; quòd illi nobis utiles non ſint; ſiquidem Veritatis verbum à Spiritu ſancto dictatum eſt illud Pſalmiſtæ: *Theſaurizat, & ignorat, cui congregabit?* ac proinde Albertus Magnus hoc loco ait: *Tangit theſauri utilitatem, cùm dicit; vobis*, & Dionyſius Carthuſianus dicit: *Vobis, id eſt, ad veſtram ſalutem.* S. Thomas verò alio ſe reflectit, dum dicit: *Vobis, non Deo, quia nihil accreſcit ei.* Job. 35. *Si juſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?* Pſ. 38. 7. Alb. M. ibid. Dion. Cart. ib. S. Thom. in Mat. Iob. 35. 7

4. Paſchaſius per cælum, æternitatem intelligit: *Cælum hoc loco pro æternitate ponitur, terra pro tranſitoriis.* Voluit igitur Chriſtus nos docere, non pro hac, ſed pro altera vita theſauros nobis accumulandos eſſe: quidquid enim theſaurorum, congregaverimus; in altera vita de illis nihil invenietur: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum, in manibus ſuis.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Theſaurizate vobis theſauros in cælo, id eſt, cumulum operum meritoriorum in cælo, id eſt, ad hunc finem, ut ad cæleſtem perducamini manſionem.* S. Paſch in Matt. Pſ. 75. 6. Dionyſ. Carth. ib.

5. Per theſauros, qui in cælo accumulantur, bonitatem quoque & longanimitatem Dei interpretari poſſumus, qua nos, quoaduſque vivimus & valemus, ad pœnitentiam expectat: *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* *Theſauros in cælo*, inquit Salvator; nam ut eſt in Pſal. 35. v. 6. *Domine in cælo miſericordia tua.* Porro per theſauros in terra, intelligere econtra poſſumus, divitiæ juſtitiæ ſupplicia, peccatoribus obſtinatis poſt hanc vitam præparata; unde Apoſtolus dicere pergit: *Secundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ*, de hiſce theſauris in Deuteronomio, dum de ſceleribus populi illius mentio fit, ita ſcribitur: *Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Mea eſt ultio, & ego retribuam in tempore.* S. Bernardus, Rom. 2. 4. Pſ. 35. 6. Ibid. Deut. 32. v. 34. v. 35.

præ-

prædictorum verborum S. Pauli ſenſum exponens, dicit: *Theſaurizas tibi theſauros iræ pro prorogatis theſauris miſericordiæ, quos contemnis, & evacuas te in miſericordiam Dei.* Hodie manè ad hosce thaſauros cœleſtes, id eſt, ad miſericordiam Dei, in introitu Miſſæ, invitati ſumus, hisce verbis: *Miſereris omnium Domine, diſſimulans peccata, propter pœnitentiam, & parcens, &c.* In diſtributione Cinerum quoque dicitur: *Multum miſericors eſt, dimittere peccata noſtra Deus noſter.* Ac denique in Epiſtola legitur: *Convertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ.*

S. Bern. triplici miſericordia.

6. Theſaurum pariter animam noſtram appellare poſſumus; de hoc enim theſauro ſcribitur: *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*; id eſt, intra vas hoc luteum; de hac anima meritò dicitur, quòd ſit theſaurus in cœlo repoſitus, quia ipſamet appellatur cœlum myſticum. Unde S. Gregor. ſuper illa verba: *Anima juſti ſedes eſt ſapientiæ*, dicit: *Dum cœlum dicitur ſedes Dei; cœlum ergò eſt anima juſti.* In vita S. Franciſcæ Romanæ legitur, quòd hæc Sancta, in ecſtaſi quadam, hanc vocem audierit: Deus eſt theſaurus animarum, & animæ theſaurus ſunt Dei. S. Bernardus hac de re ita ſcribit: *Pretioſiſſimum animarum theſaurum, ſervandum accepit pro quo Chriſtus mercator non inſipiens, idem ipſe ſapientia Patris, totum ſuum ſanguinem fudit.* Albertus M. ſuper illud verbum: *In cœlo*, dicit: *Ponit theſauri ſecuritatem, cùm dicit: In cœlo.* Quisnam autem modus à nobis adhiberi poterit, ut theſaurum noſtrum in ſecurum locum, id eſt, in cœlum reponere poſſimus? Nimirum ſi, quamdiu hîc in terra vivimus, conſideraverimus, quòd *habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*, ſeriò meditando & ruminando illam, quâ Eccleſia hodie in Cinerum diſtributione utitur, ſententiam: *Memento homo quia cinis eſt, & in cinerem reverteris.* Etenim ratio, propter quam non theſaurizamus in cœlo, ſive quod idem eſt, cur illum non reponamus in loco ſecuro, unica hæc eſt, quia verba illa maximi momenti, & utiliſſima minimè conſideramus, ſcilicet: *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Quòd ſi omnes totius univerſi Monarchias, in unam libræ lancem, in aliam verò, valorem unius animæ ſtatuamus, nihil illarum pretium, in comparationem valoris unius animæ, æſtimari meretur; quòd ſi inſuper bene trutinetur, in quodam tandem omnes honores, theſauri, voluptates & deliciæ terminentur, inveniemus quòd horum, & omnium aliarum rerum materialium finis, cinis ſit. *Effodientes theſaurum*, inquit Job, *gaudent vehementer cùm invenerint ſepulchrum.* Ubi S. Gregorius ita ſcribit: *Antiqui ſuos mortuos cum divitiis obruebant; inde qui theſaurum quærit, gaudet cùm ſepulchrum invenerit.* Quapropter ſi hunc theſaurum animæ noſtræ, in ſecurum locum reponere volumus, induſtriè contemplemur, ubinam deliteſcat, & inveniemus, quòd verè ſepulchro cuidam incluſus lateat, ſiquidem monumentum portatile, eſt hoc corpus noſtrum, maximè cùm, quoad corpus, nihil ſimus aliud, quàm terra & cinis. Veteres olim, ſuper mortui alicujus cranium, incidere vel inſcribere hæc verba ſolebant: *Cogitanti vileſcunt omnia*; enimverò omnes hujus terræ theſauri, non pluris, quàm vile lutum æſtimabuntur, ſi oculum noſtrum ad lutum & cinerem, unde hæc vita noſtra dependet, defigamus.

2. Cor. 4. v. 7.

S. Greg. ho. 38. in Evang. lib. 4. c. 14.

S. Bern. ſerm. 3. de adv. Alb. M. ibid.

Mat. 16. v. 26.

Job. 3. v. 21. & 22. S. Greg. lib. 5. moral. c. 5.

Ubi neque ærugo, neque tinea, &c.

7. S. Paſchaſius hæc verba hunc ſenſum habere, dicit, *ac ſi dicat, cùm jejunatis, aut aliquid boni agitis, ibi recondite, ubi non adulatio, non vanagloria corrumpit.* Etenim quamdiu frumentum iſtud operum bonorum, in cœli granario non eſt repoſitum, in paleam ſemper transmutari facilè poteſt, eò quòd vanæ gloriæ periculo ſubjaceat. Quærit Nazianzenus, cur ſupremus ille rerum omnium artifex, Deus, animam hominis adeò nobilem, factam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, intra hunc luteum, ſordidum, & vermiculoſum carcerem includere voluerit: *Haud equidem ſcio*, inquit, *quo pacto ſimul & imago Dei ſim, & cum cæno voluter*; tandem verò artificium hoc, ſuo non caruiſſe myſterio dicit, nimirum ideò id factum eſt, ut non intumeſcamus, & extollamur, uti Lucifero accidit: *Hæc noſtra temperatio, ut cum imaginis dignitas nobis animos extulerit, pulvis eosdem repri-*

S. Paſch. lib. 4. in Matt.

Nazian. orat. 16

reprimat, contrahatque. Verum quidem eſt, quòd theſaurum, id eſt, pretioſam nimis animam habeamus; at verò ſimul à nobis ponderandum eſt, ubi theſaurus iſte repoſitus ſit: nimirum *in vaſis fictilibus*, ideoque ad utilitatem hujus corporis reflectamus; ſed qua utilitate & fructu id à nobis fiet? *Ut ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis*; verum quidem eſt, quòd, quidquid operamur boni, id totum animæ fructus cenſendum ſit, ſed animæ, à Dei gratia adjutæ; & ideo totum Deo, non verò nobis adſcribendum venit; ſiquidem ex parte noſtra præter cinerem nihil ſumus. Chryſoſtomus quærit, cur Creator hoc corpus noſtrum, non ex ſolidiori & nobiliori materia formaverit, & cur diſpoſuerit, ut ſubitò poſt animæ ab eodem receſſum, illud putrefieret? Et reſpondet, quòd ſi Deus aliter feciſſet, *magis ab hominibus corpora diligerentur*; adeoque cinis iſte nobis ex pluribus capitibus auxiliatur, ut hunc animæ theſaurum majoris æſtimemus, ipſumque in ſecurum locum, id eſt, in cœlum reponere ſatagamus, & conſequenter ut hoc corpus noſtrum, utpote maximum, quem habemus inimicum noſtrum aſpernemur.

2. Cor. 4. v. 7.

Chryſ. hom. 35. in Mat.

Verſus 21.

Ubi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.

1. Lucas Burgenſis ait: *Cor pro affectibus cordis & animi ponitur; nam cor noſtrum eſſe alicubi, nihil aliud eſt, quàm curam omnem noſtram, cogitationem, gaudium, fiduciam, ſpem, metum, amorem, totum videlicet animum circa aliquid verſari.* Si enim non affectum, ſpem, & omnes cogitationes in hasce res terrenas convertamus, clarum utique indicium eſt, quòd & theſaurus noſter in cœlo non ſit. Author Imperfecti dicit: *Quòd ſi collocat theſauros in terra, non habet quod ſperet in cœlo, ut quid enim reſpiciat in cœlum, ubi nihil repoſitum habet.* Celeberrimum eſt miraculum iſtud, quod in vita S. Antonii de Padua, de quodam divite avaro defuncto narratur: Cùm enim Sanctus hic illo textu pro concione uteretur: *Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum*, dixit ad circumſtantes, auditores ſuos; ut dicti hujus veritatem experiamini, abite ociùs ad divitis illius defuncti domum, & armarium inveſtigetis, in quo divitias ſuas habere ſolebat depoſitas, in iisque cor ejus appoſitum invenietis; id quod reverà ita accidit; enimverò cor illud mundum appellari non potuit; ſiquidem S. Anſelmus ait: *Si cor eſt in cœlo, mundum eſt; quia munda ſunt cœleſtia. Si autem in terra volutatur, quomodo mundum eſt?*

Author Imp. hom. 16.

S. Anſel. in Matt.

2. S. Hieronymus ſuper hæc verba ſcribens, monitum quoddam habet, huic præſenti diei valde opportunum; etenim ſi affectus & cor noſtrum, etiamnum voluptatibus & vanitatibus præteritis adhæreant, manifeſtum id nobis ſignum eſſe poterit, quòd non in cœlo, ſed in terra theſaurizemus; ita enim præfatus S. Doctor ſcribit: *Hoc non ſolùm de pecunia, ſed & de cunctis paſſionibus ſentiendum eſt; guloſi Deus venter eſt, ibi ergò habet cor, ubi eſt theſaurus; luxurioſi theſaurus epulæ ſunt; laſcivi ludicra, amatoris libido; huic ſervit unusquisque, quo vincitur.*

S. Hier. ibid.

Lucas Burg. in Matt.

[o]

FERIA QUINTA CINERUM.

Legatur Evangelium currens in Dominica Tertia poſt Epiphaniam.

FERIA SEXTA POST CINERES.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 5.

℣. 43. AUdiſtis, quia dictum eſt: *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* 44. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* 45. *Ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cælis eſt, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.* 46. *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt?* 47. *Et ſi ſalutaveritis fratrem veſtrum tantùm, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt?* 48. *Eſtote ergo perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.*

Exc. 6. Matth. 1. *Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* 2. *Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & vicis, ut honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* 3. *Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextra tua.* 4. *Ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, reddet tibi.*

Verſus 43.

Audiſtis, quia dictum eſt: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

1. HÆc præpoſitio in antiqua lege nuſpiam reperitur. Unde S. Thomas ait: *Iſtud nuſquam invenitur in lege, ſed additio eſt ex parte Judæorum.* Exiſtimarunt quidem multi Scribæ & Doctores, idipſum ex multis in Deuteronomio ordinatis & præceptis deduci poſſe, & in ſpecie dicit Lyranus ex illo, quod cap. 19. Levitici præſcribitur: *Diliges amicum tuum ſicut teipſum, inde arguebant odire inimicum; ſed hoc eſt falſum, quia omnis homo ex charitate diligendus eſt, in quantum ad imaginem Dei creatus eſt, & capax ipſius per cognitionem & amorem.* Hugo Cardinalis poſtquam hanc concluſionem, ſcilicet in tota lege, hanc permiſſionem odii inimicorum nuſpiam inveniri, tanquam indubitatam firmaſſet, mox addit, niſi forſitan

S. Thom. in Matt. Lyr. ib. Lev. 19. v. 18. Hugo Card.

sitan legis nomine scribarum traditiones intelligant: *In quorum traditionibus scriptum est: odio habebitis inimicum*, motivum verò, cur idipsum scribæ licere existimarent, fuit, quia Deus, ut inimicos suos quisque persequeretur, præceperat; verùm turpiter hac in re erraverunt, non distinguendo inimicum ab inimico; illud namque præceptum intelligendum est de iis hostibus, qui illos in bello armis suis impugnabant, illis necem inferri corporalem, non verò mortem illis æternam desiderando, illos odio haberi præcepit. Lucas Burgensis observat, quod Christus *Non ait: Dictū est, sed audistis, quòd dictum sit; ita docti estis à scribis vestris, antiquis dictum esse.* *Lucas Burg.*

2. Author imperfecti hac de re, tale formatargumentum: *Si justum fuisset inimicos odire, Deus te inimicum ex gentibus nunquam in suam suscepisset dilectionem.* *Author Imperf. hom. 13.*

3. Dionysius Carthusianus ut ostendat, quando præceptum hoc intelligendum sit ad literam, distinguit, dicens: *Odio habebitis inimicum, non odiendo naturam, sed culpam, non personam, sed vitium, quod utique odium ex charitate procedit, & ad perfectionem pertinet, de quo in Psalmo canitur: Perfecto odio oderam illos; Et: Iniquos odio habui;* cæterum quisquis inimicum suum, quoad personam, odio prosequitur, qualiscunque ille sit, is neminem aliorum vera charitate diligere potest, cùm peccatum mortale committat, cui proprium est, charitatem extinguere: *Qui unum hominem odit, nullum veraciter diligit, cùm sit in peccato mortali, quod charitatem extinguit.* S. Augustinus simílem distinctionem, pro hujus præcepti explicatione adducit, dicens: *Hæc itaque regula est, qua & oderimus inimicum propter id, quod in eo malum est, id est, iniquitatem; & diligamus inimicum propter id, quod in eo bonum est, id est, rationalem creaturam.* *Dion. Carth. in Matt.* *Psal. 138. v. 22.* *Psal. 118. v. 113.* *S. Aug. l. 19. c. 24. con. Faustū in cat. D. Tho.*

Versus 44.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

Ego autem dico vobis.

1. Seriam meretur ponderationem illud ly Ego; hic enim ille ipse est, qui ait: *Per me Reges regnant, & legem conditores justa decernunt: per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam:* & consequenter multò magis legem promulgare, maximè cùm dicat: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.* Hoc supposito ponderanda sunt verba illa: *Præceptum Domini est*, addere quoque possumus: *Si hoc fiat, sufficit:* cùm promissum fuisse constet: *Dimittite, & dimittemini.* Porrò præceptum istud humanam debilitatem nequaquam excedit: *Fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari, supra id quod potestis;* maximè cùm experimento comprobata sit illa propositio: *Qui amat, non laborat;* & quidem dilectionis inimici, Deus omnium primò exemplū dedit; unde S. Augustinus ait: *Priùs te dilexit impium Deus tuus, qui nunquam fuit impius: tu autem etiamsi jam non es impius, fuisti tamen aliquando.* Quod idem motivum Author imperfecti hisce verbis adducit: *Ille pro te & filium suum, per omnia humanæ compassionis tradidit opprobriis usque ad mortem; ille te inimicum suum adoptavit, cohæredem unigenito suo fecit, & tu vel nudam dilectionem inimico reddere non vis?* Filius ejus; qui idem ipse est, qui hanc nobis dilectionem præcepit, nos licet inimicos ejus amavit: *Cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus.* S. Hier. ait: *Hæc autem Iesus & docuit, & fecit, dicens: Pater ignosce illis.* Porro æquitas & justitia legis hujus, ab eo dependet, ut intelligamus & credamus, nos Deo omnem amorem nostrum jure debere: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, &c.* Hujus autem crediti partem, Deus inimico nostro vult à nobis expediri: si quidem ipse à nobis amandus est ex amore Dei, non verò quia ipse amari mereatur: sicut enim: si ego Petro v. g. millium scutorum debitor essem, hic autem mihi, ut ex illis quingenta scuta ad bonum computum Joanni penderem, imponeret: tametsi ille tali beneficio dignus non sit, meque offendisset, ad hæc tamen nullus à me habendus est respectus, sed solùm ad id, quod necessariò mihi exequenda sit voluntas & dispositio mei creditoris: ita quoque in præsenti casu nostro: tametsi inimicus meus à me amari minime mereatur tamen Deus, ut ejus jussu, illum amem, quia is id mihi imposuit, & seriò præcepit: Quòd si dixeris: Deum quidem diligere. *Prov. 8. v. 15.* *Mat. 28 v. 18.* *Luc. 6. 37.* *1. Cor. 10. v. 13.* *S. Aug. ser. 6. de temp.* *Auth. imperf. hom. 13* *Rom. 5. 10.* *S. Hier. l. 1 in c. 6 Matth.* *Deut. 6. 5.*

gere paratus ſum, ſed non inimicum, ego id tibi etiam ſub juramento aſſerenti minimè credo; ſiquidem aſſertio tua hæreſim continet, & opponitur Evangelio dicenti:
1. Ioan. 4. v. 20. *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt.* Ehem, quàm ſunt milites prompti ad obtemperandum nutibus Ducis ſui; ſervi, quàm expedire obediunt Dominis; ſubditi Principibus? De quodam Aſſyriorum Principe narratur, quòd cum in præſentia alterius cujuſdam magni legati, de militum ſuorum obedientia gloriaretur, ut illius, legato huic experientiam quandam daret, aliquem militum ſuorum in altiſſima turri vigilias agentem, ſe deorſum præcipitem agere juſſit, qui vix finito Principis verbo deorſum ſe indilatè præcipitavit. Inter Turcas quoque ipſa quotidiana experientia demonſtrat, quòd ad minimum Ducum ſuorum nutum aut juſſum, in profundas ſe foſſas, aut cataſtas, vivos etiamnum ultro citroque, & ſine contradictionis murmure dejiciant, & ſepeliant. S. Philippus Nerius, die quadam, cùm ſuis pœnitentibus, juxta piſcinam quadam, de virtute obedientiæ diſſerebat, cumque inter cætera diceret: Quis veſtrûm adeo obediens futurus eſſet, ut ad præceptum meum in hoc ſe ſtagnum dejiceret, eorum unus hanc S Patris quæſtionem, præceptum eſſe interpretatus, in eundem ſe lacum ſubitò præcipitem egit. Elementa, quæ naturaliter inter ſe contraria exiſtunt, ad noſtram tamen utilitatem inter ſe uniuntur, & concordiam quandam mirabilem conciliant. Arbores, plantæ, planetæ, mineralia, animalia, omneſque aliæ creaturæ, tam inſenſatæ, quàm ſenſu præditæ, abhinc ſex millenis & amplius annis, præcepto Creatoris, ab exordio mundi ſibi impoſito, ſeſe per potentiam obedientialem, perfectè ſubjicunt, & quando opus eſt, inter ſe ad totius naturæ beneficium, uniuntur; ſolus homo, ad imaginem Dei creatus, & dilecti Filii ejus ſanguine redemptus, nec non cæleſtis Hieroſolymæ, viſionis pacis, inquam, hæres futurus declaratus, Deo, inimicos diligere præcipienti, rebellis erit? S. Thomas de Villa Nova ait: *Deus ita vult & præcipit, & hoc gratum eſt illi, quanta quotidie facimus pro amicis? quot à nobis alienatos & inviſos, orantibus amicis in noſtram gratiam recipimus? O Chriſtiane, facis hoc pro amico, & Non facis pro Deo?* Quòdſi Princeps tuus Rex v. g. vel Imperator, vel Papa te rogaret, ut in ejus gratiam, inimico tuo condonares, cumque illo perfectè reconciliareris, ſimulque tibi ſummam ſuam deinceps gratiam & favorem, ſi huic ejus petitioni obſequaris, promitteret, quàm libenter ei obtemperares, tuumque inimicum velut maximum amicum amplecteretis. eò quòd ad comparandam tanti Monarchæ gratiam, occaſionem tibi & viam ſterneret? At verò hîc adeſt æternæ Veritatis promiſſio: *Ut ſitis filii Patris veſtri*, cùm igitur ipſemet Deus in propria perſona tibi ſupplex, imò cùm ipſe, in cujus fœmore ſcriptum eſt: *Rex Regum & Dominus dominantium*: rigoroſum tibi inimicum diligendi præceptum ſtatuat, nos illud nullius æſtimabimus? nos per dilectionem talem, honorem noſtrum diminuendum eſſe metuemus? & tamen nos valde honoratos eſſe arbitraremur, ſi ad requiſitionem alicujus Principis terreni, inimico condonaremus, imò, quod culpam noſtram vel maximè adauget, eſt, quod ſæpe propter alicujus impudici ſcotri reſpectum & amorem, vel aliud quoddam vile intereſſe, inimicis noſtris dimittamus, & tamen id ob Dei amorem facere obſtinatè detrectamus.

Fulgoſ. c. 3. rer. memorab. l. 2.

Lib. 1. c. 20. n. 2.

S. Th. de Villa Nova ſer. in hac fer.

Diligite inimicos veſtros.

2. S. Thomas, qua in re adimpletio hujus dilectionis conſiſtat, hiſce verbis nobis declarat: *Conſulendo, auxiliando, beneficia largiendo, omnes tenentur ad hoc, affectu, & effectu etiam, in neceſſitate.* Lyranus interpretatur in ordine ad bona ſpiritualia: *Bona ſcilicet gratiæ & gloriæ eis optando*: bona verò temporalia illis deſiderare debemus in generali, in quantum ſcilicet ad animarum ſalutem expedire poſſunt. S. Thomas de Villa Nova, hoc præceptum de proximo non odiendo, limitat, ut ſcilicet adimpleatur, non perſequendo illum, non deſiderando illi malum, ipſumque ab orationibus communibus non excludendo, eidem quoque in extrema neceſſitate fraternè propiciendo, & quanto opus eſt, correctionem et adhibendo, bona quoque ſpiritualia gratiæ & gloriæ, haud ſecùs ac alios proximos noſtros deſiderando. *Cæterùm ei familiariter loqui, & temporaliter diligere, & extra caſum neceſſitatis, ei benefacere, hoc conſilium eſt, non præceptum.*

S. Thom. in Mat.

Lyran. ibid.

S. Thom. de Villa Nova loc. cit.

3. Porrò motiva, quæ hunc nobis amorem perfundere poſſunt, multa ſunt, eaq; omnia valde conſiderabilia. Enimverò Deus, hujus dilectionis nobis inſerendæ tantam curam & æſtimationem habuit, ut illam in hoc eodem capitulo, ſacrificio ſibi offerendo, quod digniſſimus eſt cultûs divini & Religionis actus, quem Deo præſtare poſſumus, longè prætulerit; juſſit enim, ut relicta ad partem, oblatione Deo facienda, priùs cùm proximo reconciliaremur. Ubi Chryſ. ait: *Honorem ſuum deſpicit, dum in proximo charitatem requirit; ſacrificium mihi eſt, fratrum reconciliatio.*

Matt. 5. v. 23.

Chryſ. hom. 16. in Matt.

4. Poſtquam Salvator noſter in oratione quotidiana, hanc nos petitionem docuiſſet: *Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*; immediatè ſubjungit: *Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra: ſi autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.* Quod idem diu ante proteſtatus fuerat Eccleſiaſticus, dicens: *Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius ſervans, ſervabit; relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur.*

Matt. 6. v. 14.

Eccli. 28 v. 1. & 2.

5. Meremur etiam per injuriarum remiſſionem, magnam cæleſtium gratiarum abundantiam, habemuſque egregiam multos virtutum actus, exercendi occaſionem. Unde S. Franciſcus ſe terræ invidere, dicere ſolebat, utpote quantò magis à ligonibus & aratris ſulcatur & proſcinditur, majorique ſtercorum & immunditiei omnigenæ pondere gravatur, tantò copioſiorem, ſapidioremque fructum annuatim reddit; præterea quantò profundiùs in ejus viſcera, fodiendo penetratur, tantò nos pretioſioribus metallis & gemis locupletare non omittit: eodem modo, multæ animæ, quantò atrocioribus perſecutionibus, ignominiis, & injuriis afficiuntur, tantò ardentiùs in divino amore efferveſcunt, & in merito & ſanctitate adaugentur. Euſebius Emiſſ. ſerenitatem vultûs in Prothomartyre conſiderat, cui pro ſuis lapidatoribus precanti, apertus fuit Paradiſus: *Nec mirum ſi eis neſcit iraſci, per quos ſibi videt aulam regni cæleſtis aperiri, per quos ſe æternis ſæculis intelligit conſecrari.*

Euſeb. Emiſſ. hom. de S. Steph.

6. Author operis imperfecti quoddam maximi momenti punctum tangit hiſce verbis: *Purò, quod non tantùm pro inimicis noſtris Chriſtus illa mandavit, quantùm pro nobis; non quia illi digni ſunt, ut diligantur ab aliquo, ſed quia nos non ſumus digni, ut aliquem odiamus; ergo non tantùm ideo jubet diligere inimicos, ut illos diligamus, quantùm ut à nobis, quod malum eſt, repellamus.* Enimverò nihil aliud ira eſt, quàm quædam ſanguinis circa cor inflammatio, & ſanitati plurimùm eſt noxia; ſiquidem infallibilis, & à Spiritu ſancto dictata veritas eſt: *Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos.* Odium venenum quoddam eſt, quod non ſolùm corpori, ſed etiam animæ necem adfert. *Qui non diligit, manet in morte.* Unde S. Maximus ait: *Nemo ſe ſeducat, qui vel unum hominem odio habet, quidquid Deo in operibus bonis obtulerit, totum perdit.* Idem Author Imperfecti ait: *Non dicam. ſi læſeris inimicum ſed ſi oderis eum, tantò amplius tibi nocuiſti ſecundùm animam, quàm illi ſecundùm corpus.*

Auth. Imp. hom. 13.

Pſ. 54. 24.

1. Ioan. 3. v. 14.

S. Max. hom. de S. Steph.

7. Conſiderandum quoque eſt, quòd lex duelli, cui vindicativus ſubjicitur, infamiam ei conciliabit, nimirum periculum evidens mortis corporis, & interitus animæ infallibiliter; infernum quendam veluti ærumnarum ſibi conciliat. Unde celebris eſt illa S. Ambroſii ſententia: *Contemnentibus jura Dei, jura hominum proponuntur.* Porrò de homicidis ſcribitur: *Gladius eorum intret in corda ipſorum.* Quot ſunt inimicitiæ, quæ facultatem & honoris diſpendium ſecum adferunt, & per ſuſpiciones & continuas cordis anxietates, integras familias & civitates, imò etiam nonnunquam integras nationes & Provincias in præcipitium proturbant?

S. Ambr.

Pſ. 36. 15.

8. Et tamen advertendum eſt, quòd, tametſi nos injurias ab inimicis nobis illatas, remittamus, per hoc nihilominus injuriæ noſtræ inultæ non ſint permanſuræ; ſiquidem ipſemet Deus, ob cujus amorem nos illas condonamus, dicit: *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Porro vindicare ſe velle, eſt jurisdictionem Dei arroganter uſurpare, qui *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum* in Scripturis appellatur. Et ideo S. Ambr. nos monet, dicens: *Scientes prærogativam noſtris ultionis apud eum manere, neque in alios committamus, quod divino judicio vindicandum ſit.* Nos receptarum injuriarum noſtrarum

Hebr. 10 v. 30.

Pſ. 39. 1.

S. Ambr. l. de Noë & arca c. 26.

noſtrarum Judices competentes, utpote nimis hac ex parte paſſionati & intereſſati, eſſe non poſſumus, meliorem, ad illarum authores puniendos, diſcretionem Deus habet, eſtque gladius divinæ juſtitiæ noſtro longè acutior & limitatior. Et ideo David, qui præ cunctis aliis majores fuit perſecutiones perpeſſus, jure dixit: *De vultu tuo judicium meum prodeat.* Pſ. 16. 2.

Benefacite his, qui oderunt vos.

9. Poſtquam Salvator noſter internum nobis hujuſce dilectionis actum commendaſſet, dicendo: *Diligite inimicos*, nunc quoque actum externum nobis imponit, dicens: *Benefacite, &c.* Lucas Burgenſis ait: *Porrò diligere ad animum imprimis ſpectat, cujus quia probatio, eſt operis exhibitio, additur: Benefacite.* Lucas Burg. ib. Cajet. Cajet. ſtante rigore præcepti, quomodo intelligendum ſit declarat, dicens: *Benefacere inimicis in communi, eſt non excludere eos à beneficiis communibus.* Porrò noſtræ erga illos beneficentiæ meritum, magna cum utilitate noſtra remuneratur, dum ipſi ex inimicis in benefactores noſtros tranſmutantur; ac proinde Theophyl. ſcribit: *Inter benefactores oportet illos habere*; cujus aſſerti ſuſ duas rationes adducit, quarum prima eſt: *Omnis enim qui nos perſequitur, leviorem facit pœnam*, quàm pro peccatis ferre deberemus: Alia verò ex Evangelii verbis deſumpta fuit, in quibus propter merita hujus amoris, filiationis divinæ prærogativâ remuneramur: Et tamen ſubjungit: *Vide, quantùm bonum dat qui de odit & lædit; modo ſuſtinere velis.* Theoph. ibid. Paulus de Palatio dicit, quòd, dum inimico noſtro benefacimus, *non ſolùm illi, ſed Deo, imò verò nobis impendimus, imò forſan multò majorem coronam pariet mihi beficium quod inimico dedi, quàm ſi Deo, aut mihi dediſſem.* Paul. de Pal. in Matt. Ratiò, quam adfert, diſcuſſione non indiget, ſiquidem ad hoc, ut Deo aliquid dem, voluntati noſtræ non fit magna aliunde oppoſitio, multò minus quando de beneficiis nobiſmetipſis impendendis agitur: *At ut dem inimico, charitas multa in pectore debet ardere.* Auth. Imp. Benefaciendo inimicis noſtris noſtrum quoque bonum operamur, quia illos nobis placamus: at verò, ſi nos vindicemus, eorum contra nos furorem magis provocabimus. Author Imperfecti, hoc quoque motivum adfert: *Ut eorum odia noſtris beneficiis compeſcantur*; ad hoc propoſitum optimè ſervit celebris illa Senecæ ſententia, dicentis: *Quid eſt glorioſius, quàm iram amicitiâ commutare?* Seneca l. 3. de ira c. 34. Quot amicos perdidiſſemus, ſi ob quemlibet rigidum & auſterum vultum, vel mordax verbum iram noſtram prodidiſſemus. S. Auguſtinus: *Ecce, quare Dominus dicit: Diligite inimicos veſtros, quia diligendo inimicum, facis amicum.* S. Aug. ſer. 4. de ſanctis. Aliam rationem Author Imperfecti tangit, dicens: *Benefacite odientibus, ut ex veſtra benevolentia ipſi ſe judicent, quia injuſtè nos oduunt.* Auth. Imp. Alium quendam, ad inimicis benefaciendum, ſtimulum adducit Paulus de Palatio, eſtque gloria, quæ ex hoc tam heroico actu in nos redundat, tam apud homines, quàm in conſpectu Dei: *Qui pro inimicis orat*, inquit, *quique inimicos diligit & fovet, ſpectaculum eſt mundo, & Angelis, & hominibus: Spectat Deus ſpectant Angeli, ſtupet mundus, attoniti redduntur homines.* Paul. de Palat. Idque Apoſtoli teſtimonio probat, dicentis: *Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus*, ut autē clarius explicet, quanam in re cælum & terram ſuſpenſam teneat, ſubjungit: *Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur & juſtinemus: blaſphemamur & obſecramus.* 1. Cor. 4. v. 12. & 13.

Et orate pro perſequentibus & calumnientibus vos.

10. Ad eradicandum totaliter odium è cordibus noſtris, non ſolùm, ut adverſarios & malevolos noſtros diligamus, præcepit; verùm etiam illis nos benefacere voluit, *benefacite*; neque hoc etiamnum contentus, inſuper juſſit, ut orationes noſtras pro illis ad Deum effundamus. Lyranus lyorate exponit, dicens: *Optando ſcilicet eis bona gratiæ & gloriæ*; & meritò, quia cùm ſint noſtri perſecutores, habeantque cor odio & malevolentiâ plenum, à gratia & gloria excluſi eſſe noſcuntur, ac proinde in gravi & extrema neceſſitate conſtituti, auxilio noſtro indigent: Lucas Burg. rationem hanc reddit, quia tantò magis ad compaſſionem erga ipſos moveri debemus, quantò major in ipſis malignitas abundat: *Quod vitium, ad majorem potius benevolentiæ affectum movere nos debet, quemadmodum* Lyran. ibid. Lucas Burg.

dum medici, quando calce feriuntur à phreneticis, tunc etiam magis miserentur illorum. Porrò oratio ista hæc quam pro inimicis nostris ad Deum effundimus, ex mente S. Gregorii, ingentis efficaciæ existit: *Virtus veræ orationis, est celsitudo charitatis, & tũc quisq; quod rectè petit, adipiscitur, cùm ejus animus in petitione nec inimici odio fuscatur sed plerumque reluctantem animum vincimus, si etiam pro inimicis oramus.* Porrò inter omnes tam veteris quàm novi testamẽti Sanctos, David vel maximè de virtute mãsuetudinis, sanctè gloriari posse videtur: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.* Et in Psalm. 34. insidias, quas inimici adversùs ipsum machinati fuerãt, manifestat, dum ait: *Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ,* utilitas autem, quam inde cepit, fuit illa, quæ in Evangelio nobis insinuatur: *Cùm mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in jejunio animam meam.* Quemnam verò inde fructum percepit? *Oratio mea in sinu meo convertetur.* Ubi S. Ambrosius ait: *Hæc est oratio quæ in sinum convertitur deprecantis, fructum referens eorum, quæ voluit impetrare.*

S. Greg. hom. 17. Psal. 131. 1. Psal. 34. 12. Psal. 34. 13. Ibid. S. Ambr. in Psal. 38.

Versus 45.

Ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.

Ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est.

1. Differentia, quæ inter filios Dei, & filios diaboli versatur, in hoc consistit, quòd hi vindicativi sint & homicidæ: *In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli; omnis qui non est justus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.* Et ideò vindicativis verè dici potest. *Vos ex patre diaboli estis, & desideria Patris vestri vultis perficere, ille homicida erit ab initio.*

1. Joan. 3. 10. Joan 8. 44. Ibid.

2. Sanctus Augustinus observat, quòd Christus *Non ait: Facite ista, quia estis filii, sed facite ista, ut sitis filii, cùm autem ad hoc nos vocat, ad similitudinem suam vocat.* Etenim quidnam est aliud, in quo unquam filii Dei agnosci poterimus, inquit etiam Author Imperfecti, quam si Deo assimilemur? Filii carnales genitoribus suis sæpe in vultu, voce, vel in aliis corporis lineamentis assimilantur, *Filii autem spirituales in sanctitate.* In natura Deo similes esse nõ possumus, ut ait etiam Dionysius Carthusianus, dicens: *Huic perfectioni assimilari non possumus, similitudine æqualitatis, sed imitationis.* S. Gregorius dictum illud sapientiæ cap. 12. *Tu autem Domine cum tranquillitate judicas,* declarans, ostendit, quod in repressione iræ & furoris, contra inimicos nostros concepti, ipsummet Deum imitemur: *Quoties turbulentos motus animi sub mansuetudinis virtute restringimus, ad similitudinem redire conditoris conamur.* In cujus asserti probationem, ut Albertus Magnus optimè notat, Christus ipsemet dixit: *Ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est, & ideo non movetur passionibus iræ vel inimicitiæ.* Quænam excogitari à quopiam poterit prærogativa sublimior, quàm quòd vilis aliquis terræ vermiculus, qualis homo, Deo reddatur similis? Id assequi non possumus per sapientiam, æternitatem immutabilitatem, immensitatem, omnipotentiam, vel alia similia attributa, sed per solam mansuetudinem: Advertendum quoque hoc loco est, quòd, ut prudentiam addiscamus, Deus nos mittat ad serpentem: *Estote prudentes sicut serpentes*; Ad comparandam simplicitatem & synceritatis candorem, mittimur ad columbam: *Simplices sicut columbæ*; providentiam Dei, lilium nos docet: *Considerate lilia agri*; ut à lethargo pigritiæ nostræ evigilemus, ad formicam ablegamur: *Vade ad formicam ô piger*; at verò ubi de condonandis & remittendis injuriis, & amore eorum, qui nos offenderunt, agitur, quoniam remittimur? Ad æternum ipsius Patrem ut ab illo in filios suos adoptemur: *Diligite inimicos vestros, ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est*; insuper etiam voluit, ut nos in ipso specularemur, utpote in eo, qui Patris imago existit: *Discedite à me, quia mitis sum.*

Auth. Imp. hom. 13. Dion. Cart. in Matt. Sap. 12. 18. S. Greg. l. 5. mor. c. 30. Alb. M. ibid. Mat. 10. 16. Luc. 12. 27. Prov. 6. 6.

3. Considerandum quoque, qualis honor & gloria ex hac filiatione Dei in nos dimanet, de qua Apostolus scribit, quòd ne quidem Angelica Natura, illius honore frui vel

Heb.1.5. vel potiri potuerit: *Cui enim dixit aliquando Angelorum; filius meus es tu? Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium?* Utique S. Paulo non deerant ad Christi gloriam exaltandam alii tituli, & tamen solo hoc filii Dei titulo uti voluit, utpote omnibus aliis sublimiori. Unde Author hoc argumentum deducit: *Qualis putas sit actus dilectionis inimicorum, cum filiationis divino titulo remuneretur?* Lucas Burgensis ait: *Quid enim ab homine optari possit divinius, atque beatius, quàm ut sit, & opere ipso esse declaretur Dei Patris Filius.* Et quidem Dionysius Carth. ad omnes tres Divinas personas extendit: *Scilicet Dei Patris, vel totius superbeatissimæ Trinitatis quæ est unus creator ac Deus, & Pater omnium nostrum.* Et ideò Paulus de Palatio continere se nequit, quin exclamet: *O mortales, quorum pectora honoris ambitio, & divitiarum vexat cupiditas; accurrite, en via summi honoris comparandi; si inimicos diligitis, filii estis Dei: Cur ad honorem, qui vos pauperes facit, aspiratis, ad eum verò, cui sunt regni cœlestis jura connexa, languetis?* Idem quoque Author ignorare se dicit, an Deus nos in alia quapiam occasione filii Dei titulo honorarit, præterquam his; aut verò si aliàs quoque idem ab eo factum fuit, id utique eadem ex causa contigit, sicut quando dixit: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

Luc. Burg. Dion. Card. in Mat. Paul. de Pal. in Matt. Mat. 5. 9.

4. Quod si filii substantia sunt parentum suorum, consequens, ut tanquam filii aliquid divini participemus. Jacob ad Esau, à Deo aliàs reprobatum, dixit: *Vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei,* id quod ea in occasione dixit: quando furor illius mitigatus fuit: *Amplexatus est eum, stringensque collum ejus, & osculans, flevit.* Ubi Glosta ait: *Peccator cùm remittit, quasi alter Deus est.* S. Paulinus scribit: *Vicem injuriæ reddere humana ultio est, at inimicos etiam diligere, vindicta cœlestis est.* Memorandum hîc quoq; est, quod quando Pater æternus Salvatorem nostrum, in trigesimi tertii ætatis suæ anni decursu, coram toto mundo filium suũ esse declaravit, idipsum tum super Jordanem, tum in monte Thabor factum fuerit; utrobique enim clarum hoc ei prohibuit testimonium, nimirum: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Advertendum est autem, quòd tam in hisce aquis sanctum lavacrum symbolizantibus, quàm in dicto mõte, ubi *loquebatur de excessu, quem completurus erat in Jerusalem,* de peccatoribus Deo reconciliandis tractatum fuerit. Unde S. Augustinus ait: *Ipse siquidem naturalis & unigenitus Dei filius, talis è cœlo prædicatus & designatus, cùm se inimicis suis præbuit benevolum. si velimus recolere tum in Iordane, tum in Thabor, à Patre dictus est Filius; cùm de inimicis, sibi Patrique conciliandis agebat.*

Gen. 33. 10. ibid. v. 4. Gloss. S. Paulin. Epist. 2. Matt. 3. 17. & 2. Pet. 1. v. 17.

S. Aug. ser. 254. de temp.

5. Enimverò unum è majoribus obstaculis, ut quotidie in praxi experimur, quod majorem hominũ partem, à remitendis ab inimico illatis injuriis, retinet, est metus, quo anguntur, ne in conspectu mundi reputationem suam amittant; sed ecce tibi, obstaculum istud nunc è medio totaliter sublatum, dum illos qui injurias remittũt, filiorum Dei titulo honorat. Quisnam unquam honorem nostrum magis cordi duxit, quàm ipsemet Deus noster, qui hunc nobis super omnes terræ thesauros custodiendum commendat: *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi.* Similiter in proverbiis nos monet: *Ne des alienis honorem tuum.* Et quomodo nobis Salvator hanc remissionem injuriarum persuadere potuisset, si nos inde præmii loco, reportaturi fuissemus, honoris nostri præjudicium Ideò S. Cyprianus ait: *Deus non tantùm censet, non esse contra honorem inimicis parcere & benefacere; sed potius supremum honorem & gloriam.* Et quidem quisnam, ad punctum hoc decidendum, judex competens erit, Deúsne, qui prima, infallibilis & æterna veritas, & sapientia increata est, an verò vulgus? Vulgus dico, non verò mundus, quia si nomine mundi, eos, qui in mundo sapientiores sunt, intelligere velimus, quales sunt Magistratus, Principes & Reges, his scimus incumbere, ut contra vindicativos, leges promulgent, eosque, qui has transgrediuntur, per manus lictoris, cum infamia publica, supplicio afficiant. Optimè igitur S. Bernardus ait: *Magna gloria est, si, cui potuisti nocere, parcas; nobile vincendi genus est, ignoscere velle.*

Eccl. 41. 15. Prov. 5. S. Cypr. l. de bono patient. S. Bern. ser. 14. de inter. domo.

Qui

Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, pluit ſuper juſtos & injuſtos.

6. Paulus de Palatio optimè obſervat, quòd Chriſtus hæc duo benficia, quæ Deus homini præſtat, ſimul junxerit, ſi quidem unum ab altero diviſum, noxium eſſet, ſicuti ambo ſimul conjuncta, magnum nobis emolumentum afferunt; ſi enim ſemper ſerenum eſſet, & nunquam plueret, Sol nocivus futurus eſſet, & ſic econtra de pluvia. *Quod ergo beneficium ſummum ſentiunt homines, eſt ſolis ortus cum pluvia temperatus.* *Paul. de Pal. ib.*

7. Albertus Magnus in his verbis conſiderat, quòd juſtis præcedentia data fuerit; prius enim dicitur: *Super bonos, ſuper juſtos, quia licèt temporalia dentur bonis & malis, à Deo tamen propter bonos dantur ſicut patet.* Gen. 19. v. 1. *Alb. M.*

8. Eandem conſiderationem Author imperfecti diu ante habuerat, dicit enim: *Cautè poſuit dicens: Super juſtos & injuſtos, omnia bona Deus non propter homines dat ſuper terram, ſed propter paucos ſanctos; contentus eſt enim magis, ut peccatores contra meritum ſuum bonis Dei fruantur, quàm ut juſti, contra meritum ſuum, à bonis ejus fraudentur.* *Auth. Imp. hom. 13.*

9. Idem argumentum, quod Chriſtus in dilectionis inimicorum favorem formavit, à Chryſoſtomo quoque adducitur his verbis: *Nam & ipſe quoque*, inquit, *non modo odit contemptores ſuos, verùm etiam beneficiis munerat.* Ante hunc tamen ſanctum Doctorem, Seneca pariter ſcripſerat: *Si Deum imitaris, da & ingratis; nam & ſceleratis Sol oritur.* Lucas Burgenſis obſervat, quòd magna ſit inter injuriam, à nobis Deo factam, & eam, quam unus homo alteri infert, inæqualitas; & tamen Deus receptam ab homine injuriam tam facilè remittat: *Certè*, inquit, *nequaquam eſt æquale peccatum ejus, qui Deum, & ejus, qui te ſpernit, non modò propter beneficiorum cumulum quibus à Deo ille affectus eſt, verùm etiam propter eminentiam dignitatis.* Petra in deſerto percuſſa, populo Iſraelitico aquam foras produxit, quæ aliis ignem naturaliter percuſſa, vibrare ſolet; Petra autem erat Chriſtus, qui, quantò atrocius à nobis habitus fuit, tantò majori erga nos fuit amore ſuccenſus, nobisque è benedicto, per diram lanceam aperto latere ſuo opulentiſſimos theſauros, id eſt, Sacramenta, per quæ in cæli poſſeſſionem ingredimur, copiosè emanere fecit. *Chryſ. hom. 18. in Matt.* *Senec. l. 4 c. 25. de benef.* *Lucas Burg. ib.*

Verſus 46.

Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & Publicani hoc faciunt?

1. Author Imperfecti ait: *Qui amicos diligit propter ſe diligit, non propter Deum, & ideo nullam habet mercedem*, remunerationem quidem ab amico habere poterit, nullum verò à Deo præmium obtinebit, ſi quidem amor iſte ad eum ordinatus non fuit: *Delectat eum ipſa dilectio, qui autem inimicum ſuum diligit, non propter ſe diligit, ſed propter Deum, ideo magnam habet mercedem, quia contradicit motibus ſuis.* Hugo Cardinalis meritum hujus dilectionis, quæ à charitate derivatur, obſervat, dicens: *Amare amantem naturæ eſt, inimicum amare charitatis eſt.* *Author Imperf.* *Hugo Card.*

2. Porrò inter Chriſtianos, qui legem in charitate totaliter fundatam profitentur, & inter paganos hæc intercedit differentia, quòd hi illos duntaxat ament, qui ipſis per amorem reciprocum viciſſim correſpondent, nos autem & eum, qui nos odio proſequitur, diligamus. Unde Tertullianus ait: *Amicos diligere, omnium eſt, inimicos autem, ſolorum eſt Chriſtianorum.* Sanctus Petrus Characterem Chriſtiani, ejuſque vocationem, per quam à cunctis aliis, Evangelio non credentibus, diſtinguitur, his verbis optimè declarat: *In hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis reliquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus*; ſimiliter quænam ſint illa veſtigia, quæ poſt ipſum gradiendo, ſectari debemus, ita declarat: *Qui cùm malediceretur, non maledicebat; cùm pateretur, non comminabatur: Jubemur inimicos diligere*, inquit, Tertullianus, *ut hæc ſit perfecta & propria bonitas noſtra, non communis.* Chriſtus Iſaiæ ſuum in hunc mundum, adventum prædici *Tertul. cit. ib. in gloſſ. ad Scapul.* *1. Petr. 2. 21.* *Ib. v. 23.* *Tert. l. 1. ad Scapul. c. 1.* *Iſa. 61. 1*

prædici voluit his verbis : *Spiritus Domini ſuper me, eò quòd unxerit me*, ut autem ſciret, in quo ſpiritus ille & unctio iſta conſiſtat, ſubjungit : *Ad annuntiandum manſuetis miſit me.* Similiter quando nos primitus invitavit, ut ipſum tanquam magiſtrum noſtrum auſcultemus, prima virtus, quam omnium primo loco nobis inſinuavit, manſuetudo fuit : *Diſcite à me, quia mitis ſum.* Quando in Crucem, quæ à S. Auguſtino *Cathedra docentis* appellatur, aſcendit, prima ejus lectio hisce verbis abſoluta fuit : *Pater ignoſce illis.*

Matth. 11. 29.

Verſus 47.

Et ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantùm, quid amplius facitis ? Nonne & Ethnici hoc faciunt ?

S. Anſel. ibid. 1. Sanctus Anſelmus oſtendit, Chriſtum hoc argumento monſtrare voluiſſe, quòd diſcipuli & ſectatores ſui minimè futuri ſint meliores, ſi neminem alium ament, nullique benefaciant niſi ſolis amicis ſuis. Albertus Magnus ait : *Salutatio, vocatur exhibitio beneficiorum.* Dionyſius Carthuſianus dicit : *Id eſt, ſalutem & bona optaveritis.* S. Antonius Paduanus ait : *Salutare, eſt ſalutem alteri implorare.*

Dion. Cart. S. Ant. Pad. hic.

Paul. de Pal. 2. Paulus de Palatio multos gentiles, veri Dei notitiâ & lumine fidei omninò deſtitutos, magis erga inimicos ſuos ſe, ob gloriam & applauſum humanum, beneficos exhibuiſſe oſtendit, quàm nos ad ipſiusmet Dei inſtantiam faciamus : *Gentilium exempla id utilitatis habent, quod ori noſtro pudorem & ruborem infundant, dum ab illis, quibus præceptum non erat, videmus factum, quod à nobis, quibus tanto rerum & verborum pondere præcipitur, manifeſtè videtur neglectum.*

Verſus 48.

Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

Alb. M. in Matt. 1. Albertus Magnus ait : *Ex hoc quod dicit : Sicut Pater, accipitur conſtans ad nos affectus, qui etiam illatâ injuriâ non provocatur, neque beneficia ſubtrahit.* Ex dictione *veſter*, cernitur obligatio, quâ ad illum imitandum obſtricti ſumus ; unde Malachiæ cap. 1. dicit : *Si ego Pater, ubi honor meus.* Apoſtolus ad Hebr. cap. 12. pariter nos monet, dicens : *Nonne magis obediemus Patri ſpirituum & vivemus ?* Cùm verò dicit : *Pater cœleſtis*, imperturbabilem ſuam denotat ſerenitatem : *Quia cœleſtia nullâ moventur turbulentiâ, ſicut & Deus Pater peccatis in ſe factis non turbatur ad inimicitias iræ, ut non benefaciat.*

Malac. 1. 6.

2. Enimverò certum eſt, quòd perfectio à charitate majori vel minori menſuretur, quodnam verò adhiberi poterit medium, quod ad charitatem, & conſequenter perfectionem hanc adaugendam magis cooperetur, quàm inimico benefacere, eique bonum pro malo reddere ? Tauletus de quadam Sancta refert, quòd interrogata, quonam medio adhibito ad eam eminentem ſanctitatem pertigiſſet, reſponderit : *Eos, qui mihi moleſti vel infeſti erant, ſingulari amore dilexi, atque illi, à quo læſa fueram, peculiare ſemper beneficium contuli, quod aliàs ei non contuliſſem. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper*, id eſt, ut Hugo Cardinalis ait : *Incenditur amore Dei.* Dum enim impii & perverſi homines, adverſus humiles & mortificatos, vel maximè eriguntur, hi tantò ardentiùs, igne amoris Dei & dilectionis, erga ipſos accenduntur, & ideò idem Hugo ly *Pauper*, ita gloſſat : *Pauper ſpiritu.*

Taulerus. Cornel. à Lap. in c. 5. Matth.

Pſ. 10. 2.

Verſus 1.

Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis ; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

Cap. 6. Matth.

Attendite.

1. Hoc verbum ſollicitudinem exprimit, quæ nobis in cavenda vana gloria adhibenda eſt ; Unde Theophylactus ait : *Attendite & cavete, quaſi de aliqua mala beſtia dicat : Attende, ne te dilaceret.* Lyranus : *Diligenter conſiderate.* Ac demum Chryſoſtomus ait : *Cor autem noſtrum attendere debemus,*

Theoph. Lyran. ibid. Chryſ. hom. 19. in Mat.

mus, invisibilis est enim serpens, quem observare debemus, & latentr ingreditur & seducit.

2. Enimverò punctum hoc, de cavenda vana gloria, hoc sacro tempore, fidelium mentibus inculcare operæ pretium est, unde etiam sancta mater Ecclesia, in primo Evangelio Quadragesimali feria quarta lecto, idipsum nobis recommendavit; ratio autem est, quia cùm hoc tempore, in multis virtuosis sanctisque operibus occupandi simus, inimicus infernalis utique pro viribus allaborare conabitur, ut operum nostrorum meritum, vana gloria mediante, perdere possit. Unde S. Augustinus ait: *Sicut tempore messium vel vindemiarum, unde caro nostra possit sustentari, colligitur; ita diebus quadragesimæ, unde anima nostra in æternum possit vivere, congregatur.* Vana gloria autem est velut occultus quidam latrunculus, qui nos in hac bona messe aut vindemiâ spoliare satagit. Hanc Lucas Burgensis hisce verbis præclare describit: *Pestis insidiosa laudis amor, clam etiam per cuniculos quosdam in hominum mentes irrepens, dum virtuti incumbunt, atque ipsa onera sancta absque strepitu, maxima cum quiete emedullans, solisque relictis inanibus paleis, absque ullo sensu perdentis cuncta, quæ intus sunt, auferens.* Author Imperfecti notat, quòd omnia quidem vitia impios, qui mancipia sunt diaboli, aggrediantur: *Concupiscentia autem vanæ gloriæ, non solùm servos diaboli, sed etiam servos Dei, & viros fideles impugnat*: Chrysostomus verbum *Attendite* examinat, & dicit: *Quasi de infidissimo aliquo serpente loqueretur, potentissimoque ad fraudandum eum, qui non tota prorsùs mente vigilasset.* Albertus Magnus advertit, quòd opera virtuosa potius attendantur, quoad modum & intentionem, quâ fiunt, quàm quoad factum ipsum, adducitque illum textum Deut. 16. *Iustè quod justum est exequeris, omnis autem modus abundantis justitiæ, consistit in recta operis intentione.*

S. Aug. serm. 56. de temp.

Luc. Burg.

Auth. Imperf. hom. 13.

Chrys. hom. 19. in Mat.

Alb. M. ibid.

Deut. 16. 20.

Ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.

3. Lyranus ait: *Iustitiam, id est, opera bona.* At verò, ex quo Christus alibi dixerat: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona*, quomodo nunc vetat, ne *videantur*? S. Anselmus dicit: *Hac intentione fieri prohibet, ut videantur*, id est, velint videri; quod idem Jansenius dicit, & fusius explicans ait: *Non enim hoc voluit esse finem operum bonorum factorum coram hominibus, sed id quod adjecit, nimirum ut glorificent Patrem cœlestem*; Glossa ait: *Non prohibet videri, ut De us laudetur, sed videri, ut ipsi laudentur.* Etenim in hoc genere operum meritoriorum, doctrinam quandam, longè utilissimam, supponere oportet, quam Chrysologus hisce verbis tangit: *Deus de cordibus, non de manibus facta metitur.* S. Augustinus hoc signum infallibile nobis tradit, unde, quænam opera Deo accepta sint, discernere valeamus; Dicit enim: *Non valde attendas, quid homo faciat, sed quid, cùm facit, aspiciat.*

Lyran.

Matt. 5. 16.

S. Anselm. ibid.

Iansc. 41. concord. Gloss.

Chrysol. ser. 9. in Gloss. cit.

S. Aug. in Ps. 31.

4. Verum enim verò, quantacunque hac in re advertentia nostra sit, hunc tamen vanæ gloriæ appetitum refrænare adeò est difficile, ut S. Prosper lib. de sententiis S. Augustini, sentent. 317. à S. Thoma in Catena sua citatus dicat: *Quantas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit, nisi qui ei bellum indixerit; quia etsi cuiquam facile est laudem non cupere, dum negatur, difficile tamen est eâ non delectari, dum offertur.*

S. Prosp. in Cat.

5. Veruntamen instabis fortasse ulteriùs, quod saltem in erogatione eleëmosynarum, maximè si hæ à nobis in publico deposcantur, impossibile videatur esse, illam ab hominum oculis abscondere, quia tametsi pauperem etiam seorsim pro eleëmosyna ei erogandæ evocemus, satis tamen unicuique apparet, id ad ejus miseriam sublevandam fieri. Respondet Author Imperfecti, verbis sequentibus: *Considera, quia non dixit, ne tantùm coram hominibus faciatis; sed addidit, ut videamini ab eis; qui ergò non ideò facit, ut ab hominibus videatur, & si coram hominibus fecerit, non tamen coram hominibus feciſſe videatur; qui enim aliquid facit propter Deum, neminem vidit in corde suo nisi Deum, propter quem facit; sic artifex eum semper habet præ oculis, qui sibi opus faciendum commisit.*

Auth. Imp. hom. cit.

Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem.

Lyran. 6. Lyranus ait: *Ex quo enim intentio fertur ad homines tantùm, non eſt aliquid à Deo juſtè exſpectandum*; ac proinde obſervari debet, quòd non dixit: *Mercedem non habebitis* abſolutè ſed addit: *Apud Patrem veſtrum*; quia qui gloriam & applauſum mundi ſolùm aſpirat, gloriâ Dei certiſſimè deſtituitur. Unde Author Imperfecti ait: *Et mandatum dat, & pœnam proponit, ut vanitatem humanam, etſi non amor juſtitiæ tenet, vel timor damni refrænet.*

Auth. Imp.

Verſus 2.

Cùm ergò facis eleëmoſynam, noli tubâ canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis & vicis, ut honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

Cùm ergo facis eleëmoſynam, noli tubâ canere ante te.

Lyran. 1. Lyranus hujus ſonantis tubæ, cujus Chriſtus hîc meminit, cauſam exponens, dicit: Olim apud Judæos tubarum uſum ad eundem finem ſerviviſſe, ad quem apud nos campanæ adhibentur, unde ſicut in aliquibus locis videmus, quòd ad pauperes coadunandos, campanæ pulſentur, ita apud Judæos, in eundem finem tubæ ſonus adhibebatur, hypocritæ igitur, dum ſuam in eleëmoſynis erogandis liberalitatem oſtentare volebant, hoc inſtrumentum inſonabant, non quod pro ſuo objecto alienæ miſeriæ ſublevamen haberent, ſed quia vanam gloriam, & applauſum venabantur humanum, *Ut honorificentur ab hominibus.* Cajetanus quoque hunc eundem ritum notans, ſubjungit: *Hic enim mos rationabiliter inſtitutus erat, ad tollendam vagationem incertam mendicantium, & moleſtiam erogantium eleëmoſynas, ne omni hora, aut ubique moleſtarentur; ſed hypocritæ abutebantur hoc more, ſervantes illum ad hoc, ut honorificarentur ab hominibus.* Albertus Magnus argutè conſiderat; quòd Chriſtus non dixerit: *Noli tuba ſonare; ſed: Noli tuba canere ante te,* id enim fecille credendus eſt, *quia hypocrita delectatur in tali ſono, ſicut in cantu muſico.*

Cajet. ibid.

Alb. M.

2. Sanctus Thomas ait: *Tubâ canere, eſt pompam vanæ laudis appetere:* Unde Rabanus ait: *Ante ſe tuba canit, qui ante alios vult laudari.* Hugo Cardinalis ait: id eſt, noli innoteſcere ad gloriam tuam. Præ cæteris verò, ſonum hunc tubæ diffuſius interpretatur Author Imperfecti, dicēs: *Tuba eſt omnis actus vel ſermo, per quem operis jactantia demonſtratur,* quaſi dicat: Omnis ille tubâ canit, qui in operibus bonis, quæ facit, videri & laudari appetit. Idem verò Author in individuo de eleëmoſyna tractans, magis ſpecificè exponit, quinam ſint illi, qui tubâ ante ſe canunt: *Qui intercedente aliquo facit eleëmoſynam, ubi autem non eſt interceſſor, non facit: Hæc conſuetudo mala tuba eſt: Item qui viderit honeſtiorem perſonam, quæ poteſt referre & dat ei.* In vita ſancti Caroli refertur, quòd dum quidam vir nobilis, eleëmoſynam ab eo poſceret, eidem medium duntaxat groſſum donaverit, idque ne vanæ gloriæ vitio peccaret; ſiquidem aliàs in eleëmoſynis erogādis adeò liberalis fuit, ut unico die quadraginta duo ſcutorum millia inter pauperes diſpenſarit. Idem quoque Author dicit, quòd ſi quis alicui perſonæ qualificatæ eleëmoſynam daret, alio quodam æqualiter egeno ex eo ſolùm capite poſtpoſito, quòd vilis ſit & abjectus: *Hoc tuba eſt, etiamſi in loco ſecreto fuerit, eo tamen propoſito, ut laudabilis videatur; primùm quia fecit, ſecundò, quia abſconſè; ipſa abſconſio, tuba eſt eleëmoſynæ ejus,* & quidquid illud fecerit homo, per quod apparet, aut vult apparere, quia fecit, tuba eſt, ideo non tantùm locus, nec actus ſecretus ſervandus eſt, ſed magis voluntas ſecreta.

S. Thom. in Mat. Raban. Hugo Card. Auth. Imp. ib.

Alb. M. in Mat.

3. Albertus Magnus particulam illam, *ante te*, declarans dicit: *Si enim poſt ſe eſſet, quod videlicet tentaret, & non præcederet, humana eſſet hæc tentatio, ſed quando præcedit, diabolica hæc eſt elatio.* Sanctus Philippus Nerius nolebat, ut quis ad veram gloriam fugiendam, bene operari deſineret. Unde ſolebat tria vanæ gloriæ genera diſtinguere: Primum eſt,

Lib. c. 17 n. 14. ſ. Phil. Ner.

quod ab ipſa vana gloria, Domina appellabatur, & hanc tunc dicebat, quando vana gloria opus bonum præcedebat, adeò ut opus bonum ad finem, applauſum & æſtimationem ſibi comparandi, fieret. Secundam vocabat ſociam, eratque, quando opus bonum non quidem propter applauſum humanum fiebat, in eo tamen faciendo, aliquam illius habebat complacentiam. Tertiam denique vanam gloriam, appellabat ſervam; eratque, quando eadem inter bene operandum quidem exſurgebat, cautè tamen & ſubitò reprimebatur: Quâ diſtinctione ſuppoſitâ monere ſolebat, dicens: Super omnia cavete, ne vana gloria dominans, reperiatur in vobis.

Sicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & vicis, ut honorificentur, &c.

Alb. M. 4. Albertus M. ait: *Ecce loca laudi congruentia;* Etenim Salvator duo locorum genera tangit, magis ab hominibus frequentata, ſacra ſcilicet, & prophana; ſacra ſunt Synagogæ, *Locum, in quo confluunt ad cultum Dei multitudines, & hæ laudant apparentem ſanctitatem: & locum, ubi confluunt ad negotia propria; & hæ laudant apparentem largitatem.*

Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.

S. Greg. l. 8. mor. c. 28. 5. S. Gregorius miſeriam iſtorum hisce verbis deplorat: *Qui pro virtute, quam agit, humanos favores deſiderat, rem magni meriti, vili pretio venalem portat; unde cœli regnum mereri potuit, imò nummum tranſitorii ſermonis quærit.* In Aggæo Propheta, contra ejuſmodi dicitur: *Seminaſtis multum & intuliſtis parum, qui mercedem congregavit, miſit eas in ſacculum pertuſum*; vel ut alia littera legit: *In dolium perforatum.*

Aggai. 1. 6.

[o]

Verſus 3.

Te autem faciente eleëmoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.

1. Janſenius quorundam refert opinionem, qui per manum ſiniſtram, familiariſſimum quendam inimicum intelligi poſſe exiſtimarunt; ut ſit ſenſus: *Adeò ſecretò eleëmoſynam facito, ut ne familiares quidem tibi, conſcii ſint ejus quod agis.* Veruntamen ſententiæ Chryſoſtomi & aliorum adhæret, qui putat id per hyperbolem dictum eſſe: *Hic quoque non manus voluit intelligi, ſed exaggeratum poſuit hunc ſenſum: Si, inquit, poſſibile eſt, teipſum quoque ignorare quod facis, ſit tibi hoc prorſus in ſtudio, & ſi fieri queat, nec manus, quibus id peragitur, conſciæ ſint:* In qua etiam ſententia Theophylactus fuit, dum ait: *Hyperbolen hoc dicit, quaſi diceret; ſi poſſibile etiam teipſum ignores.* Dionyſius Carthuſianus, de intentione intelligit, quando de executione adimpleri non poteſt: *Tam occultè hoc facias, quantùm ad animi intentionem, ut nec ab illo videatur, qui tibi tam vicinus eſt, ut una manus alteri.* Sponſa in ſacris Canticis dicit: *Leva ejus ſub capite meo, & dextera ejus amplexabitur me.* Paulus de Palatio circa hæc verba conſiderat, quòd manus ſiniſtra ſub capite ab oculo videri non poſſit, bene autem dextera, quæ nos ſtringit & amplexatur; myſterium igitur in hisce verbis contentum hoc eſt: *Lævam ſponſa non videt, videt verò dexteram; at in læva ſunt divitiæ & gloria, ſcilicet temporalia: In dextera eſt longitudo dierum, id eſt, æternitas. Dicit ergo fidelis ſponſa, ſe oculos habere totos in æternitatem defixos; divitias verò & honores, ut lævam manum non aſpicere.* Sanctus Paulus Apoſtolus eò quòd oculos ſuos in cœli ærarium defixos ſemel habuerat, quoniam raptus fuit uſque ad tertium cœlum, omne aurum totius terræ nihil pendebat, *omnia arbitror ut ſtercora*; quisquis oculum ſuum ad dexteram, id eſt, ad bona æterna, & ad promiſſam eleëmoſynæ retributionem dirigit, is ſemper opere ipſo oſtendet, ſe neſcire,

Ianſen. concord. c. 41.

Chryſ. hom. 19. in Mat.

Theoph.

Dion. Carth.

Cant. 2. 6.

Paul. de Pal. in Matth. cap. 6.

Phil. 3. 8.

nèſcire, nec attendere, quantum det, etiamſi eleëmoſyna ad millionem auri uſque aſcenderet: *Ignorabit ſiniſtra ejus, quid faciat dextera ejus.* Porrò Apoſtolus ampliſſimis quidem bonorũ operum theſauris onuſtus erat, quia plus omnibus aliis laboraverat; veruntamen quia oculum ſuum ad dexteram, id eſt, ad beatam æternitatem defixum tenebat, ideo ſe nihil feciſſe arbitrabatur, omniumque heroicorum operum ſuorum oblviſcens, ſe pridem viam Dei incipere exiſtimabat: *Quæ quidem retrò ſunt obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum: Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.*

Phil. 3. 13. ibid. v. 15.

S. Anſel. ibid.

2. S. Anſelmus, Chriſtum per hanc ſententiam illos redarguere velle exiſtimat, qui ſibi perſuaſum habent, quòd eleëmoſynam dare poſſint, cum intentione placendi hominibus, & tamen etiam apud Deum mereri queant, adeò ut per unam eandemque eleëmoſynam, uno eodemque tempore, & Deo, & hominibus placere velle poſſint: *Dextera eſt amor cœleſtium bonorum, ſiniſtra verò eſt amor temporalium bonorum, laudis ſcilicet & cæterorum; non ergo conſocientur iſti amores, & neſciat ſiniſtra, id eſt, petitio humanæ laudis, quid faciat dextera, id eſt, amor, & cœleſtium reſpectus.* Paulus de Palatio, nos illas res ſcire dicit, quas approbamus, illas verò nos neſcire putat, quas reprobamus: *Vult igitur Dominus opus noſtrum fieri propter Deum, ut in eo nihil guſtus inveniat caro, ut, cùm guſtet de opere, neſcire dicatur.*

Paul. de Pal.

Theoph.

3. Theophylactus ait: *Siniſtra eſt inanis gloria, dextera verò eleëmoſyna, neſciat igitur eleëmoſynam inanis gloriæ.* Idque perfectè conſonat cum eo, quod S. Auguſtinus hiſce verbis ſcribit: *Siniſtra videtur ſignificare delectationem laudis, dextera autem ſignificat intentionem implendi præcepta divina; cùm ergò conſcientiæ faciendi eleëmoſynam, miſcet ſe appetitio laudis humanæ, fit ſiniſtra conſcientia dextera; neſciat ergo ſiniſtra, id eſt, non ſe miſceat conſcientiæ tuæ laudis humanæ appetitio.*

S. Aug. cit. in cat. lib. 2. c. 4. de ſerm. Dom.

Gloſſ. ib.

4. Gloſſa per ſiniſtram vitia intelligit: *Siniſtra vitia, dextera virtutes.* Vult igitur ſapientiſſimus Magiſter noſter dicere, quòd vana gloria virtutes ignorare, & procul ab eis abeſſe dicebat: *Quod ergò agit virtus, neſciat elatio.*

5. S. Thomas ait: *Per ſiniſtram intentio perverſa deſignatur humanæ laudis, per dexteram intentio ſancta implendi præcepta Dei, ut dicit Auguſtinus. Unde neſciat ſiniſtra tua, id eſt, non ſe immiſceat perverſa intentio laudis, vel ineptæ lætitiæ, vel elationis, quid faciat dextera tua, id eſt, cum præcepta Dei implere contenditis.*

S. Thom. in Matt.

6. Dionyſius Carthuſianus per hanc ſiniſtram, intelligit tentationem, vel cogitationem vanitatis & complacentiæ, quæ in nos ſæpè ſubingreditur, quando manum noſtram, ad charitatis opera exercenda extendere volumus: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, hoc eſt, cogitatio vana omninò abjiciatur, nec bonæ cogitationi, de qua eleëmoſyna naſcitur, admiſceatur.* Similiter ut Beda obſervat, eleëmoſynæ meritum nonnunquam nobis apud Deum comparare poſſumus, licèt illam manu non erogemus: *Quæ efficitur in voluntate bona, quamvis non ſit quod tribuatur in pecunia, non in his ſolet ſiniſtra operari, qui eam non intùs ſed foris faciunt.*

Dion. Carth.

Beda ibid.

Verſus 4.

Ut ſit eleëmoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

Ut ſit eleëmoſyna tua in abſcondito.

1. Hæc doctrina, inquit Janſenius, intelligi poteſt vel tanquam præceptum, vel tanquam cautela: *Si accipiatur ut præceptum, ad intentionem referri debet; non enim præcipitur, ut omninò ſecreta ſit eleëmoſyna, ſed ut intentio facientis aliena ſit ab eo, ut quærat videri ab hominibus, & quantum ad ſe ſpectat, in abſcondito fiat: ſi autem accipiatur ut cautela, inſtruimur, ut noſtræ infirmitati conſulentes, ne obrepat in eleëmoſyna vana gloria.* Eſtque hæc expoſitio conformis Gloſſæ à S. Thoma citatæ: *In abſcondito, id eſt, in ſecreto conſcientiæ, ſecundùm Gloſſam: In conſcientia dicitur fieri eleëmoſyna, quando propter Deum datur, non quia abſcondatur aliquando ab hominibus.*

Janſen. concord c. 41.

Gloſſ. cit. à S. Thom. in Matt.

Et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.

S. Thom. 2. Idem S. Thomas ait: *Videt in abſcondito, id eſt, qui eſt diſcretor cogitationum.*

3. Quamnam remunerationem nedum ſperare, ſed & imaginari poſſumus majorem, quàm quòd Patrem æternum, operum noſtrorum charitatis habeamus ſpectatorem pariter & remuneratorem? Lucas Burgenſis ait: *Quid enim deſideret abegenis & mendicis præſtari, ad cujus ſpectandas virtutes, Rex ipſe properet, qui ſolus coronandi tenet poteſtatem? & qui ſua oſtentare opera cupiat, Patri imprimis oſtentet, oportet, qui, ut eſt potentiſſimus, ita proniſſimus ad remunerandum erit.* Conſiderandum quoque, quòd, ut valdè ingeniosè idem Author obſervat, quando de præmiandis eleëmoſynis agitur, Chriſtus Patri ſuo non Dei, ſed Patris nomen attribuit: *Pater eſt enim, cui ſi modò ipſi placere ſtudeant filii, nihil priùs eſt, quàm filio benè velle.*

Lucas. Burg.

S. Thom. in Mat. 4. S. Thomas, per adductam Chryſoſtomi authoritatem, impoſſibile eſſe aſſerit, quòd eleëmoſyna, vel aliud quodcunque opus bonum, quod in occulto facimus, coram oculis mundi ſit abſconditum. *Impoſſibile eſt, ut opus bonum hominis, in abſcondito dimittat Deus; ſed in hoc ſeculo manifeſtat, & in illo glorificat.* Idem quoque S. Doctor ut unumquemque ad operandum, ea cum intentione, ut Deo placeat, & ad ſolam Dei præſentiam, & oculos ejus, ad opus noſtrum conſiderandum apertos, recogitandos animet & excitet, in ſententiam ejusdem Chryſoſtomi ita ſubjungit: *Si vis habere inſpectores eorum quæ facis, ecce habes non ſolùm Angelos & Archangelos, ſed Deum univerſorum.*

5. Denique conſiderandum, qualis ſit operum bonorum noſtrorum compenſatio, & præcipuè pondus verbi illius, *Reddet*, benè eſt ponderandum; in eo namque non ſolùm inſinuatur, habituros nos æternæ gloriæ mercedem, verùm etiam motivum quoddam ſuggeritur, quo ad eleëmoſynam dandam faciles efficiamur; ſiquidem non obſtante, quòd omnia bona naturæ, fortunæ, & gratiæ, quæ poſſidemus, Dei ſint bona, ipſe tamen ſe debitorem noſtrum agnoſcit & nominat. Certum quidem eſt, quòd tametſi amore Dei omnia noſtra dediſſemus, nihilominus dicendum nobis eſſet: *Inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus;* attamen Chriſtus opera noſtra ita Patri ſuo grata futura dicit, quòd *reddet nobis*, idque per retributionem æternam. *Luc. 17. v. 10.*



DOMI-

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 4.

V. 1. JESUS *Ductus eſt in deſertum à ſpiritu, ut tentaretur à diabolo.* 2. *Et cùm jejunâſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.* 3. *Et accedens tentator, dixit ei: Si Filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant.* 4. *Qui reſpondens dixit: Scriptum eſt, non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* 5. *Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam civitatem, & ſtatuit eum ſuper pinnaculum templi,* 6. *& dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum; ſcriptum eſt enim, quia Angelis ſuis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* 7. *Ait* JESUS: *rurſum ſcriptum eſt, non tentabis Dominum Deum tuum.* 8. *Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei:* 9. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* 10. *Tunc dixit ei* JESUS: *Vade Sathana, Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* 11. *Tunc reliquit eum diabolus, & ecce, Angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.*

Verſus 1.

JESUS ductus eſt in deſertum à ſpiritu, ut tentaretur à diabolo.

Ductus eſt.

Lyran. ib. 1. LYranus, Chriſtum per impulſum Spiritûs ſancti, in deſertum iſtud ductum fuiſſe, ſcribit: *A ſpiritu, ſcilicet ſancto, quia humanitas Chriſti erat organum divinitatis, & ideo ad omnia agenda movebatur Spiritûs ſancti inſtinctu.* S. Hieronymus inquit: *Ducitur non invitus aut captus, ſed voluntate pugnandi.* Lucas Burgenſis verbum *ductus eſt*, ponderans, hanc inde doctrinam deducit: *Cæterùm ne tu te in tentationum laqueos temerarius injicias, non Chriſtus ipſe tentationes expetiviſſe dicitur, ſed ad tentationis locum à ſpiritu ductus, quanquam ipſe, ut noverat ſe ab hoſte ſuperari non poſſe ita poterat velle, volebatque ad noſtram doctrinam tentari.* Salmeron autem fortem illam armaturam conſiderat, quâ prius illum Spiritus ſanctus communire voluit: *Spiritus ſanctus, qui Chriſtum expulit in deſertum, atque tentandum diabolo expoſuit, militem ſuum benè armatum atque munitum protulit, ut ſine magna difficultate victoriam comparare poſſet:* porrò arma hæc fuerunt ſolitudo & auſteritas loci, oratio continua, vigiliæ aſſiduæ quadraginta dierum, & jejunium. Advertit autem Gloſſa, quòd qui ſine hoc ſpiritu ad pugnam vadit, citò cadit.

S. Hier. in Mat. *Lucas Burg. in Mat.* *Salm. to. 4. tr. 10.* *Gloſſ. ib.*

2. S. Thomas, quinam illi ſint, qui à Spiritu ſancto duci dicuntur, declarat, dum ait: *Homines tunc ducuntur à Spiritu ſancto, quando charitate moventur*, unde Apoſt. 2. Cor. 5. ait: *Charitas Chriſti urget nos.*

S. Thom. in Mat. *2. Cor. 5. v. 14.*

In deſertum.

3. Priuſquam ſe ad Evangelii prædicationem accingeret, priùs ad pœnitentiam faciendam ingreſſùs eſt deſertum. Unde Lucas Burgenſis ait: *Ne quidem Ioannis præconio commendatus, adeoque cœlitùs authoritate accepta*

Lucas Burg.

accepta, ſtatim ad prædicandum prorumpit JESUS. Jam enim Præcurſor illum tanquam promiſſum Meſſiam, digito demonſtrarat, æternus quoque Pater de cœlo dixerat: *Hic eſt filius meus, ipſum audite*; & tamen *cœpit priùs facere & docere*, & priusquam pœnitentiam prædicare inciperet, eam priùs ipſemet exercere voluit.

Lyran. 4. Lyranus dicit: *In deſertum locum ſilicet aptum orationi, ut ibi ſpiritum in oratione offerret pro nobis Patri.*

S. Anſel. ibid. 5. Anſelmus deſertum hoc, illam fuiſſe ſolitudinem exiſtimat, quæ eſt inter Jeruſalem & Jericho, in qua exules & proſcripti demorari ſolebant: *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, qui incidit in latrones; homo dico, gerens figuram Adæ, qui à dæmonibus victus eſt, & peccatis ſauciatus, & virtutibus ſpoliatus; conveniens fuit, ut ibi Chriſtus diabolum ſuperaret, ubi diabolus hominem ſub figura ſuperaſſe dictus eſt.*

Luc. 10. 30.

Ianſen. conc. ev. c. 15. 6. Janſenius, hunc Chriſti in ſolitudinem receſſum humilitati ejus attribuit; ſiquidem poſtquam paulò antè à Præcurſore, tanquam promiſſus Meſſias proclamatus eſſet, à Patre quoque æterno manifeſtè declaratus fuiſſet eſſe ejus filius; ac tandem à Spiritu S. pariter in ſpecie columbæ fuiſſet honoratus, operæ pretium futurum eſſe cenſuit, ſi ſe ab hominum applauſu & veneratione per hunc receſſum ſubduceret: *Ut humilitatis nobis exemplum relinqueret*; vel etiam, ut vanam gloriam, quæ ex operibus pœnitentiæ exſurgere poterat, declinaret, ut

S. Cypr. or. de tent. S. Cyprianus advertit, dum ait: *Locus ſecretus eligitur, quia ſolius Dei judicio, jejunia ſunt agenda: jejuniorum ſudoribus laus importuna ſe ingerit.*

Theoph. 7. Theophylactus, Chriſtum per hunc receſſum, & diaboli ſubſequentem tentationem, hoc nobis documentum inſinuare voluiſſe exiſtimat, quòd ſcilicet dæmon nos tunc vel maximè tentet, quando nos ſolitarios eſſe videt: *Quando videlicet ſolitarios, & non ab aliis adjutos: oportet igitur nos non temerè fidere nobis ipſis.* Eccleſiaſtis præclarum monitum eſt: *Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſublevantem ſe.* Eadem quoque obſervatio priùs à Chryſoſtomo, qui hoc ſtratagema notavit, adducta fuit hisce verbis: *Quia diabolum volebat allicere, non de eſurire ſolùm, verùm etiam de loco, occaſionem illi tentationis ingeſſit; tunc quippe maximè diabolus aliquos aggreditur, cùm ſolos viderit, atque ab aliis ſegregatos.*

Eccl. 4. v. 10.

Chryſ. hom. 13. in Mat.

8. Didacus Stella aliam habet obſervationem ſatis ingenioſam: Quando aliquis alium ad duellum provocat, tunc is locum eligit, alius autem, qui provocatus eſt, arma adhibenda deſtinat; dum igitur Chriſtus cum Lucifero præliaturus ſe ſubduceret, ſolitudinem elegit, & arma diabolus. Et quidem ut victoria tantò eſſet glorioſior, ſolitudinem elegit, non ſancta ſanctorum, non Altare ſacrificiorum, ubi peccatores cum Deo reconciliantur; *Ubi dæmonis vires & potentia franguntur, ſed abiit in deſertum, ubi dæmon ambulare ſolet, juxta illud quod dicitur, quòd exiens ab homine, ambulat per loca aridа & deſerta.*

Did. Stell. in c. 4. Luc.

Matth. 12. v. 43.

9. Veruntamen etiam dicere poſſumus, Chriſtum nos docere voluiſſe, quòd ad vincendum dæmonem permagni interſit, ut quis locum ſibi commodum elegat, id eſt, ſolitudinem. Albertus Magnus ait: *Subtrahit arma diabolo ad pugnandum*, illa nimirum, de quibus S. Joannes dicit: *Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, hoc eſt, divitiæ, deliciæ, & honores*; *& hæc non ſunt in deſerto.* S. Ambroſius ait: *Ut evacuaret diaboli tentamenta; nam etſi in abundantia copiarum, continenter vixiſſe laudandum eſt, tamen in divitiis & amœnitatibus frequentior tentationis illecebra eſt.* S. Auguſtinus ait: *Minus voluptatibus ſtimulatur, ubi non eſt frequentia voluptatum.* S. Hieronymus ad S. Paulinum ita ſcribit: *Multitudines hominum, & officia, & ſalutationes, & convivia, veluti quasdam catenas effugias voluptatum.* S. Paſchaſius quoque hanc ſolitudinis prærogativam eſſe exiſtimat, quòd non mediante oratione, per majorem animi recollectionem, cum Deo fortiùs uniat atque conſtringat; & conſequenter, ad reſiſtendum inimico noſtro, fortiores, validioresque efficiat: *Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine: Exſpectabam eum, qui ſalvum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate, præcipita Domine.*

Alb. M. in Mat. 1. Ioan. 2. v. 16.

S. Ambr. l. 3. de Sp. S. c. 18.

S. Aug. de ſing. cleric.

S. Hier. l. 2. ep. 14.

S. Paſch. l. 3. in Matt.

Pſ 54. v. 8. & 9.

10. S. Ambroſius aliud quoddam myſterium hisce verbis tangit: *Ut ibi Adam ſalvaret errantem, ubi fuerat de Paradiſi poſſeſſione*

S. Ambr. ſer. 39.

ſeſſione deſectus; in deſerto ergo primùm homini ſalus refunditur, ubi non ſunt epulæ, ubi deſunt delitiæ, ubi, quod eſt omnium malorum cauſa, deeſt mulier. Videte rem miram: In paradiſo cum Adam diabolus decertat, in deſerto cum Chriſto diabolus dimicat, ubique inſidiatur homini, ubique congreditur, ſed ubi mulierem invenit, vincit.

Ut tentaretur à diabolo.

Luc. 4. v. 1. 11. S. Lucas de Salvatore ait: *Jeſus autem plenus Spiritu ſancto, regreſſus eſt à Jordane, & agebatur à ſpiritu in deſertum diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo, & nihil manducavit in diebus illis.* Piratæ communiter illis navibus magis ſolent eſſe infeſti, quæ pretioſioribus mercibus onuſtæ mare ſulcant; ita quoque inimicus infernalis illis animabus majores ſolet inſidias ſtruere, qui ditioribus locupletatæ ſunt donorum, gratiarumque Spiritus ſancti theſauris. Unde *S. Hila. can. 3. in Matth.* S. Hilarius: *Tentatur ſtatim poſt baptiſmum Dominus, tentatione ſua indicans, in ſanctificatis nobis, maximè diaboli tentamenta graſſari, quia victoria ei eſt magis exoptata de ſanctis.* Sciendum quoque hîc eſt, quod S. Matthæus hoc caput quartum, unde deſumptum eſt præſens Evangelium, hiſce verbis incipiat: *Tunc Jeſus ductus eſt, &c.* Circa quæ verba D. Chryſoſtomus, quando id factum ſit, quæritj & reſpondet: *Chryſo. ho. 5. in Matth.* *Quando Pater clamavit de cælo: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui; vides ergo quia nemo baptizatur in igne tentationis, niſi qui factus fuerit filius Dei.*

Matt. 3. v. 17.

12. Non eſt igitur nobis ſecedendum in deſerta, ut ab inſidiis & inſultibus infernalibus liberemur, imò potiùs quòd Chriſtus in deſerto tentatus fuerit, ut ait Lyranus: *Lyran.* *Per hoc inſinuatur, quòd aggrediens deſertum pœnitentiæ, fortius tentatur ab hoſte.*

Gloſſ. 13. Gloſſa obſervat, quod protinus poſt baptiſmum, poſtque inchoatam pœnitentiam & ſolitudinem impugnatus fuerit. *Tunc, poſt baptiſmum, quia nulla eſt mora à tentatione: Hic eſt ordo rectæ converſationis, ut poſt acceptam Spiritus ſancti gratiam, contra diabolum arctius accingamur.*

14. Aſtuti hujus ſerpentis ars fuit & eſt, nullum nobis in bonis operibus inchoatis tempus aut moram indulgere; ſcit enim, quòd principiis obſtare neceſſum ſit. Unde *S. Cypr. in gloſſ.* S. Cyprianus ait: *Cogitationum foribus aſſidens, omnia virtutum germina, in ipſo ortu ſtrangulare molitur.* Et Chryſologus dicit: *Chryſol. ſerm. 11.* *Diabolus ſemper primordia boni pulſat, tentat rudimenta virtutum ſancta in ipſo ortu feſtinat extinguere, ſciens, quod ea ſubvertere fundata non poſſit.*

15. Viderat, inquit S. Leo, per Chriſti humilitatem, in Baptiſmo exhibitam, conculcatam ſuam ſuperbiam, omnemque carnis appetitum in eo, quadraginta dierum jejunio mediante, extinctum: *Et tamen non deſperavit de artibus ſuæ malitiæ ſpiritualis improbitas, tantum ſibi de naturæ noſtræ mutabilitate promiſit, ut, quem verum experiebatur hominem, præſumeret poſſe fieri peccatorem.* Nimirum docere nos Chriſtus voluit, nullum hominem, quamvis ſanctum & immaculatum, præſumere debere, ſe à tentationibus futurum fore liberum, quando nec ipſe ab iſdem immunis exſtitit. *S. Leo ſer. de quad. c. 2.*

16. Gloſſa dicit: *Nec indignum fuit, Chriſtum tentari, qui venerat occidi.* Utique enim quid longè atrocius & mirabilius fuit, Chriſtum in medio latronum, in patibulo crucis ſuſpendi, quàm quòd idem ipſe, inimici communis ſubjiceretur certamini. Cauſa autem, ob quam, tribus hiſce dæmonis tentationum inſultibus infeſtari acquieverit, à Lyrano tangitur, dum ait: *Oſtendit, quod omnis tentatio vel eſt à carne, vel à mundo; vel ab hoſte.* Porro Apoſtolus de Chriſto hoc perhibuit teſtimonium: *Non enim habemus Pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia, proſimilitudine abſque peccato.* At verò quonam modo, per omnia probatus fuerit, ex eo deducere poſſumus, quod notat S. Anſelmus, nimirum quia à tribus illis tentationibus, omnes aliæ derivantur. Verum quidē eſt, quod ex textu S. Lucæ, colligi poſſe videatur, Chriſtum per totum quadraginta dierum tempus quotidie tentatum fuiſſe, quod etiam hæc verba expreſsè inſinuare videntur: *Conſummata omni tentatione;* Veruntamen veriſimilius eſt, quod tres ſolùm tentationes fuerint, ad quas omnes aliæ reducuntur. Dicit autem Apoſtolus ipſum fuiſſe *tentatum abſque peccato*, quia ſecundùm doctrinam Gloſſæ in hunc locum, *tribus modis fit tentatio: ſuggeſtione, delectatione, conſenſu; Chriſtus ſola ſuggeſtione tentatus fuit, quia delectatio peccati mentem ejus non memordit.* Beda quoque

Gloſſa ib. *Lyran.* *Hebr. 4. v. 15.* *S. Anſel. ib.* *Gloſſ.*

scribit: *Omnis illa diabolica tentatio, non intus fuit, sed foris.*

S. Tho. in Matt. 17. S. Thomas dicit, diabolum nunquam adeo futurum fuisse audacem, ut ad Christum tentandum accederet, *nisi prius Christus accessisset ad eum.* Finis autem, quem Christus hac in re habuit, inter alios, ut idem Angelicus Doctor asserit, hic fuit: *Ut, sicut morte sua vicit nostram, sic tentatione sua superaret omnes tentationes nostras.* Et S. Joan. Damascenus ait: *Tentatus est, ac superavit, ut nobis victoriam compararet, naturæque nostræ frangendi adversarii vim tribueret;* Nimirum fastum & superbiam dæmonis deprimere voluit, quâ hactenus, post tot sæcula, à devicto primo homine elapsa usque ad Christum, superior semper remansit: *Superato dæmone, universa ejus arma abstulit, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuit,* inquit Salmeron. Lucas Burgensis asserit, Christum in hoc certamine nobis dare voluisse, ad obtinendam adversus dæmonem victoriam, exemplum pariter & subsidium: *Ut mediatorem se nobis ad superandas tentationes proponeret, tum per adjutorium, tum per exemplum.* Nam ut Apostolus ad Hebræos ait: *In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.*

S. Joan. Dam. l. 3. de fide c. 20. *Salm. to. 4. tr. 8. part. 1* *Lucas Burgens.* *Hebr. 2. v. 18.*

Jansen. ib. 18. Jansenius pariter & Lucas Burgensis, ex hac tentatione, quæ Christo, priusquam Evangelium annuntiaret, accidit, optimam pro prædicatoribus eliciunt doctrinam; Dicunt enim Christum hanc tentationem admisisse; *Quo doceret, tum demum hoc negotium,* nimirum verbi Dei prædicationem, *rectè obiri posse, cùm quis prius probatur variis tentationibus, superior omni concupiscentia voluptatis, honoris, & divitiarum fuerit.* Lucas Burgensis adjungit: *Postquam castigatum corpus in servitutem redegerit, ut non sit in periculo, ne cum aliis prædicaverit, ipse reprobus efficiatur.*

Lucas Burgens. *1 Cor. 9. v. 27.*

Versus 2.

Et cùm jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Et cùm jejunasset.

Paul. de Pal. in Matth. 1. Paulus de Palatio quærit, quænam causa fuerit, quòd sapientia Incarnata vitâ pœnitentem à jejunio ordiri voluerit? Et respondet: *Sancti Spiritûs instinctus est, à spiritu enim agitur ad jejunandum, sanè cùm spiritus concupiscat adversùs carnem, nihil antiquius habet spiritus, quàm statim carnem domare.*

Did. Stell. in c. Luc. 4. 2. Didacus Stella dicit, secundum hunc Adamum voluisse, ut vita per jejunium ordiretur, sicut mors in primo Adamo, & in tota ejus posteritate ceperat per gulam. Unde Glossa quoque ait: *In pugna Christi prius agitur contra gulam jejunando, per quam victus est primus homo.* Unde & Christum se prostraturum speravit ad eum modum, quo Adamum in statu innocentiæ justitia originali gloriosè destitutum detriumpharat.

Gloss.

Chrysol. serm. 13. *Theodor. serm. 10. de prov.* *Luc. Burg. ibid.* 3. Diabolus optimè novit, Christum limatiora & potentiora adversus ipsum non habere arma, quàm jejunium; ac proinde, ut inquit Chrysologus, *signum panis petit, ut jejunium sibi tremendum refugiat*; quippe dum eum famelicum vidit, spem firmam, ipsum se vincere posse, concepit. Unde Theodoretus ait: *Famem conspicatus, ex illa, ceu edito loco tela immittit.* Lucas Burgensis, postquam Christum nos docere voluisse dixisset, jejunium esse invincibile, adversus inimici insultus propugnaculum, subjungit: *Adam in paradiso victus oblectamento cibi: Christus in deserto diabolum vicit austeritate jejunii.* Ideo quoque primis parentibus nostris, ut se à serpente defendere possent, abstinentiam præscripsit, dicens: *De ligno scientiæ boni & mali ne comedas*; at verò præscripto sibi remedio nesciverunt uti. Theophylactus similiter jejunium, magnam appellat armaturam: *Jejunavit, ut ostendat quòd magna armatura contra tentationes sit jejunium.* Idem super S. Lucam scribens, idipsum repetens, subdit, Christum nos docere voluisse, *quod in tentationibus, armorum loco, sint jejunia, & tunc debeamus non vacare delitiis, sed jejuniis.*

Gen. 2. v. 17. *Theoph.*

Did. Stell. in Luc. 4. Didacus Stella aliud quoddam motivum jejunii Christi adducit, quod huic tempori, quod tot crapulæ paulò antè, tantaque gula præcessit, est convenientissimum. Dicit enim, Christum jejunasse, *ut nostram ingluviem destrueret jejunio suo; in solitudine vitam degebat, ut nostras iniquas conversationes dissiparet.* Abulensis, Christum ideo jejunasse dicit, ut præceptum illud, per hoc jejunium executioni demandaret, quod suis discipulis relicturus erat: *Jejunat Christus, ut nobis jejunandi exemplum traderet, nam cùm ipsemet fuerit plenissimus legislator, debuit nos de omnibus instruere.* Chrysologus ait: *Videte fra-*

Abulen.

fratres, quod quadrageſimam jejunamus, non eſt humana inventio, authoritas eſt divina.

Paul. de Pal. 5. Paulus de Palatio ad locum ſeſe reflectens, in quo Chriſtus corpus ſuum per jejunium, aliaſque corporis auſteritates maceravit, inſigne quoddam adverſus hypocritas documentum elicit: *Jejunans*, inquit, *in deſerto, edens verò & bibens in civitate, docuit quàm aliena debeat eſſe vita Chriſtiana ab omni fraude, fuco, & hypocriſi; Hypocrita ubi videtur, jejunat; cùm verò teſtis abeſt jejunio, abeſt & jejunium; at non ita, qui ex animo pius eſt, is claudit cubiculum ſuum, cùm opus bonum facit, cùm verò edit & bibit, id operatur in aperto.*

Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

6. Ad hoc ut omnis tolleretur occaſio ſuſpicandi, Chriſtum ſolis diebus jejunaſſe, adjungit quoque S. Matthæus & noctes. Circa quod temporis ſpatium, hæc à S. Anſelmo moralitas adducitur: *Ut indicaret, nos ab illicitis jejunare, ſive in tempore proſperitatis, quod per dies deſignatur; ſive in tempore adverſitatis, quod per noctes notatur.*

S. Anſel. ib.

7. Porrò quadragenarium hunc dierum numerum excedere noluit, ne quis eſſet, dæmoni detegeretur; ſiquidem Moyſes & Elias tametſi puri homines fuerint, totidem diebus jejunaverunt. Unde Lyranus ait: *Ut virtus divinitatis diabolo celaretur, quia Moyſes & Elias jejunaverunt tot diebus;* Etenim ſi hunc dierum numerum ſuperexceſſiſſet, dæmon ipſum pluſquam hominem eſſe ſuſpicari potuiſſet.

Lyran. ibid.

Aut. Imp. ho. 5.

8. Author imperfecti dicit, Chriſtum hunc dierum numerum, ſuo præfixiſſe jejunio, *ut quadrageſimali jejunii noſtri poneret menſuram.* Per hunc etenim numerum, quadrageſimale jejunium noſtrum conſecrare voluit. Unde S. Ambroſius ait: *Quadrageſimam nobis Dominus ſuo jejunio conſecravit,* quod idem S. Auguſtinus citatus docuit. Janſenius ait: *Non exceſſit numerum quadragenarium jejunando, quòd hic numerus ſit pœnitentiæ & afflictionis.*

S. Ambr. ſer. 34.

Janſen. 6. 15.

8. Myſterio quoque numerus iſte non caret, quia ſicut Moyſes legem ſcriptam populo Dei promulgaturus, per quadraginta dies jejunavit, ita Chriſtus paulò poſt, legem novam Evangelicam per ſuam prædicationem annuntiaturus, longam quoque abſtinentiam præmittere voluit. S. Maximus tamen, inter Chriſtum & Moyſen jejunantes, hanc differentiam notavit, quòd ſcilicet Moyſes poſt jejunium, ſcriptas Dei digito tabulas populo prævaricante confregit: Chriſtus poſt jejunium, manſurum per ſæcula Evangelium conſecravit.

S. Max. ho. 3. de jejun.

Poſtea eſuriit.

10. S. Ambroſius ait: *Eſurire ſe ſimulat, ut diabolum, quem jejunando jam vicerat, iterum eſuriendo ſollicitet:* nimirum ſub infirmitatis tegumento, divinitatem ſuam abſcondere voluit, ſeſe ad inſtar hominis vulgaris, poſt jejunium tam diuturnum, famelicum exhibendo. Unde Gloſſa ait: *Latet poteſtas, patet infirmitas.* S. Bonaventura ſimiliter, Chriſtum in deſerto tentatum eſuriiſſe: in monte Calvariæ verò crucifixum, ſitiiſſe dicit, ut ſe mortalitatem noſtram verè aſſumpſiſſe oſtenderet. S. Maximus hoc loco quærit, cur de Moyſe, poſt adeo diuturnum, continuum & rigoroſum ejus jejunium, ſacer textus eum quoque eſuriſſe non dicat, quemadmodū id ipſum de Chriſto ſcribitur? Et reſpondet: *Moyſes utique non eſurivit, ut in homine fragili operata divinitas probaretur: eſurivit Dei filius, ut aſſumptionem carnis noſtræ, fragilem ſuſcepiſſe hominem revelaret.* Lucas Burgenſis ait: *Non neceſſitate coactus eſuriit, qui præeſt naturæ, ſed voluntate;* adducit S. Auguſtini teſtimonium ita ſcribentis: *Mirabilius in Chriſto fuiſſe, quod exactis quadraginta diebus eſuriit, quàm quòd labentibus illis nil comedit;* quia humanitatem ſuam etiam ſine cibo ſuſtentare poterat, & quando eidem ſubminiſtravit, id tantum fecit, ut ſe hac noſtra mortalitate verè cinctum eſſe denotetur.

S. Ambr. in Luc.

Gloſſa ib.

S. Bona. in Luc. c. 4. v. 2.

S. Max. ho. 23. de jejun.

Luc. Burg.

11. S. Anſelmus dicit: *Myſticè etiam eſuriit Chriſtus, quia ſalutem noſtram deſiderabat.* S. Hilarius pariter ait: *Non cibum hominum eſuriit, ſed ſalutem;* voluitq; ut idem ſanctus Pater ait, poſt quadraginta dies eſurire, ut denotaret, ſe poſt quadraginta dies, quibus nobiſcum poſt paſſionem ſuam converſatus erat, noſtræ ſalutis longè majorem famem & deſiderium habiturum, quàm aliàs habuerit unquam: *Eſuritionem ſe humanæ ſalutis habiturum.* Idem quoque Chryſologus ſcribit: *Cùm propter te jejunat Chriſtus, te eſurit.*

S. Anſel. in Mat.

S. Hila. ib.

Verſus 3.

Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant. Et accedens tentator.

1. S. Anſelmus dicit: *Iſte dicitur eſſe magiſter dæmoniorum.* Eſtque credibile, tentato-

S. Anſel.

rem hunc, Luciferum fuiſſe, omnium rebellium ſpirituum caput & primicerium : *Ille princeps dæmonum Lucifer, qui primum hominem tentavit,* inquit etiam Albertus Magnus. *Alb. M. in Mat.* Cajetanus autem ipſum in ſpecie humana apparuiſſe exiſtimat, idque ex verbo illo *accedens* ſe deducere poſſe putat; *Caiet. ib.* *accedere enim progreſſivus motus eſt, convinciturque ex hoc, quòd univerſa, quæ deſcribitur, tentatio, foris fuit, non intus.* Ejuſdem quoque opinionis eſt Albertus Magnus, dum ait: *Alb. M. Luc. Burg.* *Accedens paſſibus localibus.* Lucas Burgenſis dicit, quod acceſſit *viſibili formâ, & quòd non eſt dubium, humanâ.* Et ratio, quia ſe detegere nolebat, quiſnam eſſet, ne faciliorem à Chriſto pateretur repulſam. *Formâ humanâ quâ cognoſci non poſſet diabolus, imò putari poſſet pius aliquis eremi cultor, quo facilius falleret.*

2. Tempus quoque magnopere conſiderari meretur, quo diabolus ad tentandum prodiit, nimirum poſt ſuſceptum à Chriſto baptiſmum, poſt tranſactam in deſerto ſolitudinem, orationem, & continuum quadraginta dierum jejunium; nam ut S. Anſelmus *S. Anſel. in Mat.* ait: *Chriſtus poſt baptiſmum, permiſit ſe tentari, non ante, ut tentationes baptizatis doceret immitti, diabolus enim ante baptiſmum cùm ſuos eſſe putat, non eos ita acriter aggreditur.* Beda addit, dœmonem tunc adverſum nos magis ferocire, quando nos ei magis renuntiamus : *Beda in Luc.* *Quanto magis nos ſibi rebellare conſpicit, tanto amplius expugnare contendit, eos enim pulſare negligit, quos quieto jure poſſidere ſe ſentit.*

3. Haud opportunè hoc loco quæri poteſt, cur ſerpens ille, qui *erat callidior cunctis animantibus terræ,* Adamum tentandi causâ accedere auſus non fuerit, ſed illum Evâ mediante tentavit; cùm tamen ex alia parte adeo fuerit arrogans, ut cum hoc ſecundo Adamo, per tentationes congredi non dubitarit? Reſpondetur igitur, Adamum tunc in ſtatu innocentiæ & juſtitiæ originalis poſitum fuiſſe, ac proinde non ita facilè ei fuiſſe, ut ipſum ſeduceret: Chriſtus autem apparebat: *In ſimilitudinem carnis peccati*; & hoc eſt, quod ei animi audaciam ſuggeſſit, & arrogantem fecit.

Gen. 3. v. 1.

Rom. 8. v. 3.

Dixit ei, ſi filius Dei es.

4. Theophylactus dicit, quòd, tametſi diabolus teſtimonium Patris æterni, quod de filiatione divina, Chriſto, tum ad Jordanem, tum in monte Thabor conſtituto, perhibuit, non ignoraverit; huic tamen fidem nequaquam adhibere voluerit, ideoque ut ſe omnino hac de re certiorem faceret, dixerit: *Si filius Dei es, quaſi dicat, ego non credo voci calitus miſſæ, attamen tu, ſi filius Dei es, oſtende mihi.*

Theoph. in Mat.

5. Porro admirabilis illa in Chriſto duarum naturarum, humanæ ſcilicet & divinæ unio diabolum mirè excæcabat; nam ut Cyprianus à Gloſſâ citatus, ait: *Impoſſibile ei videbatur, vel quòd eſuriret divinitas, vel quòd tantæ tolerantiæ poſſet eſſe, tantæque poteſtatis corporis humilitas.* Ex altera verò parte, multa habet ſigna, valde eum ad credendū urgentia, Meſſiam promiſſum jam prideè advenisse.

S. Cypr. in gloſſ.

6. Beda dicit: Redemptorem humani generis, debellatorem ſuum, in mundum venisse cognovit, ut patet in teſtimonio, quod per dæmoniacum perhibuit, dicens: *Quid nobis & tibi Jeſus fili Dei, veniſti huc ante tempus torquere nos.* Imo per oracula & vaticinia Prophetarum, per factas antiquis Patriarchis revelationes, & promiſſiones datas, ipſum venturum eſſe, dæmon ſciebat; Et quidem Chriſtum, verum Dei vivi filium, eſſe ſuſpicabatur, ut inquit Albertus Magnus, ex apparitione prodigioſæ illius ſtellæ, ex trium Regum Magnorum adoratione, ex paſtorum Bethlehemiticorum obſequiis, ex Simeonis, Annæ Prophetiſſæ, Zachariæ & Eliſabethæ oraculis & laudibus, beatiſſimæ Virgini attributis; quibus addi poſſunt, ut Gloſſa obſervat, Gabrielis Archangeli intimata annuntatio, nec non clara S. Joannis præcurſoris, de ipſo facta declaratio; & tamen his omnibus ne quidquam obſtantibus: *Omne quod de ejus divinitate ſuſpicatus eſt, ei faſtu ſuæ ſuperbiæ, in dubium venit.* Albertus Magnus quoque ait: *Nullo modo tamen ipſe ſuperbus credere potuit, quod uſque ad tantum humilitatis, paupertatis, & paſſibilitatis gradum deſcenderet.*

Beda in Luc. *Matt. 8. v. 29.* *Alb. M. in Luc.* *Alb. M. ibid.*

7. S. Bonaventura aſtutiam ejus hiſce verbis obſervat: *Cùm videret Jeſu infirmitatem, & dubitaret de divinitate, voluit divinitatem cognoſcendo cavere, & humanitatem ſeducendo dejicere.*

S. Bona. in Luc.

Dic, ut lapides iſti panes fiant.

8. Chryſoſtomus notat, Luciferum non præmiſiſſe verbis prædictis proœmium aliquod, per quod Chriſtum, ad miraculum lapidum,

Chryſ. hom. 13.

pidum,in panes mutandorum , patrandum paulatim diſponeret,d cendo,v.g. Ex quo tantâ fame & inediâ affligeris , nec panis præſto ſit , qui ad manducandum exhiberi tibi poſſit,muta lapides iſtos in panes: ſed abſolutè ab eo , tanquam Dei filio, petiiſſe miraculum,ex motivo oſtentationis & vanæ gloriæ ab ipſo patrandum: *Non dixit,quandoquidem eſurias , ſed ſi filius Dei es, videlicet exiſtimans poſſe illi aliquid per laudum blandimenta ſuffurari;* idem quoque Theophylactus his verbis ſcribit : *Adulatur ei, putans ſe quid ſuffuraturum,dicendo : ſi filius Dei es;* nititur enim ad inanem gloriam , neque enim diabolus id ſuadebat,ad hoc ut Chriſtus famem ſuam ſedare poſſet , ſed ut illum, propter humanum ſibi comparandum applauſum,ad miraculum faciendum induceret: *Quia inanis gloria eſſet, ſi hoc vellet conſequi per miraculum,cùm potius in labore ſit ſumendus, Pſalm.*127. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es , & bene tibi erit.* Janſenius ait: *Sollicitabat partim quidem ad gulæ vitium, partim verò & magis ad inanem gloriam , & vanam ſui ipſius oſtentationem, aut etiam ad diſſidentiam divini oraculi.* Et quidem tametſi de gula & voracitate culpari aut reus fieri per hoc non potuiſſet, ſi lapides in panem mutatos manducaſſet ; *Tamen occaſione famis obedire aliqua in re diabolo,gulæ vitio adſcribendum eſſet.* Tandem ſubjungit , quòd ad propoſitum de vana gloria ſervit,nimirum:*Magis tamen hac in re peccatum fuiſſet,ob vanam ſui oſtentationem; nunquam enim proferendum eſt miraculum , niſi cùm id poſtulat gloria Dei , aut fraterna charitas,non hominum libido.* Chryſologus ait:*Signa fidei credenti danda ſunt ad petentis ſalutem,non ad facientis injuriam.*

Theoph. in Mat.

*Pſ.*127. *v.*2.

Janſen. c. 15. *concor.*

*Chryſol. ſer.*11.

9. Verùm dicat fortaſſe aliquis , ex quo diabolus Chriſtum permovere volebat , ut jejunium illud adeò diuturnum & auſterum,tandem aliquando abrumperet, peſſimo conſilio illi lapides in cibum obtulit. R. Imò verò opportunè ſatis , lapides illi præſentavit,ſciebat enim , quòd veri ſervi Dei ſæpe famem ſuam mucido, rancido, & inſtar lapidis duro pane compeſcere ſoleant ; vel etiam,ut S. Anſelmus ſcribit:*Satis convenienter lapides offert is,qui durus eſt,& impœnitens.* S. Paſchaſius ait : *E lapidibus aptè eligit panem paſcere,ut quàm durus ſit,qui loquitur,tali ſignaretur exemplo.* Præterquam quod etiam dici poſſit,quòd,qui attentè rem conſiderat,inveniet quòd omnia gaudia, deliciæ,voluptates, quas dæmon nobis offert, & quibuſcum nos inescare nititur , in ſubſtantia nihil ſint aliud, quàm lapides & ſaxa ad rodendum aut mordendum duriſſima, tametſi primâ facie delitioſiſſimi panes eſſe videantur. Unde Sapiens ait : *Suavis eſt homini panis mendacii,& poſtea implebitur os ejus calculo.* Verum quidem eſt,quod paulò poſt hanc tentationem ſuperatam , omnia regna univerſæ terræ obtulerit , ſed doloſè & fraudulenter promiſit,quæ dare non potuit ; ſiquidem *Domini eſt terra & plenitudo ejus,orbis terrarum , & univerſi qui habitant in eo.* Unde in hac occaſione verè paupertatem prodidit, ſiquidem aliud præſentare & offerre non potuit , niſi ea, quibus alpeſtre deſertum illud abundabat, id eſt, lapides.

*Prov.*10 *v.*17.

*Pſ.*23.*v.*1

10. Dionyſius Carthuſianus quoque hujus diabolicæ ſuggeſtionis rationem reddit, dicens: *Tentavit autem de lapidum mutatione in panes,eo quod eſſet fame laborans , & per conſequens magis inclinatus ad tale miraculum.* Nimirum unumquemque juxta genium,inclinationem & propenſionem ſuam tentat, optimè occurrentibus uti novit conjuncturis & occaſionibus , quas non facilè negligit.

Dion. Cart. in Matt.

11. Cajetanus dicit, rebellem hunc ſpiritum optimè intellexiſſe , Chriſtum unico duntaxat verbo , potuiſſe lapides in panes tranſmutare. Unde non inopportunè dum de Euchariſtia ſermo eſſet (in qua panis paucis verbis in corpus Chriſti transſubſtantiatur) unus alteri hanc transſubſtantiationem neganti dixit : appello ad illam,quam diabolus in Chriſto agnovit potentiam; hic enim malignus ſpiritus credidit , Chriſtum tanquam Dei filium,ſubſtantiam lapidis in ſubſtantiam panis, unico verbo poſſe convertere.

Cajet. in Mat.

12. Quæri etiam hoc loco non inutiliter poterit,quonam argumento dæmon , cæteroquin aſtutiſſimus, permotus fuerit, ut lapides à Chriſto in panes converti, non verò aliud quidpiam longè prodigioſius fieri petierit, ad hoc , ut filium Dei ſe eſſe proderet;cùm tamen Moyſes, Elias, & Eliſeus

& alii longè majora magiſque ſtupenda miracula & portenta patrarint, nec tamen per illa ſe eſſentiæ, naturæ, & filiationis divinæ participes eſſe hominibus perſuaſerint? Reſpondeo, Luciferum in hac tentatione, hunc in modum (uti mihi imaginor) diſcurriſſe: quòd ſi filius Dei revera fuerit, id utique hac tentatione manifeſtum fiet, nam vel ſequitur meum conſilium, lapides in panes tranſmutando, vel non: ſi conſilium meum adimpleat, ſignum hoc utique evidenter ipſum filium Dei non eſſe demonſtrabit, hujus namque indiviſibilis proprietas eſt, facere Patris ſui voluntatem: ſi verò non fecerit ex lapidibus panes, defectum omnipotentiæ manifeſtè declarabit. Vel etiam hunc diſcurſum formare poterat: certus ſum, quod miraculum mutationis lapidum in panes, ad ſolam Dei omnipotentiam pertineat; & in hujus confirmationem, ego illud ab eo depoſco, ſcio enim quòd illud diabolicâ virtute operari non poſſit, cùm ego ſim cunctorum infernalium ſpirituum dominus; quòd ſi igitur miraculum hoc, juxta quod à me petitum fuit, patraverit, ſignum hoc evidens erit, latentis in eo divinitatis, veræ & non fictæ.

13. Jure merito etiam hoc loco, rationes aliquæ examinandæ ſunt, ob quas Chriſtus diabolo hanc dederit in Evangelio deſcriptam repulſam. Hugo Cardinalis tres rationes adducit, nimirum: *Ut diabolum lateret ejus Divinitas, quia ſi cognoviſſent nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Porro Gloſſa obſervat finem, ob quem diabolus, lapides in panes tranſmutari ſuaſerit, non fuiſſe, ut ex panibus illis Chriſti fames compeſceretur, ſed proprium intereſſe diaboli: *Suadet eſuriem pane de lapidibus facto, non quòd ejus curet ſalutem, ſed ut ex mutatione cognoſcat virtutem.*

Hugo Card. in Matth. 1. Cor. 2. v. 8. Gloſſ. ibid.

14. Secunda ratio eſt: *Ut doceret nos, opera bona malis, & maximè talibus, qui nihil inde proficiunt, abſcondere; non ſunt projicienda margaritæ ante porcos.*

Matt. 7. v. 6.

15. Tertia eſt; *Ut nihil ad imperium diaboli faciamus,* quâ reſponſione punctum quoddam valde utile, & ab aliis quoque ſacris Expoſitoribus mentionatum tangitur; *Et quod peccatum erat, facere lapides panes? Audi igitur* (ita Theophylactus monet) *quia audire diabolum in aliquo, peccatum eſt.* Ingeniosè Didacus Stella obſervat, diabolum non petiiſſe à Chriſto, ut lapides in pavones, perdices, vel ſimilia animalia delicata, ſed ut in panem convertat: *Nam dæmon ſi parvâ re te capere potuerit, nunquam pretioſam tibi dabit;* ſi nos per furtum unius ſcuti, damnare poſſit, ad millium ſcutorum furtum nunquam urgebit. Panis, cibus eſt neceſſitatis, non intemperantiæ; & tamen hæc fuit hujus ſerpentis aſtutia, quod ad rumpendum Chriſti jejunium, panem ei ſolum, non verò aliud cibi genus propoſuerit: *Hoc facit, ut facilius perſuadeat,* inquit Albertus Magnus, *videntur eſſe rationabilia & neceſſaria, quæ proponit, & levia.* Nihilominus conſilium & perſuaſio, quantumvis aliunde juſta & rationabilis, quia tamen à dæmone, qui pater eſt mendacii & erroris, Deique & ſalutis noſtræ implacabilis hoſtis, procedit, tanquam ſuſpectum & noxium ſummè fugiendum ſemper eſt.

Did. Stell.

Alb. M.

16. Didacus Stella dubium movet, cur ſcilicet Deus noſter, qui ſalutem noſtram tam enixè & anxiè deſiderat, ad noſtra tamen latera ſe jungere permittat, inimicum quendam, adeò fortem & potentem, qui indefeſsè nobis inſidiatur, noſque continuò & importunè tentationibus & malis ſuggeſtionibus ſuis impugnat & infeſtat? Reſpondet, nos hac de re lamentari poſſe, ſi canis hic ſolutus & non ligatus, latera noſtra ſtiparet: nunc autem, *vincit nos ſpontaneos, & non invitos: nam ſi non conſentimus, fragiles ſunt ejus vires, id quod per hodiernam hiſtoriam Evangelicam perſpicuè probat: qui Chriſto, non vi lapides intromiſit in os, ſed dixit: dic ut lapides iſti panes fiant; & quando illum tentavit, ut ſe de ſublimitate templi præcipitaret, non vi illum incitavit, ut id faceret.*

Did. Stell. in Luc.

17. Hugo Cardinalis ait: *Lapides in panes vertunt, qui auſteritatem pœnitentiæ ſuſtinent hilariter; & qui dura verba patienter implent: ut habetur Thren. 3. Saturabitur opprobriis.*

Hugo Card. in Mat. Thren. 3. v. 30.

18. Idem Hugo in cap. 4. S. Lucæ, tentationem quandam, per quam cum Religioſis luctari conſuevit: *Dic lapidi iſti, ut panis fiat, quaſi dicat: Diu laboraſti, multum jejunaſti, ſamperfeciſti pœnitentiam, neceſſe eſt aliquando recreari, aliter deficeres; ſic nititur diabolus, ſub aliqua ſpecie diſcretionis vel neceſſitatis, ingerere vitium voluptatis.*

19. Idem

Theoph. in Mat.

Hugo Card. in Luc. 19. Idem Cardinalis ait: *Dic lapidi superfluorum ædificiorum ut panis fiat ; id est, convertantur in refectionem pauperum, quia multi è converso faciunt, panes pauperum vertunt in lapides ædificiorum. Unde Habacuc*

Habac. 2.v.11. *2. Lapis de pariete clamabit.*

20. Insuper etiam considerari meretur, quòd nihil sit pani adeo contrarium, quàm saxum vel lapis. Unde Salvator ait: *Quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porrigit ei?* Cur igitur dæmon Salvatori nostro ad panes faciendos,

Matt. 7. v. 9. Chrysol. ser. 11. lapides offert? Error hic à Chrysologo, hisce verbis detectus fuit, dicente: *Miser, malus vis esse, sed non potes, cupis tentare, sed nescis, esurienti tenera offerre, non dura debuisti.* Unde tandem sanctus Pater concludit, omnes ipsius inutiles & diabolicas machinas, ad solam Salvatoris præsentiam, irritas & cassas futuras esse. *Ad præsentiam Christi, deperire tibi artes tuas tentator intellige.*

Versus 4.

Qui respondens, dixit: Scriptum est; non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

1. Salvator noster Sathanæ perplexitati non satisfecit, quin potius magis quàm antea, dubium & ancipitem reliquit, non obstante, quòd ei respondere potuisset: *Ego sum*

Joan. 6. v. 21. *panis vivus, qui de cælo descendi*, ostendendo

Ibid. v. 52. quòd terreno pane sibi opus non esset, quin potius: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum:* at verò S. Augustinus ad-

S. Aug. ser. 41. de verb. Dom. vertit, ex lapidibus panem facere noluit, licèt ex aqua aliàs vinum fecisset: *Ut voluntatem contemneret tentatoris; aliter tentator non vincitur, nisi contemnatur. Qui tanta poterat, quare istud non fecit? Lege, imò recole, quod audisti: Qui fecit de aqua vinum, quid addit Evangelista? & crediderunt in eum discipuli ejus, nunquid diabolus fuerat in eum crediturus?*

Luc. Burg. 2. Lucas Burgensis ait: *Ita respondet, ut neque prodat, neque neget se Dei filium; verè mitis & humilis corde*: poterat equidem dæmoni cum imperio & majestate respondere, ejusque superbiam & arrogantiam deprimere; sed noluit, quin potius re ipsa per se exequi voluit, ad quod nos erat invitaturus, dicendo: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*, tametsi tibi cum inimico infernali res transigenda esset.

Matth. 11. v. 29.

3. Lyranus ait: *Quod verificatur non solùm de vita spirituali, sed etiam corporali;* adducitque Moysis exemplum, qui quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunavit, *Verbo Dei spiritualiter & corporaliter sustentatus.* Hujus opinionis sanctus Thomas diu ante Lyranum fuit, dum inquit: *Non in solo, id est, non vivit solùm homo per panem, sed etiam verbo, id est, imperio Dei, potest conservari sine aliquo cibo.* Imò Lucas Burgensis, omni eo, quòd Deo placuerit, vitam nostram ali & sustentari posse dicit, redditque rationem: *Nam & panis quod pascit, non aliunde habet, quàm ex divinæ providentiæ constitutione; quare aluit quosdam Deus solo suo nutu, nulla re corporali in panis locum substituta.*

Lyran. ib. S. Thom. in Matth. Lucas Burg. ibid.

4. S. Hilarius, dæmoni hunc titulum attribuit, quo ab eo vocatur. *Fallax diabolus, & ad traducendum artifex callidissimus*: & meritò; etenim dæmon sciebat, Christum omne id facere posse, quod volebat; ex altera verò parte, ipsum tanquam hominem, post prolixum jejunium famelicum esse agnoscebat; & tamen *Ignarus, quidnam esurire et;* hoc ei, lapides in panes transmutandi consilium proposuit, ut occasione futuri miraculi, detectam videre posset Divinitatem *Et ut in homine, oblectamento cibi, patientiam esurientis illuderet*; at verò illusus, confusus, & in astutia sua derisus fuit; *Sed Dominus non panem potius quàm salutem hominum esuriens, ait: Non in solo pane vivit homo, quia ipse non solùm homo, sed & Deus, licèt utique in tentationis diem, cibo hominis abstineret, Dei tamen spiritu alebatur.*

S. Hilar. ib.

5. Beda arbitratur, Christum dicere voluisse, quòd, sicut panis materialis corporis cibus est, ita quoque animæ alimentum sit verbum Dei: *Quia sicut corpus terreno vivit cibo, sic anima Dei verbo*, inquit S. Hieronymus: *Si quis ergo non vescitur verbo Dei, iste non vivet.* Idem quoque alibi de Moyse scribit, quod is qui quadraginta diebus & noctibus, *Sermone Dei pascebatur, in se*

Beda in Matt. S. Hier. ib. Li. 2. ep. 18. ad Demet.

verisimum probans, quod dicitur: Non in solo pane vivit homo &c. Abulensis rationem reddit, cur Deus nos sine pane etiam corporaliter alere possit: *Quia erat potentia in verbis Christo, poterat enim loquendo consolari hominem, & conservare sine cibo*; Idem quoque, postquam exemplum allegasset Moysis, bina vice per quadraginta dies & noctes eo modo sustentati, ut facies ejus post jejunium nequaquam extenuata, sed resplendens & vegeta visa fuerit, demum subjungit: *Poterat Christus, qui ipsemet Deus erat, sic hominem consolari, & loquendo sine cibo conservare.* Chrysostomus quoque dicit: *Potest esurientem Deus etiam verbo pascere.*

Abulc. q.68. in Matth.

Chrys. ho.13. in Mat.

Versus 5.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi.

Tunc assumpsit eum diabolus.

1. Author Imperfecti quærit, quâ ratione diabolus, novum cum Christo certamen & duellum inire ausus fuerit, quando paulò ante, adeò turpiter ab eo fuit delusus, & devictus: *Nihil dubitat dicere, nec facere, qui nihil sibi relinquit, quod speret.*

Author Imperf. ho.4.

2. Super illa verba: *Assumpsit eum diabolus*, variæ adducuntur expositiones: Lucas Burgensis scribit, quòd, cùm Lucifer ex responsione, quam Christus ad primam tentationem reposuerat, perspicuè se à Christo, quis esset, agnitum fuisse, etiam personatâ specie contectum intellexisset: *Nihil dubitans prodere se, qualis erat, spiritus nequam rapuit ipsum per aëra.*

Luc. Burg.

3. Dionysius Carthusianus quorundam refert opinionem, existimantium, diabolum Christum in humeris suis positum, super pinnaculum templi tulisse: *Tanquam fatigatum & debilem ex longo jejunio, & magnitudine famis, quasi compatiens ei, cui & Christus acquievit, ut falleret deceptorem.* S. Thomas hanc quidem opinionem refert, attamen ut verius approbat: *Quod exhortando induxit ad hoc, ut iret; & Christus ex dispositione suæ sapientiæ, ivit in Jerusalem.* Albertus Magnus idipsum approbat, in ejusque confirmationem, Chrysostomi quoque hac de re testimonium adducit, demum verò subjungit, dicens: *Quodlibet istorum dicatur, miranda est Dei patientia, quòd ita, & à tali portari, & adduci voluit, & mirandus est zelus salutis nostræ in Christo, propter quam se ita portari & adduci voluit à diabolo.*

Dion. Cart. in Mat.

S.Tho. in Matth.

Alb. M.

In sanctam civitatem.

4. Circa hunc textum, consideratione digna sunt Glossæ interlinearis verba, dicentis: *Non locus Deo dedicatus cohibet eum.* Imò plus nos in locis, divino cultui consecratis, ad offensas Dei exstimulare satagit, quàm alibi: *Quanta malignatus est inimicus in sancto; Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.*

Interl. ib.

Ps.73.v. 3. & 7.

Et statuit eum supra pinnaculum templi.

5. Lyranus pinnaculum hoc, tectum templi fuisse arbitratur, quod juxta usum domuum Palæstinæ, planum erat. S. Bonaventura putat fuisse locum, ubi Doctores & Sacerdotes consueverunt loqui ad plebem. Lyranus tenet, quòd dæmon Salvatorem nostrum universæ illi vastissimæ civitati, ad lustrum & ostentationem commonstrare voluerit: *Ut à populo civitatis, ipse Jesus volare videretur, & sic in vanam gloriam ferretur; sed divina virtute fecit, quòd nullus eum vidit, quia in potestate ejus erat videri, & non videri.*

Lyran., ib. S.Bona. in Luc.

6. Glossa hanc considerationem habet: *In eo loco Christum tentat, in quo multos deceperat; dum autem non consentit, docet eos, qui in sublimi sunt, vanâ gloriâ non moveri; diabolus alta petit, ad alta semper ducit, elevando per jactantiam, ut præcipitare possit.*

Gloss.

7. S. Thomas ait: *Quia in illo loco docebant*; & subdit, Christum permisisse, ut à dæmone in hunc adeò sublimem locum duceretur, ad denotandum, quòd Diabolus illos, qui in alto, id est, in dignitate constituti sunt, de vanagloria maximè tentet. S. Lucas hunc insultum, in ultimum trium tentationum locum reponit; indeque Beda deducit: quòd, *quem gula vel avaritia superare non poterat, tentet & vanagloria; si fortè illum vel ipsa gloriæ suæ jactantia dejicere queat.*

S.Th. in Matth.

Beda in Luc.

Paul.de Pal.in Matth.

8. Paulus de Palatio quærit in hoc loco, quâ

qua ratione dæmon Chriſtum in locum adeo eminentem, ut inde caderet, deducere auſus fuerit, ubi aliàs Sacerdotes, Magiſtri omneſque alii Doctores ſacri populum docere ſolebant? cui dubio hac ratione reſpondet: *Fieri poteſt ut operâ diaboli prædicator ad ſuggeſtum, Epiſcopus ad mitram, Sacerdos ad ſacerdotium adductus ſit; neque enim Deus ſolus eſt, qui ſuſcitat de terra humiles, etiam diabolus collocat viles cum principibus populi Dei.* Porro omni ſtudio ad id allaborat, ut ex hoc loco viri exemplariſſimi, maximéque conſpicui; & ii, qui in ſublimibus conſtituti ſint dignitatibus, corruant: ſiquidem errores, ſcandala & mala doctrina, perverſáque exempla iſtorum, peſſimam poſt ſe conſequentiam trahunt. Idem quoque Paulus de Palatio dicit: *Ii dicuntur in pinna eſſe, qui exemplares ſunt, quales ſunt prædicatores, Pontifices, & ii religioſi vel ſæculares, qui in vita ſpirituali publicè profecerunt; hi, ſi ſe præcipitent, dæmonum aſtu perſuaſi, ô quanta eſt eorum calamitas!*

Paul. de Palat.

Verſus 6.

Si filius Dei es, mitte te deorſum; ſcriptum eſt enim: quia Angelis ſuis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Mitte te deorſum.

Lucas Burg.

1. Lucas Burgenſis, quiſnam hujuſce ſuggeſtionis finis fuerit, declarat, dum ait: *Hortatur ut in urbe ſancta, & frequentia populorum, quaſi novus funambulus in excelſo pendulus, ſe deorſum ad ſpectaculum vulgi jactet*; per hoc namque ſpectaculum, & populi applauſum & admirationem conciliare ſperabat, ut vel ſic eum ad vanam gloriam ſeduceret: *Experitur, num per inanem gloriam ſuperare valeat per quam nonnunquam vincuntur ſancti, qui omnem jam carnis neceſſitatem vicerunt*; ad eum modum, quo ipſe propter ſuperbiam ſuam è cælo præcipitatus fuit; ita quoque, ut ait Author imperfecti, ſe efficere poſſe ſperabat, ut & Chriſtus ipſe in idem vitium corrueret.

Aut. imp. hom. 5.

2. S. Hieronymus ait: *Vox diaboli, quæ ſemper omnes cadere deorſum deſiderat*; cui conſonat S. Bonaventura, qui dicit: *Quia diabolus deorſum ceciderat, libenter omnes deorſum traheret*; Chriſtus autem, inquit S. Doctor, ipſi, & omnibus aliis ſpiritibus complicibus ſuis, reſpondere poterat, quòd aliàs Judæis dixit: *Vos de deorſum eſtis, ego de ſuperis ſum; unde non erat ejus deſcendere, ſed aſcendere; ſed diabolus hoc ſuggerebat, ut deſcendendo corporaliter, faceret eum ſuperbire ſpiritualiter.*

S. Hier. in Mat. *S. Bona. in Luc.* *Joa. 8. v. 23.*

3. Hugo Cardinalis cauſam inveſtigat, cur dæmon, qui Salvatorem noſtrum ad vanam gloriam inſtigare volebat, non potius eidem ſuaſerit, ut in cælum aſcenderet: *Sed nunquid proprius tentaſſet, de vana gloria, dicendo: ſi filius Dei es, aſcende in cælum? ſed ita affligitur diabolus in exaltatione hominis, ut nec tentando aſcenſum velit perſuadere cæleſtem. Eccleſ. 36. Tolle adverſarium, & afflige inimicum, omnes enim cadere optat, ut ſaltem aliquando poſſit dicere: prævalui adverſus eum.* Chryſologus quoque aliam non minus ingenioſam rationem aſſignat, cur potius deſcenſum, quàm aſcenſum ſuaſerit, quia nimirum deſcenſum illi perſuadendo, faciliorem ſperabat victoriam: *Non aſcenſum providit, ſed ruinam; humana conditio ad aſcenſum difficilis, facilis invenitur ad lapſum.*

Hugo Card. in Mat. *Eccli. 36 v. 9.* *Pſ. 12. v. 3.* *Chryſol. ſer. 12.*

4. Chryſoſtomus ad impertinentiam petitionis à dæmone factæ ſe reflectit, ſiquidem ad dæmonem pertinet, illique proprium eſt præcipitium: *Dæmonum eſt, ſeipſos jacere deorſum, Dei verò erigere homines jacentes; proſternit ille, occidit, mactat; ſed Dominus erigit eliſum.* Theophylactus hanc eandem ſerpentis temeritatem ex verbis antecedentibus deducit: *Si filius Dei es. Quamvis filius Dei erat, num, ô maledicte, præcipitare debebat ſeipſum? Tuæ crudelitatis eſt præcipitare dæmonio actos; Dei autem ſalvare.* S. Anſelmus quoque hanc dæmonis petitionem redarguit: *Stulta fuit perſuaſio, præſertim filio Dei*; multò melius utique ipſum verum Dei filium eſſe agnoſcere potuiſſet, ſi ipſi aſcenſum in cælum perſuaſiſſet; ſiquidem in Aſcenſione ejus verè filius Dei manifeſtatus fuit; at verò, ut idem ſanctus Doctor ſubjungit: *Diabolo convenit, ut in præcipitium ire commoneat.*

Chryſ. in Gloſ. *Theoph. in Mat.* *S. Anſel.*

5. Porrò certum eſt, diabolum in hac ſua petitione aliam non habuiſſe intentionem, quàm

quàm ut ipſum vanæ gloriæ rerum efficeret, de ſe nimirum in conſpectu totius Jeroſolymæ, in aëra librato, oſtentationem quandam inſtituendo; at verò cur non potius ei perſuadet, ut in aëre ſuſpenſus perſiſtat; ſed ſolùm dicit: *Mitte te deorſum?* Author Imperfecti dicit: *Non dixit: ambula per aërem, ſed tantùm: mitte te deorſum, ut ſciamus, quia omnis qui obedit diabolo, ipſe ſe ſeponit deorſum.*

Author Imperf. ho. 5.

S. Bona. in Luc.

6. Sanctus Bonaventura dæmonis detegit debilitatem, dum ait: *Nota ſuggerendi modum, cùm dicit: Mitte te*; adducitque Chryſoſtomi teſtimonium, dicentis: *Non impulit, non tetigit, non appropinquat, ſed tantùm dixit: Mitte te hinc deorſum, ut ſciamus, quia omnis qui diabolo obaudit, ipſe ſe deponit deorſum.* Id quod etiam S. Hieronymus in eodem propoſito dixit, dum ait: *Perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.*

Chryſ.

S. Hier.

Beda in Matth.

7. Venerabilis Beda ex illa, quam Chriſtus huic diabolicæ ſuggeſtioni oppoſuit, reſiſtentia, aliam quandam moralitatem deducit, quia ſicut Chriſtus acquievit quidem, ut in eminentiſſimo templi loco collocaretur, ab inde verò ſe ad dæmonis inſtigationem præcipitare noluit: *Ita decet, ut nos, ſi quis ſuadet viam veritatis aſcendere, obtemperemus; ſi autem vult nos ad ima de altitudine virtutum præcipitare, non illum audiamus.*

Scriptum eſt enim, quia Angelis ſuis mandavit, &c.

S. Hier. ibid.

8. Enimverò hæc à Pſalmiſta facta prædictio, ut ſanctus Hieronymus teſtatur, non concernebat Chriſtum, ſed quemvis alium Dei ſervum, cujus ratio eſt, quia verbis illis agitur de adjutorio Angelorum, homini debili impendendo; ac proinde vide, quàm verum ſit, quòd diabolus ſiniſtrè interpretatur Scripturam ſacram: *Certè ſi verè de Salvatore ſcriptum noverat, debuerat & illud dicere, quod in eodem Pſalmo contra ſe ſequitur: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis; de ſua conculcatione quaſi tergiverſator tacet.*

9. Nimirum ſimiam ſe facere voluit Chriſti Magiſtri noſtri, ejus exemplo, ſcripturam ſacram in ſuum quoque favorem interpretando. Albertus Magnus ait: *Adhibet Scripturam, ut facilius perſuadeat, & præcipuè ideo, quia in ſuperioribus Chriſtus ſibi per Scripturam reſponderat.* At verò obſervandum hoc loco eſt, quòd Hugo Cardinalis, Gloſſam interlinearem ſequendo, conſiderat, dum ait: *Scripturis utitur, non ut virtutes inſtituat, ſed ut errores ingerat: ſic & ſui faciunt*, id eſt, hæretici, & omnes alii Catholicæ Eccleſiæ contrarii. S. Thomas monet nos, quòd ex hoc loco deduci poſſit, veriſſimum eſſe, quòd ſæpe Sathan in Angelum lucis ſe transformet, ut nos decipiat id quod aſſeclæ & ſectatores illius pariter faciunt: *Qui utuntur authoritate Scripturæ ſacræ, ad ſimplices decipiendum. Petri ultimo: Indocti & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.*

Ab. M. in Mat.

Hugo Cart. in Mat.

S. Th. in Matth.

2. Pet. 3. v. 16.

10. S. Bernardus Luciferi faſtum & ſuperbiam, hiſce ſuper eundem Pſalmum conſcriptis verbis, graviter retundit: *Quid maligne, Angelis mandavit Deus? nempe ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis, nunquid in præcipitiis? qualis via hæc de pinnaculo templi mittere ſe deorſum? non eſt via hæc, ſed ruina; & ſi via eſt, tua eſt, non illius.*

S. Bern. ſer. 14. in Pſ. 60.

11. Author Imperfecti efficax quoddam adducit argumentum ad probandum, quòd locus ille Scripturæ à dæmone adductus, de filio Dei minimè ſit intelligendus: *Nam verè filius Dei Angelorum manibus non portatur, ſed ipſe magis Angelos portat; nec enim creatura portat creatorem, ſed creator creaturam.*

Aut. imp. ho. 5.

12. Paulus de Palatio ſe non mirari dicit, quòd Deus Angelis ſuis recommendaverit hominem, ut illum cuſtodirent: *Siquidem & Filio ſuo mandavit de nobis, non ſolùm ut cuſtodiret nos, ſed etiam ut moreretur pro nobis. In manibus portabunt te. Quid? ſacrane res eſt homo, quem Angeli in manibus ferant? Sacerdotes in manibus ferunt ſacram ſynaxim, & nos in manibus ferimus Angelorum? Ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum, id eſt*, ut interlinearis exponit: *ad legem in lapideis tabulis ſcriptam, in qua omnes offendebant*; etenim lex illa ſcripta in tabulis lapideis, ſexcenta tredecim continebat præcepta, in quibus multi prævaricabantur, quantò igitur major eſt legis Evangelicæ

Paul. de Pal.

Interl.

licæ facilitas ? *Plenitudo legis eſt dilectio; qui diligit proximum, legem implevit*; eſtque certiſſimum, *quòd qui amat, non laborat.*

Verſus 7.

Ait illi Jeſus : Rurſus ſcriptum eſt : Non tentabis Dominum Deum tuum.

Lyran. 1. Lyranus exponit, quid Salvator noſter hiſce verbis dicere voluerit, & dicit, quòd tentare Deum, & velle, & petere ab ipſo *Experimentum de ejus virtute abſque inevitabili neceſſitate*; quando enim homo ad evadendum hoc vel illud periculum, aut quamvis aliam adverſitatem, mediis uti poteſt naturalibus, non eſt illi ad miracula recurrendum. Salvator igitur dæmoni, ipſi ſuadenti, ut ſe è pinnaculo templi demitteret, eò quòd Angeli præſto adfuturi eſſent, ut ipſum per aëra deportarent, reſpondit: Tu me tentas; cùm enim per gradus aut ſcalas deſcendere poſſim, ſicut omnes alii faciunt, juſtum & congruum non eſt, ut ego id faciam per miraculum, hoc enim eſſet verè tentare Deum.

Chryſol. 2. Chryſologus autem dicit, Chriſtum per hanc reſponſionem, ſe verum Dei filium eſſe, palam facere voluiſſe : *Se utique Dominum, ſe utique Deum intelligi voluit, hæc dicendo, qui non de pinna templi ſe dedit ad terram, ſed de cælis ſe ad inferos uſque jactavit, ut non cadentium forma, ſed eſſet reſurrectio mortuorum.*

Verſus 8.

Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei.

Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde.

Luc. Burg. 1. Lucas Burgenſis dicit, dæmonem mutare voluiſſe tentationis locum, ad probandum, an per hoc mutare quoque in eo poſſet affectum & illius impetrare aſſenſum.

2. Altum quendam montem elegit : *Quia cùm ſit ſuperbus, ſemper alta petit : ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, & quia in loco eminenti facilè homo ruit*, inquit S. Hieronymus, *ducere eum feſtinat ad montes, per quos ipſe corruerat, ut etiam cæteri corruant.* *S. Hier. ibid.*

3. Theophylactus per hunc montem divitiarum cupiditatem interpretatur: *Quidam putant montem excelſum valde, affectionem & ſtudium poſſidendis divitiis.* Sanctus Hieronymus conſiderat, quòd gloria mundi, quæ omnem altitudinem tranſcendit, cum myſterio quidem, in vertice montis demonſtretur, cum majori tamen myſterio, Chriſtus de monte in planitiem deſcenderit, (*Deſcendens ſtetit in loco campeſtri*) ut per humilitatem ſuam, adverſus ſuperbiam victor evaderet : *Dominus autem ad humilia deſcendit & campeſtria, ut diabolum humilitate ſuperaret.* Hugo Cardinalis autem per montem in ſenſu morali, dignitates intelligit magis conſpicuas : *Ubi diabolus defert Jeſum; cùm ambitio honoris, vel dominandi & gloriandi fert hominem vel ſpiritum hominis in ſpeculam dignitatis.* *Theoph.* *S. Hier.* *Luc. 6. v. 17.* *Hugo Card.*

Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

4. Salmeron exiſtimat, dæmonem omnia illa regna commonſtrantem, ad hunc effectum, potentis cujuſdam Regis induiſſe ſpeciem. *Salmer. to. 4. tr. 12.*

5. Gloſſa opinionem refert dicentem, quod dæmon Chriſto nec Perſidis regnum, nec Indiam, nec alias univerſi partes oſtenderit, ſed tantùm ei inſinuare voluerit, ſe in omnibus hiſce rebus terrenis regnare, ſive per gulam, ſive per ſuperbiam, ſive per alia quæcunque vitia : *Ut ſuadens, quod volebat, eum ſibi ſubjiceret.* *Gloſſ. ib.*

6. Lyranus incredibile eſſe exiſtimat, quòd ex illo, quantumvis eminenti loco, omnia regna mundi oſtendere potuerit : unde probabilius eſſe cenſet, quod ex illa montis altitudine varias Chriſto oſtenderit terræ habitabiles partes, eique quoad res principaliores, omnium regnorum *Lyran.*

notitiam communicârit; enarrando *in brevibus magnitudinem & gloriam illorum; & ideo oſtenſio fuit magis ad auditum, quàm ad vi-*

S. Thom. in Mat. *ſum.* Cui conſonat ſententia S. Thomæ dicentis: *Expreſſit ei temporalem gloriam mundi.*

Ianſen. c. 15. concor. Evang. 7. Janſenius nonnullorum opinionem eſſe ſcribit, quòd hæc exhibitio & oſtenſio, à dæmone in phantaſia Chriſti formata fuerit, adeo ut viſio illa ſenſibilis non fuerit, ſed

S. Greg. l. 2. c. 35. dial. imaginaria tantùm, ad eum modum, quo S. Gregorius de S. Benedicto ſcripſit, ipſum

Didac. Stel. in Luc. *totum mundum in lumine divino intellectualiter vidiſſe.* Didacus Stella ait: *Dicendum, quòd arte magicâ & incantationibus fecit diabolus, ut in monte illius ſpatio omnes civitates mundi opulentiſſimæ apparerent, omne aurum, argentum, & quidquid mundus amat.*

Luc. Burg. Eandem quoque ſententiam Lucas Burgenſis docet, quòd ſcilicet omnium regnorum pompam & gloriam, in brevi quodam compendio, ei ob oculos ſtatuerit: *Illud opibus clarum, hoc viribus, aliud frequentia populorum, aliud alio conſpicuum & glorioſum, denique quidquid in orbe magnificum habet, magnorum Regum ſtrepitus, opes, famulitium palatia, copias, adorantium turbas, obſequia, pompas, triumphos, legationes, nutum omnipotentem.* Janſenius dicit, quòd nec decentiæ,

Ianſen. ibid. nec pietati conforme ſit credere: *Diabolum interiores Chriſti ſenſus commoviſſe, novis apparentium rerum ſpeciebus,* ideoque veriſimilius eſſe aſſerit, quòd diabolus Chriſto univerſum mundum ſenſibiliter oſtenderit, modumque quo id factum fuerit, hac ratione declarat: *Quia omnium imagines novo quodam modo repræſentavit humanis ejuſdem obtutibus, faciens per eas imagines, omnia apparere oculis ejus.* Perque hanc apparitionem

Luc. Burg. conatus eſt, inquit Lucas Burgenſis, Chriſto inſinuare & imprimere: *Terrenorum amorem, dominandique libidinem excitare; ſed nulla intus cupiditas animum Jeſu pupugit, qui ſenſum nobiſcum communem habuit, non appetitus incompoſitos.*

Luc. 4. v. 5. S. Bona. in Luc. 8. Obſervandum verò eſt, quòd S. Lucas dicat: *Oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.* S. Bonaventura autem rationem aſſignat, cur S. Evangeliſta hanc circumſtantiam expreſſerit, nimirum, ut, quàm brevis & momentanea gloria mundi ſit denotaret: *Et quia hæc non curat, ſed citò tranſit, ideo in brevi tempore oſtendit, propter quam adjungit, in momento temporis. Unde Beda: non enim tam conſpectûs celeritas indicatur, quàm caduca fragilitas poteſtatis exprimitur; in momento enim cuncta prætereunt, & ſæpe honor ſæculi abiit, antequam venerit.*

9. Eſt & alia ejuſdem ſancti Doctoris ſuper hæc verba conſideratio, ponderatione digniſſima; ait enim: *Oſtendit vanitatem humanæ pompæ, quam amabat, quaſi ſpatioſam oſtendens, facere volebat amari,* quaſi diceret: omni ſtudio conatus eſt efficere, ut terra vaſta & ampla appareret; at verò minimè conſiderabat, quòd Sapiens ait: *Tanquam momentum ſtateræ ſic eſt ante te orbis terrarum: & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.* Ecce tibi æſtimationem, quam Sancti, ſuperiori luce illuminati, de mundo habent. Jeremias ait: *Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil.* S. Antonius Magnus ſolebat dicere: *Nemo, cùm deſpexerit mundum, reliquiſſe ſe arbitretur ingentia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cælorum, brevis ac parva eſt.*

Sap. 11. v. 23. *Ierem. 4. v. 23.* *Vit. S. Anto. c. 4.*

Verſus 9.

Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.

Hæc omnia tibi dabo.

1. Ecce tibi mendacem & fraudulentum impoſtorem; ſiquidem à Spiritu ſancto dictata veritas eſt: *Domini eſt terra & plenitudo ejus, orbis terrarum,* &c. præterquam quòd ipſamet incarnata Sapientia clarè ſatis dixerit: *Per me Reges regnant.* Porrò in S. Luca verba, quæ diabolus, regna iſthæc oſtendens, ad Chriſtum dixit, fuſius ſcribuntur: *Ait illi: tibi dabo poteſtatem hanc univerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa.* O inverecundum & evidens mendacium, ſiquidem impoſtor adeo pauper eſt & egenus, adeoque in donis impertiendis inops & pauper nobiſcum, ut paulò antè vix mucidum haberet, quem eſurienti Chriſto offerret panem, ut eum jejunium adeo prolixum rumpere faceret; unde ſolitudinis iſtius obvios illi lapides obtulit manducandos. Beda ait: *Hoc dicit ex arro-*

Pſ. 32. v. 1. *Prov. 8. v. 15.* *Beda.*

arrogantia. Ingens profectò iſthæc eſt hominis cæcitas, quæ à dæmone ſæpe bona temporalia ſe accepturum eſſe confidit, dum eadem in ejus manu minimè conſiſtant: *Mecum ſunt divitiæ & gloriæ, opes ſuperbæ,* inquit Deus. Verum quidem eſt, quod S. Bonaventura ſuper hæc verba ſcribit: *Terra data eſt in manibus impii, id eſt, terrena poteſtas*: at verò huic, per illam S. Bernardi ſententiam reſponderi poteſt: *Plus concupiſcentia mundi, quàm ſubſtantia nocet*; etenim effrænis bonorum terrenorum cupiditas eſt quæ nos condemnat, non verò bonorum illorum poſſeſſio. S. Ambroſius ſuper Lucam, à Gloſſâ in hunc locum ſcribente citatus, advertit dicens: *Nota, quia omnis poteſtas à Deo, quia ordinatio poteſtatum à Deo,* ſimul tamen etiam oſtendit, quænam ſit pars illa quam ſibi dæmon in dominiis & regnis uſurpârit, dum ait: *Sed à malo ambitio poteſtatis*; dæmon quidem omnia mundi ſceptra Chriſto promittebat, ita tamen, ut eum ad ambitionem adeo effrænem inducere conaretur, qua illum etiam paratus eſſet adorare. Cæterùm verò ſcimus, & ſanctus Hieronymus atteſtatur, multos quoque ſanctos homines, ad ſceptrorum gubernationem, à Deo fuiſſe aſſumptos.

Prov. 8. v. 8
S. Bona. in Luc.
S. Bern.
S. Ambr. in Gloſ. in Luc.
S. Hier.

2. Hujus diabolici inſultûs validum & potentem impulſum S. Hilarius hîtce verbis exprimit: *Adverſus Dominum tota jam ſæculi poteſtate pugnatur, & Creatori ſuo poſſeſſio hujus univerſitatis offertur.* Venerabilis Beda obſervat, tortuoſum hunc ſerpentem primum hominem tribus inſultibus, gulæ ſcilicet, vanæ gloriæ, & avaritiæ aggreſſum fuiſſe, ac proinde iiſdem quoque conatibus ſe ſecundum Adamum ſupplantaturum fuiſſe confidit: gulâ quidem, efficiendo, ut præ famis exceſſu, lapides in panes commutaret; vanâ gloriâ quoque, monendo ipſum, ut è templi ſummitate ſeſe deorſum demitteret, ſecurus, ſe ab Angelorum manibus portandum, & ſuſtinendum eſſe: ultimus autem ictus fuit avaritiæ, eumque ſibi, veluti ictum capitalem atque validiſſimum, in ultimum ſibi locum reſervavit. *Quaſi omnibus vitiis fortiorem,* inquit Chryſoſtomus, *pecuniarum cupiditatem poſtremo loco poſuit, extremum reſervans, quaſi quod omnibus valentius eſſe judicaret.*

S. Hilar.
Ven. Bed.
Chryſ. hom. 13. in Matt.

3. Paulus de Palatio ad ingenioſam quoque reflexionem nos invitat, dum ait: *Id non prætereat nos, tantæ fuiſſe Chriſtum ſanctitatis, in oculis diaboli, ut non niſi promiſſione omnium regnorum mundi, & totius gloriæ ſuæ eum flecti poſſe putaret: at nos quàm minimo negotio ad ſui adorationem flexiſſet?*

Paul. de Palat. in Mat.

4. Conſiderari quoque meretur, quòd diabolus Chriſto primò lapides obtulerit, nunc verò omnia ſceptra, diademata, & monarchias totius univerſi: quænam eſt hæc inter utrumque munus oblatum differentia? nunquid idem tentator, qui ante erat? nunquid pariter eundem Chriſtum tentabat? Reſpondeo, id quidem verum eſſe; verùm advertendum eſt, quòd, ubi agitur tantùm de exploranda veritate, an Chriſtus ſcilicet verus Dei filius ſit, an verò non, multum Chriſto offerre ſupervacaneum eſſe duxit: at verò quando ſpes illi erat, animam quandam lucrandi, quæ adeo ſancta & immaculata erat: *Si cadens adoraveris me*; quidquid divitiarum congregare poteſt, libenter expendit, imò totum mundum cum omnibus, quæ in eo pretioſa ſunt liberaliter promittit. Author Imperfecti conſiderat: *Quomodo omnis promiſſio ejus irrationabilis ſit, & mendax; certè uni dare non poterat omnia, niſi ab hominibus omnia tolleret*; veruntamen ſi in ejus poteſtate fuiſſet idipſum, quod promiſerat, adimplere, feciſſet utique ad hoc, ut unicam tantùm ſibi animam compararet; ac proinde Salvianus ita ſcribit: *Quis furor eſt viles à vobis animas veſtras haberi, quas etiam diabolus putat eſſe pretioſas? quas etiam charas vobis debere eſſe dicit, qui viles facere conatur? ac proinde quicunque animas ſuas negligunt, etiam infra judicium diaboli ſe amant.*

Aut. imp. hom. 5.
Salvia. ad Eccl.

Si cadens adoraveris me.

5. De hoc quidem ſerpente in Geneſi dicitur: *Erat callidior,* &c. Veruntamen hæc ejus ſuggeſtio Chriſto propoſita, ſtulta prorſus & irrationabilis eſſe videtur, id quod ſimilitudine ſequenti, facili negotio declaratur: etenim ſi quiſpiam ab amico ſuo, ſibi decem ſcuta mutuari peteret, ille autem obſequium iſtud ei abſolutè præſtare abnueret: ſi tunc hic repulſam paſſus protinus rediret,

Gen. 3. v. 1.

ret, ab eoque, à quo decem ſcuta habere non poterat, centum ſcuta ſibi mutuò dari poſtularet, nunquid illum ſtultum eſſe diceres? Quòd ſi verò idem ab eodem amico, etiam illa centum ſcuta mutuare nolente, iteratâ vice & longè inſtantius, centum millia ſcutorum mutua ſibi dari rogaret; nunquid illum prorſus delirum factum eſſe diceres? idem quoque in præſenti, de diabolo judicandum erit; hic enim à Chriſto primò expetit miraculum converſionis lapidum in panes, & rejicitur; de novo accedens ſuggerit præcipitium: *Mitte te deorſum*, patiturque iteratam petitionis ſuæ repulſam. Quænam eſt igitur nunc ſtulta diaboli temeritas, & irrationabilis præſumptio, qua eidem Chriſto idololatriam & adorationem ſui, qui diabolus erat, ſuggerere & ſuadere non dubitat? Notandum eſt verò, quod *oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & ait illi: Hæc omnia tibi dabo.* Lucas Burgenſis ait: *Reipſa expertus erat inimicus, nihil eſſe tam impium ac nefarium, quod imperii causâ homines non auderent*; ac proinde tametſi Chriſtus filius Dei eſſet, ipſum tamen, per hanc ei factam oblationem, ſeſe proſtraturum eſſe ſperabat; ſiquidem Adam & Eva in ſtatu innocentiæ, & quidem pariter in paradiſo conſtituti propter hunc inordinatum gloriæ & dominii mundani appetitum, Deo rebellârunt, & dæmoni conſenſerunt.

Lucas Burg. ibid.

6. Janſenius nihilominus modum nobis exponit, quem diabolus in tentationibus hiſce ſervâvit: *Hoc ordine diabolus tentare ſolet, ut à levioribus incipiens, paulatim perducat ad graviora, ſemper eo ordine proponens, quæ magis ac magis movent; jam plerumque fit, ut, qui famam contemnere poſſunt & vanam gloriam, ſtabiles honores, & multarum rerum glorioſam poſſeſſionem non poſſint contemnere.*

Ianſen.

7. Cajetanus magnam, inter hanc & duas alias tentationes, obſervat differentiam: ſiquidem duæ antecedentes ad hoc ſolùm tendebant, ut, an filius Dei eſſet, per illas exploraretur; hac ultimâ verò tentabat, an illum ad ſuî adorationem poſſet pertrahere; unde colligitur, quòd in eadem tentatione cum Chriſto, in ſpecie magni cujuſdam Principis & Monarchæ tractaverit. Idem verò Author fatetur, ſe hujuſce tentationis finem nequaquam poſſe intelligere; neque enim eſt veriſimile, quòd dæmon ſperare aut præſumere potuerit, virum tantæ ſanctitatis, quem hactenus ne quidem ad minimum peccatum veniale, ullâ ratione potuit flectere; ad peccatum quoddam adeo ſacrilegum & execrabile, quale eſt idololatria, fore pertrahendum. *Scivit, quòd nemo repentè fit ſummus, tam in bono, quàm in malo.* Quodnam igitur fuit ſerpentis hujus artificium? *Intelligo, quòd occultiori arte tentationem hanc intulit, ad explorandum ſi filius Dei eſſet.* Porro diſcurſus ejus, quo uſus eſt, hic fuit; conſiderans enim, quòd ad explorandam divinitatis ipſius veritatem, duo primi inſultus omnino fuiſſent inutiles, *cogitavit occultè idem explorare, tentando illum de ſupremo crimine, ut ſcilicet ſe adoraret, ut ſic vel provocaret Ieſum ad increpandum tentatorem, & dicendum: Ego à te debeo adorari, & ſic exploraſſet ipſum eſſe Dei filium.* Janſenius ferè idipſum ſcribit, dum ait: *Sperabat eum, ſi non eſſet Dei filius, magnificis illis promiſſionibus ſuperandum: ſi verò eſſet, irritatum tantâ tentatoris improbitate dicturum, ſe potius ab illo adorari debere, ſuaque eſſe omnia, quæ ille tanquam ſua pollicebatur.* Speravit inſuper, prout nonnulli exiſtimant, ſe ſaltem hoc ex illa tentatione lucrum reportaturum eſſe, ut ſaltem ipſum ſubjiceret alicui actui impatientiæ & iracundiæ, quia per culpam leviorem, ſe ad majores aditum ſibi facere poſſe ſperabat, ſiquidem *à minimis incipiunt, qui in maxima proruunt.*

Ianſ. ib.

8. S. Irenæus ponderat verbum iſtud: *Si cadens*: *Ipſe diabolus confitetur, quoniam adorare eum, & voluntatem ejus facere, cadere eſt à gloria Dei. Dejeciſti eos, dum alleviarentur*, inquit David. Ubi S. Gregorius ait: *Elevatio ipſa ruina eſt, quia dum gloriâ falsâ ſubnixi ſunt, à gloria vera evacuantur.* Chryſologus de Chriſto, ſuper pinnaculum ad præcipitium portato, ita ait: *Sic ſuis ſuadet, ſic ſuis providet ſemper, ſic ſuos elevat, ut de alto præcipitet validius in ruinam.*

S. Iren. l. 5. c. 22.

Pſ. 72. v. 18.

S. Greg. l. 1. reg. Epiſt. 5.

Chryſol. ſer. 13.

Verſus

Verſus 10.

Tunc dicit ei Jeſus: Vade ſathana: ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſervies.

Dicit ei Jeſus: Vade Sathana.

1. Dæmon haud obſcurè nobis innuit, quòd unius animæ lucrum majoris ab ipſo æſtimetur, quàm omnia regna mundi: ſiquidem hæc omnia promptiſſimè offert pro unius peccati commiſſione: Chriſtus verò econtrà nobis perſpicuè vult indicare, majoris æſtimandam eſſe ſalutem æternam, quàm omnia, quæ in hac præſenti vita poſſideri poſſunt; *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Totus ſiquidem iſte mundus,* inquit S. Bernardus, *ad unius animæ pretium æſtimari non poteſt; non enim pro toto mundo Deus animam ſuam dare voluit, quam pro anima humana dedit.* Quod ſi Lucifer Chriſto, unam duntaxat animam lucrandam obtuliſſet, credibile eſt, quòd, licèt ipſum non fuiſſet adoraturus, ſeſe tamen coram ipſo pronum in terram proſtraſſet, ſiquidem ut perditam traditoris (de quo dixerat: *Diabolus eſt*) animam lucrari poſſet, non ſolùm ſe coram ipſo in genua proſtravit, verùm etiam pedes ejus lavit, totoſque dulciſſimis oſculis delinivit, imò juxta multorum ſacrorum Doctorum opinionem, eidem ſacratiſſimum corpus ſuum manducandum diſtribuit.

Matth. 16. v. 26.

S. Bern. med. 3.

Lyran.

2. Lyranus verba hæc: *Vade ſathana*, exponens, illa in ſe acrem quandam reprehenſionem continere dicit: *increpavit eum*, redditque rationem, quia in aliis duabus tentationibus illam nequaquam reprehendit: *Ad oſtendendum quod proprias injurias debet homo portare.* Hugo Cardinalis ſimiliter ait: *Auditâ blaſphemiâ in Deum, quaſi indignabundus reſpondit Dominus, & durè aliquantulum;* adducitque idem ex Lyrano recenſitum documentum: *Hoc exemplo diſcimus noſtras magnanimiter ſuſtinere injurias; Dei autem injurias neque ad auditum ſufferre, quoniam in propriis injuriis eſſe quempiam patientem, laudabile eſt; injurias autem Dei diſſimulare, impium eſt.*

Hugo Card.

3. Janſenius dicit, Chriſtum Dominum peſſimo huic & mendaci ſpiritui opponere quidem potuiſſe, dicendo: Qua fronte mihi ita audaciter promittere præſumis, quod tuum non eſt, nec mihi præſtare potes? Qua temeritate à me non erubeſcis petere, ut ego venerabundus pedibus tuis advolvar, qui Deus & creator tuus ſum, qui te à gloria mea poſſidenda exterminavi; id tamen facere illum noluiſſe: *quia id temporis fallendus erat diabolus, non docendus; nec admoneri debuit, qui corrigi non potuit.*

Janſen. ibid.

4. Beda verò aliam quandam, à prædictis diverſam, expoſitionem adducit: *Poteſt ita ſentire, quòd retro anteriora tempora reſpiciat, quibus ſibi reum diabolus tenebat mundum, quaſi Dominus diceret: attende retrò, quando decepiſti primum hominem, & poſteros ejus, per varios idolorum cultus deludebas, & ſufficiat tibi uſque huc, nunc autem non ſolum non ſubvertere me valebis, ſed à poteſtate, quam te habere plaudebas, per me projicieris.*

Beda.

Scriptum eſt enim.

Paul. de Palat.

5. Obſervat Paulus de Palatio, Chriſtum in aliis tentationum inſultibus, ſolùm ſe per ſacræ Scripturæ authoritatem defendiſſe; hîc autem amplius quidpiam adjunxiſſe, nimirum improperium, & reprehenſionem; unde ſequens deducit documentum: *Cùm per locum excelſum, regnum & divitiæ tentamur, hîc non verba Scripturæ ſola ſufficiunt, conandum eſt, ut diabolus abeat retro cum ſuis opibus & regnis.*

Gloſſa.

6. Gloſſa tria illa Scripturæ loca, quibus Chriſtus ad Goliath infernalem proſternendum uſus fuit, præſignificata fuiſſe dicit in tribus illis lapidibus, à Davide è torrente collectis, quibus Goliath gigantem devicit: *David Goliath tribus lapidibus de torrente proſtravit, & Chriſtus diabolum tribus teſtimoniis de lege.* Cajetanus ait: *Diſcamus hîc omnes, arma noſtra eſſe ſacras Scripturas, quibus reparare debemus inflictos nobis tentationum ictus.* Janſenius Chriſtum nos inſtruere voluiſſe dicit: *Nulla contra diabolum efficaciora arma eſſe, quàm Scripturarum meditationem, & verbum Dei, quod eſt gladius ſpiritûs, omnes facilè reſecans cupiditates, ſuggeſtioneſque diaboli.*

Cajet.

Janſen.

7. Be-

Beda. 7. Beda ad moralitatem quandam ſeſe reflectit, quam ex manſuetudine Salvatoris addiſcere poſſumus: *Exempla nobis humilitatis dedit, ut quoties à pravis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam magis, quàm ad vindictam excitemur.*

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.

Paul. de Pal. 8. Paulus de Palatio ingenioſam quandam in hoc propoſito habet obſervationem; dicit enim: *Expende tantum eſſe valorem divitiarum apud homines, tamquam illos eas colere, ut nihil aliud Chriſtus divitiis contra poſuerit, quàm Dominum Deum tuum adorabis; ac ſi dicat: O homo, etiamſi auri te ſplendor alliciat, ut illud adores, at cogita adorationem ſoli Domino, eique Deo & tuo deberi.*

S. Anſel. 9. S. Anſelmus hoc loco quærit, an per hoc, quod Chriſtus dicit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſervies*, idem Salvator noſter quodvis aliud ſervitium excludere intendat, adeo ut Principibus deinceps ſervire non liceat? Et reſpondet, verba illa ſolùm intelligenda eſſe de cultu latriæ, quem ſoli ſibi Deus reſervavit, incommunicabiliter ad quemvis alterum. Idem quoque Dionyſius Carthuſianus advertit, dicens: *Loquitur de ſervitute latriæ, quæ ſoli Deo debetur.* *Dion. Cart.* Qui idem Carthuſianus eadem verba aliter declarat, dum ait: *Soli Deo ſerviendum eſt propter ſe, tametſi aliàs verum ſit & bonum illud Apoſtoli monitum, dicentis: Per charitatem ſervite invicem.* *Galat. 5. v. 13.* Similiter pro ratione cauſæ, loci & temporis ſerviendum eſt Superioribus, & nonnunquam etiam æqualibus & inferioribus: *Omnis tamen ſervitus ad Dei honorem referenda eſt, ac propter ejus ordinationem & voluntatem.* *Paul. de Pal.* Paulus de Palatio modum oſtendit, quo Deo ſerviendo, aliis quoque inſerviamus, idque per hanc declarat ſimilitudinem: ſicut enim is, qui Regi ſervit, inſuper & illis ſervitia ſua præſtat, quibus ea præſtare à Rege jubetur, non propterea ſervitiis, regiæ majeſtati debitis, quidquam detrahit: *Ita qui Deo ſoli miniſtrat, miniſtrabit & iis, quibus Deus miniſtrari voluerit.*

10. Idem quoque Author reflectit ſe ad motiva, quæ Deus adducit, propter quæ æternus Pater ejus à nobis adorari, & miniſteria debita accipere mereatur, ſcilicet *quia Dominus eſt, quia Deus, quia tuus.* Et primò quidem, cùm ſit Dominus, ſimul etiam eſt infinita quædam omnium bonorum deſiderabilium abyſſus; unde tametſi nullam ſuper nos poteſtatem haberet, ex eo duntaxat, quia eſt amabiliſſimus, potentiſſimus & optimus, cultus noſter noſtráque obſequia ei deberentur. Secundò illi ſervire debemus, quia eſt Deus, Dominus ac judex noſter, qui hanc de adoratione, ſibi ſoli à nobis debita, legem condidit, illamque obſervantibus, æternæ retributionis præmium promiſit, pœnarum verò infernalium æternitatem comminatus eſt legis ejuſdem transgreſſoribus. *Tertio*, inquit idem Author, *ſervire illi debes, quia tuus eſt, quia adeò bonus eſt, ut quantus eſt, tuus eſſe velit.*

11. Advertendum eſt etiam, diabolum Chriſto omnia regna univerſæ terræ cum hoc pacto obtuliſſe, ut ei cultum latriæ exhiberet, ſeque illi totaliter ſubjiceret; Chriſtum verò reſponſione ſuâ, quam diabolo dedit, oſtendere voluiſſe, mundi hujus dominium miſerabilem quandam eſſe ſervitutem: at verò Deo ſervire, eumque adorare, unicum eſſe medium ad acquirendas cæleſtis regni æternas coronas: *Servire Deo regnare eſt.*

12. S. Hilarius dicit, Chriſtum in hac ſua reſponſione exemplum nobis dare voluiſſe, *ut contemptâ humanæ poteſtatis gloriâ, & ſæculi ambitione poſtpoſitâ, ſolum meminiſſemus Deum & Dominum adorandum; quia omnis ſæculi honor diaboli ſit negotium.* *S. Hila.*

Verſus 11.

Tunc reliquit eum diabolus, & Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.

Tunc reliquit eum diabolus.

1. Cognovit enim, omnes conatuum ſuorum machinas inutiles fuiſſe. Albertus Magnus dicit: *Reliquit non loco tantùm, ſed in poteſtate tentandi.* *Alb. M.* Theophylactus ait: *Tres tentationes ſuperavit Dominus, gulæ, vanæ gloriæ, avaritiæ*, utpote paſſiones vehementiſſimas, magiſque præcipuas, quæ in *Theoph.*

nos

nos tyrannicè deſæviunt, *has qui vicerit, alias*
Luc. 4. v. 2. *multò magis vincet. Unde Lucas dicit, quòd omnes tentationes conſummaverit.*

2. Nec eſt, quòd ignominioſam dæmonis fugam multùm admiremur; ſiquidem, ut
S. Thom. in Mat. Angelicus Doctor notat, Chriſtus illis, qui tentantur, documenta quædam dedit, quibus ſervatis & ipſi eum vincere, & in fugam agere potuerunt; nimirum *ut recurrant ad*
Pſ. 118. v. 11. *Scripturæ medicinam.* Pſ. 118. *In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi; ut homo nihil faciat ad arbitrium diaboli.* Nam Vegetius in arte militari author expertiſſimus docet: Prudens belli dux nihil unquam eorum facere debet, quæ ſibi ab inimico fuêre propoſita; tametſi conſiliarius & conſilium ejus, aliàs apparenter bona eſſe videantur. Poterat quidem Chriſtus lapides facillimo negotio in panes convertere, ſed *noluit, quia ille ſuggerebat.* Unde S. Ambroſius
S. Ambr. in Luc. ait: *Cui facile ſuiſſet lapides in panem, naturæ alterius transfuſione convertere, decet, nihil tibi pro diaboli arbitrio, aut declarandæ virtutis tuæ contemplatione faciendum.* Tametſi nonnulla eorum, quæ diabolus proponebat, rationabilia eſſe videri poterant, maximè cùm illa, per adductos Scripturæ textus cohoneſtaret; attamen ſemper ſpretus, & in omnibus poſtulationibus ſuis repulſam turpiter paſſus fuit: *Non enim aliquid ab inimico impetrandum eſt, neque conſilio ejus in*
Alb. M. in Luc. *aliquo acquieſcendum,* inquit Albertus Magnus. Obſervanda quoque hoc loco eſt facilitas, quâ eum turpiter à ſe recedere coëgit, ad hoc enim Chriſtus nullâ aliâ re uſus fuit, quàm unius hujus vocis, *non*, iteratâ repetitione, inſiſtendo fortiter reſponſo negativo: *Non in ſolo pane*, &c. *Non tentabis*, &c. *Vade ſathana*, &c. neque enim vincere poteſt, niſi ſolos illi ultrò conſentientes.

Et ecce Angeli acceſſerunt.

Lyran. 3. Lyranus Chriſtum, obſequium & ſocietatem Angelorum, ad tempus licentiâſſe, & à ſe dimiſiſſe credit, ut tantò ſecurius Lucifero perſona ejus celaretur, haberetque ampliorem ſolitariè cum illo, id eſt, ſolus cum ſolo dimicandi campum, minorique cum metu decertaret. Lucas verò Burgenſis aliam quandam rationem adducit: *Ne videretur Dominus, Angelorum ſubſidio aut eguiſſe, aut viciſſe.* Luc. Burg.

4. S. Thomas, antiquitus uſum fuiſſe refert, quòd victores, poſt reportatam gloriosè victoriam, à multis magnificis excipierentur obſequiis & honoribus: *Ita hic celebratur triumphus Chriſti ab Angelis.* Paulus de Palatio ait: *Veniunt videre rem grandem, quam credere natura non poterat, videlicet quòd caro totum devicerit infernum, quòd caro omnes dæmonum ſuperaverit artes, quòdque caro dejecerit diabolum, quem vix tota Angelorum curia vincere potuerat.* Atque hîc eſt, quòd S. Thomas, ex hoc Angelorum obſequio, pro noſtra conſolatione deducat: *Quòd homines, qui vincunt diabolum, mereantur miniſterium Angelorum.* S. Thom. in Mat. Paul. de Pal. S. Thom. in Mat.

5. Cajetanus, miniſterium iſtud Angelorum, in majorem dæmonis confuſionem ceſſiſſe dicit, dum ait: *Ut quod diabolus tot tentationibus explorare nequivit,* (nimirum an verè filius Dei eſſet) *confuſus ac invitus, videat in Angelorum miniſterio.* Cajet.

6. Janſenius exiſtimat, Angelos in humana ſpecie, ſe coram Chriſto ad majus ipſius gaudium præſentâſſe: *Gratulabundi rediêrunt; rediêrunt autem viſibili humanaque ſpecie (id enim vox, acceſſerunt, intelligendum dat) ut, quem diabolus eâ ſpecie ſumpſerat tentandum, ipſi eadem ſpecie honorem, officiumque ei omne præſtarent.* Janſen.

FERIA SECUNDA POST PRIMAM DOM. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 25.

31 CUM venerit filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli ejus cum eo, sedebit super sedem majestatis suæ. 32. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut Pastor segregat oves ab hædis. 33. Et statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. 34. Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. 35. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere; hospes eram, & collegistis me; nudus, & cooperuistis me. 36. Infirmus, & visitastis me; in carcere eram, & venistis ad me. 37. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te; sitientem, & dedimus tibi potum? 38. Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te; aut nudum, & cooperuimus te? 39. Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? 40. Et respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. 41. Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis ejus. 42. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi potum. 43. Hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non cooperuistis me; infirmus & in carcere, & non visitastis me. 44. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? 45. Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. 46. Et ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.

Versus 31.

Cùm venerit filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli ejus cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ.

Cùm venerit.

Ioan. 3. v. 16. 1. QUando Christus hæc dixit, jam primâ vice, per incarnationem, in hunc mundum venerat, jam de facto apud S. Joannem dixerat: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam; non enim misit Deus filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.* Euth. Super quæ verba Euthymius dicit: *Neque enim solùm dedit filium suum unigenitum, sed & judicium rejecit.* Sed quonam fine id factum esse putas? *In secundum ejus distulit adventum*; considerat quoque differentiam, quæ est inter primum & secundum adventum: *Nunc venit, ut de præteritis veniam tribuat*, inquit de primo; *postmodum ut condemnet.* Et quidem quantò longius tempus

pus elapſum eſt, quo nos exſpectavit, & quantò majora nobis pro ſalute noſtra data fuêre auxilia, majorque longanimis ejus miſericordia, tantò magis nobis in ſecundo ejus adventu timendum erit. Unde ſanctus Gregorius ait: *Tantò major tunc exercebitur ſeveritas, quantò major nunc miſericordia prorogatur, & diſtrictè tunc judicium non correctis erit, qui pietatem nunc delinquentibus patienter expendit.*

S. Greg. l. 18. mor. c. 8

2. Enimverò quando hic ſecundus adventus futurus ſit, nobis non manifeſtatur, ſed ſolùm dicitur *cùm venerit; ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet.* Neque tempus judicii univerſalis ſciri poteſt, niſi per revelationem divinam: *De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater.* Circa quæ verba notandum, quòd in iis non fiat mentio ſeptimanarum, vel menſium, ſed ſolùm dierum & horarum, ut intelligamus, quòd quavis horâ in hoc tribunal deſcendere, in eoque ſeſe collocare poſſit; adducit quoque ſacer textus in illo loco exemplum impiorum, qui, dum in ſummo lætitiæ exceſſu erant, obruti & ſuffocati fuêre à diluvio univerſali: *Sicut erant in diebus ante diluvium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, ita erit & adventus filii hominis.* Videtur Eccleſia non ſine myſterio, hoc nobis Evangelium hodiernâ die proponere, quando paulò antè in bacchanalibus omnes homines crapulis, & commeſſationibus, aliisque profanis gaudiis dediti fuêre, ad denotandum, quòd talibus vicinum ſit judicium. Etenim apud ſanctum Lucam Dominus nos monet dicens: *Quâ horâ non putatis, filius hominis veniet;* quaſi diceret: tunc vel maximè vicinus erit, quando ipſum minimè exſpectabimus, omnisque illius diei timor & metus apud nos evanuerit. Porrò ratio incertitudinis diei noviſſimi judicii aſſignari poteſt, quam ſanctus Gregorius dat, quoad incertitudinem mortis & finis cujuslibet hominis, nimirum: *De morte incerti ſumus, ut ad mortem ſemper parati inveniamur.*

1. Theſſ. 5. v. 2.

Luc. 12. v. 40.

S. Greg. cit. ab Hug. Card. in 1. Theſſ. 1. v. 5.

3. Æternæ veritatis propoſitio eſt, quòd *omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti.* Similiter veriſſimum eſt, quòd tempus, quando id futurum erit, omnino ignoremus. Ecce tibi igitur optimum à S. Auguſtino traditum monitum, dicentis: *In quo quemque ſtatu invenerit ſuus noviſſimus dies, in hoc comprehendit mundi noviſſimus dies, quoniam qualis in die iſto quisque moritur, talis in die illo judicabitur.* Ex quo deducitur, quòd oculos noſtros non ad futurum dirigere debeamus, & conſiderare, *Cùm venerit*; ſed ad tempus præſens, ſtatum videlicet illum ſollicitè ponderando, in quo de facto ſimus; ſiquidem huic tribunali quovis momento vicini ſumus, quia in puncto mortis noſtræ judicium circa nos particulare inſtituitur, à quo univerſale judicium omnino dependet. Porrò Job, qui dixerat: *Cœli non ſunt mundi in conſpectu ejus*, quique veriſſimum eſſe ſciebat, quod poſt illum ſanctus Petrus dixit: *Juſtus vix ſalvabitur*, cum ſumma ſecuritate & confidentia dixit: *Si fuero judicatus, ſcio quòd juſtus inveniar*; hujusce autem generoſæ fiduciæ cauſa ex verſione Chaldaica facilè colligitur: *Ecce nunc ordinavi judicium, ſcio quòd juſtus inveniar*; ſiquidem is, qui ſe omni horâ vicinum eſſe credit, ut tremendo Dei judicio judicandus ſiſtatur, vitam ſuam eo modo inſtituit, ut nullam prorſus timendi cauſam habeat: *Si nosmetipſos diiudicaremus, non utique judicaremur.* Et S. Gregorius ait: *In hoc mentis noſtræ judicio tantò citius abſolvimur, quantò nos diſtrictius reos tenemus.*

Iob. 15. v. 15.

1. Petr. 4. v. 18.

Iob. 13. v. 18.

1. Cor. 11 v. 31.

S. Greg. l. 25. mor. c. 7

Filius hominis.

4. Sanctus Thomas ait: *Non eſt dubium, quoniam idem ſit filius Dei, ſed quare potius nominat filium hominis, quàm filium Dei?* Ratio à ſancto Doctore allata hæc eſt, quia judicaturus erit, in quantum homo, ac proinde ipſemet Joannis 5. dicit: *Poteſtatem dedit ei judicium facere, quia filius hominis eſt.* Lucas Burgenſis dicit, Chriſtum ſe vocare filium hominis, quaſi dicere vellet: *Ego vilis, quia jam habeor homuncio, eâdem quidem hac hominis formâ, ſed in majeſtate venturus ero.* Proinde ſcribitur: *Videbunt in quem transfixerunt.* S. Antonius de Padua, Chriſtum in hac ſpecie humana,

S. Thom. in Mat.

Ioan. 5. v. 27.

Luc. Burg. ibid. Ioan. 19. v. 37.

S. Ant. Pad. hic

na, potentiæ ſuæ ſpecimen exhibere velle exiſtimat: *Quia enim in forma hominis iudicatus eſt, ne videretur hoc paſſus ex impotentia, idcirco in tali forma judicabit, juxta illud:* Pſ. 50. v. 6. *Ut vincas, cùm judicaris.*

5. S. Thomas inquit: *Filius hominis, ut ab omnibus videatur, in forma enim divinitatis non poterat videri niſi à bonis.* S. Thom. ibid. Apoc. 1. v. 7. *Videbit eum omnis homo.*

6. *Ad convincendum laxam familiam,* inquit S. Antonius; ſiquidem fragili hac carne veſtitus, per triginta trium annorum decurſum, *oſtendit & docuit formam vivendi, & ideo in tali veniet ad judicandum, ut ipſe ſit judex & teſtis.* S. Ant. ib.

7. *Propter meritum Chriſti, hoc enim meruit propter ſuam paſſionem,* inquit S. Thomas, atque ideo in eâdem noviſſimi judicii die, vexillum Crucis explicabit, & cum cicatricibus & vulneribus publicè comparebit. S. Th. ib. Unde Euſebius Emiſſenus horrorem & terrorem, qui exinde in reprobis reſultabit, hùc in modum meditatur: *Quàm lugubre erit homini, Deum videre & perdere, & ante pretii ſui perire conſpectum!* Euſeb. Em. ho. 4. ad Mon.

8. *Ad exhibendum & exercendum gratam clementiam, ut ſit manifeſtum, quòd in miſericordia judicabit, puniendo citra condignum.* Idem quoque clementiæ motivum S. Antonius Paduanus, & S. Thomas de Aquino pariter tetigerunt his ferè verbis: *Ex Dei clementia, ut homines ab homine judicentur.* S. Ant. Pad. ib. S. Tho. Aq.

9. Veruntamen dici quoque poteſt, quòd Chriſtus in noviſſimi judicii die ſpeciem aſſumpturus ſit hominis, ut tantò rigidior, ſeverior & implacabilior exiſtat; quia dici ſolet: *Homo homini lupus.* Et ideò Deus in Oſea dicit: *Non faciam furorem iræ meæ;* Oſeæ 11. v. 9. *redditque rationem: Quoniam Deus ego, & non homo.* Eph. 2. v. 4. De Deo dicitur: *Deus qui dives eſt in miſericordia,* non verò item de homine, quin potius de eo ſcribitur: *Homo homini reſervat iram, in hominem ſimilem ſibi non dabit miſericordiam.* Eccl. 28. v. 3. Sicut igitur tanta cum crudelitate ab homine judicatus & condemnatus fuit, ita quoque eidem in ſpecie humana, vicem rependere decrevit; neque enim in judicio major exerceri poteſt rigor, quàm ſi is, qui antea contumeliosè judicatus, tandem contra eos, qui tale judicium, ſententiam aut condemnationem pronuntiâgunt, aut promoverunt, laturus eſt judicii ultimatam ſententiam. Enimverò coram Pilato accuſatus tacuit; at verò, ut S. Auguſtinus ſcribit: *Oportebat ergo, ut taceret in paſſione, non taciturus in judicio; judicandus enim venerat, qui poſtea judicaturus veniet, & ideò cum magna poteſtate judicaturus, quia cum magna humilitate judicatus.* Matt. 27. v. 14. Unde in Iſaia prædicit: *Tacui, ſilui, patiens fui; ſicut parturiens loquar, diſſipabo & abſorbebo ſimul.* Iſa. 42. v. 14.

In majeſtate ſua.

10. Sanctus Antonius de Padua ait: *In majeſtate viſuri ſunt, quem in humilitate videre noluerunt.* S. Ant. Pad. ib. Imaginemur nobis, obſecro, majeſtatem & potentiam Regis alicujus, ab exercitu quodam valde formidabili circumdati, & comparationem quandam inſtituamus, inter illum & hunc judicem, qui in Scriptura ſacra *Rex Regum*, & *Deus exercituum* ſæpè nominatur. Et quidem in primis, vultisne eum videre exercitum? *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum; pugnabit pro eo orbis terrarum.* Sap. 5. v. 18. & 21. In libro Judicum ſcribitur: *Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo, adverſus Siſaram pugnaverunt:* Iudic 5. v. 20. Hic autem omnes ſphæræ cœleſtes, in idem cum Chriſto judice, prælium deſcendent: *Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium, areſcentibus hominibus præ timore, & virtutes cœlorum commovebuntur.* Luc. 21. v. 25. &c. Quodſi armatura ejus conſideretur, quam illa majeſtatem & terrorem ſecum non adfert? *Accipiet armaturam zelus illius, induet pro thorace juſtitiam, accipiet pro galea judicium certum, ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem, acuet duram iram in lanceam.* Sap. 5. v. 18. 19. 20. 22. In Deuteronomio pariter armatus exhibetur: *Si acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea, inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus devorabit carnes.* Deut. 32. v. 41. Ad militarium tubarum ſonum terren-

terrentur & conſternantur populi vicini : at verò cùm tuba judicii inſonuerit, ut ſanctus Hieronymus ſcribit: *Tunc ad vocem tubæ pavebit terra cum populis: judicaturo Domino lugubris mundus immugiet, potenti ſimi quondam Reges nudo latere palpitabunt.* Et proinde Regum ſanctiſſimus David, ut potentium ſæculi hujus faſtum & ſuperbiam deprimeret, eosdem monuit, dicens : *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram ; ſervite Domino in timore.* Mira profectò exhortatio ; etenim illi, qui terræ ſunt judices, & domini populorum, qui omnes alios homines coram pedibus ſuis venerabundos, & velut tributarios proſtratos conſpiciunt, denique qui totum mundum tremere faciunt, hi, inquam, non à vulgari quodam Prædicatore, ſed pariter à coronato & unico quodam Rege, ut ante judicis hujus majeſtatem poſiti contremiſcant, invitantur. Hic autem pavor longè magis ex Angelorum præſentium comitatu adaugebitur.

S. Hier. ep. exhort. ad Helio.

Pſ. 2. v. 10.

Et omnes Angeli ejus cum eo.

11. In obſequium ejus, tota curia cœleſtis congregata erit : *Angeli omnes à ſummo primi ordinis*, inquit Lucas Burgenſis, *ad ultimum uſque infimi* ; adeò ut Paulus de Palatio ſcribere non dubitet : *Hæc erit unica illa dies, quâ cœlum vacuabitur civibus ſuis* ; id quod diu ante ipſum quoque ſenſit Chryſoſtomus, dum ait : *Evacuari, ut ita dixerim, cœlos oſtendit.* Idem verò Dionyſius Carthuſianus multò clarius expreſſit, dum ait : *Omnes Angeli novem ordinum* ; etenim pro eo, quod in primo ſuo adventu cum humilitate & paupertate, paucorum piſcatorum pauperum ſocietate ſtipatus, in hunc mundum deſcendit, nunc omnium cœleſtium hierarchiarum catervâ gloriosè circumdatus venturus erit: *Propter reverentiam Judicis* ; & hi omnes, ut S. Antonius de Padua ait : *Erunt aſſeſſores judicii.*

Luc. Burg.

Paul. de Pal.

Chryſ. hom. 80. in Mat.

Dion. Cart.

Ant. Pad.

Luc. Burg.

12. Lucas Burgenſis omnes Angelos cum eo deſcenſuros eſſe dicit : *Magnificentiæ cauſâ*, ad eum ferè modum, qui circa Potentates hujus ſæculi adventantes uſurpari ſolet ; his enim, quando ad regna ſua viſitanda abeunt, omnes eorum jurisdictioni ſubjecti Principes & Barones, omni quo poſſunt conatu elegantiſſimè cum aulis ſuis occurrere, eisque debita præſtare obſequia ſatagunt, pariterque ut gens armis induta, multæque militum ſuorum cohortes aſſiſtant, operam navant.

13. Omnes Angeli cum illo erunt, inquit Lyranus, *propter executionem judicii* ; ſiquidem Angelorum miniſterio tritici granum in cœli granarium congregabitur. Sanctus Antonius de Padua ait : *Ut ſint miniſtri reſurrectionis, præcones, & executores condemnationis. In tempore meſſis dicam meſſoribus, colligite, &c.* id eſt, ut Lyranus interpretatur: *tempore judicii dicam Angelis.*

Lyran.

S. Ant. Pad. Mat. 31. v. 30.

14. S. Thomas ait : *Quia cuſtodes ſunt hominum ideo aderunt, tanquam teſtes, quia boni cuſtodiam ſuam receperunt, mali autem non, ſed repulerunt.* Idem quoque Dionyſius Carthuſianus his verbis ſcribit : *Ad excuſationem eorum, qui Angelicis inſtinctibus noluerunt aſſentiri.* Chryſoſtomus omnia nobis auxilia divina in die illa exprobranda eſſe exiſtimat, quæ Deus nobis unquam pro ſalute noſtra ſubminiſtravit, quorum communicandorum nobis Angeli potiori ex parte fuêre miniſtri : *In miniſterium miſsi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis,*

S. Thom. in Mat.

Dion. Cart.

Chryſ.

Hebr. 1. v. 14.

Tunc ſedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ.

15. Sanctus Anſelmus ly *Super ſedem*, ita explicat : *ideſt, ſuper Eccleſiam, in qua tunc apparebit omnipotentia ejus.* Lyranus per hanc ſedem, noteſtatem judiciariam intelligit. Cajetanus, an Judex verè in throno quodam corporaliter ſeſſurus ſit, incertum eſſe exiſtimat : *Humani forma judicii id ſuadet, alioquin ſedes gloriæ, authoritas eſt quieta, regnandi & judicandi mundum.* Judices hîc in terris ſedent, ut per hanc ſeſſionem ſe maturè & deliberatè judicare, nec ſententias præcipitare indicent, niſi prius per ſeriam & quietam diſcuſſionem, ab ipſis ventilatæ fuerint ; hoc autem multò fortiùs in Chriſto procedit, de quo dicitur : *Sedebit ſuper ſedem* ; ideoque unusquisque fatebitur, dicens: *Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum* ; & meritò quidem, quia ipſemet de ſe proteſtatur, dicens : *Cùm accepero tempus, ego juſtitias judicabo.*

S. Anſelm.

Lyran. ibid.

Cajet. in Mat.

Pſ. 118. v. 137.

Pſ. 74. v. 3.

Super ſedem majeſtatis ſuæ.

Cajet. 16. Cajetanus legit: *Super ſedem gloriæ ſuæ*; magnâ namque gloriâ apparebit amictus, totus reſplendens, & Solis inſtar luminoſus. Unde tribunal, hoc in Apocalypſi ſancto Joanni exhibitum fuiſſe videtur, ſiquidem illud hiſce verbis egregiè deſcribit: *Apoc. 20 v. 11. & c* *Vidi thronum magnum, candidum, & ſedentẽ ſuper eum, à cujus conſpectu fugit terra & cœlum, & vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt.* Valde equidem conſiderabilis eſt illa terræ cœlique à conſpectu magni hujus tribunalis, fuga & ſubductio; ſiquidem *Cœli non ſunt mundi in conſpectu ejus*; *In Angelis ſuis reperit pravitatem.* *Iob. 15. 15.* *Iob. 4. 18.*

Verſus 32.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab invicem, ſicut Paſtor ſegregat oves ab hædis.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes.

1. Omnes ante eum congregabuntur animæ, quæ à primo patre noſtro ad finem uſque ſeculorum fuêre creatæ; item omnes ſpiritus Angelici, quorum numerus quaſi infinitus erit, tam boni, quàm mali, quia *omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* *2. Cor. 5. v. 10.* Ubi S. Thomas ait: *Nullus excipitur, tuba mirum ſpargens ſonum, coget omnes ante thronum.* Quàm infinita, inexplicabilis, & incomprehenſibilis futura erit illa, ex omni ſexu, ſtatu, profeſſione & conditione perſonarum, ſine ullo gradûs aut dignitatis diſcrimine, ſolis exceptis electis, ſanctis & beatis cœli civibus, collecta multitudo! Quot Reges, Imperatores, aliique potentiſſimi mundi Monarchæ ab agricolis & vilibus ruſticis conculcabuntur, facti jam dæmonum riſus atque ludibrium! Porrò dubium hîc quoddam ſubnaſcitur, quomodo vallis Joſaphat hujus infinitæ & innumerabilis multitudinis capax eſſe poſſit? Reſpondet verò Lucas Burgenſis, quòd ſupremus ille Judex ſuper montem Oliveti ſit diſcenſurus, ut promiſſionem illam adimpleat, quam Angeli ex parte ipſius in ejus admirabili aſcenſione, perſpicuis verbis fecerunt, dicentes: *Act. Ap. c. 1. v. 11.* *Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum.* Ibidemque in luminoſa quadam nube, in aëre ſuſpenſa conſidens, judicio aſſiſtet; & quia ex præcedentibus terræ motibus celſiſſima montium juga ſubverſa, univerſaque terra igne exuſta erit, nullum ſive ex Calvariæ monte, ſive ex urbe Jeroſolymitana, ſive ex alio quocunque loco circũ vicino impedimentum futurum erit, quò minus ex omni parte vallis Joſaphat videri poſſit, maximè cùm probabilis admodum ſit multorum opinio, quòd ſancti Angeli, omnesq; Electi *Volabunt ſicut aquilæ*, ac proinde non terræ aliquod ſpatium, ſed aëra occupaturi ſint, ut celſiſſimum illum gloriæ Regem, Redemptorem & Glorificatorem ſuum cingere, ſuaque ſocietate condecorare poſſint. *Hab. 1. 8*

2. Ex hoc ingenti totius terræ, totius cœli, totiusque inferni congregato ſpectaculo ſatis perſpicuè colligitur, qualis futura ſit noſtra confuſio & verecundia, cùm coram omnibus illis tot ingentia & horrenda ſcelera noſtra manifeſtabuntur, quæ aliàs ſub denſiſſimis tenebris in æternum ſepulta fuiſſe deſideraſſemus. *Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* *1. Cor. 4. v. 5.* Porrò Job, qui, ut paulò antè diximus, audacter de ſe dixit: *Si fuero judicatus, juſtus inveniar*; qui tanquam vir ſanctiſſimus ab ipſomet Deo, in conſpectu & præſentia ſathanæ canonizatus fuit; hic, inquam, in illa die nihilominus dicet: *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcondas me?* *Iob. 13. 18.* *Iob. 14. 13.* ac proinde privilegium iſtud tunc multò minus conceſſum erit illis, qui hunc Judicem non ſolùm palàm & manifeſtè, verùm etiam clam & occultè graviſſimè offenderunt. Unde S. Bernardus ait: *Non erit, in quo lateas miſera; fruſtra dices montibus: Cadite ſuper nos, nudam & apertam oportet te ſtare ante tribunal Chriſti.* *S. Bern. ſerm. de verb. Habac.*

Et ſeparabit eos ab invicem, ſicut Paſtor ſegregat oves ab hædis.

3. Lyranus ait: *Quia juſtitia cujuslibet & malitia apparebit omnibus manifeſtè, & talis diſtinctio vocatur ſeparatio*; tunc manifeſtabitur multorum occulta virtus & *Lyran.*

Luc. Burg.

ſan-

ſanctitas, qui in hac vita, ne apparerent viderenturque ab hominibus, ab hominum oculis fuêre abſconditi: ſicut econtra Deus eorum manifeſtabit hypocriſin, qui hîc in terris ab hominibus, qui nonniſi externa vident, permagni fuêre æſtimati: *Elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.* Enimverò Deus hîc ad majus ſervorum ſuorum meritum permittit, ut hominibus abominabiles & contemptibiles exiſtant impii verò econtrà exaltentur, & apud omnes in honore ſint: at verò veniet tempus aliquando, quando ea, quæ nunc in inverſo ordine poſita ſunt, perfectiori cum diſcrimine à ſe mutuò ſecernentur: *Separabit eos*, &c. Nerones, Domitiani, Valeriani, qui per taſtum, arrogantiam & crudelitatem ſuam conculcabant Martyres, tunc ſub infimæ fœcis inferni ſedibus proſtrati jacebunt: *Illi autem ſedebunt ſuper ſedes, judicantes duodecim tribus Iſraël.*

Mat. 13. v. 48.

Mat. 19. v. 28.

Gloſſa Interl.

4. Gloſſa Interlinearis ſimilitudinem notat Paſtoris, quâ Dominus noſter hoc in loco utitur, dicitque, quòd per Paſtorem illum intelligatur Paſtor, qui *poſuit animam ſuam pro ovibus ſuis.* Id quod ſanctus Antonius de Padua pariter conſideravit, dum ait: *Igitur ſeparabit eos ab invicem, qui ſicut Paſtor pro ovibus ſuis tradidit ſe, & tunc pingues mactabit; illos autem, qui in afflictione fuerunt, ducet ad Paſcua æterna*; adducitque illum Jeremiæ textum: *Congregat eos, quaſi gregem ad victimam.*

Ioa. 10. 11.

Ierem. 12. v. 3.

Verſus 33.

Et ſtatuet oves quidem à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris.

Statuet oves.

Chryſ. hom. 80 in Mat.

1. Chryſoſtomus electos ovium nomine appellari exiſtimat, eò quòd hæc animalia ſint admodum fœcunda & fertilia: *Uberes enim & multi ab ovibus fructi proficiſcuntur, à lactis copia, ab elegantia lanæ & fœru, quibus omne hædorum genus omnino caret.* Ipſa ovis lanâ ſe ſpoliari permittit, ut alii inde veſtiantur, ipsâ tremulâ remanente præ frigore. *De velleribus ovium mearum calefactus eſt*, inquit Job de paupere, Ovis mite & manſuetum animal eſt, non recalcitrat, non iraſcitur, tametſi lac, lanam, fœtus, imò & peſſem ipſam ab ea abſtuleris, & ad macellum mactandam duxeris. Lucas Burgenſis dicit: *Oves propter obedientiam, patientiam, manſuetudinem, ſimplicitatem præſertim verò vitæ innocentiam, cum benefaciendi ſtudio conjunctam.* Porrò populus Iſraëliticus, qui inter omnes alias terræ nationes divinæ legi obediens & ſubjectus erat, multisque operibus bonis ſe fertilem & fœcundum eſſe probabat, hic, inquam, dicebat: *Nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ.* Et ſanctus Thomas paucis verbis ait: *Quare bonos vocat oves? Propter quatuor: Invenimus enim in ovibus innocentiam, patientiam, obedientiam, affluentiam fructuum.*

Job. 31. 20.

Luc. Burg.

Pſ. 78. 13.

S. Thom. in Mat.

A dexteris ſuis.

2. Sanctus Thomas dicit, dexteram eſſe locum nobiliorem, magisque conſpicuum, ac proinde electis aſſignari; quamvis etiam per dexteram æterna retributio congruè intelligi poſſit: *Delectationes in dextera ejus uſque in finem*; de Chriſto etiam ſcribitur: *Sedet à dextris Dei.* Unde Lyranus ait: *Sedere ad dextram Patris, deſignat eſſe in potioribus ejus bonis; ſicut dextera eſt pars nobilior & potior corporis.*

S. Thom.

Pſ. 15. 11.

Lyr. in c. 1. Act. Ap.

3. Origenes à S. Thoma citatus, ſimiliter per dextram æternæ gloriæ remunerationem intelligit: *Quia qui intentionem ſuam direxerunt ad Deum, id eſt, in remuneratione æterna.*

Orig. citat. à S. Thom. in Mat.

4. Paulus de Palatio hiſtoriam Jacobi Patriarchæ adducit, qui morti vicinus exiſtens, manum ſuam dexteram extendit, & poſuit ſuper caput Ephraim fratris minoris, ſiniſtram verò ſuper Manallem miſit, qui major erat: *Commutans manus benedixit; elegantiſſimè manus jam moriens commutat, fecitque ſibi dexterum, qui ſiniſter erat, ſiniſtrumque eum, qui erat dexter; ita & Chriſtus non ipſe moriens, ſed in mundi morte manus in judicio commutat, & juſtos facit dextros, quos mundus habuerat ſiniſtros, & contrà, impios ſtatuit ad lævam, qui mundo dediti erant.*

Paul. de Pal.

Gen. 48. v. 14.

5. Hugo Cardinalis aliam quandam expli-

Hugo Card.

plicationem adducit, nimirum, quod per dexteram, bona cœleſtia; per ſiniſtram verò, bona terrena intelliguntur. Unde ſequens deducit argumentum: *A dextris ſunt, qui quærunt æterna; à ſiniſtris qui quærunt præſentia: nam per dexteram, ſignificantur æterna; per ſiniſtram, temporalia.*

Hædos autem à ſiniſtris.

S. Thom. ibid. 6. S. Thomas ait: *Per hædos intelligit peccatores, quia eſt animal per præcipitia vadens*, ſemper enim hædi extra viam per rupes incedunt, tales ſunt impii, de quibus ſcribitur: *Pſ. 118. v. 3.* *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt*, ſolæ autem viæ Dei, viæ *Dan. 3. v. 27.* ſunt rectæ atque ſecuræ: *Viæ tuæ rectæ.*

Luc. Burg. 7. Lucas Burgenſis ait: *Hædos propter ſtupiditatem, rixoſitatem, immodeſtiam, laſciviam, præſertim verò vitæ immunditiam, & fœtorem peccatorum: nec malè additur, quòd hircus locis altis & præcipitiis gaudeat.* Ipſorum quoque proprium eſt, guloſum & intemperantem eſſe, quia nimirum nunquam ſatiari poſſe videtur, ac proinde cuivis ſe periculo exponunt, ut paſtum ſibi comparare *Lyran.* queat. Lyran. præter fœtorem, etiam in ipſis quandam in luxuriam propenſionem notat; *S. Thom. ibid.* unde & ſanctus Thomas, hædum eſſe dicit: *Ad coitum fervidum.*

8. Idem quoque S. Doctor adjungit, quòd ex ordinatione legis, *Pro peccato offerebatur*, ac proinde meritò per hædos, improbos vult eſſe intellectos.

Lyran. 9. Lyranus dicit: *Bene dicit hædos, non capras, quæ fœtus habere poſſunt, hædus enim petulcum animal eſt, & ſtolidum.*

Prov. 3. v. 16. 10. Sapiens ait: *In ſiniſtra illius divitiæ & gloria*; at verò divitiæ, honores, & gloria mundi, ut plurimùm penes reprobos eſſe cernuntur; adeoque in judicio, non ſine causâ, ad ſiniſtram collocabuntur; quia nulli alteri rei in hac præſenti vita operam dederunt, præterquam in accumulandis divitiis, *Pſ. 16. v. 11.* & comparandâ ſibi gloriâ mundi: *Statuerunt oculos ſuos declinare in terram.*

Verſus 34.

Tunc dicet Rex his, qui à dexteris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.

Tunc dicet Rex.

1. Advertendum hic eſt, quòd Chriſtus, Sapientia Patris, non ſine ingenti myſterio, in principio Evangelii, *Filius hominis* appelletur, poſtea *Paſtor* dicatur, demum verò mutatâ phraſi, *Rex* nominetur: *Tunc dicet Rex.* Janſenius dicit: *Regem ſe vocat, quòd Regis ſit judiciariam proferre ſententiam, & tum ad regni conſortium vocare, tum ab illo proſcribere*, ubi de remuneratione præmiorum, & ſententia ferenda agitur, talem ſibi titulum attribuit, qui ſupremam denotat poteſtatem, & maximè, cùm nobis daturus eſt cœleſtis regni inveſtituram & poſſeſſionem, tunc præcipuè nobis vult eſſe notum, ſe illum eſſe, in cujus fœmore ſcriptum legitur: *Rex regum, & Dominus dominantium*; *Quem laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates.* *Ianſ. conc. Ev. c. 127.* *Apoc. 19 v. 16.*

2. Paulus de Palatio ingeniosè obſervat, Chriſtum ſolùm tunc ſe Regem appellare, cùm electis daturus eſt ſententiam mercedis dandæ; at verò, quando poſtea reprobis maledicit, nullum prorſus titulum ſibi attribuere: *Ubi intellige, piis Chriſtum eſſe omnia, ſicut Rex omnia eſt in regno ſuo, cùm tacet, cùm nihil addit loquens impiis, intellige jam Chriſtum nihil habere cum impiis, & nihil impios habere cum Chriſto.* *Paul. de Pal. in*

Venite benedicti.

3. Quæri hîc poteſt, cur priùs remunerentur electi, reprobi verò ſecundo & ultimo loco. Reſpondetur, id fieri ad denotandum, quòd Chriſtus ad præmium magis, quàm ad puniendum ſit inclinatus, magisq; ad miſericordiam, quàm ad juſtitiam propenſus: *Superexaltat miſericordia judicium.* *Iac. 2. v. 13.* Lucas Burgenſis ait: *Propenſior ad ſalvandum, quàm ad damnandum, paratiorque ad benefaciendum, quàm ad puniendum, incipit à ſalvandis judicium: ſpontè enim benefacit,* *Luc. Burg.*

facit, quia bonus eſt; invitus autem punit, quia judex eſt.

S. Bern. ſer. 80. in Pſal. 90. 4. S. Bernardus aliam hujus rationem reddit, nimirum id fieri dicit, ut reprobi magis torqueantur. *Ut acrius doleant, videntes quid amiſerint*, unde eſt, quòd penes ſapientem lamententur, dicentes: *Hi ſunt, quos habuimus in diriſum & in ſimilitudinem improperii, nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore; ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei.*

Sap. 5. v. 3.

1. Cor. 2. v. 9. Eph. 1. v. 3. S. Bern. ſen. ſer. 11. de jud. art. 2. 6. 3. 5. Enimverò quòd nec ab humano, neque ab Angelico intellectu intelligi poſſit infinitus ille bonorum manipulus, quem dicto hæc *Benedicti* in ſe includit, id verum eſſe agnoſcet, quisquis ſeſe ad verba illa reflexerit: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum. Benedixit*, inquit alibi idem Paulus, *omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus.* Et S. Bernardinus ait: *O dulciſſima locutio, & vox omni jucunditate pleniſſima, invitans ad amplexum totius Trinitatis, & ad quietem & æternam poſſeſſionem ſuæ gloriæ triumphalis. O quanta jucunditas erit cuilibet, videre ſe regem fieri æterni regni.*

Patris mei.

Ianſen. c. 127. conc. Eva. 6. Janſenius conſiderat, quòd beatos duplicem ob cauſam, benedictos Patris ſui appellare valeamus; *Et ratione electionis ab æterno, & ratione gratiæ ſuæ, quâ ipſos in tempore fecit conſortes*; ſiquidem gratia æterna benedictionis ſemen eſt.

Chryſ. ho 80. in Mat. 7. Chryſoſtomus optimè conſiderat, quòd illi tam benignè & benevolè invitentur: *Venite benedicti Patris mei*; impiis verò dicatur: *Ite*, dicet, *maledicti, non quidem à Patre*, q. d. non vocat eos ab æterno Patre maledictos, quia ipſimet ſibi æternæ maledictionis ſuæ fabri extiterunt; & ideò Deus in ipſorum damnatione, partem nullam obtinet: *Non enim ipſe, ſed opera eis propria maledixerunt.* S. Thomas hanc quoque conſiderationem adducit: *Benedictionis quidem miniſtrator eſt Pater, maledictionis autem unusquiſq; ſibi eſt auctor*; adeoq; quando beatitudine præmiamur, ſperare omnino debemus, quod, tametſi mercedis nomine à Deo donetur, nihilominus *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum*; gratia enim, per quam operamur, & beatitudinem meremur, à Deo derivatur: econtrà verò in peccato nihil nobiscum participat, ſed totum à noſtra malitia procedit.

S. Thom. in cat.

Iac. 1. 17.

Poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.

Hugo Card. 8. Hugo Cardinalis ex verbis hisce hanc deducit conſequentiam, eamque veriſſimam, nimirum: *Ergo omnes boni erunt Reges? verum eſt*, Apoc. 1. *Princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos Reges*; hinc eſt, quod etiam Jeremias de beato illo regno, ſub ſymbolo urbis Jeruſalem tractans, prædixerit: *Ingredientur per portas civitatis hujus, Reges & Principes, ſedentes ſuper ſolium David*; quilibet enim beatus coronâ & diademate regio honorabitur.

Apoc. 1. 5.

Ier. 17. 25.

Chryſ. ho. 34. in Ge. 9. Chryſoſtomus nos omnes ad immenſam Dei noſtri beneficentiam invitat, utpote per quam non ſolùm, priusquam hominem crearet, verùm etiam priusquâ magnæ huic mundi machinæ primordiale ipſius eſſe dedit, cœlum empyreum in habitationem & palatium noſtrum creavit: *Ut & ante jacta fundamenta mundi, nobis regni cœlorum fruitionem præparare dignatus ſit.* Primum, quod inter omnes res creatas ab omnipotenti Altiſſimi dextera egreſſum eſt, feliciſſimum illud regnum fuit, primaque verba, quæ in Scriptura ſacra à Spiritu S. dictata ſunt, ad eum præcipuè finem fuêre conſcripta, ut ſublimis hujus ædificii ad noſtram utilitatem fabricati aliqualem nobis ſuppeditarêt notitiam: *In principio creavit Deus cœlum & terram*; imò, ut Janſenius obſervat: *Mirus dicit, plus ſignificare volens, non enim juſtis regnum tantùm paratum fuit à conſtitutione mundi, ſed ab æterno, ſiquidem, ut habet Paulus, elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.*

Gen. 1. v. 1. Ianſen.

Eph. 1. 4. 10. Porrò prætenſio quâ ad regnum iſtud aſpiratur, adeò juſta, æqua & ſancta eſt, ut, cùm hîc in terris illi, qui aliena regna non ſolum prætendunt, ſed etiam ambiant, tanquam rei criminis læſæ majeſtatis *in primo capite*, morte aliisque atrociſſimis pœnis puniantur, in altera vita econtra quadam infernalium pœnarum æternitate puniantur,

tur, atque à beato illo regno in ſempiternum excludantur omnes illi, qui illud ex toto virium ſuarum conatu non deſiderant, aut conſectabantur, adeò etiam, ut Salvator noſter in quotidiana oratione nos inter cætera petere docuerit: *Adveniat regnum tuum,* imò expreſsè præceperit, dicens: *Primum quærite regnum Dei.*

Mat. 6. 10. *Ibid. v. 33.*

Verſus 35.

Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, ſitivi, & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me; nudus, & cooperuiſtis me.

S. Tho. in Matt. 1. Quærit ſanctus Thomas, an totus hic diſcurſus vocaliter inſtituendus ſit, & reſpondet: *Quod iſti dicent, non erit vocale, ſed ſecundùm interiorem inſtinctum; & hoc dicit Auguſtinus, quod divina virtute erit, quod unicuique occurret, quod fecit; & hoc patet per Apoſtolum Romanor.* 2. *Teſtimonium reddente illis conſcientiâ eorum.* Janſenius quoque eandem quæſtionem examinat, cenſetque id, quod in Evangelio refertur, non tam à judice, quàm ab electis proferendum eſſe: *Sed hâc narratione Dominus ſuum ſermonem noſtro accommodans captui, craſſo quodam modo ſignificare voluit, noviſſimi judicii rationem.* Veriſimile tamen eſſe exiſtimat, quòd ſicut in forma viſibili compariturus erit, ita quoque multa prolaturus ſit verba, quibus juſtos ad præmium evocabit æternum, reprobos verò ad inferni pœnas condemnabit.

Rom. 2. 15. *Janſen.*

2. Enim verò certiſſimum, quòd ex illis animabus electis, quæ ad beatum illud regnum poſſidendum evocabuntur, plurimæ futuræ ſint, quæ pro eodem regno ſibi comparando, vitam prodegerunt & ſanguinem, prout à tot Martyrum miriadibus factum eſſe conſtat; alii erunt qui virginitatis florem perpetuò ſervavêre intactum & illibatum; alii qui ad rigoroſiſſimas pœnitentias ſubeundas horridis ſe eremis mancipar int, de quibus aliiſque ſimilibus, proculdubio, Apoſtolus loquitur, dum ait: *Lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati,* eſtque veriſſimum, quod canit ſancta mater Eccleſia: *Omnes Sancti quanta paſſi ſunt tormenta;* ac proinde cum in ſanctis & electis Dei, tanta tamque præclara & generoſa ſint merita, cur hic Judex, in quo tanta eſt æquitas & circumſpectio, ſolùm hæc miſericordiæ opera, & non alia commemorat? S. Thomas per authoritatem S. Gregorii reſpondet: *Proponit iſta tanquam minora; ſi enim iſta, quæ dicta natura, non faciunt, nec alia multò magis.* Nimirum judex ille oſtendere voluit, nos prorſus inexcuſabiles eſſe, ſi damnemur, ſiquidem cælum pro tam vili & facili pretio nobis cedit, quale eſt operum miſericordiæ impendium; quæ naturæ noſtræ adeò conformia exiſtunt, ut Dionyſius Carthuſianus dicat: *Sunt magis connaturalia homini; nihil enim naturalius, quàm benefacere conſorti naturæ.* Idem quoque Lucas Burgenſis his verbis ſcribit: *Ut magis naturalia ſunt homini, ita notiora & magis vulgaria ſunt, quæ pene à quolibet præſtari poſſunt.* Janſenius ait: *De quibus nemo ſe facilè excuſare poteſt; hujuſmodi dilectionis enumerat opera, quæ omnibus competere poſſunt.* Etenim cilicia, jejunia, ſolitudines, & alia perfectionis altioris opera, cuivis ſtatui & vocationi perſonarum non quadrant; imò ut ſe uniuſcujuſque viribus & facultati adaptet, varia refert operum genera: *Ex his, quæ poſſumus, humanitatem requirit,* inquit Euthymius, *his enim, qui non poſſunt, ſufficit quod velint: varias ſiquidem humanitatis partes recenſet, ut, ſiquidem poſſumus, omnes impleamus; ſin autem, ut ſaltem eas quas poſſumus,* ac proinde Lucas Burgenſis nos monendo, dicit: *A Deo enim ſingula recoluntur, ut advertamus non futurum extra miſericordiam, qui vel partem horum fuerit executus,* ut dives ille epulo, qui *epulabatur quotidie ſplendidè, induebaturque purpura & byſſo,* electorum numero inſeri potuiſſet, ſuffeciſſet abundè, ſecundùm quod Chryſologus ſcribit, pauperi Lazaro micas impertitus fuiſſet, quæ de menſa ejus decidebant, quaſque ne canibus quidem negabat: *Qui ſitis extremi digiti guttam, quam ſi vel ſolam dediſſes pauperi, non ſitires?* Imo ſuffeciſſet, ſi in corde ſuo vel minimæ alicui compaſſionis & charitatis ſcintillæ locum dediſſet.

S. Tho. in Matt. *Luc. Burg.* *Janſen.* *Euth.* *Lucas Burg.* *Luc. 16. 19.* *Chryſol. ſer. 122.*

Hebr. 11. v. 37.

3. Dionyſius Carthuſianus aliam aſſignat rationem, nimirum: *Quoniam opera*

Dion. Cart.

ra miſericordiæ, directè & evidenter includunt charitatem, virtutum reginam. Enimverò certum eſt, ſolam charitatem eſſe virtutem illam, quæ capiti noſtro gloriæ coronam imponit; hæc nobis cælum aperit, & ſine hac nullus ad beatitudinem à nobis ſperandus eſt aditus: at verò charitas erga proximos, manifeſtum eſt: amoris erga Deum indicium: *Unam ſpeciem bonorum operum poſuit hîc*, inquit Lucas Burgenſis, *pro totogenere operum bonorum*; hæc autem compaſſio, quæ pro ſua radice habet amorem erga proximum. Paulus de Palatio ait: *Nec audire pigeat cauſam, cur Dominus ſolam charitatem & miſericordiam delegit, cui poſſeſſionem regni tribueret, cauſa eſt, quia nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcendit de cælo: at ſola charitas deduxit Chriſtum ad nos, igitur ſola charitas efferet nos ad Chriſtum.*

Lucas Burg.

Joa. 3. 13.

4. Porro Salvator noſter tantam habuit ad ſubveniendum pauperibus & deſolatis, pariterque proſpiciendum de bonis & æterna ſalute divitibus & commodè viventibus, ſollicitudinem & curam; ut datâ operâ & ſtudio hæc miſericordiæ opera præceperit, adeoque præ cæteris bonis operibus, etiam naturâ ſuâ præſtantioribus, deprædicarit, ut ad illa proximis noſtris libenter impendenda tantò magis accenderemur, & proclives eſſemus; unde Dionyſius Carthuſianus dicit: *Ut homines ex his verbis invitentur ad opera pietatis:* Etenim dum divites operibus miſericordiæ dant operam, pauperibus ex una parte ſubvenitur, aliique qui eis benefaciunt, multum lucrantur; dum occaſione ſibi à Deo oblatâ bene utentes, per meritum & adimpletionem horum operum, cæleſtem ſibi Paradiſum comparant. Quodnam Chriſtus, ad opera miſericordiæ exercenda, efficacius motivum ſuggerere potuiſſet, quàm dum ex fide divina nobis certum eſſe aſſeruit, quòd Chriſtus ipſemet ſit is, qui eſt famelicus, ſitibundus, nudus & infirmus in cunctis illis miſerabilibus hominibus, quodque ipſe ſit, cui opera illa miſericordiæ miniſtrantur? Scimus inſuper, quòd, quodcunque miſericordiæ opus proximo noſtro impenderimus, idipſum cum immenſa gloria & applauſu omnibus, qui in cæleſti Paradiſo ſunt, Sanctis, omnibus Angelis, cunctiſque dæmonibus & reprobis revelandum erit, ſimulque ſecuri, quòd pro illis æterno quodam beatitudinis regno ſimus remunerandi.

Dion. Carth.

5. Conſideratur etiam ab Expoſitoribus ly illud, *Mihi*; etenim ab hinc per quinque millium annorum ſpatium nuſquam adeò perſpicuè nobis conſtat, quòd charitas, quæ proximo à nobis exhibetur, ab ipſomet Deo in perſona propria recipiatur, quemadmodum id Chriſtiano, in lege gratiæ liquidum eſt, poſtquam æterna & Incarnata Veritas Evangelium hodiernum promulgavit. Unde S. Paſchaſius jure merito dicit: *Hodie nemo eſt, qui ignoret Deo ſe præſtare, quidquid pauperibus Chriſti tribuit.* Lucas Burgenſis circa eandem dictionem *Mihi*, ita ſcribit: *De diſtis mihi Redemptori, Salvatori, Domino, ac Regi veſtro; urget pronomen mihi, ut intelligatur, quare hujuſcemodi operibus per ſe parvis ac vilibus, retribuat mercedem, regnum cælorum;* oſtendit enim, quòd opera meritum & dignitatem ſuam præcipuè accipiant à perſona, reſpectu cujus, vel in cujus gratiam dantur. Sicut enim, ſi quis Regi alicui in extrema neceſſitate, vel in evidentiſſimo vitæ periculo conſtituto ſuccurreret, mirum non eſſet, ſi hic benefactorem ſuum regni ſui faceret eſſe participem, ita quoque eſt in præſenti; unde per adductam Authoris Imperfecti authoritatem ita concludit: *Tale videtur opus, non quale datum eſt, ſed qualis perſona illius, qui accepit*: undæ in bilancem ponendus eſt non pauper, non infirmus, non incarceratus, qui charitatem accepit, ſed ipſemet Dei filius, qui proteſtatur, dicens: *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare* &c.

S. Paſ. l. 11. in Matt. Lucas Burg.

6. Conſiderari etiam hoc loco poteſt, quòd Chriſtus, hæc verba dicens, in ſublimi majeſtatis throno conſideat: *In majeſtate ſua*: vel *In ſede majeſtatis ſuæ*, totius cæleſtis curiæ multitudine ſtipatus, in actu poteſtatem judiciariam exercentis, & tamen pauperatis & nuditatis ſuæ meminiſſe non dignatur: *Hoſpes eram, nudus, infirmus, in carcere* &c. quot facta heroica in triginta tribus illis vitæ ſuæ annis patrata v. g. Aſcenſionē, Reſurrectionem, aliaque ſimilia glorioſiſſima myſteria, in medium adducere poterat? Nimirum docere per hoc nos voluit, curandum nobis eſſe, ne in ſupremis dignitatibus, ſublimibuſque honoribus conſtituti, obſequiorum, nobis in inferiori conditione poſitis præſtitorum, vel etiam

ærumnarum, quas adverſitatis tempore paſſi ſumus, nequaquam obliviſcamur : *In die bonorum, ne immemor ſis malorum* : Dionyſius Carthuſianus aliud motivum adducit, cur ſolius miſericordiæ, in judicio, mentio fiat : *Ut appareat quàm juſtè negetur reprobis tunc miſericordia, qui nunc proximo miſericordiam non impendunt*; maximè cùm, ut Euthymius benè conſiderat, dilectionis illius reciprocæ (quam Chriſtus ſpecialem characterem eſſe voluit, unde dignoſci poſſit Chriſtianus : *In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis adinvicem*) optima pars miſericordia in proximum. Dicit enim hic Author : *Hujus autem optima pars, eſt amor pauperum, & erga proximum miſericorda & compaſſio, juxta Gregorium Theologum, nulla enim alia re, inquit, inter omnes ita colitur Deus, ut miſericordiâ; neque aliî cuiquam magis rependitur humanitas, quàm humanitati.* Regius Propheta David, uti equidem credo, hodierni Evangelii proceſſum in ſpiritu prophetico, prævidens, ita ſcribit : *Jucundus homo, qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in judicio, quia in æternum non commovebitur* ; Chryſoſtomus legit : *Rationes ſuas*, ſed naturalius legitur *ſermones*, quia quisquis erga pauperes compaſſionem habuerit, nullâ timēdi cauſam habebit, ipſique Judici liberè reſpondere poterit; cujus contrarium accidet illis, qui hic in terris nulla habuerunt viſcera pietatis. Unde Chryſologus ait : *Sine cauſâ accuſant peccata, quem pauper excuſat : videbit diem malum, qui diem judicii ſine advocatione paupertatis intrarit.*

Eccl. 11. *v.* 27. *Dion. Cart.* *Euth.* *Joa.* 13. 35. *Pſ.* 111. 5. *Chryſ.* *Chryſol. ſer.* 40.

7. Quoad ſenſum verò myſticum, ſanctus Thomas in catena ſua citat Rabanum, dicentem : *Eſurientem & ſitientem juſtitiam pane verbi reficit, vel potu ſapientiæ refrigerat, & qui errantem per hæreſim vel per peccatum, in domum matris Eccleſiæ recipit, vel qui infirmum in fide aſſumit, vera dilectionis obſervat jura.* Lyranus quoque dicit : *Eſurivi in membris meis, deſiderantibus Euchariſtiam.*

Rab. cit. in cat. *Lyran.*

Verſus 37.

Tunc Reſpondebunt ei juſti, dicentes : Domine quando te vidimus eſurientem, & pavimus te ? &c.

1. *Impoſſibile eſt mentiri Deum.* Quomodo igitur Chriſtus, de electis adeò perſpicuè teſtari poteſt, quòd hi obliti ſint operum bonorum, illaque ignorent, quæ in via ſedulò exercuerunt ? Nimirum deſiderium quo juſti in divino ſervitio magis magisque ſemper progredi deſiderant, adeò eſt fervens; ut oculum ſuum non dirigant ad ea, quæ fecerunt, ſed ad illud tantùm, quod illis etiamnum reſtat faciendum. Unde Apoſtolus dicebat : *Quæ retrò ſunt, obliviſcens*, &c. At verò licèt ipſi bonorum operum ſuorum obliti eſſe videantur, Deus tamen omnium illorum adeò firmam & recentem habet memoriam, ut expreſsè dicat : *Quicunq; potum dederit uni ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* Sanctus Thomas ait : *Bonarum mentium eſt, quod ea, quæ propter Deum faciunt, parva reputent.* Idem S. Doctor in Catena Rabanū citat, dicentem, quòd hoc loquendi modo nequaquam oſtendere voluerit, ſe aliquam, circa Chriſti promiſſiones factas, habere diffidentiam, *ſed ſtupent de tanta ſublimatione, & de majeſtatis ſuæ magnitudine.* Vel etiam exceſſivam retributionem, quæ in hac invitatione : *Venite benedicti*, &c. latet, intelligentes, merita ſua ad eandem comparata, inæqualia & improportionata eſſe fatentur. *Videbantur eis parvum eſſe bonum, quòd egerant, ſecundùm illud Apoſtoli : Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*; Ita idem Rabanus.

Hebr. 6. 18. *Philip.* 3. *v.* 13. *Marc.* 9. *v.* 40. *S. Thom. in Mat.* *Rom.* 8. 18.

Verſus 40.

Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

1. Sanctus Cyprianus dicit : *Quid potuit nobis majus Chriſtus edicere ? quomodo potuit magis juſtitiæ ac miſericordiæ noſtræ operam provocare, quàm quòd præſtari id ſibi dixit, quidquid egenti præſtatur ?* Cajetanus obſervat Chriſtum non dixiſſe : *Quamdiu feciſtis uni pauperi, quia benefacere homini pauperi, officium eſt naturalis miſericordiæ, commune fidelibus & infidelibus; ſed benefacere fratri Jeſu Chriſti, officium eſt Chriſtianæ miſericordiæ, quæ in pauperibus Chriſtum conſiderat, & pro-*

S. Cypr. tr. de eleëm. *Cajet. ibid.*

Janſen. ibid. *propter Chriſtum exercet hæc opera.* Janſenius quoque notat, Chriſtum dicere, *ex his*, indigitandos illos, quæ ibi erant præſentes, nimirum Apoſtolos & diſcipulos, qui in eodem judicio futuri ſunt aſſeſſores, adeoque de illis præcipuè pauperibus loquitur, qui pro tempore fuerint, per voluntariam paupertatem, divino ejus judicio dedicati: *Qui voluntariè pauperes facti, variis in hoc mundo propter Chriſtum attriti fuerint calamitatibus.* Origenes rationem reddit, cur illos minimos appellarit: *Minimos hîc dicit, aut quaſi in mundo minimos exiſtimatos, aut quia apud ſeipſos minimi erant; volentes enim apud Deum fieri magni, ſeipſos minimè faciebant.*

Orig. cit. à Luc. Burg.

Cajet. 2. Cajetanus ingeniose obſervat, quòd Chriſtus in throno majeſtatis reſidens, *Non dedignatur appellare fratres ſuos pauperculos.*

Auth. Imp. ibid. Author Imperfecti à Luca Burgenſi citatus, diu ante hanc eandem reflexionem fecit, aſſerens, quòd magnates illi, qui ex loco, gradu, ſtemmate infimo & vili ad præclaras dignitates evehuntur, natalium ſuorum commemorationem, coram ſe fieri ut plurimum dedignentur: *Chriſtus adhuc gloriatur, fratres ſuos dicendo, ſedens, in Majeſtate, quia veniens in judicio gloriæ, non mutavit voluntatem priorem.*

Verſus 41.

Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus.

Diſcedite.

1. Diſceſſus iſte non paulatim & pedetentim fiet, ſed præcipitium quoddam erit, ſiquidem damnati in eodem momento præcipites agentur in profundum abyſſi, quod in terræ centro ſituatur: *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii*; horribilis hic caſus erit, quia ab altitudine quadam, quæ facilè aliquot milliarium milliones adæquabit, dilabentur; accumulabunturque unus ſuper alterum, ſine ullo ordine, ingenti autem cum confuſione, erunt ad invicem compreſſi, ſicut uvæ in torculari, velut ſicut lateres in fornacem conjecti, vel ſicut in camino ardentes prunæ; ac denique in eadem faſtidioſa & incommoda poſitura & ſitu manebunt in ſempiternum. Unde ſanctus Anſelmus ait: *Tanto pœnarum prementur pondere, ut ne pedem vel manum impii movere poſſint.* Diſceſſio hæc fiet, ſine ulla ſpe alicujus unquam futuri reditûs, quia condemnatio inappellabilis & irrevocabilis erit; nullum poſt hac judicium ullum inſtituetur, omnis erigendi capitis ad aërem vel cœlum contuendum, ſpes præciſa erit, adeò ut verè dici poſſit: *Magnum chaos firmatum erit inter eos & cœlum.*

Pſ. 62. v. 10. & 11.

S. Anſel.

2. Albertus M. dicit: *Diſcedite à me, quia dum vixeratis, dixiſtis mihi, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.*

Alb. M. ibid. Iob. 21. 14.

A me.

3. Id eſt, ut Albertus Magnus gloſſat, *à vultu Dei, & à bonis*; unde hisce verbis damnatis pœna quædam intimatur, quæ à Theologis pœna damni dicitur: *Dilexit maledictionem & veniet ei; & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo, & induet maledictionem ſicut veſtimentum.* Chryſoſtomus porrò tormentum iſtud, quo quis in ſempiternum viſione Dei privatur, incomparabiliter majus & atrocius eſſe cenſet, ſupplicio ignis æterni: *Hæc pœna major eſt, quàm cruciatus ille flammarum; novi, quòd probatiſſimi pertimeſcant ignem gehennæ, & tamen Chriſti amiſſionem multò amarius, quàm gehennæ puto eſſe ſupplicium*; & hæc fortè ratio eſt, cur increata & incarnata ſapientia, ſententiam hanc condemnatoriam extendendo, pœnam damni primo, pœnam verò ſenſus, ſecundo loco ponat.

Alb. M.

Pſ. 108. v. 18.

Chryſ. ho. 24. in Mat.

4. S. Bruno, Carthuſianorum Patriarcha, omnes alias abyſſos ſe potius ſuſtinere paratum eſſe dicebat, quàm ſolam viſionis Dei privationem; unde ita ſcribit: *Addantur tormenta tormentis, & pœnæ pœnis, ſæviant ſævius ſævisſimi miniſtri, at Deo non privemur.* Et quidem hujus jacturæ intimus dolor reprobis damnatis vel maximè imprimetur, per aſpectum remunerationis, quæ antecedenter electis facienda erit: *Irruat ſuper eos formido & pavor, in magnitu-*

S. Brun. ſer. de judic.

Exo. 15. 26.

dine brachii tui, donec pertranſeat populus tuus, quem poſſediſti.

Maledicti.

Alb. M. 5. Albertus Magnus ait: *Maledicti exprobratio eſt culpæ; maledicti, qui declinant à mandatis tuis, maledicti, hoc eſt, malo addicti*; Etenim unicuique ſigillatim transgreſſionum ſuarum reatus exponet, quibuscum ipſum tot annis graviſſimè offendit, quorum numerus nonnunquam in plurimis, ad millionum excurret milliones, ſimulque clarè iisdem exponit, injuriæ ſibi factæ gravitatem; unde fit, quòd *vermis eorum non morietur*; Et hic quidem adeo graviter damnatos affliget, ut S. Bernardus hunc vermem, ſive malæ conſcientiæ remorſum, infernum meritò appellet: *Infernus quidam, reis conſcientia eſt.* Porrò Titelmannus quærit, qua ratione David Deo gratias agere potuerit, eò quòd ipſum ab inferno exemiſſet; cum axioma ſit indubitatum, quod *in inferno nulla eſt redemptio*; Et tamen regius Propheta dicit: *Eruiſti animam meã ex inferno inferiori.* Reſpondet autem: *Poſſet infernus iſte rectè intelligi carcer malæ conſcientiæ; verè enim infernus eſt peccatũ:* Imò deterior infernus eſt abyſſo & barathro perditionis, atq; ideò appellatur inferior; etenim inferior, atque extremus infernus eſt; imò peccatum faber ille eſt, qui inferiorem infernum fabricavit; in Philoſophia autem, una ex ſolemnioribus ſententiis, hæc eſt: *Propter quod unumquodque eſt tale, & illud magis eſt tale.* Jure igitur dicere poſſumus, quòd damnatus in hac maledictione totidem ſecum infernos conferat, quot futura ſunt peccata mortalia, quæ ipſe in vita ſua commiſit.

Iſa. 66. v. 24.

S. Bern. ſerm. de aſſump.

Titelmann.

Pſ. 85. v. 13.

In ignem.

Job. 20. v. 26. 6. *Devorabit eum ignis, qui non ſuccenditur.* Ut hic noſter ignis ardeat, continuo alimento opus eſt: at verò ignis infernalis, pro ratione divinæ juſtitiæ, majorem aut minorem æternitatem habet; ignis noſter intra ſuam ſphæram per limitatam virtutem operatur, non verò item ignis gehennalis, qui iræ Dei inſtrumentum exiſtit; hic enim non ad octo tantùm, ſed ad centum, imò millenos gradus extenditur. Unde bene Tertullianus ait: *Longè alius eſt ignis, qui uſui humano; alius, qui Dei juſtitiæ deſervit;* de hoc enim infernali igne ita diſcurrit: *Quid mirum, ſi æternaliter ardebit? æterna erit materia, æternum pabulum, anima & peccatum.* Porro follis, qui inextinguibilem hanc flammam inſufflando accendit, ab Iſaia hic verbis inſinuatur: *Flatus Domini ſicut torrens ſulphuris, ſuccendens eam, nocte & die non extinguetur, in ſempiternum aſcendet fumus ejus.* Enim verò nullum excogitari poteſt crudelius tormentum, quàm ſi aliquis vivus concremetur; & tamen ſævities hæc non niſi corpus ſolum poteſt afficere; præterquam quòd hic noſter ignis fictus ſit, in comparatione illius, qui corpus pariter & animam in atrociſſimis flammis iſtis ardere faciet; Ad hæc, quantum foret tormentum, ſi quis centenis, imò millenis vicibus, vivus concrematetur; & tamen infinities majus erit tormentum damnatorum, qui in igne infernali, in æternum perſeverabunt.

Tertull. in Apol.

Iſa. 30. v. 33.

Æternum.

S. Bon. ſer. in dom. 2. poſt Epi.

7. S. Bonaventura dicit: *Cujus cor non percuteretur, ſi conſideraret inferni pœnas, non ſolùm intolerabiles acerbitate, ſed etiam interminabiles æternitate?* Bene & ſeriò conſideretur dictio illa, *æternum*, nec non & illud Iſaiæ dictum: *Quis poterit habitare de vobis, cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?* Quando Chriſtus coram Pilato, in tribunali ſedente, judicandus aſſiſtebat, finalis judicii mentionem fecit, dicens: *A modo videbitis filium hominis, ſedentem à dextris virtutis Dei*; quaſi idipſum ab illa hora futurum eſſet; cum tamen jam de facto mille, ſexcenti, & amplius anni elapſi fuerint, nec tamen tale quid à nobis aut majoribus noſtris unquam viſum fuit. De facto quoque ſexies milleni & amplius anni ſunt, à quibus Cain præceps in infernum actus eſt, & tamen ad proportionem æternitatis, vix unico momento ibidem fuiſſe cenſetur. Hoc verbum, *æternum*, ſeriò meditatum eremitoria fundavit, Monachis clauſtra replet, Reges & Imperatores ad conculcanda pedibus ſceptra & diademata

Iſa. 33. v. 14.

Matth. 26. v. 64.

demata ſua induxit, cælum tot Martyribus, Virginibus Confeſſoribus, aliisque innumeris cælitibus adimplevit, cilicia & diſciplinarum aculeos adinvenit ; hoc verbum S. Laurentio craticulam & prunas, S. Catharinæ rotam, S. Stephano lapides torrentis dulces & ſuaves videri fecit ; illo verbo animatus S. Carolus, lupinis carnem ſuam enutrivit. Hæc æternitas à Davide profundè conſiderata, eumdem virum ſecundùm cor Dei conſtituit : *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui : Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar , & ſcopebam ſpiritum meum.* Denique infernus ille tamdiu duraturus eſt, quamdiu Deus à reprobis contumeliatus, & atroces injurias paſſus, ideoque iiſdem irreconciliabilis regnabit : Hic autem , ſpiritu veritatis ipſomet teſte , *Dominus regnabit in æternum & ultra.*

Pſal. 76. v. 6. & 7.

Qui paratus eſt diabolo & Angelis ejus.

Orig. cit. à D. Th. in Matth.

8. Hanc porro declarationem Chriſtus ſententiæ ſuæ addere voluit, inquit Origenes, ut intelligeremus, quòd aliàs Deus non infernum, ſed paradiſum pro nobis fabricaverit : *Paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Unde Chryſoſtomus ait : *Non vobis, ſed diabolo & angelis ejus præparatum ; ego regnum vobis, ignem autem non vobis , ſed diabolo & angelis ejus præparavi , in quem quoniam vos ſponte injeciſtis , vobis ipſis id reputate.*

Chryſ. ho. 80. in Mat.

Janſen. ib.

9. Idipſum quoque Janſenius docet, dum ait, Deum nobis prædictis verbis inſinuare voluiſſe, quòd, quantum eſt ex parte ſua, ipſe nos ad æternam ſalutem creârit, nos autem ſponte noſtra, & per propriæ voluntatis arbitrium, illâ nos reddidiſſe indignos : *Homines peccantes ſua ſponte, ſuiſque demeritis , ſe particepes facere, & obnoxios eorum malorum, quæ imprimis & potiſſimum diabolo, & angelis ejus erant parata.*

Verſus 42.

Eſurivi enim, & non dediſtis mihi, &c.

Pſ. 106. v. 42.

1. Etenim in illo judicio verificabitur, quod Pſalmiſta prædixit: *Omnis iniquitas oppilabit os ſuum.* Et quidem non homicidia, uſuras, ſacrilegia, aut adulteria impiis exprobrabit, quia ut S. Anſelmus ait : Non dicit: *Qui feciſtis homicidia, ſed quia ea eleemoſynis redimere noluiſtis.* Quis Nabuchodonoſore ſceleratior aut impientior fuit? Et tamen Daniel hoc ei conſilium ſuggerere non dubitavit: *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum*: quia veriſſimum eſt, quod *charitas operit multitudinem peccatorum.* Quis igitur ſe excuſare poterit? Quis dicere audebit, ſibi defuiſſe cor ad amandum proximum, ejuſque neceſſitatibus compatiendum? *Vide, qualiter levia injungit,* inquit Chryſoſtomus ; *Non enim dixit : In carcere eram, & non eripuiſtis me : infirmus eram, & non curaſtis me; ſed non viſitaſtis, non veniſtis ad me ; eſuriendo etiam non pretioſam petii menſam, ſed neceſſarium cibum ; omnia ergo ſufficientia ſunt ad pœnam.*

S. Anſel. in Mat.

Dan. 4. v. 24.

1. Petr. 4 v. 8.

Chryſ. in cat.

2. Janſenius obſervat, quòd multis modis aggravetur in hoc proceſſu impietas & inhumanitas reproborum. Et quidem inprimis valde adaugetur per *naturæ & cognationis jus, quo commoveri debuiſſent ad miſerendum fratribus ſuis.* Unde Chryſoſtomus Chriſtum introducit , impios hunc in modum alloquentem : *Si inimicus fuiſſem, nonne ad immiſericordes etiam flectendos mitigandoſque ſuffeciſſent paſſiones illæ , inedia, frigus, vincula, nuditas, ægrotatio?* Quotidiana nos experientia docet, quod nationes & climate & moribus etiam barbaræ , ad aliquam tamen miſerorum compaſſionem commoveri ſoleant : *Vos autem neque hæc contuliſtis, amico dico, & Domino, & benefactori : at canem plerumque fameſcere videntes frangimur , & belluarum inediâ nonnunquam flectimur ;* Imò canes, equi, aves à nobis nutriuntur & impinguantur , & Chriſtus in pauperibus , fame mori permittitur.

Janſen.

Chryſoſt.

S. Baſil. conc. 4. de elee.

3. S. Baſilius dicit, quòd panis, qui prandio noſtro ſuperfluit, veſtis à tineis corroſa, argentum denique , quo non indiges, ſed in armario tuo ſepultum deliteſcit : *Tot injuriâ afficiunt, quot hiſce rebus, dum licet, non juvas.*

S. Aug. in gloſſ. ſerm 20 de verb. dom.

4. S. Auguſtinus ait : *Si in ignem mittitur , qui non dedit rem propriam , putas ubi mittendus eſt , qui invaſit alienam ; ſi cum*

ſi cum diabolo ardere habet, qui nudum non veſtivit, putas ubi arſurus eſt, qui exſpoliavit. Panis nobis ſufficiens adeſt, quo mortem nobis adſciſcamus æternam, ad voluptatibus & appetitibus noſtris ſenſualibus ſatisfaciendum prodigi ſumus: at verò, quando de vita æterna nobis comparanda, deque tot miſeris, qui præ fame & inedia moriuntur, in vita conſervandis agitur, manus arctas, imò clauſas habemus.

Iac. 2. v. 13. 5. S. Jacobus Apoſtolus optimè ad propoſitum ita ſcribit: *Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam.* Porrò S. Bernardinus de Senis, multas adducit rationes, cur Chriſtus horum operum commemorationem inſtituat; quarum prima eſt, ut non ſolùm propter ſpem æternæ remunerationis, *S. Bern. Sen. ſer. 11. de judic. art. 2. c. 3. q. 5.* verùm etiam propter metum & formidinem inferni, ad miſericordiæ opera provocemur. Secunda eſt, ut nobis per hoc inſinuet, nihil eſſe, quod Deum magis ad iracundiam, & ſeverè nos puniendos permoveat, quàm pietatis & compaſſionis defectus. Tertia, ut oſtendat, nos non ſolùm propter mala opera, ſed etiam propter bonorum operum defectum, acriter caſtigandos eſſe, Matth. 7. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*

Mat. 7. v. 19.

S. Bern. ib. q. 6. S. Aug. l. 21. de civ. Dei. c. 3. 6. Quodſi quæras, an etiam aliorum peccatorum futura ſit mentio? S. Bernardinus per adductam S. Auguſtini lib. 21. de civit. Dei, cap. 14. authoritatem ita reſpondet: *Virtute divina fiet, ut uniuscujusque opera ſive bona, ſive mala, cuncta in memoriam revocentur, & mentis intuitu mirâ celeritate cernantur, ut excuſet, vel accuſet ſcientia conſcientiam, atq; ita ſimul ut omnes & ſinguli judicentur.* Idem S. Auguſtinus errori nonnullorum reproborum occurrit, qui non niſi illos reos declarandos, aut judicandos eſſe exiſtimant, qui in hisce miſericordiæ operibus defecerint; at verò, inquit S. Doctor: *Qui dignè propeccatis ſuis eleëmoſynas facit, prius eas incipit facere à ſeipſo, indignum eſt enim, ut ipſe ſibi non faciat, qui facit in proximum; cùm audias dicentem Deum: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum, Item que audias: miſerere animæ tuæ placens Deo*; nemo enim aliis miſericordiam exhibet, niſi illam prius erga ſemetipſum fecerit.

Mat. 5. v. 43. Eccl. 30. v. 24.

Verſus 44.

Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, &c. & non miniſtravimus tibi.

1. Gloſſa dicit: *Excuſare ſatagunt, quaſi Deum fallere poſſint, qui homines fallebant; ſed non habent excuſationem, qui converti à malo, & facere eleëmoſynas noluerunt.* *Gloſſ.*

Verſus 45.

Amen dico vobis, quamdiu non feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis.

1. Janſenius benè obſervat, quàm fuerit hoc à Chriſto adductum motivum efficax, ut, cui reprobi, quòd replicarent, non habebant. Quis enim ipſorum excuſare ſeſe poterit, cùm per fidem & revelationem manifeſtiſſimamque Dei declarationem, ſciant quòd totum id, quod illis facimus, aut quod illis à nobis datur, ipſimet fiat & detur Deo? *Dignitas ac dignatio ejus qui non tantùm ſuis fratribus, ſed & ſibi factum imputat, quod aliis ſuo nomine impenditur beneficii.* Quisquis igitur ad hoc ſe reflectit, majorem utique æſtimationem habebit pauperis alicujus, quàm omnium amicorum ſuorum, & potentum hujus mundi; nam ut Lucas Burgenſis ait: *In illo judicio plus proderit nobis pauper unus, olim à nobis fotus: quàm omnes amici ſæpè à nobis magnificè excepti.* Et ideò ſaxo quovis duriores ſumus, ſi hæc Chriſti proteſtatio compaſſionem è corde noſtro non eliciat. *Itaque quoties ad miſeros juvandos pigreſcimus, veniat nobis Filius Dei ante oculos, cui aliquid negare, immane ſacrilegium eſt.* *Ianſen.* *Luc. Burg.*

Verſus 46.

Et ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam.

1. Quæri hoc loco poteſt, cur prius penè reproborum mentionem faciat, & poſtea præmii, quo afficientur electi, cùm tamen primò

primo loco dixerit ad electos: *Venite benedicti*: ſecundo loco autem: *Diſcedite maledicti*: Rationem hujus reddit, hiſce verbis Origenes: *Propterea quod proprium boni Dei eſt, recordari benefacta bonorum quàm malefacta malorum: hic priùs nominat pœnam malorum, deinde vitam bonorum, ut primùm, quæ timoris ſunt, evitemus mala, poſtea quæ honoris ſunt, appetamus bona.*

Orig. tr. 34. in Matth.

Cajet.

2. Cajetanus quando ad horum verborum expoſitionem pervenit, ita ſcribit: *Siſte prudens lector, & nota tribus documentis hujus capituli, damnari in inferno tria genera omiſſionum*; etenim in hoc capite, è quo præſens Evangelium deſumptum fuit, antecedenter parabola decem virginum ponitur, deinde de quinque talentis, ab abituriente Domino, ſervis ſuis ad fœnus elocatis, ac demum tertio loco, proceſſus fit ad finale judicium: *In parabola virginum, damnantur imparati ex omiſſione interni teſtimonii: in parabola talentorum, damnantur puſillanimes, ex omiſſo uſu divinorum donorum: hic autem damnantur omittentes opera miſericordiæ Chriſtianæ. Quid cum illis aget æternus judex, qui commiſſione malorum operum peccaverunt, ſi illi damnantur, qui omiſerunt bona opera?*

Ibunt.

Lucas Burg.

3. *Non ſponte, ſed coacti*, inquit Lucas Burgenſis, *terra enim dehiſcente & ibunt, & cadent, & projicientur*; idem quoque Abulenſis ſcribit, dum ait: *Divinâ potentiâ aperietur terra, fietque uſque ad orcum hiatus magnus, per quem ibunt, poſtea claudetur.*

Abul. q. 521.

4. In hac prædictione, quam Deus adeo anticipatè fecit, adimpletur, quod de ejus miſericordia ſcribitur: *Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis*; etenim ut bene Lucas Burgenſis ait: *Huic juſtitiæ Dei obſerva clementiam ſummam conjunctam, omnino ſervare homines volentis & minimè perdere, ſi enim perdere vellet, non ante tot ſæcula præmoneret judicii ſui, & æternorum ſupplicium*; ſiquidem ut advertit S. Auguſtinus: *Non te vult percutere, qui tibi clamat; obſerva, invitus vindicat, qui quomodo evadere poſſimus, multo antè demonſtrat.*

Tob. 3. 13.

Luc. Burg.

S. Aug. ſer. 31. de Sanctis.

In ſupplicium æternum.

5. *Æternam nominat pœnam*, inquit Origenes, *ut vitemus mala, & appetamus bona*; etenim cogitatio & memoria æternitatis, frænum eſt peccati, & ad virtutum exercitium proſequendum ſtimulus & calcar. *Incurvati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis ejus*; id eſt, quotquot in hoc mundo proſperantur, ideoque per faſtum & ſuperbiam in ſublime inaniter ſuperextolluntur, ſubitò humiliantur, omnemque faſtum deponentes, divinæ ſe legi ſubjiciunt, quando ſeſe ad pauca hæc verba reflectunt,

Orig. ib.

Hab. 3. 6.

6. Quærit hoc loco S. Thomas, qua ratione divina juſtitia ſalvetur, dum peccatum, quod à nobis temporaliter committitur, à Deo pœna æterna caſtigatur; eandem quoque quæſtionem alibi movet, & ſcribit: *In ſuo delicto æternum peccaſſe dicitur homo, non ſolùm ob continuationem actus in tota vita, verùm etiam hoc ipſo, quod finem in peccato conſtituit, voluntatem habuit in æternum peccandi*, id quod conſonat cum eo, quod S. Gregorius ait, nimirum, quòd Deus oculum ſuum ad cor, & voluntatem noſtram, non verò ad actionem hominis externam, directum habeat: *Voluiſſent utique, ſi potuiſſent ſine fine vivere, ut potuiſſent ſine fine peccare; oſtendunt, quia in peccato ſemper vivere cupiunt, qui nunquam deſinunt peccare, dum vivunt*; *ad magnam ergo juſtitiam judicantis pertinet, ut nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam carere voluerunt peccato.*

S. Thom. in Matth. & p. 2. q. 87. a. 3.

S. Greg. l. 4. Dial. c. 44.

7. Secunda ratio, quam S. Thomas in Summa ſua aſſignat, eſt, quia per peccatum infinitæ majeſtatis objectum offenditur, *Infinitæ majeſtatis & bonitatis Deus*; *ſolum, ſummum, æternumque bonum, & finis ultimus hominum, quo impiè rejecto vilis peccator, creaturis ipſius audet inhærere, luce meridianâ clariùs evadet, juſtè puniri ſupplicio æterno, qui offendere non veretur Deum æternum.*

S. Thom.

8. S. Auguſtin. lib. 21. de Civit. Dei, c. 12. ait: *Factus eſt homo malo dignus æterno, qui in ſe peremit bonum, quod eſſe poſſet æternum.*

S. Aug. l. 21. de civi. Dei c. 12.

9. Aliam quoque rationem S. Thomas

S. Tho.

ſuper Matthæum ſcribens adducit, eſtque S. Hilarii dicentis: *Culpæ debetur pœna, ſed culpa non delebitur niſi per charitatem; ergo quamdiu homo non habet charitatem, juſtum eſt, quòd ſemper ſit in pœna.* In barathrum illud æternæ perditionis nec amor Dei, nec divina gratia penetrabit in æternum, & conſequenter cùm culpa ſemper viva remaneat, pœna quoque ſempiterna ut ſit, neceſſum eſt.

FERIA TERTIA POST PRIMAM DOM. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 12.

℣. 10. *CUm intraſſet Jeroſolymam, commota eſt univerſa civitas, dicens: Quis eſt hic?* 11. *Populi autem dicebant: Hic eſt Jeſus Propheta à Nazareth Galilææ.* 12. *Et intravit Jeſus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit.* 13. *Et dixit eis: Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* 14. *Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo, & ſanavit eos.* 15. *Videntes autem Principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hoſanna filio David, indignati ſunt, & dixerunt ei: Audis quid iſti dicunt? Jeſus autem dixit eis: Utique nunquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?* 17. *Et relictis illis, exiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique manſit.*

Verſus 10.

Cùm intraſſet Jeroſolymam, commota eſt univerſa civitas, dicens: Quis eſt hic?

1. HIc ingreſſus idem eſt cum eo, quo in triumpho palmarum, urbem Jeroſolymam ingreſſus fuit, acciditque quinque diebus ante Paſcha, in quo eum crucifixerunt. Rabanus ait: *Notanda concordia non ſolùm in rebus, ſed etiam in temporibus veteris & novi Teſtamenti; decima enim die menſis primi, Agnus, qui in Paſcha immolaretur domum introduci juſſus eſt.* Hic autem agnus Jeroſolymam ingreſſus eſt, ut tempore congruo ſacrificaretur, ut Gloſſa his verbis advertit: *Appropinquante Paſſionis tempore, appropinquavit Jeſus loco, ubi poſſet inveniri, oſtendens ſe non invitum pati.* *Rab. in cat.* *Gloſſ.*

Commota eſt univerſa civitas.

2. Porro acclamationes, quas totus hic numeroſus populus, qui eum ſequebatur, faciebat, prout Cajetanus obſervat, in deſcenſu montis Oliveti inceperunt, & quantò propinquiùs civitatem accedebant, tantò magis devotarum turbarum numerus creſcendo, augebatur. *Volavit fama per civitatem, excitantur univerſorum animi ob hanc novitatem.* *Cajet. ib.*

3. Enim-

Janſen. conc. ev. c. 110.

3. Enimvero ſi Hebræi, ut Janſenius advertit, evidentiſſimam Zachariæ Prophetiam, cap. 9. relatam, in quo hic CHRISTI triumphus prædicitur, diſſimulaſſent; ecce tibi, univerſæ hujus tam vaſtæ civitatis commotio & admiratio illam eis exprobraret, & ad memoriam revocaſſet.

4. Principes quidem ſynagogæ, Sacerdotes, Pontifices, Scribæ, & miniſtri Cæſaris, triumphum hunc ſpectarunt, audierunt voces populares, quibus ipſi, tanquam vero Iſraëlis Regi, gloriosè acclamabatur, imò toti huic comitatui, & commotioni, tanquam ſpectatores præſentes aderant, nec tamen conſtat, quòd eidem ſe opponere præſumpſerint; multò minùs, quòd illum, tanquam læſæ majeſtatis reum accuſarint, ſed potiùs illis, ei tanquam novo Regi applaudentibus, conſenſerunt. Unde Lucas Burgenſis ait:

Lucas Burg. *Niſi adfuiſſet Dei virtus, & in illo contemptibilis carnis habitu, conſpicua fuiſſet ſpiritus Majeſtas, quæ attonitos reddidiſſet, quomodo paſſi fuiſſent ſuo magno periculo, Jeſum Regem excipi, & in urbem regiam, regiâ pompâ palam induci?*

Dicens: Quis eſt hic?

5. Verum enimvero qua ratione, eum tanquam peregrinum ſe non agnoſcere, quis ſit, ſimulare potuerunt, quem frequentiſſimè & viderant, & prædicantem in templo auſcultarant? Poteſt eſſe, quòd aliqui id ex contemptu dixerint, dum eum invidis oculis, tanto cum applauſu recipi & honorari viderunt. Sic enim Pharao quoque dixit:

Exo. 5. 2. *Quis eſt Dominus, ut audiam vocem eius, & dimittam Iſraël? Neſcio Dominum: Non quòd non noviſſent*, inquit Lucas Burgenſis, *ſed quòd livore aduſti, crepanteſque invidia, indignum dicere vellent, & honore.* Et quidem quòd invidiæ ſtimulis erga ipſum fuerint exagitati, ſatis manifeſtè ex illo concilio deducitur, quod tunc adverſùs illum

Joan 11 v. 47. & 48. congregati ant, in quo dic int: *Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum.* In

Eccli. 13. v. 29. Eccleſiaſtico dicitur: *Pauper locutus eſt, & omnes dicunt: Quis eſt hic?* Albertus Magnus

Alb. M. ait: *Devoti dixerunt hoc admirativè; qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? Simplices dixerunt hoc, ignorando.* Dionyſius Carthuſianus, poſtquam totius Jeroſolymæ commotionem ponderaſſet his verbis: *Commota eſt admiratione, indignatione, dubitatione*, paulò pòſt interrogationem civitatis hoc modo diſtinguit: *Quis eſt hic, cui tantus honor impenditur, hoc quidam indignando, quidam dubitando & inquirendo, quidam admirando, dixerunt.* Similiter poteſt eſſe, *Sal. to. 6. 17. 39.* quòd clamantium voces è longinquo audientes, populique ingentem comitatum videntes, nec tamen triumphum, poſtea demum ſubſecutum conſpicientes, ex rei novitate permoti, interrogarint: *Quis eſt hic?* Salmeron ait: *Quærebant à turba præcedentes, quis eſt hic, quia nondum videbant Jeſum.* Albertus Magnus ait: *Tali autem confuſione exiſtente in turba, aſina inſtruit Prophetam* *Num. 22. v. 28.* *Num. 22. hoc eſt ſimplex & humilis plebecula, Doctores & Pontifices.*

Verſus 11.

Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus, Propheta à Nazareth Galileæ.

1. Dionyſius Carthuſianus, Deum in hoc *Dion. Cart.* facto denotare voluiſſe dicit, veriſſimum eſſe, quòd *infirma, abjecta, & ſtulta elegit, ut* *2. Cor. 1. v. 27.* *confundat fortes & ſapientes*; enim Scribæ, Sacerdotes, & tot alii eruditiſſimi legis Doctores, Dei filium minimè agnoſcunt, cùm tamen ſimplices idiotæ & infimi populares, eò quòd ipſi devoti ipſius erant, ideoque ipſum ingenti cum fervore ſequebantur, protenſo veluti digito diſtinctè eundem demonſtrent, adeoque adimpletum eſt, quod ipſemet Redemptor d.u antè ad æternum Patrem ſuum converſus, prædixit, dum ait:

Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, *Mat. 11.* *& revelaſti ea parvulis*; pariterque in eadem *v. 25.* occaſione adimpletum fuiſſe videtur illud oraculum Sapientis: *Nunquid non ſapientia* *Prov. 8. 1* *clamitat, & dat vocem ſuam?* Quibus enim putas increata illa & incarnata ſapientia, in prædicatione ſua, fuiſque miraculis, luminis & notitiæ ſuæ gratiam communicabat? num fortè Scribis, Phariſæis? num fortè alicui Platoni, vel Demoſtheni, aut eorundem diſcipulis? Minimè gentium, ſed *intelligite parvuli, & inſipientes animadvertite.* *Prov. 8. 5*

2. Notandum quoque eſt, quantoperè hi populi à Deo illuminati fuerint, ſiquidem in parvulis hiſce, ſed valde myſticis verbis, inſtar ſublimium, doctiſſimorumque Theologorum, fuêre locuti, prouti per ſingulas illius propoſitionis particulas diſcurrenti magis perſpicuè patebit. Etenim ly *Hic* ſemper eſt articulus demonſtrativus rei alicujus permagnæ. Baruch. 2. *Hic eſt Deus noſter.* Matth. 3. *Hic eſt filius meus dilectus.* Luc. 1. *Hic erit magnus.* Joan. 6. *Hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.* Dictio *Eſt*, divinæ eſt eſſentiæ indicativa. Exod. 3. *Ego ſum qui ſum*; *qui eſt, miſit me ad vos.* Dictio *Ieſus*, conformis eſt oraculo: *Vocabis nomen ejus Ieſum, ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* In dictione *Propheta*, magnum illum in Deuteron. cap. 1. promiſſum Prophetam intelligebant, de quo dicitur: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus.* *Nazareth* appellat, ad illam de Chriſto factam prædictionem: *Nazaræus vocabitur.*

Bar. 2. 15. Matt. 3. v. 17. Luc. 1. 15 Joan 6. v. 14. Exod. 3. v. 14. Luc. 1. 31 Matt. 1. v. 21. Deut. 18. v. 15. Matt. 2. v. 23.

Verſus 12.

Et intravit Ieſus in templum Dei, & ejiciebat omnes ementes & vendentes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit.

Et intravit Jeſus in templum Dei.

1. Primùm, quod Jeſus Jeroſolymam ingreſſus fecit, fuit, quòd templum adierit: *Formam religionis, quam ſequamur, nobis deus onſtravit*, inquit S. Anſelmus, *ut quocunque venerimus, domum orationis, ſi ibi eſt, primum adeamus, & per orationem Deo commendati, ſic ad agenda negotia ſecuriùs accedamus.* Beda vero aliam inde doctrinam moralem deducit: *Nos informans, ut in omni loco Religionis divinæ ſtudium orationis omnibus terrenis negotiis præponamus.*

S. Anſel. Bed. ib.

2. Lucas Burgenſis, Chriſtum æterno Patri ſuo gratias egiſſe ceſſet, pro fide & religione, quam devotæ illæ turbæ ei exhibuerant, quando illi veluti vero Meſſiæ acclamarunt; quòdque ei vicinum humanæ redemptionis exitum recommendarint, utpote cujus cauſa, tunc Jeroſolymam ingreſſus fuerat. S. Thomas ait: *Statim venit ad templum, quia venerat ut hoſtia immolanda, ideo primò venit ad locum immolationis.*

Luc. Burg. S. Thom.

3. Advertendum eſt autem, quòd populus ipſum Regem, regnique Davidici ſucceſſorem proclamarit; unde juxta ſtylum mundi & humanam politicam, in fortiſſimi cujuſdam fortalitii, è quo regnum Davidis ſibi firmiter ſtabilire poſſet, poſſeſſionem immittendus eſſe videbatur; maximè cùm Archangelus virgineæ ejus matri prædixerit: *Dabit illi Dominus ſedem David Patris ejus, & regnabit*; proteſtatus fuit, dicens: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*; etenim regnum Davidis, Eccleſiæ ſtabilimentum, nec non cæleſtis Jeroſolymæ reſtaurationem reſpiciebat.

Luc. 1. 32. Ioan. 18. v. 36.

4. Janſenius ad gloriam, honores, & obſequia, Chriſto ab univerſo populo, in conſpectu totius civitatis exhibita, ſeſe reflectit, miraturque, quòd Chriſtus nihilominus, mox ut in civitatem venit, templum ſubitò ingreſſus fuerit: *Demonſtrans, ſe aliud non quærere, quàm Dei Patris ſui gloriam, cui Phariſæi calumniabantur, ipſum eſſe contrarium; nos docens, ante omnia quærendum eſſe regnum Dei.*

Ianſ. c. 11. conc.

5. S. Anſelmus aliam adfert rationem; dicit enim, quòd Chriſtus, ut S. Lucas ſcribit, primò amarè ſuper Jeruſalem fleverit, ejus prævidendo & prædicendo deſolationem: *Deinde templum ingreſſus, cepit ejicere vendentes, ut cauſam deſtructionis civitatis, ex iniquitate Sacerdotum maximè pendere oſtenderet.*

S. Anſel.

6. Author Imperfecti, ut mentem ſuam nobis explicet, ſimilitudine utitur cujuſdam Medici, qui infirmitatem curaturus, radicem & originem illius extirpare ſatagit: *Sicut igitur de templo omne bonum egreditur, ſic & de templo omne malum procedit*, (quia ſi Sacerdotes ſcandaloſi ſint, omnes quoque alii, mala eorundem ſectantur exempla) Medicus infirmum viſitando, ex eo communiter quærere ſolet: Quæ eſt conditio ſtomachi tui? *Quia ſi ſtomachus ſanus fuerit, totum corpus validum erit; ſi diſſipatus, totum corpus infirmum erit; ita ſi ſacerdotium integrum fuerit, tota Eccleſia floret; ſi autem corruptum, omnium fides marcida eſt, cor autem & ſtomachus Sacerdotes intelliguntur, quia in rebus ſpiritualibus, per eos totus populus gubernatur.*

Aut. Imp. ho. 38.

Et

Et ejiciebat omnes ementes & vendentes.

7. Tametsi omnia ea, quæ in templo emebantur vendebanturque, talia fuerint, quæ oblationes & sacrificia Deo offerenda spectabant, attamen ut S. Thomas observat, *Dominus non reprehendebat oblationem, sed cupiditatem illorum.* Sacerdotes enim, quia oblationes illas in suam utilitatem cedere sciebant, ideo ne aliqui, maximè peregrini & externi, victimarum reperiundarum defectu, se ab oblationibus faciendis excusare possent, illi easdem, licet in ipsorum denuo possessionem, per factam oblationem, redirent, caro satis pretio, nomine suo vendi faciebant, & ne aliquis ob actualem pecuniæ carentiam ab iisdem victimis emendis excusare se posset, in promptu semper alios habebant, qui mutuò, sed sub usura, illis easdem divenderent. Quæ avaritia & immoderata cupiditas non solùm reprehensionem, sed & supplicium merebatur: id quod Christus pariter non obscurè insinuavit, quando in templo ementes & eventes, binâ vice è templo pepulit, è quibus, quod in præsenti Evangelio refertur, secunda vice contigit. Unde idem S. Thomas citat sanctum Augustinum, dicentem: *Bis factum est istud miraculum, ideo magis sunt culpabiles, cum aliàs reprehensi fuissent.* *S.Th. in Matth.*

8. Salmeron dicit, quod non obstante, quòd Salvator noster adeo mitis fuerit, nihilominus in hac sola occasione, se magnopere indignatione commotum ostenderit; quia *In solam avaritiam sævit Christus, & ostendit zelum suum, quia procul dubio ablatâ avaritiâ de medio Ecclesiæ, est reformata, nulla enim pestis gravius nocet*; sine dubio enim Jerosolymis, multæ aliæ committebantur iniquitates peccatorum carnalium, extorsionum, homicidiorum, adulteriorum, sacrilegiorum, variarumque aliarum abominationum; & tamen in hac sacerdotum avaritia, zelum suum singulariter ostendebat. Idem quoque doctissimus Author ait: *Incepit à sanctuario, ut admoneat, quæ propriùs concernunt gloriam Dei, ante omnia esse purganda.* Guerricus Abbas dicit, quod, tametsi jam certus esset, quòd per hoc factum, ad necem sibi inferendam sacerdotum contra se odium excitaturus esset, nihilominus *Flagello facto de funiculis, vindicarit injurias Patris, magis eligens furorem sacerdotum, in necem suam provocare, quam in templi prophanationem dissimulare.* *Salm. to.6.tr. 49.* *Guerr. Abb. ser. 3. in Ram. pal.*

9. Voluit insuper, ut intelligeremus, ut S. Thomas docet, quod *Unusquisque est templum Dei*, 1. Cor. 6. *Nescitis, quia templum Dei estis vos? Unde debet unusquisque a se expellere emptionem & venditionem, ut non serviat Deo propter divitias.* Nemo ita agilis est servus, qui duobus simul inservire possit, juxta dictum Evangelium: *Non potestis servire Deo & mammonæ*, id quod in clericis vel maximè verum est, quia *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus.* Author Imperfecti, cautam hujus à Christo inflictæ punitionis assignans, ita scribit: *Significans, quia homo mercator vix aut unquam potest Deo placere, dicente Propheta: Quia non cognovi negotiationem, introibo in potentias Domini*; ac proinde S. Hieronymus, in hæc verba ita scribit: *Non sit in domo pectoris nostri negotiatio, non mentium, vendentiumque commercia, non domorum cupiditas, ne ingrediatur Iesus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito.* *S.Thom. in Mat.* *1.Cor. 3. 16.* *Matth. 6.24.* *2.Tim. 2.4.* *Aut. Imp. hom. 30.* *Ps. 70. 15.* *S. Hier. in Mat.*

10. Theophylactus putat, quòd, quia filius Dei paulò post, æterno Patri suo velut sacrificium, in altari crucis offerendus erat, ideo omnia alia sacrificia consequenter necessariò fuerint abroganda: Et ideo ejecit ementes & vendentes victimas. *Translationem sacrificiorum significans, eò quòd ejiciendo boves & columbas, præsignavit, non ultrà opus esse animalium sacrificio, & immolatione, sed oratione.* *Theoph.*

11. Idem Author quoque dicit: *Tanquam Dominus domûs, hoc est, templi, ejicit vendentes, ostendens, ea quæ Patris sunt, & sua esse.* Et ideo prima vice dixit: *Zelus domus tuæ comedit me*: Secunda autem vice, tametsi ne verbum in ordine ad Patrem dixerit, attamen protestatus est, dicens: *Domus mea, domus orationis, &c.* *Ioan. 2. 17.* *Matth. 21.13.*

12. Porro sciendum est, quòd, ut ex Evangelio S. Lucæ, in quo idem Christi describitur triumphus, constat, Dominus noster paulò antè, manè scilicet, Jerosolymæ futuram destructionem, defleverit: *Videns civi-* *Luc. 19. 41.*

tatem flevit ſuper illam; primum verò, quod Jeſus Jeroſolymam ingreſſus fecit, fuit hæc ſacerdotibus, victimas vendentibus, inflicta Dei vindicta, quaſi tacitus dicere voluiſſet, peccata Clericorum, & præcipuè avaritiam, cauſam eſſe principaliorem ruinæ civitatis.

Ier.6.13. Unde in Jeremia primò quidem dicitur: *A minore uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent*, videturque illius cauſam immediatè ſubjungere velle, dum ait: *A propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum.*

Ezech. 13.19. De eiſdem ipſe quoque Deus apud Ezechielem lamentatur hiſce verbis: *Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis*; moxque ſubdit atroces, quas comminatur illis, jure debitas pœnas.

Marc. 11. 15. Salm. tom. 4. tr. 31. Porrò S. Marcus & S. Lucas ſcribunt: *Cœpit ejicere*. S. Matthæus autem dicit: *Ejiciebat*; cujus diverſitatis myſterium Salmeron hiſce verbis pulchrè declarat, dum ait: *Quia quod tunc cepit, poſtea proſecutus eſt per Romanos, nunc etiam proſequitur, ejiciendo malos miniſtros de templo Eccleſiæ, primùm a gratia Dei, deinde ab obedientia & reverentia populorum, tertiò interdum per mortem repentinam, ac violentam, poſtremò per ſecundam mortem gehennæ.*

S. Hier. ibid. 13. S. Hieronymus hoc Chriſti facinus, inter præcipua omnipotentiæ & authoritatis Chriſti portenta atque prodigia recenſet. Sunt enim, inquit S. hic Doctor, qui Lazari reſuſcitationem, maximum Chriſti miraculum fuiſſe cenſuerunt; alii tale eſſe cenſuerunt, illuminationis cæci nati miraculum: alii tunc illud patratum fuiſſe cenſent, quando ſupra Jordanem aperti ſunt cæli, & vox Patris audita eſt: *Hic eſt filius meus*: nec non, quod in monte Thabor viſum fuit, quando luminoſus & glorioſus apparuit: *Mihi autem*, inquit, *inter omnia ſigna quæ fecit hoc videtur mirabilius eſſe quòd unus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis ut poſtea crucifigeretur, ſcribis & Phariſæis contra ſe ſævientibus, & videntibus lucra deſtrui ſua, potuerit ad unius flagelli verbera, tantam ejicere multitudinem, menſaſque ſubvertere, & cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non feciſſet exercitus*; unde concludit, id inde profectum eſſe, quia ex vultu Chriſti, neſcio quid magnifici & divini fulgoris emicabat: *Igneum quippe atque ſydereum radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majeſtas lucebat in facie.*

Et menſas nummulariorum.

S. Anſel. 14. S. Anſelmus ait: *Menſæ iſtæ altaria ſignificant, nummularii ſacerdotes, qui nummis plus quàm divino ſervitio ſunt intenti, altaria evertit, dum ea multoties occulto judicio everti permittit.* S. Ambroſius, quo fine illos pepulerit, hiſce verbis exponit: *Chriſtus de templo ejiciebat nummularios, quia ipſe volebat intrare*, quaſi vellet dicere, quod, quotieſcunque avaritia occupavit cor noſtrum, Chriſtus in eodem habere non poſſit aditum; cujus ratio hæc eſſe poteſt, quia avaritia *idolorum ſervitus* nuncupatur, uno autem eodemque tempore, in eodem loco Arca & Dagon commorari nequeunt.

S. Ambr. lib. 2 de Cain & Abel. c. 4.

Ephe. 5. 5

S. Tho. in Matth. 15. S. Thomas ait: *Nummularii dici poſſunt Diaconi, quibus datur adminiſtratio temporalium, ut habetur Act. 6. Unde cum officium diſpenſationis retorqueant ad quæſtum, debent ejici de Eccleſia.*

S. Anto. Pad. hic 16. Antonius de Padua per haſce menſas, opera bona intelligit, quibus, ob terrena lucra comparanda, operam damus: *Menſa mercatorum eſt fiducia commodi temporalis, ad hoc jejunas, ut Deus dirigat mercationes tuas.*

Et cathedras vendentium columbas.

Orig. ci. in cat. D. Tho. 17. Origenes optimè conſiderat, tria fuiſſe horum profanatorum genera; aliqui enim in ea vendebant & emebant, neque de oratione, in domo Deo facienda, quidquam cogitabant; & hi denotant illos Chriſti fideles, qui in Eccleſia, bonis terrenis nimium immerſi, nil præter ſæcularia & profana loquuntur & cogitant: alii ſunt nummularii, quorum menſas Chriſtus evertit; qui ſignificant illos, qui bona Eccleſiaſtica minus rectè adminiſtrando, ſed ex ſubſtantiis, quæ inter pauperes diſtribui debebant, ſeſe divites & locupletes efficiunt. Tertii denique Epiſcopos deſignant, qui Eccleſiarum regimen, minus dignis, idque minimè merentibus committunt; & hi ſunt, qui columbas, id eſt, gratiam Spiritus ſancti vendunt; quorum

rum etiam cathedras in terram dejectas ſubvertit.

S. Anſel. in Mat. 18. S. Anſelmus ait : *Columba venditur, cum manus impoſitio, per quam Spiritus ſanctus accipitur, ad pretium præbetur.* Adducitque S. Gregorii authoritatem, plura pretiorum genera diſtinguentis : *Aliud à manu, aliud à lingua, aliud ab officio ; Munus à manu pecunia: Munus à lingua favor, munus ab officio ſervitium ; qui autem Spiritus ſancti dona alicui propter aliquod horum tribuit, pretium de columbis accipit.* Ejuſdem quoque mentis S. Hilarius fuit, dum ita ſcribit : *Eorum, qui ſancti Spiritus donum venale habent, cathedras evertit, quibus miniſterium à Deo commiſſum, negotiatio eſt.*

S. Hila. cap. 21. in Mat.

Aut. Imp. 19. Author Imperfecti, Chriſtum eos, qui columbas vendebant, ejiciendo, dicere voluiſſe exiſtimat : *Quid faciunt in templo multæ columbæ venales, ex quo una columba deſcendit in templum corporis mei? id eſt, Spiritus ſanctus replevit Eccleſiam meam? Non enim in ſacrificio columbarum poſt modum placiturum eſt Dei templum, id eſt, Eccleſia, ſed in ſpiritu ſancto. Dixi enim vobis per prophetam : Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, immola Deo ſacrificium laudis.*

Pſ. 49. 9. & 14.

Evertit.

20. Verbum iſtud, *Evertit*, occulta conſideratione digniſſimum eſt, liquidem Salvatori noſtro ementes & vendentes, uſurarios, ſimoniacos, & omnes alios è templo pepuliſſe minimè ſufficiebat, niſi etiam omnia inſtrumenta, quibus ad fomentum utebantur avaritiæ, ſuſque deque everteret, ad denotandum nobis, quod peccatum è medio ſuſtolli minimè ſufficiat, niſi etiam occaſio illius, & omne id, quod ad relapſum viam ſternere poteſt, è medio tollatur : Unde Cajetanus ait : *Non dedignatur manibus propriis Ieſus hæc evertere ; evertit autem, ut monſtraret, non eſſe redeundum ad hujuſmodi illic negotia exercenda.*

Cajet.

Salm. to. 6. tr. 49. 21. Salmeron ait : *Subvertit cathedras vendentium, quia magiſtrorum dignitas ad nihilum redigitur, cum fuerit permixta lucris.*

1. Cor. 6. 19. 22. Quodſi verò per templum Dei, hoc noſtrum corporis intelligatur : *An neſcitis, quia membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti*, jam per alium ejuſdem Apoſtoli textum, certum eſt, quod Deus templum hoc myſticum diſperditurus ſit, ſi fuerit profanatum. *Si quis templum Dei violaverit, diſperdet illud Deus.*

1. Cor. 3. 17.

Verſus 13.

Et dixit eis : Scriptum eſt, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

Domus mea domus orationis vocabitur.

1. Paulus de Palatio dicit, quòd ex quo præſens hic mundus vera quædam ſit vallis lachrymarum : *Locus horroris, & vaſtæ ſolitudinis ; terra deſerta, invia, & inaquoſa ; his malis Dominus providit unicum remedium, domum orationis.* S. Joannes in Jeroſolyma cæleſti, quaquaverſum curioſè circumſpiciendo, templum nullum vidit : *Non vidi templum in ea* ; cujus hæc poteſt eſſe ratio, quia ad templa tunc præcipuè recurrere ſolemus, cùm gravibus quibuſdam neceſſitatibus anguſtiamur, ut prò iiſdem deprecandis, Deo ibidem ſupplicationes & ſacrificia noſtra offeramus ; in ſuperna verò Jeroſolyma, ſtatus quidam erit imperturbabilis felicitatis. Veruntamen S. Nilus nos hortatur, dicens : *Eccleſiam ut cælum adi*, addit verò : *Et nihil in ea aut loquere, aut age, quòd terram ſapiat* : unde & oratio definitur, quod ſit *Elevatio mentis in Deum* : & ideo ſi nobis poſſibile foret, corpus foris relinquere, & cum ſola anima & ſpiritu Eccleſiam intrare, utique hoc modo dignum in eo aditum habituri eſſemus. Enimverò tametſi veriſſimum ſit, quod Chriſtus Samaritanæ dixit, nimirum : *Venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jeroſolymis adorabitis*, quaſi dicere vellet : quovis in loco, oratio fructuoſa, Deoque grata effundi poterit : nihilominus, ut idem Palatius optimè notat, longè fructuoſior illa eſt, quæ in domo Deo conſecrata effunditur : *Si ſint reliqua paria* ; meritò enim Chriſtus dicit, ſe inveniri in his, quæ Patris ſui ſunt, quaſi dicat : *Si vis me invenire, in templum aſcende, ibi me reperies* ; *in Eccleſia Chriſtus adeſt,*

Paul. de Palat. ibid. Pſ. 62. 3.

Apoc. 21. 22.

S. Nilus in div.

Ioan. 4. 21.

Luc. 2. 49.

adeſt, in Euchariſtia latens, adeſt & Chriſti Crux, adſunt & ſanctorum reliquiæ, & imagines adeſt aqua benedicta, & reliqua ſacra; ubi hæc ſunt, minor eſt diabolo de nobis triumphandi facultas, major eſt divina participandi poteſtas.

Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

S. Anſel. 2. Sanctus Anſelmus, Chriſtum ideo ſacerdotibus exprobraſſe dicit, quòd domum Dei in ſpeluncam latronum redegerint, quia interiùs ſacerdotum fines, per quos dirigebantur, cognoſcebat: *Ad hoc in templo aſſiſtere noverat, ut aut non dantes munera, ſtuderent corporaliter perſequi, aut dantes ſpiritualiter necare.* In ſpeluncis banditorum & latronum, ſanguis humanus ex omni parte conſperſus videtur, variaque occiſorum cadavera conſpiciuntur. *In ſpeluncis enim latronum fiunt mactationes,* inquit Theophylactus, *& ſanguinis effuſiones.* Quot eheu ſtrages mali ſacerdotes, & Eccleſiaſtici ſcandaloſi in templis inſtituunt, non quidem corporum, ſed, quod deterius eſt, animarum. Unde Albertus Magnus ait: *Sacerdotes inſidiantes rebus hominum, in inſidiis doli ſtabant, non differentes à latronibus, niſi majori nocumento, quia interficiunt animas, latrones corpora.*

Theoph.

Alb. M. in Mat.

3. Spelunca latronibus ad hoc præcipuè deſervit, ut in eandem, velut in locum ſecurum, ſpolia & alias viatoribus violenter ereptas prædas inferant: Eodem modo ſcribit S. Hieronymus: *Templum Domini in latronum convertit ſpecum, qui lucra de religione ſectatur, cultuſque ejus non tam cultus Dei, quam negotiationis occaſio eſt.* Hæc præda ab Aſſaſinis coacervata non pertinet proprietariè ad ipſos, ſed rapina quædam eſt, & bonum alienum: Eccleſiaſtici, qui ex motivo avaritiæ, reditus ſuos accumulant, latrones nominari poſſunt, ſiquidem id quod poſſident, non eſt bonum illorum proprium, ſed patrimonium eſt pauperum. Unde celebris valde eſt illa S. Bernardi ſententia: *Quidquid præter neceſſarium victum, & ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.* Theophylactus dicit, Chriſtum appellaſſe templum ſpeluncam latronum, quia emptoribus & venditoribus undique eſt refertum: *Avaritia enim & lucri cupiditas, latronum morbus eſt.* Sacerdotes illius temporis, cultum Dei nec quidquam reſpiciebant, aut curabant, ſed ſolum intereſſe & lucrum ſuum quærebant; idem quoque fit à majori parte Eccleſiaſticorum, qui ad Parochiarum Præbendas, Canonicatus aut Epiſcopatus non aſpirant, ut Deo inſerviant, aut pro animarum ſalute curam gerant, ſed ut honores & dignitates ſibi adſciſcant, bona fortunæ adaugeant, & delitias, vitæque aliis commoditatibus vacare poſſint. Lyranus conſiderat, quod capita banditorum, dum pauperes juxta ſpeluncas & latibula ſua tranſire ſciunt, ad eoſdem deſpoliandos, miniſtros ſuos emittere in tales ſoleant, neque in propria perſona in publicum prodeant, niſi dum opimam quandam prædam in via exſpectari noverunt: *Sic multi Canonici, quando ſciunt magnum lucrum temporale, currunt ad Eccleſiam: Sed quando modicum eſt lucrum, remanent in domibus & recreationibus ſuis, & ad Eccleſiam mittunt Clericos ſuos.*

S. Hier. in Mat.

S. Bern. Ep. 2.

Theoph.

Lyran.

4. Publici viarum deprædatores in ſpeluncis, cavernis ſeu latibulis ſuis ſeſe recondunt, ne videantur, ut ſic tempore opportuno, ex improviſo ad inferendam viatoribus necem, eoſque deſpoliandos erumpere poſſint: *Ita ſacerdotes in templo Dei,* inquit Salmeron, *& ſub prætextu divini cultus venabantur homines ad prædam: & ut latronem occultat ſpelunca obſcuritas, ita hypocriſis & ſpecies cultûs Dei avarosiſtos, ne agnoſcantur.* In Jeremia ſcribitur: *Nunquid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua invocatum eſt nomen meum in oculis veſtris?* In quonam verò alluſio iſthæc conſiſtat, per verba ſubſequentia declarat, dum Deus ait: *Ego, ego ſum, ego vidi dicit Dominus*; nihil enim eorum coram Dei oculis occultari poteſt.

Salm. to. 6. tr. 49.

Ierem. 7. 11.

5. Theophylactus per templum, animam noſtram intelligens, pulchrè, quando illa à nobis in ſpeluncam tranſmutetur, hiſce verbis declarat: *Vide autem & tu, ne forte templum Dei per cogitationem tuam, facias, ſpeluncam latronum, dæmoniorum: Fit autem ſpelunca, ſi habuerimus cogitationes, carnalibus rebus*

Theoph.

rebus amicas, vendentes, & ementes, & lucri cupidas.

S. Hier. in Gloſſ. 6. Sanctus Hieronymus dicit, quòd, ſicut in ſpelunca rapinæ latronum coacervantur, *ita Eccleſia Dei vertitur in ſpeluncam, quando furta, homicidia, adulteria, perjuria, ſacrilegium, hæreſes & alia ſcelera verſantur in ea.* Similiter ſicut in illis ſpeluncis nulla alia tractantur conſilia aut ſtudia, quàm de enormibus committendis exceſſibus: ita quoque ſæpenumero in locis ſacris, nulla alia de re ſermo habetur, quàm de obſcuritatibus, detractionibus, commerciis impuritatis, & de cunctis aliis vitiis ſimilibus

Verſus 14.

Et acceſſerunt ad eum cæci & claudi in templo, & ſanavit eos.

1. Hi cæci & claudi, utique orationis faciendæ causâ, in templo aderant. Ecce tibi qualiter nunquam aliquis in templo infructuosè adſit, dum ſit divino cultui verè intentus. *Janſ. c. 111. conc.* Porro Salvator noſter, ut Janſenius ſcribit, ſuam nobis divinitatem declarare, ſimulque oſtendere voluit, illas, è populo factas acclamationes, quibus eum verum Meſſiam eſſe proteſtati fuerant, veras eſſe, eò quòd verè in ipſo adimpletum videatur illud Iſaiæ pariter & Zachariæ oracu- *Iſa. 35. v. 4. & 5.* lum: *Adgaudium invitat ob adventum novi Regis, & ſigna adventus adjungit, dicens: Dicite puſillanimis, conſolamini, nolite timere, ecce Deus veſter ultionem adducet retributionis. Deus ipſe veniet & ſalvabit vos, tunc aperientur oculi cæcorum; tunc ſaliet ſicut cervus, claudus.*

Hugo Card. ibid. Ioan. 9. 39. Iſa. 42. 19. 2. Hugo Cardinalis, verba illa Chriſti ex S. Joanne adducit, quibus ait: *In judicium ego veni in mundum, ut, qui non vident, videant*; & qui vident, cæci fiant. Citatque pariter illud Iſaiæ 42. *Quis cæcus, niſi ſervus meus*: etenim multi ex illo populo, qui cæci erant, illuminati fuerunt, adeo ut ipſum, verum in lege promiſſum Meſſiam eſſe agnoſcerent, & tamen quia eidem acceptò lumini fidei & notitiæ veri Meſſiæ minimè cooperantes, ſe permiſerunt ſeduci, ideo eâdemmet ſeptimanâ, quâ illi tanquam vero Dei filio acclamaverant, ſimul etiam vociferati ſunt dicentes: *Tolle, tolle, crucifige eum: Non hunc, ſed Barabban.* *Ioan. 19. 15.*

3. Theophylactus per eos, qui à Chriſto è templo expulſi fuerunt, Judæos à Deo reprobatos, & foras extra templum ejectos: per cæcos verò & claudos, in templo ſanatos, gentiles ad fidem converſos intelligit: *Ejectis Iudæis, qui legi & mactationi animalium addicti erant, cæci & claudi ex gentilibus aſſumpti, ſanati fuerunt ab eo*: Hos namque gentiles & idololatras, Magnus Propheta Elias claudos appellavit, dicens: *Uſquequo claudicatis in duas partes?* *3. Reg. 16. 21.*

4. Origenes dicit, quòd in templo Dei non omnes videant, nec omnes recto & ſano greſſu incedant, ſed illi duntaxat, qui intelligunt: *Quia nullius eſt opus, niſi Chriſti, ut intelligant*; qui idem quoque modum oſtendit, quo hanc ſalutem accipiunt, dum ait id eos conſecutos fuiſſe, *Accedentes ad verbum Dei.* *Orig. in cat. D. Th.*

5. Per hos cæcos & claudos, ex mente Gloſſæ, peccatores intelliguntur; dicit enim: *Prius cæcos in cognitione, & claudos in operatione illuminando, & in viam rectitudinis dirigendo, quotidie ſanat.* *Gloſſ.*

6. S. Thomas locum, in quo cæci & claudi ſanati fuerunt, obſervat, dum ait: *Accedunt ad Chriſtum in templum, & ſanat eos, & congruit huic facto locus, per quod ſignificatur, quòd morbi ſpirituales non curantur, niſi in Eccleſia.* Sanctus Remigius quaſi idem his verbis ſcribit: *Significat, quòd homines non niſi in Eccleſia ſanari poſſunt, cui data eſt poteſtas ligandi atque ſolvendi* *S. Th. in Matth.* *S. Rem. in cat.*

7. Author Imperfecti, quiſnam horum miraculorum finis fuerit, ita declarat: *Ut quod illi verbis clamabant, iſte factis oſtenderet, quaſi teſtis vocis eorum ſanavit eos*; demum verò idem Author pergit oſtendere, quòd miſeris hiſce hominibus viſum reſtituendo, multos alios in anima illuminare intenderit: *Ut cæci videntes cæcos aſpicientes, viderent & ipſi, ut iſtorum illuminatio corporalis, fieret illis ſpiritualis lucerna cordis. Curavit & claudos, ut claudicantes Iudæi in fide, currerent ad Chriſtum, ut meliores pedes illi reciperent videntes, quàm iſti.* Non illi ſufficiebat, quòd linguis & vocibus turbarũ illa- *Aut. Imp. hom. 38.*

illarum Jesus acclamatus fuisset, nisi etiam se vere talem esse probaret per effectus, seque beneficum erga illos vel maximè exhiberet, qui has ei acclamationes fecerant, idque non solùm, ut erga illos gratus esset, verum etiam, ut hanc nobis salutem doctrinam imprimeret, quòd scilicet ad hoc, ut Christiani nominis characterem dignè portemus, non solo nomine contenti esse debeamus, sed curandum nobis sit, ut operibus, eidem nomini conformibus, correspondeamus.

Versus 15.

Videntes autem Principes sacerdotum & scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt, & dixerunt ei.

1. Luctabatur in hisce Principibus sacerdotum & scribis, contra Christum, invidia pariter & avaritia. Theophylactus enim ait: *Dissecabantur invidia*: Albertus Magnus quoque dicit: *Nequam oculis, qui de bono vulnerabantur*; etenim magnificum illum triumphum, & acclamationes turbarum, nec non universæ civitatis commotionem sufferre nequaquam poterant, quæ quidem invidiæ lucta tantò in iis magis augebatur, quantò frequentiora ab eo patrari miracula conspiciebant, quibus impressum turbis, de sua divinitate conceptum, magnopere confirmabat. Lyranus, illos odium & rancorem contra Christum concepisse dicit: *Propter hoc, quod manifestè reprehendebant avaritiam, & alia eorum vitia, & videntes miracula quæ fecit, infirmos sanando, & pueros clamantes Hosanna, ipsum scilicet esse Christum verum, indignati sunt.* S. Lucas hanc ipsorum iram, eousque prorupisse dicit, *ut quærebant illum perdere; & non inveniebant, quid facerent illi.* Quod idem & sanctus Marcus scribit: *Quærebant, quomodo eum perderent, timebant enim eum, quoniam universa turba admirabatur super doctrina ejus*: Salmeron aliam adducit hujus iræ & invidiæ rationem, dum ideo hanc erga Christum concepisse dicit, quia ipsos in vivam usque carnem pupugisse videbatur, eò quòd lucra ipsorum impediviſſet. *Viderant, quàm sæpe ipsorum avaritiam objurgaverat, ut non solùm ementes & vendentes è templo ejiceret, sed ipsos accusaret blasphemiæ vel idololatriæ, quia ex domo orationis, domum fecerant negotiationis, vel, quod pejus est, speluncam latronum.*

Theoph. Alb. M. *Lyran.* *Luc. 19. 47. Marc. 11. 18. Salmer.*

Versus 16.

Audis, quid isti dicunt: Iesus autem dixit eis: utique, nunquam legistis: Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.

Audis, quid isti dicunt?

1. Malevoli nihil prorsus invenire poterant, quod accusarent, neque miracula ab ipso patrata impugnare audebant, utpote quæ nimis manifestè & patenter vera erant. *Ideo arguunt eum de applausu populi*, inquit Lyranus, *quem sustinebat circa se, & dixerunt ei: Audis, quid isti dicunt? Quasi dicat: Si tu esses justus & bonus, non sustineres talem applausum populi.* S. Thomas sacerdotum mentem hisce verbis exponit: *Non est justum quòd homo purus sustineat laudari ut Deus*; ut patet ex eo, quod in Actibus Apostolorum Herodi accidisse refertur, qui, quia sibi in eo mire complacuit, quòd se tanquam Deum declamari audiebat à populo, dicente: *Dei voces, & non hominum*, ab Angelo percussus, & consumptus à vermibus miserè exspiravit. *In quo datur nobis exemplum, quòd, si laudamur supra nos, quod non debemus sustinere, sed ipse* (id est Christus) *non poterat laudari supra se, quia Deus erat.* Et ideo acclamationes illi factæ, meritò ipsius superiores non erant, sed correspondebant veritati.

Lyran. *S. Tho. in Mat.*

2. Author Imperfecti, Christum malignis & incredulis Principibus sacerdotum & scribis, respondere, hunc in modum potuisse dicit: *Et vos videtis, quæ ego facio? Illos loquentes attenditis, & me facientem non consideratis, ego enim factis interpretor voces illorum.* Et ideo nisi invidia mentis discretionem & judicium ipsorum penitus obfuscando, labefactasset, turbam veritatem acclamare & dicere, utique potuissent intelligere, maximè quando ipsum, vocem turbæ

Aut. Imp. hom.

pes

per miracula authentizantem, quotidie vi-
Chryſoſt hom. 68. in Mat. debant. Chryſoſtomus quoque Chriſtum illis hoc modo replicare potuiſſe dicit, quando in ipſius laudem, voces undequaque reſonare audiebantur: *Non auditis, quid iſti dicunt? illi tanquam Deo canebant.*

Cajet. 3. Cajetanus horum invidorum deteſtatur odium, quod manifeſtè produnt, dum non ſolùm devotis hiſce turbis, poſt viſa miracula, quæ divinitatis Chriſti teſtimonium perhibebant, ad promendas ipſi tanquam vero Meſſiæ laudes ſe non conjungunt: *Sed indignantur etiam, impotentes occultare venenum internum*, hoc enim venenum in hacei impactainjuria, ſatis manifeſtè prodiderunt, quâ eum haſce voces & acclamationes: *Hoſanna filio David: Benedictus, qui venit in nomine Domini*: Admittentem, velut ſuperbum & præſumptuoſum calumniabantur.

Salm. to. 6. tr. 49. 4. Conſiderat Salmeron, hanc interrogationem fraudulentam fuiſſe, eoque fine & intentione factam, prout aliàs fieri conſueverat; ſcilicet *Ut caperent eum in ſermone.* Si enim Chriſtus reſpondiſſet, jure merito ſibi, tanquam hæredi & ſucceſſori ſolii Davidici, titulum & nomen Regis competere, mox utique anſam arripuiſſent accuſandi eum, velut læſæ majeſtatis reum, apud Judææ præſidem. Si verò publicè encomia hujuſmodi rejeciſſet, ſeque laudibus illis indignum eſſe, palam proteſtatus fuiſſet; iterum ſuum ſe intentum conſecuturos ſperabant, nimirum quòd tali nixi fundamento, facile perſuaſuri eſſent populo, eum non eſſe talem, qualem ipſi credebant & applaudebant, utpote qui ore proprio, has ſibi laudes indebitas eſſe profiteretur: Sed increata ſapientia mirabili cum dexteritate hoſce inſidiarum laqueos diſcooperuit, & prudenti reſponſione è prophetico oraculo deſumptâ declinavit.

S. Hier. 5. S. Hieronymus ex hac, quantumvis contumelioſa, horum ſacerdotum ſcribarumq; reprehenſione, ſequentem elicit moralitatem, in hæc verba: *Hoſanna filio David, vertunt in calumniam, quòd videlicet hoc non dicatur, niſi ſoli filio Dei: Videant ergo Epiſcopi, & quantumlibet ſancti homines, cum quanto periculo dici iſta ſibi patiantur, ſi Domino, cui vere hoc dicebatur (quia necdum erat ſolita credentium fides) pro crimine impingitur.*

Ieſus autem dixit illis: Utique nunquam legiſtis, quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem?

* 6. Explanat S. Thomas doctè ſimul & breviter, perverſam horum obloquentium intentionem, dum ait: *Dominus valde ſapienter reſpondet.* Malitioſi equidem ſacerdotes & ſcribæ tale ſecum formaverant argumentum: vel enim in haſce populi & puerorum feſtivas acclamationes conſentiet? Et ecce intentum noſtrum. Vel iis contradicet. Tunc verò juſtam utique cauſam habebimus accuſandi eum. *Sed Dominus ita ſapienter reſpondet, quòd nec pueros reprobavit, nec ipſi haberent, unde calumniari poſſent.* Unde infallibile patet eſſe Sapientis axioma, dicentis: *Non eſt Sapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.* Similem huic ſuper eadem verba doctrinam tradit S. Hieronymus, inquiens: *Reſponſio utrimque urgens, & calumniæ non patens.* Non enim juxta malevolorum mentem, reſpondit Dominus: *Bene faciunt pueri, ut mihi teſtimonium perhibeant. Nec rurſus: Errant, pueri ſunt, debetis ætati agneſcere; ſed profert exemplum de Pſal. 8. ut tacente Domino, ſcripturarum teſtimonium puerorum dicta firmaret.* *S. Thom. in Mat.* *Prov. 21. 30.* *S. Hier. ib.*

7. Stupet eandem hanc Chriſti in reſpondendo prudentiam Cajetanus; unde illam nominat *prudentem & confutativam reſponſionem.* Non enim harum acclamationum cauſam aut puerili ignorantiæ, aut humanæ aſcribebat induſtriæ, tanquam auctrici earum: Monſtrando cauſam puerilis dicti, non eſſe hominem aliquem procurantem aut excitantem, ſed Deum implentem antiquas prophetias ſic. *Cajet.*

8. Salmeron, verba illa tacitum quoddam in ſe improperium continere credit, quo ſacerdotibus & ſcribis illis ignorantiam & negligentiam ipſorum exprobret: *Utique nunquam legiſtis, &c. quaſi dicat: Ignominia eſt ſacerdotis, nunquam legiſſe; vel legiſſe, & non intellexiſſe.* Quot eheu ſunt ſacerdotes, quorum imperitia tanta eſt, ut à pauperculis vetulis & pueris eruditi poſſent? Quot ſunt, qui ſcientiæ ſcripturarum, ſacrorum Canonum, Theologiæ moralis, rituum & *Salm. to. 6. tr. 49.*

Cæremoniarum ſacrarum, cunctorumque aliorum, ad ipſorum miniſterium ſpectantium prorſus expertes exiſtunt? Et tamen
Malach 2.7. Scriptura de ipſis dicit: *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirēt ex ore.*
Janſen. ib. 9. Janſenius dicit, ſapientiſſimum Magiſtrum Sacerdotes & legis Doctores, per hæc verba confundere voluiſſe: *Fecit ad confuſionem Phariſæorum, quòd pueri Chriſtum agnoverint, quem natu grandes, & oraculorum legis ac Prophetarum periti etiam, poſt tot conſpecta miracula agnoſcere noluerunt;* ipſis namque indicare volebant, quòd inexcuſabiles eſſent, nec ſe aliquam ſui notitiam habuiſſe diſſimulare minimè poſſent.

S. Thom. in Mat. 10. Porrò verba illa: *Perfeciſti laudem*, ſpecialiter hic ponderari merentur. Et quidem S. Thomas circa illa, ſequens movet dubium, quonam modo ſcilicet hi pueri infantes dici potuerint, cùm infantes ob nimis teneram ætatem, vocem articulare nequaquam poſſint, quomodo igitur ei laudem perficere poterant? Et reſpondet: *Dico, quòd non dicuntur infantes, propter ætatem, ſed propter ſimplicitatem, quia à malitia ſunt immunes*; hoc tamen non obſtante, dici etiam poſſe videtur, quòd ſuas quoque in ætate improportionata voces articulârint; ſiquidem non ſolùm dicitur: *Ex ore infantium*, ſed inſuper additur, *Et lactentium*: Idque dici poteſt, factum fuiſſe per miraculum, ut tantò magis Scribarum, invidorumque & malignorum Sacerdotum confunderetur ſilentium.

Interl. 11. Gloſſa Interlinearis dicit: *Perfectio laudis eſt, fieri ab indoctis, in quibus ſola veritas operatur, non ingenium hominis*: & ideò infantilis parvulorum ætas, eorundemque ignorantia, ad laudem illam perfectiorem
Theoph. reddendam concurrebant. Theophylactus ait: *Significat, perfectam & abſolutam oſtendiſti laudem, etiamſi illi propter ætatem imperfecti & viles eſſe videantur, non enim illi dicebant, quæ dicebant, ſed os ſolummodo accommodantes, ſpiritûs organa fuerunt, & ideo dicit: Ex ore infantium, innuens, quòd ea verba non ab illorum mente procederent, ſed quod os ſaum divinâ gratiâ movebatur.* Eandem quo-
S. Thom. in Mat. que opinionem in S. Thoma expreſſam hisce verbis invenio: *Quòd tales pueri laudant Deum, hoc eſt, ex divinâ inſpiratione, quia Dei perfecta ſunt opera, Deuter. 32. Unde non ex induſtria, ſed a Spiritu ſancto, Sap. 10. Qui linguas infantium facit deſertas.* *Deut. 32. 4.* *Sap. 10. 21.*

12. S. Hilarius notat, quòd cum ſapientum & prudentum hujusmodi linguæ mutæ factæ ſint, ſint aperta ſimplicium ora: *Ceſſantibus prudentum judiciis, hanc ſibi à pueris atque infantibus, quorum ſit regnum cœlorum, confeſſionis gloriam præparatam, quia prudentes & Principes ſæculi, ſapientiam Dei reprobaverint, Chriſtum autem regenerationis parvuli, lactentesque ſint prædicaturi.* Infantes ſupra ætatem & capacitatem ipſorum, inquit Chryſoſtomus, laudant filium Dei eique acclamant. *Fauſta & rebus ſupernis convenientia decantabant, viri autem furioſi loquebantur.* Hîc igitur, admiranda eſt Salvatoris noſtri benignitas & manſuetudo, qui maximâ cum prudētiâ verba ſubjungere noluit, quæ immediatè ſequebantur, ne malignorum hominum illorum animos magis exaſperarent. Fuitque hæc conſideratio Alberti M. dicentis: *Notanda eſt mirabilis modeſtia Chriſti, quia hoc, quod Propheta addidit, ſiluit, ne inimicum provocaret: propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & ultorem.* Fuitque hæc nobis ſpecialis doctrina, erudiens nos quoad charitatem proximis noſtris exhibendam, ut ſcilicet quando in ipſorum pectoribus, iræ ignem contra nos accenſum eſſe videmus, eundem miti, humili & modeſto reſponſo reſtinguere ſatagamus. Unde Author operis imperfecti, ſuper hoc Evangelium ſcribens, dicit, Chriſtum abiiſſe, *Ut recedendo compeſceret, quos reſpondendo non potuit, quia malitia non compeſcitur ſermonibus, ſed excitatur; malum enim hominem melius, locum dando, potes vincere, quàm reſpondendo.*
S. Chryſ. hom. 68. in Mat. *Alb. M. ib.* *Auth. Imp. hom. 38.*

Verſus 17.

Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique manſit.

Et relictis illis, abiit foras extra civitatem.

1. S. Thomas ait: *Derelictio illa, fuit ſignum, quòd ipſi dereliquerunt eum.* Chriſtus enim hunc populum peculialiter ſibi dilectum & electum, tantisque divinæ liberalitatis ſuæ muneribus per tot ſæcula æmulatum, in
S. Thom. in Mat.

in tantum dereliquit, in quantum idem priùs ipſum abjecit & deſeruit.

Seſſ. 6. c. 11. 2. Unde Concilium Tridentinum, hanc formavit concluſionem: *Nunquam Deus deſerit hominem, niſi prius ab homine deſeratur.*

Alb. M. ib. Albertus Magnus ait: *Abiit, non tam præſentiâ, quàm gratiæ ſubtractione ſynagogam relinquens; ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Unde Deus ipſe apud Jeremiam dicit: *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata, derelinquamus eam.* Verum quidem eſt, quòd urbs illa, à qua receſſit, Jeroſolyma fuerit; attamen hæc Jeroſolyma, adverſus ipſum, vera quædam Babylonia facta fuit; quantiscunque enim modis ipſe eidem fidei lumen, & ſui ac Dei notitiam communicare voluit, ſemper tamen irrito, caſſoque conatu id ab eo factum fuit. *Abiit*, inquit Lyranus *illis exæcatis per invidiam.* Quid verò demũ miſerabili huic populo accidit, poſtquam à Deo derelictus fuit? *Deus dereliquit eum, comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat.* Etenim in captivitatem deductus, & populorum omnium totius terræ ſervus & mancipium factus fuit, nec habuit, qui ſe protegeret, aut defenderet.

Lyran. *Pſ. 70. 11.*

3. Admiranda profectò circumſpectio & providentia Salvatoris, qui nulli, ex populo illo, aut civitate iſta, nocumentum aliquod adferre voluit. Unde Cajetanus ait: *Noluit tunc hoſpitari in Jeruſalem, ne redderet hoſpitem ſuſpectum, tanquam conſcium tantæ novitatis, qua Jeſus acclamatus eſt Rex*; cùm enim tanquam læſæ majeſtatis reus, poſt illam acclamationem, accuſari facillimè poſſet, ideò hoſpitem ſuum tanquam ejusdem criminis complicem, ſimili aliqua injuria affici nolebat. Unde Salmeron addit: *Si fortaſſis erat, qui ipſum ſuſciperet, nolebat Jeſus alicui periculo eſſe.*

Salmer.

Dion. Cart. ibid. 4. Dionyſius verò Carthuſianus, ideò Chriſtum Jeroſolyma abiiſſe cenſet, quia omnes quotquot Jeroſolymis erant, majori angebantur, pro conſervando Principum ſynagogæ, Sacerdotum & Phariſæorum favore, gratia, & amicitia, quam ut erga Chriſtum gratitudinis legi, qua obſtringebantur, ſatisfacerent. *Probabile eſt, quòd nullus in Ieruſalem audebat eum recipere hoſpitio, propter metum Pontificum, & conſpirationem Scribarum.* Quotidiana etenim experientia demonſtrat, quòd Deus in potiori hominum parte locum habere nequeat, ſolùm propter reſpectum, & intereſſe humanum.

S. Anſel. 5. S. Anſelmus ait: *Nota, quòd Chriſtus pauper venit, nulli unquam adulatus, nullam invenit hoſpitem in urbe.* Unde S. Marcus *Marc.* ſcribit: *Circumſpectis omnibus, cùm jam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam.* Ecce tibi, ubinam triumphi illius pompa tandem deſierit, ex toto illo innumerabili populo, qui illum adeò concorditer, veluti verum Meſſiam & filium David præconizaverat, ne vel unum invenit, qui fami ipſius aliquod ſubſidium ferret, vel qui ſub tectum ſuum, ipſum receptaret; & tamen adeò tunc famelicus erat, ut diluculo ſequenti, dum ad arborem ficûs accedens, nullos in ea fructus reperiſſet, eidem protinus maledixerit: Optimè igitur Janſenius hîc ait: *Ut irrideret hujus mundi gloriam, oſtenderetque, quod ſit inanis & infida, cùm tantos applauſus, tantasque honorificas acclamationes, ac tantum populi ſtudium ſecuta ſit crux.*

Marc. 11. v. 11.

Ianſen.

6. Nulla hoc loco circumſtantia, ſuo caret myſterio; *foràs*, inquit Evangeliſta, *extra civitatem.* Lucas Burgenſis ait: *Ut omnem occaſionem aufferret adverſariis ſuis, cogitandi & ſuſpicandi ipſum tanto plauſu exceptum, Regemque à multitudine declaratum, velle moliri aliquid noctu agere, de occupanda urbe, vel regno terreno ineundo.*

Luc. Burg.

In Bethaniam, ibique manſit.

S. Anſel. 7. S. Anſelmus ait: *Apud Lazarum, ſororesque ejus exceptus eſt hoſpitio, in quodam oppidulo.* S. Hieronymus ait: *In agro parvulo*; ecce tibi, quonam Dominus noſter, poſt totius illius ampliſſimæ civitatis triumphum & applauſus?

Auth. Imp. hom. 38. 8. Author Imperfecti ideo Chriſtum Jeroſolymæ tergum vertiſſe exiſtimat, quia inferendæ ſibi necis conjurationem, adverſus ſe machinandam prævideret, ideoque hoſpitium ſuum in Bethania, apud duas illas ſanctiſſimas ſorores, accipere voluit: *Ut illic requieſceret corporaliter, ubi & ſpiritualiter repauſabat; nam ſanctorum virorum eſt, non ibi quærere manſionem, ubi clariores ſunt viri, ſed ubi fideliores; nec gaudent, ubi epulæ largæ ſunt, ſed ubi ſanctitas floret.*

S.Th. in Matth. 9. S. Thomas in ſenſu myſtico exponit, dicens: *Tranſit in Bethaniam, in domum obedientiæ, ibi enim moratur Ieſus. Rom.6. Et manſit ibi, quia in obedientibus ſibi manet. Unde Ioan.14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit; & ſequitur: Et manſionem apud eum faciemus.* *Ioan.34. v.23.*

FERIA QUARTA POST PRIMAM DOM. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 12.

v.38. RESponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes: *Magiſter volumus à te ſignum videre. 39. Qui reſpondens ait illis: Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. 40. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti, tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. 41. Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ; & ecce plùs quàm Ionas hic. 42. Regina Auſtri ſurget in judicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis; & ecce plus quàm Salomon hic. 43. Cùm autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit. 44. Tunc dicit: Revertar in domum meam unde exivi, & veniens invenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam. 45. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus; ſic erit & generationi huic peſſimæ. 46. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus, & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei. 47. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te. 48. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? 49. Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. 50. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.*

Verſus 38.

Magiſter, volumus à te ſignum videre.

Magiſter.

S.Tho.in Matth. Pſ.27.3. 1. *Magiſter dicunt, tentando*, inquit S. Thomas, *Pſal.27. loquuntur pacem in ore ſuo, mala autem in cordibus eorum;* cui Angelici Doctoris opinioni S. Paſchaſius perfectè concordat, *S.Paſc. l. 6. in Mat.* neque enim ipſum Deum, ſed vulgarem hominem, ſicut nos ſumus, eſſe credebant. *Ideo adulatoriè magis & fraude, quàm ex fide vel religione eum magiſtrum vocant.* Et quidem *Chryſo. hom.44 in Mat.* conſideratio iſthæc ex Chryſoſtomo deſumpta eſt, qui in expoſitione hujus verbi, ita ſcribit: *Verba conſidera, quomodo adulatione ac deriſione plena ſunt, putabant enim aſſentatiuncula ipſum allicere, qui modo adulantur, modo convitiantur, modo dæmoniacum, modo magiſtrum appellant.*

2. Lucæ cap. 11. ubi major hujus Evangelii pars deſcribitur, illos, qui Chriſtum, quod in virtute Beelzebub dæmonia ejiceret, calumniabantur, manifeſtè ab eo confutatos & confuſos fuiſſe legimus; qui proinde cautiores facti, hoc Magiſtri nomine, Salvatorem compellant, quaſi ab eo edoceri vellent, *Abul.9. 84.* ſimulantes. Unde Abulenſis ait: *Timentes duram Chriſti increpationem; nam ſocii eorum, qui dixerunt: In Beelzebub ejicit dæmonia, fuerant nimis increpati; blandiùs ergo iſti loquuntur, ut non eſſet ita Chriſto occaſio eos arguendi.*

Volumus.

Dion. Cart. 3. Dionyſius Carthuſianus hoc verbum ponderans, dicit: *Quòd dicunt, Magiſter, ad humilitatem pertinere videtur, quod verò adjiciunt, volumus, ſuperbiam ſonat.*

4. Petitio iſthæc, illi Chriſti doctrinæ adverſari videtur, quæ in oratione Dominica ſive quotidiana nobis præſcribitur, dum in ea à Deo Patre orare jubemur, ut *Matt.6. v.10.* non noſtra, ſed ipſius voluntas fiat: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra.* Quam porro doctrinam ipſemet quoque executus fuit, dum ait: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu: deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam.* Euſebius Emiſſenus ait: *Non rogant, neque poſtulant, ſed inflato ſtomacho ac erecta cervice, dicunt: Volumus;* unde ſuperbiam, & animi ſui elationem non occultant, ſed propalant. Enimvero voluntas propria in ſacra Scriptura, ſemper condemnatur: *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua avertere; ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gladium inimicis tuis.* Proprium hoc eſt impiorum idioma, ſive modus loquendi, quo dicunt: *Volumus.* Unde levicula ſaltatrix illa caput S. Joannis hiſce verbis propoſuit: *Volo, ut protinus des mihi in diſco, caput Joannis.* Paulus de Palatio ait: *O ſi nunquam hæc vox volumus à nobis prodiret! O ſi nunquam voluntas noſtra, noſtra eſſet! O ſi ſolùm vellemus, quod Deus vellet, hæc noſtra voluntas eſt, quæ nos in infernum præcipitat. Quis ferat, ſervum coram Domino dicere: Volo?* Quotieſcunque Dei voluntatem adimplemus, tunc ſecuri eſſe poſſumus, quòd voluntas noſtra adimpleatur; ſiquidem à Spiritu ſancto dictata veritas eſt, qua dicitur, quòd Deus noſter *voluntatem timentium ſe faciet.*

Matth. 26. v.39. Ioan.6. v.38. Euſ. Emiſ.ho. in hac fer. Eccl.18. v.30. & 31. Marc.6 v.25. Paul.de Pal. in Mat. Pſ.144. v.19.

A te ſignum videre.

5. Author Imperfecti, in perſona Chriſti, interrogat: *Signum vultis videre?* quaſi Dominus noſter diceret: Ubinam eratis, quando ſpiritus infernales à me non virgâ aut ferulâ, ſed voce mea caſtigati, vociferabantur, dicentes: *Quid nobis & tibi Jeſu Nazarene? Veniſti ante tempus torquere nos; ſcimus te, quia es filius Dei*; dæmones igitur, miraculis meis viſis, ſteterunt attoniti, vos autem illa ne quidem aſpicere dignamini? Ubinam eratis, quando cæci lumen ſibi oculorum à me reſtitui poſtulabant? *Cæci, me non videntes, viderunt, & vos videntes, me non vidiſtis?* Ad quas quæſtiones reſponderi poteſt, quòd, tametſi improbi homines iſti multa à Chriſto patrata prodigia viderint; hoc tamen fuerit perverſorum illorum ſupplicium: *Ut videntes non videant.* Enimvero Sol, quantum eſt ex parte ſua, nos illuminat, ſi verò nullâ ab ipſo luce colluſtremur, non eſt ejus defectus, ſed id ab indiſpoſitione

Aut. Imp. hom.30. Marc.1. v.24. Lucas Burg.

ſitione noſtra procedit, qui ipſius lucem ſubterfugimus: & ideo ſicut depravatus ſtomachus cibos, etiam delicatiſſimos & ſaluberrimos, in malos humores convertit; ita quoque ſacroſancta Salvatoris noſtri opera & miracula, phariſaicam magis magiſque accendebant invidiam, eamque adverſum ſe longè ſemper ferventius irritabant.

Luc. 11. 15. 6. Apud S. Lucam, Chriſti miracula magiæ attribuebant, dicentes: *In Beelzebub Principe dæmoniorum, ejicit dæmonia.* poſtea verò de hujus calumniæ falſitate convicti & confutati, ne illi cedere ullatenùs viderentur, miracula cœlitùs ab eo fieri poſtularunt: *Tentantes, ſignum de cilo quærebant ab eo,* id quod S. Hieronimus declarans, dicit: *Vel in morem Eliæ ignem de ſublimi venire cupiebant: vel in ſimilitudinem Samuelis, tempore æſtivo contra naturam loci, mugire tonitrua, coruſcare fulgura;* ipſe verò petitioni ipſorum nequaquam acquievit, quia ut S. Thomas ait: *Etiam ſi daret ſigna cœleſtia, non crederent, joan. 3. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero cœleſtia, credetis?* Malitiæ etenim ipſorum nihil erat facilius, quàm ut quodvis ab eo, etiam de cœlo, patratum miraculum, calumnia falſitatis aſpergerent. Et ideo S. Paſchaſius ait: *Quaſi non poſſent & iſta, ſi fierent, calumniari.* Eouſque enim ipſorum excreverat obſtinatio, ut Chriſto non crederent, quamvis admirabili & prodigioſa virtute, miracula & portenta multiplicaret; unde tamen operæ pretium fore exiſtimarunt, ſi mortem ei machinarentur, eumque velut lapidem offenſionis, è medio tollerent. *Quid facimus, quia multa ſigna facit:*

S. Hier. *Ioan. 3. 12.*

Chryſoſt. hom. 44. in Matth. 7. Chryſoſtomus optimè obſervat, quòd Evangeliſta dicat: *Tunc reſponderunt ei quidam de ſcribis: volumus à te ſignum, &c.* unde dicit: *Tunc iſtud, quando ſigrificat, ut ſit ſenſus: quando ſcilicet flexos jam eſſe oporteret, quando admirari atque obſtupeſcere, quando ſaltem confuſi recedere debebant, tunc in maliguitate atque pervicacia ſua pertinaciter perſeverant;* porro Lucas Burgenſis, ex alio quodam capite, malignitatem ipſorum conjicit; quia dicit, ſperabant Chriſtum petita miracula minimè patraturum fuiſſe, tum ne curioſitati, malæque ipſorum intentioni correſponderet, tum ne potentiæ ſuæ virtutem

Luc. Burg.

ingeniter oſtentare videretur, in hoc enim caſu latum ſibi campum aperiendum fore credebant, ad diminuendam ejus, quam penes populum habebat exiſtimationem, quia huic perſuadere ſe poſſe cogitabant, quòd quidquid hactenus prodigiorum patraſſet, id totum dæmonum ſubſidio & commercio, quod ipſi cum illis intercedebat, attribui poſſet. *Eò verò ſtudioſius petebant, ut, cum non ederet, perſuaderent populo, non eſſe illi cum Deo negotium, ſed cum ſatana, quia non poſſet ſignum è cœlo producere, ſed ex inferis potius proferret, conſuetudine cum dæmonibus inita.*

8. Lyranus per hoſce Sacerdotes & Scribas, illos intelligi poſſe cenſet, qui ſecretorum cœleſtium intelligentiam, ſphæra capacitatis ipſorum longè ſuperiorem, ſibi arroganter vendicare prætendunt: *Per iſtos, qui quærebant ſignum de cœlo, ſignificantur cupidi Theologi, nitentes præſumptuosè intima divinitatis perſcrutari, & ſic opprimuntur à gloria, quia per hoc aliquando labuntur in erronea documenta.* *Lyran. ib.*

9. Dionyſius Carthuſianus argutè conſiderat, Scribas hoſce, pro uno verbo bono, plurima poſtea ſubjungere impertinentiſſima verba: *Magiſter,* ecce unicum illud verbum bonum, quod verò reliquum eſt verborum ea nil niſi ſuperbiam, invidiam, & perfidiam ipſorum indicant: *Quod dicunt Magiſter, ad humilitatem pertinere videtur, quod verò adjiciunt: volumus, ſuperbiam ſonat; ſed quod ſubdunt: ſignum videre, ea, infidelitate & curioſitate procedit.* *Dion. Cart.*

Verſus 39.

Qui reſpondens, ait illis: generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ.

Generatio mala.

1. Chryſoſtomus, Chriſtum illos reprehendiſſe putat, appellando illos generationem perverſam, propter fictionem & ſimulationem ipſorum. Lucas Burgenſis idem quoque cenſet, præcipuè tamen probroſo hoc nomine illos à Chriſto appellatos eſſe credit, propter ipſorum hypocriſin & *Chryſ. hom. 44. in Matt. Lucas Burg.*

adulationem, quacum in oculis Chriſti comparere volebant: *Summa libertate adulatoribus hypocritis reſpondet, in eoſque invehitur, qui perverſo, non ſimplici animo ſigna petebant.* Hoc igitur ei attributo Magiſtri titulo adulari ipſi volebant; unde obſervandum eſt, quòd, quando paulò ante illum infamaverant, dicendo: *In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia*, ut videre eſt apud S. Lucam, Chriſtus illis magna cum benignitate reſpondit, confutando ſolum ipſorum errorem, quo hac in re tenebantur: at verò modò, dum fingunt & adulantur, cum aſperitate quadam illos objurgat; cujus diſcriminis Chryſoſtomus, licèt ad aliud quoddam propoſitum ſcribens, rationem reddere poteſt; dicit enim hic S. Doctor: *Si averſari nonnullos docet, adulatores magis quàm contumeliantes odiſſe oportet, major enim ex adulatione peſtis, quam ex vituperatione oriri ſolet, & facilius hanc, quàm illam ſuperare poſſumus.* In quo eodem ſenſu Sapiens loquitur, dum ait: *Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.* Suum apud illos honorem & innocentiam manſuete reſpondendo, defendit, quando bonæ famæ ipſius detractores exiſtunt: at verò dum ſe hypocritas exhibent, fingunt, & adulantur, mox illos ſevere reprehendit, aſperiſque & probroſis verbis alloquitur, ut hac ratione nos doceat, adulatores magis fugiendos, longèque Reipublicæ pernicioſiores eſſe, quàm detractores.

Luc. 11. 15.

Chryſo. hom 88. in Mat.

Prov. 27 v. 6.

2. Chryſoſtomus improperium iſtud à Salvatore, cæteroquin miti & manſueto, prolatum fuiſſe cenſet, ob ingentem ipſorum ingratitudinem: *Generationem malam nuncupavit, tum quia ſemper ingrati benefactoribus exſtiterunt, tum quia ſuſceptis beneficiis, (quod extremæ vitioſitatis eſt,) ad malignitatem incitantur.*

Chryſoſt. ho. 44. in Matth.

3. Hugo Card. illos Generationem malam appellatos fuiſſe dicit, propter invidiam: *Mala, per invidiam.* S. Thomas illos hoc modo appellatos fuiſſe autumat, propter ſtructas illius vitæ varias inſidias. *Mala, quia inſidiatores erant*; quibus proinde exprobrare hæc verba jure potuiſſet: *Generatio prava atque perverſa*; *hæccine reddis Domino, populeſ ſulte?* Beda ait: *Malam dicit, propter transgreſſionem mandatorum Dei.*

Hugo Card. ibid. S. Thom. in Mat. Deut. 32 v. 6. Beda in Matth.

Et adultera.

4. S. Hieronymus ait: *Egregiè dixit adultera, quia dimiſerat virum, & juxta Ezechielem, multis ſe amatoribus copulaverat.* Chryſoſtomus dicit, Chriſtum per hunc adulterii titulum, populi hujus infidelitatem denotare voluiſſe, tum antecedentis, tum præſentis. Author Imperfecti, meretricis cujuſdam ſimilitudinem adducit, quæ ſe marito ſuo bene quidem velle fingit, ſed interius adulterum diligit; in faciem quidem ſe confortem diligere ſimulat, & tamen in corde ipſius amor laſcivus flagrat: *Sic & Judæi videbantur eſſe Dei cultores, erant autem diaboli amatores.* Beda ait: *Adulteram vocat, quia derelicto Deo vero, diverſarum gentium idolis ſerviebat.* Dionyſius Carthuſianus probroſum hoc adulteræ nomen de adulterio ſpirituali intelligendum eſſe dicit. *Spirituali adulterio ſcilicet recedendo à Deo*, prouti in Oſeam dicitur: *Fornicati ſunt à Deo ſuo.*

S. Hier. ibid. Chryſoſt. ib. ho. 44. Aut. Imp. ho. 30. Bed. ib. Dion. Carth. ibid. Oſe. 4. 12.

Signum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ.

5. Hiſce verbis Chriſtus, ex mente Janſenii, dicere voluit, ſe nullum de cælo patraturum eſſe miraculum, prouti ipſi alias poſtulaverant, ſuo tamen tempore ſe daturum eſſe ſignum quoddam, totaliter diverſum, cæterum ſe talia hactenùs miracula patraſſe, ex quibus ſufficienter agnoſcere poſſint, ſe verum in lege promiſſum Meſſiam eſſe. Quod idem Lucas Burgenſis ait: *Non dabitur ei, quale petit; nec enim quærit, ut veritatem agnoſcat, nam & illa, ut cognoſcatur, ſufficiunt, quæ edita ſunt, Deus autem non debet hominum voluntati obſequi, præcipuè depravatorum.*

Ianſen. conc. ev. c. 49. Lucas Burg.

6. Veruntamen ſe illis pro illo tempore, Jonam Prophetam pro ſigno dare velle declaravit, id eſt, ut Albertus Magnus exponit: *Quod ſignificatum eſt per ſignum vel miraculum, quod contigit in Iona.* S. Thomas ait: Per ſignum Jonæ *ſignatur mors Chriſti*, id quod etiam ex verbis ſequentibus clarè deducitur; ſiquidem ut Joan. 8. legitur, Chriſtius clarè dixit: *Cum exaltaveritis filium*

Alb. M. S. Thom. in Mat. Joan. 8. v. 28.

filium hominis tunc cognoſcetis, quia ego ſum. Tunc enim latro ipſum Regem agnovit cœlorum, Centurio ipſum filium Dei verum eſſe, confeſſus eſt; multi inſuper alii *revertebantur percutientes pectora ſua* Quando Joan. cap. 2. æterni Patris ſui cultum à venditoribus qui in templo erant, profanatum, eoſdem ejiciendo zelavit; tunc de authoritate, quâ id faceret: & de ſigno, quo divinitatis ſuæ authoritatem authenticaret,

Ioan. 2. v. 19. poſtulatus reſpondit: *Solvite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud*; *ille autem*, ut Evangeliſta ſubjungit, *intelligebat de templo corporis ſui.* optimè quoque hiſtoria Jonæ Prophetæ, cum paſſione Domini conſonat; ſicut enim ille in mare projectus fuit, ita & Chriſtus acerbiſſimo paſſionis mari im-

Thren. 2. v. 13. miſſus fuit: *Magna velut mare contritio tua:* Jonas à tempeſtate maris, & à ceto abſorptus fuit: Chriſtus quoque de ſemetipſo dicit:

Pſ. 68. 3. Ioan. 1. 12. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me, Tollite me, & mittite in mare*, inquit Jonas, *& ceſſabit mare à vobis?* De com-

Ioan. 18. v. 14. muni quoque Salvatore noſtro Caiphas dicit: *Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.*

S. Anſel. 7. S. Anſelmus in ea eſt opinione, quòd Chriſtus illis dare intenderit aliud quoddam ſignum, totaliter ab illo, quod poſtulaverant, diverſum: *Reſpondit dicens, ſe non de cœlo ſignum dare, quod indigni erant videre, ſed de profundo inferni, quale eſt Jonas Propheta à ceto voratus hoc eſt, Chriſtus de abyſſo, & mortis faucibus liberatus.* S.

S. Thom. in Matth. Thomas illos indignos fuiſſe ſcribit, qui ſignum aliquod de cœlo acciperent. *Hoc enim dedit Apoſtolis ſuis, qui viderunt eum aſcendentem, qui gloriam Dei viderunt in monte, ſed iſtis non dabitur niſi ſignum in inferno, quantum ad animam, & de terra quantum ad corpus.*

Theoph. 8. Theophylactus ait: *ſignum dicit reſurrectionem ſuam, ut admirabilem.* Etenim Chriſti reſurrectio, ipſum, præ quovis alio vitæ ſuæ myſterio, verè Deum eſſe demonſtrat; hanc autem, ſignum Jonæ appellat, quia in Jona ejus figura præceſſit: & quidem

Ianſen. ib. Chriſtus ideo, ut Janſenius notat, ſemper ferè cum incredulis Judæis agens, ut illos de ſuæ divinitatis veritate convinceret, argumento uſus fuit ſuæ reſurrectionis: Eò *quod illud omnium efficaciſſimè demonſtret, quiſnam ipſe eſſet.*

9. Lucas Burgenſis idem hoc ſignum, ruinam ipſorum demonſtraſſe. exiſtimat: *dabitur ei ſignum quod minimè deſideret, non è ſummo cœlo, ſed ex ima terra; quo ſemel opprimatur, ita ut vel credat, vel pereat: reſurrectio enim, ut erat ſumma Ieſu gloria, ita ſummum erat tormentum inimicis ejus.* *Luc. Burg.*

Ejuſdem quoque opinionis cajetanus fuit, qui obſervat, quòd illis proponat Jonæ ad Ninivitas miſſi factum, quaſi dicat: *Sic ego pluſquam Ionas, prædico vobis ſalutem pœnitentiam, ero triduo mortuus & reſurgam, & inde veſtra ſubſequetur ruina per Romanos.* *Cajet.*

10. Quòd ſi quæras, cur Chriſtus petitioni ipſorum non ſatisfecerit. exhibendo illis ſigna quæ perierant? reſponderi inprimis poteſt, præter id, quod jam dictum eſt, Chriſtum, increatam illam ſapientiam in patratione miraculorum hoſce ſibi præcipuè habuiſſe propoſitos fines, nimirum æterni Patris ſui gloriam & animarum verum profectum, atque æternam ſalutem, non verò oſtentationem atque applauſum humanum; ac proinde ab hiſce petitis ſignis patrandis ex propoſito abſtinuiſſe, quia illos eadem vel ex curioſitate, vel ex malitia poſtulare certò ſciebat: *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognoverunt.* Etenim Salvator noſter gratial ſuas, quas in noſtrum beneficium libentiſſimè donaturus eſſet, dare nobis nihilominus differt, aut prorſus abnuit, ne eos, quos illis abuſuros eſſe certò prævidet, acerbiùs propter illa caſtigare cogatur. *Pſal. 73. v. 4.*

11. Reſponderi item poſſet, quòd ſi, ut illos facere par erat, ſacras attentè & ſollicitè evolviſſent Scripturas, quibus Meſſiæ prædicebatur adventus, utique ex illis perſpicuè agnoviſſent, longè alia adventus ſui ſigna ab ipſo edenda eſſe, quàm ea, quæ ipſi curioſè ab ipſo poſtulabant.

Verſus 40

Verſus 40.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus, & tribus noctibus.

Ianſ. ibid. 1. Janſenius optimè notat, Chriſtum inter & Jonam non ſolùm hanc interceſſiſſe analogiam, verùm plures quoque alias in medium adduci poſſe. Sicut enim Jonas ad ſedandas maris tempeſtates, ſeſe ultro & ſponte in mare ab illis projiciendum obtulit; ita quoque Chriſtus ad æterni Patris, humano generi graviſſimè indignati, iram placandam, ſeſe ſponte in ignominioſam mortem ſubeundam tradidit Jonas Judæa relicta, in Niniven, prædicandi cauſa ſeſe recepit, eandemque brevi tempore ad meliorem frugem convertit: *Ita & Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam, relictis obſtinatis Iudæis per Apoſtolorum prædicationem multas gentes ad fidem & pœnitentiam ſubitò convertit.* Quibus addi poteſt, quod, ſicut Jonas dicit: *Adhuc quadraginta dies, & Nineve ſubvertetur*: ita quoque miſericors Salvator Judæis, ante Jeroſolymæ deſtructionem, eorumque per omnes mundi plagas diſperſionem, quadraginta ſolidos annos ad reſipiſcentiam, licèt irrito affectu, indulſit. *Ioan. 3. 4.* *Paul. de Palat.* Eandemque quoque obſervationem Paulus de Palatio adducit, videlicet multas quoque in Jona alias concurriſſe actiones, per quas Chriſto comparari potuiſſet, cur autem Chriſtus ſupradictam ſimilitudinem ſolam, & non plures adduxerit; hæc potiſſima, ut reor, ratio fuit, quia per nullam evidentiùs ſe verè Deum & Meſſiam eſſe in lege promiſſum oſtendere potuit; quia cùm Salvator per cor terræ, infernum intellexerit, eoque poſt mortem quoad animam deſcenderit, ut tanquam Deus Majeſtatis & omnipotentiæ infinitæ, captivos inde è lymbo Patres antiquos educeret, quiſnam eſſet, ſatis evidenter declaravit. Unde ſanctus Apoſtolus dicere non dubitavit, quòd triumphalis Chriſti in cœlos aſcenſio, in qua & à terra, & á cœlitibus, tanquam verus Rex gloriæ, agnitus fuit, nec nõ ipſius, ad æterni Patris ſui dexteram gloriosa ſeſſio, veri fuerint hujus ſui in cor terræ deſcenſus effectus. *Quòd autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? Qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos*; in hoc namque corde ſive centro terræ, & ſecundùm animam in triduo mortis conſtitutus, infernalis illius Cerberi fauces fortiter ligavit, & conſtrinxit: *Apprehendit draconem ſer-* *Eph. 4. 9.* *ibid. v. 10.* *pentem antiquum, qui eſt diabolus, & ligavit*, innumeraſque electas Sanctorum animas, ex tetro illo carcere potenter exemit. Unde Eccleſia in hymno aſcenſionis ita canit: *Inferni clauſtra penetrans, tuos captivos redimens, victor triumpho nobili, ad dexteram Patris reſidens*; denique infernum, in verum quendam Paradiſum commutavit, dum animabus illis beatitudinem, & claram Dei viſionem conceſſit. Chryſoſtomus ſuper illud verbum: *In corde terræ*, ita ſcribit: *Non ait in terra, ſed in corde terræ, ut & ſepulchrum denotet, & nemo apparentiam fuiſſe ſuſpicetur.* S. Anſelmus in ſenſu morali ait: *In corde terræ id eſt, in corde terrenorum, jam deſperantium, & dicentium: Nos ſperabamus, quod redempturus eſſet Iſrael; ſic enim erat Chriſtus in quorundam corde humano, quaſi quilibet jacens in ſepulchro.* *Apoc. 20 v. 2.* *Chryſoſt. hom. 44. in Matth.* *S. Anſel. Luc. 24. v. 21.*

2 Porro qualiter prædictio illa Chriſti adimpleta fuerit, idipſum inter ſacros expoſitores non eſt ſatis liquidum, quia tametſi quoad dies, triduum ſalvari poſſit, attamen in noctibus difficultas eſt, quomodo ternarius numerus reperiatur, & quidem S. Ambroſius ſolem, hunc in modum loquentem, introducit: *Inveni, quid faciam, ut & moras non faciam, & numerum dierum meorum cuſtodiam, non faciam integrum diem, & integram noctem abbreviabo horas, ut tribus quidem diebus ac noctibus ſit inter mortuos Dominus Ieſus, citius tamen quàm trium dierum & noctium intervalla patiuntur, reſurgam.* S. Gregorius Nyſſenus autem, ut ternarium noctium numerum ſolvat, tres quoque tenebrarum horas, quæ in die crucifixionis acciderunt, computat inter noctes, dum ait: *Nam ſi Deus noctem tenebras appellavit, tribus autem horis tenebræ factæ ſint ſuper univerſam terram, ſpatium illud, in diei medio conſtitutum, nox fuit.* *S. Ambr. l. 1. c. 5. de interpel.* *S. Greg. Nyſſ. or. 1. de Paſch.*

Verſus 41.

Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam ; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ ; & ecce pluſquam Ionas hic.

S.Thom. de ill. Nov. conc. in hac fer. Cornel. à Lap. in Matth.

1. S. Thomas de Villa Nova ait : *Quid verò illuſtre magis & inſigne, ad pœnitentiam hominibus commendandam afferri poteſt, quàm factum hoc Ninivitarum ? Singulare omnibus ſæculis monumentum.* Etenim nonnulli exiſtimant, illo Jonæ tempore, Sardanapalum in Ninive regnaſſe ; ſiquidem populus ille idolis, & cuivis vitio deditus, ſuiſque delitiis & voluptatibus funditùs immerſus, Dei autem totaliter oblitus erat ; & tamen mox, ut Jonæ viri profugi & nudipedis vocem, ad meliora exhortantem, audit, adaſperrimam ſe pœnitentiam recipiens, adeo ſanctè & ſyncerè ſe convertit, ut divinæ juſtitiæ ſua eripiens fulmina, eandem planè exarmarit : *Pœnitentiam ex corde geſſit, & veniam promeruit*, inquit S. Ambroſius.

S.Ambr.

2. Porro fideles, ſuperiori ſeptimana voluptates ſuas ſectati ſunt in ſenſualitate carnis, in conviviis, in commeſſationibus, choræis, aliiſque ſimilibus Bacchanalium profanis diſſolutionibus, quas proinde Eccleſia hoc tempore ad pœnitentiam aſſiduè exhortatur, utpote qua mediante, ſuperioris temporis iniquitatum facilem conſequentur veniam : *Quando enim Deus in ſuis cultoribus & fidelibus, veram deſiciet pœnitentiam,* inquit S. Thomas, *qui etiam in hominibus, alioqui idololatris & paganis, eam non deſpexit?* Generoſo igitur animo, ad pœnitentiam recurramus, ne à viris Ninivitis in die judicii convicti, confundamur.

S.Thom.

Luc. Burg.

3. Lucas Burgenſis hac de re ita diſcurrit : In civitate Ninive populus quidam planè barbarus, atque à veri Dei cultu planè alienus habitabat, & tamen idem ille populus, mox ut virum quendam incultum, peregrinum, nudum, nec ita pridem è ventre ceti cujuſdam ejectum, vicinum eidem civitati excidium comminantem audivit, fidem verbis illius adhibens, à ſolitis vitiorum præcipitiis ſe ſubduxit, ſeriamque ſacco cilicino & cinere coopertus egit pœnitentiam : Ex altera verò parte Judæi, qui veri Dei cultum profitebantur, atque in ſacris literis à puericia eruditi & inſtructi fuerant, audientes natum in medio ipſorum, veri Dei filium, ipſiſque dudum promiſſum advenſſe Meſſiam, à tot Prophetarum oraculis, ipſis clarè ſatis prædictum, quemque Joannes coram ipſis, digito demonſtravit præſentem, quique ſe per innumera, eaque irrefragabilia miracula, tanquam verum Meſſiam ipſis & toti populo utilem & beneficum eſſe probaverat, ac pœnitentiam prædicans, cælorum regnum ipſis promiſerat : *Nec credunt, neque averſi ab animi ſui pervicaci malitia pœnitentiam agunt, imò contra impie ejiciunt benefactorem, afficiunt injuriis, blaſphemant, denique morte multant, nec meliores evadunt.* S. Anſelmus proinde dicit : *Ninivitæ ſine ſignis ad pœnitentiam converſi ſunt : Judæi vero nec per ſigna voluerunt converti.* Jonas Propheta è Balenæ viſceribus egreſſus, Ninivitis prædicavit, ab eiſque, ut ferò ſe converterent, obtinuit : *In me autem cùm ſurrexero, non credetis*, ait in perſona Chriſti Theophylactus. Ninivitæ Prophetæ loquenti, promptiſſimam adhibuêre fidem, Chriſtus autem, qui in ore Prophetarum omnium locutus fuerat, apud Judæos prædicans, paſſus eſt repulſam, inquit Author Imperfecti. Ninivitæ, qui nec à Prophetis edocti fuerant, nec Chriſtum aut ejus Apoſtolos unquam loquentes audiverant, neque Moſaicæ legis beneficium acceperant, ad unius Prophetæ vocem, ſeſe ad meliorem recipientes vitæ frugem, rigidam egerunt pœnitentiam : *Ibi tot præceptis eruditi legis & Prophetarum à Domino receſſerunt, illi, qui ſemper fuerunt populus diaboli, intra dies tres, facti ſunt populus Dei : Iſti, qui ſemper eſſe videbantur populus Dei, intra dies tres, crucifixo Chriſto facti ſunt populus ſatanæ.*

S.Anſel.

Theoph.

Author Imperf. ho. 30.

4. Paulus de Palatio in ea opinione fuiſſe videtur, quòd videlicet Ninivitarum iſtorum pœnitentia, Deo adeo grata & accepta fuerit, ut ſimul cum ſanctis Apoſtolis futuri ſint in judicio finali, ſupremi Judicis aſſeſſores ; dicit enim : *Non abſurdè forſitan intelligi*

Paul. de Palat.

intelligi poterit, quosdam tanto fervore ad Deum conversos, ut vitæ Apostolicæ essent quædam figura; apostolicorum enim hominum est, reliquos in iudicio condemnare. Dionysius Carthusianus verba illa: *Surgent in judicio & condemnabunt*, alio quodam sensu interpretatur; dicit enim ly condemnabunt, hunc sensum habere, ac si diceret: *Suo facto præterito ostendent, eam damnatione dignissimam esse.*

Dion. Cart.

S. Hila. c. 21. in Matth.

5. S. Hilarius dicit: *Idcirco in Resurrectione eos judicabunt, quia in his repertus timor Dei fuerit, quibus lex non erat prædicata; hoc magis indigni veniâ quia ex lege sunt infideles, quo plus fidei in eis, qui legem ignoraverunt sit repertum.* Enimvero non minus aptè adversus multos Christianos, in vitiis suis obstinatos, adduci potest illa Isidori Pelusiotæ sententia, seu potius improperium: *Comminationem extimuerunt* [ita de Ninivitis scribit] *& ad inopinatum eventum exterriti sunt; nos ingrati adversùs eum manemus, atque ad resipiscentiam inflexibiles.*

Isid. Pelusi. l. 1. ep. 154.

Ecce plusquam Ionas hic.

S. Pasc. l. 6. in Matth.

6. S. Paschasius, Christum his verbis dicere voluisse existimat; hic vobis præsens aliquis adstat, qui Jonâ longè major existit. *Hic autem non nomen accipiendum, sed adverbium loci, quoniam in præsentiarum erat Christus, qui loquebatur sic de se, quasi de alio, ac si diceret: Hic inter vos est, qui plus est, quàm Ionas.* Porro prærogativæ, quibus Christus Jonam præcelluit, multæ sunt. *Ille a ceto exsiliit, ego à morte resurgam*, inquit Chrysostomus, Christus in impassibili & glorioso corpore è sepulchro, propria virtute resuscitatus, egressus fuit, quod longè excellentius est, quam è faucibus ceti ejici illum, qui nunquam mortuus fuit, Christus mortis vincula distrupit *Gemens infernus ululat, cum Rex ille fortissimus, mortis confractis viribus, pede conculcans tartara, solvit à pœna miseros.* Prophetæ ex ore Dei loquebantur: *Hæc dicit Dominus*, quia subditi & servi illius erant: *Nam cum ille servus fuerit*, inquit Chrysostomus, *ego Dominus sum*; & tamen Jonas, valde invitus sese prædicandi causâ, in Niniven recepit; non verò sic æterna hæc & incarnata sapientia, quæ tanta cum facundia, tantáque cum promptitudine, animique alacritate Judææ prædicavit, ut illi auditores ipsius acclamarint: *Nunquam sic locutus est homo*; & Petrus ei dixit: *Verba vitæ æternæ habes.* Jonas patriâ, religione, moribus & lingua, Ninivitis peregrinus & advena erat: Christus verò *In propria venit. Ille Assyriis genti incredulæ*, inquit S. Paschasius, *Ego Iudæis populo Dei, ille alienis à lege Dei, ego meis civibus semper à lege & prophetis, ea quæ promissa sunt, Patribus exhibeo.* Hugo Cardinalis Jonam illi populo triduo duntaxat, & non amplius prædicasse scribit, quòd idem similiter S. Paschasius, super septuaginta interpretum versione fundatus, docet: *Juxta septuaginta Ionas tribus diebus Ninivitis pœnitentiam prædicavit, ego verò tanto tempore: Ille voce tantùm locutus simpliciter*, ait idem Sanctus, *nihil signorum faciens*, siquidem ipsum aliquod in Ninive patrasse miraculum, haud quaquam constat: *Ego innumeris præstiti beneficia gratis.* Unde Chrysostomus ait: *Ninivitæ quidem absque signo aliquo credidêrunt, cum vos multa miraculorum signa videatis*; Qui idem S. Doctor aliam quandam observationem adjungit, dicens: *Nec quicquam, ante Ionæ verba illi audierunt, cum vos per diversa genera Philosophiæ ego educarim.* Præterea Jonas Ninive, vicinum & proximè imminens prædicabat exterminium, Christus autem totus intentus erat, ut cælorum regnum adeundum, infernum verò æternaliter obserandum esse prædicaret. *Subversionem ille orbi futuram*, inquit Chrysostomus, *prædicavit, ego regni cælorum Evangelia vobis enuntio.*

Chrysost. ho. 44. in Matt.

Chryso.

S. Pasch. ibid.

Hugo Card.

Chrys. ib.

Versus 42.

Regina Austri surget in Iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam quia venit à finibus terræ, audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic.

1. Hoc de Regina Austri, à Christo adductum exemplum fortius, quàm quod de Jona attulerat, Judæos stringebat; quia, quòd Ninivitæ, vocem Jonæ audientes, pœnitentiam egerint, vitamque suam seriò emendarint, id adeo mirum non erat, siquidem id fecerunt, quia se, in communi illo

Ioan. 7. 46.

Ioan. 6. 69.

Ioan 1. 11.

Ninive excidio, vitam pariter & facultates amiſſuros eſſe formidabant: at verò Regina iſthæc ob longè minoris momenti motivum, ſpretis omnibus tam prolixi itineris incommodis atque moleſtiis, contemptisque tot regni ſui, per ejus abſentiam, imminentibus diſpendiis, regni curis poſthabitis, Jeroſolymam adiit, idque ex nullo alio motivo ducta fecit, quàm tantùm, ut Salomonis auſcultaret, ſæpius ſibi deprædicatam, ſapientiam: quantò igitur Judæi inexcuſabiliores erant, qui verum Salomonem, è cœlo ad ipſos deſcendentem, ut ipſos in æternæ ſalutis via ſectanda inſtrueret, tam turpiter & ignominiosè ſpreverunt Lucas Burgenſis, hanc à Chriſto adductam Antitheſin, hunc in modum exaggerat. Mulier quædam gentilis & pagana, in ſchola Dei minimè inſtructa, quin potius in vaſti cujusdam regni innumeris curis, negotiisque continuò occupata, admirabili duntaxat Salomonis ſapientiâ commota, iter quoddam laborioſiſſimũ & ſumptuoſiſſimum, ut ipſum audire poſſet, ab ultimis mundi finibus veniens, in ſe ſuſcepit, & quidem tametſi cum illo nonniſi de rebus naturalibus & terrenis locuta & converſata fuerit, veruntamen ſalutaribus ejus quoque conſiliis propinquius acceſſit, iisque acquievit: *Judæi autem divinæ legis alumni, ſacris litteris addicti, Chriſtum Dei virtutem ac ſapientiam, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ Dei, rejiciunt.*

Luc. Burg.

2. Quia igitur Judæi, aliquo ſaltem initiali lumine illuſtrati, Chriſtum verum eſſe Meſſiam agnoſcere potuerunt, & tamen de hâc notitia ſeſe certiores omnino reddere neglexerunt, ideo ab hac Regina condemnandi erunt, quæ ad Salomonis ſapientiam auſcultandam, ab ultimis mundi finibus receſſit. Sanctus Hieronymus autem dicit: *Condemnabit eam, non ſententiæ poteſtate, ſed comparationis exemplo.* Hugo Cardinalis dicit: *Notabilia in hac Regina concurrunt varia, ſexus fragilis, de remotis, cum difficultate, relicto imperio, cum muneribus, ad purum hominem, ſolâ famâ cognita venit*; quæ omnia, quantum judæorum culpa aggravetur, ſatis oſtendunt: *Dominum negligunt, viri præſentem, gratis oblatum, ſui generis, beneficum, Deum & hominem, miraculis approbatum.*

S. Hier. in Mat. Hugo Card. ibid.

3. Sanctus Anſelmus in ſenſu morali ita ſcribit: *Myſticè verò per Ninivitas, & Reginam, totus gentilis populus ad fidem converſus ſignificatur. Ninivitæ enim ſignificant eos, qui peccare deſiſtunt: Regina eos, qui peccare neſciunt, pœnitentiam enim peccatum abolet, ſapientia cavet.*

S. Anſel.

4. Hæc eadem verba, multis fidelibus, ſalutem ſuam negligentibus, ſeque ſpiritualibus, theſauris ſocupletare minimè curantibus iis præſertim, qui hîc Romæ degunt, improperari jure merito poſſunt, eò quòd ad hanc almam urbem, tot alii ferventiſſimi Chriſtiani ex omnibus mundi partibus, ad eosdem theſauros lucrandos, per multas laborum moleſtias, ſumptuumque diſpendia confluunt. Hugo Cardinalis Chryſoſtomũ citat, dicentem: *Venit à finibus terræ, & Chriſtiani nolunt de plateis, ubi nihil agitur, venire ad audiendum Chriſtum; multi etiam de Eccleſia exeunt, & Chriſtum ſolum relinquunt.* Apud Antipodas quoque multi ſunt, qui tyrannorum enſibus ſponte propriâ occurrunt, vitamque & ſanguinem ſuum, pro Catholicæ fidei confeſſione, promptiſſimè prodigunt, tametſi in ipſomet Chriſtianiſmi centro multi (prô dolor) reperiantur, qui ſolo nomine ipſum profitentur.

Chryſ. cit. ab Hugo Card.

Verſus 43.

Cum autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit.

Cùm immundus ſpiritus.

1. Sanctus Antonius de Padua rationem reddit, cur immundus dicatur ſpiritus, dicens: *Immundus eſt formaliter, non effectivè, fœdat enim omnem locum, id eſt conſcientiam, per quam tranſit.* Abulenſis verò dæmonem, hunc titulum alio quodam ex motivo promereri exiſtimat, nimirum quia *Immunda vult, & homines ad immunditiam movet.*

S. Ant. Pad.

Abul.

Exieris

Exierit ab homine, ambulat, &c.

Theoph. 2. Theophylactus verba hæc de illis exponit, qui in ſacro lavacro fuêre regenerati, ab his namque ſpiritus infernalis conſequenter exit, ſeque in loca arida & inaquoſa recipit, id eſt, *In animas non baptizatas, ſed in illis non invenit requiem,* cujus rationem hanc aſſignat, quia hæ jam de facto in ipſius ſunt poteſtate: *Requies autem dæmonii eſt, baptizatos turbare per mala opera, quoniam non baptizatos jam habet.*

Rup. Ab. lib. 4. de div. offi. c. 14. 3. Rupertus Abbas Tuitienſis autem myſterium explicat, ob quod Evangelium iſtud hoc præcipuè tempore Quadrageſimali & quatuor temporum legatur: *Quia procul dubio, juxta B. Job magis cubat in locis humentibus, dum exſiccata jejuniis faſtidit corpora;* quia in corporibus, per abſtinentiam & jejunium extenuatis, ſerpens tortuoſus nullam venenum ſuum effundendi invenit occaſionem.

Iob. 40. 16.

Beda in Matt. 4. Beda dicit: *Loca arida, corda ſunt credentium, non habentia humorem luxuriæ, in quibus circumiens, conſenſum pravæ ſuggeſtionis ſuæ non invenit.* Similem quandam rationem Rabanus à Gloſſa citatus, tangit, dum ait: *Corda fidelium, quæ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata, callidius inſidiator explorat, ſi quos greſſus ibi figere poſſit*: Quia tamen id ei ad votum nunquam accidit, eò quòd corda, honeſtatis amantia odio habet: *Ideo caſtas mentes effugiens diabolus, in ſolo corde pravorum, gratam ſibi invenire poteſt quietem.*

Raban. in Gloſſ.

S. Ant. de Pad. ibid. 5. Sanctus Antonius de Padua, per hæc loca arida animas Sanctorum intelligit: *Per conſcientias Sanctorum, quæ ſunt inſtinctu Spiritûs ſancti exſiccatæ.* Geneſ. 8. *Adduxit Dominus Spiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ, ſcilicet mundanarum voluptatum, ambulat per ſuggeſtionem.* Communiter etenim in illos qui ſolitudines & loca alpeſtria, & ab hominibus inacceſſa inhabitant, inſultus ipſius nihil proficiunt, ſed vires ejus, ab eis ut plurimum retunduntur & ſuperantur. Unde S. Baſilius ad Nazianzenum ita ſcribit: *O eremus, ubi victor dæmonum, ſocius efficitur Angelorum.*

S. Baſil. q. 97. in 12. Mat.

6. Abulenſis modum declarat, quo dæmon requiem invenire, dici poſſit: *Non poteſt quieſcere, quia in æternum cruciabitur & quocunque vadat, infernum ſuum ſecum portat, ſed quærit quietem ſuæ malæ voluntatis*; Invidus etenim eſt homini, nec aliud ſatagit, quàm ut homini pernitioſus eſſe poſſit, quo obtento, tunc propriè in ſuo centro, & optata quiete eſſe dicitur: *quando nocere poteſt, quieſcit aliqualiter.* Albertus Magnus aliam quandam expoſitionem hiſce verbis adducit: *Eſt autem requies falſa, ut ſcilicet ſic in malo hominis quieſcat, ut totum hominem non tantùm in tranſitu viſitet, ſed etiam per finalem impœnitentiam poſſideat.*

Alb. M.

Verſus 44.

Tunc dixit: Revertar in domum meam, unde exivi: Et veniens invenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam.

Revertar.

1. Dæmon in hoc omnibus viribus ſuis contendit, ut, unde pulſus eſt, reverti poſſit: *ut enim ſuperbiſſimus eſt, expulſi magis acuitur rabies*, inquit Lucas Burgenſis, *ac nocendi libido dolore ex amiſſa præda concepto*; *quare diſcamus, ſimul ac laqueis ejus Chriſti gratiâ erepti ſumus, vehementius & acrius certamen paratum nobis eſſe*; ac proinde S. Thomas dicit, quòd Chriſtus per hunc loquendi modum nobis inſinuet, quòd, tametſi nonnunquam ab anima noſtra per pœnitentiam ejectus & expulſus fuerit, *Non tamen totaliter dimittit eam, ſicut de Chriſto in S. Luca legitur, quòd dimiſit eum ad tempus, hoc eſt ergo intelligendum, ut ſemper ſolliciti ſint, ne revertatur.*

Luc. Burg. *S. Thom. in Mat.*

2. Hugo Cardinalis ait: *Hinc timeant incipientes, quia facilius recidivant.* Hic namque irreconciliabilis noſter inimicus, in eo omne ſtudium ſuum collocat, ut nos denuò, poſt reſipiſcentiam, in nova peccata reincidere faciat. Unde Antonius de Padua ait: *Expulſus per pœnitentiam, revertitur per recidivum.*

Hugo Card. ib. *S. Ant. Pad. ſer cit.*

3. Sanctus Auguſtinus verba illa de illis, qui

S. Aug. in Cat.

D.Th. l. 1.c.8. de qu.Ev. qui ſtatu perfectionis derelicto & abjecto, ad ſæculum denuo revertuntur, exponit: *Signat Dominus, quoſdam ita credituros, ut non poſſint ferre laborem continentiæ, ſed ad ſæculum redituri ſint.*

In domum meam.

4. Dæmon peccatoris animam, domum & habitationem ſuam appellat, at verò Paulus de Palatio eum, hac de cauſa; hiſce verbis graviter objurgat, dicens: *Mentiris ſuperbe, non eſt domus illa tua, Dei eſt, emit illam ſanguine ſuo, Eccleſiæ illa anima eſt, cujus filia eſt. Cur ergo mentiris dicens eſſe tuam?* Veruntamen quandantenus dæmon aliquam jurisdictionis ſpeciem, in peccatoris animam habere dici poteſt, ob quam illam ſuam appellare poteſt, id quod præfatus Paulus de Palatio ex variis oſtendit argumentis: *Tum quia habet in ea fomitem ſibi faventem: Habet legem carnis, repugnantem legi mentis, & captivantem in lege diaboli; ſi hoſtes noſtros in nobis habet, qui arcem ei je daturos promiſerunt, quid miraris, ſi domum dicat ſuam?* Quibus addendum, quòd diabolus quaſi nunquam ab homine egrediatur, quia in eodem ſemper, modicum quid peſſimi ſeminis ſui reliquum poſt ſe relinquat, ſcilicet vel malam aliquam inclinationem, aut pravum habitum, vel voluptatum præteritarum memoriam; unde David dicebat: *Peccatum meum contra me eſt ſemper. Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.*

Paul. de Pal.

Pſ.50.5. Pſ.37.8.

Et veniens, invenit eam vacantem.

5. Id eſt, ut ſanctus Anſelmus ait: *Negligentem*; Unde S. Hieronymus Ruſtico monitum iſtud præſcripſit: *Facito aliquid operis, ut te ſemper diabolus inveniat occupatum.* Otium namque diabolicis tentationibus aditum pandit: Et ideò Paulus de Palatio dicit: *Otioſam invenit.* Qui idem Author ulterius oſtendit, quantum nobis in via Dei negligentia cavenda ſit, noſque ad aſſiduam animæ curam habendam, hiſce Apoſtoli verbis, excitat. *Sollicitudine non pigri, ſpiritu ferventes, Domino ſervientes, orationi inſtantes.*

S. Anſel. S. Hier. Paul. de Palat.

6. Lucas Burgenſis dicit: vacantem id eſt, *à Deo non habitatam, Dei gratiâ deſtitutam.* Unde colligitur, quòd, quando Deus animam aliquam deſeruit, diabolo porta, ad poſſeſſionem animæ illius denuo reſumendam, nequaquam occluſa ſit. Hugo Cardinalis dicit: *Domus vacans eſt, ubi non ſit ignis charitatis, & homines, id eſt, motus rationales non habitant.*

Lucas Burg. Hugo Card.

Scopis mundatam & ornatam.

7. Rabanus ait: *Ornatam ſimulatis virtutibus per hypocriſim;* ſiquidem multi ſunt, qui, poſtquam ſemel ſe vitæ ſolitariæ & perfectionis ſtatui addixerunt, in conſpectu mundi ad vitam denuo licentioſam retrogredi erubeſcentes, hypocriſi ſtudent.

Rab. in Cat.

8. Lucas Burgenſis, Chriſtum hæc loquendi modo dicere voluiſſe exiſtimat, quòd nos culpa, ſocordia & negligentia noſtra dæmonem, ad reingrediendum in animam noſtram, invitemus, & quaſi alliciamus, eandem ad eum modum præparando & exornando, qui ipſi vel maximè arridet. Ac ſi ipſe invitaretur, & cupidè rurſus expectaretur hoſpes, quomodo cupidè excepturus hoſpitem aliquem parat, purgat, ornat domum; nam ſpiritui in mundo ſola immunditia placet, nihil ei bene olet, præter fœtorem & ſordes.

Luc. Burg.

9. Sanctus Thomas ſuper hæc verba, conſiderationem quandam ingenioſam pariter & moralem adducit, hiſce verbis: *Quia quod mundatur ſcopis, non mundatur, niſi quia leviter adhæret; unde idem eſt ſcopare, quod leviter mundare, & inde ſcopatio, imperfecta mundatio.* Hugo Cardinalis ait: *Scopis confeſſionis*, Pſalm. 76. *Exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum.* Eheu quot ſunt, qui per habituatam quandam conſuetudinem, ſine debita præparatione aut applicatione, vel ſine debita contritione concepta, aut præmiſſo propoſito, aliiſque concurrentibus partibus neceſſariis, confeſſiones ſuas inſtituunt? Præterquam quòd unicus duntaxat affectus inordinatus, in anima noſtra reſiduus manens, diabolo, ad habendum in eandem denuo patentem

S. Thom. in Mat. Hugo Card. Pſ.76.7.

tentem aditum, aliunde ſufficiat; Unde mo-
Eph. 4. 27. nebat Apoſtolus: *Nolite locum dare diabolo*; ſic v.g. qui hoc vel illud peccatum, carnis à ſe commiſſum confitetur, abſque eo, quòd occaſionem illius proximam deferendi propoſitum habeat; talis utique ad conſcientiam ſuam emundandam ſcopâ utitur; de quo, conſcientiam mundandi modo ſanctus
S. Thom. Thomas dicit: *Hoc eſt ſuperficialis ornatus; mundatio perfecta debet cum igne fieri, ſicut habetur in lege, quod vaſa igne debeant mundari.*

Verſus 45.

Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus; ſic erit generationi huic peſſimæ.

Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum.

S. Thom. in Mat. 1. Sanctus Thomas per adductam ſancti Auguſtini authoritatem, hanc inter domos illas, hoc modo malè exornatas, adfert diſtinctionem: *Quia aliquando pœnitens agit pœnitentiam, ſed negligenter ſe habet, & tunc fit proclivior*: alii verò poſt commiſſum peccatum, ſe illud abominari ſimulant tantùm, adeoque peccato priori, *In ſtatu pœnitentiæ addunt ſimulationem.*

S. Anſel. Alb. M. 2. Sanctus Anſelmus ait: *Per ſeptem ſpiritus, omnia vitia intelliguntur.* Albertus Magnus, peccatorum in priſtina vitia facile recidivantium, hanc ſpecialem pœnam eſſe exiſtimat, quòd poſtea in quemvis etiam enormem exceſſum facilè reincidant, ſintque deinceps diaboli faſcinatione tenacius adſtricti: *Quoniam homo recidivus, meretur pejoribus dæmonibus ſubjici, quàm antè, dum non recidivavit.* Sanctus Antonius de Padua
S. Ant. Pad. multas enumerat circumſtantias, quæ malitiam eorum, qui in priſtina peccata facilè reincidunt, magnopere aggravant; nimirum: *Ingratitudinem veniæ ſibi factæ; fracturam fœderis, quo Deo promiſerat, non peccare mortaliter, ſubſannationem miſericordiæ, cui illuſit, contumeliam ſacramenti confeſſionis, & matrimonii, per eam contracti inter Deum & inter ſe, & tradidit ſe in manus inimici, iniquitatem retributionis, ejiciendo Deum; perditionem Dei.*

3. Theophylactus dicit: *Convertitur ad baptizatum cum ſpiritibus ſeptem; ſicut enim ſeptem ſunt dona ſpiritus; ita è diverſo ſeptem ſunt malitiæ ſpiritus. Cum autem ingreſſus fuerit in baptizatum, deterior fit calamitas; prius enim ſpes erat, per baptiſmum eſſe purgatum: poſtea autem non eſt ſpes ſecundi baptiſmi, niſi per pœnitentiam, quæ valde laboriosa eſt.* *Theoph.*

Nequiores ſe, & intrantes habitant ibi.

4. Sanctus Anſelmus inquit: *Nequiores dicuntur, quia graviora ſunt peccata poſt baptiſmum quàm ante*, ac proinde ſcribit Apoſtolus: *Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritûs ſancti, & prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnitentiam;* quibus verbis difficultatem, non verò impoſſibilitatem inſinuare intendit. *S. Anſel.* *Hebr. 6. 4.*

5. Gloſſa per hoſce ſeptem ſpiritus, ſeptem intelligit vitia captalia, ſeptem virtutibus contraria: *Nequiores, quia non modo habet vitia, ſed & bona ſimulat, tantò nequiores, quantò callidiores.* Unde præter vitium etiam hypocriſis accedit, de qua ſanctus Hieronymus, à Lyrano hoc loco citatus, ſcribit: *Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.* *Gloſſ. ord.*

6. Sanctus Paſchaſius aliam reddit rationem, cur Salvator noſter ſeptem illos ſpiritus denuo receptos, prioribus pejores eſſe dicat: *Quia graviora ſunt vitia, quæ poſt perceptam legem vel gratiam committuntur, quàm fuerant illa, quæ nullâ perceptâ lege, operabantur*: Quoniam teſte S. Paulo, *melius eſſet viam Dei non noſſe, quàm poſt perceptam gratiam retrorſum abire; aut ſub hypocriſi, fictè aut vitioſiſſimè vivere, quia cum quiſque deciderit de culmine juſtitiæ Dei, deinceps jam ſimulationem habebit.* *S. Paſc. l. 6. Matt.* *Hebr. 6. 4.*

Intrantes habitant ibi.

S. Thom. de Vill. Nov. conc. in hac fer. Paul. de Pal.

7. Sanctus Thomas de Villa Nova ait: *Intrantes per conſenſum peccati, habitant ibi per peccati permanentiam.* Ubi notandum eſt verbum, *habitant*. Paulus de Palatio quærit; quonam igitur modo illuc ingreſſi ſunt? Num forte portas & fores apertas & patulas invenerunt? *Quid? Non erat qui reſiſteret? certè ſi Dominus vacabat & dormiebat [invenit vacantem] meritò non erat, qui reſiſteret.* Mors Isboſeth illata fuit ob ejus, qui foribus cuſtodiendis intentus eſſe debebat, negligentiam; illo namque dormiente, ſicarii illi *ingreſſi ſunt, ferrente die domum Iſboſeth, qui dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie, & oſtiaria domus purgans triticum obdormivit, ingreſſi ſunt domum latentes, aſſumentes ſpicas tritici, & percuſſerunt eum in inguine.*

2. Reg. 4. 5.

Et fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.

Chryſo. ho. 44. in Mat.

S. Chryſoſtomus nos monet, ne verba hæc ſolis Judæis dicta eſſe exiſtimemus, utpote quæ non minus nos quàm illos directè reſpiciunt. *Hæc non ad illos ſolùm, ſed etiam ad nos ipſos dicta eſſe credamus, nam ſi divinâ luce illuminati, & à prima delictorum miſeria erepti, rurſus ad eandem malignitatem revertimur, gravior punitio nos profectò exſpectabit*; adducitque ſanati illius paralytici exemplum, cui Salvator dixit: *Noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.*

Luc. Burg.

Lucas Burgenſis, Chriſtum hujus ſupplicii commination em proferre voluiſſe, dicit, *Ut ſciant, quale ſibi judicium accerſant, qui in vanum accepta Dei gratiâ, januam diabolo rurſus aperiunt.*

Author Imperf. ho. 30.

9. Author Imperfecti de malis Chriſtianis exponit, dicens: *Experimenta nos docent, quomodo Chriſtianus, ſi malus evaſerit, pejor ſit, quàm ſi fuiſſet gentilis*; etenim Medicinæ vulgaris hic eſt Aphoriſmus: *Corruptio optimi peſſima.*

Lyran.

10. Lyranus per hunc miſerabilem, in ſeptem dæmonum poteſtatem redactum, hominem, hypocritam intelligendum eſſe cenſet: *Significatur peccator, curatus per Dei bonitatem, ſed propter ingratitudinem ſuam ſequentem, dimittitur cadere in hypocriſis pravitatem, & ſic fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus*; ſiquidem ad priorem malitiam, inſuper fictionem & hypocriſim adjungit, quæ nihil eſt aliud quàm ficta quædam ſanctitas & virtus.

Sic erit generationi huic peſſimæ.

S. Hier. ib.

11. S. Hieronymus, totum hunc Chriſti diſcurſum Judaiſmo adaptandum eſſe dicit. *Nam ſpiritus immundus*, inquit, *ab hoc populo exiit; quando eidem à Deo lex data fuit*, qui abinde per loca arida ambulans, requiem quæſivit, quando ab Hebræis expulſus ad gentiles ſe recepit; quibus demum Evangelium Chriſti amplexantibus, *Ille non invento loco in nationibus, dixit: Revertar in domum meam, id eſt, redibo ad Judæos, quos ante dimiſeram; vacabat enim templum Judæorum, & Chriſtum hoſpitem non habebat, dicentem: Surgite eamus hinc. Et alio in loco: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta; quia igitur Dei & Angelorum præſidia non habebant, & ornati erant ſuperfluis obſervationibus legis, & traditionibus Phariſæorum, revertitur diabolus ad ſedem ſuam priſtinam; & ſeptenario ſibi dæmonum numero addito, fiunt illius populi noviſſima pejora pejoribus.*

Ioan. 14. 31. Luc. 13. 35.

Verſus 46.

Adhuc eo loquente ad turbas; ecce mater ejus & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

Adhuc eo loquente ad turbas.

Lyran.

1. Lyranus dicit: *Hic ponitur confutatio inſidiantium ipſius infirmitati, aſſumptæ in hoc, quod ipſo prædicante, dixit ei quidam inſidiator, quòd mater ſua & fratres ejus exſpectabant eum foris.* Inſidiæ autem, quas hic ipſi clam machinabatur, in eo conſiſtebant, an ſcilicet hanc ob cauſam, ceptam intermiſſurus eſſet prædicationem; ut in hoc caſu, *Arguerent, ipſum eſſe purum hominem, motum propter affectionem carnalem*: Veruntamen inſidiator ille turpiter à Salvatore deluſus fuit, reipsâ oſtendente, quantò

tò ſibi major ratio eſſet ſervitii Dei & ſalutis animarum, oſtendens, quòd ſpiritualis occupatio eſt carnali affectioni præponenda.

Aut. Imp. ho. cit. 2. Author Imperfecti, hoc quodam diaboli ſtratagemate & aſtu, factum fuiſſe exiſtimat, utpote qui videns Chriſtum in eo totum eſſe, ut per prædicationem ſuam, turbis illis ſe verum Dei filium eſſe perſuadere poſſet, ſe à populo illo deferendum eſſe meritò formidabat : *Ad convincendos ſermones ejus, introduxit parentes ejus carnales, ut per illorum contemplationem, divinitatis ejus obſcuraret naturam; ideoque venit aliquis, quaſi diaboli advocatus, qui humano ore, verba diabolica loqueretur; dicens : Ecce, &c. quaſi dicat : Quid gloriaris Jeſu, de cælo dicens te deſcendiſſe, qui radices habes in terra? Ecce mater tua, & fratres tui; non poteſt eſſe filius Dei, quem homines genuerunt.*

Lyran. 3. Advertendum eſt autem, Chriſtum ob hanc interpellationem, à prædicatione ſua nequaquam deſiiſſe, ut ait Lyranus, ut hanc nobis doctrinam traderet, *Declararetque manifeſtè, quod opus Dei præponendum eſt negotio familiarium perſonarum.*

Ecce mater ejus & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

Lucas Burg. 4. Hi, qui hoc loco fratres dicuntur, ejus ſecundùm carnem conſobrini, ſive nepotes erant, qui, ut Lucæ Burgenſi videtur, ſanctiſſimam Virginem in ſua ſecum ſocietate adduxerant, ut tantò facilius ſuum aſſequerentur mentis intentum; in hoc namque pro viribus admitebantur, ut eum à cœpta prædicatione detorquere & impedire, ſecumque in Nazareth conducere poſſent; ex quo enim ne ipſi quidem cognati ejus, divinitati ipſius fidem adhibebant, prouti *Ioan. 7. 5.* Joan. cap. 7. v. 5. ſcribitur : *Neque enim fratres ejus credebant in eum*: & Marci cap. 3. v. 21. *In furorem verſus eſt*, ideo magnopere, ne forte cauſa prædicationis ipſius, aliqua in populo ſeditio excitaretur, metuebant, ne forte in tali caſu, uni eidemque miſeriæ cum ipſo demum involverentur; neque enim apprehendebant, quòd, quidquid operabatur, zelo gloriæ & honoris Dei ab illo fieret, ſuamque doctrinam tantis miraculis conſolidaret, nempe *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus.* Et quia nondum adæquatè, quiſnam eſſet, diſcernere poterant, ideo ignominiam aliquam ipſis ab eo inferendam eſſe formidabant. *Marc. 3. 21.* *1. Cor. 2. 14.*

Titus Boſtr. in cat. D. Tho. in c. 8. Luc. 5. Titus Boſtrenſis aliter opinatur, dum ait : *Quia deſiderabatur Chriſtus, propter abſentiam, accedunt ad eum cognati*, quaſi ad conciliandam ſibi auram quandam popularem, & apud plebem benevolentiam, illum ſibi præſentem habere deſiderarint; quia *Pertranſibat benefaciendo & ſanando omnes.*

Marc. 6. 31. 6. Credibile eſt etiam, quòd (ut ex illis ſancti Marci verbis : *Nec ſpatium manducandi habebant*, colligitur) eum propter vigilias, alioſque labores & moleſtias, valde fatigatum eſſe ſcirent, pietate & compaſſione, erga ipſius inſuperabiles labores, commoti, eum aliquantulùm à populo ſubducere, eumque ad aliquam jam illi præparatam corporis refocillationem invitare voluerint.

Verſus 47.

Dixit autem ei quidam : Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te.

S. Hier. ib. 1. Præter id, quod jam ex mente Authoris Imperfecti à nobis dictum eſt, ſanctus Hieronymus dicit : *Videtur mihi iſte, qui nuntiat, non fortuitò, & ſimpliciter nuntiare, ſed inſidias tendere Salvatori, utrum ſpirituali operi carnem & ſanguinem præferat.*

Tertull. lib. de car. Chriſti c. 7. 2. Tertullianus hujus interpellationis myſterium declarat, dicens : *Foris ſtant; figura Synagogæ in matre adjuncta, & Iudæorum in fratribus incredulis, Foris erat in illis Iſraël, diſcipuli autem novi, intus audientes & credentes.*

Verſus 48.

At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait : Quæ eſt mater mea ? Et qui ſunt fratres mei?

S. Anſel. ibid. 1. Sanctus Anſelmus dicit : *Non injuriosè fratres contemnit ; ſed opus ſpirituale carnis cognationi præferens , religioſiorem cordium copulam docet eſſe, quam corporum.* Cui perfectè conſonat, quod Gloſſa his verbis ſcribit : *Non recuſat obſequiam matris , ſed præfert miniſteria Patris.* Lucas Burgenſis Chriſtum dicere voluiſſe putat : *Nullam matrem, nullum fratrem agnoſco ſecundùm carnem, dum Dei negotium ago.* Sic quoque in Crucis ligno ſuſpenſus, ubi humanam operabatur redemptionem, à Patre ſibi injunctam, ſanctiſſimam Virginem matrem, mulierem appellabat, dicens : *Mulier , ecce filius tuus.*

Gloſſ. ibid. Luc. Burg. Ioan. 19. 26.

Rup. Ab. lib. 2. de oper. Sp. S. c. 21. 2. Rupertus Abbas Tuitienſis cavendum nobis eſſe dicit, ne , Chriſtum in deferenda ſanctiſſimæ matri ſuæ debita filiali reverentia quidquam defuiſſe exiſtimemus : *Neque enim genitores inhonorantur , ubi ſolus creator illis præfertur , qualiter hoc fiat, ſuo ipſo exemplo Dominus indicat* : ubi præſens facinus Evangelium adducit in medium.

Author Imperf. ho. cit. 3. Author Imperfecti opinatur, Chriſtum per hoc denotare voluiſſe, quòd , tametſi matrem haberet in terra , ipſe tamen, tanquam verbum, baſis & fulcrum ſit humanitatis : *Nam quòd hominem me videtis , veſtimentum meum eſt, non natura.*

Guerr. Abb. ſer. 4. de Aſſump. 4. Conſiderandum quoque hic eſt, quòd Chriſtus hæc dicens, actualiter verbum Dei annuntiabat, atque ideo, ut Guerricus Abbas optimè ait : *Illi , qui ſermonem Evangelii , parentes annuntiando , interrumpebat, melius reſpondere non poterat* ; oſtendere etenim volebat, quòd , ubi de miniſterio Dei agitur , nullus carni & ſanguini locus deferri debeat.

Rup. Ab. ibid. loc. cit. 5. Forſitan , inquit Rupertus Abbas, *Evangelizabat tunc , cum hæc diceret , præcepturus ut homo perfectionis amator , propter Evangelium , Patrem & matrem derelinquat.*

S. Cæſ. dial. 3. 6. Sanctus Cæſarius obſervat, Chriſtum ob hanc, apud eum inſinuatam , matris & fratrum interpellationem , à prædicatione nequaquam remiſiſſe : *Neque Chriſtus cum a matre & fratribus quæreretur vocationem admiſit , cum apud auditores ſalutiferam doctrinam exorſus eſſet.* Imò ſanctus Hieronymus [ut credibile eſt in favorem verbi Dei per exaggerationem] dicit : *O myſterium! Matrem Mariam ſibi Dominus abjurat , cum extra verbi audientiam eſſet conſtituta, eo potiſſimum tempore , quo verbum prædicabat ad verbo.*

S. Hier. de vera circumciſ.

Verſus 49.

Et extendens manum in diſcipulos ſuos , dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.

S. Hier. ibid. 2. Nimirum incarnata ſapientia, ex mente ſancti Hieronymi, dicere voluit : *Iſti ſunt mater mea , qui me quotidie in credentium animis generant ; iſti ſunt fratres mei, qui faciunt opera Patris mei.* Lyranus Chriſtum dicere voluiſſe arbitratur : *In tantum eſt mihi aliquis propinquus , in quantum eſt ſpiritualibus actibus intentus.*

Lyran.

Dion. Carth. 2. Dionyſius Carthuſianus dictum hoc Chriſti, tribus potiſſimum modis, à nobis intelligi poſſe dicit : Primò, *Mater mea & fratres mei ſunt, id eſt, tam dilecti, ut matres & fratres diliguntur.* Secundus ſenſus eſt : *Tanto propinquiores ſunt mihi, quanto ampliùs intenti ſunt rebus divinis.* Tertiò diſcipulos ejus eſſe, velut matrem & fratres ſuos dicit, id eſt , *Per contemplationem internam ſpiritualiter me concipiunt , & per contemplationem ac vitam exemplarem , generant me in cordibus aliorum : Et ſicut Apoſtolus loquitur: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis ; ſic ergo generant me , id eſt, eſſe , & habitare me faciunt in aliorum præconiis.*

Gal. 4. 19.

Verſus

Verſus 50.

Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

S. Hila. can. in Mat. 1. S Hilarius graviter nobis perſuadet, Chriſtum nullum filiali reſpectu, amantiſſimæ matri ſuæ debito, intuliſſe per hæc verba præjudicium, id quod vel eò maximè arguit: *Non faſtidioſè de matre ſua ſenſiſſe exiſtimandus eſt, cum ipſi in paſſione poſitus, maximæ ſollicitudinis tribuerit affectum.*

Lucas Burg. 2. Lucas Burgenſis, literalem horum verborum ſenſum hoc modo explicat: *Ille à me agnoſcitur & frater, & ſoror, & mater, ille horum ſimul omnium inſtar eſt; tam eſt mihi propinquus & charus, quàm ſint homini frater, ſoror, & mater; propinquus eſt autem non carne, ſed ſpiritu.*

S. Hila. ibid. 3. S. Hilarius ad ejus, quam cum Deo habemus, nobiliſſimæ parentelæ ſtipitem ſeſe reflectit, dicens: *Propinquitatum omnium jus atque nomen, non jam conditione naſcendi, ſed de Eccleſiæ communione retinendum.* Imò *Chryſoſt. ho. 44. in Matt.* Chryſoſtomus parentelam iſtam conſiderans, continere ſe nequit, quin exclamet: *O mirabilem hamorem! O virtutis incredibiles vires! quo ducitis benè viventes homines? multo propinquiores Deo ſunt, qui voluntatem ejus faciunt, quàm qui ſumma carnis neceſſitudine conjunguntur.* Ipſamet Virgo, mater & Genitrix Chriſti tanto tamque ſtricto parentelæ vinculo, filio ſuo annexa, adſtricta non fuit ex eo, quod illum genuerit, quàm ex eo, quòd ſuper omnes animas creatas, ſupráque omnes ſpiritus Angelicos, cum voluntate Dei arctiſſimè & intimè conjuncta fuerit. Unde S. Auguſtinus ſcribit: *Mater ejus eſt, omnis anima pia, faciens voluntatem Patris ejus fœcundiſſima charitate in iis, quos parturit, donec in eis ipſe formetur.* Demum verò ad Mariam matrem ejus deſcendens, ſubjungit, dicens: *Maria ergo faciens voluntatem Dei, corporaliter Chriſti tantummodo mater eſt, ſpiritualiter autem & ſoror & mater.* *S. Aug. de S. Virg.* S. Juſtinus Martyr ait: *Non matrem debito honore fraudat Dominus, ſed docet, qua (ut ita dicam,) maternitate virgo ſit beatiſſima. Si enim is, qui verbum Dei audit & ſervat, Dei eſt & frater, & ſoror & mater, quorum utrumque in ejus matre inerat, perſpicuum eſt, matrem ipſius ex hac matris ratione beatam dici oportuiſſe.* *S. Juſt. Mart. q. 136.*

4 S Gregorius, quo modo ad ſtrictiſſimum ſpiritualis cum Chriſto parentelæ gradum pertingere valeamus, his verbis nos optimè docet dum ait: *Sciendum nobis eſt, quia qui Chriſti frater & ſoror eſt credendo, mater efficitur prædicando, quaſi enim parit Dominum, quem cordi audientis infuderit, & mater ejus efficitur, ſi per ejus vocem, amor Domini in proximi mente generatur.* *S. Greg. hom. 3. in Mat.*

5. Valde etiam conſideranda ſunt verba illa: *Patris mei qui in cælis eſt*; etenim S. Paſchaſii conſideratio eſt, dicentis: *Intereà ne de Joſeph dicere rurſus calumniarentur, cùm voluntatem Patris requirebat, addidit: Qui in cælis eſt, ut monſtraretur luce clariùs, Jeipſum de cælo veniſſe, quamvis filius hominis in carne videretur.* *S. Paſc. l. 6. in Matth.*

FERIA QUINTA POST PRIMAM DOM. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 15.

℣.21. EGreſſus Jeſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. 22. Et ecce mulier Chananæa, à finibus illis egreſſa, clamavit, dicens ei : Miſerere meî Domine fili David, filia mea malè à dæmonio vexatur. 23. Qui non reſpondit ei verbum ; & accedentes eum diſcipuli ejus, rogabant eum, dicentes : Dimitte eam, quia clamat poſt nos. 24. Ipſe autem reſpondens, ait : Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſraël. 25. At illa venit, & adoravit eum dicens : Domine adjuva me. 26. Qui reſpondens ait : Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. 27. At illa dixit : Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum. 28. Tunc reſpondens Jeſus, ait illi : O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, & ſanata eſt filia ejus ex illa hora.

Verſus 21.

Egreſſus Jeſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.

1. EX quo duæ hæ civitates gentilium fuerunt, Chriſtus autem Apoſtolis ſuis expreſsè prohibuit, dicens: *In viam gentium ne abieritis*, mox in exordio præſentis Evangelii, difficultas occurrit, quare ipſemet Dominus noſter in hæc uſque loca ſeſe receperit? Ad quam Albertus Magnus reſpondet: Dicendum, *quòd ipſe ſuo mandato non obligatur*; quiſquis enim legem aliquam condit, eâdem ſemper ſuperior exiſtit: *Vel dicendum melius, quòd non vadit ut prædicet, vel maneat, quod ſupra prohibuit, ſed occaſione præfigurandæ ſalutis gentium.* Idem quoque Doctor argutè obſervat, quòd dicatur *in partes Tyri & Sidonis* ; *in partes*, inquam, *& non in civitates, quia confinia tantùm intravit.* Prohibitio igitur prædicationem Evangelii ſpectabat; de cætero enim, per ipſorum dominia pertranſire, ſibique exinde de ſufficienti victus annona proſpicere, minimè prohibitum erat; imò ipſemet Chriſtus Apoſtolos ſuos miſit in Samariam, ut prandium ſibi compararent. Porrò S. Marcus eandem in hoc Evangelio recenſitam hiſtoriam refert, ſimulque cautelam & circumſpectionem inſinuat, qua ſe Chriſtus, huc veniens, à ſuorum oculis abſcondit : *Ingreſſus domum, neminem voluit ſcire*, in illa namque regione, ne quidem videri voluit, cujus rationem S. Paſchaſius hiſce verbis addicit : *Ne ullam Judæis daret calumniandi occaſionem.*

Matth. 10. v. 5.

Alb. M. in Mat.

Ioan. 4. 8.

Marc. 7. v. 24.

S. Paſc. l. 7. in Matth.

2. Porro myſterium hujus exitus, quo Salvator in partes Tyri & Sidonis ſeceſſit, S. Thomas hiſce verbis explicavit : *Quia à Judæis repellebatur, ideo ad gentes ſeceſſit, ſecundùm illud Act. 13. Vobis oportebat primùm loqui, &c.* nimirum Hebræi ex iis, quæ Chriſtus pro ipſorum emendatione dixerat, graviter Chriſto offenſi erant, ac proinde ſe ejus prædicatione magis indignos reddiderant ; præterquam quòd tempus illud jam præ foribus erat, quod regnum Dei ad gentiliſmum transferendum erat; atque ideo *hac loci mutatione,*

S. Th. ib. in Mat.

Act. Ap. 13. v. 46.

Ianſen. conc. c.1 *tatione, Chriſtus ſignificavit*, inquit Janſenius, *quàm ſitiret etiam gentium vocationem, pertæſus infidelitatem Judaicam*; ac proinde non clam, ſed palam & ipſis videntibus videri inter gentiles voluit, ut Judæis oſtenderet, quantò majorem ſalutaris diſciplinæ, & gratiarum ſuarum fructum gentiles ex *Tyran.* Evangelio reportaturi eſſent. Lyranus id factum eſſe dicit: *Ut ex devotione gentilium, oſtendatur juſta reprobatio Judæorum.*

Hugo Card. in Mat. 3. Hugo Cardinalis, ex horum nominum *Tyrus & Sidon*, accurata ethymologia, ſequentem deducit moralitatem: *Tyrus tribulatio; Sidon venatio mœroris interpretatur. Prædicator debet egredi, ut Domino venetur* *Jer. 16. 16.* *peccatores. Jerem. 16. Mittam venatores, & venabuntur vos; in Tyro autem venatur Dominus, quia anguſtia eſt ſaltus, ubi triſtes, ubi* *Baruch. 1. v. 3.* *capiuntur pœnitentes. Baruch. 3. Anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te.*

Verſus 22.

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamavit, dicens ei: Miſerere meî Domine, fili David: filia mea malè à dæmonio vexatur.

Et ecce.

1. Hoc verbum *Ecce*, admirationis eſt indicativum. Sic enim, quando S. Evangeliſta Lucas hiſtoriam Magdalenæ texere cepit, eandem hoc verbo exorſus eſt: *Et ecce mulier* *S. Anto. Pad. ſer. infer. ſ. Paſſ.* ubi S. Antonius de Padua ait: *Nota, quòd Ecce eſt adverbium admirationis*; heroica etenim Chananææ hujus fides, cunctæque aliæ ipſius virtutes, ipſummet Dei filium in admirationem & ſtuporem rapuerunt. Ipſa namque in cunctis ſæculis admiranda eſt in Eccleſia, orationis rectè inſtituendæ magiſtra, quæ nos in ordine ad faciendam veram & ferventem orationem præclariſſimè inſtruit, modumque nobis tradit faciendæ ſupplicationis Deo porrigendæ, ad impetrandas deſideratas à Deo, nobiſque neceſſarias gratias.

Mulier.

Alb. M. in Mat. 2. Albertus Magnus, ait: *Sexus fragilis, facilè ſeducibilis, modò maſculinum ſibi ingerens animum, & ideo ſupra modum mirabilis. Ruth. 3. Scit omnis Iſraël, mulierem te eſſe virtutis.* *Ruth. 3. v. 11.*

Chananæa.

3. Chryſoſtomus hoc loco ponderat, quòd populus Chanaan, olim juſſu Dei ab Hebræis exterminati fuerint, quibus, in bona Chananæorum, & ſubſtantias, ac facultates eorum ſuccedentibus, Deus inſuper vetuit, ne ullam cum iis communicationem haberent commerciorum, aut convictum, ne fortè abipſis, utpote gentilibus, à divino ipſius cultu perverterentur aut abalienarentur; & ecce hodie iidem, olim maledicti Chananæi, in perſona miſeræ hujus mulieris, ſeſe Chriſti pedibus advolvunt, ipſumque adorant, & tanquam verum Dei filium agnoſcunt, dum interea Judæi eundem contemnunt & abjiciunt. *Qui enim ejecti ſunt, ne Judæos perverterent, hi adeo ipſis Judæis meliores fuerunt, ut terminis ſuis relictis, ad Chriſtum accederent, cùm Judæi ad ipſos venientem extruſerunt.* Baſilius Seleucus quoque dicit: *Chananæa mulier, ſed animi probitate genus refutabat, in quanaturam vincit fides.* *Chryſoſt. hom. 53. in Matt.* *Baſil. Seleuc. orat. 20.*

4. S. Thomas in hac Oratione, multos egregios & heroicos virtutum actus notat. Et primo quidem loco, in ipſa ſe prodit *Converſio petentis. Eccleſiaſt. 18. Ante orationem, præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum: præparat animam, quando à vitiis ſe mundat, hoc deſignatur per hoc nomen Chananæa, quæ idem eſt, quod mutata; item qui convertitur, debet non ſolùm vitare peccatum, ſed etiam occaſionem peccati.* *S. Thom. in Mat.* *Eccli. 18. v. 23.* Secundo loco devotionem ipſius notat; ſiquidem clamabat, *Clamor autem magnum affectum deſignat.* Tertiò ejus pietatem, quia *alienam miſeriam, ſuam reputabat; unde dicit, Miſerere meî.* Præterea humilitatem ejus obſervat, *quia petiit ex confidentia miſericordiæ Dei.* Quartò obſervat, quàm viva & generoſa fides ipſius fuerit, quia ex quo S. *Iac. 1. v. 6.* Jacobus dicat: *Poſtulet, in fide nihil hæſitans,* ideo ipſa in primis Chriſti Divinitatem confeſſa fuit, per dictionem illam, *Domine. Pſal. 99. Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus;* *Pſ. 99. 3.* deinde etiam profeſſa eſt ejus humanitatem, dum ei hoc epithetum, *Fili David*, attribuit.

Rom. 1. *Qui factus est ei ex semine David, secundùm carnem.*

S. Anſel. in Mat. 5. S. Anſelmus in magnæ hujus mulieris perſona, tres inſignes Eccleſiæ virtutes admiratur: *Sub perſona hujus mulieris, fides, humilitas patientia Eccleſiæ deſignatur: fides, qua credidit poſſe ſalvari filiam: patientia, qua toties contempta in precibus perſeverat: humilitas, qua ſe non canibus, ſed catellis comparat.*

A finibus illis egreſſa.

Marc. 7. v. 24. 6. Enimverò prima facie, textus S. Matthæi & S. Marci inter ſe nonnihil diſcrepare videntur; ſiquidem hic de Salvatore dicit: *Ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, & non potuit latere; mulier enim ſtatim ut audivit de eo, cujus filia habebat ſpiritum immundum, intravit, & procidit ad pedes ejus.* Quod ſi ita eſt, qua igitur ratione ſalvari poterit, quod S. Matthæus dicit: *A finibus illis egreſſa*? Lyranus rationem reddit, cur mulier hæc è patria ſua egreſſa fuerit: *Quia Chriſtum ſequebatur in via ad impetrandam ſuæ filiæ ſanitatem*; etenim veriſimile eſt, quòd ad probandam hujus mulieris fidem & perſeverantiam, illam domi nec audire, nec exaudire voluerit, unde ipſa Dominum per longum itineris tractum fortiter ſubſecuta fuit: *Quia eam ibi non exaudivit, ſecuta eſt eum in itinere, clamans.*

Lyran.

Dion. Cart. 7. *Egreſſa corpore & anima*; inquit Dionyſius Carthuſianus; & quidem quòd corporaliter è domo ſua egreſſa fuerit, nulli poteſt eſſe dubium; ſiquidem uſque ad fines Tyri egreſſa eſt, ſequens veſtigia præeuntis Salvatoris; quoad animam verò, pariter è Chanaan egreſſa fuit, *Quoniam Chananæorum incredulitatem ac impietatem deſeruit, credens in Chriſtum*; & quidem quòd verè ſecundùm animam, ab incredulitate egreſſa fuerit, idipſum S. Hieronymus argutè ex denominatione, qua Chriſtum filium David appellavit: *Inde novit vocare filium David, quia egreſſa jam fuerat de finibus ſuis, ac errorem Tyriorum ac Sidoniorum luci ac fidei commutatione dimiſerat.*

S. Hier. ib.

Interli. 8. Interlinearis ex illis verbis hanc nobis doctrinam ſalutarem proponit, quòd ſcilicet à converſatione & ſocietate illorum, qui ſuperioribus diebus vel annis, nobis lapis offenſionis & petra ſcandali fuerunt, ſollicitè nos elongare & recedere debeamus. *Egreſſa à priſtina converſatione*, quod idem ex parte quoque à S. Antonio de Padua notatum fuit, dum ait: *Nota, quòd oportet hanc mulierem, id eſt, animam, non ſolùm egredi à peccato, ſed etiam à finibus peccati, frequenter enim dimittit diabolus uſque ad confeſſionem peccatorum, ſed tamen in confiniis peccatorum retinere nititur*; in cujus probationem, Pharaonis adducit exemplum, qui populo Iſraël licentiam quidem dabat, abeundi ad ſacrificium Deo ſuo immolandum, cum hoc tamen pacto, ne à finibus ſuis ullatenus ſeſe elongarent, ac tandem Sanctus ita concludit: *Egreſſi de omni opportunitate peccandi, quod ſi non feciſti, non effugiſti laqueos inimici; ſufficit enim, quòd te ligat per pedem affectionis & tamen dimittit tibi gutturconfeſſionis.*

S. Anto. Pad. ſer. in hac fer.

9. Ex quo hæc mulier, typus quidam eſt animæ cujuſdam orantis, meritò à finibus Tyri & Sidonis egreſſa fuiſſe dicitur, cùm enim in hiſce locis, commerciorum tractentur ſtrepitus, ideo per hunc ſeceſſum nos docet, quòd ut anima aliqua mediante contemplatione in Deum elevetur, opus ſit, ut ſeſe ab omnibus terrenis affectionibus ſubducens, ſolitudinem ſectetur & quietem. *Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus.*

10. In hac, filiæ ſuæ ſalutem zelosè procurante matre, notari quoque poteſt charitas provida, quam habere debent omnes illi, quibus cura incumbit animarum, hi enim, quotieſcunque id ſubditorum neceſſitas requirit, è domibus ſuis egredi, omneſque vitæ commoditates, quas ibi habent, deſerere debent, ut ſuorum, tam ſpiritualibus, quàm corporalibus neceſſitatibus in propria perſona, non verò per alios proſpiciant: *Si opus ſit pro ea*, inquit Salmeron, de anima ſub alluſione hujus filiæ tractans, *liberanda à dæmonio, & impetranda ſanitate, ad Chriſtum confugere, & ob hanc cauſam exire de finibus ſuis, quos præſcripſit torpor atque tepiditas, ita ut relictis aulis Regum vel Pontificum, viſitent Eccleſias ſuas, atque reſideant*; de Epiſcopis loquitur.

Oſe. 2. 14.

Salmer. to. 6. tr. 29.

Clama-

Clamavit.

11. Enimverò tametſi mulier hæc, utpote tot virtutibus prædita, probabiliter credi poſſit, fuiſſe modeſtiſſima, attamen ut Baſilius Seleucus advertit: *Verecundiam omnem calamitas excutit.* Unde & Dionyſius Carthuſianus ait: *Ex vehementi affectu in verba erupit, & propter magnitudinem neceſſitatis ſuæ, oblita eſt fœmineæ verecundiæ, clamans ſine rubore; nam exceſſivus amor rationem non penſat.*

Baſil. Seleuc. ora. 20. *Dion. Cart.*

12. Albertus Magnus clamorem hunc non de vocali, ſed de mentali intelligendum eſſe credit: *Nam tam altâ voce oris, quàm magnâ cordis devotione.* Jerem. 33. *Clama ad me, & ego exaudiam te.*

Alb. M. *Ierem. 33. v 3.*

13. Lucas Burgenſis rationem, cur mulier hæc tam elatâ voce clamaverit, hanc fuiſſe dicit, ut audiretur à Chriſto, ſiquidem nec diſcipulis, & multò minus Chriſto vicinius appropinquare audebat: *Non enim propius audebat accedere ad virum ſanctum ut immunda, quales ſciebat ſui generis homines, à Judæis omnibus haberi; clamor deſiderii vehementiam declarabat.*

Luc. Burg.

14. Chryſoſtomus prudentiam & judicium hujus mulieris notat, ſiquidem non ad interceſſionem ſive Jacobi, ſive Joannis, ſive Petri, ſive totius Collegii Apoſtolici recurrit, ſed obſequia ſua Chriſto immediatè detulit: *Pro omnibus illis, pœnitentiam accepit comitem, quæ advocati locum implevit, & ſic ad ſummum fontem perrexit.*

Chryſ. ho. 17. ex var. in Mat. locis.

Dicens ei: Miſerere mei.

15. Hujuſce mulieris charitas, tametſi cæteroquin ipſâ gentilis erat, ad ipſam, ut ita dicam, facti Pauli Apoſtoli ſanctitatem pertigiſſe videtur, utpote qui alienam miſeriam eodem ſenſu doloris, ut propriam percipiebat. Unde 2. Corinth. 11. dicebat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Magnus*, inquit Hugo Cardinalis, *quia malum filiæ dicit eſſe ſuum, & in hoc notatur compaſſio*; Etenim non obſtante, quod non ipſa ſed filia ejus, infirmitate, & ſpiritu immundo aggravaretur, attamen dixit: *Miſerere mei.* Ubi, ut S. Thomas ait: *notatur pietas, quia alienam miſeriam ſuam cogitabat, unde dicit: Miſerere mei.* Adinſtar Jobi, qui dicit: *Flebam ſuper eo, qui afflictus erat: filiæ malum ſuum ducit*, inquit etiam Lucas Burgenſis, *ea eſt virtus charitatis.*

2. Cor. 11. v. 19. *Hugo Card. in Marc 6. 7.* *S. Th. ib.* *Iob. 30. v 25.* *Luc. Burg.*

16. Abulenſis hisce verbis materni affectus teneritudinem colligit: *Dolor filiæ, dolor eſt matris, & mater ſuum reputat incommodum, quod filia patitur.* Ex hac mulieris iſtius compaſſione & ſollicitudine, parentes ſuæ curæ deſumant exemplum, inquit Lucas Burgenſis: *Parentes hinc ſumant exemplum curæ & orationis, pro liberorum ſalute.*

Abul. q. 64. in Matt. *Luc. Burg.*

Domine.

17. S. Anſelmus ait: *Magna fides Chananeæ hic notatur, credit Deum, ubi vocat Dominum; hominem, ubi filium David nominat.*

S. Anſel.

18. Albertus Magnus, hoc verbum ad alia ſequentia relationem dicere exiſtimat: *Domine, in cujus ditione cuncta ſunt poſita, qui vitæ & mortis habes poteſtatem.* Eſther. 15. quæ eadem hæc mulier dixiſſe non ſine fructu videtur.

Alb. M. *Eſth. 13 v. 9.*

19. Salmeron advertit, ipſam huic voci *Domine*, præmiſiſſe verbum illud *miſerere*, ſiquidem miſericordia ſola, inter omnia divina attributa, Deo propriſſima eſt; *Cui proprium eſt miſereri; ſentit ipſum habere poteſtatem in dæmones, & abſentem poſſe curare, & vocando Dominum, teſtatur ejus Deitatem & potentiam.*

Salm. to. 6. tr. 29.

Fili David.

20. Notandum, quòd, poſtquam hæc mulier Chriſtum Deum confeſſa fuiſſet, in his verbis, poſtea non ſolùm naturam humanam confeſſa fuerit, verùm etiam, ipſum verum in lege promiſſum Meſſiam eſſe fuerit conteſtata, de quo poſtea Apoſtolus ad Rom. 1. ſcripſit: *Qui factus eſt ei ex ſemine David, ſecundum carnem.* Aliud quoque myſterium, cur eum filium David appellârit, à Salmerone his verbis tangitur: *Verè filium David, qui cytharâ pellebat dæmonem de Saüle.* Hugo Cardinalis ait: *Confitetur eum eſſe promiſſum Meſſiam in lege, qui naſciturus*

Rom. 1. v. 3. *Salm. ib* *Hugo Card. in Mat.*

turus erat ex David: Econtra verò Judæi, licèt per tot Prophetarum oracula & ſacras Scripturas, prædicationem quoque & miracula ipſiusmet filii Dei, ipſis viſibilis, illuminati fuiſſent, nihilominus expreſsè conteſtati ſunt, dicentes: *Hunc neſcimus unde ſit*; *Ioan. 9. v. 29.* Quod ſi, undenam Dominus noſter deſcendat, ſcire vultis ô cæci Judæi, ecce vobis mulierem quandam, è ſtirpe maledicta propagatam: *Maledictus Chanaan*; *Gen. 9. v. 25.* hæc illum, tanquam filium Dei, Dominum apellat, tanquam hominem verò, filium David vocat, & tanquam verum promiſſum Meſſiam humillimè adorat: de qua proinde Baſilius Seleucus ita ſcribit: *Baſil. Seleu. ora. 20.* *Mulier, Chananæa, etiam ante curationem, fide datâ, ad Evangeliſtæ dignitatem pervenit.* *Alb. M. ibid.*

21. Albertus Magnus aliam quandam expoſitionem adducit, exiſtimat enim, mulierem hanc Dominum noſtrum, per hoc epithetum filii David, ad compaſſionem ſecum habendam exſtimulare voluiſſe, quia poſtquam illum Deum nominaſſet, hominem quoque appellat: *Fili David ex natura ſciens compati*; *Hebr. 2. v. 17.* *Hebr. 2. Debuit per omnia fratribus aſſimilari, ut miſericors fieret.*

Filia mea malè à dæmone vexatur.

22. Admiranda profectò eſt hujus deſolatæ, & filiæ ſuæ ſalutem anxiè quærentis mulieris indifferentia; utpòte coram Chriſto, in oratione poſita, ſe divinæ voluntati perfectiſſimè conformatam eſſe oſtendit, non enim ab eo poſtulat, ut domum ſuam ſecum abeat, vel ut dæmonem potenti juſſione ſua in fugam agat, ſed filiæ ſuæ miſeriam purè & ſimpliciter ei exponit: *Pſ. 36. v. 5.* *Revela Domino viam tuam, & ſpera in eum, & ipſe faciet.* Ab hac muliere omnes novæ Evangelicæ legis fideles, meritò orandi modum diſcere deberent; ipſa namque ſuo nos, exemplo docet, quòd ſufficiat, ſi vulnera noſtra protomedico cœleſti revelemus & detegamus, ſiquidem longè melius novit, an illa curare & omnino tollere, verè nobis expediat; Ideo Apoſtolo dixit: *2. Cor. 12. v. 9.* *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.*

Gloſſa. 23. Gloſſa ait: *Filia eſt anima vel conſcientia cujuslibet, diabolo mancipata, pro qua mater Eccleſia rogat.* Idem quoque hisce verbis Beda ſcribit: *Filia à dæmonio vexata, cujuslibet eſt conſcientia, ſordibus vitiorum polluta, cujus emendationem à pio conditore debet continuis flagitare lamentis.* *Bed. in Matt.* Hinc quoque utiliſſimum valdeque inſignè deſumitur, cunctis matribus & patribus documentũ, quòd, dum filii ipſorum infirmitatibus aliisque ærumnis & adverſitatibus corripiuntur, primo omnium loco, ipſis ad Deum confugiendum ſit, pro implorandâ iisdem integerrimâ animarum ſalute, & bona conſcientia, hanc ſanitati corporali, & cunctis mundi intereſſe ſeu emolumentis longè præferendo. Etenim ſi per dæmonem peccata, affectus inordinati aut vitia intelligantur, parentes ſe filios ſuos verè diligere, illorumque bonum ferventer zelare tunc vel maximè probabunt, ſi ſollicitè illos ab hisce dæmoniis liberare procurent. *Magnus dæmon peccatum eſt*, inquit Chryſoſtomus. *Chryſ. ho. 74. ad pop.*

24. S. Anſelmus dicit: *Vulnera medico detegit, & qualitatem & magnitudinem morbi oſtendit.* *S. Anſel.* Etenim quantò major eſt noſtra miſeria, tanto magis ad ſe attrahit divinam miſericordiam. David divinam pietatem implorans, ſubitò ſibi quoddam ſecurè ſe exaudiendum eſſe promittit. *Propitiaberis peccato meo*; *Pſ. 24. v. 11.* ſed quare? *multum eſt enim*; videbatur, expedientius Davidem facturum fuiſſe, peccatum ſuum diminuendo, dicendoque parvum eſt enim: aſt nequaquam ita eſt, ſciebam enim, quod *ubi abundat delictum, ſuperabundat & gratia*, excuſandum, *Rom. 5. v. 20.* ſed potius aggravandum; non ſufficit huic mulieri, quòd diceret: *à dæmonio vexatur*, ſed ſubjungit: *malè vexatur.*

25. Rabanus ex his verbis ſequentem deducit ſenſum moralem: *Si quis bona, quæ geſſit, peccatorum peſte fœdavit, filiam habet immundi ſpiritûs furiis agitatam.* *Raban. in cat. D. Th.*

16. S. Marcus ſpiritum, qui hanc mulierem divexabat, immundum eſſe dicit. Unde Janſenius ſequens elicit documentum. *Mulier hæc rectè quamlibet animam peccatricem deſignat, cujus filia, hoc eſt, caro à dæmonio vexatur, quia exagitatur, etiam ſpiritu repugnante ad vitia varia*: Quodſi autem mater iſta, hujus ſuæ filiæ ſanitatem deſideret; id eſt, ſi carnem ſuam refrænare cupiat, prius neceſſum eſt, ut domûs & patriæ ſuæ confinibus exeat: *Hoc eſt priora ſua converſa-* *Janſen. c. 67.*

converſa-

verſationis vitia, in quibus quievit, relinquat, tum ad Chriſtum fide accedat, qui unicus eſt ſalutis author.

Salm.ib 26. Salmeron, ex ly filia mea, paſtoribus Eccleſiaſticis, amorem erga animas ſibi commiſſas, inſinuandi occaſionem ſumit, dicens: *Inſtruuntur paſtores, animabus præfecti, qui inſtar parentum ſeſe filiis præſtare debent, de quibus Apoſtolus : Filioli mei quos iterum parturio generantes verbo Dei, & lac doctrinæ dantes.*

Gal.4. v.19.

Verſus 23.

Qui non reſpondit ei verbum: Et accedentes diſcipuli ejus, rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos.

Qui non reſpondit ei verbum.

S.Th. in Matt. 1. S. Thomas dicit: *Hoc videtur mirabile, quòd fons pietatis tacuit.* Chryſoſtomus quoque Salvatoris noſtri, erga Judæos cæteroquin ingratos & inimicos ſuos, ipſumque blaſphemantes, liberalitatem conſiderans, hanc ejusdem taciturnitatem vehementer obſtupeſcit, dicens: *Quàm novum atque inauditum hoc eſt, Iudæos ingratos rationibus etiam adducit, & blaſphemantes rogat, & tentantes non negligit hanc autem quæ ſponte venit, & deprecatur, quæ, quanquam nulla lege, nullis Prophetis fuit communicata, tamen cum revereutia acceſſit, nec reſponſo quidem dignam putare videtur.* Univerſam ipſe Judæam perambulat, quovis in loco ſuæ imprimens beneficentiæ veſtigia : *Pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo,* & hanc videns mala ſua deplorantem repellit. Porrò variæ aſſignari poſſunt ſilentii iſtius rationes.

Chryſ. ho. 53. in Matt.

Act. Ap. 10. v. 38.

S.Th. in Matth. Mat. 10. v. 5. 2. S. Thomas ait: *Non reſpondit, ne videretur ire contra, quòd dixerat : In viam gentium ne abieritis.* Volebat etenim oſtendere, ſemetipſum executorem eſſe præcepti illius, quod Apoſtolis impoſuerat; *ſed per inſtantiam ſuam impetravit* (hæc mulier ſcilicet) *quod ſit ſupra legem*; tametſi enim legi ſubjectus non fuerit, quam ipſe tulerat, ſe tamen illius obſervatorem exhibere voluit, quia ut

S. Hier. ib. S. Hieronymus ait: *Nolebat occaſionem calumniatoribus dare.*

Euth. 3. Euthymius, hunc ſupplicantis & clamantis Chananeæ contemptum, eò tendiſſe putat, ut Judæis per hoc haud obſcurè oſtenderet, ſe ad ipſos exaudiendos & juvandos longè promptiorem & propenſiorem eſſe : *Ut Judæis oſtenderet, qualem erga illos gereret affectum; cùm infirmos eorum, ſemel tantùm rogatus, imò neque ſemel quidem, ſtatim curabat gentilium verò non ita.*

S. Anſel. in Mat. 4. S. Anſelmus dilationem hanc exaudi-tionis, ex myſterio factam fuiſſe ſcribit: *Differt ſanare, ut ſalutem gentium differendam poſt reſurrectionem præfiguraret.*

S. Tho. in Mat. 5. S. Thomas Chriſtum ideo tacuiſſe cenſet, ut Apoſtolis occaſionem & motivum ſuggereret, pro ea intercedendi, prouti etiam fecerunt, *Quia quantumcunque ſit aliquis bonus, indiget tamen orationibus aliorum;* Idem quoque his verbis Abulenſis ſcribit : *Non reſpondet, ut diſcipuli pro ea rogarent, oſtendens neceſſarias eſſe preces Sanctorum ad impetrandum.*

Abul. q. 67.

Chryſ. ho. 17. ex var. in Mat. locis. S. Aug. ſer. 74. de temp

6. Chryſoſtomus ait: *Non reſpondit, quia fidem illius amplius provocabat, & animum perſeverantiâ exercebat;* Quod ipſum S. Auguſtinus quoque ſcribit, dum ait : *Diſſimulabatur à Chriſto, non ut miſericordia negaretur, ſed ut deſiderium accenderetur, & ut humilitas commendaretur.*

7. Dici etiam poteſt, Chriſtum ideo ei non reſpondiſſe verbum, quia mulier illa datura nobis erat veræ orationis exemplū, quæ perſeverantiam adjunctam habere debet. Unde Gloſſa optimè monet: *Si ad primam petitionem Eccleſiæ, Dominus ſalutem animæ differt dare, non eſt deſperandum, vel ab oratione ceſſandum; ſed magis precibus inſiſtendum, & ad Deum, & ad Sanctos, donec orent pro Eccleſia, & tunc perficietur oratio.*

Gloſſa.

Salmer. Eccl. 2. v. 1. 8. Salmeron illud Chriſti ſilentium ponderans, illum Eccleſiaſtici textum adducit : *Fili accedens ad ſervitutem Dei ſta in juſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Hæ erant primæ vices, quibus mulier iſta pedem ſuum ſcholæ Chriſti intulerat, ac proinde eandem per hanc repulſam tentare & probare voluit: *Suavius enim ſapiunt dona, quæ majori cum deſiderio empta & recepta ſunt, & ideo ad tempus dimittit nos in ſiccitate noſtra.*

Et accedentes diſcipuli ejus, rogabant eum.

S.Th. in Matt. 8. *Quare acceſſerunt*? quærit S. Thomas : *Una*

Una ratio eſt, quia neſciebant, quare tantum retardabant. Secundo moti erant miſericordiâ; Item non poterant pati mulieris importunitatem,

10. In hac Apoſtolorum interceſſione, Salvator noſter efficaciam interceſſionis Sanctorum inſinuare noluit, tametſi enim hactenus aëra impleſſet clamoribus ſuis, Chriſti tamen aures clauſas ſemper & obduratas invenit; tametſi etiam domi, pedibus ejus advoluta fuiſſet, poſtea verò ad ipſum conſectandum prolixum cum eo iter confeciſſet, nihilominus, *non reſpondit ei verbum*: at verò vix Apoſtoli loqui ceperunt, cùm ecce lingua ejus ſubitò ſoluta fuit. Unde Baſilius Seleucus ait: *Apoſtolorum chorus vicarius interceſſor apud Salvatorem intervenit, mulieris oratores ſunt Chriſti diſcipuli.*

Baſil. Seleu: ora. 20.

Dimitte eam quia clamat poſt nos.

11. Theophylactus ait: *Diſcipuli gravatim ferentes clamorem mulieris, rogabant: Dimitte eam, doc eſt, obſecrabant ut ablegaret illam à ſe*, id quod tamen non ex compaſſionis defectu dixiſſe ait: *Sed magis videntes perſuadere Domino, ut miſereretur ei.*

Theoph.

12. *Clamat poſt nos*, dicebant Apoſtoli, Lucas Burgenſis legit: *Clamores ingeminat*; tantò enim ſpes ejus erga Salvatoris pietatem amplius augebatur, quantò majores, frequentiores & aſperiores ejus repulſæ erant: *Notanda invicta mulieris fiducia*, inquit præfatus author, *ſilentio quod videri poterat quoddam repulſæ genus, minimè dejecta.*

Luc. Burg.

13. Paulus de Palatio Collegii Apoſtolici charitatem his verbis demiratur: *Agnoſce charitatis ingenium, rogant enim non rogati, beneficium præſtant non petenti. Quàm ergo à charitate diſtant, qui negant improbis Precibus petenti? cauſam verò afferunt, quia clamat poſt nos; Docentes, eum, qui vult exaudiri, debere ſenſim vitam Apoſtolicam ſequi.*

Paul. de Palat.

14. Idem quoque Author ingenioſam valde obſervationem habet circa verba: *Dimitte eam*; Dicit enim: *Adverte, Dominus tenebat Chananæam, ligabat eam, nam Diſcipuli dicunt: Dimitte eam, quia clamat; quomodo eam dimitteret, quam traxerat? & ideo traxerat, ut rogaret, & rogaret exactè*, Ad Romanos Apoſtolus ita ſcribit: *Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis*; hic autem ipſemet Chriſtus Dominus noſter hic Chananææ petendi, & bonam quandam gratamque orationem inſtituendi, formam & modum tradit.

Rom. 8. v. 26.

Verſus 24.

Ipſe autem reſpondens ait: Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael.

1. Gloſſa interlinearis ait: *Miſſus corporali miſſione* S. Thomas dicit: *Hebræorum erat peculiaris*; ac proinde dicebant: *Nos autem populus ejus & oves paſcuæ ejus: perierant iſtæ oves, quia abductæ erant per diverſas obſervantias*: Et quamvis Iſaiæ oraculum, Meſſiæ beneficentiam ad omnes omnino nationes extenderit; Deo dicente: *Dedi te in lucem gentium*; Dicendum tamen, *quòd ad omnes miſſus, ut omnes in unum congregaret; ſed miſſus eſt primò ad Iudæos, ut eos ad gentes transferret.* S. Auguſtinus Gloſſæ interlinearis intentionem ſecundando, ait: *Miſſus ad oves domus Iſrael, ut illis præſentiam ſui corporis exhiberet, non ut oves, quas habebat in gentibus contemneret*; Siquidem in S. Joannis Evangelio expreſſè ait: *Alias oves habet, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet ad me adducere*; ac proinde, prout S. Ambroſius obſervat, hoc loquendi modo: *Oſtendere dignatus eſt propoſitum quòd eos, quos primò elegerat, nequaquam refutare cupiebat, & ſæpè devios & errantes paterno quodam revocare cupiebat affectu.* Salmeron per adhibitam diſtinctionem, rem totam explanat; Dicit enim Chriſtus duplici potiſſimùm fine in hunc mundum venit, ſcilicet tum ad hominem redimendum, tum ad promulgandam legem Evangelicam; propter ambos verò hoſce fines, pari quidem paſſu ab æterno Patre, tam pro gentilibus quàm pro Judæis miſſus fuit. Joan. 11. *Jeſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in unum*: at verò ſi de Evangelii prædicatione ab ipſo perſonaliter facta, ac tot miraculis confirmata agatur: *Hæc principaliter in propria perſona perfecit apud Iudæos.*

Interl. S. Th. in Matth. Pſ. 87. v. 13. Iſa. 49. v. 1. S. Auguſt. ſerm. 74. de temp. Ioan. 10. v. 16. S. Ambr. ſerm. 43. Salmer. to 6 ar. 29. Ioan. 11. v. 51. & 52.

2. Ru-

Rup. Ab. l. 1. de Trin. & operib. ejus. c. 19.

2. Rupertus Abbas ait: *Voces ejusmodi voces erant odii, non juxta rationem divinitatis, ſed ſecundùm ſenſum carnis, priori non conſonantes propoſito ejus, vel ſcripturarum veritati; nam priusquam incarnaretur, amorem Eccleſiæ gentium profeſſus erat in omnibus Prophetis.*

S. Ant. Pad ſer in hac fer.

3. S. Antonius de Padua, ad dictionem *oves*, ſe reflectens, dicit: *Quia non hædos, qui ſunt in ſiniſtra finaliter collocandi, non ad lupos, quia volebant hanc eſcam in ovem converti, quod factum eſt.*

4. Notandum quoque eſt hoc loco, quòd Chriſtus paulò ante de Judaiſmo dixerat: *Generatio prava & adultera*, nunc verò Judæos oves appellet; imò filiorum loco eosdem agnoſcit, dum ait: *Panem filiorum.* Qua in re utiliſſimum nobis documentum tradidit, quò nimirum contumaces & diſcolos, in eorundem præſentia, ad ipſorum emendationem reprehendere debeamus: iidem verò abſentes honorandi ſint, de ipſis, ad proximorum ædificationem, cùm reſpectu honorificè loquendo; nec non ad ipſorum reſipiſcentiam, ut ab ipſo facilius, correctionis fructum reportemus, eosque lucremur.

Verſus 25.

At illa venit, & adoravit eum, dicens: Domine adjuva me.

1. Quemadmodum hæc mulier Chananæa ante Salvatorem, poſt Apoſtolos, à longè ſequebatur: *Clamat poſt nos*; ita poſt ea verba, quibus Chriſtus eam repellere & abjicere velle videbatur, ſeſe ante conſpectum ejus poſuit adorandum eum & profundam ei reverentiam exhibendo. Lucas Burgenſis ait: *Venit coram eo, adeo non eſt defatigata tot repulſis, ut etiam creverit fides ejus de Meſſiæ bonitate concepta, quæ animum ipſi addiderit propius coramque accedendi.* Chryſoſtomus hanc eandem animoſitatem demiratus ait: *Non tacuit, aut deſtitit, aut alacritatem remiſit? nequaquam, ſed magis inſtabat.* Quiſnam animum ſuum non totaliter abjiceret? inquit idem Sanctus; eo ipſo etenim, quo Chriſtus tacuit, tantoque tempore ei non reſpondit verbum, ſed clamores ejus importuniſſimos ſurdis auribus excepit, jam gratiæ, quam poſtulabat, conceſſionem deſperare potuiſſet; quando magis nunc, quando ab eo reſponſum adeo aſperum & durum retulit, maximè dum inſuper omnium Apoſtolorum, pro ipſa factam interceſſionem inutilem eſſe vidit: *Attamen non deſperavit mulier ſed cùm videret patronos ſuos nihil efficere, pulchra quadam verecundia inverecundata fuit; antea enim in conſpectum venire non audebat (clamat enim, inquiunt, poſt nos) quando verò conſentaneum erat, ut ipſa rebus deſperatis longius abiret, tunc propius etiam accedit: quid hoc eſt mulier? num plus fiduciæ habes, quam Apoſtoli? num plus virium.*

Luc. Burg.

Chryſ. ho. 53. in Matt.

2. *Adoravit ut Deum*, inquit Interlinearis, *adoratione latriæ*, inquit Lyranus, *ſperavit honoris & humilitatis officiis ſe poſſe benevolentiam ipſius*, ut Lucas Burgenſis ait: *demereri.*

Interl. Lyran. Luc. Burg.

3. Notanda quoque eſt vehementia charitatis & compaſſionis, hujus matris erga filiam; ſiquidem non una tantùm vice, ſed binis, infirmitatem filiæ, veluti ſi propria & perſonalis ipſius eſſet, deploravit, nam ab initio dixit: *Miſerere mei*, & nunc pariter dicit: *Adjuva me, infirmitatem enim filiæ reputabat ſuam*, ut Lyranus meditatur.

Lyran. ib.

Verſus 46.

Qui reſpondens, ait: Non eſt bonum, ſumere panem filiorum, & mittere canibus.

1. Origenes miratur hîc, Chriſtum miſeram hanc mulierem, magis ſemper ac magis à ſe repellentem: *Latronem liberaſti meretricem virginibus prætuliſti, & ſolam miſeram hanc mulierem deſpicis deprecantem.* Chryſoſtomus conſiderat, quòd, quantò ipſa amplius petendo efferveſcebat, tantò Salvator ſeſe magis invitum ac reluctantem ei oſtendebat: *Quantò illa ferventius orat, tantò ipſe vehementius retrudit.* Verum enimverò evidentius ſignum habere non poterat, unde ſe certò exaudiendam eſſe agnoſceret, quàm dum probroſis ab ipſo verbis propellebatur, & quaſi vapulabat: *Percutiet, & curabit nos.* Joſeph ſcyphum ſeu calicem ſuum, ſacco Benjamin fratris ſui imponi juſſit, ut ipſum in vincula conjiceret, eumque furti commiſſi apparenter ſaltem accuſaret: revera tamen finis ipſius, id ita fieri jubentis, erat,

Orig. ho. 7. de diver. Chryſ. ho. 35. in Matt. Oſe. 6. 2. Gen. 44.

ut ſuum erga ipſum affectum magis magiſque exhiberet, eique præ cæteris fratribus vel maximè benefaceret. Unde S Ambroſius ait: *Reum ſtatuit rapinæ, ut obſidem teneret gratiæ.* Eodem modo mulier, dum ſe veluti canem repudiari & contemni vidit, majorem ſpem concipere cœpit, ſe panis cæleſtis gratiarum divinarum certò futuram participem. Et ideo Baſilius Seleucus in ipſius perſona ait: *Contumeliam teneo curationis pignus: ſpondet mihi ſalutem canis appellatio.* Unde Paulus de Palatio ſequens elicit morale documenti: *Interim id vehementiſſimè nota, ſi probrum tibi Dominus injecerit grande, nec ſine fœnore ſolvet: ſi autem dixerit, filium facies; ſi induxerit te ſacco circumdabit lætitia.*

S. Amb. l. 2 de off. c. 16.

Baſil. ſel. ora. 20. Pa. de Pal.

Euth. in Matth.

2. ſciendum eſt verò, Euthimium per hunc panem, ſalutem interpretari, non ſolùm corporis ſed etiam animæ. *Panem dicit ſanitatem, non corporum tantùm verùm etiam animarum.* Hugo Cardinalis, Salvatorem ad verbum Dei alluſiſſe exiſtimat: *Dominus verbum Dei, panem vocat: quia ſicut panis corpus, ita verbum Dei peccata ſanat.* S. Marcus refert, Chriſtum ita dixiſſe: *Sine prius ſaturari filios.* quaſi ad illud dictum Actuum Apoſtolorum alludere voluiſſet, quo dicitur: *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei.* S. Anſelmus dicit: *Panis eſt Evangelium, miracula & alia quæ ad ſalutem pertinent noſtram;* & ideo hiſce verbis dicere voluit; non eſſe bonum, Judaiſmum, qui filius ejus erat, prædicatione Evangelii, miraculis, exemplis, cunctiſque aliis privare, quamdiu hunc Panem velut ſatur faſtidiens, à ſe non projiceret, tunc enim ſe juſtam habituram eſſe cauſam, ut panis illius etiam canes, id eſt, gentiles, participes efficeret.

Hug. C. in c. 7. Mar.

Mar. 7. v. 27. Act. Ap. 13. v. 26. S. Anſel.

Salmer.

3. Salmeron verba hæc de reditibus Eccleſiaſticis exponit, utpote qui panis filiorum, id eſt, pauperum dici poſſunt: *Intelligant* (Prælatos alloquitur) *bonum non eſſe, ſumere panem filiorum & mittere canibus, id eſt, redditus Eccleſiaſticos & patrimonium Crucifixi, quod ad alendos pauperes, & ſublevandos infirmos, orphanos, & viduas, & virgines fovendas inſtitutum eſt, ad ditandos conſanguineos & ſervos ſuos exaltando convertant: vel illis abutuntur, alendo canes, paraſytos, meretrices, vel, quòd quibuſdam honeſtius videtur, bona Eccleſiæ in ſplendore menſæ, equorum, & ſervorum multitudine, aulæis pretioſis, atque in vaſis aureis & argenteis comparandis; cum magno ſcandalo inſumant.*

2. Porro Judæi vocantur filii, de quibus Deus apud Iſaiam ita loquitur: *Filios enutrivi, & exaltavi;* & alibi: Et nunc Domine, *Pater noſter es tu.*

Iſa. 1. v. 2. Iſa. 46. 8.

5. Gentiles autem denominantnr canes; *quia ſicut canis eſt animal immundum*, inquit S. Thomas, *Sic gentes.* Lucas Burgenſis ait: *Quorum erat publica impudenſque cum Idolis fornicatio, qui Judæis comparati, non magis Deo curæ eſſe videbantur, quàm ſunt Patrifamilias canes, liberis collati. Vult igitur in Dei familia Iſraelitas eſſe, id, quod ſunt in hominis familia, liberis; gentiles verò, quod in hominis familia ſunt canes;* in his autem ingratis filiis adimpletum fuit cœleſte illud oraculum, quo dicitur: *Sicut lumen ejus, ſic & tenebræ ejus,* ſiquidem filii facti ſunt canes. Unde Chryſoſtomus ait: *Hæc autem ad opprobrium videbantur Judæorum, qui filii vocati, canes effecti ſunt,* dicente Paulo ad Philipp. 3. v. 2. *Videte canes, videte malos operarios.* Eadem quoque fuit S. Hieronymi ponderatio, quam hiſce verbis nobis explicavit: *Mira rerum converſio: Iſrael quondam filius, nos canes: pro diverſitate fidei, ordo nominum commutatur. De illis poſtea dicitur: circumdederunt me canes multi: nos audivimus cum muliere: Fides tua te ſalvam fecit.*

S Th. in Matth. Luc. Burg.

Pſ. 138. 12. Chryſ. ho. 7. ex var. in Matth. locis. Phi. 3. v. 2. S. Hier. in Matth.

Verſus 27.

At illa dixit: Etiam Domine; nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.

1. In fatali hac reſponſione egregium hujus mulieris relucet ingenium, ſagacitas & ſapientia mirabilis: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus* (quibus verbis aſperrimâ ipſam, quàm aliàs unquam contumeliâ mactare videbatur) ſiquidem hiſce verbis omnem illi intentum ſuum conſequendi ſpem præciciſſe videbatur: *Hoc reſponſo*, inquit Lucas Burgenſis, *reliquis repulſis duriore, ſpem omnem Chriſtus mulieri præcidere videtur.* Et, ut S. Hieronymus advertit, *Illa valde ſapienter & mango intellectu reſpondet;* ecce ſagacitatem ipſius.

Luc. Burg. S. Hier. in Matth.

S. Pa-

S.Paſch. l.7. in Matt. Lucas Burg. S.Paſchaſius hanc, circa ejus reſponſum habet reflexionem: *Opprobrium ſibi illatum, vertit efficaciter in ſupplicationis ſuæ blanditamentum.* Unde Lucas Burgenſis inſuper, ipſam Chriſtum in verbis cepiſſe, illudque ei extorſiſſe ſcribit, quod in ejus contumeliam à Chriſto prolatum videbatur, in favorem ſuum ingeniosè retorquendo: *Inſuperabilis itaque animi hujus mulieris magnitudo, id quod videbatur omnino repulſa, vertit in argumentum impetrandi, tanquam capiens ipſam Dei ſapientiam laqueo ſui oris verborum.*

Dion. Cart. Dionyſius Carthuſianus notat, quod ſicut Chriſtus ad ipſam metaphoricè loquebatur, ita quoque eandem metaphoram proſequendo, cauſam ſuam prorogaverit: *Subtiliter & valde pertinenter reſpondet*; imò mulier hæc per os ſancti Chryſoſtomi, hunc in modum Chriſtum alloquitur: *Chryſ. lo.cit.* *O Domine, factus es advocatus meæ poſtulationis, negando promittis.*

Salm. to.6. tr. 29. 2. Salmeron ſenſum horum verborum, mirificè hunc in modum explicat: *Gaudeo, quòd me canem facis, non recuſo nomen canis, nec Iudæis invideo panem filiorum, & nomen honorificum Iudæorum, quos etiam meos voco dominos, nec præripio illis panem ſuum delicatum, quo veſcuntur in menſa Patris.* Ipſa fortiter & generosè verbis Chriſti inſiſtebat, & quaſi cum ambitione & intereſſe nomen hoc *canis* admittebat, hoc enim ſuppoſito, veluti ex juſtitia & jure, ſaltem micam aliquã panis ab eo extorquere ſatagebat. Unde *Chryſ. ib. cit. ho.35. in Matt. Victor Antioch in c. 7 Marc.* Chryſoſtomum citat, dicentem: *Canem me dicis, ergo nutri me ut canem, non poſſum relinquere menſam Domini mei, in verberibus non cedo.* Victor Antiochenus in hujus mulieris perſona, ita loquitur: *Magni beneficii loco duco, vel in canum ordine haberi, tantæ enim ſunt menſæ Domini opes, ut abunde mihi ſat ſit, ſi juſtorum tuorum micis frui liceat.*

3. Argumentum hoc mulieris iſtius optimè currit, nec quidquam ipſi in contrarium *S.Anſel.* opponi poteſt. S.Anſelmus inquit, ipſam per illa verba: *Etiam Domine*, dicere voluiſſe: *Verum eſt Domine, non eſt bonum, ut dones nobis panem, nam nobis ſufficiunt micæ, & hoc eſt, nam & catelli non edunt panem, ſed micas, id eſt, reliquias dominorum: domini noſtri ſunt Iudæi, qui ſedent ad menſam ſcripturarum, nos non ſumus digni ſedere ad menſam, quia canes ſumus, ſed ſub eis exiſtentes, ſaltem aliquas reliquias vellemus habere, ſicut eſt curatio filiæ meæ*; ex lautâ quadam menſâ ſemper projicitur aliquid, quod non comeditur, aut flocci æſtimatur. Et ideo dicere voluit, quod, tametſi ipſa indigna eſſet illo miraculo, petebat nihilominus ex quo Chriſtus eſſet prodigus gratiarum ſuarum, quoad Judæos, vel unicam duntaxat panis illius micam, id eſt, unicum tantùm, in ſui commodum patratum miraculum, à ſe maximi beneficii & muneris loco æſtimandum fore. Unde Theophylactus ait: *Quod parvum quidem, quantum ad virtutem ſuam attinet mihi autem magnum fuerit; da ſicut & qui panem comedunt, non magni faciunt, ſi micas dent, canes autem bene ex his paſcuntur.* *Theoph.*

4. Monſtrat etiam in hisce verbis, dum micarum panis, quæ ex menſa cadere ſinuntur, mentionem facit, eximiam ſuam prudentiam; ſiquidem per hanc alluſionem Salvatori inſinuare intendebat, quòd, cùm in beneficium Judæorum, innumera miracula operetur, parum ipſi curandum ſit; ſi ad ſuam, licèt gentilis mulieris inſtantiam, etiam vel unicum ſolum patrare dignaretur. Albertus Magnus ſuper illa verba *de micis*, ita ſcribit: *Non peto modò ſalutem communem gentis meæ, ſed unius miſerere filiæ*; catelli de ferculis dominorum ſuorum menſis illatis non comedunt, ſed tantum de reliquiis, quæ ex eorundem menſa cadunt. Salmeron aliam quandam canum proprietatem, his verbis proſequitur: *Canes ejecti per unam portam, regrediuntur per aliam; rejecti ſunt gentiles per portam Idololatriæ, ingrediuntur per portam fidei; non ergo panem integrum dandum filiis, ſed micam, id eſt, parum quid, maximè, quia filii negligunt*; adducitque ſimilitudinem alicujus, qui cùm ingentem quandam pecuniæ ſummam, certæ cuidam perſonæ dare deſtinarit, ſi eam manu ſuâ tenendo, modica quædam monetula manu ipſius excideret, eamque pauper aliquis gradiens in ſuum commodum levaret, hoc ei utique minimè futurum eſſet ingratum: *Ita Dominus Ieſus manum plenam habebat miſericordiarum, interim cadebat aliqua mica, quam accipiebat aliquis ex gentilibus.* *Alb. M.* *Salmer. ibid.*

5. Porrò in hac muliere adimpletum fuit

Eccli. 3. 20. fuit, illud Ecclesiastici effatum: *Humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam*, siquidem ejus humilitas in hisce verbis mirè resplenduit: Hîc *tangitur mira humilitas mulieris*. Christus illam & omnes gentes, canes appellavit; *sed humilitatis est, quòd concedit contumeliam; item major ostenditur humilitas, quia ipse Dominus dixerat canes; sed ista dixit catellos*, inquit S. Thomas. Christus Judæis nomen filiorum imposuerat, ipsa autem eosdem dominos vocat. *De mensa Dominorum suorum*. S. Antonius Paduanus causam declarat, cur nomen *canis* non acceptârit; sed dixerit: *Nam & catelli: hoc nomen noluit sibi arrogare, quia canis habet aliquid industriæ, quia cognoscit dominum ipsum*: ipsa autem, tametsi adeò sagax esset & industria, ipsumque Dei filium & Dominum suum esse probissimè agnosceret, ex motivo tamen humilitatis, talis nunquam videri voluit: *Item domum custodit, & furis ingressum arcet, hæc non sic de se dicit, quia nec domum conscientiæ custodire se, fateri voluit, nec latratum confessionis habere quo hostis depellitur: sed se nominavit catellum, qui indifferenter cum omnibus ludit, quia omni vitio adhærebat, quia Dominum non cognoscit, qui indifferenter contra quemlibet latrat.*

S.Th. in Matt. S. Ant. Pad.

S. Amb. in c.16. Luc. 6. S. Ambrosius dicit, ipsam hæc verba, per superiorem quendam majoris luminis instinctum de pane Eucharistico intellexisse: *Agnovit mysterium, cui dicitur: nemo tollit panem filiorum, & mittit canibus; agnovit hunc panem, non panem esse, qui videtur, sed illum, qui intelligitur, & ideò respondet: utiq; Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* De hoc pane, in prosa sive sequentia Missæ Corporis Christi, dicitur: *Verè panis filiorum, non mittendus canibus.* Quænam verò est inter canes & catellos lactantes differentia? Hi ob teneram suam ætatem, innocentes repræsentant; his igitur panis iste communicatur, non verò canibus, qui rabidi, iracundi, voraces sanguinolenti, rapaces existunt; catelli symbolum sunt humilium & pauperum: *Manducat Dominum pauper, servus, & humilis.* De micis panis istius cum sancto Ambrosio dicere possumus: *O uberes micæ, quæ repellitis jejunium sempiternum, quæ colligentem pauperem æternis expletis alimentis!*

S.Ambr.

7. Valde considerabiles sunt multi heroicarum virtutum actus, in quibus magna hæc mulier sese exercuit. Etenim ingentem se conceptũ habere ostendit, de Christi omnipotentia & liberalissima manu, in patrandis miraculis; siquidem, ut Jansenius notavit: *Hoc miraculum, micam vocat.* Et ut Lucas Burgensis ait: *Micam sanationem suæ filiæ dicit; ut quæ si conferretur cum illa miraculorum copia, illisque gratiæ divitiis, quas in Judæos per singula momenta perfundebat, nihil aliud censendo esset, quàm una mica panis, è divite mensa elapsa.* Enimverò dubium non est, quin Salvator noster dudum petitioni ejus tandem annuere decreverit, quare igitur eam prius, per tot repulsas, à se abegit? Chrysostomus ait: Hoc factum esse, *Non quia negligebat, verùm ut repositum atq; absconditum in animo ejus virtutis thesaurum in lucem protraheret, eam repellebat.* Et quidem de ejus fide nemini dubium esse potest, cùm ob illam tantopere fuerit à Christo deprædicata. Modestiam suam palam ostendit, dum Christo solùm, suam ob filiæ malum acceptam afflictionem manifestavit, absque eo quòd ab ea liberari postularet; devotionis specimen dedit, quando ad pedes Salvatoris provoluta & prostrata, eundem devotissimè adoravit. Resignationem quoque prodidit, dum aliud nihil dixit, quàm *Adjuva me.* Fiduciæ actum elicuit, quando, licèt pagana & idololatra esset, ad Deum tamen fiducialissimè recurrit. Fervor ejus in oratione emicuit, quando voce elatâ clamavit. Charitas, dum alienam miseriam velut propriam sensit; perseverantia, quando post tot repulsas, memorialia & supplicationes suas tam frequenter reiteravit; denique humilitas in ea eluxit, dum se cane inferiorem esse agnovit.

Iansen. Luc. Burg. Chrys. ho.35. in Matt.

Versus 48.

Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua; fiat tibi sicut vis; & sanata est filia ejus ex illa hora.

Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier magna est fides tua.

1. Cajetanus ait: Putasset, debuisse dici; magna

Cajet.

magna eſt conſtantia, perſeverans; præterquam enim, quòd ipſa frequenter paſſa fuerit repulſas, ipſi quoque ſancti Apoſtoli nec auditi, nec exauditi fuerunt, imò velut canis repulſa fuerat, & ideò videri potuiſſet, potius commendandam fuiſſe ipſius conſtantiam atque perſeverantiam: *Sed Jeſus, qui intuetur cor, fidem commendat magnam, quia fides in ipſum Jeſum, ſuâ magnitudine ſuperavit negatas reſponſiones, repulſas & ignominias.*

Theoph. 2. Hæc mulier Chananæa, ut Theophylactus obſervat, Eccleſiæ typus fuit, quæ ex gentilibus congreganda erat; hi etenim à principio fuêre rejecti, Hebræis duntaxat admiſſis; hisce verò demum reprobatis, nos in illorum locum ſubingreſſi, panem nobis ſacratiſſimi Corporis Chriſti acquiſivimus: *In filiorum ordine gentes allectæ, obtinuerunt panem Corporis Domini: Judæi autem canes facti, ex micis videntur paſci, hoc eſt, ex parvitate & vilitate literæ.* De hujus Eccleſiæ, ex gentibus collectæ fide dici poſſe videtur: *Magna eſt fides tua;* ſiquidem inter tot perſecutiones Tyrannorum, hæreticorum contradictiones, Atheiſtarum, Paganorum, Mahumetanorum, totque aliorum inimicorum blaſphemias, fortis & imperturbata ſtabilitas permanſit; præterquam quod, ut *Raban. in cat. D. Th.* Rabanus obſervat, *meritò magna dicitur, quia cum gentes nec lege fuerint imbutæ, nec vocibus Prophetarum inſtructæ, ad prædicationem mox Apoſtolorum, in auditu auris obediverunt.*

S. Anſel. in Mat. 3. S. Anſelmus dicit: *Magna prædicatur à Domino fides mulieris, quæ primum Salvatorem filium David, deinde Dominum vocat, extremùm ut Deum adorat.* *Janſen.* Janſenius ait: *Magna, quia per eam magna de me credis, & confidis.* Inter mulieres non paucæ, prout experientia conſtat, hoc vitio laborant, quòd in neceſſitatibus ſuis ad ſuperſtitiones & dæmonum præſtigia confugiant; ecce tibi verò Chananæ noſtræ illibatam fidem, quæ *Janſen.* ut idem Janſenius ait: *Credidit, omni dæmoniaca virtute illum eſſe ſuperiorem; neque oratione illi & precibus eſſe putavit, reliquorum more, ut filiam ſanaret, ſed poteſtate ejus hoc efficere poſſe, idque etiam abſentem*; neque enim ab illo petiit, ut ad illam curandam, in domum ſuam ſe reciperet, ſed potius illum etiam de longinquo, ſolo voluntatis ſuæ actu, dum modo ira vellet, dæmonem in fugam agere poſſe credidit.

4. Baſilius Seleucus magnam ipſius fidem, ex multis argumentis deducit; dicit ergo: *niſi talis fuiſſet mulier, fortè inhumanitatis & impotentiæ Salvatorem condemnans, avellaſſet,* quaſi diceret: multæ aliæ mulieres, quæ tanta fide imbutæ non fuiſſent, ſcientes illum in quovis alio loco innumeras præſtitiſſe gratias, hîc autem illum adeo parcum & ad illas præſtandas invitum eſſe videntes facilè omnipotentiam & beneficentiam illius limitatam eſſe, ſuſpicari, vel ipſum, tanquam immitem & immiſericordem, condemnare potuiſſent; imò fides ejus eouſque proceſſit, ut idem Author ſcribit; ut Dominus noſter eam toti mundo, velut fidei normam & exemplar, proponere decreverit: *Ideò tibi gratificari diſtuli, ut fidem tuam in exemplum proponerem; totam tibi curationis menſam explico, non ut cani micam, ſed ut filiæ totum panem largior.* *Baſil. Sel. ora. 20.*

5. S. Auguſtinus acutè notat, quòd, ex quo canis nomen ſibi libenter arrogavit, dicendo: *Etiam Domine, nam & catelli edunt, &c.* Ideò Chriſtus illam mulierem, & conſequenter hominem appellârit: *O mulier; tu te cognoviſti canem, ego te jam agnoſco hominem;* idipſum magnæ fidei ſuæ meritum fuit; utpote ſine qua, beſtiis ſimiles ſumus: *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus.* Fides autem in filios nos adoptat: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine ejus.* *S. Aug. ſer. 74. de temp* *Pſ. 48. 13.* *Ioan. 1 12.*

6. Dionyſius Carthuſianus fidem hujusce mulieris, omnium aliarum virtutum theſauris locupletatam fuiſſe dicit: *Bonis operibus virtutibusque adornata.* Salmeron illum ſancti Marci textum: *Propter hunc ſermonem vade, exiit dæmonium à filia tua,* conſiderans dicit: *Id eſt, per fidem, & prudentiam, & humilitatem. Laudat autem, ut imitemur virtutes ejus; apparet prudentia in reſponſis, pietas in quærendo Deum, & non maleficos; perſeverantia in repulſis, humilitas in proſtratione & confeſſione, fides, quâ cæteræ virtutes ornantur.* *Dion. Cart.* *Salm. Marc. 7. 29.*

7. Fides quoque ejus magna dici poteſt, ſiquidem omnes Apoſtoli, ipſâ poſteriores remanſerunt, utpote qui ſuam interceſſionem

nem interponentes, minimè fuêre exauditi.

Chryſo. hom. 53. in Mat. Unde Chryſoſtomus, cujus hæc eſt ponderatio ait: *Tu verò diligenter conſidera, cùm nihil ab Apoſtolis in re mulieris factum fuerit, totum ab ipſa fuiſſe perfectum; tantum quippe poteſt jugis & fervens oratio.* De hac quoque fervenți oratione Chryſoſtomus ita ſcribit:

Dion. Cart. *Non ceſſat fideliter, humiliter, prudenter, ac patientiſſimè poſtulare.*

Fiat tibi, ſicut vis.

8. Optimè & perſpicuè videtur, quàm ſit verum illud Pſalmiſtæ: *Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* Ac ſi diceret, inquit Chryſoſtomus: *Fides quidem tua major; quàm petis, poſſet impetrare: veruntamen fiat ut vis; Hæc vox illi affinis eſt, quâ dictum eſt: fiat cælum, & factum eſt cælum.* Albertus Magnus Chriſtum, nullum miraculo, aut gratiæ poſtulatæ finem præſtitiſſe, ponderat: *Non ponit metam, quæ in fide terminum non habuit.* Idem Chryſoſtomus alibi ita ſcribit: *Non dixit, ſanetur filia tua; ſed fiat, ſicut vis: tu, inquit, eam cura, eſto medicus, voluntas tua curet eam.* Unde hæc mulier cum ſancto Davide dicere potuit: *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

Pſ. 144. v. 19. Chryſ. ib. Alb. M. ibid. Chryſoſ. ho. 17. ex variis in Mat. locis. Pſ. 93. 19

9. Obſervandum eſt, quòd Chriſtus hoc, quod eſt pellicere dæmonem, & peccatum ab anima, ad hos ipſos remittat, ſiquidem ſufficit ad hoc ex parte noſtra, reſoluta quædam voluntas; opus enim tantùm eſt, ut nos velimus, & veræ contritionis actus excitemus; ſiquidem voluntas noſtra divinæ gratiæ, quæ nobis non deerit, conjuncta, totum infernum proſternet, dæmonemque in fugam adiget.

10. Dionyſius Carthuſianus ait: *Quò Chriſtus videbatur huic mulieri aſperior foris, & in verbis, & in geſtibus, eò fuit ei benignior intus, per operationem occultam, per inſpirationem & illuſtrationem internam;* id quod ex hoc argumento convincit; quia, cùm hæc mulier gentilis, & conſequenter idolorum cultui aſſuefacta, omnique Dei notitiâ deſtituta fuerit: *Quomodo tantam fidem, humilitatem, patientiam atque prudentiam habuiſſet.*

Dion. Cart.

11. Janſenius inde hanc elicit moralem doctrinam; nimirum nobis non eſſe deſpondendum animo, dum videmus, quòd in neceſſitatibus noſtris non ſubitò exaudiamur: *Docemur in Chriſto, cum quanto noſtro profectu & utilitate, differat orationes noſtras exaudire, nimirum ut magis in nobis accendatur deſiderii & devotionis fervor, atque eò magis inflammemur ad precandum.*

Ianſen.

Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora.

12. Gloſſa ex hac hiſtoria colligit, curandum nobis eſſe, ut catechizentur & baptizentur infantes: *Qui nec ſapere, nec facere aliquid poſſunt, ſed per fidem & confeſſionem parentum, liberantur à diabolo.*

Gloſſ.

***

FERIA

FERIA SEXTA POST PRIMAM DOM. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Joan. cap. 5.

℣.2. *ERat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam.* 2. *Est autem Jerosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens.* 3. *In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum.* 4. *Angelus autem Domini ascendebat secundùm tempus in piscinam, & movebatur aqua, & qui prior descendisset in piscinam, post motionem aquæ sanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate.* 5. *Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.* 6. *Hunc cùm vidisset Jesus jacentem, & cognovisset, quia jam multum tempus haberet, dicit ei:* 7. *Vis sanus fieri? respondit ei languidus: Domine hominem non habeo, ut, cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam; dum venio enim ego, alius ante me descendit.* 8. *Dicit ei Jesus: surge, tolle grabatum tuum & ambula.* 9 *Et statim sanus factus est homo iste, & sustulit grabatum suum, & ambulavit, erat autem sabbatum in die illo.* 10. *Dicebant ergo Judæi illi, qui sanatus fuerat, sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* 11. *Respondit eis: qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula.* 12. *Interrogaverunt ergo eum: quis est iste homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum & ambula?* 13. *Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset: Jesus autem declinavit à turba, constituta in loco.* 14. *Postea invenit eum Iesus in templo & dixit ei: Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nunciavit Judæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.*

Versus 2.

Est autem Ierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens.

Probatica piscina.

Theoph. in Ioan. IN hac piscina, victimæ in templo offerendæ, abluebantur: *Eò quòd oves illic ad sacrificium congrebantur*, inquit Theophylactus, *& intestina earum abluebantur.* Albertus Magnus id verum esse dicit, de omnibus aliis carnibus offerendis, & de Sacerdotibus, qui pariter ibi sese levare consueverat: *Ab ablutione Sacerdotum & hostiarum.* Notandum est autem, quòd liberalissimus remunerator Deus, hisce aquis, divino suo cultui inservientibus, infirmis sanandi virtutem infuderit; ut per hoc nobis indicaret, quòd per easdem res, quibus ipsi obsequium & servitium exhibemus. Deus quoque nobis, eodem tempore simul benefacere soleat.

Alb. M. in Ioan.

2. Glossa per hanc piscinam, populum intelligit Judaicum, qui instar aquæ nunc quietus erat, mox à tentationum ventis agitabatur, unde Deo dicebat: *Nos populus tuus, & oves pascuæ tuæ*, idem quoque sancti Bonaventuræ sensus fuit, dicentis: *Quin-*

Gloss. *Ps.78.13* *S. Bon. ib.*

Quinque porticus significabant quinque libros Moysis, quibus illi claudebantur, illi enim prodebant languidos, non sanabant.

S. Thom. 3. S. Thomas piscinam hanc, baptismi figuram esse dicit: *Quia sicut aqua illa per hoc, quod lavabat corpora, habebat virtutem ex Angelo sanandi infirmitates, non ex propria natura; ita aqua baptismi habet virtutem sanandi & abluendi animam à peccatis.*

S. Bon. S. Th de Vil nov. ser. in hac fer. Dion. Cart ibid. 4. Est etiam figura pœnitentiæ, ut scribunt S. Bonaventura, & S. Thomas de Villa nova: *Hæc illa piscina salubris, in quâ quicunque ægrotus quacunque infirmitate lotus fuerit proculdubio curabitur & sanabitur, piscina scilicet lachrymarum & pœnitentiæ.* Dionysius Carthusianus similiter dicit, quod significet: *Sacramentum confessionis, in qua omnia lavantur, vel quotidianum baptisma lachrymarum.*

S. Ant. Pad. ib. 5. S. Antonius de Padua ait: *Alio modo, piscina est passio Christi; porticus quinque vulnera ejus. Alio modo, fons divinæ pietatis piscina est quæ omninò ad susceptionem gratiæ invitat.*

Quinque porticus habens.

6. Piscina isthæc multos habebat porticus, in quibus multi morabantur pauperes infirmi. Quoad mysterium verò hujus numeri, *S. Th. ib.* S. Thomas per illos porticus, quinque vulnera intelligit Redemptoris, adducitque Chrysostomi testimonium dicens: *Per hos quinque porticus mystice, secundùm Chrysostomum, quinque vulnera corporis Christi intelliguntur.*

S. Bon. 7. Sanctus Bonaventura, paulò antè allatæ expositioni inhærens, nimirum, quòd per hanc aquam pœnitentia intelligatur, & planctus peccatorum, consequenter per quinque hosce porticus, quinque intelligit considerationes, quæ peccatorem in hoc salutare lavacrum introducunt: *Apoc. 2. 5.* *Prima est, consideratio excellentiæ status gratiæ, à qua recedit. Apocalyps. 2. Memor esto, unde excideris, & age pœnitentiam: Jer. 2. 36* *Secunda meditatio vilitatis culpæ, quam commisit. Jerem. 2. Vide, quàm vilis facta es: Tertia divinæ Majestatis, quam offendit: Quarta pœnæ æternæ, quam meruit: Quinta divinæ misericordiæ, quæ peccata remittit; ex prima consideratione oritur dolor; ex secunda pudor; ex tertia timor; ex quarta horror; ex quinta amor.*

S. Th. de Vil. nov. 8. Sanctus Thomas de Villa nova, pariter in quinque hisce porticibus, non minùs ingeniosè, quàm fructuosè discurrit, per eosdem quinque corporis nostri intelligens sensus; dicit enim: *Isti sunt quinque sensus corporales, in quibus ægrotat omnis multitudo peccatorum, in quo porticu visus, jacet magna multitudo superborum, cupidorum, curiosorum mundanorum: In porticu gustus, gulosorum, ebriorum, delicatorum: In porticu tactus, multitudo voluptuosorum carnalium, in porticu auditus, illorum, qui delectantur nugis, detractionibus, & cantilenis: omnis ferè ægrotus jacet in his.*

Versus 3.

In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum.

In his jacebat multitudo magna languentium.

Alb. M. in Ioan. 1. Albertus Magnus inde originem suam trahere dicit consuetudinem illam, qua hospitalia, Ecclesiis vicina fabricari solent: siquidem hi porticus pauperibus infirmis hospitandis & recipiendis fabricati erant. *Salm. to. 6. tr. 18.* Salmeron pariter mutuam hanc templi & porticum istorum vicinam mysterio minimè carere hisce verbis asserit: *Mirabile est Christi documentum, qui in templum prius ingressus est ad orationem; deinde in locum pauperum, ut exhiberet misericordiam, & suo nos exemplo ad similia provocaret, fidei & charitatis opera.*

Lyran. 2. Quæri hoc loco non immeritò potest, cur ex tanta languentium multitudine, unus duntaxat salutem corporis receperit, cùm aliàs Salvator noster in dispensandis gratiis suis adeò liberalis, ne dicam prodigus semper fuerit? Lyranus dicit: *Significatur, quòd pauci salvantur de multitudine vocatorum.*

S. Aug. in cat. S. Augustinus ait: *Quid ergo intelligendum est, nisi quia potestas illa & bonitas magis agebat, quid animæ in factis ejus, pro salute sempiterna intelligerent, quàm quòd*

quod pro corporali ſalute corporis mererentur? In illis enim factis quidquid temporaliter ſanatum eſt, in membris mortalibus in fine defecit, anima quæ credidit, ad vitam æternam tranſitum fecit.

S.Tho. in Ioan. 3 S.Thomas in ſententia ejuſdem S.Auguſtini, quinque hoſce porticus infirmis refertos conſiderans, dicit, per hoſce, in porticibus hiſce degentes infirmos, denotatum fuiſſe, quòd quinque libri Moyſis, id eſt, lex vetus ad populum illum ſanandum minimè *Hebr 10. v.4.* ſufficerit: *Lex non poterat peccata ſanare, ſecundùm illud Hebr 10. Impoſſibile eſt per ſanguinem hircorum aut taurorum peccata purgari; ſed oſtendebat ea tantùm, ſecundùm illud Roman. 7. per legem enim cognitio peccati.* *Rom 7. v.4.* Per hos verò languidos, figurantur peccatores, teſte S.Bonaventura, qui dicit: *Per languentes ſignantur peccatores, qui ſunt languentes privatione virtutis.* *S.Bon. ibid.* *S.Th. loc cit.* Sanctus Thomas inquit, hominem in tantum cenſeri poſſe infirmum, in quantum eſt inordinatis ſibi prædominantibus paſſionibus ſubjectus, adducitque Tullii authoritatem, dicens: *Unde & Tullio paſſiones animæ, puta iræ vel concupiſcentiæ & hujuſmodi quædam ægritudines animi dicuntur. Unde Pſ.6. dicebat David: Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum.* *Pſ.6 v.3.*

Cæcorum, claudorum, & aridorum.

S.Bon. ibid. 4 Sanctus Bonaventura hæc verba in ſenſu morali ita exponit: *Cæci, carentia veræ cognitionis, claudi, defectu virtuoſæ operationis curandi ſunt gratiâ divinâ.* Nonnulli etiam per claudos, ambitioſos interpretantur, quorum proprium eſt, per adulationem & inverecundam affectationem ſeſe *3.Reg. 18.v.21.* inclinare, genua flectere, per quos claudos ſimiliter intelligi poterunt, qui in fide vacillant: *Uſquequo claudicatis in duas partes,* ajebat Elias ſequacibus Baal. Per aridos, avaros *Pſ.43.v. 25.* exponere poſſumus, qui fugacibus hujus terræ bonis tenaciter nimis adhæreſcunt: *conglutinatus eſt in terra venter eorum*, quique ob nimiam cordis duritiam, omnis ſunt compaſſionis expertes.

Exſpectantium aquæ motum.

5. In verbis ſequentibus rationem reddit, cur motum aquæ ab Angelo cœlitus deſcendente concitatum exſpectarint; quia, qui poſt hunc aquæ motum, primus eandem aquam ingrediebatur, ſanabatur è quacunque detinebatur infirmitate. Ubi notandum infirmos omnes, hanc aquam circumſtetiſſe, ſummâ cum vigilantiâ exſpectantes, ſemper erant prompti, ſemper præparati, ne adeo bonam convaleſcendi occaſionem negligerent: *Quoniam* inquit Dionyſius Carthuſianus, *hora Angelicæ deſcenſionis erat incerta*, *Dion. Carth.* *ideo languidi jacebant ibi continuò quaſi ſemper parati & optantes ſe invicem prævenire in ingreſſu piſcinæ*; at verò, quòd ſi pro corporis ſanitate conſequenda, ad ingrediendum aquam illam prompti ſemper erant, ne adeo felicem ſanitatis conſequendæ opportunitatem admitterent, quanto igitur magis unuſquiſque noſtrum, pro animæ ſuæ ſalute promptus eſſe debet, ad audiendum ad reſpondendum & obtemperandum monitionibus & bonis inſpirationibus Spiritûs Sancti; neſcimus enim, quando Spiritus ille ſpiratus ſit flamen ſuum in nos, ſiquidem *ſpiritus, ubi vult, & quando vult, ſpirat.*

6. S.Chryſoſtomus obſervat, quòd tunc *Chryſoſt. hom.35. in Joan* infirmitas corporalis multos retrahebat & impediebat, quominus aquam ingrederentur: *Nunc unuſquiſque voluntatem habet accedendi, non enim Angelus aquam movet, ſed Angelorum Dominus totum perficit*; nullus modò dicere poteſt, ſe hominem non habere, qui illum adjuvet; nullus excuſare ſe poteſt, quòd fuerit ab alio præventus, dummodo recipere ſerio velimus ſalutem: *Licet univerſus mundus accedat, non conſumitur gratia, neque gratia deficit, ſed eadem ſemper permanet.*

7. S.Thomas per hoſce languidos, illos *S.Th. in Ioan.* peccatores intelligit, qui illibenter & inviti in peccatis perſiſtunt; ſed inde quantocius egredi deſiderant: *Sunt aliqui ſic affecti languore peccati, qui non exſpectant aquæ motum in peccatis ſuis requieſcentes, ſecùndùm illud Sap.17. In magno viventes inſcitiæ bello, tot & tanta mala pacem appellant, de qui-* *Sap.14. v.22.*

Prov. 2. v. 14. *bus dicitur* Prov. 2. *Lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis, cujus ratio eſt, quia non abhorrent peccata, nec peccant ex ignorantia, ſeu infirmitate, ſed ex certa malitia: iſti autem, utpote non ex malitia peccantes, non quieſcebant in peccatis, ſed per deſiderium exſpectabant aquæ motum. Unde dicit: exſpectantium.* Etenim bonum ſignum eſt, quando peccator, peccati ſui ſentit remorſum, illumque à conſcientia ſua pellere deſiderat, eoque fine, divinæ gratiæ auxilium continuò implorat.

Gloſſ. in. ter lin. 8 Gloſſa interlinearis per hanc motionem aquæ, mortem Chriſti, & conſequenter noſtram redemptionem intelligit; *Id eſt, mortem Chriſti, & inde redemptionem.*

9. Per hunc quoque motum intelligi poteſt interior in cordibus noſtris motio Spiritus ſancti, utpote in pluribus ſacræ ſcripturæ locis, in hoc elemento ſymbolizatur: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat; Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ; hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant, credentes in eum.*

Joan. 7. v. 38.

Verſus 4.

Angelus autem Domini deſcendebat ſecundùm tempus in piſcinam, & movebatur aqua, & qui prior deſcendiſſet in piſcinam, poſt motionem aquæ, ſanus fiebat, è quacunque detinebatur infirmitate.

Angelus autem Domini deſcendebat.

Luc. Burg. 1. Lucas Burgenſis nonnullorum refert opinionem, exiſtimantium hunc Angelum fuiſſe ſanctum Raphaëlem, qui Tobiam ſenior em curavit: *Eò quòd corporum morbis medelam afferret.*

Theoph. 2. Theophylactus obſervat, aquam iſtam non habuiſſe hanc ſanandi virtutem naturaliter, ſed ab Angelo ei collatam fuiſſe; ſi enim virtus illa huic aquæ propria fuiſſet, prouti in multis aquis minerabilibus accidere videmus, aqua hæc virtutem illam utique ſemper habitura fuiſſet: *Sed totum in Angelo ſitum erat, quidquid erat efficaciæ; ita apud nos aqua baptiſmatis, aqua eſt ſimpliciter; cùm autem acceſſerit Spiritus ſancti gratia propter invocationem Dei, multos morbos ſolvit anima um.* Lyranus illud idem baptiſmi myſterium adducit, dum ait: *Appropinquante Evangelii veritate, Dominus voluit figuram expreſſam Baptiſmi in hac piſcina oſtendere, quæ conveniebat cum baptiſmo in mundando & ſanando, virtute Dei occulta, ad motionem Angeli, ſicut Baptiſmus ſub ſenſibili elemento mundat animam, virtute occulta verbi.* Chriſtus Iſaiæ cap. 9. ſecundùm verſionem ſeptuaginta, appellatur *magni conſilii Angelus*; hic autem, ut Lyranus advertit: *Deſcendens in Iordanem, vim generativam dedit aquis, tactu ſacratiſſimæ carnis ſuæ.*

Lyran. Iſa. 9. v. 6.

1. Chryſoſtomus exiſtimat, Deum miraculum iſtud ibidem in conſpectu omnium Judæorum fieri voluiſſe; *Ut intelligerent judæi, longè magis Angelorum Dominum, omnia animæ impedimenta ſanare poſſe.*

Chryſoſt ho. 35. in joan.

4. Albertus Magnus per hanc piſcinam, Pœnitentiam & peccatorum planctum intelligens, ſcribit, quòd ut aqua iſta purificet & mundet, *oportet ut ab Angelo, id eſt, à Domini ſpiritu moveatur, ſicut ſcriptum eſt: Flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ; nam ſi timore ſolo inferni, aut dolore alicujus incommodi, aut infamiæ quam incurriſti, aut alio reſpectu ſimili ploras, non habet aqua iſta ſanandi virtutem; ſed quando amore Dei, & ſpiritu Dei, & dolore offenſæ prodeunt fontes & rivi lachrymarum, omnem lepram peccati mundant.*

Alb. M. Pſ. 147 v. 18.

Secundùm tempus

5. Quale hoc tempus fuerit, in quo Angelus deſcendebat, incertum eſt. *Itaque illud, ſecùndùm tempus, ita eſt accipiendum,* inquit Janſenius, *ut ſignificetur, non ſemper quidem Angelum moviſſe aquam; ſed certis quibuſdam temporibus, quæ tamen hominibus erant incognita, idque non ſolùm ſemel in anno, ſed frequenter, ut eſt veriſimile.* Si enim infirmi certò tempus ſciviſſent, quo aqua movenda erat, non ſe ad ingreſſum aquæ præparaſſet pro ſemper, ſed tantùm pro illa

Janſ. conc. c. 36.

illa hora; adhibiturus quoque fuiſſet quilibet eorum omnem diligentiam ad habendum auxiliatorem, ut primus omnium, aquam ingredi poſſet: at verò Salvator noſter per illam temporis incertitudinem inſinuare nobis voluit, inceſſanter nobis de ſalute noſtra ſpirituali cogitandum eſſe, noſque quavis horâ, ad adventum Angeli magni conſilii, promptos paratoſque eſſe debere. Unde conſiderabilis eſt illa Gregorii Magni ſententia: *De morte incerti ſumus, ut ad mortem ſemper parati inveniamur.* Lucas Burgenſis aliam rationem adfert, cur tempus illud incertum fuerit; Dicit enim: *Nec ullus illic fuiſſet pauperibus locus, divitibus illo tempore locum illum vi occupantibus, neque permittentibus quenquam ante ipſos deſcendere*; Incertum igitur hoc tempus Deus eſſe voluit, ut pauperes in acquirenda ſalute ſua corporali, divitibus & potentibus præferri poſſent, illis ſiquidem ſe Deus ſemper ſpecialiùs addictum eſſe oſtendit, ideoque providit, *ut incognito incertoque tempore, Angelus deſcenderet, aliquando interdiu, aliquando noctu, aliquando ſæpius uno anno, aliquando rarius, excluſit delicatam divitum intolerantiam incommodior habitatio, relictuſque eſt pauperibus locus.* Dicit enim Evangeliſta: *Jacebat multitudo magna*; vel ut eſt in Syriaca *Plebs magna*; Etenim in Naaman Syro, leproſo quidem, ſed potente, & à Rege plurimum æſtimato, patet quænam ſint divitum, etiam dum maximis & graviſſimis ſunt infirmitatibus detenti, prætenſiones, nimirum cuperent ut Angeli. vel Prophetæ illos convenirent, ſeque coram illis reverenter inclinarent & obſequerentur.

Greg. M.

Luc. Burg.

4. Reg. 5. v. 11.

6. Ecce tibi igitur quàm verum ſit, quòd ubi de animarum ſalute agitur, nullum ſit ponendum fundamentum ſpei, in certo tempore, quia quo Deus cor noſtrum, per gratiam ſuam moturus ſit, ignoramus, ac proinde quavis horâ & quovis momento, prompti atque parati eſſe debemus; ut ſubitò, dum cor noſtrum ſuâ gratiâ pulſat & illuſtrat, in haſce divinæ miſericordiæ aquas nos conjicere valeamus. Salmeron ly, *ſecundùm tempus*, ita explicat; *id eſt, modo, quia, eccenunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis*; *ſive ſecundùm tempus, quando Deo vel Angelo aures accommodamus.*

Salm. to. 6. tr. 18.

Et movebatur aqua.

Idem Salmeron ait: *Cum libenter audimus verbum Dei, & inſtruimur de ira Dei de cœlo, quæ imminet, de morte inſtanti, de gehenna ignis, de gravitate peccatorum*, tunc movetur & turbatur anima, & ab hac ſancta perturbatione procedit ſalus ejus & emendatio. Hugo Cardinalis ait: *Angelus movet aquam, quando gratia compellit exire lachrymas, & movet, & excitat in homine devotionem.*

Hug. Card. in Joan.

Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam, poſt motionem aquæ.

8. Qui maximè ad ingrediendum in haſce aquas ſollicitus erat, liberabatur à quacunque detinebatur infirmitate.

Rom. 12. v. 11.

9. *Sollicitudine non pigri*, inquit Apoſtolus Vita enim noſtra unicæ duntaxat reſpirationi innititur, adeoque anima de momento in momentis, è corpore noſtro egredi poteſt, ideoque meritò ille Dei ſervus dicere ſolebat: *Omni momento, ad oſtium æternitatis ſto*; nulla interjicienda eſt temporis mora, ubi de animæ ſalute agitur, præcipuè *poſt motionem aquæ*, id eſt, dum in nobis divina gratia operatur, noſque ad illam excitat & invitat; per aquam enim gratia denotatur: *Fiet in eo fons aquæ, ſalientis in vitam æternam*; hæc autem varios in nobis motus & affectus producit, nimirum amoris, timoris, ſpei, pœnitentiæ & ſimilium aliorum. Efficax ad hanc nobis ſollicitudinem inculcandam ratio eſt, quia Deus nos vocat, dum videtur & placet ſibi, non verò ad beneplacitum noſtrum. *Quis autem Conſiliarius ejus fuit?* Nec valet ſi dixeris, experientiam quotidianam teſtari, multos eſſe, qui licèt tardè & morosè emendentur, ſalvantur tamen; ſiquidem præterquam quòd hoc valde incertum ſit, hoc nobis certo conſtant, quòd in tam numeroſa languentium multitudine, ſolùm unus ſanabatur; *A paucis de terra, divide eos.* Chaldæus legit: *A juſtis*

joan. 4. v. 14.

Rom. 11. v. 34.

pſ. 16. v. 14.

Bellar.

1.Cor.9. 4.24. Bellarminus dicit: *Motui mundo, pauci ſunt, multi quidem currunt, ſed unus accipit bravium.* Multi quidem ex hac multitudine,& forſitan omnes è lectis ſuis egrediebantur,ut aquas illas intrarent ſed quibus feliciſſima recuperatæ ſalutis ſors contingebat? *Qui prior deſcendiſſet,ſanus fiebat.* S. Bonaventura ait: *unus ſignificabat unitatem ſanctæ Eccleſiæ,præter quam nullus poterat ſanari.*

S. Bonav. in Ioan.

Sanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate.

Dionyſ. Carth. ib. 10. Dionyſius Carthuſianus quærit, cur Deus hanc adeò admirabilem virtutem hiſce aquis contulerit?& reſpondet: *Ad hoc aliqui dicunt, quod propter lignum Dominicæ crucis,quod in ea nataſſe,& circa paſſionem denataſſe affirmant.* adeoque credendum eſt, quòd juxta horum opinionem, ex hoc in hiſce aquis natante ligno,crux poſtea fabricata fuerit: *Alii dicunt, quòd ad præfigurandam virtutem baptiſmatis Chriſti tunc propinquantis.*

Verſus 5.

Erat autem quidam homo ibi,triginta octo annos habens in infirmitate ſua.

Tolet.in Ioan. 1. Toletus in paupere hoc & deſolato paralytico,Judæorum conſiderat duritiam, qui illum triginta octo annis languentem deſeruerunt,abſque eo,quòd illi balneo huic imponendo,manum præbuiſſent auxiliatricem.Probatur etiam in eodem miſero homine,extrema ejus mendicitas, utpote qui ne denarium quidem habebat, quem illi ſolveret,qui illum,ſi non ex charitate,ſaltem propter lucrum mercedis,in aquas detuliſſet veriſimile etenim eſt, quòd ſi vel denarium habuiſſet illum minime poſtpoſiturus fuiſſet corporali ſuæ ſaluti.

Dionyſ. Carth. Salm. to. 6.tr.19. 2. Dionyſius Carthuſianus dicit:*Speciaſiter hunc unum affatur & curat,qui miſerabilior fuit.* Salmeron ait: *In rebus deſperatis ſolet nobis Deus adeſſe, ut nos ad ſe magis alliciat,ut doceat nos,erga eos qui magis indigent, & hominum auxilio deſtituuntur, eſſe beneficos & liberales.*

3. Chriſtus ſe verum medicum noſtrum eſſe oſtendit:*Non eſt opus valentibus medicus ſed malè habentibus*:Medicorum autem proprium eſt, quod ad exhibendam præſtantiæ artis ſuæ experientiam,infirmos ſtudioſè inquirant deſperatiſſimos; quales & ipſe Chriſtus in hoc Evangelio quæſiiſſe videtur, & tandem hunc hominem invenit . *ut qui & immedicabili,* inquit Janſenius *& vetuſtiſſimo morbo tenebatur,& humano ſubſidio deſtitutus erat,* voluit inſuper demõſtrare,eorum ſe vel maximè curam & ſollicitudinem habere,qui ab ominum ope & ſolatio remotiſſimi & deſolatiſſimi eſſe noſcuntur.Idemque Janſenius aliud quoddam exinde elicit morale documentum, nimirum *nullum eſſe morbum animi tam capitalem,tamque inveteratum,quem non tollere & poſſit & velit.* Matth. 9.v.12. Ianſ.c. 36.

4. David veridico calamo ſuo ſcribit:*Iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde: Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adjutor*, ac proinde Hugo Cardinalis notat, quòd Evangeliſta ex induſtria infirmitatem, ſecundùm ſuas circumſtantias aggravantes, deſcribat, nimirum quòd per totannos habituata fuerit,eamque patienter ſuſtinuerit: *Hæc omnia faciebant eum approximare ſaluti, quæ eſt per Chriſtum.* Pſ.31. v 19. Pſ.10. v.14. Hug. Cardinal.

Tolet. 5. Toletus in hoc languido,genus humanum poſt peccatum præfiguratum eſſe dicit: *Quod diuturno peccati morbo laborans, neminem,qui ad ſanandum adjuvaret, ſuo pretio potuit comparare,ſed infirmum, inops & pauper tam diu jacuit, donec ſine pretio ullo dato, filius Dei homo factus venit, qui ipſum ſanavit.*

6. Hoc triginta octo annorum ſpatium valde vivacem in eo ſpem fuiſſe demonſtrat. Arabicus loco,*homo*,legit,*vir*;Et S. Joannes, qui de aliis infirmis ſcripſit: *Multitudo languentium*, de hoc ſcribit, *erat autem &c* quaſi de eo dicere voluiſſet, non jacuit ibi omni ſpe deſtitutus, quia tametſi dixerit:*Hominem non habeo*, per hoc tamen dicere velle videtur,ſe cœleſte ſperare adjutorium ,quod ei quoque tandem evenit: Unde Simon de Caſſia ait:*Privatum ſe fatetur auxilio humano.* Hujus porro opinionis author D. Chryſoſtomus fuiſſe videtur, ſiquidem per hoc exemplum, & viam

Sim.de Caſſ.l.5. c.27. Chryſoſt.ho 35 in Ioan.

vam hujus paralytici ſpem, multorum redarguit diffidentiam, qui quando non ſubitò in ſuis neceſſitatibus exaudiuntur, & ſperata accipiunt à Deo auxilia, animum continuò abjiciunt: *Octo & triginta annos hic exſpectaverat, exſpectabatq; neque ejus impletum eſt deſiderium, neque negligentiâ non ſanabatur, ſed præventus ab aliis, neque propterea deſperavit; nos autem, ſi per decem dies orationibus invigilantes, non exaudimur, jam tepeſcimus.* Oſtenditque ſanctus, quòd longè prolixiori & fortiori ſpe & fiduciâ ac diligentiâ, mundo inſerviamus, V.G. in bello, in aula, & in cunctis aliis ſervitiis humanis, in quibus ut plurimum à ſpe noſtra turpiter cadimus, eaque fruſtramur: *Dominum autem noſtrum, ubi ſine dubio, merces ſequitur longè laboribus amplior (ſpes enim non confundit) debito ſtudio & diligentia proſequi non patimur.*

Gloſſa. Interl. 7. Gloſſa Interlinearis per hunc miſerabilem hominem, peccatorem, in multis habitualiter radicatis peccatis profundè demerſum intelligit: *Significat multis & magnis peccatis oppreſſum.* *Gloſſa. ordin.* Gloſſa hunc triginta octo annorum numerum, verbis ſequentibus examinat, dum ait: *id eſt, duobus minus quadraginta, qui numerus conſtat ex quatuor decem, & ſignificat perfectionem operum in decem præceptis legis, & quatuor Evangeliis, & à quo duo minus habet, qui charitate Dei & proximis caret.* *Lyran.* Lyranus hunc hominem, adeo prolixo morbo ob præcedens peccatum, punitum eſſe dicit: *Illam enim infirmitatem propter præcedens peccatum incurrerat, ut patebit infrà, veruntamen quia pœnas patienter ſuſtinuerat, ideo dignum erat, ut ei ſubveniretur.*

Chryſ. ho. 37. in Ioan. 8. Chryſoſtomus ex hac, per tot annos continuata paralyſi, quanta pœna culpæ alicui debeatur, optimè conſequenter deducit. Ubinam ſunt illi, inquit S. Doctor, qui peccatum ipſorum breviſſimo tempore, imò unico tantùm voluntatis actu commiſſum eſſe dicunt, ideoque dolent dicentes: *Ob commiſſum brevi tempore peccatum, perpetuas pœnas daturus ſum: Ecce hic, non tot annis peccavit, quot pœnas dedit: brevi peccatum patratur, morbi tormenta diuturna ſunt, non enim tempora peccati, ſed peccantium animus indicatur.*

Verſus 6.

Hunc cùm vidiſſet Jeſus jacentem, & cognoviſſet, quia jam multum tempus haberet, dicit ei.

Hunc cùm vidiſſet Jeſus jacentem.

1. S. Thomas ait: *Non ſolùm oculo corporis, ſed etiam miſerationis, qualiter videri petebat David, dicens: Reſpice in me, & miſerere mei.* Ex quo facto colligitur, quam verum ſit illud, quod tot ſæculis antea in Iſaia dictum fuit: *Dicit Dominus, ad quem etiam reſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum?* Magnates mundi hujus, pauperes contemnere & dedignari ſolent. *S. Th. in Ioan.* *Pſ. 24. v. 16.* *Iſa. 66. v. 2.*

2. Enimverò veriſimile quidem eſt, quòd templum adeundo, multis aliis vicibus per hoc hoſpitale & infirmantium porticus tranſierit, & tamen nunc oculos ſuos in miſerabilem hunc hominem conjicit, quia in conferendis nobis beneficiis tempus exſpectat opportunum; nunc igitur poſt longam illam infirmitatem, illum diſpoſitum eſſe cognovit, qui divinæ ejus gratiæ cooperaretur, non verò antea: *Dominus mortificat & vivificat*; nunc igitur oculos ſuos in eum defigit: *Hunc cùm vidiſſet*; quos proinde oculos Rupertus Abbas *feneſtras* appellat *ſalutis, & potentes miſericordiæ januas.* *1. Reg. 2. v. 6.* *Rup. Ab. in c. 6. Ioan.*

Et cognoviſſet, quia jam multum tempus haberet.

3. S. Bonaventura ait: *Omnia enim nuda ſunt & aperta oculis ejus.*

Verſus 7.

Vis ſanus fieri? reſpondit ei languidus: Domine hominem non habeo, ut cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam, dum venio enim ego, alius ante me deſcendit.

Vis ſanus fieri?

1. S. Cyrillus ait: *Præcurrit miſericordia ægrotum*; ſuis etenim gratiis ſemper nos præve- *S. Cyrill in gloſſ.*

prævenit, nec unquam è noſtris nos ruinis poſſemus erigere, niſi ad porrigendum nobis auxiliatricem manum ſuam, per ſuam erga nos compaſſionem moveretur. Unde idem S. Doctor ait: *Manifeſtum argumentum ſummæ Chriſti bonitatis, quod utique laborantium preces non exſpectet, ſed petitionem benignitate ſuâ præveniat.*

2. Et verò primâ facie interrogatio hæc inutilis & ſuperflua videri non immeritò poterat; quis enim eſt, qui inter dolores exceſſivos, ad mortem uſque languens, ſanitatem non deſideret? Veruntamen nonnunquam claudi, aut membris mulctati, vel alii ſimiles mendici aliqui inveniuntur, qui ſanitatem vel corporis priſtinam integritatem minimè, deſiderant, quia eleëmoſynarum quæſtum favendo optimè ſibi proſpectum eſſe vident; qui tamen ſanitati reſtituti, victum ſuum cum minori lucro, in aratro & ligone laborando, & ſudore lucrari deberent: at verò in præſenti languido, res ita ſe minimè habet, de hoc enim juxta Chryſoſtomi opinionem dicere convenit, ipſum ſalutem ſuam ardenter deſideraſſe: *Non ſe irrideri arbitratus, neque dixit: huc ex induſtria veniſti, ut ſannis & convitiis me laceres, qui interrogas, cum dolore excrucier, num velim ſanari.* *Chryſ. ho. 36. in Ioan.*

3. Nonnulli hoc loco conſiderant, quòd, quia hic Paralyticus, qui triginta octo annis, ex illa infirmitate, lecto affixus decubuerat, Chriſtum præſentem cognoſcere minimè poterat, utpote qui ipſo primitus infirmante, natus nondum fuerat, ideò Chriſtus illum non ſine cauſa, de re tam grata & accepta, interrogarit, ut videlicet hac interrogatione excitatus, fixis in eum oculis reſpiceret, vultúsque ſui ſpeciem, memoriæ ſuæ tantò fortius imprimeret, hacque ratione ipſum deinceps obvium cognoſcere poſſet; ita namque de ſancto Petro quoque legitur, quòd claudo illi, quem ad portam, quæ ſpecioſa dicebatur, ſimul cum Joanne erexerat, dixerit: *Reſpice in nos*, & meritò; id namque fecit, tum ut miraculi teſtis eſſet; tum ut benefactorem ſuum agnoſcens, gratum ſe erga illum exhibere poſſet. Toletus advertit, Chriſtum non dixiſſe huic Paralytico: *Vis ut te ſanem*; ſed *vis ſanus fieri?* idque meritiſſimo jure, quia cum paralyticus hic nullam haberet perſonæ Chriſti notitiam, ipſumque filium Dei eſſe ignoraret, ſe à Domino ironicè ſeu ſubſannatoriè interrogari, credere potuiſſet: *Nec enim dixit: Vis ut te ſanem? quia nondum de Chriſto tantam habebat ille opinionem & notitiam*, ideo ſe ſphæræ capacitatis ipſius adaptans, fidem, viribus ejus ſuperiorem, ab illo maximè requiſivit. *Non petit ab infirmo aliquid ſupra captum ejus*; hanc potius fidem in iis requirebat, qui prædicationem ipſius audierant, viderantque crebra ejus miracula, illeque ab ipſo depoſcebant. Per hanc igitur interrogationem efficere voluit, ut, poſtquam ſanctus eſſet, ſeſe poſſet reflectere & intelligere ſanitatem hanc virtute & operâ verbi ſui divini, non verò aquarum illarum virtute, ſe fuiſſe aſſecutum, agnoſceretque virtutem & omnipotentiam Chriſti, quavis etiam Angelica poteſtate longè eſſe ſuperiorem.

4. Voluit inſuper Deus noſter hisce verbis nobis inſinuare, ſibi ſalutem noſtram majori curâ & ſollicitudine cordi eſſe, quàm nobismetipſis, ſiquidem ipſe eſt, qui illam nobis offert, ſeque illius nobis dandæ, dummodo eam habere velimus, cupidiſſimum eſſe oſtendit. Didacus Stella optimè conſiderat, quod Chriſtus non ſine myſterio intempeſtatæ noctis medio, naſci voluerit: *Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus de cœlo à regalibus ſedibus venit eâ noctis horâ, quâ homines rerum omnium, & ſui etiam obliti, cùm nulla vexat eos ſollicitudo, tunc ſingulare hoc beneficium piiſſimus Dominus hominibus præſtat.* De hoc paralytico minimè conſtat, quòd triginta octo annos, ab ullo hominum unquam poſtularit, ſibi ferri auxilium, & quando omne ſubſidium planè deſperatum erat; Chriſtus ſe de ejus ſanitate & corporis ſalute, ſollicitum cupidumque exhibebat. *Didac. Stell. in Sap. 18. v. 14.*

5. S. Antonius de Padua dicit, Chriſtum, veluti optimum & peritiſſimum medicum, dum infirmitatem hanc curare vellet, manum ſuam radici & origini mali totius apponere voluiſſe: *A cauſa infirmitatis incepit, ſicut bonus medicus, quia peccatum erat ejus cauſa, ſicut innuitur, & ideo primò voluit volun-* *S. Ant. Pad. hîc.*

voluntatem ejus ordinare, quia cura ſpiritualis non fit niſi voluntate. Unde Auguſtinus: Qui creavit te ſine te, non juſtificat te ſine te. Per ſalutem corporalem, prius ſalus infundebatur ſpiritualis, ad hanc autem conſequendam, voluntatis ipſius concurſus neceſſarius erat. Unde idem S. Antonius notat, dicens: *Quos poſt ſanabat corpore, prius ſanabat mente, ſicut Evangelium nobis manifeſtat; Quia prius Salvator noſter ad curandam voluntatem acceſſit, cùm dixit: Vis ſanus fieri? deinde corpus reſtituit ſanitati.* Eandem quoque obſervationem Albertus Magnus hiſce verbis habet: *Eliciens ſenſum & in hoc ſignat, quod diſſentiens non curatur ab infirmitate ſpirituali, quia ponit obicem Spiritui ſancto.* Salmeron interrogationem hanc valde opportunam fuiſſe dicit; cujus hanc dat rationem, quia tametſi pauci reperiantur infirmi, qui ſalutem corporalem non deſiderant, *pauci tamen ſunt, qui ab infirmitate ſpirituali liberari velint.*

Alb.M. *Salmer. to.6.tr. 16.* *Alb.M.*

6. Albertus Magnus obſervat, Chriſtum in poteſtate & libertate paralytici hujus, ſalutem ejus ponere voluiſſe, *quaſi diceret: In voluntate tua eſt, quia tu tibi peccando cauſa infirmitatis fuiſti, & ideo voluntatem ad me à peccato converte.* Saulus ex perſecutore effectus eſt Apoſtolus, vas electionis, tuba Spiritus Sancti, eò quòd voluntatem ſuam Deo ſubitò conſignarit, dicens: *Domine, quid me vis facere?* S. Thomas de villa nova ait: *Pauciſſimi ſunt, qui libera voce reſpondent volo; hujuſmodi enim voluntatem ſtatim ſequitur ſalus, nam quiſquis efficaciter vult, facit quod in ſe eſt.*

S.Th.de vill.nov. hic,

7. Sanctus Gregorius Nazianzenus ait: *Hoc bonum ſolo voluntatis pretio emendum tibi proponitur*; Deus enim per ſuam divinam gratiam, per ſua internarum inſpirationum & vocationum auxilia, nunquam nobis deeſt, ſiquidem nos interrogat: *Vis ſanus fieri?* Sufficit quòd non ejus voluntati annuamus. Unde David dicebat: *Voluntariè ſacrificabo tibi.* Ad ſuum ſervitium Deus nequaquam invitos, ſed ſpontaneos & voluntarios admittit. Unde Caſſianus ait: *Non eſt beneficium quod præſtatur invitis nec cuique videtur utile, quòd adversâ voluntate conceditur.*

S.Greg. Naz.or. in ſac. Bapt. *Ioan.5. v.6.* *Pſ.53.v. 8.* *Caſſ.l.11. var. Ep.38.*

8. S. Thomas de Villa nova conſiderat, quòd benigniſſimus Redemptor noſter in perſona hujus infirmi, omnes peccatores interroget: *Vis ſanus fieri? Non petit à te Deus ô peccator, niſi ut velis ſanari; ſi enim verâ & promptâ & efficaci voluntate ſalutem animæ tuæ volueris, ſine dubio ſanaberis; quid facilius, quid levius, quàm velle ſalutem? tuum eſt velle, optare, petere & deſiderare; Dei eſt præſtare: O ſi medicus corporalis nihil alii ud peteret ab ægroto, niſi ut vellet ſanari, quis ad horam ægrotaret?*

S.Th. de vill.nov

9. Simon de Caſſia ait: *quærit Ieſus, ſi vult ſanus fieri, ut ore profiteretur malum.* Fuit igitur hæc interrogatio myſtica, ſiquidem hunc infernum, per illam ad malum ſuum confitendum excitare intendebat; quia ad hoc ut nos à ſpiritualibus noſtris infirmitatibus reconvaleſcamus, *ore confeſſio fit ad ſalutem. Placet tibi ſanitas,* & ſubjungit idem, *infirmitas displiceat,* quia per contritionem & pœnitentiam culpa extinguitur.

Sim de Caſſ.li. 5.c.27. *Rom.10: v.10.*

10. Sanctus Cyrillus in ea opinione, quòd per hanc interrogationem, in ipſo ſanitatis deſiderium magis magiſque provocare intenderit. *Ad vehementius illius rei ſtudium excitantis, & ad flagitandum ſanitatem inſtigantis.*

S.Cyr. in Ioan.

11. Sanctus Thomas Chriſtum id interrogaſſe dicit: *Ut excitet deſiderium infirmi, & ut oſtenderet patientiam, qui tot annis exſpectavit eripi ab ægritudine, & de hoc cognoſcatur dignior ad ſanandum.*

S.Th.

Reſpondit ei languidus: Domine

12. Dionyſius Carthuſianus dicit: *Vocat Ieſum Dominum, velut venerabilem virum, ſed aliud nihil ſcivit de eo.* Quamprimùm enim ab eo ſanitatis mentionem fieri audivit, tametſi Redemptor, quoad apparentiam exteriorem contemptibilis eſſet, (*opprobrium hominum & abjectio plebis*) Domini tamen titulo eundem condecoravit, quia circa eum, cujus nobis opera neceſſaria eſt, nulla, in attributione titulorum, parcitate ut ſolemus.

Dionyſ. Cart. *Pſ.21.v. 7.*

13. Hugo Cardinalis ait: *Nota quantâ devotione captus eſt ad benignitatem ſermonis*

Hug. Cardin

Christi, statim enim eum honorans Dominum dicit, quem etiam ut ad compassionem moveat inducit:

Hominem non habeo.

14. Jansenius dicit: Quòd tametsi paralyticus hic, nullam Christi notitiam habuerit, nec sciverit, quisnam ipse esset, veruntamen ex hac tam benigna interrogatione, spem aliquam conceperit, nam ex dato ei responso satis liquet Domino non defuisse voluntatem eum sanandi; sed potius hominem sibi defuisse, qui eum in salutares illas aquas immergendum, in humeros suos levaret: *Hujusmodi responsione verecundè à Domino petens, ut ipse qui validus esset, ac ut videbatur ex compellatione misericors, sese deferret, cum esset tempus in piscinam, non ausus tamen id à Domino explicitè & apertè petere, in quâ ægri responsione relucet ipsius & verecunda paupertas, digna misericordiâ divinâ, & patientissimâ tolerantia.*

Jansen. t. 36. concord

15. Sunt ex interpretibus, qui existimarunt, languidum hunc non adeo fuisse desolatum, quin aliquem vel cognatum, vel amicum, vel hominem alium charitativum præsto habuerit, qui eum nonnunquam visitâs, consolaretur; sed Potius hi omnes tunc præcipuè illi deerant, quando eorum ope vel maximè indigebant: *Hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam:* hæc enim est omnium subsidiorum, quæ ab hominibus & à mundo exspectamus, specialis conditio, quòd tunc maximè hominem destituant, quando homo iisdem vel maximè indiget: *Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus;* *Ps. 145. v. 2. & 3.* *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:* Non verò sic Deus; imò *juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit.* *Ps. 117. v. 8.* *Ps. 33. v. 19.* Languidus hic, pro ut ex ejus responsione satis colligitur, per media humana reconvaliturum se sperabat, siquidem ait: *Hominem non habeo;* sed graviter hallucinabatur, siquidem una ex aliis infirmitatibus spiritualibus, quod Apostolus recenset, hæc est: *Secundùm hominem ambulatis;* sed quare? *Nonne carnales estis?* *2. Cor. 3. v. 3.* Caro & sanguis illum forsitan huic lecto languidum affixerant, multò minus gestur suam abinde convalescentiam sperare debebat, siquidem caro & sanguis potius salutis nostræ quàm maximè obsistunt: *Inimici hominis domestici ejus; si hominibus placerem, Christi servus non essem,* dicebat Apostolus; Horum namque consortium & malum exemplum, nos malæ & habituatæ consuetudinis nostræ lecto quàm arctissimè adstrictos tenet. *Mat. 18. v. 36.* *Gal. 1. v. 10.*

26. Quotidiana etenim experientia perspicuum est, quòd mundani homines, id est, parentes, amici, aliique, quorum quotidiano consortio utimur, nos quidem in culpæ, & peccati paralysin incidere faciant, ut tamen abinde denuò resurgamus, nullas nobis suppetias ferunt. Unde Salmeron ait: *Verè enim multi peccatores eum à peccato abstinere, & surgere proponunt, neque seipsos habent, atque hominem, id est adjutorem vel consiliarium.* *Salm. tr. 19.*

17. Theophylactus ait: *Hoc est, quia nondum erat factus homo filius Dei;* cum enim in trigesimum octavum usque annum lecto affixus decubuerit, paralysi ipsius primitus incipiente, filius Dei nondum homo factus erat. Unde S. Thomas ait: *Per hoc significatur, quod non erat aliquis homo purus, qui humanum genus salvare posset, quia omnes peccaverunt & eguerunt gratiâ Dei, quousque veniret Christus Deus & homo.* Unde S. Job lamentabatur: *Ecce non est auxilium mihi in me;* Et in Ecclesiastico dicitur: *Despiciens eram ad adjutorium hominum, & non erat:* hoc autem tempore, quod hactenus ab illa hora decurrit, quo Christus interrogavit: *vis sanus fieri?* nullus hominum, quisquis ille sit, excusare se potest dicendo: *Hominem non habeo,* quia jam filius *Dei Incarnatus est de Spiritu sancto ex Mariæ virgine, & homo factus est; Crucifixus etiam pro nobis;* in o. m. prætorio Pilati, facta est, coram facie totius mundi, sacratissimæ ipsius humanitatis ad hominem redimendum, promptissimæ solemnis ostentatio, per hæc plane mystica verba: *Ecce homo.* Porrò piscina illa, in qua sacrificiis desit natæ carnes mundabantur, quæ quinque porticus habebat, Redemptoris nostri, ut diximus, Passionem figurabat; ac proinde paralyticus ille nullam habe- *Theoph.* *S. Th. in Ioan.* *Rom. 5. v. 23.* *Iob 6. v. 13.* *Eccl. 51. v. 10.* *Ioan. 19. v. 5.*

habebat cauſam dicendi: *Hominem non habeo*, quin potius dicere debuiſſet: *Ecce homo.*

Salmer. Et ut Salmeron ait: *Poterat illi dicere Jeſus; imò frater, ob hanc cauſam, quòd hominem non habes, ego factus ſum homo ad omnium ſalutem promovendam.* Nazianzenus orat. *in ſanctum lavacrum* ita hac de re ſcribit: *Heri in lecto decumbebas derelictus & neglectus, nec habebas hominem, qui, cùm aqua turbata eſſet, mitteret te in piſcinam, hodie inveniſti hominem eundem & Deum, ſeu potius Deum hominem.*

Nazia.

18. Nullus, quò minus à quavis habituata animæ infirmitate reconvaleſcet, lamentari, aut excuſare ſe poteſt, dicendo: *Hominem non habeo*; ſiquidem non deſunt medici qui ipſum curare poſſint, dummodo nos velimus, quia uti in occaſione alterius paralytici ſanati turbæ acclamárunt: *Glorificaverunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.*

Mat. 9. 8.

Ut, cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam.

Hugo Card.

19. Hugo Cardinalis ait: *Aliquando enim contingit, quòd ad motum alicujus gratiæ, homo turbatur in corde, & ſi haberet hominem, id eſt, rationalem exhortatorem, deſcenderet in piſcinam pœnitentiæ & ſanaretur ab infirmitate culpæ.* Multæ etenim animæ perduntur, ex defectu eorum, quibus easdem edocere & inſtruere incumbit. Unde per

Zac. 10. 2. Zachariam Deus ita lamentatur: *Idcirco adducti ſunt quaſi grex, affligentur, quia non eſt eis paſtor.*

Theoph. 20. Theophylactus dicit: *Hanc piſcinam pœnitentiæ, Angelus turbat*, id eſt, *ille magni*

Iſa. 9. v. 6. *conſilii Angelus* Chriſtus Salvator noſter; quoniam verò modo hæc aqua ab eo turbetur, explicat, dum ſubjungit: *Nam ſi tetigerit cor noſtrum divinum verbum, & turbationem fecerit in illo propter memoriam futurorum ſuppliciorum, nunquam efficax exit piſcina iſta, neque ſanitas erit animæ diſſolutæ.*

* *

Dum venio enim ego, alius ante me deſcendit.

21. Lyranus languidum hunc id dixiſſe ſcribit: *Quia videbat Jeſum fortem, & aptum ad portandum eum, & magnum reputaret, ſi in hoc ei ſervire vellet*: at vero circa hunc benigniſſimum Deum noſtrum, id quod in Collecta quadam recitamus, adimpletum fuit, nimirum, quòd *abundantia pietatis ſuæ & merita ſupplicum excedit & vota*: quia unico duntaxat illum verbo ſanavit, quòd longè plus eſt eo, quod infirmus ab eo poſcit. *Lyran.*

22. Advertit Cardinalis Toletus, hunc hominem non fuiſſe totaliter viribus ſuis deſtitutum, quod ex eo, quia aliquantulum ambulare & progredi potuit, ſatis arguitur: *Dum ego venio, alius ante me deſcendit*; *ergo ſine homine poterat venire & ſe movere, tamen non poterat illo motu citius aliis pervenire, ideo nunquam potuit ſanitatem conſequi. Talè eſt hominis arbitrium in peccato, cujus languidus hic figuram gerit, non eſt omnino exinctum aut ita debilitatum, ut nullum honeſtum ſine gratiâ facere poſſet, nam morale aliquod bonum operari poteſt, etiam poſt peccatum, tamen non tale, ut poſſit ad ſalutem & liberationem à peccato pervenire, niſi adjuvante & ſanante divinâ gratiâ.* *Tolet.*

Verſus 8.

Dixit ei Jeſus, ſurge, tolle grabatum tuum, & ambula.

Dixit ei Jeſus: ſurge.

1. Chryſoſtomus languidi hujus fidem valde obſtupeſcit, utpote qui ad hæc verba minimè vacillavit: *Cùm audiret, quòd cum poteſtate, & quaſi imperans eum alloqueretur, dicēs: ſurge, tolle grabatum tuum & ambula non riſit*; dicere enim poteras, Angelo hanc aquam movente nonnniſi unus duntaxat omnibus nobis ſanitatem recipit: *Tu homo, ſolo verbo Angelum ſuperare confidis? audivit, & ſurrexit, & ſanatus medici præceptum non recuſavit.* *Chryſ. ho. 35. in Ioan.*

2. Poterat equidem Salvator, utpote *magni conſilii Angelus*, languidum hunc in

piſcinam deportatum, per adhibitas ejusdem aquas ſanare; id tamen nequaquam fecit, quin potius utiliſſimum nobis in hoc documentum relinquere voluit, nimirum cavendum nobis, ne falcem noſtram in alienam meſſem mittamus; tali autem modo hunc languidum ſanare ad Angelum ſpectabat; præterquam quòd Chriſtus ſibi directè & immediatè hoc recuperatæ ſalutis beneficium attribui voluerit, non verò uſurpato aquarum balneo.

Cajet. 3. Cajetanus ait: *Imperat non ſolùm homini, ſed naturæ, quoniam non erat in voluntate aut poteſtate languidi, ſurgere, ſed dicendo, ſurge, morbum abſtulit.* Etenim in Pſalmo *Pſ.106. v.20.* dicitur: *Miſit verbum ſuum & ſanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.*

Tolle grabatum tuum & ambula.

4. Salvator noſter, ut omnipotentiam ſuam in hoc patrato miraculo declaratam, tantò faceret clarius eluceſcere, non ſolùm languidum hunc ſanavit, ſed poſtquam per triginta & octo annos, in paralyſi habituatus & immobilis perſtitiſſet, ipſum in pedes erectum ambulare, imo lectum, in quo jacuerat, in humeros ſublatum deponere voluit. Albertus Magnus ait: *Portavit lectum illum in ſignum reſtitutæ virtutis.* Beda verba illa hunc ſenſum habere dicit: *Relinque peccata priſtina.* S. Bernardinus verò ita explicat: *Surge anima pigra & nequam relinque ſcelera & peccata.* Lyranus per hunc lectum, malam peccandi conſuetudinem intelligit: *Per lectum, in quo jacebat languidus, ſignificatur prava conſuetudo, per quam jacet homo, quæ tollitur per exercitium in opere bono.*

Alb. M. Beda in Ioan. S. Bern. Sen. ſer. 15. in hac ſer. Lyran. S.Th. in Ioan.

5. Sanctus Thomas in paucis hisce verbis, tres utiliſſimas ad veram pœnitentiam requiſitas conditiones intelligit; dicit enim: *Hæc tria in juſtificatione Dominus præcepit: Primò quòd ſurgat, recedendo à peccato. Secundò, tolle grabatum, ſatisfaciendo de comiſſis; per grabatum enim, in quo homo requieſcit ſignificatur peccatum; tollit ergo homo grabatum ſuum, quando fert onus pœnitentiæ, ſibi pro peccato impoſitum. Tertiò, ut ambuler perficiendo in bono, ſecundùm illud Pſalm. 83. Ibunt de virtute in virtutem.* *Pſ.83. v.8.*

6. Non ſufficiebat, quod ſurgeret & grabatum in humeris ſuis deportaret, verum inſuper juſſus eſt ambulare. *Ambula, id eſt, ut aſſiduus ſis,* inquit Hugo Cardinalis, *in onere pœnitentiæ, & ſemper ad meliora pœnitentiæ, & ſemper ad meliora ferventer tende, quia ſicut Bernardus; In virtutis via non procedere, retrocedere eſt.* S. Thomas de Villa nova ait: *Profice in virtutibus, in bonis operibus exerce te ad pietatem.* Beda ſimiliter declarat ſenſum hujus verbi, *ambulare*, eundem eſſe, ac ſi diceret: *Exerce te in virtutum operibus: neceſſitatibus fratrum ſuccurre; & in univerſis quæ agis, vide ne in hoc ſæculo mentem figas, ſed ad videndam faciem tui feſtines Redemptoris.* Gloſſa ait: *Dilige proximum, infirma ejus tolerando, qui te infirmum patienter tulit.*

Hugo Card. S. Tho. Vill. hic. Bedv in Ioan. Gloſſa.

7. Dionyſius Carthuſianus, Chriſtum per hunc languidum, peccatorem aliquem in peccato carnis habituatum, præfigurare voluiſſe dicit: *Intelligitur piger & negligens, malâ conſuetudine preſſus, qui in delectatione vitioſâ & uſu peccati, quaſi in grabato jacet.* S. Bonaventura de eodem peccato exponit, dicens: *Spiritualiter poteſt totum id exponi de peccatore, jacente in grabato peccati, ſive in voluptate carnis,* adducitque illam S. Gregorii, ſuper ſequentia Jobi verba: *Increpat quoque per dolorem in lectulo & omnia oſſa ejus marceſſere facit*; expoſitionem: dicit enim S. hic Doctor: *Lectus ſive grabatus voluptas carnis, ut hîc, & per paralyſim ſignificatur peccatum ſive voluptas.* Hîc igitur lectus removendus & procul exhortandus eſt: *Tolle grabatum tuum, & ambula,* id eſt, ut S. Bernardus exponit. *Onus iniquitatum tuarum, per veram confeſſionem de conſcientia tua remove, ambula per itinera recta*; inſuper neceſſum eſt, ut vias illas diſtortas & obliquas deinceps non amplius ingrediaris, domum hanc vel illam ſuſpectam declines, & recto tramite, priori totaliter contrario progrediaris.

Dion. Cart. S.Bona. hîc. Iob.33. 19. S. Bern. loc.cit.

8. Hugo Cardinalis ait: *Debet ſurgere, ut ſtet erectus in gratia, per conſtantiam, ne velit reſilire in illecebram.* Idem quoque monitum ſuper eadem verba, Carthuſianus hisce verbis inculcat: *Surge à ruina peccati, tolle grabatum tuum, id eſt, delectatione peccati, in qua quieſcis, auffer, & proba ſuper te per compunctionem & ſatisfactionem, quatenus quantum glorificaſti te, & in delitiis fuiſti tantum*

Hugo Card. Dion. Cart.

tantum imponas tibi luctum & afflictionem.

S.Thom. Vill loc. cit. S. Thomas de Villa Nova adjungit: *Tolle grabatum tuum, id eſt, quod erat voluptati, ſit jam oneri.* Vult igitur Salvator noſter, ut lectus ille, qui antea offenſæ Dei, voluptatis & delectationis ſenſualis inſtrumentum erat, nunc deinceps inſerviat velut pœnitentiæ inſtrumentum; ac proinde David poſt adulterium dicebat: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum, rigabo.*

Verſus 9.

Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum & ambulavit: erat autem ſabbatum in die illo.

Et erat ſabbatum in die illo.

1. Datâ operâ, Salvator noſter huic languido, admirabilem hanc ſanitatem in die Sabbati conferre voluit, per hoc namque, ut Lucas Burgenſis notat, miraculum iſtud ad majorem Dei gloriam, & ad manifeſtandum, quòd verus filius Dei eſſet, per totam Jeroſolymam divulgari voluit, quòd eundem alio hebdomadis die ſanando, non ita facilè obtinuiſſet, ſi enim erat hic languidus, lectum, humeris ſuis portans, alio die viſus fuiſſet; hoc autem die lectum per publicas plateas deferens, quòd apud Hebræos pro ingenti habebatur ſacrilegio, ab unoquoque, cujus domum pertranſibat, monſtrabatur digito: *Nunc autem cùm id fecerit die ſabbati quod inſuetum Judæis erat, adeoque nefas judicabatur ab omnibus, increpitus & interrogatus quid faceret, miraculum omnibus divulgavit.*

Lucas Burg.

Ianſen. conc.c. 36. fer.17. 24. 2. Janſenius aliam rationem reddit, dicens: *Quia in hoc facto licebat ſabbato cadere victimas*; tametſi enim apud Jeremiam dicatur: *Nolite efficere onera de domibus veſtris in die ſabbati, & omne opus non facietis.* Nihilominus ſanctus Thomas hoc noſtrum Evangelium interpretans, dicit, quòd Deus *intendebat eos inducere, ut in die ſabbati requieſcerent ab oneribus peccatorum, de quibus dicitur in Pſalmo 37. iniquitates meæ ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.* Theophylactus pariformiter dicit, quòd Chriſtus languidum iſtum, hoc die curare voluerit, ut nos, qualis hujus diei obſervantia eſſe debeat, edoceret, ſcilicet: *Non coli ſabbatum otio corporali, ſed malorum abſtinentia, nam benefacere alicui in ſabbato, lex non prohibet.*

S.Th. in Ioan. Pſ.37. v. 5.

Theoph.

3. Idem Janſenius aliud quoddam motivum ſubjungit, dum ait: quòd Chriſtus infirmum in die ſabbato curare, & ut lectum ſuum eodem die portaret, jubere voluerit: *Quia voluit ſe demonſtrare eſſe Dominum ſabbati.*

Ianſen.

Verſus 10.

Dicebant ergo Judæi illi, qui ſanatus fuerat, ſabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum.

1. In principio Capitis 2. Eccleſiaſtici dicitur: *Fili accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia & timore, præpara animam tuam ad tentationem, deprime cor tuum, & ſuſtine.* Ecce quantas contradictiones Judaiſmus contra hunc congeſſerit, quando animæ corporisque ſalutem vix recuperat. Hugo Cardinalis ait: *Homo converſus ad Deum ſtatim invenit obſtaculum; ſtatim inſurgunt tentationes dæmonum, vel detractiones hominum, vel adulationes.* Lucas Burgenſis ita ſcribit: *Nonne paraphraſis eſt: & dicebant, cum clamore proferentes comminatricem vocem: ſabbatum eſt, quo oportet unumquemque hominem tranſigere totum in otio.*

Eccl.2.1

Hugo Card.

Lucas Burg.

2. Hugo Cardinalis verba illa, alio quodam in ſenſu explicat, dicens: *Non licet tibi &c. id eſt, non oportet te onerari in operibus pœnitentiæ, Deus jam remiſit omnia, non eſt ita durus, non delectatur in pœnis noſtris, & ita talibus verbis aliquando diſſolvuntur manus bellatorum fortium.*

Hugo Card.

Verſus 11.

Reſpondit eis: qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.

S.Aug. in cat. tr.17. in Ioan.

1. *Quaſi diceret*, inquit ſanctus Auguſtinus, *quare non acciperem juſſionem, à quo acce-*

acceperum ſanitatem ? Quod ſi paralyſis quam fugavit, ſuo benefactori obtemperavit, longè rationabilius eſt ut erga quem ſe adeo beneficum exhibuit, obſequioſum ſe ei & obedientem præſtet. Unde Simon de Caſſia ait: *Si ei obedivit infirmitas fugiens, & ego obedire debui.* Dionyſius Carthuſianus notat, quòd languidus dixerit: *Qui me ſanum fecit, ſcilicet à paralyſi, imò à labe peccati, quoniam Chriſtus, cujus perfecta ſunt opera, ſanavit in animâ, quos ſanavit in corpore.* Unde paralyticus, prout hic author diſcurrit, tale fecit argumentum: *Eâ poteſtate, quâ me miraculosè ſanavit, eâdem authoritate mihi præcepit, quod facio.* Simili quoque ſenſu Albertus Magnus ſcribit: *Sic virtute divinâ in ſe oſtensâ, ſe Dominum legis eſſe probavit: ille tantæ authoritatis mihi dixit, tolle &c. huic obediendum fuit.*

Sim. de Caſſ. l. 5. c. 27. *Dion. Cart.* *Alb. M.*

2. Chryſoſtomi infirmi hujus virtutem commendat, qui tametſi ſe in periculo conſtitutum videret, ne ob publicatum ſuum benefactorem à Judaiſmo malè tractaretur: *Neque beneficium ſiluit, ſed clarâ voce quid acceperit, profitetur & prædicat.* Quo inſigni exemplo ſuo nos ſalubriter docuit, cavendum nobis eſſe, ne poſteaquam per peccatorum noſtrorum remiſſionem, animæ ſalutem accipiemus, tametſi ob id ab impiis hominibus detractiones & ſubſannationes pati debeamus (quia *Mundus, quòd ſuum eſt, diligit*) à bene cœpta ſalutis ſemita diſcedamus, ſed potius in memoriâ & linguâ noſtrâ ſemper verba illa repetamus. *Ille qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle, &c.*

Chryſ. ho. 36. in Ioan. *Ioan. 15. 19.*

Verſus 12.

Interrogaverunt ergo eum: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum & ambula.

1. Albertus Magnus hominem illorum malignitatem hisce verbis detegit: *Non dicunt, quite tam longâ infirmitate detentum ſanavit, quia hanc virtutem in Chriſto negabant, & occultabant quantum poterant.* Salmeron ait: *Contemptim dicunt: homo ille, nec enim digni erant proferre nomen Ieſu.* Toletus invidiam quoque peſſimorum iſtorum hominum, cor arrodentem, in his verbis notat, dum ait: *Adhuc magis malitiæ dilatantur; ſciebat ſanitatem eum mirabiliter percepiſſe, non enim negare poterant, omnibus namque cognitus erat infirmus ille.* Unde miraculum iſtud in controverſiam revocare audent; ſicuti aliàs quoad miraculum, quòd circa cæcum illuminatum patrârat, facere conati ſunt, quando videntem illum non eum, qui cæcus natus fuerat eſſe dixerunt, ſed alium illi per omnia ſimillimum; hic enim oculati aderant, patrati miraculi teſtes, ſed ſicut ex uno eodemque flore, aranea venenum, apis mel exſugit (unde & flos pro corpore emblematis allumptus fuit, cum hoc ſubnexo ſymbolo: *Hinc mel, hinc venenum*) eodem quoq; modo, boni ex miraculo occaſionem laudandi Deum & Chriſtum verum ejus filium agnoſcendi, acceperunt, invidi verò & maligni virtutem & omnipotentiam divinam, in collata huic paralytico tam ſubitâ ſanitate relucentem, reticentes, ipſum veluti ſabbati ſacrilegum transgreſſorem accuſarunt. Unde S. Bonaventura ait: *Quod erat poteſtatis tacuerunt, quod verò videbatur eſſe tranigreſſionis, in medium ducunt.* Idem quoque Toletus his verbis dicit: *Non dicunt, nemo te ſanum fecit, tu hæc fingis, ſed tacentes admittunt verè ſanum eſſe factum, & præ invidia non interrogant, quis eſt ille qui te ſanum fecit, ſed quis eſt homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum & ambula?* Imò juxta ſententiam Carthuſiani, ex odio & vindicta contra Chriſtum accenſi fuêre, prout hæc demonſtrat interrogatio: *Tanquam dicant, oſtende nobis talem, tam malum, & legis contemptorem, ut culpam tuam puniamus in eo*; demum verò idem Author oſtendit, quales illi fuerint, qui cœleſtem hunc Proto-medicum, qui prodigioſam hanc ei ſanitatem contulerat, hominem vulgarem aliis ſimilem eſſe ſibi perſuaſum habebant, dum ait: *Homines erant eo modo, quo dicit Apoſtolus: Cùm ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?*

Alb. M. to. 6. tr. 19. *Salm. loc. cit.* *Tolet. in Ioan.* *S. Bona.* *Tolet.* *Dion. Cart.* *1. Cor. 3. v. 3.*

Verſus 13.

Is autem, qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet, Jeſus enim declinavit à turba, conſtituta in loco.

Is au-

Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet.

Cajet. 1. Cajetanus neſcientiæ hujus cauſam eſſe dicit, quia miſer hic homo, utpote tot annis immobiliter lecto detentus. prædicationi aut miraculis Chriſti nunquam intervenerat, ſicut alii. Dionyſius Carthuſianus ait: *Nomen & famam Chriſti ignoravit, nec quidquam audivit de eo, & fortè oblitus fuerat diſpoſitionis Chriſti in vultu & habitu, ita quod neque per circumlocutionem & ſigna indicare potuit, quiſnam eſſet.* *Dion. Cart.* Et quidem Chriſtus pro tunc ſpecialiter, ut ignotus remaneret, affectaſſe videtur, unde & ab illa ſe multitudine clàm ſubduxit. Salmeron languidum hunc, Chriſtum ex facie cognoviſſe exiſtimat: *Nomen ejus ignorabat, quia de facie eum tantùm cognoſcebat, ut oſtenderet, quòd non favore perſonæ, ſed ſolo beneficio gratiæ collatæ perhibebat teſtimonium; nec curandum eſt, ſi Chriſtum ſecundum carnem neſciamus, dummodo eum ſecundùm ſpiritum videamus.* *Salmer.*

S.Th. in Ioan. 2. S. Thomas ad myſterium recurrens, paralyticum hunc ſanatum, fideles divinâ gratiâ mediante ſanatos ſignificare exiſtimat, de quibus Apoſtolus ad Epheſios 2. dicit: *Gratia ſalvati ſumus, qui quidem neſciunt Chriſtum, quis eſt, ſed effectum tantùm ejus cognoſcunt.* *Eph 2.8* *2.Cor.5. v. 6.* 2. *Corinth.* 5. *Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino, ſed tunc cognoſcemus Chriſtum, quis eſt, quando videbimus eum, ſicuti eſt.* 1. *Ioan.* 3. *1.Ioan. 3. v.2.* Hugo Cardinalis aliam rationem myſticam pariter & moralem aſſignat, dum ait: *Noviter enim converſus, parum ſcit de Jeſu, & de his quæ ſunt ſuæ ſalutis, ſed poſtmodum per experientiam diſcit.* *Hugo Card.* Euſebius Gallicanus adeò bene hac de re ſcribit, ut melius non poſſet; dicit enim: *Nec mirum, ſi iſte neſciebat, quis eſſet Jeſus; neque enim facilè eſt agnoſcere Ieſum; nemo novit Filium niſi Pater. Matthæi* 11. *v.* 27. *Euſeb. Gall ho. in hac fer. Mat.11. v. 27.*

Ieſus autem declinavit à turba, conſtituta in loco.

Cajet. 3. Notat Cajetanus, Evangeliſtam nos de hac circumſtantia ſpecialiter monere voluiſſe, ut boni hujus viri innocentiam tueretur, ne fortè illum benefactori ſuo ingratum fuiſſe exiſtimaremus: *Quia nec cognoſcebat ipſum Ieſum, nec Ieſus erat amplius ibi præſens, nec adverterat, qua via diſceſſerat propter turbam ibi exiſtentem.*

4. S. Bonaventura tria motiva conſiderat, ob quæ Salvator noſter poſt patratum præſens miraculum ſubitò ſe ſubduxerit & abſconderit: *Ut eo abſente, teſtimonium ferret inſuſpicabile. Secundò, ut non plus furorem eorum accenderet, ſolus enim viſus ejus, qui habetur in invidia, non parvam ſcintillam immittit invidentibus: item ut non adhuc de ſeipſo quid dicat, quod ad laudem pertineret, neque enim etiamnum tempus erat, ut benefactori ſuo gratus applauderet*; unde nobis, ut S. Thomas optimè advertit, exemplum relinquere voluit, ut ob vanæ gloriæ metum bona opera noſtra abſcondamus: *Ut daret nobis exemplum, occultandi opera noſtra bona, & non quærendi in eis humanum favorem.* Eſt & alia hujus rei, cum jam allata ſancti Bonaventuræ perfectè conſonans ratio, nimirum: *Ut declinemus & fugiamus oculos invidorum ab omnibus operibus noſtris, ne ex hoc eorum invidia creſcat.* *S.Bona. in Ioan.* *S.Thom. hic.*

5. Idemmet Angelicus Doctor in ſenſu morali dicit: *Ut det intelligere, quòd Chriſtus non facilè inventur in hominum multitudine, & in turbine curarum temporalium, ſed in ſpirituali ſecreto.*

6. Aliam inſuper reddit rationem, Hebræis valde exitioſam, nimirum *ut inſinuet, quòd Chriſtus debeat declinare à Judæis ad gentes.*

Verſus 14.

Poſtea invenit eum Ieſus in templo, & dixit ei: Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Poſtea invenit eum Ieſus in templo.

1. S. Bonaventura locum oſervat, in quo Salvator noſter hunc à ſe ſenatum paralyticum invenit, & dicit: *Et in hoc religionis ſignum; non enim ſeceſſerat ad nundinas,* *S.Bona.*

dinas, nec voluptati & remissioni dedit seipsum, sed in templo conversabatur. Dionysius Carthusianus virum hunc sanatum, in templum se recepisse existimat, ut pro recuperata sanitate Deo gratias redderet: *Ad quod sanatus iste convenit, ut Deo ageret gratias, sic & nos, si Jesum invenire, & ab eo inveniri optamus, intremus templum materiale ac spirituale, visitando Ecclesiam & redeundo ad propriam mentem, per vitæ nostræ discussionem.* Dion. Carth.

Similem quoque ponderationem apud S. Thomam reperies, qui ita scribit: *Locus, in quo invenitur Christus, est mirabilis, quia in templo, secundùm illud: Dominus in templo sancto suo, nam & mater ejus in templo eum invenit.* Et ideò sanatus hic Paralyticus, inquit idem sanctus Doctor, non adivit nundinas, nec ad loca mercimoniis tractandis, vel recreationibus aut spectaculis exhibendis destinata, accessit; sed in templum se recepit, ibidemque Christum agnovit: unde sequens documentum deducit: *Quia si ad conditoris cognitionem venire volumus, fugienda est turba pravorum affectuum, & declinanda sunt malorum conventicula, & fugiendum est ad templum cordis nostri, quod Deus invisere & inhabitare dignetur.* S. Augustinus ad causam se reflectit, propter quam paralyticus jam sanatus Christum non cognovit antea, quando in medio illius magnæ multitudinis prope piscinam constitutus erat, & solùm nunc in templo degentem cognoscit, dicit enim: *Bene Jesum in turba non vidit, in templo postea vidit, difficile est enim in turba Jesum videre.* Notandum quoque est, ubinam Christus ab oculis hujus hominis evanuerit: *Nesciebat quis esset.* Et cur id nesciebat? *Jesus enim declinavit à turba, constituta in loco.* Hugo Cardinalis ait: *Ecce qui in turba, hoc est, in sollicitudine temporalium perditur, in templo, in oratione, & in conscientia propria invenitur: sicut Maria, quæ Christum in turba amisit, invenit in templo.* Beda hunc ab omni temporalium negotiorum strepitu solitarium recessum, nobis quoque hisce verbis recommendat: *Mysticè nos instruit, ut, si verè conditoris nostri gratiam cognoscere, ejus amore confirmari, si ad ejus visionem pervenire desideramus, fugiamus sollicitè turbam.*

S. Tho. in Ioan. Pſ. 10. 5. Luc. 2. 46. S. Aug. tit. à S. Bonav. Hugo Card. Luc. 2. 46. Beda in Ioan.

2. S. Thomas modum advertit, quo Christus & bonus hic paralyticus in templo simul fuêre: *Modus quidem*, inquit, *est mirabilis, quia non invenitur, nisi inveniat, unde dicit: Postea invenit eum Jesus, nam homo suâ virtute Christum invenire non potest, nisi ei se Christus præsentet. Unde Psal. 118. Require servum tuum. Sap. 6. Præoccupat eos, qui se concupiscunt.* S. Th. hic. Pſ. 118. v. 176. Sap. 6. 14.

3. Hugo Cardinalis aliam ingeniosam non minus quam moralem rationem adducit, dum ait: *Notandum tamen, quòd non dicitur, quòd invenerit Jesum, sed Jesus eum invenit; Jesus enim sollicitior est in requirendo nos, & revocando. Unde Psal. 88. Invenit David servum meum, quasi dicat, quia quæsivi. Unde Ezechielis 34. Ecce ego ipse requiram oves meas.* Hugo Card. Pſ. 88. 21 Ezech. 34. v. 10.

Et dixit ei: Ecce sanus factus es, noli amplius peccare.

4. Beda Christum æternam veritatem ex hoc loquendi modo, hanc intendisse dicit deducere consequentiam, quòd scilicet morbi & infirmitates corporis, suum à peccatis trahant originem: *Quibus verbis apertè monstratur, quia propter peccata languebat, nec nisi dimissis eisdem poterat sanari.* Et hoc fortè est mysterium, ob quod Ecclesia tanquam pro fidelium suorum non spirituali tantùm, sed etiam corporali salute, sollicita mater præcipiat, ut infirmi in ipso morbi principio indilatè confiteantur, suaque peccata deponant, ut tantò facilius adfugandam infirmitatem adhiberi & juvare possit medicinæ remedium. Lucas Burgensis Christum hisce verbis duo dicere voluisse ait: *Duo dat homini intelligenda; unum, quod ipse conscius sit illius vitæ anteactæ: alterum, quòd morbus ipsi inflictus à Deo fuerit ob peccata ipsius.* Et ideo per hanc peccatorum ejus, in tot retrò transactis annis commissorum revelationem & manifestationem, se Deum esse illi ostendit. *In quo declaravit se æternum Dei filium, scrutatorem cordium & cognitorem occultorum à sæculo, cui poterat dicere hic paralyticus: Ecce Domine tu cognovisti omnia mea, novissima & antiqua.* Chrysostomus ait: *Illa particula: Jam noli peccare, omnia ipsum vidisse indicat, quæ ille superiori tempore commisit.* Beda. Luc. Burg. Pſ. 138. 5 Chryſ. ho. 37. in Ioan.

5. S. Thomas hoc loco quærit, quare Salvator noster huic Paralytico & nonnullis aliis S. Th. hic

his, à ſe ſanitati integræ reſtitutis, peccata ipſorum iiſdem revocarit in memoriam, cùm tamen idipſum omnibus aliis communiter facere minimè conſueverit? *Ideò ſcilicet, ut oſtendat per hoc, infirmitatem aliquibus ex peccatis prioribus evenire.* Quam opinionem Chryſoſtomus his ſce verbis confirmat, dicens: *Res gravis eſt peccatum, & animi pernicies, ut nonnunquam vi & exſuperantia ſua, corpora quoque inficiat; ſed cum graviter ægrotante animâ, nullo dolore afficiamur parvo corporis morbo ſummâ diligentiâ medicinam perquiramus, ideo Deus ob animi peccatum corpus flagellat, ut deterioris partis ſupplicio, melior ad quærendum remedium convertatur.*

Hu.Car 6. Hugo Cardinalis ait: *In his verbis notatur duplex ſignum Deitatis Chriſti.* Primò enim novit occulta cordis & conſcientiæ hujus Paralytici, id eſt, infirmitatem ipſius è peccatis derivatam fuiſſe, quod ſoli Deo proprium eſt; *Scrutans renes & corda.* Alterum verò ſignum: quòd cauſam Paralyſis hujus, id eſt, peccatum adolere potuerit; ſolius enim Dei quoque proprium eſt, idipſum remittere.

Pſ.7.v. 10.

Ne deterius tibi aliquid contingat.

S.Th.hic 7. S. Thomas hanc propoſitionem examinans, eandem duobus modis intelligi poſſe dicit, ſecundùm duo, quæ in hoc infirmo præceſſerant. Primò enim punitus fuit infirmitate quadam valde diuturna; ſecundò ingens conſecutus eſt beneficium; ac proinde cautela iſthæc ſeu monitio relationem habere poteſt, tam ad primum, quàm ſecundum. *Ad primum quidem, quia cum quis pro peccato punitur, & ex ipſa pœna à peccato non retrahitur, juſtum eſt, ut gravius puniatur, & ideo dicit: Noli amplius peccare, quia ſi peccaveris deterius tibi continget: Ad ſecundum verò, quia qui poſt beneficia recepta ad peccata prolabitur, gravioris ſupplicii reus efficitur propter ingratitudinem, ſecundùm illud* 2. Petr. 2. *Melius erat eis viam veritatis non agnoſcere, quàm poſt agnitionem retrorſum converti; ſimiliter etiam, qui proſtea quam homo ad peccatum ſemel redierit facilius peccat ſecundùm illud Matth.* 12. *Fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.*

2. Petr. 2. v.43.

Theoph. 8. Theophylactus Chriſtum hanc nobis doctrinam tradere voluiſſe dicit, quòd tametſi per peccatum, quod primâ vice commiſimus, gravi nos ſupplicio ſubjiciamus: attamen ſi deinde iterum *in eadem incidamus peccata, iterum graviora patiemur;* reddítque rationem: *Qui enim priori ſupplicio emendatus non eſt, ad majora tormenta ducetur, tanquam inſenſatus & contemptor.*

Beda in Ioan. 9. Beda advertit, quod Salvator noſter non ſolùm huic infirmo, corporis & animæ reſtituat ſanitatem, verùm etiam per ſubjunctam comminationem, præſervativum illi ſubminiſtrarit, ne denuo facilè relabatur: *Sed qui foris ab infirmitate, ipſe etiam intus ſanavit à ſcelere; unde & cautè prænonuit, ne amplius peccando, graviorem ſibi damnationis ſententiam contraheret.* Verùm inquies forſitan, quodnam poterat gravius ſupplicium incurrere, illo, cui jam hactenus ſubjectus fuerat, dum triginta & octò annis in continuo paralyſis dolore, ab omnibus deſolatus, duro cuidam lecto affixus immobiliter decubuit? S. Thomas de Villa nova ait: *Noli recidere, optimum eſt gratia ſtabilire cor, nam ſi recideris, pejus erit propter tria, propter ingratitudinem, propter conſuetudinem, propter diaboli dominium qui adducit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe.* Advertendum eſt autem, quòd hæc comminatio: *Ne deterius quid contingat,* non ſolùm ad pœnam temporalem, relationem dicat, quæ utique gravior futura erit, ſed etiam & multò quidem amplius ad pœnam æternam. Unde Dionyſius Carthuſianus ait: *Propoſitum habe cavendi omne peccatum, ne major pœna tibi in præſenti, vel æterna damnatio inſtigatur, quoniam recidivantes atque ingrati, graviorem pœnam merentur.* Idipſum quoque Lyranus his verbis docet: *Incurrendo pœnam æternam, deterius contingit, quia in recidivante fiunt noviſſima pejora prioribus.*

S.Thom. Vill ſer. inhac. fer.

Heb.12. 9.

Mat.12. v.45.

Dion. Cart.

Lyran.

Verſus 15.

Abiit ille homo, & nuntiavit Iudæis, quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

1. Etenim verò Paralyticus iſte ex diſcurſu quem Chriſtus cum ipſo habuit, difficulter ipſum benefactorem ſuum fuiſſe intelligere potuiſſet, niſi ipſum, propter peccata ſibi à Chriſto revelata & manifeſtata, interius Jeſum eſſe agnoviſſet. Etenim paulò ante de ipſo dicebatur: *Neſciebat, quis eſſet;*

quonam igitur modo nunc eum quis eſſet, amovit? Dici quidem poteſt, à circumſtanti populo id ei indicatum fuiſſe, qui huic patrato miraculo præſens adfuerat, quique ipſum deinceps tanquam miraculosè ſanatum ſuſpiciebant, illudque miraculum ad majorem Chriſti gloriam publicari deſiderabant.

2. Non cognovit eum, quis eſſet, quamdiu in lecto languidus & paralyticus jacebat; typusque peccatoris erat, ſed quando ei peccata fuêre dimiſſa, & gratiæ Dei reſtitutus, à Chriſto ſibi dici audivit: *Ecce ſanus factus es jam noli amplius peccare*; quia quamdiu in ſtatu peccati degimus, lumine Dei deſtituti ſumus, ipſumque minimè cognoſcimus, quia ſi eum agnoſceremus, utique ipſum non afficeremus tot injuriis & contumeliis, nec ipſum toties mortaliter offenderemus.

3. Porrò falſum eſt, quòd nonnulli ſomniarunt videlicet, paralyticum hunc, Redemptorem noſtrum adeò erga ipſum benignum & beneficum, Judæis ex malignitate quadam manifeſtaſſe, ut videlicet ipſos contra Chriſtum magis & vehementius exaſperaret; ſiquidem cauſam, cur illum Judæis annuntiarit textus Evangelicus expreſſis verbis explicat, dum ait: *Nunciavit quòd Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.* Unde Cajetanus ait: *Hinc apparet, quòd bono animo rectâque intentione iſte retulit Judæis, ad hoc enim ſignificandum Evangeliſta narrat, non retuliſſe quòd interrogaverant, ſcilicet quis eſt ille, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula: ſed annuntiaſſe, quòd non interrogaverant, beneficium acceptum; annuntiavit opus miraculoſum affectu gratitudinis, & ad Dei gloriam.* Ejuſdem quoque ſententiæ fuit Euthymius, dicens: *Non tanquam iniquus ut proderet, ſed tanquam gratus ut benefactorem divulgaret, nam quia crimen ſe incurrere putavit, ſi tacuiſſet, beneficium prædicavit.* Cajet.

4. Enimverò invidia & odium, quo Sacerdotes, Scribæ, Phariſæi, cunctique alii ſynagogæ Principes, filium Dei proſequebantur, manifeſtum omnibus erat, ideò enim adverſus ipſum conjurabant: *Conſpiraverant Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret.* Et ideò tantò magis eluceſcit, quàm fuerit boni hujus virgi gratitudo conſtantia & pietas admirabilis. S. Auguſtinus ait: *Poſtquam vidit Jeſum, & cognovit eum authorem ſalutis ſuæ, non fuit piger in evangelizando, quem viderat.* Ioan. 9. 22. S. Aug. tr. 17. in Ioan. in cat. cit.

5. Chryſoſtomus quoque nos ad deſigendum in ejus virtutem oculos noſtros invitat dicens: *Intuere hominem in pietate perſeverantem, profecto magno & fideli animo medicum, & acceptum beneficium profeſſus eſt.* Salmeron quoque animoſitatem hanc quâ ſe omnes reſpectus humanos pedibus conculcare probat, hiſce verbis commendat: *Maximè autem placet Deo confeſſio Chriſti intrepida & frons confidenter confitens Deum coram Judæis; nam qui negaverit me, inquit, coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.* Chryſ. ho. 37. in Ioan. Salmer. tr. 19. Mat. 10. v. 33.

6. S. Thomas ori hujus paralytici verba illa ingerit Pſalmi 65. *Venite & narrabo vobis, quanta fecit Dominus animæ meæ*; quia ex quo Judæi, omnibus viribus ex ore ejus teſtimonium tale elicere nitebantur, quo ipſum obſervantiæ præcepti ſabbatini transgreſſorem fuiſſe fateretur, ipſe econtra ad divinam & miraculoſam ejus omnipotentiam & beneficentiam teſtificandam, diſcurſum ſuum retorſit: *Nunciavit Judæis, quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.* Unde colligitur, quàm verum ſit, quòd de impiis Judæis dicitur: *Comprehendantur in conſiliis, quibus cogitant.* S. Tho. in Ioan. Pſ. 10. 2.

DOMI-

DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 17.

℣. 1. ASSUMPSIT JESUS Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seorsum & transfiguratus est ante eos. 2. Et resplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. 3. Et ecce apparuerunt illi Moyses & Elias cum eo loquentes. 4. Respondens autem Petrus, dixit ad JESUM: Domine bonum est nos hîc esse, si vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum. 5. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. 6. Et accessit JESUS, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite & nolite timere. 7. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum JESUM. 8. Et descendentibus illis de monte præcepit eis JESUS dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

Versus 1.

Assumpsit Jesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seorsum. & transfiguratus est ante eos.

Assumpsit Jesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem ejus.

Paul. de Par. hîc Ezech. 17. v. 3.

1. PAulus de Palatio super illud verbum, *assumpsit*, dicit: *Assumuntur, & non ipsi erunt, quia tota naturæ potentia huc pertingere non potest, ut homo ascendat in cœlum; nemo ascendit, nisi quem Deus, qui est aquila grandis expansis alis assumpserit, & portaverit in humeris suis. Sed quare non omnes assumpsit?* quærit Angelicus Doctor S. Thomas: Nunquid omnes Apostoli digni scholæ ipsius discipuli, & visionis istius capaces erant? Respondet S. Joannes Damascenus: *Omnes Christi amore præditi, sed unus pecuniæ studio flagrans Iudas, unus hîc dignus taxat indignus erat, qui divinitatem suam spectaret*; Et ideo non omnes assumpsit, ne ejus indignitatem manifestaret, sed potius honori & bonæ famæ ipsius prospiceret; *Ad hunc modum proditoris crimen occludit, dum ex toto Apostolorum numero, tres dunta xat elegit; si solus Iudas esset omissus, tanquam invidus, ad majorem fuisset malitiam provocatus.* S. Thomas aliam reddit rationem: *Ad designandum, quòd non omnes qui vocati sunt, pervenient; quia multi sunt vocati, pauci verò electi.* Didacus Stella dicit, sapientissimum magistrum nostrum nequaquam voluisse, ut ejus transfiguratio manifestaretur; prouti ex ultimis hujus Evangelii verbis colligitur; hoc autem intentum suum difficulter assequi potuisset, si ad gloriosum hoc spectaculum videndum, omnes tanquam spectatores interveniissent. Similiter tres soìùm elegit, quia, ut Albertus M. scribit:

S. Thom. hîc.

S. Ioan. Dam. de trâs fig.

Matt. 22. v. 14.

Didac. Stell. in c. 9. Luc.

Alb. M. in Mat.

Alb. M. in Mat.

ſcribit: *In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum.*

Luc. Burg. ib.

2. Porro myſteria & rationes, cur potius hoſce tres elegerit, quàm alios, multæ ſunt. Etenim S. Petrum elegit, inquit Lucas Burgenſis: quia cum paulò ante, ex divina revelatione edoctos, ſolemne illud de Chriſto perhibuiſſet teſtimonium: *Tues Chriſtus, filius Dei vivi,* juſtum erat, ut ad hanc quoque Chriſti transfigurationem adhiberetur, ut audiendo æterni Patris vocem, dicentis: *Hic eſt filius meus dilectus, &c.* inſuperque ipſum gloria, filium Dei decente, quaquaverſum adornatum & circumdatum videndo, in hac eadem fide, tantò magis firmiuſque ſolidaretur. Similiter elegit S. Jacobum, quia hic ante omnes alios Apoſtolos, pro Chriſti fide vitam & ſanguinem profuſurus erat; etatque *Proinde animandus ſpectaculo gloriæ Chriſti.* Denique S. Joannem hunc gloriæ ipſius intereſſe voluit, quia cùm hic cunctos alios Apoſtolos ſupervicturus eſſet: *Congruebat teſtem eſſe viſæ gloriæ Jeſu;* maximè cùm, ut ſatis ex ejus Apocalypſi conſtat, in multis eidem concedendis raptibus & extaſibus, multis honorandus eſſet viſionibus cœleſtibus.

Mat. 16. v. 16. Matth. 17. 5.

3. Tres hi eidem Apoſtoli in horto interfuturi erant agoniæ Salvatoris noſtri, quando ſudaturus ſanguine merat; & ideò juſtum erat, ut hujus quoque gloriæ Chriſti redderentur participes. *Quia,* ut Didacus Stella ait: *tempore proſpero, debent homines ſe parare ad tempus diverſum; hi tres erant viſuri Chriſtum tremebundum in horto, & ne tunc ſcandalizarentur in eo, per carnis infirmitatem, oſtendit modo gloriam ſuam, ut non diffidant.* Qui enim cœleſtes à Deo conſolationes abundanter participant, certi eſſe debebunt, quòd ſe ad ſpiritus ariditates & deſolationes præparare debeant. Chryſoſtomus aliam aſſignat rationem, cur hi tres præcipuè delecti fuerint, quia ſcilitet: *Excellentiores cæteris erant.* Quod idem Gloſſa confirmat; dum ait: *Scit meritorum cognitor, perfectiores fuiſſe cæteris.* Et quidem ſi ſanctitatis menſura ab amore Dei ſumatur, certum eſt, quòd omnes illi tres Deum ſuper omnes alios diligebant: *Petrus quidem,* ut S. Chryſoſtomus ait: *quia valde Chriſtum diligeret; Joannes, quia nimium diligebatur* S. Jacobus præ cunctis, honoris Dei zelo ardebat, quod manifeſtum erat ferventiſſimi amoris ipſius indicium; etenim ipſe primus fuit, qui pro Chriſti amore & fide, mortem occubuit; ipſe quoque apud omnes Judæos, in tanto odio & abominatione erat, ut poſt illatam ipſi necem, totum Evangelium ſubverſum eſſe crederent. Præterea s. Thomas Doctor Angelicus ita de ipſo ſcribit: *Jacobus, quia præcipuus debellator erat adverſariorum fidei, ideo Herodes eum occidit.* Theophylactus quoque de ipſo dicit: *Aſſumpſit Iacobum, qui & ipſe fervebat zelo pro Chriſto.*

Did. Stell. in Luc. 9

Chryſoſt. ho. 57. in Mat. Gloſ. in c. 9. Luc.

S. Th. ibid. Theop. in Luc.

4. S. Ambroſius alia quædam ipſorum privilegia tangit: *Petrus aſcendit, qui claves Regni cœlorum accepit; Ioannes, cui committitur Domini mater; Iacobus, qui primus martyrium ſuſtinuit.* Salmeron ait: *Perfectiores & futuri vertices Apoſtolorum, & magis dilecti.* Idem quoque in hiſce tribus notat, quòd Chriſtus illos, mutatis priſcis nominibus, excellentioribus nobilitarit; ſiquidem duo illi germani fratres Jacobus & Joannes, dicti ſunt *Boanerges, id eſt, filii tonitrui,* Simon verò cognominatus eſt *Cephas,* quod idem eſt, quod *Petrus.*

S. Amb. l. 7. in Luc. Salm. to 6. tr. 38.

5. Dionyſius Carthuſianus dicit, quòd aſſumpſerit *Petrum, tanquam futurum totius Eccleſiæ præſidem: Iacobum tanquam morituram pro Chriſto ante alios: Ioannem tanquam Theologiæ puriſſimum organum, ut viſa gloria filii, quæ non ſubjacet tempori, reſonet illud: In principio erat verbum, &c.*

Dion. Card. Ioan. 1. 1

6. S. Ambroſius, ab aſſumptarum perſonarum meritis abſtrahens, ternariumque numerum ſolum ponderans, dicit: *Hoc fortaſſe prætereà fecit, quia nemo poteſt reſurrectionis gloriam videre, niſi qui integrum myſterium Trinitatis, incorruptam fidei ſinceritate ſervaverit.* Sanctus Anſelmus ulterius progreditur, & nonnullas quoque in perſonis ipſis, ad hanc gloriam videndam, præceſſiſſe analogias conſiderat: *Nomina etiam conveniunt; unuſquiſque enim fidelis, debet eſſe Petrus, id eſt, firmus in fide: poſtea Iacobus, id eſt, ſupplantator vitiorum: poſtea Ioannes, id eſt, adſcribens omnia gratiæ Dei.*

S. Amb. lo. c. S. Anſ. hic.

7. Salmeron in tribus hiſce Apoſtolis, variate ſtimonia perhibita notat: *In his etiam*

Salm. ibid.

iam tribus, intelligimus tria teſtimonia exhibita, ſignis, ſanguine, & doctrina; ſignis coruſcavit Petrus; ſanguinem primus fudit Jacobus pro Chriſto, doctrinâ illuſtris fuit Joannes, qui propterea dicitur Theologus.

Hugo Card. in c. 9. Luc.

8. Hugo Cardinalis ait: *Per hos tres, omnes electi ſignificantur.* Cum enim in hac transfiguratione cœlum aperiendum, nec non aliquod divinæ gloriæ ſpecimen edendum fuerit, veriſſimumque ſit, Deum omnes homines hujus gloriæ participes fieri

1. Tim. 2. v. 4.

velle, *vult omnes ſalvos fieri*, juſtum erat, ut hi tres ejuſdem gloriæ ſpectatores aſſiſterent, utpote per quos omnes ſtatus revocationes & profeſſiones perſonarum repræſentantur. Significantur enim *per Petrum conjugati*, inquit Hugo Cardinalis, *vel præpoſiti*, ut Gloſſa ſcribit, & Albertus Magnus:

Gloſſ. in Luc. Alb. M. hic.

Quorum Petrus prælatus. Per Iacobum, inquit Gloſſa in Lucam, *pœnitentes, vel actuales*; vel ut Hugo Cardinalis vult, *continentes. Per Joannem*, ut Gloſſa exponit, *virgines*, vel ut Hugo Cardinalis ait: *Clauſtrales*, aut verò *contemplativi*, ut vult Albertus Magnus.

9. Voluit inſuper increata & incarnata ſapientia nos docere, quòd, quicunque in æternæ beatitudinis monte transfigurari deſiderat, hoſce tres in ſua ſocietate ſecum habere debeat, *Petrum*, inquit Hugo Cardinalis,

Hugo Card. in Luc.

id eſt, cognitionem, Dei, ſui proximi: Jacobum, id eſt, oportet quod habeat luctum contra mundum, carnem, diabolum: Item oportet quod habeat Joannem, id eſt, gratiam, ſine qua nec cognitio, nec lucta aliquid valet.

Didac. Stell. in Luc.

10. Didacus Stella obſervat, quòd Chriſtus pro ſua transfiguratione ſylvam ſeu ſolitudinem, & inter omnes Apoſtolos, tres ſolùm eoſque familiariſſimos elegerit, imò ut Theophylactus ait: *Ut magis tacituros & flere valentes*, non verò ita fecit, quando crucifigi voluit. *Obſerva, quod Chriſtus coram paucis transfiguratur in monte, & paucis gloriam ſuam: ignominiam autem oſtendit in monte coram multis gentibus in ſua paſſione publicè, & in die Paſchæ.*

Et duxit illos in montem excelſum ſeorſum.

11. Electio illa, qua pro ſua transfiguratione, ſolitudinem quandam, ſublimemque montem elegit, minimè credenda eſt vacare myſterio. Gloſſa Interlinearis dicit: *Gloriam majeſtatis oſtenſurus, montem petit, ut diſcant gloriam non in profundo hujus ſæculi, ſed in regno ſuperna beatitudinis eſſe quærendam*; ac proinde in hymno præſentis feſti canitur: *Quicunque Chriſtum quæritis, oculos in altum tollite, illic licebit viſere ſignum perennis gloriæ.* Didacus Stella dicit, ideo Chriſtum diſcipulos ſuos futuræ gloriæ ſuæ ſpectatores, in altum perduxiſſe, *ut doceat omnes, qui hanc videre deſiderant, non in infimis jacere voluptatibus, non illecebris capi carnalibus, non terrenis adhærere cupiditatibus, ſed ſupernorum amore ad ſuperna ſemper erigi.*

Gloſſ. Interl. in Mat.

Didac. Stell. in Luc.

12. Dicet fortaſſe aliquis, nunquid ad hoc, ut unamquamque fidelem animam ad beatum hoc regnum anhelare faciat, melius fuiſſet ſi in medio templi Heroſolymitani, pro eo tempore, quo densâ populi multitudine refertum fuiſſet, transfigurationem ſuam ordiretur; maximè cum Petrus omnium nomine dixerit: *Bonum eſt nos hic eſſe*; primaque prædicationis Chriſti verba ad Deum conſpiciendum: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*; ſimiliter in ſolitario monte transfigurari, & poſtea in ſublimi quoque monte in cœlum aſcendere voluit, ut nobis per hoc innueret, quantum ſolitudo & ſeceſſus ſolitarii ad gloriam acquiren dam conducant. *Eremus eſt paradiſus deliciarum*, inquit S. Baſilius; *Exul mundi, hæres eſt paradiſi.* S. Hieronymus quoque dicit: *O ſolitudo, in qua illi naſcuntur lapides, de quibus civitas magni Regis conſtruitur.*

S. Baſil. de laud. erem. S. Hier. in Reg. monaſt.

Et transfiguratus eſt ante eos.

13. Salmeron ſpectaculum iſtud, nocturno tempore accidiſſe ſcribit, nam ut S. Lucas refert, eo tempore contigit, quo Chriſtus orationem ſuam inſtituit, hanc autem de nocte in loco aliquo ſolitario facere ſolebat; Hujus quoque opinionis ſtabiliendæ aliud quoddam ex eodem S. Luca deſumptum adducit argumentum, quia nimirum tres hi diſcipuli tempore inchoandæ trans-

Salm. to. 6. tr. 33.

Luc. 9. v. 32. transfigurationis, ſomno gravati erant: *Petrus verò, & qui cum ipſo erant, gravati erant ſomno, & evigilantes viderunt, &c.* idcircò amœniſſimum & ſuaviſſimum fuiſſe ſpectaculum, in mediis tenebris cernere Jeſum, plus ſole ſplendentem.

14. Certum eſt, quod cum anima Chriſti, clarâ Dei viſione perfruita fuerit, conſequenter etiam quatuor glorioſi corporis dotes in corpus ſuum tranſmittere potuerit, & tamen eaſdem à primo conceptionis inſtanti, uſque ad illud transfigurationis ſuæ momentum ſuſpendit, & in portione animæ ſuperiori retinuit, ne ad ſacratiſſimam ipſius tranſmitterentur humanitatem; quænam igitur fuêre Chriſti motiva, ob quæ hanc gloriam nunc in corpus ſuum dimanare voluit? Multa profectò ſunt, eaque omnia myſteriis plena.

Didac. Stell. in Luc. 15. Didacus Stella dicit: *Voluit transfigurari propter Eccleſiæ conſolationem*; Chriſtus etenim quoad apparentiam exteriorem vilis & pauper, & contemptibilis erat, quia purus homo potius, quam ſimul Deus eſſe videbatur; ut igitur fidelium ſuorum, nec non diſcipulorum fidem & ſpem vivaciorem & animoſiorem efficeret, ſe quoque illis veluti quendam infinitæ majeſtatis Deum videndum exhibere voluit; eidemque viſioni Petrum, qui ſupremus Eccleſiæ ſuæ paſtor & caput futurus erat, præſentem eſſe voluit, qui in ſecunda Epiſtola ſua Canonica cap. 1. ſtabiliſſima fidei noſtræ fundamenta, ſuper hoc transfigurationis Chriſti myſterio jacere voluit, dum ait: *Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem & præſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis.* Enimverò ſoliditſſima maximèque ſtabilia veritatis fidei noſtræ argumenta, ait Janſenius, transfigurationi huic inſerta eſſe videmus, ſiquidem hæc nobis Chriſtum ſimul exhibet Deum & hominem; qui ab æterno Patre tanquam filius ejus nobis datus eſt, veluti Redemptor & Salvator noſter, qui pro ſalute noſtra comparanda, amariſſimæ ſe mortis ſupplicio ſubjecturus erat. *Unde D. Petrus hujus transfigurationis meminit, nimirum quod ſciret, quantum per hoc fides noſtra confirmaretur, Dominus ſuam majeſtatem inſolita majeſtate prodit: accedunt teſtes omnium graviſſimi, qui mortis modum & rationem teſtantur; poſtremum accedit & Pater ipſe, ſe verè præſentem declarans, & omnium maximum de filio ſuo teſtimonium præbens.*

2. Petr. 1 v. 16. Janſen. conc. Evang. c. 67.

16. Apoſtoli aliique ipſorum ſequaces, poſt mortem Chriſti, multis exponendi erat perſecutionibus, ſtragibus, immaniſſimiſque tormentis, imo & morti ipſi, ideoque illos, inquit Lyranus, hac viſione animare voluit; *ut oſtenderetur diſcipulis gloria futuræ reſurrectionis non tantum animæ, ſed & corporis; ut ſic animarentur ad ſequendum Chriſtum, in acerbitate paſſionis.* Eſt porrò celebris illa Tertulliani ſententia: *Nihil crus ſentit in nervo, cum animus eſt in cœlo*; quando enim oculus noſter in æternam retributionem defigitur, nullum eſt tam acurbum genus tormenti, quod non libenti, imò hilari & læto animo toleretur; Unde Chriſtus, ut inquit Carthuſianus transfigurari voluit, *ut oſtenderet eis mercedem exſpectandam in patria, dandam pro tribulationibus vitæ præſentis, ut per hoc in paſſionibus hujus vitæ animarentur, & certificarentur de præmio ad Philipp. 3. Salvatorem exſpectamus, &c.*

Lyran. in Mat. Tertull. l. ad martyr. c. 2. Dion. Cart. in Luc. Philip. 3. d. 20.

17. *Voluit etiam transfigurari propter ſeipſum*, inquit Didacus Stella, *ut celebraret Paſcha corpori ſuo*; cujus hanc ſubdit rationem, quia jam triginta & amplius anni effluxerant, quibus immaculatam carnem ſuam, per jejunia aliasque auſteritates afflixerat & macerat, *nec diem aliquem lætum & feſtivum ducebat.*

Didac. Stell. in Luc.

18. Ex textu S. Lucæ, transfigurationem, Chriſto orante, accidiſſe ſatis manifeſte colligitur; Dicit enim Evangeliſta: *Facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus ejus altera*; Unde Gilbertus ſequentia ſcribendi occaſionem ſumpſit: *Voluit per hoc in mente ſua orationis commendare virtutem, quòd illa ſit, quæ te in intimis alternm faciat, & novum commutet in hominem: Nos*, inquit Apoſtolus: *revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur.*

Luc. 9. v. 29. Gill. Ab. ſer. 15. in cant. 2. Cor. 3. v. 18.

19. Reflectendum quoque nobis eſt quòd Evangeliſta non dicat, quod Chriſtus ſemetipſum transfigurarit, ſed ipſum tranſiguratum eſſe allerat, *transfiguratus eſt*, quod idem eſt cum eo, quod S. Petrus de hoc myſterio, in Epiſtola ſua tractans, ſcribit:

2. Petr. II. v. 17.

2. Pet. 1. 7. 2. Cor. 11. v. 14. Hebr. 5. 4. S. Ant. de Pad. ſer. in hac Dom.

ſcribit: *Accipiens à Patre honorem & gloriam, voce delapſa in nube, &c.* De Satana verò è contra dicitur, quòd *Transfigurat ſe in Angelum lucis*; qua in re juxta ſancti Antonii Paduani mentem, nobis inſigne quoddam humilitatis exemplum dare voluit: *In hoc notatur humilitas*; ſemper etenim gloriæ & honorificentiæ externæ oſtentationem & apparentiam declinare voluit. Unde Apoſtolus ait: *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron: Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ſed qui locutus eſt ad eum, filius meus es tu*; præterquam quòd, quoadusque vixit, patiendi quidem cupidiſſimus fuit, non verò gaudendi: *Ne diem aliquem lætum, &c.*

Verſus 2.

Et reſplenduit facies ejus ſicut Sol, veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix.

Et reſplenduit facies ejus ſicut Sol.

S. Thom. in Mat.

1. S. Thomas per hunc, ſolari perſimilem luminoſum ſplendorem, gloriam, quâ in cœlo fruituri ſumus, ſignificari dicit: Advertendum eſt autem, inquit, *quòd hæc claritas non erat ab eſſentia, ſed ex claritate interioris animæ, plenæ charitate*; *erat quædam refulgentia in corpore anima enim Chriſti videbat Deum.*

Cajet. in Mat.

Idem quoque Cajetanus ſcribit, ſcilicet quod ſplendor ille derivatus fuerit *Ex gloria interna animæ Chriſti, coæva ab initio creationis ſuæ, non ab extra advenit, ut ſplendor faciei Moyſis.*

S. Cyrill Alex. l. 12. in Ioan. c. 16.

2. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Tunc fulgebunt juſti ſicut Sol in regno Patris mei; quod ut firmiter crederetur, prævenit in monte hanc gloriam diſcipulis monſtravit.*

3. Porrò multæ in cœlo animæ erunt, quæ multis ſunt ſpiritibus Angelicis futuræ ſuperiores; jam verò perſpicaciſſima illa cœleſtis Aquila Joannes die quodam lynceos ſuos in Angelum quendam defixit oculos, qui luce ſuâ univerſum mundum colluſtrabat: *Terra illuminata eſt à gloria ejus*; ex quo loco ſacri Doctores colligunt unicam duntaxat animam beatam, per corpus ſuum glorioſum majorem univerſo mundo lucem allaturam eſſe, quàm ipſemet Sol in cœlo radiare conſpicitur. S. Vincentius Ferrerius unicum corpus glorioſum, ſeptuplo majorem ſole lucem, ſplendorem, & claritatem habiturum eſſe exiſtimat. Interlinearis Evangeliſtam ideo dicit ſcripſiſſe, quòd facies Salvatoris, inſtar ſolis reſplenduerit, quia inter omnia creata aptiorem ſimilitudinem, cui coruſcantem Salvatoris faciem compararet, invenire nequaquam potuit: *Non habet clarius, cui comparet.*

Apoc. 18. 1.

Vinc. Ferrer. ſer. 3. in Dom. in Albis. Interl. in Mat.

4. S. Bonaventura ſuper illa verba: *Tunc juſti fulgebunt ſicut Sol*, ſcribens, hujuſce ſimilitudinis rationem reddens, quatuor in illa, glorioſi corporis dotes ſe invenire dicit: *In ſplendore ſolis ſignificatur dos claritatis; In perpetuitate ſolis, dos impaſſibilitatis*; *In virtute ſolis activa (Sol enim penetrat integrum vitium) dos ſubtilitatis*; *In celeritate ſolis dos agilitatis: Sole clariores erunt Sancti.* Janſenius teſtimonium adducit S. Hieronymi, dicentis: *Qualis futurus eſt Dominus tempore judicandi, talis Apoſtolis apparuit.* In Iſaia denique de illo ſcribitur: *Lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum.*

S. Bona. ſer. 5. de reſurr. Ianſen. c. 67. Iſa. 30. 26.

5. Albertus M. in ſenſu morali, hac de re ita ſcribit: *Quod Chriſtus operatus eſt in ſuo corpore, quotidie viri ſancti mente, in qua dum fulgorem ſuæ claritatis immittit, faciem mentis alteram facit.* Pſal. 88. *Domine in lumine vultûs tui ambulabunt.*

Alb. M. in Luc. Pſ. 88. 16.

Veſtimenta ejus facta ſunt alba ſicut nix.

6. Gloſſa ait: *Veſtes Domini ſancti ſunt, qui Chriſtum induerunt, quæ veſtis Domino conſiſtente in terris deſpicabilis, & aliorum ſimilis viſa eſt; ſed Domino montem aſcendente fulget, quia nondum apparuit, quòd erimus, ſed tandem ſimiles ei erimus, quando videbimus eum ſicuti eſt.*

Gloſſ. in Luc.

7. Hæ veſtes inſtar nivis candidæ erant, quia beatæ illæ animæ, quæ Chriſto in cœlis obſequentur candidæ erunt & immaculatæ, quia *Aliquid coinquinatum non intrabit in eam.* Interlinearis ſimiliter per veſtes haſce, Sanctos intelligit: *Sancti quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

Apoc. 21. 27. Gloſſa Interl. in Mat.

Verſus 3.

Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes.

Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias.

Dion. Cart. in Luc. c. 9.

1. Dionyſius Carthuſianus ideo Chriſtum ſocietatem Sanctorum, tam novi quàm veteris teſtamenti; ſecum habere voluiſſe exiſtimat, *Ad inſinuandum, quod homines utriúſque Teſtamenti ſalventur per ipſum.*

Euth. ib.

2. Enimverò dubium hoc loco haud immeritò naſcitur, quomodo Apoſtoli utrúmque hunc, veteris legis eximium Prophetam, agnoſcere potuerint, quinam eſſent, cùm diſtinctè Hebræis omnes imagines, effigies & ſculpturæ prohibitæ fuerint? Cui equidem variis modis reſpondetur. Euthymius ait: *Dicimus, quod in libris vetuſtiorum Hebræorum, ſpecies inſignium virorum poſteris reliquerant, quas legentes, inde eos agnoſcebant; veriſimile quoque eſt, ex traditionibus, viva voce traditis; fortaſſe etiam ex divina revelatione.* Theophylactus, Apoſtolos ipſos ex diſcurſibus, quos cum Chriſto miſcebant, facilè cognoſcere potuiſſe dicit, id quod Janſenius clarius ſpecificet, ait: *Veriſimillimum eſſe, eos agnoviſſe ex colloquio ipſorum cum Ieſu, in quo aut Dominus propriis eos cōpellarit nominibus, aut ipſimet expreſſerint, qui fuerint.* Veriſimile enim eſſe exiſtimat, quòd Moyſes de morte Redemptoris differens, eidem prædixerit, ipſum eo modo extollendum eſſe in patibulo, quo modo ille in ſimile patibulo exaltaverat ſerpentem. Satis quoque probabile eſt, Eliam dixiſſe, quòd, quomodo ipſe ſe ſuper defuncti pueri corpus extendit, ad illud vivificandum, ita quoque Salvator noſter, ad reſtituendam animabus noſtris vitam perditam, brachia ſua extenſurus eſſet in cruce. Dionyſius Carthuſianus ait: *Aliquo ſigno innotuerunt Apoſtolis: Vel fortè Chriſtus audientibus Apoſtolis alloquebatur nominatim Moyſem & Eliam, ſicut amici convenientes ſolent ſe invicem ex nomine ſalutare.* Lucas Burgenſis aliam habet circa hanc rem, conſideratationem, quæ ei quòd 4. Reg. 1. cap. legitur, innititur: Dicit enim; fortè ad illos agnoſcendos multum juvit; *Habitus ipſorum ſacris literis deſcriptus.*

Theoph. in Matt.

Ianſen. c. 27.

Dion. Cart. in Luc.

Luc. Lung.

3. At verò cur ex tam numeroſa Sanctorum veteris teſtamenti multitudine, hoſce duos præcisè elegit? Chryſoſtomus id factum eſſe dicit: *Ut tam mortis quàm vitæ haberepoteſtatem, liquidò ac verè credretur, utque ſuperiorum & infernorum Dominus oſtenderetur, idcirco Moyſen jam mortuum, & Eliam, qui nondum id paſſus eſt, in medium produxit.*

Chryſ. hom. 57. in Matt.

4. Dici etiam poteſt, quòd, ex quo transfiguratio præcipuum quoddam eſt glorioſiſimæ vitæ ipſius myſterium, ideò Salvator noſter illud per horum duorum præſentiam honorare voluerit, quorum unus in tanto conceptu inter homines, ut Apoſtoli populi opinionem fuiſſe dixerint, Chriſtum vel Eliam eſſe, vel Jeremiam, aut unum ex Prophetis. Porrò ſacri expoſitores, amborum horum Prophetharum varia merita, breviter tamen referunt. Sanctus Hieronymus ait: *Ob jejuniorum conſortia, Moyſen & Eliam, transfiguratus in monte, ſecum oſtendit in gloria.* Hugo Cardinalis ait: *Omnibus renunciaverunt, Moyſes negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, majores divitas æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti,* quia oculos ſuos in hunc montem defixos tenebat: *Aſpiciebat enim in remuneratorem.* Elias adeò pauper & inops erat, ut vix pelle quâdam amictus incederet; ambo quoque ſolitudinem & ſecretos montium receſſus dilexerunt; quia unum ipſorum inveniemus. *In foramine petræ;* alterum *in oſtio ſpeluncæ. Pro plebe ſe morti expoſuerunt: Uterq; oravit pro peccatoribus & perſecutoribus ſuis, Moyſes Num. 12. Elias 3. Reg.* 19. Ita Hugo Cardinalis de hoc myſterio diſcurrit; qui igitur hiſce exornati fuêre virtutibus, meruerunt præ cunctis aliis, Chriſti in Gloria, ipſius fieri Aſſeſſores.

S Hier. l. 2. cont. Iovin. Hugo Card. in Luc. Hebr. 11. 26. Exod. 33. 22. 3. Reg. 19. 9.

Luc. Burg. in Matt.

5. Lucas Burgenſis, hoſce duos præ cunctis aliis, ad ſpectaculum hoc vel maximè honorandum cooperatos fuiſſe exiſtimat: *Ille à mille quingentis annis mortuus, hic à mille ex hominibus raptus*: Et paulò poſt ſubjungit: *Jeſus vitæ mortiſque Dominus huc illos ſuæ nutu voluntatis evocaverat,*

rat, partim ut ſpectaculum ſuâ præſentia ornarent, partim ut teſtimonium perhiberent veritati, illi mortuo reddito ad breve tempus corpore; hoc ex eo, in quem curru igneo adventus fuerat, loco adeſſe juſſo.

Chryſ. hom. 57. in Matt.

6. Chryſoſtomus voces & opiniones, per vulgus ſparſus, in memoriam revocans (de quibus dicitur in Evangelio, quòd poſtquam Dominus Apoſtolus interrogaſſet, dicens: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Illi dixerunt: Alii Ioannem Baptiſtam, alii autem Eliam, alii vero Ieremiam, aut unum ex prophetis.*) Hunc in modum ſcribit: *Idcirco Moyſen & Eliam, cæterorum Prophetarum vertices producit, ut quàm magnum ſit inter ſervos & Dominum diſcrimen, oculis cernerent, utque rectè laudatum crederent Petrum, qui filium Dei, eum confeſſus eſt.*

S. Hilar can. 17. in Matt.

7. Sanctus Hilarius aliud quoddam tangit myſterium, dum ait: *Quod autem Moyſes & Elias, ex omni ſanctorum numero aſſiſtunt; medius inter legem & Prophetas, Chriſtus in regno eſt.* Lucas Burgenſis huic eidem opinioni adhærens, ita ſcribit: *Itaquè colloquium Moyſis & Eliæ cum Ieſu, eſt conſenſus legis & Prophetarum cum Ieſu, ejuſquè Evangelio.* Rom. 3. v. 21. *Oportebat enim Apoſtolos confirmari, non eſſe novam Religionem, quàm Ieſus prædicabat, ſed teſtatam in lege & Prophetis.*

Luc. Bur

Rom. 3. 21.

8. Ulterius inquiri poteſt, cur hic ex Prophetis & ſanctis ad antiquum teſtamentum ſpectantibus, duo tantùm, ex illis verò qui ad novum pertinent teſtamentum, tres præſentes adfuerint. Reſponderi quidem poſſet, id fieri, quia in tempore legis gratiæ, cœlum aperitur, & longè pluribus ſalvantur, quàm temporibus ſuperioribus veteris legis: at verò Timotheus Antiochenus id factum eſſe dicit: *Ut impleretur dictum Pauli: In nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: Ex infernis ſubduxit Moyſen* (id eſt, ex ſinu Abrahæ) *ex cœleſtibus eduxit Eliam; ex terreſtribus Petrum, Iacobum, & Ioannem.*

Tim. Antioch. ora de cru. c. & transf.

9. Dionyſius Carthuſianus, hoſce duos aliquam cum Chriſto habuiſſe dicit ſimilitudinem. Moyſes populi antiqui teſtamenti legislator & mediator fuit; vidit Deum de facie ad faciem, quocum inſuper converſando, eſſentiam quoque divinam, licet per modum tranſeuntis vidiſſe creditur; nec poterant filii Iſraël abinde, ob claritatem vultûs, eundem aſpicere: *Sic Chriſtus, populi novi teſtamenti legislator eſt mediator, cujus anima à ſuo exordio inceſſanter vidit Deum per ſpeciem, & tanti ſplendoris, in hac transfiguratione habuit faciem, quod Apoſtolorum reverberavit intuitum.* Quod verò ſancti Eliæ perſonam ſpectat, ſequentia conſiderat, quòd ſcilicet Chriſti ad Judicium adventum, tanquam præcurſor annuntiabit, quòd item cœlum clauſerit orationibus ſuis, itidémque aparuerit; ac demum quod in illibata ſemper virginitate permanſerit: *Sic Chriſtus claudit & aperit regnum cœleſte, cujus ingreſſum prohibet impiis & præſtat electis*; præterquam quod de ipſo ſcriptum legatur: quod ſit *Candor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula.*

Dion. Card. in Luc.

Eccl. 48. 5.

Sap. 7. 26.

S. Th. hic

10. Sanctus Thomas Chriſtum, per horum interventum, Judaiſmi calumnias confutare voluiſſe exiſtimat, utpote qui eum veluti tranſgreſſorum traducebat: Ideo quia *Elias omnibus Prophetis ſanctior fuit, & Moyſes legislator, coram Moyſe & Elia oſtendit, quia non erat Deo contrarius, & tranſgreſſor legis.* Quidem Angelicus Doctor aliam rationem tangit nimirum: *Ut oſtendat ſe judicem vivorum & mortuorum, quia Elias vivus erat, Moyſes mortuus.*

Cum eo loquentes.

11. Porro Evangeliſta noſter quidem qualem inter ſe diſcurſum miſcuerint, non declarat, bene tamen ſanctus Lucas, qui ait: *Dicebant exceſſum ejus, quem completurus erat in Ieruſalem*, quaſi diceret Evangeliſta Lucas: inter ſe de Paſſione diſſerebant, quàm paulò poſt Dominus noſter Jeroſolymis conſummaturus erat. Lucas Burgenſis ait: *Id quod notandum diligenter eſt, ut obſerves, quomodo Ieſus ita ſemper ſtuduerit docere diſcipulos ſuos dignitatem ſuam, ut non ignorarent humilitatem; & vice verſâ, ita humilitatem, ut non obliviſcerentur dignitatem, quod perfici non poſſet redemptio noſtra, ſi deeſſet altera.*

Luc. 9. 31

Luc. Burg. ib.

Dion. Cart. hic.

12. Dionyſius Carthuſianus ait: De Chri-

Paul. de Palat. hic. *Christi Passione loquebantur, gratias referendo, & pro mundi salute orando.* Paulus de Palatio hoc de amara Passione, in supremo gloriæ suæ gradu habitum colloquium mysteriis minimè vacare notat, dum ait: *Nemo enim poterit in gloria esse, nisi de Christi morte locutus; in fide enim sanguinis Christi saltem implicita, omnes salvantur, qui cœlo fruentur.*

13. Potest itidem hoc loco inquiri, cur non etiam tres Apostoli, pariter cum Moyse & Elia ad colloquium istud vocati fuerint? Responsio autem facilis est, si consideretur Christum illos duntaxat penes se habere voluisse collocutores, qui à mundo sequestrati erant, siquidem *Mundus, quod suum est, diligit*, neque enim sua, de instanti sua morte consilia cum Petro conferre voluit, qui alias in simili proposito dixerat: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc*; neque cum duobus illis fratribus, Jacobo & Joanne, qui alias primas in ejus regno sedes expetierant, ipsum temporaliter regnaturum esse sperantes: imò neminem secum sustinere voluit, qui ipsum vel unico tantùm passu, à Calvario dimovere posset.

Ioan. 15. 19. Matth. 16. 22.

14. Porro ille, de Christi subeunda passione habitus discursus, primâ facie, non nemini tantæ festivitatis tempori valde inopportunus esse videri poterat. Unde S. Augustinus ait: *Hæccine sunt læta colloquia, quæ huic tantæ solemnitati conveniebant? Hæc sermonis materia, inter tot gaudia miscenda erat?* At verò sanctus hic Doctor, deos hosce sanctos nullum salvatori magis complacentem dismovere potuisse respondet, quàm istum: *Domino Salvatori, quæ materia loquendi gratior, quàm de salute & redemptione mundi tractare.*

S. Aug. de 5 hæres. c. 5.

15. Mysticum profecto est Epithetum, quo sanctus Lucas, per instinctum spiritus Veritatis, Passionem ejus insignivit, dum ait: *Dicebant excessum ejus.* Euthymius ait: *Excessum vocans, ab hac vita exitum: Quædam Exemplaria habent excessum, alia gloriam habent, nam gloria quoque appellatur crux ipsa; aliis, siquidem omnibus probrum erat utpote magnorum pœna criminum, solivero Christo gloria facta est, magni videlicet erga nos amoris præmium.*

Luc. 9. 31. Eut. hic.

16. Doctissimus Salmeron per elevatum istum intellectum, verbum istud, *Excessum*, præ quovis alio expositore exactissime ponderat, dum ait: *Cæterorum hominum mors potius decessus esse solet, quam excessus: Excessit Dominus in pretio, quo redimit nos, quod Petrus ponderans, ait: Scientes, quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine Agni immaculati Christi.* Unica duntaxat sanguinis guttula, unica lachrymula, unicum tantum suspirium, imò unicus solùm voluntatis actus ad nos redimendos sufficere poterat: *Sed copiosa apud eum redemptio: Excessit in obedientia, quia factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: Excessit in charitate, quia majorem hac charitatem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis, & tamen illum gradum superavit moriendo pro impiis & inimicis.* Dionysius Carthusianus pariter Passioni Christi hoc nomen *excessus* attribuit, propter excessivum amorem, quo Christus passus fuit: *Dicitur Passio Christi excessus, quia ex amore excessivo ad nos, pati dignatus est: Excessit & in patientia,* inquit Salmeron, *quia tanquam agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum, vel ut se excusaret, vel ut contradiceret, & maledicere maledicentibus, quia habebat pro se plus quàm duodecim legiones Angelorum si voluisset.* Hugo Cardinalis hunc excessum in humilitate consistere dicit, dum ait: *Excessum vocat mortem, in qua ejus humilitas omnem excessit, vel ipse omnem hominem per humilitatem.* Dionysius Carthusianus denique dicit, quòd Passio Domini vocetur *Excessus, propter ejus excessivum dolorem.*

1. Petr. 1. 18. Psal. 129. 7. Abil. 2. 8. Ioan. 15. 13. Isa. 53. 7. Matt. 26. 63. Hug. Car. hic. Dion. Cart. in Luc.

Versus 4

Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum.

Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse.

1. Sanctus Anselmus Petrum hoc dixisse asserit, *quia gustata à cœlesti dulcedine, vilescunt infima*; ex quo S. Petri pronunciato idem

S. Ansel. in Matt.

S. Pater,

S. Pater, quanti æterna beatitudo æstimanda efficaciter convincit; dicit enim. *Quodsi Petrus videns gloriſicatam humanitatem, tanto afficitur gaudio, ut nunquam velit ab hujus intuitu ſeceri, quid putandum eſt de his, qui divinitatem merebuntur videre?* Idem quoque argumentum S. Thomas his verbis efformat: *S. Tho. hic.* *Videns gloriam ita effectus erat, quòd nunquam voluiſſet ſeparari, ſi Deus voluiſſet, & quid erit de illis, qui in gloria erunt perfecta?* Lyranus conſiderat, quòd beatitudo eſſentialis in clara divinitatis viſione, ejuſque perfecta fruitione conſiſtat; Apoſtoli autem non ſicut S. Paulus in divinitatem, ſed in glorificatam Salvatoris humanitatem duntaxat, directè & intuitivè reſpiciebant. *Lyran. hic.* *Et tamen in ejus conſpectu fuerunt ſic delectati quòd voluiſſent ibi perpetuo manere.* Beda ait: *Beda in c. 9. Luc.* *O quanta felicitas viſionis Deitatis, inter Angelorum choros adeſſe perpetuo; ſi tantùm tranſformata Chriſti humanitas, duorumque ſocietas Sanctorum, ad punctum viſa delectet, ut eos, ne diſcedant, etiam obſequio Petrus ſiſtere velit?*

2. S. Petrus jam de facto in univerſalis Eccleſiæ Paſtorem electus, adeoque in tam ſublimem dignitatem, quâ major aut ſublimior in terra dari nequit, evectus fuerat; qua igitur ratione nunc ſublimis conditionis ſuæ oblitus, in monte quodam, & inacceſſa quadam ſolitudine, aëris injuriis expoſitus commorari præeligit? ſiquidem ne vel verbo alicujus pro ſe erigendi tabernaculi mentionem fecit? Lucas Burgenſis dicit, *Luc. Burg.* quòd unicus duntaxat gloriæ corporis Chriſti glorificati obtutus & aſpectus potens fuerit, qui huic ſancto Apoſtolo contemptibile efficeret, quidquid mundus in in ſe bonum aut venuſtum continet: *Gutta una immenſo illi mari comparata,* (hoc nomine minimum gloriæ veſtigium appellat,) *tanta affecit dulcedine, ut rebus aliis omnibus ſpretis, ſola illius* *S. Aug. ſoliloq. c. 22.* *fruitio ipſi ſufficeret.* Similiter S. Auguſtinus de S. Petro ſcribit: *Unam ſtillam dulcedinis ille guſtavit, & omnem aliam ſtidivit dulcedinem; quid putas dixiſſet ſi magnam multitudinem dulcedinis divinitatis guſtaſſet, quam abſcondiſti timentibus te?* Apoſtolus, qui ſolùm *per modum tranſeuntis*, cœlum perluſtravit, proteſtatuſeſt de ſe dicens: *Phil. 3. 8* *omnia arbitror ut ſtercora*; totus mundus in comparatione Paradiſi poſitus, ipſi ſterquilinium quoddam eſſe videbatur. S. Auguſtinus ait: *Tanta eſt jucunditas lucis æternæ, ut etiamſi non liceret ampliùs in ea manere, quàm unius diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni hujus vitæ, pleni deliciis & circumfluentia temporalium bonorum recte meritòque contemneretur.* David propter collatum ſibi Iſraëlis ſceptrum, ob glorioſè reportatos varios triumphos, poſt comparata varia regna, poſt acquiſitos opulentiſſimos mundi theſauros, ad ſummam felicitatem evectus, nihilominus ultro citroque fatetur, dicens: *Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia.* *S. Aug. l. 3. de lib. arbitr. c. 23.*

3. Sanctuarii pondere trutinanda ſunt verba iſta: *Bonum eſt nos hîc eſſe*, id eſt, per relationem ad beatitudinem. *Bonum eſt*, quia bonum quoddam infinitum poſſidetur.

4. Porro gloriæ definitio hæc eſt, quòd ſcilicet ſit *ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.* Etenim in dictione *Nos* miſeriam & vilitatem conſiderare poſſumus, è qua ad maximam, quam infinita Dei omnipotentia nobis dare poteſt, felicitatem tranſimus: *De ſtercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus populi ſui.* Cùm enim de nobis vere dicatur, quod *Putredo & vermis ſimus*, non ſolùm Seraphinis, ſed ipſimet Deo ſimiles efficimur: *Cum apparuerit ſimiles ei erimus.* In dictione *Hic*, cœli beatorum amplitudo, opulentia & majeſtatis decor & venuſtas conſiderari poteſt. in verbo *eſſe*, quod tempus præſens indicat, gaudiorum, quibus Beati in cœlis perfruuntur, permanentia, ſtabilitas & interminabilis æternitas innuitur. *Pſ. 118. v. 7. & 8. Iob. 25. 6.* *1. Ioan. 3. 2.*

4. Lucas Burgenſis. Petrum hujus gloroſi ſpectaculi viſione & fruitione captum, nunquam deinceps de monte illo, inter mundi ſtrepitus & tumultus deſcendere decreviſſe dicit; ideoque petit, *ut liceat hîc ſedem figere, & perpetuò manere perpetua frui viſione gloriæ tuæ, nec reverti ad mundum, tumultibus, timoribus, miſeriis plenum.* *Luc. Burg.*

6. Janſenius inter eam gloriam, quæ hodie nobis in lege Evangelica exhibetur, & inter eam, quæ in lege ſcripta aliquando exhibita fuit, ingentem notat differentiam; in lege etenim ſcripta, populus Iſraël, metu & pavore nimio perculſus, Moyſen rogabat, *Janſen. c. 67.*

Exod. 20 v. 19. ut ipſe illos, non verò Deus, gloria amictus, immediatè & directè alloqueretur, adducebátque rationem: *Ne fortè moriamur*; imò ne quidem vultum Moyſis, ex habito cum Deo colloquio, præfulgidum & reſplendentem intueri poterat: at verò hic in monte Thabor, *Etſi nonnullo vapore ob ſpectaculi novitatem correpti eſſent, tamen tantùm abeſt, ut conſpectam gloriam refugiant ut ejus perpetui cupiant eſſe ſpectatores*; *in Evangelio enim Deus ſe magis amandum exhibet, quàm metuendum.*

Dion. Cart. in Luc. 7. Dionyſius Carthuſianus, Petrum hæc verba dicentem, tanquam corporalem dilectiſſimi Magiſtri ſui ſalutem avidiſſimè cupientem, excuſare & juſtificare nititur, dum ait: *Fortè hoc dicit Petrus etiam ideò, quia videbat, quomodo Scribæ & Phariſæi Chriſto inſidiarentur, ideo optavit in hoc loco tuto manere.*

S. Th. hic. 8. S. Thomas dicit, quòd, quia S. Petrus Chriſto, mortem ſuam prædicenti, ſeſe opponens, ab eodem Magiſtro ſuo graviter reprehenſus fuit, ideo dum Moyſes & Elias in hoc loco comparentes, de Chriſti Paſſione imminenti loquerentur, *Petrus non potuit ſe opponere, ideo cogitavit, quod ſi ibi maneret, evaderet mortem, ideò ne citò recederent, dixit: faciamus hic tria tabernacula, &c.* ſperabat, quòd hi à Chriſto nequaquam ita citò receſſuri, eique mortem diſſuaſuri eſſent. Hugo Cardinalis ait: *Non audebat manifeſtò dicere: Propitius eſto tibi, quia redargutus fuerat ſuper hoc, &c.* Theophylactus Petrum, hanc in modum intra ſeipſum diſcurriſſe ſibi perſuadet; in hoc monte utique à Judæis ſecuri eſſe poterimus, quò minus in Magiſtrum & Dominum noſtrum manus ſuas conjiciant; hic etenim Eliam nobis præſentem habemus, qui ſupet temerarios Domini noſtri aggreſſores ignem cælitùs deſcendere faciet; præſtò etiam hîc nobis eſt Moyſes, Dux adeo expertus & generoſus, qui tot exercituum ſtragem inſtituit: at verò Evangeliſta ſubjungit: *Hæc autem dicebat, neſciens quid loqueretur, ipſe enim putabat malum quoddam & difficillimum eſſe, crucem, & propter hoc illam cupiens vitari, hæc dicebat, Chriſtus autem ſitiebat crucifigi*

Hugo Cardin. in Luc. Theop. ibid.

Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Eliæ unum.

9. Tertullianus occaſione, à Moyſe & Elia quadraginta diebus jejunantibus, deſumpta, in laudem jejunii ita ſcribit: *Meritò igitur etiam in carne ſe Dominus Moyſi oſtendit collegæ jejuniorum ſuorum, non minùs & Eliæ*; & ad hæc à Petro, in mente concepta tabernacula, alludens, ita ſcribere pergit: *Tanta eſt circumſcripti victus prærogativa, ut Deum præſtet homini contubernalem, parem reverà pari.* Paulus de Palatio verum eſſe ſciens, quòd Chriſtus dixit: *In domo Patris mei mansiones multæ ſunt*, Petri tanquam Paſtoris univerſalis charitatem valde admiratur, qui omnes omnino homines ſub hiſce tribus tabernaculis receptos & comprehenſos eſſe deſiderabat: *Curat & optat omnes admitti in regnum ſive Iudæos, ſive gentiles; ideo dicit: Tibi cum Chriſtianis unum, Moyſi cum Iudæis unum; Eliæ cum gentibus per eum convertendis unum.*

Tertull. de laud. jejun. ad verſ. Pyſch. c. 6.

Paul. de Pal. hic. Ioan. 14. v. 2.

10. Cajetanus reflectit ſe ad textum S. Lucæ, dicentis: *Factum eſt, cum diſcederent ab illo*; ideoque Petrum tunc præcise hæc verba dixiſſe exiſtimat, quando Moyſes & Elias jam jam diſceſſuri erant: *Præoccupans diſceſſum, ut impediret licentiam.*

Cajet. in Luc.

11. Verum enim verò cur S. Petrus trium duntaxat tabernaculorum mentionem facit, cùm tamen in monte Thabor ſex viri diverſi congregati fuerint? Dionyſius Carthuſianus ait: *Fortè ideò id dixit, quia putavit in illis tribus tabernaculis ſe, & duos condiſcipulos ſuos recipi poſſe ac commorari. ſic tamen, ut ipſe eſſet in tabernaculo Magiſtri ſui chariſſimi.* Nonnulli in Petro admirantur alienum à cunctis terrenis animum, utpote qui in monte iſto nudus & diſcoopertus, ſub Dio ſtare & ſubſiſtere minimè curabat; ac ponde dicunt, illum in urbe Romana, utpote præcipua & unica ſuæ pontificiæ poteſtatis ſede, non tantùm tribus tabernaculis, ſed ſumptuoſiſſimis templis in ejus honorem erectis, fuſſe remuneratum, nimirum Baſilica S. Petri in Vaticano, S. Petri ad Vincula, & S. Petri in Monte aureo.

Hu. Car. hic.

12. Vade conſiderabilia ſunt verba illa, quæ S. Lucas immediatè poſt hanc à Petro factam

factam propoſitionem, ex peculiari Spiritûs ſancti inſtinctu, ſubjungit: *Neſciens quid diceret*; quorum equidem multæ nobis examinandæ ſunt rationes. Interlinearis dicit: *Petrus neſciebat quid diceret, quia oblitus erat regnum non in terra, ſed in cœlo eſſe promiſſum nec mortali carne circumdatos poſſe intrare.* S. Thomas Petrum ex primis verbis laudat, nimirum quibus dicit: *Si vis, faciamus, &c. Quia voluntatem noſtram debemus ſubmittere voluntati divinæ: fiat voluntas tua*; *unde in iſto benè dixit Petrus; in alio verò malè, quia credidit, quòd gloria ſine morte poſſit haberi.*

Luc.9. 33. Interl. hic. S.Th.hîc Matt.6. v.10.

13. Rabanus errorem Petri in eo præcipuè conſtituiſſe dicit, quòd in eo loco tabernacula deſiderarit, ubi nulla illorum neceſſitas erat, ſiquidem, ut S. Bernardus optimè advertit: *Tuta habitatio Paradiſus*; tabernacula etenim eo præcipuè fine conſtruuntur, ut incolam à temporum tueantur injuriis; ad hæc Rabanus ait: *Domus neceſſaria non erat, cùm ſcriptum ſit: templum non vidi in eo. Dominus Deus omnipotens templum illius eſt & agnus.* Gloſſa pariter dicit: *In cœlis tabernacula quærit, ubi nulla adverſitatis aura eſt timenda, ſed in hoc ſciebat quid diceret: Bonum eſt hîc eſſe, quia verè ſolùm hominis bonum eſt intrare in gaudium Domini ſui.*

Raban. ib. Apoc.21. 22.

14. S. Hilarius Chriſtum ad hanc Petri propoſitionem nihil prorſus reſpondiſſe notat; unde clarum & perſpicuum eſt, quòd eandem non approbarit; reddítque rationẽ: *Nondum enim in hac gloria conſiſteretur, erat*; prius námque opus erat, ut Chriſtus nobis per mortem & ſanguinem ſuum, viam ad ſupernam Jeruſalem rectò perducentem aperiret: *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.* Unde ex monte Oliveti aſcendit in cœlum, quia ibidem pœnoſa ejus Paſſio exordium ſumpſit. S. Leo ait: *Huic ſuggeſtioni Dominus non reſpondit, ſignificans non quidem improbum, ſed inordinatum eſſe quod cuperet, ut intelligeremus inter tentationes hujus vitæ priùs nobis tolerantiam poſtulandam eſſe quàm gloriam, quia tempora patiendi non poteſt felicitas prævenire regnandi.* Albertus Magnus ait: *Non eſſe manendum in monte, ſed ad redemptionem præparandum.* Salmeron diſcurſum ſuum convertit ad Petrum, eúmque monet, priùs Chriſto alium quandam montem, Calvariæ videlicet, conſcendendum eſſe, eíque in eodem monte aliam ſubeundam Transfigurationem, per quam totus videatur lepra conſperſus, *ubi non erit facies lucida & ſplendens, ſed plena ſputis & ſanguine, de qua Propheta: Non eſt ſpecies ei, neque decor*; veſtes ejus non ad eum modum, quo hic inſtar nivis candidæ erunt, ſed milites ſuper illas ſortes mittent: non hærebit in medio Moyſis & Eliæ, ſed in duorum latronum medio, ſuſpenſus videbitur: *Non aderis illi, quem tu ô Petre negabis & à quo Jacobus & Joannes in principio fugient; non erit vox Patris, qui derelinquet, ſecundùm illud: Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me*; *non erit nubes lucida, ſed tenebræ ſuper univerſam terram; ibi ex ferro & ligno Crucis fabricandum eſt ſolidius tabernaculum, quo ſalutem omnes conſequantur.*

Alb.M. in Luc. Salm. to.6. tr. 33.

15. Similis quoque error ex ly *Hîc* deducitur. Unde S. Bernardus ait: *Quomodo ergo jam bonum eſt nos hîc eſſe? Imò verò moleſtum eſt, grave eſt, periculoſum eſt, nimirum ubi malitiæ plurimum, ſapientiæ modicum invenitur; ubi omnia lubrica tenebris operta*; *obſeſſa laqueis peccatorum; ubi periclitantur animæ, ubi tantùm vanitas & afflictio ſpiritus.*

Isa.53.2. Pſ.21.2. S. Bern. ſerm. de Aſcenſ.

16. Didacus Stella ad alium quendam Petri defectum ſeſe reflectit, utpote qui oculum ſuum in bonum ſnum particulare, non verò in bonum commune & univerſale directum habebat, citátque S. Auguſtinum, ita ſcribentem: *O Petre, mundus perit, & tu ſecretum quæris? Neſcis Petre, quod dicas*; *reſtant magna peragenda negotia, & magna ſtatuenda Sacramenta: nondum enim ſtabilitum eſt Sacramentum Euchariſtiæ, humanum genus non redemptum, detinentur animæ in lymbo vinculis conſtrictæ, exſpectantes dulcem libertatem.*

Did. Stell. in Luc.

17. Hugo Cardinalis ait: *Neſciens quid diceret, quaſi ebrius de una gutta vini cœleſtis, quam biberat, vel viderat, volebat facere tres tabernas in qro invenitur liberalitas & largitas Paradiſi*; *neſciebat Petrus quid diceret, quia ſpeciem gloriæ, quam viderat, veram gloriam æſtimabat.*

Hugo Card. in Luc.

18. Erravit quoque Petrus, inquit Salmeron, quia ſervos Domino ſuo pares & æquales facere volebat, Chriſto pariter & Moyſi ac Eliæ uniformia tabernacula aſſignando,

Salm.ib

ſignando. *Ita plerique faciunt, qui alicui Sancto nimium afficiuntur, quem cum Chriſto conferre & æquare contendunt.*

S. Ant. Pad. ſer. in hac Dom.

19. S. Antonius de Padua aliam reddit rationem: *Quia tabernaculum eſt manſio transmutabilis, firmam autem Deo habitationem facere oportet, Deo enim competit æterna.* Ecce tibi hic quoque expreſſum errorem noſtrum, in quem frequenter incidimus; neque enim Chriſto ad nos divertenti manſionem in tabernaculis, quæ mobilia quædam tentoria ſunt, erigere debemus, ſed recipiendus à nobis eſt in loco aliquo permanente, firmo, & ſtabili, ut ſit nobiſcum *Per modum permanentis, non tranſeuntis.*

Theoph. hic.

20. Theophylactus verò pro ratione, hanc moralitatem adducit: *Ne dixeris cum Petro: Bonum eſt nos hic eſſe; nam oportet ſemper proficere, & non permanere ſemper in uno gradu virtutis & contemplationis, ſed ad alia tranſire.*

Hugo Card. in Luc.

21. Denique ſi nobis omnino ſtatutum eſt tria hæc tabernacula erigere, pulchrum nobis id faciendi modum. Hugo Cardinalis inſinuat, dicens: *Tria tabernacula in nobis facimus, ſi poſſe noſtrum Patri, noſſe Filio, velle ſpiritui ſancto præparemus ad habitandum.*

Verſus 5.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce, vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite.

S. Hier. ib.

Ecce nubes lucida obumbravit eos.

Cajet. in Luc.

1. S. Hieronymus dicit: *Ut, qui carnale è frondibus aut tentoriis quærebant tabernaculum, nubis lucidæ operirentur umbraculo.* Cajetanus nubem, pro Apoſtolorum refrigerio, demiſſam fuiſſe arbitratur: *Temperamentum præſtitit diſcipulis umbra ſuæ, ne à multitudine lucis ſplendentis in facie Jeſu, ſicut Solis opprimerentur oculi corporei.* Ejuſdem quoque opinionis fuit Carthuſianus, dum ait: *Ne oculi eorum claritate corporis Chriſti omnino repercuterentur, & obtunderentur.*

Dion. Cart. hic.

Chryſ. hom. 57. in Mat.

2. Chryſoſtomus quoque nubis hujus apparentis cauſam inquirit, & reſpondet: *Sic fere ſemper Deus videtur. Pſal. 96. Nubes & caligo in circuitu ejus. Pſal. 103. v. 3. Qui ponis nubem aſcenſum tuum.* Janſenius autem hanc efformatam fuiſſe ſcribit, ad hoc ut per eam æterni Patris denotaretur præſentia, idque Salomonis Regis teſtimonio comprobat, dicentis: *Dominus dixit, ut habitaret in nebula*; magnam verò inter utramque nubem differentiam, his verbis idem Sanctus conſiderat, dicens: *Nubes illa, qua olim Deus gloriam ſuam & præſentiam declaravit, dicitur fuiſſe tenebroſa, ut Exod. 19. In datione legis: hæc verò dicitur fuiſſe lucida, ut intelligamus differentiam veteris legis & novæ, & illam quidem plenam eſſe umbris, hanc verò ipſam exhibere veritatem.* Theophylactus quoque nubem hanc claram & luminoſam fuiſſe conſiderat, dum ait: *Tranſiit enim umbra veteris legis, & tenebroſa obſcuritas, ſed nubes lucida venit, illuxit enim veritas & gratia Domini.*

Pſ. 96. 2. Pſ. 103. 3. Janſen. c. 67. 3. Reg. 8. v. 12. Exod. 19 v. 9. Theoph. in Luc.

S. Thom. hic.

3. S. Thomas per hanc claritatem, conſolationem interpretatur, quam Salvator nobis in gloria ſua communicat: *Apparet lucida, quia ſignificat conſolationem gloriæ, quia tunc protegentur ab omni æſtu.* Apoc. 21.

Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.

Abul. q. 83. in Matt.

4. Abulenſis ſcribit, æterno Patri operæ pretium futurum viſum fuiſſe, ſi Apoſtolis per hanc cœleſtem vocem, teſtimonium de filio ſuo perhiberet, eò quòd cap. 16. antecedenti dixiſſet: *Filius quidem hominis venturus eſt in gloria Patris ſui, & tunc reddet unicuique ſecundùm opera ejus.* Inſuper etiam confeſſionem, quam S. Petrus de ejus Filiatione divina edidit, ratificare & confirmare voluit. Unde Lucas Burgenſis ait: *Filius Dei vivi, qualem nuper confeſſi eſtis hæc eſt perfectio, hoc culmen gloriæ Jeſu, quòd Deus agnoſcat, teſteturque eſſe filium ſuum: accipiens, ait Petrus* 2. Epiſt. c. 1. v. 17. *à Deo Patre honorem & gloriam voce delapſa ad eum hujuſcemodi, magnifica gloria: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Chryſologus nullum nullum, niſi ſolum Patrem æternum, teſtimoninm hoc edere potuiſſe affirmat: *Ipſe ſui teſtis filii, ipſe aſſertor exiſtit: Hic eſt filius meus, quia alium qui teſtimonium diceret, non habebat.* Verum quidem eſt, quod Petrus jam aſſeruerat: *Tu es Chri-*

Matt. 16. v. 27. 2. Pet. 1. 17. Lucas Burg. Chryſol. ſer. 118.

Matt. 16. v. 16. *Matt.* 16. v. 17. *Matt.* 11 v. 27. *Chriſtus filius Dei*; at verò prouti idem filius Dei confidenti Petro declaravit, *Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus*; ac proinde idem Chryſologus ſubjungit, dicens: *Teſtem generatio neſcit divina, ipſo filio dicente: Nemo novit filium, niſi Pater; neque Patrem quis novit, niſi filius.*

Ipſum audite.

Cajet. ibid. in Matt. *Matt.* 3. v. 17. 15. Cajetanus rationem reddit, cur hæc verba ſuper Jordane, dum Chriſtus baptizaretur, audita non fuerint; tunc enim pariter ut conſtat, *Ecce vox de cœlis inſonuit, dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui*: at verò vox illa tunc non ſubjunxit: *Ipſum audite, propter myſterium; tunc enim regeneratio, modo doctrina ſignificatur, & propterea tunc ſatis fuit teſtificari, quòd eſſet filius, modo oportuit teſtificari etiam, quòd eſſet filius audiendus à mundo, præſertim de futuris in alia vita, quæ Jeſus prædicabat, propter quæ Transfiguratio iſta patrata eſt.* Eadem quoque fuit opinio S. Thomæ dicentis: *Inſinuat eum datum Doctorem omnium; ipſum audite, non Moyſen, non Eliam; niſi ſecundùm quod Chriſtum doceat, vel doctrinam Chriſti.* Dionyſius Carthuſianus vim hujus verbi, *Audite* declarat, dum ait: *Audite auribus cordis & corporis, quoniam ipſe eſt veritas infallibilis, ſapientia increata, Magiſter perfectus, qui ait: Qui audit verba mea, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam.* Euthymius aliam hujus verbi expoſitionem adducit: *Huic obedite*, inquit, *huic credite, ſi quid aut dixerit, aut fecerit; nam quidquid dicit & facit, mea voluntate dicit & facit.* Et quidem id quod Doctoribus Evangelicis dixerat: *Luceat lux veſtra coram hominibus*, de eo adimpletur, quia *cœpit facere & docere*; & ideò *reſplenduit facies ejus ut Sol.* S. Hilarius ait: *Ac ſi aliis verbis diceret: Recedant umbræ legales & typi Prophetarum, & ſolùm coruſcum lumen Evangelii ſequimini. Pſ. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion, montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus.* Salmeron ait: *Ipſum audite, Chriſtus prima veritas eſt, quæ nec fallere, nec falli poteſt.* Ne audiatis Moyſen, quia lex Moſaica deinceps locum non habet; neque Eliam, qui nimio zelo ardens, claudit cœlum, & ignem cœlitus deſcendere facit, *ſed Chriſtum filium audite, qui verba vitæ æternæ habet, qui cœlum verbo aperit, qui ignem ſancti Spiritûs in corda veſtra deſcendere facit.*

Dion. Cart. Ioan. 5. v. 24. *Euth. ib.* *Matt. 5. 16.* *Act. Ap. 1 v. 1.* *S. Hilar. ibid.* *Pſ. 2. v. 6* *Salm. tr. 35. to. 6.*

Verſus 6.

Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde.

S. Hier. hic. 1. S. Hieronymus hujus timoris & lapſus in faciem, ſequentem reddit rationem: *Quia humana fragilitas conſpectum majoris gloriæ ferre non ſuſtinet.*

Alb. M. hic. *1. Cor. 14. v. 25.* 2. Optimum ſignum fuit, quòd proni in faciem ſuam ceciderint, prouti Albertus M. hiſce verbis advertit: *Qui cadit in faciem ſciens ubi cadit, prudenter cadit.* 1. Cor. 14. *Cadens in faciem ſuam, adorabit Deum, pronuntians, quòd verè Deus in nobis ſit: econtra cadentes retrorſum, neſciunt ubi cadant, & extra gratiam cadunt*, ubi Helihiſtoriam ex 1. Reg. 4. adducit.

Prov. 24. v. 16. *S. Bern. ſerm. 16. in Cant.* *Luc. 7. 16.* *Geu. 28. v. 17.* *Ioan. 12. v. 29.* *S. Paſch. l. 8. in Matt.* *Luc. Burg. hic.* *Deut. 5. v. 26.* 3. Proverb. 24. v. 16. juxta Catenæ Græcæ lectionem dicitur: *Septies in die cadit juſtus, & ſepties, inquit, reſurgit, ſi tamen cadat in die, ut ſe cadere videat, & cecidiſſe ſciat.*

4. Timor ille diſcipulorum reverentialis fuit: *Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum.* In Geneſi de Jacobo Patriarcha, cœlum patulum vidente, dicitur: *Pavenſque dixit: Quam terribilis eſt locus iſte.* In Evangelio S. Joannis turba vocem de cœlo lapſam perſentiſcens, tonitruum ſe audiviſſe credidit; ubi S. Paſchaſius ait: *Quid eſt, quòd ibi tonitruũ audiens turba non cadat; hîc autem audita voce, diſcipuli in faciem cadunt? niſi quia ibi ſuperbia tumet, hic autem humilitas pavet?* Lucas Burgenſis timorem, ex noſtræ mortalitatis debilitate profectum eſſe cenſet, dum ait: *Ea eſt enim naturæ noſtræ infirmitas, ut expaveſcat audita voce Dei, nec ferat ſive oculis, ſive auribus majeſtatis illius præſentiam, quin dejiciatur; quid eſt enim omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis? dicebant illi* Deut. 5. v. 26.

Audientes discipuli timuerunt.

5. Ex quo enim jam ab ipsamet divina sapientia instructi fuerant, ut ipsum attentâ deinceps aure auscultarent; *Ipsum audite*, *meritò sancto hoc timore correpti fuerunt*: *scriptum est enim*: *Initium sapientiæ timor Domini.* *Ps.*110. *v.*10.

6. Benè, ubi de gloria visa agitur, simul etiam timoris fit mentio, quia Prov. 14. v. 26. dicitur: *Timor Domini fons vitæ*, quod apud Ecclesiasticum his verbis clarius dicitur: *Timor Domini sicut Paradisus benedictionis.* Et alibi: *Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis*, ubi Cajetanus ait: *Est corona exultationis, quia æternam meremur salutem & perducit ad eam; siquidem beati omnes, qui timent Dominum.* *Prov.*14 *v.*27. *Eccl.*40 *v.*28. *Eccli.*1. *v.*11. *Cajet.* *Ps.*127.1.

Versus 7.

Et accessit Jesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, nolite timere.

1. Lucas Burgensis ait: *Non solo sermone discipulos animat, sed & tactu confirmat, ut omnem discutiant metum, ne fortè spectrum suspicentur.* *Luc. Burg.*

2. Dum nos, ut sæpè accidit, in multa peccata labimur, Deus est, qui ad nos sublevandos & erigendos, divinæ nobis pietatis suæ manum porrigit. S. Job in sterquilinio à vertice capitis ad plantam pedum usque ulceratus sedens, afflictionem illam quendam manus Dei tactum appellavit: *Manus Domini tetigit me*; quia revera morbi, adversitates & ærumnæ, quas Deus nobis immittit, divinæ manus blandimenta sunt, quibuscum nos à peccato denuò erigere intendit: *Accessit, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite.* *Iob.*19. *21.*

3. S. Paschasius ait: *Porrò quod accedit post tantam gloriam, clementia est, quod tangit, potentia reformantis; ut ea manu recreentur ad fidem, qua creati erant ad vitam.* *S. Pasch. in Matt.*

4. Porrò Psalmista quidem nos ad approximandum Deo dulciter invitat, dicens: *Accedite ad eum*, simulque hujus approximationis fructum exponit, dum protinus subdit: *Et illuminamini.* Longè tamen majori æstimandus est favor ille specialissimus, quo Deus nos dignatur, dum ipsemet proximè ad nos accedit: *Et accèsit Jesus & tetigit eos*; hanc autem specialissimam prærogativam, & gratiam propriissimè in sacratissima Eucharistia invenimus, in qua Deus non solùm ad nos, sed & in nos venit, nosque tam dulciter amplexatur, ut unum idemque fiat nobiscum: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* *Ps.*33.6. *Ioan.* 6. *v.* 57.

Versus 8.

Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum.

1. Jansenius ait: *Circumspicientes viderunt Iesum, eumque solum, ut intelligerent vocem illam ad Iesum pertinere, non ad Moysen & Eliam*; hoc autem accidit, ut S. Anselmus advertit, post sublatam, quæ illis antea apparuerat, lucidam nubem: *Viderunt Iesum stantem ablata nube, & Moysen & Eliam evanuisse*; causa autem illius, quæ ab eodem Anselmo adducitur, hæc est: *Quia postquam legis & Prophetarum umbra discessit, quæ velamento suo Apostolos texerat, verum lumen Evangelii reperitur.* Jansenius cum eodem ferè concordat, dum ait: *Ut intelligeremus unum Iesum nobis satis superque esse, & postquam legis & Prophetarum umbra discessit, omnia in Evangelio reperiri.* Denique S. Thomas ait: *Iste est effectus confortationis divinæ, quia à Christo confortati non vident nisi Iesum nec in ullo gaudent, vel confortantur, nisi in ipso.* *Iansen.* *c.* 67 *S. Ansel. ibid.* *S. Thom. in Mat.*

Versus 9.

Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

1. Salvator Transfigurationem suam, & consequenter se filium Dei esse, nequaquam in vulgus divulgari volebat, ne populus sese adversus Scribas, Pharisæos, Sacerdotes, cunctosque alios erigeret, ejusque Passionem impediret. Ita censet S. Remigius: vel etiam prout S. Joan. Damascenus existimat: *Hoc præcepit Dominus, sciens discipulos* *S. Remig.*

pulos adhuc imperfectos, ne corda aliorum, qui non viderant, subverterentur triſtitia, & ne proditor invitaretur ad invidiæ rabiem.

Dion. Car. in Luc.

2. Dionyſius Carthuſianus alias rationes adducit. Dicit enim id factum eſſe, *Primò, ut doceret propriam perfectionem excellentiamque, quam diu hic vivimus, occultare, niſi forte cauſa valde idoneæ requirat oppoſitum. Secundò, ut perſonis devotis daret exemplum, non faciliter, nec ſine rationabili cauſa revelationes ſuas manifeſtandi. Tertiò, ne viſio iſta ob ſui magnitudinem incredibilis putaretur, & ſic alii non credendo peccarent. Quartò, ne tempore Paſſionis graviùs ſcandalizarentur, qui ante poterant ædificari ex viſionis hujus relatione.*

FERIA SECUNDA
POST II. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex cap. 8. S. Joan.

℣. 21. *EGo vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini: quò ego vado vos non poteſtis venire. 22. Dicebant ergo Judæi: Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dixit; quò ego vado, vos non poteſtis venire. 23. Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo. 24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris; ſi enim non crediderit is, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jeſus: Principium qui & loquor vobis. 26. Multa habeo de vobis loqui, & judicare, ſed qui me miſit, verax eſt, & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. 27. Et non cognoverunt, quia Patrem ejus dicebat Deum. 28. Dixit ergo iis Jeſus: Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & à me ipſo facio nihil. 29. Sed ſicut docuit me Pater, hæc loquor, & qui me miſit mecum eſt, & non reliquit me ſolum, quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.*

Verſus 21.

Ego vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini; quò ego vado, vos non poteſtis venire.

Ego vado.

1. NImirum mortem ſuam duobus hiſce verbis prædicit. Unde Bonaventura ita exponit: *Ego vado*, ſcilicet *moriendo*; dicit autem in præſenti *Ego vado*, non verò ego vadam, quia *de futuro tanquam de præſenti* loquitur, ut notat Interlinearis, & Hugo Cardinalis, ut ſit ſenſus: *In proximo eſt ut vadam; vel quia futura ſunt ei quaſi præſentia, vel quia jam præſens erat mors ejus, quantum ad iniquas machinationes Phariſæorum, quia jam conceperunt mortem ejus.*

Bonav. in Ioan. *Gloſſ. Interlin.* *Hug. Card.*

2. Obſervandum eſt autem, quòd mortem ſuam, abitum ſeu profectionem appellet: *Ego vado*, Unde S. Auguſtinus ait: *Chriſto Domino mors profectio fuit illuc, unde venerat, & unde diſceſſerat.* S. Thomas autem dicit: *Et unde non diſceſſerat*; voluitque hoc loquendi modo, ut idem S. Doctor dicit, denotare, quòd ultro citroque, & ex propria voluntate ſeſe morti exponeret: *Voluntariè moritur, ſcilicet vadens, & non ab alio ductus. Ioan. 16. Vado ad eum, qui miſit me. Et infra. c. 10. Nemo tollit à me animam meam, ſed ego &c.* Cum qua expoſitione etiam Theophylactus conſonat, dum ait: *Ut monſtres, quòd præſciat ſuam mortem, & quod non illorum virtutis opus ſit crux, ſed ejuſdem voluntatis ſuæ.*

S. Aug. tr. 38. in Ioan. circa princ. *S. Th. hic* *Ioan. 16 v. 5.* *Ioan. 10 v. 18.* *Theoph. hic.*

3. Porro hæc incarnata ſapientia ipſamet in Proverbiis de ſeipſa dicit: *Delicia meæ eſſe cum filiis hominum*; quòd ſi ita eſt, quomodo ſe nunc ab illis diſcedere, eoſque relinquere velle declarat. Reſponderi poteſt idem, quòd idemmet Redemptor Apoſtolis ob vicinam Paſſionem ſuam mœſtis dixit: *Expedit vobis ut ego vadam. ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos*; etenim hic ejus à nobis diſceſſus ſeu abitus, ad noſtram redemptionem ordinabatur, & ut corporalem ſuam in Eccleſia præſentiam per perpetuam permanentiam tantò magis ſtabiliret: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi*

Prov. 8. v. 31. *Ioan. 16. v. 7.* *Mat. 28 v. 20.*

4. *Præſens verbum*, inquit Origenes, *minatur Chriſti receſſum.* Eratque hic Chriſti ab illo populo receſſus acerbius ſupplicium quod vindicativa Dei juſtitia populo illi comminari poterat, dum videlicet illos ſe comminatur derelicturum: hic autem diſceſſus & derelictio propria ipſorum culpa eis eveniebat, quia videlicet ei mortem machinari continuò nitebantur: neque enim Chriſtus Hebraiſmum unquam deſerturus fuiſſet, niſi hic omni ſtudio, omnique adhibito virium conatu ipſum à ſe propellere, & prorſus abjicere ſategiſſet. Unde veritas illa ſacri Concilii Tridentini perſpicuè deducitur, dicentis: *Quòd nunquam Deus deſerit hominem, niſi prius ab homine deſeratur.*

Orig. in cat. D. Th. *Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 10.*

5. Enim vero bene ponderanda eſt ingens illa jactura, quam homo patitur, dum Deus ab anima illius recedit, de hac enim S. Baſilius ita ſcribit: *Nulla atrocior pœna, cæteras omnes vincit calamitas hæc deſeri à Deo.* Unde poſtquam Deus, Oſee c. p. 9. acerbiſſima populo huic ſupplicia comminatus fuiſſet, tandem hanc comminationem per formidabiliſſimam hanc comminatam pœnam in fine his verbis concludit: *Væ eis, cùm receſſero ab eis.* Chriſtus ſemetipſum huic populo, ſub ſymbolo Medici dedicavit ait: *Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus*: ac proinde ſicut non eſt evidentius deſperatæ ſalutis alicujus infirmi ſignum, quàm ſi medicus infirmum talem, in ſummo ægritudinis exceſſu poſitum totaliter deſeratita quoque filius Dei certius reprobationis judaiſmi ſignum allegare non poterat, quàm dum eidem dicit: *Ego vado*: unde protinus ſequitur: *Et in peccato veſtro moriemini.*

S. Baſil. in c. 2. Iſa. *Oſe. 9. 12.* *Matth. 9. v. 12.*

6. S. Bernardus, ut nos à vitiorum præcipitiis retrahat, ſalubriter nos hiſce verbis hortatur: *Quid enim eſt, quod omnes homines ad peccandum inſtigat, niſi ignorantia boni, quod perditur, & mali quod peccando incurritur?* Michææ idolum quoddam ſibi ſculpi fecerat, quod in domo ſua, cultu & veneratione quotidie proſequebatur, eoque fine Levitam quendam, veluti quotidiani cultus ſui miniſtrum, ſibi pretio conduxerat; accidit autem, ut idolum iſtud una cum aliis pluribus bonis eidem Michææ furto ſubriperetur: quo furto vir ille adeo mente conſternatur, ut furtum illud amaris lachrymis inconſolabiliter defleverit & planxerit: ab aliis autem

S. Bern. ſerm. 8. de Paſſ.

tem de cauſa fletus ſui interrogatus, reſpon-
Iudic. 18. 14. dit: *Deos meos, quos mihi feci, tuliſtis, & ſacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis mihi, quid tibi eſt?* Hic vir partem aliquam marmoris vel metalli amiſerat (extali namque materia falſum illud ſimulachrum utique fabricatum fuerat) diabolus ei è domo ſublatus fuerat, & ideo amarè plangebat: quantò igitur magis ſanguineis lachrymis tot hominum malitia deploranda venit, qui, dum per peccata ſua, Deum vivum & verum amiſerunt, *tantùm abeſt*, ut ob eam ineffabilem jacturam lamententur & doleant, ut
Prov. 2. 14. potius ob receptum in corde ſuo dæmonem exultent & videant: *Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis*; imò ipſum libenter & lætanter amittunt, ipſumque, ut ab eis recedat, eosque derelinquat, rogant, amantes potius ſibi vicinas eſſe voluptatum & carnalium delectationum occaſiones, quàm Deum, cujus timore ab illis inviti arcentur: Unde S. Propheta Job, poſtquam mundanorum hilaritates & vana gaudia expoſuiſſet dicendo: *Ducunt in bonis dies ſuos,*
Iob. 21. 14. paulo poſt de iiſdem dicit: *Qui dixerunt Deo; recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus*; ſed quonam ob hanc impietatem fuere mulctati ſupplicio? Idem Job.
Iob. 21. 13. dicit: *In puncto ad inferna deſcendunt*: Id quod optimè cum illis Pſalmiſtæ verbis con-
Pſ. 72. 27. 28. ſonat, quibus dicit: *Ecce qui elongant ſe à te, peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur abs te: Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Ru-
Rup. Abb. in gloſſ. ad 6. 9. Oſe. pertus Abbas ſuper illum textum Oſeæ: *Væ eis cum receſſero ab eis*, ita ſcribit: *Non ſolum hoc malum erit eis, ut fiant abſque liberis, ſed poſtquam receſſero ab eis, poſtquam tradidero eos in manu hoſtili, ſequitur adhuc væ, id eſt judicium æternæ damnationis*, id quod per dictum Pſalmiſtæ probat, qui poſtquam dixiſſet: *Tradentur in manus gladii*, confeſtim
Pſ. 62. 10 addidit: *Introibunt in inferiora terræ.*

Et quæretis me.

Orig. in cat. S. Th. 7. Origenes quærit, quâ ratione, hoc quo ad Judæos impletum fuerit, quod ſcilicet illum eſſent quæſituri? *Quærere enim Ieſum, eſt quærere veritatem & ſapientiam*: Et
Pſ. 104. 4. Pſalmiſta exhortatur: *Quærite Dominum & confirmamini*; quorum neutrum in Judæis invenitur. Tandem verò ipſemet dubium ſolvit, dicendo: *Et de perſecutoribus aliquando dicitur, quod quærebant eum capere*, quod idem eſt cum eo, quod Angelicus Doctor ait: *Impiè quærent, & odio ad perſequendum*: At verò inſtare aliquis poterit, ex quo Salvator noſter mortem ſuam prædixit, per illa verba: *Ego vado*, illaque ab ipſiſmet Judæis ei inferenda erat, quomodo illum poſt mortem quærere poterant? Dici quidem ad hanc inſtantiam poſſet, quòd ſi Judæis poſt Chriſti, à mortuis reſurrectionem, permiſſum fuiſſet, utique novas illi ſtruxiſſent inſidias, eique de novo mortem machi-
Rup. Ab. l. 8. in Ioan. nati fuiſſent. Veruntamen Rupertus Abbas Tuitienſis in perſona Chriſti melius reſpondet, dicens: *Nunquid poſtquam abiero hinc ad Patrem meum, oculi veſtri à gloria mea liberati erunt? Non erit ita; ſed tunc dentibus veſtris frenderis.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Quæretis, id eſt, nomen meum, & fidem Chriſtianam quæretis extinguere, vel me in membris meis perſecuturi eſtis poſt Paſſionem.* Imò Chriſtus ipſe ſe in ſervis ſuis, directè perſecutionibus impetitum eſſe cenſet: Unde contra Saulum lamentatur, dicens: *Quid me perſequeris?* Non obſtante, quòd tunc Eccleſiam infeſtans perſecutio, non adverſus Chriſtum immediatè, ſed contra diſcipulos, alioſque Evangelii ſequaces duntaxat moveretur.

Dion. Card. hic.

S. Th. hic

Tole. hic

8. Toletus verba illa *Quæretis me* de exſpectatione Meſſiæ exponit, ſiquidem tranſacti jam ſunt mille ſexcenti & amplius anni, quibus cæcus & miſerabilis hic populus Meſſiam quærit & patienter exſpectat, adeoque in obſtinatione ſua morietur. *Futurum erat, ut negato & repulſo vero Chriſto, quem præſentem habuerint, quærerent, & exſpectarent adhuc venturum, & inde ſemper in errore verſarentur.*

Hug. C. 9. Hugo Cardinalis ita exponit: *Quæretis tempore deſtructionis per Romanos.*

Alb. M. 10. Albertus Magnus ſic explicat: *Quæretis per legis obſervationem, quæ tunc jam mortua erat, & mortifera.* Amos 8. *Circuibunt, quærentes verbum Domini, & non invenient.*

Amos. 8. 12.

S. Bern. ſerm. 75 in Cant. 11. S. Bernardus dicit *Attende, tres eſſe cauſas, quæ quærentes fruſtrari ſolent, cum videlicet non in tempore quærunt, aut non ſicut*

oportet aut ubi non oportet. Ideo impii, qui pœnitentiam facere differunt, fruſtra illum quærent; unde notandum, quòd Salvator Pro tempore futuro dicat: *Quæretis me*, & proinde mox ſubjungit: *Et in peccato veſtro moriemini*; nimis enim clara & perſpicua eſt illa Eccleſiaſtici ſententia: *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem; ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Et ideo Hugo Cardinalis verba illa, hac Gloſſa illuſtrat: *Quæretis me ſerò pœnitentes.* Quodſi verò verborum illorum: *Quæretis me*, ſenſus hic ſit, quòd multi ipſum poſt paſſionem & mortem ipſius quæſituri, ſed minimè inventuri ſint, utiliſſimam profectò doctrinam nobis ſubminiſtrant, nimirum quòd illum in vita, non verò in hora & momento mortis noſtræ quærere debeamus, ſiquidem per calamum ſpiritus veritatis, qui fallere nequit, nobis ſatis perſpicue ſignificavit, dicens: In interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cum vobis id quod timebatis evenerit. Et ideo irremediabilis eſt illorum error, qui pœnitentiam ſuam in tempus uſque futurum differunt; quos notat verbum: *Quæretis.* Optimum eſt itaque illud Iſaiæ conſilium, qui non dicit: *Quæretis, ſed quærite Dominum dum inveniri poteſt, invocate eum dum prope eſt; derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum, & miſerebitur ejus.* Ubi bene notandum, quòd non dicat in futuro tempore: *Derelinquet, revertetur*, ſed in tempore præſenti loquatur; ac proinde de hoc quadrageſimali tempore, verba iſthæc auribus noſtris frequentiſſimè inſonant: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Unde Origenes ait: *Se abiturum minatur: Ego vado; at, ſi cum abierit, ipſum quæramus, non inveniemus, ſed moriemur in peccato noſtro.* Secundum obſtaculum, quod nos impedit, quò minus illum inveniamus, eſt, quia quærimus eum, non tamen ſicut oportet. Herodes aliàs etiam Chriſtum quærebat, ſed ad necẽ illi inferendã. Unde Euſebius Emiſſenus ait: *Fallitur ſtulti furor Tyranni, Chriſtum non poteſt invenire perfidia, Deus non crudelitate ſed credulitate quærendus eſt,* hæc propriè Judæorum veſania erat, qui Salvatorem quidem quærebant, non tamen ut ab eo ſibi ſalutem adſciſcerent, & in ipſum crederent, ſed ut necem crudeliſſimam ei inferrent. Origines fines & motiva quorundam conſiderat, qui propter intereſſe & lucra temporalia ipſum quærunt; dicit enim: *Differentiæ ſunt eorum, qui quærunt Jeſum, non omnes enim pro eorum ſalute & utilitate quærunt eum.* Sanctus Thomas ait: *Quinam quærunt Chriſtum piè ex charitate, & hanc inquiſitionem ſequitur vitæ.* Pſalm. 68. *Quærite Dominum & vivet anima veſtra:* Ex alia verò parte, multi quidem Deum ardenter quærunt & colunt, ut commercia, ſanitatem, liberos, divitias & honores ipſorum adaugeat; hi tales Deum non quærunt, ſed in Deo lucra ſua ſectantur; ac proinde quondam graviter lamentabatur, dicens: *Amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis.* Sanctus Bernardus ſecundum hoc impedimentum quoad deſidiam & negligentiam noſtram exponit, unde ut nos ad debitam ſollicitudinem excitet, fervorem cœleſtis ſponſæ in exemplum adducit, dicens: *Non tepidè, aut negligenter, aut perfunctoriè quærit ſponſa, ſed corde ardenti, & omnino infatigabiliter quærit, planè ut decet.* Tertius obex, propter quem Deum non invenimus, eſt, quando quæritur, ubi non oportet, adducitque ad hoc illuſtrandum ejuſdem ſponſæ exemplum, quæ dicebat: *In lectulo meo quæſivi per noctem, quem diligit anima mea*; neque enim Deus inter voluptates atque delitias invenitur: *Nec invenitur in terra ſuaviter viventium*, nec in plateis & converſationibus, ſed in ſecreto orationis. *Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus* Sanctus Philippus Nerius dicere ſolitus erat, Chriſtum ibi vel maximè inveniri, ubi non eſt, quod dictum ſuum declarabat hunc ferè in modum; Chriſtus enim haud dubiè nunc in cœlo ad dexteram Patris impaſſibilis & immortalis reſidens, exiſtit; quòd ſi tamen illum invenire volumus, illum non hic, ſed in cruce paſſibilem, ſive inter medias hujus vitæ ærumnas ſive in præſepio, &c. quærere debemus.

Eccli. 5. 89.
Hu. Car
Iſa. 55. 6. &c.
2. Cor. 6. 2.
Orig. ibid.
Euſeb. Emiſ. ho. 1. de Nat.
orig. in. Cat.
S Th. hic
Pſ. 68. 33
Ioan. 6. 26.
S. Bern.
Cant. 3. 11.
Iob. 28. 12.
Oſe. 2. 14

Ex

Et in peccato veſtro moriemini.

Lyran. 21. Lyranus ad hoc melius declarandum, practicam quandam, valdeque uſitatam adducit ſimilitudinem; ſicut enim ſole ab Hemiſphærio noſtro recedente, aër denſiſſimis repletur tenebris: *Ita ſimiliter Chriſtus, qui eſt Sol juſtitiæ ex hoc mundo per mortem decedente, Iudæi pro majori parte ſunt obtenebrati tenebris infidelitatis, & in eis obſtinati.* Quotidiana etenim experientia per tot ſæcula manifeſtè comprobat, quod obſtinatio Judæorum in infidelitate contra Chriſtum, ſemper adaugeatur & creſcat, nec dubium eſt, quin obſtinatio illa ad finem uſque ſæculorum duratura ſit, quando *reliquiæ Iſraël ſalvæ fient.* *In peccato veſtro*, inquit Bonaventura, *moriemini, ſcilicet in veſtra infidelitate, juſtus enim ex fide vivit.* Lucas Burgenſis ait: *Prænuntiavit illis Dominus, dixitque ſententiam præſcius* (ait Auguſtinus) *quod in ſuo peccato morerentur, quos ſciebat nunquam ad ſe convertendos.* Cajetanus id ipſum confirmat, pariter ſubjungendo, hujuſce prædictionis effectum ad uſque dies noſtros, quotidie verificatum & adimpletum videri: *Quòd uſque in hodiernum diem verificari videmus, moriuntur enim Iudæi in peccato infidelitatis ſuæ erga Ieſum.*

Rom. 9. 27. *S. Bona. hic.* *Ioan. 8. 21.* *Rom. 1. 17.* *Luc. Burg.* *Cajet. hic.*

Lyran. 13. Lyranus hanc propoſitionem in alio quodam, longè à priori diverſo, declarat, dicens: *In peccato, id eſt, propter peccatum veſtrum moriemini, quia propter perſecutionem Chriſti & Apoſtolorum, civitas Ieruſalem deſtructa eſt, & templum combuſtum, & populus occiſus ab exercitu Romano.*

Orig. in Cat. to. 19. in Ioan: 14. Origenes ad hoc ſe reflectit, quòd illi, quibuſcum Chriſtus loquebatur, vivi etiamnum erant: *Sed vivebant in infirmitate animæ, & infirmitas illa ad mortem erat, propter hoc Medicus videns illos graviter infirmantes, dicebat: & in peccatis veſtris moriemini.* Siquidem ſemper incredulitas eorum magis magisque adaugebatur. S. Thomas ait: *Exaggerat eorum obſtinatam pertinaciã.* Toletus hoc modo exponit: *Nemo enim peccatorum ſuorum remiſſionem habere poteſt niſi in me credat; qui igitur in me non credunt, morientur in peccato ſuo.*

S. Th. hîc *Tolet. hîc.*

Euthym 15. Euthymius dicit: *Propter veſtrum peccatum, morte eſtis puniendi*, illa nimirum, de qua ſcriptum eſt: *Mors peccatorum peſſima* Hugo Cardinalis ait: *In peccato veſtro moriemini morte æterna.* Dionyſius Carthuſianus dicit, id intelligendum eſſe *formaliter, id eſt, peccatum veſtrum contra me erit mors animæ veſtræ, quia mortale fuit, & cauſa damnationis veſtræ.*

Pſ. 33. 22. *Hugo Card.* *Dion. Cart.*

16. Conſideretur hoc locò ſeriò, quid ſit *in peccato*, in ſtatu iræ Dei perire, in perditionis barathrum præcipitari, Deique ſimul & paradiſi irreparabilem jacturam pati.

17. Alii expoſuerunt de pertinaci Judæorum, adverſus Chriſtum, ad mortem uſque durante odio. Unde Lucas Burgenſis ait: *Nempe in odio meo vitam finietis, perſeverabitis in eo uſque ad mortem.* Et Cajetanus ita exponit: *Moriemini in peccato perſecutionis meæ.*

Luc. Burg. *Cajet.*

18. Porrò multis eheu accidit, quòd, quia ad inſpirationes & voces Dei ſurdi fuêre, atque inhabituatis peccatis ſuis pertinaciter perſtitere, ideò poſtea in fine vitæ ſuæ Deũ quærant, nec tamen inveniant, quin potius deſperati moriantur, quia Deus juſto judicio in ipſorum pœnam permittit, quòd vel confeſſarius eo tempore inveniri nequeat, vel tunc pridem, cum infirmitati delirium ſuperaceſſit, adveniat, vel quòd ſanctiſſima communio, aliaque Sacramenta debito tempore non adſint.

Quò ego vado, vos non poteſtis venire.

19. Salvator noſter hiſce verbis, Hebræis reprobationem eorum longè clarius prædicit. Unde S. Thomas ait: *Prænuntiat mortis damnationem, & à gloria excluſionem.* Hugo Cardinalis mortem inferni ſpecificat, dicens: *quaſi dicat: moriemini in inferno, quia ad gloriam meam non poteſtis venire tales, quales eſtis.*

S. Th. hîc *Hugo Card.*

20. Theophylactus Dominus ad ſuam reſurrectionem alludere voluiſſe credit. Unde ait: *Oſtendit, quòd reſurrecturus ſit ipſe quidem in gloriâ, & confeſſurus ad dexteram Patris, ipſi autem in ſuis peccatis morituri.*

Theoph.

21. Hugo Cardinalis ait: *Non poteſtis venire*, *Hugo Card.*

nire, quò ego vado, quia corda veſtra premuntur onere peccatorum.

22. Notandum quoque eſt, quòd tametſi mortem ſuam imminentem præviderit, & prædixerit, dicendo: *Ego vado*, nihilominus tamen Judæis ſimul ſignificatum eſſe voluerit, quòd ipſi mortem hanc ei machinando, ultimum quoque ſibi conciliaturi ſint exterminium & perniciem: Unde dicit primò: *In peccatis veſtris moriemini*, & paulò poſt ſubdit: *Quò ego vado, &c. ex hoc maximè turbavit eos*, inquit Hugo Cardinalis, *cùm audirent, quòd nec morte ei nocere poſſent; Chriſtus autem hoc dixit: ut faceret eos aliquid magnum de ſe imaginari, & verum Deum eſſe credere, quia illius ſolius eſt, ſua virtute morte non detineri, etiam cùm in morte exiſtat*; quo modo loquendi illis, ſe morte & quibuſvis aliis perſecutionibus & machinationibus ipſorum ſuperiorem eſſe indicare voluit.

23. Ex alio quoque capite, Chriſtus juſtam habebat rationem, dicendi: *Quò ego vado, vos non poteſtis venire*, quia via, quâ Chriſtus gradiebatur, omninò contraria eſt illi, quam ingrediuntur mundani; unde impoſſibile eſt, quòd ſibi mutuo occurrere poſſint; Chriſtus enim erat in procinctu, ut in cœlum aſcenderet, illi viam ingrediebantur inferni. Ob quam etiam cauſam Chriſtus cuivis peccatori meritò dicere poteſt: *Perverſa eſt via tua, mihique contraria.*

Num.22 32.

Verſus 22.

Dicebant ergo Judæi: Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dixit: Quò ego vado, vos non poteſtis venire?

S.Thom. hîc. 1. S. Thomas opinionem refert Origenis, qui in Judaiſmo traditionem fuiſſe ſcribit, Meſſiam pro ſua libera voluntate, tempore ſibi bene viſo & placito moriturum eſſe, id quod S. Joannes cap. 10. v. 18. de Chriſto pariter verum eſſe inſinuavit, ideò namque Chriſtus de ſeipſo dicit: *Ego pono animam meam, & iterum ſumam eam: Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo.* In Iſaia quoque cap. 53. ſcribitur: *Pro eo quòd tradidit animam ſuam in mortem*; quia igitur Judæi aliquale judicium, unde clarè ſatis ipſum promiſſum in lege Meſſiam eſſe, cognoſcere poterant, ideo hunc diſcutſum & opinionē in medium produxerunt, an ſcilicet pro ſuo libitu ſe interfecturus eſſet: at verò ut S. Thomas ait: *Contumeliosè hoc proferunt; nunquid interficiet ſe, hoc eſt, nunquid anima ejus, cùm ipſi placuerit, egredietur, relicto corpore?*

Ioan.10. 17. Ibid. v. 18. Iſa. 53. 12.

2. *Stulta verba*, inquit S. Bonaventura, *quaſi. ſi de morte diceret, non poterant eum ſequi.* Chriſtus igitur verba de gloria regni cœleſtis, ad quam properabat, intellexit; prævidebatque ipſos culpâ ſuâ ad eundem ipſum præcedentem minimè ſequi poſſe. S. Thomas ait: *Quæ quidem ſecundum Auguſtinum opinio eſt: Nunquid enim non poterant venire, quò Chriſtus perrexit, ſi interficeret ſemetipſum?* At verò juſtus hujus contumeliæ & ſubſannationis pœnas luere debuerunt: *Ut ſcirent, quia per quæ peccat quis per hæc & torquetur: Cùm eorum plerique ſeſe interemerint*, inquit Janſenius, *maximè in Romanorum expugnatione, ut patet ex Joſepho, ut rurſus jam in eorum opprobrium converſum ſit, quod per convitium hîc Domino objicerunt.*

S.Bona. S.Th.hîc Sap.11. 17. Ianſen. c.77. concord

3. Rupertus Abbas Tuitienſis continere ſe nequit, quin Judæis malignitatem & ſtultitiam ipſorum improperet, quam in hoc adeo temerario loquendi modo prodiderunt: *Quid amarius? Quid nequius? O Judæi homicidæ crudeles & ſcelerati, adeone nil boni de hoc homine, qui mortuos veſtros ſuſcitavit ſentire poteſtis, ut hoc ſolùm quod interficiat ſemetipſum, viis ejus ſupereſſe arbitremini? Imò vos, interfecto homine iſto, vos ipſos interficietis tanto furore, tanta rabie, ut miretur orbis, ut veſtri quoque condoleant inimici.*

Rup. Ab. l.8. in Ioan.

4. Toletus Judæos ideo dixiſſe exiſtimat: *Nunquid interficiet ſemetipſum*, quia exiſtimarunt conſilia inferendæ Chriſto necis, quæ machinati fuerant, adeò certè & infallibiliter ſuum eſſe habitura effectum, ut ipſi nullus poſſet eſſe manus illorum evadendi modus reliquus, quâm ſi ſemetipſum interficeret: Et ideò dicebant: *Nunquid interficiet, &c.* quaſi in cordibus ſuis dixiſſent: *Sic enim evadet manus noſtras*, adeoque illis verbis non ſolùm prodebant ſiniſtrā & perverſam intentionem ſuam, *quā non ſolùm animo conceperant, & in votis habebant Chriſti*

Tolet

ſti mortem, ſed indicabant etiam ſtudium, quo eum comprehendere quærebant tanto enim deſiderio eum occidendi quærebant, ut non aliter eorum manus Chriſtum evadere poſſe crederent, quàm per mortem ſibi illatam à ſeipſo.

Ianſen. 5. *Quæ autem convenientia,* quærit Janſenius, *intelligere aut ſuſpicari ex verbis Domini, ipſum ſeſe interfecturum? An, qui ſeſe interficit, aliquò vadit? Aut ſi aliquò vadit, an non etiam Judæi eò abire poterant?* Cui interrogationi aliud reſponſum dari nequit, quàm per illa verba Dionyſii Carthuſiani, *Dion. Cart.* dicentis: *Paſſionati & invidi omnia interpretantur in pejus,* præterquam quòd, ut S. Thomas ait: *carnaliter intelligebant.* 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritûs Dei.*

S.Th.hîc 1.Cor.2. 14. Cornel. à Lap. 6. Cornelius à Lapide Judæos dicere voluiſſe exiſtimat: *Eat quocunque vellet, nos perſequemur eum; eat ad gentes, non retrahemus eum, & occidemus;* Ergo per hoc, quòd dicit: *Quò ego vado, vos non poteſtis venire, vult ſignificare, quòd interficiet ſeipſum, ut à nobis capi, excarnificari, & occidi non poſſit; præſumptuoſa & fatua erat hæc eorum cogitatio, ſed quam odium & livor eis dictabat.*

Verſus 23.

Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum; vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo.

Vos de deorſum eſtis.

Ianſen. conc. c. 77. 1. Janſenius ad verba ſubſequentia ſe reflectit, ut exinde horum verborum expoſitionem elicere poſſit; exiſtimat enim, quòd ſapientiſſimus Magiſter noſter eorum, quæ antea dixerat, rationem reddere intenderit: *Moriemini in peccato veſtro, & quò ego vado, vos non poteſtis venire; ſignificat enim, ſe ob divinam ſuam naturam in cœlum aſcenſurum, unde venit in mundum; ipſos autem, quòd ſint ex terra origine & affectu, non poſſe propriis viribus in cœlum conſcendere, niſi ipſe eos illo trahat & ad ſe aſſumat, quòd futurum non eſt, niſi in ipſum credant.*

Lyran. 2. Lyranus Chriſtum ad naturæ debitum alludere voluiſſe exiſtimat quo ipſi mortem, veluti peccati ſupplicium neceſſariò luere debebant, ad differentiam ſuî, qui omnis peccati expers, tale debitum nunquam contraxit: *Vos de deorſum eſtis; id eſt, de maſſa corrupta pondere originalis peccati, & ideo habetis debitum mortis, & neceſſitatem moriendi, propter quòd ſeparatio animæ à corpore non ſubjacet ſimplici veſtræ voluntati.*

Beda. 3. Beda verba illa de immoderata adhæſione, qua Judæi bonis hiſce temporalibus adnexi erant, exponit: *Ideo terram ſapitis: quia ſicut ſerpens terram manducatis; quid eſt terram manducare? Terrenis paſcimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, ſurſum cor non habetis.* Ad ſupplicium ſerpenti à Deo illatum alludit: *Terram comedes;* at verò ex quo ſerpens infernalis purus ſpiritus exiſtit, quid opus habet nutrimento, & quidem nutrimento tali? Quænam eſt terra illa, quæ ſerpenti huic in cibum deſtinata fuit? Rupertus Abbas ait: *Terram comedes, & non cœlum, id eſt, in quorum converſatio in cœlis eſt, ſed qui terrena ſapiunt, illi cibus tuus erunt.*

Gen. 3. 14.

Rup. Ab. l. 3. in Gen. c. 18.

Ego de ſupernis ſum.

S.Th.hîc 4. S. Thomas ait: *Quia non habuit affectum ad mundana & infima, ſed ad ſuperiora, in quibus anima Chriſti converſabatur.* Toletus authoritatem adducit Tertulliani in lib. de Trinitate ita ſcribentis: *Idcirco nunc Chriſtus in unam partem divinitatis incubuit, quoniam cæcitas Judaica ſolam in Chriſto partem carnis aſpexit, & ideo in præſenti loco corporis fragilitate, quæ de mundo eſt, ſilentio præterita, de ſola ſua divinitate locuta eſt, quæ de mundo non eſt, ut in quantum illi inclinaverant, ut hominem tantummodo crederent, in tantum illos Chriſtus ad divinitatem ſuam conſiderandam traheret.* Lyranus, quanto cum jure Chriſtus hoc aſſerere potuerit, conſiderat, quia ſecundùm naturam divinam cum æterno Patre ſuo idem erat, quoad verò humanam, naturam animæ à Deo creata, corpus verò operâ Spiritûs ſancti in utero virginali organizatum & formatum fuerat: *Et propter hoc habebat plenum dominium in corpus ſuum, ſeparando animam ab ipſo, & reuniendo, ſecundum quod dicitur infra cap. 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, &c.*

Toletus hîc.

Lyran.

5. Porrò ab hac Chriſti declaratione perſpicuè deducitur, quòd Chriſtus à nobis, in rebus hiſce temporalibus & terrenis, nunquam invenietur; ſiquidem de ſeipſo dicit: *De ſupernis ſum*; ac proinde ſalutare eſt illud S. Apoſtoli monitum, dicentis: *Quæ ſurſum ſunt, quærite, ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens; quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terram.* *Gloſſ. 3. 1*

Vos de mundo hoc eſtis.

6. Beda ad horum verborum ſenſum exponendum, latè non minus quàm utiliter diffunditur, dicit enim: *Quia peccatores erant, quia iniqui erant, quia infideles erant, quia terrena ſapiebant. Nunquid Apoſtoli & Sancti Dei de hoc mundo non erant? erant quidem, quia de Adam nati ſunt; ſed ipſa Veritas de his ait: Ego elegi vos de mundo, id eſt, de carnali converſatione, quæ mundi nomine hoc loco ſignificari videtur.* Quicunque reſpectus humanos attendunt, & mundi hujus leges ſequuntur, Evangelio & legi Chriſti ſeſe conformare nequeunt. Unde S. Jacobus dicit: *Neſcitis, quia amicitia hujus mundi inimica eſt Deo? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſæculi hujus, inimicus Dei conſtituitur.* *Beda.* *Ioan. 4. 4.*

7. Gloſſa Interlinearis ait: *In peccato nati, adhuc in eo vivitis.* S. Bonaventura de affectibus noſtris terrenis, bonis hiſce temporalibus nimis profundè immerſis, exponit: *Quantum ad affectiones deprimentes, & mundo affigentes, & à cœleſtibus ſeparantes, & ſic inficientes & fœdantes.* S. Bernardus ſalutare hoc monitum nobis poſt ſe ſcriptum reliquit: *O homo, quantò magis ad mundum accedis, tantò longius à Deo recedis.* Certum quidem eſt, quòd omnis homo, quamdiu hic in terra vivit, in mundo non morari, & cum mundo non converſari non poſſit; verùm advertendum eſt, quòd non tam bonorum temporalium poſſeſſio, quàm nimia adhæſio ad illa prohibeatur. Unde idem mellifluus Doctor ſuper illa verba: *Ecce nos relinquimus omnia*, inter cætera ita ſcribit: *Plus concupiſcentia mundi, quàm ſubſtantia nocet.* *Gloſſa Interl.* *S. Bonæ.* *S. Bern. ſerm. de miſer. hum.* *Matt. 19. 27.*

8. Idem Beda in hoc loco evidentiſſimum quoddam manifeſtat indicium, unde velut ex infallibili quodam ſigno colligere poſſumus, quando aliquis plus vel minus ad mundum hunc ſpectet: *Nemo dicat, de hoc mundo non ſum; quiſquis es, ô homo, de hoc mundo es; ſed venit ad te, qui fecit mundum, & liberavit te de hoc mundo; ſi delectat te mundus, ſemper vis eſſe immundus; ſi autem jam non delectat te hic mundus, jam tu eris mundus; qui plus peccat, plus eſt in mundo, & plus immundus, & quantò quis ſe mundat à peccato, tantò ſe declarat de mundo non eſſe.*

Et non ſum de hoc mundo.

6. S. Auguſtinus argumentum quoddam facit, cui non video, quid replicari poſſit: *Quomodo enim*, inquit, *erat de mundo, per quem factus eſt mundus?* Juxta expoſitionem Bedæ dicentis: *Quantò quis ſe mundat à peccato, tantò ſe declarat de mundo non eſſe.* Quis eſt qui neſciat, Chriſtum de ſemetipſo dixiſſe: *Quis ex vobis arguet me de peccato? Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus.* *S. Aug.* *Ioan. 8. 46.* *1. Pet. 2. v. 22.*

Verſus 24.

Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris: ſi enim non crediderit is, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.

1. Hugo Cardinalis hanc propoſitionem non abſolutam, ſed conditionatam eſſe obſervat; ſiquidem Dominus noſter ſubjungit: *Si non crediderit is. Hæc eſt*, inquit, *prophetia comminationis, non determinationis.* Unde ſubdit: *Si non crediderit is.* *Hugo Card.*

2. Dionyſius Carthuſianus, qualiter hæc verba in bona Theologia intelligenda ſint: hiſce verbis explicat: *Id eſt, quia ad reprobos pertinetis, dixi, quia in peccatis finaliter perſeverabitis, atque peribitis, quod dictum eſt, quantum ad certitudinem prædeſtinationis, per quam non auferatur libertas hominibus; unde ne omnem ſpem eis auferret, conditionalem adjecit: Si enim non crediderit is, fide per dilectionem operante.* *Dion. Cart.*

3. Albertus Magnus cauſam æternæ damnationis ipſorum, induritiam & obſtinationem ipſorum propriam conjicit: *Moriemini in peccatis veſtris obſtinati, quia lumen veritatis, per quod de peccatis exeatis, recipere non vultis.* Etenim error ipſorum unicè in hoc *Alb. M.*

hoc consistebat, quòd noluerint illuminari veritate, quam licèt magna ex parte agnoverint, illius tamen ignorantiam affectarunt, ut tantò amplius adversus Christum maliguari possent.

Toletus. 4. Toletus circa hanc Christi prædictionem advertit, quòd, *quæ ab hominis pendent arbitrio, & priùs quàm fiant, prædicta sunt, non ideo sunt, quia prædicta fuerunt, quin potiùs, quia futura erant, idcirco prædicta sunt: præscientia non determinat quod futurum est, sed ostendit quod fiet; quod autem futurum est, certissimum est, non quòd præscientia imponet necessitatem, sed quòd in scientia sua Deus non fallitur.*

Beda. 5. Advertit quoque Beda, quòd increata & incarnata Sapientia hoc loco se non Messiam aut filium Dei appellârit, sed tantùm dixerit: *Si non credideritis, quia ego sum. Qui nihil addidit, multum est quod commendavit. Dixit: Ego sum, & non addidit, quid sive Christus, sive filius Dei sive ille, quem Prophetæ prædixerunt, sive Salvator mundi, sive aliud aliquid, quod de eo in Scripturis legitur*; ac tandem concludit, quòd ad hoc, ut Christus palam faceret, quis aut qualis esset, sufficiebat dicere: *Quia ego sum*; siquidem jam olim

Exod. 3. v. 14. Moysi dixerat: *Ego sum qui sum, nihil aliud melius videtur intelligi in hoc verbo, nisi ego sum Deus.* Idipsum quoque S. Thomas his verbis

S. Thom. in Ioan. scribit: *Ut rememoret quod dictum est Moysi, Exod 3. Ego sum qui sum, nam ipsum esse, est proprium Dei.*

Luc. Burg. 6. Lucas Burgensis Salvatorem Judæos in desperationem redigere noluisse dicit: *Ne putarent, quòd ejusmodi mortem effugere non possent, profert modum, quo effugere queant, ni-*

Alb. M. *mirum si credant in ipsum.* Albertus magnus Christum illis hisce verbis viam ostendere voluisse docet, qua illis eundum sit, ne æternæ perditionis barathrum incurrant: *Ecce viam salutis, per quam solùm possunt exire de peccatis: quamvis autem fides donum Dei sit, hoc tamen nulli negatur credere volenti.* Ad-

Lyran. vertendum est tamen secundùm quod Lyranus notat, quòd hoc intelligatur de fide bo-

Origen. agl. cit. t. 19. in Ioan. nis operibus conjuncta: *Fides formata charitate*; ac proinde Glossa citat Origenem dicentem. *Manifestum est, quòd, qui moritur in peccatis suis, quamvis dicat se Christo credere, tamen in veritate non credit: qui enim credit justitiæ, non faciet injustitiam.*

Versus 25.

Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Principium, qui & loquor vobis.

Rup. Ab. 1. Rupertus Abbas Tuitiensis hanc interrogationem ex contemptu factam fuisse existimat: *Irreverenter quidem quæsierunt, & protervè pulsaverunt.* Idem quoque docet

Luc. Bur Lucas Bugensis, dum ait: *Non tamen negârunt ut crederent, sed potiùs ex personæ contemptu, ut carperent, vel derriderent.* Lyranus in ea-

Lyran. dem est opinione, dum ita scribit: *Derisoriè quærebant, quem reputabant falsum Christum.*

2. Nequaquam igitur mirandum est, quòd æternam ipsorum damnationem repetitis vicibus, hisce verbis prædicat: *In peccato vestro morieminis*; quia ipsum contemnebant, & subsannabant. Manifestum signum, quòd impius aliquis in profundum malitiæ suæ barathrum pertigerit, est, si virtuosè operantem aspernetur, & contemnat: *Impius cùm in profundum venerit, contemnet.* S. Augustinus super illa verba: *Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus justum iniquitatem in superbia & abusione*, unumquemque viam Dei directè ingredi volentem, impiorum subsannationes & opprobria passurum esse dicit: at verò quando putreolentia hæc ora tandem aliquando obstruenda erunt? *Quando efficientur muta labia ista? In hoc sæculo nequam quotidie clamant, quotidie latrant; mutescent labia dolosa, quando stabunt justi in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt. Tunc dicent illi. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii.* Theophylactus de obstinatis hisce Judæis, qui Christum interrogârunt, ita scribit: *Post tantùm tempus, post tantorum miraculorum ostensionem dicunt: Tu quis es? ita fuerunt insipientes & irrisores.* Lucas Burgensis quo-

Luc. Bur que super verbum, *Judicare*, ait: *Addit comminationem adversus contemptores & irrisores, ne impunitam fore existiment pervicaciam suam.*

Prov. 18. v. 3. Ps. 30. 19 S. Aug. Ps. 30. conc. 2.

Sap. 5. v. 1.

3. Alii verò Expositores per hanc interrogationem; illos Christum instanter sollicitasse existimant, ut se per prodigia & mi-

racula talem esse probaret, quem verum Messiam & Filium Dei esse credere possent. Interlinearis enim ait: *Qui dixisti, ego sum, & non addidisti, quid? nunc ergo dic, quis es, ut credamus.* Lyranus autem sensum hujus interrogationis Judæorum hunc fuisse dicit: *Quasi dicant: Ostende nobis, quòd tu sis tantus, quòd credi debeat tibi.* Nam ut Isaias ait: *Verè tu es Deus absconditus Deus Israel Salvator.* Et quidem tametsi Judæis responderi potuisset illud, Gen. 32. *Cur quæris nomen meum:* Attamen ut malitia ipsorum tantò esset inexcusabilior, ipsis respondit dicens:

Interlin
Lyran.
Isa. 45. 15.
Gen. 32. 29.

Principium, qui & loquor vobis.

4. S. Bonaventura in pauculis hisce verbis duo mysteria agnoscit: *Duo insinuantur, quorum primum est filii Dei æterna majestas, ibi: Principium; & incarnationis veritas, ibi: Qui & loquor vobis.* Psalmista dicit: *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.* Ubi Rupertus Abbas ait: *Revera magnum dignúmque est, quod hac responsione testificatus est, id enim est, ac si dixisset: Seipsum esse qui erat, & qui est, & qui venturus est: Non quia erat, principium se apellat; & quia est, statim subjungens ait: Qui & loquor vobis; Et qui venturus est, scilicet ad judicandum vivos & mortuos in novissima die. Multa, inquit, habeo de vobis loqui & judicare.* Beda alias hujus appellationis rationes adducit: *Principium in se manet, & innovat omnia; Principium est, cui dictum est: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*

S. Bona. hic.
Ps. 109. 3
Rup. Ab. lib. 8. in Ioan.
Beda.
Ps. 101. 28.

5. Rupertus Abbas ait: *Secundùm divinitatis infinitatem antiquitatem Principium, in quo omnia condita sunt, sicut in exordio lib. 1. Genes. scriptum est: In principio fecit Deus cœlum & terram.* Angelicus Doctor hunc titulum ipsi quoque æterno Patri attribuendum esse asserens, quomodo idem Filio Dei & Patri communis sit, declarat, dicens: *Una quidem modo, nomen Principii commune est Patri & Filio, in quantum scilicet sunt unum principium Spiritus sancti; per communem spirationem & tres personæ simul sunt principium creaturæ per creationem.* Veruntamen nomen istud Patri magis proprium esse dicit, in quantum est principium Filii per æternam generationem: Filius autem *Dicit se principium totius creaturæ.* Ita sanctus Thomas.

Rup. Ab
Gen. 1. 1
S. Thom. hic.

6. In Evangelio Joannis adversus contumacem & obstinatam generationem istam Christus dicit: *Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Quibus verbis, ut S. Thomas notat sicut & sequentibus, Christus interrogationi ipsorum respondit, ut prorsus sint inexcusabiles: *Respondit inducens eos ad credendum. Primò, ex sua naturæ sublimitate: Principium, qui & loquor vobis. Secundò, ex judiciaria sua potestate: & judicare. Tertiò, ex paterna veritate: Qui me misit, verax est.*

Ioan. 15. 22.

7. Interlinearis super illa verba: *Loquor vobis*; Christum dicere voluisse asserit: *Factus homo propter vos, ut possetis me intelligere.* Cùm enim hactenus nobis per ora Prophetarum locutus fuisset, nostram mortalitatem in carne assumpsit, ut immediatè nos alloqueretur. *Multifariam* (inquit ad obstinatos Hebræos Apostolus) *multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in filio: ad hoc,* inquit S. Thomas, *quòd immediatè ipsum divinum Verbum audiremus, carnem assumpsit, cujus organo locutus est nobis.*

Interlin
Hebr. 1. 1
S Th. hic

Versus 26.

Multa habeo de vobis loqui, & judicare, sed qui me misit, verax est, & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo.

1. Toletus Christum per hæc verba dicere voluisse ait, quòd, tametsi tunc illis prædicaret, & doceret, peccata ipsorum dissimulando, ipse tamen multa illis opponenda habeat: *q. d. Multa vestra peccata aliquando loquar, manifestabo, & indicabo; non enim tantum Doctor & Salvator sum: sum etiam judex, & ad me pertinet judicare vos.* Cajetanus Christum ingratitudinem & pertinaciam ipsorum eis improperare voluisse existimat, eò quòd sibimet personaliter prædicanti acquiescere noluerunt, quasi sit reprehensio quædam similis illi, quam illis objecit Joan. cap. 15. *Quia locutus est eis, ideo multa*

Tolet.
Cajet.

multa de ingratitudine & pertinacia eorum poteſt loqui & judicare.

S. Cyrill Alex. ib: 2. S. Cyrillus ait: *Non unum tantùm, ſed multa excuſabo, & in nulla rementior ſicut vos*; qui idem S. Doctor ad Judæos judicandos & condemnandos, criminalem quendam adverſus ipſorum ſcelera proceſſum contexens, hunc in modum per os Chriſti loquitur: *Poſſum condemnare vos tanquã incredulos, tanquam arrogantes, contumelioſos, tanquam Deo repugnantes, tanquam ingratos, malignos, tanquam voluptatum potius, quàm Dei amatores, tanquam humanam captantes gloriam, Dei verò gloriam non quærentes.*

Hu. Car

3. Hugo Cardinalis ait: *Multa habeo de vobis loqui, ad inſtructionem veſtram, ſi volueritis; & judicare in futuro, id eſt, condemnare, ſi non pœnit ueritis.* Chryſoſtom. Chriſtum hiſce verbis demerita & peccata ipſorum, nec non quam habet illos judicandi & condemnandi poteſtatem, detegere voluiſſe dicit; ita tamen, ut hoc in futuro facturus ſit, nunc verò cum ipſis diſſimulare velit, ſi fortè reſipiſcant: *Hoc enim ſignificat: Multa habeo de vobis loqui & judicare, non tantùm reprehendere, ſed & punire; ſed qui miſit me, hoc eſt, Pater, non vult hoc; non enim veni judicare mundum, ſed ſalvum facere; non enim miſit Deus filium ſuum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvum faciat; ſi ergo ad hoc me miſit, & ille verax eſt, meritò neminem in præſentiarum judico, ſed ad ſalutem loquor, non ad reprehenſionem.*

Chryſoſt.

Lyran. 4 Lyranus nihilominus verba hæc in malam partem interpretatur; argutè námque advertit, Chriſtum non dicere: *Multa habeo vobis loqui, ſed de vobis; non dicit vobis ad utilitatem veſtram, ſed de vobis, id eſt, ad malum veſtrum.* Idem quoque Albertus Magnus ſcribit: *Malè contra me per calumniam facta.*

S. Thom. S. Thomas diſtinctionem quandam, Judæis minimè favorabilem, adducit his verbis: *Sciendùm, quòd aliud eſt loqui nobis, & aliud loqui de nobis; nobis enim loquitur Chriſtus ad noſtram utilitatem, ſcilicet ut ad ſe trahat, & ſic loquitur nobis dum vivimus, prædicando, inſpirando, & ejuſmodi faciendo: loquitur autem de nobis non ad noſtram utilitatem, ſed ad ſuam juſtitiam oſtendendam, & hoc modo loquetur de nobis in judicio futuro.*

Sed qui me miſit verax eſt, & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo.

Beda. 5. Beda ait: *Videte, quemadmodum Patri dat gloriam æqualis filius Patri*; nimirum exemplum nobis dare voluit, ut in omnibus operibus noſtris gloriam Deo referamus.

6. Verbis hiſce, auditorum animis perſonæ ſuæ veritatem inſinuare intendebat, ut tantò ſecuriorem ei fidem adhiberent; ac proinde, ut S. Thomas advertit, *Inducit etiam ad credendum Chriſto, veritas paterna; & quantum ad hoc dicit: ſed qui miſit me, verax eſt, quaſi dicat: Pater eſt verus, ego autem loquor conſona ei, ergo loquor vera, ergo mihi debetis credere.* Unde idem S. Doctor verba illa: *Ego quæ audivi à Patre meo*, hac gloſſa illuſtrat: *Quæ audivi ab eo, non auditu humano, ſed per generationem æternam accepi, hæc loquor.* Interlinearis ait: *Idem eſt audire ab eo, quod eſſe ab eo.* Lyranus nihilominus aliter interpretatur, nimirum: *Quæ audivi à Patre ut Deus, hæc homo factus loquor in mundo*; ſimulque cauſam declarat, cur dicat: *Quæ audivi ab eo, quia in quantum Deus habet ſcientiam à Patre eandem, ſicut & eſſentiam; ſed in quantum homo, habet ſcientiam infuſam ab eo*, & hanc ſcientiam mundo communicat: *Hæc loquor in mundo*, id eſt, ut Lucas Burgenſis exponit: *Viſibilis in mundo conſtitutus loquor, mundo dicit, quia quæ in Judæa loquebatur, nota fieri volebat toti mundo.*

S. Th. hic

Interlin

Luc. Burg.

Toletus

7. Toletus verè à prædictis expoſitionibus omnibus diverſum ſentit; Chriſtum enim his verbis rationem reddere voluiſſe credit, cur illis delicta & ſcelera ipſorum nunc non improperet, nec eos tanquam Judex ſupremus condemnet, nimirum, quia æternum Patrem ſuum veracem eſſe, oſtendere volebat, qui ipſum hunc in mundum miſerat; Chriſtus Dominus autem, ut paulò antè cum Chryſoſtomo notavimus, dixerat: *Non miſit Deus filium ſuum in mundum, ut judicet mundum; quorum verborum ſenſus eſt*, ut inquit Toletus, *Qui me miſit verax eſt, ac ſi dicat: Deus verax eſt, quæ promittit facit: promiſit autem, ut priùs mundum ſalvem, non ut judicem mundum; cùm ergò verax ſit, oportet me non judicare, nec damnare, nec accuſare modò, ſed ſalvare.*

Cajet. 8. Cajetanus ſuper illa verbâ: *Loquor in mundo*, peringenioſam quandam ponderationem ita ſcribit: *Significanter quoque dicit: Loquor in mundo; loquor, inquit, non ſcribo: & in mundo, non in angulo, non in uno regno, non in Aſia, ſed in mundo, quoniam doctrinam ſuam ſic tradebat in uno loco, quod intendebat tradere mundo.* Eadem ſacra Scriptura, idem Evangelium, eadem fidei noſtræ dogmata, eadem, inquam, in tota Chriſtianitate univerſim ſparſa; & tametſi vox ipſius in ſola Judæa audita fuerit, paulò poſt tamen per ſanctos Apoſtolos, omnibus terræ partibus
P. 18. 5 doctrina ejus inſonuit: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum;* dicique verè potuit hanc Apoſtolorum vocem, Chriſti vocem eſſe, quia in ipſis ipſe loquebatur, & operabatur.

Verſus 27.

Et non cognoverunt, quia Patrem ejus dicebat Deum.

Alb. M. 1. *Ecce cæcitas, quæ ſibi lucem clarè oſtenſam non videt,* inquit Albertus Magnus; etenim Hebræi, quotieſcunque de lumine & notitia Dei agebatur, talpâ cæciores erant, licèt aliàs in lucris terrenis adaugendis, Ar-
Janſen. c. 77. go oculatiores eſſent. Janſenius dicit: *Eſt autem ſenſus: Non cognoverunt, quò Patrem dicebat, id eſt, quòd de Patre ſuo loqueretur.*

S. Thom. in Ioan. 2. S. Thomas ait: *Reprehendit tarditatem intellectûs eorum; nondum enim oculos cordis apertos habebant, quibus Patris & Filii æqualitatem intelligerent;* ad hanc enim notitiam amor & dilectio Dei neceſſaria erat, monet enim Eccleſiaſticus: *Diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra* ubi Lyranus ait: *Fer-*
Eccli. 2. v. 10. *ventiùs amando, & illuminabuntur corda veſtra, clariùs cognoſcendo; nam amor penetrare*
Lyran. ibid. *facit intima ipſius amati.* Enim verò Hebræi, ut S. Bonaventura ſcribit Chriſtum quidem quærebant: *Quæretis me;* ſed quo fine? *Non deſiderio, ſed odio.*

S. Aug. tr. 45. in Ioan. 3. S. Auguſtinus Chriſtum hanc in Judæis cæcitatem permiſiſſe opinatur, in particulare humanæ redemptionis beneficium: *Differo cognitionem meam, ut impleam paſſionem me-*
1. 1. Cor 2 v. 8. *am. Si enim cognoviſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent.*

Chryſoſt. hom. 52. in Ioan. 4. Chryſoſtomus porro hoc illis, ex parte Chriſti ignorantiæ & cæcitatis, his verbis prædicit ſupplicium: *Cùm à cultu excidetis, neque vobis ſolita ſacrificia permittentur, tunc divinam in vos indignationem oblationemque, quia me non auditis, intelligetis.*

5. Idem quoque Sanctus, quàm ſint inexcuſabiles, hiſce verbis demonſtrat: *O dementiam, cùm poſt multa ſigna & doctrinas nihil eis perſuaſiſſet, jam de Cruce ſermonem aggreditur!* ac pro inde ſequitur:

Verſus 28.

Dixit ergo eis Jeſus: Cùm exaltaveritis filium hominis, nunc agnoſcetis, quia ego ſum, & à meipſo facio nihil.

Dixit ergo eis Jeſus: Cùm exaltaveritis filium hominis.

Janſen. c. 77. 1. Porro Chriſtus Dominus crucifixionem ſuam, exaltationem appellat: *Non ſolùm propter elevationem à terra factam,* inquit Janſenius, *per ſuſpenſionem in ligno ſed etiam propterea, quòd per mortem ſuam meruerit a Patre exaltari.* S. Joannes Apoſtolus, qui quanto cum gaudio Redemptor noſter in Cruce mortuus fuerit, propriis oculis conſpexit, (*Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contemptâ*) *Hebr. 12 v. 2.* hic, inquam, quando de hoc amaræ paſſionis ejus myſterio ſcribit, ſemper per hanc phraſin ſcribit, ſiquidem præter hunc textum Evangelicum, inſuper cap. 3. Evangelii ſui ita ſcribit: *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* *Ioan. 3. v. 14.* Et. cap. 12. *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum;* hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus: & paulò poſt: *Oportet exaltari filium hominis,* & meritò hic S. Apoſtolus ita loquitur; ſiquidem ut S. Paulus ait: *Videmus Ieſum per paſſionem mortis, gloriâ & honore coronatum;* *Hebr. 2. v. 9.* ubi S. Ambroſius ait: *Hic oſtendit, quia gloria & honor Crux eſt Chriſti.* *Chryſoſt.* Reddi quoque poteſt ratio, cur crucifixioni ſuæ exaltationis titulum attribuat: ſiquidem *omnia traxit ad ſeipſum:* quia *Ioan. 12. v. 32.* poſtquam in crucem actus fuit, univerſus mundus ſe ad Redemptorem crucifixum adorandum, obedientem & obſequioſum exhibuit.

Chryſ. hom.4. in epiſt. 1.ad Corinth. S. Leo.

hibuit. Unde Chryſoſtomus ait : *Chriſtus orbem terrarum per Crucem ad ſe allexit.* Et S.Leo ait : *Traxiſti Domine ad te omnia, & cùm extendiſſes tota die manus tuas ad populum non credentem & contradicentem tibi, confitendæ majeſtatis tuæ ſenſum totus munſer.8. de Paſſ. dus accepit.*

Tunc cognoſcetis, quia ego ſum.

Rup.Ab. l.8.in Ioan. Pſ.18. v.3.

2. Rupertus Abbas Tuitienſis ait : *Tunc cognoſcetis, id eſt, tunc ignorare non licebit, cœli enim tunc enarrabunt, & annuntiabit firmamentum, & dies diei eructabit hoc verbum, & nox nocti hujus rei indicabit ſcientiam, & non erunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.*

Beda.

3. Venerabilis Beda illud quoque in die Pentecoſtes, quando poſt Chriſti aſcenſionem Spiritus ſanctus ſuper cœnaculum immiſſus fuit, adimpletum fuiſſe conſiderat ; tunc enim Apoſtolis in nomine ejus miracula & prodigia maxima patrantibus, Judæi, qui cum crucifixerant ; *Compuncti ſunt corde, & qui ſævientes occiderunt, mutati crediderunt, credendo biberunt.*

Marc. 15.v.39. Tertull. l.de pat. c.2. Luc.23. v.48.

4. Imò in monte Calvariæ, multi eum tanquam verum Dei filium agnoverunt, & confeſſi fuêre : *Verè filius Dei erat iſte : Revertabantur percutientes pectora ſua.* Unde Tertullianus hunc in modum piè meditatur *Deſpuitur, verberatur, deridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus coronatur, mira æquanimitatis fide ; qui hominis figura propoſuit latere, nihil de impatientia hominis imitatus eſt ; hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſtis, ut patientiam hujuſmodi nemo hominum perpetraret.*

Dion. Cart.

5. Dionyſius Carthuſianus hæc verba directa eſſe exiſtimat ad prædicendam quorundam ibi præſentium converſionem ; ſiquidem in conſpectu omnium Hebræorum, tunc in templo prædicationi operam dabat : *Dixit illis, quos novit convertendos ad ſe ; in hac enim turba fuerunt nonnulli electi, quibus prædixit ordinem converſionis earum.* Interlinearis quoque notat : *Inter eos fuiſſe aliquos, qui credituri erant.* Sicut enim fel piſcis illius Tobiæ ſeniori lumen oculorum reſtituit, Angelo id aſſerente, dum ait: *Fel valet ad unguendos oculos, in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur* ; ita quoque amariſſimum fel diræ Paſſionis Chriſti ignorantiam & cæcitatem multorum incredulorum Hebræorum illuminavit: *Prænuntiat Chriſtus*, inquit S.Thomas, *per quod pervenire debeant ad fidem, nempe per Paſſionem ejus.* *S.Th.hîc*

Interl. Tob.6. v.9.

6. S.Auguſtinus, poſtquam verborum illorum : *Cùm exaltaveritis*, ſenſum declarâſſet, ſubjungit : *Hoc oportebat impleri per manus eorum, qui poſtea fuerint credituri, quibus dicit hoc. Quare ? niſi ut nemo, in quocunque ſcelere, & malè ſibi conſcius deſperaret, quando vident eis donari homicidium, qui occiderant Chriſtum.* *S.Aug. tr.40. in Ioan.*

Quia ego ſum, & à meipſo facio nihil.

7. S. Thomas ait : *Id eſt, habeo in me naturam Dei, & ſum ille, qui locutus eſt Moyſi, dicens : Ego ſum qui ſum, & à meipſo facio nihil ; ſed ſicut docuit me Pater*, &c. *quia cæpit Jeſus facere & docere.* Portò duabus præcipuè in rebus filium ſe Dei declarare intendit, nimirum in operibus, ac proinde dicit : *A me ipſo facio nihil*, ſupra cap. 5. *Non poteſt filius à ſe facere quidquam* ; & in doctrina quam docebat, quia paulò poſt proteſtatus eſt, dicens : *Sed ſicut docuit me Pater*, &c. *S.Thom. in Ioan. Ioan.8. v.28. Act.1.v.1 Ioan.5. v.19.*

Verſus 29.

Sed ſicut docuit me Pater, hæc loquor, & qui me miſit, mecum eſt & non reliquit me ſolum, quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

Sed ſicut docuit me Pater, hæc loquor.

1. S.Auguſtinus hæc verba ita exponit : *Id eſt, docuit me Pater, quod eſt, ſcientem genuit me Pater* : ſiquidem Patris ei ſapientia communicata fuit. *S. Aug. tr.40.in Ioan.*

Et qui me miſit, mecum eſt.

2. Chryſoſtomus dicit, Dominum non ſine cauſa ſubjunxiſſe : *Mecum eſt*, ne ſecundum divinam naturam Patre inferior eſſe videretur : *Et ne hoc verbo : Qui miſit me, minor Patre exiſtimaretur, ſecum eſſe dicit.* *Chryſ. hom. 52. in Ioan.*

3. S.Au-

3. S. Auguſtinus verbum *Miſit* gloſſando, de Incarnatione Verbi illius intelligit: *Miſſio incarnatio eſt, & ipſa incarnatio filii eſt tantùm, & non Patris.* Dum autem ait: *Mecum eſt, juxta Toleti expoſitionem, idem facit, ac ſi clarioribus verbis dictum eſſet: Sum filius Dei, unius & ejuſdem ſubſtantiæ & potentiæ cum ipſo, cujus una eſt indiviſa eſſentia, potentia & operatio; Pater meus mecum eſt, mecum operatur.*

Dion. Cart. 4. Dionyſius Carthuſianus Patrem non tantùm ſecundùm naturam divinam, ſed etiam humanam inſeparabiliter eſſe probat. Quod autem quoad naturam divinam indubitatum eſt, quia *Filius eſt Deus per identitatem eſſentiæ*, quoad naturam verò humanam id ipſum hoc modo probat: *In quantum eſt homo, eſt Pater in eo per ſpecialiſſimam inhabitationem, & ſingulariſſimam gratiam, intimam, & inſeparabilem unionem, atque beatificam fruitionem*; ſiquidem anima Chriſti divinâ fruebatur eſſentiâ, & beata erat.

Et non reliquit me ſolum.

Alb. M. 5. Albertus Magnus ait: *Quia nunquam ſum relictus ab ipſo, cujus Deitati ſum unitus, & voluntati per omnia conformis*; quia verò contra hoc opponi poterat, quod in Crucis patibulo dixit: *Deus Deus meus ut quid dereliquiſti me?* ideo protinus reſpondet ad objectionem: *Dicendum, quòd nunquam dereliquit quoad unionem & beneplacitum, ſed quoad exterioris hominis aſſumpti defenſionem, quando hominem illum paſſioni expoſuit.*

Hugo Card. 6. Hugo Cardinalis circumſtantiam quandam hiſce verbis comprehenſam ponderat, ex eáque utiliſſimam quandam deducit moralitatem; etenim Chriſtus rationem, cur Pater ſemper ſecum fuerit, immediatè ſubjungit, dicens: *Quia ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper*; unde hanc deducit concluſionem: *Et hoc quamdiu homo vult facere ejus voluntatem, nec repugnat voluntati divinæ*; Etenim unuſquiſque tunc vel maximè ſecurus erit, quòd Deus illum per ſuam divinam gratiam, & auxilia ſupernaturalia, nunquam deſeret aut deſtituet, ſi in divinæ voluntatis adimpletione conſtanter perſtiterit.

Quia quæ beneplacita ſunt ei, facio ſemper.

7. Idemmet Cardinalis ait, id eſt: *In ſalutem humani generis, quæ eſt voluntas Patris, quaſi dicat: Ideò nunquam à me recedit gratia, quia nunquam ſubintrat culpa*; ac proinde Lucas Burgenſis ait: *Neque enim deſerit Pater eos, qui, quæ placita ſunt ei, faciunt ſemper: qui deſeritur à Deo, ſibique derelinquitur, nihil ille rectè agit.* *Luc. Burg.*

8. Bonaventura Chriſtum, tantam in æterni Patris ſui voluntate adimplenda complacentiam & delectationem habuiſſe obſervat, ut hanc adimpletionem cibum ſuum appellârit: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris.* Et quidem id verum eſſe ipſemet Chriſtus pluribus in locis proteſtatur: *Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam,* &c. *S. Bona.* *Ioan. 4. 34.* *Ioan. 6. v. 38.* *Hebr. 10. v. 7.*

9. Advertendum eſt autem, quod Dionyſius Carthuſianus ait, nimirum, quòd ſecundùm naturam divinam Filius *indefinenter fecit, quæ complacent Patri à principio mundi, quoniam operatio Patris ac Filii ad extra eſt indiviſa*; *& eſt amborum una voluntas & poteſtas, quidquid facit unus, facit alius, & ſummè complacet alteri: porrò ſecundùm naturam aſſumptam, fecit Filius à principio Incarnationis, quæ complacent Patri, quia obedientiſſimus fuit voluntati divinæ.* *Dion. Cart.*

FERIA

FERIA TERTIA POST II. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Joan. cap. 23.

℣. 1. IESUS *locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicens:* 2. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi.* 3. *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſervate & facite, ſecundùm verò opera eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.* 4. *Alligant enim onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea movere.* 5. *Omnia verò opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.* 6. *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis.* 7. *Et ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* 8. *Vos autem nolite vocari Rabbi, unus eſt enim magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis.* 9. *Et Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, unus eſt enim Pater veſter, qui in cœlis eſt.* 10. *Ne vocemini magiſtri, quia magiſter veſter unus eſt Chriſtus.* 11. *Qui major eſt veſtrûm, erit miniſter veſter.* 12. *Qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur, & qui ſe humiliaverit, exaltabitur.*

Verſus 1.

Locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos.

1. CHriſtus ad turbas pariter & diſcipulos ſuos, diſcurſum hunc pronunciavit; ad illas quidem, ut erga eos, à quibus edocendi erant, (quod munus proprium eſt Eccleſiaſticorum.) debitum reſpectum, venerationem & reverentiam iiſdem imprimeret, etiamſi tales moribus & vitæ converſatione, bonis doctrinis & dogmatibus ſuis minimè correſpondeant: ad Apoſtolos verò locutus eſt, ut, dum hi, illum Scribas & Phariſæos reprobantem, & graviter reprehendentem audirent, eoſdem in ſuo quoque miniſterio exequendo, cautos & circumſpectos efficeret; ſiquidem ut Seneca ſcribit: *Felix ſapientia, quæ ex aliorum diſcitur inſipientia*; Et ideo ſæpenumero illos monebat, dicens: *Cavete à fermento Phariſæorum.* *Seneca.* *Marc. 8. v. 15.*

Verſus 2.

Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi.

1. Non eſt hoc ita intelligendum, ac ſi Scribæ ac Phariſæi in eadem cathedra, è qua Moyſes ſuo tempore docuerat, conſiderent, hæcque cathedra ad ea uſque tempora conſervaretur: ad eum modum, quo etiamnum in hodiernum diem uſque, cathedra conſervatur S. Petri; ſed per hanc cathedram, ſacri interpretes hoc loco inſtructionem circa legem à Moyſe traditam, intelligunt. Unde S. Hieronymus ait: *Cathedra doctrinam legis oſten-* *S. Hier. hic.*

S. Anſel. oſtendit; S. Anſelmus, *Magiſterium doctrinæ, quam docuit Moyſes*: vel etiam juxta expoſitionem Lucæ Burgenſis, *intelligitur per cathedram Moyſi, authoritas promulgandi interpretandique legem Dei, ac populum juxta eam judicandi & regendi, qua primus à Deo fuit auctus Moyſes.*

Lucas Burg.

2. Quæſtio hoc loco non inopportuna moveri, poteſt, cur ſcilicet hæc cathedra à Moyſe, & non potius ab Aarone appellationem ſuam habeat, cùm tamen hic ſummus Sacerdos & Eccleſiaſticus fuerit, ad quos propriè pertinet inſtruere populos, ad hæc, cùm Aaron eloquens, facundiſque fuerit, illi potius quàm Moyſi in hac cathedra locus deberi videtur, cùm Moyſes balbus & elinguis, ac ſæcularis populi Princeps exſtiterit. Reſpondetur, legem, quæ in hac cathedra doctrinaliter tendebatur, à Moyſe allatam fuiſſe, ac proinde ab ipſo, Cathredra Moyſis appellatur: & quidem tametſi verum ſit, Moyſen loquendi difficultate haud parùm laboraſſe, manu tamen ſua, id eſt, per virgam ſuam egregiè operabatur. Efficaciſſimè autem in cathedra illi Oratores perorant, qui exemplis & bonis operibus potius, quàm verbis & vice loquuntur. Unde S. Leo ait: *Facilis ad exhortandum ſit ratio efficax ad ſuadendum, validiora tamen ſunt exempla quàm verba: & plenius eſt opere docere, quàm voce.*

S. Leo. ſer. de S. Laur.

Sederunt.

3. Tametſi Scribæ & Phariſæi miniſterium, etiamnum in præſenti actualiter adhuc adimplerent, incarnata tamen ſapientia non ſine cauſa in tempore præterito dicit: *Sederunt*, quia *Lex & Prophetæ uſque ad Joannem*, & ideo jam authoritatem & juriſdictionem ſuam perdiderant, lege Evangelica jam in ejus locum ſubingrediente.

Matt. 11 v. 13.

4. Hæc ceſſio authoritatem ipſorum indicabat; Unde Cajetanus *Sederunt*, ita explicat: *Authoritatem habuerunt, ut Judices præſidentes*, ac proinde vigore hujus proteſtatis iis obtemperari, eoſque in veneratione haberi volebat. Unde Beda ait: *Propter ſacerdotum, nominiſque dignitatem exhortatur populos, ut ſubjiciantur eis: non opera, ſed doctrinam conſiderantes.*

Cajet. hic.

Bed. hic.

5. In hoc quoque verbo *Sederunt*, error quidam notari poteſt multorum Prælatorum & Superiorum communis, qui ad dignitates aſpirant, eaſque ambiunt & ſtudioſè venantur, non alio fine, quàm ut ſedeant, ſed ut quietem & animi remiſſionem ſibi captent, delicatæ & commodæ vitæ omnem operam dantes. Unde per quotidianam experientiam multos videmus, qui ſuperioribus temporibus vel juſtitiam adminiſtrando, vel laborioſis ſtudiis tradendis operam dando, vel munia alia difficilia exercendo defatigati dicere ſolent: Dabo operam, ut Eccleſiam aliquam vel Epiſcopatum prædivitem nanciſcar, tantiſper requieſcere liceat: & nonnunquam verè requieſcunt & ſuaviter obdormiſcunt, ſed ſuper lana gregis, quem tondent, copioſos ſibi redditus congregando, ut quietiùs & ſuaviùs vivere poſſint. Interea verò Apoſtolus ad Timotheum ſcribit: *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, Tales erant hi Scribæ & Phariſæi, qui nihil aliud quàm venerationem, honorem & reverentiam à mundo exhibendam, non verò animarum ſalutem & profectum deſiderabant: *Amant primos recubitus, primas cathedras, ſalutationes in foro, vocari ab hominibus Rabbi, &c.* ad ſedendum ſolùm, non verò ut ſe quoad inthronizare poſſint, ſpectantes.

1. Tim. 3. 1. S. Hier. Mat. 23. v. 6.

6. Paulus de Palatio hoc loco quærit, cur Chryſologus dixerit: *Sederunt, non verò aſcenderunt, aut ſteterunt*; uſitatum enim eſt, quod Prædicatores, tametſi nonnunquam ſed rariùs ſedeant, majori tamen ex parte verbum Dei ſtando, & erecto corpore populo annuntient, & reſpondet: *Non omnibus Prædicatoribus obedientia debetur, ſed his, qui prædicant ex officio, aut munere ſibi commiſſo: his enim, qui nondum prædicant ex functione commiſſa ſed ut ad prædicandum exerceant, nondum parere tenemur, ii enim nondum in cathedra ſedent, licèt ſedere contendant.*

Paul. de Pal. hic.

7. Author Imperfecti in eos Sacerdotes, qui ſolo nomine tales ſunt, ſeu qui in hac cathedra indignè ſedent, vel qui reverendiſſimo ſacerdotio gradu abutuntur, graviter his verbis invehit: *Multi Sacerdotes, & pauci Sacer-*

Auth. Imp. hom. 43.

Sacerdotes, multi nomine, pauci opere; videte ergo, quando ſedeatis ſuper eam, quia cathedra non facit Sacerdotem, ſed Sacerdos cathedram; non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum; qui benè ſederit ſuper cathedram, honorem accipiet ab illa: qui malè ſederit, injuriam facit cathedræ, ideoque malus Sacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. Et Origenes dicit: *Is tamen benè ſedet, qui prius facit, quàm dicat, qui prius portat onus, quam aliis imponat.*

Orig. tr. 24. in Matt.

Scribæ & Phariſæi.

S. S. Paſchaſius inter duplex hoc hominum inſtitutum hanc intercedere differentiam docet: *Tradunt quidam, quod Scribæ dicantur, quia à littera legis non recedunt; & Phariſæi, qui magis aliquid de lege ſe noſſe profitentur, & ideo ſeipſos quaſi meliores ac doctiores à cæteris dividant; unde & Phariſæi vocantur, quod interpretatur diviſi vel ſegregati,* quales inter nos ſunt hodie Religioſi & clauſtrales magis reformati. Dionyſius Carthuſianus, multos ex his Sacerdotes, & de numero ſeptuaginta ſeniorum populi fuiſſe exiſtimat, qui tempore Moyſis totius Reipublicæ Hebræorum ordinarii Judices & conſiliarii, ætate provecti, & doctrina inſignes erant. Hoc ſuppoſito, quærit Cajetanus, quare Chriſtus nullam Sacerdotum aut Pontificum mentionem fecerit? Et reſpondet: *Propter reverentiam ordinis ſacerdotalis;* & ecce tibi ipſiſſima ejus verba, quæ in hujus favorem habet: *Lege Evangelium, nunquam invenies Ieſum nominaſſe Sacerdotes aut Pontifices, arguendo & reprehendendo, ſed Scribas & Phariſæos profeſſores ſcientiæ & morum, inſtruendo Prædicatores, ut non prædicent contra ſacerdotes aut Pontifices inſpecie, propter reverentiam ordinis.*

S. Paſch. l. 10. in Matt.

Dion. Card.

Cajet.

Verſus 3.

Omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, ſervate, & facite, ſecundùm verò opera eorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.

Omnia ergo, quæ dixerint vobis, ſervate & facite.

1. S. Anſelmus ait: *Servate quæ ad cathedram pertinent, non ad vitam.* Conſideranda eſt in ſuperioribus non ipſorum perſona, ſed authoritas, quam Deus dignitati & muneri illi delegavit, ad quod per ejus diſpoſitionem fuere aſſumpti, Deus etenim illos hic in terris conſtituit, voluntatis ſuæ arbitros, legumque ſuarum Judices & interpretes, Chriſtus ſe Matri ſuæ & Joſepho, licèt hi ipſo in ſanctitate & ſapientia longè inferiores eſſent, ſubjecit. Nam ut Origenes quoque ſcribit: *Sæpe enim ſubditus melior eſt.* S. Ignatius Loyola in Epiſtola quadam, in qua de obedientia tractat, ſalutare hoc monitum ſuis ſcriptum reliquit: *Nunquam intueantur perſonam, cui obediunt; ſed in eâ Dominum, cujus cauſa obediunt.* In actibus quoque Apoſtolica ſcribitur: *Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.*

S. Anſel. Orig. ho. 20. in Luc. S. Ignat. de Loy. in Ep. obedient. Rom. 13. v. 2.

2. Paulus de Palatio conſiderat, Chriſtum priùs dixiſſe: *Super cathedram Moyſi ſederunt,* idque merito, quia *admonuit Prædicatores officii ſui, ne dum prædicant, ſe privatos homines eſſe putent, ſed perſonam & authoritatem habere Moyſis, id eſt, Dei,* ieandem quoque conſiderationem habere debent, qui illos auſcultant, id eſt, Deum per os illorum loqui, credere debent: *Qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit.* Theophylactus ait: *Quæcunque enim dicunt Doctores, illa Moyſen putate dicere, id eſt, Deum.*

Paul. de Pal. Luc. 10. v. 16. Theoph.

3. Apoſtolus Paulus in duobus locis hæc verba replicat: *Obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſervi Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo.* Quod idem ferè ad Coloſſenſes ſcribit; ubi Theophylactus ait: *Ob Dei oculum, ut, quam ex lege debes ſervitutem, ex timore amoreque Dei fiat, ut hæc ſit ſimplicitas non ad homines reſpicere.*

Eph. 6. 5. Coloſſ. 3 v. 22. Theoph. ibid.

4. Sanctus Antonius de Padua, Chriſtum nos hiſce verbis admonere voluiſſe, docet, ut Dei verbum reverenter audientes, executioni quoque mandemus; tametſi etiam à malæ vitæ hominibus nobis annuntietur, cum

S. Anton Pad. ſerm. in hac fer.

hac tamen clauſula reſervante: *Dum tamen fundetur in veritate Scripturæ divinæ*, adducitque exemplum ſanctiſſimi corporis Chriſti, quod ſumma cum reventia adoramus, tametſi ab indigno fuerit Sacerdote conſecratum: ſic eſt de verbo divino. Paulus de Palatio dicit: *Servate & facite, indicat, quantâ curâ & veneratione verba Dei ſervanda ſint.*

Paul. de Pal.

Theoph. 5. Veruntamen Theophylactus quærit: *Faciendane igitur omnia, quæ dicunt, etiamſi mala fuerint?* Reſpondetque dupliciter. Primò, quòd, ut plurimum is, qui alios docet & prædicando inſtruit, errorem, vitium, aut quodvis aliud malum animis eorum inſinuare non audeat. S. auguſtinus hanc habet obſervationem: *In verbis Chriſti debetis advertere, quantus honor delatus ſit doctrinæ Moyſis, in cujus cathedra etiam mali ſedentes, bona dicere cogebantur.* Idem ſanctus Doctor alibi quoque dicit: *Illa cathedra non eorum, ſed Moyſis, cogebat eos bona dicere, etiam non bona facientes*: In Petri cathedra peſſimi nonnunquam ſederunt Pontifices, qui tamen nullos unquam ex eadem cathedra tradiderunt errores, aut falſitatem docuerunt. Secundus modus reſpondendi eſt: *Ut demus hoc, ut quis in malam vitam inhortetur, non tunc à Moyſi cathedra, neque de lege loquitur, Dominus autem dicit de his, qui in cathedra Moyſi ſedent.* Janſenius rationem reddit, cur malam doctrinam perſuadentibus & docentibus, fidem aut obedientiam adhibere minimè debeamus: *Nam ſi eis eſt obediendum, quoniam in cathedra ſedent Moyſis: non eſt ergo obediendum, quando contra eam cathedram aliquid docent vel præcipiunt.*

S. Aug. l. 16. con. Fauſt. c. 29.

Lib. 4. de doctrin. chriſtia. na. c. 27.

Janſen. c 120. con. cord.

Secundùm verò opera eorum nolite facere.

Chryſ. hom. 73. in Matth.

6. Nimirum, ut Chryſoſtomus ait: *Prænonere multitudinem voluit, ne opera eorum conſequentes, miſeriùs cadant.* Unde verba hæc admodum utile in ſe monitum continent; ſiquidem malum ſuperiorum exemplum facillimè ad ſubditos transmittitur: *Si ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur?* Faciliores etenim magiſque diſpoſiti & inclinati ad malum, quàm ad bonum ſumus: & ideo

Matth. 5. v. 13.

Tit. 2. v. 7.

ſanctus Paulus ad Titum ait: *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum.* Et S. Anſelmus dicit: *Qui viderint, legant in operibus tuis, velut in libro legis, quid agere debeant*; ex quo enim bonum exemplum tantam in ſe efficaciam habet, quantò amplius exemplum malum proſerperet, niſi ab illo prænoniti & præcauti eſſemus? Porrò Apoſtolus de illis, qui res profanas prædicant, tractans, dicit: *Multùm proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ut cancer ſerpit*; idem quoque multis eveniret, niſi hunc ſcopulum, bonam doctrinam, utiliaque præcepta à malis moribus, ea inſinuantium diſtinguere ſcientes, evitarent: S. Auguſtinus dicit. *Botrum inter ſpinas cautè lege, ne, dum quæris fructum, lacerès manum; & cùm audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem.*

S. Anſel.

2. Tim. 2 v. 16.

S. Aug. tr. 46. in Ioan.

7. Lucas Burgenſis ait: *Vult eis obediri, ſed cum cautela*, [nimirum de obedientia, Scribis & Phariſæis, ab eorum auditoribus debita loquitur,) *authoritas, inquit, eorum ita promoveat vos ad obedientiam, ut ad imitationem, doctrinam ſequamini, non vitam.* Cui optimè conſonat, quod S. Thomas diu ante ipſum pariformiter ſcripſerat, dicens: *Hic docet cautelam; debetis ſcire, quòd Prælatus præficitur, ut doceat non ſolùm doctrinâ, ſed etiam vitâ.* Tandem verò de Scribis & Phariſæis in ſpecie tractaturus, de illis tale quod dicit, quod & de multis Eccleſiaſticis, & Prædicatoribus Evangelicis dici poſſet, nimirùm: *Iſti non diſſonant à doctrina, ſed à vita; ideo doctrina eorum eſt attendenda, ſed vita cavenda.*

Luc. Burg.

S. Thom. in Matt.

8. Nihil hac in re adeo neceſſarium eſt, quàm quòd quis inter dignitatem, poteſtatem, doctrinam, ac demum inter perſonam, ejuſque malos mores & ſcandala diſcernere queat; pro cujus faciliori explicatione Author Imperfecti ſequentem adducit ſimilitudinem: *Ecce enim & vilis terra aurum producit, nunquid propter terram vilem pretioſum aurum contemnitur?* In toto elemento terræ nulla eſt pars ſterilior, incultior & ſpinis ac vepribus refertior, quàm in qua mineræ latent, auro & argento onuſtæ, & tamen tanti valoris metallum producit. Sanctus Bernardinus Senenſis, eâdem quoque utens ſimilitudine, dicit: *Sicut aurum eligitur, & terra relinquitur, ſic & nos debemus doctrinam accipere, & mores relinquere.* Idem quoque aptam apium adfert ſimilitudinē, & ait:

Aut. Imp. hom. 43.

S. Bern. Sen. ſer. 20. in hac fer.

Api-

Apibus herbæ neceſſariæ non ſunt, ſed flores herbarum, flores colligunt, & herbas relinquunt: ſic & vos flores doctrinæ colligite, & converſationem relinquite, ubi ſit inutilis herba. S. Auguſtinus aliud quoddam, à Sacramentis petitum practicum exemplum adducit, quæ cùm ad gratiam conferendam inſtituta ſint, huic effectui mali miniſtri nequaquam præjudicant: *Memento, Sacramentis Dei nihil obeſſe mores malorum hominum, quo illa vel omninò non ſint, vel minus ſancta ſint, ſed illis malis hominibus, ut hæc habeant, ad teſtimonium damnationis, non ad adjutorium ſalutis.* Carolus Borromæus in libro illo, qui verus quidam eſt Eccleſiaſticæ diſciplinæ theſaurus, & intitulatur: *Acta Eccleſiæ Mediolanenſis*; ubi de diſtinctione agit ordinandorum, quos à populo in magna veneratione haberi volebat, hunc in modum Parochis præcipit: *Docebit præterea dignitatem ſacerdotalem, clericalemq;, non à perſona illorum, qui illam obtinent, ſive obſcuro loco, ſive humili genere nati ſint, ſed ab officii munere & adminiſtratione pendere, non propterea illos æſtimandos eſſe, quatenus homines ſunt, ſed tanquam diſpenſatores myſteriorum Dei, quorum omni illis adminiſtrario commiſſa eſt, quæ ad populi ſalutem, & perpetuam utilitatem ſpectat.* Author Imperfecti ait: *Si benè vixerint, eorum eſt lucrum; ſi bene docuerint, noſtrum; accipite quod veſtrum eſt, nolite diſcutere quod alienum.*

S.Aug. l. 2. con. liter. Petil. c. 47

Act. Eccle. Mediol. c. §48.

Auth. Imp. hom. 43.

9. Origenes ſuper hæc verba ait: *Quid eſt Doctore illo miſerabilius, cujus vitam diſcipuli cùm non ſequantur, ſalvantur; cùm imitantur, perduntur*; Deus per Pſalmiſtam lamentatur, dicens: *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique: tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos in domo Dei ambulavimus cum conſenſu*; cui & ſimilibus, Deus ſeveriſſimum comminatur judicium, dicens: *Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viventes, quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.* S. Ambroſius ait: *Quid ſumus profeſſione, actione, potius quàm nomine demonſtramus, ne ſit nomen inane, & crimen immane, ne ſit honor ſublimis & vita deformis.* Chryſoſtomus dicit: *Nullam Deus magis offenditur, quàm quòd indigni & peccatores, Sacerdotis dignitate præfulgeant.* S. Hilarius quoque, quàm divina juſtitia acerbum ſupplicium per hujuſcemodi indignos Sacerdotes, Chriſtianæ plebi inferre ſoleat, his verbis exponit: *Quantus nobis dolor eſt, cùm unum ex populo Dei effici videmus ſæculi miniſtrum, & operarium diaboli, & vas mortis, & materiam gehennæ?* S. Gregorius ſimilitudine utitur aquæ baptiſmatis, quæ, poſtquam alto illi gratiæ in Sacramento conferendæ miniſterio cooperata fuit, projicitur, & in cloacas effunditur: *Ingrediuntur electi Sacerdotum manibus expiati cœleſtem patriam,* (de baptizatis loquitur,) *& Sacerdotes per viam reprobam ad inferni ſupplicia feſtinant. Cui ergo rei ſimiles dixerim Sacerdotes malos, niſi aquæ baptiſmatis, quæ peccata baptizatorum diluens illos ad regnum cœleſte miſit, & ipſa poſtea in cloacas deſcendit?*

S. Greg. hom. 1 in Evan.

Dicunt enim, & non faciunt.

10. S. Paſchaſius de iis, qui per facta verbis non correſpondent, ita ſcribit: *Qui benè docuerit, & malè vixerit, de ſacerdotio ſuo crimen acquirit potiùs, quàm dignitatem, quia indignè ſedet*; in cujus confirmationem opportunè Author Imperfecti, tranſgreſſores illos his verbis auſterè monet, dum ait: *In judicio enim ſedens, ſiquidem benè vixeris, & benè docueris, omnium judex es; ſi autem benè docueris, & malè vixeris, tui ſolius condemnator es: nam benè vivendo, & benè docendo, populum inſtruis, quomodo debeat vivere; benè autem docendo, & malè vivendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare.*

S. Paſch. l. 10. in Matth.

Auth. Imp. hom. 43.

11. D. Chryſoſtomus mali cujuſdam Eccleſiaſtici peccatum ex tribus capitibus aggravari dicit: *Tripliciter condemnatur.* Primò quidem propter tranſgreſſionem: Secundò, quia dum alios corrigere adſtrictus, ipſemet claudicat, atque in eo, quod ex dignitate, quam ſuſtinet, dare obſtringitur, bono exemplo deficit, majoris ſe reum eſſe facit ſupplicii. Tertiò, quia quod à Rectore & Doctore probetur ſcandalum, & malum exemplum, in inferioribus facilius ſerpendo propagatur & imprimitur.

Chryſ. hom. 73. in Matt.

13. Janſenius, ad præſens propoſitum, ſententiam quandam refert Diogenis, qua. *Inter cætera præclarè dicta, eos, qui de virtute loquerentur, nec rectè viverent, dicebat Cytharæ ſimiles, quæ ſono prodeſt aliis, cùm ipſa non ſentiat, nec audiat quidquam* Abbas Paſtor in vitis Patrum ait: *Si quis docet aliquid, & non facit quod docet, ſimilis eſt puteo, qui omnes ad ſe venientes ſatiat, & ſordes debet, ſeipſum autem purgare non poteſt, ſed omnis ſpurcitia & immunditia in eo eſt.* Cajetanus tales monſtra appellat: *Monſtrum eſt in moralibus, dicere & non facere, ſeu Vita contraria doctrinæ.* Nunquam Apoſtoli, eorumque ſucceſſores mundum convertere potuiſſent, ſi ſolâ voce prædicaſſent, ſanctitatem autem non adhibuiſſent. *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum.* Sed quonam putas in fine fieri? *Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.* Quis hanc facundatum linguarum & ancipitum enſium conjunctionē, ad populos & gentes proſternendas non admiretur? Notandum verò eſt, quod hoc loco de Idololatria diſſipanda, omnibus terræ nationibus, Tyrannis, Monarchiſque legi Evangelicæ ſubjiciendis tractetur: *Ad alligandos reges eorum in compedibus.* Totum verò iſtud negotium, per verbi Dei & prædicationis enſem, conficitur: *Gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei;* Et ideo ubi vulgata in Epiſtola ad Philippenſes legit: *Mecum laboraverunt in Evangelio*, in Græco legitur: *Concertaverunt:* Ubi Evangelii prædicatio certamini cuidam ſive conflictui comparatur. Advertendum eſt autem, victoriam iſtam in tantùm fuiſſe ab Apoſtolis gloriosè reportatam, in quantùm enſes hoſce, in manibus ſuis ferebant: *Gladii ancipites in manibus eorum;* id eſt, in quantum convenienter ad id quod prædicaverant, vitæ ſuæ actiones inſtituebant; quia ut Iſidorus Peluſiota ait: *Sermo actione deſtitutus, non ultra aures graſſatur, qui autem ab actione animatus eſt, ut, qui acris & efficax ſit, penetrat, animumque tingit.*

Janſ. conc. c. 120.

In vita Patrum l. 5. c. 0.

Cajet. ibid.

Pſ. 149. 6

Pſ. 149. 8

Eph. 6. 17

Phil. 4. 3

Iſid. Peluſ. lib. 3. Ep. 202.

Verſus 4.

Alligant enim onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea movere.

Alligant enim onera gravia & importabilia.

1. Lyranus per hæc onera, multas traditiones ipſis proprias intelligi exiſtimat: *Quia ſupra legis præcepta conſtituerunt multa ex traditionibus, quæ erant gravia & importabilia.* Unde fiebat, quòd circa Sabbati obſervantiam adeo indiſcretè zeloſi fuerint, ut ipſummet Salvatorem, veluti illius tranſgreſſorem, & ſeveriſſimi ſupplicii, ex eo ſolùm, reum eſſe cenſuerint, quia infirmos miraculosè ſanaverat; Apoſtolos quoque redarguebant, eò quòd famis ſedandæ cauſa, grani ſpicas convellerent; neminem quoque niſi prælotis manibus, panem manducare poſſe cenſebant, quæ omnes aliæque ſimiles ſuperſtitiones, in hoc eodem capitulo fuſius reprehenduntur. Lucas Burgenſis ait: *Verbo alligandi declarat Salvator, undique colligi præcepta ex lege, ex traditionibus ſeniorum, ex propria ſententia, quæ graviſſima reddantur; primum ad multitudinem, deinde ob moleſtiam; adhæc ob rigorem interpretationis divinorum; denique ob difficillimam veniæ impertationem, ſi quis ea tranſgreſſus eſſet.*

Lyran.

Luc. Burg.

2. Verum quidem eſt, quod antiquæ & Moſaicæ legis præcepta cæremonialia, moralia, judicialia, & legalia ad numerum ſexcentorum tredecim facile aſcenderint, nequaquam tamen importabilia erant, ſiquidem æternæ veritatis calamus multos recenſet, qui exactiſſimi fuerunt omnium præceptorum obſervatores, videlicet Luc. 1. 6. Præcurſoris parentes, David Act. 13. v. 22. Joſue cap. 11. v. 15. Joſias 4. Reg. 23. v. 25. Quâ igitur ratione præcepta iſthæc odioſum illud nomen ſortiuntur, quo *onera importabilia* appellantur? Reſponſio in promptu eſt, quia Scribæ, qui in eorum adimpletione primi eſſe debebant, quique eorundem obſervantiam aliis inculcabant, ab illorum adimpletione ſe ſubducebant, & tamen adverſus eos, qui illa tranſgreſſi fuerant, valde

ſe

ſe zeloſos & ferventes exhibebant. Unde
Luc. Burg. Lucas Burgenſis ait : *Eò graviora & magis oneroſa reddunt præcepta, quia dicunt & faciunt ; nam quando qui dicit, facit, allevat onera, & exemplo ſuo conſolationem affert.*
Theoph. Cui conſonat Theophylactus, ita ſcribens : *Quando enim qui docet non ſolùm docet, ſed & operatur, videntur ſimul cùm his, qui docentur, operari & laborare ; cùm verò ille me onerat, ipſe autem nihil agit, magis me gravat, inde oſtendens ea, quæ dicit, fieri non poſſe.*

Paul. de Pal. 3. Paulus de Palatio aliam quandam affert rationem, cur adimpletio legis onus importabile appelletur : *Lex Chriſti ſine amore, ſine ſpiritu vix portabilis eſt, at non accuſatur Deus eam legem ferens, ſi enim tulit, dedit etiam ſpiritum & vires, quibus portetur, quibus fiat jugum ſuave & onus leve :* At verò amore Dei & ſpiritu deficiente vigor quoq; deficit obſervantiæ, nihilque niſi labor & tædii nauſea ſentitur. *Viam mandatorum*
Pſ. 118. *tuorum cucurri,* dicebat David, *cùm dilatáſti*
S. Aug. in Pſ. 30. 9. *cor meum.* Sanctus Auguſtinus ſuper illa verba Pſalmi : *Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos,* ita ſcribit : *Certè anguſta eſt via, laboranti anguſta, amanti lata eſt :* Enimverò tametſi Moſaicæ legis præcepta, ad tam ingentem numerum excreverint, attamen ſibi omnium adimpletionem, quovis momento ſummæ curæ fuiſſe ſanctè
Pſ. 118. 97. gloriatur, eò quòd amabat ; ac proinde de omnibus velut de unica duntaxat lege loquitur, dicens : *Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea eſt ;* atque ideo ipſemet quoque Salvator non ſine myſterio in ſingulari numero, non verò in plu-
Ioan. 14. 23. rali dicit : *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit ;* quia, quando verus ſpiritus, veruſque amor in nobis eſt, tunc omnia divina præcepta eadem cum facilitate adimplentur, ac ſi unicum ſolum eſſet.

Auth. Imp. hom. 43. 4. Author Imperfecti, per horum verborum occaſionem, indiſcretos, & erga pœnitentes nimirum rigoroſos confeſſarios hiſce verbis graviter reprehendit : *Tales ſunt, qui grave pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt ; ubi Paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. Si Deus benignus eſt, ut quid ſacerdos ejus auſterus? Vis apparere ſanctus? Circa tuam vitam eſto auſterus, circa alienam autem benignus ; audiant te homines parva mandantem, & grandia videant facientem.* *Cajet.*

5. Cajetanus quoque ex his verbis, motivum ſumit conquerendi, adverſus tot variantium opinionum multiplicitatem, quæ viam Dei ſtringunt, & difficilem reddunt. *Utinam hæc verba Domini Jeſu in ſedentibus ſuper cathedram Moyſi, finem habuiſſent. Tot jam onera ſunt ſuper utriuſque teſtamenti honeſtiſſima præcepta impoſita ſuper humeros hominum, ut Chriſtiani facilè ſe ſervire Chriſto credant, ſi tot laqueis non ſubjicerentur, ſic de ſolis divinis præceptis ſolliciti eſſe deberent.*

Et imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea movere.

S. Thom. in Matt. 6. S. Thomas aptiſſimè hac de re diſcurrit, dicens : *Excedunt in dicendo, iterum non in faciendo,* id quod hoc modo probat ; ſunt enim nonnulli, qui non omnia, ſed aliqua tantum præcepta facere volunt ; ſunt alii, qui ab iis, quæ difficilia ſunt, ſe ſubducunt ; alia tamen quæ faciliora ſunt, adimplent : ſunt item, qui tametſi præcepta non adimpleant de facto, optimam tamen habent illa adimplendi voluntatem : Tandem S. Doctor concludit, dicens : *Sed qui nihil iſtorum vult, in malitia ſuperexcedit.* Unde dicit : *Digito autem ſuo nolunt ea movere ; unde non ſolùm non faciebant, ſed nolebant ſaltem digito ſuo movere, id eſt, inchoare.* Lucas Burgenſis ad *Luc. Burg.* verba illa : *Nolunt ea movere,* ſe reflectit, & conſiderat, quòd ille, *qui ſcrutatur renes & corda,* declaret, defectum hunc ſe tenere ex parte impoſſibilitatis : *Non enim quia non poſſint præ infirmitate tanta onera ferre, quanta alii, ſed quia abſolutè nolint.* *Alb. M.* Albertus M. ait : *Ecce incompaſſio, ſuper afflictos dura geſtabant viſcera, & motus digiti minimi ſignificat adjutorium vel comportationem ;* in cujus comprobationẽ, illum Apoſtoli ad Galat. *Ga. 6. 2.* c. 6. textum adducit : *Alter alterius onera portat & ſic adimplebitis legem Chriſti :* At verò peſſima Scribarũ & Phariſæorũ indoles hæc erat, quòd *In ſe eſſent concupiſcentiis reſoluti, & circa alios auſteri.* Amos 6. *Optimo unguento, &c.* *Amos. 6. 6.*

S. Anſel. *to, &c.* S. Anſelmus in horum defectibus, multorum quoque malorum ſacerdotum culpam agnoſcit dicens : *Tales ſunt etiam indiſcreti ſacerdotes, qui omnem juſtitiam populo mandant, & ipſi nec modicam ſervant.*

Paul. de Pal. 7. Paulus de Palatio advertit, non tam Scribas & Phariſæos reprehendi, quòd in obſervantia præceptorum eſſent tepidi, quàm quod omnia etiam importab lia onera aliis portanda imponerent, ipſi verò ne vel minimi digiti opem admovendo, illos ſublevarent; unde hanc moralitatem deducit : *Quid enim ſi Phariſæus decimas hinc det, illinc verò odiat, invideat, ſuperbiat ? Profectò parum legis fert, non totam; hîc ergo ſuggillantur, quòd, cùm totam legem allegant, non totam movere contendant.*

Luc. Burg. 8. Lucas Burgenſis verbum, *Imponunt*, conſiderat, & dicit : *Imponendi verbo jactantia notari à Salvatore videtur, quâ ſibi in eo placuerint, quod aliis leges conderent, & imponerent,* quòd imperium in alios exercerent.

9. In his quoque verbis, egregia obſervari poteſt excellentia, qua Evangelici novæ legis ſacerdotes & miniſtri, veteris legis ſacerdotibus præſtant ; hodie enim ſacerdotibus gratia illa collata eſt, ut digito non ſuo ſed Dei, id eſt, mediantibus ſacramentis, quæ conferunt, & mediante gratiâ Spiritûs ſancti, qui dexteræ Dei digitus appellatur, præceptorum divinorum pondus alleviare & tolerabilius efficere poſſint ; ac proinde notandum eſt, quòd in feſto Pentecoſtes in Evangelio mentio fiat, adimplectionis divinorum præceptorum, factæ in virtute amoris Dei, qui cum hoc ſanctiſſimo Spiritu unus & idem eſt : *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit ; qui non diligit me, ſermonem meum non ſervabit ; qui non diligit me, ſermones meos non ſervat.*

Ioan. 14. 23. & 24

Verſus 5.

Omnia verò opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus, dilatant enim phylacteria ſua, magnificant fimbrias.

Omnia verò opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus.

1. S. Joannes Climacus magnus vitæ ſpiritualis magiſter, quantopere vanæ gloriæ appetitus huic noſtræ corruptæ naturæ congenitus ſit, optimè nobis inſinuat, dum *Naturam non facilè ab appetitu gloriæ poſſe ſervari illæſam* dicit, adeò etiam, ut quemadmodum S. Auguſtinus notat, ſæpè fiat, quod, dum nos illam, omnem humanum applauſum fugiendo, noſque quoad poſſumus abſcondendo & humiliando ſuperaſſe credimus, tunc illa vel maximè nos aggredi, & infeſtare incipiat : *Sæpè homo de ipſo vanæ gloriæ contemptu vanius gloriatur :* At verò Scribæ iſti & Phariſæi ex induſtria & data opera, laudibus hominum & applauſibus eorum captandis operam dabant, prouti manifeſtum in Phariſæo illo habemus exemplum, qui in medio templi conſtitutus, de factis à ſe operibus bonis inaniter ſe jactabat. Ac proinde S. Thomas huic vanæ gloriæ appetitui velut cauſæ attribuit, quòd Scribæ illi & Phariſæi incorrigibiles fuerint, ſeque in quemvis criminoſum exceſſum præcipites egerint : *Cauſa, quare homo ſit difficilis ad corrigendum, eſt quærere gloriam propriam.* Unde Chryſoſtomus ait : *Tolle gloriam inanem de clero, & ſine labore omnia alia vitia reſecabis.*

S. Ioan. Climac. grad. 25.

S. Aug. l. 19. conf. c. 38.

S. Th. ib.

Chryſ.

2. Albertus Magnus Chriſtum in illis verbis omnem ipſorum malitiam tam internam quàm externam detegere voluiſſe obſervat : *Hic fit extenſio exterioris ſimulationis cum interiori malitia iniquitatis* ; ſpecialiter autem hiſce verbis meminit operum & actionum, *quia cogitationes non patent.*

Alb. M.

3. Valde conſiderabilis eſt hæc dictio, *Sua*, per hanc namque ſignificare vult, quòd opera illa, quantumvis apparenter bona eſſent, quantumvis in honorem Dei, & ad Deo placendum facta fuiſſe videãtur, nihilominus tamen opera ipſorum erant, quia eo fine præcipuè facta fuerant, ut per illa, honorem & exiſtimationem propriam ſibi aut parerent, aut adaugerent ; virtuosè quidem operabantur, ſed non ad honorem Dei, ſed ad honorem proprium : *Omnia opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Unde idem Alber-

Alb. M. Albertus Magnus ait: *Facinus non ex charitate vel obedientia, ſed ut videantur ab hominibus* Feſta quidem aliqua celebrabant, v. g. primum diem cujuslibet menſis in memoriam receptæ à Deo legis: ita tamen ut per illa feſta, Deo cultum aliquem exhibere minimè intenderent, ſed prout intereſſe honoris & applausûs proprii promoverent; unde Deus *Iſa. 1. 4.* ait: *Calendas veſtras & ſolemnitates veſtras odivit anima mea.* At verò ex quo feſta hæc in Dei honorem dedicata erant, cur illa veſtra appellat? quia Deus nihil in illis agnoſcebat, quod ad ejus cultum pertineret.

Paul. de Palat. Pſ. 44. 14. 4. Paulus de Palatio ad illa Pſalmiſtæ verba ſe reflectens: *Omnis gloria filiæ Regis ab intus*, de populo noſtro ita ſcribit: *Vita Chriſtiana tota conſiſtit ab intus, tota eſt in homine interiori renovando; ſi igitur tu totam vitam extra conſumis, nihil curans interiora, hoc eſt cum vita Chriſtiana è diametro pugnare.*

5. Advertendum, Chriſtum non ſine myſterio dixiſſe: *Omnia opera ſua faciunt*; quia ſicut quando radix arboris alicujus infecta eſt, omnes quoque fructus illius, ad quos humor illius transfunditur, pariter infecti & vitioſi eſſe cenſentur; ita quoque in homine, vanæ gloriæ dedito, omnia opera ipſius bona, quæ facit, ob intentionem & finem ſiniſtrum, quem illa exercens habet, peccaminoſa, culpabilia, inutilia, & vana exiſtunt. Unde *Chryſoſtom. ib.* Chryſoſtomus ait: *Omnia, non hæc, aut illa; hoc expulit eos omnino à charitate*, prouti ex totius cap. 23. S. Matthæi, (ex cujus capitis principio præſens Evangelium deſumptum fuit) decurſu videre eſt; ibi namque Chriſtus ſeptem præcipuè enumerat Scribarum & Phariſæorum vitia: *Clauditis regnum cœlorum, &c.* Præterque aliud inſuper malum, quod faciebant, adjungit, nimirum quòd omnia ipſorum opera bona, quæ talia forinſecus eſſe videbantur, demeritoria & inutilia *Theoph.* fuerint, quæ proinde propter fictionem, quam habebant annexam, ut Theophylactus ait: *Majori & graviori digna erant ſupplicio: Non ſolùm autem nihil boni faciunt, ſed & ſimulant, quaſi faciant, & ſi quando quidpiam faciunt, ut videantur faciant, & aufertur jam illorum merces, nunc autem quanti à condemnatione digni, quando neque faciunt, & videri volunt, quaſi faciant?*

6. Verùm enim verò ex quo in principio Evangelii mentionem fecit eorum, qui ſuper cathedram Moyſis ſedentes, docent & eruditi alios prædicando, multorum malitiam manifeſtare voluiſſe videtur, qui propter humanos applauſus miniſterium iſtud exercent, ut velut docti, ſcientifici, ingenioſi penes mundum in honore habeantur & æſtimatione, nequaquam verò profectum animarum, & cultûs divini ampliationem intendunt. Author imperfecti Scribis & Phari- *Aut. Im hom. 43.* ſæis ſequentia exprobrat: *Prædicabant in lege Chriſtum venturum, & non credebant in eum, qui omnia opera ſua faciebant, ut viderentur ab hominibus, id eſt, quia non verè prædicabant Chriſtum venturum, deſiderantes ipſius Chriſti adventum, quem prædicabant, ſed propter hoc ſolum, ut prædicatores & traditores eſſe legis hominibus viderentur.* Eundem verò diſcurſum ſuum demum ad prædicatores noſtros detorquens, ſubjungit: *Simile propoſitum habent omnes, qui juſtitiam Dei docent, & non faciunt, quia non docent verè ipſum, juſtitiam Dei non amantes, quam docent, ſed propter hoc ſolum, ut doctores eſſe juſtitiæ Dei ab hominibus videantur.* In prima Epiſtola, quam Apoſtolus (qui ad portandum & annuntiandum Evangelium cunctis nationibus & Monarchis terræ ſpecialiter à Deo electus fuit) ante omnes alias ſcripſit, docet omnes verbi Dei miniſtros, qualem ſibi in hoc tam ſublimi miniſterio finem propoſitum habere debeant: *Accepimus*, inquit, *Rom. 1. 5.* *gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus, pro nomine ejus dilatando, non pro fama propria*; vel ut S. Thomas *S. Th. ib.* exponit: *Non pro aliquo terreno fructu quærendo.* Ecce veram veri prædicatoris Apoſtolici & Evangelici effigiem & idæam: *Neque enim aliquando fuimus in ſermone adu- 1. Theſſ. 2. 5.* *lationis ſicut ſcitis, neque in occaſione avaritiæ, Deus teſtis eſt, nec quærentes ab hominibus gloriam, neque in vobis, neque in aliis.* Gilli- *Gill. Abb* bertus Abbas nonnullorum reprehendit *ſerm. 27.* obſtinationem, qui in ſermonibus ſuis nihil *in Cant.* aliud facere contendunt, quàm ut prædicent ſeipſos: *Student magis alta, quàm apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum ſui, non ipſorum ſalutem operantes.* Terribilis profectò eſt illa commina- *S. Bern.* tio, quam S. Bernardus in ſuis ſermonibus *ſerm. 41.* ſuper *in Cant.*

ſuper Cantica, adverſus ejuſcemodi prædicatores ſcriptam reliquit: *Væ qui bene de Deo ſentire & eloqui acceperunt, ſi quæſtum æſtiment pietatem, ſi convertant ad inanem gloriam, quòd ad lucra Dei acceperant erogandum; paveant quod in Propheta legitur, dicente Domino: Dedi eis aurum meum & argentum meum, ipſi autem de argento meo & auro operati ſunt Baal.* Ipſi enim talentis & donis, quæ Deus illis ad procurandam animarum ſalutem contulit, quæ Deo cariſſimo vitæ & ſanguinis ſui pretio conſtiterunt, utuntur ad mundi hujus captandam auram & applauſum, vel ut ad honores ſublimentur, aut verò ut lucrum ſibi temporale acquirant. Oſe. 2. 8.

Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.

7. S. Hieronymus ſcribit, quòd, ex quo Deus, poſtquam Moyſi præcepta digito ſuo conſcripta dederat, mox eidem præceperit, dicens: *Ligabis ea in manu tuâ, & erunt immota ante oculos tuos.* Et quidem ſenſus horum verborum hic eſſet: *Præcepta tua ſint in manu tua, ut opere adimpleantur, ſint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis,* nihilominus Phariſæi præceptum iſtud ſiniſtrè interpretantes, decalogum in membrana deſcriptum & circumvolutum, fronti inſtar coronæ ſuperimponebant, ut illum ſemper ob oculos poſitum haberent. Huncporrò uſum inquit S. Hieronymus, Indi, Perſæ, & Babyloni ad ipſius uſque tempora conſtanter retinuerunt: *Qui hoc habuerit, quaſi religioſus in populis judicatur.* Præterea (eſt merus præcitati S. Doctoris diſcurſus) Moyſes eidem populo præceperat, ut in quatuor palli ſui angulis cæruleas adnecterent fimbrias, ut per hæc ſigna exteriora à Gentilibus dignoſcerentur: *Ut quomodo in corporibus circumciſio ſignum Judaicæ gentis daret, ita & veſtis haberet aliquam differentiam; ſuperſtitioſi magiſtri captantes auram popularem, atque ex mulierculis ſectantes lucra, faciebant grandes fimbrias & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant, ut videlicet ambulantes & ſedentes interdum pungerentur, & quaſi hac monitione retraherentur ad officia Domini, & miniſteria ſervitutis ejus.* S. Thomas ſanctitatem ipſorum apparentem, hucuſque quidem pertigiſſe, non tamen veram fuiſſe dicit: *Onerosa non faciunt ſed aliqua, quæ exterius patent, bene faciunt.* Unde Bernardus ait: *Portant veſtes ſanctitatis, & hoc non eſt oneroſum.* Porrò Scribæ iſti & Phariſæi verum & à Deo in hiſce externis cæremoniis intentum ſenſum intelligere aut adimplere negligebant. Unde S. Hieronymus ait: *Non intelligentibus Phariſæis, quòd hæc in corde portanda ſint, non in corpore, alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notitiam Dei non habent. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ, in parvulis Evangeliis, & in crucis ligno, & iſtiuſmodi rebus (qui habent quidem zelum Dei, ſed non juxta ſcientiam) uſque hodie factitant, culicem liquantes, & camelum glutientes.* S. Thomas quoque errorem hunc in hujus præcepti Moſaici interpretatione nobis manifeſtat; nam illa verba Deuteron. 6. *Ligabis ea in manu tua,* ita exponit, *id eſt, in completione operis & ante oculos tuos, id eſt, in conſideratione tua* hi autem illud liberaliter intelligentes, illo ad vanitatis ſuæ fomentum uſi fuerunt, decalogum in veſtibus portantes, eaſque explicantes, ut tantò zeloſiores, & Spiritu ac ſanctitate perſonæ æſtimarentur. S. Hier. in Matt. Deut. 6. 8. S. Thom. in Matt. S. Bern. S. Hier. S. Thom. Deut. 6. 8.

Verſus 6.

Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis.

1. Salvator noſter hiſce vebis, internum horum hypocritarum animum vitiis infectum eſſe oſtendit. Albertus Magnus ait: *Eſt ambitio conjuncta gulæ, & ambitio conjuncta ſuperbiæ & favori ſæculari & laudi.* Amant primos in conviviis accubitus, quia in capite menſæ fercula communiter delicatiora & pretioſiora apponi ſolent. S. Antonius de Padua dicit: *Sequebantur carnis delitias, primos recubitus in menſa, ubi ſcilicet meliora portio ponebatur.* Albertus Magnus ait: *In tali loco meliores dapes dabantur, & meliora vina propinabantur.* Hanc eandem ambitionem, meliores ſemper captando cathedras, clarè ſatis teſtimonio manifeſtabant. Dionyſius Carthuſianus per primas cathedras intelligit: *Eminentiores ſedes, vel* Alb. M. S. Ant. Pad. Alb. M.

vel immoderatum amorem dignitatum, ut inquit Albertus magnus; siquidem prima semper loca, reverentias, & obsequia, & titulos speciosos ambiebant: *Ambitio est cum cupidine humana favoris.*

2. Ponderant quoque sacri expositores verbum illud *Amant. Dicit: Amant*, inquit S. Thomas, *Quia non reprehenditur authoritas, sed inordinatus appetitus; quidam enim sunt in primo loco corporaliter, qui tamen in corde sedent in novissimo.* Similem quoque considerationem habet S. Anselmus dum ait: *Notandum, quod non vetat eos salutari in foro, nec primus sedere vel discumbere, quibus revera competit hoc officii ordine; sed eos arguit, qui hæc habita vel non habita appetant: non enim reprehendit de dignitate, sed dignitatis cupiditate.* Author imperfecti observat, quòd Deus parum curet sivè corpus nostrum primo, sive ultimo loco consistat, sed solum respicit & curat animam: *Ergo quod jubet Dominus in ultimo loco recumbere, non solùm sic jubet, ut corpore novissimo in loco jaceamus, sed etiam animo, ut novissimos nos esse omnium judicemus; nam sine causa loco se humiliat, qui corde se præfert; unde non vituperat eos, qui in primo loco recumbunt, sed eos, qui amant primos discubitus.*

S. Thom. in Matt. S. Anſel. Aut. Imp hom. 43.

3. Theophylactus ab illis, qui primos discubitus ambiunt interius, arguit ad illos, qui operantur ut exaltentur: *Papè! quid dicit? Idcirco condemnantur, quia amant: Quodsi solùm amans primos accubitus condemnatur, qui nihil non facit pro illis, qua condemnatione dignus?* Et quidem primâ facie non videtur ingens esse transgressio ambire honores, nihilominus, ut Chrysostomus scribit: *Hæc etsi minima esse videantur, magnorum tamen causa sunt malorum, nam civitates & Ecclesias sæpenumero everterunt.* Quisquis Annales pervolvit Ecclesiasticos, videt clarissimè, multos ab obedientia Sedis Apostolicæ se subducentes, in gravissimos schismatis & hæresum errores prolapsos fuisse, eò quòd ad primas hasce cathedras non potuerint pervenire. Arius hæresiarcha, quia Episcopatum, quem arroganter ambiebat, non fuit assecutus, in illum se conjecit errorem, ut inter presbyterum simplicem & Episcopum, nullam neque quoad ordinem, nec quoad manûs impositionem, nec quoad sedem, differentiam intercedere assereret. Valentinianus ob eandem causam hæresiarcha factus est, triginta fingens Deos, quindecim mares, alios verò quindecim alterius sexûs, à quibus omnes alios Deos generari affirmabat. Tertullianus Montani hæretici partibus accessit, seque ab Ecclesia sequestravit, idque non ob aliam causam fecisse creditur, quàm quia illi in honoribus prælatus fuit Victor Antiochenus. Propter eundem inordinatæ ambitionis stimulum Novatianus magnum in Ecclesia schisma fecit; id quod alio tempore in Africa pariter ob eandem causam accidisse novimus.

Theophyl. Chryſoſt. hom 37. in Matth. Baron. an 58. n. 4. An. 146. n. 1. An. 201. n. 9. An. 254. n. 77. An. 306. n. 28.

4. Porro ex Evangelio clarè deducitur, quænam sint præcipua motiva eorum, qui ad sedendum in cathedra aspirant; quotquot enim dignitates sectantur Ecclesiasticas, ad aliud nihil æque respiciunt, quàm ad commoditatem vitæ, ad obsequia clientum, & ad lucra pecuniarum, quas inde se comparaturos esse sperant, de servitio Dei, de salute & lucro animarum nec quidquam cogitantes. *Super cathedram sederunt*; ecce tibi commoditatem vitæ: *Omnia opera sua faciunt ut videantur*; id est, ut æstimationem & applausum sibi acquirant, ut laudibus & adulationibus deliniantur: *Dilatant phylacteria sua*; instar pavonis syrma vestium suarum expandunt, magnamque in vestibus, apparatibus, cunctisque aliis tapetum opulentorum pretiosorumque ornamentis, faciunt ostentationem. *Amant primos recubitus*, ambiunt præcedentias, primas cathedras, ut ad dominandum, ut statura & decreta condenda promulgandas leges, sententiasque in rebus controversis ferendas, plenam authoritatem habeant: *Salutationes in foro*, venerabundum ab unoquoque accipiendo honoris obsequium: *Vocari ab hominibus Rabbi*, ut magnificis speciosisque titulis præfulgere & gaudere possint. Cæterùm nusquam in toto Evangelio invenietis, quòd ulla fiat mentio de facta per ipsorum industriam, malorum moram in populis dissoluta reformatione, de erogatis per illos eleëmosynis, de relictis post se salutaribus exemplis, de cultu Dei per ipsos promoto, de pauperum provisione, de plantata in subditis bona

disciplina Ecclesiastica, nihil horum de hujusmodi ambitiosis auditur, sed tantùm de iis, quæ pro ambitionis & gloriæ mundanæ fomento deservire possunt.

5. Porro argumentum evidens, unde tales ad scholam Christi minimè pertinere, colligi potest, hoc est, quia prima & præcipua lectio, quæ in schola Christi addiscenda proponitur, & à qua Christus, & discipulis suis spiritualiter erudiendis, primum deducebat fundamentum, est humilitas: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*; hi autem faciunt, quod huic lectioni omnino est oppositum. Unde Theophylactus ait: *Ubi magis debebant docere & alios humilitatem, eo loco illi ipsi majori fastu corrumpebantur.* Idipsum diu ante quoque Chrysostomus his verbis scripserat: *Tu autem considera, ibi maximè illos inanis fomenta gloriæ quæstivisse, ubi jubebantur humiliores esse in synagogis, videlicet qui ad docendos alios veniebant.*

Matth. 11. 29.

Theoph.

6. Sanctus Antonius de Padua quoque hanc ambitionem avaritiæ adscribit, dicens: *Sectabantur avaritiam, quia conabantur habere primas cathedras in synagogis, ut scilicet essent præcipui in oblationibus, quæ eis fiebant.*

S. Anton Pad. ser. in hac. fer.

Versus 7.

Et salutationes in foro, & locari ab hominibus Rabbi.

1. Rabanus, cujus testimonium Hugo Cardinalis adducit, culpabilem esse censet hanc prætensionem, qua in foro & plateis salutationes, & alia reverentiæ signa recipere gestiebant: *Quamvis*, inquit, *& hoc culpâ non careat, si iidem in foro litibus interessent, qui in cathedra Moysi, synagogæ magistri cupiunt appellari.* Sanctus Apostolus quendam in Episcopali cathedra jam sedentem, hoc salutari monito instruxit: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Quodnam putas in hoc latet mysterium, quòd clericis dum primum pedem scholæ Christi inferunt, capilli præcidantur, iique insigniantur primâ tonsurâ, ut vocant? *Clericus titulum habet in capite*, inquit Hugo Cardinalis, *scilicet tonsuram in signum abjectionis temporalium.* Sanctus Augustinus pariter scribit: *Caput radere signat cogitationes terrenas & superfluas à mente resecari*; sicut enim capilli non sunt pars corporis necessaria, nec integralis, sed superflua, ita bona corporalia nobis non sunt connaturalia, sed superflua. *Unde sacerdotes minimam partem capillorum in capite retinent, ut per eorum abrasionem sè minimam terrenorum sollicitudinem habere designant.*

Raban.

2. Tim. 2. 4.

Hugo Cardin. in c. 19. *Isa.*

S. Aug. de contemp. sæc. 1. 9.

2. Dici etiam potest, hosce cathedram Moysi occupantes, in eo fuisse culpabiles, quod in plateis conversarentur. De Nazaræis, qui ex proposito cultui Dei promovendo vocabant, Jeremias Thren. 4. v. 8. testatur, quòd: *Non sunt cogniti in plateis*; unde satis colligitur, hosce ex cathedra Moysis docentes, solitudini parum fuisse addictos. Sanctus Matthæus cap. 4. pulchrè describit, quando Christus prædicare, & tanquam Magister in cathedra sedere cœperit: *Exinde cœpit Iesus prædicare.* Sed quando? Author imperfecti dicit: *Ex quo famem vicit in deserto, avaritiam sprevit in monte, vanam gloriam repercussit super templum.* Quidnam verò hæc omnia nos docent? Ut nobis ostendat, qui ventri suo contradicere potest, qui sæculi bona contemnit, qui vanam gloriam non desiderat, ille debet Christi vicarius factus justitiam prædicare; postquam quadraginta solidos dies perseveravit in solitudine, tunc ad prædicandum egredi cœpit; quia ad hoc, ut quis dignè verbum Dei annuntiet, speratum quoque in animalibus fructum adferat, necessarium est ut prædicator solitudinem diligat, & quoad fieri potest ab omni commercio humano sequestratus vivat. Etenim quis majorem unquam in prædicando efficaciam audivit eâ, qua Joannes Baptista prædicate consueverat? Scimus namque, quàm fuerint ex ejus prædicatione subsecutæ conversiones; sed ubinam prædicare solebat? In horrido quodam deserto: atque ideo in tanta apud illum, Deo licèt rebellum & contumacem populum, veneratione & reverentia erat. Hoc maximè illi reverentiam augebat, inquit Rupertus Abbas, quia veniebat ignotus, quia cum hominibus non fuerat conversatio ejus.

Thren. 4. 8.

Matt. 4. 17.

Aut. imp. hom. 4.

Rup. Ab. in cap. 3 *Matth.*

3. Jan-

Ianſen. c.110. 3. Janſenius ambitionem eorum ex ea parte conſiderat, quòd ambiebant paſſim appellari Magiſtri: *Qui enim ſibi in nomine placent Doctoris, hoc ipſo declarant, ſe plus ſibi arrogare, quàm ipſis competat, & quaſi primarios reputare Magiſtros; ac proinde ei, qui ſolus eſt verè Magiſter, injuriam faciunt, ſibi vendicare quod illius eſt.*

Verſus 8.

Vos autem nolite vocari Rabbi, unus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis.

Cajet. 1. Cajetanus optimè conſiderat, Chriſtum nequaquam hanc nobis prohibere appellationem, quæ ab aliis nobis attribuitur; ſed eam tantùm, quæ ambitionem & deſiderium noſtrum annexum habet: *Non enim mihi prohibetur aliena actio, ſed propria, ac per hoc non vocari, ſed affectus ut vocer, affectus ad gloriam nominis.* *Theoph.* Similiter Theophylactus prohibitionem nequaquam circa titulum fieri dicit, ſed circa inordinatam noſtram affectionem: *Non prohibet Chriſtus vocari quempiam Magiſtrum, ſed tantá affectione velle vocari, & omnibus modis curare, ut ita vocetur.* *S. Thom. in Matt.* Eadem quoque eſt S. Thomæ expoſitio, *id eſt, non ambiatis.*

2. Porrò ratio, quam Chriſtus reddit, cur nolit hunc titulum à ſuis, ad quos ſuum direxit diſcurſum, uſurpari, fuit, quia ſolus Deus poteſt vocari Magiſter. *S. Aug. l. conf. c. 2* S. Auguſtinus libri cujuſdam à ſe compoſiti mentionem facit, quem hoc nomine, Magiſter, intitulavit: *Sub idem tempus*, ait, *ſcripſi librum de Magiſtro, in quo diſputatur, quæritur, & invenitur, Magiſtrum non eſſe, qui docuit hominem ſcientiam, niſi Deum, ſecundùm illud, quod in Evangelio ſcriptum eſt: Unus eſt Magiſter veſter Chriſtus.*

S. Th. ib. 3. S. Thomas ſpeculando dicit, eum, qui doctrinam ab alio acceptam & traditam aliis communicat, magiſtrum appellari non poſſe, ſed ſolùm illum, qui eandem in, & à ſemetipſo habet, & hoc ſenſu ſolus Deus, Magiſter appellandus venit, utpote qui ſcientiam ſibi propriam habet, nec ab ullo alio *S. Anſel.* hauſtam. S. Anſelmus ait: *Unus eſt Magiſter, qui illuminat hominem, intellectum dando, homo autem non docet, intellectum conferendo.* *S. Paſch.* S. Paſchaſius aliam rationem adducit, dum ait: *Chriſtus, licèt multi doceant, unus eſt Magiſter omnium, qui omnes homines intus non artificioſè, ſed naturaliter docet,* ideò Paulus clamat: *Neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus, non enim hominis intellectum præſtat dicendo, ſed à Deo præſtatur, qui intellectum dat parvulis, & ait: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te; unde beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Eandem quoque rationem reddit Lyranus, dicens: *Quia ſolus Deus poteſt docere interiùs, intellectum illuminando, ſeu ſpeciem intelligibilem infundendo, homo autem docet ſolùm exterius aliqua proponendo.* Dionyſius Carthuſianus de hoc unico Magiſtro ita ſcribit: *De quo ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis;* Et de eodem non ſubjungit: *Sine cujus magiſterio fruſtra laborabit Doctor ſeu Prædicator exterius.*

lib. 10. in Matt. *1. Cor. 3. 7.* *Pſ. 31. & Pſ. 93. 12.* *Lyran.* *Dion. Cart. Eccli. 1. 5.*

Omnes autem vos fratres eſtis.

4. Albertus Magnus verba hæc quoad parentelam ſpiritualem exponit, dicens: *In gratia & eſſe ſpirituali formati ex uno Patre, Hebr. 2. Fratres ſancti vocationis cœleſtis participes. 2. Non confunditur Chriſtus. fratres vocare eos, dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Dionyſius Carthuſianus dicit, omnes nos nepotes & cognatos eſſe à protoparentibus Adamo & Eva oriundos, quoad hoc, quod corporis generationem ſpectat, quoad animam verò hanc omnes uni & eidem Creatori in acceptis referre debemus: *Æquales quoque in natura ſpecifica, & filii Dei adoptivi per gratiam;* adducitque textum illum Malachiæ dicentis: *Nunquid non Pater unus omnium noſtrùm? nunquid non unus creavit nos?* *Alb. M.* *Hebr. 2. 1.* *Hebr. 2. v. 11. & 12.* *Malac. 2. v. 10.*

5. Chriſtus Salvator noſter nos omnes in lege Evangelica ſtabilire volens, loco baſis & fundamenti omnium præceptorum, dilectionem reciprocam eſſe voluit, dicens: *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem. Plenitudo legis eſt dictio*; ad hoc autem ut nos invicem cordialiſſimè diligeremus, arctiori vinculo nos adinvicem adſtringere non poterat, quàm ſi per verbum æternæ veritatis

Ioan. 13. v. 34. *Rom. 13 v. 10.*

itatis, nos ad invicem fratres esse affirmaret. Et ideo Malachias Propheta, postquam dixisset: *Nunquid non Pater unus omnium nostrum? nunquid non Deus unus creavit nos?* paulò post subjungit: *Quare ergo despicit unusquisque nostrûm fratrem suum?*

Malac. 2. v. 10.

Versus 9.

Et Patrem nolite vocare vobis super terram, unus est enim Pater vester, qui in cœlis est.

Et Patrem nolite vocare vobis super terram.

1. Veruntamen receptissimus est in Ecclesia usus, quòd multi Religiosi (etiam illi, qui in optima observantia vitam suam regularem traducunt) Magistrorum & Patrum titulo appellentur; ac proinde Venerab. Beda multas suo tempore circa hunc textum quæstiones motas fuisse dicit: *Sed facilè solvuntur, quòd quomodo unus per naturam Deus, & unus filius non præjudicat cæteris, ne per adoptionem Dii vocentur, & filii: ita unus Pater & Magister non præjudicat aliis, ut abusivè appellentur Patres & Magistri.* S. Hieronymus huic dubio aliter respondet, dicens: *Aliud est naturâ Patrem & Magistrum, aliud indulgentiâ, nos si hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non authorem nostræ ostendimus vitæ; magister quoque dicitur ex consortio veri magistri.*

Beda in Matth.

S. Hier.

Unus est enim Pater vester, qui in cœlis est.

2. Lyranus notat, quòd, tametsi vel genitores nostri, vel ætate valde maturi & decrepiti, vel nostri in vita spirituali magistri, Patris titulo appellari soleant, attamen solus Deus verè Pater appellari possit: *Quia ab eo solo habemus animam intellectivam, quæ est forma hominis.* Aristoteles quoque ait: *Pater est, qui sui aliquid habet in alio, ex quo ille constat in fieri, & esse perfectos* nullus igitur præter Deum Pater noster appellari poterit, prout sancta illa Machabæorum mater ex instinctu utique superno professa fuit, dum ait: *Neque ego spiritum & animam donavi vobis, & vitam,* (cum filiis loquebatur) *& singulorum membra non ego ipsa compegi, sed mundi creator.* S. Thomas rationem reddit, cur Christus voluerit, ut æternum Patrem suum, nostrum appellaremus & invocaremus Patrem, dum ait: *Cùm oratis, dicite, Pater noster. Dicitur Pater, ratione specialis creationis, quia creavit nos ad imaginem & similitudinem suam, quam aliis creaturis non impressit.* Similiter Pater noster meritò dicitur, ob curam paternam, quam erga unumquemque nostrûm gerit, quæ tanta est, ut S. Augustinus ad Deum conversus dicat: *Sic curas unumquemque nostrûm, tanquam solùm cures; sic omnes, tanquam singulos.*

Lyran.

Aristot. l. de anima.

2. Mach. 7. v. 22.

S. Thom. t. 17. opusc. 7. de ora. Dom.

S. Aug. l. 3. conf. cap. 11.

Unus est enim Pater vester.

3. Nam ut Apostolus ait: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis Paternitas in cœlis & in terra nominatur.*

Eph. 3. 14

4. Hoc singularissimum privilegium: *Omnia dona excedit*, inquit S. Gregorius, *nimirum ut Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet Patrem.* Propter hoc Chrysologus præ nimio stupore absorptus, exclamare hunc in modum cogitur: *Nihil tam stupet cœlum, pavet terra, & expavescit universa creatura, servus Dominum Patrem vocare audet*; hic honor unicè nobis reservatus fuit: siquidem Hebræorum populus, cæteroquin tantopere à Deo electus & prædilectus, eò præsumptionis ascendere nunquam ausus fuit, ut Deum communi titulo Patrem cognominare auderet; nec mirum, nam de illis Apostolus scribit: *Acceperunt spiritum servitutis in timore*; non verò idem de nobis ait, quia potius: *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater.*

S. Greg. hom. 19. in Ezech

S. Chrysol. serm 70.

Rom. 8. 15.

5. Advertendum, quales sancti Patres ex illis præmissis deducant consequentias: *Vocate Deum Patrem*, inquit Chrysologus, sed cum quo pacto, vel conditione? *quatenus sit vobis cœlestis vita, sint vobis divini mores, quia cœlestis Pater respondentes generi filios muneribus ditat divinis, degenerantes ad pœnalem revocat servitutem.* Idem quoque monitum S. Cyprianus sequentibus verbis

S. Chrysol. serm 71.

S.Cypr. de orat. Dom. verbis ſubminiſtrat: *Meminiſſe itaque & ſcire debemus, quia quando Patrem Deum dicimus, quaſi filii Dei agere debemus, ut, quomodo nos nobis placemus de Deo Patre, ſic ſibi placeat & ille de nobis filiis.*

quoad muneris ſui exercitium exponit, dicens: *Exhibebit ſe ad miniſtrandum vobis, recognoſcendo ſe in veritate accepiſſe majoritatem ad miniſtrandum vobis doctrinam, bonos mores & univerſaliter, quæ ſunt ſpiritûs.*

Verſus 11.

Qui major eſt veſtrûm, erit miniſter veſter.

S.Thom. in Ioan. 1. S. Thomas diſcipulos opponere & replicare potuiſſe dicit: *Vis, quòd non ſit prælatio in terra?* at ſtatim ſubdit: *Dicit Dominus, hoc non volo, ſed volo, quòd qui major eſt veſtrûm, ſit veſter miniſter, id eſt, non ſe exiſtimet ut ſuperiorem, ſed ut miniſtrum;* ac proinde S. Franciſcus omnes Religionis ſuæ Superiores & Prælatos hoc nomine appellari & intitulari voluit.

S.Anſel. 2. S. Anſelmus ait: *Hoc docet, non eſſe contendendum de primatu; quicunque enim vult fratrem ſuum prævenire regnando, priùs præveniat illum obſequendo.* Lyranus ſuper verbum *Miniſter*, dicit: *Sit miniſter, id eſt, paratus ad officia humilitatis, ſecundùm decentiam ſui ſtatûs; propter hoc Papa vocat ſe ſervum ſervorum Dei.* Cajetanus miniſterium iſtud,

Verſus 12.

Qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur: & qui ſe humiliaverit, exaltabitur.

1. Cajetanus ly *ſe exaltaverit*, obſervat, & dicit: *Superbus acutiſſimè deſcribitur per proprium objectum, dicendo, ſe; nam objectum, ſuperbi non eſt honor aut gloria, ſed ipſemet;* eo ipſo enim, inquit Chriſtus, quo ſeipſum exaltat, immoderatum ambitionis ſuæ appetitum exprimit: *Affectus, ſtudium, officiumque ſuperbi totum tendit ad exaltandum ſe, humiliabitur tandem à Deo.* Syriaca legit: *Quicunque efferet ſeipſum, deprimetur, & qui ſeipſum depreſſerit, efferetur.* *Idem.*

* *
*



FERIA

FERIA QUARTA POST II. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Matth. cap. 20.

Vers. 17. *Ascendens Jesus Jerosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis: 18. Ecce ascendimus Jerosolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte. 19. Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertiâ die resurget. 20. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo, qui dixit ei: Quid vis? 21. Ait illi: Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. 22. Respondens autem Jesus dixit: Nescitis, quid petatis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. 23. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. 24. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. 25. Jesus autem vocavit eos ad se, & ait: Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui majores sunt, potestatem exercent in eos. 26. Non ita erit inter vos; sed quicunque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. 27. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. 28. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam pro multis.*

Versus 17.

Ascendens Jesus Jerosolymam, assumpsit duodecim discipulos secreto.

REdemptor noster tempori Passionis suæ proximus, per hanc antecedentem prædictionem aliud nihil intendit, quàm ut discipulorum suorum animos ad generositatem animaret, ne turbarentur; ita S. Anselmus ait: *Intimando eis mortem, præparat eos ad tentationem, ne turbarentur, cùm viderent morientem.* *S. Ansel.*

2. In aliis occasionibus pauculos discipulos testes elegit, prout videre est in monte Thabor, in resuscitatione filiæ Archisynagogi, in hisce namque locis solos Petrum, Jacobum, & Joannem secum habuit: at verò nunc omnes duodecim secum sumpsit, idque ut denotaret, quòd, ubi de patiendo de prodigenda pro nostra redemptione vita & sanguine agitur, Salvator noster neminem excipiat, quin potiùs ipsummet quoque traditorem suum admittat, quia, quantum est ex parte sua, *Vult omnes salvos fieri*; etenim Salvator clarè satis, se à Juda in manus satellitum & lictorum tradendum esse prævidebat: *Filius hominis tradetur*, nec tamen eum ex hac prædictione auscultanda excluſit; imò ne quidem, ut famæ ejus integritati consuleret, ipsum vel minimo verbo revelare voluit. Quamvis Origenes econtrà diabolum nondum venenum suum cordi Judæ pro tunc instillâsse existimet: *Adhuc nesciebat Judas quid esset facturus, sed nec aliquis nostrum scit; nam & omnibus dictum: Noli gloriari in crastinum, Prov. 27.* *1. Tim. 2. v. 4.* *Origen. hom. 12. in Matt.* *Prov. 27. v. 1.*

Secretò.

Secreto.

3. Ingens porrò hominum multitudo eum ſequebatur, atque ideò cum Apoſtolis locuturus, ad partem eos à turba ſeduxit. *Quia magnum erat Sacramentum,* inquit S. Paſchaſius, *Semper pretioſior theſaurus & ſacratior fidelioribus credendus eſt, & in vaſis pretioſioribus recondendus.* Eandem quoque S. Thomas opinionem ſuſtinet, dum ait: *Magna eis oſtendere volebat, ideò non omnibus erant communicanda, atque ideò vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei,* aliàs Apoſtolis dixerat: ad hæc turbæ, myſterii cujuſdam & ſacramenti adeò ſublimis intelligendi, quale erat, quòd filius Dei crucifigendus, ac demum immortalis & glorioſus reſurrecturus eſſet, incapaces erant: *Non omnes capiebant verbum iſtud,* & prouti in ordine ad aliud quoddam propoſitum dixerat: *Nolite ſanctum dare canibus.* Hugo Cardinalis ait: *In hoc inſtruimur, quòd revelandum eſt conſilium antiquioribus & bonis. Propter vitandum ſcandalum,* (eſt hæc alia à S. Thoma allata ratio) *quia viri, qui nondum erant perfecti, averſi fuiſſent abeo ſi audiſſent mortem ejus, mulieres provocatæ fuiſſent ad lachrymas.*

S. Paſch. ibid. S. Th. hîc Luc. 8. 11. Mat. 19. v. 11. Matt. 7. 6. Hugo Card.

4. Origenes in Catena citatus ait: *Adhuc erat & Judas, adhuc enim forſitan dignus erat cum aliis ſeorſim audire, quæ paſſurus erat Magiſter.* Syriaca legit: *Aſſumpſit duodecim diſcipulos inter ſe & ipſos privatim.* Unde perſpicuè colligitur, quòd ad divina myſteria, ſeriâ meditatione penſitanda, & ſpecialiter ad deplorandam, & compaſſione proſequendam ejus paſſionem, nihil ſit utiliùs & efficaciùs, quàm ſolitudo, & ab hominibus ſeorſim facta ſequeſtratio.

Orig. tr. 11. in

5. Hugo Cardinalis dicit, Chriſtum aſſumpſiſſe illos ſecretò, *Propter exemplum, ut tu veniens ad clauſtrum, non multis manifeſtes.* Atque ex Geneſ. 35. capite exemplum Jacob adducit, qui à Laban *inſalutato hoſpite receſſit.*

Hugo Card. in Matt. Gen. 31. v. 20.

6. Ex hujus quoque Evangelii diſcurſu obſervandum eſt, quòd, quia ſapientiſſimus & prudentiſſimus Magiſter Chriſtus, duos illos fratres manifeſtè nimis ambitioſos futuros, aliósque decem Apoſtolos ex duorum fratrum ambitioſa petitione ad indignationem permovendos eſſe prævidit, eò quòd & ipſi gloriæ mundanæ avidè cupidi, ideóque duobus illis invidi erant, ideò duodecim illos diſcipulos valde prudenter à turba ſequeſtrarit, ne hæc de ſcholæ ſuæ diſcipulis, quibus velut primam præcipuámque doctrinæ ſuæ maximam, humilitatem adeò ſollicitè inculcaverat, humilem nimis abjectámque opinionem conciperet, ſicut etiam ut ipſorum verecundiæ & confuſioni conſuleret, qua aliàs indubiè in totius populi conſpectu conſpergendi fuiſſent, qua in re prudentiam & charitatem nos docere voluit adhibendam à nobis ad defectus proximorum, maximéque Eccleſiaſticorum, à mundanorum oculis occultandos, ne aliquod apud ſæculares exiſtimationis & reverentiæ illis debitæ, patiantur præjudiciũ.

7. Hugo Cardinalis dicit, quòd Chriſtus diſcipulos ſecretò abduxerit: *Hoc fecit contra hypocritas, qui quando vadunt ad crucem patientiæ, non ſecretò faciunt hoc, ſed publicè.*

Verſus 18.

Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte.

Ecce aſcendimus Jeroſolymam.

1. *Signanter ait: Ecce Aſcendimus,* inquit S. Paſchaſius, *nam ecce hoc loco conteſtantis eſt ſermo, ut memoriam præſcientiæ hujus in cordibus ſuis reconderent.* Hæc etenim prædictio id poſtea in Apoſtolorum cordibus operabatur, ut ad eam ſe Paſſionis tempore reflectentes, de ejus morte minùs turbarentur, memores nimirum, quòd illam ſecundùm omnes in Paſſione ipſius concurrentes circumſtantias accuratiſſimè prædixiſſet, ultróque elegiſſet. Author Imperfecti idipſum diu antè ſcripſit, dum ita ait: *Acſi dicat: Videte, quia voluntariè vado ad mortem, nemo me vocat Jeroſolymam, nullius poteſtatis præceptum timeo.* Conſiderat inſuper Cajetanus aliquid, unde ipſum ſe propriâ voluntate ad mortem obtuliſſe convincitur, nimirum: *Non ſolùm Paſſionem, ſed ſpecies Paſſionis prædicit;* prævidet námque præcisè &

S. Paſch. hîc. Auth. Imp. hom. 35. Cajet.

annuntiat Paſſionis futuræ locum, dum ait: *Ieroſolymam*; ſiquidem ut in S. Luca ſcribitur: *Non capit Prophetam perire extra Ieruſalem*; *& quare?* quærit S. Thomas: *Quia erat locus legalis & ſacerdotalis, & utrúmque conveniebat Chriſto; quia ſicut Sacerdos verus debebat immolare pro populo, ſic & Chriſtus hoſtiam obtulit pro mundo.*

Luc.13. v.33. *S.Th.hîc*

Auth. Imp. ib. 2. Author Imperfecti hanc tertiam fuiſſe vicem notat, quâ Apoſtolis Paſſionem ſuam annuntiabat: *Ecce nunc jam tertiâ vice prædico vobis myſterium Paſſionis meæ futuræ*; cujus S. Paſchaſius rationem reddit, dicens: *Ut ex præſcientia divinitatis ejus plenè intelligatur, & conſideratio divinitatis fidem ipſorum amplius corroboret & confirmet in tempore Paſſionis, ut totum quod patiebatur, diſpoſitioni voluntatis ejus applicet, non neceſſitati naturæ.* Adduci quoque aliud poteſt motivum, quod ab Authore Imperfecti his verbis traditur: *Ut myſterium Paſſionis altiùs inſideat mentibus veſtris frequentiùs repetitum*; ac proinde Apoſtolo meditationem Paſſionis Dominicæ ſuadere volenti, non ſufficiebat dicere: *Cogitate*; ſed ait: *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit*, &c.

S.Paſch. *Heb.12. v.3.*

3. Notandum eſt inſuper, quòd progreſſum ad Calvariæ montem, aſcenſionem appellârit, quia quando de Paſſione adeunda agebatur, gyganteis greſſibus properabat: *Exaltavit ut gygas ad currrendam viam.* Unde de Albertus Magnus ſuper hæc verba ait: *Quia Paſſionem ſuam aſcenſionem eſſe reputavit.*

Pſ.18. 6. *Alb. M.*

Filius hominis tradetur Principibus.

Paul de Pal. in Matt. 4. Paulus de Palatio ait: *Videmundi ſapientiam, nobilitatem, culmen contra Chriſtum armari; hæc vobis ô Chriſtiani, qui cum Chriſto aſcendiſtis, exſpectate, totus infernus, totúſque mundus contra vos inſurgit.* Quiſquis ad perfectionis verticem conſcendere ſatagit, inſeſtationes, contradictiones, motus & irriſiones ut expectet, oportet. Quod S. Auguſtinum, totaliter ſe ad Deum convertentem, per experientiam veriſimile eſt comprobâſſe; ſiquidem ita ſcribit: *Sunt multi malè viventes Chriſtiani, inter quos qui voluerit benè vivere, patitur ipſos Chriſtianos inſultatores.*

S.Aug. in Pſ. 90.

Verſus 20.

Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo, Qui dixit: Quid vis?

Tunc acceſſit ad eum.

1. Valde myſterioſum eſt ly illud *Tunc*; videtur enim Evangeliſta per hoc innuere velle, quòd eodem prorſus tempore, quo Chriſtus ſe deludendum, tradendum, flagellandum, & crucifigendum eſſe prædicebat, hæc mulier in conſpectum Domini prodierit, ut pro filiis ſuis ſceptra thronóſque regios expoſceret; ecce tibi, quàm ſit inordinata & inconſulta vehemens illa ambitionis impellentis paſſio.

2. Abertus Magnus Chriſtum tunc inter alia Reſurrectionis ſuæ mentionem fuiſſe obſervat: *Quomodo mentionem fecerat de Reſurrectione, in qua regnaturus erat in poteſtate, de qua dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.*

Alb. M. hîc. Matt. 28.v.18.

3. Baſilius Seleucus Crucem, juxta regii Prophetæ vaticinium, regium regni Chriſti vexillum, & ſignum futurum eſſe notat; unde Eccleſia canit: *Dominus regnavit à ligno*; & ideò dum latronis in crucis patibulo ſuſpenſi petitionem memorat, ita de hac filiorum Zebedæi matre ſcribit: *Antevertit, ut apparet, latronis voces, mulier; ille in cruce orationes fundebat: Memento mei dum veneris in regnum tuum; hæc autem crucem pro regno ſupplicabat.*

Baſil. Seleuc. orat. 24. *Luc. 23. v.42.*

4. Porrò controverſum eſt inter Scriptores, an hic mulieris ad Chriſtum acceſſus, hicque petitionis propoſitæ ſtrepitus, directè & immediatè, ac principaliter ab ipſa factus; an verò ad hanc petitionem faciendam à filiis ſuis ad Chriſtum miſſa & directa fuerit. Albertus Magnus ait: *Acceſſit auſu familiaritatis & conſanguinitatis.* Ipſa namque una illarum erat, de qua ſcribitur: *Miſtrabant ei de facultatibus ſuis.* Abulenſis adjungit: *Quia facilius concederet Chriſtus matri, quàm filiis, quia fortè illa adjuverat Dominam noſtram ſororem ſuam, ad nutriendum Chriſtum.* Præterquam, quòd contra hunc dominii avidum ſexum, fortis admodum

Alb. M. *Luc.3.8.* *Abulenſ. qu.54. in Matt.*

dum ſtet præſumptio; etenim ſexus ille omnium primò per luciferum ſupplantatus fuiſſe noſcitur, eodem quoque velut inſtrumento uſus eſt, ad inſtillandum Adamo hoc ambitionis venenum: *Eritis ſicut Dii.* Tritum quoque eſt illud, quod de Agrippina Neronis matre ſcribitur, ſcilicet, quòd cùm hunc filium, ſeu potius naturæ monſtrum per partum ſuum enixa fuiſſet, cupida ſciendi, ad imperii faſtigium evehendus aliquando eſſet, Aſtrologos ſollicitè conſuluerit, qui formatâ infantis nativitate, illum quidem regnaturum, at matrem ſuam pariter interfecturum eſſe dixerunt; quo audito ipſa primò quidem cogitabunda ſubſtitit, tandem verò reſpondit: *Occidat, dum imperet.*

Gen. 35.

5. Veruntamen verisimilius eſt, ipſam hanc ſupplicationem Chriſto porrexiſſe, à filiis ſuis ſubornatam. Ita enim opinatur S. Paſchaſius, quod quidem etiam ex textu S. Marci colligi poſſe videtur, qui dicit: *Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes, dicentes: Volumus, ut quodcunque petierimus, facias nobis; unde manifeſtum eſt, hanc eadem poſtulâſſe, quæ à filiis ſuis ei perſuaſa ſunt, & ideò quaſi ipſi per ſe acceſſerunt.* Hujus quoque opinionis veritas ex reſponſione Dei illius, qui *ſcrutatur renes & corda, & ſcit quid ſit in homine*, haud obſcurè colligitur; liquidem Dominus non matri, ſed filiis ejus directè reſpondet. Unde S. Hieronymus ait: *Mater poſtulat, & diſcipulis loquitur, intelligens preces ejus ex filiorum deſcendere voluntate.* Finis autem, propter quem matris operâ uſi fuerunt, ille fuiſſe videtur, quem jam inſinuavimus, & quem Janſenius quoque his verbis indicat: *Veriſimile eſt, hos fratres matrem ſubornâſſe, quia illa inter eas eſſet mulieres, quæ Domino ſerviebant, & miniſtrabant de facultatibus ſuis, & ſecutæ eum fuerant à Galilæa;* nec mirum, quòd in eorum petitionem proponendam conſenſerit, quia mater erat. *Magna vis amoris in matribus*, inquiunt pariter S. Paſchaſius & S. Ambroſius: *Matrem conſiderate, matrem cogitate.* At hæc Authoris imperfecti conſideratio eſt, filios tale inter ſe agitâſſe conſilium: *Submittamus matrem noſtram, ut ſuo nomine deprecetur pro nobis, & fiunt duo bona; ſi enim res ipſa reprehenſibilis inventa fuerit, facilè miretur veniam, quaſi mulier; ipſa enim ſexus excuſat errorem, ſi autem non fuerit importuna, facilius impetrabit.* S. Paſchaſius aliam adfert rationem, cur S. Jacobus & S. Joannes in perſona propria, ad hanc petitionem faciendam, Chriſtum non convenerint: *Ne ulla ſuſpicio, quòd ipſi hoc petierunt, naſceretur, neque invidia inter diſcipulos, quòd ipſi hoc appeterent, oriretur.*

S.Paſch. Marc. 10.v. 35. *Ierem. 17.v.10.* *Ianſen. conc. c. 104.* *S.Paſch. S.Ambr. l.5. de fide c. 2.* *Aut.Imp hom. 35.* *S.Paſch.*

6. Chryſoſtomus nihilominùs non ſolùm matrem, nec filios ſolos, ſed nos ſimul & conjunctim cum matre Chriſtum acceſſiſſe opinatur: *Utrúmque fuiſſe credendum, matrémque ab eis aſſumptam, ut per authoritatem ſupplicantis, Chriſtum facilius exorarent;* hæcque opinio ex verbis textûs clarè colligitur, in quo expreſsè dicitur: *Acceſſit cum filiis ſuis.*

Chryſoſtom. hom 66. in Matt.

Mater filiorum Zebedæi.

7. Lucas Burgenſis dicit, eam *proprio nomine Salome* appellatum fuiſſe; Evangeliſta autem non vocat illam Zebedæi uxorem, quia, ut idem Burgenſis ait, veriſimile eſt, ipſam fuiſſe viduam. Albertus Magnus idipſum opinatur, quia ſi Pater Zebedæus etiamnum ſuperſtes fuiſſet, *officium petendi pro his patri commiſiſſet.* Alii verò ſacri expoſitores, ipſum tunc quoque vivum & ſuperſtitem fuiſſe exiſtimant. Hugo Cardinalis ait: *Magna laus eſt hujus mulieris, nam relicto viro ſecuta eſt Chriſtum, quia ille temporalis maritus erat, iſte autem perfectus ſponſus.* S. Paſchaſius dicit, quòd non ſolùm filii, ſed & mater ſe totam Chriſti diſciplinæ addixerit: *Nec eam vicit maritalis affectus*, Albertus Magnus ait: *Fit mentio Zebedæi, qui fuit ita amicus Ieſu, quod æquanimiter ſuſtinuit derelinqui à filiis, ut ſequerentur Ieſum.*

Luc.Bur *Alb.M.* *Hugo Car.hic.* *S.Paſch.* *Alb.M.*

8. Author Imperfecti mulierem hanc velut egregiis virtutibus præditam deprædicat, utpote quæ ſancta fuit, & cujus in Martyrologio Romano die 22. Octobris fit commemoratio: *Sexu fragili*, inquit, *& jam ætate defecta Chriſti ſequebatur veſtigia, quia fides nunquam ſeneſcit, & religio fatigationem non ſentit.* Verùm dicat hîc aliquis: ex quo mulier hæc adeò ſancta fuit, cur pro

Aut. Im.

comparandis filiorum honoribus ſe adeò oſtendit ambitioſam? Ecce quoniam homines etiam ſanctos carnis & ſanguinis affectus non adigat! ſiquidem hæc petitio, (tametſi in ea de primis ſedibus, non cujuslibet regni, ſed ſolius regni Chriſti ageretur) utique rationabilis nequaquam extitit, ſecus enim Chriſtus non dixiſſet: *Neſcitis quid petatis.* Unde S. Ambroſius ait: *Etſi error pietatis tamen non eſt error, neſciunt enim materna viſcera patientiam.*

S. Ambr. loc. cit.

Adorans.

9. Enimverò ſi hæc mulier Chriſtum, tanquam verum Dei filium agnoviſſet, conſequenter utique intellexiſſet, ipſum non fuiſſe regnaturum temporaliter: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ecce tibi genuinam ambitionis naturam: ſuperbi námque, ad hoc ut deſideratos aſſequantur honores, priùs ſerviunt, & ad objecta, ipſorúmque natalibus & conditionibus indigna ſervitia ſeſe dimittunt: *Gloriam præcedit humilitas.* Unde S. Ambroſius ait: *Ambitio, ut dominetur, aliis priùs ſervit, curvatur obſequio, ut honore donetur, & dum vult eſſe ſublimior, fit demiſſior.* Abſolon potentiſſimi Regis filius, præ nimio throni poſſidendi deſiderio, moræ paternæ mortis impatiens, dum contra patrem machinatur rebellionem, ad conciliandam ſibi populi ſubditi benevolentiam, omnibus magna cum ſubmiſſione occurrebat, ſua illi ſubſidia & favores ultrò citróque offerens. Unde ſuccinctè quidem, ſed valde ingeniosè ſanctus Cyprianus hac de re ita loquitur: *Qui amictu clariore fulgere tibi videtur in purpura, quibus hoc ſordibus emit ut fulgeat?* quantæ ab ambitioſis indignitates committuntur, ad conciliandam ſibi ejus gratiam, à quo ſuî exaltationem exſpectant! Sanctus Bernardus de tertia tentatione, qua dæmon Salvatorem noſtrum aggreſſus, in idololatriam protrudere conatus fuit, tractans, ita ſcribit: *Tertia diaboli tentatio de ambitione fuit, quando omnia regna mundi promiſit, ſi cadens adoraret eum; videſne quòd ambitionis via, adoratio diaboli eſt.*

Ioan. 18. v. 36.

Prov. 15. v. 33.

S. Ambr. l. 4. in Luc.

2. Reg. 15. v. 5.

S. Cypr. ad Donat.

S. Bern. ſer. 6. in Pſ. 90.

10. Lucas Burgenſis ly *adorans* explicat, dicendo: *inſigni reverentiæ officio Jeſu animum captat, adorans, & petens.* Experientia quippe quotidiana demonſtrat, quòd, dum aliquid nobis petendum eſt, maximè dum honores exſpectantur & ſperantur, ad quævis etiam infima obſequia nos objiciamus, magnificiſque ac ſpecioſis titulis patronos noſtros condecorare ſoleamus. Unde Innocentius III. ſcribit, quòd *Ambitioſus humilitatem ſimulat*, atque ideo illa à talibus oblata obſequia, ſubmiſſiones, profundiſſimæ reverentiæ, fictæ communiter ſunt, & vel ex ambitione, aut immoderata ſuperbia, vel ex motivo proprii, & ſpe intentum noſtrum aſſequendi procedunt.

Luc. Burg.

Inno. III l. 2. de contempt. ſæc. c. 26.

Petens aliquid ab eo.

11. Sanctus Marcus clarè diſcipulos coram Domino cum jam inſinuata petitione comparuiſſe dicit: *Volumus, ut quodcunq; petierimus, facias nobis.* Lucas Burgenſis notat, matrem priùs in genere ſibi petiiſſe concedi id, quod petitura eſſet: *Verita enim & ipſa repulſam; ubi declaratura eſſet quid illud eſſet, quod poſtularet, conatur ante omnia Jeſum ſibi generali pollicitatione devincere, aſſenſum venata, antequam petat, ne poſtea negare liceret.*

Luc. Burg.

12. Verùm enimverò quiſnam eſt hic tam peregrinus loquendi modus, ſeu quæ phraſis hæc eſt, qua ad ſollicitandas primas & præcipuas in regno Dei (de quo ſcribitur: *Domini eſt terra, & plenitudo ejus*) duntaxat appellatur? Betſabea apud Salomonem filium ſuum, ad regnum aſſumptum, pro Adonia intervenies, memoriale quoddam præſentavit, hunc in ſe petitionis tenorem continens: *Petitionem unam parvulam ego deprecor à te.* Quòdſi verò benè obſervetis, quonam hæc loquendi phraſis directa fuerit, ipſam ad regnum aſpirâſſe deprehendetis: *Poſtula ei & regnum.* Etenim hæc eſt ambitioſorum indoles & natura, quòd honores, quos affe-

Pſ. 23. v. 1.

3. Reg. 2. v. 20.

Ibid. v. 22.

affectant, diminuere ſoleant, ut eos tantò faciliùs impetrent, vel etiam quòd, poſtquam illos ſunt aſſecuti, parvi illos ſe æſtimare ſimulent: vel quòd rarò contenti eſſe ſolent, parum id eſſe exiſtimando, quod merita illorum nimis ſuperexcedit, licèt inordinatæ illorum ambitioni nunquam ſufficiat. Verùntamen Evangeliſta, per ſuperiorem quendam ſpiritum motus, huic ſupremi honoris ſollicitationi hunc titulum attribuit, quod, aliquid tantùm vocet; volebat enim ut omnes intelligeremus, quòd, dum de gloria terrena agitur, quidquid mundus dare poteſt, verè nihili ſit æſtimandum. Audite, quid Iſaias de vaſto aliquo populorum, provinciarum & regnorum Domino ſcribat: *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei.* Iſa. 40. 17.

Qui dixit ei: Quid vis.

13. Quid opus erat, illam interrogare quid vellet, quando id jam per divinam præſcientiam optimè ei perſpectum erat? Nunquid enim Pſalmiſta dicit: *Abſcondita tu ſcis Domine, & alta à longè cognoſcis*? Nimirum per hanc interrogationem, utiliſſimam nobis doctrinam innuere voluit, quam etiam Janſenius circa hanc interrogationem notavit, dum ait: *Suo nos exemplo docens, ne ob familiaritatem, aut carnalem affectum, fidem roganti amico obſtringamus, priuſquam in ſpecie petitionis qualitatem intellexerimus, & juſtane an injuſta ſit, didicerimus.* Pſ. 137. 6. Janſen. c. 104.

Verſus 21.

Ait illi: Dic, ut ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo.

1. Inter alias febres, quæ animam noſtram diſcrutiant, S. Ambroſius ambitionem quoque recenſuit: *Febris noſtra, ambitio eſt.* Febrilis autem proprietas eſt, quòd caput invadens, perturbato cerebro hominem delirare faciat; cujus equidem delirii effectum, in hac muliere & filiis ejus ſatis clarè videre licèt, quibus proinde increata Sapientia haud immeritò dixit: *Neſcitis*; imò verò ſi verba petitionis ejus bene obſervaveritis, videbitis utique, illam, quot verba protulit, tot deliramenta in medium protuliſſe. S. Ambr. l. 4. in c. 4 Luc.

Dic.

2. Ecce tibi primum amentiæ ſignum. Etenim filios exaltari volens, non in filiorum meritis & aptitudine ſeu idoneitate, ſed in Chriſti jubentis & ordinantis authoritate fundatur. Potro honores communi nomine dignitates appellantur, eò quòd non niſi dignis conferantur; quodſi autem dignitates indignis conferre liceret, jam non dignitates, ſed indignitates appellandæ eſſent; ad hoc igitur, ut homines ſine merito ad munera publica ſublimentur & promoveantur, plus requiritur, quàm verbum *Dic*, quia priùs labores ſudores, virtutes, & quævis alia merita præcedere debent.

Ut ſedeant.

3. Hiſce verbis ſecundum delirii ſignum exprimitur; neque enim dominium & gubernatio ſubditorum exercetur ſedendo & quieſcendo, ſed ad illorum ſervitium & obſequium indefeſsè & inceſſanter laborando: Deus etenim olim ex paſtoribus magnos creavit Principes, prout in Moyſe, Davide, & aliis factum eſſe conſtat; ſimiliter piſcatores Eccleſiæ ſuæ cardines eſſe voluit: *Eccleſiarum Principes*; cujus doctiſſimus Oleaſter accommodam propoſito noſtro reddit rationem, quia ſcilicet paſtores diu noctúque vigilant, in continuo item laboris motu perſeverant, frugaliter comedunt, & miſerè veſtiuntur, quòd idem iis quoque accidit, qui piſcationem exercent: *Ut ergo tam reges quàm Pontifices ſcirent, ſe non ad quietem, non ad divitias, aut delitias aſſumptos, ſed ad labores, ſudores ac vigilias, hos inter cæteros deligere curavit.* Hier. ab Olea. in c. 3 Exod.

4. Adhæc quoque magnæ in iis dementiæ ſignum erat, quòd ſe in honorum mundanorum cum adeò inſtabili & volubili rota ſedere ſeu ſtabiliri poſſe crederent, in qua nullus unquam hominum quietè ſedere aut ſe immobiliter ſtabilire potuit, propter quod Davidis imprecatio erat: *Deus meus, pone illos*

illos ùt rotam; imò hanc fortunæ inſtabilitatem ne quidem Chriſtus ipſe evadere potuit, quia eâdem ſeptimanâ, quâ Chriſto magnificus ille palmarum triumphus præparatus fuit, eidem quoque crucis horrendum fabricatum fuit patibulum. Verum quidem eſt, quod dominia, principatus & regna, Status vulgari nomine appellentur, ſed à ſtulta & imperita plebe; ſiquidem Geometræ, aliique viri docti, eoſdem principatus in mappa mundi repræſentantes, eoſdem in forma globi cujuſdam rotundi oculis noſtris objiciunt, quia ſicut forma perfectè ſphærica & rotunda ad quemlibet venti flatum volvitur & vertitur, ita quoque ampliſſima terræ dominia ad quemlibet levem obortum motum mutantur & deficiunt.

Hi duo.

5. Tertius hiſce verbis delirii ipſorum ſollæciſmus innuitur, ſiquidem omnibus nota eſt illa ſententia: *Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.* Eſto quòd regnum, cui Rex aliquis dominatur, adeò vaſtum & amplum ſit, quantum eſt totum hoc univerſum, nihilominùs ſolium illius regium adeò ſemper ſtrictum eſſe videbitis, ut duos ſimul capere nequaquam poſſit. Unde Alexander Dario dixiſſe fertur, quod ſicut cœlum duos ſoles non ſuſtinet, ita nec Perſidem duorum eſſe Regum capacem.

Filii mei.

6. His verbis quartum indicatur delirium, ſiquidem honores & dignitates, non ex directione carnis & ſanguinis, ſed ſecundùm diſtributivæ juſtitiæ regulam conferendi ſunt: *Væ qui ædificas civitatem in ſanguinibus, & præparas urbem in iniquitate.* Sichemitæ, qui in promovendo Abimelech, utpote ſuo cognato, ſolliciti fuerant, juſto Dei judicio poſtea deſolati fuerunt & deſtructi. Lyranus in præſenti Evangelio per duos hoſce fratres, ambitioſos intelligens, & ad verbum *Neſcitis*, ſeſe reflectens, ſubjungit: *Nam honores Eccleſiæ non ſunt diſpenſandi ex propinquitate ſanguinis, ſed ex idoneitate perſonarum, ratione ſcientiæ & virtutis.*

Hab. 2. 12. Iudic. 9. 1.

Lyran.

Unus ad dexteram, & alius ad ſiniſtram.

7. Fuit hinc quintus error. *Mirum erat de muliere*, inquit Albertus Magnus, *quæ ſemper audierat Dominum deteſtari ſiniſtram, per quam ſignificantur mundanæ divitiæ, & tamen petit unum eſſe à ſiniſtris.* Prov. 3. *In dextera ejus longitudo dierum, & in ſiniſtra ejus, divitiæ & gloria.* Adhæc graviter quoque in hoc erravit, quia immoderata & effrænis ambitionis paſſio, ad ætatis, virtutum, qualitatum & meritorum præcellentiam minimè reſpicit, ſed ſine ullo ætatis habito diſcrimine, quilibet illorum, licèt germani fratres ſint, pro dextera ſibi comparanda acerrimè dimicabit.

Prov. 3. 16.

In regno tuo.

8. Hiſce verbis ultima ſe illorum fatuitas prodit; ſiquidem ipſi terrenum, non verò æternum regnum conſectabantur. Unde Chryſoſtomus ait: *Quid igitur nihil ſpirituale quærebant, nec de cœleſti regno quidquam cogitabant, perſpicuum eſt*; clarum igitur eſt, quod Chriſtum nequaquam regnaturum fuiſſe ignorarit. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.*

Chryſoſtom. hom. 66. in Matt. Ioan. 18. 36.

Dic.

9. Paulus de Palatio verbum hoc ponderans, illud divinitatis Chriſti expreſſivum fuiſſe ſuſtinet. *Illo verbo, Dic, videtur agnoviſſe Chriſti divinitatem, cujus eſt ſola verba facere, ipſe enim dixit, & facta ſunt.* Unde Centurio pariter, cui dictum fuit: *Non inveni tantam fidem in Iſraël*, ad eum dixit: *Dic tantùm verbo.*

Paul. de Palat. Pſ. 148. 5 Matt. 8. 10.

Ut ſedeant.

10. Quodnam obſecro mater illa motivum habuit, ut hoc verbo uteretur? Nunquid illi dicere ſufficiebat, rogo te, ut illos ad primas regni tui dignitates evehas? S. Paſchaſius notat, Apoſtolos Chriſtum ſæpius non ſolùm de morte, ſed & de reſurrectione ſua audiſſe diſcurrentem: *Et ideo cœperunt cogitare intra ſe, cùm eſſent jam in fide de ve-*

P. Paſch. ibid.

ti, ecce Rex cœleſtis aſcendit, ut regna mortis, Regemque & regnum deſtrueret inferorum, quid aliud reſtat, cùm Victor aſcenderit de bello, niſi ut regni gloria ſubſequatur? Ipſum dicentem audierant: *Cùm ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël; unde valde permoti ad gloriam, ſatis acutè atque ingeniosè ſubmittunt matrem.* S. Thomas idem punctum tangens, ſubjungit: *Sciendum, quòd Jacobus & Joannes magis honorabantur à Chriſto poſt Petrum, ideo Petrum voluerant excludere.* Lucas Burgenſis ait: *A filiis inſtructa alludit ad promiſſionem, paulò antè cap. 19, v. 28. duodecim factam: Sedebitis, &c.*

Matt. 19. 28. S.Th. hic Luc. Burg.

11. Idem Author, ſedere idem quod regnare eſſe dicit: *Sedere regnantis eſt.* Sap. c. 6. *Delectamini ſedibus & ſceptris ô Reges populi.*

Sap. 6. 22.

12. S. Thomas de Villa Nova in ſerm. de hac præſenti Feria, ait: *Jam non miremur, ſi illi, qui habitant in curia Regia, deſiderant favorem & principatum;* filiorum namque ambitionem per os matris ſeſe manifeſtâſſe exiſtimat; cùm igitur hi Apoſtoli, & quidem excellentiores inter illos fuerint, & tamen adeò manifestè ambitionem ſuam prodiderint: *Quis tam ſanctus & juſtus, qui hac maculâ non tangatur?* Etenim hi jam totaliter mundo renuntiârant, ab omnibus divitiis & mundanis voluptatibus maximè alieni erant. *Et tamen quærebant gloriæ principatum: Ultima omnium congreſſio cum ambitione eſt.*

S. Thom. Villan.

Hi duo filii mei.

13. Idemmet ſanctus Archiepiſcopus, fratres hoſce hanc Chriſto propoſitam petitionem, inter ſe ab omni reatu excusâſſe conſiderat, eò quòd inter omnes Collegii Apoſtolici condiſcipulos & collegas, neminem ipſis præferri poſſe cenſuerint. *Hæc enim prærogativa præeminentiæ, quam petimus, ſi jure propinquitatis dari debet alicui, nullus propinquior; ſi ex amicitia & gratia, nullus familiarior; ſi ex ſervitiis, nullus ſuperior; ſi ex merito, nullus nos procedit;* at verò quidquid ſit de aliis hujus prætenſæ excuſationis capitibus, puncto tamen parentelæ inſiſtendo, dicendum eſt, graviter ipſos fuiſſe hallucinatos; ſiquidem ſummus hic ſacerdos, quo ſcribitur: *Introivit ſemel in ſancta, æternâ redemptione inventâ,* in promovendis ſuis ad honores Eccleſiaſticos, ab effectu ſanguinis ſe ſeduci nequaquam permittit. Porrò obſervandum, quòd è numero duodecim lapidum pretioſorum, quibus Aaronis rationale locupletabatur, ſolus excluſus fuerit adamas, cùm tamen gemma iſthæc nulli alteri, ſive quoad pulchritudinem, ſive quoad pretium & æſtimationem inferior exiſtat. *Omnia in figura contingebant.* Gloſſa ait: *Hæc poſitio diverſarum virtutum in Rationali, multiplicem variarum virtutum gratiam oſtendit, quæ concordi ſerie in corde Sacerdotis debet apparere.* Scirene verò capitis, cur adamantem dicto rationali inſeri noluerint? Nimirum quia illius affectus & amoris, quo parentes proſequimur, ſymbolum exiſtit; hic autem ut plurimùm nos vel maximè, præter fas & æquitatem ſeducit; eſtque inter alias proprietates, hac quoque ſpecialiter præditus, quod nonniſi per ſanguinem molliri aut frangi poſſit. Hugo Cardinalis in cap. 16. Ezechiëlis, explicans illa verba: *In die ortûs tui non eſt præciſus umbilicus tuus;* ita dicit: *Id eſt, in die promotionis tuæ in Epiſcopum, vel quemcunq; Prælatum; tunc enim Prælatus incipit naſci, cùm præficitur in Eccleſia, vel cùm Sacerdos ordinatur, tunc omnis carnalitas ab eo abſcondi debet, & nihil ad ipſum de nepotulis.* S. Hieronymus quoque ſuper illa verba: *Oculi mei ad fideles terræ,* ita ſcribit: *Poteſt hoc dicere & Epiſcopus, ſanctus vir, quoniam non ordinabam preſbyterum illum qui mihi obſequebatur, aut propinquum meum, ſed eum, quem ſciebam fidelem.*

Hebr. 9. 12. Exod. 28. 17. ad 21. 1. Cor. 10. 11. Hugo Card. in c. 16. Ezech. S. Hier. in Pſal. 100.

Unus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram.

14. S. Thomas in Authoritate S. Chryſoſtomi fundatus, petitionem hanc materiam ſpiritualem ſpectâſſe ſcribit: *Et in hoc fuit laudanda, quia matres plùs petunt temporale, quàm ſpirituale; unde mater, ſi videat filium peccantem, non tantùm dolet, quantùm ſi videt infirmantem: unde per dexteram ſpiritualia ſignificantur, terrena per ſiniſtram.*

S. Th. hic

15. Lucas Burgenſis dicit, mulierem hanc pru-

Luc. Burg.

prudentissimam, favorem hujus Regis adeò intimum & familiarissimum sibi conciliare sategisse, ut lateribus ejus utrimque proximi assisterent, adeò ut sine ipsorum consensu & patrocinio nullus unquam ad ejus Majestatem habere aditum posset; sensus est: *Cingant tibi latus utrúmque, sedeant tibi proximi, sint à te Rege primi proceres Regni.* Cajetanus dicit: *Ut ex utróque latere sint primi.* Sed nunquid ei sufficere poterat, si obtinuisset, ut ambo à dextris illius ei assisterent? Nequaquam, inquit Cajetanus: *Nec volunt alter sub altero sedere*; sed potiùs pari in gradu & dignitate unus ex uno, alter verò ex alio latere eminere volunt. Unde Cajetanus dicit: *Significant primas sedes hinc & inde*; quia tametsi fratres utrimque fuerint, quia tamen hîc de dominio agitur, ideò unus alteri cedere omnino renuit. Et ideò notandum est prudens hujusce mulieris consilium quæ, ne inter utrúmque fratrem controversiam, litem seu contentionem aliquam causaret, cuinam dexteram, aut cui sinistram dari desideret, minimè specificat, quia noverat, quòd ubi de dominio & subjectione agitur, minorennitas ætati seu maturitati senili minimè cedit; neque contra se excitare voluit illorum malevolentiam, per primatum uni potiùs quàm alteri procuratum; tantâ semper contentione animi, prætensione & præsumptione noverat ambiri.

Cajet.

16. Doctor Angelicus per dexteram & sinistram quoque, vitam contemplativam & activam interpretatur: *Possumus intelligere per dexteram & sinistram, activam vitam, & contemplativam, ideò petit istos præfici in utraque.* Cant. 2. *Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

S. Th. hîc

Cant. 2. 6.

In regno tuo.

17. S. Paschasius ex his verbis movetur, ut ipsos gloriam cœlestem petiisse æstimet: *Quasi religiosi & cœlestis gloriæ amatores, tamen non quasi scientiam habentes*; quam opinionem, uti verisimile est, ab Authore Imperfecti desumpsisse videtur, qui scribit: *Non sentit illa sicut cæteræ matres, quæ corpus natorum suorum amant, animam autem contemnunt; desiderant illos valere in sæculo isto, & non curant quid passuri sint in alio; alii militias filiis suis provident, alii honores, & nemo filiis suis providet Deum; perditionem illorum cum magno pretio comparant, & salutem illorum nec dono accipere volunt. Si viderint illos pauperes, tristantur, si autem peccantes, nemo tristatur, ut ostendant quia corporum sunt parentes, non animarum.* Qui idem mox objectioni cuidam, quam opponi posse sciebat, nimirum quod manifestum signum illam non cœleste, sed terrenum regnum filiis suis postulasse, exinde colligi videtur, quia Christus illis respondit: *Nescitis quid petatis.* Huic, inquam, objectioni, protinus respondet, dicens: *Non dicimus, quia rectè petiit*, (siquidem illos in cœlo cum Christo regnare cupiebat, priusquam hîc in terris passi fuissent) *sed hoc dicimus, quia non terrena, sed cœlestia filiis suis optabat.* Etenim argumentum evidens, unde colligi potest ipsos in cœlo cum Christo regnare cupivisse, ex eo colligitur, quia Christus illis calicem passionis suæ ebibendum proposuit. Idem verò gravis Author materiam hanc ulterius prosequitur, dicens: *Dominus cognoverat propositum istud petentium fratrum, quia primatum non petebant secundùm mundiales honores, quem si ex duobus vel tribus unus a eperit, necesse est cæteros fieri eo inferiores; sed perfectione pietatis petebant in regno cœlesti, quam & multi consequi possunt, & cum fuerint consecuti, alterius perfectio alterius perfectione non minuitur.*

S. Pasch. ibid.

Auth. Imp. hom. 35.

18. Lyranus tamen illos primas in regno terreno sedes petiisse existimat, quia vulgaris in universo Israële opinio erat, Messiam Jerosolymis temporaliter regnaturum esse, unde Scripturas sacras, spirituale Ecclesiæ suæ regimen concernentes, juxta appetitum & genium suum interpretatur: *Regnum ablatum eis per Romanos, credebant sibi restituendum per Christum*; ac proinde Apostoli Christum in cœlos ascensurum unanimiter interrogârunt, dicentes: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Hoc modo Jacobus & Joannes, & mater eorum audientes Christum post mortem tertiâ die resurrecturum, crediderunt ipsum immediatè regnaturum in Jerusalem temporaliter: & ideò cupientes, ei collaterales esse præ cæteris, quia erant ejus cognati germani, informaverunt matrem suam de petitione sequenti.*

Lyran.

Act. Ap. 1. v. 6.

19. Vene-

Beda hic. 19. Venerabilis Beda quæris: Ex quonam ſigno hi duo fratres regnum Dei imminens colligere potuerint, qui illum audiebant de imminente ſibi morte, cum aliis diſcipulis differentem? Et reſpondet: *Ex verbis, quod Dominus dixerat: Et tertiâ die reſurget, putabat enim eum poſt Reſurrectionem illius regnaturam.*

Verſus 22.

Reſpondens autem Jeſus dixit: Neſcitis quid petatis; poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus.

Neſcitis quid petatis.

1. Quod ſi mater illa hanc ſupplicationem ſola ſine filiis, & ex proprio motivo non verò ſollicitata à filiis Chriſto proponebat, adeo ut filiorum prætenſio ad eandem ne quidem per umbram concurreret, cur igitur Salvator noſter reſponſionem ſuam ad omnes indifferenter direxit? S. Paſchaſius dicit: *Cæleſtis arbiter non ad verba mulieris, ſed ad conſilium & ſuggeſtionem filiorum reſpondit.* *S. Paſch. ibid.*

Lucas Burgenſi. verò ait: *Tacitè interim filios ſimulationis arguens, & opinionis de ipſo indignæ, quem putarent aſtutâ petitione, & incautâ promiſſione capi poſſe.* *Lucas Bur.*

S. Ambrosius tamen exiſtimare videtur, Dominum non mulieri petenti, ſed filiis, pro quibus petebat, reſpondiſſe, idque ex honorifico quodam reſpectu & veneratione, qua mulierem hanc aliàs optimè de ſe meritam, ſibique beneficam proſequebatur: *Cùm honorandum eſſe ſciret pietatem, non mulieri, ſed filiis reſpondit;* etenim mulier hæc proxima erat beatiſſimæ Virginis cognata, & prout ſupra diximus, veriſimile eſt, quòd multum ad educationem Chriſti in ejus infantia contulerit, præterquam quòd *Miniſtrabat ei de facultatibus ſuis.* ideoque debito cum reſpectu & reverentia cum ipſa Dominus procedere volens, hanc adeo manifeſtam repulſam ei directè dare, eamq; velut ignorantiam redarguere noluerit, ſicut filios redarguit. *S. Ambr. l. 5. de fide c. 3.*

S. Anto. Pad. ſer. in hac fer. 2. S. Antonius Paduan. in hac materia argumentum quoddam proponit diſſolubile, poſtquam enim præmiſiſſet hanc propoſitionem: *Verè neſciebant*, demum ita diſcurrit: vel enim intelliguntur regnum voluiſſe terrenum, in eoque primatum ambiviſſe, & tunc verè ſe valde reſcire & ignorantes eſſe probârunt, quia Chriſtus proteſtatus eſt, dicens: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*; vel intelliguntur loqui de ſedibus, quas occupaturi erant, quando Dominus noſter in throno majeſtatis ſuæ venturus eſt ad judicium finale, cujus futuri erant aſſeſſores & tunc multò amplius augetur ipſorum ignorantia, quia unum ex ſe ad ſiniſtram collocati rogant ad quam reprobos ſtatuendos eſſe conſtat; vel denique regnum ſibi dari poſtulant beatum: *Et tunc multipliciter neſciebant, quid peterent.* Primò, *quia iſtud regnum non datũ verè parentelam, ſed propter præcedentia opera; non enim datur brabium, niſi poſt curſum, nec datur corona, niſi poſt victoriam, non pretium niſi poſt laborem.* Secunda ratio eſt illius verbis: *Unus ad ſiniſtram*, deſumitur, *quia ibi non erit ſiniſtra, quia nec adverſitas; unde inquit, ut gaudium veſtrum ſit plenum.* *S. Paſch.*

3. S. Paſchaſius ly *ſedeant*, ponderans dicit: *Proprium eſt unico Dei filio Chriſto Jeſu, ut ſedeat ipſe ad dexteram Patris, quomodo ſederet aliquis eorum ad ſiniſtram filii, niſi medius ſederet inter Patrem & Filium, quod nefas eſt dicere, ac proximior illo.* Sanctus Thomas eandem facit conſiderationem, dum ait: *Petebant, quod ſupra omnem creaturam haberent eminentiam, quia ſedere à dextris nulli creaturæ convenit, ut habetur ad Hebr. 1. Ad quem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis.* His adde, eſtque conceptus alterius S. Thomas de Villa-Nova; quia in regno cœlorum nullus ſedet: *In regno meo nullus ſedet; ſcriptum eſt: Decies millies centena millia aſſiſtebant ei. Qui ſedere voluit, dicens. Sedebo in monte Teſtamenti in lateribus Aquilonis, præcipitatus eſt in æternum.* *S. Paſch* *S. Th.* *Heb. 1. 13.* *S. Th. Vill. ſer. de S. Jacobo.* *Dan. 7. 10. Iſa. 14. 13.*

4. Albertus Magnus ad hoc ſe reflectens, quod Chriſtus diſcurſum reſponſionis ſuæ ad filios dixerit, ita ſcribit? *Quaſi dicat, quod mulier neſcit, non imputo, quia non eſt imbuta doctrinâ meæ ſapientiæ; ſed vos de ignorantia arguo, qui ab initio mecum eſtis, & multa de dextera petenda, & nulla de ſiniſtra audiſtis.* S. Paſcha- *Alb. M.*

ſchaſius quoque hunc in modum ſcribit: *Nunquid non audiſtis, quòd qui à ſiniſtris erunt, maledicti erunt & reprobi; idcirco vos vocavi de ſiniſtris ad dexteram, ut ſemper in dextris permaneatis, & quid eſt, quod vos veſtro conſilio rurſus recurrere velitis ad ſiniſtram?* Idem quoque Author Imperfecti notavit.

S. Thom. in Joan. S. Thomas ait: *Neſcitis, quia de præmio contenditis, ſine merito præcedente.* Porrò Petrus in monte Thabor, glorioſi illius ſpectaculi pulchritudine captus, ibidē perpetuò demorari voluit, dicens: *Bonum eſt nos hic eſſe*; at vero Spiritus ſanctus per S. Lucam illum ignorantiæ redarguit: dicit enim Evangeliſta: *Neſciebat quid diceret*; prius etenim opus erat, ut Chriſtus montem Calvariæ aſcenderet, eique calix ejus propinaretur exhauriendus, priùſquam æternæ beatitudinis particeps fieri poſſet. Idem quoq; hîc dicere poſſumus: *Quia neſcitis quid petatis, poteſtis bibere calicem?* &c. Rabanus ait: *Neſciebant quid peterent, qui ſedem gloriæ à Domino, quam nondum merebantur, inquirunt, delectabat eos culmen honoris, ſed prius habebant exercere viam laboris.* Idem quoque S. Anſelmus ſcribit: Quænam enim erat temeritas, pedem ſuum aliis anteferre velle, quando etiamnum omnis erant meriti expertes? Dionyſius Carthuſianus ait: *Ex quadam præſumptione & elatione petiiſſe videntur, optantes co-apoſtolis anteferri, & volentes ſummi eſſe in gloria, qui nondum prioribus Sanctis ſimiles erant in merito.*

Raban. in cat. D. Th. *S. Anſel.* *Dion. Carth.*

Beda hic. 6. Beda hanc petitionem non à mundane, ſed & cæleſti, & conſequenter meritoria & laude dignâ ambitione proceſſiſſe cenſet; ſiquidem deſiderium, quo etiam ſuper choros Seraphinorum aſcendere cupimus, ſanctiſſimum eſt: *Bonum deſiderium, ſed inconſiderata petitio, quæ ideo non confunditur, quia de amore Domini aſcebatur, quare non voluntatem eorum, neque propoſitum, ſed ſolam ignorantiam culpavit*; ſiquidem gloriam ſine ſudoribus, laboribus aut meritis volebant.

Cajet. Unde Cajetanus dicit Chriſtum dixiſſe: *Neſcitis quid petatis, quia modus perveniendi ad regnum meum, eſt per paſſionem & mortem, propterea examinate vires veſtras ſi poteſtis bibere calicem, &c.*

Aut. Imp. 7. Obſervat Auth. Imperfecti, & S. Anſelmus idem ſcribit, quòd ſapientiſſimus Magiſter Chriſtus diſcipulos ſuos nonnunquam errare permiſerit: *Patitur aliquid non rectè dicere, aut agere, aut cogitare, ut ex illorum culpa inveniat occaſiones docendi & exponendi regulam pietatis, ſciens, quia ipſe error non nocet magiſtro præſente.*

S. Anſel.

Lucas Bur. 8. Lucas Burgenſis horum primas ſedes petendentium diſcipulorum errorem hiſce verbis aggravat, dum ex altera parte, Chriſti illis reſpondentis manſuetudinem laudat; dicit enim: *Craſſam, carnalem, ambitioſamque diſcipulorum petitionem, ignorantiæ inſimulatione contentus eſt repulliſſe mitis Magiſter*; quamvis eorum intentionem per verba ſequentia excuſare videatur, dum ait: *Error enim non ex malitia, ſed ex ſimplicitate profectus ſanari debuit, aut ad tempus tolerari.*

9. Cajetanus conſiderat Chriſtum non dixiſſe: *Neſcitis quid petitis, ſed quid petatis; reprehenduntur enim, quod ignorant quid petendum ſit, ſeu acquirendum poſt reſurrectionem meam*; alibi enim docuit; *Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus.* Unde Hugo Cardinalis ait: *Neſcitis quid petatis, id eſt, neſcitis, quale petere debeatis.*

Luc. 12. 31. *Hug. Card.*

Lucas Burg. 10. Lucas Burgenſis exiſtimat, Chriſtum illos arguere voluiſſe erroris, quo ipſum temporaliter regnaturum eſſe crederent, q. d. *Vos exiſtimatis regnum meum fore mundanum, erratis*; *arbitrammi precum ambitu primas hujus regni ſedes impetrari poſſe, quod tamen non petitionibus, ſed meritis acquiritur*: alium quoque committebant errorem, dum matris interventum adhibuerunt; unde S. Paſchaſius ait: *Fortè diabolus per mulierem ad conſueta recurrit arma; ut per muliebres affectus locum inveniat error*; quo ſenſu Salvator illum Reipublicæ nimis exitioſum prohibere voluit, in conferendis honoribus procedendi modum; dum honorum faſtigia ad hujus ſexûs inſtantiam, nec non ob conſanguinitatis reſpectum conferri ſolent. Unde Dionyſius: *Quantum ad hoc, tenebant typum eorum, qui à magnis Prælatis ad eccleſiaſticas dignitates poſtulant, propter conſanguinitatis lineam promoveri.*

S. Paſch. *Dionyſ. Car.*

11. De Cardinali Bellarmino refertur, quòd

quòd, dum à viro quodam apparenter dignissimo rogaretur, ut pro obtinendo sibi quodam episcopatu vacante, favore suo opitularetur, is eidem liberè respon-derit, se hactenus quidem eum tali dignitate dignissimum censuisse, hunc tamē conceptum penes eum totaliter evanuisse, ex quo illum similem dignitatem ambire intellexisset; episcopatus enim, ut Theophylactus ait: *Magnum est onus, & Angelicas virtutes concutiens.* Paulus de Palatio dicit: quòd si ambitio, si scirent, quænam in muneribus ecclesiasticis pericula lateant, quidve Deus & S. Paulus à Prælatis exigant qualique debito erga gregem suum astringantur, nullus se ad illa promoveri sineret: *Quis enim nimium pauper, decem mille filios, ut ab eo alantur, habere vellet? Quis pauper alieno ære gravari cuperet? Quis ascendens, onustus gravi onere, mille graviora pondera sibi imponi desiderat? Quis languidus multorum sibi languores assciscat?* Audite S. Augustinum, sub episcopatûs sui pondere fatiscentem, & hisce verbis lamentantem: *Sunt, qui de nobis ea sentiunt quæ ipsi diligunt, & in hujus mundi quasi prosperitatibus, quibus ingemiscimus, invident nobis; ibi nos felices putant, ubi periclitamur.*

Theophyl. *Paul. de Pal.* *S. Aug. ser. 55. de ver. Dom.*

12. Albertus Magnus de hac muliere ita scribit: *Humanum passa est, etiam temporalem prosperitatem cupit filiis, ut hic & in æternis sint in honore*; stulta autem & inordinata est hæc petitio, quia in hoc & in futuro sæculo, pariter gaudere difficile est, ne dicam impossibile

Alb. M.

13. S. Thomas de Villa Nova hoc nos salutari monito instruit, dum ait, *Erratis erratis, quicunque à Deo temporalem gloriam, favores, & divitias, & opulentiam anxiè quæritis; nescitis quid petatis. Venit Christus in mundum, ut doceret ea omnia contemnere, & tu instanter petis?* Quot sunt, qui inter voluptates divitias & delitias, rosas se inventuros credunt, cùm tamen postea se numiarum anxietatum, sollicitudinum, suspicionum, invidiarum, infirmitatum, millenarumque aliarum ærumnarum spinis se cōtinuò transfigi experiantur! neque enim ipsemet Christus sine mysterio, divitias spinis assimilat. Potest etiam hæc discipulorum ignorantia hac Boëtii aggravari sententiâ dicentis: *Non in hoc terræ puncto, sed in cœlo propaganda gloria.*

S. Thom. Vill. ser. cit. *Boët. Sev.*

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?

14. Mystica prorsus est illa hîc ab increata Sapientia discipulis data responsio; hi etenim fratres primas sedes, primosque thronos postulant, illisque per patibula & cruces respondetur: nimirū ut per hoc denotaret, verissimum esse, ut seriò rem trutinantibus patebit, quòd regna mundi, vera sint ambitiosorum patibula. Unde trita est illa sancti Bernardi sententia: *O ambitio, ambitientium crux!* Enimverò Salvator noster tunc pridem, non verò anteà titulum Regis libenter acceptavit, illumque ab univer. sorHebraismo super caput suum figi permisit, quando crucis patibulo affixus pependit: ut vel inde regna terræ in substantia, nil præter patibula & cruces esse agnosceretur.

15. Verùm quærat hîc fortasse aliquis, ex quo Salvatori nostro jam perspicuum erat, duos hosce fratros eâ esse generositate præditos, ut calici huic passionis epotando labia sua indubitanter admoturi essent, cur insuper illos hac de re interrogare & examinare voluit? S. Anselm. dicit: *Non ignorabat quidem Dominus, quia passionem ejus poterant imitari; sed ideo dixit hoc illis, ut Domino interrogante, & eis respondentibus, omnes nos audiamus, quia nemo potest cum Christo regnare, nisi passionem ejus fuerit imitatus.*

S. Anfel.

16. Salvator noster, hanc ambitionis febrim in duobus hisce fratribus ulterius proseperе videns, ad eam curandam, salutarem illis porrigit medicinam. Unde Chrysostomus ait: *Perpendit, quomodo statim ab hac cupiditate eos removit, contraria differens; nam vos, inquit, de honoribus, & coronis cogitatis, ego vero de luctamine, atque sudore.*

Chryso. hom. 66. in Matt.

17. S. Bernard. considerat, cœlestem hunc protomedicum, calicis hujus amaritudinem se quoque ebibiturum esse prædixisse, ut duobus hisce discipulis, ad eundem bibendum, animi generositatē & vigorem subministraret; nam super illa verba: *Quem ego bibiturus sum*,

S. Bern. 11. ex prav.

ita ſcribit: *Tanquam pius & laudabilis medicus, priùs bibit potionem, quam parabat ſuis, id eſt, paſſionem & mortem ſuſtinuit, & ſic ſanitatem immortalitatis accepit & impaſſibilitatis, docens ſuos, ut confidenter biberent potionem, quæ generat ſanitatem & vitam.* Quiſquis enim huic Redemptoris calici labia amovet, ad pariendum & moriendum pro Domino paratum ſe eſſe probat, & conſequenter recipit regni futuri pignus certiſſimum: *Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.* Chryſoſtom. Chriſtum valde ſapienter paſſionis & mortis ſuæ mentionem feciſſe notat: *Ut communicatione laboris promptiores redderentur.* Sanct. Auguſtinus dicit: *Nihil tam amarum ad mortem eſt, quod morte Chriſti non ſanetur.* Baſilius Seleucus dicit, Chriſtum regni ſedes ſolicitantibus diſcipulis, per parabolorum oblationem reſpondiſſe quia *Regni acquirendi modum docebat: thronus laborum fructus eſt, via eſt paſſio, labores pro religione ſuſcepti, regnum merentur:* Enimvero valde conſiderabilia ſunt verba illa: *Calicem, quem ego bibiturus ſum,* hiſce in verbis à nobis poſtulat, ut calices, quos bibituri ſumus, ipſius ſint, id eſt, ut, quidquid in hac vita toleratur & bibitur, id totum à nobis non ob fines mundanos, ſed ex amore patiendi pro Chriſto, & ad ipſius gloriam fiat. Multi quidem ambitioſi, calices ſæpe amariſſimos exhauriunt, ſed eo duntaxat fine, ut ad optatum deſideriorum ſuorum ſcopum perveniant; unde aulicus ille, qui in vita aulica incanuerat quondam, ait: Se eouſque vixiſſe *Injurias accipiendo, & gratias agendo.* Hi duo fratres à Chriſto ſibi dici audiêrunt: *Calicem quidem meum bibitis;* unde ſequens moralis doctrina elicitur: nimirum calicem Domini ſemper à nobis bibendum, non ſolùm in rebus gloriam Dei immediatè ſpectantibus, verùm etiam in quibuſcunque aliis rebus indifferentibus, idque modo ſequenti. Quando enim nonnunquam caſus contingit, quod ratione vocationis noſtræ nobis ſudandum & laborandum ſit, non in rebus ad Dei ſervitium immediatè pertinentibus, ſed in rebus mundanis; tunc ſudores & labores illi, per bonæ cujusdam intentionis rectitudinem, ad Deum & finem ſupernaturalem dirigi poſſunt & debent. Unde S. Auguſtinus ait: *Non valde attendas quid homo faciat, ſed quid cum facit aſpiciat.*

2. Tim. 2. 12. Chryſoſtom. hom. cit. S. Aug. in man. c. 22. Baſil. Seleuc. or. 24.

18. Notandum quoque eſt, Chriſtum omnino contrarium illius facere, quod mundus facit, huic namque proprium eſt, quod dum ſuos vult exaltare, iisdem obſequia, authoritatem, delitias, theſaurum, & quævis alia, quæ grata ſunt, & placent, ob oculos ponere, non verò pericula, turbationes, populorum cenſuras, rebelliones, inimicitias, aut alios quoſvis, ex ſimilibus dignitatibus oblatio oriundos, tumultus: econtrà verò Chriſtus primo loco ob oculos nobis ſtatuit amaritudinem laborum, ſudorum, contradictionum & mortificationum; has autem per æternæ Veritatis promiſſionem, tandem regnum quoddam beatum neceſſario conſequitur. S. Aug. in Pſ. 31.

19. Chryſoſt. nihilominus dicit, Chriſtum hoc ſuo reſponſo generoſum illis animum ſuggeſiſſe, ac hunc calicem ſine ullo metu aut formidine exhauriendi: *Perſpice*, inquit, *qualiter ipſo interrogationis modo & hortatur, & allicit; non enim dixit: Poteſtisne veſtrum effundere ſanguinem? Sed quonam pacto? Poteſtis bibere calicem? Deinde alliciens inquit: Quem ego bibiturus ſum.* Chryſ. hom. 66. in Matt.

20. Author Imperfecti modum nos docet, quoad promerendas regni beati ſedes, omnes huic calici labia noſtra admovere poſſimus. *Paſſionem Domini*, inquit, *dicimus ſuſcipere nos debere, non omni modo perſecutionem gentilium, ſed omnem laborem & moleſtiam, quam patimur in corpore, contra peccata certantes.* Aut. imp. hom. 35.

Dicunt ei: Poſſumus.

21. S. Paſchaſ. hanc reſponſionem cæterorum Apoſtolorum murmuri, quod ex hac tam inſolenti horum fratrum petitione coortum fuerat, aliqualiter ſatisfacere potuiſſe exiſtimat: *Ut illis reſpondentibus, quia poſſumus, audiant & cæteri ac conquieſcant, intelligentes, quod ſi & ipſi parati ſint mori pro Chriſto, nihilominus poſſunt & ipſi juxta Chriſtum ſedere nequaquam excluſi pro duobus.* S. Paſch.

22. S. Thomas quærit: *Quare ſic reſpondent? Ex amore ad Chriſtum, quia ita adhærebant ei, quod mors eos ab ipſo ſeparare non* S. Thom. hic.

Phil. 4. 13. non poſſet; ad eum ferè modum, quo ſanct. Apoſtolus dicebat: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? anguſtia? an fames? an perſecutio? an mors?* &c. Etenim ex quo ſancti hi duo Apoſtoli oculos, imo & corda ſua in cœleſtis regni primas ſedes, ſive in æternam retributionem defixa habebant, nullus eſſe calix poterat, quantumvis etiam amarus eſſet, quem non libenter ad fundum uſque exhauirent, quia *non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam.* S. Baſilius de hiſce iiſdem fratribus ita ſcribit: *His auditis ſubmiſsâ mentis, cervice, obedientiæ jugum ſubiêrunt, alacrique animo in pericula, in cõtumelias, in cruces, in varias neces proceſsêre; gaudebãt enim, quòd digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati.*

Rom. 8. v. 18. S. Baſil. in conſt. mon. c. 23. Act. Ap. 5. v. 41.

23. Communior tamen opinio eſſe videtur, quod pro aviditate conſequendi id quod poſtulabant, vires ſuas nequaquã examinârint, & attenderint: *Ecce ignorantia*, inquit S. Thomas, *quia vires ſuas non conſiderabant: item excupiditate aſſequendi quod petierant.* Luc. Burgenſ. dicit, quòd hoc reſponſum dederint, poſtquam ſe & ſuam ambitionem detectam, & Chriſto notam eſſe viderunt; ſiquidem Chriſtus auditâ matris petitione, non matrem, ſed ipſos allocutus fuit: *Cùm audiunt requiri à Chriſto, quòd in ſe ſitum eſſe arbitrantur, cupiditate aſſequendi promittunt quodvis, minimè metientes vires ſuas*; ſicut & S. Petrus vires ſuas minimè dimenſus fuerat, quando Chriſto dixit: *Tecum paratus ſum & in carcerem & in mortemire*, quod vel inde liquet, quia poſtea vel ad unius ancillæ vocem contremuit. Neque enim etiamnum ſciebant, quanta hujus calicis amaritudo eſſet; quæ ipſummet quoque Dei filium ſanguinem ſudare & agonizare fecit, quæque divinum illum Atlantem, qui tribus digitis univerſum ſuſtinet mundum, quique *Exultavit ut gygas ad currendam viam*, totum tremebundum in terram proſtravit, adeoque de imminente ſibi morte anxium reddidit, ut, quando calix iſte ab Angelo ei præſentatus fuit, ad Patrem hiſce verbis oneraverit: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.*

S. Tho. ib. Luc. Burg. Luc. 22. v. 33. Pſ. 18. 6. Matt. 26. v. 39.

24. S. Anſelmus hac de re ita ſcribit: *Non tantum confidentia cordis, quantum ignorantia Paſſionis reſponderunt, neſcientibus enim deſiderabile eſt bellum; ſic inexpertis levis eſſe videtur tentatio paſſionis & mortis; ſi enim Dominus potuit dicere; Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat, &c. quanto magis non fuerint dicturi, quia poſſumus ſi ſcirent qualis eſt tentatio mortis.* Lyranus quoque rationem quandam adfert, dicens: *Patuit per effectum, quia in paſſione Chriſti fugerunt præ timore mortis.* S. Anſ. Lyran.

25. S. Joannes Chryſoſt. autem fratres hoſce exiguam promiſsionis ſuæ curam habuiſſe exiſtimat, ad omnia tamen ſeſe promptos obtuliſſe dicit, eò quòd mente ſuâ in id, quod adeo ardenter ambiebant, defixi erant: *Nec id ipſum intelligentes, quod ſe poſſe affirmabant, ſed ſperantes ſe habituros poſtulata.* S. Thomas de Vil. Nov. obſervat hanc eſſe ſpecialem ambitioſorum idolem, quòd cuncta pericliari patiantur, dummodo ad propoſitum ſibi ſcopum pertingere poſſint: *Omnes labores, omnes ſudores, tormenta & mortem ſuſtinebimus, dummodo tecũ regnemus; divitias quas cum tanto ſudore acquirunt, & tam dilectas & ſalutem & vitam, ſi caſu honoris ſe offerat, omnia libenter exponunt.* Paulus de palatio ait: *Ita reſpondent omnes, qui beneficia concupiſcunt, Pal. verbum eſt humanæ ſuperbiæ.* Chryſo. hom. 66. in Matt. S. Thom. Villan. ſer. de S. Iacob. Paul. de Pal.

Verſus 23.

Ait illis: Calicem quidem meum bibitis, ſedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.

1. Theophylactus, Chriſtum mortem ſuam calicem denominaſſe notat: Oſtendens, *quòd leve ſit, & quòd oporteat nos tam facilè illud aggredi* (martyrium videlicet) *quàm ſi bibendum eſſet poculum, & declarans quod ipſe ſuaviter accedat ad mortem.* Porro quanto cum gaudio & promptitudine uterque horum prætendentium hunc calicem ebiberit, amborum martyrium ſatis conſpicuè oſtendit; tametſi S. Joannes in leberem ferventis olei immiſſus, illæſus abinde egreſſus fuerit; & ideo Salvator noſter, ut Lucas Burgenſis ait: *Amplectitur promptitudinem eorum, non tanquam veram, ſed ut hujuſmodi aliquando futuram.* Theophyl. Lucas Bur.

Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.

2. Author Imperfecti circa hæc verba dicit: *Noluit suscipere petitionem eorum, ne cæteros omnes tristaret;* cùm enim Apostoli eo tempore nequaquam illuminati essent, hunc ferè in modum intra se discurrere poterant: *Si semel istis duobus totius regni illius societas dividenda est, si unus sessurus est ad dexteram, & alius ad sinistram ejus, ergo nos quid fieri jam speramus? Ideo eum secuti sumus, ut illis electis de medio nostrûm, nos inveniamur relicti?* Demũ verò concludit, quòd sapientissimè Redemptor noster petitionẽ ipsorum nec totaliter rejecerit, neq; ex omni parte eidem favorabiliter assenserit: *Ideo neque dicit, non sedebitis, ne duos confunderet; neque dixit, sedebitis, ne cæteros irritaret.* Ita namque Dominus noster argumentatus fuisse videtur: *Si petitio eorum suscepta non est, & omnes conturbati sunt, quantò magis fuerant conturbandi, si eorum petitio suscepta fuisset.*

Aut. Imp. hom: 35.

3. Enim verò si hoc Salvatoris responsũ ad cœlorũ regnũ dirigebatur, difficultas non modica exurgit, quæ ratione Salvator noster se illud eis dare non posse, dicere potuerit, cùm idem in novissimo judicii die electis suis dicturus sit: *Venite benedicti Patris mei, & possidete paratum vobis regnũ*: &c. Et alibi eidẽ Salvatori nostro dicatur: *Feciſti nos Deo nostro regnũ, & regnabimus?* S. Paschasius ait: *Nunquid nõ Pater diligit filiũ, ut alibi ait: Omnia dedit in manu ejus? sed & ipse de se filius: Omnia Patris, inquit, mea sunt.* Demũ verò præfatus Sanctus respondet: *Rectè dicit, quòd non est suum dare, sed eorum est promereri.* Etenim in æterna beatitudine primis sedibus gaudere posse, non à sola Dei liberalitate dependet, verũ etiã ab intensissimo ferventissimoq; nostro amore ac dilectione, nam ut S. Thomas ait: *Eminentia dignitatis non datur personæ, sed merito, & hoc secundùm prædestinationem divinã; non est meũ dare vobis sine merito, sed personis ex merito acquirentibus.* Voluit igitur illis innuere, nullũ in cœlis locũ habere acceptionem personarum, adeoq; nihil illis suffragari, quod cognati ejus sint, aut familiares. S. Hieronymus dicit: *Sic intelligendum est; regnum cœlorũ non est dantis, sed accipientis; non est enim acceptio personarum apud Deum, sed quicunque talem se probaverit, ut regno cœlorum dignus fiat, hic accipiet, quod non personæ, sed vitæ paratum est.* Deus nequaquam per hujus terræ Principum leges dirigitur, qui proximè sibi cognatos, aut magis gratos & acceptos, ad primos solent honores evehere. Basilius Seleucus ita exponit: *Non est meum dare vobis. Cur? quia remuneratio accipientis meritum consequitur, non solam facultatem dantis: thronus laborum præmium est, non ambitionis donum græ tuitũ; monstra meritũ tuum & meam intuere potestatem.* Chrysostomus, & post illum Theophylactus, rem hanc per pallii sive bravii similitudinẽ explicant. Si enim aliquis apud Regem, qui braviũ in stadio currentibus, vel inter se certantibus cõstituit, sollicitaret, ut braviũ istud sine cursu vel certamine prævio sibi cõcederet: *Huic respondere utique ille poterit, non est meum dare ad gratiam, sed quibus præparatum est, hoc est, his qui concurrerint, & vicerint;* sic autem & hoc loco dicit Christus: *Bonum certamen certavi, inquit Apostolus, ac proinde concludebat, reposita est mihi corona justitiæ.*

Matt. 25. v. 34. Apoc. 5. 10. S. Pasch. Joan. 5. 35. S. Th. hic. Rom. 2. 11. Basil. Seleuc. or. 24. Theophyl. 2. Tim. 4. v. 8.

4. Nonnulli ex sacris Expositoribus ly *vobis* hoc loco considerant. S. Remigius ait: *Vobis, id est superbis talibus, quales vos estis, sed humilibus corde, quibus paratum est à Patre meo.* Lyranus ait: *Sed quibus paratum est, id est: verè humilibus, & spiritualia sapientibus.* S. Ambr. ait *non dixit, Non est meum dare, sed non est meum dare vobis, non sibi potestatem deesse asserens, sed meritum creaturis. Accipe aliter: Non est meum dare vobis, qui veni humilitatẽ docere; non est meum, qui veni ministrare, & non ministrari; non est meum, qui justitiam servo, non gratiam.*

S. Rem. in cat. Lyran. S. Ambr. l. 5. de fide c. 2.

5. Quòd si verò in hoc Christi responso de honoribus agatur terrenis, prout in hoc nostro casu fieri videtur, meritò Christus se non esse passus induci, ut postulata illis concederet, quia tametsi corda Regum, & multò ampliùs regna in ejus consistant manibus, nihilominus dicere voluit: *Non est meum dare vobis*, quia desiderium ejus ad hoc solum contendit, ut primas illis cœli sedes & thro-

thronos consignet, non verò ut illos hic in terris in sublime evehat; imo suo nos exemplo gloriam humanam spernere docuit. In oratione quidem quotidiana, quam Dominicam appellamus, nos regna petere docuit, sed regnum Paradisi: *Adveniat regnum tuum: id dare meum non est, non enim dabo morbum alicui, qui doceo, ut à morbo caveatis.* Lucas scribit, superbum Luciferum illa Christo obtulisse, dum ait: *Ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa.*

S. Cyril. l. 10. Thes. c. 5. Luc. 4. v. 5. & 6.

Paul. de Palatio.

6. Paulus de Palatio optat, ut omnes Prælati, dum cognati ipsorum se ab illis ad dignitates evehi rogant, idipsum cum Christo respondeant: *Utinam, cùm à Prælato consanguinei petunt præbendas, dicerent: Non est meum dare vobis.* Imo non solùm illis, sed & omnibus aliis, qui omni merito carent, respondendum est: *Non est meum dare vobis*, quia conscientia ut solos dignos exaltent, illos arctissimè obligat, cum Prælati bono publico arctissimo debito obstringantur. Sanct. ille Præsul Albertus Magnus, de cujus Canonizatione agitur, hac de re ita scribit: *Audiant hoc Prælati, Christus enim dicit, non esse suum dare sedem hominis in acceptione personarum, & cujus erit dare sedem illam præter meritum? Si enim Christi non est, consequens est, ut etiam Vicarius Christi potestatem in hoc non habeat.*

Aut. Imp.

7. Author Imperfecti hisce verbis consolatur multos, qui in suis à Deo sollicitatis petitionibus patiuntur repulsam, dicens: *Quamvis putas te spiritualem rem petere secundum Deum, & dignam impetratione, tamen si non impetraveris, graviter ferre non debes*; adducitque duorum horum fratrum exemplum, de quibus ita scribit: *Rem spiritualem & dignam Deo se petere æstimabant, tamen reprobata est petitio eorum, inutilis judicata; non enim omne, quod apud homines justum videtur, etiam apud Deum similiter est justum? quanto major est Deus homine, tanto profundiora sunt Dei judicia, quàm hominis, nunquid digniores esse possumus Jacobo & Joanne? ut non impetrantes quod petimus, doleamus, cùm nec illi de non impetrato beneficio sint contristati.*

Versus 24.

Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.

Luc. Bur.

1. Lucas Burgensis dicit, matrem unà cum filiis Christum nonnihil ad partem subduxisse à discipulis, ut petitionem suam Christo proponens, ab aliis Apostolis minimè audiri posset: Salvatorem verò voce adeò clarâ respondisse, ut ejus responsione proposita à matre supplicatio facili posset negotio intelligi. Verùm, inquit idem Lucas Burgensis, ubinam est ejus charitas & circumspectio? Et respondet: *Cùm sciret eodem uno morbo omnes ipsos laborare, voluit ipsis simul omnibus mederi, unumque responsum simul omnibus servire.*

2. Ecce tibi igitur, quàm ferociter effrænis hæc ambitionis passio in cordibus humanis sæviat; neque enim vel ipsam met Christi scholã & collegiũ Apostolicũ in sæcularem quandam transmutare aulam dubitat: *Hi nimirum sunt affectus eorũ*, inquit Jensenius, *qui vivunt in oculis Principum; sibi quisque placet, sibi quisque pollicetur primos honores, & aliis Prælatis invidet.*

Jansen. c. 104. conc.

3. Paulus de Palatio proinde continere se nequit, quin exclamet: *O verè venenum charitatis, cupiditas, venenum concordiæ ambitio! Quis crederet inter piscatores pauperes, & hos Christi collegas, futuram de summo loco discordiam?* hæc etenim ambitionis macula animas quascunq; etiã purissimas coinquinare non desinit. Unde Hildebertus ait: *Superbia natione cœlestis, sublimes appetit mentes, & velut ad proprios revolans ortus, in gloriam & puritatem irrumpit hominum, quæ à gloria & puritate prorupit Angelorum.* Hic superbiæ & ambitionis spiritus suam se è cœlo empyteo originẽ inter mentes Angelicas habere gloriatur, indeque se in naturã humanã transfudit, idque eo vel maximè tempore, quo adhuc omnino immaculata & illæsa erat, id est, in statu innocentiæ & justitiæ originalis. Meritò igitur S. Ambrosius ita de ea scribit: *Quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia subruere, facit sæpe ambitio criminosos.*

Paul. de Pal.

Hildeb. Epist. 31.

S. Ambr. lib. 3. in Luc.

Versus 25.

Verſus 25.

Jeſus autem revocavit eos ad ſe, & ait: Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, & qui majores ſunt poteſtatem exercent in eos.

Jeſus autem vocavit eos ad ſe.

S. Hier. ibid. 1. S. Hieronymus Salvatoris noſtri benignitatem & manſuetudinem valde admiratur, utpote qui duorum horum fratrum præſumptuoſam petitionem minimè reprehendit, neque cæteris Apoſtolis invidam ipſorum turbationem aſperis verbis improperavit, *ſed tale proponit exemplum, quo doceat eum majorem eſſe qui minor fuerit, & illum Dominum fieri, qui omnium ſervus ſit.* Et quidem omnes ſimul coram ſe accerſivit, ut tantò eum attentiùs auſcultarent. Theophylactus ait: *Omnibus itaque ſimul loquitur, præſens omnibus ſit.* Cajetanus dicit: *Ut omnes ſimul propius, familiariùs, ac magis benignè reprehendat, duos ambitionis, decem indignationis; unâ tamen & eadem ratione, quia una erat radix peccati, ſcilicet appetitus primatûs.*

Theophyl. Cajet.

Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, &c.

Lyran. 2. Lyranus Chriſtum dicere voluiſſe putat, authoritatem & ſuperioritatem, quæ in ejus regno, id eſt, in Eccleſia ipſius eſſe conſpicitur, nullam habere ſimilitudinis relationem ad Principum temporalium authoritarem: *Quia authoritas in regno terreno acquiritur per ambitionem & poteſtatem; ſed in regno meo contrario modo acquiritur, videlicet propter humilitatem, propter quod dicit: Quicunque voluerit inter vos, &c. id eſt, ſe exerceat in obſequiis humilitatis.* Luc. Burg. *Lucas Burg.* fines, quos Principes ſæculares in ſua gubernatione ſibi propoſitos habent, hiſce verbis examinat: *Dominandi imperandique honorem ſpectant arroganter, quærunt que è principatu ſuo, in eo ſibi placent, quòd aliis præſint, à quibus timorem, honorem & obedientiam velut à ſervis exigunt; denique principatum dominatu definiunt, non proponunt ſibi eorum, quibus præſunt, utilitatem, ſed ſeipſos, ſuamque ambitionem, cui ſervire ſubditos cogunt, tum legibus, tum vi; male frequenter ipſorum ſubditorum.* Demum verò quomodo illa verba: *Qui majores ſunt, poteſtatem exercent in eos,* intelligenda ſint, declarat, notatque, quoſdam ita legere: *Qui majores ſunt licentiâ ſeu imperioſa authoritatem utuntur in eos; ſenſus eſt, eo delectantur, eo referunt dignitatem ſuam ut jubeant, & impetrent pro libitu ſubditis, invitoſque ad obſequium ſui compellant.*

Aut. Imp. hom. 25 3. Author Imperfecti ſimiliter ambitioſos, inordinatosque eorundem Principum fines hiſce verbis ad vivum delineat, dum ait: *Principes mundi ideo fiunt, ut dominentur minoribus ſuis, ut ſpolient eos, & comedant & uſque ad mortem abutuntur vitâ eorum ad ſuas utilitates & glorias.*

4. Idem quoque Author dicit, ſapientiſſimum Magiſtrum noſtrum nobis, quiſnam ſit fructus humilitatis, quis verò ambitionis effectus, palam oſtendere voluiſſe, Dicit enim: *Fructum humilitatis terreſtris poſuit primatum cæleſtem, & primatûs terreſtris fructum poſuit confuſionem cœleſtem; quicunque ergo deſiderat primatum in terra, inveniet confuſionem in cælo.* Per ſalutarem hanc medicinam, peſtilentialem & malignam ambitionis febrim in diſcipulis ſuis curare voluit: *Ut jam inter ſervos Chriſti non ſit de primatu certamen, nec feſtinet unuſquiſque eorum, quomodo aliis major appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur.*

Verſus 26.

Non ita erit inter vos: ſed quicunque voluerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter.

1. Pet. 5. v. 2. 1. Legatur Cap. 5. Epiſt. 1. S. Petri, ubi Apoſtolus, quales Superiores & Prælati in regno Chriſti eſſe debeant, aptè declarat, dicens: *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſponaneè ſecundùm Deum, neque turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè; neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo.*

S. Thom. hic. 2. S. Thom. ſcribit, Chriſtum hoc loco illos, qui primas dignitates, primaſq; in ejus Eccleſia ſedes occupare prætendunt inſtruere

inſtruere velle, qua ratione ſe gerere debeant: *Si quis deſideret habere præſidentiam in Eccleſia Spiritûs ſancti, ut ſit miniſter.* 1. Pet. 4. *Unuſquiſq; ſicut accepit gratiam, &c ſicut boni diſpenſatores, ut, quantò plùs habebis, plùs inutilibus expendas, ideò qui voluerit major fieri inter vos, id eſt, in Eccleſia, fiat ut miniſter, id eſt, miniſter in neceſſitate aliorum.*

1.Pet.4. v. 10.

Cajet. 3. Cajetanus dicit, Chriſtum hiſce verbis ſtabilire voluiſſe, quales in regno ipſius eſſe debeant ſuperioritates, pro quibus hanc præcipuè maximam ſtatuit: *Non ſic erit inter vos: Principatus veſter non erit ad dominandum, & præcipiendum & cogendum.* Lucas Burgenſis ait: *Nec idcirco tamen imperiosâ in vos authoritate utatur, ſed miniſtri inſtar, omni cum manſuetudine agit, ſi poteſt, obſecratione potiùs, quàm imperio adhibito.*

Luc. Burg.

Alb. M. 4. Albertus Magnus benè obſervat, Chriſtum dixiſſe: *Inter vos*; indeque hac deducit brevem moralitatem: *Ex modo loquendi notat Prælatum non ſupra ſubditos, ſed inter ſubditos eſſe debere.* Author Imperfecti finem explicat, quem Salvator noſter capita, & ſuperiores deputando habuit: *Principes Eccleſiæ ſiunt, ut ſerviunt minoribus ſuis, & miniſtrent eis, quæcunque acceperunt à Chriſto, ut ſuas utilitates negligant, & illorum procurent, & ſi opus fuerit, neque mori recuſent pro ſalute inferiorum ſuorum, ſicut Apoſtolus dicit: Ego autem impendar, & ſuperimpendat ipſe pro animabus veſtris.*

Auth. Imp.

Paul. de Pal. 5. Paulus de Palatio ſuper verba illa: *Sit veſter miniſter*, ait: *Quidni miniſtret, qui videt Deum miniſtrare, & lavare pedes diſcipulorum? Quidni miniſtret, qui videt miniſtrare munus eſſe Dei, ſuperbire verò Luciferi.* Cajetanus pulchrè diſtinguit, in quonam magnificentia & poteſtas Principum hujus mundi, & in quo Prælatorum præcellentia & potentia cõnſtat: *Magnitudo mundi eſt, ad exercendam poteſtatem, magnitudo veſtra erit ad exercendum miniſterium; principatus gentium eſt ad dominandum, veſter erit ad ſerviendum.*

Cajet.

Verſus 27.

Et qui voluerit inter vos primus eſſe, eris veſter ſervus.

Luc. Burg. 1. Lucas Burgenſis ait: *Veſter ſervus, vobis prorſus addictus, nullatenus liber, plus eſt ſervum eſſe, quàm miniſtrum; nam miniſter liber eſſe poteſt, ſervus autem totus eſt Domini ſui; quidquid habet in bonis ſive naturæ, ſive fortunæ, totum addictum eſt ſervituti Domini.* Servus debet eſſe ſubditorum ſuorum, quos gubernandos accepit; ac proinde nullum ab eis prætendere debet ſervitium, (ſunt verba præcitati Expoſitoris,) *adeò ſe ſervitio veſtro obnoxium eſſe ſciat, ut quidquid habet bonorum ſive animi, ſive corporis, adeoq; vitam ſuam, ubi fuerit opus, ſeque ipſum totum impendere debeat tutandæ ſaluti veſtræ.* S. Thomas hæc verba in eodem vigore interpretatur, dum ſuperioritatem Eccleſiæ non dominium, ſed ſervitutem eſſe dicit: *ſi aliquis deſiderat habere primatum in Eccleſia, ſciat quòd illud non eſt habere dominium, ſed ſervitutem,* adducitque illum Apoſtoli textum 1. Cor. 9. *Cùm eſſem liber ex omnibus, omnium me ſervum feci.*

1.Cor. 9. v. 19.

Chryſ. hom. 68. in Matt. 2. Ex omnibus hiſce, ſeriò à Chryſoſtomo, & ab Authore operis Imperfecti examinatis & ponderatis, ambo nihil ſtultiùs eſſe deducunt, quàm dignitatum ſeriam ambitionem; & quidem hac de re primus ita ſcribit: *Nam qui primatum quærunt, ſibi ipſi dedecori ſunt, ignorantes hoc ſe pacto in infima detrudere, non enim externis ſimilia noſtra ſunt; nam apud gentes, qui Principes ſunt, ipſi dominantur, apud me autem, qui ultimus eſt, ſumma tenet.*

Auth. Imp. hoc cit. 3. Author Imperfecti verò dicit: *Primatum Eccleſiaſticum concupiſcere, neque ratio, neque cauſa, quia neque juſtum eſt, neque utile; quis enim ſapiens ultrò ſe ſubjicere feſtinat ſervituti, labori, dolori, & quod majus eſt, periculo tali, ut det rationem pro omni Eccleſia apud juſtum Judicem, niſi fortè qui nec credit judicium Dei, nec timet, uti abutens primatu ſuo Eccleſiaſtico; ſæculariter convertat eum in ſæcularem?*

Verſus 28.

Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam pro multis.

1. Ne autem, quò minùs hactenus inculcata crederent, ullam prætexere poſſint

rationem, ſemetipſum omnibus in exemplum proponere non dedignatur. Unde S. Anſelmus ait: *Proponit exemplum, ut, ſi dicta parvi penderent, ad opera ſaltem erubeſcerent, dicens: Sicut filius hominis, &c.* *S.Anſel.*

2. S. Thomas opponit hiſce verbis Domini, & dicit, quâ ratione Dominus dicit, ſe non veniſſe, ut ſibi miniſtraretur, cùm tamen idem Evangeliſta de Chriſto ſcribat: *Acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei.* Joannes quoque in Evangelii ſui capite 12. eum à ſancta Martha varia accepiſſe obſequia & miniſteria ſcribit: *Martha miniſtrabat ei.* Reſpondet autem paulò poſt, quòd *licèt ei miniſtratum fuerit, non tamen ad hoc venit; ad quid igitur? ut ipſe miniſtraret, id eſt, ut abundantiam gloriæ aliis impenderet.* Luc. 22. v. 27. *Ego ſum in medio veſtrùm ſicut qui miniſtrat.* Quærat fortaſſe aliquis veſtrum, inquit S. Doctor: An Chriſtus ſervus dici poſſit, qui reverà Dominus eſt. Et Reſpondet: *Ita; ſervus enim dicitur, qui accipitur in pretium, & ipſe fecit ſe pretium, & dedit ſe in redemptionem pro multis.* Obſervat enim, Chriſtum non dixiſſe: *Pro omnibus, ſed pro multis, quia quantum ad ſufficientiam pro omnibus, quantùm verò ad ſufficientiam pro multis, ſcilicet pro electis.* *S.Thom.* *Ioan.12. 2.* *Luc.22. v.27.*

3. S. Thomas de Villa Nova, ingenioſam quandam circa incarnationem filii Dei conſiderationem habet huic noſtro propoſito non admodum incongruam; obſervat enim, filium Dei tunc præcisè conceptum fuiſſe, quando ejus ſanctiſſima mater ſe ſervam & ancillam nuncupavit, dicens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Circa quæ verba præfatus Archipræſul ita loquitur: *Grandi myſterio, altiſſimoq; Deitatis inſtinctu conceptura Deum, ſui meminit ancillatus, ut orientem à ſe filium, mundi obſequio manciparet.* *S.Thom. Vill. ſer. de Annunc.* *Luc. 1. 38.*

4. Cajetanus ex prædictis Evangelii verbis, Prælatos Eccleſiaſticos ſervitio ſpirituali deſtinatos eſſe colligit: *Hic apparet, quòd de miniſterio in ſpiritualibus ſtatuit magnates Eccleſiaſticos miniſtrare, ſicut ipſe Jeſus venit, ut miniſtraret ſpiritualia corporali exercitio & fatigatione interveniente prædicando, diſcurrendo per civitates & caſtella.* Ipſemet Chriſti in terris Vicarius, Servus Servorum appellatur, ad denotandum, quòd quantò ſublimior eſt gubernantis & præſidentis dignitas, tantò profundior eſſe debeat eorum humilitas. *Cajet.*



FERIA

FERIA QUINTA POST II. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Luc. cap. 16.

V. 19. *HOmo quidam erat dives, qui induebatur purpurâ & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè. 20. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus. 21. Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſâ divitis, & nemo illi dabat; ſed canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. 22. Factum eſt autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ, mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno. 23. Elevans autem oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè & Lazarum in ſinu ejus. 24. Et ipſe clamans, dixit: Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 25. Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. 26. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt, ut hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc tranſmeare. 27. Et ait: Rogo ergo te Pater, ut mittas eum in domum Patris mei. 28. Habeo enim quinque fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. 29. Et ait illi Abraham: Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos. 30. At ille dixit: Non Pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. 31. Ait autem illi: Si Moyſen & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.*

Verſus 19.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpurâ & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè.

Homo quidam.

S. Bonav hic. *S. Ambr. in cat.* 1. S. Bonaventura, S. Ambroſius, & alii, hujus Evangelii ſeriem non parabolam, ſed veram hiſtoriam, & revera factum eventum fuiſſe crediderunt; cujus indicium eſſe dicunt, quòd Lazarus proprio ſuo nomine appelletur. *Dion. Cart. ibid.* Dionyſius Carthuſianus in ea eſt opinione, divitem hunc reprobum fuiſſe Nabal, qui Davidi inſultavit, eumque indignè tractavit.

2. Euthymius rationem reddit, cur divitis nomen non exprimatur, dum ait: *Divitis quidem nomen non edidit, utpote odio digni; ſcriptum eſt enim: Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Idem quoque ex Hebræorum traditione refert; quod in eo ſæculo, quo ambo vixerunt, dives appellatus fuerit Ninenſis, pauper verò Lazarus dictus fuerit, Chriſtumque poſt amborum mortem hanc de iis, quæ verè inter utrumque acciderunt, præſentem compoſuiſſe parabolam. Lucas Burgenſis ſcribit: *Nullus nar-* *Euthym Pſ. 15.* *Luc. Bur.*

rare potuit præter Chriſtum, cui ſoli res alterius ſæculi notæ fuerunt.

Alb. M. 3. Albertus Magnus tres rationes, cur nomen divitis expreſſum non fuerit, aſſignat. Prima eſt: *Ad innuendum, quod divites apud Deum ſunt ignoti.* Secunda ad notandum, Deum modo quodam mundi legibus contrario procedere, mundus enim neminem ex nomine agnoſcere, aut magnificare ſolet, præterquam ſæculi iſtius magnates. Tertia, quia divites ſolùm ſolliciti ſunt, ut ab hominibus magnificentur, & noſcantur ex nomine, nihili facientes, quòd à Deo æſtimentur, aut apud illum ex nomine famoſi & magnifici exiſtant: *In hoc mundo nomen ac-*
Pſ.48.12 *quirentes, apud Deum perdunt.* Pſal. 48. *Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis. Quarta ratio*
Pſ.17.43 *magis eſt propria, quia putreſcis in manibus eorum, in quo nominari quærunt; ut lutum platearum delebo eos.*

Hugo Card. 4. Hugo Cardinalis ideò Evangeliſtam divitis nomen non expreſſiſſe dicit, ut inde intelligamus: *Quod divites nomen ſuum, quod hic habuerunt, amittent, & pauperes invenient.* Prov. 10. *Memoria juſti cum laudibus, no-*
Prov. 10 v. 7. *men impiorum putreſcet.*

Did. Stel. hic. 5. Didacus Stella id ex morali quodam motivo factum fuiſſe dicit; cùm enim ſcandala & vitia, propter quæ in inferno ſepeliendus erat, referenda eſſent, prudenter illum ex nomine non appellavit: *In quo docet, ne quotieſcunque vitia alicujus narramus, authorem nominemus, ne aliqua infamia inde illi ſequatur.*

Erat dives.

Beda. 6. Chriſtus Dominus, ut Beda advertit, ideo hoc factum narrat, quia paulò ante di-
Luc. 16. 9. vites hiſce verbis monuerat: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula, quod audientes Phariſæi deridebant;* ideóque hactenus à ſe dicta hoc exemplo confirmare voluit. Idem quoque Beda diffuſè, & poſt ipſum Lyranus parabolæ vel hiſtoriæ hujus
Beda. Lyran. ſenſum exponunt allegoricum, dum in divite populum Judaicum, in Lazaro verò populum gentilem ſignificari dicunt.

Hugo Cardin. 7. Hugo Cardinalis, Chriſtum de hoc divite in tempore præterito imperfecto loqui obſervat: *Erat; quia talis, qui non eſt finaliter bonus, imperfectè eſt dives, quia ejus divitiæ prætereunt & pereunt.* Porrò Deus huic quidem diviti ampliſſimas conceſſerat divitias, non tamen ut ad illas velut ad ſcopulum allideret, in fundum uſque inferni naufragaretur, ſed ut illis virtuosè utendo, ſalutem ſibi acquireret; ac proinde, ut ad id faciendum, promptam occaſionem haberet, extremam mendici Lazari neceſſitatem, ei inceſſanter ob oculos ſtatuerat, ut illam videns, ad intimam erga illum moveretur compaſſionem. Judam avaritiæ deditum eſſe videbat, & tamen loculos eidem concredebat, non ut illis tanquam vitii illius fomento uteretur, ſed ut Chryſoſtomus ait: *Ut omnem tolleret proditionis materiam.* Opportunum valde eſt in hoc propoſito illud Theodoreti monitum: *Aperti-*
Chryſoſt. hom 64. in Ioan Theod. l. 6. de provident. *ſſimum defenſionis campum habent malitiæ operarii, ſi in hac vita divitiarum theſauros ſolis juſtis Judex ille diſtribuiſſet.*

S. Bonav. hic. 1. Tim. 6. v. 9. S. Chryſol. ſerm. 122. Hugo Card. Iob. 38. §. 8. S. Bonaventura ait: *Dives dicitur non ſolùm propter divitiarum poſſeſſionem, ſed propter earum dilectionem, ratione cujus dicitur: Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli.* Chryſologus ait: *Dives ſed crimine, non cenſu, non ſubſtantia ſed reatu.* Hugo Cardinalis in hoc propoſito ſcribens, diviti huic non poſſeſſionem ad delectum imputatam fuiſſe dicit, ſed effrænem & inordinatam divitiarum cupiditatem, adducitque ad id confirmandum illum textum Jobi cap. 38. *Deus potentes non abjicit, cùm & ipſe ſit potens;* & quidem hic noſter dives tantò poterat eſſe inculpabilior, quia non per malè acquiſita opulentus factus aut locupletatus fuerat. Unde Lucas Burgenſis
Luc. Burg. dicit; quòd fuerit: *Dives de ſuo, (quòd habet Auguſt. ſerm. 19. de verb. Apoſt. cap. 3.) non enim accuſatur rapinæ, furti aut alterius injuſtitiæ.*

Qui induebatur purpura.

Beda. 9. Venerab. Beda ſe graviter opponit illis, qui veſtes pompoſas, nimiſque pretioſas deferre, ab omni peccato excuſare nituntur. *Quodſi videlicet culpa non eſſet, nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd dives*

dives, qui torquetur apud inferos, purpurâ & byſſo indutus juiſſet; hanc porrò purpuram, *Gloſſ. interlin.* ut interlinearis aſſerit, oſtentationis causâ portabat: *Hoc niſi ad inanem gloriam*: & Dio. *Dio. Car.* nyſius Carthuſianus ait: *Qua veſtiebatur exteriùs ad oſtentationem inanem.* Porrò habitus pompoſi oculos & obtutus profanorum *Apoc. 17. 4.* & laſcivorum poſt ſe trahere ſolent: *Et mulier erat circumdata purpurâ & coccino, & inaurata auro*; advertendum eſt autem, quòd *Ibidem.* per hanc veſtium pretioſitatem, tenaciſſimus quidem libidinis viſcus injectus erat: *Habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione & immunditia fornicationis ejus*, hancque in fronte adfixam inſcriptionem circumferebat: *Babylon magna mater fornicationum.* *Ibid. v. 5*

10. Luxus veſtium, qui in hoc divite militabat, in eo conſiſtebat, quòd ſcilicet ſupra ſtatum & conditionem ſuam, viſtium ornatu uſus fuerit. Unde Cajetanus ait: *Peccatum luxus in immoderato veſtitu exteriori ſignificatur: Purpura enim Regum, non cujuſcunque divis eſt: Byſſus lini molliſſimi genus, Reginarum delitiis fortè commodum, non cuicunque diviti.* *Cajet.* Præterquam quod S. Bonaventura hunc veſtium luxum ex alio quodam capite cenſura dignum exiſtimet: *Quia valde abſurdum eſt putridum cadaver pretioſa veſte ornari, und poſſent multi pauperes ſuſtentari, excuſatur autem hoc ratione dignitatis perſonæ.* Nazianzenus orat. 3. de pauperum diffuſè tractat, atque inter alia ita ſcribit: *Hic quidem purpuræ flos vobis quidem malis imperatoribus ſuperbiam, pauperibus autem luctum conciliare invenitur.* Et ratio eſt, quia Magnates per ſanguinem & ſudorem pauperum in immoderatis pompis ſuis excedere ſolent: Et quidem tametſi de hoc divite non conſtet, quòd divitias ſuas per iniquas extorſiones & pauperum oppreſſiones congregarit; hoc tamen de illo hodiernum teſtatur Evangelium, quòd pauperes fame mori & interire permiſerit; & ideo ejus quoque purpuram ſanguine tinctam rutilâſſe dicere poſſumus; quia trita eſt illa S. Ambroſii ſententia: *Si non paviſti, occidiſti.* S. Bonaventura quoque S. Hieronimum citat, dicentem: *Alienа rapere convincitur, qui temporalia ultra neceſſitatem habere comprobatur.* Hic dives pompoſè ſe ornando, pauperem ad limen domus ſuæ nudum jacentem toto corpore tremere fecit, & rigidam nimis etiam micarum panis rationem habens, eaſdem miſero Lazaro, præ fame & nuditate morienti immiti animo negabat. *Nazian. orat. 3.* *S. Ambr.* *S. bonavent. cit.*

De hiſce Job ita ſcribit: *Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes; quibus non eſt operimentum in frigore, quos imbres montium rigant.* Cajetanus ait: *Nuditas Lazari deſcribitur ex hoc, quod canes lingebant ulcera ejus.* Divites ſupra vires facultatum ſuarum, & ſupra ſtatum ſuum ita in pompis veſtium excedere volunt, ut permittere neceſſariò debeant pereire pauperes. S. Ambroſius ait: *Parietes veſtitis auro, homines denudatis, clamat homo nudus, & tu ſollicitus es, quibus marmoribus veſtimenta veſtias: pecuniam pauper quærit & non habet, & æquus tuus aurum ſub dentibus mandit.* Enim verò non quidem muros candido aut variegato marmore contegere & exornare prohibemur; indignum tamen eſt, ut, dum adeo de muris contegendis ſollicitus es, Chriſtum in paupere, præ nimio frigore & gelu tremere, & ex fame interiri permittas; verum quidem eſt, quòd mulier illa fortis, cujus Sapiens meminit, ſuperbè veſtita fuiſſe legatur: *Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum ejus*, attamen Spiritus ſanctus poſt hæc verba immediatè ſubjungit: *Nobilis in portis vir ejus, quando ſederit cum ſenatoribus terræ*; unde purpura illa ſtatus & dignitatis ejus ſublimitati & excellentiæ debebatur; & tamen inter haſce pompas, quàm prodigam erga pauperes charitatem exercuerit, ex ſequentibus verbis audite: *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperes.* *Iob. 24. 7.* *Cajet.* *S. Ambr. lib. de Nabuth. c. 13.* *Prov. 31. 22.* *Prov. 31. 20.*

11. Hugo Cardinalis ad moralem ſenſum deſcendens, ait: *Purpuram & byſſum nominat Dominus, non ſolùm quia delicata & ſumptuoſa ſunt, ſed propter latens myſterium; purpura enim ſanguine tingitur, & ſignificat beneficia Eccleſiaſtica, Chriſti ſanguine comparata, vel de ſudore pauperum acquiſita, multi enim ea unde pauperes deberent vivere, ponunt in veſtibus ſuis pretioſis.* Albertus Magnus ſuper hæc verba ſcribens, parum ab illa Hugonis conſideratione differt, dicit enim: *Quidam enim ſunt, qui purpura ſanguinis Chriſti veſtiuntur, & in miſterioſa ſacerdotali vel clericali, & byſſo caſtitatis ejuſdem*; ſed quid ſequitur *Hugo. Card.* *Alb. M.*

quitur: *Inde gloriantes, contemnunt pauperes, & non compatiuntur eis.*

S. Anton ſerm in hac. fer.

12. S. Antonius de Padua optimè explicat, quinam ſint illi, qui in pernitiem pauperum, purpurâ ſe veſtiunt, dum ait: *O quot induuntur hodie purpurâ panno ſcilicet intincto ſudore & ſanguine pauperis, quia induuntur rapina, furto, uſurâ, illicito lucro.*

Et Byſſo.

Hugo Car.

13. Byſſus genus quoddam lini ſubtiliſſimi, & ſupra modum candidi erat, de qua Hugo Cardinalis ita ſcribit: *Mollitiem carnis notat byſſus, genus lini candidiſſimi quod juxta carnem habetur*: Quia verò delicata hæc byſſi mollities ſæpe cauſa eſt, cur caro recalcitret ſeque ſpiritui opponat, ideo idem Doctor ſubjungit: *Candor byſſi convertetur in obſcuritatem abyſſi; nunc veſtiuntur byſſo, tunc veſtiuntur abyſſo.* Porrò ſuppremos Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Principes, purpurâ & byſſo veſtiri quotidie videmus, quodnam verò in

Alb. M.

eo veſtium genere lateat myſterium, Albertus Magnus, præceptum Dei, quo purpura & byſſus in veſtem ſacerdotalem adhiberi jubetur, recolens, hiſce verbis exponit: *Quod Prælatus dives debet iſta habere indumenta, ut per purpuram congruat Paſſioni, & per byſſum continentiæ Chriſti.*

Et epulabatur quotidie ſplendidè.

S. Baſil. ho. de Parad. S. Bonav Iac. 5. 5. S. Greg. l 1. moral c. 5. Dion. Cart. ibid. Ioan. Climac. in ſcala gr. 14.

14. Tametſi is, qui ventrem lautis cibis nutrit, à Theologis moralibus, non adeò facilè peccati mortalis condemnetur, nihilominus, ut S. Baſilius bene advertit: *Corpus bene ſaginatum, & anima illi immerſa proclivis ſit ad peccandum*: Et quidem quòd peccatum luxuriæ attinet, dicit S. Bonaventura: *Ecce voracitas, quæ ut plurimum habet luxuriam adjunctam.* Jacobi 5. *Epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis enutriſtis corda veſtra.* S. Gregorius dicit: *Penè ſemper epulas comitatur voluptas.* Dionyſius Carthuſianus addit, quod omnibus aliis peccatis aditum pateſaciat. *Ex qua*, inquit, *luxuria, acedia, & alia varia conſequuntur peccata.* S. Joannes Climacus ait: *Princeps eſt dæmonum, qui cecidit Lucifer, & princeps vitiorum concupiſcentia gulæ.* In quibus verbis notandum eſt ly *Concupiſcentia*, quia non tam cibus, quàm immoderatus illius appetitus eſt, qui nos condemnat. Unde S. Gregorius ait: *Neque enim cibus, ſed appetitus in vitio eſt.* Sunt nonnulli crapulones, de quibus dici poteſt, quòd eorum *animus in patinis* ſit, qui, quidquid ſtudent, quidquid cogitant, quidquid operantur aut moliuntur, totum eò duntaxat referunt, ut novas inveniant gulæ promovendæ inventiones. Dives Evangelicus non ſolùm ſemel aut iterum, ſed *quotidiè* epulabatur; Cajetanus autem dicit: *Congruit quandoque epulari, ſed quotidiè nimis eſt.* Et ideo Dionyſius Carthuſianus ait, quod erat *Gulam in in conſuetudinem vertens.* Hanc autem ejus intemperantiam Theophylactus inter alios vivaciſſimè exprimit, dicens: *Non nunc & tantùm, & poſtea non ſed quotidiè, & non mediocriter, ſed ſplendidè, hoc eſt, ſumptuosè & prodigaliter.*

S. Greg. l. 3. mor. c. 2. *Cajet.* *Dio Car.* *Theoph.*

Splendidè.

15. Id eſt, inquit Lucas Burgenſis, *Ita ut epulis ipſius nihil jucunditatis deeſſet, non ſanitas, non conſortium, non colloquia, non muſica; ſplendido, magnificoque apparatu, ſive ciborum pretia, condimenta, & varietates, ſive vinorum præſtantiam, ſive vaſorum ex argento & auro, totiuſque ſuppellectilis ſplendorem ſpectes.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Delicatè, crapulosè, ſuperfluè, pomposè, excedendo in ciborum & potuum multiplici varietate, exquiſita præparatione, pretioſa conſumptione, vaſorum ornatu curioſo, atque in his aſſiduus fuit.*

Luc Bur. *Dio. Car*

16. Auguſtinus Maſcardus celebris ſæculi noſtri orator vitioſam hanc gulæ intemperantiam hiſce verbis ſatis emphaticis exaggerat, dicit enim: Hiſce noſtris temporibus ad unicum duntaxat ventrem demulcendum vina ex una regione transferuntur in aliam, pro unica duntaxat inſtauranda cæna, ex uno & alio mari, ex fluminibus, torrentibus & lacubus diverſis tranſvehuntur piſcium peregrinorum genera; feræ per mille ſylvas defatigatæ, ſanguine perſæpe tinguntur eorum, qui eas venantur, ut uni duntaxat epulonis ori cruentum pendant tributum; ut unius duntaxat palato nimium curioſo deſerviatur, integri miniſtrorum, & coquorum deſudant exercitus, pro unico pal-

Auguſt. Maſcar. Cebet. diſc. 1.

palmari tantùm ſtomacho faciendo, altiſſimi fumant camini, fornaceſque ampliſſimæ, fercula ferculis accumulantur in menſis ſub dapum nimio pondere ingemiſcentibus, penuaria in vino natant. ipſaque granaria præ nimia rumpuntur aut certè incurvantur granorum abundantia; & cum unica ſylva centum Elephantis ſuſtentandis abundè ſufficiat, opportunumque illis præbeat nutrimentum, centum econtrà Provinciæ unicò duntaxat homini exſaturando minimè ſufficiunt. Sileo hîc ex induſtria, quòd per diverſa adinventionum genera hoc ſolùm procuretur, ut fames non tam compeſcatur, quàm ut magis magisque ad majorem guloſitatem prurireturquod per exquiſitas condimentorum ſpecies, animalia in alienas quoque naturas degenerare contendant; ſub ſilentio itidem pertranſeo, quòd ad delectandum unius hominis palatum, ipſa quoque anni tempora aut ſtationes inter ſe confundantur, dum tempore efferveſcentis præ æſtu caniculæ & leonis, menſas faciunt ex condenſatis ex ſaccaro artificioſè præparatis nivibus & glacie apparere, haud ſecùs acſi ſub Polo antarctico, in corde rigidiſſimæ hyemis conſiſterent.

17. Verùm enim verò ad propoſitum noſtrum magis deſerviet, ſi conſideremus, quòd probabiliter ſatis timeri poſſit, ne fortè ſola gula cauſa ſit, quòd dives hic epulo ſepultus fuerit in inferno; nam ut Cajetanus ait: *Hæc autem non ideo commemorantur, ut ſignificetur peccata eſſe mortalia ſecundùm ſe, ſed ſigna animi, dediti totaliter vitæ ſenſuali*, ac proinde cùm guloſi, præter edere & bibere, aliud nihil ſomnient aut cogitent, animam ſuam nihil faciunt, imò ipſiuſmet Dei ut plurimum obliviſcuntur. Sic enim Protoparentes noſtri, ut pomum vetitum manducare poſſent, creatori ſuo cœlorum gaudiis & ſaluti æternæ, liberè renunciârunt. Unde Tertullianus ait: *Facilius ventri quàm Deo ceſſit, ſalutem gulæ vendidit.* Similiter in Deuteronomio dicitur: *Incraſſatus, impinguatus dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.* Dives ille, cujus etiam in S. Luca fit mentio, poſt habitam illam copioſam meſſem, animam ſuam ad manducandum & bibendum protinus invitavit, dicens: *Comede, bibe, & epulare*, haud dubiè enim animam ſuam haud ſecus ac fauces fruſtrum quoddam carnis eſſe arbitratus fuit, eamque eſus & potus, exindeq; naſcentis delectationis capacem eſſe credidit. Unde S. Baſilius de illo pulchrè ſic loquitur: *O verba ſtulta! ô dementiam ſingularem! ſi porcinam habuiſſes animam, quid aliud ipſi denuntiare potuiſſes? At unde hoc? Quia terrena ſapis, & Deum habes ventrem.* Guloſi ſolis epulis congerendis ſtudent, & quia divites, huic ſuo ordinato appetitui ſatisfacere poſſunt, ac proinde ventrem ſuum loco Dei adorant & colunt, ac tandem ignis æterni eſca & pabulum evadunt. *Stultè hac nocte repetent à te animam tuam.* In vita Magni illius ſervi Camilli Dei de Lellis, fundatoris Clericorum infirmis miniſtrantium, recenſetur, quòd dum Clerici ejus ad moribundum quendam confortandum acerſiti, multis cum ipſo de æterna ſalute diſſererent, ipſe in horrendas continuaſq; blaſphemias proruperit, cùmque illum pœnitentiæ ſeriæ, confeſſionisque peccatorum inſtituendæ comonuiſſent ſæpius, ipſe bonæ ac ſalutaris inſtructionis pertæſus, uni illorū reſponderit: Ecquid tua refert, ſi ego ad infernum detrudar, illoque dicto mox exſpirârit. Hic autem, prout ejus domeſtici poſtea retulerunt, gulæ adeò deditus fuit, ut pro unius capreoli condimento decem ſcuta facilè exponeret.

Cajet.

Tertull. de jejun.

Deut. 32. 15.

S. Baſil. hom. 6. in div. avar.

Luc. 12. 20.

Vit. Camill. de Lellis. l. 3. c. 9.

Verſus 20.

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus; qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus.

Et erat quidam mendicus.

1. Albertus Magnus diſtinguit inter hæc duo verba: *Mendicus & pauper*: Dicit enim de Lazaro: *Non tantùm pauper erat, quia pauper eſt, non ſufficiens, ut dicit Auguſtinus, ſed mendicus eſt, qui circuit per oſtia, omni auxilio deſtitutus.* Idem quoque obſervat, quòd mendicus communiter elata voce per plateas ad oſtia domuum clamitare ſoleat; *Mendicando clamat ad oſtia, excitet pietatem*; de Lazaro autem non conſtat quidem, quod clamando,

Alb. M.

Luc. 12. 19.

do, ſuamque inopiam recommendando, aliis importunus fuerit, idque fortaſſe, quia ad clamandum, vigorem vireſque corporis ſufficientes non habuerit; at verò tot ipſi linguæ erant, quibus ſuam lamentabatur miſeriam, aliorumque ſubſidia implorabat, quot in ulceroſo illius corpore, ulcera & vulnera, aperta velut ora eſſe videbantur, quia erat *ulceribus plenus.*

S. Bona. 2. S. Bonaventura durum immite hujus Epulonis cor inde vel maximè arguit, quia ſolus & unicus Lazarus, ejus compaſſionem implorabat, non verò multi pauperes: *Aggravatur ex hoc, quòd ille pauper erat unicus*, unde dicit quidam Pſalmus: *Reſpice in me, & miſerere mei, quia unicus & pauper ſum ego.* *Alb. M.* Albertus Magnus ipſum ad aliorum compaſſionem excitandam altum clamâſſe exiſtimat: *Si enim taceret, vel plures eſſent; non eſſet adeò damnabilis divitis impietas.*

Hugo ard. 3. Hugo Cardinalis mendicum hunc cum divite Epulone ſimul conferens, circa ſalutis noſtræ diſpoſitionem, divinam admiratur providentiam: *Diviti adjungitur pauper, quia uterq; alteri confert, & uterque à Domino eſt; voluit enim Dominus alios pauperes, alios divites eſſe, ut illi ſuſtinendo, iſti largiendo proficerent in virtute.* Proverb. 22. *Prov. 22. v. 2.* *Dives & pauper obviaverunt ſibi, & utriusq; illuminator eſt Dominus; Lazarus eſt pauper, dives & creditor; habebat enim, quod credere poſſet Lazaro, ſi vellet.* Deus utique tenacitatem divitis hujus optimè perſpectam habebat, ideoque unicum duntaxat pauperculum hominem ipſi objecit, & quidem, qui ſolis micis de lauta divitis illius menſa cadentibus contentus erat, qui ipſis quoque ſe poſtponi patienter ſuſtinebat: At verò idem Doctor S. Bernardum citat, dicentem: *S. Bern.* *Quantos Lazaros hodie videtis, & plus de equorum phaleris, quàm de proximorum miſeria cogitatis?* *Alb. M.* Albertus Magnus nullum ſe hunc divitem excuſandi modum invenire dicit: *Nonniſi unus & unicus erat*, inquit de hoc mendico, *qui & unico non dedit, nunquam ad plures, miſericordiâ motus fuiſſet?*

Nomine Lazarus.

4. Venerabilis Beda dicit: *Certè in populo plus ſolent nomina divitum, quàm pauperum ſciri, quid eſt ergo, quòd Dominus de paupere & divite verbum faciens, nomen pauperis dicit, & nomen divitis non dicit, niſi quòd Deus homines novit & approbat, & ſuperbos ignorat?* *Beda.*

5. Didacus Stella inde morale hoc documentum deducit: *Docet præſertim Prælatos, ut nomina pauperum ſciant, & viſitent eos, & tanquam filios diligant, & curam illorum gerant..* *Didac. Stel. in Luc.*

6. Albertus Magnus ſe præ cæteris expoſitoribus latiùs extendit in ponderandis cauſis, cur pauperem, non verò divitem ex proprio nomine appellârit: *Cujus nomen novit Dominus propter quinque, quia ſunt noti apud eum pauperes, quia ipſos elegit.* Jacobi 2. *Nonne Deus elegit pauperes divites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe. Secunda ratio, quia paupertatem diligit, & humilitatem approbat. Tertia, quia nomina nulla habent in terris, & ideò in cœlis habere merentur. Quarta, quia apud Deum ſunt gratiæ ſingularis.* S. Bonaventura illum Pſalmi locum adducit: *Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum ſalvas faciet, ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Quinta, quia in cœlis & non in terra, omnia merita, per quæ nominandi ſunt, ſcripſerunt.* *Alb. M.* *Iac. 2. 5.* *S. Bonav. Pſ. 71. 13. & 14.*

7. Porrò myſticum hoc nomen eſſe comperiemus, ſi illius Ethymologia examinetur, id quòd Janſenius nobis hiſce verbis inſinuat. *Bene quadrat in hunc mendicum nomen Lazarus, nam illud ſignificat, ut habet Chryſoſtomus & Auguſtinus, eum qui adjutus eſt, aut potius ad adjutorium, nimirum quia nulla re mundana fretus, ad ſolum Dei reſpiceret adjutorium.* *Ianſen concord. c. 97.*

8. Lucas Burgenſis hunc pauperem notiſſimum, optimorumque morum fuiſſe exiſtimat, dum ait: *Nec puto, quòd à Chriſto inter tot pauperes nominaretur, niſi ſpecialis paupertatis & miſeriæ notus fuiſſet apud homines, & ſpecialis meriti apud Deum.* *Luc. Burg.*

Qui jacebat ad januam ejus.

9. Sciens Deus, divites ſibi per eleëmoſynam comparare poſſe Paradiſum, de hujus Epulonis ſalute ſollicitus, miſerabilem hunc hominem oculis ejus objecit, ut ad ejus moveretur compaſſionem, ſiquidem ipſi quoque canes ejus commiſerabantur. Unde Hugo Cardinalis ait: *Iacebat ante januam, ut dives eum videre poſſet, exiens, & revertens.* Et S. Bonaventura: *Ut jam non poſſet præ ignorantia excuſari,* illumque S. Joannis textum adducit, in quo dicitur: *Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?* Hugo Cardinalis ait: *Jacebat ante januam, ut dives dicere non poſſet, non vidi, in angulo fuit, aſpicere non potui.* Lucas Burg. ideò hunc pauperem ad januam divitis jacuiſſe exiſtimat, quia hic eum nequidem intra domûs ſuæ veſtibulum recipere volebat: *In via quidem publica, nec enim permiſiſſet dives, ut occuparet interius veſtibulum domûs, quòd januam veſtiebat.* Hugo Cardinalis divitem hunc non ſolùm pauperi cibum abnuiſſe, dicit: *Sed nec eum videre ſuſtinebat, & ideò non permittebat eum jacere intra januam, ne videret eum.* Unde S. Bonaventura illum Jobo & Abrahæ diſſimillimum fuiſſe conſiderat; ſiquidem primus ſanctè de ſe gloriatur, dicens: *Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit*; de alio verò ſcribitur: *Sedebat in oſtio tabernaculi, ut ſtatim ſuſciperet peregrinos.*

Hugo Card. *S. Bon.* *1. Ioan. 3. 17.* *Hugo Card. Luc. Burg.* *S. Bon.* *Iob. 31. 32.* *Gen. 18. 1.*

Ulceribus plenus.

10. Valde conſiderabile eſt verbum illud, *Iacebat*; Titus Boſtrenſis, à Luca Burgenſi citatus ait: *Iacebat abjectus, neglectus, proſtratus, pro nihilo habitus, omni humano præſidio prorſus deſtitutus*; & hoc quidem modo multis diebus atque noctibus in terram proſtratus ſub dio, in aperto aëre jacuit, abſque eo quod quempiam ad compaſſionem & miſericordiam flectere poſſet.

Tit. Boſt.

11. Venerabilis Beda in externa hac pauperis illius derelictione divinæ providentiæ diſpoſitionem agnoſcit, qua illum probare voluit, non ſolùm per paupertatem extremam, verùm etiam per pœnoſam mortalemque infirmitatem: *Ut probaretur amplius pauper, ſimul & hunc & paupertas, & ægritudo tabeſcit*; præterquam, quòd ut idem Author notat, doloris ſenſus in hoc paupere eo vel maximè augebatur, quòd miram divitis hujus proſperitatem quotidie oculis ſuis cogeretur aſpicere: *Atque inſuper videbat procedentem divitem, obſequentibus cuneis fulciri, & ſe in infirmitate & inopia à nullo viſitari.* Et quidem ſi verum eſt, ut eſt veriſſimum, quòd ſcilicet *Patientia opus perfectum habeat*, meritò Didacus Stella in hoc pauperе admiratur, quòd *Nullam querelam, nullam in Deum contumeliam effudit, nec ullum impatientiæ indicium extulit*; *ſic faciunt electi, qui gloriantur in tribulationibus ſuis.*

V. Beda. *Iac. 1. 4.* *Did. Stel.*

12. Porrò Deus, per hæc Lazaro immiſſa ulcera, ſpiritualem illius ſalutem conſolidare, nec non Epulonis ſpiritualem profectum omni ſtudio procurare ſatagebat, ſiquidem ut Hugo Cardinalis conſiderat, *Solent ulcera infirmorum viſa magis provocare affectum intuentium, à quibus, qui avertit oculos, impius eſt*; qualem ſe hic dives eſſe clarè ſatis probavit, quia ut Gloſſa notat, *Hujus ulcera dives faſtidioſus exhorret*; redditque nauſeæ hujus rationem, ne ſcilicet per ulcerum horum aſpectum, delitias & voluptates ſuas turbaret: *Ne inter pretioſas epulas, unguentatoſque convivas, fœtorem ulcerum lambentibus canibus ſuſtineat.*

Hugo Card. *Gloſſa*

13. Chryſologus autem per ſublime ingenium ſuum, ſuper hæc fœtentia cæteroquin ulcera, ſuavem quandam fragrantiam effudit, dum ait: *Deus, qui obturatis auribus unius oris nil erat vox clamantis, & aperiendum cor divitis, totum corpus pauperis vulneribus aperit, ut in admonendo divite tot eſſent pauperis ora, quot vulnera*; *ſolvuntur viſcera, ulcera producuntur, hiatus vulnerum dilatatur ſanies effunditur, & tota pauperis caro componitur in ſcænam pietatis, ut, quem vox eſurientis non moverat, ſuſpiria, dolores, gemitus, & tota ærumnarum congeries moveret.*

Chryſol.

14. Per hæc quoque Lazari ad cœleſtem beatitudinem electi ulcera, intelligere poſ-

ſumus pœnitentiam alicujus, qui ut animæ ſalutem recipiat, peccatorum ſuorum vulnera ſacerdoti manifeſtat. Unde Hugo Cardinalis ait: *Ulcera, quæ in cute exterius virus oſtendunt, peccata ſunt per confeſſionem aperta: & iſtorum eſt maximè miſerendum, qui peccata propria confitentur, illi enim ſanari appetunt, qui vulnera detegunt & oſtendunt.*

Hugo Card.

Verſus 21.

Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat; ſed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus.

Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa divitis.

1. Non obſtante, quòd hic pauperculus mendicus ſe ex fame deficere videret, attamen ne micas quidem panis, quæ cadebant de menſa divitis, adeoque quæ interituræ erant, poſtulare ab eo præſumpſit, adeo patiens, modeſtus, & in Deum reſignatus erat: *Cupiens*; deſiderabat quidem, nullam tamen eas poſcendo fecit inſtantiam. Unde Janſenius ait: *Quodque ſumma cum modeſtia tantùm de micis ſaturari cuperet, nec tantillum quidem importunitate obtinere contendens, ſed miſeriæ ſuæ oſtentatione potiùs, quàm clamore mendicans. Micis ſeu fragmentis panis*, inquit Lucas Burgenſis, *non ſumptuoſis ferculis, ſed micis, quibus ſaturabantur canes, quæ cadebant, vel canibus relinquebantur, vel peribant*; adducitque authoritatem Titi Boſtrenſis, ita ſcribentis: *Ad placandam inediam nihil aliud expetens, quàm micas, quæ de divitis menſa temerè cadebant, adeoque* reliquiæ quæ peribant, quæque nihili æſtimabantur, pauperculum hunc ſuſtentare, imò recreare poterant; dives verò econtrà in illâ micarum debitè factâ diſtributione, centuplicatam quandam in cœlo annonam invenire poterat. Unde S. Thomas ait: *Quaſi dicat pauper, quod projicis de menſa, hoc præbe in eleëmoſinam; ſic damna lucrum.* In multis utique, qui in hoc ſæculo feliciter proſperantur, comminatio illa Davidica adimplebitur: *Omnis iniquitas oppilabit os ſuum:* Quid enim excuſationis loco reſpondere poterunt, quando videbunt, quòd micis & luxuum ſuorum ſuperfluitatibus cœlum ſibi lucrare potuerint, pauperibus benefaciendo, ipſi verò hiſce falcones, vel equos aut canes, aut ſimilia animalia impiiſſimè prætulerit? Mendicus contentus erat micis illis, eademque Deo ſufficiebant, ut erga illum viciſſim miſericordiam exercent, & tamen *Nemo illi dabat. Quod ſupereſt*, inquit Deus, *Date pauperibus.* Albertus Magnus ait: *Si petiiſſet delitias, fortè non immeritò non exaudiſſet, quia non decent pauperem delitiæ. Unde Auguſtinus de ſermone Domini in monte ait: Non cogantur divites pauperum cibis uti, edant delicata, dent pauperibus ſuperflua, edant pretioſa, dent pauperibus vilia, & quidem pauperum ſunt reliquiæ, non deliciæ, non oblectamenta, ſed fragmenta.* Didacus Stella ſe in hoc propoſito continere nequit, quin adverſus ejuſcemodi divites exclamat: *O ingentem ignorantiam, omnibuſque hominibus meritò deplorandam, quàm parvis de rebus condemnentur mortales, ne videlicet exigua ſibi à Deo impoſita præcepta adimpleant.* Pergit demum author demonſtrare, quòd multi pauperes ex fragmentis, & menſarum noſtrarum reliquiis, quas abjicimus, ſuſtentari poſſent. Adducitque illam in libro Ruth recenſitam hiſtoriam, in qua refertur, quòd Booz Ruth, ſpicas à meſſoribus ſuis in agro relictas colligentem videns, datâ operâ iiſdem meſſoribus præceperit, ut ex manipulis quoſdam ſtudio cadere in agrum permitterent, ut in ipſius uſum cedere poſſent: *Eodem modo deberent & divites facere, multas de menſis ſuis de induſtria pauperibus relinquentes, de quibus ſuſtententur reliquias.*

Janſen.
Luc. Burg.
Tit. Boſt
in Cat. D. Thom
Pſ. 106. 42.
Alb. M.
Didac. Stel. in Luc.
Ruth. 2. 16.

Et nemo illi dabat.

2. Albertus Magnus ait: *Nec Dominus, nec famulus, quia qualis erat Dominus, tales ſibi acquiſivit miniſtros:* Imò non ſolùm Dominus, domi ſuæ genio ſuo conformes habebat miniſtros, verùm etiam hi, ut ſe tantò intimius in Domini ſui gratiam inſinuarent, omnem tyrannidem adverſus pauperem illum exercebant; ita enim in domibus ſive aulis Magnatum fieri ſolet.

Alb. M.

3. S. Bo-

S. Bona. Iſa. 63. 3. S. Bonaventura pauperem hunc dicit lamentari potuiſſe, dicendo : *Circumſpexi, & non erat auxiliator ; quæſivi, & non fuit, qui adjuvaret.* Chryſologus viſcera divitis hujus, ob duritiem ferrea appellat : *Purpurâ byſſo, delicatis veſtibus, epulis blandis ferrea viſcera crudelis anima nutriebat*; & tamen is ſpectaculum hoc adeo compaſſivum ob oculos poſitum habebat, unde ad pietatem moveri debuiſſet : *Quem Deus humanæ ſalutis avidus inquiſitor emollire cupiens non tam Lazarum, quàm ipſum pietatis conflatorium, ejus projecit ad januam.* Nonnulli inveniuntur homines (inquit S. Ambroſius) adeo inhumani, ut in alienis miſeriis potius gaudeant, quàm quòd de illarum ſublevamine cogitent : *Ut de miſeriis pauperum incentiva ſua capiant voluptatum, rideant inopem, & quorum miſereri debeant, his aufferant.*

Chryſol. ſerm. 121.

S. Ambr. lib. 8. in Luc. in Cat.

Beda. 4. Beda dicit, divitem hunc, non propter furta, rapinas, lites injuſtas, vel ob detentas aliorum facultates, ſed propter denegatum pauperi in ejus neceſſitate ſubſidium fuiſſe condemnatum. Unde hanc deducit conſequentiam, dicens : *Hinc ergo, hinc ſummopere colligendum eſt, qua pœna mulctandus ſit, qui aliena diripit, ſi inferni damnatione punitur, qui propria non largitur.*

Luc. Bur. 5. Lucas Burgenſis tutò affirmari poſſe dicit, quòd ſi dives ille miſerabilem hunc Lazarum per charitatem ſublevaſſet, Deus eidem forſitan intemperantiæ ſuæ exceſſum clementer condonaturus fuiſſet : *Si erga calamitoſum humanus fuiſſet ac benignus, facilè illi Deus intemperantiæ vitium condonaſſet, & Lazarus eum fecum in ſinum Abrahæ, conſequenterque in regnum cœlorum abſtraxiſſet.* In vitis Patrum de famoſo illo avaro, cui nomen Petrus Telonarius erat, refertur, quòd, quia pauperi panem licèt invitus & cum furore elargitus fuerat, Deus illi viſionem oſtenderit, quæ ejus ad Deum converſionis motivum fuit, poſteaque tandem in virum, ſummâ ſanctitate præditum evaſit.

6. Verum inquirat hic aliquis, quænam cauſa fuerit, quòd, cùm à divite hoc ſolum dandum erat, quod pro conſervanda vita Lazari neceſſarium erat, imò quòd aliàs foras projectum deperibat, hoc tamen illi dare abnuerit? Chryſologus dicit : *Verum eſt, verum eſt, quòd dives cum nec micas dare poteſt, ſemper avarus eget.* Verum aliud quoddam motivum hujus didacus Stella tangit ; hic enim poſtquam quæſiſſet cauſam, cur dives ille, qui in veſtium pompam, conviviorum luxum, aulæ majeſtatem, & quævis alia adeo effuſus & prodigus fuit, manus poſtea ad pietatem, pauperibus exhibendam, adeo ſtrictas habuerit, ut ne micas quidem de menſa cadentes mendico illi erogarit ? Tandem id factum eſſe reſpondit, quia ut in luxu, faſtu & pompâ excedere poſſet, licitum ſibi eſſe judicavit, ibi ſe parcum exhibere, ubi ipſum liberalem eſſe conveniens, imò neceſſarium erat : Id quod hodie multi divites eheu imitari non dubitant, qui eleemoſynas dare, & quæcunque alia ad animæ ſalutem pertinentia præſtare negligunt, ut juxta libitum & arbitrium ſuum vivere poſſint : Hoc namque fine divitias ſuas non ſolùm diſpenſant, ſed & prodigaliter effundunt, & velut ſtercora ſe projiciunt ; ut honeſtæ alicujus puellæ honeſtati inſidientur, multa ſcutorum millia prodigere non verentur, cùm tamen ad ejuſdem honorem ſartum tectum conſervandum vel ad eam Deo deſponſandam, ne denarium quidem ſe habere ſimulent ; ingens auri & argenti ſumma in convivium inſtaurandum ab eis impendetur, illique qui præ fame mori cogitur, mucidum panis fruſtum denegabitur.

Chryſol. ſerm. 121.

Did. Stel.

Sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus.

7. Enim vero in tantis anguſtiis & miſeriis Lazarus poſitus erat, ut vix illi tantæ vires fuerint, ut, ſicut Euthymius optimè notat, canes à ſe arcere aut abigere poſſet : *Adeo debilis erat corpore, ut neque canes poſſet abigere* ; omnibuſque in tantum odio, nauſeæ & contemptui erat, *quòd nec dignus habitus eſt in conſpectu divitis*, inquit Albertus Magnus, *à quo canes prohiberentur, & in hoc notatur nimia duritia & inhumanitas, hominem*

Euthym.

Alb. M.

Luc. Burg. *minem videre canibus expoſitum, & canes ab eo non prohibere.* Lucas Burgenſis canes illi pœnam & dolorem extremum attuliſſe cenſet: *Dolore non modico afficiebat nudum & imbellem*: Qui etiam obſervat, quòd, tametſi canes ad lingendum hominem ulceratum vivum appropinquare non auſint, niſi ab eo fuerint accerſiti aut invitati, hi tamen ultro ad Lazarum appropinquarint, *Tanquam ad projectum nudumque cadaver, ut ſaniem & ſanguinem lingerent, quo libenter veſcuntur.* Idem quoque inter alias ærumnas, quibus Lazarus repletus erat, hanc recenſet, quòd videlicet ipſos etiam canes crudelis divitis hujus, ſuis vulneribus & cruciatibus paſcere & reficere debuerit: *Erat ei novus hic dolor ferendus, quo canibus divitis ſolatium præbebat, à quo ipſe ne canum quidem conditionem poterat obtinere.*

Alb. M. 8. Albertus Magnus impiorum & crudelium divitum proverbium eſſe dicit, quo, dum pauperibus maledicere volunt, *Optant eos tradi canibus ad devorandum*; obſervat autem, quòd huic diviti ex divina diſpenſatione acciderit, quod converſum eſt hoc in lenimentum pauperis, & diviti in cumulum damnationis. Ratio ejus eſt; *quia lingua canum medicinalis eſt, & mundat vulnera à putredine.* Idem quoque motivum à Chryſologo adducitur, dum is hunc Epulonem reprehendens, ita eum alloquitur: *Miſer dives ſi panem non dediſti, quare vel canes abigere noluiſti? Sed mitiores te canes tui, imò tu ſævior canibus tuis; namte ſæviente illi parcunt, qui non ad morſum dentes, ſed linguam ad obſequium ſic producunt, ut in modum ſpongiæ non vexent vulnera, ſed detergant.*

Chryſol. ſerm. 121

9. Videmus per quotidianam experientiam, quòd canes, in pauperes magna cum rabie inſilire & allatrare ſoleant, eos præcipuè, quos veſtibus laceris veſtitos & ſeminudos eſſe vident, quaſi timeant, ut panem illis ſubripiant, dum enim illos à Domino ſuo panem accipere conſpiciunt; ne tandem panis illis defecturus ſit, timent, hic autem talem ſuſpicionem habere nequeunt, quia ipſe quidem erat *Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa, & nemo illi dabat.* Titus Boſtrenſis canes illos, meliori quo poterant modo, ei abblanditos fuiſſe dicit: *Faciebant hoc canes eo, quo poterant ſenſu, vicem dolentes Lazari, curamque illius, qui ab omnibus deſertus erat, amicè ſuſcipientes, nec non vulnera ejuſdem benevolè medicorum more foventes.*

Titus Boſtrenſis.

10. Didacus Stella canes hoſce Lazaro abblandientes demiratur, continere ſe nequit, quin hominibus ſævitiem & impietatem ipſorum exprobret; cùm enim canibus proprium ſit allatrare & mordere peregrinos, viatores perſequi, iiſque, quos non cognoſcunt, aditum in domum præpedire; veruntamen erga Lazarum in hac occaſione mira exhibuerunt charitatis & compaſſionis opera. *O crudeles homines*, inquit, *qui ſinitis canes, quod vobis incumbit, officium exequi pietatis, pudeat vos ſic crudeles eſſe.*

Did. Stella

11. Albertus Magnus canes hos Lazarum ferociter, & cum ſolita rabie in principio quidem aggreſſos eſſe exiſtimat; attamen ſubitò ex ordinatione & diſpoſitione divina factos fuiſſe manſuetos, ad eum modum, quo leones ſe erga Danielem mites exhibuerunt & obſequioſos.

Alb. M.

12. Sacri quoque interpretes, pauperculi hujus erga canes charitatem admirantur, utpote qui initio erga ipſum adeo ſe feroces & crudeles eum adlatrando exhibuerant. Chryſologus ait: *Dives pauperem nec cadentibus de menſa micis paſcit, & Lazarus pauper, quia aliud non habebat, etiam de carnibus ſuis, canibus humanus extitit.* Albertus Magnus ne canes quidem micis de menſa Epulonis cadentibus gaudere potuiſſe exiſtimat, tametſi hæ communiter in ipſorum alimentum cedere ſoleant: *Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum: Adhuc autem pauper liberalior fuit canibus divitis, cibans eos ſuo humore & cruore, cui dives avarus negavit cibum canum.*

Chryſol. ſer. 121. *Alb. M.* *Matth. 27.*

13 Janſenius porro circa eadem verba aliam quandam & valde ingenioſam reflexionem facit, cujus ſunt hæc ſequentia verba, *Poteſt etiam aliter intelligi, ipſos canes divitis: à paupere, qui conditionem canum petebat, aſſecutos fructum & voluntatem, ut cùm ipſe non poſſet cum canibus ſaturari, canes tamen ab ipſius malo ſaturarentur, & reficerentur*; oſtendit verò demum, canes lingendo ulcera Lazari non ex charitatis, ſed proprii intereſſe motivo inductos fuiſſe: *Non enim lingebant ejus ulcera, quo ei benefacerent, ſed quia inde eis bene erat.*

Janſen. c. 97.

14 Al-

14. Bibertus Magnus ad allegoriam transiens, id noſtris ſæculis adimpleri conſiderat: *Canes enim venatici ordines ſunt prædicantium, qui non expectant domi, ſed veniunt ad pauperes, & lingunt ulcera peccatorum ſuorum, habentes in ore latratum prædicationis.*

Hugo. Card. 15. Hugo Cardinalis idipſum ad omnes Prædicatores Evangelicos extendit ſequentibus verbis: *Habet canis in ore latratum, in dentibus morſum, in lingua medicamentum; ſic bonus prædicator, & bonus confeſſor, & quilibet ſpiritualium bonorum adminiſtrator, debet habere hæc tria; latratus eſt verbum exhortationis, morſus verbum objurgationis; lingua medicamentum, verbum conſolationis.*

Verſus 22.

Factum eſt autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ: mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno.

Factum eſt autem, ut moreretur mendicus.

Idem. 1. Hugo Cardinalis hanc S. Lucæ phraſim: *Factum autem eſt, ut moreretur*, obſervat ut dicit: *A quo factum eſt? A Deo vocante ad gloriam, & à miſeria liberante. Unde poteſt dicere*
Pſ. 123. 7. *illud Pſalm. 113. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium.*

Did. Stella. 2. Didacus Stella accuratè hoc loco ſe reflectit ad id, quòd ſcilicet Chriſtus ſapientia Patris, priùs divitis vitam deſcripſerit, & poſtea pauperis, adeoque divitem pauperi antepoſuit, ſed tunc ſolùm, cùm de præſenti vita tractatur; quia in hac vita ſecundùm legem mundi hujus, divites quovis in loco præcedentiam habent: non verò ſic egit quoad mortem utriuſque: *Dum de his in vita functis narrationem incipit, narratio pauperis præponitur, quia pauperes divitibus in alia vita præponuntur.*

3. Quantum Judicia humana à Dei arbitrio differunt! Etenim ſi quis hunc pauperculum mendicum à capite ad pedes uſque ulceribus plenum, nudum, in platea publica humi jacentem, canibus quaquaverſum cinctum, præ nimia fame agonizantem & morientem vidiſſet, quemnam ſibi de eo formaturus fuiſſet conceptum? & tamen ipſiuſmet æternæ & primæ veritatis ore canonizatus fuit. Janſenius myſterium aperit, cur Lazarus priùs mortuus fuerit, dives autem proſperitate continua & ſuperabundanti affluens, diuturno tempore vivus poſt ipſum remanſerit, dicit enim: *Magis enim feſtinat Dei benignitas afflictos ex mere doloribus, & æternâ quiete donare, quàm ipſius juſtitia feſtinet felices in hoc mundo eripere ex ſua felicitate, & æternis tradere cruciatibus; expectat enim eos ad pœnitentiam.* *Janſen. ibid.*

Et portaretur ab Angelis.

4. Hugo Cardinalis Lazari mendacitatem, & totalem deſolationem conſiderans, ita circa hæc verba ſcribit: *Fortè non habuit alios portatores.* Theophylactus Chriſtum per hoc Angelorum obſequium comitatum nobis inſinuare voluiſſe arbitratur, quòd afflictiones, quæ in hac vita patienter à nobis ſufferuntur, liberaliſſimam in hora mortis remunerationem accipiant: *Ut doceat eos, qui affliguntur, quàm bene habituri ſint pro his, quæ hic ſuſtinent;* Etenim circa illum, circum quem antea nonniſi canũ latratus audiebantur, & qui ſolis canibus circumdatus erat, ecce tibi hodie Angelicæ militiæ è cœlo expediuntur exercitus, ut ei obſequantur, ejuſque exequias ſuaviſſimis ſuis proſequantur cantibus, ejuſque animam in æternæ beatitudinis depoſitum deportent. Unde Chryſo- *Chryſol.* logus ait: *In obſequium divitis migrat hic tota ſer. 121.* *civitas, cùm funus effertur, pauper vadit ſolus: pauperem duorum portat miſeratio bajulorum; meritò ei mox Angelica officia, meritò divina deputantur obſequia, cui tam crudeliter negata ſunt ipſa humanitatis extrema; funus divitis antecedit lugubris turba ſervorum, feretrum pauperis præcedit Angelorum pſallentium multitudo.* *Hugo Card.* *Theoph.*

5. Non equidem credidiſſes, uti exiſtimo, inquit Albertus Magnus, Lazarum opus habiturus fuiſſe, ut à beatis illis ſpiritibus deportaretur, utpote cui merita ipſius propria ad eum in fortunatum illum ſinum deportandum ſufficere poterant: *Non quidem* *Alb. M.*

Chryſoſt tom. 2. inter hom. ex Luc. cit. in cat.

dem quod indigeret, qui propriis ſubvehebatur meritis, ſed Anguli congratulationem in comitatu oſtendebant quòd ſimpliciter & rectè conſiliis eorum & cuſtodiis operam vivus dediſſet. Chryſoſtomus ait: *Ne Ambulans laboraret, portabatur ab Angelis*, moxque rationem reddit cur non ſolùm unum Angelum, ſed cœleſtes illos Ephebos in magno numero ad eum deportandum ſubmiſerit, (cùm tamen unus tantùm Angelus, ſicuti ad amplissimas cœlorum ſphæras circumvolvendas abundè ſufficit, ita quoque ad animam aliquam in cœlos uſque deferendam ſufficere potuiſſet) nimirum: *Non ſuffecerat ad portandum pauperem unus Angelus, ſed propterea plures veniunt, ut chorum lætitiæ faciunt.* Imò non ſolùm cœleſtis illa Jeroſolyma ab omnibus, ut ita dicam, ſpiritibus beatis exinanita fuit eo fine, ut ſolemnem ei præberent in cœlos comitatum, verùm etiam ob ambitioſam devotionem, qua quilibet illorum ſacroſanctum cadaver illud contingere & bajulare contendebat: *Gaudet unuſquiſque Angelus tantùm onus tangere, libenter talibus oneribus prægravantur, ut ducant homines ad regna cœlorum.*

Cajet.

6. Cajetanus ex hac Lazari deportatione ab Angelorum exercitu in ſinum uſque Abrahæ facta, colligit, qualiter animæ ab hujus vitæ vinculis ſolutæ, earumque merita ipſis mediantibus ad judicium & tribunal altiſſimi uſque deducantur: *Significatur per hoc meritorum Lazari oblatio coram divino judicio; rationabile ſiquidem eſt, Angelorum officio merita juſtorum colligi in morte.*

7. Ehem, quàm ſubitò mutatur vitæ humanæ ludrica ſcæna. Etenim de divite paulò poſt dicitur: *Sepultus eſt in inferno.* de hoc autem miſerabili mendico textus hodierni Evangelii dicit: *Factum eſt autem, &c.* ubi Chryſoſtomus ait: *Vidiſtis illum in veſtibulo divitis, videte eundem hodie in ſinu Abrahæ: vidiſtis illum, cùm à canibus circumlingeretur, videte eum ab Angelis ſtipatum; vidiſtis illum in paupertate, videte nunc in delitiis.*

Chryſoſt conc. 2. de Lazar.

In ſinum Abrahæ.

8. Titus Boſtrenſis meritorum & ſanctitatis ejus eminentiam arguit, ſiquidem eum ab Angelorum choris directè in ſinum uſque Abrahæ deportatum cernimus, abſque eo quod vel minimam in purgatorio moram traxerit; ſed quid mirum, ſi id ei contigerit felicitatis, qui tot annis in hujus vitæ miſeriis & paupertate vixit? Nam ut B. Laurentius Juſtinianus ait: *Paupertas eſt caminus purgans, & eliminans ſordes vitiorum.* *Tit Boſt.* *Laur. Iuſtin. de pau. per. c. 3.*

9. Chryſoſtomus ly *ſinum*, expendit; neque enim ipſum prope ſanctum Patriarcham, ſed in ſinum Abrahæ delatum eſſe dicit: *Ut illum refocillaret, ut illum quaſi clementiſſimus teneret in ſinu & crearet.* *Chryſoſt hom. cit.*

10. Lucas Burgenſis ex hac hiſtoria clarum eſſe dicit, quod ii, qui in hac vita infirmitate, paupertate, cunctiſque aliis ærumnis affligantur, atque velut peripſemata mundi à cunctis deſeruntur, non ideo continuò à Deo derelicti cenſeri debeant: *Videmus, quam pretioſa anima, in quam fœtido ac putrido corpore latuerit, quæ ab Angelis in beatam vitam delata ſit; ſed quonam merito? an eo ſolo, quod pauper fuerit in hac vita? non; ſed rectè ſignificatur ita fuiſſe pauperem, ut timuerit Deum, ut paupertatem & ærumnas æquanimiter tulerit, tanquam profectas à Dei manu, nemini convitium dixerit, aut malè præcatus fuerit, nec diviti ipſi non obmurmuraverit non providentiam Dei accuſaverit, ſed patientia probatus, opus perfectum conſummaverit.* *Luc. Bur.*

Mortuus eſt autem & dives.

11. Valde myſticus modus eſt, quo ſapientiſſimus magiſter noſter primò de morte Lazari, poſtea verò de Epulonis interitu locutus fuit. Etenim de illo dicit: *Factum eſt, ut moreretur*; de hoc verò: *Mortuus eſt autem Præterito perfecto utitur Dominus*, inquit Hugo Cardinalis, *ad innuendum quod dives perfectè eſt mortuus, non una, ſed triplici morte; Prima eſt culpæ, quia Deus ſeparatur ab anima; hac mortuus fuit, dum viveret*; *Hugo Card.*

Secunda

ſecunda naturæ, quia ſeparatur anima à corpore: tertia eſt gehennæ, quia ſeparatur anima à gloria. Enimverò veriſimile eſt, eum ab improviſo mortuum fuiſſe, id quod naturaliter evenire ſolet illis, qui continuæ crapulæ & ebrietati immerſi, vitam degunt; hi etenim ex apoplexia ut plurimum mori ſolent; ac proinde tantò ſit credibilius, quòd nullum ipſi præſtò fuerit pœnitendi ſpatium & tempus neque enim de præcedenti morbo vel infirmitate aut languore Scriptura quidquam refert. Porrò tam pauperi, quàm diviti adaptari poteſt ille Eccleſiaſtici textus, nimirum: *O mors, quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis*; & paulò poſt ſequitur: *O mors, bonum eſt judicium tuum homini indigenti.*

Eccl.41. 1.
Ibid.v.3.

Et ſepultus eſt in inferno.

Didac. Stell.

12. Didacus Stella ſolito ingenii ſui acumini, in uſum ut plurimùm poſitum eſſe advertit, quòd mortui in propria ipſorum Parochia ſepeliantur. *Uſitatum eſt unicuique, ut in propria Parochia poſt obitum ſepeliatur; jus ſuum diabolus diſtrictè ſibi defendit, nec patitur eum, qui ſuæ debetur Parochiæ, in alio loco ſepeliri.* De hoc autem reprobo divite Epulone Lyranus teſtatur, dicens: *Erat diaboli Parochianus, ei primitias debens.*

13. Verum enimverò ex quo hactenus nulla in Evangelio alia delicti hujus divitis facta eſt mentio, præterquam quòd erga pauperes avarus fuerit; ideò me extra propoſiti orbitam iturum non arbitror, ſi proceſſus ejus criminalis inſtituatur, ad hoc, ut quilibet de Deo verè dicere poſſit: *Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum*

Pſ.118. v.137.

14. Et quidem ex eo, quod dives ſatis evidens in ſe circumtulit æternæ damnationis ſignaculum; ſiquidem quando Deus de divitibus ſermonem habet, ſæpè hoc verbo *Væ* utitur, quod æternæ reprobationis comminationem ſignificat. Amos. 6. verſ. 1. *Væ, qui opulenti eſtis.* Abacuc. 2. v. 6. *Væ ei, qui multiplicat non ſua, uſquequo & aggravat contra ſe denſum lutum? Væ, qui congregat avaritiam.* Luc. 6. v. 24. *Verùntamen væ vobis divitibus.* Redemptor noſter humano generi apertam de inferno notitiam dare voluit, & prima quidem vice id fit in hac occaſione hujus, ſive hiſtoriæ, ſive parabolæ, quocunque tandem nomine ſeriem hujus Evangelii appellare placuerit; dum autem divitem hunc in inferno ſepultum eſſe dicit, non illum alicujus blaſphemiæ, idololatriæ, perjurii, ſenſualitatis, vindictæ, aut ſimilis culpæ reum, ſed tantùm divitem fuiſſe aſſerit; quaſi per hoc nobis inſinuare vellet, quòd in divitiis ut plurimùm nidificare & fundari ſoleant cuncti peccatorum exceſſus. S. Paulinus de hac divitiarum cupiditate ita proinde ſcribit: *Quæ una omnibus armata criminibus, vel ſi ſola nos capiat, & pabulo ad malitiam & homini ad mortem ſufficit.* Advertit tamen optimè S. Ambroſ. quòd non tam divitiarum poſſeſſio, ſed abuſus nos condemnari faciat: *Diſcant divites, non in facultatibus crimen hærere, ſed in iis, qui uti neſciant; nam divitiæ ut impedimenta ſunt improbis, ita probis ſunt adjumenta virtutis.* Unde Lyranus de hoc divite, & Janſenius multò clariùs ita ſcribunt: *Bona temporalia in illicitis conſumendo divitiis ſibi ad diſpenſandum conceſſis abuſus eſt, expendens eas tantùm ad ambitionem & voluptatem.* Sanctus Antonius de Padua dicit, quòd ex divitiis orta in hoc divite fuerit *ſuperfluitas in veſtibus & cibis*; *væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum.* Iſaiæ 5. v. 22. Lyranus divitem hunc horas diaboli auſcultaſſe obſervat, non dicit, quòd illas recitavit, ſed quòd attentas aures eidem porrexerit: *Horas ejus audiendo*; quales autem hæ horæ ſint, ſubdit, dum ait: *Cantilenis diſſolutis & malis verbis intendendo*: *Carnis tantùm curam habuit*, inquit Janſenius; ſiquidem omne ferè ſtudium in eo collocatum habebat, ut corpus ſuum delicatis ferculis & conviviis exceſſivè lautis ſaginaret, illudque ſubtus ſubtiliſſima byſſo & lynteo, ſuperius autem pretioſiſſima purpura exornaret.

S. Paulin. ep. 5.
S. Ambr. in c. 19 Luc.
Ianſen. c. 97.
S. Ant. Pad. hic
Iſa. 5. 22 Lyran.
Ianſen.

15. Didacus Stella notat, de hoc divite dicit, quòd ſit *ſepultus*: quoad Lazarum verò nulla ſit ſepulturæ mentio, cujus hanc rationem aſſignat: *Omnis ſuperbi divitis cura in magnificè conſtruendo corpori ſepulchro cernitur*; corpus etenim in hac vita delicatè

Didac. Stell.

Amos. 6. 1.
Hab. 2. 6
Habac. 2. v. 9.
Luc. 6. 24.

delicatè enutrire ſatagunt; cineres verò & vermes, in quos poſtea reſolvetur, ſuperbis magnificiſque ſepulchris & mauſolæis includere contendunt, *nec moriens recordatur anima*; adde quòd *nec vivens*. Janſenius
Janſen. de hoc Epulone ita ſcribit: *Negligentiſſimus ſalutis animæ fuit, ut, qui nec de damno pereuntium micarum cogitaverit facere lucrum.* Aggravatur inſuper ejus damnatio notabiliter ex eo, quòd erga pauperem famelicum & moribundum tenax & avarus fuerit; id
S. Anton de Pad. quod S. Antonius de Padua fusè exponit dicens: *Quia pauper nonniſi unus erat, cui poterat faciliter ſubvenire, quia in extrema paupertate, quia ulceribus plenus, calamitoſus, & illum dives habebat in præſentia.* Chryſologus ait: *Ob hoc egerat Deus, ut dives pauperis, pauper divitis in epulis ſemper memores eſſent, quatenus vicisſim ſibi ambo curam de vario languore præſtarent; hinc eſt, quod differebatur cura pauperis, ut dives ſumeret de vulnere medicinam.* S. Antonius quoque culpam ejus exinde aggravat, quia Lazarus *non cupiebat magna, ſed parvas micas, quæ cadebant de menſa*, & tamen has potius inutiliter diſperdi ſinebat; ac proinde ſi verum eſt, uti eſt veriſſimum, quòd *Miſericordes miſericordiam conſequentur*, qua ratione fieri poterat, ut dives hic vel minimam, in divinæ miſericordiæ theſauris, pietatis ſtillam inveniret, qui adeò in hunc pauperem crudelis & inhumanus exſtiterat.

16. Idem S. Antonius ait damnatum fuiſſe: *Quia canes obſequium præſtabant, cui homo ſubtrahebat.* Janſenius inſuper culpam ejus exinde aggravat, quia temporalium bonorum proſperitas eum longè crudeliorem efficiebat, qui aliàs exinde beneficus in alios eſſe debebat; ac proinde miratur: *Quòd cùm magna felicitas mitiores & benigniores ſoleant homines reddere, ne in tanta quidem felicitate commoveretur miſericordia erga tam egregiè miſerum, ut vel ſaltem idem beneficentiæ illi præſtaret, quod canibus ſuis, inhumanior etiam canibus, qui quod potuerunt, miſero præſtiterunt, lingentes ulcera ejus.*

17. Quiſquis pœnas & cruciatus divitis hujus aſſequi vult, prius hujus Evangelii ponderet exordium; ſiquidem dici de illo potuit: *Quantùm glorificavit ſe, & in delitiis fuit, tantum datum fuit illi tormentum & luctus.* Chryſologus idipſum optimè exponit, dum voluptatum ejus paradiſum confert & comparat cum ærumnis ipſius, quas jam in inferno patitur: *Ipſe eſt, qui induebatur purpura & byſſo; quid eſt dives? ab æſtu byſſus non defendit? purpura non reſiſtit inferno? remanſerunt iſta, deſeruerunt illa, & ipſe nunc nudus ſudas, æſtuas, qui aliquando inſultabas æſtibus, artificioſa nuditate veſtitus.* Contemplemur, ſeu ut meliùs dicam, admiremur, quòd hîc Romæ in ſuperbo regionum Legatorum ingreſſu ſeu equitaturis fieri & exhiberi videmus. In hoc apparatu multi videntur pannis holoſericis, auro argentoque arte phrygia pretioſiſſimè depictis, contecti, argentum quoque non tantùm in frænis mordentes, verùm etiam calcantes in ſoleis, in quorum phaleris nil niſi aurum ubique rutilat, coruſcant gemmæ, adeò ut omnium ſibi oculos attrahant: ſed quid tandem? die huic apparatui deſtinato finito, ſuperbis illis phaleris & ornamentis ſpoliati in ſtabulum denuò reducuntur, ubi nulla prioris ornatus memoria habita percutiuntur, onerantur, atque in conſueta palea & ſordibus præter continuas, quibus aures eorum quotidiè ferè obſurdeſcunt, vociferationes & execrationes cubare coguntur. Idem quoque quoad ſuperbiam & faſtum humanum in multis hominibus accidere videtur, qui quoadusque hujus vitæ dies durat, ob divitias, nobilitatem, dignitatem vel dominium, quo præfulgent, apud unumquemque in ſummâ ſunt veneratione, timore, & reverentia; at verò veſpertino crepuſculo, id eſt, nocte adveniente, in ſtabulum recludunt inferni, ubi omnes illorum hactenus perceptæ voluntates, dominia & divitiæ ultimum ſuum finem accipiunt, (*Ne timueris, cùm dives factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domûs ejus, quoniam cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum gloria domûs ejus,*) ſed ſola ibi invenient ſcelerum & iniquitatum commiſſarum onera.

Apoc. 18. 7.
Chryſol. ſer. 122.
Pſ. 48. 17.

18. Cajetanus exiſtimat, quòd Evangeliſta, poſtquam dixiſſet: *Mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in infernum*, firmum faciat punctum
Cajet.

punctum. *Fiat hic punctum* dicit: *Ad cumulum bonorum præſentium præſentis vitæ dives deſcribitur ſepultus, quod de Lazaro non eſt dictum, non quia inhumatus relictus fuit, ſed quia non fuit cum honore ſepultus*; poſt hoc verò punctum adjungendum eſſe dicit: *Et in inferno elevans oculos, &c.* Chryſologus verò ſcribit: *Quam rerum lamentanda mutatio; pauperem portant Angeli, divitem deglutit infernus.* Et Albertus Magnus ait: *Ecce exequiarum officium à dæmonibus Presbyteris impenſum, in hoc enim præcipuè verum eſt, quòd dicitur Matth. 8. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos*; Magis autem apertè Chryſoſtomus idipſum teſtatur, dum ait: *Nullus autem eſt, qui ſepeliendo diviti miniſtrâſſe dicatur, ut Lazaro, eo namque quod in lato itinere delectatus, multos habuit obſequentes adulatores, ut pervenit ad finem, privatus eſt omnibus; ſimpliciter enim ſequitur: Et ſepultus eſt in inferno.* Janſenius ait: *Mortuus eſt dives, & ſepultus eſt, nam pauper fortè nec ſepultus*; Verùm qualiterumque idipſum acciderit, hoc ſaltem certum eſt, ut Didacus Stella advertit, quod *nihil opes morientem, nihil voluptates dolentem juvare potuerunt.*

Chryſol. ſerm. 12. *Alb. M.* *Matt. 8. v. 22.* *Didac. Stell.*

Euthym *Luc. Burg.*

19. Euthymii hæc eſt opinio, quod de cadavere pauperis, illud ſepultum fuiſſe, Evangeliſta non ſcribat, *eò quòd vile eſſet pauperis ſepulchrum.* Lucas autem Burgenſis quandam ex S. Auguſtino ſententiam refert quæ inter eas, quas S. Proſper paſſim ex Auguſtini operibus collegit, numerum 89. obtinet, qua dicitur: *Sicut peccatoribus nihil proſunt exequiæ ſumptuoſæ, ita nihil nocent aut viles, aut nullæ ſanctorum pauperum ſepulturæ, idque Lazari exemplo confirmat, dicens: Nulla eſt mentio ſepulturæ Lazari, quia vel non fuit ſepulturæ traditum corpus ejus, vel contemptim & ſine honore abjectum in foveam*

Verſus 23.

Elevans autem oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu ejus.

Elevans autem oculos ſuos, cùm eſſet in tormentis.

Alb. M. 1. Valde conſiderabile eſt, quando illud, quod Evangeliſta exprimit, dum ait: *Cum eſſet in tormentis*; per hoc enim inſinuatur, divitem tunc pridem oculos ſuos aperuiſſe, cùm eſſet in tormentis. Albertus M. ſuper illa verba ait: *Quia oculos, quos ante culpa clauſit, pœna aperuit, ut dicit Gregorius; tunc enim, ut Iob. 27. dicitur: Aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet.* Tunc pridem oculos ſuos ad cœlum elevavit, quando iidem huic luci clauſi erant, imò quando in tenebris abyſſi conſtitutus erat: *Dum lucem habetis credite in lucem, ut filii lucis ſitis*; quoadùſque vivimus, oculos noſtros aperiendi tempus eſt, ut ad evitandos antiqui adverſarii noſtri ſcopulos & laqueos, cauti & circumſpecti ſimus. Chryſoſtomus ait: *Non dicit in tormento, ſed in tormentis, totus enim in tormentis erat, oculos ſuos liberos habebat, ut alterius lætitiam poſſit aſpicere, ut magis torqueatur.*

Iob. 27 v. 19. *Ioan. 12. v. 36.* *Chryſ. in Cat.*

Vidit Abraham à longè.

2. Non ſine myſterio Abraham hic nominatur, quia & de ipſo ſcribitur: *Erat autem dives valde*, & tamen *tantum abeſt*, quòd hic in inferno ſepultus fuerit, ut potius locus ille in quem animæ electæ ad gloriam depoſitatæ fuerunt, ſuum ab ipſo nomen acceperit; quia ut Chryſologus obſervat: *Abraham dives, ſed plus humanitate, quam cenſu*; atque hinc eſt, quòd de hoc Epulone dicat: *Vidit Abraham divitiarum conſortem, ſed humanitatis exortem.* Theophylactus ait: *Propterea non apud alium quendam juſtum, ſed in ſinu Abrahæ vidit Lazarum, quoniam hoſpitalis fuerat Abraham; ut igitur reprehenderetur illius inhoſpitalitas, propterea illum apud Abraham vidit.* Idem quoque oſtendit: quanto cum jure ab Abrahamo reprehendi potuerit, & dicit: *Ille etiam eos, qui præteribant, in domum ſuam trahebat, hic autem etiam intra domum ſuam jacentem deſpiciebat.* Et hæc fortè cauſa eſt, cur Chriſtus dicat: *Vidit à longè*, utpote qui à charitate & hoſpitalitate Abrahæ adeò diſſimilis & alienus erat.

Gen. 13. v. 2. *Chryſol. ſerm. 1.* *Theoph.*

3. S. Bonaventura divitem in majorem ſuam pœnam & cruciatum, Abraham & Lazarum vidiſſe dicit: *Non ad ſolatium, ſed potius ad cumulum tormentorum*; in cujus opinionis confirmationem quandam S. Gregorii authoritatem adducit, veriſimile eſſe exiſtimantis, quod nonnulli præſciti, ante finale judicium æternam quorundam beatorum in patria viſuri ſint retributionem: *Ut eos videntes in gaudio non ſolùm de ſuo ſupplicio, verùm*

S. Bon. *Sap. 5. v. 2.*

rùm etiam de eorum bono crucientur; videntes turbabuntur timore horribili, &c.

Et Lazarum in ſinu ejus.

Hugo Card. 4. Hugo Cardinalis admirabilem hoc loco ſcœnæ mutationem obſervat, dum ait: *Solebat Lazarus eſſe in tormentis, dives in deliciis, nunc autem è converſo; Solebat Lazarus mendicare à divite, nunc è contrario: & ſicut dives non audiebat Lazarum, ita nec ipſe modò auditur.* Hæc hiſtoria magnopere illos confortat, qui hic in terris, variis infeſtantur adverſitatibus atque ærumnis. Unde *Did. Stell.* Didacus Stella ait: *Hæc hiſtoria, mirum eſt, quantùm pios homines conſoletur, vitioſos verò & improbos terreat.* Ecce tibi malorum pariter & bonorum retributionem. Lazarus etenim in ſinu Abrahæ conquieſcit, Epulo verò in profundiſſima inferni abyſſo concrematur.

Euth. 5. Euthymius ait: *Ut hoſpitem Lazarum, apud hoſpitalem Abraham, intuitus dives, oſor hoſpitum, haberet hoc ad confuſionem ſuæ inhoſpitalitatis.*

Verſus 24.

Et ipſe clamans, dixit: Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Et ipſe clamans, dixit:

S. Bon. Iſa. 65. v. 14. 1. S. Bonaventura textum illum Iſaiæ 65. adfert, ubi dicitur: *Ecce ſervi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus ululabitis*; ideoque obſervat pœnam divitis perfectè culpæ ejuſdem correſpondiſſe, juxta illud Prov. 21. *Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.* *Prov. 21. v. 13.*

Pater Abraham.

Chryſol. ſerm. 23. 2. Chryſologus dicit: *Modò cognoſcit Patrem, & modò tibi Patrem ſe eſſe neſcit.* Magna etenim divitis præſumptio & temeritas fuit, quòd Abraham Patris nomine appellare non dubitârit, qui ab ejus pietate, charitate, & hoſpitalitate tantopere degeneraverat. Salvianus Epiſcopus Maſſilienſis de malis Chriſtianis ita ſcribit: *Magis per nomen ſacratiſſimum rei ſumus, quia à nomine ſacratiſſimo diſcrepamus.* Hugo Cardinalis ait: *Hæc eſt illa ſera pœnitentia, in qua fatuæ virgines clamant: Aperi nobis; modò vocat Patrem, quem noluit imitari,* citatque Chryſologi authoritatem, dicentis: *Si pius, ſi hoſpitalis in pauperes fuiſſet, filius Abrahæ eſſet.* *Salv. l. 3. de provid.* *Hugo Card.* *Mat. 25. v. 11.* *Theoph.*

3. Theophylactus curioſum quoddam hoc loco movet dubium, quærens, cur dives ille non rectè recurrerit ad Lazarum, ſed ad Abraham confugium ſuum acceperit? Et reſpondet, ipſum erubuiſſe, eò quòd ſuam maculaverit conſcientiam, timebat enim ne fortè mendicus aliquam de ipſo vindictam ſumpturus fuiſſet: *Ex ſuis cauſis judicabat illum, ſi enim ego in tanta felicitate frequens, contempſi illum tantis malis coangustatum, multò magis ipſe contemptus vindicabit, & non annuet, ut mihi beneficium concedatur, & propterea ad Abraham fecit ſermonem, putabat enim ignorare, quæ contegiſſent.*

Miſerere mei.

Chryſol. ſerm. 66. 4. Chryſologus arrogantem hanc & impertinentem petitionem valde admiratur, dicens: *Quam miſericordiam petis, quam tibi, negando pauperi, tu negaſti?* Albertus Magnus pariter ſcribit: *Miſericordiam invocat, qui noluit miſereri.* Lucas Burgenſis autem *Luc. Burg.* in hiſce vocibus voces alicujus agnoſcit, qui ſtipem oſtiatim mendicat; ac proinde exemplo hujus divitis diſcere poſſumus, quòd *per quæ quis peccat, per hæc & torquetur: vox pauperis mendicanti, Lazarus in altera vita mendicaverat, dives in iſta,* prout manifestè videtur ex verbis ſequentibus, quibus unicam duntaxat aquæ ſtillulam mendicabat, *& nemo illi dabat.* *Sap. 11. v. 17.*

Et mitte Lazarum.

Chryſ. hom. 7. in var. Luc. 5. Notat Chryſoſtomus, quòd dives eo tempore, quo Lazarum ante oculos ſuos poſitum habebat, illum contempſerit, & nauſeârit; nunc vero cùm adeò procul ab eo remotus exiſtat, eum invocat ſuſpirat: *Quam frequenter ingrediens, & egrediens non videbat, hunc procul ſemotum diligenter aſpicit*; & verè tunc tempus videndi erat, non verò modò; Dives verò tunc in Lazarum oculos figere

figere cepit, dum Lazarus in centro eſt omnis felicitatis, quando verò eundem unico duntaxat panis fruſtulo à morte ſalvare poterat, eum abhorrebat, & à ſe repudiabat. Ehem quot principes, quot ſuperbi & faſtuoſi epulones in inferni perpetuis ardoribus cremabuntur, eò quòd ipſi pauperes deſpexerint maleque tractarint, quos ipſi proinde in delitiarum æternalium refertiſſima menſa accumbentes conſpicient, quando ipſi indigni eſſe cenſebuntur, qui vel de minimis menſæ illius locupletiſſimæ reliquiis participes fiant; quia potius ut Pſalmiſta illis prædixit: *Famem patientur ut canes*, dicentque: *Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperii, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei.*

v. 7. & 15. *Pſ. 58.* *Sap. 5. v. 3.*

6. Obſervandus quoque hic eſt imperioſus loquendi modus, quo Lazarum ab Abrahamo mitti jubet; dicit enim *mitte*, non verò: *Rogo ut mittas*: etenim domi ſuæ ſervis & miniſtris imperare, & promptam ab illis obedientiam accipere aſſueverat. Unde videre eſt quòd habitus malos, quibus hic in terris aſſuevimus, ad ſepulchrum uſque deferamus, nec unquam deſeremus, poſtulat quoque dives, ut Lazarus ad ipſum veniat, ac ſi ſervus & miniſter ejus eſſet, & tamen *vidit Lazarum in ſinu Abrahæ.*

7. Erant in ſinu illo tot veteris teſtamenti Patriarchæ totque alii ſanctitate inſignes viri, cur igitur dives ille auxilium ſibi implorans, inter tot alios ſanctos ſoli Lazaro ſe ſupplicem ſiſtit, quem in vita ſua adeo indignis modis tractaverat: Lucas Burgenſis ait: *Rogat mitti Lazarum, quia alium in illo ſanctorum ſpirituum loco non noverat*, quia enim cum ſolis paraſitis, adulatoribus, morionibus, aliiſque ſimilis farinæ ſocius tractare & converſari aſſueverat, nullius ſervi Dei vel minimam notitiam habebat; unde credibile eſt, illum ne quidem prima religionis & cultus divini principia habuiſſe perſpecta.

Luc. Bur.

8. Porrò ſacri interpretes Lazari charitatem certatim admirantur. Albertus Magnus ait: *In quo notatur iſtius mendici charitas, à quo etiam is, qui eum offendit miſericordiam negando præſumit invenire miſericordiam?* ſatis dives iſte, mendicum hunc de eorum numero eſſe intelligebat, quibus Salvator inſinuarat: *Benefacite his, qui oderunt vos.* Lucas Burgenſis divitem hunc omnino ſibi perſuaſum habuiſſe dicit, Lazarum ſibi poſtulatam ab eo conſolationem nequaquam denegaturum fuiſſe: *Quamquam ipſe nihil unquam in Lazarum beneficii contuliſſet, tamen injuriæ immemorem à beneficentia non fore alienum, præſertim Patre Abraham jubente.*

Alb. M. *Matt. 5. v. 44.*

9. Didacus Stella hoc loco quærit, cur dives iſte non potius ſubſidium ab iis ſibi impendi poſtularit, qui in hac vita quondam fuere divites, v. g. à Davide, Joſepho, Jacob, Iſaac, Job, aliiſque ſimilibus: aut verò cur non potius eos ſollicitavit, qui in hac vita ſumma in paupertate vixerant, verbi causâ, ab Elia, Eliſeo, Abdia, Jeremia, Amos, vel Michea, &c. Tandem verò reſponſum ad hanc difficultatem in promptu eſſe dicit, & facilè, ſi conſideretur *Lazarum diviti illi in ſpectatem animæ ſalutem injunctum fuiſſe, quòd dives, quanquam igne æterno detinebatur, ſecum reputans, non abs re in morte quod in vita amiſerat, egregium ſalutis ſuæ juvamen exoptabat.* At verò tempus oportunum juvandi illum jam tranſierat, in vita potius, hoc ſubſidio uti debuiſſet: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.*

Did. Stella. *2. Cor. 6 v. 2.*

10. Juxta multorum expoſitorum ſatis probatam opinionem, aſſerere quoque poſſumus, quòd dives iſte, ſicuti in vita adverſus Lazarum crudelis fuerat, ita quoque odium & ſiniſtri affectus venenum iſtud etiam poſt mortem conſervarit; trita etenim regula eſt, qua dicitur: *Qui ſic vivit, ſic moritur*; arbor dum cæditur, ad quamcunque demum partem, ceciderit, ibi ſemper manet. Et ideo Albertus Magnus ingeniosè obſervat, quòd non petierit hanc ſibi ab Abraham gratiam fieri, ut ad Lazarum conveniendum admitti poſſet, ſed potius rogavit, ut Lazarus veniret ad ipſum; ſed quonam in loco poſitum? *Sepultus eſt in inferno; ſed potius Lazarum ad ſe mitti poſtulat, ut eum, cui durus fuerat in vita, etiam nunc à regno in infernum deponeret.* Chryſologus divitem hunc ex pauperculi hujus felicitate perſpecta, invidiæ ſtimulis agitatum hæc dixiſſe exiſtimat: *Zelo magis incenditur, quàm gehenna, eſt illis incendium non ferendum, invidis nimirum, quos aliquando habuere contemptui, videre felices adhuc divitem malitia non deſerit, quem detinet pœna.* David à Saul, gloriæ & applauſus ſui æmulo, perſecu-

Alb. M. *Chryſol. ſer. 122.*

perſecutionibus exagitatus, lamentabatur, dicens: *Dolores inferni circumdederunt me*, ubi S. Auguſtiuus legit: *Dolores inferni.* Pſ. 17. v. 6. Hugo. Card.

11. Hugo Cardinalis ad ſenſum moralem recurrens, dicit: *Nec orat dives, ut ducatur ad Lazarum, ſed quòd Lazarus ad ipſum veniat; in quo ſignificantur quidam peccatores, qui cum in peccatis ſuis remaneant, alios pro ſe orare implorant, & ipſi ſeipſos juvare nolunt.*

Ut intingat extremum digiti ſui in aquam.

12. Ecce quonam fine tandem adeo lauta convivia, crapulæ & ebrietates, & in nectaris & ambroſiæ mari continuata manſio, claudi ſoleant: *Dives cùm dormierit, nihil ſecum auferet*, ut S. Bonaventura, quin potius *apprehendet eum quaſi aqua inopia*, quia juxta proportionem gaudiorum, voluptatum & felicitatis hujus vitæ (dum homo illis abutitur) ſuccedent ærumnæ & tormenta æterna. S. Auguſtinus dicit: *Pauper beatitudinem emit mendicitate, & dives ſupplicium facultate.* Chryſologus oculos & memoriam ſuam in lacus pretioſiſſimi vini, quo penuaria divitis redundabant, defigens, ita ſcribit: *Sitit itaque guttam, qui vini lacus, ut pauper ſitiret. effudit, & ſtilla digiti extremi credidit gehennæ flammas extinguere, qui per totam diem ebrietatis non extinxit incendia.* Idem quoque in alio quodam ſermone interrogat: *Ubi ſunt torrentes torcularium tuorum? ubi ſunt vina ad inopiam pauperis, annoſitatibus, & ipſa temporum oblivione ſervata? omnia tibi periere, non crimini, quiſitis extremi digiti guttam, quam ſi vel ſolam dediſſes pauperi, non ſitires. Immiſericordem te gutta, & mica reddidit inhumanum, in quibus totus pauperis & victus conſiſtit & vita.* Iob. 27. 19. S. Bonav. Iob. 27. v. 20. S. Aug. ſerm. 227. de temp. S. Chryſ. ſer. 124. Ser. 122.

13. Lucas Burgenſis optimè conſiderat, ipſum aquam, non verò vinum, aut alium petiiſſe liquorem: *Quod enim petat, niſi aquam, quâ ignis ſitiſque extinguitur? quanquam non prorſus extingui precatur, & ex inferno liberari, ſed modicam duntaxat refrigerationem efflagitat.* Sed quid? Et hæc ipſa hæc ei denegatur. *Sed dicis dives*, inquit Chryſologus, *ego etſi vinum negavi, aquam peto, puto quod & aquam pauperi tu negaſti, cui, ne ingrederetur januam tuam, ne ad tuum puteum perveniret, canes quàm plurimos objeciſti.* Idem quoque ſanctus Doctor in alio quodam ſermone, ubi de hoc Evangelio diſſerit, quanto cum jure ei etiam unica aquæ guttula negata fuerit, oſtendit: *Sitit aquæ guttam, qui vini lacus, ut pauper ſitiret, effudit.* Audite obſecro, quidnam Chryſoſtomus, ad hunc epulonem converſus, eidem improperet: *Lazarum videre non dignabaris, & nunc digitum ejus deſideras: hoc quod petis, tu ei debebas facere, dum adhuc viveret.* In eundem quoque ſenſum Gregorius his verbis ſcribit: *Qui ulcerato pauperi menſæ ſuæ vel minuta dare noluit, in inferno poſitus uſque ad minima quærenda pervenit, nam guttam aquæ petivit, qui micas panis negavit.* Ex quibus Venerabilis Beda juſtitiam divinorum judiciorum optimè arguit, dum ait: *Quanta eſt ſubtilitas judiciorum Dei, quàm diſtrictè agitur bonorum actuum malorumque retributio.* Luc. Burg. Chryſol. ſer. 122. Chryſol. ſer. 124. Chryſoſt. in cat. V. Beda.

14. Hugo Cardinalis hanc divitis petitionem alio quodam ſenſu exponit, dum ait, petitionis illius ſenſum hunc eſſe: *Concede mihi minimum meritum ejus ad meum refrigerium.* Unde divitem dicere voluiſſe videtur, quòd unicus tantùm gradus, vel unicum ſolummodò charitatis, gratiæ, & meriti ad comparandam gloriam ſufficientis drachma ſufficiens futura fit ad tranſmutandum totum infernum in amœniſſimum paradiſum; verè etenim dicere poſſumus, quòd gloria eandem proportionem cum pœnis habeat, quam habet gratia cum culpa; jam verò certum eſt, quòd minimus ſanctificantis gratiæ gradus ad innumera peccata delenda abundè ſufficiat; ergo etiam quælibet torrentis illius, qui civitatem Dei planè inundat, ſtilla, ad totum ignem infernalem extinguendum ſufficiet? dummodo eò penetrare poſſet. Unde S. Auguſtinus ait: *Tanta eſt dulcedo futuræ gloriæ, quod ſi una ſtilla in infernum deflueret, totam damnatorum amaritudinem indulcoraret.* Hugo Car.

15. S. Gregorius Nyſſenus nequaquam decuiſſe dicit, quòd impius ille dives, vel minima cœleſtis nectaris ſtilla, vel guttula reficeretur: *Idcirco miſericordia implorata, non auditur, non quia una gutta de magno paradiſi fonte deprompta, damnoſa eſſet; ſed quia miſericordiæ ſtilla commiſceri, atque communicari* S. Greg. Nyſſen. orat. 3. de Beatitud.

Et refrigeret linguam meam.

Gal. 4. 8 *enicari cum inhumanitate non poteſt, qualia*
S. Aug. *enim ſemenaverit homo, talia & metet.* San-
ſer. 8. de *transf.* ctus Auguſtinus temerarium hunc divitem acriter his verbis reprehendit, dicens : *Quæ fronte quæris guttam, qui noluiſti porrigere micam*: pergitque oſtendere, quanto cum jure prætendere potuiſſet, quicquid poſtulabat, ſi ad minus erogando micam liberalis fuiſſet : *Iuſtè nunc exigeres, ſi dediſſes.* Salvianus divi-
Salv. l. 3. tem hunc, ad hoc ut ſaltem ad horam in hiſce
ad Eccl. cruciatibus refrigerium aliquod obtinere potuiſſet, libenter dicit *voluiſſe omnem ſubſtantiam ſuam tradere.* Reges pro habendo in hiſce tormentis vel unius momenti refrigerio, libenter utique ſceptra, coronas, una cum monarchiis ſuis deſerturi eſſent.

Alb. M. 16. Albertus Magnus ad verba illa : *Extremum digiti* ſeſe reflectens, illa ita exponit: *Extremum digiti aliquid eſt munerum, & conſolationis Spiritus ſancti, quia Spiritus ſanctus eſt Dei digitus*, Non enim de digito manus Lazari loqui intendebat, probè namque ſciebat, illum ei in igne illo parum refrigerii conferre poſſe : *Bene vidit, quòd digitus Lazari nullus ibi fiat, & ſcivit, quòd talis corporalis digitus contra flammam inferni nihil conferebat; unde petivit adjutorium gratiæ Spiritus ſancti, ut in aquam gratiæ Spiritus ſancti intingat extremum digiti*, cùm enim nullum haberet meritum, parum popoſcit : *Parum cupit, & ideo parvo contentus fuiſſet refrigerio.*

Hugo Car. 17. Hugo Cardinalis ſimiliter per hunc digitum, gratiam Spiritus S. intelligit, indeque moralitatem quandam à priori differentem deducit, dum ait : *Cùm autem digitus ſit Spiritus ſanctus, quid eſt extremum digiti, niſi gratia in extremis? unde extremum digiti intingitur in aqua, & datur petenti, cùm peccatori datur gratia infine*, pergit demum oſtendere, digitum hunc tres in ſe juncturas ſive articulos habere : *Prima eſt gratia juſtificans: ſecunda conſervans: tertia conſumans, id eſt, finalis; multi non multum curant de primis duabus, ſed tertiam poſtulant, quantum poſſunt, id eſt, bonum finem, gratiam finalem, hoc eſt enim petere extremum digiti.* At verò quòd aliquis ambobus pedibus in inferno conſtat, ex ſigno evidentiori non colligitur, quàm dum aliquis ſalutis ſuæ ſpem ad uſque ſervicem, in quo moritur, reſervat.

18. S. Bonaventura cauſam declarat, cur dives hic inter omnes tormentis ſubjecti corporis ſui partes ſpecialiter de lingua mentionem faciat, dum ait : *Quia ipſa in culpis eſt, quaſi fomes totius iniquitatis. Iacob. 3. Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat, ecce quantus ignis, quam magnam ſylvam incendit, & lingua ignis eſt univerſitas iniquitatis.* *S. Bona.* *Iac. 3. 5.*

19. Janſenius cauſam pœnæ, quam dives in lingua patiebatur, culpæ ab eadem in objurgando & convitiando Lazaro, commiſſæ attribuit; *Per eam forte petulanter inceſſans pauperem*; id quod haud dubiè à S. Auguſtino dicit, in quo hæc verba diu ante ipſum exarata reperio; dicit enim hic Doctor : *Ideo in lingua majorem ſentis ardorem, quia per eam ſuperbè loquendo contemſerat pauperem; ipſa enim lingua, quæ noluerat dicere, ut eleemoſyna pauperi daretur, gravius gehennæ flammis exuritur.* In eadem quoque opinione Chryſologus eſſe videtur, ait enim : *Magis lingua uritur, ardet, æſtuat, quæ inſultavit pauperi, quæ miſericordiam denegavit.* *Janſen.* *S. Aug. ſer. 227. de temp* *Chryſol ſer. 122*

20. Lyranus ait : *Ibi plus cruciebatur, quia per eam plus peccaverat.* Duplici præcipuè fini lingua deſervit, nimirum ad ciborum deguſtandum ſaporem & ſuavitatem; & ad loquendum : hic autem epulo multarum tranſgreſſionum reus fuit, tam in crapula, quàm in loquacitate; de gula, res extra controverſiam exiſtit, ſiquidem *Epulabatur quotidie ſplendidè*; quantum verò ad loquacitatem res clara eſſe videtur, quia *Inter epulas ſplendidas, magis relaxatur lingua ad loquendum inepta* Gloſſa interlinearis ait: *In hoc nota, quia ſicut mos eſt, etiam inter convivia loquacitati ſtuduit.* *Lyran.* *Gl. interl*

21. S. Bonaventura ait : *Hæc præcedit ad judicium, quæ præceſſit ad peccatum; hæc primo deguſtat cruciatus, quæ pretioſos cibos & odorifera pocula deguſtavit, ſecundùm illud: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* *S. Bona.* *Sap. 11. 17.*

Verſus 25.

Et dixit illi Abraham : Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala; nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.

Fili.

Theoph. 1. Obſervat Theophylactus Abrahamum divitem hunc nequaquam duris aut rigidis verbis excepiſſe: *Non dixit: inhumane, & crudelis, non erubeſcis? miſericordiæ nunc recordaris? ſed quomodo? ſed dixit: Fili vide compatientem & ſanctum; dicit enim & ſapiens quidam: Animam humiliatam ne turbaveris.* Sanctus hic Patriarcha in ipſo benignius tractando fecit, quod potuit; ceterum namque ipſum in nulla alia re conſolari potuit: *Quod poſſum, hoc tibi communico, compatientem ſcilicet vocem.* Janſenius ſimilem quoque obſervationem habet; dicit enim: *Blandè compellat, non dedignatus appellare filium, ut intelligamus hinc, ſanctorum pium etiam contra damnatos affectum, & diſcamus viciſſim & nos afflictos etiam juſtè non inceſſere, quibus digni ſunt nominibus.*

Ianſen. c. 93.

Chryſol. ſer. 123. 2. Chryſologus Abrahæ pietatem admiratur, qui filium appellare non fuit dedignatus, qui ob ſuam crudelitatem ab eo turpiter adeo degeneravit: *Sed vocat filium, inquit, ut magis magiſque filii prodatur impietas, quando cum tali etiam, paterni ſermonis pietas perſeverat. Tu vocas Patrem, ego voco filium, ut te graviter doleas perdidiſſe, quod natus es.*

Recordare, quia recepiſti bona in vita tua.

Gloſſ. 3. Gloſſa Abrahamum dicere voluiſſe exiſtimat; memento, quòd in hujus vitæ gaudiis & vanitatibus paradiſum tuum repoſitum habueris: *Omne enim gaudium, felicitatem tranſitoriam putaſti*; ac proinde illam Dei invitantis vocem fruſtra prætendis aut expectas, quia dicit: *Intra in gaudium Domini tui.*

Matt. 25 v. 21.

Alb. M. 4. Albertus Magnus ait: *Alius ſenſus eſt, quod recepit in vita bona, quæ reputavit ſola bona & beatitudinem ſuam.* S. Bernardus ſapienter ponderat, Abrahamum nullum epuloni exprobraſſe crimen, ſed ſolùm ei dixiſſe: *Recordare, &c.* Unde idem melliſluus Doctor dicit: *Hæccine cruciatum cauſa tota, quod in hoc ſæculo bona recipit? Ita planè; neque enim ad hoc nos de Paradiſo voluptatis animadverſio divina ejeciſſe videtur, ut ſibi hic paradiſum adinventio humana pararet.* Idem quoque ſuaviſſimus Doctor in quadam Epiſtolarum ſuarum dicit, nos homines per felicitates terrenas ut plurimum à cœleſtibus & æternis excludi: *O ſæculum nequam*, inquit, *quod ſolos tuos ſic ſoles beare amicos, ut Dei faciat inimicos, conſequenter & indignos concilio beatorum.* Idem quoque ingeniosè obſervat, Abrahamum diviti non dixiſſe, bona illa quibus in hac vita fruitus fuerat, per lucra iniqua, extorſiones aut rapinas comparata fuiſſe: *Recepiſti, dixit, non rapuiſti; ne etiam de hoc tibi fruſtra blandiaris, quòd tuis contentus, alia non rapias*; ſiquidem etiam divitiæ juſto titulo acquiſitæ & poſſeſſæ, magnum ſæpenumero ſunt vitii incentivum, ſcopuloſque nobis in hujus mundi mari objiciunt, ad quos allidentes, in inferni abyſſum uſque naufragemur. S. Bernardinus in propoſito de hoc epulone ſcribens, ait: *Sicut fulgur tonitrua portat, ita poſteritas ſupplicia ſempiterna prænuntiat.* Et S. Auguſtinus aliam quandam ponderationem ingenioſam pariter & moralem adducit, dum ait: *Dives erat, non dixit calumniator, non dixit pauperum oppreſſor, non dixit pupillorum exſpoliator, viduarum perſecutor.* Idem quoque alibi dicit: *Cùm ei dicitur, recepiſti bona in vita tua, illud tangitur, quia felicitatem dilexit ſæculi, nec aliam vitam præter iſtam, in qua ſuperbus tumebat, adamavit.*

Ep. 107.

S. Bern. ep. 2. ad Tulconium.

S. Bern. Sen. ſer. 23. in ſer. 5. poſt Dom. 12. Qua. art. 2. c. 3.

S. Aug. hom. 3. & 50. Lib. 2 qq Ev. c. 38.

Ianſen. c. 97. 5. Janſenius argumentum quoddam efformat, quod uſurariis omnibuſque aliis, facultates iniquo lucro comparatas, poſſidentibus ingentem poteſt pavorem & tremorem incutere. Dicit enim: *Hic obſervandum, quòd ſi inferni damnatione percutitur, qui propria largitus non erat, quâ pœna plectendus ſit, qui aliena rapit? ſi damnatus eſt, qui ſuis bonis ad corporis curam uſus eſt, nec alicujus ſceleris arguitur, quid futurum iis, qui ſeſe horrendis contaminant immunditiis, impietatibus & injuſtitiis.*

Theoph. 6. Theophylactus obſervat, Abrahamum non dixiſſe: *Accepiſti, ſed recepiſti*: *Et quare non dixit accepiſti, ſed recepiſti recipere enim de his dicere ſolemus, qui ſuſcipiunt, quòd eis debebatur. Diſcimus igitur, quòd licet quidam facinoroſi ſint, & in extremam pervenerint*

Eccè nos reliquimus omnia epiſt 107.

rint malitiam, nonnunquam tamen unum quoddam, vel dua bona opera faciunt, unde & ipſi habentes bona quædam, quæ in præſenti vitæ proſperitate capiunt recipere dicuntur; ac proinde ad hoc propoſitum, valde opportunum eſt illud S. Gregorii monitum, dicentis: *Quæcunque ergo in hoc ſæculo bene habetis, cùm vos bona egiſſe recolitis, valde de ipſis pertimeſcite, ne conceſſa vobis proſperitas eorundem remuneratio ſit bonorum.* Cajetanus ſuper hæc verba, ly *tua*, hîc deficere dicit, ideoque legendum eſſe putat: *Bona tua in vita tua, ac ſi apertè dicat: Recordare, quodſi quid meruiſti boni, recepiſti antequam moreris, unde non ſupereſt tibi boni aliquod recipiendum; ſignificantius autem dicit: Bona tua, hoc eſt, à te concupita.*

S. Greg. in cat. ho. 48. in Evang.

Hugo Card.

7. Hugo Cardinalis Abrahamum Epuloni hunc delectationes & felicitatem vitæ ſuperioris in memoriam revocâſſe putat, eo tantùm fine, ut majus pœnis ejus incrementum adjiceret: *Auget afflictionem, hoc eſt enim, quod maximè cruciat damnatos, ſcilicet præteritarum delitiarum recordatio, quas mallent non habuiſſe*; unde Boëtius ait: *Infeliciſſimum genus infortunii eſt, fuiſſe felicem.*

Boetius.

8. Idem quoque purpuratus Doctor in ordine ad bona hujus vitæ diſtinctionem adducit juſtos inter & reprobos; dicit enim: *Bona tua, id eſt, quæ putabas tuam beatitudinem, ſic mali recipiunt bona in vita, id eſt, quæ videntur eis bona*; non verò ſic intelligendum eſt de iis, qui ad gloriam ſunt prædeſtinati: de his enim dicit: *Juſti non recipiunt bona, id eſt, quæ reputent, vel quæ videantur eis bona, quia non recipiunt ea pro compenſatione meritorum.*

Et Lazarus ſimiliter mala.

S. Bon. in Luc.

9. Valde conſideranda ſunt verba illa S. Bonaventuræ, dicentis: *Recepit mala ad tempus, ad purgandum mala culpæ, & ad inquirendum bona felicitatis æternæ.* Paupertas etenim, infirmitas, ulcera fames, & tot aliæ adverſitates, libenti animo à Lazaro toleratæ, breves fuerunt, & ad tempus modicum tantùm durantes, eique hîc in terris purgatorii loco inſervierunt, pro cunctis culpis ab eo commiſſis fueruntque ei loco meritæ ad comparandam ſibi beatitudinem æternam.

10. Chryſoſtomus advertit, Lazarum ærumnas & miſerias ſuas nec quicquam æſtimâſſe; dicit enim: *Non quòd Lazarus ea mala putaverit, ſed ex cenſura divitis hæc dicebat, qui inopiam, & famem, & agritudinem æſtimabat mala.* Lazarus autem miſerias illas in interiori cordis ſui Dei æſtimabat blanditias, imò theſauros ad beatum illud regnum ei conceſſos. Unde S. Jacobus ait: *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in varias tentationes incideritis.* Notandum quoque eſt ly *ſimiliter*; per hoc namque innuitur, quod eodem cum gaudio, quo dives ſibi in conviviis, purpuris, divitiis, delitiis cunctiſque aliis complacebat, Lazarus pariter paupertate, fame, ulceribus, cunctiſque aliis miſeriis ſuis gaviſus fuerit.

Chryſ. in cap. Rom. de divite.

Iacob. 1. 2.

Nunc verò hic conſolatur.

11. Chryſologus conſolationem ponderat, quam pauperculus mendicus ille in altera vita recepit: *Recipit pro doloribus requiem, pro opprobrio gloriam, pro contumeliis honorem, pro deſpectu gratiam, pro pœnis immortalitatem, pro vulneribus præmia, pro ſiti refrigerii fontem, pro fame cœleſtis menſæ delitias ſempiternas.*

Chryſol. ſer. 66.

Tu verò cruciaris.

12. Lucas Burgenſis delitias, quas Epulo in hac vita habuerat, cruciatibus confert alterius vitæ dicens: *Pro ſuperbis ædibus habes tartarum, pro variis delitiis, multiplicia tormenta, pro jocis & cantionibus æternum ejulatum.* Chryſologus pariter ad hunc reprobum converſus, ita eum alloquitur: *Tu fulgens quoddam purpura tegere fimo, pro coccino veſtire flammis, pro molli diſcubitu ſuſtine tormentorum dura, pro lautis ferculis epulare pœnas, ebrietates ſiti digere.*

Luc. Burg.

Chryſol. ſer. 66.

13. Ac proinde Didacus Stella opportunè nos interrogat, quid facturi eſſemus, ſi optio nobis daretur eligendi, ut vel cum divite felices, vel cum paupere mendico ulceroſi, aliisque infinitis miſeriis ſimus obnoxii? *Si oſtenderentur tibi duo viri, unus potens purpuratus, & magna comitante caterva, & alius egens mendicus, ulceribus plenus, & daretur tibi optio, uter iſtorum eſſe velles, credo, quòd velles eſſe dives, nam omnes cupiunt divites eſſe*;

Did. Stell.

magno-

magnopere autem in hac electione falli, paulò post his verbis ostendit: *Sed quàm debile sit hominum judicium, hæc historia ostendit: Mortuus est dives, & sepultus est in inferno.*

Versus 26.

Et in his omnibus inter nos & vos, chaos magnum firmatum est, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, nec possint, neque inde huc transire.

Et in his omnibus inter nos & vos, chaos magnum firmatum est.

Lucas. Burg. 1. Lucas Burgensis chaos istud de immensa, quæ cœlum & centrum terræ, in quo est infernus, intercedit distantia exponendum esse censet: *Immensus nunc hiatus sui intervallum est inter supremum cœlum, sedem beatorum, & centrum terræ carcerem reproborum.*

Ianſen. c. 97. 2. Jansenius per hoc chaos, decretorum divinorum intelligit immutabilitatem: *Quòd si speciatim exprimi quis quærat, quid per hiatum illum magnum sit intelligendum, rectè dicitur significari firmissimum Dei statutum, in modum hiatus, prohibens horum & illorum permixtionem, ut sit sensus: firmissimo & immutabili decreto Dei sic sumus nos à vobis separati, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos non possint.*

Dion. Cart. 3. Dionysius Carthusianus per hunc loquendi modum, infinitam intelligit distantiam, quæ intercedit inter merita & gloriam beatorum, & demerita ac pœnas reproborum, sicut etiam circa loca & status eorundem: *Id est, grandis distantia meritorum est, statuum & locorum.*

Ianſen. 4. Jansenius quoque per hanc phrasim, Abrahamum Epuloni æternam quandam à consortio electorum separationem intimare voluisse existimat: *Significatur diviti notificatum, æternam fore reproborum à beatis separationem, ac refrigerii nullam esse damnatis spem.*

Ut hi, qui volunt transire ad vos, nec possint.

Gloſſ. 5. Non quòd gaudium beati propter cruciatum infernalium aspectum, ullâ ratione turbetur; nam ut Glossa ait: *Non fuscat beatitudinem aspecta pœna reproborum, quia ubi jam compassio miseriæ non erit, minuere bonorum lætitiam non valebit; & licèt justis sua gaudia sufficiant, ad majorem tamen gloriam vident pœnas malorum, quas per gratiam evaserunt.* Chrysostomus proinde de beatis scribit: *Nos videmus quod fugerimus, vos quod perdideritis, nostra gaudia cumulant vestra tormenta, & vestra tormenta nostra gaudia.* *Chryſ. in cat.*

6. S. Ambrosius ait: *Quia post mortem nequeunt merita mutari.* De qua beatitudinis firmitate & stabilitate regius Psalmista testimonium his verbis perhibet, dum ait: *Ego dixi in abundantia meâ: non movebor in æternum.* Hugo Cardinalis ait: *Ex una parte inflexibilis justitia Dei, & immutabilis exigentia meritorum: ex alia scilicet, quia nec illi possunt mereri vitam æternam, nec boni mortem æternam; non sic in hac vita, nam & boni possunt fieri mali, & mali boni.* *S. Ambr. in cat.* *Pſ. 49. 7.* *Hugo Card.*

7. Beda dubium quidem non esse dicit, quia reprobis, qui sunt in inferno, omnis in cœlum aditus præclusus sit; at verò simul non æquè perspicuum esse declarat, quomodo animæ beatæ aditus ad infernum negetur, quia tametsi beati ad infernum descenderent, non ideò à divinæ essentiæ visione & fruitione impediendi essent: *Sed sicut transire reprobi ad electos cupiunt, id est à supplicium suorum afflictione migrare, ita ad afflictos & in tormentis positos transire, justorum est, mente ire per misericordiam, eosque velle liberare; sed qui volunt de beatorum sede ad afflictos, atque in tormentis positos transire non possunt, quia justorum animæ, quamvis in suæ naturæ bonitate misericordiam habeant, jam tunc auctoris sui justitiæ conjunctæ rectitudine constringuntur, ut nulla ad improbos compassione moveantur.* Cajetanus hanc impossibilitatem in animabus illis beatis non defectui aut pœnis illorum adscribendum esse dicit: *Non est impotentia hæc aliqua, non est ademptio libertatis animabus existentibus in lymbo, sed immutabilitas voluntatis firmatæ in conformitate ad voluntatem divinæ justitiæ.* *V. Beda.* *Cajet.*

Versus 27.

Et ait: Rogo ergo te Pater, ut mittas eum in domum patris mei.

8. Cajetanus reprobi illius hypocrisim dete-

detegit, dum illum hoc non ex zelo ſalutis fratrum ſuorum dicere oſtendit, prout alicui videri potuiſſet; cujus rationem ſatis efficacem reddit, nimirum: *Quoniam damnati habent voluntatem firmatam ad malum*; & ideò petitionem hanc ex ſuperbia derivatam fuiſſe exiſtimat: *Superbus enim, videns ſe dejectum in miſeriam, quamvis omnes vellet eſſe miſeros, ſimiles ſibi, aut miſeriores ſe, videns tamen aliquos evaſuros miſeriam, appetit ſuos eſſe, ut vel ſic (in ſuis) exaltetur.* Verùntamen alii interpretes petitionem hanc invidiæ & crudelitati ipſius attribuunt. Hugo Cardinalis ait: *Notatur divitis crudelitas erga Lazarum, quem petit exire de requie, qui ſemper fuit in labore: nec eſt credendum, quod vellet Lazarus ſuſcitari ad vitam mortalem, cùm Dominus fleviſſe legatur, quando Lazarum ſuſcitavit iterum moriturum.* Chryſologus in ipſo malignitatem, zeli & pietatis prætextibus ab eo palliatam agnoſcit, dicens: *Sub ſpecie pietatis ad priſtina vulnera, ad præteritos gemitus Lazarum vult redire, quem primâ petitione ad ſuos devocare non potuit cruciatus; ante dixit: mitte ad me, modò dicit: mitte ad fratres meos.* Idem in alio quodam ſermone pariter ſcribit: *Scitur, quia plus te felicitas Lazari, quàm gehennæ torquet incendium*; idemque ad locum, quo Lazarum mitti poſtulabat, ſcilicet ad domum ejus ſe reflectens, ita ſcribit: *In domum, ante quam bene jacuit Lazarus, ante illam januam, in qua fame ſuâ inhumanitatis tuæ titulos fixit, ubi poſtes tuos ſuis ulceribus laureavit, ubi ſanie ſuâ pinxit micas tuas.*

Hugo Card.

Chryſol. ſer. 123.

Ser. 66.

Verſus 28.

Habeo enim quinque fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.

1. Gloſſa ait: *Serius dives iſte magiſter incipit eſſe, jam nec diſcendi tempus haberet, nec docendi.* At verò, ut bene Didacus Stella obſervat, nequaquam id deſiderio ſalutis ipſorum dicebat: *Noluit fratrum converſionem ex dilectione Dei, nec ex dilectione proximi*; ſiquidem charitas in damnatis locum non habet; neque enim petiit, ut Lazarus ad illos mitteretur ad monendum eos, ne malum ipſius imitarentur exemplum, aut ne Deum offenderent, ſe ne & ipſi ad infernum detruderentur; certum namque eſt, quod ex reproborum multiplicitate, cujuslibet damnati pœna accidentalis notabiliter accreſcat. Unde S. Bernardus dicit, quòd id dixerit: *Timens procul dubio ex ſuorum cruciato, augeri ſuum.* Lyranus ait: *Quia fuerat eis occaſio peccandi, tum ratione divitiarum, quas dimiſerat ad uſum, tum exemplo malæ vitæ, quod eis dederat*; non verò urgebatur zelo, ut non effunderet Deum.

Gloſſa.

Did. Stell.

S. Bern. epiſt. 111

Lyran.

2. Veriſimile porrò eſt, hoſce fratres eadem fuiſſe pice inquinatos ſiquidem eos quoque in eodem quo ipſe degebat barathro exſpectabat. Lucas Burgenſis ait: *Ad cumulum temporariæ felicitatis fecerat, quod fultus eſſet quinque dilectis fratribus, non minoribus, quàm ipſe divitiis, delitiis, pompiſque florentibus.* Hugo Cardinalis myſticum horum fratrum numerum advertit, dicens: *Ideò forſan quinque, quia quinque ſenſuum voluptatibus intendebant fratres ejus, ſicut ipſe prius: Sic mulier Samaritana dicitur habuiſſe quinque viros.*

Luc. Burg.

Hugo Card.

3. Fuerat hic dives, aliàs totaliter carni & ſanguini deditus, prouti inordinatus ipſius erga corpus proprium, nec non erga cognatos ipſius affectus ſatis demonſtrat. Unde S. Bonaventura ait: *Hæc petitio erat carnalis, quia ſolùm ad fratres ſe extendit.* Venerab. Beda ait: *Ut ergo peccatores amplius in ſupplicio puniantur, & eorum vident gloriam, quos contempſerunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter amaverunt.* Idipſum quoque S. Gregorius à S. Bonaventura in horum verborum expoſitione citatus aſſerit.

S. Bon.

V. Beda.

S. Greg.

4. Chryſologus cavendum nobis eſſe dicit, ne verba illa divitem ex charitatis motivo dixiſſe putemus: nam *cui pius, qui ſibi ſic impius? imprudenter præſumit aliis imperare pœnitentiam, qui ſibi tam crudeliter ad veniam nil providit. Et putas, quòd quinque fratribus tuis ſufficit Lazarus, qui tibi tanto tempore tot vulneribus ſuis toto clamans corpore nihil profecit?*

Chryſol. ſer. 123.

5. Hugo Cardinalis illum quoque parvi judicii fuiſſe notat, dum fratres ſuos pœnam ejus evadere potuiſſe credidit, quos culparum ſuarum participes eſſe novit: *Notatur*

Hugo Card.

tatur divitis fatuitas, qui non putabat eos ſocios fore in pœna, qui fuerant ſocii in culpa.

Verſus 29.

Et ait illi Abraham: habent Moyſen & Prophetas, audiant illos.

S. Bon. 1. S. Bonaventura ſenſum verborum illorum eſſe dicit: *Habent doctrinam legis, & Prophetarum*, adducitque illum S. Petri textum, dicentis: *Habetis firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris.* *2. Petr. 1. v. 19.*

Luc. Burg. Lucas ſenſum reſponſi, ab Abrahamo dati, hunc eſſe dicit: *Nihil neceſſe eſt hac gratia evocare Lazarum à quiete ſua, & ad vitam mortalem redire, habens fratres tui, ſicut cæteri Iudæi Doctores & admonitores ſuos, quos Deus illis providit, qui majorem longè, quàm tu illorum curam gerit.*

Verſus 30.

At ille dixit: Non Pater Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.

At ille dixit: Non Pater Abraham, &c.

1. Abrahæ, epuloni huic dicenti, ad fratres ejus in modo bene, & in timore Dei vivendi erudiendos, ſcripturas ſacras omnino ſufficere, epulo ſubitò replicavit & contradixit,

Chryſoſt in Cat. quia ut teſtatur S. Chryſoſtomus, exiguam ſemper libris ſacris fidem adhibuit: *Quia enim audiendo ſcripturas contemnebat, & fabulas eſſe putabat, ex his, quæ paſſus fuerat, ipſe quoque de fratribus dijudicabat.*

Cajet. 2. Cajetanus reprobi illius inſtantiam imprudentem fuiſſe notat: *Petit reſuſcitationem unius mortui ad ſuam inſtantiam fieri, & quod dementius eſt, audet docere Abraham dicendo: Non Pater Abraham, ſed ſi quis, &c.*

Hugo. Card. 3. Hugo Cardinalis arguit illum ſtultitiæ: *Notatur in hoc ſtultitiæ divitis, & omnium mundanorum, putant enim plus eſſe credendum mortuis, quàm vivis, vel quàm ſcripturis, &c.*

Luc. Burg. 4. Lucas Burgenſis exiſtimat, quòd, quia dives ille in vita ſua admonitiones & exhortationes ſpirituales, ex libris Moyſis aliiſque ſacris codicibus deſumptas contempſerat atque irriſerat, aliunde verò amatoribus mundi hujus, tormenta in altera vita reſervari minimè crediderat, ideo cùm id nunc verum eſſe propria experientiâ comprobaret, meritò ne fratribus, ob eundem culpam eadem quoque pœna eveniret: *Dicebat apud ſe quod illi* Sap. 2. v. 1. *Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reverſus ab inferis: Venite ergo fruamur bonis, &c.* *Sap. 2. v.*

Did. Stella 5. Didacus Stella conſiderationem quandam adducit ſimilem illi, quam paulò ante ex Cajetano retulimus. Dicit enim: *Vide hominem temerarium, qui ſanctum Patriarcham docere tentat; ſic etiam & nunc multi peccatores impœnitentes, confeſſarios docere volunt, non monita eorum implentes, ſed repellentes, vel arguentes.*

6. S. Bonaventura in hac reſponſione fratrum ejus carnalitatem demonſtrari ſcribit: *Utpote qui magis moverentur ad corporalem ſuſtentationem, quàm ad ſpiritualem revelationem; oſtendebat etiam ſuam & fratrum ſuorum perverſitatem, ut teſtimonium hominis mortui præferrent teſtibus divini verbi, contra illud Iſaiæ: nunquid non populus à Deo ſuo requiret pro vivis à mortuis? ad legem magis, & ad teſtimonium.* S. Bonaventura addit: *Requiret viſionem.* *Iſai. 8. v. 19. & 20. S. Bona.*

Verſus 31.

Ait illi: Si Moyſen & Prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

S. Bona. 1. S. Bonaventura conſequentiæ iſtius rationem reddit, nimirum: *Quia qui non credit teſtimonio magis credibili, nec etiam minus credibili;* adducitque alterius Lazari à Chriſto reſuſcitati exemplum, cui increduli & obſtinati Hebræi non crediderunt, imò qui ex illius reſuſcitatione magis fuerunt adverſus Salvatorem exacerbati; ſiquidem ab illo momento adverſus illum conjuran-

tes,

tes, ei machinati ſunt mortem : *Quia multi propter illum credebant in Ieſum : hujus etiam exemplum habemus in Chriſto, cui etiam ſuſcitato Indæi credere noluerunt.*

Ioan. 11. 45.

2. Chryſologus ait : *Nihil tam verum fratres, qui de cœlo loquenti per legem, de cœlo venienti Chriſto credere noluit, jam non merebitur credere ab inferis revertenti.*

Chryſol.

3. Cajetanus nos ad hanc Abrahæ propoſitionem bene trutinandam invitat, dicens : *Nota ſententiam hanc incredule, qui dicis : ſi viderem reſuſcitatum unum mortuum, facerem, dicerem; Ecce Abrahæ ſententia contra te; quòd ſi Moyſen & Prophetas non audis; neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credes, & verè ſic eſt; quoniam credere donum Dei eſt, quoniam pœnitere peccatorum, donum Dei eſt.*

Cajet.

4. S. Zeno paucis nos verbis, ſed valde emphaticis convincit : *Evidenter oſtendens, non in oculis eſſe carnalibus verum, ſed in fide credentium conſtitutum. 2. Petri. 1. verſ. 19. Habemus meliorem propheticum ſermonem, &c.*

S. Zeno ſer. de reſur. 2. Petr. 1. v. 19.

5. Janſenius quoque rationem reſponſionis Abrahæ paucis verbis declarat, dicens : *Quod quàm verè dictum ſit, recta ratio docet, quia ei, qui Moyſen & Prophetas ſuſcepit, certior eſt authoritas & veritas eorum librorum, quàm poſſent eſſe ejus, qui à mortuis reſurgeret; cauſari enim poſſet facilè, aut phantaſma eſſe, aut dæmonium, cùm authoritatem Moyſis conſtet eſſe divinam.*

Ianſen. c. 9. 97.

FERIA SEXTA
POST II. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Matth. cap. 21.

V. 33. *HOmo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus eſt. 34. Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſervos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. 35. Et agricolæ apprehenſis ſervis ſuis, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidaverunt. 36. Iterum miſit alios ſervos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. 37. Noviſſimè autem miſit ad eos filium ſuum, dicens : Verebuntur filium meum. 38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe : Hic eſt hæres, venite occidamus eum, habebimus hæreditatem ejus. 39. Et apprehenſum eum ejicierunt extra vineam, & occiderunt. 40. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? 41. Ajunt illi : Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis ſuis. 42. Dicit illis Ieſus : Nunquam legiſtis in ſcripturis : lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. 43 Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. 44. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem verò ceciderit, conteret eum. 45 Et cùm audiſſent Principes Sacerdotum, & Phariſæi parabolas ejus, cognoverunt quòd de ipſis diceret. 46. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut Prophetam eum habebant.*

Verſus 33.

Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregrè profectus eſt.

Homo erat paterfamilias.

1. Hæc parabola, ut Lucas Burgenſis notat, à Chriſto ad plebem enarrata fuit, ut ex ipſo S. Lucæ ſacro textu clarè colligitur, qui ait: *Cæpit autem dicere ad plebem parabolam iſtam: ſed in proceres præſentes & audientes ſtylum ſtringit, quorum immedicabilem malitiam à majoribus tractam, apertiùs, quàm in ſuperiori parabola deſcribit.* Porrò coegerant Principes Sacerdotum conciliũ, in quo Caiphas inter alios ſententiam ſuam hunc in modum enuntiavit: *Expedit ut unus moriatur homo pro populo: quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit.* Per hanc igitur parabolam eis propoſitam, non ſolùm indicare voluit, notum ſibi atque manifeſtum eſſe, quidquid adverſus ipſum conſiliorum machinatum fuiſſet, verùm etiam ſimul eis pœnas & ſupplicia, quæ exinde eis obventura eſſent, prædicere operæ pretium duxit; id quòd tanta cum circumſpectione & prudentia fecit, ut eos contra ſemetipſos ſententiam pronuntiare coegerit: *Malos malè perdet, vineam ſuam locabit, &c.*

Luc. Burg. — Luc. 20. 9. — Ioan. 11. 50. — Ioan. 11. 47.

2. Obſervandum verò eſt, quòd quamdiu de plantanda, fovenda, munienda, & elocanda vinea agitur, Deus homo & paterfamilias in hac parabola appelletur, quia dum nobis benefacit, merus erga nos amor, charitas & benignitas eſt: econtra verò ubi de poſtulatione ad rationes reddendas agitur, Dominus vocatur: *Cùm ergo venerit Dominus*, tanquam judex ſeverus, ſtrictam à nobis de bonis ſuis nobis collatis, rationem expoſcet, ubi iiſdem fuerimus abuſi.

Plantavit vineam.

3. S. Thomas per hanc vineam ſynagogam vel Judaiſmum intelligit, de qua Iſa. 5. dicitur: *Vinea Domini domus Iſrael eſt.* Et Pſal. 79. *Vineam de Ægypto tranſtuliſti.* Lucas Burgenſis poſtquam myſteria ſepis, turris & torcularis declaraſſet, ſubjungit; hæc omnia eò ſolùm ſpectare, ut ſpecialiſſima, quam Deus erga populum illum ſemper exhibuit, protectio per illa denotetur, utpote quem toti terræ formidabilem reddidit, ſummâ illum fœlicitate & proſperitate circumvallando: id quod Deum ipſum conſtrinxit, ut per os Iſaiæ diceret: *Quid eſt, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei?*

S. Th. hic — Iſa 5. v. 7 — Pſ. 79. 9. — Luc. Burg. — Iſa. 5. v. 4.

4. S. Antonius de Padua per hanc vineam, ſanctam Dei Eccleſiam intelligi poſſe exiſtimat, dum ait: *Vinea eſt Eccleſia Catholica, quam Deus ſingulariter plantavit: Plantaſti radices ejus, & implevit terram.*

S. Ant. de Pad. ſerm. in hac fer. — Pſ. 79. 10

5. Origenes de doctrina Evangelica exponit, dicens: *Sed fortè in Evangelio vinea eſt regnum Dei, id eſt, doctrina, quæ ſcripturis inſerta eſt, ſapientiæ; vita autem irreprehenſibilis hominum eſt vineæ fructus.*

Orig. in cat. tr. 19.

6. S. Antonius Paduanus inſuper per hanc vineam, nos ipſos, id eſt, animam uniuſcujuſque noſtrùm intelligi poſſe dicit: *Vinea iſta eſt homo, vel anima*; atque ad id magis elucidandum analogias varias adducit; vinea enim ut fructum optatum adferat, multâ culturâ opus habet, ita quoque homo, ut operum bonorum fructus producat. Vinea niſi ſtrennè excolatur, præ cunctis aliis plantis facillimè ſylveſcit; idipſum quoque homini accidit. Vites ſi fructum non ferant, ad nihil aliud, quàm ad ignem deſerviunt. Ezech 15. *Fili hominis, &c. Verè homo Deo non fructificans, ad nihil aliud valet, niſi ut ſit eſca ignis. Item nota ſimilitudines ratione fructus, quia quando vinea eſt bene culta, nullius arboris fructus poteſt ei adæquari; ſic nec hominis bene culti fructibus.*

S. Ant. Pad. — Eze. 15. 7

S. Anſelmus vineam iſtam unicuique noſtrum ad cultivandum in baptiſmo committi dicit: *Miſticè vinea cuique locatur colenda, cùm myſterio Baptiſmi initiatur*, hujuſque parabolæ alluſionem ulterius proſequens, ſubjungit tandem. *Mittitur ſervus unus, & alter, cùm lex, Pſalmus, & Prophetia legitur, quorum monita benè operetur: ſed miſſus cæditur, vel ejicitur, cùm ſermo contemnitur; hæredem, quantum in ſe eſt, occidit, qui filium Dei conculcaverit, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit; perdito malo alii vinea datur, cùm donum gratiæ, quod ſuperbus perdidit, humilis accipit.*

S. Anſel.

Et

Et ſepem circumdedit ei.

Luc. Burg. 7. Quod hanc ſepem attinet, multas invenio, eaſque omnes varias ſacrorum interpretum expoſitiones. Lucas Burgenſis dicit: *Tutelâ providentiæ divinæ, id eſt, divinæ cuſtodiæ munitione eam vallavit;* id quod tanta cum ſollicitudine ſemper facit, ut Deus nihil aliud (ut ita dicam) curare & ſatagere videatur, quàm quod populum ſuum Iſrael protegat & defendat, illique ſemper aſſiſtat: *Non fecit taliter omni nationi.* *Pſ. 147. v. 20.*

Aut. Imp. 8. Author Imperfecti dicit: *Sepes eſt meritum, & cuſtodia patrum juſtorum,* Noe videlicet, Abrahæ, Iſaaci, Jacobi, Davidis, & plurimorum aliorum: *Qui tanquam murus factus eſt populo Iſrael; Protegam urbem hanc propter David ſervum tuum.* *4. Reg. 19. v. 34.*

Interl. 9. Interlinearis *ſepem* idem eſſe dicit, quod *communitionem ſcilicet terræ promiſſionis, quàm opera bellicoſorum virorum David & Machabæorum communivit;* Deus namque populo huic de generoſis ſemper, magnanimiſque viris, qui illum defenderent, paternè providit.

S. Th. hic 10. S. Thomas per ſepem, orationes ſanctorum intelligit: *Quæ ponuntur ad cuſtodiam, ſive ſint orationes Sanctorum, vel cuſtodia Angelorum, dicuntur ſepes. Unde Oſee 2. ſepiam viam ſuam ſpinis.* *Oſe. 2. v. 6.*

S. Anſel. S. Paſch. l. 9. in Matth. 11. S. Anſelmus ait: *Angelorum cuſtodiam deputavit illis;* Cui conſonat S. Paſchaſii expoſitio dicentis: *Angelos illis profuiſſe ad cuſtodiam, nemo eſt qui dubitet;* adducitque Joſephi Hebræi pervetuſti ſcriptoris teſtimonium, ſcribentis, quòd dum urbs Hieroſolyma in procinctu eſſet, ut deſtrueretur, hæ voces per aëra auditæ fuerint: *Tranſeamus ex his ſedibus.*

S. Ant. Pad. 12. *Sepes arcebat beſtiarum incurſus,* inquit S. Antonius Paduanus, *& erat Angelorum cuſtodia, quibus à gentibus protecti fuerunt, ſicut patet in pugnis, quas Dominus pro eis fecit.*

S. Anſel. 13. Sacri quoque Doctores per ſepem legis, ſive præceptorum divinorum, ſeu doctrinæ Evangelicæ obſervantiam interpretantur. Unde S. Anſelmus ait: *Impoſuit ei legalia tormenta per quæ cogerentur ad bene vivendum.* S. Leo numerum præceptorum omnium tum cæremonialium, tum legalium, tum judicialium ad ſexcenta tredecim aſcendiſſe affirmat. Lyranus quoque per ſepem, doctrinam Evangelicam, clauſuram legis, & mandatorum intelligit. Theophylactus ſimiliter dicit: *Sepes, id eſt, lex.* Sepes communiter ſpinis & ſentibus plenæ ſunt, vineæ autem magnum ſubſidium adferunt, ſiquidem illam ab incurſibus ferarum, & latronum invaſionibus defendunt: ita quoque prima facie legis & præceptorum divinorum adimpletio difficilis & ardua videtur: ex altera verò parte, dum vineam animæ noſtræ ab omni communis inimici inſultu protegit, eandem ſanctorum bonorumque operum fructus reddere facit. Sicut vinea ſæpè deſtituta facilè ſylveſcit, ita quoque anima ſine divinæ legis directione, omnibus vitiis facilè in prædam cederet, omnibuſque inimici tentationibus facilè ſuccumberet: *Lex Domini immaculata convertens animas.* Deus in Deuteronomio populorum Iſraelis ad legis ſuæ adimpletionem exhortans, hoc præcupuè uſus eſt motivo: *Ut bene ſit tibi.* S. Hieronimus ad Celantiam ſcribit, Deum in tantum nos præceptorum ſuorum compedibus eſſe voluiſſe adſtrictos, in quantum per hoc non ſuam, ſed noſtram utilitatem promovere ſatagebat: *Ideo aliquid imperat, ut cauſas habeat remunerandi; neque enim obſequii noſtri Deus indiget, ſed nos illius indigemus imperio; Mandata ejus deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum; dulciora ſuper mel & favum; quoniam in cuſtodiendis illis retributio multa.* *Liran.* *Theoph.* *Pſ. 18. v. 8.* *Deut. 10 v. 13.* *S. Hier. l. 2. Ep. 20.*

Et fodit in ea torcular.

14. Quia per vineam hanc Judaiſmus intelligitur, ideo S. Thomas dicit, *intelligitur per torcular altare holocauſtorum,* cujus rationem reddit Dionyſius Carthuſianus dicens: *Quia in eo effundebatur ſanguis victimarum ſicut in torculari exprimitur liquor uvarum.* *S. Th. hic* *Dion. Cart.*

15. S. Hilarius per torcular Prophetas intelligit, qui in myſtica hac vinea inſtar torcularis cujuſdam fuerunt; *In quos muſti modo quædam ubertas Spiritûs ſancti ferventis influret.* Lyranus pariter ſuper hæc verba dicit: *Dando doctrinam Prophetarum, in qua exprimitur & declaratur magis virtus legis.* *S. Hilar. can. 22. in Matt.* *Lyran.*

16. S. Thomas quoque de Martyribus exponit, *qui pro fide ſanguinem ſuum fuderunt,* id quod S. Anſelmus confirmat, ſubjungens, quod tres Pſalmi *pro torcularibus* *S. Th. ib* *S. Anſel.*

inſcripti inveniantur: id quod apertius declarat dicens: *Id eſt poſuit in ea*, ſcilicet vinea hac myſtica, tales viros, *qui parati eſſent torqueri pro nomine Chriſti, ut per eos efflueret quædam ubertas Spiritus ſancti.* Lyranus pariter dicit: *Martyrum eſt patientia, quâ roborata eſt Eccleſia.*

Lyran.

Aut. Imp. hom. 40

17. Author Imperfecti per hoc torcular Eccleſiam intelligendam eſſe dicit: *Eccleſia torcular eſt intelligenda, in qua omnes fructus vineæ, id eſt, opera ſervorum Dei, & fides roborata ad Dei gloriam tranſmittitur.* Ab hoc torculari cœleſte Spiritus Sancti muſtum exprimitur, & ſicut omnes vitium per vineam ſparſim conſiſtentium fructus caput velut ſuum torculari ſubmittunt, ita quoque omnia fidelium opera bona, in comunione uniuntur Eccleſiæ; *Sanctorum communionem.* S. Paſchaſius ſanctos Apoſtolos, alioſque Chriſti diſcipulos, qui ad hanc ſynagogæ vineam pertinebant, tandem ad Eccleſiam Chriſti tranſiſſe conſiderans, ſcribit: *Quæ torcularia cùm in Eccleſiam ſint translata, repleverunt muſto Spiritus ſancti cor dacredentium, cujus fervore cùm eſſent potati, ebrii dicebantur, & muſto pleni.*

S. Paſch

Paul. de Pal. Iſa. 63. v. 3.

18. Paulus de Palatio ad illum Iſaiæ textum alludens, in quo Deus proteſtatur, dicens: *Torcular calcavi ſolus, & calcavi eos in furore meo*, per hoc torcular juſtitiam Dei intelligit, per quam Deus impios in hac vita caſtigat, ut illos emendet. *Torcular hujus vineæ juſtitia eſt, vindictam de malis accipiens grandis eſt miſericordia, quòd in Eccleſia torcular juſtitiæ Deus ſtatuerit, videlicet ut ſi torquemur, non premamur, ut damnemur, ſed ut vinum Deo optatum proferamus. Grande beneficium eſt torcular in Eccleſia, quod à peccatoribus meliorem exprimit vitam; nemo igitur ſit, qui premi à torculari refugiat.*

Sim. de Caſſ.

19. Simon de Caſſia per hoc torcular crucẽ intelligit, in qua Redemptoris ſanguis expreſſus fuit, qui pro redemptione & ſanctificatione omnium animarum effuſus fuit, ſiquidem pretium hujus, ſunt ſacrificia & ſacramenta; ab hoc ſanguine valorem ſuum accipiunt omnia merita & opera bona Chriſtianorum.

Et ædificavit turrim.

Salmer.

20. Salmeron finem nobis declarat, ob quem turris iſta fabricata fuit, dum ait: *Partim ad ſpeculandum, ne quis ingreſſus fructus deprædaretur, partim ad fructus collectos aſſervandos*; quantùm verò ad ſenſus myſticos.

21 Lucas Burgenſis per hanc turrim, Jeroſolymam intelligi poſſe cenſet: *Quæ præ cæteris civitatibus eminens, velut caput in corpore fuit terræ Iſraeliticæ, quod turris in vinea.*

Luc. Bur.

22. S. Thomas per turrim templum interpretatur. *Templum intelligitur.* Mich. 4. *Et turris nubiloſa gregis uſque ad te veniet poteſtas prima vel agnitio Dei.* Lyranus templum in forma turris fabricatum fuiſſe notat, neque ſimilitudo hæc impropria eſt: ſiquidem Eccleſia propter immunitatem ſuam, fidelibus inſtar arcis ſeu fortalitii cujuſdam deſervit, in qua ſuum habent refugium, omnemque eorum, qui ipſis inſidiantur, vim & violentiam evadunt; Eſt velut armamentarium quoddam, in qua anima omnibus armorum generibus communitur, ut adverſus infernales inimicos decertare, iiſque reſiſtere poſſit: *Omnis armatura fortium, mille clypei pendent ex ea*, nimirum verbum Dei, oratio, ſacrificia, confeſſiones, communiones, &c.

S. Th hic Mich 4. v. 8. Lyran.

Cant. 4. v. 4.

23. Salmeron de poteſtate ſacerdotali exponit: *Spirualem ſacerdotum poteſtatem ſignificat, ſive templum in monte Syon conſtructum, quod inſtar turris turbatur, in hac turri ſpeculatores vineæ evigilabant pro aliis tanquam rationem reddituri.*

Salmer. ibid.

24. S. Antonius de Padua legem intelligit: *Sublimitas legis ſecundum quam ſi vigilare volebant, poterant hoſtium infeſtationem proſpicere.* Ejuſdem ſententiæ eſt S. Hilarius. Author Imperfecti duo bona nos à turribus habere dicit, nimirum quod inimicis noſtris exinde valeamus reſiſtere, & facilius profligare: *Sic & qui in fide Chriſti conſiſtunt, vel in lege Dei, & dæmones ſuper ſe irruere non ſinunt, & ſpiritualibus bonorum operum ſagittis eos facilè vulnerant, & dæmones ſuper illos irruere nequeunt, & à ſpiritualibus malorum operum ſagittis non facilè vulnerantur.*

S. Ant. de Pad. hic. S. Hilar. Aut. Imp. hom. cit.

Et locavit eam agricolis.

25. Lucas Burgenſis, quinam ſint illi vinitores, quibus hæc vinea elocata fuit, his verbis declarat: *Hi fuerunt reges, Sacerdotes, Doctores, Judices, cæterique Primates & Magiſtratus populi Iſrael, his commiſit Deus vineam ſuam colendam, id eſt, regendam populum*

Luc. Burg.

lum ſuum defendendo, docendo, monendo, malos caſtigando, bonos honorando, exemplis præeundo. S. Thomas per hos agricolas Moyſen & Aaron intelligit, quibus Deus regimen & dominium populi ſui commiſit. Theophylactus ait: *Agricolæ ſunt Doctores populi.* Lyranus de Sacerdotibus exponit, *qui habent officium ſervandi cultum divinum.* De his quoque Author Imperfecti ait: *Colentes populum quaſi vineam, cum acutiſſimo ferro ſermonis, faciunt eos bonos fructus juſtitiæ Domino exhibere; ſicut autem duram terram ferrum emollit, ſic & verbum duritiam cordis relaxat.*

S. Thom. in Matt. *Theoph.* *Lyran.*

26. Hugo Cardinalis obſervat eos, quibus hæc vinea colenda elocatur, ſeu quibus animarum regimen & dominium populorum committitur, multum lucrari, multumque perdere poſſint: *Ad gloriam, ſi diligenter, ad periculum, ſi negligenter.* Quodſi enim is, qui lucra temporalia maximi momenti in ſe ſuſcipit, ingenti ſemper timore percellitur: *Quantò magis qui de manu Dei ſuſceperunt animas ſanctas? non enim ſacerdotes præſtant Deo, docentes populum ejus, ſed Deus ſacerdotibus committendo eis populum.* Paulus de Palatio neſcire ſe dicit, quomodo hæc vinea elocari poſſit, id eſt, quo auſu ad curam & regimen animarum deputari valeant, qui artem illas gubernandi neſciunt: *Cùm vineam nemo locet ignaro colono, quæ cauſa quòd vinea ſacra ignorantiſſimis locetur hominibus? Cùm ſit artium regimen animarum, potius de poſt fœtantes eligendus eſſet, qui vineam ſpiritualem coleret, ſi artem noſſet colendi, quàm vir illuſtriſſimus ſi eſſet artis ignarus.*

Hugo Card. *Paul. de Pal.* *Pſ. 77. v. 70.*

27. Valde conſiderabilis eſt hujus Patrisfamilias induſtria & circumſpectio, ac ſollicitudo, quam circa hanc vineam gerit, adeò ut verè dicere poſſit: *Quid debui facere vineæ meæ & non feci;* qui tamen ex alia parte in hac cultura ſolus eſſe noluit, juxta tritam illam S. Auguſtini ſententiam dicentis: *Qui creavit te ſine te, non ſalvabit te ſine te*; S. Ambroſius ait: *Si Deus in te laboravit, qui laborare non novit, cur ipſe fugitans ſis laboris? Locavit eam agricolis*; nobis illam excolendam commiſit per opera exemplaria, per actus amoris erga Deum, perfectam non ſolùm præceptorum, verùm etiam conſiliorum evangelicorum adimpletionem.

Iſa. 5. v 4. *S. Ambr. ſer. 10. in Pſal. 118.*

Locavit eam agricolis.

28. Id eſt, ruſticis, quia diſcretus hic Paterfamilas ſtatum & vocationem uniuſcujuſque optimè diſcernere novit, & ſecundùm hanc diſcretionem opera noſtra à nobis expoſuit: *Unicuique ſecundùm propriam virtutem;* quod ab agricolis & terræ follòribus requirit, non exigit à nobilibus & equeſtris ordinis viris; Quod religioſo convenit, non poſcit à ſæcularibus; non prætendit à Principe & Prælato, quod ad inferiores & ſubditos pertinere dignoſcitur.

Mat. 25. v. 14.

Et peregrè profectus eſt.

29. Theophilactus per hanc vineam, ſynagogam Hebræam intelligens, dicit: *Profectus eſt autem Deus, quando non amplius in columna nubis loquebatur eis.* Albertus M. hanc profectionem, portentorum & miraculorum, quæ quondam in oculis populi ſui patrare conſuevit, ſubtractioni, attribuit: *Quia ſubtraxit opera potentiæ, quæ in præſentia eorum operabatur in Ægypto per plagas, & in deſerto per apparitiones & miracula.*

Theoph. *Alb. M.*

30. Lucas Burgenſis verba hæc de eodem populo intelligens dicit: *Geſſit ſe tanquam abſentem, qui nuſquam abeſt, cœlum cùm impleat & terram, permiſſo regimine populi ſui, arbitratui, ſideique illorum.* Hugo Cardinalis autem intelligere hæc verba videtur in eo ſenſu, quòd illos in duritia & obſervatione ſua dereliquerit: *Judæos propter eorum ſupebiam ſuo arbitrio relinquens.*

Luc. Burg. *Hugo Card.*

31. S. Thomas verba illa de longanimitate & patientia Dei exponit, quam exercet exſpectando nos ad pœnitentiam: *Dicitur peregrè proficiſci, quando non ad quamcunque culpam, pœna infligit.* Theophylactus ait: *Peregrinatio ejus longanimitas ejus; videtur enim peregrè proficiſci, cùm longanimis eſt, & non è veſtigio peccatorum pœnas exigit*; Ejuſdem ſententiæ Chryſoſtomus fuit, dum in ſpecie de populo illo dixit: *Non enim ſemper ſimul atque peccârunt, pœnas inflixit.* Salmeron textum illum Iſaiæ: *Exſpectavi ut faceret uvas, & fecit labruſcas*: adducens, pro noſtra inſtructione ſubjungit: *Hæc patientia Domini & longanimitas in omnia nos ſcelera præcipitat, noſtro tamen vitio.*

S. Thom. in Matt. *Theoph.* *Chryſ. hom. 69. in Matt.* *Salm. tom. 2. tract. 46 Iſa. 5. v. 4.*

32. S.

S.Thom. in Matt. 32. S.Thomas dicit: *Profectus eſt, non mutando locum, ſed hominem in ſuo arbitrio relinquendo*; quia poſtquam Deus nobis hanc animam, quæ vinea quædam myſtica eſt, infudit, arbitrii nobis libertatem donavit: *S.Anſel. Pſ.* 53. *v.* 8. S.Anſelmus quoque ait: Profectus *Relinquens arbitrium benè operandi*; Unde David dicebat: *Voluntariè ſacrificabo tibi*

S.Ambr. lib. 12. *in Luc.* 33. S. Ambroſius Chriſtum dicere voluiſſe exiſtimat, quod per favorum ſuorum aſſiſtentiam plus minuſve nobiſcum ſit, in quantum nos in hac vinea excolenda plus minuſve pigri vel ſolliciti ſumus: *Peregrè profectus eſt Dominus, non quia de loco ad locum profectus eſt, qui utique ſemper præſens eſt; ſed quia eſt præſentior diligentibus, negligentibus abeſt.*

Paul.de Pal. 34. Paulus de Palatio in expoſitione textus hujus notat, quòd aliqui eorum, quibus Deus hanc vineam elocavit, adeò efferuntur & ſuperbiunt, ut Paterfamilias ab iis cogatur abſcedere: *Superbiam eorum non ferens. Videns Clericum aut Monachum doctrinâ & moribus inſignem, at ubi Dominus vineam ei elocaverit, adeò contra Dominum ſe erigit; adeò faſtu, & ſuperbiâ, & luxu corrumpitur, ut cogat à ſe Dominum longè proficiſci; honores enim mutant mores.*

Verſus 34.

Cùm autem tempus fructuum appropinquâſſet, miſit ſervos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus.

Cùm autem tempus fructuum appropinquâſſet.

Alb. M. 1. Albertus Magnus ſuper hæc verba, ingenioſam quandam obſervationem adducit; Advertit enim, quòd non dixiſſet: *Cùm autem fructus appropinquâſſent, ſed tempus fructuum, quia per negligentiam eorum, quibus tradidit eam, fructus nullos habuit.* Iſaiæ 5. *Exſpectavi ut faceret uvas, & fecit labruſcas.* *Ianſen. in Conc.* 6. 115. Janſenius clariùs explicat, quale nam tempus illud fuerit, in quo hæc vinea ei, qui illam plantavit, ſpecialiter fructum ferre debebant: *Tempus fructuum erat, cùm jam habitarent in terra promiſſionis quietè, ſcilicet tempore Davidis, Salomonis, & ſequentibus*; tunc enim juſtum erit fructus producendi tempus, id eſt, in quo præcepta legalia exactè obſervare debebant. Idem quoque Lucas Burgenſis his verbis ſcribit, dum ait: *Hujuſmodi fructus ſeu vina ſunt cultus atque obedientia Dei, virtutes, & proba ſecundum mandata opera.* *Luc. Burg.*

2. Salmeron obſervat, quòd Dominus noſter in plurali numero dicat: *Fructuum non unius, ſed plurium.* Porrò præterquam, quòd vinea non niſi unius generis fructuum ſcilicet vinum nata ſit producere, hoc quoque conſiderandum eſt, quòd fructus non niſi in in hortis ut plurimum naſci ſoleant; & tamen ſi per vineam hanc animam intelligamus, *plura Deus plantavit in nobis, & omnium cupit habere fructum*; *nempe fidei, ſpei, charitatis, juſtitiæ, humilitatis, obedientiæ & patientiæ*; neque ſufficit, quòd omnes vites fructiferæ exiſtant, ſi vel una ſola ſterilis ſit, ſiquidem irrefragabile eſt axioma illud, quo dicitur: *Quod bonum ſit ex integra cauſa, malũ ex quocunque defectu.* Pro noſtra tamen conſolatione advertendum eſt, quòd quantitatem fructuum non taxaverit, quia Patremfamilias habemus adeò mitem & benignum, ut quantumvis modico, quod præſtare poſſumus, libens acquieſcat, dummodo verè ſit aliquis fructus, id eſt, dummodo opus factum ſit in ſtatu gratiæ. Ratio autem, cur quantitatem taxare noluerit, eſt, quia vires in quolibet noſtrũm non ſunt æquales: *Unicuique ſecundùm propriam virtutem*; præterquam quòd *bonorum noſtrorum non eget*, ſed totus fructus, quem hæc vinea profert, in ſolam utilitatem noſtram cedit; quod ſolum motivum ſufficit, ut nos ad laborandum excitet. *Salm.ib* *Mat.25. v.* 14. *Pſ.*15. *v.* 2.

3. Quodſi quæras, quòdnam ſit hujus fructus proferendi tempus? optimè tibi reſpondet S.Apoſtolus: *Ecce nunc tempus acceptabile*; *Dum tempus habemus, operemur bonum*, id eſt, quam diu vita hæc præſens duraverit. Notat nihilominus Paulus de Palatio, quodſi vitis non quovis tempore fructum ferat, id nequaquam ei pro defectu imputandum ſit, ſiquidem recentes plantatæ vites fructum ferre nequeunt; & ideò infantes quoque à fructu ferendo excuſantur, quoaduſque infantia & pueritia ipſorum duraverit; *Imò & cùm primò quis ad Deum* *2.Cor.6. v.* 2. *Galat. 6.v.*10.

Deum convertitur ex antiqua peccatorum fœce, vix maturos Deo fructus affert; at quòd qui propter ætatem debuerant esse magistri, propter ignaviam lacte adhuc egeant, id grave crimen colonorum est.

4. Ut autem vineam hanc non nostram esse sciamus, sed ejus, qui illam plantavit, nobisque eam elocavit, ideò primo loco de hac vinea dicit: *Locavit eam*, & posteà quòd ab ea exacturus sit fructus. Porrò quid quid sumus, aut boni præstare valemus, id totum non in sola potestate nostra independenter à Deo consistit, sed totum illud ei in acceptis referre debemus. Totus error eorum, qui vineam sibi elocatam acceperant, in eo consistit, quòd se illius dominium habere crediderint: *Habebimus hæreditatem*; avertatque Deus, ne & nos eidem fiamus errori obnoxii, quin potius omne id quod possidemus, & quod scimus, id totum nobis in depositum, in elocationem & in creditum datum esse, nobisque de illis omnibus rigorosissimam rationem reddēdam esse intelligamus. Unde Salvianus ait: *Non usum tantùm earum rerum accipimus, quas tenemus; commodatis à Deo facultatibus utimur; igitur si omnia omnibus Deus tribuit, nemini dubium est, quòd ea, quæ dono Dei accepimus, ad Dei cultum referre debeamus.*

Salv. l. 1. ad Eccl.

Misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus.

5. Dionysius Carthusianus observat, quòd, postquam tempus advenisset, ut hæc synagogæ vinea post acceptum à Deo Mosaicam legem, fructum præceptis ei traditis proportionatum produceret: *Misit sanctos Prophetas ad agricolas, id est, Sacerdotes, Scribas, & Principes synagogæ, ut acciperent fructus ejus, id est, populum synagogæ ad Deum reducerent, & opera virtuosa in eis invenirent.* Lucas Burgensis paulò aliter exponit, dicens: *Qui viderent Dei nomine, in primates populum sic regerent, ut viverent dignè Deo, & si non, admonerent eos officii.* Rabanus dicit, primos ab hoc Patrefamilias missos servos Moysen fuisse, & Aaronem, quorum primus legislator, secundus verò summus Sacerdos erat: *Quos cæsos flagello linguæ, vacuos remiserunt.*

Dion. Cart. *Luc. Burg.* *Raban. in Cat.*

6. Porrò fructus, quos servi missi accipere debebant, juxta Lucæ Burgensis expositionem, erant *cultus, honor, obedientia erga Deum, tributum spirituale.*

Luc. Burg.

Versus 35.

Et agricolæ apprehensis servis ejus, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidaverunt.

1. Salmeron scopum hujus parabolæ fuisse dicit, ut divinam beneficentiam Hebraismi ingratitudini & malitiæ opponeret, & unam ex alterius comparatione magis elucescere faceret: *Cujus scopus est, indicare beneficiorum Dei multitudinem, deinde malignitatem Sacerdotum, agricolarumq; volentium sibi vineam usurpare, & gravissimam eorum punitionem, ob ingratos animos, & abusum tantorum beneficiorum.*

Salmer. t. 16.

2. Porrò multi Reges & Sacerdotes, ut Lyranus ait: Prophetas à Deo ad ipsos missos in vincula conjectos, occiderunt; unde Isaias jussu Manassis per medium dissectus fuit, Amos Prophetæ, Oziæ Regis præcepto, perforata fuerunt tempora: Zacharias inter templum & altare à Joas lapidari jussus est. S. Thomas insuper Michæam adjungit, & textum adducit, quo dicitur: *Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladii mortui sunt.* Unde colligitur, ut S. Hieronymus ait, quantam ab hoc Patrefamilias missi servi, lanienam & carnificinam subirent, ac proinde S. Paschasius jure dixerit: *Non lætitiæ vino non spirituali musto torcularia eorum redundârunt, sed cruentum Prophetarum sanguinem fuderunt.* Etenim quot Moyses & Aaron à populo sustinuerunt injurias? quot convitia Elias & Elisæus? Jeremias pariter quàm crudeliter habitus fuit?

Lyran. *S. Thom. in Matt.* *Hebr. 11. v. 37.* *S. Hier.* *S. Pasch. lib. 9. in Matt.*

3. Enimverò quæri hoc loco potest, cur nullus repertus fuerit, qui illatis hisce servis injuriis & violentiis sese serio opponeret, ad eos defendendos, sive ad talem adeò abominabilem illis illatam injustitiam & impietatem vindicandam. Porrò Ruben fratribus suis quidem se opposuit, dum fratri ipsorum Josepho necem intentare vellent, non verò quando de illo Madianitis negotiatoribus divendendo consilium inierunt: siquidem in eo consilio ipse quoque interesse suum habebat

Gen. 37. v. 21.

bebat repoſitum; ſiquidèm & ipſe de comparata ex venditione pecunia participabat, non verò ſi innocens ſanguis ejus præter fas & æquitatem fuiſſet effuſus. Ita quoque in præſenti caſu noſtro aſſerere poſſumus, vinitores omnes, quoad ſervos illos cædendos & occidendos concordes erãt & unanimes, quia perpetuum vineæ illius dominium ſperabant, ita ut illam deinceps non velut ſibi elocatam, ſed ut propriam poſſiderent: *Habebimus hæreditatem ejus*, quia ubi conſiliorum agitationem intereſſe aliquod conſiliantium ingreditur, nullus legi ſive divinæ, ſive humanæ, ſive naturali, ſive poſitivæ defertur reſpectus: *Auri ſacra fames quid non mortalia cogis pectora.*

Paul. de Pal. 4. Paulus de Palatio verba hæc in ſenſum moralem convertit & dicit: Nos quidem Chriſtiani excuſare nos forſitan poſſemus dicendo, quòd Prædicatoribus noſtris Evangelicis minimè injurii ſimus, quin potius eiſdem omnia nobis poſſibilia obſequia exhibemus: *Ego verò*, inquit, *ad interiora oculos converto; ſi eorum monita opera complemus, non lapidamus: at ſi eorum dicta contemnimus, hominem quidem venerantes prædicatorem lapidamus; veneramur eius eruditionem, amplectimur gratiam, ſed lapidamus prædicationem.* Similem verè obſervationem Janſenius eadem verba exponens adducit, dum ait: *Miſſus ſervus cæditur & ejicitur, cùm ejus ſermo contemnitur, & veritatis doctrina non recipitur, aut quod pejus eſt, irridetur.*

Janſen. 6. 115.

Verſus 36.

Iterum miſit alios ſervos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter.

Iterum miſit alios ſervos plures prioribus.

S. Thom. in Matt. 1. Tempore Davidis, ut S. Thomas ſcribit, turbas miſit Prophetarum: *Tempore David miſit multos cuneos Prophetarum, vult enim Dominus pugnare miſericordiam ſuam contra malitiam eorum.* S. Anſelmus hanc pugnam factam fuiſſe dicit ab impiis, per abuſum & præjudicium divinæ pietatis: *Per ſingulos tamen gradus divinæ miſericordiæ eis exhibitæ, creſcebat cumulus Judaicæ malitiæ, & contra Dei clementiam certabat humana malignitas.*

S. Anſel.

Tertull. de pœnit. c. 7. Et tamen optimè Tertullianus monet: *Abſit ut redundantia clementiæ cœleſtis libidinem faciat humanæ temeritatis, nemo idcirco deterior ſit, quia Deus benignior eſt.*

2. Salmeron ait: *Primi ſervi tempore Judicum, ſecundi tempore Regum & Samuëlis, tertii circa tempus tranſmigrationis Babylonæ.* *Salmer. to. 7. tr. 36.*

3. S. Hieronymus finem, cur Paterfamilias ſervos ſuos repetitis vicibus miſerit, hunc fuiſſe dicit, ut agricolæ reſipiſcerent à malitiâ ſuâ: *Patientiam oſtendit Paterfamilias, quòd frequentiùs miſerit, ut malos colonos ad pœnitentiam provocaret, illi autem theſaurizaverunt ſibi iram in die iræ*; adeoque id culpâ eorum factum eſt in majus damnum ipſorum; nam ut S. Gregorius ait: *Quos diu, ut convertantur, ſuſtinet, non converſos duriùs damnat*; id quod ipſis revera accidit, qui deinceps fuerunt, & in finem uſque ſæculorum ludibrium & deriſio erunt omnium populorum. *S. Hieron. in Matt.* *S. Greg. hom. 13. in Evang.*

4. Salmeron per hanc ſervorum multiplicitatem in ſenſu morali interpretatur auxilia gratiæ, quæ ad ſalutem noſtram Deus nobis ſubminiſtrat. *Quando Angelorum, qui numero & charitate plures, miniſterio nos excitat, ut fructum reddamus, ſed ubi reliqua omnia nil prodeſſe videt, mittitur filius, qua maxima eſt & efficacior inſpiratio, & poſtrema exhortatio, qua Chriſti merita ponuntur ante oculos, & qua ratione crucem pro nobis ſuſtinuit, & vineam ſuam ſanguine ſuo redemit*; nihilominus experientiâ teſte, haſce Dei invitationes & inſpirationes frequenter rejicimus, parumque de Chriſto curamus, dum voluntatibus & commodis noſtris carere nequaquam volumus. *Honoris & quæſtûs gratiâ, verum Chriſtum relinquimus & reprobamus, & turpiùs à nobis cognitus & glorioſus ejicitur, quàm non admiſſus hoſpes fuiſſet.* Porrò Hebræi *ſi cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*; at verò de nobis, qui fidem ejus profitemur, dici poteſt: *Iterum Chriſtum in ſemetipſis crucifigentes.* Ad Hebræos autem terribilis ſententia contra illos ſcribitur; ait enim Apoſtolus: *Voluntariè enim peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur propeccatis hoſtia.* *Salm.* *1. Cor. 2. v. 8.* *Hebr. v. 26.*

Verſus 37.

Noviſſimè autem miſit ad eos filium ſuum, dicens: Verebuntur filium meum.

Noviſſimè

Novissimè autem misit ad eos filium suum.

Chrysost. hom. 69. in Matt. Salmer.

1. Chrysostomus hoc loco quærit: *Sed cur filium non continò misit?* Et respondet: *Ut à multis jam malefactis possent seipsos cognoscere.* Salmeron nos ad modum considerandum invitat, quem Deus in vindicando servat: *Perpende modum, quem observat Deus in plectendis injuriis.* Dum enim hi temerarii agricolæ primos servos ditè adeò tractassent, eos non subitò punivit, sed alios confestim servos plures prioribus ad illos amandavit; quos cùm iteratò multis injuriis affecissent, non illos è vestigio vineâ elocatâ privavit, sed proprium ad eosdem misit filium suum: *Cumulavit novo missi ad eos filii beneficio.* Author Imperfecti ait: *Dei misericordia quantò magis à Deo offendebatur, tantò ampliùs addebatur in eis. Post tot scelera adhuc & misericordia locum servabat.* Sed quid tandem? idem Author paulò post subdit: *Quantò majora beneficia hominibus sunt constituta, tantò majora peccantibus judicia sunt præparata.*

Aut. Imp.

S. Ansel.

2. S. Anselmus ait: *Filium suum, dico, non quasi ad noxios & promeritos, pœnæ sententiâ bajulantem, sed patienti veniâ post tot sæcula adhuc eis locum misericordiæ reservantem.*

Verebuntur filium meum.

Luc. 20. v. 13. S. Thom. in Matt. S. Hier.

3. In S. Luca, qui eandem hanc parabolam describit, insuper additur ly *forsitan.* Unde S. Thomas ait: *Sed quid est, quod dicit, fortè? numquid ignorabat ipse? Hieronymus dicit, quòd iste modus loquendi dubius significat libertatem arbitrii, ut ostenderet quid facturi essent, quia qui non honorificat filium, non honorificat Patrem* Chrysostomus hanc ambiguitatem aliter explicat: *Dicit fortassis verecundabuntur, quæ debuissent fieri, enarrans, verecundari enim procul dubio debuissent.* Salmeron Christum id quod eventurum erat probè scivisse dicit: *Sed sic loquitur, quemadmodum de ægroto dicere solet medicus, date illi hoc vel illud pharmacum, quia fortè sanabitur; non absolutè audet promittere sanitatem, ob magnitudinem morbi & usitatum est, in parabolis præsertim, transferri humanos affectus in Deum, proinde dixit, forsitan.*

Chrysostom. hom 69. Salmer.

S. Ansel.

4. S. Anselmus Authoris Imperfecti expositionem sequens, hanc habet considerationem. *Nota,* inquit, *quia misit confundere illos, non punire, quia bono Domino & benigno pro tantis injuriis sufficiebat sola vindicta pudoris.* Etenim tametsi quis innumeris sit peccatis onustus, Deumque mille modis offenderit, atrocibusque injuriis affecerit, Deo tamen injuriato sufficit, si pœniteat, & pro peccatis commissis confundatur & erubescat. Unde S. Ambrosius ait: *Quanta pudoris gratia, ut justitiam teneat verecundia, quam culpæ reatus abstulerit! Ad Roman. 6. v. 21. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* In quibus Apostoli verbis, verbum *tunc,* peccati statum exprimit, *nunc* verò statum gratiæ & amicitiæ Dei; observandum verò est, quòd, quando de gratia agitur, id est, de statu emendationis & resipiscentiæ, solam erubescentiæ mentionem faciat; nam ut S. Anselmus ait: *Sana mens erubescentiam præbet ad mala, verecundiamque testem suæ pœnitudinis profert.*

S. Ambr. lib. 2. de Cain & Abel. c. 7 Rom. 6. 8. v. 21.

S. Ansel. ad Rom.

5. Author Imperfecti motiva adducit, ob quæ filium Patrisfamilias amare & timere debebant: *Mittam filium meum, si amare eum voluerint, est quod amatur in eo, quia post me solus est bonus. si voluerint eum timere, est quod timeatur in eo, quia post me solus terribilis est Deus.* Lyranus ipsum dicere voluisse asserit: *Verebuntur, id est, in reverentia deberent habere.*

Aut. Imp. hom. 40

Lyran.

Versus 38.

Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus.

Agricolæ autem videntes filium.

1. Sacri expositores concorditer dicere & sentire videntur, ipsos cognovisse, Christum verè promissum esse Messiam. Lyranus super hæc verba: *Videntes filium dicit, id est, Dominum Iesum Christum, opera divinitatis facientem, & omnia quæ prædicta erant de ipso, adimplentem.* Lucas Burgensis hanc notitiam non solùm ex ipsiusmet Christi mentiri nescientis protestatione, quam fecit in Evangelio S. Joannis his verbis: *Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo;* verùm etiam ex S. Joannis Baptistæ testimonio, ex efficacia doctrinæ & prædicationis ejus, ex miraculorum sublimitate, ex fide populorum, ex prædictionibus prophetiis, figurisque adimpletis clarè deducit: subjungit tamen, quod hac notitiâ non obstante oculos circa ipsum & ejus

Lyran.

Luc. Burg.

Ioan. 15. v. 22.

notitiam hebetes, & caligantes habuerint, idque ex ipſorummet propria malitia: *Sed invidiâ ſeipſos excæcante, noluerunt illud ſibi perſuadere; nam illud ſibi ſi perſuaſiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Tandem concludit, Chriſtum illos per hanc parabolam ſe ſuî notitia convincere voluiſſe: *Manifeſtiſſimè hic Dominus probat, Judæorum Principes non per ignorantiam, ſed per invidiam crucifixiſſe filium Dei.*

V. Beda in Matt. 2. Beda ait: *Manifeſtiſſimè probat Dominus, non per ignorantiam, ſed per invidiam Principes Judæorum crucifixiſſe filium Dei.* S. Anſelmus ipſos hoc loquendi modo: *Hic eſt hæres, habebimus hæreditatem ejus,* uſos fuiſſe obſervat, & ex eodem loquendi modo hanc eandem Principum Sacerdotum notitiam manifeſtiſſimè arguit, dicens: *Intellexerunt enim hunc eſſe, cui dictum eſt: Poſtula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam.*

S. Anſel.

Pſ. 2. v. 8.

Dixerunt intra ſe.

Cajet. 3. Cajetanus verba hæc ad Concilium illud alludere dicit, quod poſt Lazari à Chriſto factam reſuſcitationem congregârunt, in quo de morte illi referenda unanimiter convenerunt; unde idē Doctor dicit: *Hoc eſt, colloquendo inter ſe ipſos in ſecreto Concilio, hic eſt hæres;* ſiquidem dixerunt: *Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eum ſic, venient Romani &c.* Albertus Magnus ait: *Meditati ſunt in cordibus ſuis de filii occiſione, & perfecerunt in operis perpetratione.*

Ioan. 11. 47.

Alb. M.

4. At verò ſi ita eſt, quòd *meditati ſunt*, quod idem eſt, ac ſi diceretur: *Excogitato conſilio* fecerunt: quis non videt, quouſque paſſionis invidiâ vehementiæ pertingens; quomodo enim, ſi ipſum eſſe filium Dei, & promiſſum Meſſiam eſſe cognoverunt, hanc inferre potuerunt conſequentiam: *Hic eſt*, &c. Ergo occidamus.

Hic eſt hæres, venite occidamus eum.

Salmer. 5. Salmeron ait: *Imò potiùs inferre debuerunt: ergo vereamur, humiliemur illi, & de admiſſo peccato malæ adminiſtrationis veniam petamus.* Inſuper ipſorum obſervat cæcitatem atque ſtultitiam, quam in hujus conſequentiæ illatione prodiderunt, dicentes: *Habebimus hæreditatem ejus; ſcriptum eſt enim: Hæres, qui teſtatorem occidiſſe comprobatur, à jure hæreditatis, cadit.*

Chryſoſt hom 60. in Matt. 6. Chryſoſtomus hanc adeò malignam deliberationem impius hiſce graviter exprobrat, dicens: *Cur obſecro? quid criminari magnum, aut parvum poteſtis? an quia nimium vos Deus honoravit? quia cùm Deus ſit, homo propter nos factus eſt, & innumera ad ſalutem noſtram miracula fecit? an quia peccata dimittebat? an quia in regnum vocabat?*

Et habebimus hæreditatem ejus.

Raban. in cat. 7. Rabanus illos fidem Chriſtianam, & à Chriſto promulgatum Evangelium extinguere voluiſſe exiſtimat: *Fidem, quæ per eum eſt extinguere, & ſuam magis, quæ ex lege eſt, juſtitiam præferre, ac gentibus imbuendis conabantur inſerere.* Idque quodammodo cum Alberti Magni in hunc textum expoſitione concordat; hîc enim dicit, prætendebant, ſive aſpirabant Judæi ad duas hæreditates: prima erat, ut quietè & pacificè terrâ promiſſionis gaudere poſſent, quæ majorum ſuorum hæreditas erat, idque in Concilio illo haud obſcurè declarârunt, dicentes: *Ne fortè veniant Romani, & tollant, &c. abillo ergo die cogitaverunt interficere:* alia verò hæreditas, Eccleſia ex gentibus congregata erat: *Quam ſublatâ Chriſti prædicatione ſuis traditionibus cogitabant addere, ut proſelytam, & in ea dominari.*

Alb. M.

Ioan. 11. 48.

Ioan. 11 53.

Luc. Burg. 8 Lucas Burgenſis ipſos hunc ferè in modum inter ſe deliberaſſe dicit: *Liberum merumque erit nobis in populum Iſrael dominium, nec enim ſinit iſte nos pro noſtro arbitratu cum populo agere, traducens vitia noſtra, honorem lædens, & quæſtum prohibens.*

9. Nec legi, nec imaginari poteſt exceſſus aliquis execrabilior, quàm ipſimet Dei filio mortem machinari. Et ideo meritò inquiritur, undenam ſcelus iſtud ſuam traxerit originem? De hoc Patrefamilias, per quem Deus ipſe ſignificatur, in hoc Evangelio dicitur: *Peregrè profectus eſt;* & hæc ſceleris iſtius occaſio fuit, quando enim memoria divinæ præſentiæ ex hominis mente amittitur, homo ſemper in profundiſſimum inqui-

Matt. 21 v. 33.

Pſ.10.v.5 quitatis barathrum præcipitatur : *Non eſt Deus in conſpectu ejus, inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.* Ita namque filio prodigo accidit, quando inſolenter à patris præſentia receſſit: *Abiit in regionem longinquam,* id eſt, memoriam domûs paternæ amiſit.

10. Obſervandum quoque hoc loco eſt, quàm ſint impii ſibi in malo decernendo unanimes atque concordes; dicebant enim omnes: *Venite, occidamus eum*; ubi Albertus
Alb. M. Magnus ait: *Ecce conſenſus in malum.* Jeremiæ
Ier.11.19 11. *Venite, mittamus lignum in panem ejus, &c. Venite, ſapienter opprimamus eum*, Exod. 1.
Exod. 1. verſ. 10. Miſtri dixerunt: *Circumveniamus*
10. *juſtum*, Sapient. 2. verſ. 11. *Convenerunt in*
Sap. 2. *unum adverſus Dominum, & adverſus Chri-*
12. *ſtum ejus*. Pſal 2.

11. Ex hoc tam abominando ſceleris exPſ.2.v.2. ceſſu clare perſpicitur, quantam bonorum temporalium aviditas in hominum cordibus tyrannidem exerceat; ſiquidem propter vineæ illius ſperatam hæreditatem, non ſolùm inducti fuerunt ad primos ad ſe miſſos ſervos convitiandos & injuriis affiiciendos, verùm etiam ad variis mortis generibus mulctandos eos, qui ſecundâ vice ad ipſos fuerant amandati, imò poſtea manus ſuas in ipſiuſmet filii patrisfamilias innocenti ſanguine ringere & lavare non dubitârunt; quot non committuntur ex ſola avaritia vitiorum exceſſus! Optimè igitur ſanS. Leo ſerm.9. de Paſſ. ctus Leo ait: *Nullum eſt in iſto corde juſtitiæ veſtigium, in quo ſibi avaritia fecit habitaculum.*

Dion. Cart. 12. Dionyſius Carthuſianus quoque rationem reddit motivi illius, quoad machinandam Salvatori mortem fuerunt inducti: *Ad hoc enim moti ſunt occidere eum ne poſſeſſionem terræ, & dominium populi perderent:* Deus autem illis indicare voluit, quàm ſit verum, quòd *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur*; quia in mortis Chriſto ab ipſis illatæ pœnam: ſiquidem in ipſos totamque ipſorum progeniem ad finem uſque mundi ſecuturum ultimum ſuperinduxit exterminium.

13. Porrò quot beneficiis populus Judæorum ſuper omnes totius terræ populos à Deo cumulatus fuerit, hujus non ſolùm omnes totius veteris & novi Teſtamenti libri, ſed & ſinguli eorundem characteres evidens perhibent teſtimonium; & pro his omnibus, ecce qualiter iidem reſponderint. Unde Al*Alb. M.* bertus Magnus ait: *Ecce ſtudium malitiæ in cordibus ingratorum.*

14. Salmeron ait: *Redarguuntur hoc verbo* *Salmer.* *omnes, qui ut ad ſibi præfixum finem perveniant, vias obliquas & vitioſas ſectantur, dicentes: Faciamus mala, ut veniant bona quorum damnatio juſta eſt, teſte Apoſtolo & Davide: A mandatis tuis intellexi, ſive ut Hebræus habet: Intelligens reddor, omnem propterea viam iniquitatis odio habui, id eſt, omnia inſtrumenta & media illicita.* Potrò ad hujus Patrisfamilias, id eſt, Dei hæreditatem aſpirare quidem potuiſſent; at non per modum adeò iniquum. *Pſ.118. v.104.* *Pſ. 118. v. 163.*

Verſus 39.

Et apprehenſum eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt.

1. Lucas Burgenſis Chriſtum principibus *Luc. Burg.* Sacerdotum, cunctiſque aliis non ſolùm mortem ſuam, ſed & locum, ubi illum infra tridui ſpatium interfecturi erant, prædixiſſe notat, dicens: *Quod imitati majores ſuos interfectores Prophetarum, ipſi Chriſtum interfecturi eſſent.*

2. S. Anſelmus obſervat, S. Marcum ordi*S. Anſel.* nem verborum illorum immutâſſe, dum illos filium primò occidiſſe, poſtea verò foras ejeciſſe dicit: *Occiderunt & ejecerunt extra vineam quaſi vile cadaver, in quo notat eorum pertinaciam, quia occiſo Domino & reſuſcitato, à ſuis finibus eum excluſerunt, & quantum in ſe erat gentibus ad ſuſcipiendum dederunt*, cujus proinde condignas poſtea reportavêre pœnas; nam ut S. Irenæus ait: *Quoniam fi-* *S. Iren. l.4 70.* *lium Dei reprobaverunt, & ejecerunt eum, cùm eum occidiſſent, extra vineam juſtè reprobavit eos Deus, & extra vineam exiſtentibus gentibus dedit fructificationem culturæ.*

3. S. Anſelmus hanc occiſionē quoq; extra *S. Anſel.* vineam adimpletam fuiſſe oſtendit, eò quòd eum crucifigendum foras extra Hieroſolymam eduxerint: *Nota iterum, quòd extra vineam ejectus eſt, quia extra portam paſſus.*

Versus 40.

Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis.

Salmer. 1. Salmeron finem explicat, quo Christus motus fuit, ut circa vindictam de homicidis istis sumendam Scribarum & Sacerdotum consilium exquireret: *Dominus*, inquit, *qui sapientes comprehendit in astutia sua, interrogavit eos, ut responso suo se in laqueum injicerent, seque ipsos proprio judicio condemnaret, & de scipsis vineâ spoliandis, & gentibus in colonos assumendis prophetarent.* Unde sequentem optimam moralitatem elicit, dicens: *Vide, quàm simus in aliorum peccatis judicandis severi & duri judices, qui ad propria connivemus, & nobis ipsis blandimur.* Etenim si sibi ullâ ratione persuadere potuissent, quod ad pronuntiandam sibimetipsis sententiam interrogati fuissent, utique in hac responsionem minimè prorupturi fuissent; idem quoque Davidi accidit, dum Nathan in illum per correctionem, sub parabolæ illius in volucro, animadvertere moliebantur.

2. Est quoque hoc loco insignis nonnullorum observatio, quòd scilicet, dum hic Paterfamilias beneficiis aliquos afficere satagebat, idipsum nullo cum aliis præhabito consilio fecerit; si enim plantavit vineam, eique de omni necessaria cultura prospexit, nullo cum aliis habito consilio; similiter tametsi primi ab eo missi servi pessimè habiti, multisque injuriis affecti fuissent, nemine tamen præconsulto alios submisit, iisque occisis proprium ad eos filium ablegavit; at verò quando per supplicia in sceleratos homicidas animadversurus erat, primò cum eis, qui tanquam rei castigandi erant, consilium iniit, dicens: *Quid faciet agricolis illis?* Ad hoc ut reatum suum ore proprio, nec non debitam sibi pœnam contenderent: *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis*; nimirum benefacere volent, à nemine consilium exposcit, sicut illud requirit castigaturus. Hab. 3. 2

Lyran. 3. Lyranus qualis hic adventus fuerit, his verbis declarat: *Venit Dominus ad judicandum & vindicandum illud factum, quando ex ejus ordinatione venit contra eos exercitus Romanus.*

Versus 41.

Ajunt illi: Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.

1. Job. cap. 9. dicitur: *Os meum condemnabit me, pravum me esse comprobabit.* Et Luc. 19. *Ex ore tuo te judico, serve nequam.* In lib. Sapientiæ pariter legitur: *Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.* Vatablus legit: *Suis sceleribus convincentur.* Jer. 2. *Arguet te malitia tua.* Author Imperfecti discursum suum ad judicium finale transferens ait: *Putas quomodo in die judicii convincendi sint peccatores in suis peccatis, ita ut nullum colorem excusationis inveniant, ubi ipsa opera statuentur ante oculos peccatorum, dicente Prophetâ: Arguam te, & statuam contra faciem tuam peccata tua.* Apostolus quoque ad Romanos ita scribit: *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus. Quis illum defendet,* inquit Author Imperfecti, *qui se ipsum accusat?* Idem quoque sapienter observat, Deum nobis conscientiæ inseruisse remorsum, qui cuncta bona & mala, quæ fecimus, detegat: *Posuit Deus quendam spiritum scientiæ boni & mali in hominibus, ut quotiescunque peccamus, illa in silentio quasi factum nostrum accuset, & in conscientia tacitè ad animam loqitur, dicens: Malum est hoc, & hoc bonum est.* Iob. 9. 20 Luc. 19. 22. Sap. 4. 20. Ier. 2. 19. Aut. Imp. hom. 40 Ps. 49. 21. Rom. 2. 15. Aut. Imp.

2. Theophylactus ipsos hisce verbis proprium exterminium prædixisse dicit, quod illis illaturus erat in pœnam mortis Salvatoris Romanorum exercitus: *Cùm venerit, hoc est, respexerit ad iniquitatem, quam fecerunt Iudæi, tunc malos malè perdet, misso Romanorum exercitu.* S. Paschasius hunc textum: *Ut quid destruxisti materiam ejus, vel sepem, & vindemiârunt eam omnes, qui prætergrediuntur viam,* adducens dicit: *Quam sanè vineam, quia pœnitere noluit, exterminavit de sylva, & ferus depastus est eam, id est, exercitus Romanorum sub Tito & Vespasiano, qui missi sunt ad perdendos malos & pessimos vineæ colonos, qui non solùm vineam sibi commissam excolere, ut fructum ferret Deo, noluerunt, verùm etiam seipsos de propagine veræ vitis absciderunt.* Theoph. Ps. 79. 13. S. Pasch. lib. 9. in Matt.

Sal-

Salmer. 3. Salmeron S. Lucam dicere obſervat, agricolas hoſce reſpondiſſe: *Abſit*, idque vel, inquit, quia hi alii & diverſi à primis erant: *aut quod eſt veriſimilius, quia quod verum erat, prædicentes in genere, ſentientes in ſeipſos tendere, ceperunt retractare.*

Paul. de Pal. 4. Paulus de Palatio per hunc Patremfamilias Deum intelligendum eſſe dicens, ſequens movet dubium: *Quid eſt, malè perdet? num facit Deus aliquid malè? num qui benè omnia fecit, hos ſolos malè caſtigat? imò profectò non malè, ſed benè perdet.* Tandem verò reſpondet, receptum apud nos loquendi uſum eſſe, quòd dum aliquis rigidiùs punitus fuit, de eo dicatur: malè eſt tractatus. *Sed rem profundiùs dicamus: cùm Deus hominem caſtigat ad ejus emendationem, benè eum caſtigat; ſed cùm eum ad condemnationem caſtigat, malè eum perdit.* Pro cujus majori elucidatione, ſequentem valde perſpicuam & familiarem adducit ſimilitudinem: qui enim ludendo in principio perdit, ad hoc ut in fine copioſius lucretur, ille utique benè perdidiſſe aut amiſiſſe luſum dici ſolet: ſolent enim aſtuti valdeque periti luſores datâ operâ in principio luſûs fortunam diſſimulando efficere, ut colluſores vincant, ad hoc ut in tanto ampliorem ſummam proſtituendam, ſive luſu lucrandam doloſè provocent: quòd ſi autem ſine ſpe majoris lucri perderet, utique malè perdidiſſe diceretur: ita Deus cum S. Petro & S. Paulo luſiſſe videtur, quando eos turpiter cadere permiſit, nullo tamen alio fine, quàm ut eos altiùs erigeret, & cum majori gloria & ſpirituali lucro reſurgere faceret: *Id ſanè erat benè eos perdere, quos poſtea meliùs recuperaret: ſed cùm Judam & Judæos amiſit, nolens poſtea eos lucrari, id fuit malè perdere. Pſalmes inquit: Vendidiſti populum tuum ſine pretio.*

Pſ. 43. 13.

Et vineam ſuam locabit aliis agricolis.

Lyran. 5. Lyranus hæc verba ita exponit: *Quia Chriſtus Eccleſiam ſuam regendam tradidit Apoſtolis & aliis diſcipulis, qui reddiderunt fructum, quia eis credidit multitudo gentium*; cùm enim hanc ſynagogæ vineam antea Scribæ, Sacerdotes, Pontifices & Hebraiſmi ſeniores excoluiſſent, in eorum poſtea locum *S. Hier.* Apoſtoli ſucceſſerunt, vel etiam ut Hieronymus exponit: *Locata eſt nobis vinea.*

Qui reddant ei fructum.

6. Idem S. Hieronymus ait: *Locata eâ conditione, ut reddamus Domino fructum temporibus ſuis, & ſciamus unoquoque tempore quid oporteat nos vel loqui, vel facere.* Et hæc unica cauſa fuit, inquit Paulus de Palatio, cur Chriſtiani, qui in terra ſancta Paleſtinæ erant, otioſi exiſtentes, ſperatumque minimè reddentes fructum, vineam hanc tu piter amiſerint: *Translata enim eſt à Paleſtina in Græciam, Ægyptum, Africam quas nunc vineas deſertas videmus, forſitan colonorum culpâ; faxit Deus, ne etiam transferatur à nobis.* *S. Hier.*

7. Hugo Cardinalis quiſnam, & qualis hic fructus ſit, diſtinctiùs ſpecificat dicens: *Fructum ſcilicet cordis, oris, & operis: cordis fructus contritio, divinæ legis meditatio, beneficiorum Dei recordatio, mortis memoratio proximi compaſſio: fructus oris, confeſſio, prædicatio, gratiarum actio, conſilium: fructus operis, pœnitentia, eleëmoſyna, obedientia, obſequiorum diligentia, difficilium tolerantia.* *Hugo Card.*

8. Paulus de Palatio cauſam ſubtiliter inquirit, cur hi fructus non à viribus, ſed de manu vinitorum ſeu agricolarum directè exigantur? *Fructum aliquando exiget à vitibus ſingulis*, inquit, *ſed fructus plurimos exiget à colonis*; & ratio eſt, quia Superiores ad dandum ſubditis bonum exemplum obligantur, qui demum conformiter ad illud vitæ ſuæ actiones inſtituunt: *Quâ ergò pœnâ dignus erit colonus, qui multorum in vite fructuum cauſa eſſe debuerat, qui tamen econtra cauſa eſt vel exigui, vel nullius, vel quod pejus eſt, venenati fructûs.* *Paul. de Pal.*

Temporibus ſuis.

9. Ecce tibi inſignem hujus Patrisfamilias diſcretionem, qui fructum pro ratione temporis à vitibus præſtolatur: eodem prorſus modo Deus à nobis Chriſtianarum virtutum opera non exigit, niſi conformiter ad uniuſcujuſque ætatem, ſtatum, conditionem & profeſſionem. Unde Pſalmiſta dicebat: *Quis eſt homo, qui timet Dominum? Legem ſtatuit ei in via quam elegit*; fructus igitur unicuique vocationi proportionatus, proferendus eſt; etenim religioſus certo diei tempore orationi, alliisque ſpiritualibus exer- *Pſ. 24. 12.*

exercitiis vacare debet, id quod Princeps aliquis, Artifex, Judex, Legista, Paterfamilias, aut vir agricola facere neutiquam poteſt, &c.

Verſus 42.

Dicit illis Jeſus: Nunquid legiſtis in Scripturis: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? A Domino factum eſt illud, & eſt mirabile in oculis noſtris.

Lapidem quem reprobaverunt, &c.

Luc. Burg. 1. Lucas Burgenſis Chriſtum per hanc metaphoram prædicere, ſeu ut melius dicam, prophetiam Davidis ipſum declarare notat, ſcilicet ſe quidem ab Hebraiſmo tanquam indignum, qui populo huic annumeretur, rejiciendum eſſe, tandem verò totius Dei, id eſt, Eccleſiæ ſuæ Caput, Regem & Principem eſſe futurum. Idem quoque ly *anguli* declarat dicens: *Hoc amplius ſignificare videtur voce anguli, Chriſtum fore caput Eccleſiæ ædificando ex duobus populis, Judæis & Gentilibus; angularis fundamentum lapis Chriſtus miſſus; qui parietum compage in utroque nectitur*, canit in hymno quodam Eccleſia. Et ad Epheſ. 2. *Qui facit utraque unum.*

Eph. 2. 14.

Dion. Cart. Dan. 2. 34. 2. Dionyſius Carthuſianus huic perſimilem ex Danièle locum adfert, in quo dicitur: *Lapis abſciſſus de monte ſine manibus, factus eſt mons magnus, implevit univerſam terram*; cùm enim Chriſtus ab univerſo Hebraiſmo ludibrio haberetur, prædicatione & doctrinâ ejus à gentibus acceptatâ, ad ſui adorationem univerſum mundum pertraxit.

S. Anſel. 3. S. Anſelmus ita de Hebræis ſcribit: *Facti cæmentarii peſſimi auditoribus ſuis conabantur eripere fidem Chriſti, qui quaſi lapis electus debuit poni in ædificio Dei, jungens in ſe duos parietes, id eſt, duos populos. Hic enim eſt lapis ille, de quo Iſaias: Immittam in fundamentis Sion lapidem electum, pretioſum, angularem, & qui crediderit in eum non confundetur.*

Iſa. 28. 16.

Auth. Imp. hom. 40 4. Author Imperfecti, ædificii & lapidis alluſionem proſequens obſervat, quòd ſicut architectus lapides meliores & venuſtiores ſeligit, ut illos in fronte fabricæ collocet, alios verò indifferenter, ubi primùm eis locus occurrerit, jacere ſolet: *Sic Eccleſia meliores Chriſtianos eligit, & ponit in facie Eccleſiæ, id eſt, alios fecit Sacerdotes, alios Diaconos, cæteroſque miniſtros Eccleſiæ. Sicut lapides, qui ſunt intus in ædificatione, nemo aſpicit; ſed eos, qui foris ſunt, conſiderant omnes: ſic ſæcularium hominum vitia, neque ſic conſiderantur, neque ſic nocent Eccleſiæ.*

A Domino factum eſt iſtud, &c.

Salmer. t. 7. tr. 36. 5. Salmeron, quoad ſenſum literalem, verba illa exponit, dicens: *Non errore artificum, aut fortuitò, vel hominum conſilio, ſed Dei voluntate, hominibus multis modis repugnantibus; ſed fruſtra, & eſt mirabile in oculis noſtris, quòd ſcilicet duos condat populos in unum.*

Verſus 43.

Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.

Ideò dico vobis quia auferetur à vobis regnum Dei.

Beda in Matt. 1. Beda, Origenes, & S. Thomas per hoc regnum Dei, ſacram Scripturam interpretatur. Et primus quidem ait: *Sacras dixit Scripturas ablatas à Judæis, & nobis traditas, ut fructus eorum faciamus.* Secundus verò dicit: *Regnum Dei divinas Scripturas, quas tradidit Dominus primò quidem populo illi priori, cui credita ſunt eloquia Dei.* S. Thomas verò modum explicat, quo hoc regnum, id eſt, Scriptura ſacra Hebræis ablata fuit: *Quia amittetis intellectum ſacræ Scripturæ.* Joan. 12. *Excæcavit oculos eorum, ut non videant oculis, non intelligant corde.*

Orig. tract. 19. in Matt. in cat. S. Th. ib.

Joan. 12. v. 40.

Cajet. 2. Cajetanus per regnum ſtud, poſſeſſionem intelligit multorum bonorum temporalium, nec non dominium, quod in ſynagogam & univerſum populum obtinebant, quod ab eis in bello, quod Titus & Veſpaſianus contra ipſos moverunt, ablatum fuit: *Impletum eſt hoc ad literam excidio Hieroſolymorum ſubſecuto per Romanos, quantum ad cultum divinum*, &c.

S. Thom. in Matt. 3. S. Thomas quoque de ſuperioritate in Eccleſiam intelligit, liquidem in ſummum Hebraſmi Pontificatum Petrus ſucceſſit, *Prælationem ſuper Eccleſiam Fidelium, quia translata eſt gloria eorum.*

4. Lu-

Luc. Burg. 4. Lucas Burgenſis de gratia & protectione divina exponit: *Subtrahente ipſis pro ipſorum meritis gratiam ſuam, ſine qua in Deum & in Chriſtum credere, ſperare, diligere, & Deo gratus eſſe nemo poteſt.* Unde *Ianſen. conc. 6. 115.* Janſenius occaſionem ſumit nos monendi, ut Deum timeamus, ejusque divinis beneficiis per debitam gratitudinem correſpondeamus & cooperemur: *Hinc & nos monemur, tum in genere ſimul omnes, tum quiſquis ſigillatim, ut oblatam & præſentem nobis Dei gratiam non negligamus, nec ſpernamus*: Simulq; nos ad fructum in hac vinea reddendum invitat, ne etiam nobis Judaiſmi excidium ſuperveniat, quemadmodum in progreſſu ſæculorum, multis Chriſtianorum populis in Africa, Aſia, & Græcia accidiſſe novimus: *Idem & nobis de uſu veniat, verendum eſt, ſi, ut plerique in hoc occidentis angulo ſunt affecti, pergant homines contempta Eccleſiaſtica doctrina, quam nobis tradidit antiquitas veneranda, audire potiùs magiſtros prurientes auribus, & loquentes placentia, ac paſtores Eccleſiæ, quibus vinea Domini, & regni Dei propagatio commiſſa eſt, ſuum tantùm ex vinea Domini commodum, ſuum tantùm in regno Dei honorem quærant.*

Salmer. 5. Salmeron ad hoc ſe reflectit, quòd Salvator non dixerit: *Malos malè perdet*, quemadmodum idipſum adverſus ſemetipſos Hebræi prophetaverunt, ſed potiùs ſuaviter eis dixerit: *Aufferetur à vobis regnum, &c.* Quia Deus mitior eſt in ſententia, quàm ſimus nos ipſi in peccatis aliorum plectendis: Imò hoc verum eſſe ex eo patet, quòd hanc comminatam pœnam, per quadraginta duorum annorum decurſum, diſtulerit, ut ad veram eos pœnitentiam expectaret.

6. Conſiderari etiam hoc loco meretur, quòd Chriſtus in hujus parabolæ principio, nomine & metaphorâ utatur vineæ, poſtea verò in progreſſu illius, eidem poſſeſſioni regni titulum attribuat, ut per hoc nobis inſinuet, quòd labores, quos in hujus vineæ, id eſt, Eccleſiæ, vel etiam animæ culturam impendimus, tandem in mera transformentur diademata, coronas, & regna, & quidem regna æterna, ſiquidem *ſervire Deo, regnare eſt.*

7. Notandum quoque eſt, quòd, tametſi hic populus olim ſemper per tot ſæcula, unicus fuerit favorum gratiarumque divinarum ſcopus, tandem nihilominus eundem populum in extremum exterminium præcipitem egerit. Id quòd, ut Salmeron ait, *Salm.* Docet Dei favores & veteris amicitiæ teſtimonia, nihil prodeſſe ingratis, quin regno priventur & in alios dona eorum conferantur. S. Thomas de Villa Nova poſtquam *S. Thom. Vill. ſer. in hac. fer. Pſ. 101. 11.* prius immenſa, à Deo Iſraëli collata beneficia, poſtea verò rigidas ejuſdem pœnas à Deo immiſſas conſideraſſet, tandem exclamat: *Quis à judiciis tuis non formidabit? Elevans alliſiſtime*: Veruntamen poſtea ſubjungit, quòd ſi populi illius adverſus Deum benefactorem ſuum ingratitudo ingens & malitia conſideretur. *Verè non miremur, quia eum repuliſti, ſed magis quod tam longo tempore tantam eorum nequitiam ſuſtinuiſti.* Porrò hæc omnia Moyſes prævidiſſe videtur, quando in Cantico ſuo, morti vicinus exiſtens hunc in modum illis graviter exprobravit: *Hæccine reddis Domino populo ſtulte & inſipiens? Gens prava atque perverſa, gens abſque conſilio & abſque prudentia: Uva eorum uva fellis, & botri amariſſimi; fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.* *Deut. 32. 6. Ibid. v. 5. Deut. 32. 33.*

Et dabitur genti facienti fructus.

S. Thom. in Matt. Iſa. 55. 4. S. Paſch 8. Per hanc prædictionem, inquit Doctor Angelicus, vocatio gentium ad fidem perſpicuè probatur, juxta Propheticum illud Iſaiæ oraculum: *Ecce teſtem populi dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus; ecce gentem, quam neſciebas, vocabis, & gentes quæ te non cognoverunt, ad te current.* S. Paſchaſius per regnum Dei, Eccleſiam & Chriſtum caput illius intelligens, Hebræis utrumque meritò ablatum eſſe ſcribit, eò quòd ſe utriuſque boni participio indigniſſimos eſſe manifeſtè probârint: *Indignos ſe judicaverunt æternæ vitæ, nolentes Chriſtum recipere, auffertur ab eis Chriſtus, auffertur & Eccleſia, auferuntur & omnia Sacramenta ſalutis, & datur his, qui credent in Chriſtum.* *S. Thom.*

9. S. Thomas de Villa Nova caput 11 *Vill. ib.*

Apoſtoli ad Romanos ponderat, ubi Apoſtolus nos monet, ne Judæorum reprobationi inſultemus ſed potiùs caput noſtrum ſubmittentes, nos humiliemus; tandemq; diſcurſum ſuum ad populum Chriſtianum, in Hebræorum locum ſubſtitutum, convertens, dicit: *Si ergò tu cum Oleaſter eſſes, inſertus in bonam olivam & pinguedinis olivæ conſors factus es, noli altum ſapere, ſed time.* Rom. 11. 17. Pergit deinde ſanctus hic Archipræſul aſcendere, quòd Gentiliſmus nullam habeat cauſam timendi, ne fortè à fide excludatur, benè autem idipſum hic & alter ille populus jure timere poſſint: *Non timemus repulſam, ſed translationem; quis enim ſcit, ſi propter delicta populi, Deus Eccleſiam ſuam & fidem transferat ad aliam gentem iſta relicta? Auget autem timorem noſtrum hæc nova alterius orbis apud Indos revelatio, quæ gens barbara cùm fidem amplexari jam cæperit, meritò eſt timendum, ne propter noſtram malitiam tranſeat ad illos Deus nobis expulſis ſic enim ab Oriente jam diu ſiccari fides, & ad Occidentem fluere cœpit, ut timeri poſſit, ne etiam ab Occidente tranſeat ad Oceanum.*

10. Valde conſiderabile eſt pondus illud verborum, quibuſcum Chriſtus nobis regnum Dei nobis dandum, noſque in filios Eccleſiæ adoptandos, ſimulque regni cœlorum inveſtitura exornandos eſſe prædixit: *Dabitur facienti fructus;* ſiquidem *Fides ſine operibus mortua eſt;* Et quidem quoſnam illos fuiſſe putas, qui in alia vineæ parabola ad mercedem accipiendam fuêre invitati? *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Matt. 20. 8. Non dixit etiam: *Faciens fructum in numero ſingulari, ſed fructus in plurali. Tunc non confundar, cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis:* Pſ. 118 6. Inſuper advertendum, quòd dixerit: *Fructus ejus,* quia multa opera quoad exteriorem apparentiam bona eſſe videntur & ſancta, & tamen non ſunt Dei, id eſt, non cum intentionis rectitudine, neque in ſtatu gratiæ facta fuerunt, quin potiùs ex hypocriſi quadam, aut propter reſpectus & intereſſe humana perſæpe à nobis fiunt.

Salmer. 11. Salmeron egregiè nobis, quinam & quales fructus illi ſint, quos Deus ab illis, qui vineam hanc excolunt, expoſcit: *Petit Chriſtus in pauperibus fructum miſericordiæ & eleëmoſynam; in Eccleſia fructum latriæ & reverentiæ; in adverſitate & infirmitate fructum patientiæ; in ſuperioribus, quidquam præcipientibus aut prædicantibus exigit fructum obedientiæ; ab eo, qui injuriam intulit, poſtulat reconciliationem & ſatisfactionem; ab eo qui injuriam ſuſtinuit, remiſſionem ejus & veniam. In perſecutione exigit fructum conſtantiæ: In Sacerdotibus corrigentibus pœnitentes prioris vitæ emendationem; ab Epiſcopis & rectoribus Eccleſiaſticis fructum prædicationis verbi Dei, præſentiam & aſſiſtentiam ad oves ſibi creditas, & vitæ ſanctioris converſationem; à laicis principibus poſcit ſibi reddi fructum pacis, juſtitiæ, annonæ abundantiam & etiam audientiam.*

12. Origenes, ut diximus, per myſticum hoc Dei regnum ſacram Scripturam intelligens, hanc nobis cum hac expreſſa conditione datam eſſe dicit, ut faciamus fructum: *Nemini enim datur verbum Dei, niſi facienti fructum de eo, & nemini, in quo peccatum regnat, datur Regnum Dei.* Orig. tr. 19. in Cat.

13. Ex eiſdem quoque verbis ſequens poteſt moralitas deduci: *Nemo accipiat coronam tuam:* Quis etenim populi illius, tot à Deo beneficiis cumulati, reprobationem, in illiusque locum, gentiliſmum Idololatriæ totaliter deditum, veroque Deo adeò rebellem ſubſtituendum eſſe, unquam credere potuiſſet? Et tamen vide, ubi nunc regnum & corona Iſraëlis quieſcat. Apoc. 3. 11.

Verſus 44.

Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur, ſuper quem verò ceciderit, conteret eum

1. Salmeron priuſquam hæc verba exponat, quandam Ariſtotelis lib. 4. Meterolog. doctrinam præmittit, inter *frangi* & *conteri* hanc aſſignantis differentiam. *Frangi dicuntur, quæ in magnas partes dividuntur, conteruntur verò ſolida, quæ ad minimas quaſque particulas reducuntur.* Qua diſtinctione ſuppoſita obſervat, Chriſtum ad illam petræ metaphoram, à Propheta ſuperius adductam, alludere, ſiquidem per petram illam Chriſtus intelligitur aut figuratur; ſicut enim is, qui ſupra petram cadit, minus frangitur, quàm is, ſuper quem petra cadit, Salmer.

dit, ſiquidem hæc gravis plumbi inſtar decidit, & quantum fieri poteſt, comminuit : *Ita fidelis peccans per incontinentiam, manet quidem in Chriſto, ſed per fidem ſurgere poteſt, & reparari, ut vas teſteum fractum ; at qui fidem non habent & per intemperantiam delinquunt, & ſuperbè in Chriſtum inſurgunt, Chriſtus cadit ſuper eos, neque habet ullum principium, quo contriti in partes minutas, reparari valeant.* In cujus probationem illum Iſaiæ c.30. textum adducit : Pro eo, quòd reproba ſit, &c. Tandem ad tractandum in ſpecie de Judæis, deſcendens, pergit dicere, quòd, ſicut lapis, qui ſuper aliquem decidit, non frangitur, benè tamen is, ſuper quem cadit, confringitur & lauciatur : *Ita Judæi contriti ſunt non ſolùm, quòd Romanis militibus in direptionem omnium bonorum, & templi, & civitatis, & internecionem ſunt traditi, ſed quia in æternum duplici contritione (nempe in corpore & anima) in præſenti ſæculo & in futuro contriti fuerint.* Præterea, ut Theophylactus advertit, *contriti ſunt ab ipſo, hoc eſt, diſperſi ſunt ubique terrarum.*

Iſa.12. v.30. *Theoph.*

S. Hier. 2. S. Hieronymus à S. Thoma ſuper Matthæum citatus, in ea eſt opinione, quòd illi ſuper petrã cadant, qui Chriſtum offendunt, licèt aliàs in eum credant : *Ille cadit ſuper lapidem Chriſtum, quando fidem tenet de eo, ſed cadit per peccatum, quòd contra eum facit.*

S. Anſel. 3. S. Anſelmus diſtinguit, & explicat, quinam illi ſint ; qui ſupra petram cadunt, & quinam illi, ſupra quos petra corruit : *Qui peccat & tamen in ipſum credit, cadit ſuper lapidem & confringitur, ſed non omnino conteritur, reſervatur enim ad ſalutem per pœnitentiam.* Non verò idem accidit illis, ſuper quos petra cadit, illi nimirum, qui in Chriſtum non credunt : *Hoc eſt, qui Chriſtum penitus negaverit, veniet illi deſuper in judicio cum pœna perditionis, & interim conteret omnia bona, quia nullum bonum ſine fide.* Cui conſonat, quod Lyranus his verbis ſcribit : *Ille cadit ſuper lapidem, qui credens peccat per lubricitatem carnis, ſeu aliis peccatis ; & ille confringetur, ſed non comminuitur, quia non peccat tam graviter, ſicut ille, qui peccat peccato infidelitatis.*

Lyran.

Auth. Imp. hom.40 4. Author Imperfecti ex illis verbis occaſionem ſumit, conſiderandi damnum, quod is, qui Chriſtum offendit & injuriâ afficit, ſibimet ipſi creat, cùm tamen nullum inde in Chriſtum reſultet præjudicium : *Qui ſunt,* inquit, *qui ſuper lapidem cadunt? Qui credentes in Chriſtum ſtant ſuper ipſum, quaſi ſupra proprium fundamentum ; ſi quis ex iſtis peccaverit, non eum Chriſtus corrumpit, ſed ipſe ſe corrumpit ; offendens in Chriſtum, & ideò Chriſtianus peccans non tantùm periit, quantùm poteſt perdere Chriſtum, ſed quantùm ſe ipſum ſecundùm opera ſua perdiderit.* S. Paſchaſius oſtendit, quanta ſit myſticæ hujus petræ magnitudo excellentia atque ſolliditas : *Ideò,* inquit, *quicunque ſuper eum cadit, & percutit eum, ipſe ſe collidit & confringit : Lapidem verò Chriſtum nemo ladit, ſe quidem corrumpit, quia ſuper lapidem peccator cadit.*

S. Paſch. lib. 9. in Matth.

5. Idem quoque ſanctus nos monet : *Perpendat,* inquit, *unuſquiſque quantùm & unde cadat, non omnis caſus æqualiter ruentem confringit.* Quod documentum utique ab Authore Imperfecti deſumpſit, qui Chriſtianum, duplicem ob cauſam graviter ob peccatum cadere his verbis obſervat : *Aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis ; ut puta, ſi ſit clericus, aut continens vidua, aut Monachus, aut virgo, id eſt, qui ſe Deo tradiderit : Propter magnitudinem autem peccati, ut puta, ſi quis homicidium fecerit, aut adulterium, aut aliud de gravibus peccatis, ille talis, etſi de humili loco cadat, id eſt, etſi laicus ſit, aut ſæcularis, fortiter perit propter pondus peccati : De alto verò cadit, ut puta clericus, cæteraque perſonæ ſpirituales.*

Auth. Imp. ib.

S. Paſch. 6. S. Paſchaſius quoque hæc verba de illis exponit, qui pro perhibendo fidei Chriſti teſtimonio morti ſe generosè exponunt : *Quidam,* inquit, *volunt eos qui ſuper lapidem ceciderint, intelligi, qui propter Chriſtum corpora ſua in mortem tradiderunt, id eſt, ſuper ipſum occubuerit, & confringatur caro & oſſa ipſorum.*

S. Thom. in Matt. 7. S. Thomas ait : *Cadit ſuper lapidem, quando proprio arbitrio peccat, ſed tunc lapis ſuper eum cadit, quando Chriſtus punit eum, & tunc totum comminuit.* Pſal. 18. *Comminuam eos, ſicut pulverem ante faciem venti.*

Verſus 45.

Et cùm audiſſent Principes ſacerdotum, & Phariſæi parabolas ejus, cognoverunt quòd de ipſis diceret.

Luc. Burg. 8. Lucas Burgenſis ait: *Manifeſtè intellexerunt, quòd involucris parabolarum, malitiam eorum depinxiſſet, & quæ ipſos maneret ultio; ſciebant ipſi qui eſſent, quomodo affecti, & quid molirentur;* jam enim defacto concilium convocaverant, in quo de nece ei inferenda decretum condiderant, quam etiam intra triduum ei intulerunt: *Conſcientia itaque ipſorum interpres erat parabolarum Jeſu.*

Verſus 46.

Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut Prophetam eum habebant.

Alb. M. 1. Albertus Magnus ait: *Ecce incorrigibilitas perverſorum poſt tot miracula ſolutis.* Ezech. 3. *Filii Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me.* *Ezec. 3. 7*

Salmer. 2. Salmeron in ſenſu morali ait: *Apprehenditur Chriſtus, Quoties reſiſtitur inſpiratione, ejicitur quando diligitur creatura pluſquam creator, & occiditur tandem quando peccamus.*

S. Hier. ibid. 3. Sanctus Hieronymus harum turbarum inſtabilitatem admiratus, dicit: *Semper turba mobilis eſt, nec in propoſita voluntate perſiſtens, atque in morem fluctuum diverſorumque ventorum huc illucque trahitur. Quem nunc quaſi Prophetam venerantur & colunt, poſtea contra eum clamant: Crucifige, Crucifige;* id quod eadem ſeptimana accidit, & tamen uti Albertus Magnus obſervat; *Hæ turbæ erant, quæ cum victricibus laudibus & ſignis receperunt.* *Alb. M.*

Luc. Burg. 4. Atverò Lucas Burgenſis ait: *Turba melius de Jeſu ſentit, quam magnates, quamquam debuerat amplius profeciſſe;* neque enim in hac æſtimatione, veneratione & defenſione Chriſti, perſecutionibus infeſtati, perſiſtentiam aut perſeverantiam exhibuit, dum ſe à ſacerdotibus & Principibus adeò facilitèr ſeduci permiſit.



DOMI-

DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Ex Lucæ cap. 12.

§. 14. ERAT *ejiciens dæmonium, & illud erat mutum, & cùm ejeciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.* 15. *Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* 16. *Et alii tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab eo.* 17. *Ipſe autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.* 18. *Si autem & Sathanas in ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnũ ejus? quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia.* 19. *Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt? Ideò ipſi judices veſtri erunt.* 20. *Porrò ſi in digito Dei ejicio dæmonia, profectò pervenit in vos regnum Dei.* 21. *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet.* 22. *Si autem fortior eo ſuperveniens, vicerit eum, univerſa arma ejus aufferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet.* 23. *Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum, diſpergit.* 24. *Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, & non inveniens, dicit: Revertar in domum meam, unde exivi.* 25. *Et cùm venerit, invenit eam ſcopis mundatam & ornatam.* 26. *Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi, & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.* 27. *Factum eſt autem, cùm hæc diceret: Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.* 28. *At ille dixit: quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.*

Verſus 14.

Erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum, & cùm ejeciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.

Erat ejiciens dæmonium.

Tolet. in Luc. 1. OBſervat Toletus Phariſæos eo præcipuè tempore ſuas adverſus Salvatorem evomuiſſe calumnias, quo ob ſeſſum illum liberabat: *Motus hic locutionis per verbum imperfectum, nempe: Erat ejiciens, notat, Phariſæos protuliſſe verba ſequentia contra Chriſtum tunc, quando dæmonium hoc ejecit.*

2. Valde conſiderabile eſt verbum illud, *Erat*, quod tempus imperfectum & dilationem denotat, non quòd aliquam Chriſti in pellendo dæmone impotentiam arguat, ſed reſiſtentiam Chriſto à dæmone factam indicat; utpote qui in homine illo velut in ſuo centro demorabatur; dolebat proinde prædam hanc, quam ſibi comparaverat, in manus Salvatoris inimici ſui venturam eſſe. Porrò dæmon, id eſt peccatum faciliter in animam hominis ingreditur, ſiquidem ad dandum illi conſenſum noſtrum non ſolùm faciles, ſed & ſolliciti ſumus: at verò quàm difficilè eſt & arduum, animam è dæmonis poteſtate eripere & liberare? quanta cum repugnantia offenſam Deo factam deteſtamur? adeò nimirum idipſum difficile & ar-

duum opus eſt, ut certo quodam modo dicere poſſimus, Deum ipſum in depellendo ab anima dæmone de fatigari; ſic quando ſe ad Samaritanam convertendam accinxit: *Fatigatus ex itinere ſedebat.* In reſuſcitatione Lazari quatriduani mortui, qui peccatoris typus erat, *Infremuit ſpiritu & turbavit ſemetipſum.*

Ioan. 4. v. 6.
Ioan. 11. v. 33.

3. Nonnulli Interpretes dicunt, hanc particulam: *Erat ejiciens*, quandam innuere ambiguitatem, ſive animi ſuſpenſionem & irreſolutionem; hujuſque ambiguitatis cauſam in eo conſiſtere, quia quando de uſu congruo linguæ, muto huic reſtituendo agebatur, deliberatione opus eſſe videri poterat, quando lingua ut plurimum tot tantorumpue malorum cauſa exiſtit. Unde quando Salvator noſter in diſcipulorum Joannis Baptiſtæ præſentia, plurima erat patrans miracula, nullum tamen quoad mutos patrare voluit prodigium, expeditum illis linguæ uſum reſtituendo: *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur*; & ideò veriſimile eſt, quòd, priuſquam Salvator huic muto promptum loquendi uſum reſtituit, eidem muto ab æterno Patre ſuo gratiam, linguam bene gubernandi impetraverit; veriſſimum namque eſt, quòd poſtquam linguæ uſus ei reſtitutus fuit, is linguâ ſuâ tam ſanctè deinceps uſus fuerit, ut ex ſuo loquendi modo omnes vehementer ædificârit. *Locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.*

Matt. 11. v. 5.
Luc. 11. v. 14.

4. Ingeniosè Didacus Stella obſervat, quòd S. Lucas dicat: *Erat ejiciens, nam quamvis virtus divina in inſtanti operetur, voluit tamen paulatim ejicere, ut oſtendat vitia, qui mali mores ſunt, paulatim eſſe expellenda, non autem omnia ſimul.*

Did. Stell. in Luc.

Dæmonium.

5. Hugo Cardinalis ait: *Dæmonium eſt peccatum, primò à dæmone inventum.* Primus etenim, qui peccatum in cœlo adinvenit, Lucifer fuit: Primus quoque, qui illud in terram detulit, idem fuit, aſtuti cujuſdam ſerpentis ſimilitudine obtectus. Docentur in hoc facto, inquit Salmeron, Prælati Eccleſiaſtici, ut ad Chriſti imitationem à dæmone obſeſſos liberare ſatagunt; quinam verò hi obſeſſi ſint, idem Doctor his verbis declarat: *Qui peccato aliquo ab illo poſſidentur, quod opus multò magis eſt & facilius, quàm pellere dæmones de corporibus.*

Hugo Card.
Salm. to. 6. tr. 25.

Et illud erat mutum.

6. *Id eſt*, inquit Gloſſa Interlinearis, *mutos faciens.* Lyranus autem id in ſenſu ſpirituali tunc accidere dicit, *quando gratiam habens prædicandi, vel Eccleſiam officiandi, ceſſat ab iſtis inſtigante diabolo.*

Gloſſa Interl. Lyran.

7. Theophylactus mundum hunc humanæ naturæ figuram fuiſſe ſcribit: *Quæ à dæmonibus detenta, audire non poteſt ſermonem Dei, multoque minùs eloqui valet.*

Theoph. in Luc.

8. S. Thomas per hunc mutum, gentiliſmum peccatorem intelligit, dum ait: *Qui dæmonium habet, in quantum ſervus, quia qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, mutus à confeſſione fidei.* Pſal. 38. *Obmutui & ſilui à bonis.* Hugo Cardinalis ſimiliter per dæmonem peccatum intelligens, ait: dæmon mutus eſt, *Id eſt, faciens mutum à confeſſione fidei & peccati; hoc dæmonium ejiciens Jeſus, gratiam infundendo, quæ illuminat & ora tacentia ad confeſſionem relaxat & ſic dæmonem effugat.*

S. Thom. in Matt. Ioan. 8. 34. Pſ. 38. 3. Hugo Card. in Luc.

9. Porrò Salvator noſter Judam diabolum appellavit, dicens: *Unus ex vobis diabolus eſt*, quia anima in ſtatu peccati mortalis conſtituta, dæmonis eſt mancipium; ac proinde dæmon in tali anima, quod fieri poteſt, hoc ſatagit efficere, ut illam mutam efficiat, id eſt, ut peccata ſua confiteri abſolutè renuat, ne ab hac ejus tyrannide liberè evadat. Unde Didacus Stella ait: *Efficit mutum hominem dæmon, ut nequeat Sacerdoti confiteri ſua peccata. Adhærere*, inquit, *apud Ezechielem, faciam linguam tuam palato tuo, & eris mutus; in palato reſidet juſtus, linguam adhærere palato, eſt voluptatem capere, & in peccatis gaudere.* Spiritus ſanctus diabolum nobis ſub ſpecie lupi in Scriptura ſacra ob oculos ponit: *Lupus rapit, & diſpergit oves.* S. Auguſtinus autem inter alias lupi proprietates, hanc quoque ſpecialiter tangit, præſenti propoſito noſtro valde opportunam, dum ait: *Ecce lupus guttur ovis apprehendit, diabolus fidei adulterium perſuaſit.*

Ioan. 6. v. 71.
Did. Stell. in Luc. Ezech. 3. v. 26. Ioan. 10. v. 21. S. Aug. tr. 46. in Ioan.

S. Am-

S.Ambr. c. 10. Luc. S.Ambroſius pariter dicit: *Lupi ovium guttur invadunt, ut citò ſtrangulent;* dæmon quoque quia novit, quòd peccator faucibus, linguâ & voce mediantibus ſeſe ab ejus ſervitute eximere, æternamque ſalutem ſibi comparare poſſit, fauces illius conſtringit, quia *Confeſſio fit ad ſalutem.* Salmeron adductam à S. Auguſtino lupi ſimilitudinem, nimirùm quòd ovium guttur conſtringit, ne vociferari aut balare valeant adducens, ita ſcribit: *Ne clamet & clamore ſuo canes excitet; ita dæmon hoc molitur, & in hoc inſidias ſtruit, ut peccator nec per orationem ad Deum fuſam, nec per detectionem delicti apud Sacerdotem, neque per petitionem conſilii, crimina ſua ad ſalutem conſequendam declaret.*

Rom.10. v. 10. Salm. ibid.

S.Bona.

10. S. Bonaventura in vita S.Franciſci Religioſum quendam fuiſſe refert, qui apud vulgus non minus quàm inter fratres ſuos in opinione ſanctitatis, magnaque in veneratione habebatur, cujus famam Seraphicus Pater inaudiens, ad monaſterium, in quo morabatur, acceſſit; cùmque omnes Religioſos virtutibus & perfectioni viri illius applaudentes comperiſſet, eumque in tanta perpetui ſilentii obſervantia ſe ſemper continere intellexiſſet, ut etiam ipſammet ſacramentalem confeſſionem nonniſi per nutus & ſigna perficeret, ad illa verba ſuſpenſus ſtetit; ea autem revera ita ſe habere intelligens, dixit: *In veritate ſciatis, quia diabolica tentatio eſt, & deceptio fraudulenta*; quod veriſſimum fuiſſe tandem luce meridiana clariùs evaſit; ſiquidem idem ille Religioſus, qui ſanctus à quolibet exiſtimabatur, paulò poſt in turpiſſimam fuit apoſtaſiam prolapſus. *Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea.* Enimverò miſerabilis homo ille, cujus Matthæi 22. fit mentio, qui in tenebras exteriores præceps actus fuit, non præcisè ideò atrocem ſibi pœnam illam promeruit, quòd nuptiali ſe veſte exornare neglexerit, ſed quòd ad errorem ſuum ingenuè confitendum, os ſuum non aperuerit; id quod Galfredus ly *Tunc*, conſiderans, ex eo vel maximè arguit, quia interrogatus, quamobrem convivium illud cum decenti veſtitûs genere accedere neglexiſſet, aut contempſiſſet, inſtanterque, ſi quam haberet, temeritatis hujus commiſſæ excuſationem, illamediceret monitus, omninò obticuit, imò ut Scriptura dicit: *Obmutuit*; *tunc igitur in tenebras exteriores proturbari juſſus eſt, non quia ſine veſte nuptiali introiit; ſed poſtquam admonitus, ſiluit, interrogatus obmutuit, & noluit confiteri.*

Pſ.31.3. Mat.22. v.12. Galfred. in alleg. Titelm. in c.2. Matt.

11. Porrò ſciendum eſt, quòd S.Matthæus, qui hanc eandem hiſtoriam deſcribit, dicat: *Oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus*; Albertus Magnus autem ait: *Cæcitas eſt obtenebratio luminis veritatis, quamvis ſiniſtro oculo cænolentum videatur mundi, vanitatis & cupiditatis.* 1.Reg.11. *In hoc feriam vobiſcũ fœdus, ut eruam omnium veſtrũm oculos dextros*; adducitque textum illum Iſaiæ cap.6. ubi de interiori ſurditate, quæ verbum & vocem Dei reſpicit, nec non de cæcitate ſpirituali agitur: *Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, ne fortè, &c. Item de mutitate, quæ eſt taciturnitas à laude Dei.* Pſal.37. *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum* Demùm verò miſerabilis hominis iſtius damna, à dæmone eidem illata, his verbis ponderat: *In ratione illum læſit, ne veritatem perciperet, ne lumen claritatis Dei in miraculis videret: In auditu, ne ex auditu verbi ad finem veniret: In loquela, ne de ſalute ab aliquo inquirere poſſet.*

Mat.12. v. 22. Alb.M. in Luc. 1.Reg. 11.v.2. Iſa.6.10 Pſ.37. 14.

12. Beda per dæmonicum hunc mutum & cæcum, gentilem populum intelligit: *Quia oblatus per prædicatores ad fidem Chriſti, cæcus, quia viam veritatis ignorabat; mutus, quia os ad laudem conditoris non aperuit; dæmoniacus fuit, quia per idololatriam dæmonibus ſerviebat.*

V. Bedæ in Matt

13. S. Bonaventura in ſenſu morali effectus aliquos, quos peccatum in nobis operatur, adducit, dum ait: *Dæmoniacum eſt peccatum, quod facit ſurdum ad veritatem audiendam, & mutum ad confitendam.*

S. Bon. in Luc.

Et cùm ejeciſſet dæmonium, locutus eſt mutus.

14. Toletus Evangeliſtam, quòd mutus locutus fuerit, minimè expreſiſſe, obſervat; dicit tamen: *Probabile eſt, fuiſſe verba laudis, & encomium illius, qui eum à tanto malo liberaverat.*

Tolet.

15. Valde igitur nobis incumbit, ut erga Deum

Deum benefactorem noſtrum gratos nos exhibeamus, cui tamen nulla alia moneta retribuere poſſumus, quàm laudes ei debitas perſolvendo & enunciando. Et ideò ſancta mater Eccleſia ſanctam hanc conſuetudinem introduxit, ut pro hujus debiti ſatisfactione, ſeptem horæ Canonicæ decantentur, in quarum principio ad Matutinum dicimus: *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.*

Pſ. 50. v. 17.

Ianſen. conc. c. 49.

16. Janſenius hominem hunc non à nativitate cæcum & mutum, ſed talem dæmonis opera effectum fuiſſe notat. Unde deducitur, quòd eo abacto, id eſt, peccato confeſſione ſacramentali mediante, è medio ſublato, nec non ſubmota proximâ illius occaſione, anima lumen Dei reacquirat, linguamque ad ejus laudes promendas laxare poſſit; unde Beda ait: *Cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à dæmone liberatur, quod & tunc quidem carnaliter factum eſt, ſed & quotidie completur in converſione credentium, ut expulſo primùm dæmone, fidei lumen aſpiciant, deinde ad laudes Dei tacentia priùs ora laxentur.*

Beda. in Luc.

Et admiratæ ſunt turbæ.

17. *Id eſt*, ut Hugo Cardinalis ait: *Promiſcuum vulgus*, ſive homines plebei & populares, ſiquidem cæteri primates, Sacerdotes nimirum, Principes ſynagogæ & ſeniores, eum potius convitiabantur & blaſphemabant, unde & ſimpliciſſima quædam muliercula, ut in fine Evangelii hujus dicitur, è circumſtante denſiſſima turba eidem acclamavit: *Beatus venter, qui te portavit*; etenim pauperes præcipuè ſunt, qui ad devotionem, cultum, & obſequium Chriſti vel maximè inclinantur.

Hugo Card. in Luc.

Verſus 15.

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beëlzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia.

1. S. Matthæus, quinam hi fuerint, magis ſpecificè declarat, dum illos Phariſæos fuiſſe aſſerit: *Quos periculoſiùs poſſidebat dæmon in anima, quàm mutum in corpore*, ut Salmeron inquit, *qui & pejores ipſo dæmonio erant, ſiquidem dæmon ſubitò ab hoc muto ſe recipiens, ne verbo quidem Chriſto contradicere præſumpſit*; at verò Phariſæi: *Interficiendi agitabant conſilia, & calumniabantur miraculum.* Porrò motivum, quòd Phariſæos ad hanc blaſphemiam emovendam permovit, ab eodem Evangeliſta Matthæo ſufficiẽter innuitur, ut Toletus optimè advertit: dicit enim hic Evangeliſta: *Phariſæi autem audientes hoc, dixerunt: Hic enim ejicit dæmonia, niſi in Beëlzebub*, id eſt, ut Toletus explicat: *Cùm audiſſent turbas dicentes: Nunquid hic eſt filius David? tunc dixerunt, &c.* ut igitur turbas, ne Chriſtum talem eſſe crederent, cohiberent, illum calumniari, tantaque injuria afficere operæ pretium eſſe duxerunt: *Scelus profectò, & peccatum graviſſimum hoc eſt, qui enim debuerant turbas docere, & ad agnitionem Chriſti eas adducere, non tantùm hoc non præſtant, ſed à recta via avertunt, & lumen accenſum in eis extinguere conantur.* Unde veriſſimum eſſe deducitur idipſum, quòd cap. 23. iiſdem improperet, dicens: *Clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntem ſinitis intrare.*

Matt. 12. v. 25. Toletus.

Matt. 23. v. 13.

2. Perſpicuè ea in occaſione veriſſimum eſſe cognoſci poterat, quod in hujus progreſſu Evangelii dicitur, nimirum: *Cùm exierit ab homine, quærens requiem non invenit; Circuit quærens, quem devoret*: dæmon etenim, poſtquam ab homine pulſus eſt, quieſcere nequit, imò adverſum nos magis magiſque exacerbatur; unde poſtquam ab hoc muto ejectus fuit, ad ingrediendum ad Phariſæos aditum ſibi fecit, qui à dæmone agitati illum fuêre calumniati, eumque enormiter adeò blaſphemârunt, & ideò ab uno homine fugatus, ut ſe vindicaret, in multos ingreſſus fuit, per quorum Phariſaicam malignitatem, non humana, ſed diabolica lingua, horribilem nimis blaſphemiam adverſus Chriſtum evomuit: *Faciunt Jeſum*, inquit Cajetanus, *non ſolùm virum malum, ſed peſſimum magnum, divinaque opera fugiunt diabolica.* S. Bonaventura quoq; blaſphemiæ hujus atrocitatem hiſce verbis exaggerat: *Quod fiebat à Spiritu ſancto, attribuebant ſpiritui maligno*; Unde Matthæus ſtatim poſt hoc dicit: *Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur.*

1. Pet. 5. 8.

Cajet. in Luc.

S. Bon. in Luc.

Matt. 12. v. 31.

3. S. Thomas hunc Beelzebub, in cujus virtute

Salm. t. tr. 25.

S.Thom. in Matt. virtute Chriſtum dæmonem ejicere aſſerebant, Deum fuiſſe Accaronitarum affirmat: *Qui dicitur Deus muſcarum, propter turpiſſimum ritum ſanguinis, ratione cujus multæ muſcæ congregabantur, ideò credebant illum dæmonem, principem dæmoniorum, ideò credebant in poteſtate illius poſſe ejici dæmonia.*

Did. Stell. 4. Didacus Stella proindè optimè nullam adeò heroicam & inſignem ſanctitatem & virtutem dari poſſe conſiderat, quæ ab impiis non traducatur per calumniam, quæque impiorum detractionibus non impetatur. Porrò magna hos Phariſæos inter & obſequioſas devotaſque turbas cernitur differentia; ſiquidem hæ *admiratæ ſunt* patrata à Chriſto miracula, quæ illi calumniantes, magiæ, incantationibuſque attribuebant; nimirum ex uno eodemque flore apes mel ſuaviſſimum aranea verò toxicum elicit pernitioſiſſimum, ad eum ferè modum, quo virga in manu Moyſis poſita, imperii ſceptrum & potentium inſtrumentum erat, coram magis Pharaonis in terram projecta, confeſtim in ſerpentem tranſmutata fuit.

Alb.M. in Luc. 5. *Excæcati per invidiam*, inquit Albertus Magnus, *hæc dixerunt & erraverunt, excæcavit enim illos malitia eorum.* Eidem quoq; cauſæ S. Bonaventura blaſphemiam iſtam

S.Bon. attribuit, dum ait: *In hanc blaſphemiam prorumpebant ex invidia*; proinde ſanctam matrem Eccleſiam Evangelium iſtud in hac Dominica tertia Quadrageſimæ legi præcepiſſe exiſtimat, quia in eandem Dominicam quoque ſacra Joſephi hiſtoria incidit, in qua per fratrum ſuorum invidiam venditus fuiſſe legitur: *Sicut enim fratres Joſeph ex invidia vocaverunt eum inventorem ſomniorum, ſic & iſti dicebant Chriſtum invocatorem eſſe dæmonum.*

Did. Stell. 6. Didacus Stella Phariſæorum conſiderat ingratitudinem, eamque Salvatoris beneficentiæ è diametro oppoſitam comparãs, dicit: *Non ſolùm eorum malitia perpenditur ex eo, quod Chriſti miraculis pejores efficiebantur, ſed etiam ex temporis circumſtantia*; eodem namque tempore, quo ipſum tanquam verum in lege promiſſum Meſſiam agnoſcere, & tanquam verum & conſubſtantialem Dei filium venerari, eique pro miraculis, quæ in Hebraiſmi evidentem utilitatem patrabat, gratis referre debebant, eum contumelioſè deriſerunt, horrendiſque calumniis & blaſphemiis vel maximè onerarunt: *Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea*; fueruntque incredulitate ſua ipſis Pharaonis magis longè deteriores; ſiquidem hi Moyſis prodigia conſpicientes confeſſi ſunt, dicentes: *Digitus Dei eſt hic*: hi autem blaſpheme dixerunt: *In Beëlzebub, &c.* non obſtante, quòd eum viva voce audiſſent, dicentem: *In digito Dei ejicio dæmonia.*

Pſ. 34. 12.

Exod. 8. v. 19.

7. Porrò mutus hic Evangelicus linguam ſuam in Chriſti gloriam & laudes deprædicandas laxavit, qui eum à pernitioſo hoc dæmone liberaverat: Phariſæi autem lingua ſua ad impudenter Divinitati ejus detrahendum fuêre abuſi; unde Phariſaicæ huic perfidiæ Chriſtus jure meritò dicere poterat: *Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.* Veriſſima eſt igitur illa Salviani ſententia, dicentis: *Detrahendi libido terminum non habet, nunquam ſaturatur*; ecce enim in quantam tandem proruperint blaſphemiam, ut omnem ei penes populum fidem adimerent.

Pſ. 49. 19.

Salvianus lib. 3. de gubern.

Verſus 16.

Et alii tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab eo.

Lyran. 1. Lyranus dicit, nonnullos ex ipſis miracula in cœlis fieri petiiſſe, quale Joſue patrâſſe legitur, dum Solis rotam integræ diei ſpatio immobiliter ſubſtere fecit; vel quale Ezechiæ tempore factum eſt, dum idem planeta decem gradibus viſus eſt retrogredi.

Gloſſa. Gloſſa dicit illos à Chriſto popoſciſſe, *ut vel ignem de cœlo deſcendere faceret, vel quaſierunt manna de cœlo.*

Alb.M. Albertus Magnus hanc eorum petitionem hunc ſenſum habere aſſerit, ac ſi dicerent: *Quæ circa inferiora operaris, à virtute poſſunt eſſe inferiori, ſed in cœleſtibus non poteſt operari virtus inferior, & ideò ſi de cœlo ſignum facis, cognoſcemus, quòd non in principe dæmoniorum, ſed virtute divina facis, quòd facis.*

2. Videatur Feria 4. poſt Domin. 1. Quadrageſimæ ſub v. 38. circa illa verba: *Volumus à te ſignum videre.*

Verſus 17.

Ipſe autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.

Ipſe autem ut vidit cogitationes eorum.

Alb.M. Ierem. 17.v.9. Pſ.93.11. 1. *Quas ſolus novit Deus*, inquit Albertus Magnus, Jerem.17. *Pravum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Nemo niſi ſolus Deus; Pſal. 93. Dominus ſcit cogitationes hominum.*

Beda in Luc. 2. Beda horum verborum occaſione Phariſæis incredulitatem ipſorum improperat, utpote quibus ob oculos poſitum fuerat manifeſtatum Divinitatis ipſius indicium, dum videbant, quòd interiora cordium & cogitationes ſecretiſſimas ipſis veridicè manifeſtaret: *Non ad dicta, ſed ad cogitata reſpondit, ut vel ſic compellerentur credere potentiæ ejus, qui cordis videbat occulta.* Hugo Cardinalis prædictis Evangeliis hanc gloſſam annectit: *Intellige ſingulos ſingulorum;* facilè enim fieri poteſt, quòd homines aliquas cogitationes occultas aſſequantur per conjecturas; qua de re Plato librum integrum conſcripſit; at verò ad ſingulas ſingulorum cogitationes in particulari penetrandas pertingere neutiquam poſſunt, ſed hoc ſoli Deo competit, juxta illud 1. Paralip.28. *Omnia corda ſcrutatur Dominus, & univerſas mentium cogitationes intelligit.*

Hugo Card. 3. Idem quoque Hugo fruſtra illos aliud è cœlo ſignum ab eo poſtulâſſe oſtendit, quando omnes cordis ſui cogitationes ſecretiſſimas, ipſi perſpectiſſimas eſſe videbant: *Dominus autem, ſi diligenter attendere vellent, ſtatim dedit eis ſignum de cœlo, non ad verba eorum, ſed ad cogitata reſpondendo; ubi enim oſtendit ſe noſſe ſecreta cordis, dat evidens ſignum Deitatis.*

Matt.9. v.34. 4. Sciendum quoque eſt, quòd, poſtquam Salvator Matth.9. v.34. alteri cuidam muto expeditè loquendi gratiam contuliſſet, pari ipſum calumnia onerârint, ſcilicèt quòd in virtute dæmonis idipſum feciſſet, & tamen tunc ab illa ſe calumnia minimè defendit, benè tamen in præſenti occaſione, prout S. Chryſoſtomus optimè obſervavit; cujus quoque hanc rationem aſſignat, quòd ſcilicet hic, quia ipſos in obſtinatione & perverſitate contumaciter perſeverare vidit, ei ſe pro viribus opponere, eamque compeſcere voluerit: *Verùm quoniam in nequitia eorum perſeverantes eadem dictitabant, reſpondit tunc.* *D.Chryſ hom.43. in Matt.*

5. Veriſſimum quidem eſt, hæc verba nec Divinitatem ipſius atrocius lædere potuiſſe; veruntamen nec ſe ab illa purgare, neque calumniatores confutare aut confundere voluit, donec intentionis ipſorum malitiam priùs manifeſtâſſet: *Ut videt cogitationes eorum:* ſiquidem bona vel mala intentio ſola eſt, quæ opus ſpecificat. *Perpendit, quo animo hæc dicerent,* inquit Janſenius, *nimirùm ut populum averterent ab ipſo; proinde quandoquidem calumnia hæc non in ſuam tantùm perſonam recidebat, ſed & blaſphemia erat in Deum, & ad populi converſionem vergebat, non potuit eam Dominus ſilentio præterire, ſed validis & variis rationibus calumniæ hujus abſurditatem oſtentare voluit.* *Ianſen.*

Didac. Stell. 6. Didacus Stella circa hæc verba utiliſſimam quandam moralitatem adducit, dum ait: *Q ſi hæc peccator apud ſe revolveret, quòd ipſi nihil eſt occultum; nullus eſt adeò effrænis & impudicus peccator, qui coram hominibus ea audeat facere, quæ coram Deo. Si cogitationes Deus cognoſcit, quomodo opera tua peſſima ignorabit?*

Dixit eis: Omne regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur. *Idem.*

7. Idem quoque Stella hac in reſponſione Chriſti obſervat, & admiratur æquanimitatem & patientiam, dicens: *Quamvis maximâ injuria affectus, nullâ animi perturbatione motus, modeſtè & optimis rationibus adverſus eos arguit ille, qui poterat in ictu oculi eos in infernum detrudere. Hinc diſcere debent Principes & Prælati, ne in caſtigandis ſubditis ira & furore rapiantur.* Advertendum quoque hoc loco eſt, quòd Salvator omnipotentiam ſuã ad patranda miracula admoveat, pluſque factis loquatur, quàm verbis, quando de corporibus animabuſque noſtris ab inferni tyrannide eruendis agebatur; at verò quando

do ſibi ſui ipſius juſtificatione, atque à tam abominabili calumnia, expurgatione opus erat miraculis nequaquam miracula adjicere, ſed verba duntaxat, rationes & argumenta in medium adducere voluerit. adeo ut majorem pro bono noſtro, quàm pro ſuomet honore defendendo zelum viſus fuerit oſtenderet. Lucas Burgenſis ait: *Exemplis aliquot à rerum natura & experientia ſumptis refutat adverſarios.*

Luc. Burg.

Lyran. in Luc.

8. Idem quoque Stella hæc verba exponens, adverſus Phariſæos ſequens format argumentum: *Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur*, ſed ſatanas pellens ſatanam, regnum ipſius diviſum eſſe oſtendit, ergo regnum ipſius conſiſtere nequit: *Conſequens eſt falſum, quia vos dicitis, quòd apud gentes regnat diabolus tantùm, apud vos, qui fideles eſtis, eſt regnum Dei, & diabolus regnat in mundo per peccata, ergo regnum ejus ſtat; Tunc ultrà: regnum ejus ſtat, ergo non eſt diviſum; ergò malè dicitis: In Beëlzebub principe dæmoniorum me ejicere dæmonia.*

9. Lyranus duobus in locis duas differentes eruit moralitates. In S. Lucam ſcribens, dicit: *Per quod ſignificatur omnis congregatio carens concordia;* ſiquidem in hac duo ſatanæ eſſe noſcuntur, quorum quilibet pro parte ſua alteri prævalere ſatagit. In S. Matthæum verò ita: *Tale regnum eſt anima hominis mali, cujus ſenſualitas rebellat rationi: hoc deſolabitur, quia Chriſtus, qui eſt Rex pacis, inde recedit & diabolus ingreditur.*

Verſus 18.

Si autem & ſatanas in ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus? quia dicitis: In Beëlzebub me ejicere dæmonia.

Cajet.

1. Pergit hiſce verbis Salvator ulteriùs demonſtrare, quòd ſi in virtute dæmonis alios fugaret dæmones, hic utique ad deſolationem propriam machinaretur. Unde

S. Bon. Cajetanus ait: *Dæmones agerent ad deſolationem proprii regni.*

Iob. 41. 25. 2. S. Bonaventura quale ſathanæ regnum ſit, his verbis declarat: *Regnum ſatanæ eſt in malis & peccatoribus; unde Iob: Ipſe eſt Rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ; & ideò dicebat Apoſtolus: Non regnet peccatum in mortali corpore veſtro.* *Rom. 6. 12.*

Verſus 19.

Si autem ego in Beëlzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt? Ideo ipſi judices veſtri erunt.

Filii veſtri in qua ejiciunt.

1. Interlinearis ait: *Exorciſtæ Judæorum, qui ad Dei nominis invocationem ejiciebant dæmones.* Eadem quoque eſt horum verborũ expoſitio apud Bedam, dicentem: *Coarctat eos interrogatione prudenti, ut confiteantur Spiritus ſancti eſſe opus; quòd ſi expulſio, inquit, dæmonum in filiis veſtris Deo, non dæmonibus imputatur, quare in me idem opus non eandem cauſam habet.* Cajetanus verò Chriſtum per hoſce eorum filios, diſcipulos ſuos intellexiſſe exiſtimat, dum ait: *Per filios ipſorum intelligit diſcipulos ſuos, qui ejiciebant dæmonia, & tamen non reputabantur Magi.* Albertus Magnus ad impoſſibilitatem hanc demonſtrandam, illum ex 2. Cor. 6. textum adducit, ubi dicitur: *Quæ conventio Chriſti ad Belial? & quæ communicatio templi Dei cum idolis?*

Interl. in Matt. *Beda in Luc.* *Cajet.* *Alb. M. in Luc.* *2. Cor. 6. v. 15.*

Ideò & judices veſtri erunt.

2. Albertus Magnus modum oſtendit, quo ipſi à filiis ſuis judicandi dicuntur: *Vos primùm de falſitate convincentes, & poſtea ſua comparatione condemnantes.* Beda Chriſtum de diſcipulis ſuis, utpote Judæorum filiis loqui intendiſſe dicit: *Qui certè diſcipuli Domini Jeſu Chriſti benè ſibi conſcii erant, nihil ſe malarum artium à bono magiſtro dediciſſe, ut in principe dæmoniorum ejicerent dæmonia; ideò inquit, Judices veſtri erunt.*

Alb. M. in Matt. *Beda.*

Verſus 20.

Porrò ſi in digito Dei ejicio dæmonia perfectè pervenit in vos regnum Dei.

Porrò ſi in digito Dei ejicio dæmonia.

1. Cajetanus ait: *Intendit per digitum Dei ſpecialem & exactam operationem divinam, qualis ſit digito proprio ipſius artificis;* ab hac

Cajet.

enim metaphora propriam ſibi filio Dei poteſtatem ejiciendi dæmonia ſignificat. Porrò S.Matthæus legit: *Si autem ego in ſpiritu Dei.* Unde Lucas Burgenſis ait: *Per ſpiritum Dei, cooperante Spiritu ſancto.*

Matt. 12. v. 28. Luc. Burg.

Profectò pervenit in vos regnum Dei.

Tolet. annot. 45. Luc. 17. v. 21.

2. Toletus adductâ S.Hieronymi authoritate per hoc regnum Chriſtum intelligi poſſe exiſtimas, juxta id quod Lucæ 17. dicitur: *Regnum Dei intra vos eſt. Idem eſt, quod adveniſſe Meſſiam, in ejus regnum ad Eccleſiam in ipſo fundandam.*

Dion. Carth. in Luc.

3. Dionyſius Carthuſianus per regnum beatitudinem, ſive Paradiſum cœleſtem interpretatur: *Id eſt, regnum cœleſte, ſeu beatitudo æterna per me patefit vobis, dum regnum diaboli vinco atque debilito, cœleſtique regni vobis introitum præparo;* ad quod probandum locum illum adducit S. Joannis in Epiſtola 1. dicentis: *In hoc apparuit filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli.*

2. Ioan. 3. 8.

S.Thom. in Matt.

4. S.Thomas per regnum Dei dominium illud intelligit, quod Deus in hominem obtinet; ait enim: *Regnum Dei, id eſt, dominiū Dei in hominibus; oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos ſub pedibus ejus; ſi ergo dæmones jam ſuppeditari incipiunt, jam pervenit in vos regnum & dominium.*

Verſus 21.

Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet.

Cajet.

1. Cajetanus Chriſtum per hanc ſimilitudinem oſtendere voluiſſe ſcribit, quòd quamdiu dæmon inſtar fortis cujuſdam armati regnum hujus mundi cuſtodivit, humanum genus velut atrium quoddam ſine ulla reluctantia aut oppoſitione, quietè & pacificè poſſederit: at verò poſtquam filius Dei ipſo utique fortior ſuperveniens, ipſum meritis & fortitudine ſuâ vicit, tot atrociſſima tormenta, & ignominioſiſſimam Crucis mortem patienter ſuſtinens, omnia ei arma ipſius, id eſt, vitia noſtra quibus munitus erat, (ſicut econtra virtutes arma ſunt Chriſti,) eripuerit, ejuſque ſpolia rapiens, homines ab ejus crudeli ſervitute liberaverit: unde Beda dicit: *Fortem diabolum, atrium verò illius mundum, qui in maligno poſitus eſt, appellat, quouſque ad Salvatoris adventum malè pacato potiebatur imperio, quæ in cordibus infidelium ſine ullâ contradictione quieſcebat.*

Beda in Luc.

2. Lyranus verba illa in ſenſu morali de peccatore obſtinato exponit, qui peccatum adverſus eum, à quo reprehenditur, obſtinatè deſcendit, prouti Saülem adverſus Samuëlem feciſſe novimus, qui tamen nonnunquam per auxilium & gratiam Dei vincitur & ſuperatur: *Aliquando cum Dei adjutorio vincitur, qui auffert arma ſua, id eſt, rationes, quibus defendit peccata, & ſpolia diſtribuit, quando ejus actus & membra ad bonum convertit.*

Lyran. in Luc.

3. S. Bonaventura ex hiſce verbis efficax quoddam Divinitatis Chriſti argumentum deducit, dum hunc ferè in modum diſcurrit: Is, qui fortis eſt, nonnunquam ab eo vincitur, qui minori eſt virtute aut robore præditus; quòdſi igitur adverſus diabolicam potentiam, nulla poteſtas humana prævalere ſufficit, ſed ad illam ſubigendam potentia exigitur cœleſtis: *Ergo qui expellit dæmones, non eſt de terris, ſed de cœlis, non humana, ſed divina poteſtas.*

S.Bon.

4. Toletus per atrium dæmonis ignorantiam intelligit ſive errores, quibus ob defectum notitiæ & agnitionis veri Dei ante Meſſiæ adventum, totus obvolutus erat mundus: *Hoc atrium conabatur diabolus cuſtodire, & conſervare, ne lux cœleſtis intraret.*

Tolet. annot. 50.

5. Didacus Stella exinde aliud quoddam argumentum his verbis efformat, dicens: *Nullus poteſt fortis alicujus armati, ea quæ poſſidet, dirumpere, niſi ſit fortior illo, ſed ego diripio, quæ poſſidebat diabolus, quod patet, quia abſtuli ab eo dæmoniacum, quem poſſidebat;* ergo fortior ſum ego, quàm diabolus.

Did. Stell.

6. Hugo Cardinalis ad ly *Cuſtodit*, ſeſe reflectens, qualiter id intelligendum ſit, ita declarat: *Cuſtodit diabolus ad damnationem atrium ſuum, id eſt, mundum, ſicut lupus cuſtodit ovile ad devorationem.*

Hugo Card.

In

In pace ſunt ea, quæ poſſidet.

Hugo Card. 7. Idem Hugo ait: *Id eſt: omnes peccatores, quia eos non vult inquietare diabolus, quia ſibi favent.* S. Greg. S. Gregorius ait: *Illos pulſare negligit, quos quieto jure poſſidere ſentit;* Hæc autem pax in mortalem illis militiam & prælium cedit. Vel etiam per pacem otium intelligi poteſt: *In pace, id eſt, in otio, quæ mala pax eſt, ſi autem fortior illo, id eſt Chriſtus, de quo Pſalm. 23. Dominus fortis & potens in prælio ſuperveniens, id eſt, de ſupernis veniens. Ioan. 3. Qui de ſurſum venit ſuper omnes eſt.*

Pſ. 23. 8. Ioan. 3. 31.

Verſus 22.

Si autem fortior eo ſuperveniens, vicerit eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuit.

Si autem fortior eo ſuperveniet.

Gloſſa. 1. Gloſſa ait: *Fortiorem ſe vocat, qui non concordi pace & operatione, ſicut calumniabantur, ſed fortiori potentia ipſum ſtravit, mundumque ab ipſius dominio liberavit.* S. Bon. S. Bonaventura quoque quiſnamhic potentior & fortior ſit, his verbis declarat: *Fortior eſt diabolo divina fortitudo, ſcilicet Chriſtus Deus noſter, iſte ſupervenit, id eſt, de ſupernis venit, ſecundùm illud: Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt.* Ioan. 3. 31.

Vicerit eum.

S. Bon. Ierem. 46. 12. 2. Bonaventura victorem hunc Chriſtum fuiſſe dicit: *Qui licèt victus videatur, tamen vicit; id quod à Jeremia clarè prædictum fuit: Fortis impegit in fortem, ambo pariter conciderunt quia Chriſtus corporaliter & viſibiliter, diabolus verò ſempernaliter, totaliter, & irrecuperabiliter.*

Univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat.

Dion. Cart. 3. Dionyſius Carthuſianus per hæc arma, communis inimici noſtri fraudes, dolos, & ſtratagemata, quibus humanum genus ſeducebat, intelligit: *Verſutas ejus fallacias, tentationumque machinamenta fallaciis plena, quibus decipit homines, compeſcet, deteget, ſuperarique faciet ab electis;* id quod Apoſtolis hiſce verbis promiſerat: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* Luc. 10. 14.

S. Bon. Pſ. 106. 16. 4. S. Bonaventura dicit: *Hoc fecit, quando portas infernales confregit, ſecundùm illud: Quia contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit.* Et hæc quidem arma nos ipſi dæmoni ſuppeditamus, per noſtrum in peccatum conſenſum: In cujus probationem idem Seraphicus Doctor, ſequentem adducit Apoſtoli textum: *Non exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato.* Rom. 6. 13. Lucas Burgenſis dicit: *Arma, quibus munit regnum ne pereat, ut ſunt peccandi voluptas, conſuetudo & cætera hujuſmodi retinacula.* Luc. Burg. Vel etiam, ut idem inquit, arma dæmonis ſunt tentationes, machinamenta, quibus adverſum nos prævalet. Albertus Magnus in eadem opinione conſiſtens, optimè obſervat arma iſthæc vaſa appellari apud S. Matthæum: *Hæc dicuntur vaſa Matthæi 12. Quia continent iram Dei, & ſunt arma impugnationis diaboli, quibus expugnat alios;* idque lib. 1. Regum præfiguratum fuiſſe videtur, quando David à Goliath arma ejus abſtulit, ipſiusq; gladio caput ejuſdem detruncavit. Alb. M. in Luc. Matt. 12. 29. 1. Reg. 17. 51.

Spolia ejus diſtribuet.

Gloſſa. 5. Gloſſa ait: *Spolia ſunt animæ ab eo deceptæ, quæ victor Chriſtus diſtribuit, quod eſt inſignium triumphantis, quia captivam ducens captivitatem dedit dona hominibus.*

Dion. Cart. in Luc. 6. Dionyſius Cathuſianus per hæc ſpolia, peccatores intelligit, quos dæmon per tentationes ſuas vicerat, ſibique comparârat atque creatori ſuo ſubtractos dominio ſuo ſubegerat: *Hos Chriſtus per gratiam ſuam redemit, & dæmonibus abſtulit.* S. Bon. Sanctus Bonaventura ait: *Hoc fecit, quando de vaſis contumeliæ fecit vaſa miſericordiæ.*

Alb. M. 7. Albertus M. qualiter Chriſtus hæc arma, in quibus inimicus infernalis fiduciam ſuam collocatam habebat, eidem eripuerit, ſequenti nobis exemplo declarat, dum ait: *Sicut confidebat in Saulo & literatura ſua, quam abſtulit Chriſtus. Act. 9. dicens: Vas electionis erit mihi iſte, ut portet nomen*

Act. 9. 15.

meum, &c. En igitur quale hinc Chriſtus argumentum elicuerit: *Quicunque diripuerit vaſa diaboli, fortior ille eſt, & contrarius illi, ego autem ſic diripio, &c.*

Verſus 23.

Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum diſpergit.

Qui non eſt mecum, contra me eſt.

Alb. M. in Luc.

1. Porrò Chriſtum cum inimico infernali minimè confœderatum fuiſſe Albertus Magnus oſtendit, & hac ratione probat: *Quod non ſit mecum, patet, quia præſentiam meam non ſuſtinet, ſed eſt ſibi tormentum.* Unde

Matt. 8. 29.

Matth. 8. Lamentabantur dæmones, dicentes: *Quid nobis & tibi Jeſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos.*

Beda in Luc.

2. Beda hanc Chriſtum inter & dæmonem unionem eſſe nequaquam poſſe, aliis rationibus hoc modo probat: *Ille cupit animas hominum tenere captivas, Dominus liberare; ille prædicat idola, hic unius Dei notitiam; ille trahit ad vitia, hic ad virtutem revocat.* Unde nullam inter utrumque correſpondentiã eſſe poſſe, evidenter conſequitur: *Quomodo ergo poſſunt habere concordiam inter ſe, quorum opera diverſa ſunt?* Qui idem diſcurſus totus quoque in S. Hieronymo reperitur.

Lyran. in Matt.

3. Lyranus per aliam rationem idipſum convincit, dicit enim; voluntas ejus, qui alteri obedit, conformis ſemper eſt voluntati illius cui obedit, ſi non intentione ſaltem in executione; quodſi igitur Chriſtus opera & virtute dæmonis miracula operatus fuiſſet, ipſum utiquè in operibus ſuis ei conſenſiſſe manifeſtè ſequeretur, quòd tamen manifeſtè falſum eſſe conſtat: *Quia facta Chriſti & doctrina, erant ad retrahendum homines à peccatis; facta autem dæmonis ſunt ad diſtrahendum homines per peccatum.*

Et qui non colligit mecum, diſpergit.

Dion. Cart. in Luc.

4. Dionyſius Carthuſianus ait: *Hoc eſt, homines ad Deum creatorem non reducit, nec virtutibus unit, prout poteſt, & obligatur, videlicet orando, docendo, ſeu exemplariter converſando; diſpergit, id eſt, à Deo avertit, atque erroribus ſe atque alios, quantum eſt in ſe implicat.*

Verſus 24.

Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa quærens requiem, & non inveniens dicit: Revertar in domum meam unde exivi

Cùm immundus ſpiritus exierit ab homine.

Beda in Luc.

1. Beda verba hæc de cordibus à cogitationibus & phantaſmatibus obſcænis expurgatis exponit, dicens: *Id eſt, corda fidelium, quæ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata ſint, callidus inſidiator exploret, ſi quos ibi fortè ſuæ nequitiæ greſſus figere poſſit.* Lyranus pariter per hunc immundum ſpiritum ab homine exeuntem, appetitum carnalem pœnitentia mediante repreſſum intelligit, *Id eſt: peccati carnalis appetitus exierit per virtutem pœnitentiæ* Appellatur autem *ſpiritus immundus*, non quod carnalem aliquam labem contrahere poſſit, cùm ſit purus & merus ſpiritus, ſed propter peccati turpitudinem atque immunditiam, qua quamlibet animam coinquinare ſatatagit.

Lyran. in Luc.

Ambulat per loca inaquoſa.

2. Sacra Scriptura nobis dæmonem velut in continuo motu poſitum deſcribit, ſiquidem ut plurimum hac phraſi uti ſolet: *Circuit*, unde idipſum ab eo impii diſcunt, de quibus dicitur: *In circuitu impii ambulant.* Pſ. 11. 9. Job. 1. *Circuivi terram & perambulavi eam.* Iob. 1. 7. 1. Pet. 5. *Circuit, quærens quem devoret;* 1. Pet. 5. 8. *immundorum ſpirituum eſt ambulare in circuitu, quia ſemper declinant ab itinere recto, longiſſimè enim diſtat à recto circuitu.*

Did. Stell.

3. Didacus Stella diſcurſum hunc, qui à præcedenti omnino diverſus eſt, non ad Phariſæos, nec ad populum aut turbas habitum fuiſſe dicit: *Sed quantum exiſtimo fuerunt dicta homini illi, à quo dæmonium exierat, ut deinceps ad melius vitæ inſtitutum rediret, & à peccatis caveret, ne iterum in vomitum incideret.*

Did. Stell.

4. Obſervat quoque idem Author, dæmonem

monem nequaquam quocunque ſibi libitum eſt eundi habere poteſtatem : *Obſerva quod dæmon expulſus à corpore, non habet poteſtatem eundi quo ipſe voluerit, ſed quo mittitur.*

Alb. M. in Luc. 5. Albertus Magnus dicit : *Loca inaquoſa, id eſt, à vitiis & concupiſcentiæ humore arida.*

S. Bon. S. Bonaventura per loca inaquoſa illas intelligit animas, in quibus locum non habet carnalis concupiſcentia : *Propterea Virgo Maria, quæ extinctam habuit omninò concupiſcentiam dicitur petra deſerti : Non autem requieſcit diabolus, niſi in illis, in quibus invenit defluxus concupiſcentiarum, quos quia non poteſt reperire in ſanctis viris afflictis, & maceratis, ideò in eis non requieſcit, ſed fugit.*

Quærens requiem, & non invenit.

Alb. M. 6. Per hanc quietem Albertus Magnus permanentiam in peccato intelligit : *Requiem manſionem per peccati conſenſum & obſtinationem, ſicut* Geneſ. *8. Corvus requievit in cadavere.*

Gen. 8. 7

Tolet. 7. Toletus per hanc inquietudinem diſplicentiam intelligit, quam dæmon concipit, dum ſe animabus nocere non poſſe videt : *Quia ſtudium ac cibus ejus ac deſiderium eſt nocere hominibus, ubi igitur non invenit, cui noceat, requiem non habet.* Lucas Burgenſis ſimilem habet expoſitionem, dum ait : *Quia tamdiu ſibi diſplicet, animoque torquetur ac diſcruciatur, quamdiu extra homines habitat, nec illos infeſtat.*

Luc. Burg.

Beda. 8. Beda infernalem hunc ſpiritum nullum in cordibus & mentibus puris & caſtis aditum invenire dicit : *Benè dicitur*, inquit : *Quærens requiem & non inveniens, quia caſtas mentes effugiens, in ſolo diabolus corde pravorum gratam ſibi poteſt invenire quietem ;* *Iob. 40. 16.* *Unde de illo Dominus : Sub umbra dormit in ſecreto calami, & locis humentibus* ; ubi per umbram ad conſcientias obſcuras alludit, *Rom. 13. 12.* id eſt, peccatis, quæ *opera tenebrarum* appellantur, commaculatas : calamus autem, qui deforis ſplendet, cùm tamen intus vacuus exiſtat, fictio & hypocriſis intelligitur ; loca denique humida & inaquoſa laſcivos & carnales homines denotant, in quibus omnibus dæmon ædificat.

* *Revertar in domum meam, unde exivi.*

9. Toletus ex his verbis acutè arguit, quantùm ſibi dæmon quoad eos, qui ſemel ab eo ſubjugati fuerunt, promittere auſit : *Perpende conatum & ſtudium dæmonis ad nocendum hominibus, & quantùm ſibi promittat in eos, quos ſemel ſubjecit.* *Tolet. ibid.*

10. Quoad ſenſum verò literalem videatur S. Hieronymus in Feria IV. poſt Dom. I. Quadrag. ſub verſu 45. ubi etiam in eodem Evangelio ſub verſu 44. multi horum verborum ſenſus tanguntur. *S. Hier.*

11. Beda dicit : *Timendus eſt ipſe verſiculus, non exponendus, ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per injuriâ nos vacantes opprimat,* in hoc enim maximè arduo ſalutis noſtræ negotio ſemper nobis timendum eſt & trepidandum, quia niſi cauti ſimus, ad relapſum valde faciles ſumus. Albertus Magnus ait : *Reverſione nequitiæ iniquitatis.* 2. Petri 2. *Canis reverſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti.* *Beda in Luc.* *Alb. M. in Luc.* *2. Pet. 2. 22.*

12. Didacus Stella, ly *domum meam* obſervat, dicens : *Suam vocat domum, non quidem per creationem, quia ſolius Dei eſt, ſed per poſſeſſionem : Aſpice ô homo, quòd cùm in peccatum præceps tendis, viliſſimo & alieno Domino tui ipſius imperium tribuis* : Neque enim diabolus ſe in aliam domum ire velle dicit, quia ei videbatur, quod in ea domo, unde exierat, portæ ſibi paterent, ad rehabendum in eam denuò aditum : *Nam peccatorum experientia & fallacitas facit, ut homines omninò depoſito timore iterum ad peccata revertantur* : Portæ enim ſemper tenentur apertæ, quia ſenſus ſuos minimè cuſtodiunt, neque præcedentium peccatorum occaſiones è medio tollunt ; ac proinde valde nobis advertendum eſt, ne ex eo, quòd dæmon à nobis receſſerit, ſeu quòd peccatum confeſſi fuerimus, ſecuri nimium evadamus, quin potius operæ pretium eſt, ut portas ipſi omnemque viam præcludamus, ne ad nos denuò redire poſſit, idque conſequemur, ſi à nobis præteritorum peccatorum occaſiones & pericula ſubmoveamus. *Did. Stell.*

Verſus

Verſus 25.

Et cùm venerit, invenit eam ſcopis mundatam, & ornatam.

Tolet. 1. Toletus Chriſtum hiſce verbis dicere voluiſſe ſcribit, quòd dæmon animam ad ſe denuò recipiendum optimè deprehendat eſſe diſpoſitam & præparatam: *Præparatam ſuæ habitationi, nempe virtutibus ac donis Spiritûs ſancti carentem, vitiisque incumbentem abſque ulla emendatione.* Syriaca legit: *Scopatam & paratam*; Græcus verò: *Vacuam*; Etenim hic propriè eſt ornatus & apparatus dæmoni gratiſſimus, ſi nimirum homo otio & pigritiæ deditus exiſtat, animaque virtutibus omnibusque aliis operibus bonis ſit deſtituta: Tametſi enim verum ſit, quòd ipſe immundus appelletur: *Cùm immundus ſpiritus*; attamen domus ornata, ſcopata, & polita ſummopere ipſi placet; At verò ſordes & immunditiæ, in quibus ſibi maximè complacet, ſunt nonnunquam ornatus prophani, pompæ & faſtus, utpote quæ communiter ſecum ſubinferunt ſuperbiam, arrogantiam, otium, acediam, ſeu rerum divinarum faſtidium & nauſeam, voluptates, & omnia alia vitia.

S. Bern. ſerm. 2. de Aſſumpt. 2. S. Bernardus aliam quandam interpretationem adducit, dicens: *Quid eſt aliud, quàm fictio execranda, ſi peccata ſuperficie tenus radas, non intrinſecus eradices*: Scopa etenim non mundat, niſi ſolum in ſuperficie; non ſufficit malos habitus ſecundùm exteriorem apparentiam ſubmovere, niſi etiam intrinſecus eradicentur: *Certus eſto quoniam pullulabit uberius, & emundatam, ſed vacantem domum cum nequioribus ſeptem, qui ejectus fuerat, hoſtis malignus intrabit.*

Didac. Stell. 3. Didacus Stella ſimiliter dicit ſcopas, non lutum aut ceram pavimento tenaciter adfixam tollere, ſed ad illius ſublationem ſolidiori & fortiori inſtrumento opus eſſe, hancque ſimilitudinem ad mortalitatem applicans, dicit, quòd una ex præcipuis cauſis, cur tantâ cum facilitate in peccata hactenus confeſſa, & deteſtata denuò relabamur, ſit mala conſuetudo: *Conſuetudo antiqua peccandi, quæ ita fixius & tenacius animæ inhæret, ut etiamſi ſcopis mundes tuæ animæ peccata, & illa fatearis; tamen mala & antiqua conſuetudo efficiet, ut ipſe dæmon iterum animam poſſideat.*

Luc. Burg. in Matt. 4. Lucas Burgenſis per hanc vanitatem gratiæ & amicitiæ Dei ab anima ablationem intelligit, unde dicit: *Vacuam, id eſt, Dei gratia deſtitutam, quia vacui ſunt ſpiritu Dei, ii ad recipiendum diabolum parati ſunt, cujus ſummæ delitiæ ſunt inanitas illa, quæ divinæ gratiæ neglectum ſequitur.*

Hugo Card. in cap. 22. Mat. 5. Hugo Cardinalis ſuper Matthæum, qui, ut diximus, eandem hiſtoriam deſcribit, dicit: *Nolite ſtare otioſi, quia ad domum vacantem, unde exivit, diabolus revertitur, & habitat cum ſeptem ſpiritibus nequioribus.* Didacus Stella idipſum conſiderans, quod ſcilicet S. Matthæus dicat, *invenit eam vacantem*, hanc nobis doctrinam proponit, dicens: *Hoc otium audaciam dæmoni tribuit ut redeat in domum, quam reliquerat.* Sæpe enim multis contingit, quod factâ confeſſione, dum à confriſtari pedibus receſſerunt, ſe in culmine gratiæ, & in ſtatu, in quo amplius relabi nequeant poſitos exiſtiment: *Et propter otium & parvam curam, quam adhibet ergà ſalutem animæ, dæmon ſtatim revertitur, ideò Apoſtolus monet: Nolite locum dare diabolo; illi dat locum, qui non alicui rei ſtudioſè intentus eſt, nam in anima, aliquibus ſanctis exercitiis implicita, dæmon nullum habet locum.*

Didac. Stell. Matth. 12. 44. Epheſ. 4. 27.

6. Beda per hanc munditiam, Baptiſmum intelligit, cui tamen Chriſtianus per opera bona correſpondere minimè ſatagit: *Hoc eſt gratia baptiſmatis à peccatorum labe caſtigatam, ſed nulla boni operis induſtria cumulatam.*

Beda in Luc.

Verſus 26.

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi, & ſicut noviſſima hominis illius pejora prioribus.

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe.

1. Poſtquam Phariſæi Chriſtum calumniati fuiſſent, quaſi per ſecretam cum Lucifero intelligendam, dæmonem ab obſeſſis cor-

corpotibus pelleret, mox Chriſtus ſe ab hac calumnioſa imputatione expurgavit. Unde Lucas Burgenſis ait: *Dat intelligendum Salvator tantùm abeſſe, ut ipſe ope dæmonis, dæmonem expellat, ut ingenio prorſus contrario nihil æquè deſideret dæmon atquè homines occupare, uſque adeò, ut ſi ex quo ejectus ſit, modis omnibus redire ſtudeat, ut ſeptem potius alios ſecum inferat, quàm ut iterum expulſionis periculo verſetur.*

Luc. Burg.

2. Beda per ſeptenarium hunc dæmonum numerum, ſeptem, imò omnia vitia & peccata intelligit, quorum vitiorum exceſſum Salvator *Nequitiorem eſſe* dicit, *quia non ſolùm habebit illa ſeptem vitia, quæ ſeptem ſpiritualibus ſunt contraria virtutibus, ſed etiam per hypocriſim, ipſas ſe virtutes habere ſimulabit.* S. Bonaventura idem fictionis punctum his verbis tangit, dum ait: *Sunt ſeptem ſimulationes, quæ virtutes eſſe ſe ſimulant, & mentiuntur, qui ideo ſunt nequiores vitiis apertis, quia majorem habent malitiæ perverſitatem*; adducitque quandam S. Auguſtini ſententiam, dicentis: *Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas.*

Beda.

S. Bon.

Et ingreſſi habitant ibi, & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.

3. Valde conſiderabilis eſt dictio illa, *habitant*, quia permanentiam denotat & ſtabilitatem. Enimverò quando inimicus infernalis animam aliquam præ manibus habet, quam antea amiſerat, eam adeò ſtrictè ſub ſuo jugo retinere ſtudet, ut evadere nequeat, efficit enim, ut incatenetur, magisque quotidie habituetur in peccato. Unde Albertus Magnus ait: *Habitant ibi morando per conſuetudinem.*

Alb. M. in Luc.

4. Dionyſius Carthuſianus verba hæc de recidivis intelligenda eſſe ſcribit: *Moraliter explanantur de quolibet homine recidivante, fiunt noviſſima illius pejora prioribus, vulnera enim repetita ſunt periculoſiora tam in corpore, quam in anima.* S. Auguſtinus occaſione horumverborum, miſeram illorum deplorat conditionem, qui relicto ſemel mundo ad eundem denuò reverſuntur: *Significat Chriſtus quoſdam ita crediturus, ut ferre non poſſint labores continentiæ, & ad ſæculum redituri ſunt.* De hiſce in Epiſtola quadam ita ſcribit: *Simpliciter fateor coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo Deo ſervire cepi, quomodo difficile ſum expertus meliores, quàm qui in monaſteriis profecerunt, ita non ſum expertus pejores, quam qui in monaſteriis ceciderunt.*

Dion. Cart.

S. Aug. l. 1. qq. Evang. c. 8.

Epiſt. 135

5. Tertullianus de recidivis ita ſcribit: *Pœnitens dum in priſtina peccata relabitur, eaque quaſi canis vomitum relambit, diabolum Domino præponit.*

Tertull. lib. de pœnit.

6. Lyranus aliam quandam tangit circumſtantiam, ex qua culpa hac aggravatus, dicens: *Quia propter ingratitudinem doni pœnitentiæ præcedentis, aggravatur peccatum.*

Lyran.

7. Chryſoſtomus quoque iper efficacia quædam & intelligibilia motiva, nec per ſimilitudines quaſdam, nos, ne facilè in priſtina relabamur peccata, his verbis admonet: *Noli peccare poſt veniam, noli vulnerari poſt curam, noli ſolidari poſt gratiam; cogita graviorem culpam eſſe poſt veniam, renovatum vulnus pejus poſt curam, moleſtius hominem ſordidari poſt gratiam.* Quot ſunt vulnera, quæ facta ſunt lethifera & irremediabilia, quia obducta cicatrix denuò ſauciata fuit? Quantò periculoſior eſt voluntarius in infirmitatē relapſus ea infirmitate qua ante fuit obnoxius! Hac eadem ſimilitudine utitur S. Cyrillus Alexandrinus, dum ait: *Quin imò relapſus in ægritudinem periculoſior eſſe ſolet, & exitio propior, quàm prior ille languor*; ille namque naturam invenit ex præcedentis mali violentia dejectam & depreſſam adeò, ut nec quicquam valeat reſiſtere: *Haud ſecus fruſtra pœnitentiæ medicamentum ſumitur, ſi poſt eam peractam ad præteritæ vitæ ſordes reditur.* Hoc eodem monito cœleſtis protomedicus Salvator noſter paralyticum illum præmunivit, poſtquam illum jam ſanaverat à paralyſi animæ & corporis: *Noli*, inquit, *amplius peccare, ne deterius tibi amplius contingat.* Et ideo magnus ille ſpiritualis vitæ magiſter S. Bernardus tantopere omnibus, qui per pœnitentiam reſipuerunt, ſtabilitatem & firmitudinem in amicitia & gratia Dei commendat, ne ad vomitum denuò fiat regreſſus: *Timeas quidem pro accepta gratia ampliùs pro amiſſa, longè plus prò recuperata*; Et quidem ut utiliſſimum hocce monitum tantò nobis firmius imprimat, efficaciusque perſuadeat, paulò poſt ſubdit: *Iam ſi gratia propitiata redierit, multò magis tunc timendum, ne fortè contingat recidivum pati, juxta illud: Iam amplius noli peccare, ne dete-*

S. Cyrill. Alex. lib. 5. in Iona. c. 17.

Ioan. 5. 14.

S. Bern. ſer. 54. in Cant.

Ioan. 8. 14.

deterius tibi contingat, audis reincidere, quàm incidere deterius? Proinde invaleſcente periculo, invaleſcat & metus.

Verſus 27.

Factum eſt autem, cùm hæc diceret: Extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.

Factum eſt autem, cùm hæc diceret.

1. Valde conſiderabilis eſt illa temporis circumſtantia, in qua Spiritus ſanctus hujuſce mulieris linguam in Chriſti laudes ſeſe exſerere fecit, nimirum tunc quando paulò ante in totius populi conſpectu tanquam Magus, qui cum dæmonibus communicarat, proclamatus fuit: *In Beëlzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia;* Ecce tibi, quàm ſit divina providentia in reparando dilectiſſimorum amicorum ſuorum læſo honore, inque illis ab invidia, odio, perverſorumque calumniis defendendis ſollicita, zeloſa, & provida.

Did. Stell. in Luc. 2. Didacus Stella ait: *Non eſt dubium, niſi quod audientes hæc Phariſæi cruciabantur, ſolet Dominus invidos alieni boni torquere, augendo eis bona, quibus invident*: Neque enim Deus Phariſaicam hanc invidiam ſolùm per patrata miracula, nec non per ſupplicorum prædictionem torquere, verum inſuper Chriſti laudes & gloriam cum totius populi applauſu, per ſanctam hanc mulierem exaltare voluit.

Tolet. 3. Toletus obſervat, quòd *Efficax iſte & copioſus Chriſti ſermo, nullum fecit fructum in calumniatoribus Phariſæis ac Scribis, ſed in una quadam muliere, & quidem de media plebe, in illorum confuſionem & damnationem.*

Extollens vocem.

S. Bon. 4. S. Bonaventura genoroſum virilemq; hujus mulieris animum magnopere admiratur, utpote quæ divinitatem Chriſti, ejuſque ſacratiſſimam humanitatem in conſpectu Phariſæorum, qui adverſus eum conjuraverant, publicè laudare non dubitavit: *Virilitas notatur in hoc, quòd* vocem extollebat, ſecundùm illud: *Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Ieruſalem: Ex quo apparet* (inquit paulò poſt) *quòd laudator divini nominis non debet eſſe timidus ut laudare non audeat, nec timidus, ut laudare erubeſcat.* *Iſa. 40. 9.* At idem quoque propoſitum optimè nobis inſervit dictum illud Theophylacti, ſuper illa verba Joan. 7. v. 37. *Stabat & clamabat: Si quis ſitit, &c. Clamavit Jeſus, ut libertatem ſuam in dicendo manifeſtaret, quòd nullum metueret.* *Ioan. 7. v. 37.* S. Bernardus quoque ad Eugenium Papam ita loquitur: *Hanc velim generalem conſtituas regulam, ut omnem qui palam veretur dicere, quod in aure locutus eſt, ſuſpectum habeas.* *S. Bern. lib. 4. de Conſid.* Hanc quoque mulieris illius libertatem in dicendo Beda admiratur, dicens: *Tanta ejus incarnationem ſynceritate cognoſcit, tanta fiducia profitetur, ut & præſentium procerum calumniam, & furorum confundat hæreticorum perfidiam.* *Beda in Luc.*

5. Toletus quoque mulierem hanc omnes exuiſſe humanos reſpectus obſervat: *Non erubuit, nec timuit palam, & alta voce inter medios calumniatores, qui ab omnibus magnificabant, & Doctores habebantur, vocem extollere, & Chriſtum mirificè laudare.* *Tolet.* Quando etenim fides vitia in Chriſtum in nobis urgere incipit, huicq; ſimul ardens in illum amor conjungitur, omnis reſpectus & intereſſe mundanum calcatur, & os noſtrum etiam cum mortificatione noſtra in veritatis obſequium aperitur. Unde advertendum eſt, quòd regius Propheta David primò præmittit hoc verbum *Credidi* & ſtatim ſubjungit: *Propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis.* *Pſ. 115. 10.* Interlinearis inquit: *Magna fiducia inter blaſphemos confiteri Dei filium.* *Interl.*

Quædam mulier.

6. Albertus Magnus refert, nonnullos opinari mulierem hanc ancillam fuiſſe S. Marthæ Chriſti hoſpitæ, eamque Stellam fuiſſe appellatam, & poſt mortem & reſurrectionem Salvatoris una cum ſanctis Maria Magdalena, Lazaro, Martha, & Maximino mari impoſitam, trajeciſſe Marſiliam: *Cujus nomen ſignificat illuminationem radioſam cognitionis ipſius: Hæc etiam fuit una deſtellis, quæ-* *Alb. M.*

Iud.5. 20. *quæ ſicut dicitur*, Judic. 5. *contra Siſaram pugnaverunt, qui Phariſæos commovit in blaſphemiam, hoc eſt, contra diabolum.*

Lyran. 7. Lyranus ab Alberto quoad mulieris hujus nomen, non verò quoad perſonam diſſentit: *Iſta à ſanctis Doctoribus dicitur fuiſſe S. Marcella, famula beatæ Marthæ ſororis Lazari.*

Alb. M. 8. Albertus Magnus mulieris illius conſiderat ſexum, cæteroquin debilem: *Cùm eſſet fragilis ſexu, terrore blaſphemantium non eſt perterrita*; adducitque authoritatem S.

S. Ambr. Ambroſii, dicentis: *Quanto infirmius vaſculum, quod reportat ex hoſte triumphum, tanto majori opprobrio diabolus induitur, tanto dux militiæ noſtræ Chriſtus jucundius impugnantibus ſuis delectatur.* Judith. 14. *Una mulier*

Iudith. 14. 16. *Hebræa fecit confuſionem in domo Nabuchodonoſor Regis.*

S. Bon. 9. S. Bonaventura ad verba illa S. Lucæ: *Quædam mulier de turba, ſe reflectit, dicens*: *Notatur conditio in perſona laudante: Modicitas, quòd quædam mulier nominata, nec no-*

Pſ. 73. 21. *bilis, ſed de turba, ut impleretur illud*: *Pauper & inops laudabunt nomen tuum*; demum verò Seraphicus Doctor diſcurſum ſuum in hujus devotæ mulieris laudem dirigit, eique

Eccl. 26. 24. dicit: *In te verificatum eſt illud*: *Fundamenta æterna ſupra petram ſolidam, ſic mandata*

Alb. M. *Dei in corde mulieris ſanctæ.* Albertus Magnus dictionem hanc *Quædam*, hac Gloſſa expendit: *Quædam dignitate ſingularis, quamvis conditione humilis.* Porrò de muto & ſurdo, qui à Salvatore miraculosè ſanatus fuerat, non conſtat, quòd vel verbum in gratiarum actionem, vel in Chriſti laudem, vel in ejus ab impacta calumnia excuſationem, vel defenſionem locutus fuerit, tametſi is ſummus ejus fuerit benefactor; & ecce paupercula quædam ancilla, è denſiſſima hac turba proſilit in medium, ut Dei innocentiam juſtificet, eamque à tot in eandem impio ore prolatis calumniis redimat; at verò dicat aliquis, cur ad filium Dei à falſis hiſce calumniis eximendum Deus non excitavit linguam unius ex famoſiſſimis totius Hebraiſmi oratoribus? Cur hoc fine non eſt uſus Nathanaële legis Doctore, vel Nicodemo eximiæ authoritatis viro, vel S. Joanne Apoſtolo & ſublimi Theologo? Cur os pauperis cujuſdam mulierculæ, imò ancillæ

1. Cor. 1. 27. in hanc rem adhibere voluit; *Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia*, ut Philoſophos, Oratores, & totius univerſi Imperatores & Monarchas convinceret, & ad fidem perduceret, pauperibus & egenis uſus eſt piſcatoribus: ut Pharaonis & Ægyptiorum faſtum arrogantiamque reprimeret, adhibere voluit ranas zyniphes, muſcas: *Ecce quales inſtruxit acies*, inquit Rupertus Abbas Tuitienſis, *ex hujuſmodi cohortibus contra fortes Ægyptios compoſuit acies*; præterquam quòd ſimplex hæc mulierecula in perhibitione teſtimonii de ejus incarnatione minus ſuſpecta eſſe poterat; ſiquidem *cum ſimplicibus ſermocinatio ejus*, ſatis enim evidens erat, eam id non à ſe, ſed ex ſpeciali cœli inſpiratione eloqui.

Rup. Ab. lib. 2. in Exod. c. 38.

Prov. 3. 32.

10. Neque Apoſtolis & diſcipulis ejus animus ſufficiens erat ad Magiſtrum ſuum ab hac calumnia liberandum, ideo mulier hæc vice ipſorum in medium prodiit. Meritò ſancta mater Eccleſia de hoc ſexu ita canit: *Pro devoto fœmineo ſexu*, veriſſimum namque eſt, quòd devotio huic ſexui propriiſſima ſit & velut innata, ſicut & amor erga Deum. Magnanimæ fuerunt, generoſæque mulieres, quæ ipſum in Paſſione ejus ſecutæ ſunt, imò quæ & eidem in Cruce pendenti fideliter aſtiterunt, cùm tamen de Apoſtolis Evangelium dicat: *Omnes relicto eo fugerunt.* S. Hieronymus ipſorum ad pulchrum uſque conſtantiam & perſeverantiã conſiderans, dicit: *Ut erubeſcant viri non quærere, quem tam fragilis ſexus invenerat.*

Mat. 26. 56. *S. Hier. in Prol. Sophon.*

11. Beda in homilia, quam per anni circulum ad matutinum perſæpe legimus, hanc mulierem Eccleſiæ typum fuiſſe oſtendit: *Extollamus*, inquit, *vocem cum Eccleſia Catholica, cujus hæc mulier typum geſſit; magnæ devotionis & fidei hæc mulier fuiſſe oſtenditur, quæ Scribis & Phariſæis Dominum tentantibus ſimul & blaſphemantibus, tanto ejus incarnationem præ omnibus ſinceritate agnoſcit, tanta fiducia confitetur, ut & præſentium procerum calumniam & futurorum confundat hæreticorum perfidiam.*

Beda.

De turba dixit illi.

12. Porrò experientia ex Evangelii lectura clarè ſatis demonſtrat, turbam & plebejos ad Chriſti ſequelam magis inclinatos fuiſſe, quàm primates, majorique fuiſſe fide & devotione ardentes, id quod ipſimet primates teſtantur, dum ita interrogant: *Nunquid aliquis*

Ioan. 7. v. 48.

quis ex principibus credidit in eum? Sed turba hæc, qui enim in hoc minori felicitate gaudent, qui minus aliis ſunt honoribus conſpicui, hi vel maximè Chriſti ſequelæ & imitationi ſe conſecrant.

Alb.M. 13. Albertus magnus notat verbum illud: *Dixit illi*: & dicit: *Coripſius intentum erat ad ipſum, & blaſpemantes prophanos reputabat, & qui indigni eſſent allocutione ipſius: Et ideò non eis, ſed Chriſto dixit audientibus tamen illis, ut confunderentur.* Pſal. 34. *Induantur confuſione & reverentiâ, qui maligna loquuntur ſuper me.*

Pſ.34. 26.

Beatus venter, qui te portavit, &c.

14. Enimvero mulier iſthæc Salvatorem noſtrum à calumniis ei impoſitis juſtificare & defendere volens, operæ pretium factura videri potuiſſet, ſi Phariſæis calumniarum ſuarum falſitatem, gravitatemque blaſphemiarum ipſorum ob oculos poſuiſſet, impietatemque & ſacrilegium ipſorum acriter exprobrâſſet; id tamen nequaquam fecit, ſed loco hujus ex prudentiſſimo conſilio, ſe ad humanitatem & divinitatem Chriſti laudandam accinxit; hoc enim faciens, ſimul & eodem tempore pro Chriſti juſtificatione manifeſtum perhibeat teſtimonium, ſuumque oſtendebat pluſquam virile judicium & ſapientiam non aggrediendo officium aliquòd ſexui, conditioni, & profeſſioni ſuæ adeò improprium, quale erat, corrigere, docere, Doctores & ſynagogæ ſuprema capita confutare; ſuam quoque in eo prudentiam probavit, dum ignem odii & invidiæ, quo erga Salvatorem exardeſcebant, & ſtimulabantur, magis adaugere noluit: Inſuper quia illos ex tali reprehenſione parum profecturos cognovit, multam ſe merituram ſuoque ſe zelo ſatisfacturam eſſe exiſtimavit, ſi ita filium Dei ab objectis ei calumniis juſtificaret, ut Phariſæos injuriando, aut exaſperando, charitatem non læderet.

15. Porrò de Virginis Matris utero in ſacris Canticis prædictum fuit: *Emiſſiones tuæ Paradiſus*, non ſolùm quia in eo Verbum æternum, quòd objectum eſt beatificæ viſionis, opera Spiritus ſancti incarnatum fuit, verùm etiam quia ibidem in beata Chriſti infantis anima per novem menſium decurſum recluſa fuit cœleſtis paradiſi beatitudo & gloria; adeò ut de ſacratiſſimo Virginis utero, cœlum in eo empyreum latuiſſe, dici poſſit; imo de eodem utero canit ſancta mater Eccleſia: *Quem cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti*: denique omnis gratia, quæ ſemen eſt & pignus gloriæ, omnia Redemptoris merita, quæ adæquatum ſunt beatitudinis æternæ pretium, in ſacroſanctohoc ærario fuêre depoſita. Unde S. Bernardinus Marianæ gloriæ cumulum hiſce verbis admiratur: *Ut intra Trinitatis gloriam ipſa ſola ſit evecta, ut plus beatiſſimæ Trinitatis diligat gloriam, capiat, ſentiat, & fruatur, quàm omnis alia pura creatura ſimul ſumpta, de cujus gloria poſt filium participant univerſi.*

Cant.4. 13.

S. Bernardin. Sen.tr.1. ſer. 61. art.1.c.3

16. Porrò Toletus cauſam nobis declarat, cur ſolius matris mulier illa mentionem fecerit: *Inſinuabat enim Spiritus ſanctus per mulierem, hanc Chriſtum per carnem, ratione cujus portabatur in ventre, & lactabat ubera, non habuiſſe Patrem, ſed Matrem ſolam*: Chriſtum quidem beatum eſſe expreſsè & directè non dixit, ſe verba à ſe prolata ad genitricem ejus direxit: *Sic enim Chriſtum magis laudabat, quæ talem ac tantum prædicabat, ut matrem efficeret beatam. Perpende, quàm oppoſita & contraria calumniatoribus mulier iſta profert verba.*

Toletus.

Verſus 28.

At ille dixit: Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud.

At ille dixit: Beati qui audiunt verbum Dei.

1. Toletus Titi Boſtrenſis adducens authoritatem, myſticam valdeque opportunam hanc Chriſti reſponſionem fuiſſe dicit: *Nempe quando multi erant, qui eum non ſolùm audiebant, ſed etiam eos qui audiebant, arguebant in jus vocabant & damnabant*: Phariſæis contemptum divini verbi, quem admiſerant, improperare, ſimulque ex altera parte ejuſdem divini verbi ſedulos auſcultatores conſolari volebant. Cajetanus ait: *Hoc eſt, curam habent verbi Dei, ne invanum audierint, ſed in corde, ore, & in opere ſervaretur.*

Tolet.

Cajet. in Luc.

2. Gloſſa

Colſſa 2. Gloſſa ſenſum, quem filius Mariæ erga eam tantopere venerabundus in horum verborum prolatione habuit, declarat, dum ait: *Quaſi dicat: Non ſolùm laudanda Maria, quia verbum Dei portavit in utero, ſed maximè beata eſt, quia præcepta Dei ſervavit in*

Alb. M. *opere.* Albertus Magnus in hujus textûs expoſitione hanc propoſitionem habet: *Chriſtum beata Virgo corporaliter non genuiſſet, niſi priùs verbum aure cordis concepiſſet, & cuſtodiviſſet, quaſi geſtans ipſum in cordis utero.*

Dion. Cart. ib. 3. Dionyſius Carthuſianus ait: *Chriſtus his verbis conceptum ſui ſpiritualem prætulit: conceptui corporali, ita ut nec virgini gloriosæ profuerit ad ſalutem, eſſe carnalem filii Dei matrem, niſi & verè devota fuiſſet, & Chriſtum in mente ſpiritualiter concepiſſet.* Unde hanc elicit doctrinam moralem. *Unde & nos de aliorum quorumlibet propinquorum ſanctitate non præſumamus, quòd profit nobis, niſi illorum virtutes ſectari curemus.* Porrò celebris eſt illa S. Auguſtini authoritas, dicentis: *Materna propinquitas nil Mariæ profuiſſet, niſi feliciùs Chriſtum corde, quàm carne geſtâſſet;*

S. Aug. lib. de S. Virgin. c. 3. & tr. 10 in Ioan. *beatior ergò Maria percipiendo fidem Chriſti, quàm concipiendo carnem Chriſti.*

4. Chriſtus utique prædictis verbis ſeu reſponſione ſuâ ſe nequaquam laudibus & gloriæ Virginis contrarium eſſe, indicare voluit, quin potiùs occaſionem hinc ſumpſit, eorum commendandi & extollendi merita, qui in Dei verbo auſcultando aſſidui exiſtunt, ſuamque pariter exhibere humilitatē & modeſtiam, ex laudibus ſibi attributis non evaneſcendo, ſed ea ſe minimi facere demonſtrando.

S. Hilar in c. 4. Matt. 5. S. Hilarius prædicatoribus Evangelicis hocce præconium attribuit: *Æternitatis velut ſatores, immortalitatem omnibus hominibus, quibus eorum ſermo aſperſus fuerit, conferentes.*

Iacobi 1. v. 21. S. Jacobus Apoſtolus de verbo Dei dicit: *Suſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras.* Verum quidem eſt, quòd immediatè ſubjungit: *Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm.* Ipſiſſimum

Ioan. 5. v. 24. Dei incarnatum verbum, Joan. cap. 5. verbis & æternæ veritatis promiſſionibus ſe declarat, dicens: *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, habet vitam æternam;* equidem ſi talem ſuo tempore vitam æternam habituram eſſe dixiſſet, verborum illorum intelligentia utique facilis fuiſſet; at verò quanam ratione illi de præſenti & actualiter vitam æternam habere ſalva veritate dici poterunt? S. Bonaventura ait: *Habent in ſpe vitam æternam;* ſiquidem pignus vitæ æternæ actualiter poſſident, quia *vivunt in præſenti vita gratiæ;* quiſquis enim verbum Dei libenter auſcultat, illudque in effectum ponendo conſervat, ſecurus eſt, quòd divinam gratiam minimè perdet, utpote quæ nonniſi per culpam amitti valet; & ideò David ſecurè dicebat: *In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

S. Bon. ib. in Ioan. 5.

Pſ. 118. v. 11.

Et cuſtodiunt illud.

6. Cajetans optimè hoc loco nos monet, non vocari hic beatos illos, qui verbum Dei ſolùm auſcultant, ſed addit: *& cuſtodiunt;* idque non in tempore præterito, ſed per verbum præſentis temporis enuntiat: *Non dicit, qui audierunt & cuſtodierunt, ſed qui audiunt & cuſtodiunt, ut intelligamus ſolos perſeverantes audiendo & cuſtodiendo eſſe beatos.*

Cajet.

7. Gloſſa pariter per hoc Chriſti monitum mentibus noſtris his verbis imprimere ſatagit: *Beati ſunt qui verbum Dei auditu fidei concipiunt, & boni operis cuſtodiam in ſuo vel proximorum corde pariunt, & nutriunt.*

Gloſſa.

8. S. Joannes in principio Apocalypſeos eos, qui prophetias libri illius audiunt, legunt & conſervant, beatos appellari audivit: *Beatus qui legit & audit verba prophetiæ hujus & ſervat ea, quæ in ea ſcripta ſunt.*

Apoc. 1 v. 3.

9. Quando Chriſtus Matthæi 12. diſcipulos ſuos glorioſo illo matris & fratrum ſuorum titulo honorare dignatus fuit, dixit: *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Apoſtolus quoque ad Romanos nos monet, dicens: *Non auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.* Deus ipſe quoque in libro Exodi populo ſuo dixit: *Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis;* ubi Rupertus Abbas notat, dicens: *Non dixit tantùm: ſi audieritis, ſed ſi cuſtodieritis pactum meum, quia profectò non auditores legis juſtificabuntur, ſed factores.*

Matt. 12. v. 50.

Ad Rom 2. v. 13.

Exod. 19 v. 5.

Rup. Ab. ibid.

FERIA SECUNDA POST III. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Lucæ Cap. 4.

℣. 23. *Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum; quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. 24. Ait autem: Amen dico vobis: Quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. 25. In veritate dico vobis: Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cùm facta esset fames in omni terra. 26. & ad nullam missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam. 27. Et multi leprosi erant in Israël sub Elisæo Propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. 28. Et repleti sunt omnes in synagoga irâ, hæc audientes. 29. Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem, & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. 30. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.*

Versus 23.

Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura teipsum; quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

Utique dicetis mihi hanc similitudinem.

1. COrda Pharisæorum penetrans, & ad ea, quæ intus cogitabant, pertingens, idipsum manifestat. *Profert Iesus in medium quæ sciebat, illos animis agitare*, inquit Lucas Burgensis, *& occurrit objectioni quam meditabantur, quam & verbis certè prodidissent, nisi prævenisset Iesus.* In quam pariter expositionem S. Bonaventura consentit, dicens: *Dixit erò hoc ironicè, proponitis contra me quod occultè in cordibus vestris concepistis.* Et Albertus Magnus dicit: *Ait illis ex cogitationibus eorum.*

Luc. Burg. S.Bon. Alb. M.

Medice cura teipsum.

2. Titus Bostrensis, cujus authoritatem Glossa adducit, verba hæc usitatum quoddam apud Hebræos proverbium esse existimat: *Ut medicos in morbum prolapsos faceto hoc dicto; Medice cura teipsum, quidam exciperent.* Eandem quoque observationem S. Bonaventura habet, dum ait: *Quod consuevit dict medicis infirmantibus, cùm sibi subvenire non possunt, aut nesciunt, aut negligunt, quid est ipsorum derisorium verbum*; hoc igitur proverbium ad Christum applicando dicere voluerunt: *Sic & tu teipsum, id est, infirmos tuos, hoc est patriæ tuæ cura*; idque potius per incredulitatem, & modicam, quam habebant fidem, & per derisum, quam ex devotione & affectu, quo in ipsum ferebantur, siquidem clarum est ex Evangelio testimonium, quòd nulla in patria sua miracula fecerit, propter eorum incredulitatem; ac proinde Bedam in Glossa relatum citat, dicen-

Titus Bost. Glossa. S.Bon.

dicentem: *Fruſtra opem miſericordiæ cœleſtis expectas, ſi alienis virtutibus invideas; aſpernator eſt enim Dominus invidorum.* *Beda in Gloſſa.*

3. Dionyſius Carthuſianus ipſos in diſcurſu ſuo dicere voluiſſe exiſtimat, quòd ſi verum eſſet ipſum vera operari miracula, decens profectò fuiſſet, ut priùs & ante omnes alios ſe in patriam & patriotas ſuos beneficium exhiberet, quàm in exteros, quòdque idipſum non faciens, ſatis ſe talem non eſſe inſinuet, qualem ſe eſſe aſſerebat: *Cùm ita non agas, concluditur, quòd vel inſipienter, vel inordinatè te habes, vel quòd tua miracula non ſint vera miracula.* Porrò ſimilitudo à Chriſto adducta, ut Lyranus ponderat, in hoc conſiſtit, quòd, ſicut expertus aliquis medicus potiùs & libentiùs ſemetipſum, & alios ipſum proximè contingentis ſanat, quàm extraneos; ita quoque dicere volebant, ſi tu verus Propheta eſſes, miracula quæ paſſim operaris, primò tuis & poſtea aliis impenderes; Dominus autem noſter hoc illorum argumentum per propoſita in Evangelio viduæ Sareptanæ & Naamani exempla eluſit. *Dion. Cart.*

4. Hugo Cardinalis verba hæc quoad illos exponit, qui ſpiritum & perfectionem, quam aliis inferere ſatagunt, in ſeipſis negligunt: *Teipſum primùm quàm alios. Ad Rom. 2. Qui alium doces, teipſum non doces.* Eccleſ. 34. *Ab immundo quid mundabitur?* S. Gregorius ait: *Sordes tergere manus non valent, quæ lutum tenens, ideò dicitur 2. Eſdr. 12. Mundati ſunt Sacerdotes & Levitæ, & mundaverunt populum.* *Hugo Card.* *Rom. 2. 21.* *Eccleſ. 34. v. 4.* *2. Eſdræ. 12. v. 30.*

5. S. Antonius Magnus præclarus Magiſter vitæ ſpiritualis, ait: *Patres antiqui egreſſi ſunt in diſertum, & ipſi ſani effecti, facti ſunt medici, & reverſi alios ſanaverunt.* In collationibus Patrum Abbas Joſeph. hanc nobis doctrinam tradit: *Non tolerare poterit aut curare languentem is, qui ſimiliter ægrotat, ſed ille medelam tribuit, qui imbecillitati ipſe non ſubjacet.* Author imperfecti conſiderat, quòd Chriſtus octo beatitudines annuntiaturus, montem ſublimem aſcenderit: *Ut oſtendat nobis, quoniam in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet, qui docet juſtitiam Dei; nemo poteſt in valle ſtare, & de monte loqui; ubi ſtas, inde loquere. Si autem in terra ſtas, de terra loquere, ſi autem de cœlo loqueris, in cœlo conſiſte, ut dicas cum Apoſtolo: Noſtra converſatio in cœlis eſt.* *In vita Patrum lib. 7. c. 3 Collat. 16. c. 23.* *Auth. Imp. hom. 9.* *Philip. 3. v. 20.*

6. Toletus ſimilitudinem hanc à medicis deſumptam eſſe dicit, qui alios curantes propriam negligunt ſalutem: *Generaliter applicatur iis omnibus, qui cùm aliis proſint, ſibi prodeſſe negligunt.* Magna profectò ponderatione digna ſunt illa increatæ ſapientiæ verba: *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur?* Quodſi enim aliquis omnes totius mundi animas Deo lucraretur, ſuam verò propriam negligeret, quamnam inde utilitatem talis reportaturus eſſet? *Quid prodeſt?* *Toletus.* *Mat. 16. v. 26.*

7 Operarii illi, qui tot annis in arca Noëtica fabricanda laborârunt, hoſce quidem labores pro ſancti illius viri familia, unà cum ipſo & tot aliis animabus ſalvandis ſubierunt, cùm tamen ipſi foris extra prædictam arcam remanentes, in diluvio ſubmerſi fuerint. Unde S. Auguſtinus ait: *Similes facti fabris arcæ Noë quia aliis ubi evaderent, præſtiterunt, & ipſi diluvio perierunt.* Idem ſæpenumero nonnullis accidit Religioſis, quia per ſuas prædicationes, confeſſionum auſcultationes, & alia ſimilia ſtudia; item per auſteritatem & exemplaritatem (I cèt ſolùm externam) vitæ ſuæ ædificationi & adjutorio ſunt multis animabus, ut ſalventur, cùm tamen ipſi per hypocriſin vanam gloriam, & alia peccata damnentur: *Inexcuſabilis es, ô homo, in quo judicas alterum, teipſum condemnas;* quid enim pro ſui excuſatione in die judicii coram tribunali conſtitutus Dei illius, cui in veritate dicitur: *Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum,* dicere poterit? Quid inquam, dicet, ſi tot animas laboribus & ſudoribus ſuis Deo lucratus, de anima propria ſalvanda nec minimùm cogitavit? Faces & tædæ aliis prælucendo, ipſæmet conſumuntur, & in ignem & fumum penitus reſolvuntur; eodem modo multi ſunt, qui plurimis animabus in via Dei lumen communicârunt, eiſdemque velut duces & directores ad cœlum ingrediendum obſecuti fuerunt, cùm tamen ipſimet per propriam malitiam, viam ſibi ad tenebras exteriores, ignemque infernalem ſtatuerint. S. Thomas: *Iſtæ ſunt epiſtolæ ſive literæ Uriæ, de quo loquitur lib. 2. Reg. cap. 11. quòd portaverit literas mortis ſuæ, tales portant* *1. Pet. 3. v. 20.* *S. Aug. ſerm. 2. de Epiphan.* *Rom. 2. v. 1.* *Pſ. 118. v. 137.* *S. Thom. Præfat. in Epiſt. Canon.*

2.Reg.11 v.14. Chryſ. l. 1. de compunct. Luc. 19. v.22. S. Bon. Iob.5.18. S.Aug. in Pſ. 102.

portant literas, qui ſciunt, & docent, & non faciunt. Chryſoſtomus quoque ait: *Grandis condemnatio eſt, ſermonem quidem ſuum componenti, vitam verò ſuam atque operam negligenti.* Utique illi, qui neglecta ſalute propria, aliorum ſaluti procurandæ deditus fuit, in veritate dici poterit: *De ore tuo te judico.*

8. S. Bonaventura ait: *Nota, quòd ironicè vocant medicum, quem veraciter deberent confiteri medicum, ſecundùm illud: Ipſe vulnerat & medetur.* De hoc cœleſti protomedico S. Auguſtinus ita ſcribit: *Magni languores, ſed major medicus; omnipotenti medico nullus languor inſanabilis occurrit, tantùm tu curari te fine, manus ejus ne repellas, novit quid agat, non tantùm delecteris cùm fovet, ſed etiam tolleres cùm ſecat, tolera medicinam futuram cogitans ſanitatem.* Ipſe eſt medicus qui non corpora tantùm, ſed & animas ſanat, qui majorem ſollicitudinem ſuam non in vita & ſalute corporali, ſed ſpirituali & æterna procuranda adhibere conſuevit.

Quanta audivimus.

Did. Stell. Interl.

9. Didacus Stella circa hæc verba ingenioſam adfert obſervationem, dum ait: *Non dicunt: Quanta ſcimus, ſed quanta audivimus, ut oſtendant, ſe nonnihil dubitare, an vera eſſent, ut dicebantur.* Interlinearis verba hæc ita gloſſat: *Quanta audivimus, quod incerta fama vulgavit*; ex quo loquendi modo Phariſæorum ſatis colligitur, neminem illorum Chriſtum prædicantem ſubſecutum fuiſſe, prout aliàs tot aliæ civitates Judeæ & Jeruſalem faciebant, ſed tantùm tractâſſe ipſos *de auditis* per relationem aliorum, de miraculis ipſius; imò ulterius exinde deducitur, nullam in ipſis erga Chriſtum fuiſſe devotionem, nec dictis ejus ullam adhibuiſſe fidem.

Marc.6. v.5. Interl.

10. Porrò cauſam, cur Chriſtus erga ſuos compatriotas beneficium ſe non exhibuerit, S. Marcus expreſsè ſubindicat, dicens: *Non poterat ibi virtutem ullam facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curavit, & mirabatur propter incredulitatem eorum.* Interlinearis in perſona Chriſti dicit: *Ideò non operor inter vos, quia vos increduli, non quia patriam ederim, cui beneficium meæ nativitatis contuli.* Didacus Stella ait: *Quamvis majus miraculum in hac civitate fuerit factum, quàm in Capharnaum, nam hic verbum divinum aſſumpſit humanam naturam.* Hæc igitur impotentia non à Chriſto, ſed à Nazarethanis derivata fuit; ut Albertus M. ait: *Impedivit enim eorum incredulitas, & indevotio, quia in fide devotè non petebant, & ideò quod Deus poterat de potentia abſoluta, non poterat de juſtitia,* adducitque authoritatem S. Auguſtini, expreſsè ſcribentis, quòd quando Chriſtus corporaliter aliquem ſanabat, eundem quoque effectum in anima illius ſanati operabatur; & ideò Joan. cap. 7. dicit: *Totum hominem ſalvum feci; & quia interea ſanari ab ipſo noluerunt, ideò indigni fuêrunt, quod exterior ſanitas præſtaretur illis.* S. Bernardinus obſervat, quòd Nazarethani tanquam unius & ejuſdem patriæ cum Chriſto conſortes, majori fide & veneratione Chriſtum meritò proſequi debuiſſent, quàm omnes alii; & tamen *ex infidelitate & animo contradicendi, & detrahendi, & contemnendi, dicunt ei: Quanta audivimus facta, &c. quaſi dicere velint; niſi aliqua magna mirabilia feceris, fama tua videtur falſa, & ideò non tibi credemus.*

Did. Stell. S. Aug. Ioan. c. 7. v. 23. S. Bernardin. Senen. ſer. 27. in hac feria.

11. Porrò ſacri Expoſitores præter jam dictam incredulitatem, alias adducunt rationes, ob quas Chriſtus patriæ ſuæ miraculorum gratiam ſubtraxerit. Et quidem in primis Matthæi 25. dicitur: *Omni habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videtur habere, aufferetur ab eo*; quaſi diceret: Qui Dei beneficiis correſpondet, & cooperatur, eaque grata mente agnoſcit, & in pretio habet, novis denuò gratiis cumulabitur; at verò ab eo, qui illa contemnit, & flocci facit, ea quæ actualiter poſſidet, auferentur. De Nazarethanis magis quàm de quibuslibet aliis verificatur illud: *In propria venit, & ſui eum non receperunt*; etenim civitatem Nazareth ſingulariſſimo illo & eximio incarnationis beneficio, in ſalutem humani generis conſummatio, ſpecialiſſimè honoravit, nobiliſſimamque legationem à ſupremo ſanctiſſimæ Triadis conſiſtorio expeditam, inter omnes alias totius mundi nobiliſſimas civitates ad illam miſit. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth*; ac proinde Nazarethani

Matt. 25. v. 29. Ioan. 1. 11. Luc. 1. 26.

rethani cives meritò gloriari & dicere poterant: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*; siquidem ibi educatus fuit. & per triginta tres annos unà cum sanctissimâ matre suâ & S. Josepho, qui alia quædam in terris sacrosancta Trias ad æmulationem ejus, quæ in cœlis est, verè exstiterunt summâ cum vitæ exemplaritate & sanctitate conversari voluit, & tamen suos in eum oculos minimè direxerunt, nec quidquam illos æstimârunt, nec majoris quàm alios vulgares homines fecerunt, sed tantùm quando illum alibi miracula patrare audiverunt, tunc pridem ab ipso postulârunt, ut eum se, qualem ipsum fama vulgabat, re ipsa esse probaret. S. Joannes Baptista pro vero in lege promisso Messia habitus & agnitus fuit, tametsi nullum unquam patrasset miraculum, solùm ideò, quia vita ejus continuum miraculum erat; de Christo autem idipsum longè verius affirmari poterat, præterquam quòd insuper infinita patrârit miracula, omnem mortalitatis nostræ sphæram longissimè excedentia, ac proinde ingratis & incredulis compatriotis suis Nazarethanis jure meritò improperare poterat, dicendo: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me.* Certum quoque est, quòd nonnullos in patria sua infirmos sanârit, & tamen nullam habebant illorum beneficiorum acceptorum memoriam, aut verò beneficia illa flocci faciebant; vel etiam, quòd ingratis hominibus proprium est, valdèque familiare, quia id, quod sibi ab eo se improperaturos esse præsumptuosè promittebant, obtinere non potuerunt, beneficia superiori tempore recepta à memoria penitùs deposuerant, suumque benefactorem contemnebant. B. Laurentius Justinianus ait: *Obstruit contra se ostium divinæ bonitatis, misericordiarum Dei exsiccat fontem*, ubi de ingratitudine loquitur.

Ioan. 1. 14.

Ioan. 14. 9.

B. Laur. Iustin. lib. de Humil. c. 15.

12. Ex quibusdam Bedæ verbis clarè deducitur, compatriotas Nazarethanos derisisse Salvatorem, & per solum ludibrium, miracula ac prodigia ab illo postulâsse. Dicit enim Venerabilis hic Doctor: *Qui ab irridentibus quidem civibus, seipsum curare, hoc est, in sua patria virtutes facere monetur*; ideò quoque fabri filium ipsum, probri loco appellârunt: *Nonne hic est filius fabri, & mater ejus dicitur Maria?* ac proinde justissimè & ipsi in sua postulatione merebantur derideri, infirmique & agonizantes ipsorum communi pietatis & beneficentiæ Salvatoris beneficio destitui. Deus etiam per os Sapientis ita loquitur: *Quia vocavi & renuistis extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret; despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis*; cùm autem verisimillimum sit, quòd in solidis illis triginta tribus annis in Nazareth commoratus fuit, maxima cura, zelo & sollicitudine salutem ipsorum promoverit, ideò ex quo illum contempserunt, meritò hoc Dei comminationem fuêre promeriti: *Ego quoque in interitu vestro ridebo & subsannabo.*

V. Beda.

Mat. 13. v. 55.

Prov. 1. v. 24.

Prov. 1. v. 26.

13. Toletus aliam quandam in ipsis malitiam his verbis detegit: *Non hi miracula fieri apud se cupiebant propter fidem, sed propter ambitionem quandam aut curiositatem*; miracula enim in Nazareth ab ipso patrari postulabant, ut ad civitatem ipsorum concursus essent omnium populorum, & propter ostentationem & vanitatem, ut ipsum in ea civitate natum & educatum fuisse gloriari possent; ecce quam sit sagax studium emolumenti; triginta illis annis, quibus donum miraculorum & Divinitatis suæ lucem absconderet, ipsum ne quidem obiter aspicere dignati fuissent: modò verò, quia ipsum patriam suam per miracula illustrare posse sperant, ipsique utilitatem inde nascitùram evidenter vident, ipsum invisunt, & tanquam Prophetam, & hominem omnem humanam conditionem superexcedentem magni æstimare & honorare incipiunt, ipsumque, ut miracula faciat, requirunt.

Toletus.

14. Alia quoque causa hoc loco assignari potest, cur inter suos miracula facere detrectârit, & externis potiùs beneficia sua impendere studuerit; nimirum ut nobis insinuaret, quòd vel maximè in rebus, animæ salutem & cultum divinum attinentibus, à carne & sanguine omnino alieni esse debeamus: *Audi filia, & vide, inclina aurem tuam, & oblivisce populum tuum, & domum Patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* Hugo de S. Victore ait: *Delicatus ille est adhuc, cui patria dulcis est, fortis autem jam, cui omne solum patria est, perfectus autem, cui mundus exilium est.*

Ps. 44. 13.

Hugo Victor. in Dida sc. l. 3. c. 30.

15. Chrysostomus nobis filii Dei, Patris misericordiarum benignitate declarat, quia non obstante, quòd pessimè à Nazarethanis

Chrys. hom. 49. in Matt.

thanis habitus fuerit, attamen iisdem benefacere non omittit, à miraculorum, quæ ab ipso poscebantur, patratione abstinendo: *Considera, post quantam signorum manifestationem ad ipsos venerit, & ne sic quidem rursus sustinuerint, quin rursus odio inflamarentur, quocirca nec fecit signa multa, ne majus supplicium illis accresceret.* Verum quidem est, quòd in Capharnaum prodigia multa operatus fuerit; Veruntamen apud S. Mat-
Mat. 11. v. 43. thæum Salvator noster ait: *Et tu Capharnaum, nunquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descendes, quia in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent usque in hanc diem; sicut*
Ps. 138. 12. *lumen ejus, sic & tenebræ ejus;* qui enim majus lumen, majoremque Dei notitiam habent, nec tamen illi cooperantur, irremissibiliùs castigabuntur.

Cajet. 16. Cajetanus rationem reddit, cur Christus in exordio prædicationis suæ ad operandum miracula, in Nazareth non se receperit; nimirum *ut vel disponerentur concives ad credendum, sed prævaluit invidia;* ac pro-
Chrys. in cat. inde Chrysostomus scribit: *Cùm veniret Nazareth, à miraculis abstinet, ne provocaret eos ad majorem livorem.*

Facta in Capharnaum, fac & hîc in patria tua.

Alb. M. 17. Albertus Magnus ait: *Patriam suam vocat hîc strictè locum conceptionis & nutritionis;* & ideò secundùm eundem Albertum Nazarethani dicere voluerunt; quòdsi in te charitas est ordinata, priùs patriæ, parentibus, compatriotis & aliis benefacito, & postea aliis: *Tui enim, quos debes reputare sicut teipsum, multis subjacent defectibus, & indigent beneficiis tuis, si ergo hæc facis, primò fac*
Did. Stell. *circa tuos.* Didacus Stella sequens argumentum adducit: *Si similia non fecerit,* (id est, miracula alibi facta,) *apud suos, videbitur aut non velle, aut non posse; quòdsi nollet, ingratus in patriam suam existet: quòdsi non potest, clarum est, quòd excæcavit Capharnaitas suis magicis artibus; hærent impiæ cogitationes Nazarenorum.*

18. Nazareni quidem Christum increpabant, eò quòd nulla inter ipsos miracula operaretur; & tamen potiùs semetipsos arguere debuissent, qui se ex tot capitibus hac gratia indignos reddiderant: *Declinaverunt in te mala.* Impiorum etenim hominum proprium est, infortunia & adversitates suas Deo veluti unicæ causæ attribuere, cùm tamen illas sibimetipsis fabricarint, & accersiverint; lascivus namque & libidinosus, ipsemet morbi illius incurabilis, quo afficitur, faber fuit; si aliquam sibi conciliavit capitalem inimicitiam, si jurgia & duella ipsi intenta fuerunt, malam incusat societatem, quæ ad hæc omnia viam straverunt; usurarius ille incarcerationis suæ causam non Deo, sed illicitis suis contractibus, & injustis extorsionibus attribuat: *Mala quæ patimur, mala nostra meruerunt.* *Ps. 20. 12.*

Versus 24.

Ait autem: Amen dico vobis: Nemo Propheta acceptus est in patria sua.

1. S. Bonaventura ait: *Nec quoad doctrinam, nec quoad vitam, in quibus Propheta habere consueverunt excellentiam, & ideo non est mirum, si in patria sua non faciat miracula, quæ pro ingratis & indignis non sunt facienda.* *S. Bon.* Idem S. Josephi Patriarchæ exemplum adducit, qui à fratribus suis divenditus, ab Ægyptiis autem honoratus & exaltatus fuit; Moysis item, qui ab Aarone & Maria, nec non ab omnibus aliis populi sui tribubus, injuriis fuit insignibus affectus.

2. S. Bernardinus Senensis dubium movet, nimirum qua ratione propositio ista verificetur, cùm tamen Moyses & Isaias in Israële summè fuerint honorati & celebrati. *S. Bernard. Senen. ser. cit.* S. Franciscus pariter magno in honore suis Assisinatibus fuit; S. Antonius Ægyptiis valde fuit charus & pretiosus, S. Hilarion quoque in Palæstina omnibus fuit acceptus; idemque de aliis Sanctis legimus. Respondet autem, dictum Christum intelligendum esse, non universaliter, sed *ut plurimùm*, & speciatim veritatem suam habet in exordio perfectionis & sanctitatis Sanctorum; *& maximè si in principio fuerunt de simplici statu, vel gente.* Advertit quoque idem Sanctus hoc loco, nomine patriæ domum vel familiam intelligi, in qua Sanctus aliquis natus fuit & educatus; tametsi etiam sæpè de civitatibus verificetur, vel de locis ubi suos fuêre sortiti natales.

3. S. Am-

S.Ambr. l.4. in cap. 4. Luc.

3. S.Ambroſius obſervat, quòd meritò ſe, quò minùs in Nazareth miracula patraret, excuſaverit: *Ne fortaſſis aliquis viliorem patriæ nobis eſſe debere putaret affectum; neque enim cives poterat non amare, qui amaret omnes, ſed ipſi ſe charitate patriæ, dum invident, abdicarunt, charitas enim non æmulatur, non inflatur; nec tamen exors patria beneficiorum eſt, quod enim majus miraculum, quàm quòd in ea natus eſt Chriſtus?* id quod de incarnatione & conceptione ejus intelligendum eſt; ſiquidem nativitas in Bethlehem facta fuit, id quod ſequentibus verbis declarat: *Videte igitur, quid mali invidia afferat, indigna propter invidiam patria judicatur, in qua civis operetur, quæ digna fuit, in qua Dei filius conciperetur.* Enimverò hæc gratiarum & miraculorum Chriſti obex, invidia ab omnibus in execratione habetur. Chryſo'ogus dicit: *Inter ſuos poſſe, morſus eſt, aduſtio eſt; inter cives eminere proximos, proximorum urit gloriam;* Dionyſius Carthuſianus quoque hujus livoris reddit rationem, dicens: *Homines ut frequenter ægrè ferunt, dum compares ſui ipſius præferuntur, & proni ſunt conſiderare eum, qui excellit ſecundùm id quod fuit, dum eis ſimilis videbatur; erubeſcibiles ſibi arbitrantur, quòd familiaris collega conſcius in tantum eis præfulgeat, & hoc verum eſt de hominibus, in quibus ſuperbia, invidia, & paſſiones cæteræ regnant* Beda aliud quoddam motivum his verbis ponderat: *Non enim conſiderant præſentia viri opera, ſed fragilem recordantur infantiam, quaſi non & ipſi per eoſdem ætatis gradus ad maturam ætatem venerint.* S.Thomas hanc habet obſervationem; *Quando homo eſt in patria ſua, multi qui cognoſcunt infirma ſua, ſemper reducunt in memoriam infirma, hoc enim eſt à malitia hominum, ut magis infirma cogitent, quàm perfecta.* Chryſoſtomus hunc contemptum conſuetudini valde familiari attribuit: *Quoniam conſuetudo contemptum parere conſuevit.* Et idem Angel. Doct. alibi ait: *Quos familiares magis habemus, minùs revereri conſuevimus.*

Chryſol. ſer.48.

Dion. Carr.

Beda.

S.Thom. in c.13. Matt.

Chryſ. hom.34. in Ioan.

S.Thom. in c.4. Ioan.

4. Porrò ad hoc, ut vox perſuadentis fructum faciat, opus eſt, ut bonam habeat opinionem & exiſtimationem apud eum, cui eſt perſuaſurus. S.Paulus ſe ab Agrippa libenter audiri ſciens & videns, cauſam ſuam apud eum acturus ſeque defenſurus, dixit: *Æſtimo me beatum apud te, cùm ſim defenſurus me hodie.* Chriſtus ut Apoſtolorum prædicationem apud auditores ſuos fructuoſam efficeret, hanc eis conſolationem reliquit, dicens: *Qui vos audit, me audit*; at verò in præſenti, ut Didacus Stella optimè advertit, *Non ſolùm non credebant, ſed irridebant eum*: non ſolùm ipſum non tanquam filium Dei venerabantur & æſtimabant, ſed & hiſce verbis eti inſultabant: *Nonne hic eſt filius fabri?* Apoſtolus ad Theſſalonicenſes ita ſcribit: *Rogamus vos, & obſecramus in Domino Jeſu, ut, quemadmodum accepiſtis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis ut abundetis magis*; quæ ultima verba Chryſoſtomus hac Gloſſa exponit: *Ut habeatis ſummo pretio Evangelii miniſtros propter opus eorum*; idem quoque alibi hac Medici ſimilitudine utitur, qui ſe ab infirmo contemptum nihilique æſtimatum videns, curam ejus protinùs deſerit: *Medicus infirmum videns ſuis mandatis non obtemperantem ſed deſpicientem ea, & vacantem iis, quæ morbum faciunt increſcere, infirmum in ſua ægritudine relinquit.* Chriſto ad hoc, ut miracula ſua patret, non ſufficere videtur, ut Didacus Stella bene obſervat, illa in ipſo reſidens miracula faciendi poteſtas, niſi etiam in iis, qui eum recepturi ſunt, correſpondentiam & quaſi cooperationem quandam inveniat; ſicut enim in omni actione naturali non ſolùm requiritur virtus & potentia operativa, verùm etiam diſpoſitio materiæ. *Nam actus activorum ſunt in patiente benè diſpoſito*; hc enim licet ignis proprietas ſit ardere, hanc tamen proprietatem actualiter non exequitur, niſi in materia diſpoſita & ad incendium concipiendum adaptata: ita quoque Deus in miraculis *ut plurimùm* non ſolū requirit poteſtatem & omnipotentiam illa operantis, *ſed fides etiam & devotio requiritur in illo, qui vult accipere.* Chriſtus quidem virtutem & omnipotentiam in operando infinitam habebat; ſed inſuper in Nazarenis diſpoſitionem requirebat, & hæc illis deerat. Tolet. verò adverſus jam datam doctrinam, objectionem quandam fieri poſſe dicit; nimirùm quòd Salvator noſter etiam miracula patrârit apud eos, qui in eum non credebant; unde ſequi videtur, *Chriſtum magis puniviſſe Nazarenos, quàm cæteros*; Antecedens autem conſtat ex Matthæi cap. 13. & cap. 6. S. Marci, ubi Chriſtus etiam incredulis beneficiſſe legitur. *Videtur igitur minus dilexiſſe*

Luc. 10. 16.

Did. Stell.

Matt. 13 v. 55.

1. Theſſ. 4. v. 1.

Chryſ. ib. hom. 10.

Chryſ. hom. 30. in Gen.

Did. Stell.

Toletus.

Act. Ap. c. 26. v. 2.

Mat. 13. Marci. 6.

xisse suos. Nox verò eidem objectioni satisfaciens, dicit: *Respondeo, & ni fallor, notanda est responsio hæc, nam in hoc plus dilexit suos, quando enim beneficiis Dei homo abusurus est, majus accipit beneficium, magisque diligitur, si ea illi non conferantur*; adducitque auctoritatem S. Augustini tract. 37. in Joannem ita scribentis: *Deum aliquando nos exaudire, dum non facit, quæ petimus, nimirum quando ea, quæ petimus, nocumento futura sint nobis.*

S. Aug. tr. 37. in Joan.

5. Enimverò in hoc facto manifestè patet, quàm sit inordinata passio, invidia. Chrysologus etenim filium Dei, tum ex sanctitate vitæ, tum ex cœlesti ejus doctrina, quam annuntiabat, tum etiam ex prodigiis, quæ operabatur, omninò venerabilem fuisse considerat, *tamen ne in ipso videatur Divinitas, Deitas sentiatur, invidia parentum carnalium nomina commonet & divulgat*; nam ad ejus gloriam & Divinitatem obfuscandam, eum fabri filium, matrem verò ejus pauperculam esse divulgârunt, idque in majus ejus vilipendium & contemptum. Cajetanus Christi in hac occasione exhibitam mansuetudinem commendat, dicens: *Et quia directè dicta fuerunt in despectionem personæ ejus, ideò directè respondet mansuetissimè non esse hoc novum.*

Chrysol. ser. 48.

Cajet.

6. Toletus aliam quandam adducit objectionem, quæ hoc loco moveri posset, nimirum; Christus ideò inter suos prædicare & miracula facere destitit, quia suis exosus erat unde sequi videtur, Christum solùm ideò miracula patrâsse, ut populi illa spectantis sibi captaret auram & benevolentiam; cui objectioni respondet dicendo, opera Christi in gloriam Patris, tanquam in finem fuisse directa, & ut se Messiam esse testaretur & manifestaret; pro cujus explicatione nonnullas adducit similitudines, & hanc sequentem inter cæteras: *Sicut si Medicus insignis quæreret, & cuperet agnosci ab infirmis, ut sanari vellent ac possent, & sic Respublica conservaretur, non ambitio, non vana gloria, sed honesta & commendanda dilectio.*

Tolet.

7. Hæc verba Religiosos quoque sui officii memores reddunt, ne scilicet nimium habeant erga patriam & nidum, in quo geniti fuêre, affectum, sed ut alas suas explicent ad aliò avolandum, ut variis se populis indifferenter utiles & proficuos efficiant; nam ut Nazianzenus ait: *Una magnis & excelsis viris patria est, nempe Jerusalem illa, quæ mente concipitur.*

Nazianzen. orat. 19.

8. Deus, qui per os Prophetarum suorum loquitur, (propter quod dicunt: *Hæc dicit Dominus*) is inquam in principio Prophetiæ Isaiæ cœlos terramque, ut eum auscultent, invitat: *Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.* Quidnam verò Deus cœlo & terræ vult esse persuasum; idipsum immediatè subjungit, dicens: *Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me* Verum quidem est, omnes Judæos Deum valde magna affecisse injuria, de Nazarenis verò Judæis specialiter dici potest, quòd ab ipso, filiorum loco habiti & æstimati fuerint, siquidem ex triginta tribus annis, quibus cum hominibus conversatus est, cum Nazarenis triginta solidos annos dimoratus & conversatus fuit; unde si alibi pertransiēs omnibus benefecit, quantò id verisimiliùs facturus fuisset magis & liberaliùs illis, in hoc tanto tempore continuata cum illis mansione, nisi se tali beneficentia omninò reddidissent indignos? *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israël autem me non cognovit.* Et ideò Deus ibidem adversus Nazarenos, in individuo & specialissimè lamentari videtur, dum subjūgit *Et populus meus non intellexit; væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Blasphemaverunt sanctum Israël; super quo percutiam vos ultrà addentes prævaricationem?* quibus verbis propositum sibi esse declarat, quòd illos miraculis suis privare, velit si enim alibi *transiit benefaciendo, & sanando omnes*; hîc omninò contrarium præstat. *Qualia fecisti in Capharnaum, fac & hîc: Omne caput languidum; à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas, vulnus & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine*; nam prout in fine Evangelii dicetur, de monte eum præcipitando, necem ei inferre tentarunt.

Isa. 1. 2. *Ibi. v. 2.* *Isa. 1. 3.* *Ibi. v. 4.* *v. 5.* *Luc. 4. 23.* *Isa. 1. v. 5*

9. S. Gaudentius serm. 9. immensa populo Israëlis collata beneficia considerans, illud in me adaptatur, dicens: *Ipse in carne adveniens docuit eos & instruxit, & verberavit curationum beneficiis.* q.d. ut hosce ingratos quàm severissimè castigaret, nullum invenit potentiùs medium, quàm si eos beneficiis cumularet Unde Chrysost. hom. 25. in Matth. de Hebræis testatur; dicens: *Judæos nihil magis perditioni dedit, quàm quòd ingrati Deo esse volue-*

voluerunt. Et quidem hoc ingratitudinis vitium adeò eſt abominabile, ut non ſolùm Iſaias verùm etiam Moyſes, de Hebræorum ingratitudine lamentari volens, cœlum pariter & terram ad ſe auſcultandum invitarit dicens: *Audite cœli quæ loquor,* (Deut. 32.) *audiat terra verba oris mei: Generatio prava atque perverſa, hæccine reddis Domino populo ſtulte?* Et quidem poſtquam multos à Deo receptos eximios favores recenſuiſſet, quos ingratiſſimi contempſerant, tandem ſingulari cum Emphaſi concludit, dicens: *Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt,* innumeraque rigidiſſima iis commminatur ſupplicia, prouti loco citato fuſius legitur.

Deut. 32. v. 1. 5. 6. & 19.

Verſus 25.

In veritate dico vobis: Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſraël, quando clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex; cùm facta eſſet fames magna in omni terra.

In veritate dico vobis.

1. Sanctus Ambroſius ad aliud propoſitum dicit: *Cùm me admoneat Dominus, quod in veritate dictum ſit, ad myſterium videtur ſollicitare aures.* S. Bonaventura ſuper eadem verba ita ſcribit: *Sermo tuus veritas eſt; etiam veritatem dicebat, cui erat credendum, & tamen non credebant. Unde* Joan. 8. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Et illud* Job. 6. *Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis.*

S. Ambr. lib. de viduit. S. Bon. Ioan. 8. 46. Iob. 6. 25.

Multæ viduæ erant in diebus Eliæ

2. Janſenius nobis cauſam declarat, cur increata & incarnata ſapientia, hæc exempla adverſus Nazaræos allegârit: ſicut enim Elias & Eliſeus per varia in Iſraël patrata miracula Prophetæ valde illuſtres, ſuis ob propria demerita relictis ad exteros abeuntes illis benefecerunt, tametſi conterranei ipſorum in pari & forſitan majori neceſſitate comprehenſi eſſent, ita ſe per hæc exempla à prava ſuſpicione purgare voluit: *Horum exemplo ſeſe Dominus purgat, idq; eo magis, quo ſignificat hos Prophetas non propria, ſed divina voluntate ſuis prætermiſſis, beneciſſe cæteris;* idque in primo exemplo denotavit, quando dixit: *Ad nullam illarum miſſus eſt Elias, &c.* Ac proinde hoc loquendi modo ſe non ſolùm ab omni prava ſuſpicione liberavit, verùm etiam ex divinæ voluntatis diſpoſitione fieri demonſtravit, quòd nonniſi illis benefaceret. Inſuper conſiderari hoc loco poteſt, quòd, ex quo Prophetæ mentionem fecerat in verbis antecedentibus, ut inquit Toletus: *Exemplis Prophetarum duorum confirmat, non ſolùm Prophetas apud ſuos in pretio non fuiſſe, ſed etiam eos ob incredulitatem ſuorum, miracula apud extraneos ſuis relictis feciſſe.* Et quidem duobus hiſce exemplis totius Hebræi populi ſtringebat incredulitatem, qui ex omnibus ſibi illatis ſuppliciis & pœnis nec quidquam fuerat emendatus: *Ut eo exemplo, patriæ etiam ſuæ infidelitatem magis taxaret, quæ tot miraculis & doctrina acceptis, nondum crediderit.*

Ianſen. conc. Evang. c. 54. Tolet.

3. Beda per hanc viduam à qua Elias invitatus fuerat, Eccleſiam intelligit ex gentibus collectam: *Vidua, ad quam Elias miſſus eſt, gentium deſignat Eccleſiam, quæ à ſuo diutius conditore deſerta, populum rectæ fidei neſcium, quaſi pauperem filium egenâ ſtipe nutriebat.* Beda ib.

4. Porrò qualiter hæc fames in ſenſu myſtico intelligi dicebat, Origenes hiſce verbis exponit: *Occupante enim fame populum Iſraël, ſcilicet audiendi ſermone Dei; venit Prophetа ad viduam, de qua dicitur: Multi filii deſertæ magis, quàm ejus quæ habet virum.* Orig. in Cat. hom. 33. Iſa 54. 1.

5. Hugo Cardinalis in ſenſu morali exponit, dicens: *Moraliter per viduam & leproſum ſignificantur laici peccatores, diverſorum peccatorum generibus maculati, qui ſæpè devotius recipiunt verbum Dei, quàm clerici, etiam quàm religioſi.* Hugo Card.

Verſus 26.

Et ad nullam illorum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepto Sidoniæ ad mulierem viduam.

1. S. Bonaventura hunc textum exponens, verba illa Pſalmi allegat: *Eſurientes & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit.* Etenim Elias ex Samaria in Sareptam ſe tran-

tranſtulit, ut famem apud eos utpote famelicos & in gravi neceſſitate ac penuria conſtitutos ſublevaret, quaſi Chriſtus dicere vellet: Illi gratias & miracula Eliæ merebantur, qui illorum tenebantur deſiderio & fame: *Eſurientes implevit bonis*: Nazareni verò illa ridebant, eandemque invidia potius animique livore proſequebantur: aut verò dicere voluit; quòd, ſicut Elias populo Iſraël dorſum verterat, ut in Sarepta mulieri cuidam gentili & idololatræ provideret, quæ majori in honore & æſtimatione ipſum habebat quàm Samaria, & ſicut omnibus, quæ Elias ei promiſerat, promptiſſimè credebat, & quidquid ab eo illi præceptum fuerat, indilatè exequebatur, ita quoque Chriſtus dicere voluit, ſe Capharnaitas (eò quòd ſe illi obſequioſos & devotos exhibuerunt, ſuiſq; miraculis ſine ulla difficultate fidem adhibebant) Nazarenis longè anteponere, eò quòd ipſum ludibrio haberent, ab eoque miracula ſolâ curioſitatis aliorumque humanorum reſpectuum cauſa expoſcerent.

Luc. l. 5.

2. Lucas Burgenſis de hac Sareptana vidua ſcribit, eam modica, quam habebat, farina libenter ſe privaſſe, eamque Eliæ ſubminiſtrâſſe, certa cum fiducia ſe illam multiplicatam eſſe recepturam: *Tantam fidem conjunctam cum ſingulari charitate cùm non inveniret Deus in Iſraël, poſthabitis Iſraëlitis; miſit Prophetam ad Sidoniam viduam, adeò apud Deum plus habet momenti animus quàm genus; nec genti largitur ſua munera Deus, ſed fidei, non carnis propinquitati, ſed promptitudini ſpiritus.* Eodem quoque modo Deus non ad patriam, animos, parentes, ſed ad ſpiritum, fidem, & devotionem reſpexit, ut gratias ſuas diſtribueret, ſuiſque miraculis largiretur beneficia.

Luc. Burg.

Verſus 27.

Et multi leproſi erant in Iſraël ſub Eliſæo Propheta, & nemo eorum mundatus, niſi Naaman Syrus.

1. Salvator noſter juxta opinionem Lucæ Burgenſis, hæc Eliæ & Eliſæi exemplo adduxit, ut denotaret, quod tametſi à compatriotis ſuis contemneretur, ſuæ tamen gloriæ exinde nihil decederet: *Quia Deus non ſine eorum ignominia, ac pudore alibi ipſum ornare, & extollere poſſit, ſicut olim Prophetis ſuis honorem dedit in mediis gentibus.*

Luc. Burg.

2. Porrò cauſa, cur ab Eliſeo Propheta ex univerſo illo numeroſiſſimo populo nullus alius curatus fuerit, in eo poſita eſt, quia nullus erga dictum Prophetam eam præ ſe fidē tulit, quam Naaman habuit. Unde Lucas Burgenſis ait: *Nullus leproſorum Iſraëlitarum tanti Eliſeum fecit, quanti hic alienigena, qui ſolus religioſo officio ſtuduit ſanitati*; hic enim ſanitatis infall biliter ſubſecuturæ fiduciâ conceptâ, prolixum aggreſſus eſt iter, munera que attulit, lumenque ac notitiam veri Dei ſibi comparavit; cum tamen *inter leproſos Iſraëlitas nullus erat, qui vel pedem moveret ut Prophetam ſanitatis obtinendæ cauſa adiret. Cur non rogabat fratres (rogat Ambroſius) non curabat cives non ſanabat Propheta conſortes, cum ſanaret alienos, ſanaret eos, qui obſervantiam legis, & religionis conſortium non habebant? niſi quia voluntatis eſt medicina non gentis, & divinum munus votis eligitur, non naturæ jure defertur; diſce Chriſtiane rogare, quod cupias impetrare.*

Luc. Burg. *S. Ambr. l. 4. c. 4. in Luc.*

3. Naaman Hebræis reprobationem ipſorum improperat, dum gentilis populus ab Idololatriæ cunctorumque aliorum vitiorum lepra mundatus, in locum ipſorum ſubintrat: Unde Beda de Naaman ait: *Populum demonſtrat nationum, quandam perfidiæ ſcelerumque lepra maculoſum ſed per Sacramentum baptiſmatis ab omni mentis & corporis fœditate purgatum.*

Beda.

4. S. Bonaventura ex duobus illis exemplis indignitatem Judaiſmi reſpectu gentilium clarè demonſtrat: *His duobus exemplis oſtendit indignitatem Judæorum reſpectu gentilium, quantum ad univerſalem defectum pœnitentiæ, & univerſale contagium malitiæ, quod in Judæis remanſit non curatum, ſed in gentilibus eſt ſanatum per Chriſtum.* Porrò cœlum tribus annis & ſenis menſibus clauſum, gratiæ & doctrinæ Evangelicæ in illo populo denotavit penuriam, quia juſtè paris temporis ſpatio circiter Salvator illis prædicavit; at verò *Non ſuſceperunt pluviam gratiæ, exigentibus peccatis ſuis, quamvis enim ſuper ſe veniret, Judæa tamen non recepit: Interea autem temporis mittitur verus Elias prædicator ad viduam in Sarepta Sidonis, quæ rectè ſignificat gentilitatem.* Demum verò aliam Naamani à lepra mundati hiſtoriam

S. Bon.

riam proſequitur & declaret myſterium: *Infectio lepræ deſignat corruptionem malitiæ, quæ fuit in omnibus ante adventum Chriſti ſecundùm illud Pſalmi: Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt; & ab hac non eſt curata Judæa:*

Pſ.13.1.

Hugo Card.

5 Hugo Cardinalis ait: *Peccatum lepra dicitur, quia inficit; multi ſunt hodie leproſi in Iſrael id eſt, in Eccleſia, & tamen nemo mundatur, Niſi Naaman, qui decor interpretatur, & ſignificat confitentes. Pſalm. 103. Confeſſionem & decorem induiſti.*

Pſ.103.1.

Verſus 28.

Et repleti ſunt omnes in ſynagoga, irâ, hæc audientes.

Repleti ſunt omnes.

1. Valde conſiderabilis eſt illa dictio, *omnes*, ſiquidem quando de ſervis Dei proſequendis, contumeliandis & exagitandis agitur, omnes unanimiter ad nutum concordant, tametſi aliis in rebus facilè diſcordes evadant: *Aſſiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum*, non obſtante, quod Politia & ratio ſtatus eos à ſe invicem dividat, nec unquam animos eorum ſimul conciliatos eſſe permittat. Notandus verò eſt finis, quem unio iſta hæc ſibi propoſitum habuit: *Adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum ejus: Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinaverunt.*

Pſ.2.2.

Pſ.13.2.

2. De hoc Judæorum populo dicitur: *A planta pedis uſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* Mira profectò res illa fuit, quòd in quadam tot compatriotarum multitudine, ne vel unus partes aut cauſam filii Dei ſuſtinuerit, aut ſecutus fuerit: Et quidem culpa eorum ex eo quoque notabiliter aggravatur, quòd ita hæc non ex motu quodam primo exorta fuerit, quia ly. *Repleti*, ferociam quandam in illis fuiſſe declarat & exprimit, quam etiam effectus ſubſecutus ſatis ſuperque declarat, ſiquidem ipſum rabie exagitati, præcipitem agere decreverant. Locus quoque ad majorem culpæ ipſorum aggravationem, conſiderari meretur, in quo hac furia exarſerunt, id enim factum eſt in Synagoga, ubi quietâ & ſedatâ mente ad audiendam veritatem convenire, eique in mentibus & cordibus ſuis âditum dare debebant; Synagoga enim nihil aliud erat, quàm ſchola ſapientiæ & virtutis.

Iſa.1.6.

3. Janſenius ait: *Mirabilis ſanè mutatio*, nam prouti ex ejuſdem capituli S. Lucæ verbis, præſens Evangelium antecedentibus ſatis colligitur: *Omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum; omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius;* & tamen ut Janſenius inquit, iidem prorſus invidiâ mox ſtimulati, vel quia ipſum ob natalium humilitatem contemnebant, vel quia nulla in patria miracula patrare voluerat. *Cùm nondum auderent ipſum apertè inceſſere, poſtquam ſummâ cum modeſtia, atque admodum civiliter & ſe purgaſſet, & illos incredulitatis notaſſet & indignitatis, non ſolùm non receperunt purgationem, nec ad reſipiſcentiam & agnitionem ſui morbi ſunt commoti, ſed mox depoſito penitus erga ipſum animo, invido murmure quorundam non amplius ſe continente, omnes in manifeſtam indignationem accenſi ſunt.* Undenam obſecro derivata fuit ſubita hæc mutatio? Quidnam illos movit, ut in adeo execrabilem ſe malitiam abripi ſinerent? Pro meliori illius intelligentia, conſideremus id quod idemmet Author dicere porrò pergit: *Vide*, inquit, *impietatis magnitudinem*; potius hi Nazaræni cives, utpote unius patriæ & civitatis cum Chriſto conſortes innocentem Salvatorem noſtrũ ex charitatis debito, quo ejuſmodi concives adinvicem obſtringuntur, ab injuriis & contumeliis ab aliis mavolis eidem illatis defendere debuiſſent maximè quando jam paulò ante in ſynagoga admirabilem ejus audierant ſapientiam, ejuſque per univerſalem famam percrebuerant miracula, quæ alibi patraverat, nec non promptam omnium populorum, quos poſt ſe velut ſapientia ſua incatenatos trahebat perſpexerant ſequelam; ex his enim omnibus ipſi rationabiliter credere & ſperare poterant, ſe quoque tanquam proximos illius concives & compatriotas pari beneficentia afficiendos eſſe; & tamen *Primi hi non ſolũ calumniis ipſum inceſſerunt, ſed extrema etiam injuria afficere cogitant, & ipſo facto tentant, idque Sabbathi die, quo non putaſſent licitum vel calcem fuere, vel animal occidere. tam impotenti ſcilicet malo detinebantur, ut nec dei religio, nec ratio amoris debiti civi, vel*

Janſen. c.54.

Luc.4. 22.

civi

civi tali, tam in illos beneficò, non retraheret eos à ſcelere tanto.

S.Bon. 4. S.Bonaventura in hoc facto illud verificari ſcribit: *Odio habuerunt corripientem in*
Prov.9.8. *portas; propter quod dicitur in Proverbiis: Noli arguere deriſorem, ne oderit te, argue ſapientem, & diliget te; unde ex auditu veritatis non ſunt eruditi, ſed potius irritati.*

5. Græcus in Catena hanc iram inde proveniſſe putat, quod Dominus noſter uniuſcujuſque in ſeipſo cogitationes occultas malignas & invidas detexerit: *Quia pravam eorum intentionem redarguerat, ideò indi-*
Ianſen. *gnantur.* Janſenius ex hoc intolerabilem eorum arguit ſuperbiam, dum ait: *Tam peſtilens & impotens malum eſt ſuperbia, quod ut non patiatur aliis præferri, ita non fert morbos ſuos detegi & notari, maximè ab his quorum gloriæ invidet.*

Hugo Card. Tullius. 6. Hugo Cardinalis ait: *Scilicet quòd indigni erant, ut coram eis faceret miracula*; adducitque illam Tullii de vera amicitia authoritatem dicentis: *Aſſentatio amicitiam, veritas odium parit.* Eccleſiaſt. 19. *Sicut ſagitta infixa fœmori canis, ſic verbum correctionis ſcilicet in corde ſtulti.*
Eccl. c. 19. 12.

Lyran. 7. Lyranus ſtimulum hunc iræ exinde in iis ſe prodidiſſe putat, quia ſcilicet ſe ab illo gentilibus, quos adeò abominabantur, poſthaberi audierant: *Quia proponebat eis gentiles, quos abominabantur ſicut canes*; ac proinde non ſine myſterio S.Lucas ſubjungit: *Hæc audientes*; ſiquidem adductum Eliæ & Eliſei exemplum audierant, qui relictis Hebræis gratias ſuas adeò liberaliter diſpenſaverat inter gentiles.

Alb.M. 8. Albertus Magnus hanc inde elicit moralitatem: *Hæc audientes ex verbis vitæ mor-*
Prov.15. 12. *tem concipiunt.* Prov. 15. *Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit.*

Lyran. 9. Lyranus quoque in ſenſu morali ita ſcribit: *Per iſtos, ſignificantur illi qui prædicatores veritatis perſequuntur, eo quod dicunt eis diſplicentia.*

10. Porrò qualis ira hæc fuerit, idipſum
Dion. Cart. Dionyſii Carthuſiani expoſitio clarè manifeſtat dicentis: *Repleti ſunt ira per vitium, quæ eſt inordinatus appetitus vindictæ*; unde Evangeliſta verſu ſequenti dicit.

Verſus 29.

Et ſurrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem, & duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.

1. Toletus hanc adeò impiam & execra- *Tolet.*
bilem audaciam ponderans dicit: *Quo quidem facto confirmârunt, quòd Chriſtus illis objiciebat, nimirum illos eſſe indignos, ut apud illos miracula faceret.*

Et ejecerunt illum extra civitatem.

2. Dionyſius Carthuſianus ait: *Ideſt tan-* *Dion. Cart.*
quam reum mortis irreverenter expulerunt; ipſum namque tamquam blaſphemum & ſacrilegum mulctârunt. Nam ut S.Bonaventura ait: *Sic erat præceptum: Educ blaſphemum extra caſtra*; adeoque in ipſo ad- *Lev.24. 14. Matt. 21.39.*
impletus ſenſus parabolæ illius de vinea, ubi dicitur, quòd *Ejecerunt eum extra vineam.*

3. S.Ambroſius ait: *Non mediocriter invi-* *S.Ambr. in Luc.*
dia proditur, quæ charitatis oblita, in acerba odia cauſas amoris inflectit; cùm enim ipſe Dominus per populos beneficia diffunderet, illi injurias irrogabant: Nec mirum ſi perdiderunt ſalutem, quia ejecerunt de ſuis finibus Salvatorem.

4. S.Antonius Paduanus totam hanc hi- *S.Ant. de Pad. ſerm. in hanc fer.*
ſtoriam peccatoribus moraliter adaptat dicens: *O quot hodie ſunt, qui replentur ira, quia Dei indignatione, quam incurrunt expecato*, illi Salvatorem extra civitatem ejiciunt, qui illum è conſcientia ſua expellunt: *Conſurgunt per conſenſum, ejiciunt per opus, præcipitant per conſuetudinem. Vel ſurgunt per delectationem, ejiciunt per conſenſum, præcipitant per opus.*

Et duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas, &c.

5. S.Bonaventura notat ſtulto huic popu- *S. Bon. 2.Reg. 20.19.*
lo illud ſapientis mulieris dictum improperari potuiſſe, nimirum: *Quare præcipitas hæreditatem Domini?*

6. Albertus Magnus ſitum civitatis illius *Alb. M. Abdiæ 3.*
non ſine myſterio ſupra montẽ fuiſſe obſervat, dum ait: *In monte enim ſuperbiæ diaboli ædifi-*

Abdiæ 3. ædificaverunt. Abdiæ 3. Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum exaltantem ſolium tuum.

Ut præcipitarent eum.

Cajet. 7. Optimè Cajetanus ponderat, quod uſque ad illud tempus nemo unquam in Chriſtum manus admovere auſus fuerit, licet alias verbis ſæpè ipſi injuriam intulerint, ſolos Nazarenos primos fuiſſe qui id facere præſumpſerint: imò alii Hebræi ipſum in tempore Paſſionis ſuæ ne vel tangere auſi fuiſſent, niſi à miniſtris publicis ad faciendum fuiſſent inſtigati: *Concives autem proprii furiis acti, ad præcipitandum eum de ſupercilio montis concurrunt, factaque ducuntur, & non ſolùm attentant, ut Hieroſolymitæ poſtea bis attentarunt lapidare,* Similiter Geraſeni licet illis à Chriſto pluſquam duorum millium porcorum jactura illata fuiſſet, nihil tamen adverſus ipſum attentare præſumpſerunt, ſed obſequioſe *Rogaverunt eum ut diſcederet ab eis: Nazareni verò nullam paſſi jacturam, præcipitare Jeſum conantur.*

Teltus. 8. Toletus illud ab iis non ex zelo, ſed ex paſſione invidiæ & odii factum fuiſſe dicit: *Reſponderi poteſt, verè ira illa, & appetitu vindictæ ac invidia commotos fuiſſe, ut hoc facerent, prætexuiſſe tamen blaſphemiam, quod ſe Chriſtum & Meſſiam prædicaret.*

V. Beda S. Bon. 9. S. Bonaventura Bedæ authoritatem introducit, illos diabolo pejores fuiſſe oſtendentis: *Quia quòd ille tantùm dixit verbo: Mitte te deorſum; hoc illi conati ſunt facto.*

Alb. M. Albertus Magnus qui eandem habet conſiderationem illum Pſalmiſtæ locum adducit:

Pſ. 104. 15. *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari: Ne enim in eum*

Iob. 1. 12. *manus extenderet, diabolo præcepit.* Job. 1. *Veruntamen in eum ne extendas manum tuã.*

Ioan. 8. 44. Incredulis quidem Hebræis illis dixit: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria Patris veſtri vultis perficere, ille homicida erat ab initio;* veruntamen diabolus eouſque in odio ſuo adverſus Chriſtum non proceſſit, ut manibus ſuis in eum involaret.

Alb. M. 10. Albertus Magnus dicit: *Sic hodie multi Jeſum è ſupercilio montis per dignitatem adeptam præcipitant:* Qui idem in quonam præcipitium hoc, quo filium Dei deorſum è ſublimi deturbare ſtatuerant, conſiſtat, his verbis declarat: *Quia de eo non curant, ſed contemnunt.*

11. Hugo Cardinalis ait: *Heu quàm multi ſe præcipitant de ſupercilio montis, omnes ſcilicet qui in dignitatum ſublimitatibus poſiti ſalutem perdunt.* 1. ad Tim. 5. *Nemini manum &c.* *Hugo Card.* *1. ad Tim. 5. v. 22.*

12. Didacus Stella ait: *Aſpice quam retributionem mundus dat Sanctis: Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Et Jeremias: Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? Prædicabat Chriſtus, ut eos à præcipitio inferni liberaret; ipſi autem ab alto civitatis volebant eum præcipitare.* *Did. Stell.* *Pſ. 37. 21.* *Ierem. 18. 2.*

13. Judæi olim à tot ſæculis Meſſiam ſuum ad ſe mitti poſtulârunt & ſuſpirârunt, cur igitur nunc eum abjiciunt, & mortem ei machinantur? Idem Stella cauſam hujus hanc fuiſſe reſpondet, quia nimirum vitia & malos eorum mores ſemper reprehendebat: *Cùm jam adveniſſet, & eorum mores depravatos & òpera reprehenderet, illum abjiciunt, & expellunt, dum Deus illis ſecunda donat, dum illis benefacit, eum laudant & prædicant; ſed dum illis & eorum moribus adverſatur in illum conviciantur.* *Did. Stell.*

14. Idem quoque pius author aliam quandam ex hac hiſtoria moralitatem deducit, nimirum quòd unum peccatum alterius pœna exiſtat: *Primò invidi fuerunt, quia Capharnaitis invidebant, eo quod Chriſtus apud eos miracula feciſſet; Secundò ambitioſi & honoris cupidi, ideò dicunt: Fac & hic in patria tua; Tertiò irâ fuerunt repleti, & Chriſtum voluerunt præcipitare; unde fit, ut qui peccata priora non emendaverit, in alia & alia majora incidat.* *Did. Stell.*

Verſus 30.

Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat.
Ipſe autem tranſiens.

1. Verbum illud, *Tranſiens*, quo S. Lucas hic utitur, ob multa quæ in ſe continet myſteria, valde eſt conſiderabile. S. Bonaventura quoad ſenſum litteralem dicit: *Hic notatur declinatio perſequentium perfecta, quia fuit ſine detentione, ſine impulſione, ſine portatione, unde non poterant ei violentiam facere.* *S. Bon.*

Hugo Card. 2. Hugo Cardinalis ait: *Ille tranſitus ſignificat receſſum à Judæis, & tranſitum ad gentes: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, ecce convertimur ad gentes.* Act. Apoſt. 3. v. 46.

Act. Ap. 13. 46.

Luc. Burg. 3. Lucas Burgenſis ait: *Tranſitus per medium illorum, mutata ſubitò vel obſtupefacta furentium mente deſcendit.* S. Ambroſius Chriſtum in hoc facto evidens aliquod divinitatis ſuæ ſignum edere voluiſſe exiſtimat: Dicit enim: *Quòd à populo modo non tenetur, ſed tranſit, majeſtatis eſt; unde nihil poterat actum virtutis ſuæ retardare. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. In proverbiis dicitur: Non contriſtabit juſtum, quicquid acciderit ei.* In Hebræo *contriſtari* idem eſt, quod *tangere*; Chriſtus igitur imperturbabilem ſe oſtendit probavitque in ſeipſo neminem ipſi vel pilum contorquere auſum fuiſſe.

S. Ambr. lib. 4. in Luc. c. 4.

Cant. 2. 8.

Prov. 12. 21.

Titus in Gloſſa. 4. Titus Boſtrenſis rationem reddit, cur Salvator pro illo tempore morti ſuccumbere noluerit: *Non ideo quod crucem fugeret, ſed quod tempus ad eam idoneum nondum adeſſet, cœperat enim jam tunc primùm Evangelium diſſeminare.* Bonaventura mortem Redemptori quadruplex inſidiarum genus machinatam fuiſſe dicit: Primò ferro, quo ipſum Herodes è medio tollere ſtatuerat, ſed cùm adhuc faſciis obvolutus in cunis jaceret, ſed vanè & incaſſum id fecit. Secundò per præcipitium, prout in Evangelio præſenti, ſed irrito etiam effectu. Tertiò per lapidationem, prout moliebantur Judæi Hieroſolymis facere. Quartò per crucifixionem; & hoc mortis genus ab ipſo electum ſibique gratum erat; ſiquidem dixit: *Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum.* Beda dicit Chriſtum in hoc facto demonſtrare voluiſſe, quòd ſponte nè mortem ſubiret: *Intellige non ex neceſſitate fuiſſe, ſed voluntariam corporis Paſſionem; nec captum à Judæis, ſed à ſe oblatum, etenim quando vult capitur, quando vult elabitur, quando vult ſuſpenditur, quando vult non tenetur.*

S. Bon.

Joan. 12. 32.

Beda.

Luc. Burg. 5. Lucas Burgenſis dicit Chriſtum illis tempus indulgere voluiſſe ad reſipiſcendum: *Quin etiam malebat adhuc Judæos ſanare quàm perdere, ut in efficaci furoris exitu deſinerent velle, quòd implere non poſſent.*

Did. Stell. 6. Didacus Stella ad noſtram doctrinam hoc loco Chriſti prudentiam admiratur: *Chriſtus docet, ut adverſariis noſtris cedamus, & iræ, & malitiæ illorum locum demus, ut Paulus docet, ne ampliùs eam ad iram laceſſamus, cùm inflammati & accenſi ſint*; unde quod ſe ſubduxerit, & abſconderit, non ignaviæ ſed laudis & gloriæ potius ſignum eſt, id quod ſequenti ſimilitudine explicatur: *Velut qui à leone & urſo ſaucius fugit, non ignominia illi eſt, ſed potius magna prudentia.*

Rom. 13. 19.

7. Beda rupem quandam per medium ſupernaturaliter divulſam fuiſſe ſcribit, ad hoc ut Salvatori noſtro congruum poſſet tranſitum indulgere: *Illi cedente petra, & ipſum ſuſcipiente, ut illi ad eum non poſſent attingere.* S. Antonius de Padua pariter ait: *Nota quantum ad literam, quomodo rupes diviſa eſt in duas partes, & ceſſit Chriſto, cui dura corda cedere & acquieſcere noluerunt.* Hiſtoricus quidam Terram ſanctam deſcribens foris extra Nazareth ad partem Auſtralem locum quendam eſſe ſcribit ab urbe ad quadruplicem ſagittæ jactum diſtantem, qui *ſaltus Domini* antiquitus dicebatur, ubi Judæi Salvatorem præcipitem agere tentârunt: *Sed exiens è manibus eorum, ſtatim inventus eſt in latere montis oppoſiti, ad jactum arcus, & oculo videntur clariſſimè corporis illius lineamenta ac veſtigia lapidi impreſſa.* Adrichomius idipſum in Theatro ſcribit, cum de tribu Zabulon ſub num. 84. ſcribit. Lucas Burgenſis ait: *Potuiſſent ſanè vel hoc ſolo miraculo commoveri ad ipſum ſuſcipiendum, niſi ſaxis duriores ſe præbuiſſent.*

Beda.

S. Anton. de Pad.

Brocard. l. p. c. 6. §. 8.

Adricho. in Theat. n. 84.

Lucas Burg.

8. Ipſe Dominus utique potuiſſet efficere, ut quod ipſi machinabantur præcipitium, ſuper ipſos reapſe recideret, efficiendo ut rupes iſta ſub eorū pedibus dehiſceret, ſicut hæc rupes ad Salvatorem recipiendum diviſa fuit; at verò, ut Lyranus inquit: *Non fuit percutiens illos, aut impellens, nec aliquo modo ſe vindicans, in hoc docens prædicatores Evangelii, ut non quærant vindictam de injuriis ſibi factis.*

Lyran.

9. S. Antonius de Padua ait: *Hoc Chriſtus nunquam fecit, quia declinando ipſe per mediū noſtrum tranſit, per medium inquam nobis indignis beneficia monſtrando: Ego autem*, inquit, *in medio veſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat; ſed timendum ne tranſeat per medium judicando, ſeparando ſcilicet in morte animam à corpore, corpus vermibus, animam ignibus & tormentis deputando, donec*, ut

S. Ant. de Pad. ſerm. in hanc fer. Luc. 22. 27.

S. Bern.

ut ait Bernardus, infelici consortio conjungantur acrius puniendo.

Did. Stell. 10. Didacus Stella duo alia documenta moralia tangit, dum ait: *Deus quandoque aliqua nobis subtrahit, quorum occasione labi possemus, quo consilio modo Nazarenis suam præsentiam subtrahit, ne graviter delinquerent.*

11. Alterum documentum est, *Docet locus iste, Deum à nobis non abire, nisi nos ipsum flagitiis nostris a nobis removeamus, quod in istis videmus, apud quos manebat & docebat, & mansit, donec illos expulerunt.*

Per medium illorum ibat.

S. Bon. Ioan. 126. 12. S. Bonaventura ly medium considerans, dicit: *Per medium vadit, quia mediator Dei & hominum semper diligit medium; unde medius vestrûm stetit, quem vos nescitis.*

Cajet. 13. Cajetanus in ea est opinione, quod Christus mox ut ad montis verticem pervenit, omnibus illis se invisibilem reddiderit, ideoque postea liberè per medium ipsorum sine periculo transierit: *Ivit quo voluit, remanentibus istis delusis, ut velsic occasionem resipiscentiæ haberent.*

Alb. M. 14. Albertus Magnus ait: *Ibat invisibilis eis, percussi enim sunt acrisia,* atque exemplum in Sodomitis illis, qui fores Loth invenire non valebant. Dionysius Carthusianus exemplum horti adducit, ubi omnes mox ut dixit: *Ego sum,* velut extra se positos in terram prostravit: Albertus Magnus igitur rem hanc ita prosequitur: *Dicitur autem quod de monte descendens mox sedens sinum fecit; & eum in se recepit, ita ut usque hodie vestigia vestimentorum & pedum appareant in lapide.* Prov. 12. *Effugiet justus de angustia.* *Dion. Cart.* *Alb. M.* *Prov.* 12. 13.

15. S. Bonaventura verbum illud, *ibat*, ita exponit: *Ad ostendendum, quod non fuit violentia vectionis; subditur, Ibat, scilicet propria virtute, sicut animalia, de quibus in Ezechiele dicitur, quod ibant, & revertebantur; Ibat scilicet non in præceps, sed descendebat.* *S. Bon.* *Ezech.* 1. 14.

Lucas illud hisce verbis ad vivum exprimit: *Ibat illæsus securus, intrepidus sine vi, sine fuga, sine festinatione, servata gressus gravitate, quasi non inter medios hostes constitutus (hæc enim vis verborum est) evasit ab eis ita liberè, ut ipsimet nescirent, quo pacto è manibus eorum elaberetur, an constringeret ipsorum manus, an oculos percuteret, an stupefaceret mentes & corda.* *Luc.* *Burg.*

16. Ecce igitur quantopere verum sit, quod *Exspectat Dominus, ut misereatur vestri;* tunc enim quando vel maximè ad se vindicandum manum suam extendere debebat ad justitiam, ut impios & sacrilegos illos perderet, ipse de eorum salute vel maximè sollicitus fuit. Hugo Cardinalis proinde ait: *Illorum mente mutata, vel subitò obstupefacta descendit, quia adhuc illis locum pœnitentiæ reservat.* *Isa.* 30. 18. *Hugo Card.*

17. Idem purpuratus Doctor in sensu morali dicit: *Per medium præcipitantium itur per consilii maturitatem.* Prov. 13. *Astutus omnia agit cum consilio, per medium lapidantium itur per mansuetudinem.* *Hugo Card.* *Prov.* 13. 16.

FERIA TERTIA POST III. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Matth. Cap. 18.

℣. 15. *SI peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum, inter te & ipſum ſolum.* 16. *Si te audierit lucratus eris fratrem tuum: Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum.* 17. *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* 18. *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolveritis ſuper terram erunt ſoluta & in cœlo.* 19. *Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cœlis eſt.* 20. *Ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* 21. *Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? Uſque ſepties? Dicit illi Jeſus: Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties.*

Verſus 15.

Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.

Si peccaverit.

Interl. S. Anſel.

Ianſen. conc. Evang. c. 72.

S. Aug. S. Hier. Chryſ.

1. INter ſacros interpretes non ſatis convenit, de quali offenſa vel culpa Dominus noſter hoc loco loquatur. Interlinearis legit: *Si injuria vel contumelia affecerit.* S. Anſelmus pariter ita exponit: *Quaſi dicat: Noli contemnere puſillum, ſed ſi peccaverit in te faciendo tibi injuriam, labora adeo de ſalute illius, quod prius corripias per te, poſtea per alios.* Janſenius eandem opinionem adfert. S. Auguſtinus, Hieronymus, & Chryſoſtomus quoque hanc opinionem majorem probabilitatem habere exiſtimant; ſiquidem poſtquam S. Petrus Chriſtum interrogâſſet: *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* Chriſtus protinus parabolam de decem millibus talentorum ad injuriarum remiſſionem ordinatam ſubnexuit. Hæc quoque opinio ex textu S. Lucæ deduci poſſe videtur, ubi dicitur: *Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit dimitte illi; cui læſo*, inquit Janſenius, *duplici ſanè nomine præ aliis convenit fratris peccantis & lædentis eum correptio, nimirum tum quod ei fratrum peccatum eſt notius, ac ipſum magis urit tum quod ejus fraterna admonitio efficatior poſſit eſſe apud eum, qui læſit, cùm viderit etiam illum ſalutis tuæ ſtudioſum, cui injuriam intulit.* Ecce tibi quouſque charitas Chriſtiani hominis pertingat, ut etiam injurias beneficiis compenſet; Senecæ ſententia eſt: *Si magnanimus fueris nunquam judicabis tibi contumeliam fieri: De convitiante dices: Animum nocendi habuit, mihi non*

Matt. 18. 12.

Seneca l. 4. de virtute.

non nocuit; & quidem ſi illatam nobis injuriam non ſolùm æquanimiter toleraverimus, verùm inſuper ſolliciti fuerimus de ſalute illius, qui nos offendit animamque ejus lucrati fuerimus, in tali caſu injuriam nobis minimè nocuiſſe, quantumvis atrox fuerit, inferiùs monſtrabimus *Lucratus eris fratrem tuum.*

2. Alia opinio, quæ etiam multòs habet ſectatores, dicit verba illa intelligenda eſſe de peccato, quòd verè eſt offenſa & injuria facta Deo. Lucas Burgenſis ait: *Sub peccato in te commiſſo, quodvis peccatum intelligi vult, in Deum aut proximum commiſſum, cujus tu conſcius ſis, nec ſit omnino publicum*; neque enim ſolùm de omni offenſa Deo illata dolere debemus, ſed in omnibus peccatis militat, idem motivum & ratio lucrandi proximum. Imò major nobis zelus habendus eſt pro injuria Deo illata, quàm pro ea quæ illata fuit nobis, eò quòd propter illam frater noſter majus vulnus accepit, magiſque de ſalute periclitatur. Pro hac opinione habemus S. Thomam cum omnibus ſcolaſticis 2.2. Q. 33. *Suarez de Religione, lib.* 10 *cap.* 7. *num.* 11. Ratio autem quam Janſenius pro hac ſententia adfert, eſt: *Quòd correptio iſta fratris non tantùm ſit adhibenda, cùm quis in nos peccavit, ſed multò magis cùm in Deum tum quòd non tantùm læſus fratrem ladentem corripere debet, ſed & alius quiſque qui conſcius eſt injuriæ, quam quis patitur, multò magis alius quàm læſus ne videatur iſte propriam injuriam proſequi.*

Luc. Burg. *S. Thom. 2.2. q. 33.* *Suarez. l. 10. de Relig. c. 7. n. 11.*

In te.

3. S. Anſelmus hanc ultimam opinionem adducens, qualiter illud ly *in te* intelligendum ſit, his verbis declarat: *Hoc eſt publicè, omne enim publicum peccatum contra unumquemque dicitur fieri, quia publicè peccans, proximum ſuum corripit.* Janſenius ait: *Intelligunt illud in te, coram te, vel te conſcio, te præſente atque vidente*, idem namque eſt peccare in aliquem, quod dare illi ſcandalum, vel quòd Deum in proximi præſentia offendere. *Quia ita Chriſtianus quiſque debet eſſe addictus gloriæ Dei & dilectioni proximi, ut omni peccato offendatur tanquam in ſe commiſſo, etiamſi non directè in ipſius vergat læſionem aut injuriam, ſed in injuriam Dei aut proximi cujuslibet.* Syriaca loco verbi *peccaverit*, legit, *erraverit.* Quiſquis enim injuriam Deo infert, nobis pariter contumeliam inurit, qui ſumus & nominamur filii ejuſdem Patris; *Pater noſter.* Præterquam quòd S. Paſchaſius dicat: *Majorum injuria, minorum eſt opprobrium*, & ideo non ſolùm pari, ſed etiam ferventiori zelo perſequenda nobis eſt offenſa Deo facta, quàm quæ nobismetipſis facta fuiſſet; at verò, de quo S. Hieronymus graviter lamentatur omninò contrarium à nobis fit: *Nos enim in Dei injuria benigni ſumus, in noſtris contumeliis exercemus odia.* Didacus Stella illud *in te*, ita exponit, *id eſt, te ſciente peccatum alterius.* Qualecunque enim peccatum aliquod ſit, contra nos ſemper eſt, quia in damnum noſtrum militat; unde Abulenſis ait: *Quicunque peccat, malum nobis infert*, quia pœnarum participes ſumus, licet culpas deteſtemur.

Janſen. c. 72. concord *S. Anſel.* *S. Paſch. l. 8. in Matt.* *S. Hier.* *Did. Stell. in cap. 17. Luc.* *Abul. in c. 23. Matt. q. 84.*

4. Hugo Cardinalis verba illa exponit in ordine ad malum exemplum vel ſcandalum: *Id eſt, contra te, ait, malo ſuo exemplo*, S. Bonaventura ait: *Dicitur peccare in nos, quando non ſolùm in perſonam noſtram, ſed etiam nobis præſentibus peccat*, adducitque locum quendam ex S. Auguſtino in ſerm. 16. de verbis Domini, ubi dicit: *Peccat frater in nos, ſi etiam nobis ſcientibus peccat, quia quantum in eo eſt, exemplo nos corrumpit, quos teſtes iniquitatis efficit.*

Hugo Card. *S. Bon. in c. 17. Luc.* *S. Aug. ſerm. 16. de verb. Dom.*

5. Cajetanus de offenſa privata intelligit: *Ad differentiam peccati in alium, nam peccatum contra te, tuum eſt condonare.* S. Antonius de Padua tres illius modos conſiderat: *Uno modo ſi tibi aliquam offenſionem intulit, vel perſonæ, vel rerum temporalium; alio modo ſcandalizando malo exemplo: Tertio, dum utroque modo.*

Cajet. *S. Ant. de Pad. ſerm in hanc fer.*

Frater tuus.

6. Lucas Burgenſis legit: *Chriſtianus, nec enim hic intelliguntur ii, qui foris ſunt, id eſt qui Chriſtiana, veraque a nobis religione diſcrepant.* S. Bernardus autem verbum iſtud ad quemvis peccatorem extendendum eſſe putat. *Planè nomine fratris omnis homo, etiam peccator intelligi debet, ſive æqualis, ſive*

Lucas Burg. *S. Bernard. Senen. ſer. 22. t. 2.*

ſive minor, ſive etiam major ſit ille, quia ex uno Patre Deo creati quia ex uno Patre Adam generati, atque ex uno Patre Chriſto regenerati & redempti ſumus.

7. Titulus hic fratris charitatem & amorem excitare debet in cordibus noſtris, id namque Deus à nobis expoſcit, ut tametſi graviter è proximo offenſi ſimus, inimicum tamen verè fratrem noſtrum eſſe agnoſcamus. Unde idem Sanctus ait: *Ponitur potius nomen fratris, quam hominis aut peccatoris, eò quòd frater nomen eſt charitatis, & amoris, quia ex uno Patre creati & regenerati ſumus, ideo correctio fratris ex radice procedere debet charitatis.* S. Bernardin. Senen.

Vade.

8. Vult dicere: non eſſe nobis curandum, ſi pro illius adimpletione moleſtiam vel incommoditatem aliquam ſubire debeamus; unde ire debeamus in propria perſona, nec differendum, id eſt, aut expectandum, donec is nobis occurrat; vult enim Deus in nobis videre ſollicitudinem & curam, quam pro hoc charitatis officio adimplendo habemus, quòdque opus illud nulla interpoſita dilatione tardetur, ne fortè vulnus illius profundius aut amplius proſerpat: *Malum enim cùm perſeverat, augetur*, inquit Caſſiodorus, & *remediabile bonum eſt in peccatum accelerata correctio.* Caſſiod. l. 3. v. 14. Chryſ. cit. à S. Ant. de Pad.

9. S. Antonius de Padua verbum illud: *Vade*, dupliciter intelligi poſſe ſcribit: *Uno modo ad literam: Vade, & corripe*, Citatque Chryſoſtomum dicentem: *Vade ad eum, quia ad te venire verecundatur.* Idem quoque monitum Lucas Burgenſis his verbis tradit: *non expectes, dum prior ipſe ad te veniat, culpamque agnoſcat, ſed quæras ipſe opportunitatem. Alio modo dicit vade, ad deſignandum quid debeat te movere, quia charitas iſta debet te portare, & utilitas proximi attrahere. Vade*, id eſt, deliberatè & prudenter correctionem aggredere, non præcipitetur, nec obiter & curſitando fiat, ſed procedatur potiùs paſſibus maturitatis & charitatis, quàm fervoris & zeli indiſcreti. Luc. Burg.

10. Hugo Cardinalis ait: *Non ſolùm per ſcriptum corripe, quia*, ut dicit Hieronymus, *neſcio quid latentis energiæ vivæ vocis actus habet*; adducitque dictum quoddam S. Ambroſii, ſuper illa verba: *Qui timent te, videbunt me & lætabuntur, ita dicentis: pleriſque juſti aſpectus admonitio correctionis eſt, perfectioribus verò lætitia eſt.* Hugo Card. S. Hier. S. Ambr. in Pſ. 118. 8. Pſ. 74.

11. At verò quid ſi is, qui correctionem recepturus eſt, nobis vicinus exiſtat, quid in tali caſu agendum erit? Nunquid etiam tunc verbum hoc *vade*, in executionem mitti poterit? *Si propè eſt, æqualiter ibo?* inquit Albertus Magnus, *vade duobus pedibus, compaſſionis & charitatis, tunc enim non indignabitur; corripe eum.* Alb. M.

12. Cajetanus hunc textum de injuria particulari exponens ita commentatur: *Vade, non expectes ut veniat ad petendam veniam à te, aut prius ipſe veniat ad te, aut ut obviet tibi, ſed tu vade.* Hugo Cardinalis ait: *Vade, ut noverit te compati ſibi, & ſollicitudinem habere erga ſe.* Porrò videri cuipiam poterat ſufficere, ſi qui offenſus eſt, injuriam acceptam remitteret, nec opus eſſe, ut inſuperonus hoc grave imponeretur, ut eum qui injuriam intulit conveniens, debitam per correctionem ad reſipiſcendum permoveat, & tamen Chriſtus non ſine myſterio ita diſpoſuit, dicens: *Vade & corripe eum*, quia talis tunc evidens ſignum edet, quòd odium in ejus corde non regnet, ſi ſe ſollicitum eſſe oſtendat pro ſalute animæ illius, qui eum offenderat, quia per hoc charitatis officium odii venenum è corde inimici ſui eradicare, & lethalem ejus infirmitatem integrè ſanare poſſit, (*lucratus eris fratrem tuum,*) ideò ſi id facere contemneret aut negligeret, ſatis apertè ſe charitatem non habere nec reconciliari curare, nec zelo præditum ſe eſſe oſtenderet, alienæ ſalutis, illarum animarum, quas Dei filius tam caro pretio ſibi comparandas eſſe duxit. Optimè igitur nos monet S. Auguſtinus, dum ait: *Quando ergo in nos aliquis peccat, habeamus magnam curam non pro nobis, nam glorioſum eſt injuriam obliviſci, ſed obliviſcere injuriam tuam, non vulnus fratris tui.* Hugo Card. Cajet. Hugo Card. S. Aug. ſer. 16. de verb. Dom.

* *
*

Corripe

Corripe eum.

Lyran. 13. Lyranus diſtinguendo clarè oſtendit, de quanam correctione Chriſtus in hoc Evangelio loquatur; utique non de illa, quæ ordinatur ad puniendum delinquentes pro ſatisfactione juſtitiæ publicæ. *Talis non pertinet ad ſingulares perſonas, ſed ad judicem*? illa verò quæ ad propoſitum noſtrum ſpectat, ea eſt, *Quæ ordinatur ad fratris peccantis emendationem, & hæc eſt actus charitatis, & pertinet ad omnes, quia ſicut dicitur in Eccleſiaſtico :Unicuique mandavit Deus de proximo, & ideo ſicut quilibet tenetur proximum ex charitate diligere, ita tenetur defectus ejus charitativè ad emendationem ejus corrigere.*

Eccleſi. 17. v. 12.

14. Porrò præceptum hoc corrigendi proximum divinum eſſe ex verbis Chriſti clarum eſt, quòd verò inſuper naturale ſit, ex illo Apoſtoli textu deducitur, qui ait : *Pro invicem ſollicita ſunt membra ; ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* Læſo etenim pede, oculus ſe applicat: ut vulnus exploret, manus verò, ut medicinam ei adhibeat, ingenium quoque ad præparandum huic effectui proportionatum unguentum laborat. *Unum corpus, & unus ſpiritus, ſumus invicem membra.* Chryſoſtomus ait : *In corpore tametſi pes vulnus accipiat, humi declinamus caput inclinantes. Caput inclinatur, quando pes infirmatur, ita dum unum membrum, id eſt, proximus labitur, ab alio membro corripiatur.* Virga Moyſis in terram projecta, in ſerpentem tranſmutabatur, ad denotandum, quòd quando non habetur ratio correctionis, tunc vel maximè peccati ſerpens ulteriùs ſerpendi locum peramplum habeat. Unde id quod ſerpenti dixit : *Ipſa conteret caput tuum.* Hugo Victorinus non de muliere, ſed de correctione interpretatur : *Caput*, inquit, *ſerpentis conteritur, quando peccatum ibi corrigitur, ubi naſcitur.*

1. Cor. 12 v. 26.
Epheſ. 4. v. 4.
Chryſ. hom. 13. in 1. ad Cor.
Exod. 4. 3.
Gen. 3. 15
Hugo Victor. in Reg.
S. Aug. c. 9.

15. Cùm univerſa lex Evangelica in charitate fundetur, præceptum iſtud pariter in hac virtute ſuam radicem defixam habet: Paulus de Palatio dicit : *Si jubemur cibum, potum, veſtem, proximo indigenti porrigere, quantò potius jubebimus eum à peccato, ſi poſſumus, liberare.* Lucas Burgenſis excellentiam quandam tangit, quam correctio obtinet ſupra eleëmoſynam : *Præcipit correctionem fraternam, actum virtutis charitatis, eò præſtantiorem eleëmoſyna, quò præſtantius fratris bonum nititur reparare læſum. Præcipit præcepto affirmativo, quod quidem ſemper obligat, ſed pro perſonarum, loci, temporis, finis, & cæterarum circumſtantiarum opportunitate.*

Paul. de Pal.
Luc. Burg.

16. S. Thomas ſuper hæc verba ſcribens quærit : *Nunquid peccat, qui hanc correctionem omittit?* Et cùm S. Auguſtinus reſpondet : *Si non corripis, pejor factus es tacendo, quàm ille peccando*; id quod etiam Seneca agnoviſſe videtur, dum ait : *Amici vitia ſi feras, facis tua ; cum his converſare qui te corrigant.* S. Thomas amplius eum reum eſſe exiſtimat, qui ab hoc officio ob reſpectus humanos deſiſtit : *Si deſiſtis*, inquit, *ne lædaris in temporalibus, ne moleſtia tibi accidat, vel hujuſmodi, peccas.*

S. Thom. in Matt.
S. Aug. ib. cit.
Seneca in Prov.
S. Thom.

17. Deus ipſemet circa hujus præcepti adimpletionem talem ſollicitudinem gerit, ut ne ab illius adimpletione nos ſeducamus, & ne exoſum illis efficiatur, circa quos exercendum venit, Deus ipſe in pluribus Scripturæ locis ſe, ut ita dicam, reprehendi velle inſinuet. In Job dicit : *Docete me, & ego tacebo, & ſi quid fortè ignoravi, inſtruite. In Iſaia : Arguite me, dicit Dominus.*

Iob. 6. 24.
Iſaiæ 1. 18.

18. Enimverò ad hoc ut præceptum iſtud obliget, multas neceſſum eſt concurrere circumſtantias. Et quidem recentior quidam Theologus, S. Thoma, aliiſque pluribus Doctoribus præeuntibus, conditiones quaſdam neceſſarias breviter adducit : *Primò ſi certè aut probabiliter ſcias proximum peccáſſe. Secundò, ſi non reſpuerit. Tertiò, ſi ſit ſpes reſipiſcendi. Quartò, ſi indigeat correctione. Quintò, ſi non ſit alius, à quo commodiùs corripiatur. Sextò, ſi ſit occaſio corripiendi. Septimò, ſi peccatum ipſius ſit mortale, periculoſum veniale.*

Becanu l. 3. c. 21.

19. Cajetanus ad hujus præcepti executionem non omnes obligari advertit, dum ait : *Ad hoc non tenentur omnes ſemper, ſed pro loco & tempore, quando ſcilicet vacat, & dicet,*

Cajet.

dicet, & credit quòd ſua correctio ſit utilis ei, qui corripitur. Idem quoque caſus nonnullos excipit, in quibus nulla eſt correctionis obligatio; quorum primus eſt, quando in corrigendo nulla eſt ſpes emendationis; ſecundus eſt, quando dubium eſt, an delictum probari poſſit, dum proceſſus aliquis criminalis inſtituitur. Tertius eſt, quando peccatum ſuo Superiori tanquam Judici eſt manifeſtum. Quartus, ſi quis alteri operi æqualiter bono vel meliori actualiter ſit applicatus. Quintus, *Cùm multitudo vel poteſtas eſt in culpa, ubi correctio plus noceret, quàm prodeſſet Eccleſiæ.*

20. Denique conditiones, quibuſcum hoc charitatis officium eſt exequendum, multæ ſunt, eæque valde conſiderabiles. In
Job.5.27. libro Job ſcribitur: *Ecce hoc, ut inveſtigavimus, ita eſt; quod auditum, mente pertracta.* Præcedat igitur diligens quædam & accurata circa peccatum proximi informatio; & poſtea deliberetur de modo illum corrigendi, & præcipuè examinanda eſt conſcientia noſtra, an ſcilicet ad eam faciendam moveamur ex paſſione, an verò ex zelo & charitate; nam ut S. Auguſtinus ait: *Nun-*
S. Aug. ad Gal. 6. v. 1. *quam alicui peccati objurgandi ſuſcipiendum eſt negotium, niſi cum internis interrogationibus examinantes noſtram conſcientiam, liquido nobis coram Deo reſponderimus dilectione nos facere.*

S. Bon. in c. 17. Lucæ. 21. S. Bonaventura in Lucam, ubi de correctione à Chriſto nobis præſcripta agit, advertit, quòd *Increpatio non debet venire ex ira, ſed ex clementia, non ex libidine vindictæ, ſed ex amore juſtitiæ.* Porrò inter alias circumſtantias, quæ à bona correctione defi-
Hugo & Card. ciunt, una eſt, quam Hugo Cardinalis tangit, dum ait: *Si non ex charitate & compaſſione corripiat, ſed malitiosè & deriſoriè, ſicut*
Gen. 9. 22. *Cham. Geneſ. 9.* In ſacris Canticis dentes Sponſæ gregibus ovium comparantur, quæ ex aquis lotæ & mundæ egrediuntur: *Den-*
Cant. 4. 2. *tes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro*; enim verò per hoſce Sponſæ dentes correctiones intelliguntur, hæ enim ut plurimùm mordent, & ſenſui diſplicent. Sciendum igitur eſt, quòd inter alias ovium conditiones hæc una ſit, quòd herbas quas depaſcunt, non perdant, imò verò eaſdem viventius germinare faciant, & fœcundiores efficiant; tales pariter dentes, id eſt, animæ cujuſdam juſtæ & perfectæ correctiones eſſe debent; curandum enim eſt, ne is, qui corrector eſt, offendatur, ſed potius eaſdem gratas habeat, indeque proficiat; qui autem illam executurus eſt, vigilanter attendere debet, ut ejus, qui reprehenditur, bonum nomen, bonamque famam conſervet. Vel etiam (& eſt ſecunda conditio,) dentes qui mordent, candidi, mundi, & loti eſſe debent. Unde Giliber-
Gilib. Abſerm. 23. in Cant. tus Abbas ait: *Vides quomodo lotos & irreprehenſibiles eſſe oporteat eos, qui alorum exceſſus debent remordere & corripere.* Moyſi pro primo ſigni commiſſi ſibi à Deo regimi-
Exod. 4. 8. nis populi fuit, virga data fuit, pro ſecundo verò manus leproſa: *Si non crediderint, neque audiverint ſermonem ſigni prioris; credent verbo ſigni ſequentis*, & tamen ipſum hoc ſecundo ſigno uſum aliquando fuiſſe nullibi inveniemus, non obſtante, quòd quoad primum ſignum ſubinde titubârint, & ratio eſt, quia illam *Protulit leproſam in-*
Exod. 4. 6. *ſtar nivis*; ex quo cognovit, quòd ut manus illa, quæ ſceptrum dominii & regiminis ſuſtinet, aliosque reprehendere debet, fructum faciat, munda & nitida ſit oporteat.
S. Bon. in cap. 17. Luc. Sanctus Bonaventura obſervat, quòd ſapientiſſimus Magiſter noſter, priuſquam in S. Luca præceptum correctionis inſtituat, dixerit: *Attendite vobis*, & poſtea ſubjunxerit: *Si peccaverit, &c. quaſi diceret, priùs debetis circa veſtram correctionem invigilare, quàm circa peccata proximi*, adducitque illum Actuum Apoſtolicorum tex-
Act. 20. v. 28. tum: *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo, &c. Hic autem ordo eſt neceſſarius, ne fortè dicatur intendenti correctioni alienæ, & negligēti ſuam, illud: Qui alium doces; teipſum non doces. Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me*, inquit in Pſal. 40. Regius Pro-
Pſ. 140. 5. pheta David. David audito flagitioſo filii
2. Reg. 13. v. 21. ſui Ammon inceſtu, contriſtatus quidem eſt, ſed filium non caſtigavit, aut punivit, neque illum prouti conveniebat, reprehendit, eò quòd ipſemet paulò antè grave illud adulterii facinus commiſiſſet, & quia in eodem cum ſcandalo publico continuaverat, os ſuum ad filiiſcelus reprehendendum aperire non

non præſumpſit, eò quòd eâdem pice tu-
Hugo Card. piter inquinatum eſſet. Hugo Cardinalis ad idem propoſitum textum illum Evangelii adducit: *Quomodo dicis fratri tuo, ſine ejiciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabs eſt in oculo tuo; Hypocrita ejice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui.*

Galat. 6. v. 1. 22. Celebre eſt illud Apoſtoli ad Galatas 6. traditum conſilium: *Fratres: etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* S. Bernardinus de Senis in duobus
S. Bernardin. Sen. to. 2. ſerm. 28. diverſis locis verbum illud *corripe*, ponderat: *Si vim hujus termini, corripere, volueri-mus ponderare, nihil aliud indicare videtur, niſi cor peccatoris à malo ad bonum ſubitò rapiendo mutare; dicuntur enim rapi, quæ ſubitò auferuntur, ſicut ſi ignitus carbo ſuper propriam vel proximi cecidiſſet veſtem, rapere eum, & ſubitò auferre ſolet; citò cor fratris à malo ad bonum transfertur, cùm ei turpitudo ſuæ culpæ, & pulchritudo divinæ gratiæ demonſtratur, quod fraternâ correctione evenire contingit.* In alio verò loco ſcribit, quòd *corripere* idem ſit, quod *corrapere; conſidera bene iſtud vocabulum, corripere, quod idem eſt, quod corrapere; quemadmodum ſi filius tuus cadit in ignem, tu ſubitò extrahis eum, quia officium charitatis eſt ſubitò ſublevare cadentem, & corde rapere eum de igne inferni.* Leo-
Serm. 22 in Fer 4. poſt Do 3. Quadrag. S. Leo. Epiſt. 48. ad Anaſtaſ. nis Magni ſententia eſt: *Plus erga corrigentem agat benevolentia, quàm ſe veritas: plus cohortatio, quàm commotio: plus charitas, quàm poteſtas.* Chriſtus ipſe, qui aliàs dixit:
Marc. 16. v. 14. *Diſcite à me, quia mitis ſum*, nihilominus datâ occaſione *exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt.* At verò quis inter Apoſtolos nolendo credere obſtinatior fuit ſancto Thoma? & tamen quanta cum ſanitate & benevolentia eum ad fidem perduxit reſurrectionis! Ecce tibi inter reprehenſionem Apoſtolorum, & S. Thomæ correctionem magnam differentiam; illa namque pluribus perſonis in genere facta, præfigurabat illam, quæ fit publicè, dum prædicatio Evangelica populo miniſtratur, quæ proinde efficax eſſe debet, ut terrorem incutiat: non vero ſic correctio fraterna, quæ fit homini in particula-

ri, hæc enim *in ſpiritu lenitatis* fieri debet. Seneca etenim de homine ſcribit, quòd *mollem medicinam deſiderat.* Conſolatoria proinde ſunt illa S. Apoſtoli verba dicentis: *Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris*; neque enim aliqua dari poteſt infirmitas in uno homine, qua alter quoque obnoxius eſſe non poſſit, niſi Deus illum præſervaret, quod idem pariter quoad malum culpæ aſſerere poſſumus; ac proinde optimum eſt illud S. Auguſtini monitum, dicentis: *Piè cautèque vigilandum eſt, ut cùm aliquem reprehendere vel objurgare nos neceſſitas coegerit, cogitemus utrùm tale ſit vitium, quod nunquam habuimus, vel quo jam caruimus; & ſi nunquam habuimus, cogitemus & nos homines eſſe, & habere potuiſſe; ſi vero habuimus, & non habemus, tangat memoriam communis fragilitas, ut illam reprehenſionem aut objurgationem, non odium, ſed miſericordia præcedat.*

Seneca l. 1. de Clem. cap. 17. Gal. 6. v. 1. S. Aug. l. 2. de ſerm. Dom. in monte.

23. S. Antonius de Padua ſimilitudinem adducit chyrurgi alicujus, qui vulneribus ſemper ſuperimponere ſolet remedia lenitiva, quia ſi illa ex aſperativis obduceret, eâdem denuo ſanie & putredine te impleret, quæ tandem ipſam cordis regionem petitura eſſet: *Sic quando videmus hominem impatientem, non debemus exaſperare, & ipſum corripere, quia tunc peccatum ad interiora trahitur, dum ſcilicet ſic correctus pertinax efficitur, & impatientrr ſuum defendit peccatum.*

S. Ant. de Pad. ſerm. in hac fer.

24. Chirurgus, priuſquam patienti venam aperiat, brachium illius faſciâ ſericâ, vel ligaculo rubeo arctè & fortiter conſtringit, ut venam ſe prodere faciat, cui ictum infigere parat. S. Gregorius conſiderat, quòd dum Joſeph fratribus ſuis ſui venditionem ab illis crudeli animo factam ob oculos poſuiſſet, mox eodem tempore ſui erga eos amoris teneritudinem in copioſo quem effudit fletu oſtenderit: *Ecce hoc eſt magiſterium diſciplinæ, ut culpis & diſcrete noverit parcere, & piè ac prudenter reſecare.* Prudens & expertus chyrurgus ferrum abſcondit, quo ſecare aut pungere intendit, ſeque vulnus tantùm palpare & mollire velle ſimulat, & quando infirmus ictum minimè expectat, tunc illum infigit, efficitque hac ratione, ut pœna minus ſentiatur. Quàm incurabile erat vulnus illud Judaiſmi, qui mortis & crucifixio-

S. Greg. homil. 22. in Ezech.

cifixionis filii Dei reus erat; & tamen S. Petrus, licèt illos illum probè cognovisse nosset. Dixerunt enim: *Hic est hæres; venite occidamus eum; verè filius Dei erat iste*; nihilominus ut illos Evangelio acquireret, fratres illos appellare non dubitavit: *Et nunc fratres scio, quòd per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri; pœnitemini igitur*, hacque ratione attracto ad ſe rete, aliquot animarum converſarum millia cœpit. *Dulciter eos alloquitur*, inquit Lyranus, *ut verbum Dei magis recipiant.*

Matt. 21. v. 38. Matt. 27. v. 54. Act. 3. v. 17. *Lyran. ib.*

25. S. Antonius de Padua monet cautè quoque advigilandum eſſe, ne dum eradicare zizania contendimus, per zelum indiſcretum frumentum quoque electum ſtirpitus evellamus: *Quia tunc non præmiabitur ut corrector, ſed punietur ut deſtructor*; adducitque textum quendam Exodi cap. 22. ubi dicitur: *Si egreſſus ignis invenerit ſpinas, & comprehenderit acervos frugum, ſive ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum qui ignem ſuccenderit*, ubi per ignem zelus intelligitur, qui cùm eſt diſcretus, zizania comburit, dum vitium corrigit & emendat: at verò quando zelus ille indiſcretus exiſtit, nonnunquam etiam frumentum ſuccendit virtutis illius, quam invenit. *Quoniam ſupervenit manſuetudo*, inquit David, *& corripiemur.*

S. Anton. de Pad. *Exod. 22. v. 6.* *Pſ. 89. v. 10.*

26. Odioſum valde eſt officium corrigendi alios, idque tantò magis, quia conſtat quòd veritas odium parit; naturaliter enim laudes amamus, non verò reprehenſiones; & tamen, ut bene S. Ambroſius advertit: *Etſi amaritudo correctionis animum amici vulneret, tu tamen corripere non verearis*; ſicut enim ſi aliquod infirmo ſubminiſtrares remedium, quo mediante is ſanitati priſtinæ reſtitueretur, tametſi id illi invito dediſſet: firmiter tamen tu illum tibi per gratitudinis obligationem adſtringeres: ita quoque res ſe habet, & quidem longè magis, ubi de reſtituenda & procuranda animæ ſalute agitur; ac proinde Chriſtus non ſine ingenti myſterio correctoribus ampliſſimum quoddam præmium & remunerationem exceſſivam promiſit: *Lucratus eris fratrem tuum.*

S. Ambr. l. 3. de off. c. 16.

27. Lucas Burgenſis de injuria in particulari nobis facta interpretatur, quæ non ſolùm nullâ ratione vindicanda à nobis eſt, verùm etiam incumbit nobis, ut inimico noſtro per benignam correctionem benefaciamus: *Non tantùm non lædendum tibi eum, qui te læſerit; verùm etiam magnam curam ſalutis illius gerendam tibi aſſerit, ut à peccati morte ad juſtitiæ vitam ipſum revoces.*

Lucas Burg.

Inter te & ipſum ſolum.

28. *Et quare?* inquit S. Thomas, moxque reſpondet, *quia iſta correctio fit ex charitate, charitas autem eſt amor Dei & proximi; ſi amas, debes ſalutem ejus diligere.* Duos autem modos præſcribit, per quos in hoc officio circumſpectè procedere debemus: *Attendenda conſcientia, & bona fama*; bona enim fama proximi noſtri omnino ſalvanda nobis eſt, idque fiet, ſi eum inter te & ipſum correxeris: *Si ante omnes corrigis, famam ejus tollis*; *tamen conſcientia præponenda eſt famæ.* Et ideo quando crimen commiſſum eſt publicùm, correctio etiam aliquando publica fit oportet: *Peccantem coram omnibus argue*; prouti S. Joannes Baptiſta quoad Herodem fecit, eo quòd inceſtus cum Herodiade commiſſus omnibus fuerit manifeſtus.

S. Thom. in Matt. *1. Tim. 5. v. 20. Marc. 6. v. 18.*

29. S. Anſelmus reddit hanc rationem: *Corripe privatim, ne potius videaris alieni criminis proditor, quàm corrector.*

S. Anſel.

30. S. Hieronymus aliud quoddam motivum in medium adfert, dum ait: *Corripiendus eſt frater ſeorſim, ne ſi ſemel pudorem & verecundiam amiſerit, remaneat in peccato.*

S. Hier.

31. S. Auguſtinus ait: *Studens correctioni, parcens pudori, fortè enim præverecundia incipit defendere peccatum ſuum, & quem vis facere correctiorem facit peſorem.* Hæc quoque Chryſoſtomi conſideratio fuit dicentis: *Ne teſtimonio multitudinis graviori accuſatione viſa, dedignatus ille duriorem ſe ad corrigendum præbeat.*

S. Aug. ſerm. 16. de verb. Dom. *Chryſ. hom. 61. in Matt.*

32. Cajetanus hunc modum privatim corripiendi præcipi dicit, ut correctus ex viſo hoc modo, & dexteritate perſonæ corrigentis, agnoſcat illum ad hunc actum nullo alio moveri motivo, quàm ſolius amoris & charitatis: *Ut ex modo monendi percipiat qui offendit, charitatem monentis; ſi enim coram aliis incipit monere, exiſtimabit qui corrigitur, quòd tuo ſtudens honori, aut illius confuſioni,*

Cajet.

ſioni, aut quòd vindictam ſic exerceat; at ubi interte & ipſum ſolum verba ſalutis ejus ſola funduntur, ſoli charitati rationabiliter attribuitur monitio. Hanc eandem obſervationem Janſenius adducit, dum ait: *Cùm enim quis videt alium ſuæ ſaluti ac ſimul famæ conſulere, efficaciter ſanè commovetur ad peccati ſui agnitionem & deteſtationem, idque eo efficacius, ſi fiat ab eo, quem læſit.*

Janſ. c. 72. concord.

Verſus 16.

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum, ſi autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

1. Nimirum ſcire nos Dominus voluit, quo fine facienda ſit à nobis correctio. Sanctus Thomas ait: *Si propter teipſum corripis, nihil facis; ſi propter Deum, tum valet.* Tunc enim Deus operam noſtram remunerat, quando nos ſalutis illarum animarum zeloſos exhibemus, quas ipſe ſibi ſanguine ſuo & vitâ pretiosâ, caro ſcilicet pretio comparavit. Unde S. Jacobus Apoſtolus ait: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, liberat animam ejus à morte, & operit multitudinem peccatorum. Per alterius ſalutem*, inquit Interlinearis, *ſalus tibi acquiritur.*

S. Thom. in Matt. *Jacob. 5. v. 20.* *Interl.*

2. Lucas Burgenſis ingens lucrum exactè penſitat ſequentibus verbis: *Perierat frater peccando & tibi, & ſibi, & Deo, à quo factus fuerat alienus; ſibi, quia obnoxium ſe reddiderat æternæ mortis; tibi, cui ſe reddiderat inimicum; amicâ hac tuâ correctione ſuaviſſimè lucri feciſti eum Deo, cui per pœnitentiam reconciliatur; ſibi, quia ſalutis, vitæque æternæ jus recuperat, & per illius ſalutem tibi quoque ſalutem acquiris.* Demum verò ulterius dicit, quòd tametſi Deo proprium ſit peccatores ad pœnitentiam reducere, efficereque ut efficaciter reſipiſcant, eidem tamen ad noſtram utilitatem & gloriam nos ſingulariſſimæ hujus prærogativæ participes facere piè complacuit: *Quò tamen ad officium magis ſtrenui ſimus, ſuum nobis honorem tranſcribit Chriſtus, quod fratrem perditum lucri facimus, qui nil niſi externum correptionis miniſterium adhibemus.*

Lucas Burg.

3. Ponderemus igitur quàm charè Deo anima exiſtat, quanti hæc illi conſtet, & poſtea conſideremus, quòd non tantùm unam, ſed duas animas lucrifaciamus: noſtram, quia ut S. Anſelmus dicit: *Per alterius ſalutem nobis quoque acquiritur ſalus;* proximi quoque animam lucramur: *Lucratus eris fratrem tuum.* S. Gregorius ait: *Si magnæ mercedis eſt eripere carnem à morte, quanquam morituram, quanti eſt meriti à morte animam liberare, in cæleſti patria ſine fine victuram?* Quot videmus extremis ſe periculis objicere, ut amicum quendam ſive in puncto honoris & reputationis, ſive vitæ defendant, idque faciunt ſine ullo timore aut reſpectu mortis? at verò longè majus meritum noſtrum erit, ſi quoad animæ ſalutem conſervandam, quæ longè excellentius quid eſt, zeloſos & fervidos nos eſſe probaverimus.

S. Anſel. *S. Greg. hom. 26.*

Si te audierit.

4. Chryſoſtomus ait: *Videlicet, ſi perſuaſus à te peccati ſe condemnârit.* Dionyſius Cathuſianus dicit: *Si tuæ increpationi humiliter acquieverit.*

Chryſ. hom. 61. in Matt.

Si autem te non audierit, adhibe tecum, &c.

5. Interlinearis ait: *Si adhuc incorrigibilis extiterit; ſicut aſpidis ſurdæ,* inquit David, *& obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Multi ſunt, qui ſurdos ſe eſſe ſimulant, correctioneſque à ſe penitus abjiciunt & repellunt, nec tamen ideo nobis à cura ſalutis ipſorum æternæ deſiſtendum eſt, quia ut Lyranus obſervat, cùm fama minus bonum ſit, quàm bona vita & ſalus animæ: *Si non poſſit ſervari bona vita fratris, ſine detrimento ſuæ famæ, tunc procedendum eſt ad ſalutem bonæ vitæ cum aliquali læſione ſuæ famæ;* ac proinde adhibendus eſt unus vel duo ad ſummum criminis ab eo commiſſi teſtes, iſque in præſentia illorum eſt reprehendendus, & tunc ſi ſe non emendaverit, nulla tibi amplius bonæ famæ ipſius conſervandæ cura eſſe debet, quia bona vita famæ longè prævalet.

Interl. *Pſ. 57. v. 5.*

Dion. Cart. 6. Dionyſius Carthuſianus verba illa : *Si te non audierit*, ita gloſſat: *hoc eſt, ſi verba tua contempſerit, vel ſe excuſaverit, vel id, quod fecit, bonum eſſe affirmaverit, non peccatum*; vel etiam ſecundùm Albertum magnum, ſi ad tuam notitiam per venerit, quòd correctionem tuam contempſerit, & hac de re certus fueris : *Si ad te pervenerit certo judicio, quòd te non audierit, & hoc ſit, niſi quando peccatum iterat, & hoc jam in notitiam ſerpere incipit.* Lucas Burgenſis ait : *Peccatum impudentes defendens, aut excuſans, vel certè in eo perſeverans; nam qui factum perfricta fronte negârit, is, niſi teſtes ſuppetant, Dei judicio relinquendus eſt.*

Alb. M.

Lucas Burg.

S. Bonav. in Luc. 7. S. Bonaventura modos nobis tradit, quos obſervare debemus, ut errans in viam ſalutis denuo reduci queat. Id enim fit *primò amore, quod fit quando rectè monemur. Secundò pudore, quod fit cùm teſtes adhibentur. Tertiò terrore, quod fit in facie Eccleſiæ.*

Lucas Burg. 8. Lucas Burgenſis qualitates eorum declarat, quos in noſtram ſocietatem adhibere debemus, nimirum *viros honoris Dei, fraternæque ſalutis ſtudioſos, quemadmodum jumentum in foveam collapſum, ſi unus ſolus extrahere nequit, plures in auxilium advocantur.*

S. Aug. in Pſ. 48 Pſ. 48. v. 12. 9. Per duos hoſce teſtes intelligere poſſumus Deum in cælo, & confeſſarium hic in terra, qui obtinet locum ipſius, coram quibus reprehendendi & judicandi ſumus. Unde Auguſtinus ſuper illa verba : *Veritas de terra orta eſt, & juſtitia de cælo proſpexit*, ita ſcribit: *Confeſſio ab homine, homo enim peccator eras, ô terra, qui quando peccâſti, audiſti: Terra es, & in terram ibis*; *oriatur de te veritas: ſi cùm ſis iniquus, dicis te iniquum, veritas de terra orta eſt. Quæ juſtitia de cælo proſpexit? tanquam Dei dicentis : parcamus huic homini, quia ipſe ſibi non pepercit*; *ignoſcamus, quia ipſe ſe agnoſcit.*

Verſus 17.

Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ.

S. Aug. de corr. & grat. 1. S. Auguſtinus eos, qui de ſcandalis ſuis reprehendi nolunt, hiſce verbis monet : *At quicunque corripi non vis, etiam propterea corripiendus es, qui corripi non vis.*

S. Hier. 2. S. Hieronymus dicit, quòd ſi is, qui erravit, ad correctiones ejus, qui ex motivo charitatis eum corrigit, ſurdus extiterit, tunc corrector alium ſibi in ſocietatem adſciſcat, cui ſi etiam aures attentas præbere detrectaverit: *Adhibeatur & tertius, vel corrigendi ſtudio, vel convenienti jub teſtibus; porrò ſi nec illos audire voluerit, tunc multis dicendum eſt, ut deteſtationi eum habeant, & qui non potuit pudore ſalvari, ſalvetur opprobriis.* In eundem quoque ſenſum S. Thomas conſentit dicens : *Dic Eccleſiæ, id eſt, toti multitudini ut cõfundatur, ut qui noluit ſine confuſione corripi, cum confuſione corripiatur; eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gratiam & gloriam.* Eccleſiaſt. 4.

S. Thom. in Matt. Eccl. 4. v. 25.

Cajet. 3. Cajetanus quoad ſenſum literalem ait: *Appellatione Eccleſiæ Prælatus, qui ordinarius jud x eſt fratris impœnitentis*; verbum autem *dic*, hoc ſenſu exponit, ſcilicet, *judicialiter denuntiando, ſeu accuſando & procedendo.*

Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi, &c.

Hugo Card. 4. Hugo Cardinalis ordinem conſiderat, quem in exequenda executione officii correctionis tenere debemus, ideoque dicit : *Primò debet revocari amore, & ideo primò ſingulariter admoneri debet, poſt timore, & ideo dicuntur adhiberi teſtes, quos timeat, & tandem pudore; & ideo ad ultimum dicit: vitetur tanquam ethnicus.* Simon de Caſſia ſcribit : *Eorum eſt deſperanda ſalus, quibus eſt odioſa correptio.*

Sim. de Caſſ. in l. 9. c. 44

Janſ. ib. 5. Janſenius in hoc præcepto, ſicut & in pleriſque aliis potius intentionem, quàm verba Chriſti attendendam eſſe exiſtimat : *Intentio autem ejus hoc loco eſt, ſtudioſè tendum modis quibuslibet aptioribus, ut vel frater peccans reſipiſcat, vel ſi id impetrari non poteſt, à contagio ipſius alii præſerventur.*

Verſus 18.

Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.

Cajet. 1. Cajetanus ſuper Matthæum, Chriſtum hiſce

hiſce verbis illos perterrefacere voluiſſe exiſtimat, qui ſe incorrigibiles eſſe ipſo opere probant: ut non ſolum timeatur ſententia Petri, ſed quilibet ſui Prælati, ſuæque Eccleſiæ ſententiam timeat.

S. Anſel. 2. S. Anſelmus Chriſtum hanc authoritatem Apoſtolis delegâſſe ſcribit, ut ſciant, qui à talibus condemnantur, humanam ſententiam divinâ ſapientiâ roborari, & quodcunque ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in cœlo. Innocentius III. de clavibus Petro datis ita ſcribit: *Petrus ergo per claves acceptas & claudit, & aperit: claudit, cùm ligat: aperit, cùm abſolvit.* Job cap. 40. dicit: *Si habes brachium ſicut Deus, & ſimili voce tonas?* Id quod de Sacerdote verè dici poteſt; Sacerdos enim in danda abſolutione brachium elevans, ſe quaſi omnipotentem, Deoque parem eſſe demonſtrat, dum peccata remittit: *Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?* Sacerdos paucula verba proferendo, velut tonitrua & fulgura vibrans, cenſurarum ſententias vibrat, obſtinatiſque & rebellibus Eccleſiæ cœlum claudit. Porrò S. Bernardus in laudem S. Petri memorabilem quandam ſcribit ſententiam, quæ & illis adaptari congruè poteſt, in quos ipſe ſuam transfudit authoritatem: *Claves cœli tam ſingulariter accepit, ut præcedat ſententia Petri ſententiam cœli.* Id quod B. Petrus Damianus pariter aſſerit, dum ait: *Judicat Petrus, & Petri judicia confirmat Omnipotens, & eſt in manu Petri manus Altiſſimi.*

Innoc. 3. in feſt. Apoſt. ſer. 1. *Iob. 40. 4.* *S. Bern. ſerm. de SS. Apoſt Petro & Paulo.* *B. Petr. Dam. ſer. de S. Petro.*

Matt. 9. 8. 3. Poſtquam Salvator miraculum illud patrâſſet in paralytico, cui nòn ſolùm corporis, ſed & animæ ſalutem contulit, peccata ejus ei dimittendo, dicit ſacer textus, quòd devotæ circumſtantes turbæ *Glorificaverunt eum, qui dedit poteſtatem talem hominibus;* ſiquidem juriſdictio illa Sacerdotibus conceſſa ad condonandum & remittendum peccata, quoddam eſt Eccleſiæ beneficium quaſi, ut ita dicam, infinitum. Et quidem quiſquis doni hujus in Sacramento pœnitentiæ excellentiam pro meritis conſiderare vult, prius ſtatum animæ cujuſdam in peccato conſtitutæ, cui irreparabiliter & in ſempiternum clauſum eſt cœlum, & apertus infernus, conſideret, & inveniet, quòd ſicut peccator intra diabolicæ cujuſdam ſervitutis jugum conſtrictus & ligatus hæret, ita ab unius duntaxat Sacerdotis voce denuò relaxantur: *Quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* *Matt. 16 v. 19.*

Verſus 19.

Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis eſt.

Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram.

1. Chriſtus hiſce verbis preces & ſupplicationes eorum, qui per charitatis, amoris & pacis vinculum conjuncti inter ſe concorditer vivunt, omninò exaudiendas eſſe promittit. Porrò Chryſoſtomus hoc loco Chriſtum hoc loquendi modo omnes à fidelibus ſuis diſcordias & diſſenſiones abigere & profligare voluiſſe dicit, eoſdem ad unam voluntatem, & animorum conformitatem, non ſolùm per minas & pœnas, verùm etiam per donorum illorum, quorum charitas liberalis diſpenſatrix exiſtit, promiſſionem reducendo: *Nam poſteaquam contentionis extrema ſupplicia poſuit, magna concordiæ præmia exponit, cùm & à Patre, qui conſenſu & charitate conjuncti ſunt, facilè impetrent quod petunt, & ipſum Chriſtum in medio ſui poſſideant.* S. Hilarius ſolicitudinem quam Chriſtus in hac unione procuranda exhibuit, hiſce verbis expendit: *In tantùm humanæ pacis ſtuduit concordiæ, ut unitatis meritò omnia, quæ à Deo precanda ſint, impetranda eſſe confirmet.*

Chryſ. hom. 71. in Matt. *S. Hilar. can. 18. in Matt.*

1. Porrò quòd hac promiſſione non obſtante, perſæpè in noſtris ſupplicationibus non exaudiamur, hujus Origenes hanc reddit rationem: *Quia non conſentimus nobis per omnia ſuper terram, neque dogmate, neque converſatione; ſicut enim in muſicis, niſi ſit convenientia vocum, non delectat audientem: ſic in Eccleſia, niſi conſenſum habuerit, non delectatur Deus in ea, nec audit vocem eorum.*

Orig. tract. 6. in Matt. *in cat. D. Th.*

3. S. Paſchaſius ex hiſce præmiſſis, & ex hac Chriſti præmiſſa ſequentem deducit conſequentiam: *Si duo vel tres bene ſibi conſentientes impetrare poſſunt fiduciali ùs de omni re, quam ſecundùm Jeſum petierint in nomine ipſius à Patre, quantò magis ubi ſingulæ Eccleſiæ, aut omnis Eccleſia rogat?*

S. Paſch. ib. 8. in Matt. c. 18.

4. S. Cyprianus aliud format argumentum

S. Cypr. epiſt. 28.

tum, quod à prædicto parum dissimile exiſtit, dicit enim : *Quòd ſi duo unanimes tantum possunt, quid ſi unanimitis apud omnes esset ?*

Lyran. 5. Lyranus hæc verba de illis exponit, qui postquam inter se inimici fuerunt, demum ad invicem reconciliantur : *Scilicet offensam sibi invicem remittendo : de omni re, quamcunque*, &c. *quia oratio non est accepta coram Deo, si teneat odium contra fratrem in animo.*

S. Thom. in Matt. 7ac. 4. 3. Euth. ib. 6. Porro valde considerabile est illud ly *Si duo.* S. Thomas dicit : *Si duo ex vobis, qui secundum Evangelium vivitis* ; adducitque illum S. Jacobi locum cap. 4 *Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis.* Hanc quoque eandem observationem Euthymius in medium adfert, dum ait : *Non simpliciter dixit : si duo consenserint, sed si duo ex vobis, hoc est, similes vobis virtutem colentes* ; neque enim sufficit duos inter se unitos esse ad flectendum genua, nisi etiam uniti simus ad inflectendam voluntatem, perfectè nos Dei legi subjiciendo : *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* S. Hieronymus spiritualem quendam sensum ex hisce verbis elicit dicens : *Possumus & hoc spiritualiter intelligere, quod ubi spiritus & anima, corpusque consenserint, & non inter se bellum diversarum habuerint voluntatum, carne concupiscente adversus spiritum, & spiritu adversus carnem, de omni rem quam petierint, impetrent à Patre, nullique dubium, quin bonarum rerum postulatio sit, ubi corpus ea vult habere, quæ spiritus.* Porro S. Joannes qua in re fiducia nostra de omni re, quam à Deo petierimus impetranda, fundanda sit, hisce verbis optimè declarat : *Quoniam si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, ut quicquid petierimus, accipiemus ab eo.* Regius quoque David magnam in oratione, quam Deo offerebat, habebat fiduciam ; sed qua putas cum conditione ? Prius nimirum dicebat : *Exaudi Domine justitiam meam* ; & postea subjungit : *Intende deprecationem meam.* Etenim ad hoc, ut oratio nostra ad tribunal usque Altissimi penetrare possit, cælos transeat necesse est ; at verò audite quales illi S. Ambrosius alas assignet ; hic enim super illa verba : *Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine*, ita scribit : *Volare facit orationem bona vita, & dat alas precibus spirituales, quibus sanctorum ad Deum evehatur oratio.*

Pſ. 65. 18. S. Hier. in Matt. 1. Joan. 3. v. 21. Pſ. 16. 1. S. Ambr. in Pſ. 118. v. 169. Pſ. 118. v. 169.

De omni re, quamcunque petierint, fiet illis.

7. Enimverò qualiter hæc promissio intelligenda sit, Lyranus optimè hunc in modum explicat : *Dum tamen illa oratio habeat conditiones, quæ ad hoc requiruntur, scilicet quòd aliquis oret pro se piè & perseveranter* ; quod optimè consonat cum eo, quod Hugo Cardinalis dicit : *Si petierit piè, perseveranter pro se & ad salutem.* *Lyran.* *Hugo Card.*

8. Cajetanus ait : *Fiet illis, non contra, vel præter illos, ut intelligas non præmitti exauditionem, nisi secundùm voluntatem petentium quam haberent, si cuncta nossent quæ Deus novit. Bonus enim Dominus negans quod volumus, & petimus ut tribuat, quod mallemus, si omnia videremus, quæ Deus videt.* Imò ipse quoque Seneca solo lumine naturali illustratus hanc nobis veritatem declarat, nimirum quòd nonnunquam secundùm intentionem nostram, licèt non secundùm petitionem exaudiamur : *Sunt quædam nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare beneficium est* ; *æstimabimus itaque utilitatem potiùs, quam voluntatem petentium.* *Cajet.* *Sen. lib. 2. de benef. c. 13.*

9. Cardinalis Cajetanus super illud ly *Si duo*, aliam quandam ponderationem habet : *Non dixit : Si omnes* ; *ne de universali Ecclesia tantùm intelligeretur* ; *non dixit : si multi, ne ad magnarum Ecclesiarum gratiam sermo restrictus videatur* ; *sed dixit, si duo, ut etiam minimi numeri fidelium, quanta sit vis, explicetur.* Ecquid enim servus Dei facere & obtinere non potest ? Legite cap. 5. Jeremiæ, & in ejus principio Deum protestantem invenietis, & dicentem : *Circuite vias Jerusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei.* Ubi S. Hieronymus exclamat : *Grandis amor justitiæ ! non pro decem justis, sicut olim dixerat ad Abraham, liberat civitatem ; sed si invenerit unum tantùm justum in Jerusalem, ignoscit toti civitati propter illum.* *Cajet.* *Ier. 5. 1.* *S. Hier. in Jer.*

10. Deus olim vindicativæ justitiæ suæ ensem adversus infamem illam civitatem stringere & vibrare decreverat ; at verò se decretum *Gen. 19. v. 22.*

cretum hoc exequi non poſſe proteſtabatur, quamdiu inde juſtus Loth nondum diſceſſerat. Unde S. Hieronymus alibi ita ſcribit : *Qui dixit : Dimitte me, oſtendit ſe teneri poſſe ne faciat quod minatus eſt, Dei enim potentiam ſervi preces impediebant.*

S. Hier. epiſt. ad Gaud.

Verſus 20.

Ubi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

Chryſ. hom. 16. in Matt.

1. Chryſoſtomus verba illa, *In nomine meo*, obſervat, iis enim requiritur, ut hæc unio ſit plurium perſonarum, quæ in nomine & amore Dei, non verò propter fines & lucra temporalia, prout communiter contingit, congregatæ exiſtant : *Si quis principaliter propter me charitate proximo conjungitur, cum eo ipſe ſum, ſi ad hoc virtutis etiam opus adjecerit*; at verò pauci ſunt, inquit S. hic Doctor, qui ab hoc fine moventur, alios namque reſpectus in ipſorum amicitiis ut plurimum inveniemus : *Nam alius amat, quia redamatur; alius, quia utilitati ſibi eſſe aut fore hominem putat; Chriſti verò causâ difficillimè quenquam invenies, qui amicum ut oportet, diligat*; *ſed omnes ferè ſæcularium vinculo rerum inter ſe vinciuntur.*

8. Hugo Cardinalis quoque diſtinctionem illam, quam ſapientiſſimus Magiſter noſter verbis illis : *Congregati in nomine meo*, innuit, conſiderat; ſiquidem experientiâ teſte videmus, quòd multi quidem uniantur ad malum, pauci verò ad virtuosè operandum : *Sunt congregati*, inquit, *ſed non in nomine Domini, quorum conſenſus in fraudulentia, in malitia, in vanitate, in augendis divitiis, in cubilibus & impudicitiis, & injuriis ſuis ulciſcendis.* Ex alia verò parte quoſque quinam illi ſint, qui in nomine ejus congregati ſunt, declarat : *In nomine Domini congregati ſunt, qui ipſius gloriam æmulantur, ipſius ſpiritu fervent, ipſum in omnibus & per omnia fidei oculis & mundo corde non deſinunt intueri.*

Ianſen. 6. 72.

3. Janſenius multò ſpecialiùs, qualiter hæc Chriſti, in hac plurium ſimul facta congregatione, aſſiſtentia, intelligenda ſit, declarat his verbis : *Non ſolùm propter præſentiam ſuæ divinitatis, ſecundùm quam ubique eſt, ſed magis ratione ſpecialis ſuæ gratiæ & aſſiſtentiæ, quâ illorum orationes Deo Patri facit acceptas, tanquam à ſe ſimul fuſas, aut eas ipſemet acceptat & adimplet. His ergo ſententiis dupliciter commendat fraternam concordiam, tum ſcilicet propter ipſius impetrandi vim apud Deum Patrem, tum quod illa ſingulari ſua præſentia ſit decorata.* Unde evidenter deducitur, quanti æſtimandæ ſint Synodi & Concilia generalia pro fidei ſtabilimento, bonorumque morum & diſciplinæ Eccleſiæ propagatione congregata & celebrata.

4. Lucas Burgenſis hinc quoque efficaciter arguit, illatum efficaciam & virtutem Orationum, quæ à pluribus fidelibus ſimul congregatis paſſim effunduntur : *Multò magis*, inquit, *ſi duo vel tria millia, aut Eccleſia univerſa; promiſſionem de paucis extulit, ut doceret, quàm probet nos in ipſo conſpirare & convenire, etiamſi minimo numero ſimus; gratius ergo ipſi eſt, ſi plurimi inter nos in ipſo conſpiremus*; ac proinde in tribulationibus, urgentioribuſque Chriſtianitatis neceſſitatibus celebrantur proceſſiones, orationes inſtituuntur ſolemnes, fiuntque publicæ orationes, &c. quia ut Chryſoſtomus ſcribit : *Deus frequenter reveretur multitudinem unanimem & conſentientem in precando, ut velut pudore victus, non audeat illis denegare.* Id quod præfatus ſanctus Doctor de Ninivitis loquens ſcribit, qui tametſi ſceleratiſſimi Idololatræ eſſent, atq; ſententiam condemnatoriam contra ſe à divino conſiſtorio latam audiviſſent à Jona dicente : *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur*; nihilominus ad orationem faciendam ſimul congregati, divinæ juſtitiæ flagellum jam illorum cervicibus imminens à ſe repulerunt. Similiter civitas Bethuliæ cœleſti ſe auxilio & ſubſidio deſtitutam eſſe timere haud immeritò poterat, quando ſe ab Holophernis exercitu ad tantas vidit redactam eſſe anguſtias; qua igitur ratione aſſiſtentiam & protectionem Altiſſimi ſibi tandem comparârunt? *Unanimes preces ſuas Domino effuderunt*; *clamaverunt ad Dominum Deum Iſraël unanimiter*; qui proinde generoſæ illi viragini Judith pectus & cor heroicum ſuggeſſit, ut facinus illud adeò generoſum, ſexum-

Luc. Burg.

Chryſ. hom. 2. in 2. ad Cor.

Ioan. 3. v. 4.

Iudith 6. v. 14. Iudith 4. 10.

ſexumque debiliorem longe tranſcendens explere & feliciter exequi prævaleret. Quando Heliodorus ad templum ſanctum Hieroſolymitanum totaliter deprædandum in procinctu erat, videri quidē poterat, quòd ad illius violentiam reprimendam ſummi Pontificis Oniæ, aliorumque Sacerdotum, qui veſtibus ſacerdotalibus præcincti accurrebant, meritum ſufficere potuiſſet, & tamen Spiritus ſanctus quantum oratio publica facere prævaleat oſtendere volens, dicit: *Gregatim de domibus concurrebant, publicâ ſupplicatione obſecrantes*; unde protinus ſubſecutum fuit peſſimi illius ſacrilegi Regis ſeveriſſimum ſupplicium; nam *Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtentionis evidentiam.* Unde Chryſoſtomus tale facit argumentum: *Si omnis oratio tantam vim habet, longè magis eam, quæ ex ore multorum provenit, valere conſentaneum eſt; plus enim nervorum in ea eſt, & audientia major, quàm in domeſtica illa & privata; inter homines populo petente, Rex multitudine motus ſententiam contra reos deponit, multò magis Rex cœleſtis.* Sancta mater Eccleſia orationi illi, quæ in Miſſa & officio divino dicitur, nomen Collectæ indidit, ad denotandum, orationem divinæ Majeſtati acceptiſſimam eſſe illam, quæ à pluribus ſimul congregatis ad Deum effunditur. Unde Chryſoſtomus ait: *Multa oratio ferventior fit, & exaudibilior.* Idem quoque multas valdè proficuas conditiones in illis obſervat, qui in Eccleſia ſimul congregati Deum orant: *Concordia, conſpiratio, copula amoris & charitatis, Sacerdotum clamores; præſunt etiam eam ob rem Sacerdotes, ut populi orationes, quæ per ſe infirmiores ſunt, validiores illas complexæ ſimul in cœlum evehantur.* Dicſodes, quandonam Spiritus ſanctus primitùs cum tantâ cœleſtium theſaurorum plenitudine ſuper Eccleſiam infuſus fuit? *Erant omnes pariter in eodem loco*, id eſt, quando omnes primi fideles ad orationem faciendam congregati erant: *Erant perſeverantes unanimiter in oratione.* Optimè igitur S. Bernardinus ait: *Scimus quòd concordia ad proximum, ſeu fraternum collegium cum vacatione attentæ orationis ad Deum, integra diſpoſitio ſunt ad Spiritûs ſancti cumulatum donum.*

2. Mach. 3. v. 18.

Ib. v. 24.

Chryſ. hom. 3. de incompreh Dei nat. circa fin.

Act. 2. 1.

Act. 1. 14.

S. Bern. Sen. ſer. de 7. donis, l. 5. ar. 3. c. 1.

5. Theophilactus ingeniosè obſervat, Chriſtum non fuiſſe locutum in tempore futuro, dicendo, futurus ſum, vel ero in medio eorum; ſed in tempre præſenti, ibi ſum in medio eorum, qui ſcilicet in nomine meo congregati erunt: *Non dixit autem: Ero (non enim tardat, vel cunctatur) ſed ſum, hoc eſt, jam illic invenior.* Theoph. in Matt.

6. Cajetanus quærit, unde hujus orationis efficacia & valor derivetur, cui impetratio promittitur omnium illorum quæ poſtulat? & reſpondet: *Ratio tantæ efficaciæ in unanimitate orantium redditur, præſentia ipſius Jeſu in medio talium eſt, ita quod ipſi jam non ipſi petunt, ſed ego in ipſis peto*, nam ut Apoſtolus teſtatur: *Ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Cajet. Ro. 8. 26.

7. Dionyſis Carthuſianus pulchrè declarat, in quonam hæc Salvatoris præſentia ſpecialiſſimè conſiſtat, dicit enim: *Ibi ſum in medio eorum, id eſt, inter eos, atque in cordibus ſingulorum per Spiritûs ſancti directionem, piam gubernationem, & precum illarum glorioſam exauditionem.* Dion. Cart.

8. Lucas Burgenſis eximium illud beneficium, quod nobis ex præſentia Salvatoris promittitur, optimè examinat, dicens: *Hoc quàm inæſtimabile ſit bonum, Chriſtum in negotiis omnibus habere præſentem, qui preces, conſilia & eventus benedicat, non levem ſtimulum nobis addere debet, ut tam reverenter, quàm libenter conveniamus ad publicas preces.* Luc. Burg.

9. Benè tamen advertendum eſt illud Ennodii monitum dicentis: *Regnat autem Chriſtus in numero veſtro, qui ſibi non tam in multitudine, quàm in devotione complacuit.* Etenim unio hæc pro vinculo & motivo, charitatem, devotionem, & ſpiritum habere debet; neque enim Deus tam numerum, quàm congregatorum æſtimat pietatem. Ennod. l. 2. ep. 14

10. Chryſoſtomus quærit: *Quis ita miſer eſt, ut nolit Chriſtum ipſum medium habere? Certè nos illi ſumus, qui mutuis inter nos ſeditionibus conflictamur.* De Chriſto autem ſcribitur: *Factus eſt in pace locus ejus.* Chryſ. hom 8. ad Rom. Pſ. 75. 3.

11. Ingentis profectò conſolationis motivum nobis eſſe debet, quando in Eccleſia, in oratoriis, vel aliis ſacris congregationibus orationes noſtras ad Deum fundimus, quòd Chriſtum nobis promiſiſſe ſciamus, quòd

quod in medio noſtrûm eſſe, & quarumlibet rerum petitionibus & poſtulationibus, quas ab æterno ejus Patre requiſierimus, annuere libens & ſubſcribere velit; at verò alia ex parte ingentem profectò in cordibus noſtris reverentiam & devotionem concipere debemus, ex eo, quod Dei filium nobis præſentem eſſe certò ſciamus; idem namque Deus dixit: *Ibi ſum in medio veſtri*, de quo Eccleſia canit: *Quem laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates.*

Matt. 18. v. 20.

Verſus 21.

Tunc accedens Petrus ad eum dicit: Domine, quotiès peccabit in me frater meus, & dimittam ei? uſque ſeptiès?

Dion. Cart.

1. Dionyſius Carthuſianus conſiderat, quòd eo quo Redemptor noſter charitativum modum præſcripſerat, obſervandum in correctione proximorum errantium, eorumque qui nos graviter offenderunt (qui fructuosè adimpleri non poteſt, niſi unus alteri ex corde remiſerit) ideo Petrus protinus, quoties injuria condonanda eſſet, interrogârit.

S. Anſel.

2. S. Anſelmus ait: *Quærit Petrus ſi frater correptus pœniteat, quoties ei dimitteretur? & viſum eſt ei ſatis ſufficere ſeptenam dimiſſionem, & ideo quærit, utrùm dimittet uſque ſeptiès? Petrus gerit hic perſonam Eccleſiæ, & dicit: Si frater meus peccaverit in me, id eſt, Eccleſiam, dimittam ei, &c.* Rationabilem utique cauſam Petrus habuit inſtituendi hanc interrogationem; ſiquidem verum quidem eſt, quòd in terrenis hiſce tribunalibus delicta nonnunquam dimittantur & condonentur, ſed primâ tantùm vice, ſecundâ autem vice rarius: nam recidivationes peccatorum ſine intermiſſione puniuntur; & ideo evidenter patet, quanto excellentiorem conditionem vaſalli & ſubditi S. Petri in ejus tribunali habeant, ſiquidem Chriſtus ſine ulla dilatione reſpondit.

Verſus 22.

Dicit illi Jeſus: Non dico tibi uſque ſeptiès, ſed uſque ſeptuagies ſeptiès.

S. Anſel.

1. S. Anſelmus verba hæc de qualibet tranſgreſſione exponit: *Præcepit ergo dimittere ſeptuagies ſeptiès, id eſt, univerſam tranſgreſſionem.* In judiciis Principum temporalium omnia crimina non dimittuntur, quia delicta læſæ majeſtatis in primo capite à parentibus uſque in proprios filios vindicantur, tametſi illi ſtatuum & dominiorum ipſorum unici etiam eſſent hæredes? præterquam quod quando exceſſus aliqui execrabiles & enormes dimittuntur, nunquam tamen illorum abſolutio aut venia conceditur, quando crimina illa & ſpecie, & numero multa eſſe deprehenduntur; non verò ita fit in Eccleſiæ tribunali: *Dicit illi Jeſus*, id eſt, infallibile illud cœli oraculum, æterna & prima Veritas, Pater miſericordiarum, præcipit, decernit, & imperat: *Non dico tibi uſque ſeptiès, ſed, &c. id eſt, univerſam tranſgreſſionem.* S. Thomas ait: *Non ſeptiès, ſed ſeptuaginta vicibus; vel poteſt teneri multiplicativè, ita quòd ſeptem vicibus ſeptuaginta: vel poteſt dici, quòd ponitur numerus finitus pro infinito. Univerſitas peccatorum ſignificatur, quaſi dicat: Omnia quæcunque peccaverit, dimitte ei*; adducitque authoritatem quandam S. Hieronymi dicentis: *Videtur quòd velit dicere, quòd plus remittere poteſt, quàm alter poſſit offendere.* S. Juſtinus martyr ait: *Hanc conſtituit in mundo probum peccatorum medicum, videlicet pœnitentiam, quæ poteſt iis etiam mederi, qui ſeptuagies ſeptiès dereliquerint.* Albertus Magnus infinitam in hiſce verbis admiratur Dei noſtri pietatem miſericordiam, qui Petro & omnibus aliis miniſtris ſuis præcipit, ut omnes iniquitates condonent: *Senſus eſt, quod in omni tranſgreſſione, & omni inobedientia, & omni plenitudine vitiorum, & omni tempore delinquenti omnia ſit paratus dimittere, & ſic nullus terminus ponitur miſericordiæ infinitæ*; adducitque locum illum Ezech. 18. *Quacunque horâ ingemuerit peccator, omnium iniquitatum ſuarum non recordabor.* Expreſſus verò & ſignificantius, præ aliis

S. Thom. in Matt.

S. Hier.

S. Iuſt. martyr reſp. 9.

Alb. M.

Ezech. 18. 22.

Chryſ. hom. 62. in Matt. hac de re ita ſcribit Chryſoſtomus: *Qua quidem oratione nullum numerum poſuit, ſed indefinitè, continuè ac ſemper ſignificavit.*

S. Hilar. can. 18. in Matt. 2. S. Hilarius argumentum quoddam formam pro particularium offenſarum remiſſione quo vindicari vos fortiter ſtringit: *Quæ utique veniæ aſſiduitas docet, nullum omnium omnino penes nos iræ tempus eſſe oportere, cùm omnium omnino peccaminum veniam Deus nobis ſuo potius munere, quàm noſtro merito largiatur; neque enim fas eſt, nos ex præſcripto legis dandæ veniæ numero concludi, cum per Evangelii gratiam ſine modo nobis à Domino fuerit indulta.* S. Auguſtinus quoque ſimiliter diſcurrit: *Si Chriſtus millia peccatorum invenit, & tamen omnia donavit, noli ſubducere miſericordiam; ait enim Apoſtolus: Donantes nobiſmetipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam, ſicut Deus in Chriſto donavit nobis.* Porrò S. Petrus numeri ſeptenari meminit, quia ad illa Sapientis verba reſpexit: *Septies enim cadit juſtus, & reſurget*; at verò is eo tempore locum illum non ſatis penetrabat, neque enim ſenſus illius eſt, quòd ſepties in vita cadit juſtus, & reſurget, ſed ſepties quolibet die juſtus Deum offendat, licèt (dummodo is reſipiſcat) Deus nobis remittit offenſam & condonat, ac proinde Dei filius audiens ſe interrogari, an ſepties tantùm in vita proximo noſtro remittendum eſſet, reſpondit: *Non dico tibi uſque ſepties*, &c. Unde Dionyſius Carthuſianus ait: *Id eſt toties, quoties te offendit; nam toties oportet proximo in nos peccanti remittere, quoties volumus nobis peccantibus à Deo ignoſci, à quo utique volumus nobis indefinenter ignoſci, quotieſcunque peccamus, aliter non poſſumus dicere: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut nos dimittimus debitoribus noſtris.*

Prov. 24. v. 16.

Dion. Cart.

3. Poſſumus quoque hoc loco conſiderare differentiam, quæ eſt inter Deum & hominem in ordine ad remittendum injurias, & illam quæ inter unum hominem & alterum, qui ſibi invicem nolunt dimittere. In Oſea *Oſe. 11. 8* de Deo noſtro ſcribitur: *Non faciam furorem iræ meæ ut diſperdam Ephraim*; & rationem hujus protinus ſubdit, dum ait: *Deus ego, & non homo.* Quis enim eſt inter homines, qui cùm ab aliquo decies, centies & millies in uno die ab alio offenſus & injuriâ affectus ſit, eidem ſemper perfectè condonet, & eum in gratiam ſuam denuò recipiat, prout Deus nobiſcum facit, dum ſemper erga nos magis magisque benevolum, & ita in concedendis gratiis ſuis copioſiorem oſtendit: *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia.* *Rom. 5. 20.*



FERIA

FERIA QUARTA POST III. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Matth. Cap. 15.

℣. 1.  *Accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicentes.* 2. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem Seniorum, non enim lavant manus suas cùm panem manducant.* 3. *Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* 4. *Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri vel matri, morte morietur.* 5. *Vos autem dicitis, quicunq; dixerit patri vel matri, munus quodcunque est ex me, tibi proderit.* 6. *Et non honorificabit patrem suum, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* 7. *Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Isaias dicens:* 8. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.* 9. *Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* 10. *Et convocatis ad se turbis dixit eis: Audite, & intelligite.* 11. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* 12. *Tunc accedentes discipuli ejus dixerunt ei: Scis, quia Pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt?* 13. *At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.* 14. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum; cæcus autem si cæco ducatum præster, ambo in foveam cadunt.* 15. *Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam.* 16. *At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis.* 17. *Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?* 18. *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.* 19. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.* 20. *Hæc sunt quæ coinquinant hominem, non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.*

Versus 1.

Accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicentes.

Accesserunt ad eum.

Ab Hierosolymis.

1. SAlvator noster in Galilæa morabatur, & ideo Scribæ & Pharisæi ex Judææ Metropoli Jerosolyma abierunt ad illum: *Non ut discant*, inquit Jansenius, *sed ut calumnientur eum, quem jam audierant tanto vulgi favore accipi & prædicari.* S. Remigius quoque pessimum adventûs ipsorum finem detexit, dum ait: *Non ad discendum, sed ad reprehendendum Dominum venerant.*

Iansen. c. 60. concord S. Remig in cat.

2. Tametsi Scribæ & Pharisæi per omnes Judææ civitates dispersi essent, illi tamen, qui Jerosolymis morabantur, arbitri erant Religionis, & ad illos omnes ex omni parte concurrebant ut circa cultum divinum, ritus sacros, doctrinam & legem Mosaicam subnata Dubia decideren & determinarent. Unde Luc. Burg. ait: *Hi doctrinæ & religionis totius obtinebant arcem, & inquisitionem proinde, censuramque doctrinarum sibi arrogabant.* *Luc. Burg.*

3. est quoque mystica hæc termini à quo adventûs ipsorum circumstantia, ut Jansenius his verbis notat: *Ut sic duplici nomine eorum exaggeraret impietatem, nimirum quòd Jerosolymitani essent, & ob id justiores,*

& doctiores habiti, eò quòd Ieruſalem fons pietatis & doctrinæ haberetur; & quòd ab Ieruſalem deſcendiſſent, tantum viæ non dubitantes aggredi calumniandi causâ: ſiquidem ut Abulenſis computando oſtendit, in hoc itinere triginta ſex leucas confecerunt. Euthymius quoque advertit, hos, qui ad Chriſtum acceſſerunt, Scribas & Phariſæos omnium aliorum iniquiſſimos fuiſſe: *Cæteris iniquiores erant, qui ab Hieroſolymis erant.*

Abul. q. 3 Euth.

Scribæ & Phariſæi.

4. Remigius illos ex duplici capite reprehenſibiles fuiſſe obſervat: *Et quia ab Hieroſolymis venerant, id eſt, à loco ſancto deſcenderant, & quia ſeniores populi, & legis Doctores erant.* Lyranus in illis munditiam externam, neglectâ interiori, zelantibus, hypocritas delineari oſtendit: *Hypocritæ falſi arguentes frequenter alios de modicis, cùm tamen ſint infecti gravibus peccatis.*

S. Remig. in cat.

5. Sciendum verò eſt, quod S. Matthæus in principio hujus Capituli, ly *Tunc* apponat, quod valde conſiderabile eſt; hujus enim occaſione Chryſoſtomus quærit, quando hoc factum eſt? Et reſpondet: *Tunc ſcilicet, cùm innumera ſigna operatus eſt, quando tactu ſolummodo fimbriæ multos curavit ægrotos; propterea enim Evangeliſta notavit tempus, ut magnam eorum malitiam oſtenderet.* Etenim miraculis & beneficiis illi populo exhibitis in augmentum invidiæ, malignitatis & odii ſui adverſus Salvatorem concepti abuſi fuerunt, ut non ſolum ipſum, ſed & omnes ſcholæ ejus diſcipulos calumniarentur: *Tunc in eodem tempore livore tacti,* inquit Albertus Magnus, *ex fama miraculorum, & quod Regem vellent eum conſtituere,* prout in miraculo in deſerto in panum & piſcium multiplicatione facto factum eſt, frivolis accuſationibus ſuis apud populum traducere & denigrare intendebant: *Et ideo,* ut inquit Hugo Cardinalis, *oſtendit Evangeliſta tempus, ut eorum malitiam oſtendat inexcuſabilem.*

Chryſ. hom. 52. in Matt.

Alb. M. in Luc.

Hugo Card.

Verſus 2.

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum? non enim lavant manus ſuas, cùm panem manducant.

Quare diſcipuli tui, &c.

1. Certum quidem eſt odium Scribarum & Phariſæorum primariò & principaliter directum fuiſſe in Chriſtum, & tamen etiam per calumnias & detractiones Apoſtolos ejus denigrare nitebantur, ut omnem verbis ipſorum fidem adimerent, quia ut Clemens Alexandrinus ait: *Diſcipuli à Magiſtris diſciplinam mereantur*; & ut Nazianzenus: *Ex diſcipulis magiſtrum ornabo.* Et ideo ſanctus Paſchaſius intentionem & finem malignum, in quem hi Scribæ collimabant, hiſce verbis nobis manifeſtat: *Quoniam quicquid in diſcipulis reprehenditur, in calumniam magiſtri inſidiosè ab ipſis, qui Hieroſolymam advenerunt, Scribis & Phariſæis rejectum.*

Clem. Alex. l. 2. Strom. Naz. orat. in S. Baſil. S. Paſch. lib. 2. in Matth.

2 Merito etiam affirmare poſſumus, Phariſæos ad id obtinendū laborâſſe, ut aliqua diſcipulos inter & Magiſtrum ſeminare poſſent controverſiarum & diffidentiæ zizania, ut paulatim ipſos ab ejus conſortio ſeparare poſſent; aliàs namque de ipſo dixerant ad diſcipulos: *Cum Publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter*; nunc adverſus diſcipulos, tanquam multarum obſervantiarum tranſgreſſores apud Salvatorē obmurmurant, eoſque calumniis aſpergere contendunt. *Odio acti*, inquit Lucas Burgenſis, *nil niſi rem criminantur, ut tam præceptorē, quam diſcipulos populo reddant exoſos, arbitrati facti rationem dari non poſſe.* Tentārunt quoque an aliquod maledicentiæ verbum adverſus ſeniores, eorumque authoritatem ex ejus ore extorquere poſſent: *Quò majorem ipſi ſeniorum invidiam conflarent.* Eandem quoque conſiderationem Lyranus his verbis exponit: *Quia Chriſtum in diſcipulis ſuis arguebant tanquam contemporem doctrinæ ſeniorum, ut ſit redderent eum populo odioſum.*

Mat. 9. 11. Luc. 5. 30.

Lucas Burg.

Lyran.

3. Enimverò nihil novum eſt, quod in Apoſtolis adimpleatur id, quod poſtea monuit Apoſtolus dicens: *Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur,* adeo enim malignorum impietas lyncea eſt, ut licèt præeuntium veſtigia videant, ipſi tamen in iis pedem ſuum figere non poſſint; ecce enim quàm immaculata vita fuerit eorum, qui Salvatoris ſequaces erant, ſiquidem nihil aliud in ipſis culpare aut reprehendere poterant, quàm quod ante cibi ſumptionem manus ſuas non abluerent.

2. Tim. 3. 12.

4. S. Marcus, qui eandem hiſtoriam refert, ita ſcribit: *Cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis ejus communibus manibus, id eſt, non*

Marc. 7. 2.

non lotis, manducare panes, vituperaverunt. Multa utique bona & ſancta in Apoſtolis relucebant (utpote qui omnibus ſæculis velut lucidiſſimum Chriſtianarum virtutum & veræ ſanctitatis ſpeculum futuri erant) & tamen vide quouſque malignitas, maledicentia & detractio pertingat. Ab eodem flore apis mel, aranea verò venenum exſugit, ita quoque Phariſæi velut venenoſiſſimæ araneæ ex ſanctiſſimis Apoſtolorum actionibus odii, maledicentiæ & detractionis toxica eliciebant. Apoſtoli per prædicationem Evangelicam, per vitæ ſanctitatem, & frequenter patrata miracula multum inclareſcere incipiebant, & ideò cùm antea viles fuiſſent piſcatores, in Scribis & Phariſæis, qui religionis arbitri erant, invidiæ livorem excitârunt.

S. Ant. de Pad. ſer. in hac fer.

5. S. Antonius de Padua ait: *Sic patet malgis nequitia iſtorum, qui non potentes calumniari Magiſtrum in ſe, in diſcipulos tam dementer inſurgebant. O quot ſunt hodie tales Scribæ, qui nullum aliud habent officium, niſi quod notent & ſcribant facta aliorum.* Adverſus hos Salvator noſter cæteroquin mitis, in præſenti Evangelio ſtomachatur, eorumque hypocryſin, invidiam, ignorantiam, malitiam, & avaritiæ cupiditatem detegit, & increpat, ut per hoc nobis inſinuet quam vitioſi deteſtabiles & abominabiles bonæ famæ aliorum detractores & calumniatores exiſtant.

6. Notari quoque hoc loco poteſt, quòd oculi curioſorum & zelantium ut plurimum in eos vel maximè deſignantur, qui ſunt in ſublimi dignitatis culmine conſtituti, ut actiones ipſorum cenſuris ſuis peſſimis convellant, imò quòd Principum opera perpetuæ ſubditorum cenſuræ ſubjaceant, omnemque etiam minimum culpæ nævum in iis obſervent, & ideò non mirum, ſi Apoſtoli quoque eandem à Phariſæis cogantur experiri cenſuram, ſiquidem de illis dicitur:

Pſ. 44. v. 17. *Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.*

S. Hier. in Matt.

7. S. Hieronymus miram horum Scribarum conſiderat ſtultitiam, utpote qui Deum hominum more agere arbitrabantur: *Mira Scribarum Phariſæorumque ſtultitia, Dei filium arguunt, quare hominum traditiones & præcepta non ſervent.*

Non enim lavant manus cùm panem manducant.

8. Porrò lotiones, quæ populo Hebræorum in lege Moſaica præſcriptæ fuerunt, ut Lucas Burgenſis obſervat, ad puritatem & munditiem interiorem ordinatæ erant. *Scimus quàm ſeverè requiſierit lex corporis munditiem, non quòd illa Deo per ſe accepta eſſet, aut redderet ſolius corporis immunditia quem quam Deo inviſum; ſed ut rudis populus obſervationibus hujuſmodi, à corporis tandem ad mentis puritatem adduceretur.* Porrò Phariſæi per propriàs traditiones ſuperſtitiosè non ſolùm manus antè prandium, ſed ante quodvis ferculum in prandio appoſitum lavarentur, ordinaverant; unde nonnulli notârunt, quòd hydriæ illæ, de quibus in Evangelio de nuptiis in Cana Galilææ habitis dicitur, *ſecundùm purificationem Judæorum*, ad hunc ſolum effectum ſervierint, ut manus ante quodlibet ferculum abluerentur: *Notandum quòd non dicant, antequam panem manducent*, inquit Janſenius *ſed cum panem manducant; traditio enim ſeniorum non tantùm exegit civilem illam ablutionem manuum, quæ paſſim fit ante prandium & cænam, ſed crebram etiam inter manducandum.* Et S. Antonius de Padua dicit: *Crebrò manus lavant, ſcilicet in omni ferculi renovatione.* S. Marcus ait: *Phariſæi enim, & omnes Judæi, niſi crebrò manus laverint, non manducant, tenentes traditiones Seniorum.* Gloſſa autem crebras hasce lotiones hiſce verbis deridet: *Intus nihil arguunt* (Apoſtolos ſcilicet) *quia intus livore pleni ſunt; invanum quidem ſua baptiſmata ſervant, qui ſuorum cordium & corporum ſordes abluere negligunt.* Etenim quoad apparentiam quidem externam ſe diſcipulorum ablutionem atque munditiem zelare oſtendebant; at verò, ut Paſchaſius optimè advertit: *Non diligentiam corporis à diſcipulis Domini, ſed ſuperſtitionis ſuæ baptiſmata requirebant;* qui idem paulò poſt hanc ſuperſtitionem apertiùs deteſtatur & declarat, dum ait: *Quàm planè purificationem manuum de ſuperſtitione venientem magis, quàm de honeſtate & uſu quotidiano illi calumniantes requirebant, cùm eſſent impuri & immundi.*

Luc. Burg. *Ioan. 2. v. 6.* *Ianſen. c. 60.* *S. Ant. de Pad.* *Marc. 7. v. 3.* *Gloſſa.* *S. Paſch.*

9. Sanctus Thomas verum quidem eſſe, Apoſtolis in hac lotione non ita accu-

S. Thom. in Matt.

ratos fuiſſe concedit. *Sed quare? quia ita ſolliciti erant de verbo Dei, quod etiam tempus non habebant; unde ex ſollicitudine circa ſpiritualia, non ſe lavabant eo modo ſicut Judæi.* Et hoc fortè ab ipſis paulò ante in deſerto in Apoſtolis obſervatum fuit, quando panem & piſces inter turbas diſcribuentes, manus ſuas utique ad quamvis, quam diſtribuebant portionem, non lavârunt. Enimvero ut S. Paſchaſius atteſtatur, Apoſtoli ſuî ipſius contemptui non ita dediti erant, ut exinde in morum civilitate quicquam defuerint; dicit enim præfatus Sanctus: *Nemo cùm hæc audit, exiſtimet diſcipulos Domini ſub ſpecie contemptûs ſui, incultis & illotis manibus, ac ruſticos conſueſce manducare, præſertim quia menſæ Domini, quaſi convivæ participes erant.* De certò namque ſancto Dei ſervo legitur, eum dicere ſolitum fuiſſe, quòd is, qui incivilis eſt in moribus, in vita ſua quoque defectum patiatur ſpiritus, Superſtitioſus & indiſcretus Scribarum zelus ad hoc planè intentus erat, ut punctualiter obſervarentur vanæ ipſorum traditiones; at verò ut Hugo Cardinalis bene notavit, à ſemetipſis condemnati fuerunt: *ab ipſa interrogatione capiuntur; non enim dicunt: legem Moyſi tranſgrediuntur, ſed traditiones, quas Moyſes fieri prohibuit.*

S. Paſch.

Hugo Card. in Matt.

Luc. Burg.

10. Lucas Burgenſis ingenioſam quandam hoc loco obſervationem adducit; dicit enim: *Niſi ipſi indicaviſſent, ſuſpicio eſſe poterat, magnam aliquam, magnæque dignitatis traditionem à diſcipulis violatam fuiſſe, quos tanti viri in crimen vocarent.* Quòdſi fortè Chriſti diſcipulis objeciſſent, quod manus haberent ſordidas, minimèque mundas, forſitan aliquam apparenter rationabilem prætextum adduxiſſent; ſiquidem de dictis diſcipulis ſcribitur: *Vos ſæculi juſti judices, Eccleſiarum Principes;* hos autem mundas & nitidas quovis tempore manus habere neceſſum eſt. Unde David ſanctè gloriabatur dicens: *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domûs meæ.* Deus quoque apud Iſaiam dicit: *Qui ambulat in juſtitiis, & loquitur veritatem, qui proficit avaritiam, & excutit manus ſuas ab omni munere.* Etenim de Phariſæis in veritate illud Sapientis dici poterat: *Generatio quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis;* etenim ipſi in aliorum defectibus cenſurandis Argi, in propriis verò iniquitatibus agnoſcendis talpæ erant: *Excolantes culicem, glutientes camelum.*

Pſ. 100. v. 2.

Iſa. 33. v. 15.

Prov. 30. v. 12.

Matt. 23. v. 24.

11. Hugo Cardinalis ait: *Ulciſcebantur ſua, quæ Dei erant non curantes;* quod enim lex & præcepta Dei negligerentur, parvi faciebant; at verò in irituum & ſuperſtitionum ab ipſis introductarum obſervantia rigidi erant: *Similes his ſunt, qui magis offenduntur & arguunt ſi tranſgrediatur homo conſtitutiones mundanas, quàm ſi mandata Dei.*

Hugo Card.

12. S. Hieronymus hæc verba de manuum lotione in ſenſu morali exponit, dum ait: *Manus, id eſt, opera, non corporis utique, ſed animæ lavandæ ſunt, ut fiat in illis verbum Dei.* Paulus de Palatio magnâ quoad hanc lotionem inter Chriſtum & Phariſæos differentiam ponderat dicens: *Judæus lavat manus exterius, ea ſcilicet quæ parent, Chriſtus lavat interius in abſcondito; & quod maximum eſt, Judæi lavant manus, at Chriſtus lavat pedes diſcipulorum; fruſtra enim lavetis opera (quæ per manus deſignantur, niſi lavetis pedes, qui affectus ſignificant. Ergo Judæorum eſt opera Chriſti lavare affectiones, quibus lotis, reliqua fere munda ſunt quibus econtra illotis reliqua ſunt immunda.*

S. Hier. in Matt.

Paul. de Pal. in Matt.

Verſus 3.

Ipſe autem reſpondens ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram?

S. Paſch. lib. 7. in Matt. c. 5.

1. S. Paſchaſius hanc Chriſti reſponſionem ad animæ potius quàm corporum ablutionem Phariſæorum mentibus imprimendam directam fuiſſe dicit: *Oſtendit quòd magis ſemper ſit animarum lavatio, quam corporum ſectanda.*

2. Videri quidem hoc loco poterat operæ pretium fuiſſe, ut ſapientiſſimus Magiſter noſter Chriſtus diſcipulos ſuos excuſaret, ac juſtificaret, illorumque detractorum calumniosa ora obſtrueret, dicendo, illos utpote mundos omninò & immaculatos, nullâ prorſus lotione opus habere, id tamen non fecit, quia perpetua veritas eſt, quod *cœli non ſunt mundi in conſpectu ejus.* David homo erat ſecundùm cor Dei juſtus & ſanctus, & tamen ait: *Lavabo inter innocentes manus*

Iob. 15. v. 15. Pſ. 25. v. 6.

manus meas. Apoſtolorum quoque pedes lavare voluit, tametſi paulò ante eis dixiſſet: *Iam vos mundi eſtis*, quia ut S. Leo advertit: *Neceſſe eſt de humano pulvere, etiam religioſa corda ſordeſcere.* Cœleſtis ſponſa, quæ animam præfigurabat, omnis prorſus maculæ expertem, in ſacris Canticis lamentatur dicens: *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?* ſed quodnam timere poterat illios coinquinandi periculum? nimirum ſponſæ videbatur, quòd ſolum penetralium ſuorum fores aperiendo, vel pedes ſuos in terram figendo, id eſt, ad reſillas terrenas licèt ex neceſſitate ſeſe divertendo, aliquem ſaltem vel minimum pulveris atomum, quo contaminaretur, adſciſcere poſſet; ac proinde venerabilis Rupertus Abbas Tuitienſis optimè monet dicens: *Pedes lavet, id eſt, quotidiana & communia, ſine quibus humana vita tranſigi non poteſt.* Janſenius verò quoad ſenſum literalem dicit: *Non excuſat ſuorum factum; nec adhuc dicit eos benè facere tranſgrediendo, ne eos irritaret magis. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.* Porrò valde ſapienter Chriſtus ab omni diſcipulorum ſuorũ excuſatione abſtinuit, hoc enim facere volens vel dicere debuiſſet, quod non ſe lavando benè feciſſent, aut verò quòd id non faciendo erraſſent. Aſſerendo primum, majorem in Phariſæorum pectoribus odii furoriſque flammam excitâſſet, factiq; fuiſſent in detractione & maledicentia deteriores & acerbiores: ſi verò illos malè feciſſe aſſeruiſſet, ſuperſtitioſas ipſorum approbâſſet obſervantias & traditiones, & tanquam reos proprios ſuos condemnâſſe Apoſtolos. Chryſoſtomus aliam quandam rationem his verbis adducit: *Non reſtitit eis*, inquit, *neque cauſam diſcipulorum dixit, ſed ſtatim recriminatus eſt, ut audaciam eorum reprimeret, atque oſtenderet non oportere illos, qui delinquunt in maximis, pro parvis aliorum criminibus adeò moveri ut ex actiori eos trutinæ ſubjicere velint, cùm oporteret*, inquit, *vos reprehendi, audetis etiam alios ipſi reprehendere.* Similem quoque conſiderationem in hæc verba S. Hieronymus habet, dum ait: *Falſam calumniam verâ reſponſione confutat; cùm vos propter traditionem hominum præcepta Dei negligatis, quare diſcipulos meos arguendos putatis, quòd ſeniorum juſſa parvi pendant, ut Dei ſcita cuſtodiant.*

Ioan. 13. v. 3. *S. Leo ſer. 4. de Quadr.* *Cant. 5. v. 3.* *Rup. Ab. lib. 2. in Cant.* *Ianſen. Prov. 12. v. 30.* *Chryſ. hom. 52. in Matt.* *S. Hier. in Matt.*

3. Cajetanus notat Scribas hoſce non ideò Chriſtum conveniſſe, ut cauſam hujus tranſgreſſionis ab eo ediſcerent, ſed ſolum id animo murmurandi feciſſe: *Si interrogâſſent cauſam, reſpondiſſet ad cauſam, ſed ubi non quærunt ſcire, quare, ſed criminantur, ſed invehuntur in magiſtrum innocentem, reſpondet directè ad criminationem.* Et quidem hic ipſorum error in eo præcipuè ſeſe prodidit, quòd ſervorum traditiones in ea habuerint veneratione & reverentia, cùm tamen debitam Deo obedientiam, divinorumq; præceptorum ejus obſervantiam nihili ducerent. *Cajet. in Matt.*

4. Idem quoque eminentiſſimus Doctor in hac malitioſorum Scribarum & Phariſæorum reprehenſione notat, eandem non ex divini honoris zelo, ſed à propria paſſione profectam fuiſſe; & ideò Dominus noſter ad eum modum illis reſpondit: *Ac ſi apertè diceret: Non ex zelo juſtitiæ inſurgitis ad arguendum, ſed ex amore propriæ authoritatis, cum mandata veſtra præponatis mandatis Dei;* quodſi autem divini honoris zelo moveremini, primò utique ſatageretis Dei præcepta adimpleri, hominum verò traditiones poſtea: *Sed ubi exrandeſcitis circa frivola humana, poſthabentes divina mandata, apparet quòd propriæ amor authoritatis vos monet.* *Cajet.*

5. Dionyſius Carthuſianus hanc Chriſti reſponſionem non ex impatientia, ſed ex zelo profectam fuiſſe notat; ſiquidem innocentibus patrocinando, invidos & maledicos graviter reprehendit: *Ad oſtendendum quòd indigni ſunt alios de parvis accuſare, qui magnis ſubjacent vitiis.* Cui conſonat quod Hugo Cardin. ſcribit, dum ait: *Ad eos enim pertinet peccata arguere, qui nec æquali, nec inæquali, nec majori involuti ſunt crimine.* Adducitque verba illa Chriſti, quæ Scribis adulteram lapidare volentibus dixit, nimirum: *Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in eam lapidem mittet, lapidem objurgationis & reprehenſionis.* Imò ut Janſenius optimè obſervat, poſito etiam quòd Apoſtoli manus ſuas ante panis ſumptionem non lavando peccâſſent, reprehendi quidem ab aliis potuiſſent, non tamen ab ipſis; & ideo Chriſtus per ſuam reſponſionem dicere voluit: *Non rectè criminari ipſos, ut qui gravioris & minus tolerabilis tranſgreſſionis eſſent rei, idque in ea re, in qua culpabant diſcipulos;* *Dion. Cart.* *Hugo Card.* *Ioan 8. v. 7.* *Ianſen.*

los ; gravius enim peccabant ſervando ſenio-rum traditiones, quàm diſcipuli negligendo.

Alb. M. 6. Albertus Magnus ipſos duarum tranſgreſſionum reos fuiſſe exiſtimat : *Traditio-nes præter Dei mandata facitis, & quia con-traria quæ cum Dei mandatis ſtare non poſ-ſunt, facitis.* Etenim in libro Deuteronomii *Deut. 4. v. 2.* hoc decretum Dei legitur : *Non addetis ad verbum quod loquor vobis, nec auferetis.* Deni-que in alio ejuſdem libri textu legitur: *Quod* *Deut. 12. v. 32.* *præcipio tibi hoc tantùm facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas.* Hoc autem de-cretum Dei hi maligni homines non adim-plebant, imò additiones & appendices ſuas è cerebro confictas, quàm divinæ legi debitã *S. Thom. in Matt.* obedientiam pluris æſtimabant. S. Thomas ait : *Addentes traditiones, contra legem fa-ciebant ; non quòd non liceret conſtituere ali-* *S. Ant. Padua. Paul. de Pal.* *quid, ſed quòd ita præcipiebant obſervari, ſicut legem Domini.* Denique S. Antonius de Pa-dua optimè notat, non omnes traditiones de facto repudiaſſe, *ſed quas faciebant legi divi-næ contrarias.*

7. Paulus de Palatio verba, quæ Chriſtus Phariſæis oppoſuit ſigillatim, & adhibito ſanctuarii pondere, magna cum emphaſi hiſce verbis trutinat : *Quare ? dicite quæ cauſa vos moveat ad leges Dei violandas? num ſatisfacere carni veſtræ? num placere diabolo? num aſſequi miſerum lucrum? ſuntne hæ dignæ rationes, ut Dei majeſtatem ſacrilegè concul-cetis?*

8. *Quare & vos? vos vermis, pulvis, cinis, univerſa vanitas, fœnum, umbra, mendax, terra, lutum : vos meâ gratiâ Chriſtiani, ve-ſtrâ profeſſione divinæ legis cultores ; vos fra-tres mei, filii mei, meâ aſcenſione exaltati, vos dii, vos meo ſanguine redempti, meâ morte vi-vificati.*

9. *Tranſgredimini ; Angeli namque tranſ-greſſi ſunt, nunquam cæli ; ſtatuit enim hæc in æternum, præceptum eis poſuit, & nunquam ſunt transgreſſi. Aquæ ſuperbi fluctus terminos ſibi præfixos non ſunt tranſgreſſi etiam infer-nus leges Dei non tranſgreditur, & quidem Deus leges, quas ſemel ſanxit, nunquam eſt tranſgreſſus, neque enim libertatem abſtulit, nec pium præmiis defraudavit.*

10. *Mandata Dei tanto conſilio librata, tantâ charitate promulgata, quæ ſi ſerves, æ-ternitatem felicitatis ; ſi violes, æternitatem ſupplicii comparabis : quæ eſſent ſervanda, etiamſi non eſſent pœnæ, nec præmia ; judicia enim Domini recta, juſtificata in ſemetipſa de-ſiderabilia ſuper aurum ; at tu contemnis ut carbones ?*

11. *Propter traditiones veſtras. O veram di-vinæ legis contumeliam ! ſed qui aliud ab ho-mine expectes, quàm divinis contemptis hu-mana præferre?*

12. Hæc autem in re adimpletum eſt illud *Sap. 11. v. 17.* Sapientis: *Ut ſcirent, per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* Etenim hi Scribæ diſcipu-lorum Chriſti bonæ famæ voluerunt detra-here, eoſdem veluti traditionum ſuarum tranſgreſſores accuſando, cùm ecce ipſi tan-quam de divinorum præceptorum violato-rum reatu convincuntur, & confunduntur, quod longè gravius eſt, idque illis in diſci-pulorum ejus, omniumque aliorum conſpe-ctu contigit.

13. Enimverò ſancti Apoſtoli veros ſe & dignos probarunt eſſe diſcipulos ſchoiæ ma-giſtri illius, qui dixit : *Diſcite à me quia mitis* *Matt. 11. v. 29.* *ſum ;* neque enim ob hanc illis objectam ca-lumniam fuêre indignati, neque ſe illis per ſui excuſationem aut juſtificationem oppo-ſuerunt ; licèt Chriſtus ipſorum defenſio-nem & patrocinium ſibi protinus aſſumpſe-rit, ſiquidem id ipſum facturum Iſaias præ-dixit ac promiſit, dicens: *Arguet in æquitate* *Iſa. 11. v. 4.* *pro manſuetis terræ.* Ubi Chryſoſtomus ait : *Chryſ. hom. 57. in Gen.* *Quando injuria nobis fit, noſque manſueti & mites, ac tolerantes fuerimus, majori largiori-que auxilio divino fruimur.*

14. Lyranus hiſtoriam hanc ad practicam quandam reducit moralitatem, dum ait : *Si-* *Lyran.* *mile fit hodie & in multis locis, in quibus ſolli-citudo habetur circa cuſtodiam mandatorum hominum, quam circa cuſtodiam divinorum præceptorum.* Certum namque eſt, quòd non ſolùm Principum leges & ſtatuta oc-currentia, verùm etiam naturales inclinatio-nes & genii longè ac curatius obſervantur & adimplentur, quàm qualeſcunque leges & præcepta divina ; imò Principium genio & inclinationi, per divinorum præcepto-rum tranſgreſſionem ut plurimum obedi-entia præſtatur. Sed quid de Principibus, de amico noſtro, vel de homine aliquo, erga quem naturali propenſionis pondere inclinamur, quid, inquam, de his omni-bus loquor? Divina præcepta propter illos negliguntur, non ſolùm dum ſenes ſunt, ve-rùm etiam dum adhuc juvenes exiſtunt,

non

non propter traditiones ſeniorum, ſed juniorum.

Paul. de Pal. 15. Paulus de Palatio hoc loco ſpecialem dæmonis fraudem & aſtutiam advertit, per quam ſpiritus ille nequam innumeras decipit, ſibique conciliat & ſubjicit animas, illas nimirum, quæ bonam ſe viam ingredi exiſtimantes certa quædam peragunt ſpiritualis vitæ exercitia, in iisque plus nimium confiſi divinorum præceptorum negligunt obſervantiam: *Sunt quamplurimi quibuſdam regulis humanis addicti, quas ſi impleant, nihil ſibi ad ſalutem deeſſe putant*, idque in illis præcipuè exemplificat, qui exterioribus quibuſdam devotiunculis plus nimium confidunt: *Credit ille, ſi quaſdam orationes recitarit, non ſe ſubitò, neque ſine pœnitentia moriturum; id verò eſt legibus humanis fidere: Credit alter, ſi omnibus diebus miſſæ interfuerit, ſe in infernum iturum*; veruntamen quanto hi errore laborent, ex illis Chriſti verbis ſatis colligitur, quibus ipſe proteſtatur dicens: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt.* At verò quonam modo hæc voluntas adimpletur? *In lege Domini voluntas ejus; ſi vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.*

Matt. 7. v. 21.

Pſ. 1. v. 2. Matt. 19. v. 17.

Verſus 4.

Nam Deus dicit: Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.

S. Thom. in Matt. 1. Porrò in quo hæc reverentia & honor patri & matri exhibendus conſiſtat. S. Thomas his verbis optimè declarat: *Ille exhibet reverentiam, qui quæ neceſſaria ſunt, adminiſtrat.* Et Interlinearis ait: *Honora, dando neceſſaria.* Idem pariter de benedictione dicit, ad hanc ſola verba non ſufficere: *Sic in benedictione non ſolum intelligitur, ut ore benedicas, ſed etiam, quod benedictionem impendas.*

Interl. 2. Gloſſa Interlinearis hæc verba: *Qui maledixerit*, ita exponit, ut ſenſus ſit: *Qui debitis obſequiis parentes indignos judicaverit.*

Verſus 5.

Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri, munus quodcunque ex me, tibi proderit.

1. S. Hieronymus Deum filiis præcipiſſe dicit, ut propriis ſuis genitoribus in neceſſitatibus eorum, quantum in ipſis eſt, proſpicerent, eóſque neutiquam ope ſua deſtituerent: econtra verò Scribas & Phariſæos propriæ utilitatis promovendæ ſtudio exſtimulatos ſuos docuiſſe dicit, ut id quod parentibus naturali jure donandum erat, Deo potius, divinóque cultui promovendo offerrent & erogarent, id namque Deo futurum eſſe longè gratius & acceptius, quam ſi illa parentum neceſſitatibus ſublevandis applicarent: *Atque ita fiebat, ut oblatio liberorum ſub occaſione templi & Dei, in ſacerdotum lucra cederet.* Idem quoque ſenſus eſt S. Anſelmi, dum ita ſcribit: *In quo præceptum Domini traditione ſua tranſgrediuntur: Deus præceperat in lege honorari patrem, & matrem: Phariſæi verò avaritiæ ſervientes, ut homines offerrent munera in templo, quæ in ſuos uſus pervenirent; patrem honorandum, Deum eſſe muneribus venerandum interpretabantur, & ita carnales patres ſub nomine eſſe poſtponendos dicebant.* Neque ſolum filiis ut alimenta & quævis alia genitoribus debita, in ſacras haſce eleemoſynas converterent, perſuadebant, verum etiam ipſismet parentibus ut huic acquieſcerent, ſequa in caſu quovis obvio fame necari ſinerent.

S. Hier.

S. Anſel.

2. S. Paſchaſius verba hæc de iis votis, quæ Deo in præjudicium neceſſariæ parentum ſuſtentationis fiunt, interpretatur, dicens: *Compellit filios, ut dicant parentibus ſuis, munus vel donum, quodcunque ex me votis oblaturus eram Domino, in tuos conſumo uſus, tibique prodeſt ô pater, vel ô mater, ut illi timentes accipere, quod Deo ſaltem voluntatis voto videbant mancipatum, ita ut inopem vellent magis vitam ducere, quam comedere de conſecratis.*

S. Paſch.

3. Enimverò cur munera & oblationes illæ impiæ fuerint, & ſacrilegæ, hujus S. Thomas hanc rationem reddit; *Quia dona impiorum non probat Altiſſimus; & Prov. 18. Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo, vel à matre,*

S. Thom. in Matt. Prov. 28 v. 24.

tre, & non dicit hoc esse peccatum, particeps homicidii est.

S. Paschas. 4. S. Paschasius dicit: *Quibus profectò verbis callidè evacuabant honorem patris*; Et ratio est, quia ut S. Hieronymus attestatur: *Honor in Scripturis non tantùm in salutationibus, & officiis deferendis, quantùm in eleemosynis, ac munerum oblatione sentitur*; Etenim honor patri & matri debitus non tam in salutationibus & reverentiis externis, quàm in ferendis necessitati illorum subsidiis consistebat; hi autem in hisce enormiter deficiebant, quia quæ in eleemosynas & parentum subsidia erogare debebant, templorum ornatui applicabant; ac proinde S. Paschasius superiùs dicta prosequitur, dicens: *Mandata Dei transgredi faciebant pro suis concupiscentiarum lucris, nolentes attendere, quod ait Dominus; Misericordiam volo magis, quàm sacrificium.*

S. Hier. ibid. Matt. 3. v. 13.

5. Porrò Scribæ & Pharisæi patribus & matribus persuadere satagebant, ut eleemosynas, quæ illorum subsidio & sublevamini servire poterant, in Dei servitium applicari paterentur, eò quòd majorem inde essent percepturi utilitatem, quam si ipsorum fuissent subsidiis adhibitæ: *Tibi proderit*, inquit Lyranus, *magis, quàm si expenderes in necessitates tuas.* S. Thomas ait: *Dicebant his, qui habebant patres pauperes, ut dicerent eis: Pater, non displiceat tibi, si non do tibi necessaria, quia munus quod offero, proficit tibi spiritualiter, sed hoc non erat verum.* Dionys. Carthusianus dicit: *Tibi utilius erit, quàm si illud tibi præstarem, quia proficiet ad spiritualem salutem, quæ melior est, quàm corporalis nutritio.*

Lyran. S. Thom. in Matt.

6. Optimè profectò quondam Poëta illecinit, qui ait: *Auri sacra fames, quid non mortalia cogis pectora?* Quibus verbis avaritiam, non sine mysterio egregio illo epitheto honora, quo eandem *sacram* honestissimo scilicet nomine appellat, siquidem vitium istud Deo sacratas personas, & Ecclesiastici ordinis homines plusquam omnes alios abominanda labe sua coinquinat & deturpat; unde meritò David lamentans ait: *Incenderunt igni sanctuarium tuum.* At verò dices fortassis, ubinam in sacra Scriptura ignis uspiam sanctuarium corripuisse reperitur? *Igne cupiditatis*, inquit Hugo Cardinalis, *incenderunt Sacerdotes & Clericos Domino sanctificatos, & dedicatos; in terra, id est, in abundantia terrenorum.* Deus ille, qui in schola sua nullam aliam virtutem tanta cum sollicitudine docebat, sicut mansuetudinis virtutem: *Discite à me, quia mitis sum*, binis tamen vicibus tantò se iræ furore accensum exhibuit, ut flagello manus suas obarmans vendentes & ementes è templo protinus ejecerit, tametsi ea quæ emebantur & vendebantur, omnia ad divinum ejus cultum ordinata fuerint, idque ut Hugo de S. Victore ait? *Ne ministri altaris attendentes lucra, eorum corrumperentur exemplo.* Deus ipse olim per Jeremiam lamentatus fuit, dicens: *A minori usque ad majorem omnes avaritiæ student, & a Propheta usque ad Sacerdotem*; Et quidem valde notandum est, quod postquam Deus ibidem Sacerdotes tanquam avaros arguisset, confestim subjungat: *Cuncti faciunt dolum*; siquidem Ecclesiasticorum avaritia causa est universalis transgressionis in populo, utpote qui propter interesse suum clausis quasi oculis divinæ legis observantiam contumaciter despiciunt, quinimo ipsa quoque Sacramenta ausu sacrilego vendere non dubitant: *In quorum manibus iniquitates sunt*, & ratio est, quia *dextera eorum repleta est muneribus*; ubi Hugo Cardinalis ait: *manus enim Sacerdotum modò inunctæ sunt pice cupiditatis ad retinendum, quæ deberent esse inunctæ unctione charitatis ad largiendum.*

Matt. 11. v. 29. Hugo Victor. Miscell. l. 1. tit. 65. Ierem. 6. v. 13. Ps. 25. 10. Hugo Card.

Versus V.

Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam, & irritum feciſtis mandatum Dei, propter traditionem vestram.

Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam.

1. Lucas Burgensis ait: *Non observabit mandatum Dei de honorandis patre & matre, quia sinet eas egestate consumi, ac premi, non succurrens indigentiæ ipsorum.*

Lucas Burg.

Et irritum feciſtis mandatum Dei.

2. *Pietatis simulatione*, inquit Chrysostomus, *despicere parentes fuerunt eruditi*; *Quo pacto? Si quis parens à filio ovum flagitaret,*

Chrys. hom. 52. in Matt.

tavet, aut vitulum, aut hujuſmodi aliquid prænonitus à Scribis & Phariſæis filius reſpondebat: Quod à me in utilitatem tuam petis, donum jam Deo promiſſum eſt, ac ideo dare non poſſum. Chryſoſtomus autem ulteriùs proſequitur dicendo, quòd tales duplicis peccati rei erant: *Nam neque Deo offerebant; & parentes oblationis nomine defraudabant.*

Janſ. 3. Janſenius ait: *Nullum DEI præceptum, nullum noſtrum votum, nulla rei ſanctificatio tollit neceſſarium naturæ vinculum, & ordinem;* quibus verbis declarat, quòd in occurrente caſu neceſſitatis ſive noſtræ, ſive aliorum, etiam iis, quæ Deo per votum dedicata vel conſecrata fuerunt, juſtè & inculpatè uti poſſimus.

Verſus 7.

Hypocritæ, bene Prophetavit de vobis Iſaias, dicens:

1. Meritò hi Phariſæi hypocritæ appellati fuêre, ſiquidem *exteriùs aliud prætendunt, quàm habeant interiùs*, ut inquit S.
S.Thom. in Matt. Thomas; nam Scribarum intentio erat lucra ſua adaugere, quam tamen cupiditatem per divini cultus prætextum exteriùs artificioſa ſimulatione occultabant: *Interius intendebant lucra, exteriùs movebant homines ad offerendum Deo;* id hodie à multis quoque fieri videmus, qui devotiones certas animabus purgatorii proficuas ſtudioſè promovent, vel ſimilia pietatis opera exercent, non quidem ut animabus illis ſuffragentur, aut Deo ſervitium aliquod præſtent, ſed propter lucrum eleemoſynarum, quas ſe ex talibus operibus conſecuturos eſſe ſperant.

Lyran. 2. Lyranus Chriſtum hiſce verbis ſimulationem illorum detegere voluiſſe exiſtimat: *Redarguit de falſa ſanctitatis ſimulatione; quia ad hoc quod eſſent in reverentia populi, oſtendebant ſanctitatem in verbis, & in exteriori converſatione, cùm tamen corrupti eſſent intentione.*

Cajet. 3. Cajetanus ex hac reprehenſione, Scribas & Phariſæos non ex ignorantia, ſed ex malitia errâſſe hiſce verbis deducit: *Non ex ignorantia errabant, ſed ſub ſpecie religionis docebant, quæ in ſacerdotum redundabant utilitatem.* Enimverò quotieſcunque de hoc hypocriſis vitio agitur, Salvator noſter indignationem ſuam clarè demonſtret; & licèt aliàs tanta ſit benignitate præditus, attamen quando illi cum hypocritis negotium intercedit, ſeveriſſimi ſupplicii minas fulminare non omittit.

Verſus 8.

Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.

1. Extrinſecus quidem Judæorum populus præ cunctis aliis univerſæ terræ gentibus Deum vel maximè colere & honorare videbatur; quia ſolus ille inter omnes alios veri Dei cultum profitebatur: *Sed corde longè à Deo receſſit,* inquit S. Remigius, *quia viſis ſignis, atque miraculis, nec divinitatem ejus cognoſcere, nec eum ſuſcipere voluerunt.* *S. Remig in Cat. cit.*

2. Hanc quoque in ipſis linguam inter, & cor diſcrepantiam S. Thomas obſervavit, quia exteriùs quidem ſe oblationes Deo & templo ejus factas promovere, & cultus divini zelum ſe habere ſimulabant: *Cor autem eorum longè eſt, quia non tendebant ad honorem Dei, ſed ad cupiditatem; unde quantò cupiditas major, tantò charitas minor.* *S.Thom. in Matt.*

3. Rabanus tempus exemplificat, quo id ipſum adimpletum fuit: *Labiis eum honorabant, quando dicebant: Magiſter, ſcimus quia verax es: ſed cor eorum longè ab eo fuit, quando miſerunt inſidiatores, ut eum caperent in ſermone.* *Raban. in Cat. Matt. 12.v.16. Ib.v. 15.*

4. Lucas Burgenſis hæc duo ſimul eſſe & conjungi debere advertit: *Os prope & cor longè, ad hypocriſim convincendam. Intelligenda eſt igitur prior pars cum excluſione poſterioris; non enim eſt Deo ingratus exterior labiorum cultus, niſi ab interiori cordis ſejunctus ſit, imò verò & interiorem cultum requirit, ut tam corpore colatur, quàm animo.* *Lucas Burg.*

5. Eodem quoque modo Sanctus Anſelmus de hoc populo ſcribit: *Commendando exteriorem munditiam illum honorabat, ſed dum interiori (quæ vera eſt) carebat, cor eorum longè erat, & ille talis honor inutilis eſt eis; unde ſequitur: ſine cauſa enim colunt me.* *S.Anſelmus.*

6. Porrò timendum eſt valdè, ne ſi populum

pulum Christianum cum gente Hebræorum illius temporis & moderni comparemus, illum præ hoc longe majori reatu obnoxium inventuri simus, id quod S. Ambrosius clarè testatur, dum ait: *Judæus vel labiis, tu verò nec labiis : si illius qui vel labiis honorat, cor longè est à Deo, quomodo potest cor tuum propè esse, qui etiam labiis non honoras?*

S. Ambr. ser. n. 28. in Ps. 118

7. Lyranus ex hisce verbis moralitatem quandam adversus eos deducit, qui bene docentes, pessimè vivunt: *Hoc potest dici de Doctoribus & Prædicatoribus, qui docent bene, & vivunt malè.*

Lyran.

8. Paulus de Palatio emphatica, quàm ingens malum sit cor nostrum longè à DEO positum esse, considerat, dum ait: *O utinam non vobis hæc vox conveniat! longè sunt cœli à terra; si cor tuum terrenum est, & terrena amat; Deus verò habet sedem in cœlo, certè longè est cor tuum à Deo si cor tuum est in peccato; longè à peccatoribus salus.*

Paul. de Palat.

9. Potest itidem hic Isaiæ textus de illis intelligi, qui solo vocis sono, sine ulla attentione & applicatione interiori orant & psallunt. Psalm. 46. v. 7. Psalmista nos ad Deum laudandum his verbis invitat: *Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite; quoniam Rex omnis terræ Deus*, sed protinus subjungit: *Psallite sapienter*, id est, ut ait Dionysius Carthusianus, *cum interiori mentis sapore, cordialique gustu verba psalmodiæ proferte.* B. Laurentius Justinianus nos quoque monet dicens: *Nec enim precantis verba intendit Deus, sed orantis cor aspicit. Quid oratio prodest strepitu labiorum, ubi est cor mutum? sicut enim vox sine modulatione auribus hominum onerosa existit, sic oratio absque devotione auribus Dei inexaudibilis est.* Valde considerabilia sunt illa Tertulliani verba: *Sonos vocis subjectos esse oportet*, quibus verbis utique innuere intendit, voci, ut à Deo exaudiatur, intimam à corde dependentiam necessariam esse, quia *Deus non vocis, sed cordis auditor est, sicut & inspector*; Tritum namque est illud commune proverbium: *Si cor non orat, in vanum lingua laborat.*

Ps. 46. 7.

Dion. Cart.

B. Laur. Just. de lig. vit. c. 6.

Tertull. lib de orat.

Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.

S. Thom. in Matt.

1. S. Thomas hoc loco tale format dubium; Quanimirum ratione propositio isthæc possit subsistere, si quidem certum quod etiam jejunia tantum sint præcepti Ecclesiastici, similiter canones, quid sunt aliud quàm traditiones humanæ: *Numquid qui hæc docent sine causa colunt Deum? Intelligendum est in præjudicium mandatorum Dei*; unde Angelicus hic Doctor, tanquam verus Theologiæ Princeps hanc maximi momenti maximam definit dicens: *Ex hoc habemus, quod homo magis debeat sibi conscientiam facere de transgressione mandati Dei, quàm de transgressione Ecclesiasticæ constitutionis.*

2. Lucas Burgensis alios libros hoc modo legere dicit: doctrinas, mandata hominum, hoc sensu: *Doctrinas quæ sunt mandata hominum. Sensus igitur est: cultu quo me prosequuntur, est mandatum ab hominibus datum; colunt me observatione mandatorum ab hominibus traditorum; porrò quòd mandata hominum sunt non quævis ab hominibus profecta mandata, sed quæ ita sunt hominum, ut non sint Dei; quæ homines sine spiritu Dei, suoptè ingenio pravo & corrupto effingunt;* sunt enim nonnullæ observantiæ, quæ non à personis legitimam authoritatem habentibus emanarunt; & hæc præceptis opponuntur, vel saltem ad illorum adimpletionem, & ad internum Dei cultum nihil conferunt. Dionysius Carthusianus dicit: *Mandata hominum humano spiritu, non Spiritu sancto loquentium.*

Lucas Burg.

Dion. Cart.

3. *Inaniter colunt me exteriori solùm obsequio*; inquit Dionysius Carthusianus, *quia non est meritorium opus hujusmodi, nec perducit ad ultimum finem, qui est vita æterna.*

Dion. Cart.

4. Theophylactus de illis ita scribit: *Cum mali essent per mala opera, longè fiebant à Deo, & divinum sermonem solo ore loquebantur, frustrà enim colunt, & putant se colere Deum, qui per opera illum dehonorant.*

Theoph.

5 Lyranus medicinæ similitudinem adducit, & dicit, quòd sicut medicina *datur sine causa, quæ non confert sanitatem, sic cultus divinus, qui non ducit ad veram felicitatem.* Interlinearis hanc glossam addit: *Non habituri mercedem cum veris cultoribus.* Albertus Magnus cultum illorum iniquum & falsum appellat: *Iste cultu iniquus, falsus, & ma-*

Lyran.

Interl. Alb. M.

malus, & mandatis Dei contrarius ſine cauſa eſt, quia remunerationem non meretur.

Verſus 10.

Et convocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite & intelligite.

Et convocatis ad ſe turbis, dixit eis.

Alb.M. 1. Albertus Magnus circa hæc verba obſervat, Salvatorem hic exequi voluiſſe, quod docuerat: *Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta*; quaſi diceret: *Phariſæi mihi ſuſurrant ad aurem quia qui malè agit, odit lucem*
Mat.10. v.27. *Joan.3. 20.* *Joan.3. ego autem omnibus manifeſtè dico, quod enim omnes tangit, omnibus proponendum eſt.*

Luc. Burg. 2. Lucas Burgenſis dicit, Chriſtum diſcipulos ſuos ab objectis eiſdem à Phariſæis calumniis expurgare, & innocentes oſtendere voluiſſe, ſcilicet, quòd ſine culpa panem manducaturi manus non lavarent; ſimulque veritates quaſdam, in quibus etiam ipſimet Scribæ errabant, in medium adducere decreviſſe, ideoque turbas ad ſe convocaſſe: *Ne fruſtra proferat, ſi ſoli eam audiant Scribæ & Phariſæi quia præ invidia & faſtu indociles, nihil niſi deteriores reddendi erant; docilis enim erat turba, aut certè aliqui.* *Interl.* Gloſſa Interlinearis hanc paraphraſin addit: *Turbis, quæ in Dei mandatis ſtudebant.* *Ianſen.* Janſenius dicit: *Convenientem ſervans ordinem*; quando enim calumniam in accuſatores retorſit, id fecit *Seorſim & non audiente omni turbâ*; at verò quando diſcipulos excuſando & purgando veritatem propoſuit, omnes præſentes eſſe voluit, ut Phariſæis exinde nihil proficientibus, alii ſaltem ex doctrinâ ſuâ utilitatem aliquam & profectum caperent.

Audite & intelligite.

S.Paſch. l.7. 3. Circa hæc verba varias invenio ſacrorum Interpretum expoſitores. S.Paſchaſius dicit: *Aures utriuſque hominis requirit, quia nec rectè audit intus, qui contemnit quæ Dei ſunt, audire foris; nec foris, ut dignum eſt, audit qui intus non intelligit quæ audit foris.*

Dion. Cart. 4. Dionyſius Carthuſianus Chriſtum omnes ad ſe attentè audiendum invitâſſe dicit, quaſi diceret: *Diligenter advertite, quæ dico.* Lyranus ait: *Audite aure cordis, intelligite aure mentis.* *Lyran.* *Alb.M.* Albertus Magnus de obedientia verbis auſcultatis prabenda explicat: *Audite obediendo, & intelligite veritatem diſcernendo.* *Eccl.3.* Eccleſ.3. *Auris bona cum omni concupiſcentia audiet ſapientiam.*

Hugo Card. 5. Hugo Cardinalis planè diverſimodè ab aliis illa exponit, dicit enim: *Audite mandata Dei, non traditiones hominum.*

Paul. de Pal. 6. Paulus de Palatio dicit, Chriſtum increatam & incarnatam Dei Sapientiam non fuiſſe contentum, quòd ab auditoribus præſentibus auſcultaretur, ideoque totum ad ſe populum convocaſſe; neque hoc ei ſuffeciſſe, ideoque magna & ſpecialiſſima cum ſollicitudine poſtulâſſe ab omnibus audientiam: *Audite*; *nec eo contentus addit, intelligite, expendite apud vos, quàm ſint recta, quæ dicemus. Intelligite igitur Dominum ſediſſe in excelſo throno, ut finem imponeret legi veteri, ut doceret quâ ratione coli vellet, quæ etiam ſint, quæ coram Deo hominem coinquinant.* *Marc.7. v.14.* Sciendum igitur eſt, quòd S.Marcus Salvatorem dixiſſe ſcribat: *Audite me omnes, & intelligite*; ubi Janſenius ait: *Emphaſi non caret, quòd dicit me, & omnes, ut eſt apud Marcum: per me enim ſignificat, ſe potius quàm Phariſæos audiendum; per omnes ſignificat ſe de re attentione digna, & omnibus utili locuturum.*

Verſus 11.

Non quòd intrat per os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

1. Salvator noſter operæ pretium eſſe duxit declarare, quænam ſint illæ ſordes & maculæ, quæ inficiunt animas, eaſque contaminant, ſcilicet, id non fieri per obſervantias & ritus exteriores, ſed per deordinationem interiorem. Unde Lucas Burgenſis dicit: *Ego autem dico vobis, nihil eorum, quæ de foris ingrediuntur in hominem, quibuscunque ſordibus obnoxium ſit, polluere hominem, aut reddere Deo minus gratum; ſed ſi vultis ſcire, quæ verè hominem contaminent, non ſunt ea quæ ingrediuntur, ſed contra, quæ egrediuntur ex homine*; id quod paulò poſt melius declarat, dum ait: *De corde exeunt cogitationes malæ, &c.* *Luc. Burg.*

2. Etenim fieri nequit, ut aliquid eorum, quæ manducantur, conſcientiam noſtram commaculare poſſit, *Nec etiam idolo litatum, in quantum eſt Dei creatura*, ut ait S. Anſelmus, *ſed potius illud coinquinat, quod procedit de ore, id eſt, verbum exprimens immunditiam, & nequitiam ſuæ pravæ mentis.* Janſenius diſtinguit, & dicit, Chriſtum non aſſerere quòd aliquis manducando maculari non poſſit: *Cùm variis modis contingat edentem coinquinari, nempe quia gulosè edit, vel quia contra legem, vel quia cum ſcandalo aliorum; ſed dicit cibum ipſum non coinquinare, quod pro omni tempore verum eſt de omni cibo.* Ratio autem, quam adfert, hæc eſt, quia cibus in lege veteri prohibitus, & qui in lege nova contra conſtitutiones & leges Eccleſiæ manducatur, ſolùm propter inobedientiam nos maculat, & culpabiles efficit: *Ipſa inobedientia hominis, & inordinata ejus concupiſcentia hominem contaminat*, quamvis idipſum in cibo & potu prævaricatio contingere poſſit per intemperantiam. Interlinearis ſententiam quandam adducit S. Auguſtini dicentis: *Non timeo immunditiam obſonii, ſed cupiditatis.* Lyranus cibum nos ſpiritualiter immundos efficere poſſe exiſtimat, ſimulq; quonam id modo fieri poſſit, his verbis declarat: *Cibus corporalis coinquinat hominem ſpiritualiter, ſcilicet nonniſi in quantum per delectationem malè afficitur ad cibum.* Porrò immundorum animalium caro Hebræos quidem tranſgreſſionis reos efficiebat, id tamen ſolùm fiebat ratione prohibitionis, quæ, ut Lyranus obſervat, myſtica erat, qui proinde authoritatem quandam adducit ex S. Auguſtino contra Fauſtum, qui ait: *Quia per animalia immunda ſecundùm legem ſignantur quædam vitia, quæ ſunt evitanda, & ideo quia lex Evangelica, quæ ſpiritualis eſt, inchoata erat per Chriſtum, ideò & illa obſervatio figuralis ciborum non erat amplius obſervanda.*

S. Anſel. in Matt. *Ianſen. c. 60.* *Interl.* *S. Aug.* *Lyran.* *Lyran.* *S. Aug. contra Fauſt.*

3. Notandum eſt autem, binâ voce oris mentionem in hiſce verbis fieri, ſed in diverſo ſenſu; ubi enim primò *os* exprimitur, ibi *os* corporis intelligitur, dum verò ſecundâ vice *os* nominatur, *oris* nomine mens accipitur. Unde Albertus Magnus ait: *Eſt autem os exterius, quòd loquitur ea, quæ in ſpiritu vocis formata ſunt, ſpiritus autem ille corporeus formam, quæ eſt intentio verbi, accipit à ſpiritu incorporeo, qui eſt in corde, & ille eſt primum os determinans omnia cogitanda, & loquenda, & agenda, & de hoc ore intelligitur, quod dicitur & illius organum eſt os exterius.*

Alb. M.

4. Paulus de Palatio hoc loco non inopportunè quærit, cur Chriſtus non æquè dixerit, quòd quicquid ab oculis, manibus, & pedibus egreditur, hominem commaculet, ſicut dixerat de ore? num fortè ideò id fecit, ut innueret, quòd nullum ſit corporis, aut naturæ hominis inſtrumentum, per quod homo magis diſtinguatur à brutis, quam per linguam, ut proinde S. Jacobus dixerit eum vere perfectum, qui linguam ſuam refrænare novit. Salomon ait: *Cor ſtultiin ore ejus, & os ſapientis in corde ipſius; eſt enim varium reſponſum inter verba oris & mentis, quod enim mens cogitat, vult, cupit, naturali conſequentiâ ſit ſtatim verbum in ore, ideo cor & os unum cenſentur, eſt enim canalis apertus ex corde ad os; neque ferè aliud eſt, in quo cor apertius cognoſcas, quàm in ore.*

Paul. de Pal. *Iac. 3. v. 2.* *Eccl. 21. v. 29.*

5. Solent etiam Hæretici eodem hoc textu Evangelico abuti, dum illum modo ſuo interpretantur, ut ſe à jejunio eximant, non intelligentes, quòd tranſgreſſio, quæ ipſos reos conſtituit, non in qualitate, aut in quantitate cibi quem comedunt, conſiſtat, ſed in inobedientia, qua prohibitionem & legem Eccleſiaſticam, qua talis abſtinentia in his vel illis circumſtantiis præcipitur, contemnunt. Anno ſævientis in alma urbe Romana contagii per Quadrageſimam tribus ſeptimanæ diebus, carnium uſus, cum reſervatione in aliis diebus jejunandi permiſſus fuit, ut conſtat.

6. Porrò Chriſtus Dominus, ut S. Thomas bene obſervat, in hiſce verbis ea duntaxat peccata tetigiſſe videtur, quæ à lingua procedere noſcuntur; dicit enim: *Sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Adhibet tamen idem S. Doctor diſtinctionem quandam valde conſiderabilem, dum ait: *Proprium officium oris eſt dicere; eſt autem duplex dicere: exteriùs ore corporali, & interiùs ore mentis, de quo Pſal. 13. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus; ſic ergò per os poteſt intelligi os cordis, ſcilicet mens hominis, & ſic omne peccatum eſt ex ore, quia nunquam eſt peccatum, niſi ex propoſito mentis.* Interlinearis tamen ita exponit: *Verba malitiam cordis exprimentia.*

S. Thom. in Matt. *Pſ. 13. 1.*

7. Advertendum eſt autem, quòd Chriſtus priuſ-

priuſquam diceret: *Non quod intrat per os, coinquinat hominem*, &c. præmiſerit verba illa: *Audite & intelligite*; ſed quo myſterio idipſum fecerit exiſtimatis? inquit idem Angelicus Doctor, nimirum: *Prout altiſſimam doctrinam, quæ eſt perfectio moralis vitæ*; vult enim ut intelligamus, quòd munditiem, quam ipſe in animabus deſiderat, & prætendit, non conſiſtat in exteriori illa manuum lotione vel in aliis obſervantiis legalibus, ſed in ſola puritate conſcientiæ. Et ideò Hugo Cardinalis ait: *Apertè hic habetur quod Dominus omnes legales obſervantias eliminat.* Beda quoque dicit: *Salvator omnia munda eſſe oſtendit, quia cum munda percipiuntur conſcientia.*

S. Thom. ibid. *Hugo Card. in Matt.* *Beda. in Matt.*

8. Chryſoſtomus obſervationem quandam circa hæc verba adducit, quæ in ſummam nos confuſionem meritò redigere deberet; dicit enim: *Videmus multos, ut intrant ad Eccleſiam, lavantes manus & os, qualiter autem mundam Deo præſentent animam, nullam curam facientes. Sordes manuum ſunt, rapina, homicidium; ſordes oris, maledictio, blaſphemia, contumelia; ſtercus in manibus tenens nunquam auderes orare, & nimirum hoc nulla jactura eſt, quid inaniter irrigas linguam pernitioſam, circumferens ſtercus? Si quis ſtercore manus implens tuos teneret pedes ſupplicans, non ſolùm non audires, ſed pedibus conculcares; qualiter igitur audes ad Dominum accedere & tu? manus eſt in lingua orantium, & per eam detinemus genua Dei?* Iſaiæ 1. *Cùm multiplicaveritis orationes veſtras, non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

Chryſ. cit. ab Hug. ib. *Iſa. 1. 15.*

Verſus 12.

Tunc accedentes diſcipuli ejus dixerunt ei: Scis quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt?

1. Ex textu S. Marci eandem hanc hiſtoriam referentis clarè ſatis deducitur, quòd priuſquam diſcipuli Chriſti verbis hiſce eum alloquerentur, jam ante turbæ à Chriſto dimiſſæ fuerint, Salvator autem cum diſcipulis domum quandam fuerit ingreſſus: *Et cùm introiſſet domum à turba, interrogabant eum diſcipuli ejus.* Et S. Matthæus ait: *Tunc accedentes*, quaſi Apoſtoli hoc facto docere nos voluiſſent, quòd dum alicui bonum ob finem ſalutaria volumus monita ſuggerere, id non in publico, ſed in privato & ſecreto faciendum ſit. Præterea inquit Paulus de Palatio: *Admonemur non eſſe indignum, majores à minoribus admoneri, ut hoc loco Chriſtus ab Apoſtolis, & Petrus à Paulo, ad Galat. 2. Sicut nec eſt indecorum, majores res ſuas cum inferioribus tractare*; ſic enim quando Chriſtus tot millia hominum paulò antè quinque panibus, & duobus piſcibus ſatiare voluit, tametſi Evangeliſta dicat, quòd *ſciebat, quid eſſet facturus*, attamen priùs diſcipulos ſuos in conſilium adhibere voluit.

Marc. 7. 17. *Paul. de Pal.* *Gal. 2. 11.* *Ioa. 6. 6.*

2. Enimverò quodnam illud ſcandalum fuerit, quo Phariſæi offenſi fuerunt, S. Paſchaſius his verbis optimè declarat: *Eò quòd ſolveret legem Moyſis; nam ex hoc uno ſermone, omnis ſuperſtitio Iudaicarum obſervationum fuerat eliſa, quoniam omnem religionem ſuam in cibis ſumendis abominandiſque arbitrabantur eſſe poſitam.* Lucas Burgenſis ad hoc ſe reflectit, quòd Apoſtoli Phariſæos ſcandalizatos fuiſſe dicant, tametſi etiam Scribæ præſentes adfuerint: *Nam quanquam Scribæ profiterentur rerum hujuſmodi diſputationem & ſcientiam exactam, tamen eorum obſervationem profitebantur Phariſæi.*

S. Paſch. lib. 7. in Matt. *Luc. Burg.*

3. Exinde perſpicuè videtur, quàm verum ſit, quòd *Omne quod recipitur, ad modum recipientis recipitur*; ſiquidem Phariſæi iſti ſtomachum ſuum invidiâ, odio, & malitiâ contra Chriſtum refertum habentes, tantùm abeſt, quòd veritati à Salvatore clarè ſatis traditæ acquieſcerent, ut ſcandali potiùs exinde ſumpſerint occaſionem; proprietas nimirum Solis eſt ea illuminare, in quibus congruam deprehendit diſpoſitionem, lutum verò econtrà indurare, & obfuſcare, idque non tam ſuo, quàm illius defectu.

Verſus 13.

At ille reſpondens ait: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur.

1. S. Thomas per has plantationes à Patre cœleſti minimè plantatas, traditiones divinæ legi oppoſitas intelligi poſſe cenſet: *Poteſt iſta plantatio intelligi de traditione hominum, quæ eſt eradicanda, ſi ſit contra*

S. Thom. in Matt.

tra Deum ſed traditio, quæ eſt à Deo, nunquam eſt eradicanda. In cujus probationem textum illum Actuum Apoſtolicorum adducit, in quo Gamaliël ait: *Si fuerit hoc à Deo, non poteritis contradicere;* & quidem hoc idem, inquit S. Doctor, in quavis alia re communiter videmus: *Videbis aliquem, qui bona operatur, facit fundata in charitate*, Ezech. 3. *In charitate radicati, & fundati, & hæc non poſſunt eradicari, ſed alia quæ non habent bonum fundamentum, ut dare eleëmoſynam propter vanitatem, eradicantur; ſic intelligendum eſt* Sapientiæ 4. *Spuriæ vitulamina non dabunt radices ſuas.* S. Paſchaſius quoque de traditionibus, de quibus paulò antea facta fuerat mentio, hunc textum ita exponit: *Omnis illa traditio Judæorum non à Deo Patre erat, ſed ſuperſtitio hominum, pro cujus favore etiam præcepta legis tranſgrediuntur.* Lyranus verba illa: *Omnis plantatio*, &c. ita exponit: *Id eſt, doctrina ab homine inventa, quæ non eſt legi ipſius Dei conſona.* Theophylactus ait: *Lex plantatio eſt Dei, non illa eradicata eſt.* Traditiones verò à ſenioribus inventæ, non verò à Deo præceptæ erant: *Non plantavit Pater intus in radice veritatis, & pietatis*, inquit Albertus Magnus.

Act. 5. 39.
Ezech. 3. 17.
Sap. 3. v. 3.
S. Paſch.
Lyran.
Theoph.
Alb. M.

2. Venerabis Beda objectioni cuidam reſpondet, quæ circa illa Apoſtoli verba: *Ego plantavi, Apollo rigavit*, opponi poterat; nimirum, quòd ſi ita eſt, quòd Apoſtolus manu ſuâ, & induſtriâ propriâ plantationes illas cultivavit, & tamen hæc cœleſti illi agricolæ, de quo Chriſtus dixit: *Pater meus agricola eſt*, adeò gratæ fuerunt & acceptæ, qua ratione Chriſtus dicere potuit: *Omnis plantatio, quam non plantavit, &c. eradicabitur.*

Beda in Matt.
1. Cor. 3. v. 6.
Joan. 15. 1.

3. Reſpondet Beda: *Solvitur quæſtio in eo, quod dicitur: Deus autem incrementum dedit.* In quam obſervationem pariter Albertus Magnus conſentit, dum ait: *Plantat aliquando per ſe, aliquando per miniſtrum, vera in credendis, pia in faciendis.* Iſaiæ 60. *Germen plantationis meæ, opus manûs meæ ad glorificandum.*

Beda.
Alb. M.
Iſa. 60. 12.

4. In ſancto Joanne ſcribitur: *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te Deum ſolum verum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum;* ſuper quæ verba ſanctus Cyrillus Alexandrinus ita ſcribit: *Fides, & vera pietas vitæ æternæ radix eſt & origo.* Mirum igitur eſſe non debet, quòd traditiones illorum, ſicut & ipſi nullas egerint radices, & conſequenter extirpatæ fuerint, inquibus per obſtinationem, & voluntatem propriam fides hæc & vera pietas deſiderabatur; ſiquidem omnis illorum devotio fictio quædam & hypocriſis fuit.

Joan. 17. 3.

5. Lucas Burgenſis ait: *Plantati propriè à Deo Patre dicuntur, qui gratuitâ ejus adoptione in arborem vitæ Chriſtum abſque quo non eſt ſalus, inſiti ſunt.* In hoc ſenſu Deus Pater Iſaiæ 60. verſ. 12. de populo Eccleſiæ ſuæ in nova lege gratiæ loquens, illum appellat: *Germen plantationis meæ.*

Luc. Burg.
Iſa. 60. 21.

6. Porrò quænam hæ plantationes ſint, quæ à Patre cœleſti minimè plantatæ fuêre, Origenes nobis hiſce verbis in ſenſu morali optimè declarat, dum ait: *Sunt quædam intrinſecus in animabus veſtris inſita, quæ non plantavit cœleſtis Pater; omnes quippe cogitationes peſſimæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, blaſphemiæ plantationes ſunt, quas non plantavit Pater cœleſtis, ſed inimicus homo ſuperſeminavit.* De homine juſto David ſcribit: *Lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium ejus non defluet, & omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Non ſic impii, non ſic.* Sanctus Judas Apoſtolus de eiſdem loquens eas vocat *Arbores autumnales, bis mortuas, eradicatas.* Sapient. 4. *Spuria vitulamina non dabunt radices*; vel, ut alia quædam litera habet: *Adulterinæ plantationes.* Deuteron. 29. *Ne forte ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinem*; alii legunt: *Toxicum.* Chaldæus: *Ne ſit inter vos cogitans peccata & ſuperbiam.*

Orig. in Gloſſa.
Pſ. 1. 3.
Jud. v. 4.
Sap. 4. 3.
Deut. 29. v. 18.

Verſus 14.

Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum; cæcus autem, ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.

1. S. Hieronymus monitum illud adducit Apoſtoli dicentis: *Hæreticum hominem poſt unam & alteram correptionem devita, ſciens quod perverſus ſit hujuſcemodi, & à ſemetipſo damna-*

S. Hier. Ad Tit. 3. v. 10.

damnatus; & hoc ſenſu dicit idem ſanctus Doctor Chriſtus nobis præcipit, ut à perverſorum Doctorum conſortio nos ſtudiosè ſequeſtremus: *Sciens eos diſſi ulter ad veritatem poſſe trahi, & cæcos eſſe, & cæcum populum in errorem trahere.*

Cajet. 2. Cajetanus ait: *Non ſit vobis curæ ſcandalum illorum, quod ipſi acceperunt, non ego dedi.* Unde ſcandalum illud nomen accepit, quòd ſcandalum Phariſaicum appelletur, quando nimirum aliquis abſque data occaſione, & ſine juſto & rationabili motivo ſcandalizatur. Et S. Gregorius dicit: *Si de veritate ſcandalum ſumitur, utilius permittitur naſci ſcandalum, quàm quòd veritas relinquatur.*

S. Greg. ho. 7. in Ezech.

Lucas Burg. 3. Lucas Burgenſis ait: *Ne laboretis, aut ſolliciti ſitis de illorum offenſione, & in doctrinam meam impactione, de quorum eradicatione perpetuo exitio conſtare vobis debet: non judicavit operæ pretium, ut placandis illis intenderet, aut clariùs interpretaretur doctrinam contumaciter rejecturis.*

Paul. de Pal. 4. Paulus de Palatio in hiſce verbis conſiderat ſynagogæ infelicitatem, utpote quam Chriſtus ſe deſeruiſſe his verbis clarè ſatis ſignificavit: *O verbum duriſſimum, ſinite eos, relinquamus eos; terra enim ſæpe ſuper ſe venientem bibens imbrem, & non producens fructum relinquitur; hanc derelictionem ſignificat verbum illud: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Licèt Deus nunquam auferat ab homine auxilia & favores, quibus, ſi conetur, anima ſurgere poſſit, aufert tamen illos, quibus facilè ſurgeret: væ igitur cùm dicit Chriſtus diſcipulis ſuis: Sinite, & relinquite; & vult exire ab eis, exeuntibus enim bonis de medio malorum, remanent mali ſicut Sodomitæ, exeunte ab eis ſancto Loth, ſubitò perierunt; ſicut exeuntibus ab Ægypto Judæis, ſtatim periit.*

Cæci ſunt, & duces cæcorum.

Lyran. 5. *Id eſt, carentes vero intellectu legis*, inquit Lyranus, *& duces cæcorum, quia alios excæcant ſuo errore, & ducunt eos ad præcipitium.* Interlinearis ait: *Quia non ſolùm ſibi non proſpiciunt, ſed etiam alios in præcipitium trahunt.* Dionyſius Carthuſianus per hoc lumen, cujus defectu excæcati fuerunt, veram ſapientiam intelligit: *Id eſt, lumine veræ ſapientiæ, & rectæ intelligentiæ Scripturarum privati.*

Interl.

Cajet. 6. Cajetanus de his Scribis & Phariſæis obſervat, quo *Præerant aliis exemplo fidei, doctrinæ, vitæ, juxta illud: Nupquid aliquis ex Principibus credet illi? & rurſus: Nunquid verè cognoverunt Principes noſtri, quod hic eſt Chriſtus? Joan. 7. v. 48. Et propterea appellantur duces cæcorum; verè enim fuerunt duces cæcorum populorum, qui in Judaica permanſerunt invidia; unde & ſecutum eſt quod videmus, ambos in foveam cecidiſſe, & præſentis ſervitutis, & æternæ damnationis.*

Joan 7. v. 48. Ibid. v. 26.

S. Greg. 7. S. Gregorius ait: *Superbi Phariſæi ab ipſa veritate cæci nominantur, quæ diſcipulis ait; Cæci ſunt, & duces cæcorum.* Quibus in verbis advertendum eſt, cuinam rei hanc cæcitatem tanquam cauſæ adſcribat, ut vel ideo vitium carnis maximè deteſtemur: *Quæ utique cæcitas ſpecialiter libidinoſis adſcribitur, quia nulla ſunt vitia, quæ ſpiſſiores tenebras menti ingerant, quàm libido, Oſee 4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.*

Oſe. 4. 11.

8. Ex his verbis quoque colligitur, quòd Principes ſive in paradiſum, ſive in infernum poſt hanc vitam abeant, magnum ſemper poſt ſe comitatum habeant; ſiquidem innumeri homines per bonum, vel malum ipſorum exemplum vel ſalvantur, vel damnantur; quod idem de Superioribus quoque dici poteſt, nec non & de illis, qui non tam per authoritatem, quàm ob doctrinam & ſapientiam omnibus aliis ſupereminent, alioſque erudiunt.

Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.

S. Greg. 9. Dionyſius Carthuſianus ait: *Prælatus ſeu Doctor non illuminatus à Spiritu ſancto, ſi cæco gregi, vel ſubdito ignoranti ducatum præſtet, inducendo eum ad ambulandum per vias rectas, ſeu ad ſequendum opera & judicia ſua, ambo in foveam cadunt, id eſt, in vitia præcipitantur, & tandem in locum gehennæ labuntur; hinc Jerem. 10. Quia ſtultè egerunt paſtores, ideo omnis grex eorum diſſipatus eſt*; adducitque in ejus confirmationem quandam S. Gregorii ſententiam dicentis: *Cùm paſtor per abrupta gradiatur, neceſſe eſt, ut grex in præcipitium feratur.*

Jerem. 10. v. 21.

Verſus 15.

Reſpondens autem Petrus dixit : Ediſſere nobis parabolam iſtam.

1. Salvator noſter parabolis frequenter uti ſolitus erat : *Et ideò*, inquit S. Remigius, *Petrus cùm audiſſet, quod intrat in os non coinquinat hominem, putavit parabolicè fuiſſe locutum.* Albertus Magnus ait: *Detentus carnali intellectu legis putabat Chriſtum parabolicè loqui, qui doctrinas de cibis revocavit ad novæ gratiæ veritatem.* *S.Remig. in cat.* *Alb. M.*

2. Theophylactus hanc interrogationem artificiosè propoſitam fuiſſe ſuſtinet: *Petrus quia ſciebat legem prohibere promiſcuè eſum omnium; & timebat dicere Jeſu : Ex his quæ dixiſti, offendimur (apparent enim legi adverſa eſſe) ſimulat ignorantiam, & interrogat.* *Theoph.*

3. Porro Petrus præ quovis alio ſe veræ Chriſti ſapientiæ addiſcendæ cupidum fuiſſe monſtrat, quia *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſapientiam, & legem requirent ex ore ejus. Eccleſiaſt. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur* Imò tanquam Chriſti interris Vicarius, præ quovis alio profundiùs à Chriſto eruditi debebat. *Malach 2.v.7.* *Eccl.24. v.22.*

Verſus 16.

At ille dixit : Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?

1. *Id eſt*, ut Albertus Magnus exponit, *poſt tot audita, viſa, & expoſita, quibus datum eſt noſſe myſterium regni Dei.* *Alb.M.*

2. Paulus de Palatio hanc reprehenſionem Prælatis Eccleſiaſticis attribuit : *Gravis*, inquit, *reprehenſio, cùm enim Epiſcopus ſit aliorum dux & lux, ſi & ipſe ſine luce ſit, omni reprehenſione dignus eſt, neque enim alicui minùs, quàm Epiſcopo, ignorantia convenit.* *Paul. de Pal.*

3. Lucas Burgenſis Chriſtum Salvatorem noſtrum ſæpius nos docuiſſe notat, quanam in re mundi res illa conſiſteret, quam in fidelibus & ſequacibus ſuis requirebat : *De his rebus non ſemel, neque breviter diſſeruerat, neque obſcuris verbis, ut ex cap. 6. & 7. hujus Evangelii intelligitur, idcirco increpat tarditatem diſcipulorum, cui tamen non definit Doctorem ſe præſtare*, ipſorumque incapacitati & ruditati magna cum benignitate condeſcendit : prouti ex verbis ſequentibus clarè liquet. *Lucas Burg.*

Verſus 17.

Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum mittitur.

1. Theophylactus verba illa hunc in modum exponit : *Dicitur igitur : Non intelligitis quod omnes intelligunt & ſciunt : ibi enim non manent intus, ſed infra exeunt per alvum, & nullum hominem in anima coinquinant, non enim manent intus: cogitationes autem intrinſecùs naſcuntur, & manent illic, & egredientes, hoc eſt, in opus procedentes, inquinant hominem.* Nihil etenim animam maculare poteſt, niſi tangat illam, *cibus autem non contingit animam*, ergo. Ita ſanctus Thomas. *Theoph.* *S.Thom. in Matt.*

Verſus 18.

Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.

1. *Id eſt, ab intellectu & voluntate cauſantur*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *quia ut ait Plato, ad hoc datus eſt nobis ſermo, ut mutæ voluntatis fiant indicia.* S. Bernardinus porrò pro noſtra inſtructione obſervat, quòd *inter omnia illa, quæ à corde exeunt, & de ore procedunt, hominem, imò totum mundum inquinantia, ſunt execranda detractiones.* *Dion. Cart.* *S.Bernardin. t.2.ſer. in hac fer.*

2. Porrò per haſce ſordes, (*hæc coinquinant hominem*) non materiales & corporales, ſed ſpirituales intelliguntur ; unde Dionyſius Carthuſianus ait : *Coinquinant inferendo maculam culpæ.* *Dion. Cart.*

3. Cajetanus dicit : *Declarat, quo ſenſu dixerit: quod procedit de ore, ſcilicet pro quanto procedit à corde, hoc eſt, à voluntate.* *Cajet.*

Verſus 19.

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.

1. S. Hieronymus ex hac propoſitione illam deducit conſequentiam : *Ergo animæ principale non ſecundùm Platonem in cerebro, ſed juxta Chriſtum in corde eſt.* Unde ſanctus Doctor pergit oſtendere, qualiter magnopere reprehenſibiles ſint illi, qui dæmonem eſſe dicunt, qui nobis malas cogita- *S. Hier.*

tiones

tiones & deſideria imprimat : *Arguendi ex hac ſententia ſunt, qui cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex propria naſci voluntate ; diabolus adjutor & incenſor malarum cogitationum poteſt eſſe, author eſſe non poteſt. Sin autem ſemper in inſidiis poſitus levem cogitationum ſuarum ſcintillam ſuis ſomitibus inflammârit, non debemus opinari cum cordis quoque occulta rimari, ſed ex corporis habitu & geſtibus æſtimare, quid verſemus intrinſecus : v. g. ſi pulchram mulierem nos viderit crebrò inſpicere, intelligit cor amoris jaculo vulneratum.*

S. Ant. Pad. 2. S. Antonius de Padua cor hujus noſtri corporis primum mobile, primumque vitæ principium eſſe conſiderat: *Sicut enim cor eſt vitæ corporalis principium, ſic & vitæ moralis*, *S. Aug. de lib. arb.* adducit quandam S. Auguſtini ſententiam in libro de libero arbitrio atteſtantis : *Quod nihil habet rationem peccati, niſi quantùm à corde & voluntate egreditur.*

3. Sicut ex equo Trojano multi egreſſi ſunt milites, qui civitatem illam in extremum redegêre exterminium, atque in eos, qui dictam fabricaverant machinam, inhumanam exercuêre barbariem : ita quoque è corde noſtro, ſeu ab amore & voluntate noſtra tot derivantur affectiones pravæ, & appetitus inordinati, qui mortem animæ ſpiritualem & æternam judiciſcunt. Unde Chryſologus in ſermone quodam, quem ſuper Evangelium præſens conſcripſit, ita ait: *Novus eſt hic cordo bellandi, de homine contra hominem gentes exeunt bellaturæ.*

Paul. de Palat. 4. Paulus de Palatio magnam quandam inter Moſaicam & Evangelicam legem notat differentiam, dum ait : *Nota primo loco poni cogitationes, licèt Moyſes in fine Decalogi earum meminerit, cujus ratio eſt, quia vita Chriſtiana maximè interioribus intenta eſt, contrà Moſaica exterioribus.*

5. Facilè igitur hinc diſcere poſſumus, quanti interſit monitum illud Sapientis attendere, dicentis : *Omni cuſtodiâ ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.* *Prov. 4. v. 23.*

Verſus 20.

Hæc ſunt quæ coinquinant hominem ; non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.

1. Paulus de Palatio maculæ peccati turpitudinem ponderat, dum ait: *Contra infinitam majeſtatem ab infinita vanitate, id eſt, homine procedit : infinitum bonum auſert, Deum nobis propinquum, amicum, ſponſum, fratrem & Patrem exaſperat, ut hoſtis ſit noſter & vindex. Si penetrare vis, quanta ſit hæc macula, hinc intelliges, quia ſolo Chriſti ſanguine, & non hircorum aut taurorum purgari poteſt.* Hæc macula pulcherrimum cœleſtis paradiſi Angelum in horrendum mutavit titionem inferni. *Idem.*

2. Optimum igitur & ſaluberrimum eſt illud Chryſoſtomi documentum, dicentis: *Diſcamus, obſecro quænam ea ſint, quibus turpiter homines fœdentur : diſcamus, oro, & fugiamus ;* ubi ulteriùs abuſum jam paulò antè mentionatum, exponere pergit, quo in Eccleſia quoad corpus mundi comparare ſatagimus, interiorem animæ puritatem parùm admodum curantes. S. Auguſtinus ab Alberto Magno hoc loco citatus dicit : *Nimius appetitus munditiæ corporalis ſordes inducit mentis, & ablutio corporis nihil penitùs conducit ad munditiem mentis. Unde Jerem 2. Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam Borith, tamen maculata es coram me, dicit Dominus.* Deformis macula, quia anima humana unquam contaminata fuit, cenſenda eſt iniqua illa condemnatio, qua agnus ille immaculatus in medio duorum latronum patibulo adjudicatus fuit ſuſpendendus, & tamen Pilatus ſententiam illam pronuntiaturus, manus ſuas priùs abluere voluit, ſimul proteſtando dicens : *Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus. Væ vobis, qui mundatis quod deforis eſt calicis*, inquit alibi in Matthæo Chriſtus de hypocritis illis, qui perfectionem & ſanctitatem ſuam in frequentioribus ablutionibus reponendam eſſe cenſuerunt. *Chryſ. hom. 52. in Matt.* *S. Auguſt. ab Alb. M. cit. Ier. 2. 22* *Matt. 27 v. 24.* *Matt. 23. v. 25.*

FERIA QUINTA
POST III. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.
EVANGELIUM.

Ex Matth. Cap. 15.

v.38. Surgens Jesus de synagoga, introivit in domum Simonis, socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogaverunt illum pro ea. 39. Et stans super illam, imperavit febri, & dimisit illam; & continuo surgens ministrabat illis. 40. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens curabat eos. 41. Exibant autem dæmonia a multis clamantia, quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. 42. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt usque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. 43. Quibus ille ait: quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. 44. Et erat prædicans in synagogis Galileæ.

Versus 38.

Surgens Jesus de synagoga introivit in domum Simonis; socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogaverunt illum pro ea.

Surgens Jesus de synagoga.

1. SAlvator noster in synagoga paulò antè dæmoniacum quendam miraculosè liberaverat, ac proinde, ut Jansenius notat, *Protinùs dicitur cum suis Christus egressus a synagoga*; *hic enim fuit mos Domini, ut ferè semper cum miraculo aliquo inclaruisset, turbis sese subduceret, contentus nimirum benefecisse nec gloriæ humanæ cupidus docens nos, ut bene mereri potiùs, quàm laudem venari studeamus.*

Jansen. c. 28. concord

Alb. M. 2. Albertus Magnus ad mysterium recurrit, dicens: *Ecce synagoga, in qua prædicaverat, derelictio. Jerem. 12. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam.*

Ierem. 12. v. 7.

Introivit in domum Simonis.

3. Dubitari hoc loco potest, quomodo domus illa domus Petri esse potuerit, cùm ipsum in Bethsaida natum fuisse constet, præterquam quod ipse in Evangelio omnia deseruisse dicatur: *Ecce nos reliquimus omnia*; quomodo igitur Evangelista domum hanc domum & habitationem ipsius fuisse dicit? Salmeron inprimis Bethsaidam Capharnaum vicinam fuisse respondet; adhæc dicit: domum illam ad Petrum spectasse, quia ad conjugem ipsius pertinebat. *Domus uxoris Petri vocatur ejus domus.* Lucas Burgensis dicit: *Domum socrus Petri, idcirco Petri dictam, quòd quoties Capharnaum veniret, ibi hospitaretur.* Salmeron dicit: *In domum suam, id est, quæ jam fuerat ejus*; quam posteaquam se Christi disciplinæ subjecit, totaliter dimisit.

Matt. 19. v. 27.

Salmer. to. 6. tr. 11.

Lucas Burg. in Matt. c. 8.

4. Enim

4. Enimverò dubium quidem non eſt, quin in opulenta illa civitate plures fuerint habitationes longè capaciores & nobiliores illa, in qua filius Dei hoſpitio excipi potuiſſet, ipſe tamen præ cæteris Apoſtolos ſuos honorare voluit. Unde S. Thomas ait: *Honorem intulit diſcipulis ſuis, quia noluit ire ad domum Centurionis, ivit tamen ad domum pauperis piſcatoris. Unde Pſal. 138. dicitur: nihil honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.* Chryſoſtomus aliam aſſignat rationem, cur nonnunquam diſcipulorum ſuorum hoſpes eſſe voluerit, prout poſtea in domo S. Matthæi factum fuiſſe conſtat, quando illum ad Apoſtolatum vocavit: *Quod faciebat, ut hoc ab eo affecti honore, diligentiores ad omnia fierent.* Didacus Stella eum in urbe Capharnaum hanc præcipuè domum elegiſſe dicit: *Quia Chriſtus his honorem impendit, à quibus ipſe honoratur; unde olim dixit: Quicunque honorificaverit me, glorificabo eum. Petrus Chriſtum honoravit, relinquens domum & omnia, quæ poſſidebat, ſequens illum, ideo Chriſtus vult eum ſummo honore afficere.*

S. Thom. c. 8. Matt. Pſ. 138. 17. Chryſ. hom. 28. in Matt. Did. Stell in Luc.

5. Credibile ſatis eſt, Jacobum, Joannem, & alios Apoſtolos domus habuiſſe longè ampliores, quam fuerit illa Petri, & tamen ipſe ſuper omnes alios ab eo privilegiatus fuit, quia ut Iſidorus Clarius ait: *Æquum fuit, ut à Petro primum reciperetur, quia fervidior erat cæteris*: Hæc etenim virtus habitationem Deo ampliat valde & dilatat; trita namque eſt illa S. Auguſtini ſententia dicentis: *Anguſtiantur vaſa carnis? dilatentur ſpatia charitatis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* S. Petrus autem Chriſtum præ cunctis aliis vehementiùs amabat: *Diligis me plus his? Tu ſcis Domine, quia amo te.*

Iſidorus Clarius in Luc. orat. 22. S. Aug. ſer. 10. de v. rb. Domini. 1. Ioan. 4. v. 16. Ioan. 14. 23.

6. Didacus Stella ait: *Petro voluit hoc beneficium donare, ut ipſum magis ad ſui obſequium devinciret.*

Did. Stell.

7. S. Thomas dicit Chriſtum hanc domum ſponte propriâ honorare voluiſſe, ut per hoc manifeſtaret, quanto in reſpectu Petrus apud ipſum eſſet: *In hoc oſtenditur reverentia, quam habuit Dominus ad Petrum, quia ſe obtulit, licet Petrus non rogaret.* Petrus à Chriſto ſuus in hac terra Vicarius inſtituendus erat, eique conſignanda & committenda erat ſponſæ illius cuſtodia, quam ſanguinis ſui pretio acquiſierat: *Eccleſiam, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Gloſſa dicit: *Domus Petri circumciſio eſt ejus Apoſtolatui commiſſa; ſocrus ſynagoga, quæ quodammodo mater eſt Eccleſiæ, Petro commiſſæ; Hæc febricitabat, quia invidiæ æſtibus laborabat, perſequens Eccleſiam.* Salmeron obſervat, quòd antequam domum Petri ingrederetur, priùs à ſynagoga fuerit egreſſus; aliàs quoque Petri naviculam concendit, ex eaque turbas docere voluit: *Intelligimus Chriſtum renunciaſſe ſynagogæ Iudæorum, in Eccleſiam, quæ domus eſt, & navis Petri ingreſſus: In hac domo ſanabat & docebat Jeſus, quia in Eccleſia tantùm eſt vera doctrina Chriſti, & vera remiſſio peccati.*

Act. 20. 28. Gloſſa. Salmer. ibid.

8. S. Paſchaſius ait: *Venit ergo Jeſus in domum Petri, quatenus ad eum domus Petri veniret.*

S. Paſch. lib. 5. in Matt.

9. Quia domus ſymbolum & figura Eccleſiæ erat, divina providentia ſapientiſſimè ordinavit & diſpoſuit, ut domus illa demum magnifico honoraretur ædificio. Nam ut Nicephorus refert, S. Helena in ipſiſſimo hujuſce domûs ſitu in honorem S. Petri ſumptuoſiſſimam fabricari fecit Eccleſiam.

Niceph. l. 8. c. 20

10. Sancta mater Eccleſia in officio divino de Apoſtolis ita canit: *Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis.* Inter cunctos verò Apoſtolos Petrus primus fuit, qui omnia ſua propter Chriſtum dereliquit, ſalutare in hoc cunctis aliis præbens exemplum, in cujus pietatis compenſationem Deus ille, *quem cœli capere non poſſunt*, in pauperculo tugurio ejus hoſpitio excipi voluit, illudque ſua cunctorumque Apoſtolorum præſentia, imò & miraculo quodam adeò celebri, quòd ad perpetuam rei geſtæ memoriam annalibus æternitatis inſertum eſt, honorare voluit, effecitque ut ante ipſius fores univerſa civitas certatim concurreret, omnesque infirmos ſuos ibidem deponeret, ut ſanitati priſtinæ denuò reſtitui poſſent.

11. S. Paſchaſius Chriſtum non rogatum, ſed ultrò citroque, & ſponte propriâ ad domum illam acceſſiſſe dicit: *Mira omnipotentis Dei diſpenſatio, qui etiam non quærentes*

S. Paſch. lib. 5. in Matt.

rentes ſe quærit, & non valentes ad ſe venire, ad eos clementer venit. Etenim nuſquam Chriſtum à Petro ut ad ſanandam ſocrum ſuam in domum ſuam ſe reciperet, rogatum fuiſſe conſtat, non obſtante quod ex multiplici experientia vidiſſet, quòd *Pertranſibat benefaciendo, & ſanando omnes, quia charitas non quærit quæ ſua ſunt*, & ideò eouſque longè ardentiorem erga aliorum ſalutem, quam erga propriæ familiæ & familiarium ſuorum ſanitatem, zelum exhibuit, quia bono publico & divini Magiſtri ſui ſequelæ & ſervitio totus intentus erat; unde poſtea in Chriſto natus eſt zelus illius, quam ut ejus domum liberaliſſimè contulit beneficentiæ ſpecialis. Sanctæ Catharinæ Senenſi à cœleſti ejus ſponſæ dictum fuit: *Tu de me ſollicita eſto, & ego tui ſollicitam curam ſemper habebo.* Porrò S. Marcus pro hujuſce ſocrus ſanitate reſtituenda Chriſtum non à S. Petro, ſed ab Apoſtolis rogatum fuiſſe ſcribit, quia Petrum ne quidem os ſuum aperuiſſe conſtat: nam ut Chryſoſtomus ait: *Ab exordio erudiebatur, quæ aliorum erant ſibi ipſi præponere, quo circa neque eum ipſe inducit, ſed Chriſtus ſponte adivit*: Imò ipſemet ſacer textus expreſsè dicit: *Decumbebat autem ſocrus Simonis febricitans, & ſtatim dicunt ei de illa*: unde clarè liquet, quantum hic Apoſtolorum vertex & Princeps à carne & ſanguine fuerit alienus. S. Hieronymus *de vera circumciſione*, ad magnam S. Petri gloriam ita ſcribit: *Omnia ſe reliquiſſe teſtatur, non in alto fluctuat, artis cura non geritur, nec ſocrus ægra ſine Domino viſitatur, omnis ſingularis viri affectus in Chriſto eſt, hunc ſequitur ſubſtantiæ contemptor, affinitatis oblitus.* Verum enimverò ſive Petrus ex motivo modeſtiæ, ſive ob animum à carne & ſanguine penitus alienum de ſocru ſua nec quicquam ſollicitus fuerit, certum tamen eſt, quòd Chriſtus illam non propterea neglexerit, aut illius fuerit oblitus, ut ex hoc clarè intelligeremus, quod ſi divino ejus ſervitio totaliter intenti ſimus, Chriſtus pariter ad nobis omnibusque cognatis & amicis noſtris benefaciendum totaliter futurus ſit deditus. S. Cyrillus ad hujus hoſpitii paupertatem ſeſe reflectit dicens: *Aſpice autem, quomodo manet penes verum inopem Chriſtus, qui ſponte voluntate paupertatem pro nobis paſſus eſt, ut diſcamus, cum pauperibus converſari, nec ſpernere depreſſos & pauperes.*

Act. 10. 38.

Chryſ. in Cat.

Marci 1. 30.

S. Hier. t. 4. ep. 20.

S. Cyrill. in Cat.

Chryſoſtomus ad horum piſcatorum domos reſpiciēs dicit: *Cogitatione aſſequimur quales fuerint; videmus tamen ipſum humiles ſponte caſas petere, ut his omnibus deſpiciendam eſſe humanam magnificentiam doceat.* Idem quoque Chryſoſtomus aliam adducit rationem, cur in hanc domum Petri intraverit, dum ait: *Mihi quidem videtur id factum eſſe, ut cibum aſſumeret, quod Evangeliſta quoque ſignificavit, cùm dixit: Surrexit, & miniſtrabat illis.* Chryſologus verò aliter hac de re ſentit, dum ait: *Ad domum Petri non invitavit diſcumbendi voluptas ſed jacentis infirmitas; non prandendi neceſsitas, ſed ſalutis occaſio; divinæ virtutis opus, non humani pompa convivii; in domo Petri non vina, ſed lachrimæ funduntur.*

Chryſ. hom. 28. in Matt.

Chryſ. ibid.

Chryſol. ſer. 18.

12. Lucas Burgenſis dicit Chriſto quidem in civitate Capharnaum minimè defuturas fuiſſe domus magnificentiores, commodiores, majoribúsq; delitiis affluentes, veruntamen hunc Chriſti genium fuiſſe, quod *plus amabat pauperes, ægrotos, languentes.* Et Chryſologus ait: *Non aſpexit qualitatem domûs, non præparationis ornatum, ſed gemitum languentis, & ſtatim manus ad opus ſuæ majeſtatis extendit*: Neque enim voluptas aut delitiæ, ſed planctus & miſeriæ noſtræ Salvatoris accerſendi ſunt attractivæ: *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Enimverò quonam putatis Chriſtum mox ut domum illam ingreſſus fuit, ſuos defixiſſe miſericordes obtutus? Optimè id S. Matthæus declarat, dicens: *Cùm vidiſſet Jeſus in domum Petri, vidit ejus ſocrum jacentem & febricitantem.* Quo facto miniſtros & prædicatores Evangelicos docere voluit, ab illis voluptates & commoditates nequaquam quærendas & ſectandas eſſe, ſed potius requirendas eſſe proximorum corporales & ſpirituales miſerias, ut iis ſubveniant, neque corporum, ſed animarum ſanandas eſſe febres. Phariſæi Chriſtum calumniati fuerant, dicentes: *Cum publicanis & peccatoribus manducat*: Fuerat quidem ipſe à Martha plurium caſtellorum Domina exceptus hoſpitio, à Zachæo quoque Publicanorum Principe ad prandium invitatus fuerat, at verò in quovis loco in eo adimpletum fuit illud Sancti Paſchaſii dicentis: *Non cura prandii*

Luc. Burg.

Chryſol. ſer. 18.

Pſ. 90. 15

Matt. 8. 14.

Matth. 9. 11.

S. Paſch. lib. 5. in Matt.

prandii ac lætitiæ, ſed lachrymarum effuſio; quovis loco & tempore ad errantium animarum converſionem aſpirabat; in domo namq; Marthæ ejus lucrari ſatagebat ſororem; nunc verò dum ipſum ſub pauperi tecto voluntarium hoſpitem factum fuiſſe vident, nulla erat calumniandi occaſio.

Alb.M. in Matt. 13. Albertus Magnus inſignem ex Petri nomine, moralitatem adducit. dum ait: Domus Petri, *Significat domum obedientiæ, quia Simon obediens interpretatur, ubi præceptis Chriſti & Apoſtolicis obeditur.* Etenim anima, quæ Deo divinísque illius præceptis ſubjicitur & obtemperat, ſecura eſſe poteſt, quod Chriſtum ſit receptura hoſpitio.

Hugo Card. in Matt. c.18. 14. Hugo Cardinalis ſuper illa verba S. Matthæi: *In domum Petri*, dicit: *Domum Petri eſſe conſcientiam agnoſcentis peccatum ſuum: Tunc enim venit Ieſus, quando quis peccatum ſuum agnoſcit.*

Matt. 17. 23. Marc. 2. v. 1. & c. 9. v. 32. Luc. 7. v. 1. & c. 10 v. 15. Ioan. 4. 46. Mat. 19. 27. Mat. 16. 17. 15. Obſervandum quoque eſt hoc loco Petrum aliàs ſæpè unà cum Chriſto in Capharnaum acceſſiſſe, ut videre eſt *Matth. 17. v 23. Marci 2. v. 1. & Cap. 9. v. 23. Lucæ 7. v. 1. & Cap. 10. v. 15. Ioan. 4. v. 46.* & tamen ex nullo dictorum locorum Petrum in domum ſuam pedem intuliſſe conſtat, præterquam in hac occaſione, cujus ratio eſſe poteſt, quia jam de ſe proteſtatus fuerat: *Ecce nos reliquimus omnia*, quænam verò cauſa eſt, quòd nunc de illo ſcribatur, ipſum ſimul cum Chriſto, & omnibus aliis diſcipulis domum ſuam fuiſſe ingreſſum? Reſpondendum videtur, Petrum hoc loco repræſentâſſe perfectum quendam religioſum, qui ſæculo totaliter valedixit: *Caro & ſanguis non revelavit tibi?* Petrus igitur in domum ſuam intrare noluit, niſi in Chriſti & Apoſtolorum ſocietate, idque ob gravem ſocrûs ſuæ infirmitatem, ut eam ſanaret, ut hoc facto religioſos & Eccleſiaſticos parentum totiuſque paternæ domûs abnegationem, nec non magnam in converſando cum amicis & cognatis adhibendam cautelam edocet, ne ſcilicet in illam ſe intromittant, niſi ſolùm in caſu, quo id ipſorum poſtulat gravis neceſſitas & charitas, & ne tunc quidem illos aliter frequentandos eſſe, quàm in Chriſti & Sanctorum individua ſocietate.

Socrus autem Simonis.

Hugo Card. in Luc. 16. Hugo Cardinalis utrumque, id eſt, tam ſocrum Simonis, quàm domum Petri, ſynagogæ & circumciſionis figuram fuiſſe exiſtimat: *Per uxorem Petri ſignificatur Eccleſia, cujus Paſtor fuit Petrus, cujus Mater fuit ſynagoga*: Quod idem quidem Albertus Magnus ſenſit, dum ait: *Alb.M. in Luc.* *Quæ ſocrus allegoricè quidem ſynagoga, filia autem uxor Petri eſt Eccleſia; Moraliter autem eſt caro contraria ſpiritui.* Rabanus pariter per hanc ſocrum ſanatam, ſynagogam interpretatur; conſiderat enim, quod S. Matthæus cap. 8. poſtquam in leproſo mundato ſalutem inſinuâſſet totius generis humani, in ſervo verò Centurionis ſalutem populi gentilis, *Conſequenter per ſocrum Petri deſignet curationem ſynagogæ.* *Raban. in Cat. Matt. 8.*

S. Bon. in Luc. 17. S. Bonaventura argutè obſervat, quod mulierem hanc non in ſynagoga, ſed in domo ſanârit: *Ad inſinuandum quod dicitur: Docere autem mulieri non permitto.*

Tenebatur.

18. Conſiderandum eſt verbum illud, *Tenebantur*, quia ut Didacus Stella advertit: *Non ait, quòd tenebat febres, ſed quòd tenebatur à febribus: ſic peccator tenetur à ſuis paſſionibus & peccatis, ita ut captivus teneatur, ne id, quòd vult facere poſſit.* Unde B. Laurentius Juſtinianus ait: *Sunt peccata vincula ſpiritualia, quibus tenetur anima. Febris noſtra*, inquit S. Ambroſius, *avaritia eſt*; In omnibus namque hiſce vitiis anima noſtra per inordinatas paſſiones & appetitus ſuos ſtringitur & ligatur; Et quidem ſi de cupiditate argenti & auri ſermo ſit, ſcriptum eſſe ſcimus: *Qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum diaboli.* Et Seneca dicit: *Si divitias habens, quomodo habere dicimus febrem, cùm illa nos habeat; è contrario dicere debemus, febris illum tenet; eodem modo dicendum eſt; divitiæ illum tenent.* Idem quoque Author alibi dicit: *Quisquis noſtrûm agere vitam volet quantum plurimum poteſt iſta viſcata beneficia devitet, in quibus hoc quoque miſerrimi fallimur, habere nos putamus, & habemur.* Quòd ſi febrim libidinis conſideremus, hæc nos

Did. Stell. *B. Laur. Iuſtin. ſerm. de S. Mariæ Magd.* *S. Ambr. lib. 4. in Luc. c. 4* *1. Tim. 6. 9.* *Seneca Ep. 119.* *Epiſt. 8.*

nos adeò libertate noſtrâ deſtituit, ut is, qui ad cœnam magnam, quæ gloriæ ſymbolum erat, invitatus fuerat, ſeſe excuſârit dicendo: *Uxorem duxi, & ideo venire non poſſum*; quod vitium proinde Tertullianus appellat: *Carnis neceſſitatem.* Et S. Cyprianus vitium hoc ſufficere cenſuit, ut nos in perpetua dæmonis ſervitute ſemper conſtringat, ideoque luxuriæ hoſce titulos attribuit, quòd ſit videlicet *Cupiditatum infeſta rabies, incendium conſcientiæ bonæ, mater impœnitentiæ.* Quòd ſi de febre ambitionis agatur, ſicuti febri proprium eſt, quòd hominem delirare faciat, ita quoque nullum reperiri majus delirium poteſt, quàm ſit illud, in quod, ut S. Ambroſius ait, per ambitionem prolabimur, utpote quæ facit, quod *ut dominetur aliis plus ſerviat, curvetur obſequio, ut honore donetur, & dum vult eſſe ſublimior, fit demiſſior.*

Luc. 14. 20. Tertul. de exhort. caſtitatis. S. Cypr. de bono pudicitiæ. S. Ambr. lib. 4. in Luc.

Magnis febribus.

19. *Ille qui tam egregiè in ſynagoga prædicaverat*, inquit Didacus Stella, *nunc opera charitatis exercet, viſitans pauperes infirmos, & ſanans ac curans, ut doceat prædicatorem verbi Dei, non ſolùm verbis, ſed etiam factis & operibus charitatis populum erudire debere.*

Did. Stell.

20. S. Bonaventura benè notat Evangeliſtam dicere: *Magnis febribus*; neque enim una ſolum ſed pluribus febribus, iiſque graviſſimis cruciabatur: *In quo deſignatur infirmitatis gravitas, quæ diſponit ad gratiam juxta illud: Infirmitas gravis ſobriam facit animam.* Petrus, qui præ cunctis aliis Apoſtolis à Salvatore noſtro privilegiatus fuit, quique omnibus aliis ardentiùs amabat, febres & infirmitates lethiferas domi ſuæ habebat, quia veriſſimum ſemper eſt, & manet, quòd tribulationes blandimenta ſint Dei, quibus nos demulcet: *Ecce quem amas, infirmatur. Semper in domibus eorum, qui diligunt Chriſtum*, inquit Salmeron, *reperiuntur infirmi, ut in domo Mariæ & Marthæ, erat Lazarus languens ad mortem; in domo Centurionis ſervus paralyticus, & in domo Petri febricitans, nemo ergo carens Medico deſperet.*

S. Bon. in Luc. Eccl. 31. 2. Joan. 11. 3. Salm. t. 6. tr. 11.

21. Porrò per febrim hanc concupiſcentia carnalis ſpiritualiter intelligitur: *Per iſtã ſocrum intelligitur anima æſtuans igne concupiſcentiæ*, inquit S. Thomas: quod idem Rabanus pariter ſcribit, dum ait: *Unaquæq; anima, quæ carnis concupiſcentiis militat, quaſi febribus æſtuat, ſed manu miſericordiæ divinæ tacta convaleſcit, & per concupiſcentiæ fræna carnis laſciviam ſtringit.*

S. Thom. in Matt. Raban. in Cat.

22. Per hanc quoque febrim varia vitia intelligi poſſunt: *Quid per febrim niſi crimina & peccata convenientius*, inquit S. Bernardinus, *deſignantur? Per ſocrum Simonis conſcientia ægra ſignificari poteſt, ſuper quam tanquam Dominus & Imperator ſtat miſericors Deus, atque per timorem imperat febri, id eſt, criminibus & peccatis quæ per veram contritionem dimittunt illam.* S. Antonius de Padua per hanc Simonis ſocrum animam ex culpa febricitantem intelligendam eſſe dicit, cùm enim febris immoderatus quidam calor exiſtat; hic ardor, ut Galenus dicit, eſſe poteſt. *Vel in ſpiritibus, ut ſic vocatur Ephimera; vel in humoribus, & ſic vocatur propriè febris; vel in ſolidis & medulla, & ſic vocatur Ethica. Prima febris, quæ in ſpiritibus creatur per ſubtilitatem materiæ citò reſolvitur, & hæc ſignat peccatum, quod eſt in cogitatione. Secunda ſignificat peccatum in opere; ſed in conſuetudine tertia, quæ eſt peccatum conſuetudinis, quæ quodammodo convertitur in naturam, & hæc durat uſque ad mortem; prima ſpecies eſt in corde, & hæc levis; ſecunda in opere, & hæc difficilis; tertia in conſuetudine, & hæc quaſi incurabilis.*

S. Bernardin Sen ſer. 30. S. Ant. de Pad. ſerm. in hanc fer. Galen.

23. Paulus de Palatio per hanc ſocrum Simonis in ſenſu morali exponit Eccleſiam: *Fideles qui nunc ſumus, ſecundùm interiorem hominem vehementer infirmamur, cauſa eſt calor nimius ex ſanguine multò & corrupto, id eſt, ex multis & malè partis divitiis.*

Paul. de Pal. in Matt.

24. Didacus Stella obſervat, quòd Evangeliſta dicat: *Magnis febribus* indeque utiliſſimum hoc documentum deducit: *Febris magna, ut erat hæc, citò curatur; at febris quæ in oſſibus latet, hæc vitam rapit, ita magnum peccatum raro nos in infernum ducit; nam ipſius magnitudo nos terret, ita ut in cognitionem ejus veniamus, quo fit, ut illius pœnitentiam agamus: At hæc peccata parva, in quæ quotidie dilabimur, & ad quæ ob ipſorum parvitatem non reſpicimus, hæc ſunt quæ in interitum celeri curſu nos vocant.* Tritiſſima eſt illa Chryſoſtomi doctrina, qui ait: *Solet mihi non-*

Did. Stell. Chryſ. hom. 87. in Matt.

nonnunquam non tantò ſtudio magna videri eſſe peccata vitanda, quantò parva & vilia: illa enim natura ſponte averſatur; hæc autem hac ipſa re, quia parva ſunt, deſides reddunt. Eandem quoque propoſitionem S. Gregorius tradit, dicens: *Admonendi ſunt, qui in minimis frequenter excedunt, ut ſollicitè conſiderent, quia nonnunquam in parva deteriùs, quàm in majori culpa peccatur, cujus & ipſe ſequentem rationem aſſignat: Minor dum quaſi nulla creditur, eo potiùs, quo & ſecurius in uſu retinetur; unde fit plerumque ut minus aſſueta malis levibus, nec graviora perhorreſcat, atque ad quandam authoritatem nequitiæ per culpam nutrita perveniat, & tantò in majoribus contemnat pertimeſcere, quantò in minimis didicit non timendo peccare.*

Et rogaverunt illum pro ea.

S. Bonav. in Lucam. 25. S. Bonaventura ſubtiliter conſiderat, quòd Salvator paulò ante dæmoniacum illum ſine ullis aliorum intervenientibus precibus liberarit; poſtea verò hanc febricitantem à diſcipulis rogatus ſanitati reſtituerit; demùm verò alium leproſum videlicet mundarit, quia is ſemetipſum ei ſe mundandum recommendarit: *In quo ſignificatur, quòd tripliciter animas peccatrices curat gratia Salvatoris, nunc intercedente ſola benignitate ſuæ clementiæ, nunc interveniente oratione Eccleſiæ, nunc vera interveniente proprio gemitu.*

26. Nec Lucas, nec S. Matthæus, nec S. Marcus Petrum ad ſocrum ſuam Chriſto recommendandam, os ſuum aperuiſſe ſcribunt: *Quia vel ignorabat*, inquit Salmeron, *ſi morbus erat recens, vel ne impedire Chriſtum, ſi noverat; vel ne videretur caro petere, ea maximè quæ ſua natura media & indifferentia ſunt.* Petrus etenim jam omnem cognatorum ſuorum affectum, imo memoriam depoſuerat poſtquam dixit: *Ecce nos reliquimus omnia.* Chryſoſtomus Petrum ſocrus ſuæ memorem non fuiſſe ſcribit, quia ut mundo curæ ſuæ commiſſa & beneficia impenderet tota animi contentione intentus & deditus erat; unde ſanctum Apoſtolum populos ſibi commiſſos hiſce verbis allocutum fuiſſe meditatur: *Vos mihi fratres, vos mihi filii, vos mihi mater.*

Salm. to. 6 tr. 11.

Chryſ. t. 5. ho. 11

27. Aliud motivum cur Salvator noſter ad ſocrum Petri ſanandam rogari voluerit, S. Bonaventura adducit, dum id ideo voluiſſe ſcribit, ut nobis inſinuaret, quòd tametſi ipſe ad gratias nobis impendendas pronus ſit, illas tamen noſtris orationibus mediantibus à ſe poſtulari velit: *Invoca me in die tribulationis, eruam te; invocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce adſum.* Albertus Magnus ideo Deum noſtras preces nonnunquam expectare dicit: *Quin quantò beneficium magis eſt requiſitum, tantò magis eſt gratum.* Idem quoque in Evangelium Lucæ ſcribens aliam rationem reddit, dum ait: *Ecce deprecatio ſanctorum & interceſſio, quia ut dicit Gregorius: Quæ prædeſtinavit Deus facere, frequenter ſic prædeſtinavit, ut fiant orationibus ſanctorum.*

S. Bonav. *Pſ. 49. 15* *Iſa. 58. 9.* *Alb. M. in Matt.* *Alb M. in Luc.* *S. Greg.*

29. Toletus in hac Apoſtolorum pro ſocru Petri facta interceſſione, intereſſe quoddam interceſſiſſe exiſtimat, dicit enim: *Non tantùm ex fide & proximi dilectione preces hæ emanabant, ſed etiam ex quadam neceſſitate, cùm non haberent, qui menſæ miniſtraret; tales preces Dominus exaudit, quando expedire novit.* Pergit deinde oſtendere, quàm Deo gratæ & acceptæ preces illæ ſint, quæ pro aliorum ſanitate illi afferuntur, maximè quando infirmi valetudine recuperata uſuri ſunt ad bonum & laudabilem finem, prout mulier hæc factura erat, quæ ſanitati reſtituta filio Dei & Collegio Apoſtolico miniſtrare debebat; docemur inſuper ex hiſce Apoſtolorum interceſſionibus, quàm nos in adjuvandis & ſublevandis infirmis ſolliciti eſſe debeamus, idque ſi alio modo hoc præſtare non valemus, noſtras pro ipſis preces & orationes ad Deum dirigendo.

Toletus in Luc.

30. Didacus Stella obſervat Apoſtolorum preces nequaquam tales fuiſſe, quales eſſe ſolent aulicorum ſupplicationes, id eſt, fictas & ſimulatas, ſed vera ab ipſis & recta fuiſſe intentione prolatas: *Offerunt pro illa preces ſancti Apoſtoli, nec fictas aut ſimultas, ſicut familiares Principum facere conſueverunt.* Ecce igitur quoniam hi cœleſtis Regis collaterales & familiares, favorem illis direxerint, nimirum ad ſubveniendum infirmis, & proximorum ſublevandas miſerias.

Didac. Stella in Luc.

Versus 39.

Et ſtans ſuper illam, imperavit febri, & dimiſit illam; & continuò ſurgens miniſtrabat illis.

Et ſtans ſuper illam.

Dion. Cart. in Luc. 1. Dionyſius Carthuſianus verba hæc in ſenſu literali ita exponit: *Acceſſit ad locum, in quo jacuit illa, & ſic altior ſitu fuit.* Simili ferè modo eadem verba interpretatur To-

Toletus. letus, dum ait: *Id eſt acceſſit decumbenti, ac inflexo corpore manum ejus apprehendit, erigens eam.*

Salm. Salmeron pariter in eandem deſcendit ſententiam, dum ait: Deſcribitur geſtus Chriſti ſeſe ad lecti fulcrum inclinantis: Cum quo concordat, quod in S. Matthæo

Matt. 8. v. 15. ſcribitur: *Tetigit manum ejus*, ubi Chryſologus ait: *Quæ neceſſitas tangendi erat, ubi inerat jus jubendi? Sed Chriſtus tenuit manum*

S. Chryſ. ſerm. 18. *mulieris ad vitam, quia Adam de manu mulieris acceperat mortem.*

Alb. M. 2. Quantum verò ad myſterium Albertus Magnus ait: *Stando autem oſtendit paratum illi adjutorium.* Salmeron ait: *Et ſtans ſuper*

Salmer. *illam, flagello ſcilicet, & timore illam caſtigans & domans, juxta illud: Caſtigo corpus meum, &c.*

Paul. de Palat. in Matt. 3. Paulus de Palatio dicit: *Chriſtum precor in Eccleſiam ingreſſum, ut ſtet, nec prætereat nos, imperetque febri, ut illa abeunte miniſtrare incipiamus.*

Imperavit febri.

Alb. M. in Luc. 4. Salvator noſter eo ipſo quo creaturis etiam inſenſitivis abſoluto imperio præcepta dedit, & obedientiam ab illis promptiſſimam accepit, filium Dei ſe eſſe apertè monſtravit. *Solo enim verbo fugavit, quod eſt Chriſto proprium: Sancti autem faciunt per-*

Sap 16. v. 12. *obſecrationem.* Sap. 15. *Non herba, nec malagma ſanabat eos, ſed ſermo tuus, qui ſanat omnia.* Cajetanus pro eo quod vulgata dicit:

Cajet. *Imperavit*, legendum putat: *Increpavit febrem, ejecit febrem increpando, velut puerum moleſtum.*

Dion. Cart. Dionyſius hunc modum fugandi febrem valdè admiratur, dicítque modum hunc longè glorioſiorem fuiſſe ipſomet miraculo: *Modus agendi glorioſior fuit, quam opus in ſe, cum & naturaliter quis poſſet curari à febre, ſed tam imperialiter & repente gravibus febribus laborantem curare, ita ut febre ceſſante plena ſanitas, & corporis robur pariter mox reverteretur, omnino divinum miraculoſumque fuit.*

5. Toletus porrò rationem reddit, cur hoc modo imperativo uſus fuerit: *Non utitur precibus, ne reputetur ſimplex Propheta, aut purus homo, ſed imperio ut credatur Dominus; qui verbi ſui virtute omnia operatur & movet.* S. Ambroſius Chriſtum in hoc miraculo uno eodémque tempore humanitatem pariter & divinitatem ſuam demonſtraſſe notat, quia *quaſi Deus imperat, & quaſi homo viſitat.*

Tolet. *S. Ambr. lib. de viduit.*

6. Salmeron exinde ſalutare hoc documentum deducit: *Quia verò*, inquit, *Dominus imperat febri, conſtat morbos miniſtros eſſe Chriſti, qui ad ejus imperium accedunt; & Chriſtus Dominus eſt vitæ & mortis, & quando vult, vel mitigat, vel tollit pœnas à nobis.*

Salmer.

Et dimiſit illam.

7. Didacus Stella ſuper hæc verba ſcribens, magnam hujuſce mulieris commodum & emolumentum fuiſſe dicit, quod S. Petrum ſortita fuerit in ſocrum, non divitem quidem illum, ſed ſanctum: *Et tantum hæc mulier lucrata eſt, copulans conjugio filiam ſuum cum B. Petro, ut meruerit in domo ſua Chriſtum habere, & divina virtute miraculo facto ſanari: Nunc autem in conjugio plus rationis habetur de pecunia, quàm de virtute, etenim quærunt ur divitiæ, non candidi mores.*

Didac. Stell.

Et continuò ſurgens.

8. Febricitantibus id ſemper contingit, quod poſt recuperatam ſanitatem valde ſint debiles: *Sed talis non fuit curatio Domini*, inquit S. Thomas, *imo plenam ſanitatem reddidit, quia Dei perfecta ſunt opera*, Deut. 32. *Aliter enim curat Dominus, aliter natura.*

S. Thom. in Matt.

9. Didacus ſtella promptam hanc & feſtinam obedientiam conſiderat, qua febris ab hac infirma receſſit, ſicut & ex alia parte, quod ipſa ſine ulla interpoſita mora, aut dilatione è lecto ſurrexerit: *Quo facto arguitur, & reprehenditur contumacia voluntatis humanæ, quia omnis creatura etiam inſenſibilis divinis obedit mandatis, quibus miſer homo contradicit.*

Didacus Stella.

10. S. Mar-

Marci 1. v. 31.

10. S. Marcus dicit: *Apprehenſa manu elevavit eam.* Sacroſancta enim Salvatoris noſtri caro vivificandi virtutem in ſe habebat; & ideo non mirum, ſi frequens ejuſdem ſacratiſſimi corporis communio animam ab omni ſpirituali infirmitate ſanet: *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Videmus porrò per experientiam, quòd qui vult lapſum in terra erigere, benignam ei manum ad illum juvandum & ſublevandum porrigere ſoleat: *Tenuiſti manum dexteram meam, & cum gloria ſuſcepiſti me.* Hugo Cardinalis dicit: *Tangit manum & non caput, quia iſam elevare volebat.* Enimverò Salvator noſter in Scriptura ſacra ſub Medici ſymbolo nobis repræſentatur; ac proinde ſicut Medicis ſolemne eſt, quod infirmorum pulſum tangendo explorent, ita quoque dicere poſſumus, quod ad eundem modum Salvator infirmam hanc per manum apprehendere voluerit: *Apprehenſa manu*, ad inſinuandum nobis, quod ſalus noſtra à manibus dependeat, id eſt, à bonis operibus divinâ gratiâ à nobis factis: *Non ego, ſed gratia Dei mecum*, ac proinde dicitur: *Surgens miniſtrabat*; neque enim anima à peccati infirmitate ſanata, otio torpere debet.

Luc. 6. 19.

Pſ. 72. 24

Hugo C.

11. Notandum verò eſt ly illud, *Continuò*, quia poſtquam cœleſtis hic Prothomedicus nos à vitiorum & inordinatorum appetitum noſtrorum febri liberavit, ſubito & ſine dilatione deſerendus nobis eſt infirmitatis lectus, id eſt, è medio nobis tollendæ à nobis ſunt occaſiones, atque ab illarum perſonarum conſortio nobis recedendum eſt, quæ nos pertraxerunt ad reatum peccati: *Curatio mulieris à febre eſt curatio animæ à peccatis carnalibus*, inquit S. Bonaventura.

S. Bon. in Luc.

12. Theophylactus obſervat, quòd Salvator noſter non ſolum ab hac muliere malum profligârit, verum etiam eidem vigorem contulerit & vites, ut ſubitò ſe in pedes erigere, eique ſervire poſſet: *Et nos quoque ſi illum exceperimus, extinguet noſtram febrim iræ & concupiſcentiæ, & eriget ac corroborabit nos, ita ut ei miniſtrare valeamus, hoc eſt, facere, quod ei placet.*

Theoph. in Luc.

Miniſtrabat illis.

13. Porrò quinam & quales convivæ illi fuerint, quibus ipſa miniſtrabat, Simon de Caſſia optimè declarat, dum ait illam miniſtrâſſe *Chriſto ſanatori ejus, & ſanctis Apoſtolis interceſſoribus ejus*, optimè ſcilicet de ipſa meritis; ecce tibi gratitudinem qua recuperatæ ſaluti correſpondebat.

Sim. de Caſſia l. 5. cap. 9

14. Albertus Magnus in hoc miniſterio multos obſervat virtutum actus ab hac muliere exercitos: *Miniſterium hoc & vigorem in probationem divinæ virtutis, & officium pietatis obſequio Chriſti, & hoſpitalitatem in procurationem Apoſtolorum, & humilitatem in ſerviendo ſanctis demonſtravit.* Idque fecit, ut Dionyſius Carthuſianus ait, *tanquam grata de beneficio ſanitatis ſibi tam miraculosè collato, & valdè læta eos quoque quibus miniſtrabat, ſpectaculo lalificans tam jucundo.*

Alb. M.

Dion. Cart.

15. S. Ambroſius ait: *Proprium eſt autem ſurgere Chriſti miniſtros, juxta quod ſcriptum eſt: Surge qui dormis, & exurge à mortuis*; nimirum à negligentiæ lethargo evigilare, noſtræque ſaluti cum fervore cooperari debemus: *Beneficium non otiosè ſuſcepit*, inquit de Caſſia, *nam recepta illico ſanitate ſe contulit ad agendas non expectavit de adminiſtratione præceptū, quanquam non ſine præcepto febris abiiſſet; ſurgens miniſtrabat illis de facultatibus, & corpore circa illos obſequia præbat*; indeque moralitatem quandam deducit, illis præcipuè valde conſiderabilem, qui ſpirituali ſunt ſanitati denuo reſtituti: Dicit enim: *Optimum in moribus eſt acceptæ gratiæ cooperari, & omne quod à Deo accepimus in dedicationem convertere creatoris.*

S. Ambr. lib. de viduit.

Sim. de Caſſia ubi ſup.

16. Enimverò ſatis veriſimile eſt non defuiſſe alios, qui menſæ Salvatoris libenter miniſtrâſſet, utique enim quilibet è familiaribus domus certatim accurriſſet, ut ſe tanti meriti tantique honoris participem efficeret. Unde ſanctus Paſchaſius ait: *Non quod illius egeret Chriſtus miniſterio, ſed ad altiora nos intelligenda provehit; nam & domus Petri non abſque myſtica, ut credo, ſignificatione commemoratur, ita hujus obſequium, &c.* Documentum verò quòd cœleſtis

S. Paſch. lib. 5. in Matt.

ſtis Magiſter noſter nobis tradere voluit, à ſupradicto parum differt: *Quodſi non ob aliud tropologicè ſaltem ad demonſtrandum ſecundùm Apoſtolum, ut membra, quæ ſervierunt iniquitati ad iniquitatem, fructificent & ſerviant juſtitiæ in ſanctificationem.* Porrò de aliis præter ipſam menſæ inſervientibus nihil conſtat; ideoque hinc facilè colligitur, quòd ſicut ipſa in beneficii acceptione ſola fuit, ita quoque in beneficio recepto obſequiis ſuis compenſando ſola eſſe voluerit.

Didac. Stell. 17. Didacus Stella ſaluberrimum illis monitum ſuggerit, qui per gratiam vel miraculum priſtinæ fuêre ſanitati reſtituti: *Diſcere te oportet, eam incolumitatem, & optimam valetudinem: quam Deus tibi præbet, in Dei obſequio, & in ipſius divinis mandatis exerceas.* Regius Propheta David Pſalmum 102. ab hiſce verbis orditur: *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto ejus. Benedic anima mea Domino, & noli oblivi ſci omnes retributiones ejus.* Sed quonam hæc oblata obſequia, & gratiarum actiones tam ſolennes præcipuè tendunt? *Qui ſanat omnes infirmitates tuas; qui redimit de interitu vitam tuam.* Hoc igitur tempus, ſeu potiùs annos, quibus nos Deus ab infirmitate liberatos ſuperſtites eſſe voluit, in ejus ſervitium, in tempus inaniter elapſi reparationem, denique in majorem æternæ ſalutis promovendæ fervorem impendere neceſſariò debemus. Cardinalis Toletus ait: *Exemplum datur infirmis, ut Victor Antiochenus notavit, ne ſanitatis beneficium præpoſterè à Deo expectent, verùm eo præcipuè animo, ut ſanitatem jam adepti, præceptis illius accuratiùs pareant.*

Pſ.102.1. *Ibid.v.2* *Ibid.v 3.* *Ibid.v.4* *Toletus in Luc.* *Victor Antioch.*

Salm. tom.6. tr.11. 18. Salmeron hoc loco quærit, quemnam ſibi Chriſtus finem propoſitum habuerit, ut in Petri domum introiret: *Cujus rei gratiâ Chriſtus in domum Petri diverterat? Nempe ut habitaret, & miniſtraretur illi.* Demum verò idem Author oſtendere pergit, qualiter idem Salvator exhibitam ſibi hoſpitalitatem ſuperabundanter compenſarit, priuſquam menſæ accumberet: *Bonus hoſpes*, inquit, *priùs ſolvit ſymbolum, quàm quicquam apponeretur; nec ob aliud nobis immittuntur adverſa, quàm ut Chriſto & Sathanæ miniſtremus: ſed multi ſunt, qui morbis afflictantur, proponunt mutare vitam & mores, & Chriſto miniſtrare; at ubi ſalutem ſunt conſecuti, propoſitum ſuum obliti, ad priſtina vitia & peccata revertuntur.*

19. Hugo Cardinalis per hanc ſocrum Petri poſt redditam ſanitatem Chriſto miniſtrantem, carnem noſtram à carnalibus concupiſcentiis ſuis mandatam, & ſpiritui obedientem effectam his verbis interpretatur: *Sic caro ſi mundata ſit à febre, ſervit ſpiritui, & miniſtrat ei obedientiam ad vigilandum & jejunandum.* Didacus Stella Chriſtum hoc à ſocru Petri miniſterium accepiſſe obſervat, poſtquam ab eo fuit ſanitati priſtinæ reſtituta: *Non acceptat Deus opera facta in infirmitate peccati, priùs reſtituta eſt illi ſanitas, & poſtea Deo ſervivit; ſic prius animæ tuæ infirmitatibus medere. & dic cum David: Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum, ſana animam meam quia peccavit tibi; poſtquam verò ab infirmitate animæ ſanus fueris, tunc dignam poteris Deo offerre ſervitutem.*

Hugo Card. in Matt. *Pſ.63.*

20. Quodſi verò per miniſterium hoc intelligere volumus miniſterium illud, ad quod, nos ſacerdotes conſecrati ſumus, ponderari poterit, quod hiſce verbis S. Ambroſius ſcribit: *Qualis eſſe debeat quæ Chriſto miniſtrat, oſtenditur; oportet eam primò carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animique languorem, ut corpus ſanguinem Chriſti miniſtret, neque enim poteſt quiſquam peccatis ſuis ager minimeque ſanus, immortalium ſanitatum remedia mininiſtrare. Vide quid agas ſacerdos, ne febrienti manu corpus Chriſti attingas.* Priuſquam Salvator leproſos mundaret, eiſdem, ut ſacerdoti ſe oſtenderent, præcepit: *Si mundos eos, qui antè fuerant leproſi, Chriſtus jubet occurrere ſacerdotibus, quantò magis mundum convenit ipſum eſſe ſacerdotem?*

S. Ambr. lib. de viduit.

Verſus

Verſus 40.

Cùm autem Sol occidiſſet, omnes qui habebant firmos variis languoribus, ducebant illos ad eum: At ille ſingulis manus imponens curabat eos.

Cùm autem Sol occidiſſet.

1. Quodnam obſecro in eo latet myſterium, quòd hi homines Solis expectârint occaſum, priuſquam infirmos ſuos coram Chriſto adducerent? Toletus circumſtantiam hanc denotari temporis minimè ſuperfluam fuiſſe dicit: *Judæis enim illis perſuaſumerat, ſabbathis curare non fas eſſe, ſed & Judæorum proceres idipſum turbis vitio dabant*, Luc. 13. *dicentes: Sex dies ſunt, in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die ſabbathi; poſt Solis autem occaſum opus quodvis exerceri licebat.* *Tolet.* *Luc. 13. 14.*

2. Beda autem Chriſtum totâ die prædicationi intentum fuiſſe dicit, ut à populo illo tenebras depelleret ignorantiæ: *In ſero per miraculum confirmavit, quæ prædicaverat, & excitavit populum ad laudem Dei.* Albertus Magnus dicit homines illos bonam Salvatoris præſentis occaſionem nequaquam voluiſſe negligere: *Ideo timentes ne in craſtinum diſcederet, ſtatim ipsâ nocte cum infirmis veniebant*; neque enim id eis per diem licebat, quia tunc totus in prædicatione occupatus fuerat. Origenes alias quaſdam rationes adducit: *Elapſâ*, inquit, *die illos educebant, quia verecundabantur, vel timebant Phariſæos. vel quia de die intenti erant circa alia: vel quia putabant non licere curare in ſabbatho.* Quantum verò in Salmerone videre potui, multis ſe hic ab origene adductis rationibus opponere videtur: *Non autem quòd timerent Phariſæos, non propter morborũ verecundiam, ſed propter laborem diurnum, quia profectò omnia illa obſtacula facilè relinquerent propter ſanitatem adipiſcendam.* *Beda. in Luc.* *Alb. M.* *Orig. in cat.* *Salmer.*

3. S. Paſchaſius hanc habet ponderationem ſatis conſiderabilem, dicit enim: *Mirum ſi tanta multitudo erat, aut deferentes tam tardi, ut contempto die veſperi multos malè habentes deferrent; ſed licet ita ſit ob nimiam occupationem Salvatoris, tamen tam diligenter ideo exprimitur, ut myſticè hoc factum intelligamus*; etenim S. Joannes ait: *Filioli, noviſſima hora eſt*; quibus verbis noviſſimum hunc ſtatum, in quo modò ſumus, ſcilicet legis Evangelicæ, intelligit, veſper etenim eſt, quando ſole occidente dies finitur; *Sic & fines ſæculi*; *in hoc oblati ſunt ex officio Apoſtolorum multi malè habentes, etiam nos de gentibus ignorantes unum Deum, de quibus verba virtutis ſuæ ſpiritus ejecit immundos*; *unde ſcribitur: Omnes dii gentium dæmonia.* *S. Paſch. in Matt. l. 5.* *1. Joan. 2. 18.* *Pſ. 95. 5.*

4. Conſiderari hoc loco poteſt, quantoperè Deus nobis etiam dormientibus, & nec quicquam cogitantibus de ſalute noſtra procuranda ſollicitus exiſtat, quippe qui etiam de nocte nulli rei adeò incumbit, quàm ut nobis beneficia præſtet: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Sol quidem materialis alterum hemiſphærium illuminabat, at verò Sol juſtitiæ, etiam in denſis tenebris noctis beneficentiæ ſuæ radios ſuper populos illos diffundere non omitrebat. *Cant. 5. 2.*

5. Hugo Cardinalis dicit: *Per occaſum Solis ſignificatur occaſus mundanæ proſperitatis, poſtquam multi ſanantur ſpiritualiter, qui ſole proſperitatis lucente graviter infirmantur.* Qui idem quaſi idipſum ſcribit ſuper illa verba S. Matthæi cap. 8. *Ejecit Jeſus dæmonia*; *quia cùm proſperitas temporalis jam in mente deficit, quòd jam temporalia non nimis amantur, tunc Jeſus eſt in mente, & neceſſe eſt de tenebris exire.* Idem quoque S. Antonius de Padua docet his verbis: *Moraliter occaſus Solis ſignificat occaſum mundanæ proſperitatis, qui niſi occumbat in corde tuo, non potes à languore ſanari.* *Hugo Card. in Luc.* *Matt. 8. v. 16.* *S. Ant. de Pad. ſer. in hac fer.*

6. S. Anſelmus per hunc occaſum Solis, mortem & paſſionem Chriſti veri illius juſtitiæ Solis intelligit, in qua lux illa occubuit, quæ de ſe dicit: *Quamdiu in mundo ſum, lux ſum mundi. Et ſole occidente plures dæmoniaci quàm antè, & plures ſanantur ægroti, & qui temporaliter vivens in carne paucos Judæorum docuit, calcato mortis regno, omnibus per orbem gentibus fidei dona tranſmiſit, cujus miniſtris tanquam vitæ luciſque præconibus Pſalmiſta dicit: Iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum.* S. Hieronymus pariter per hunc Solis occaſum Paſſionem intelligit: *Omnes non manè, non meridie, ſed ad veſperam* *S. Anſelm in Matt.* *Pſ. 67. 5.* *S. Hier. in Matt.*

ram curantur, quando ſol occubiturus eſt, quando granum tritici in terra moritur, ut multos fructus ferat.

Omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum.

Marc.1. v.32. 7. S. Marcus, qui hanc eandem hiſtoriam recenſet, dicit: *Afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes, & erat omnis civitas congregata ad januam.* Nimirum omnes unanimiter ad poſtulandam corporalem ſalutem intenti & ſolliciti erant, adeò opportunam illius acquirendæ occaſionem minimè negligendam eſſe cenſentes; ſiquidem Chriſtum poſtero die diſceſſurum eſſe metuebant. Utinam eadem nobis ineſſet ſollicitudo pro ſpiritualibus infirmitatibus curandis: at verò quotidiana nos experientia docet, quòd illos vel maximè fugiamus & declinemus, qui vel unicâ manûs impoſitione eandem ſanare queunt. Porrò hominibus illis ex ſuperſtitione Phariſaica ſcrupulus aliquis inerat, quòd ſcilicèt ſibi in die ſabbathi ad procurandam corporis ſalutem minimè liceret ingerere; & ideò confeſtim ut ſol occidiſſet, *omnis civitas congregata ad januam* aderat, adeò ut ne momentum quidem temporis negligendum eſſe duxerint; at verò, prò dolor, non idem nobis eſt zelus procurandæ ſalutis æternæ.

Did. Stell. 8. Didacus Stella devotè meditatur, quòd quando Reges in civitatibus ſibi ſubjectis appellunt, varia auri & argenti, aliarumque pretioſiſſimarum rerum tributa illis offerri protinus ſoleant: *Sed Chriſto Redemptori noſtro omnes fœtidi, ſaucii & vulnerati offeruntur, nec mirum, cum nihil aliud ei nos offerre poſſumus; mater noſtra putredo eſt, & ſorores noſtræ vermes, & cum his omnibus peccata noſtra offerimus.*

Salmer. 9. Salmeron tempus examinat, quo omnes hi infirmi ad Chriſtum ſanandi adducti fuerunt, nimirum poſtquam ſocrus Petri ſanata fuit, cujus myſterium, ut idem Author ait, hoc eſt: *Quia quando Eccleſia Romana à ſuis peccatorum abuſibus & corruptelis reformata fuerit, omneſque ejus miniſtri ſive clerici, tam majores quàm minores ſanctum vitæ propoſitum amplexati fuerint, tunc omnes infirmi & malè habentes, variiſque peccatorum affecti languoribus, tanto exemplo concitati atque commoniti reformabuntur.*

10. Didacus Stella utilitatem obſervat, quæ in nos ab infirmitatibus derivari ſoleat; ſiquidem ad Deum nos ducunt, ſuique ſancti luminis & notitiæ participes efficiunt. *Did. Stell.*

11. Idem ulteriùs ita ſcribit: *Cùm ſanitas animæ longo diſcrimine præferenda ſit ſanitati corporis, pauci ſunt, qui ſpiritualiter infirmos ducant ad Chriſtum; ſed quid dico ad Chriſtum? imò venientes ad Chriſtum impediunt.*

At ille ſingulis manum imponens curabat eos.

12. Quid mirum ſi per ſolam manûs ſuæ impoſitionem illos ſanârit? inquit S. Bonaventura: *Quia ſecundùm quod dicitur: Non eſt abbreviata manus Domini, ut ſalvare nequeat.* *S. Bon.*

13. Myſticum eſt verbum illud, *ſingulis*, quia ut idem Seraphicus Doctor ait: *Singulis impoſuiſſe dicitur, ſine excluſione, ſicut dicitur in Actis: Non eſt perſonarum acceptor Deus. Aperis tu manum tuam,* inquit ad Deum ſe vertens David, *& imples omne animal benedictione.* In lib. Sapientiæ: *Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus.* Ipſemet Salvator apud Joannem proteſtatur, dicens: *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras. Erga omnes ſine diſcrimine expoſitam miſericordiam demonſtrat,* inquit Janſenius, *cùm nullum curandorum delectum fecit, non gratiam alicujus aut præmium quærens, nec ullam fœditatem averſans, ſed contactu ſuo etiam ſingulos donatus, quantumvis fœdo laborantes morbo*; imò tametſi leproſi, aut alio quovis morbo contagioſo & nauſeabundo infecti fuiſſent, illorum tamen corpora & ulcera pari cum benignitate manu ſuâ contingebat; unde ait præfatus Doctor: *Major eſt noſtri medici vis, quàm ut ullius morbi magnitudine ſit inferior; major eſt puritas, quàm ut ullis hominum malis poſſit inquinari; major eſt miſericordia, quàm ut ullam fœditatem avertetur.* *Act.c.10. v.34. Pſ.144. v.16. Sap.6.8. Ioan.6. 37. Ianſen. concord. c. 28.*

14. Toletus hoc loco quærit, cur Dominus noſter, qui omnes unico duntaxat voluntatis ſuæ actu curare poterat, manuum quoque inſtrumento ad infirmitates curandas *Tolet.*

das uti, imò & eaſdem cuilibet infirmo particulariter & ſeorſim, tametſi innumera quaſi multitudo eorum eſſet, imponere voluerit? Et reſpondet id factum eſſe, *ut diſtinctiùs omnes agnoſcerent medicum, à quo ſanabantur; qua etiam de cauſa non ſimul omnes verbo uno, ſed ſingulis manum imponens, ſanitatem reſtituebat, ſimulque ſignificabat, unumquemque beneficio accepto ita deobligatum manere ac gratum debere ſe benefactori præſtare, ac ſi ſolus beneficium recepiſſet; vitium enim hominum eſt frequens, minùs obligatos ſe agnoſcere beneficiis, quæ aliis etiam conferuntur, quaſi major liberalitas conferentis minùs obliget recipientes, cùm potiùs id eos debeat efficere magis gratos.*

15. Præterea etiam infirmos hoſce ſuis voluit manibus tangere, ut eis ſacratiſſimæ humanitatis ſuæ veritatem palam oſtenderet: *Ut veritas carnis ſuæ & virtus oſtendatur,* inquit Salmeron. Notat item Chryſoſtomus, quòd tametſi Chriſtus ſe ab hac multitudine uno verbo tantùm expedire & liberare potuerit, *tamen tangat eos, oſtendens propriam carnem efficacem ad præſtanda remedia; nam caro Dei erat,* qui ſimiliter nos ad ipſum contingendum admonet: *Tangat & nos, imò potiùs nos illum tangamus, quatenus & nos ab animarum infirmitatibus liberet, nec non à dæmonum impugnatione & ſuperbia.*

Salmer. *Chryſ. in Cat. in Matt.*

16. Hugo Cardinalis ait: *Manuum autem impoſitio ſignificat cooperationem liberi arbitrii, quæ requiritur in noſtrâ ſanatione; unde Auguſtinus: Qui creavit te ſine te, non juſtificabit te ſine te.* 1. Corinth. 3. *Dei ſumus adjutores.*

Hugo Card. in Luc. *S. Aug.* *1. Cor. 3. 9.*

17. Salmeron Salvatorem in hoc facto ſub paſtoris & medici ſymbolo obſervat, dicens: *Bonus paſtor ac medicus ſingulas oves morbidas vult contrectare, cùm nos ne à longe quidem tales videre dignemur,* ut plurimùm enim infirmos vel aſpicere nauſeamus.

Salmer.

18. Dubitari hoc loco poteſt, qua ratione Salvator manuum contactu infirmos ſanârit, cùm contrectatio in phraſi & modo loquendi Sacræ Scripturæ, infirmitates potiùs cauſare ſoleat; ſic enim Job, qui à capite ad pedes uſque ulceribus plenus dolebat, dixit: *Manus Domini tetegit me.* Ad quod ex eodem Jobo reſponderi poteſt, dicente: *Quia ipſe vulnerat, & medetur; percutit, & manus ejus ſanabunt;* Deus namque corpus infirmari facit, ſed eo fine, ut animam ſanet: ſiquidem in multis adimpletur & verificatur quod dicitur: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei;* multi namque per mala, quæ corpus affligunt, emendantur, atque in ſalute animæ proficiunt.

Iob. 19. 21. *Iob. 5. 18.*

19. Hugo Cardinalis ait: *Significat etiam manuum impoſitio gratiæ donationem, per quam fit ſanatio, & datur poteſtas bene operandi.* 1. Corinth. 15. *Non ego, ſed gratia Dei mecum.*

Hugo Card. in Luc. *1. Cor. 15. v. 10.*

20. Et quidem cùm ſimiliter per manuum impoſitionem ea quæ in pœnitentia datur, ſacramentalis abſolutio intelligatur, quis eſt qui non videat, quòd per hanc omnis curetur ſpiritualis infirmitas, quantumcunque illa lethifera exiſtat? Unde Salmeron ait: *Tu adducito infirmos tuos ad Sacramentum pœnitentiæ, ubi manus Chriſti imponitur ad abſolvendum;* qui idem pariter, quales hæ ſanantes Salvatoris manus ſint, declarat, dum ait: *Manus Chriſti ſunt Sacerdotes abſolventes in foro pœnitentiæ, vel conficientes & porrigentes Euchariſtiam.* Lucas Burgenſis hîc uſum illum antiquum nobis in memoriam revocat, quo per manuum impoſitionem libertas ſervis dabatur, eoſdem à Domini poteſtate eximenda, qui actus proinde ſolemni nomine *manumiſſio* appellari ſolebat: *Eâ ratione manus imponuntur peccatoribus, cùm Dei nomine in gratiam recipiuntur, ut qui à peccatis ſuis abſolvantur, & in ſtatum filiorum reſtituantur.* In ſacrificiis quoque antiquæ legis uſitatum erat, ut manus capiti victimæ imponerentur, quæ in peccatorum expiationem in ſacrificium offerēda erat, per quam cæremoniam denotabatur, peccatorem malæ vitæ ſuæ curſum ſiſtere & firmare, peccatiſque ſuis deinceps finem imponere debere; unde fortè uſus ille quorundam Sacerdotum ſuam habet originem, qui abſolutionem ſacramentalem daturi, pœnitentis capiti manum imponunt, ut per hunc actum denotent, neceſſum eſſe ut is malæ vitæ ſuæ tandem finem imponat.

Salmer. *Luc. Burg.*

21. Sciendum verò eſt, quòd S. Matthæus dicat: *Ejiciebat ſpiritus verbo;* cur autem Chriſtus id ſpecialiter circa dæmoniacos obſervat, quòd ſcilicet illos non per manûs impoſitionem, ſed ſolo verbo ſuo ejiciat?

Matt. 8. 16.

Pro

Pro resolutione notandum, quòd maligni spiritus sæpe immundi appellentur, non quod alicujus carnalis concupiscentiæ capaces existant; sed quòd ad hanc plerumq; instigare soleant. Christus igitur tametsi, utpote *Candor lucis æternæ*, nec huic, nec alteri cuicunque maculæ contrahendæ subjici nequeat, illos tamen ad nostram instructionem tangere noluit, sed *ejiciebat verbo*, id est, ut Hugo Cardinalis advertit, *verbo prædicationis*. Unde *non dicit verbis, quia omnia verba prædicatorum à verbo uno virtutem ejiciendi dæmonia habent; inde est quòd plerique nostrùm in suis prædicationibus non ejiciunt dæmonia; quia non prædicant verbo, sed verbis excogitatis & politis.*

Hugo Card.

Versus 41.

Exibant autem dæmonia à multis clamantia, quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei.

1. Lucas Burgensis dicit: *Non quòd veritatem prædicare, aut Christum honorare gaudeant, ita clamant, sed ut desinat illis molestus esse, quasi dicat, ut apud Matth. c. 8. v. 29. Quid nobis & tibi? tuus tibi honos manet, tu es Christus filius Dei, nos te non oppugnamus, neque tibi molesti sumus, quid tu nos infestas?*

Luc. Burg. Matt. 8. v. 29.

2. Toletus aliam rationem reddit, nimirum quòd ad clamandum hoc modo moti fuerint ex motivo timoris & superbiæ: *Clamant Christum filium Dei tum timere, ne graviori pœnâ ab ipso afficiantur, tum superbia, ne ab homine Puro videantur expelli ac superari; malunt enim veritatem confiteri, quàm ab illa excellentia, quàm apud homines ambitiosè & superbè expetunt, vel minimum deturbari.*

Tolet.

3. S. Bonaventura dicit: *Solùm ore dicebant, & opere negabant*; qua in re multorum sunt malorum Christianorum figura, qui solo nomine tales sunt, de quibus idem S. Doctor dicere pergit: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant; nec mirum, quin secundùm quod dicitur in Psal. In inferno autem quis confitebitur tibi? nullus scilicet confessione meritoriâ.*

S. Bon. in Luc. Tit. 1. 16. Ps. 6. 6.

Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

4. Ex quo Dei filius de cœlo in terram præter alias causas ideò quoque descendit, ut se tanquam verum promissum Messiam humano generi manifestaret, unde Joan. 17. dicitur: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum*, meritò dubitabatur, quamobrem se Christus huic manifestationi adeò seriò opponat?

Ioan. 17. 3.

5. S. Bonaventura dicit: *Nolebat sui nominis cognitionem per dæmones divulgari, tum quia indigni erant, tum etiam quia odiosi, tum etiam quia fraudulenti, & ideò talis confessio nec conveniebat Deo, nec congruebat dæmoni, nec proderat homini.*

S. Bon. in Luc.

6. Porrò dæmones indigni erant, qui tantum mysterium publicarent, & annuntiarent. Unde Chrysostomus ait: *Nec decebat Christi mysterium linguâ fœdâ publicari.* Beda hanc rationem expressius tradit, dum ait: *Quare autem dæmonia de se loqui prohibebat? Psalmista manifestat, qui ait: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas?* Salmeron ait: *Quia perinde est laudari à viris turpibus, & laudari ob turpia, ut ait Seneca.* Lucas Burgensis quoque eandem facit reflexionem, dum ait: *Nolebat unctionis suæ testimonium dæmoniorum voce reddi, sed virtute potius suâ, & antiquorum oraculorum observatione, comparationeque cum rebus, quæ ab eo gerebantur.* Idem quoque Salmeron circa dæmonum indignitatem aliud quoddam punctum tangit, desumptum à comparatione illorum cum illis, qui de illo tantâ cum dignitate & excellentia testificaturi erant: *In hujus tantæ veritatis acceptarus erat gravissimum testimonium in Transfiguratione à Patre, & quia suis operibus ingloriam Dei factis volebat plus illucescere, quàm hominum dæmonumque testimoniis.* Chrysostomus dicit: *Non enim oportebat eos subripere officii Apostolici gloriam*; quasi diceret: Officium illud annuntiandi Messiam Apostolis reservatum erat, & ideò intolerabilis erat illa dæmonum temeritas, qua ministerium illud sibi usurpare præsumebant: *Hæc manifestatio erat Apostolica*, inquit Toletus, *& ad Apostolos spectabat.*

Chryf. in cat. Beda. in Luc. Salmer. Ps. 49. 16. Senecæ. Luc. Burg. Salmer. Chryf. in Luc. Tolet. in cat.

7. Idem

7. Idem quoque notat dæmones tribus diſtinctis vicibus Chriſtum Dei filium confeſſos fuiſſe. Videlicet primò, paulò antè, quando dæmon illi dixit: *Scio te, quis ſis, ſanctus Dei.* Secundò Marci 1. in hac occaſione, quando multi ſimul ipſum Dei filium eſſe clamabant. Tertiâ denique vice, quando Matth. 8. Marc. 5. & Luc. 8. ipſum rogabant, ut ipſos in immunda illa animalia ſe recipere permitteret, dicebantque: *Teſu fili Dei altiſſimi; nunquam tamen eos illum appellaſſe Chriſtum ſeu Meſſiam legimus; imò hoc eſt, quod ſuperiùs loqui vetuit quando dixit: obmutesce; & nunc cùm dicitur: Non ſinebat loqui; additurque cauſa: Non quia ſciebant ipſum eſſe filium Dei, ſed quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum;* neque enim incarnata Sapientia hujus teſtimonium à dæmonibus perhiberi voluit, eò quòd indigni eſſent, ſed à ſolis Apoſtolis.

Marci 1. 24. Matt. 8. v. 29. & 31. Marc. 5. v. 7. & 12. Luc. 8. v. 28 & 32.

8. Hi quoque infernales infeſtiſſimo Chriſtum odio proſequebantur, qui proinde tametſi hanc veritatem propalarent, id tamen nequaquam bono fine, ſed perverſiſſimâ intentione faciebant. *Niſi enim dæmones,* inquit Toletus, *à loquendo prohibuiſſet eum eſſe Chriſtum & Meſſiam à Judæis expectatum, per ora illorum hominum palam & expreſſè annuntiaſſent, non quidem intentione rectâ, ſed perverſâ, ut prædicationis ejus veritatem diminuerent, quaſi à fallacibus dæmonibus annuntiatam.* Porrò in rebellibus iſtis ſpiritibus non niſi odium regnare poterat, eò quòd amorem irreparabiliter amiſiſſent,

Toletus.

S. Auguſtinus dæmones quandam filiationis Dei in Chriſto verè exiſtentis confeſſionem feciſſe arguit, illi ſimilem, quam Petrus fecit: *Ecce modo audiſtis in Evangelio, quod ait Petrus: Tu es Chriſtus filius Dei vivi, legite, & invenietis; dixiſſe dæmones: ſcimus quis ſis: Filius Dei; Petrus tamen laudatur, dæmon compeſcitur, una vox facta diverſa. Unde ſeparantur iſtæ duæ confeſſiones, laudatur amor, damnatur timor, non enim amore dicebant hæc dæmones: Tu es filius Dei, timore hæc dicebant, non amore.*

S. Aug. ſerm. 31. de verb. Apoſt. Matt. 16 v. 16. Marci 1. 24.

9. *Tum etiam quia fraudulenti,* eſtque hæc tertia ratio, quam, ut diximus, S. Bonaventura allegat. Sciendum igitur eſt, quòd tametſi Chriſtus revera filius Dei, & promiſſus Meſſias eſſet, in ſua tamen intentione dæmones mentiebantur: *Scilicet quòd ſciebant,* inquit Cajetanus, *ipſum eſſe Chriſtum, tum quoniam dicebant mendacium, quantam dicebant ſe ſcire quod neſciebant; tum quoniam nolebat teſtimonium ab illis; tum quoniam ſciebat quòd tentando hoc dicebant, ad explorandum an ipſe eſſet verè Chriſtus.* Beda aſtuti hujus impoſtoris falſitatem hiſce verbis nobis detegit, dum ait: *Improbus enim magiſter eſt diabolus, qui falſa veris ſæpè permiſcet, ut ſpecie veritatis teſtimonium fraudis obtexet, ex quo nobis datur intelligi, quod qui in prædicando Chriſtum vera falſis permiſcent, omnino ſint cohibendi ſicut hæretici.* Verum quidem eſt, quòd veritas cum majori applauſu acceptari videatur, quando hanc ipſimet etiam inimici confitentur: *Inimici noſtri ſunt judices,* attamen Chriſtus, *qui ſcrutatur renes & corda, increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebat quòd dolos totâ die meditabantur, ego autem tanquam ſurdus non audiebam.*

Cajet. Bed cit. à S. Bonav. Deut. 32 v. 31. Pſ. 37. v. 13. & 14.

10. Euthymius ait: *Docuit nos, ne dæmonibus unquam credamus etiam vera dicentibus; nunquam enim vera loquuntur, niſi ad fallendum, veritate quaſi eſcâ quadam utuntur.* Beda Chriſtum hoc nobis monitum dare voluiſſe obſervat: *Ne quis dum prædicantem audit, ſequatur errantem; improbus enim magiſter eſt diabolus, quia falſa veris ſæpè permiſcet.* S. Antonius de Padua ait: *Ad amovendam ipſorum fallaciam, quia ſemper vera aliquâ falſitate fermentabant.*

Euth. in cap. 1. Marci. Beda in Luc. S. Ant. Pad. ſerm. in hac fer.

11. Salmeron tempus nondum adfuiſſe opportunum obſervat ad Chriſti divinitatem divulgandam: *Quia nondum eſſet tempus hujus veritatis confitendæ, donec ampliùs progrederetur prædicatio ejus, & ſigna plura teſtantia Meſſiam ederet.*

Salm.

12. Dionyſ. Carthuſianus aliud quoddam motivum adducit: *Addi poteſt,* inquit, *quod etiam ideo, ne ſua paſſio impediretur;* quia ſi Judæi firma quadam & clara cum certudine ipſum filium Dei eſſe cognoviſſent, nunquam ipſum crucifixuri fuiſſent, adeoque impedita fuiſſet humana redemptio.

Dion. Cart.

13. Sciendum quoque eſt, quòd dæmones eo tempore in falſis ſimulachris ſua proferebant oracula, à quibus gentiles totaliter dependebant; Chriſtus igitur, ut Salmeron obſervat, *impoſuit dæmonibus ſilentium, in ſignum quòd omnia dæmonum oracula ſuo adventu ſtatim deficere deberent, & areſcere, & muta reddi.*

Salmer.

S. Ant. de Pad. 14. *Tacere jubentur*, inquit S. Antonius de Padua, *ad confutandum iniquos Phariſæos, qui dicebant eum in Beelzebub principe dæmoniorum ejicere dæmonia* ; vel etiam, eſtque ejuſdem Sancti opinio, *ad dandum nobis exemplum , quia ipſe Dominus eſt ſuperorum & inferorum, & noluit dæmonum obſequium, nec conſequenter nos debemus velle.* Salmeron hactenus dictis adjungit : *Nolebat prædicari à diabolo, ne ſuſpicio eſſet illum habere commercium cum dæmonibus.*

S. Thom.

Didacus Stella. 15. Didacus Stella aliam quandam habet conſiderationem, dum ait: *Diabolus certò non ſciebat Chriſtum eſſe filium Dei, ſed tantùm id ſuſpicabatur, juſſit autem ut tacerent. Primò, quia unum dicebant, & aliud credebant*; unde hanc deducit moralitatẽ: *Non vult ab eis laudari, quia aliud in ore, aliud in corde habent.* S. Athanaſius advertit, quòd *diabolus quoque loquebatur è ſacris literis, ſed tamen æquè illi os obturatum eſt à Salvatore ; ſi enim ea quæ dicebat, animo ſenſiſſet, nunquam excidiſſet è cœlo.*

S. Athan orat. 1. contra Arrian.

Verſus 42.

Factâ autem die egreſſus ibat in deſertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt uſque ad ipſum , & detinebant illum ne diſcederet ab eis.

Factâ autem die egreſſus ibat in deſertum locum.

Marci 1. v. 35. 1. S. Marcus habet: *Diluculo valde.* Poſſunt autem duo hi Evangeliſtæ facilè ad invicem conciliari ; ſiquidem hic de diſceſſu Chriſti è Capharnaum loquitur, S. Lucas autem de adventu ejus in ſolitudinem ſcribit , quando ait : *Facto autem die* ; ibique orabat, ſubjungit S. Marcus. Eccleſiaſt. 39. *Cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum.* Pſ. 118. v. 147. *Præveni in maturitate & clamavi.* Alia litera loco verborum illorum: *In maturitate*, legit : *Cùm adhuc tenebræ eſſent.* Toletus dicit : *Deſerta enim loca contemplationi eligebat ; ad turbas autem & civitatem, ut miſericordiæ opera & miracula faceret, ſicque doctrinam confirmaret, ſe convertebat.*

Eccleſ. 39. v. 6. Pſ. 118. v. 147. Toletus.

Dion. C. in Luc. 2. Dionyſius Carthuſianus Chriſtum duas ob rationes in deſertum ceſſiſſe ſcribit. Primò, ut nos applauſus & gloriam mundi fugere doceret; tunc maximè, cùm aliquid magnificum egerimus ; ſecundò, ad inſtituendum, commendandum , ac confirmandum ſolitariæ & eremiticæ vitæ ſecretum.

Lyran. 3. Lyranus in quadam ſuper hæc verba moralitate ita ſcribit: *Dans in hoc exemplum prædicatoribus revertendi ad ſolitudinem contemplationis poſt laborem prædicationis, & ut gratias Deo agant de profectu præterito , & ſe diſponant de futuro.*

Chryſ. hom. 28. in Matt. 4. Chryſoſtomus contemptui applauſûs & gloriæ mundanæ inſiſtit, dum ait : *Videſne iterum quanto ſtudio fugiat oſtentationem ? Nam cæteri quidem dicunt , dæmonibus eum præcepiſſe, ne dicerent quod ipſe eſſet; Matthæus autem dixit, quod turbas removebat , quod faciebat, partim nos docens humilianſq; partim ne Judæi peſtifero veneno invidiæ abeſcerent, monens nihil prorſus ad oſtentationem à nobis faciendum; etenim non corporum incolumitas cura ſibi tantummodo erat , ſed multò magis animarum ſaluti providebat.* Noctu miracula patrabat, ut illa ſub tenebris abſconderet ; & diluculo ſe in ſolitudinem ſubducebat , ad gloriam & honores evitandos, quos omnes illi, quibus beneficia contulerat , ſibi fuiſſent exhibituri ; unde S. Ambroſius ait: *Non ſanandorum copiam, ſed jactantiam declinabat.*

S. Ambr. lib. 3. de Virg.

S. Bon. 5. S. Bonaventura ait : *Illud autem iter in deſertum , & egreſſus de civitate ſignificat egreſſum vitæ ſæcularis , & ingreſſum religionis.*

Et turbæ requirebant eum.

Dion. Cart. 6. *Populares etenim Chriſto magis adhæſerunt, quam Primates Judæorum, ac Scribæ & Phariſæi, quorum vel pauci, vel nulli ſecuti dicuntur hac vice.*

S. Bon. 7. S. Bonaventura ait : *Excluditur ambitio ; non ille ſe ingerebat , ſed illi quærebant eum cum devotione.*

Toletus. 8. Toletus ait : *Turbæ tot ac tantis beneficiis affectæ à Chriſto, qui infirmos eorum ſanaverat : trahunt beneficia homines.*

Didac. Stell. 9. Didacus Stella ait: *Nonne vides quomodo honor eum ſequitur, qui ab eo fugit ? optimè quidem umbræ aſſimilatur : nam ab eo fugit, qui ipſam ſequitur , ipſa autem poſt eum ſequitur, qui ab ipſa fugit.*

Et, ve-

Et venerunt uſque ad ipſum, & detinebant eum ne diſcederet ab eis.

Toletus. 10. Toletus ait: *Laudanda eſt turbarum conſtantia, quæ Chriſtum quæſierunt, donec ipſum invenerunt, hoc enim ſtudium eſt perfectum, ſi bonum, quod deeſt, inveſtigemus, donec aſſequamur.* Etenim poſtquam Deum invenimus, cum regio Propheta ſupplicandum nobis eſt, dicendo: *Deus meus es tu, ne diſcedas à me: Tenui eum, nec dimittam,* ajebat ſancta illa anima, *donec introducam illum in domum matris meæ*; multi invento Deo, illum in cordibus ſuis non conſtanter cuſtodiunt, in ſtatu gratiæ non perſeverant, nec continuant in ſalutarium propoſitorum executione.

Pſ. 21. 12. Cant. 3. 4.

Toletus. 11. Toletus ait: *Detinebant non ſolùm ſanitatum & liberationum cupiditate moti, ſed etiam, & quidem præcipuè ſtudio audiendi ſermonem & doctrinam ipſius, ut verba Chriſti ſequentia indicant.*

Verſus 43.

Quibus ille ait: quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo miſſus ſum.

S. Bonav. 1. In hoc Chriſti loquendi modo S. Bonaventura multos Salvatoris virtuoſus actus conſiderat: *Excluditur ambitio, non ille ſe ingerebat, ſed illi quærebant; adulatio in hoc quod additur: Quibus ille ait: Et aliis civitatibus oportet me evangelizare; non blanditur eis, ſed oſtendit æqualiter curare de omnibus: excluditur perſonarum acceptio, quia erat prædicans in omnibus ſynagogis.*

2. Idem quoque Sanctus pulchrè declarat, quòd ad hoc, ut doctrina quæ docetur, accepta ſit, multis ſit opus circumſtantiis: *Ad hoc autem, ut doctrina aliqua debito modo auditoribus fiat accepta, oportet quòd ſit immunis ab oſtentatione, ambitione, adulatione, & perſonarum acceptione.*

Chryſ. in cat. in Luc. 3. Chryſoſtomus benigniſſimi Salvatoris erga omnes charitatem obſervat: *In eodem loco manendo poterat omnes trahere ad ſe, non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum, ut perambulemus & requiramus pereuntes, ſicut paſtor ovem perditam, & medicus accedit ad infirmum.*

S. Bernardin. ſerm. 30 4. S. Bernardinus in ſermone quodam ait: *Et hoc quoque ad aliorum exemplum Doctorum, ut non quieſcant, ubi ſe acceptos eſſe conſpiciunt, imò quòd nec permittant ſe detineri ab illis, ſed memores ſint aliorum locorum*, quia Marci ultimo dicitur: *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* *Marc. 16. v. 20.*

Dion. Cart. in Luc. 5. Dionyſius Carthuſianus ex illis verbis: *Ideo miſſus ſum*, egregiæ laudis motivum pro illis eruit, qui verbum Dei annuntiant: *Ex quo patet quàm divinum & præclariſſimum ſit prædicatoris officium, cùm unigenitus Dei propter illud exercendum ſe perhibeat miſſum.*

Salmer. 6. Salmeron ait: *Noluit reverti Capharnaum, ne increduli multa videntes miracula, poſtea atrociùs punirentur, & ut doceat Paſtores quærere oves perditas, ubicunque illæ ſint.*

Toletus. 7. Toletus Chriſtum non dixiſſe obſervat, quòd ſibi ad alia ſe loca recipere neceſſum ſit ad patranda miracula, ſed ad prædicandum & evangelizandum: *Aliis civitatibus oportet me evangelizare: Non dixit miracula facere, infirmos curare, obſeſſos liberare, ſed oportet me evangelizare; hoc enim eſt ad ſalutem neceſſarium, non illud, & quod Chriſtus præcipuè intendebat.*

Verſus 44.

Et erat prædicans in ſynagogis Galileæ.

1. Hugo Cardinalis ait: *Synagogæ Galileæ ſunt congregationes ſæcularium, quibus etiam prædicandum eſt, quia bonis prædicandum eſt, & malis, ut mali ad bonum, & boni ad meliùs provocentur.*

FERIA SEXTA POST III. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Joannis Cap. 4.

℣. 5. VEnit in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo. 6. Erat autem ibi fons Jacob: Jeſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem, hora erat quaſi ſexta. 7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Jeſus: mulier Da mihi bibere. 8. Diſcipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent. 9. Dicit ergo ei mulier Samaritana: Quomodo tu Judæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Judæi Samaritanis. 10. Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam. 11. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt; unde ergo aquam vivam? 12. Nunquid tu major es Patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus? 13. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum. 14. Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. 15. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neque veniam haurire. 16. Dicit ei Ieſus: Voca virum tuum & veni huc. 17. Reſpondit mulier, & dixit: Non habeo virum; dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo virum. 18. Quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non es tuus vir: hoc verè dixiſti. 19. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. 20. Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis quia Hieroſolymis eſt locus, ubi adorare oportet. 21. Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem. 22. Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. 23. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate; nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. 24. Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. 25. Dicit ei mulier: Scio quia Meſſias venit (qui dicitur Chriſtus) cùm ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia. 26. Dixit ei Ieſus: Ego ſum qui loquor tecum. 27. Et continuò venerunt diſcipuli ejus; & mirabantur, quia cum muliere loquebatur; nemo tamen dixit: Quid quæris? aut quid loqueris cum ea? 28. Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus. 29. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci; nunquid ipſe eſt Chriſtus? 30. Exiêrunt ergo de civitate, & veniebant ad eum. 31. Interea rogabant diſcipuli ejus: Rabbi manduca. 32. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. 33. Dicebant ergo diſci-

puli

puli ad invicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare? 34. Dixit eis Jesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. 35. Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, levate oculos vestros, & videte regiones quia albæ sunt jam ad messem. 36. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. 37. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius qui metit. 38. Ego misi vos metere, quod non laborastis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. 39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci. 40. Cùm venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret, & mansit ibi duos dies. 41. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem ejus. 42. Et mulieri dicebant, quia jam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audivimus & scimus, quia hic est vere Salvator mundi.

Versus 6.

Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem, hora erat quasi sexta.

1. OStendit his verbis S. Joannes, quantopere Salvatoor noster ab omni fastu, delitiis, & vitæ commoditatibus alienus fuerit: *Ostendit nobis Dominus à fastu & rerum abundantia*, inquit Theophylactus, *alienum fuisse, non enim jumentis utebatur ad iter, sed pedes ibat.* *Theoph.*

1. Nimirum ostendere voluit se carnem humanam assumpsisse unà cum infirmitatibus suis. Interlinearis ait: *Suscepit enim omnia quæ sunt nostræ infirmitatis, sine peccato.* *Interl.* *Lyran.* *Ex quo*, inquit Lyranus, *apparet veritas humanæ naturæ ex infirmitate.*

S. Aug. tract. 15. in Ioan. 3. S. Augustinus scribit: *Invenimus Iesum fortem & infirmum; fortem, quia in principio erat Verbum; infirmum, quia Verbum caro factum est.*

Dion. Cart. 4. Dionysius Carthusianus mysticæ hujus fatigationis Dei illius, de quo David dixerat: *Diligam te Domine fortitudo mea*, rationes aliquas hisce verbis adducit: *Æstuavit & fatigatus est, non ex necessitate, sed propter multiplices causas. Primò, ut susceptæ carnis, atque indutæ à se humanitatis veritatem demonstraret. Secundò, ut suâ fatigatione nobis requiem mereretur æternam, gratiam quoque copiosam in sæculo isto. Tertò, ut nos ad fortem atque æquanimem Sanctorum laborem & fatigationum tolerantiam animaret, sicut & alibi loquitur: Venite ad me omnes qui laboratis, &c.* *Psal. 17. 1.* *Matt. 11. 28.*

5. S. Augustinus ait: *Tunc fatigatur Christus, quando nullam virtutem in suo populo recognoscit, hodieque fatigat eum inobedientia nostra.* Veruntamen, ut verum fatear, quòd si peccatum aliquod filio Dei aliquam, ut ita dicam, fatigationem conciliat, illud vel maximè contingit, quando animam aliquam carnis vitio immersam, qualis illius Samaritanæ erat, ad salutis statum perducere satagit; nam ut est apud Oseam: *Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Dominum, quia spiritus fornicationum in medio eorum.* *S. Aug. ser. 20. de temp.* *Ose. 5. 4.*

6. S. Bernardus de Senis dicit: *Tunc fatigatur Christus, quando mulier Cananæa affectione fervens, sollicitudine quærens, clamoribus petens, filiam, id est, animam suam salvari deposcit, & nihilominus Iesus fugit, obmutescit & spernit velut canem, & eam quodammodo abhorrere apparet, econtra hanc Samaritanam insectari videtur etiam suis inspirationibus renitentem.* Huic autem difficultati respondeti potest Christum Dominum nobis in Chananæa conditiones declarare voluisse, quas in anima orante exposcit: in Samaritana autem zelum adumbrare voluisse, quem in lucro animarum errantium habere debemus. Ecce etenim qualiter filius Dei adinstar solliciti & viscerosi amantis Pastoris in sudoribus & fatigationibus perditam hujus animæ oviculam inquirere & lucrari satagat. S. Bernardus ait: *S. Bernardin. t. 2. ser. 31.* *S. Bern. ser. 10.*

Multum fatigationis assumpsit, quo hominem debitorem teneret; unica duntaxat hæc anima erat, & tamen tantus Deus pro sola hac anima tam ardenter zelat. Tertullianus ait: *Erat una Pastoris ovicula, sed grex unâ charior non est, una illa requiritur, præ omnibus desideratur.*

Tertull. lib. de Pœn. c. 8

Ex itinere.

Ps. 18. 6.

7. *Exultavit ut gygas ad currendam viam, à summo cœlo egressio ejus*: ponderanda enim est infinita illa, quæ est inter sinum æterni Patris & Nazareth, distantia, è qua labor itineris facilè æstimari poterit. S. Augustinus ait: *Iter autem ipsius est caro pro nobis assumpta qui enim ubique est, quò it, nisi quia non ad nos veniret, nisi formam visibilis carnis assumeret, ideò fatigatus ab itinere quid est aliud, quàm fatigatus in carne? Iter Christi incarnatio*, ut Interlinearis quoque interpretatur.

S. Aug. tract. 15. in Ioan.

Interl.

Sedebat.

8. *Post labores quæsivit refrigerium*, inquit Lucas Burgensis, *ne quis ultra modum putaret corpus esse infestandum.*

9. S. Antonius de Padua ait: *Qui tot horis graditur ad requirendum peccatorem, & à quo peccator tot horis discessit ad adulterium, id est, ad diabolum accedendo. Quid mirum, mi Salvator, si tantâ ingratitudine fatigaris, & cùm sedes supra fontem sedes, & horâ quasi sextâ. Sedes, inquam, quia benignè, & patienter expectas: super fontem sedes, scilicet misericordiæ tuæ, ut inde salutis potum tribuas homini æstuanti.*

S. Ant. de Pad. serm. in hac fer.

10. Beda hanc sessionem in sensu mystico hoc modo exponit: *Quanquam illud quod sedit, quoniam solent sedere Doctores, possit alio intellectu non humilitatis modestiam, sed magistri denotare personam.*

Beda. in Ioan.

Sic.

11. *Quòd autem sedebat sic*, inquit Theophylactus, *significat simpliciter, & ut fortè obveniebat, & non super sedem, sed simpliciter, videlicet super pavimento.* Cajetanus ait: *More fatigati innixus fonti, puta applicato brachio super labium fontis ad sustinendum caput, sic enim solent fatigati sedere.*

Theoph.

Cajet.

12. Porrò dictio illa, *Sic*, in aliis quibusdam novi Testamenti locis est expressiva mysterii: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Ubi Chrysostomus ait: *Stupescens tonitrui filius, considerans que charitatis divinæ excellentiam, clamabat & dicebat: sic Deus dilexit; vide quantò miraculo plena sit hæc dictio, sic.* Idem S. Joannes, tametsi alioquin adeo esset eloquens & sapiens, in hac tamen occasione aliâ dictione non utitur, quàm illâ, *sic.* Beatissima Virgo ut filio suo dolorem in ejus amissione perpessum exprimeret, ait: *Fili quid fecisti nobis sic?* Centurio ait: *Videns quia sic clamans expirasset.* Und S. Joannes per hanc dictionem divini hujus Pastoris anxietatem ardentissimumque ejus amorem denotare voluisse videtur, quo in perditæ hujus oviculæ assiduâ requisitione æstuabat.

Ioa. 3. 16

Chrys. ho. 22. in Genes.

Luc. 2. 48.

Marc. 15. 39.

Supra fontem.

13. Meritò hujus Samaritanæ conversionem hoc in loco aggreditur, siquidem olim per Zachariam prædixerat: *In illa die erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris.* In Apocalypsi quoque dicitur: *Deducet eos ad vitæ fontes aquarum.*

Zach. 13. 1.

Apoc. 7. 17.

14. S. Bernardinus ait: *Mysticè fons iste, super quem ascendit Dominus noster Iesus Christus, est sancta Crux, ipse enim fons est omnium gratiarum.* De ejus quoque sacratissimis vulneribus textus ille Isaiæ exponitur: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.*

S. Bern. ser. cit.

Isa. 12. 3.

15. S. Augustinus ait: *Sedit Dominus supra puteum, ut non in altitudine quæramus aquam sed de eo fonte, qui super omnes aquas est, salutaria nobis pocula hauriamus.* Porrò aquæ, id est, delitiæ & bona hujus mundi sitim in nobis non restinguunt, sed potius vehementiam accendunt. Jerem. 2. *Quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam?* Isaias quoque dicit: *Sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lapsus adhuc sitit, & anima ejus vacua est, sic,* &c. Quasimilitudine rerum harum terrenarum omnium instabilitas optimè eprimitur.

S. Aug. ser. 29. de temp.

Ier. 2. 18.

Isa. 2. 18.

16. Observandum quoque quòd S. Joannes aquam illam fontem appellet: *Erat ibi*

fons

fons Iacob; ſedebat ſic ſupra fontem: Samaritana verò illam appellat puteum altum & profundum. *Puteus altus eſt; Iacob dedit nobis puteum.* Reſponderi autem poteſt, id factum eſſe, quia puteus ille quamvis altus & profundus, apud Deum fuiſſe ad inſtar fontis cujuſdam, è quo ab unoquoque magna cum facilitate bibitur: *Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos; ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Omnes ſitientis*, inquit Iſaias, *venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite*; non verò ita penes mundum fieri ſolet, in hoc namque pro conſequendis bonis ejus laboratur, & homo ſudoribus & fatigationibus conficitur. *Puteus altus eſt.*

Matt. 11.28. *Ioa.*7.37 *Iſa.*55.1.

Dion. Cart.

17. Dionyſius Carthuſianus alia motiva adducit: *Primò, quoniam ſitiebat, & bibere voluit. Secundò, quia per fontem & aquam deſignantur fluenta ſapientiæ Chriſti, quam ipſe ſuis propinat electis, juxta illud*: *Hauritis aquas de fontibus Salvatoris. Tertiò, ut occaſione loci mulierem inſtrueret, imò ex perſona propria mulieris Samaritanæ totam Eccleſiam ex gentilitate converſam.*

*Iſa.*12.3.

Hora erat quaſi ſexta.

Alb.M.

18. Albertus Magnus meridiem fuiſſe cenſet: *Hoc eſt meridies, quando ſol in ſummo cœli conſiſtit, & undique per cardines orbis lumen ſuum diffundit, & maximi caloris exiſtit: quod etiam congruit, quando ſol juſtitiæ Chriſtus Deus noſter lumen ſuum etiam ad gentes diffundit, & quando calorem ſuæ charitatis ad omnes expandit.* Unde Hugo Cardinalis conſiderat Chriſtum in illa hora ob Solis ardores meritò laſſum fuiſſe, & ſudoribus perfuſum: *Patet quod calore confectus erat, quia tali horâ jam aſcendit ſol ad altiorem gradum noſtri hemiſphærii.*

Hugo C.

S.Cyril. in Ioan. cit. à Janſ. c.23.

19. S. Cyrillus à Janſenio citatus Evangeliſtam dixiſſe notat: *Quaſi ſexta, ut diſcamus vel in minimis non parvam veritatis curam habere.*

S. Bern. Sen. t.2. ſer.31. c.3.

20. S. Bernardinus illam diei horam fervidam eſſe conſiderans, ita ſcribit: *Id eſt, ſummo charitatis & dilectionis ardore.*

*Iſa.*38.12

21. Iſaiæ 38. Deus dicit: *Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium*; juſtum itaque erat, quòd filius ejuſdem cum æterno Patre ſuo ſententiæ eſſet: *Fatigatus ex itinere.* Sed qualis erat, quam deſiderabat laſſorum membrorum ſuorum refectio? Nimirum animæ illius errantis ſalus & converſio. Notanda autem eſt hora illa myſtica, de qua S. Auguſtinus ita ſcribit: *Sextâ die Deus de limo terræ hominem figuraverat, ſextâ horâ venit Samariam viſitare, ut ſi in eum Samaritani crederent, ipſe in eis inciperet requieſcere, ut verum illud quietis celebraret*: requies enim, ſicut & cibus Chriſti, animarum, & præcipuè gentilitatis, converſio erat.

S.Aug. ſer.92. de temp.

22. Chryſoſtomus ad illud ſe tempus reflectit, quo Eva prævaricata fuit: *Venit hora ſexta; quandoquidem & cùm Eva mandatum in paradiſo trangreſſa eſt, hora quaſi ſexta, ideoque ſervata eſt Samaritanæ eadem hora.* Simon de Caſſia autem præ cunctis aliis horæ iſtius myſteria longè fuſius combinavit, dum ait: *Sextâ die factus eſt, qua & peccavit homo, & quaſi horâ ſextâ ejectus de paradiſo, & ſextâ ætate mundi requiſitus eſt, in qua ſextâ die incarnatus, & crucifixus, & mortuus eſt.* Unde perſpicuè horam hanc myſticam fuiſſe deducitur, quam ad mulierem hanc verum gentilitatis typum ad ſuî notitiam perducendam elegit.

Chryſ. to. 6. hom.de Samar. Simon deCaſſia l.11.c.1.

23. S. Auguſtinus ait: *Id eſt, ſextâ ætate generis humani, tanquam ſenectute veteris hominis*; cui Rupertus Abbas Tuitienſis perfectè concinit, dum ait: *Quia videlicet nunc, dum ipſe Dominus omnium ad dexteram Patris reſidens regnat, ſed mundi volvitur ætas.*

S.Aug. lib.83. qq.64. in Cat. Rup.Ab. lib.4. in Ioa.c.4.

24. Per hanc quoque horam paſſio & mors Salvatoris intelligitur: *In ſummo æſtu paſſionis & mortis.* Lyranus verba hæc in morali ſenſu explicans dicit: *Iſta fatigatio fuit ſignum paſſionis Chriſti futuræ tali horâ.* S. Antonius de Padua ait: *Horâ ſextâ ſedes, quia non reſtat niſi ſententia contra peccatorem ferenda, & tamen ſedes. Iſta eſt hora ſexta, quando ſcilicet ſediſti in fonte miſericordiæ tuæ ſuper crucem.*

S.Bernardin. Senen. ibid. Lyran. S.Ant. de Pad.

25. Hugo Cardinalis ab hac hora ſatis clarè deduci poſſe dicit, ipſum longam viam, eamq; magna cum velocitate confeciſſe, idque nullo alio fine, quàm ut mulierem hanc in bonam viam deduceret. Indeq; hanc deducit moralitatem: *Quando ſol eſt in fervo-*

Hugo Card.

re

re ſuo, id eſt, peccator in ardenti deſiderio peccandi; tunc enim quandoque viſitat eum Dominus. Unde Micheæ 4. Venies uſque babylonem, ibi liberaberis. Et S. Ambroſius ait: *Quamvis manè venire debueris, tamen etiamſi ſerius veneris, etiam ſextâ horâ Jeſum fatigatum invenies, fatigatus eſt, ſed in te, quia diu te quæſivit, tua illum tam diu incredulitas fatigavit.*

Micheæ 4. 10.

S. Ambr. lib. 2. de ſpiritu S. cap. 10.

Verſus 7.

Venit mulier de Samaria haurire aquam; dicit ei Jeſus: Mulier da mihi bibere.

Venit mulier de Samaria.

1. *Videri poſſet mulier caſu veniſſe*, inquit Lucas Burgenſis, *ſed qui omnia diſpenſat, mentem illius arcano ducebat impulſu, ut tunc veniret, quando fons vitæ Chriſtus illic erat præſens.* Similiter ſicut venatores certum quendam ſibi de induſtria locum eligunt, in quo ſperatam feram opportunè expectare ſe poſſe putant: ad eundem quoque modum Chriſtus fatigatus, juxta puteum ſeſe collocavit, ut mulierem illam expectaret, cujus anhelo pectore deſiderabat ſalutem, tametſi illa natalibus vilis, pauper, imò & fornicaria eſſet; nihilominus *Fatigatus ex itinere* divinæ eloquentiæ ſuæ retia explicans, fecit quantum novit, & quantum potuit, ut illam lucraretur; ſiquidem animæ à Deo non ex nobilitate & divitiis, vel alia ſimili conditione conſiderantur, aut æſtimantur, ſed in quantum, ut S. Joannes dicit: *Non ex ſanguinibus, aut voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt*; & ideo apud Deum omnes animæ pari in pretio habentur.

Luc. Burg.

Joan. 1. 13.

2. S Auguſtinus ait: *Hæc mulier forma eſt Eccleſiæ non juſtificatæ, ſed jam juſtificandæ*; ipſa namque è Samaria civitate ſciſmatica, & à Judæa quoad religionem & fidei cultum diviſa procedebat, id quod huic myſterio multum conferebat: *Ventura erat enim Eccleſia de gentibus, & aliena à genere Judæorum.*

S. Aug. tract. 15. in Ioan.

Haurire aquam.

3. S Antonius de Padua ait: *Egreditur ad hauriendam aquam carnalium voluptatum, & corporalium delectationum; puteus eſt mundana concupiſcentia, in qua continentur voluptates mundanæ, quæ ſunt aquæ mortiferæ.* Et ideo hoc loco obverſandum eſt quòd S. Joannes hanc mulierem ex proprio nomine non ſpecificet, eò quòd non ſolùm de peccatoribus ſcriptum ſit: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea*; verùm inſuper Apoſtolus de iis, qui peccato carnis coinquinati ſunt, dicat: *Fornicatio autem, & omnis immunditia nec nominetur.* S Bernardinus hujuſce mulieris patriam conſiderans ſcribit: *Samaritana interpretatur anima vana, quæ quærit tantummodo laſcivias, delectationes, luxuriam, avaritiam, & omnia deſideria mundi.* Porrò tametſi hæc mulier diſſolutam hanc vitam diverſis cum adulteris tanto tempore duxerit, nihilominus adeò pauper & inops erat, ut in ipſa meridie, dum ſol vel maximè ardet, ipſamet in propria perſona ad aquam procul à civitate ſcaturientem hauriendam ſe conferre debuerit, eoque fine non vas aliquod æneum, ſed fictile ſecum attulerit; unde clarè ſatis veriſſimum eſſe colligitur, quod de hoc vitio Scriptura dicit: *Ignis eſt uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans.* Nulla mulier quæſtum agens meretricium vel paucæ admodum laſcivè viyendo locupletantur, prout in hac fornicaria videre licet, quæ ne tantillum aquæ, quantum cyathus capere poteſt, domi habebat, tametſi actualiter virocuidam fornicariè & laſcivè conviveret: *Et nunc quem habes, non eſt tuus*; & licèt hic publicè mariti loco ab aliis haberetur, ecce tamen vilem miſeræ illius mulieris famem & æſtimationem, juſtâ namque Dei permiſſione circa hunc ſexum carnalibus voluptatibus deditum contingit, quòd *Omnis mulier, quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur.*

Pſ. 15. 4.

Ad Epheſ 5. v. 3.

S. Bern. din t. 4. ſerm. 24

Job. 31. 12.

Eccli. 9. 10.

Dicit ei Jeſus: Mulier da mihi bibere.

4. Cajetanus quoad ſenſum literam ſcribit, Chriſtum ideo juxta hunc fontem conſediſſe, quia ibidem cum ſuis Apoſtolis prandere ſtatuerat, qui proinde in civitatem ea, quibus opus habebant, procuraturi conceſſarant; veruntamen, ut idem Doctor ſcribit: *Occaſione oblata quanquam fatigatus:*

Cajet.

vacat inſtructioni, evangelizare intendit mulieri, & ſuaviter volens eam trahere ad ſpiritualem doctrinam, petit potum, non ratione quod bibere vellet, ſed ut invitet illam ſic ad Evangelium. Potum ab illa petiit, cum adhuc jejunus eſſet, & prout tandem in fine videtur, allatis cibis, & potu præſente nec manducavit, nec bibit; quia, ut ait Toletus: *Petiit non ut biberet, ſed ut ſuo ſermone mulieris mentem inciperet illuminare.* Porrò Janſenius rationem aſſignat, cur de potu parum adeo curavit, dum ait: *Ex eo patet, quod exortâ collocutione, aquæ deſiderium reliquerit.*

Toletus. *Janſen. con. 1. 23*

5. Gloſſa in ſenſu allegorico ita ſcribit: *Petit à primitiva Eccleſia, quam de Gentibus elegerat, potum fidei qua in eum crederatur.*

Gloſſa.

6. *Quid ſitis Domine?* verba ſunt Antonii de Padua Salvatorem interrogantis: *Certè ſalutem illorum, ut ait Auguſtinus, pro quorum ſalute tuum ſanguinem fudiſti; ſitis ex calore procedit intrinſeco: hunc calorem, ſcilicet accenſum amorem Chriſtus habebat, qui ipſum faciebat ſitire.* Conſiderat S. Ambroſius Chriſtum quadraginta diebus ſine ullo cibo & potu vitam ſuam tranſigentem, *Poſtea eſuriit*; hic bibere poſtulare, at vero *Eſuriit & ſitivit*, inquit S. Ambroſius, *non cibum aut potum humanum, ſed ſalutem.* Similiter Albertus Magnus ait: *Plus ſitivit ſalutem fœminæ, quàm potum aquæ.* At vero reflexio, quam Toletus hac ſuper ſiti facit, intenſiſſimi deſiderii vehementiam, quam ſalutis ipſius habebat, magis exprimit, dicit enim: *Vox eſt deprecantis, & qui imperare poterat Angelis, vilem adulteram, & infidelem mulierem rogat, adeo enim hominum diligit ſalutem, ut quod noſtra ſummoperè intereſt, etiam precibus flagitet.*

S. Ambr. ſer. 36. *Alb. M. in Ioan.* *Toletus.*

7. Veriſſimum ſemper eſt illud axioma: *Dixit Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Unde bibere abilla popoſcit is, qui fons eſt aquæ vivæ, ut hinc divinæ ſuæ gratiæ eidem afferendæ, dandique illi luminis notitiæ ſuæ occaſionem captet; ideoque imaginari nobis poſſumus. clarius ipſum huic mulieri dixiſſe: *Sitivit in te anima mea.* Sic quoque Elias ſtipem à vidua illa poſtulavit, potius ut eandem illi daret, illamque locupletaret, quàm ut ſubſidium ab ea reciperet. Unde Baſilius Seleucus dicit: *Hydriam vertit in alimenti fontem,* & S. Ambroſius dicit: *Exiguo cibo perpetuum toto tempore famis invenit alimentum*; ita quoque hîc Chriſtus hauſtum aquæ expetiit ut perennem quendam ei impertiretur fontem: *Ut fieret in ea fons aquæ ſalientis in vitam æternam,* Chryſologus ait *Petit Deus, ſed tibi, non ſibi; humanam petit miſericordiam, ut largiatur divinam.* Origenes dicit: *Quæ obtuleris Deo, multiplicata recipies: videmur quidem Domino negotiari, ſed nobis cedunt lucra negotiationis. Vide quod eſt amittere aliquid pro Deo, hoc multiplicata recipere tibi.* S. Bernardinus de hac petitione hunc in modum ſcribit: *Id eſt, quæ tantum dediſti bibere mundanis deſideriis, da mihi bibere modicum guſtando de aqua vivi fontis, & delectationis ſpiritualis, quia volo implere tuum vas charitate & gratia Dei, & tuam mentem lumine veritatis.* Idem quaſi in S. Chryſoſtomo ſcriptum legimus, dicit enim: *Fons vitæ juxta fontem ſedens bibere poſcit, non bibere volens, ſed potum dare*; paulóque poſt, quidnam illi dare intenderit, declarat dicens: *Da mihi bibere, ut dem tibi bibendam aquam immortalitatis.*

Baſil. Seleuc. orat. 11. *S. Ambr. lib. de Abrah. c. 5.* *Chryſol. ſerm. 8.* *Origen. in Gen. c. 22.* *S. Bernardin. t. 4. ſer. 24.* *S. Chryſoſt. t. 6. hom. de Samar.*

8. In hoc quoque facto Salvator noſter præclarum nobis edidit ſobrietatis & temperantiæ exemplum, quia circa meridiem famelicus, fatigatus & ſitibundus exiſtens, pro laſſi corporis reſtauratione vix modicum aquæ hauſtulum expetiit. Unde Hugo Cardinalis ait: *Dominus poſt labores monet nos ad parcitatem & ſobrietatem in hoc, quòd fatigatus ſedit ſupra fontem, & petit aquam ad potum, & de cibo ſibi adhuc horâ ſextâ non fuerat proviſum.*

Hugo Card.

9. Idem quoque advertit, quòd *Mirum eſt, quod panis eſurit, & fons ſitit, via laſſatur, ſed hæc omnia propter nos.*

Verſus 8.

Diſcipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent.

1. Theophylactus ex hoc modicam Chriſti curam colligit, quam pro victu habuit: *Ut quo tempore fermè omnes à prandio dormiunt, illi cibos emerent, & panes duntaxat.*

Theoph.

Lyran. Lyranus illos tanquam pauperes & mendicos juxta publicum puteum manducare voluiſſè notat: *Nec ad magna hoſpitia in villas declinabant.*

2. Porrò videri potuiſſet ſufficere, ſi promodico pane procurando unus duntaxat, vel ad ſummum duo in urbem conceſſiſſent, & tamen non ſine myſterio omnes eò dimiſit, *Alb.M.* ut ſolus eſſet. Albertus Magnus ait: *Ex diſpenſatione divinæ ſapientiæ factum eſt hoc, ut de ſecretis Chriſtus alloqui mulierem poſſet.* Nec conſtat quòd deinceps quicquam illorum diſcipulis retulerit, quæ inter ſe locuti fuerant ipſa & Samaritana: *Sicut confeſſor peccator quæ ſcit, coram aliis revelare non de-* *Toletus.* bet. Toletus quoque Salvatoris diſcretionem conſiderat, qui Samaritanæ confuſioni & erubeſcentiæ conſulere & parcere voluit: *Fortè omnes ablegati fuerant à Domino captante ſolitudinem, ut conſuleret hujus mulieris pudori, & locus daretur liberiùs delictum illius notandi.*

Hugo Card. 3. Hugo Cardinalis myſticam quandam expoſitionem adducit; dicit enim: *Diſcipuli Chriſti ſunt prædicatores diſciplinati, habentes zelum animarum, quo nullum eſt Deo placi-* *S. Greg.* *dius ſacrificium, ut dicit Gregorius, qui ingrediuntur civitatem Eccleſiæ vel mundi, ut cibos emant, id eſt, peccatores ad Chriſtum convertant.*

Verſus 9.

Dicit ergo ei mulier Samaritana: Quomodo tu cum Judæus ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim cotuntur Judæi Samaritanis.

Dion. Carth. 1. Dionyſius Carthuſianus eam Chriſtum ex habitu Judæum eſſe agnoviſſe exiſtimat, eò quòd juxta uſum Judaicum in veſtimento ſuo fimbrias portarit. *Etiam ex diſpoſitione vultûs & ſermone. Unde Matthæus ait:* *Matt. 14.36.* *Quotquot tangebant fimbriam veſtimenti ejus, ſalvi fiebant.* Samaritani autem apud Hebræos ſchiſmatici erant, utpote qui unà cum ipſis in materia religionis, aliorumque rituum minimè conveniebant.

Lucas Burg. 2. Lucas Burgenſis dicit: Judæi *Non utuntur eodem convictu, eâdem menſâ & vaſculis cum Samaritanis.* Cajetanus dicit, quòd quia Samaritani in Societate idolorum Deum verum adorabant, magis Judæis exoſi fuerint, quàm qui planè Gentiles erant, ſicut nos magis hæreticos, quàm paganos abhoremus.

3. Chryſoſtomus ait: *Exiſtimans eum peccare, corripientis more ad memoriam reducit obſervantiam.* Nimirum Samaritana hæc de zelo & ſuperſtitione Phariſaica participabat, de quibus Chriſtus dicit: *Excolantes calicem, camelum glutientes*: etenim nullum ſibi ex eo faciebat ſcrupulum, quòd in adulterio continuò viveret, & tamen filium Dei ex eo reprehendere præſumebat, quòd laſſus, & præ ſudore madeſcens aquæ hauſtulum ab ea depoſceret. Enimvero nuſquàm in Evangelio diſcipuli in Samariam ad prandium procurandum miſſi, à Samaritanis repudiati, aut aliquam ab illis contradictionem paſſi fuiſſe leguntur, cùm tamen veriſimile ſit: ex illis multos fuiſſe legis ſuæ obſervandæ longè zeloſiores, quàm fuerit mulier hæc Samaritana; veruntamen facilis ad hoc eſt reſponſio, ſi conſideretur, quòd Evangeliſta Apoſtolos miſſos fuiſſe dicat, ut cibos emerent; ubicunque enim utilitas vel intereſſe in rem aliquam ingreditur, oculus ad quemvis alium reſpectum facilè claditur. *Chryſ. hom. de Samarit. t. 6. Matt. 24.*

4. Toletus ait: *Hæc verba quandam inſimulationem continent, vox eſt exprobrantis*: Ecce tibi quouſque zelus, quem Salvator noſter de ſalute unius duntaxat animæ habuit, pertigerit; libenter enim ſe alicujus fornicatiæ mulieris reprehenſioni ſubmittit, eamque patienter auſcultat, ſeque ſtillâ aquæ indigere demonſtrat, ut animam talem ſalvare poſſet. *Lyran.*

5. Hugo Cardinalis hoc loco quærit, cur Salvator noſter petitionem hanc, quæ legi adverſabatur, apud mulierem hanc fecerit? Et reſpondet: *Petebat, non quia vellet bibere, ſed quia hac occaſione volebat in verba inſtructionis intrare; vel propter myſterium, ut ſignificaret quòd ſitit ſalutem & fidem Eccleſiæ, vel animæ illius: tamen ſi bibiſſet, contra legem non feciſſet Dominus legis.* Præterquam quòd idem præcepta legalia in caſu neceſſitatis nequaquam obligare oſtendat, ſiquidem in ſimili caſu David ex panibus propoſitionis ſeſe reficere non dubitavit. *Hugo Card.*

6. Veriſimile eſt, quòd mulieri huic in conti-

continuis carnis voluptatibus vivere aſſuetæ Chriſtus, mox ut ab ea viſus fuit, ſpina in oculis ejus à principio fuerit, ſiquidem ſola juſtorum ſanctorumque hominum præſentia à malis protinus apprehenditur velut tacita quadam vitiorum ſuorum cenſura; ac proinde quid mirum ſi ipſa hauſtum aquæ illi petenti abnuat, & quidem aquæ illius, de qua ipſamet, Jacob Patriarcham ipſis quoque jumentis ex ea potum dediſſe aſſerebat? Quotidianâ experientiâ teſte videmus, quòd homines mundani ad ſatisfaciendum propriis appetitibus valde liberales exiſtant, arctos verò & tenaces ſe erga Deum exhibeant; ad hoc ut hanc vel illam voluptatem aſſequi poſſint, ut in ludis facultates ſuas diſcrimini exponant, ut hac vel illâ dignitate potiantur, non deſunt pecuniæ; & tametſi deeſſent, facilè tamen ad illas inveniendas reperiunt medium; at verò cùm diſtribuenda aut eroganda eſt in pauperes quantum modica eleemoſyna, pauperes ſe eſſe declarant; cùm facienda eſt oratio, capitis debilitatem prætendunt; aut ſanitatem ſe læſuros eſſe cauſantur, cùm jejunandum eſt: & tamen ad crapulas, ebrietates, laſcivias frequentandas vires illis ſufficientes habent. Si Chriſtus bibere poſtulet, ſi vel acetum requirat, ſi fortè vinum illi largiantur, illud tamen myrrhâ amariſſimâ permixtum & conditum porrigunt.

Hugo Card. 7. Hugo Cardinalis in ſenſu morali ita ſcribit: *Ita quandoque dicit peccator ſi converterem me ad Deum, quomodo acceptaret ipſe ſervitium meum, qui tam magnus peccator ſum? Non enim conſuntur Judæi cum Samaritanis, quaſi dicat: Quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ conventio Chriſti cum Belial? Reſpondit Jeſus, & dicit: Si ſcires donum Dei, id eſt, benignitatem Spiritûs ſancti, dicit Dominus in corde peccatoris; Et quis eſt qui dicit tibi: da mihi bibere, id eſt. quàm benignus eſt, qui à te tuam fidem, & tuam ſalutem dignatur ſitienter petere; ſi ſcires quàm paratus eſt ad dandum, & quàm fervens & importunus eſt ad rogandum de his, quæ ſunt ad profectum tuum, tu forſitan petiſſes ab eo, id eſt, fiduciam petendi concepiſſes: quis enim deſperet, ubi offert ſe gratia, imò ubi cognovit ſuâ petitione importunam? De prima dicitur* Prov. 1. 24.

Extendi manum meam, ad dandum ſcilicet; tanquam filiis ſe offert nobis Deus; de ſecundo, quomodo ſcilicet rogat, dicitur Matthæi 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Mat. 11. 28.

Verſus 10.

Reſpondit Jeſus, & dixit ei: Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam.

1. *Gratiam & miſericordiam Dei*, inquit Dionyſius Curthuſianus, *quæ tibi nunc offertur per hoc, quòd filius Dei petit potum à te, nempe qui Chriſto aliquid dat, potiùs recipit beneficium, quam impendat: quemadmodum magnum eſſet pauperi, ſi Rex peteret quicquam parvum ab eo.* Dion. Cart.

2. Notanda eſt dictio illa: *Si ſcires*; ſiquidem *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritûs*, multò minùs autem vitio carnali immerſa luminis divini & notitiæ Dei capax eſſe poteſt.

3. Cajetanus per hoc donum Meſſiam intelligit: *Ubi non explicando rem dono datam, inſinuare videtur donum mundo datum, de quo ſuperius dictum eſt; ſic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Cajet. Ioa. 3. 16.

4. Lucas Burgenſis optimè conſiderat, quòd ſapientiſſimus Magiſter noſter petitioni factæ de potu porrigendo minimè inſiſtat, ſed differentem omnino diſcurſum cum illa ineat, efficiendo ut ipſa eodem tempore clarè cognoſcat ſibi nullum eſſe aquæ defectum, hanc autem aquam ad bibendum ideo ab illa depoſcat: *Ut occaſionem haberet cum illa colloquendi, & agendi de rebus ad ſalutem illius pertinentibus.* Idem quoque Author obſervat, quòd Chriſtus ad oppoſitionem ſibi à muliere factam, ſcilicet *Quomodo tu Judæus cùm ſis*, &c. minimè reſponderit, ejuſque hanc rationem reddit: *Non enim probabat in hoc Judæorum inſtitutum, quos non tam religionis ſtudium, quàm ſupercilium, & propriæ gloriæ aura ducebat; feſtinat ad exponendum cœleſtem theſaurum.* Lucas Burg.

Et quis eſt, qui dicit tibi : Da mihi bibere?

Alb.M. 1.Cor. 1.v.5. 5. Albertus Magnus ait: *Ille enim eſt dives in omnes, qui invocant illum.* 1. Corinth. 1. *In omnibus divites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia.*

Dion. Cart. Dionyſius Carthuſianus ait: Id eſt, ſi me agnoſceres, ſi me eſſe Deum & hominem ſcires.

Hugo Card. 7. Hugo Cardinalis ad pauperes alludens ait: *Quia non pauper petit, ſed Chriſtus in paupere, & Chriſto datur, non pauperi, tu forſitan petiſſes,* &c. *Id eſt, tu petiſſes quòd pauper recuperet à te eleemoſynam, & ſic daret tibi eam, quia tuus eſſet fructus, licèt pauperis eſſet uſus.*

Tu forſitan.

S.Bonav. S.Ant. de Pad. 8. Rationem, cur Chriſtus hac dictione *forſitan* utatur, reddit S. Bonaventura, nimirum *Ob libertatem liberi arbitrii, quod poteſt petere & non petere.* S. Antonius de Padua idipſum his verbis ſcribit: *Propter liberam arbitrium, quod cogi non poteſt à Deo de potentia ordinaria.* Idem quoque aliud quoddam motivum adjungit, nimirum *Propter fœditatem peccati, quia forſitan non auderes apparere coram eo, quia omnia ſecreta tua novit. Nota, ex parte peccatoris eſt forſitan, non ex parte Dei, qui ſemper eſt paratus.* Quotidie pro dolor videtur, quòd magna pars Chriſtianorum cum omni eo lumine, quod à Deo habent, & cum omnibus Chriſtianè vivendi & operandi commoditatibus, cœleſtibus tamen inſpirationibus minimè correſpondeant aut cooperentur, imo quod ii, qui carnales ſunt, qualis hæc mulier erat, omnibus auxiliis, quæ Deus illis ſpecialiter offert, *Gen.6.3.* protervè opponant: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt.*

Petiſſes ab eo.

S.Thom. in Ioan. 9. S. Thomas duo motiva conſiderat, quæ nos ad divinam gratiam poſtulandam impellunt: *Scilicet ex cogitatione deſiderandi boni, & ex cognitione datoris, & ideo duo cognoſcenda proponit. Primò, ipſum donum: Si ſcires donum Dei, quod eſt omne bonum deſiderabile, quod eſt à Spiritu ſancto. Secundò, proponit ipſum datorem; unde dicit: Et quis eſt qui dicit tibi: Da mihi bibere,* &c.

Et dediſſet tibi aquam vivam.

10. *Per talem aquam*, inquit S. Bernardinus, *gratia gratum faciens ſignificatur, quod nunquam ſine Spiritu ſancto eſt, imò ſine tota Trinitate eſſe non poteſt.* *S.Bernardin. t.2 ſer. 31.a.2. c.2.*

11. S. Auguſtinus ait: *Hinc oſtendit non ſe talem aquam petiſſe, qualem ipſa intellexerat, ſed quia ipſe ſitiebat fidem ejus, eique ſitienti Spiritum ſanctum dare cupiebat, hanc enim rectè intelligimus aquam vivam.* S Thomas ait: *Viva aqua eſt, quæ ſuo principio concontinuatur & effluit, ſecundùm hoc gratia Spiritûs ſancti datur homini, quod tamen ipſe fons gratiæ datur, ſcilicet Spiritus ſanctus, imo per ipſum datur gratia.* S Antonius de Padua rationem reddit cur gratia ſua aquæ ſymbolo hic exprimatur: *Propterea quod purificat, & multum refrigerii præbet ſuſcipientibus; dicit vivam, hoc eſt ſcaturientem, & quæ moveatur; nam gratia Spiritûs ſemper agilem ad bonum facit animam.* *S.Aug. lib.83. q 64. S.Thom. in Ioan. S.Ant. de Pad.*

12. Janſenius ait: *Aqua dicitur, quòd purget animam à ſordibus peccatorum, quòd refrigeret æſtum noxiarum cupiditatũ ac mentem fœcundet, ſed ad propoſitum maximè, quòd ſitim carnalium rerum tollat.* Idem quoque, qua ratione viva appelletur, declarat dicens: *In modum aquæ ſemper profluentis nunquam quieſcit, ſed aſſiduè procedit, ad ulteriorem virtutum progreſſum provocans, vivificat mentem hominis, & ad æternam vitam perducit.* *Janſ. c.23.*

13. *Jeſus vili mulierculæ*, inquit Lucas Burgenſis, *hauſtum aquæ è puteo neganti aquam vitæ pollicetur, ita videlicet propter vos egenus factus eſt cùm eſſet dives, ut illius inopiâ nos divites eſſemus*; quibus verbis veritatem oſtendit illius quod dixit Matth. 10.v.42. *Quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* *Lucas Burg. 2.Cor.8. v.9.* *Matt. 10.42.*

14. Aqua viva, quæ civitatem Dei, id eſt, Eccleſiam percurrit, & ad finem uſque ſæculorum percurret, quæ ex aperto ejus latere egreſſa *S.Aug. tr.120. in Ioan.*

egreſſa fuit, de qua S. Auguſtinus ait: *Unde Sacramenta Eccleſiæ manaverunt, ſine quibus ad vitam, quæ vera eſt vita, non intratur.*

S. Aug. tract. 120. in Ioan.

15. Advertendum quoque eſt, quòd dum Chriſtus juxta puteum una cum Samaritana conſiſteret, illaque hydriam ad aquam hauriendam penes ſe haberet, Chriſtus diſcurſum ſuum cum illa de aqua inſtituerit, ſe quoque bibendi cupidum demonſtrarit, atque ſub aquæ ſymbolo de divina gratia tractare cœperit, idque ut tantò magis ſe ejus adaptaret capacitati, ſic quoque ſtellâ mediante Magos, qui Aſtrologi erant, vocavit; Apoſtolis piſcantibus dixit: *Faciam vos fieri piſcatores hominum*; cum Nicodemo verò & Nathanële, qui docti & eruditi erant, cum illo de ſerpente æneo, cum hoc verò de Scripturæ textibus locutus fuit, quia utrumque talis diſcurſûs capacem eſſe ſcivit: nimirum *Omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret.*

Matt. 4. v. 19.

Philip. 3 v. 8.

Verſus 11.

Dicit ei mulier: Domine, neque in quo hauries habes, & puteus altus eſt; unde ergo habes aquam vivam?

1. Nondum hæc mulier verborum Chriſti myſterium aſſecuta fuerat, ideoque eum ad capiendam aquam vaſe carere videns, minimè, qua ratione illi oblatam ſibi aquam vivam dare poſſet, intelligebat. Hugo Cardinalis quoad ſenſum ſpiritualem hæc verba explicans dicit: *Hauritorium eſt cooperatio gratiæ, quia etſi Dominus gratiam paratus ſit dare, ſi habetur 1. Petri 1. Sperate in ea, quæ vobis offertur gratiam, tamen cor ad ſuſcipiendum & hauriendum eam oportet habere.*

Hugo Card.

1. Pet. 1. v. 13.

Puteus altus eſt.

2. S. Bonaventura per hujus putei altitudinem Sacramentum Baptiſmi figuratum eſſe exiſtimat: *Eſt puteus aquæ baptiſmalis, regenerationis & lavantis lavacro aquæ.*

S. Bonav.

3. S. Bernardinus per profundam hanc aquam vitia intelligit, in quæ mulier illa ſe præcipitem egerat: *Puteus profunditas concupiſcentiæ, luxuriæ, ſuperbiæ, avaritiæ, gulæ, iræ, & acediæ: & exivit fumus de puteo abyſſi, Apocal. 9. ſcilicet ſuperbiæ, luxuriæ, avaritiæ.*

S. Bernardin. to. 4. ſer. 4.

Apoc. 9. v. 2.

4. Sanctus Thomas per puteum profundam ſacram Scripturam intelligi dicit: *Per altitudinem ſeu profunditatem putei intelligitur ſacræ Scripturæ profunditas, & ſapientiæ divinæ: hauritorium autem, quo aqua ſapientiæ ſalutaris hauritur, eſt oratio. Jacobi 1. Si quis indiget ſapientiâ, poſtulet à Deo.*

S. Thom. in Joan.

Iac. 1. 5.

5. Beda per putei hujus altitudinem, ejuſque profunditatem labores hominum, quos in haſce res temporales & terrenas adhibent, intelligit: *Ergo nunc puteus mundi hujus terrenum laborem & errorem tenebroſâ profunditate ſignificat.*

Beda in Ioan.

6. Cùm igitur divina gratia in aquæ profunditate figuretur, homines mundani communiter ſe illam aſſequi poſſe deſperant: *Puteus altus eſt, unde ergo*, &c. At verò graviter in eo errant; quàm enim abundanter Deus animabus illis, quæ ſe veraciter Deo dedicant, gratias & conſolationes cœleſtes infundat, nemo credit, niſi qui id per experientiam probavit; neque enim via Dei adeo inacceſſibilis & ſpinoſa eſt, ſicut illam eſſe mundani ſibi imaginantur.

Unde ergo habes aquam vivam?

7. *Non negat eum habere*, inquit Albertus Magnus, *ſed præſentibus intenta quærit, unde ſit ſibi facultas habendi aquam vivam promiſſam; Domini autem intentio eſt loqui de ſpiritu & gratia ejus, cujus hauritorium eſt ſpiritus, aqua autem viva eſt gratia purificans.*

Alb. M.

Verſus 12.

Nunquid tu major es Patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?

1. Lyrannus Samaritanam dicere voluiſſe inquit: *Non potes mihi dare, niſi tu faceres miraculosè, quod non videtur, quia major tunc eſſes Patriarchâ noſtro Iacob, quod non videtur.*

Lyran.

Versus 13.

Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.

Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum.

Iansen. 1. Jansenius ait: *Quare sponsione instruimur, in disputationibus de veritate omnia missa facere, præsertim quibus nos impetimur, tantùm omnem quærere occasionem docendi proximum, quemadmodum hic his Dominum feciſſe vidimus.*

S. Augu. tract. 15. in Ioan. 2. *Quod quidem verum est de aqua sensibili,* inquit S. Augustinus, *& de ea, quam significat illa aqua; etenim aqua in puteo voluptas est: cùm pervenerit quisque ad voluptatem hujus sæculi: nunquid non iterum sitiet?*

Hugo C. 3. Hugo Cardinalis dicit: *Ita dicit Deus in corde peccatoris, ut dimittat voluptates & divitias, quia quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* Jerem. 2. vers. 6. *Traduxit nos per desertum, per terram sitis.* Ubi Gilbertus Abbas ait: *Terra sitis, cupiditates enim mundanas magis irritat, quàm satiat.* S. Thomas ait: *Quia insatiabilis est delectationis appetitus.*

Jerem. 2. v. 6. Gilbert. Abb. ser. 15. in Cant. S. Thom. in Joan.

4. Idem quoque sanctus Doctor de bonis spiritualibus exponit: *Hæc sitis in mundo isto usquequaque non tollitur, quia bona spiritualia in vita ista percipere non possumus, & ideo qui biberit ex hac aqua, adhuc quidem sitiet ejus perfectionem;* unde in Ecclesiastico dicitur: *Qui bibunt me, adhuc sitient;* pergit verò S. Thomas ulteriùs dicere: *Sed non sitiet in æternum, quasi ipsa aqua deficiat, quia ut dicitur in Psal. 35. Inebriabuntur ab ubertate domûs tuæ.*

Idem ibid. Eccles. 24. v. 29. Ps. 35. 9.

Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.

5. Quodsi de aqua elementari, quam Deus suis etiam hîc in terris providit, sermo sit: *Bibebant de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus.* S. Ambrosius ait: *Petra erat Christus, eò quòd sitientes sequatur, ne sitientibus aqua desit. Quomodo sitient,* inquit Lucas Burgensis, *qui inebriabuntur ab ubertate domûs tuæ? Satiabor,* dicebat David, *cùm apparuerit gloria tua.* In Isaia dicitur: *Non esurient, neque sitient amplius.* Psalmo 35. quoque habetur: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Hugo Cardinalis argutè considerat, quòd Christus non solùm dixerit: *Non sitiet;* sed insuper addiderit, *non sitiet in æternum; modò enim habentes tantùm stillam gratiæ, sitimus; sed in æternum, id est, in futuro, in æterna vita, quando torrente voluptatis suæ potabit eos, non sitiemus; unde Apoc. 7. Non esurient, neque sitient amplius.*

1. Cor. 10. v. 4. S. Ambr. in Ps. 39. Luc. Burg. Ps. 16. v. 15. Isa. 49. v. 10. Ps. 35. 9. Hugo Card. Apoc. 7. v. 16.

6. Toletus ad artificium illud se reflectit, quo incarnata Sapientia cum Samaritana loquens utitur: *Allicit mulierem ad credendam, desiderandam & petendam aquam promissam per hoc, quòd sitim expellat in æternum, ut mulier, quæ quotidiano labore hauriendi aquam putei propter sitim frequentem premebatur, spe à tanto onere se liberandi, facilem se ad credendum & quærendum, quod promittebatur, exhiberet.*

Toletus.

Versus 14.

Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Iansen. 1. Jansenius hanc adducit similitudinem, & dicit, sicut si quis vivum intra se & perenniter scaturientem fontem haberet, is utique nullam passurus esset sitim: *Ita saturum esse oportet bonorum omnium, cui adest Spiritus sanctus;* siquidem huic ab Ecclesia hic titulus attribuitur, quo appellatur *Fons vivus.*

Gloſſa. 2. *Aqua corporalis deorsum fluit,* inquit Glossa, *spiritualis sursum salit, & secum eos, qui eam bibunt, in æternam gloriam subvehit.*

Lyran. Lyranus considerat, quòd quælibet naturaliter tantùm ascendere queat, quantum descendit: *Ideo sicut aqua gratiæ à Deo in nos derivatur, ita per ipsam anima ad Deum elevatur, quia per ipsam homo consors divinæ naturæ efficitur.*

Rup. Ab. *A quocunque bibita fuerit,* inquit Rupertus Abbas, *ad matricem suam æternæ*

lib.4. in Ioan.c. 4. Cajet. Hugo Card. *æternæ divinitatis abyſſum reſiliit.* Cajetanus ait: *Salientis, non deſcendentis, ecce quo aſcendit, in vitam æternam. Gratia enim, quæ d. ſurſum datur,* inquit Hugo Cardinalis, *ſurſum aſcendit, & aſcendere facit, quia per gratiam venit ad gloriam.*

S.Aug. citat. à Lucas Burg. 3. Porrò Spiritus ſanctus etiam ideo fons appellatur, quia in eo, qui eum recipit, novas ſemper gratias ſcaturit, unde S. Auguſtinus ait: *Spiritus ſanctus animo hominis ſemel exceptus, perpetuo in eum diffundit aquam donorum ſuorum, & gratiarum, atque auxiliorum, & divinarum virtutum, utpote fidei, ſpei, charitatis, humilitatis, patientiæ, caſtitatis, &c. ſanctarum denique operationum.*

S.Amb. l. de ſilit divinit. c.6. S.Cyril. Alexan. l.2.c.85. in Ioan. S.Thom. in Ioan. 4. S. Ambroſius dicit: *Dominus fons aquæ vivæ appellatur, quia ex eo ſitientia corda cœleſtis aquæ gratiâ irrigantur.* S. Cyrillus de hoc fonte ſcribens dicit: *Qui biberit,* inquit Chriſtus, *ex aqua, quam ego præbeo, non modo nunquam ſitiet, ſed illum in ſeipſo fontem continebit.*

5. S. Thomas per hanc aquam Spiritum ſanctum denotari notat: *Quæ quandoque aqua non ſecundùm ſubſtantiæ proprietatem, ſed ſecundùm ſimilitudinem actionis; Ignis, quia elevat cor per fervorem; aqua, per purgationem.*

Verſus 15.

Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neque veniam huc haurire.

Hugo Card. S.Aug. 1. Mulier iſta quotidie hunc fontem frequentare cogebatur, quia in domo ſua aquæ penuriâ laborabat. Unde Hugo Cardinalis ait: *Quia ſicut dicit Auguſtinus, ad laborem eundi propter aquam quotidie indigentia aquæ cogebat, quia indigentia illa per aquam reficiebatur, non extinguebatur, & ideo petit talem aquam.*

2. Valde etiam conſiderabilis eſt honorificus ille titulus, quem mulier hæc Salvatori attribuit, dum ait: *Domine;* anteà illi tanquam homini abjecto & vili, veluti improperans dixerat: *Quomodo tu Iudæus cùm ſis;* &c. nunc verò, quia aliquod ab eo beneficium conſecuturam ſe eſſe ſperat, Dominum illum vocat; ſolemne namque nobis eſt honore afficere illos, quorum operâ & ope indigemus, juxta ambitionis qua afficimur, proprietatem. Unde S. Thomas ait: *S.Thom.* *Statim cum audit eum fore ſibi utilem, & aquam dare poſſe, Dominum eum vocat.* Dionyſius Carthuſianus verò ait: *Dion. Cart.* *Vidit enim in vultu & habitu Chriſti, quod eſſet valde veneranda perſona, omni maturitate & probitate morum effulgens, ideo nominat eum Dominum.* Ideo veriſimile fit ex modo ipſius loquendi, quòd eum pluſquam hominem eſſe ſtatim arbitrata fuerit: *Verba vitæ æternæ habes, nondum tamen putavit eum eſſe Prophetam, vel Chriſtum, aut Deum.*

Da mihi.

3. Non petiit à Salvatore aquæ oblatæ pretium, quia Deus per os Iſaiæ dicit: *Iſa.55.1.* *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, edite & comedite, venite & emite abſque argento, & abſque ulla commutatione.* Divina enim gratia abſque ullo præcedenti merito homini confertur; unde in Apocalypſi Deus dicit: *Apoc.21. 6.* *Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.*

Lyran. 4. Lyranus hæc verba de Paganiſmo interpretatur, qui *Auditâ prædicatione Apoſtolorum, & aliorum diſcipulorum devotè recepit fidem Chriſti,* S. Auguſtinus ait: *S.Aug. ibid.* *Ille qui bibere quærebat, fidem mulieris ſitiebat;* etenim in hac Samaritana, gentilitatis ſitiebat converſionem ad fidem.

S Bern. t.2 ſer. 31.a.2. c. 3. 5. S. Bernardinus nos ad hanc aquam poſtulandam his verbis invitat: *Sed & tu anima mea, pete à Ieſu tuo hanc aquam vivam Spiritus ſancti, ut non ſitiat voluptatis lutum.*

Alb.M. 6. Albertus Magnus mulierem hanc jam de facto aquæ hujus myſterium & ſacramentum intellexiſſe cenſet: *Scivit hæc mulier & experta fuerat, quòd cupiditas facultatum, concupiſcentia delitiarum, & ambitio honorum nunquam ſatiantur, ſed ſemper cum labore haurire oportet.* S. Thomas de Villa Nova in ſermone de hac Feria, ad noſtram eruditionem hiſce verbis exclamat: *S.Thom. à Villa Nova ſerm. in hac fer.* *O anima miſera & fatua! quid anxiaris? quid fatigaris? quid ſatietatem quæris ubi non eſt? an ignoras quòd aqua iſta maris*

ſalſa

ſalſa & turbida ſitim non ſedat, ſed provocat ; non extinguit, ſed incendit ; non refrigerat , ſed inflammat ? Idem quoque Præſul querelam illam graviter ponderat , quam per Prophetam Evangelicum facit, dum cœlos ad admirationem & ſtuporem, & ad portas ſuas deſolandas & diruendas hiſce verbis invitat : *Duo mala fecit populus meus*, inquit Deus, *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ , & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Circa quæ verba idem ita ſcribit : *Aquam mundiſſimam, limpidiſſimam, clariſſimam, dulciſſimam, ſaluberrimam fontis vitæ gratis oblatam neglexerunt, & cum magno labore foderunt ſibi ciſternas perforatas, ut bibant ex eis aquam turbidam , fœtidam, mortiferam , venenatam. Verè ciſterna diſſipata honor , ciſterna perforata voluptas , divitiæ , & omnis proſperitas mundialis.*

Jerem. 2. v. 13.

S. Thom. de Vil. Nov. Jerem. 2. v. 18.

7. Dionyſius Carthuſianus mulierem hanc duplicem ſibi finem in hac aquæ illius petitione propoſitum habuiſſe exiſtimat, videlicet primò, *Ut à pœna ſitis libera eſſet ;* ſecundò, *ut à labore hauriendi eriperetur : ſic & nos ſpiritualem hanc aquam à Chriſto cordialiter jugiterque petamus , ut non ſitiamus iſta terrena, quæ appetitum nequeunt ſatiare ; ſed quò eorum amori & occupationi homo magis involvitur, eò à divinorum contemplatione, dilectione, & verâ quiete ac libertate amplius impeditur, ac elongatur ; neque veniamus hac haurire, id eſt, in exterioribus atque carnalibus conſolationes viles requirere , ſed in Domino ſit tota dilectio noſtra.*

Dion. Cart.

Verſus 16.

Dicit ei Jeſus : Voca virum tuum, & veni huc.

1. Quænam eſſe poterat neceſſitas, quòd ad dandam ei hanc aquam , ſuum ſecum, ad illum locum, maritum adduceret? Lyranus ait : *Non dixit Jeſus hoc, ut illa eum adduceret , ſed ut ex reſponſione convenientiùs ipſam argueret , ſecretum revelando.* Sed dicet fortaſſe aliquis, cur eam maritum ſuum advocare jubebat, quam non cum marito, ſed cum ſcortatore vivere ſciebat ? Dionyſius Carthuſianus dicit : *Virum tuum, id eſt , eum, qui putatur maritus tuus , quamvis ſis adultera, ſed nunquam intentio Chriſti fuit, ut virũ illũ adduceret ; quid enim ille feciſſet adductus?* Lyranus ait, Chriſtum hac via ei indicare voluiſſe, ſe aliorum penetrare occulta & ſecreta , ut hac ratione ſe Deum eſſe cognoſcere poſſet: *Ideo per hoc , quòd Chriſtus hoc ſecretum illi dixit , oſtendit ſe ſcire peccata occulta.* Cajetanus verò obſervat, Salvatorem hoc ex honeſtatis motivo feciſſe : *Moralis enim honeſtas hoc habet , ut mulieri nuptæ non donetur , niſi conſcio viro.*

Dion. Cart.

Lyran.

Cajet.

2. Lucas Burgenſis aliam adducit rationem , ſcilicet id Chriſtum dixiſſe, ut eam faceret confiteri adulterium ſuum : *Loquitur tanquam habenti , ut commodâ occaſione admoneat eam vitæ corruptioris , & à ſcortatione ad pœnitentiam revocet , ſine quâ aqua illa divina percipi nequit.* Potuiſſet quidem ei manifeſtè dicere, quòd niſi priùs peccatorum ſuorum ageret pœnitentiam , aquæ illius , quam poſtulabat, recipiendæ minimè capax futura eſſet ; *ſed maluit artificio uti, quo ſic nimiæ illius verecundiæ conſuleret , ut tamen neceſſariam peccati confeſſionem eliceret.* Idipſum verò diu antè Rupertus Abbas quoque his verbis docuerat : *Uſa eſt arte ſuâ noſtræ ſalutis opifex Dei ſapientia , quatenus nec illam moleſta verecundia pulſaret.*

Lucas Burg.

Rup. Ab. lib. 4 in c. 4. Joa.

3. Sanctus Auguſtinus per hunc maritum intellectualem ipſius applicationem intelligit , ad intelligendum myſterium, quod ei imprimere ſatagebat : *Id eſt, adhibe intellectum , per quem docearis à quo rogaris.* Hugo Cardinalis ait : *Intellectum tuum , ô mulier, ad te revoca , & mihi præſenta, ut intelligas , quod dico , ſpiritualiter, non ſentias, carnaliter , & veni huc, id eſt , adeſto præſens & propè per ſpiritualem cognitionem.*

S. Aug. tract. 14 in Ioan.

Hugo Card.

4. Porrò Chriſtus ſapientiſſimus quidam & prudentiſſimus Protomedicus erat, ut ait Toletus, qui Samaritanam perfectè ſanare intendebat , ac proinde ad infirmitatis illius cauſam & radicem fornicationem videlicet curandam accingere ſe voluit : *Capere divina & ſpiritualia mulier non poterat , quia*

Toletus.

quia gravi carnis peccato oppreſſa & cæcata tenebatur, ut igitur illuminetur, ad cauſam morbi medius ſe convertit, & ut peccatum ſuum agnoſcat & confiteatur, ipſam mulierem illuminandam inducit.

Verſus 17.

Reſpondit mulier, & dixit: Non habeo virum; dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo virum.

Janſ. conc. cap. 23. 1. Janſenius ait: *Mulier non intelligens, quo fine id Chriſtus dixiſſet, & exiſtimans ſe apud hominem tantùm loqui, muliebri pudore diſſimulans ſuam turpitudinem, reſpondit, ſe non habere virum, matrimonium quidem inficians, ſed diſſimulans ſtuprum.*

S. Thom. in Ioan. 2. Sciendum eſt proinde, quòd, ut S. Thomas notat, ipſam dum adulterium ſuum celare vellet, ſibique Salvatorem ſolùm hominem eſſe perſuaderet: *Licèt verum reſponderit Chriſto, tamen fictè & occultè dedecus ſuum tacebat.*

Rup. Ab. lib. 4 c. 4 in Ioan. 3. Rupertus Abbas hinc Chriſti bonitatem ſuſcipiendi & admirandi occaſionem captat: *Sufficit iſta confeſſionis inchoatio vocanti miſericordiæ, non expectavit aut exegit ut totum diceret, ſed clementiæ manum porrigens pepercit pudori, ſubvenit conſcientiæ fluctuanti; nam ſequitur: Benè dixiſti, quia non habeo virum.* Hugo Cardinalis ipſam hiſce verbis culpam ſuam agnoviſſe exiſtimat: *Multùm enim placet Deo, cùm homo recognoſcit peccatum ſuum* Prov. 28. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.*

Prov. 28. v. 13.

4. Toletus ait: *Magna prudentia & ſuavitas Chriſti hæc eſt, non arguit; non invehitur contra eam, non adulteram vocat, ſed modeſtiſſimè ejus peccatum manifeſtat; ut Confeſſariis exemplum daret, quo moneatur, ut pœnitentiam pudori & confuſioni quantum poſſunt, conſulant, & parcant, eoſque dum contriti ſunt, & benè diſpoſiti, aſperè non reprehendant, ſed ſumma cum benignitate illos excipiant.*

5. Porrò Chriſto alii modi, qui Samaritanæ ſe cordis alieni arcana & occulta penetrare, ſeque plusquàm hominem eſſe oſtenderet, minimè deerant, nihilominus illi, qualis vita ejus fuiſſet, aperire, & ſecreta illius carnis peccata ei detegere voluit: *Mulieris vitam, qualis fuiſſet, & eſſet*, inquit Janſenius, *detexit potius, quàm quodvis aliud occultum, non ſolùm quòd commoda occaſio ſe obtuliſſet, ſed etiam ne videretur ob id colloquium hujus mulieris non ſpreviſſe, quam impudicam ignoraret, utque vitæ ejus impudicæ revelatio, fieret ei occaſio vitæ mundioris, & deteſtatio vitæ præteritæ.* *Janſen.*

Verſus 18.

Quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir, hoc verè dixiſti.

1. Cajetanus notat, quòd poſtquam mulier hæc ſe virum non habere reſpondiſſet, Chriſtus protinus omnia ei revelârit, quæ à primis ætatis ſuæ annis perpetrarat: *Aperit Jeſus geſta mulieris à principio adoleſcentiæ ejus, incipiens illi monſtrare quis eſt ipſe Ieſus per hoc quòd ſcit abſentia, & ea, quæ humanâ notitiâ erant ei ignota.* S. Thomas ait: *Ut mulierem ad ſpiritualem intelligentiam reducat, & credat in Chriſto aliquid divinum eſſe.* *Cajet.* *S. Thom. in Ioan.*

2. S. Bernardinus acutè notat, quòd hoc, quod eſt ipſam cum quinque viris continuum habuiſſe commercium, maximæ illius incontinentiæ evidens ſignum fuerit, quam proinde poſt tot & tam diu continuata carnis peccata decebat quidem eſſe continentem, quia *debuerat eſſe ſatiata concupiſcentia ſua*; veruntamen Chriſtus nos ejus exemplo peſſimam hujus vitii conditionem cognoſcere voluit, utpote quod ejus eſt naturæ, quod *explurium delectabilium objectorum & actuum ſubminiſtratione non extinguitur, nec minuitur, quin potius accenditur*; & ideo benè ſe ſitibundam eſſe oſtendit; ſiquidem aquam perennem poſtulavit, jamque ad aquam hauriendam in procinctu erat; ac proinde meritò Poëta ille cecinit. *Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.* *S. Bernardin. Sen. t. 2. ſer. 31. c. 2. f.*

S.Thom. Villa Nova ſer. in hac fer.

3. Sanctus Thomas de Villa Nova hac occaſione diſcurſum ſuum meritò ad mundanos hiſce verbis dirigit: *Unde eis hæc tam rabida & inexplebilis ſitis ? utique quia anima eorum quinque viris, id eſt, quinque ſenſibus corporeis nupſit, atque eis nimium conjuncta & alligata eſt ? inde appetitus inſatiabilis videndi, guſtandi, audiendi, & quantumcunque videat & audiat, tamen non ſatiatur oculus viſu, neque auris impletur auditu, nunquam iſta hydria plena eſt.* Albertus Magnus de concupiſcentia carnali ſpecialiùs loquens, de quinque hiſce maritis hunc in modum diſcurrit: *Primus vir ſecundùm hæc eſt primus ſenſus, qui eſt ſanitas viſûs in jocis & ludicris incontinentiam inducentibus, & peccatis. Secundus vir eſt, auditus turpium verborum. Tertius, olfactus intendentium ad libidinem. Quartus, eſt guſtus. Quintus vir fornicans, eſt tactus.*

Alb.M.

S.Bonav.

4. Sanctus Bonaventura pariter per quinque hoſce viros quinque ſenſus intelligit, progreditur ulteriùs dicendo: *Ex his quinque regitur anima infirma, & in primis annis ; ſed quando venit ad annos diſcretionis, ſi eam acceperit doctrina ſapientiæ, ſuccedit vir legitimus, ſcilicet intellectus, qui melius regit, quia ad æternitatem cogit, & excolit, & inſtruit.*

Rup.Ab. lib.4. in Ioan. c.4.

5. Rupertus Abbas Tuitienſis mulierem hanc ante habitum cum Chriſto colloquium, mundo & quinque ſenſibus ſervîſſe, id eſt, omnibus vitiis deditam conſiderat, ac tandem per idololatriam dæmoni fuiſſe deſponſatam: *Sic Eccleſia quondam cùm gentilis eſſet, quinque ſenſibus corporis luxuriata, in omni concupiſcentia carnis & oculorum, quæ in mundo eſt, tandem ad hoc devoluta fuerat, ut pro viro ſuo legitimo, profactore & amatore animarum Deo, diabolum reciperet, in ligno & lapide fornicans cum illo, qui non erat ſuus vir.*

Verſus 19.

Dicit ei mulier: Domine, video quia Prophetа es tu.

1. Ex hiſce verbis dicti illius Davidici veritas deducitur ; dicit enim Pſalmiſta. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.* Poſtquam enim ignorans hæc, & in via Dei agnoſcenda cæca mulier familiare cum Chriſto colloquium continuaſſet, divinum ejus verbum audiendo, paulatim vero lumine illuſtrata fuit ; ſiquidem quæ paulò antè probrosè ei dixerat: *Quomodo tu Judæus cùm ſis, bibere à me poſcis ?* poſteà eum honorifico nomine Dominum compellârit, dicens: *Domine da mihi hanc aquam ;* nunc verò ampliùs eum honorans, Prophetæ titulum ei attribuit, & tandem eundem tanquam verum in lege promiſſum Meſſiam & mundi Salvatorem eſſe agnovit. *Pſ.118. v.130.*

2. S. Thomas ait: *Prophetam confitetur idoneum ad ſatisfaciendum de dubiis ; hoc eſt proprium Prophetarum, ut incognita & abſconcita annuntient.* *S.Thom. in Ioan.*

3. Theophylactus mulieris illius admiratur virtutem, quia dum ſibi inhoneſtè ab ea tranſactam vitam à Chriſto manifeſtari audit, nequaquam ſe illi iraſci aut indignari oſtendit: *Num illa ægrè ferebat, cùm talia audiret ? vel relicto eo fugiebat ? Non ; ſed magis admirata & confirmata, dicens: Domine, ut video, Propheta es tu.* Tunc jam non amplius de terrenis, hoc eſt, de aqua, vel alia quavis re petenda, ſed de dogmatibus ſpiritualibus, & de Meſſiæ adventu inveſtigando & annuntiando ſollicita fuit: *De dogmatibus divinis ſtatim illum interrogat, non de corporalibus, ita ſapientiæ avidam, & virtuti deditam habebat animam.* Unde & ſanctus Bernardinus ait: *Ex auditis malis ſuis non turbationem, ſed converſionem accepit.* *Theoph.* *S.Bernardin. Sen. ib.*

4. Imò correctionem ſibi propoſitam grato & libenti animo accepit, & ideo illuminari meruit ; ſecùs verò à Phariſæis factum fuit, qui ob turgidum faſtum & ſuperbiam ſuam, defectus ſuos ſibi manifeſtari ſufferre non poterant: *Non ſuccenſet,* inquit Lucas Burgenſis, *non diffitetur peccatum, non excuſat ; magnum ſalutis argumentum eſt, correptionem admittere ; ut contrà, odiſſe correptionem, veſtigium eſt peccatoris, Eccleſiaſt. 21. v. 7. Uno eodemque hoc ſermone mulier & confitetur modeſtè* *Lucas Burg.* *Eccleſ. 21. v. 7.*

ſtè peccatum ſuum, & Jeſu celebrat excellentiam.

Hugo Card. 5. Hugo Cardinalis ex hiſce mulieris verbis ſalutare hoc nobis ſuggerit documentum, ut ſcilicet ſervos Dei religiosè veneremur, nequaquam verò ex invidiæ motivo contemnamus illos: *Inſtruimur, ut cùm ſanctitatem in homine videamus, eam confiteamur, & non ex invidia impugnemus.*

Verſus 20.

Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis quia Hieroſolymis eſt locus, ubi adorare oportet.

S. Thom. in Ioan. 1. Sanctus Thomas nos ad diligentiam hujus mulieris conſiderandam his verbis invitat: *Quia mulieres utpote curioſæ & infructuoſæ, & non ſolùm infructuoſæ, ſed otioſæ,* 1. *Timoth.* 5. *Non de mundanis, non de futuris eum interrogabat, ſed de his quæ Dei ſunt, ſecundùm illud Matth.* 7. *Primùm quærite regnum Dei,* &c. Ex quo enim Chriſtum veluti Prophetam agnoſcebat, bonam negligere noluit occaſionem illum interrogandi circa deciſionem quæſtionis illius, quæ Judæos inter & Samaritanos controvertebatur in materia religionis. Samaritani etenim, inquit præfatus Angelicus Doctor, Deum pariter cum Judæis per eorundem præceptorum obſervantiam adorantes, ne opus eſſet frequentare templum Hieroſolymitanum in monte Syon fabricatum, aliud quoddam in monte Garizim templum fabricârant; ac proinde hoc facto *Quæſtio verſabatur inter eos, quis iſtorum montium eſſet convenientior locus orationi, & ducebant rationes utrimque pro parte; Samaritani dicebant, in monte Garizim, quia antiqui patres adoraverunt ibi Dominum.* Chryſ. hom. 31. in Ioan. Chryſoſtomus optimè ponderat mulieris hujus profectum, quem tempore adeo brevi, quo cum Salvatore locuta fuit, in ſpiritu ſibi comparavit: *Animadvertiſne quàm brevi altiora aggreditur? Nam cui modo de ſedanda ſiti cura erat, jam doctrinæ præcepta perquirit.* Demum verò notabilem nobis negligentiam noſtram exprobrat, qua in ſimilibus occaſionibus Deum & ſalutem æternam reſpicientibus, deſides & ſocordes eſſe ſolemus: *Pudeat nos, & erubeſcamus, quinque virorum mulier, & Samaritana, tantam in diſcendo adhibet diligentiam, ut neque diei tempore, neque aliis occupationibus à Dei doctrina abduceretur; nos verò non modò nihil ad divinarum rerum eruditionem inquirimus, ſed negligimus.* Enimverò meridies erat, quo tempore Solis ardores moleſtiores eſſe ſolent, ideoque veriſimile eſt, magnâ illâ vexatam fuiſſe ſiti; & tamen, ut Rupertus Abbas obſervat: *Præter ſitim corporis, ob quam veniebat haurire aquam, habebat quandam aliam ſitim, ſcilicet audiendi verbum Dei, quam optimè noverat ipſe adæquator mentium, qui loquebatur ei; nunquid enim ſola peccata ejus noverat, & deſiderium animæ ejus non noverat?* *Rub. Ab. ibid.*

2. Hugo Cardinalis ad hoc ſe reflectit, quòd ſagax & prudens hæc mulier, poſtquam ſemel ei Chriſtum verum Prophetam eſſe perſuaſum fuit: *Non interrogat aliquod mundanum, neque de ſanitate corporis, neque de pecuniis, ſed de dogmatibus ſtatim quærit, & præcipuè de hoc, de quo erat erat dubitatio & contentio inter Judæos & Samaritanos, ſcilicet de loco orationis: in hoc inſtruimur, ut cum ſanctis & ſapientibus viris libenter colloquamur, & conſilium de ſpiritualibus, non de temporalibus requiramus.* *Hugo Card.*

3. Idem quoque Cardinalis per hoc, qui de præcedentia circa cultum loci alicujus vel imaginis ſacræ contendunt, illos qui in operibus devotionis æmuli & competitores ſunt, intelligendos eſſe cenſet: *Significantur quidam æmuli & zelatores in invicem, qui ſanctitatem loci & habitationis ſuæ Ordinis ſui aliis præferuut. Eſt contentio inter æmulatores non ſpirituum, ſed laudum.*

4. Lucas Burgenſis hoc loco quærit, cur mulier hæc in poſtulatione aquæ vivæ ſemel facta non perſtiterit, ſed diſcurſum ſuum mutârit: *Non amplius urſit donum illud aquæ vivæ, vel quòd exiſtimaret non eſſe dandum impudicæ; vel quòd perſuaſa allegoricum & myſticum fuiſſe promiſſum illud, quales ſolent eſſe Prophetarum ſermones.* Et tamen *Lucas Burg.*

valdè conſiderabile, quòd mulier hæc in carnis laſcivia ad gulam uſque profundiſſimè immerſa, de nulla alia re cognoſcenda ſollicita fuerit, quàm ut de loco, in quo orationem ſuam factura erat, interrogaret; ad quod tamen reſponderi poteſt, id mirum non eſſe, quia hujuſmodi peccatrices & infames mulieres ut plurimùm loca ſacra celebriora, magiſque frequentata inviſere ſolent, non tam ut adorent, quàm ut adorentur; vel etiam quia uti experientia in multis docet, tales mulieres ut plurimùm, licèt in mala vita ſua continuanda perſeverent, idque ideo, quia in certis quibuſdam orationibus & devotionibus externis confiſæ, ſub harum ficto pallio carnis voluptatibus omnem prorſus licentiam permittunt: *Reſolutionem hujus controverſiæ petit*, inquit Toletus. *Toletus, ſive quia deſiderio ſciendi hoc tenebatur; ſive quia ſcrupulo aliquo angebatur, ne forſitan ubi non deberet, Deo ſacrificium offerret; ſive forſitan, ut colloquium de ſua incontinentia inceptum interrumperet; ſæpè enim accidit, quando aliquid non admodum libenter audimus, aliquam ſolemus excitare diverſam quæſtionem, de qua dum fit ſermo, quod erat auditui minus gratum, relinquatur.*

5. Tametſi Chriſtum huic mulieri poſtulatam aquam vivam dediſſe non conſtet, tamen neque è contrà hanc ei negatam fuiſſe refert Evangelium; & ideo ex repentina mutatione, quæ in eo facta fuit, credere poſſumus, Chriſtum gratiosè ita diſpoſuiſſe, ut aqua hæc ſalutaris divinæ gratiæ in ea abundè ſcaturiret; ſiquidem verè dicere poterat: *Vivo ego jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.* Unde Simon de Caſſia ait: *Omnibus poſteris honeſtam converſandi & loquendi tradit formam cum viro religioſo de religione, cum ſancto de ſanctitate, cum honeſto de honeſtate, cum ſapiente de diſciplina, &c.*

Ad Gal. 2. v. 20. Sim. de Caſſia l. 11. c. 2.

Verſus 21.

Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis Patrem.

Credi mihi.

1. Evangelicæ doctrinæ myſteria aperturus, inquit Janſenius, priùs fidem exigit, quòd ſine ea nemo ſit idoneus auditor, nec ſine ea mulier hæc intelligere potuerit. Sanctus Thomas pariter notat, quòd non ſine cauſa dixerit: *Fidem adhibe, quia accedentem ad Deum oportet credere.* *Janſ. conc. cap. 23. S. Thom. in Ioan.*

3. Porrò per hanc horam tempus legis novæ intelligitur: *Intellige tempus legis novæ*, inquit Lucas Burgenſis, *ſeu Evangelicæ.* Albertus Magnus illum Apoſtoli ad Roman. 13. textum adducit, ubi Apoſtolus ait: *Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere, nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus.* Chryſoſtomus Chriſtum huic mulieri ſpecialiſſimam quandam contuliſſe prærogativam dicit: *Maximam huic revelavit doctrinam, & quam neque Nicodemo, neque Nathanaëli.* *Lucas Burg. Alb. M. Rom. 13. v. 11. Chryſ. hom. 32. in Ioan.*

3. Verùm petere nonnemo poſſet, cur, ex quo de hac ſolùm controverſa quæſtio eſſet, Chriſtus ad hanc directè non reſponderit, ſed diſcurſum ſuum aliò converterit? Chryſoſtomus igitur Chriſtum id ſumma cum prudentia feciſſe oſtendit; dicit enim: *Nihil aliud illi propoſitum, niſi ut mulierem venaretur, & ad ſalutis viam traduceret, propterea nihil aſperiùs prolocutus eſt; nam ſi dixiſſet Jeroſolymis locum eſſe, ubi adorare oporteret, ipſam exaſperaſſet.* Toletus verò Chriſtum cohærenter ad quæſtionem reſpondiſſe probare nititur; ſiquidem expreſsè ei hanc controverſiam paulò pòſt & indilatè ceſſaturam eſſe declaravit & prædixit; ſiquidem in procinctu ſit, ut neque ibi, neque Hieroſolymis ad orationem faciendam convenire neceſſe ſit: *Sed ne putaret cultum & adorationem omnino ceſſaturam, inquit: Adorabitis Patrem, ut cùm dicit Cyrillus lib. 2. cap. 91. Dum Patrem vocat, ad Filium erigit conſiderationem.* *Idem ho. de Samaritana. Toletus*

nem. Quodſi enim orationis faciendæ cauſâ ad templum Jeroſolymitanum frequentandum omnino eſſe reſpondiſſet, illam utique offenſurus fuiſſet, & à reſipiſcentia reddidiſſet alienam: ſi verò hoc ſi e montem Garizim conſcendendum & viſitandum eſſe dixiſſet, utique contra veritatem locutus fuiſſet; neque inſuper ſuum aſſecuturus fuiſſet intentum, quo ſe verum in lege promiſſum Meſſiam eſſe manifeſtare volebat; ideoque prægnantem ob cauſam, hanc adorationem tam inter Samaritanos, quàm inter Judæos per adventum ſuum terminandam, & finem ſuum habiturum eſſe reſpondit.

S.Bona. 4. S. Bonaventura in ſenſu morali, ita ſcribit: *Si quæris altum locum, intus exhibe templum Deo; in templo vis orare? in te ora; ſed prius eſto templum, quia ille in templo ſuo exaudiet orantem.*

Verſus 22.

Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Judæis eſt.

Vos adoratis quod neſcitis.

1. Nimirum errorem ipſorum hiſce verbis detegere voluit, ſiquidem Deum corporeum eſſe, eumque veluti particulari cuidam loco alligatum, vel in monte illo, vel Hieroſolymis ſubſiſtere & reſidere credebant: *Exiſtimabant Deum eſſe corporeum; unde credebant in uno loco corporeo tantùm determinatè adorari oportere;* ideoque ab hoc errore illam liberare volens, paulò pòſt divit: Spiritus eſt Deus. Præterea errabant credendo Deum aliis creaturis parem eſſe vel ſimilem, quem proinde ſimul cum idolis ſuis adorabant: *Ideo neſciebant eum, quia non attingebant ad veram cognitionem ejus.*

S.Thom. in Joan.

S.Bernardin. ſer. 31. a.3.c.4.

2. S. Bernardinus in ſenſu morali dicit: *Per hoc myſticè innuitur, quod anima carnalis per Samaritanam deſignata adorat quod neſcit; quia ſummam felicitatem in rebus caducis & tranſitoriis quærit & colit.*

3. Deploranda profectò erat ingens illa Gentilium cæcitas & ignorantia, qui lapides, marmora, metalla, ligna adorabant, de quibus ſcribitur: *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum ejus; os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt, aures habent & non audient.*

Pſ.113.4

Nos adoramus quod ſcimus.

4. Dionyſius Carthuſianus ait: *Id eſt, Deum, quem verè cognoſcimus: Notus enim in Judæa Deus; cæteris enim nationibus ad diverſos errores ruentibus, remanſit in populo Iſrael vera cognitio Dei.* Lyranus adjungit, populum hunc ideo veram ſcientiam & agnitionem Dei habuiſſe, quia illum à Prophetis acceperat, & legem à Deo datam habebat, præterquam quòd pluribus à Deo beneficiis fuerat cumulatus, utpote qui per tot ſæcula ſpeciali divinæ protectionis ſuæ aſſiſtentiâ fruiturus fuerat.

Dion. Cart. *Lyran.*

5. Porro ratio, cur etiam ipſe Chriſtus Judæis adnumeratus fuerit, hæc eſt, quia *Et Judæus erat ſecundùm gentem.* Ita S. Thomas. Chryſoſtomus verò dicit: *Neque tibi admirationi ſit Ieſum ſe Iudæis annumerare, nam ſecundùm mulieris loquitur opinionem, tanquam judæus Propheta.* Dici quoque poſſet: *Quia Chriſtus erat naſciturus ex eis,* inquit Lyranus, *ideo ſubditur: Salus ex Iudæis eſt, id eſt, Salvator ex eis exſpectatur.*

S.Thom. in Ioan. *S.Chryſoſt. ho. 32. in Ioan.*

Salus ex Judæis eſt.

6. Janſenius ait: *Non ſolùm quod prædicatio Evangelii ab eis dimanavit ad omnes gentes: De Syon exibit lex, & verbum Domini de Jeruſalem; ſed etiam quòd ante Evangelium in nulla alia gente prædicata doctrina Dei purè viguit, ſed omnis vera Dei cognitio ab illis ortum habuit.*

Janſen.

7. Dionyſius Carthuſianus verba hæc de Chriſti ex hoc populo facta incarnatione & nativitate explicat; vel etiam quia ſalus mundi à Judaiſmo dependebat: *Puta à Chriſti paſſione, & Apoſtolorum prædicatione.* Albertus Magnus quoque ad incarnationem alludit dicens: *Quia Salvator eſt prædictus naſci ex Iudæis, & ille eſt lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Chryſoſtomus ait: *O bi terrarum bona inde provenerunt, nam & Dei cognitio, idolorumque contemptus, & cætera dogmata à Iudæis ortum habuêre.*

Dion.C. *Alb.M.*

Verſus 23.

Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate; nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.

Euthy. in Ioan.

1. Euthymius à Luca Burgenſi relatus dicit: Non in corpore, ſed in ſpiritu; hoc eſt, non corporales victimas, ſed ſpirituales; neque enim deinceps amplius futurum erat, ut pecora, arietes, tauri, vel alia ſimilia animalia afferentur, quin potius corda & animas Deus requirebat. Lucas Burgenſis dicit: Hujuſmodi victimæ ſunt cogitationes ſanctæ, contemplationes, gratiarum actiones, laudes, orationes, interiores actus fidei, ſpei, & charitatis, cæterarumque virtutum. Sanctus Cyrillus ab eodem citatus cultum declarat, quem deinceps non tam externum, quàm internum eſſe volebat: Spiritualiter adorator gratus eſt, qui non formâ & figuris Judaicis ad pietatem obumbratur, ſed evangelicâ virtute refulgens recta dogmatum diſciplina veram peragit adorationem. Cajetanus obſervat, Chriſtum jure merito exigere, ut hic cultus Deo exhibeatur in ſpiritu & veritate, ut adoratio conformis ſit adorato, quia Deus ſpiritus & veritas; tandem ſubjungit: Hinc habes, erudite lector, quòd exterior cultus non propter ſeipſum gratus eſt Deo, ſed pro quanto ordinatus ad interiorem, qui fit in ſpiritu & veritate.

Lucas Burg.

S. Cyril. in Ioan.

Dion. Cart.

2. Dionyſius Carthuſianus dicit: *Hoc eſt, in corde interno, in ſpirituali intellectu; in veritate, hoc eſt: Deum veraciter invocare, intus & ex corde vocare*; quod quàm utile ſit, Pſalmiſta declarat, dum de hac oratione ita ſcribit: *Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate.*

Pſ. 144. 18.

Rup. Abb. lib. 4. Ioan. c. 4.

3. Rupertus Abbas aliam quandam gloſſam hiſce verbis adhibet, ab omnium aliorum expoſitorum interpretatione longè in diverſam; dicit enim: *Quid hac veri adoratoris definitione pulchrius? Adorabitis, inquit, Patrem, ſpiritum adoptionis filiorum ab ipſo percipientes, & in filii ejus unigeniti membra venientes; Patrem enim in ſpiritu adorare, quid eſt niſi ſpiritum adoptionis filiorum accepiſſe, in quo clamamus: Alba Pater? Quid eſt adorare Patrem in veritate, niſi in filio ejus manendo, qui dicit: Ego ſum veritas, Patrem invocare?*

S. Thom. in Ioan.

4. S. Thomas ait: *Non in cæremoniis carnalibus, in veritate, non in figura.* Ad veram igitur adorationem duas conditiones deſiderat; quarum prima eſt, quòd ſit ſpiritualis: *In ſpiritu; hoc eſt, in fervore ſpiritus.* 1. *Corinth.* 14. *Orabo ſpiritu, orabo & mente*; alia verò eſt, quòd fiat in veritate: *Id eſt, ſine fictione & ſimulatione, contra quod dicitur Matthæi 6. Amant in angulis orare, ut videantur ab hominibus.*

1. Cor. 14. 15. Matt. 6. 5.

Chryſo. hom. 32. in Ioan.

5. Chryſoſtomus, quinam veri adoratores exiſtant, hoc modo explicat: *Eccleſiam ſignificat, quoniam verus & debitus Deo cultus ipſa eſt. Qui ſunt veri adoratores? Qui nullo loco divinum cultum circumſcribunt, qui Deum in ſpiritu colunt.* Hugo Cardinalis dicit Chriſtianos veros dici adoratores, ſi cum Judæis & Samaritanis comparentur: *Quorum utique in typo adoraverunt & umbra. Veri, quia illi pro temporalibus orabant, quæ falſa ſunt; iſti pro ſpiritualibus & æternis, quæ vera ſunt.*

Hugo Card.

Hugo Card.

6. Idem quoque qua ratione verba illa: *In ſpiritu*, intelligenda ſint, his verbis declarat: *In ſpiritu, id eſt, in corde, non ore tantùm, quia nihil valet ſtrepitus labiorum, ubi mutum eſt cor. Et in veritate, id eſt, non fictè, quia Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Sap.* 1. S. Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum ait: *De Hieroſolymis, & è Britannia æqualiter patet aula cœleſtis: regnum enim Dei intra vos eſt; ſinguli quique credentium non locorum diverſitatibus, ſed fidei merito ponderantur.*

Sap. 1. 5. S. Hier.

Verſus 24.

Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate adorare oportet.

Toletus.

1. Toletus ait: *Spiritus hoc loco vox communis eſt Trinitati, naturam non perſonam certam ſignificans.*

Verſus

Verſus 25.

Dicit ei mulier: Scio quia Meſſias venit (qui dicitur Chriſtus) cùm ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia.

Scio quia Meſſias venit.

S. Thom. in Ioan. 1. S. Thomas Samaritanam his verbis dicere voluiſſe cenſet, ſe quidem de facto myſteria, quæ à Salvatore ei annuntiabantur, non intelligere, illa tamen poſt Meſſiæ adventum intellexiſſe, de quo jam per Moyſis libros inſtructa erat, ſiquidem in iis clarè prædicitur: *Gen. 49. 10.* *Non auferetur ſceptrum, &c. Venit, id eſt, de proximo venturus eſt.* Samaritani enim utebantur libris Moyſis, & juxta vaticinium, quod in iis habetur Geneſ. 49. Meſſiæ tempus Herode regnante advenisse exiſtimabant: *Ideo apud eos erat fama communis, quòd Chriſtus erat de proximo venturus, & ideo loquebatur mulier, quia ex fama communi audierat.*

Cùm ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia.

Dion. Cart. 2. Dionyſius Carthuſianus ait: *Id eſt, certificabis nos de quæſtionibus univerſis, & cæteris ad ſalutem ſpectantibus.* Et quidem ſatis eſt veriſimile Samaritanam invitis auribus ex ore Chriſti hæc verba percepiſſe: *Vos adoratis quod neſcitis; ſalus ex Iudæis eſt;* attamen quia jam illum veluti Prophetam æſtimabat, ideo de reſpectu, illi ut tali, debito nihil negligere voluit; quòd verò ſe ad venturum Meſſiam remittere voluerit, nullam per hoc illi injuriam ſe irrogaturam eſſe cenſuit.

Verſus 26.

Dixit ei Ieſus: Ego ſum qui loquor tecum.

Cajet. 1. *Miragratia*, exclamat hoc loco Cajetanus, ſiquidem univerſo Judaiſmo ab illo petente & dicente: *Si tu es Chriſtus dic nobis palam*, hanc ſuî manifeſtationem edere diſtulit, imò & diſcipulis ſuis, ne eum præpropere manifeſtarent, prohibuit: *Et tamen nunc ſponte Samaritanæ ſe dicit eſſe Meſſiam; Mulieri nimirum, ut Toletus ait, infimæ conditionis, & adulteræ, & Samaritanæ!* Quænam hujus aſſignari poterit ratio? *Iuſtè quidem*, inquit Toletus, *tunc illis negatum eſt, quia jam ex operibus mirandis, & ex ipſius verbis ſæpiùs repetitis id potuerant cognoſcere, nec voluntate credendi, ſed perſequendi quærebant.* Cajetanus ideo ſe Chriſtum Samaritanæ manifeſtare dicit, quia hæc manifeſtatio paſſioni ipſius impedimento eſſe non poterat, prout in Jeroſolymis facta, eſſe potuiſſet: *Non erat periculoſa ad præveniendam paſſionem ejus.* Præterea in eo aliud quoddam myſterium reconditum erat, quia nimirum hoc Gentilibus privilegium eſſe volebat, dum ſe huic mulieri, quæ gentilitatis typus erat, proprio ore manifeſtare voluit, quia hæc, non verò Judaiſmus ex ejus adventu profectum ſibi comparaturus erat. *Toletus.* *Cajet.*

2. Hac in occaſione adimpletum fuit illud Sapientiæ cap. 6. *Præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat: Ego diligentes me diligo.* Etenim hæc mulier ſancta quadam cum impatientia Meſſiæ adventum expectabat, prout ex eius diſcurſu facilè deduci poteſt. Et ideo, inquit Carthuſianus, Chriſtus *Quoniam vidit eam de cognitione divinorum ſollicitam, revelavit ei ſeipſum.* Sanctus Bernardinus ipſam de pluribus aliis virtutibus magnoperè commendat: Quia *licèt eſſet carne peccatrix, tamen multa bona in ſe habebat. Primò enim ad ſanctos Patriarchas reverens erat. Secundò, erat ſollicita de quærenda & ſcienda veritate divini cultûs. Tertiò magnam fidem & ſpem in Chriſtum venturum illam habere per ſua expreſſa colloquia apparebat.* Lucas Burgenſis dicit, Chriſtum docilitatem & ardens ejus deſiderium penetrâſſe, quod habebat in cognoſcenda & addiſcenda veritate; atque ideo mox ut Meſſiæ, quem expectabat, & à quo edoceri ſpectabat, oportunè ſe illi cognoſcendum præbuiſſe. *Sap. 6. 14.* *Dion. Cart.* *S. Bernardin. ſer. 31. a. 2. c. 7.* *Luc. Burg.*

3. Conſiderari inſuper hoc loco poteſt, Scribas & Phariſæos homines quidem fuiſſe ſagaces, & literarum ſtudio valde deditos parum vero curâſſe doctrinæ ſyncéritatem, recti-

rectitudinem & ſimplicitatem; at verò hanc mulierem, tametſi antea impuram vitam egerit, ex colloquio cum Chriſto habito, qui eſt candor lucis æternæ, omnino fuiſſe mutatam, & Dei amore mirè ſuccendi cœpiſſe: *Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* Unde veriſſimum eſſe liquet, quòd *abſcondit hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelat ea parvulis. Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.*

Ioan. 15. 3. Matt. 11. 25. Prov. 3. 32.

4. S. Thomas notat, Chriſtum ſe huic mulieri non manifeſtaſſe à principio, ſiquidem ſuſpicari facilè potuiſſet, Salvatorem id ad ſe oſtendendũ, & jactantiæ causâ feciſſe: *Nunc autem paulatim in cognitionem Chriſti eam reducens, oportunè revelavit ſeipſum.* Proverb. 25. *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.* Chryſoſtomus ab Alberto Magno citatus dicit: *Oportuit paulatim manuducere mulierem legem non cognoſcentem, quia ſi ſtatim à principio hoc dixiſſet, deliramentum videretur; nunc autem poſtquam per collocutionem Scripturarum per ſecretorum revelationem, per cultûs ordinationem manuducta eſt, tunc vidit, quod ſapientia Dei ordinante iſta profecta ſunt, & tunc ordinatius credidit.*

S. Thom. in Ioan. Prov. 25 11. Chryſoſt. cit. ab Alb. M.

5. Sanctus Bonaventura ad verba à Chriſto prolata, nimirum: *Ego ſum*, ſe reflectens dicit: *In hoc liquet ſua immutabilis divinitas: Antequam Abraham fieret, ego ſum; Qui loquor tecum: & in hoc evidens ejus humanitas: Locutus eſt nobis in filio.*

S. Bona.

6. Idem Seraphicus Doctor zelum & ſollicitudinem, qua Salvator vel unius duntaxat animæ converſionem curabat, his verbis admiratur: *Benignitas admiranda, ſtudioſitas ſedula ad docendam unam mulierem, perita artificioſitas in attrahendo, nunc revelando occulta, nunc promittendo deſiderata.* Concludit verò tandem & dicit, Chriſtum in hoc cunctis prædicatoribus Evangelicis optimum dediſſe exemplum, *Prædicandi non ſolùm multis, ſed etiam uni aliquando.*

Verſus 27.

Et continuò venerunt diſcipuli ejus; & mirabantur, quia cum muliere loquebatur; nemo tamen dixit: Quid quæris? aut quid loqueris cum ea?

Et mirabantur, quia cum muliere loquebatur.

1. Quærit S. Bonaventura: *Ex quo noverant eum eſſe fontem pietatis, quare mirabantur eum loqui cum muliere paupere?* Adducitque authoritatem S. Auguſtini dicentis, Chriſtum ſollicitè inquiſiviſſe ovem hanc perditam, eoque fine de cœlo deſcendiſſe. Unde concludit: *Bonum ergo admirabantur, non malum ſuſpicabantur.* Lyranus dicit: *Mirum erat, quòd tantus Doctor alloquebatur unam ſolùm mulierem, pauperculam & gentilem, quia videbatur eis parva, aut nulla authoritas, cùm tamen eſſet magna.* Idem quoque S. Thomas Doctor Angelicus ſentit, nimirum diſcipulos ſuperabundantem ejus manſuetudinem & humilitatem admiratos fuiſſe: *Quia Dominus orbis terrarum dignatus eſt cum tanta muliere loqui, & diu ſedans in hoc nobis exemplum humilitatis.* Hugo Cardinalis dicit: *Hoc eſt contra illos, qui libenter loquuntur cum divitibus, & pauperes ac viles perſonas reſpuunt Eccleſiaſtici 4. Congregationi pauperum affabilem te facito.*

S. Bona. Lyran. S. Tho. in Ioan. Hugo Card. Eccleſ. 4. v. 7.

2. S. Thomas aliam hujuſce admirationis cauſam, eamque fortaſſe magis literalem adducit, quia ſcilicet Judæi cum Samaritanis minimè conveniebant: *Cum Samaritana & alienigena loquebatur, neſcientes myſterium, quòd mulier typum Eccleſiæ gentium gereret, quam quærebat, qui venit quærere, & ſalvum facere quod perierat.*

S. Thom. in Ioan.

3. Dionyſius Carthuſianus ait: *Quia conſuetudinem loquendi cum mulieribus ac privatim non habebat.* Id quo Lucas Burgenſis hunc in modum fuſius exponit: *Cum muliere extranea, ignota, ſola, ſolus loqueretur præter morem ſuum; nec enim conſueverat Ieſus etiam publico & patente in loco, niſi in turba loqui (exceptis familiaribus & ſanguine junctis) ut nec conſueverat cuiquam loqui, niſi de rebus gravibus, & ad regnum Dei pertinentibus, quibus mulier hæc minus idonea videba-*

Dion. Cart. Lucas Burg.

videbatur. Toletus similiter dicit: *Nec hactenus Christum ignotis cum mulieribus, maximè remotis arbitris, loquentem viderant, propterea que mirati sunt, tanquam novum quid, insolitum & insperatum.* *Toletus.*

4. Porrò hæc Apostolorum admiratio multis sacris Doctoribus occasionem subministravit, variè exaggerandi periculum, quod in colloquio & consortio cū hoc debiliori sexu solet inesse. S. Cyprianus ait: *Et ut de Apostolis breviter probem, quantum eis fluxa familiaritas potuerit displicere, qui compulsi sunt de ipso Domino loquente cum fœmina dubitare, nisi eos majestatis notitia probata compesceret.* S. Augustinus observat, verba vilis alicujus ancillæ ostiariæ solidam illam dejecisse columnam, super quam Christus suam voluit ædificari Ecclesiam: *Processit sermo puellæ, & immobilis columna discussa.* *S. Cypr. de singularit. cleric.* *S. Aug. ser. 114. de temp.*

5. S. Bernardinus Senensis multas examinat circumstantias, quibus sapientissimus & prudentissimus Magister cavere voluit, ne aliquod in hoc facto ederet malum suis exemplum. Inprimis enim locus publicus & apertus, & in uniuscujusque conspectu positus erat; & hinc est, quòd Religiosi ad audiendas confessiones in publico, & in oculis omnium constituto loco auscultare debeant: *Et debent habere semper ibi socium videntem confiteri.* Secundo loco horam considerat, quæ meridiana erat: *Item quia stomacho jejuno; nam corpus est magis refrænatum, quàm quando est bene pastum. Item loquebatur cum illa, quæ jam erat senex, & non cum juvencula, quæ est magis suspecta. Quinto, quia erat necessum, ut loqueretur secum, & venaretur illam animam, ad denotandum, quod licet fratribus tempore necessitatis & Confessionis loqui cum filia spirituali. Item, quia Christus erat sapientia divina, quæ errare non poterat.* Ex quibus omnibus liquidò deducitur, quando malè suspicandi causam habere possimus, nimirum: *Quando locus est suspectus & occultus, hora incongrua; quando corpus repletum cibo & vino, in quo est luxuria; quando fœmina est juvenis; quando non est aliqua justa causa & necessaria.* Idem quoque Sanctus præter prædictas considerationes alias quoque adducit; primò enim quærit: *Sed nunquid indecens fuit, Christum cum muliere sola sic stare, & loqui?* At tandem attentis circumstantiis & cautelis à Christo adhibitis, negativè respondet: nimirum *Considerato loco, qui erat publicus; considerato tempore, horâ erat meridiei, & antè cibum sumptum; consideratâ causâ adventûs mulieris, scilicet pro hauriendâ aqua; consideratâ ætate ejus, quæ post quinque viros jam habitos præsumitur fuisse grandæva; considerata persona Christi, & adventu ejus ad puteum; celeris reditû expectatione discipulorum; materiâ verborum Christi cum muliere.* *S. Bern. t. 2. ser. 31. a. 2. c. 7.*

Nemo tamen dixit: Quid, &c.

6. Per hoc, inquit S. Thomas, debitam erga divinum Magistrum suum ostenderunt reverentiam & respectum: *Ostenditur ex taciturnitate eorum; in hoc enim ostendimus reverentiam ad Deum, quando facta ejus discutere non audemus.* Hugo Cardinalis ait: *In hoc instruimur, ut nos reverenter habeamus ad Magistros & Prælatos nostros, ne passim & indifferenter eorum dicta vel facta mordeamus.* *S. Thom. in Ioan.* *Hugo Card.*

7. Toletus S. Basilium hunc locum adversus curiosos premere dicit: *Qui quæ ad eos scire non pertinent, sollicitè scire quærunt, à qua curiositate discipuli se continuerunt.* *S. Basil. cit. à Toleto.*

Versus 28.

Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus.

Reliquit ergo hydriam suam mulier.

1. Nimirum lumini & notitiæ veri Dei, quam acceperat sine ulla temporis dilatione respondet: *Recepto in corde Christo Domino, quid faceret.* Beda inquit, *nisi jam hydriam suam dimitteret, & evangelizare curreret? projecit cupiditatem, & properavit annuntiare veritatem: discant qui volunt evangelizare projiciant hydriam ad puteum.* S. Augustinus per fictilem hanc hydriam affectum ad res terrenas intelligit: *Hydria amorem hujus sæculi significat, id est, cupiditatem, qua homines de tenebrosa profunditate, cujus imaginem puteus gerit, hoc est, de terrena conversatione hauriunt voluptatem.* *Beda. in Ioan.* *S. Aug. l. 83. q. 64*

2. Dionysius Carthusianus nos ad mu- *Dion. Cart.*

lierem hanc imitandam incitat, ut ſcilicet protinus lumine Dei à nobis accepto deponamus omnem ad res haſce terrenas affectum: *Sic & nos dum illuminationem & gratiam Chriſti experimur, hydriam noſtram, id eſt, ventris curam, voluptatem, omnemque terræ ſubſtantiam parvi pendere debemus.*

Gen. 24. 3 Appoſitè hoc loco parallelus quidam ſive comparatio inſtitui poterit Rebeccam inter & Samaritanam, quarum utraque puteum accedit, ut hydriâ ſuâ aquam hauriat; v. 16. illa cum Eliezer, hæc cum Chriſto verba miv. 17. ſcet ad puteum; qui amborum ab illis reſpectivè potum ſibi miniſtrari poſtulant; v. 28. denique ambæ hæ mulieres ad domum ſuam properant, ut quæ ſibi acciderant, familiaribus ſuis annuntient, cum hac tamen notabili differentia, quòd Samaritana *Reliquit hydriam ſuam.* Cujus hanc Origenes rationem reddit: Orig. in Ioan. *Hydriam apud eum deponit, qui præſtantior eſt, cùm aquam acceperit, quæ jam in ea principium aquæ ſalientis in vitam exiit.* De Rebecca verò concludit: *Non eodem modo hauriebat, quo Samaritana.* Samaritana à puteo S. Ambr. ſer. 30. Jacob ſine aqua receſſit, at verò, ut S. Ambroſius ſcribit: *Relinquens aquæ vaſculum ad civitatem non fert hydriam, ſed refert gratiam; vacua quidem videtur reverti onere, ſed plena revertitur ſanctitate; plena, inquam redit, quia peccatrix advenerat, revertitur prædicatrix, in nullo civitati ſuæ inferens detrimentum; etenim ſi aquam civibus non intulit, tamen fontem ſalutis invexit.* Meritò hîc conſideranda venit ſubitanea, quæ circa ipſam facta eſt, mutatio, ex peccatrice in ſanctitatis prodigium; nam die 25. Martii ejus tanquam ſanctæ mentionem facit Romanum Martyrologium. *Venerat hauriendæ aquæ gratiâ,* inquit Chryſoſtomus, *& cùm verum* Chryſ. citat. à Lucas Burg. *fontem inveniſſet, contempſit alterum, & ſuperna proveniente gratiâ Apoſtolico munere fungitur.* S. Bernardinus qualitatem aquæ, S. Bern. ſer. 13. a. 3. c. 1. qua repleta fuit, licèt inane & vacuum vas dimiſerit, oſtendit: *Sitim non curavit, puteum deſpexit, reliquit hydriam, non haurit aquam, & meritò;* concludit idem Sanctus, quia *aliam è cœlo ſuſceperat,* id eſt, gratias & dona Spiritûs ſancti, qui vulgari ab Eccleſia titulo *Fons vivus* appellatur, *Fons aquæ ſalien-*S. Ambr. ſer. 30. *tis*, &c. S. Ambroſius ait: *Quæ ad puteum meretrix advenerat, à Chriſti fonte caſta regreditur.*

4. Toletus miram in ea mutationem factam conſiderat, quia quæ antè à principio ad porrigendum Chriſto aquæ hauſtulum invita erat, nunc non aquam ſolùm, ſed & cum hydria funem pariter dimittit: *Et cui toties venire ad fontem, etiam ut ſibi aquam hauriret, grave erat, jam redire ad civitatem, & iterum ad fontem, ubi Chriſtus manſerat, reverti, non laborem, ſed requiem putabat.* Et quidem admirabilem horum omnium effectum ſoli verbo Dei attribuit: *Mirabilis eſt verbi Domini mente & affectu concepti efficacia, quæ peccatorum voluntates ad ſe potenter & citò convertit.* Janſenius dicit: Janſen. *Obſervandum ita fieri ſolere, ut quos deſtinavit Deus donare ſuâ gratiâ, eos craſſioribus quidem in peccatis antè ſui illuminationem vivere ſinat, ejuſmodi tamen, quæ ut ſunt fœdiora & notiora, ita facilius agnita pudorem incutiunt.* Toletus.

5. Albertus Magnus ait: *Reliquit hydriam, ut expedita curreret; hydria autem hauritorium frigidæ conſolationis, cupiditatem ſignificat terrenæ poſſeſſionis.* Eccleſiaſt. 12. *Conteratur hydria ſuper fontem.* Ad Philippenſ. 3. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum ut ſtercora, ut Chriſtum lucri facerem.* Multi ex divina hac aqua ebrii hydriam hanc fictilem deſeruerunt, imò in mille partes confregerunt, id eſt, vas corporis ſui in mille partes paſſi ſunt diſcerpi prouti multi Martyres fecerunt. *Prævaluit virtus aquæ vivæ,* inquit Rupertus Abbas, *dulcedine ebrietate, ſopitam exſuperans carnem, mentemque lætificans vigilantem, ita ut non ſolùm cupiditates rurſus bibere non appeteret, ſed & ipſa animarum vaſa fictilia, ſcilicet corpora ſua penitus abdicarent.* Albert. Mag. Eccl. 12. 6. Ad Phil. 3. v. 7. Rup. Abb. lib. 4. in Ioan. c. 5.

6 Theophylactus conſiderat, quòd mox, ut quædam divini amoris ſcintilla in animam illabatur, in nihilum penitus vertantur, & deſpiciantur omnia illa, quæ prius amabat: *Quoniam accenſa fuerat anima divino igne, ad nihil eorum quæ in terra ſunt, reſpicit, non ad confuſionem, non ad ignominiam, nec ad aliud quidpiam;* imò peccata ſua occulta, quæ Chriſtus ei revelaverat, omnibus manifeſtavit. Theoph.

7. Chryſoſtomus eandem hanc flammam in corde ejus flagrantem, hiſce verbis egregiè ponderat: *Adeò audito Jeſu incenſa eſt, ut relicta hydria & aquâ, cujus gratiâ eo* Chryſ. hom. 33. in Joan.

con-

conceſſerat, in civitatem properaret, & ad Chriſtum univerſum populum traheret. Conſidera mulieris ſtudium, conſidera ſapientiam. Venerat hauriendæ aquæ gratiâ, & cùm verum fontem invenisſet, contempſit alterum; ut nos exemplo licèt parvo admoneret, ſpiritualium gratiâ ſæcularia omnia nobis eſſe contemnenda, neque eorum, niſi ad neceſſitatem, ullam rationem habendam.

Toletus. 8. Toletus velocitatem obſervat, cum qua à puteo aquam ſecum minimè deferens receſſit: *Abiit citò, ne ſi moram faceret, Chriſtus recederet; nam videns diſcipulos veniſſe de civitate, arbitrata eſt cibos emiſſe, ibique ſaltem commoraturum tantiſper, donec cibum caperet, & forſitan hydriam reliquit in uſum ipſius & diſcipulorum.*

Verſus 29.

Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci; nunquid ipſe eſt Chriſtus?

Venite, & videte hominem.

1. Cur obſecro mulier iſta, quæ ex ipſiuſmet Chriſti ipſum verum in lege promiſſum Meſſiam, & conſequenter Filium Dei eſſe, auribus ſuis audiverat, cur, inquam, illum ſolùm appellat hominem, & non potius ſublimiorem ei titulum ad minus ſaltem Prophetæ attribuit? S. Thomas dicit: *Non ſtatim dixit, quod venirent ad Chriſtum, ſeu crederent, ne daret occaſionem blaſphemandi.* *S. Thom. in Ioan.* *Hugo Card.* Hugo Cardinalis *Sapientiam ejus* notat; *dicit enim: Venite, & videte; leviſſimum quid perſuadens eis, non dicit: Venite, & credite; ſciebat enim, quia ſi venirent, eodem potirentur fonte, quo ipſa; nec dicit: Venite, & videte Prophetam, ſed hominem; didicerat enim ex allocutione Chriſti ſecum facta, qualiter paulatim eos deberet adducere, ſicut & ipſa ab homine in Prophetam eſt elevata, & à Prophe ta in Meſſiam.* *S. Bern. ſer. 31. a. 3 c. 7.* S. Bernardinus ait: *Intellexit quod homines facilius excitantur ad talia mira videnda, quam mox ad illa credenda, & quod plus proficerent ex præſentia Chriſti & viſione, quàm ex aliquo quod dicere poſſit eis.*

Lucas Burg. 2. Lucas Burgenſis obſervat, quòd dixerat: *Venite, ſcilicet mecum; non dicit, ite, ſed venite; volebat enim redire ad Chriſtum, & ſeipſam eis ducem viæ offerebat, fidem ſermonemque nequaquam intermittens.*

Ianſ. 3. Janſenius mulierem hanc Apoſtolam nominat, dicit enim: *Ex peccatrice ſubitò facta eſt Apoſtola, qua in re Evangeliſta pulchrè duplicem veræ fidei fructum explicavit, nempe neglectum rerum temporalium, & ſtudium impertiendi aliis inventam veritatem.* Nimirum, ut Dionyſius Carthuſianus inquit, doctrinam illam à S. Petro deinceps traditam adimplere voluit, qua dicitur: *Unuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes ſicut,* &c. *Infirma mundi elegit Deus;* ecce enim mulierem quandam peccatricem, vilibus natalibus oriundam, Samaritanam, ſchiſmaticam, literarum penitus ignaram, in Apoſtolam Gentilium à Chriſto electam, quæ fidem Chriſtianam & Meſſiæ adventum fervidè annuntiando univerſum prævenit & præoccupat Collegium Apoſtolicum, primaque eſt, quæ integram quandam civitatem ad agnitionem Filii Dei perduxit. *Dion. Cart.* *1. Pet. 4. v 10.* *1. Cor. 1. v. 27.*

4. S. Ambroſius ait: *Poſteaquam eſt fonte abluta Salvatoris, prædicationis virtutem aſſumit, & viva aqua abſtergens maculas ſuas, ad evangelizandum non conſcientia peccati retrahitur, ſed fidei calore compellitur.* Ecce tibi hîc inſignem pœnitentiæ virtutem, inquit Sanctus, quæ culpas adeo perfectè delet, ut nulla deinceps earundem memoria reliqua remaneat: *Hæc virtus Chriſti eſt Domini, ut quamvis peccator, qui ejus unda ſe laverit, denuò in virginem reparatus, non meminerit antea quæ fecerit.* Porrò miniſterium annuntiandi verbum Dei & Evangelium Chriſti, omnium quæ in Eccleſia exercentur munia ſublimiſſimum eſt, & digniſſimum, & tamen primus, qui ad hoc miniſterium exercendum adhibetur, non eſt Joannes, nec Andreas, nec Petrus, ſed mulier quædam Samaritana. S. Thomas de Aquino notat, ipſam exemplo ſuo egregium poſt ſe reliquiſſe cunctis prædicatoribus documentum: *In hoc veri Prædicatoris imitatur exemplum, non ad ſe homines, ſed ad Chriſtum vocando. 2. Corinth. 4. Non enim prædicamus noſmetipſos, ſed Chriſtum,* &c. *S. Ambr. ſer. 132.* *S. Thom. in Ioan.* *2. Cor. 4. v. 5.*

5. Cyrillus ad ſervum illum, qui acceptum à Domino talentum abſcondit, ſe reflectens dicit: *Non eſt imitandus ſervus ille, qui Matthæi 25. talentum obruit, ſed multi-* *S. Cyrill. ibid.*

plicanda ſunt quæ accepimus, quod probè nobilis hæc mulier fecit, quæ Samaritanis omnibus, quod accepit, propoſuit.

Qui dixit mihi omnia, quæcunque feci.

Hugo Card. 6. Hugo Cardinalis ait: *Id eſt, de omnibus majora; quia enim ei occulta dixerat, omnia poſſe dicere credebat; vel omnia, id eſt, totam ſeriem vitæ meæ.* Theophylactus mulieri huic nequaquam alios modos defuiſſe conſiderat, quibus Chriſtum Samariæ annuntiare & manifeſtare potuiſſet, abſque eo quòd peccata ſua illis panderet: *Ecce non veretur ſua ſecreta pandere, contemnit ſuam gloriam, & ad hoc ſolùm ſpectat, ut ut prædicet veritatem.* Chryſoſtomus nos ad eam imitandam his verbis invitat: *Hanc & nos mulierem imitemur, & in peccatis, quæ commiſimus, confitendis neminē vereamur, Deum duntaxat, ut decet, formidemus.* Hugo Cardin. ait: *Nihil reputat etiam cunctis fateri turpitudinem vitæ ſuæ, hoc ſolùm intendens, ut ſignum deitatis Chriſti omnibus manifeſtaretur.*

Theoph. Chryſ. hom. 33. in Joan. Hugo Card.

7. Conſiderari quoque hoc loco poteſt, quòd tametſi Chriſtus huic unicum duntaxat luxuriæ peccatum, & nullum aliud detexerit, hoc tamen ſolùm ſufficere poterat, ut adimpleretur quod ab ea dicebatur: *Dixit mihi omnia*, id eſt, omnia vitia mea mihi improperando manifeſtavit, quia luxuriam Clemens Alexandrinus nominat *Metropolim vitiorum.* Et S. Cyrillus Alexandrinus pariter de ea ſcribit: *Illi, quibus voluptas perſuaſa eſt, proclives in quodvis abſonum vitium prolabuntur.*

Clem. Alex. lib 2. Strom. S Cyril. Alex. in dial. de adorat. ad Pal.

Nunquid ipſe eſt Chriſtus?

S. Bern. d. cit. Janſen. 8. S Bernardinus ait: *Dubium verbum non ex dubia mente proceſſit; quaſi dicat: Ex his, quæ mihi revelavit, & dixit, ecce videtur Chriſtus.* Ita pariter Janſenius ait: *Non dubitantis erat, ſed ex indicato miraculo inferentis Jeſum eſſe Chriſtum, & prudenter proponentis, id judicio omnium examinandum, quod Dominus dixerat.* Neque enim ipſa ſe in tanti momenti & ponderis cauſa judicem conſtituere volebat. *Alios experientia potius id cognoſcere volens.* Porrò ipſam hæc verba nequaquam dubitando dixiſſe. Cajetanus ratione quadam ſatis efficaci demonſtrat, quia inquit, *Ad aſſertionem uſque adeò declinabat mulier, ut exigat ab eis adventum & viſum ad confitendum ejus aſſertionem.* Albertus Magnus aliam quandam obſervationem habet; dicit enim: *Quod aſſertivè dicere potuit, ſub interrogatione poſuit, ut occaſionem det meditādi, quia meditando ex his, quæ dixit mulier, facilius vocantur, quando recogitant, quòd nemo niſi ſolus Deus ſecreta ſcit conſcientiarum.*

Cajet. Alb. M.

Verſus 30.

Exiērunt ergo de civitate, & veniebant ad eum.

1. S. Thomas ex hoc Samaritanorum è civitate egreſſu, ut Salvatorem conveniant, ſequens elicit documentum; ait enim: *In quo datur intelligi, quid ſi ad Chriſtum ire volumus, oportet nos exire de civitate, id eſt, amorem carnalis cupiditatis deponere.* Interlinearis ait: *Exitur de civitate, cùm exitur à mundanis.*

S. Thom. in Ioan. Interl.

2. Eadem Gloſſa Interlinearis ex illis verbis Gentilium ad fidem amplexandam facilitatem obſervat, dum ait: *Nota facilitatem Gentium ad fidem, & duritiam Judæorum.* S. Andreas quidem Petrum ad Chriſtum perduxit, S. Philippus Nathanaëlem; at verò Samaritana, tametſi mulier eſſet, integram quandam civitatem, ut ad eum properaret, permovit.

3. *Veniebant ad eum*, inquit Albertus Magnus, *ut bonis ſpiritualibus fruerentur. Eccleſiaſt. 24. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me.*

Alb. M. Eccl. 24. v. 26.

Verſus 31.

Interea rogabant diſcipuli ejus: Rabbi manduca.

1. S. Bonaventura hoc loco quærit, quamobrem diſcipuli Chriſto hanc inſtantiam ſeu petitionem propoſuerint: *Ex quo noverant eum ſemper facere, quod erat melius & convenientius.* Imò ex quo laſſus ex itinere potum ſibi dari poſtulaverat, ipſum ſiti non minus quàm fame laborare, conjicere facilè poterant. Tandem verò hanc petitionem

S. Bonav.

nequa

nequaquam temerariam fuiſſe reſpondet, ſed potius magni fuiſſe erga Magiſtrum ſuum affectus & amoris ſignum. *Compatiebantur compaſſioni*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *ſui Magiſtri, & propriæ fami conſulere quæſierunt; ipſi namque eſuriebant, & quia non præſumebant comedere, niſi Magiſtro jubente, incipiente, & eſcam benedicente; idcirco rogabant.*

Dion. Cart.

Verſus 32.

Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.

1. Porro de quonam cibo Chriſtus hic locutus fuerit, S. Thomas declarat, dum ait: *Cibus autem iſte, quem Chriſtus manducare habebat, eſt ſalus hominum quam quærebat*; & quidem dum deſiderium ſalutis animæ illius cibum appellat, qualenam deſiderium illud ſit, quo nos ſalvari cupit, ſatis demonſtrat: *Sicut enim nobis, cùm eſurimus, concupiſcibile eſt manducare, ita ei ſalvare nos.* Chryſoſtomus à Luca Burgenſi citatus ait: *Non negat quin eſuriat, ſed ſignificat cibum alium eſſe, quem præferat, quem potius appetat, in quo libenter paſcatur.* Theophylactus Chriſtum probè ſciviſſe dicit, Samaritanos venturos eſſe, ut ſe ei ſubmitterent, eumque verum Salvatorem eſſe profiterentur & agnoſcerent, ac proinde dixiſſe: *Ego cibum habeo comedendum, hoc eſt, ſalutem hominum.* Id quod Apoſtolis ejus, qui convertere debebant mundum, præclarum erat documentum nimirum: *Ut & ipſi, cùm ordinati ſint in magiſtros orbis, minoris faciant corporalem cibum, omneque deſiderium ſuum eò transferant, ut ſalvent homines.* Interlinearis ait: *Cibum habeo manducare converſionem Samaritanorum.* S. Cyrillus dicit: *Cibum ſuum putat perditorum hominum converſionem. Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Sic enim Magdalena ipſum convivio excepit; S. Matthæus lautum illi in domo ſua convivium inſtruxit, quando ſe ejus ſequelæ adjuncturus erat; Zachæus pariter illum ad prandium invitavit; pater filii prodigi (in quo Chriſtus peccatores ad pœnitentiam miſericorditer excipiens figurabatur) *Occidit vitulum ſaginatum*, ſiquidem veriſſimum eſt quod ait S. Bernardus: *Cibus ejus pœnitentia mea, cibus ejus ego ipſe.*

S. Thom. in Ioan. *Theoph.*

2. Toletus Chriſtum hoc loquendi modo diſcipulis inſinuare voluiſſe dicit, ut ipſi comederent, cùm ſibi decretum fuerit à cibis abſtinere: *Solus enim Dominus jejunare, diſcipulorumque laſſitudini & fami conſulens, diſciplinæ rigorem in ſe exercere volebat, quamvis nemo ſine illo eſcas acceptavit.*

S. Bern. ſerm. 11. in Cant. Tolet.

3. Cajetanus conſiderat, quòd licèt nimia laſſitudine circa horam prandii exhauſtus fuerit, nihilominus à ſuggerendis ſalutaribus conſiliis & documentis non remiſerit: *Ut diſcamus omittere cibum corporis, quacunque horâ imminet ſpiritualium cura exercenda. Sicut Samaritanam traxerat ex hauſtu aquæ occaſionem ſumens, ita diſcipulos elevat ex oblati cibi occaſione, inſtruens de illorum officio ſub metaphora cibi.*

Cajet.

Verſus 33.

Dicebant ergo diſcipuli ad invicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

1. S. Thomas ex hac diſcipulorum perplexitate occaſionem ſumit excuſandi Samaritanam, quando de quanam aqua Salvator loqueretur, non capiebat: *Non eſt ergo mirum, ſi mulier illa Samaritana ſpiritualem aquam non intelligebat, ecce enim quod diſcipuli Judæi ſpiritualem non intelligunt eſcam.* Pergit vero idem ſanctus Doctor demonſtrare, attendendam nobis eſſe Chriſti conſuetudinem, qua cibos ſibi ab aliis oblatos acceptare ſolebat, non quòd illis indigeret; ſiquidem *Bonorum noſtrorum non indiget, qui dat eſcam omni carni; ſed quare quærebat, & ab aliis acceptabat? Propter duo: Primo, ut dantes & offerentes meritum conſequerentur. Secundò, ut daret Chriſtus exemplum, quòd vacantes ſpiritualibus non erubeſcant paupertatem, negrave putent ab aliis nutriri.*

S. Thom. in Ioan.

Verſus 34.

Dixit eis Jeſus: Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus.

Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me.

S.Thom. in Ioan. 1. S.Thomas ait: *Id est, in hoc est firmitas & sustentatio mea, ut faciam voluntatem ejus qui misit me.* Porrò quænam sit æterni Patris voluntas, idipsum S.Paulus hisce verbis satis expressit, dum ait: Deus vult omnes homines salvos fieri. *Salus hominum voluntas Dei est*, inquit Toletus, *& opus Dei est*; *voluntas quidem, quia salvare voluit; opus verò, quia salutem effecit.* Prædictam verò propositionem circa cibum suum, inquit Lucas Burgensis, discipulis suis multò clarius manifestavit: *Illis enim datum fuerat nosse mysterium regni cœlorum quare omni velamine orationis rejecto, rem eis apertissimè dicit, inquit Cyrillus; nam quoniam orbis futuri erant magistri; exemplo suo eos docet, multò majorem salutis hominum, quàm proprii corporis curam esse ait.* Chrysostomus expressius ait: *Hominum salutem hoc in loco cibum appellat, ut quanta salutis nostræ cura & desiderio teneatur, ostendat: sicut enim nos cibum, ita Christus humani generis salutem desiderat.* S.Thomas dicit: *Tunc Deo cibum spiritualem offerimus, quando ab eo poscimus salutem nostram.*

1.Tim.2. v. 4. Tolet. Luc. Burg. S.Chrysost. ho. 33. in Ioan. S.Thom. in Ioan.

Jansen. 2. Jansenius ait: *Sic & noster cibus esse debet quodvis virtutis opus bonum, & adimpletio mandatorum Dei, ita ut eam avidè desideremus & in ea conquiescamus & oblectemur*; adducitque locum illum Psalmi: *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus; labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* De eodem cibo dicitur Joan. 6. *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.*

Ps.127.1. Joan.6. 27.

Ut perficiam opus ejus.

S.Thom. in Ioan. Alb.M. 1. ad Thes.4. v.3. S.Ber. ser.31.a. 2.c.2.

3. S.Thomas ait: *Ut compleam opera, quæ scio eum velle.* Albertus Magnus ly *opus ejus*, ita exponit, id est: *Hominum vocationem, conversionem, & ad Patrem reductionem.* 1. Thessal 4. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut perficiam opus ejus, scilicet quod ipse fieri per me disposuit.*

4. S.Bernardinus ad quæstionem illam, quæ hoc loco moveri poterat, scilicet, cur Christus redemptionem humanam opus Patris potius, quàm suum appellet, cùm tamen ipse ad eandem tantùm contulerit? hoc modo respondet, nimirum hoc modo illam appellasse: *Primò, ut doceat se omnia referre ad Patrem, tanquam ad paternum principium personæ suæ. Secundò, ut ostendat quòd ipse, in quantum homo, principalis operator non est, sed cooperator. Tertiò, ut in nostris operibus doceat plus amare & sapere quæ Dei sunt, quam quæ sunt propria nostra.* Aliàs quoque Patrem suum Christus alloquens, eandem redemptionem non Patris, sed suum opus appellat: *Opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam, Misit Deus filium suum,* &c. Ioan. 17.4.

Versus 35.

Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit. Ecce dico vobis: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem.

Cajet. 1. Notat Cajetanus, quòd sicut Christus occasione aquæ motus est ad demonstrandum Samaritanæ salutarem divinæ gratiæ aquam sub illa metaphora; ita quoque nunc occasione ciborum sibi ab Apostolis oblatorum, motus est, ut de salute spirituali sub metaphora messis differeret: *Salmen spiritualem annuntiat sub metaphora colligatarum frugum ad cibum humanum.* Porro messem corporalem quatuor adhuc mensium spatio exspectandam esse asserit; at verò messem spiritualem jam præsentem esse dicit: *Ecce dico vobis, levate*, &c. Ubi Chrysostomus ait: *Regionis autem & messis appellatione, animarum multitudinem, quæ in ipsius prædicatione erant creditura, demonstrat. Jam venientium Samaritanorum turbam videbant, quorum fervorem & promptissimam voluntatem albas regiones appellat.* Glossa dicit: *Parata est messis, id est, videte Gentes facilè credentes.* S.Cyrillus à Luca Burgensi citatus ait: *Nam sata intellectualia, & spicæ spirituales sunt, qui Prophetarum voce culti ad fidem Christi perveniunt, quæ seges tunc, cùm jam maturus, id est, promptus ad suscipiendam fidem Christi & veram religionem animus est; messorum verò falx est Apostolorum splendida prædicatio, quæ ad aream, id est, ad Ecclesiam Dei transmisit.* Nimirum Salvator discipulos suos tacitè exstimulare voluit, ad ferendam opem, & collaborandum ad messem jam

Chrysost. hom. 33. in Ioan. Glossa S.Cyril. Alexan. citatus à Luca Burg.

jam maturam colligendam, id eſt, ad procurandam Gentilium converſionem; quia ſicut meſſis, poſtquam granum maturuit differri non poteſt, ita quoque quando animæ diſpoſitæ ſunt, ut ſe ad Deum convertant converſio illorum nequaquam eſt procraſtinanda, ſed ſollicitandi ſunt cooperatores & adjutores, qui illam ſollicitent.

Verſus 39.

Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit.

Toletus. 1. Toletus circa hæc verba dicit: *Allicit eos magno & inſolito præmio propoſito, quod multum differt à mercede meſſorum temporalium; nam qui temporalia ſemina metunt, mercedem accipiunt, & laboris ſtipendium, fructus tamen ſibi non congregant, ſed Domino; operarii enim fructus non percipiunt, ſed Dominus*; non verò ita res ſe habet in meſſe ſpirituali, cujus proventus in noſtram quoque utilitatem redundat: *Congregat fructum in vitam æternam; non in horreum terrenum*, inquit Lucas Burgenſis, *ubi aliquando conſumatur, & perit: ſed in Eccleſiam Chriſti, in qua non conſumitur, ſed vivit in æternum translatus ex hac mortali vita in æternam.* Joan. 15 Chriſtus dicit: *Poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.* Ubi Albertus Magnus ait: *Qui enim in gratia congregat, ille in vitam æternam congregat, quia nunquam excidet fructus ille, quamvis nos aliquando excidamus ab ipſo.*

Lucas Burg.

Joan. 15. 16.

Alb. M.

Cajet. 2. Cajetanus magnam quandam oſtendit eſſe differentiam hanc inter & alteram vitam: *Temporalis non ſemper eſt commune gaudium ſeminanti, & metenti: contingit enim eum, qui ſeminavit, mortuum eſſe tempore meſſis, aut congregari fructus alteri, quam ſeminanti; & propterea non ſimul gaudet, & qui ſeminat, & qui metit. Vita autem æterna commune eſt gaudium ſeminanti & metenti, etiamſi ſemina ſ longè antè mortuus corpore fuerit, & propterea dicitur, ut ſimul gaudeat, & qui ſeminat, & qui metit.*

Dion. Carth. 3. Dionyſius Carthuſianus per hunc fructum procuratam à nobis animarum converſionem intelligit: *Fructum, hoc eſt, ſpirituales filios ſuâ prædicatione converſos, vel fructum, meritum copioſum pertingens in vitam æternam.*

Verſus 38.

Ego miſi vos metere, quod non laboraſtis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis.

S. Thom. 1. Sanctus Thomas ait: *Ille metit ſpiritualiter, qui congregat fideles in Eccleſia, vel qui colligit fructus veritatis in anima ſua.*

Cajet. 2. Enimverò quinam & quales illi fuerint, qui ante Apoſtolos laborârunt, in quorum labores ipſi hic introîſſe dicuntur, Cajetanus hiſce verbis pulchrè declarat: *Moyſes & Prophetæ docendo & inſtruendo, tanquam ſeminando & colendo agrum; vos in labores eorum introiſtis colligendo fructum fidei ſeminatæ ab eis: diſcipuli enim Chriſti erant idiotæ, & non erant Prophetæ, neque Doctores, qui laborâſſent inſtruendo Iudæos.* Dionyſius Carthuſianus quoque qualiter intelligenda ſint illa verba: *Non laboraſtis*, in eundem hunc ſenſum declarat ſequentibus verbis: *Hoc eſt, populum Iudæorum, quem veſtris prædicationibus, ſcripturis & laboribus non diſpoſuiſtis ad fidei receptionem.* Et quidem tametſi Petrus multa Judæorum millia converterit, hoc tamen fecit, quia jam antè diſpoſiti erant, & per Scripturas, prophetias, figuras, prædictiones, & teſtimonia Patriarcharum antiquorum convicti erant.

Dion. Carth.

3. Porrò verba illa Hebræorum populo adaptari poterant, quandò in terræ promiſſionis poſſeſſionem ingrediebantur, quia tunc omnes illi ſudores & labores, quos terræ illius incolæ in plantandis vineis, agris cultivandis, erigendiſque ædificiis adhibuerant, in commodum & utilitatem cedebant Hebræorum, utpote qui dominio & poſſeſſione terræ illius à Deo liberaliter donati fuerant. Poſſunt quoque verba illa nobis Chriſtianis aptiſſimè accommodari, qui ſacris Indulgentiis à ſummis Pontificibus nobis conceſſis gaudemus, quibus pœnæ temporales exſolvuntur, quas alias pro reatu pœnæ per peccata contracto ſuſtinere debuiſſemus;

ſemus; hæ etenim indulgentiæ ex theſauro Eccleſiæ depromuntur, in quo ſuperabundantia Chriſti, ſanctiſſimæ Virginis, Martyrum, omniumque aliorum Sanctorum merita, velut in depoſito aſſervantur quæ merita demum nobis per indulgentias applicantur, ſicque revera adimpletur, quod hic dicitur: *Alii laboraverunt, vos in labores eorum ingreſſi ſtis.*

Verſus 39.

Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

Theoph. 1. Theophylactus Chriſtum in civitate Samariæ verbum Dei, ſive veritates Evangelicas proprio ore admirabili cum eloquentia annuntiaſſe exiſtimat: *Veriſimile eſt eum diviniora quædam docuiſſe, unde nullo viſo ſigno credunt, & obſecrant ut maneat*; non verò ſic fecêre increduli Hebræi, qui prædicatione ipſius ſæpius auditâ, viſiſque tot ſtupendis miraculis, eum nihilominus jactis in eum lapidibus probrosè à ſe expulerunt; ut proinde de illis optimè verificetur: *Inimici hominis domeſtici ejus.* *Matt. 10. v. 36.*

Cajet. 2. *Ecce fructus ſermonis habiti cum Samaritana*, inquit Cajetanus, *ecce primitiæ gentium, ecce quot quot receperunt eum.*

Hugo Card. 3. Hugo Cardinalis dicit: Samaritanos prius id, quod mulier illa eis dixerat, audiſſe, eique fidem adhibuiſſe & poſtea Chriſto: *Conſpiciebant enim, quoniam nequaquam admirata eſſet ad gratiam mulier eum, qui redarguerat ejus delicta, neque ut gratificaret aliis, ſuam divulgaſſet vitam.*

4. Idem quoque purpuratus Doctor circa hæc verba hanc conſiderationem moralem in noſtram utilitatem inſtituit, dum ait: *Notandum quòd Dominus dedit virtutem verbo mulieris, quia verecundiam omnem contempſit, & ſe vilificavit, nec vitam ſuam divulgare timuit: ita ſi nos contemneremus noſmetipſos, credo quod nos proficeremus, humilibus enim dat gratiam.*

Verſus 40.

Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret, & manſit ibi duos dies.

1. Præceperat Sapientia incarnata Matthæi 10. diſcipulis ſuis, ne Samaritanorum ingrederentur civitates, &c. *Hos duodecim miſit Ieſus præcipiens eis dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis*; & ideo mirum eſt, quomodo ille nunc primus ſit, qui præceptum iſtud in conſpectu totius Collegii Apoſtolici tam expreſſis verbis publicatum, tam facilè tranſgreditur. Origenes à Gloſſa citatus dicit: *Ad quod dicendum, quod in viam gentium pergere, eſt imbuigentili dogmate, & in illo ambulare: civitatem verò Samaritanorum intrare, eſt acceptare falſam doctrinam. Effectus fidei*, inquit Cajetanus, *ſupplex invitatio eſt ad manendum in civitate, ita quod non ſolùm venerunt ad videndum, ſed adrogandum ut apud eos maneret.* Chriſtum in animæ & cordis noſtri hoſpitium ſuſcepiſſe non ſufficit, niſi etiam ad hoc conemur, ut ſtabilem apud nos manſionem inſtituat; ac proinde David Deum rogabat dicens: *Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me.* Et S. Cyprianus ait: *Parum eſt adipiſci aliquid potuiſſe, plus eſt, quod adeptum eſt, poſſe ſervari.* *Matt. 10.* *Pſ. 37. 22*

2. Chryſoſtomus promptitudinem Samaritanorum, qua Chriſtum exceperunt, & Judæorum contra eundem obſtinationem inter ſe his verbis comparat, & dicit: *Nihil invidiâ nocentius, nihil inani gloriâ gravius, ipſa innumera bona corrumpere conſuevit; nam cùm Iudæi majorem, quam Samaritani, Dei cognitionem haberent, & in Prophetarum eſſent lectionibus educati, his longè inferiores apparuerunt: Samaritani etiam mulieris teſtimonio fide adhibitâ, nullo ſigno confirmati, Chriſto obviam fiunt, rogant apud ipſos moretur: Iudæi tot miraculis admoniti, non modò non retinent, ſed expellere conantur.*

Et manſit ibi duos dies.

3. Duobus continuis diebus commoratus fuit, inquit Lucas Burgenſis, in Samaria:

Quos

Quos ſermocinando & concionando impendit. Id quod ex verbis immediatè ſequentibus colligit. Porrò quidnam Salvator noſter Samaritanis in ſpecie prædicaverit, non conſtat quidem, veruntamen idem Author ibidem ait: *Multa dixit, & magna, demonſtrante eventu eorum, qui tam brevi tempore tantò numero crediderunt.* Enimvero niſi Evangeliſta idipſum tam manifeſtis verbis teſtificaretur, quis unquam credere potuiſſet adeo copioſum animarum numerum in tam brevi tempore ad Chriſti fidem comparari potuiſſe? cùm tamen Judaiſmus intra tot annos, quotidie redderetur adverſus eum contumacior.

Cajet. 4. Cajetanus benignitatem Chriſti Domini notat: *Benignus Jeſus non negat ſe Samaritanis, quibus negant ſe Judæi, quia, ut mulier Samaritana dicebat: Non coutuntur Judæi cum Samaritanis.*

Alb. M. Luc. 24. v. 29. 2. Albertus Magnus ſuper hæc verba ſcribens, textum illum adducit Luc. 24. *Coegerunt illum dicentes: Mane nobiſcum Domine; & manſit ibi, quia ſemper ſatisfacit devotis in oratione* Gloſſa Interlinearis ait: *Manſit ibi duos dies gratiam impertiendo, duos, dies, duo præcepta charitatis.*

Gloſſa Interl.

Verſus 41.

Et multò plures crediderunt in eum propter ſermonem ejus.

1. *Ecce exercitium Jeſu illis diebus*, inquit Cajetanus, *& ſignificatur ſimul promptitudo Samaritanorum credentium ſine miraculis, ad ſolam prædicationem: Erat enim ſermo Jeſu vivus.* Porrò Lucas refert Chriſtum alia quadam vice quoſdam è diſcipulis ſuis in Samariam amandaſſe, ut prandium ei ibidē præpararent. Cumque Chriſtus ibi ad portas urbis appuliſſet: *Non receperunt eum*, quin potius adeo inurbanè ipſum ab ingreſſu civitatis prohibuerunt, ut hæc tam enormis incivilitas duobus fratribus Jacobo & Joanni occaſionem dederit, ut Chriſto dicerent: *Vis dicimus, ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos?* At verò benigniſſimus Redemptor noſter, qui emendationem converſionemque ipſorum ſuo tempore futuram prohibebat: *Converſus increpavit illos dicens: Neſcitis cujus ſpiritûs eſtis, filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare.* Ecce tibi ſtupendam Dei noſtri longanimitatem! Quot zizania in electum mutantur frumentum per boni hujus patrisfamilias generoſam patientiam? Hoc autem loco hujuſce mutationis & converſionis laudem efficaciæ verbi Dei adſcribere debemus: *Crediderunt in eum propter ſermones ejus*; nec mirum, quia de illo S. Petrus optimè dixit: *Verba vitæ æternæ habes.*

Luc. 9. v. 54. *Ib. v. 53.* *Luc. 9. v. 54.* *Luc. 9. v. 55.* *Joan. 6. v. 69.*

Verſus 42.

Et mulieri dicebant, quia jam non propter tuam loquelam credimus; ipſi enim audivimus & ſcimus, quòd hic eſt verè Salvator mundi.

1. Cajetanus verba illa obſervat, *audivimus & ſcimus, ſcilicet certitudine fidei abſque hæſitatione; hic eſt enim verus fructus auditûs, hinc apparet ſermonem Jeſu non ſonâſſe exterius tantùm, ſed mentes penetrâſſe, & donum fidei contuliſſe;* idque verum eſſe vel ex eo patet, quia proteſtantur ſe non propter mulieris verba Chriſto credidiſſe: *Jam non propter tuam loquelam credimus, quæ*, ut Albertus Magnus exponit, *comparatione ejus quod vidimus, nihil eſt.* 3. Reg. 10. *Ipſa veni, & vidi, quod dimidia pars mihi nuntiata non fuerat.*

Cajet. *Alb. M.* *3. Reg. 10 v. 7.*

2. S. Thomas Samaritanos Chriſtum tanquam Meſſiam & mundi Salvatorem verè agnoviſſe dicit: *Ubi confitentur Chriſtum Salvatorem, ſingularem, verum, & univerſalem; ſingularem, cùm diſcretum eum ab aliis dicunt, hic eſt, qui ſcilicet ſingulariter venit. Iſaiæ 45. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Salvator. Verè verum dicit; nam ſecundùm Dionyſium cùm ſalus ſit liberatio à malis, & conſervatio in bonis, eſt duplex ſalus: quædam vera, quædam non vera; vera quidem ſalus, cum liberamur à veris malis, & conſervamur in veris bonis.* Deus quidem in veteri teſtamento Hebræorum populo multos miſit Salvatores, de nullo eorum dici verè poterat, quòd veram illis contuliſſent ſalutem; ſiquidem à ſolis malis & ærumnis temporalibus illum liberabant, quæ verè mala non ſunt; bona quoque conferebant quidem, ſed non vera, quia tranſitoria erant. Unde S. Thomas concludit dicens: *Chriſtus*

S. Thom. in Ioan. *Iſa. 45. v. 15.*

est verè Salvator, qui liberat à veris malis, scilicet peccatis, & præservat in veris bonis, id est, spiritualibus. Christum quoque confessi sunt Salvatorem universalem, quando dixerunt: *Salvator mundi*, per hoc manifestè ostendentes ipsum non solùm venisse ad salvandum Judæos, sed universum genus humanum.

Ioan 4. v. 42.

Cajet.

3 Cajetanus ex illa confessione in hac occasione facta colligit, Christum totum hoc biduum impendisse, ut ipsis suâ prædicatione hanc veritatem inculcaret, quòd scilicet ipse Messias sit & Salvator mundi: *Manifestans quod Iesus evangelizaverat eis se esse Messiam, Salvatorem mundi, quod nunquam publicè evangelizavit Judæis.*

4. Chrysostomus ait: *Hic verè Salvator est, qui veram salutem elargitur, non brevi, sed perpetuò duraturam.* *Chrys. hic.*

DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Joannis cap. 6.

v. 1. *Abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis.* 2. *Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* 3. *Subiit ergo in montem Jesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.* 4. *Erat autem proximum Pascha dies festus Judæorum.* 5. *Cùm sublevasset ergo oculos Jesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi?* 6. *Hoc autem dicebat tentans eum; ipse enim sciebat quid esset facturus.* 7. *Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.* 8. *Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andreas, frater Simonis Petri.* 9. *Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces; sed hæc quid sunt inter tantos?* 10. *Dixit ergo Jesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco; discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia.* 11. *Accepit ergo Jesus panes, & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus; similiter & ex piscibus quantum volebant.* 12. *Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant.* 13. *Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his qui manducaverant.* 14. *Illi ergo homines cùm vidissent, quòd Jesus fecerat signum, dicebant, quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* 15. *Jesus ergo cùm cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.*

Verſus 1.

Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur.

Theoph. in Ioan. 1. THeophylactus exiſtimat Chriſtum in itineribus, quæ ex uno loco in alterum inſtituebat, devotionem & fervorem illorum, qui eum ſequebantur, experiri voluiſſe: *Tranſit de loco in locum, probans multitudinis ſtudium, ignaviores enim manebant in locis ſuis, ſtudioſiores autem ſequebantur eum.* Dionyſius Carthuſianus advertit, quòd S. Marcus hanc eandem hiſtoriam narrans dicat: *Et pedeſtres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc, & prævenerunt eos*, id eſt, diſcipulos. *Ex quo patet fervens eorum ad Chriſtum affectio, & prompta devotio.* Albertus Magnus ait: *Sua commoda relinquentes, & horrorem ac ſterilitatem deſerti non timentes, neque recogitantes.* Idem quoque ex verbo *pedeſtres* deducit, illos pedeſtri itinere eum inſecutos fuiſſe, *ut labore fatigationis oſtenderent magnitudinem devotionis.* Lucas Burgenſis fervorem hunc non ſolùm ex pedeſtri itinere, verùm etiam ex ſolitudine, quæ locus ſterilis eſt, conſiderat: *Fervor populi declaratur pedes in deſertum feſtinantis, omni neceſſariarum rerum curâ depoſitâ; amor addidit alas.*

Dion. Cart. in Ioan. Marc. 6. v. 33. *Alb. M. in Luc. 6. 9.* *Lucas Burg.*

Dion. Cart. in Ioan. 2. Dionyſius Carthuſianus ex eo quòd ii, qui relictis civitatibus & domibus ſuis Chriſtum ſunt inſecuti, pedeſtres inceſſerint, hanc deducit conſequentiam: *Ex quo elicitur, quòd egeni fuerunt pro majori parte*; etenim veriſſimum eſt, quòd pauperes tribulationibus & adverſitatibus preſſi, & qui in hoc mundo modicam partem obtinent, magis ad devotionem inclinati exiſtant, cumque majori legis Dei obſervantia vivant, quod *ut plurimùm* in divitibus & proſperè agentibus minimè videtur.

S. Hier. in c. 14. Matt. 3. S. Hieronymus hanc inde deducit moralitatem: *Secutæ ſunt eum turbæ relinquentes civitates ſuas, hoc eſt priſtinas converſationes*; nam ut ex hoc intelligamus, quòd qui Deum ſequi, & mundum deſerere deſiderat, ſolitudini deditus eſſe, converſationeſque & loca, in quibus antea prævaricatus fuerat, deſerere & fugere neceſſariò debeat.

Alb. M. in Ioan. 4. Albertus Magnus cauſam, cur tam numeroſa multitudo Chriſtum conſectata fuerit, aviditati attribuit, quam ad audiendum Dei verbum, ipſumque Salvatorem videndum habebant: *Tanta erat aviditas audiendi eum, & videndi deſiderium, quod obliti propriorum ad eum undique concurrebant.*

Quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.

5. In hac occaſione clarè videtur, quàm verum ſit quod dicitur Pſ. 15. *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſteà acceleraverunt. Turba ſequebatur*, inquit Baſilius Seleucus, *morborum depulſorem*; infirmitates enim, quæ nos hîc premunt, ad Deum recurrere compellunt. Et quidem tametſi veriſimile ſit, quòd major pars hujuſce multitudinis optimâ ſanitate gaviſa fuerit, hujus tamen cœleſtis prothomedici gratiam pro avertendis futuris infirmitatibus, quas incidere aliàs forſitan poſſent, ſibi comparare operæ pretium eſſe exiſtimabant. Chryſoſtomus utilitatem & lucrum, quod ſibi ex hac Chriſti conſectatione comparat, hiſce verbis ponderat: *Quamvis magno ſudore illi ſequebantur, tamen quæ Chriſtus ipſis retribuit, omnem ſtudii illorum diligentiam ſuperabant.* Imò veriſimile eſt plures illorum magnis fuiſſe à Chriſto beneficiis affectos, qui proinde ipſum ſequebantur, non ſolùm ex motivo gratitudinis, verùm etiam ut receptam ab ipſo corporalem ſalutem in ejus obſequium & ſervitium impenderent.

Pſ. 15. v. 4. *Baſil. Seleuc. orat. 44.* *Chryſ. hom 10. in Matt.*

Alb. M. in Ioan. 6. Albertus Magnus Chriſtum miracula ad finem rectum, juſtum & ſanctum ordinâſſe notat, non verò ad oſtentationem & applauſum mundanum: *Non enim inutiliter & ex vanitate fecit ſigna, ſed neceſſitatibus & utilitatibus hominum ſubvenientia. Pſ. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas.*

Pſ. 102. v. 3.

Hugo Card. in Ioan. 7. Hugo Cardinalis paucos Chriſtum ex ſynceritate cordis & vera devotione ſecutos fuiſſe exiſtimat, ſed diverſis ad id finibus fuiſſe permotos? *Iſti curioſi, non veriſequaces; alii ſequebantur, ut comederent de panibus ejus, hi guloſi; alii ut ſanitatem recuperarent, hi infirmi; alii ut eum in ſermone caperent, hi Phariſæi; alii ut doctrinam ejus acciperent, hi diſcipuli.* Toletus Evan-

Toletus.

geliſtam finem ſatis expreſſiſſe putat, ob quem populus ille Chriſtum ſequebatur, nimirum ob utilitatem, & intereſſe privatum, quod illis ex ejus miraculis reſultabat: *Utilitate corporis magis, quàm animæ iſta multitudo concurrebat*; etenim Deus per hanc quoq; viam multos ad ſuî amorem & agnitionem, & ad perpetuam ſuî ſequelam trahere conſuevit, ſæpe enim hominibus ſalutem corporalem impertitur, ut illos ad ſpiritualem ſalutem poſtulandam & procurandam inducat. Unde Salmeron ait: *Ut inde allecti ſanarentur eorum animi.* *Salm. to. 6. tr.26.*

Verſus 3.

Subiit ergo in montem Jeſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

Theoph. in Ioan. 1. Theophylactus rationem reddit, cur Chriſtus in montem aſcenderit; nimirum propter miraculum futurum: *Non enim erat vanæ gloriæ cupidus, ut in mediis civitatibus miracula operaretur.*

Idem. 2. Idem quoque aliam quandam rationem moralem adducit: *Quia & opus eſt, ut ab omni tumultu liberetur, & locum quærat ab omni ſtrepitu purum, ſi quis talia loqui velit.*

Verſus 4.

Erat autem proximum Paſcha dies feſtus Judæorum.

Lyran. in Ioan. 1. Lyranus dicit, illos, quibus inimicitia quædam capitalis cum aliis intercedebat, Jeroſolymam in Paſchate contendere minimè obligatos fuiſſe; ac proinde hæc cauſa erat, cur Chriſtus cæteroquin omnium legum obſervantiſſimus, illo tempore Jeroſolymam non adierit, quia ibi Scribæ & Phariſæi omnem lapidem movebant, ut ei mortem machinarentur: aut verò tametſi aliàs in quibuſvis aliis occaſionibus divina præcepta ſummo cum zelo obſervare ſolitus fuerit, illâ tamen vice ex propoſito, & datâ operâ ſe eximere voluit, *oſtendens*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *ſe verum Deum ac legislatorem ſupra legem.* Salmeron obſervat, Chriſtum ab Jeroſolymis ſe tunc abſentantem, ne daret ſcandalum, aut ne divinæ legis reputaretur tranſgreſſor, ſtatuiſſe hoc præſens patrare miraculum: *Ne verò videretur peccare non eundo, hoc admirandum & divinum edidit miraculum.* Item exiſtimat Chriſtum ideo in illo Paſchate non conceſſiſſe Jeroſolymam, quia oſtendere volebat ſolemnitates illas deinceps minimè obligaturas eſſe: *Voluit etiam paulatim ablactare Judæos à feſtis Judaicis, quæ quamprimum erant abroganda.* *Dion. Cart. in Ioan.* *Salm. ib*

2. Lucas Burgenſis dicit, Evangeliſtam non ſine myſterio Paſchatis feciſſe mentionem: *Quemadmodum ſub hoc tertium Paſcha multa hominum millia pauxillo panis pavit, ita ſub proximum quartum Paſcha illum daturus eſſet panem incorruptibilem & æternum, quo unus alterus eſſet Eccleſiam ſuam.* Qui idem conceptus diu antè ab Alberto Magno in medium allatus fuit hiſce verbis: *Tangit temporis congruentiam, quia in Paſchate futura erat cæna, Sacramentum Euchariſtiæ ſignificans, & ideo conveniens erat miraculum facere, ex quo doctrina Euchariſtiæ habet exordium.* *Lucas Burg.* *Alb. M. in Ioan.*

3. Paulus de Palatio ad tempus pariter, & patratum miraculum ſeſe reflectens, ſequens inde deducit documentum: *Qui ſequuntur Dominum largitorem, ejus manum noverunt in feſtis; cùm igitur imminent feſta, præparemus corda noſtra, ut de manu Domini largiores ſumamus cibos; ſed nos corpori, non animæ cibos quærimus.* *Paul. de Palat. in Matt*

4. S. Thomas ad antecedentia verba ſe reflectens, ſcilicet: *Subiit in montem, aliam quandam adfert conſiderationem: Per montem ſignificatur perfectio juſtitiæ, ſecundùm illud Pſal. 35. Juſtitia tua ſicut montes Dei, Paſcha interpretatur, tranſitus, ut det intelligere, quòd quiſquis pane divini verbi, & corpore & ſanguine Domini deſiderat refici, debet tranſire de vitiis ad virtutes.* *S. Thom. in Ioan.* *Pſal. 35. v. 7.*

Verſus 5.

Cùm ſublevâſſet ergo oculos Jeſus, & vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi?

Cùm

Cum ſublevaſſet ergo oculos Jeſus.

Salmer. to. 6. tr. 27. — 1. *Ubi Chriſtus elevat oculos*, inquit Salmeron, *ſemper aliquod magnum myſterium innuitur.* Sic quando Chriſtus apud S. Lucam de beatitudinibus tractaturus erat: *Elevatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat: Beati pauperes*, &c. Et quando Zachæum convertere voluit, elevatis in eum oculis ſuſpexit: *Suſpiciens Jeſus vidit illum. Item cùm in oratione elevavit oculos ad Patrem; quemadmodum elevatis oculis Euchariſtiam confecit.*

Luc. 6. 20. — Luc. 19. 5.

S. Hier. in c. 14. Matt. — 2. S. Hieronymus ait: *Aſpicit in cœlum, ut illuc oculos dirigendos doceat.* S. Bonaventura per oculos Chriſti dona cœleſtia interpretatur: *Oculi Dei ſua ſunt dona; ſuper lapidem unum ſeptem oculi, quod exponit Gregorius de ſeptem donis in Chriſto. Hos oculos ſublevat Dominus, quando miſeretur, & diſtribuit dona ſua; oculi ejus in pauperem reſpiciunt, id eſt, dona in pauperem diriguntur.*

S. Bona. in Ioan. c. — Zach. 3. 9. — Gregor.

Beda in c. 9. Luc. — 3. Beda Chriſtum per hanc oculorum elevationem ſeſe erga conſtantem ipſorum ſuî ſequelam beneficum exhibere voluiſſe exiſtimat: *Ipſe autem ut potens piuſque Salvator excipiendo fatigatos, docendo inſcios, ſanando ægrotos, reficiendo jejunos, quantum devotione credentium delectetur, inſinuat.*

Salmeron to. tr. 26. — 4. Salmeron hanc Chriſti actionem à S. Joanne non otiosè aut ſuperfluè narratam fuiſſe oſtendit, dicens: *Oportuit dici Jeſum ſublevaſſe oculos, & vidiſſe turbam, ut per hoc indicetur, quod fuit ſollicitus de paſcendis turbis: Oculi ejus in pauperem reſpiciunt.*

Pſ. 10. 5. — 5. Chriſti obtutus beneficus ſemper eſſe conſuevit; unde David Deum rogabat, dicens: *Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum.* Ubi Agellius ita ſcribit: *Quem ipſe benigno vultu reſpicit, miſer eſſe non poteſt.*

Pſ. 30. 17. — Levit. 26. 9. — In Levitico hæc reperitur à Deo facta promiſſio: *Reſpiciam vos, & creſcere faciam.* Et Heſichius ait: *Nihil melius quàm reſpici à Deo cujus reſpectus ſalus eſt.*

Rup. Ab. lib. 6. in Ioan. — 6. Rupertus Abbas Tuitienſis, de oculorum Salvatoris elevatorum ſalutaribus influentiis ita ſcribit: *Sublevati oculi Jeſu feneſtræ ſalutis, & patentes miſericordiæ januæ ſunt per quas gratia & veritas emittitur; ſublevatio oculorum Jeſu præſens miſerorum compaſſio eſt.* Ac proinde Pſalmiſta ad illos, qui compaſſionis viſceribus carentes crudeles exiſtunt, alludens dicit: *Oſculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.* S. Thom. ait: *Oculos ſuos ſublevat, id eſt, reſpectum pietatis impendit*, id quod idem Pſalmiſta à Deo inſtanter petebat, dum ait: *Reſpice in me, & miſerere mei.*

Pſ. 16. 6. — S. Thom. in Joan. — Pſ. 24. 16.

7. Idem Doctor Angelicus aliam quandam nobis valde ſalutarem conſiderationem adducit, dum ait: *Exiſtens in monte cum diſcipulis*, oculos ſuos non ad forum, vel alium locum prophanum videndum ſubitò elevavit, *ut diſcamus Chriſti maturitatem oculos non dirigentis huc atque illuc ſed pudicè ſedentis & attentè cum diſcipulis ſuis.* Dionyſius Carthuſianus eandem in ipſo oculorum modeſtiam & circumſpectionem conſiderat, dum ait: *Oculus vagus non fuit, ſummè compoſitus, nec ſine ingenti cauſa circumſpexit.*

Dion. Cart. in Ioan.

Et vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eum.

Toletus. — 8. Toletus obſervat, S. Joannem multas alias variarum actionum Salvatoris omiſiſſe circumſtantias, quæ tamen ab aliis Evangeliſtis exprimuntur. Primò enim SS. Matthæus & Marcus eum à ſolitudine montis receſſiſſe dicunt, ut in conſectantem ſe multitudinem oculos ſuos conjiceret: *Et exiens vidit turbam multam.* S. Marcus addit: *Et miſertus eſt ſuper eos*, & ad compaſſionem commotus, quæ eſt ſecunda circumſtantia. *Secundò addunt, tactum eſſe miſericordiæ affectu. Tertiò, cauſam Marcus aſſignat, quia erant velut oves non habentes paſtorem. Quartò dicit Lucas, ipſum eos excepiſſe placide, & humaniter obviam proceſſiſſe. Quintò Marcus refert, cœpiſſe eos docere multa. Sextò addit Lucas, de regno Dei. Septimò Matthæus & Lucas addunt ægrotos, & qui curatione indigebant, ſanaſſe. Octavò, ſecundùm Matthæum & Marcum erat hora tarda, & dies inclinabat; acceſſeruntque diſcipuli dicentes: Dimitte illos, ut euntes in vicos & villas proximas emant ſibi cibos. Nonò, ſecundùm Matthæum & Marcum reſpondent: Euntes emamus panes ducentis denariis, & dabimus eis. Decimò, quod Ioannes nunc refert: Cùm ſublevaſſet oculos Jeſus, & vidiſſet*

Matt. 14. v. 14. Marc. 6. 34. — Marc. 6. 34. Luc. 9. 11 Marci. 6. 34. Luc. 9. 11. Matt. 14 v. 14. Mat. 14. 15. Marc. 6. 36. Matt. 14. 15. Marc. 6. 37. Ioan. 6. 5.

vidiſſet maximam multitudinem, ad Philippum converſus, ipſum interrogat, jam enim docuerat, jam miracula ediderat, infirmos ſanaverat, nunc animum ad refectionem corporalem illorum applicans ait, &c.

Dixit ad Philippum.

9. Valde credibile eſt, S. Philippum ab increata illa Sapientia habitum fuiſſe præ cæteris Apoſtolis velut conſiliarium propria commoda minimè quærentem, valdeque charitativum; neque opinio hæc ſuo probabili caret argumento, quia ſi manifeſtum charitatis indicium eſt illud, quod tradit Apoſtolus, dum ait: *Charitas non quærit quæ ſua ſunt,* 1. Cor. 13. 5. illud cumprimis in S. Philippo egregiè emicuit, quia quando magnam illam Chriſto ſupplicationem propoſuit dicens: *Domine oſtende nobis Patrem,* Ioan. 14. 8. eandem non pro ſe tantùm, ſed pro omnibus exhibuit, non enim dixit: *Oſtende mihi*, ſed *Oſtende nobis*; neque enim ſe ab intereſſe proprio moveri aut ſeduci permiſit. Vix cœleſtis Magiſtri ſcholæ primum pedem intulerat, cùm ecce protinus cœleſtis illius & infiniti boni Nathanaelem participem eſſe voluit. Conſiderari quoque hoc loco poteſt, quòd cum Philippus ex illis Bethſaidæ finibus oriundus fuerit, locorum illorum majorem utique cæteris omnibus notitiam, praxim & experientiam habuerit, & ideo ipſe ſpecialiſſimè præ cæteris à Chriſto interrogatus fuit. Et quidem tametſi Chriſtus *Sciebat quid eſſet facturus*, attamen docere nos voluit, in rebus arduis non eſſe fidendum nobis ipſis, ſed à viris practicis, & rerum experientiâ præditis petenda eſſe conſilia. Unde Albertus Magnus ait: *Quia Philippus de illis partibus fuit, ut dicunt, & magis de multitudine curavit.* Alb. M. in Ioan. Toletus pariter ait: *Argumento eſt majori ſollicitudine premi circa victum, magiſque eſſe timidum.* Toletus.

10. Lucas Burgenſis ait: *Ut qui majori eruditione indigeret, quod annotant Patres, fortè, quia intelligentior rerum mundi plus eſſet de victu ſollicitus.* Lucas Burg. Albertus Magnus citat Chryſoſtomum in hæc verba ſcribentem: *Quia hic Apoſtolus rudior fuit, & magis indigens inſtructione.* Alb. M. in Ioan. Aliam tamen rationem Toletus affert, dicens: *Poſſumus & aliam excogitare cauſam, nempe Philippum fuiſſe in hiſce, quæ ad victum comparandum pertinebant, peritiorem & intelligentiorem.* Toletus.

11. Hugo Cardinalis diſcurſus quos Salvator cum Apoſtolis ſuis miſcuit, per conjecturam aſſequi contendit; dicit enim: *Pater de quibus tractabat cum diſcipulis, de operibus ſcilicet miſericordiæ, attendens hic, quod nunquam inaniter ſedebat cum diſcipulis ſuis, ſed diligenter loquens quid ad eos, & docens.* Hugo Card. in Ioan.

Unde ememus panes, ut manducent hi?

12. Ecce quàm ſit ſollicitus, ut eis, qui ipſum ſequuntur, de neceſſariis proſpiciat. Janſenius ait: *Rectè intelligitur Dominus hoc miraculo ſignificare voluiſſe eis, qui ſibi adhærent etiam in deſerto, hoc eſt, ubi nullum humanum auxilium adfuerit, nullum neceſſariorum bonorum defuturum.* Ianſen. conc. c. 57.

13. Rupertus Abbas Tuitienſis finem hujuſce interrogationis ſequenti ſimilitudine explicat, dicit enim: *Quomodo benevolus cujuſque artis præceptor interdum diſcipulum interrogat, non quòd de ignorantia illius dubitet, ſed ut ad interrogationem evigilet, & ipſe attento efficacius demonſtret* Lyranus ait: *Non petit ignorans, quod deficeret eis pretium, ſed ut ex reſponſione Philippi appareret certius miraculum.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Interrogat non quaſi ignorans, ſed informare intendens.* Rup. Abb. lib. 6. in Ioan. Lyran. in Ioan. Dion. Cart. in Ioan.

Verſus 6.

Hoc autem dicebat tentans eum, ipſe autem ſciebat quid eſſet facturus.

2. Quonam ſenſu tentatio hæc explicanda ſit, Dionyſius Carthuſianus declarat, dicens: *Tentatio piæ probationis ordinatæ ad inſtructionem,* ad eum modum, quo ſacer textus Deum Abraham tentaſſe ſcribit. Toletus diffuſius loquitur: *Non aliud eſt, inquit, quàm periculum facere ſive ſcientiæ, ſive virtutis, ſive alicujus alterius quod in illo latet.* Sciebat etenim Chriſtus, quæ & qualis eſſet hujus Apoſtoli diffidentia, quæ etiam ex ejus reſponſione clarè colligitur, ac proinde hanc ei interrogationem proponit: *Non ut ſidem ejus notam aliis faciat, ſed ut & ipſum humanum remedium deeſſe advertere faciat, & ſic diſcat Chriſto ſe totum committere, & ſollicitudinem ſupervacaneam temporalis victûs deponere.* Dion. Cart. in Ioan. Toletus.

Verſus

Verſus 7.

Reſpondit ei Philippus : ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, ut unuſquiſque modicum quid accipiat.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis ex quadam Ariæ Montani annotatione ſuper Marcum advertit, ex antiquis Judæorum monumentis colligi, quòd Chriſti temporibus unus denarius in illis locis ad decem homines pane ſatiandos ſuffecerit; ex quo deducitur, quòd eum ducentis denariis, ducentis tantum hominum millibus ſatisfieri potuerit.

Salmer. to 6. tr. 27. Act. 1. 20. 2. Salmeron ait: *Id eſt, panis Dei ſatians non poteſt comparari ullo naturæ pretio : unde Simoni Mago dixit Petrus : Pecunia tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri : poteſt tamen emi de congruo denario noſtro, verùm ex auxilio divinæ gratiæ.*

Verſus 9.

Eſt puer unus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces; ſed hæc quid ſunt inter tantos?

Eſt puer unus hîc.

Salmer. to 6. tr. 27. 1. Salmeron charitatem ſancti Andreæ valde commendat, qui ſe ad proſpiciendum turbis illis valde ſollicitum exhibuit: *Charitatem oſtendit Andreas, quòd neceſſarium victum paratus erat turbis communicare, nos autem ne ſuperfluum quidem largimur.* Panes illi & piſces Salvatoris, & duodecim Apoſtolorum menſæ inſtruendæ deſtinati fuerant, & tamen S. Andreas illis ſe privare paratus erat, ut aliorum famem ſublevaret.

Mar. 6. 38. Matt. 14. 15. Luc. 9. 13. Etenim ex textu S. Marci ſatis colligitur, panes illos ad Apoſtolos ſpectaſſe, ideo enim Dominus illos interrogavit : *Quot panes habetis?* In S. Matthæo pariter Apoſtoli dicunt : *Non habemus niſi quinque panes, & duos piſces.* Et apud S. Lucam ſimiliter aſſerunt : *Non ſunt nobis plus quàm quinque panes, & duo piſces.*

Didacus Stella. in Luc. 2. Didacus Stella hanc habet conſiderationem : *Commendat Eccleſiam Petro, conſtituit Epiſcopos Apoſtolos ſanctos, & virtute præditos, iis animas commendat, & officium prædicandi, pecuniam Judæ tradidit, alimentum corporeum puero cuſtodiendum datur. In hoc videbis quam parvi pendat Deus res temporales, & quanto pretiores habeat ſpirituales.*

Qui habet quinque panes.

Chryſo. 3. Chryſoſtomus ſobrietatem & temperantiam conſiderat victûs, quo Apoſtoli ſuſtentabantur : *Illud enim hinc diſcimus, quanta philoſophiâ anguſtâque diſciplinâ Apoſtoli viverent, omnium delitiarum luxum contemnentes*; liquidem pro duodecim viris ſuſtentandis quinque ſolùm panes præſto erant : *Ita quæ ad corpus pertinent, omnia ſuperflua & contemnenda ſibi videbantur.*

S. Bona. in Luc. 4. Eandem quoque conſiderationem habet S. Bonaventura, qui dicit: *Ex quo apparet diſcipulorum inopia, non ſolùm ad reficiendam turbam, ſed etiam ad propriam famem mitigandam, & ut magna oſtendatur inopia, Joannes exprimit genus panum.*

S. Thom. in Matt. 5. S. Thomas de Aquino exinde guſtum & ſuavitatem arguit, quam Apoſtoli ex verbo Chriſti & prædicatione ejus percipiebant : *Ex hoc videtur, quòd Apoſtoli ita fuerint intenti ſuavitati ſermonis Chriſti, quòd magis delectantur in audiendo Chriſtum, quàm in procurando ſibi victum; unde parum curabant de corporis refectione.*

S. Ant. de Pad. ſer. in hac Do. 6. S. Antonius de Padua per hoſce quinque panes in ſenſu morali varios intelligit virtutum actus circa bonam quandam & ſolidam pœnitentiam agendam neceſſarios : *Primus, dolor de amiſſo; ſecundus, pudor de commiſſo; tertius, horror judicii; quartus, timor ſupplicii; quintus, ardor pœnitudinis.* Per duos verò piſces duos alias circumſtantias ad eandem pœnitentiam requiſitas intelligendas eſſe dicit : *Piſces duo ſunt propoſitum melioris vitæ, & ſpes obtinendi veniam.*

S. Hier. in Matt. 7. S. Matthæus Apoſtolos Chriſto magiſtro ſuo ſuaſiſſe ſcribit ut dimitteret turbas, ut ſibi in locis vicinis victum poſſent neceſſarium comparare; at ille reſpondet: *Non habent neceſſe ire;* ubi S. Hieronymus ait : *Non habent neceſſe diverſos cibos quærere, & emere ſibi ignotos panes, cùm ſecum habeant cœleſtem panem.* S. Hilarius hanc petitionem

S. Hila. in Mat. ipſorum nequaquam miratur; liquidem *Nondum conceſſum Apoſtolis erat ad vitæ æternæ cibum cœleſtem panem perficere ac miniſtrare.*

S. S. Mar-

Marc. 6.38. 8. S. Marcus Christum interrogasse scribit: *Quot panes habetis? ite, & videte.* Tolet. *Tolet. in Joan.* tus hujus interrogationis, perquisitionis & præcepti Apostolis dati, ut scilicet prouti in S. Matthæo habetur, panem & pisces inter turbas distribuerent, causam hanc esse dicit: *Ut hac ratione cognoscentes se nihil habere, non solùm quòd pro tanta multitudine, sed nec etiam quòd sibiipsis satiandis sufficeret, & postea experientes divinam ejus virtutem, ipsius postea fidant providentiæ, & nimiam sollicitudinem deponant.* Id quoque probat reprehensio, quam Christus discipulis fecit *Matt. 16.8.* Matth. 16. dum ait: *Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum, & quinque millium hominum, & quos cophinos sumpsistis?*

Didacus Stella. in Luc. 9. Didacus optimè considerat, potuisse quidem panem & pisces de novo creare, absque eo quòd modicâ illâ victûs sui provisione & annonâ uteretur: *Sed voluit quòd discipuli ejus ei afferrent illos panes; vult namque nos ei offerre id, quod ex nostra parte possumus, ipse vero reliquum perficiet; opera nostra ex se non sunt digna, ut mereantur gloriam, at per merita Christi, & gratiâ divinâ adjuvante & faciente consequemur.*

Chryso. hom. 50. in Matt. 10. Chrysostomus patratum hoc à Christo miraculum hisce verbis admiratur: *Non est minus ex quinque panibus tot panes produxisse, & ex duobus piscibus tam magnam multitudinem piscium, quam aut germinasse à principio terram, aut aquas pisces produxisse, hoc nempe signum erat, terræ ac maris ipsum esse creatorem.* Hoc prodigium tanquam Dei potentiam excedens, inquit idem S. Doctor, æstimabatur ab Israëlitis, dum per tot *Ps. 77. 20.* annos in deserto oberrabant: *Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam in solitudine? Idipsum tamen opere conficit.*

Hordaceos.

Jansen. conc. cap. 57. 11. Jansenius admiratur non tantùm pro duodecim & amplius personis modicam quantitatem, sed etiam annonæ qualitatem; non enim habebant carnem, sed pisces, panemque modicum, eumque hordeaceum: *Videri etiam posset ideo hordeaceorum panum apertam factam esse mentionem, quo revocaretur in memoriam miraculum Elisei, qui viginti panibus hordeaceis pavit centum viros.*

12. *Hinc delitiis dediti intelligant,* (ita monet Chrysostomus) *quia magni illi viri & admirabiles comederint, quàm vilis & modica eorum mensa fuerit.* Qui idem alibi in S. Matthæo observat, S. Joannem Evangelistam non sine mysterio panes illos hordeaceos fuisse, declarare voluisse: *Non superfluè, neque otiosè id enarrans, sed delitiarum luxum Apostolorum exemplo calcandum esse instruens.* *Chryso. hom. 41. in Ioan. & hom. 50. in Matt.*

13 Nonnulli sacri Expositores hoc loco sequens movent dubium, cur scilicet sapientissimus Magister, sicut multiplicando vinum, perfectum & generosum vinum produxit, ita quoque idem circa panem non fecerit, curando ut panes illi non hordeacei, sed triticei essent? Albertus Magnus respondet: *Ad hoc dicendum, quòd aliud est hic, & aliud ibi; illud enim miraculum deservivit jucunditati nubentium, & ideo conveniebat aquam mutari in liquorem jucunditatem facientem; istud autem deservivit necessitati communis turbæ, & ideo à forma necessitati deservienti illum panem non mutavit, maximè, ut dicit Chrysostomus, ne gulæ videretur deservire.* *Alb. M. in Ioan.* *Chryso. hom. 50. in Mat.* Salmeron verò aliam magis literalem rationem adducit, dicens: *Quia multiplicavit quod invenit, invenit autem panes hordeaceos, & non frumenti.* Lucas Burgensis ad nostram instructionem hoc inde documentum deducit: *Qui sibi Christum cupiunt esse nutritium, discant non appetere exquisitas lautitias, sed pane hordeaceo contenti esse.* Id quod quotidie tot bonis religiosis evenit, qui Dei servitio dedicati, in summa austeritate & sobrietate quovis pane contenti vivunt. *Salmer. to. 6. tr. 27. Lucas Burg. in Ioan.*

14. Quod verò mysterium attinet, hoc à Venerab. Beda fusè hisce verbis exponitur: *Panes, qui legem designant, hordeacei fuisse referuntur, qui jumentorum maximè, rusticorumque est cibus, quia incipientibus, necdumque perfectis auditoribus asperiora, & quasi grossiora sunt committenda præcepta; animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei, atque ideo Dominus pro suis cuique viribus dona distribuens semperque ad perfectiora provocans, primò quinque panibus quinque millia, secundò septem panibus quatuor millia hominum reficit; tertiò discipulis suæ carnis & sanguinis mysterium credit; ad ultimum magno munere dat electis, ut edant & bibant super mensam suam in regno.* *Beda. in Lucam.*

Et

Et duos piſces.

15. Non ſufficiebat Chriſto miraculum edidiſſe in pane, quin etiam in piſce idem operari voluit: *Ut oſtenderet ſe Dominum*, inquit S. Thomas, *& in terra, & in mari; ille, qui Geneſ. 1. dixit: Germinet terra herbam virentem; & qui dixit: Producant aquæ reptile*, &c. S.Thom. in Matt. Gen. 1. 11 Gen. 1. 20.

16. Albertus Magnus de piſce ita ſcribit: *Præbet frigidum dulcoramentum, & non fovet libidinem.* Alb. M. in Matt.

17. Hugo Cardinalis in ſenſu morali ita ſcribit: *Duo piſces, cognitio illuminans intellectum, & dilectio inflammans affectum; cognitione enim præſentia vana eſſe conſpicimus: per præterita quaſi per quædam præſagia de futuris conjicimus.* Hugo Card.

Sed hæc quid ſunt inter tantos?

18. Siquidem, ut S. Bonaventura advertit, uno pane milleni homines paſcendi erant: *Unde viros nominat, & numerat: unde appareret, quanta erat reliquorum turba, præſui multitudine non numerata. Unde Matthæus dicit, quòd manducantium fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & parvulis.* S.Bon. in Ioan.

19. Theophylactus ſuper Matthæum ita ſcribit: *Diſcamus hoc loco, quòd etiam pauca, quæ habemus, in hoſpitalitatem inſumere debemus: Apoſtoli pauca habentes dederunt, & pauca hæc multiplicavit.* Theoph. in Matt.

Verſus 10

Dixit ergo Jeſus: Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multum in loco; diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinque millia.

Facite homines diſcumbere.

1. Huic præcepto Domini Apoſtoli nec quicquam contradixerunt, multò minus ingens illa hominum multitudo, tametſi illis ignotus eſſet hujus præcepti dominici exitus aut finis. Unde Lucas Burgenſis ait: *Qualis fuit ſimplicitas obediendi Apoſtolorum, ut juberent diſcumbere, talis & facilitas obſequendi, populorum, ut uno tantùm verbo juſſi diſcumberent, de fine licèt incerti.* Chryſoſtomus ſimiliter ait: *Nondum viſis panibus, ut intelligas quæ non ſunt, ſicut ea quæ ſunt, ei ſubdita eſſe, ut Paulus teſtatur, vocans quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, ut hinc diſcipulorum animos excitaret; cùm enim ex ſermone illo lucrati eſſent, continuò paruerunt; neque perturbati ſunt, dicentes: quid eſt hoc? quid jubes diſcumbere? nihil eſt paratum, ſed ante miraculum credere cœperunt.* Lucas Burg. in Matt. Chryſ. hom. 41. in Ioan.

2. Didacus Stella ad locum alpeſtrem, in quo diſcubituri erant, ſe reflectit, ſiquidem locus ille in deſerto erat, & tamen eos vel minimum recalcitraſſe non conſtat: *Diſcubuerunt omnes in deſerto illo ſuper terram; pauci enim eorum habebant veſtes pretioſas, ſi enim habuiſſent, vix recumbere voluiſſent ſuper terram; ut intelligas non multos ſapientes, nobiles, aut divites ex Chriſti pane manducare; vel certè ſi divites & nobiles erant, hæc contemnentes in vili humo ſederunt.* Unde devotam quandam inſtructionem pro illis deducit, qui ad panem & menſam Sacramentalem ſunt acceſſuri. Ergo ad edendum panem hunc requiritur ea animi modeſtia, ut non te credas altiori loco dignum, quàm humili terrâ. Salmeron quoque in ſenſu morali monitum quoddam ſuggerit, quod eidem diſpoſitioni ad menſam dominicam multum poteſt cooperari: *Diſcubitus iſte quietem mentis, & ceſſationem à curis atque moleſtiis ſignificat.* Idipſum quaſi Hugo Cardinalis notat hiſce verbis: *Per quod ſignificatur, quòd qui verbo Dei audiendo volunt attendere, & menſæ Domini participare, debent ſenſus ſuos arcere, & eis perfectè dominari, ut dicit Gloſſa.* Demum verò graviter invehitur contra illos, qui alio fine, quàm ob ſpiritualem profectum ad verbum Dei auſcultandum conveniunt: *Contra illos, qui veniunt ad ſermones, ut videant, & videantur, & concupiſcant, & colloquantur cum mulieribus.* Didac. Stell. in Luc. Salm. to. 6. tr. 72. Hugo C. in Ioan.

3. Illos quidem quietè ſedere juſſit; ſed poſtquam ambulando defatigati fuêre, & viribus exhauſti. Unde S. Ambroſius ait: *Gratiæ cœleſtis impartitur alimentum, ſed quibus impertiatur, adverte, non otioſis, non in civitate quaſi in ſynagoga, vel ſæculari digni-* S.Ambr. in Luc.

dignitate reſidentibus, ſed inter deſerta quærentibus Chriſtum. Suis quidem illos benedictionibus paſcit, eoſque quietè conſidere facit, ſed poſtquam eum audiêrunt, & per labores & defatigationes inter alpeſtres horridaſque ſolitudines eum fuêre ſecuti.

Salm. ibid. 4. Salmeron facto diſcumbentium calculo computat, quòd cùm diſcumbentium numerus ſe præter mulieres & parvulos ad quinque hominum millia extenderit, quilibet Apoſtolorum circiter octingentis quinquaginta hominibus miniſtrârit.

Erat autem fœnum multum in loco.

Dion. Cart. in Ioan. 5. Dionyſius Carthuſianus ait: *Et ſic locus mollior & aptior fuit ad ſedendum atque veſcendum.* S. Marcus locum hunc vireſcentem fuiſſe dicit, intelligendo per fœnum herbam viridem, vivam, nondum præciſam & exſiccatam, qualis in principio veris circa Paſcha eſſe ſolet. Theophylactus legit: *Super gramina, frugalitatem docens, ne tu in pretioſis lectis & ſtratis recumbas.*

Theoph. in Matt.

6. Quantum verò ad fœni hujus myſterium attinet, illud multis lex eſſe reperitur. Beda ait: *Fœnum, in quo diſcumbens turba reficitur, concupiſcentia carnalis intelligitur, quam calcare ac premere debet omnis, qui ſpiritualibus alimentis ſatiari deſiderat; omnis enim caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos fœni: diſcumbat ergo ſuper fœnum: florem fœni conterat, id eſt, caſtiget corpus ſuum, & ſervituti ſubjiciat, voluptatem carnis edomet, qui ſi quis panis vivi cupit ſuavitate reſici.*

Beda. in Ioan.

Salm. tom. 6. tr. 27. Rom. 7. 18. 7. Salmeron S. Marcum dicere notat: *Super viride fœnum, quia omnis caro fœnum: & ſcio, inquit Apoſtolus, quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum, & dicitur fœnum viride, id eſt, nondum ſucciſum falce mortis & peccati, quia tunc traditur comedendum beſtiis inferni; ergo dum fœnum eſt viride, id eſt, dum tempus hic habemus, operemur bonum.*

Gal. 6. 10.

Euſeb. Emiſſ. in hac Do. 8. Euſebius Emiſſenus oculum ſuum in panem Euchariſticum, & ſacri Altaris menſam dirigens, ita ſcribit: *Super fœnum turbas diſcumbere facit, quatenus hoc cibo ille intelligat ſe eſſe indignum, qui nondum ſuper fœnum diſcumbit; Propheta enim dicit: Verè fœnum eſt populus. Quicunque igitur es, qui vis ſatiari de panibus Chriſti, diſcumbe prius ſuper fœnum, prius fœnum te eſſe cognoſce;* finis enim noſtri conſideratio, ad accedendum dignè ad Sacramentum, optima eſt præparatio.

Iſa. 40. 7.

Alb. M. in Luc. 9. Albertus Magnus per hoc fœnum, ſuper quod diſcumbentes ſedebant, ſubjectionem intelligit, quâ caro ſpiritui ſubjicitur: *Nec ad menſam Dei dignè ſedere poterit, qui carnem per ſervitutem ſpiritui non ſubjicit. 1. Corinth. 9. Caſtigo corpus meum,* &c. Interlinearis ait: *Super fœnum ſtudio continentiæ calcatâ carne.* Rupertus Abbas Tuitienſis ait: *Ut reprimant vitia carnis, quia omnis caro fœnum.*

1. Cor. 9. v. 27. Interl. in Matt. Rup. Ab. lib. 6. in Ioan.

Paul. de Palat. in Matt. Iſa. 40. v. 6. 1. Cor. 3. v. 12.

10. Paulus de Palatio ſcribit, per fœnum in Scriptura ſacra carnem, & quamvis rem terrenam & caducam intelligi: *Omnis caro fœnum,* item peccata minus gravia, adducitque illum Apoſtoli textum: *Qui ædificat ſuper hoc fundamentum fœnum, ſtipulam & lignum, opus ejus ardebit: multa ergo peccata leviora ſunt multum fœnum. Igitur docuit nos Chriſtus, eum, qui voluerit de cœleſti cibo guſtare, prius debere multa terrena contemnere; deinde quando non licet omnia venialia vitare, certè vitet multa, ut ex illo divino pane ſatietur.*

Numero quaſi quinque millia.

Beda. in Luc. 11. *Quia quinque ſunt,* inquit Beda, *exterioris hominis ſenſus; quinque millia viri Dominum ſecuti deſignant eos, qui in ſæculari adhuc habitu poſiti, exterioribus quæ poſident, bene uti noverunt.* Hugo Cardinalis in illis quinque millibus quinque notat perſonarum genera, quæ ad Dei verbum audiendum accedunt. *Per quos ſignificantur quinque genera hominum, qui venint ad ſermonem: quidam ut doceantur ſcire; quidam ut doceantur vivere; quidam ut videantur boni eſſe; quidam obſervandi gratiâ; alii cauſâ ſocietatis & conſuetudinis.*

Hugo C. in Luc.

Verſus 11.

Accepit ergo Jeſus panes, & cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus; ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant. *Chryſ.*

1. Chryſoſtomus diſcipulorum admiratur

hom 50. in Matt. tur modeſtiam & mortificationem, & dicit: *Non clamaverunt, nihil nobis relinquitur, quo noſtram inediam mitigare poſſimus, ſed confeſtim nihil murmurantes paruerunt.*

Lyran. in Ioan. 2. Lyranus ad quæſtionem quæ hoc loco exercitari poſſet; cur ſcilicet Dominus panem de novo non creaverit, ſed multiplicârit? reſpondens dicit: *Non creavit de novo, ſed præexiſtentes multiplicavit, ut miraculum eſſet magis notum, quia talis multiplicatio eſt magis perceptibilis, quàm creatio.*

Alb. M. in Ioan. 3. *Accepit panem in manus ſuas, ut tactu ſuæ manus*, inquit Albertus Magnus, *virtus in panem ageret ſuæ divinitatis.* Toletus aliam reddit rationem, nimirum ut hoc miraculum ſuâ virtute factum eſſe magis innoteſceret: *Si enim creati fuiſſent ad illius preces, Deum illum panem miſiſſe dixiſſent turbæ, ſicut oratione Eliæ pluit, & ſicut in deſerto miſſæ ſunt coturnices; at dum manibus ſuis accepit panes, & multiplicat, in eo eſſe virtutem tantam nemo dubitare poterat.*

Toletus. *Baſilius orat. 33.* Baſilius Seleucus ait: *Panes pariebant panes, panes abſque ruſticano ſudore parti, non deſpicis erumpebant, ſed de Domini manu efflorescebant.*

Toletus. Toletus ait: *Factum eſt etiam hoc ad myſterii ſignificationem, de ſacratiſſimo Euchariſtiæ pane in qua non novus panis creatur, ſed panis jam factus aſſumitur, qui divinâ virtute in Chriſti ſubſtantiam ſeu corpus convertitur.*

Did. Stell. 5. Didacus Stella bene conſiderat, quòd quamdiu panes illi in manibus pueri fuerint, numeroſæ huic multitudini ſuſtentandæ vel ſatiandæ minimè ſuffecerint: *At cùm Chriſtus illos in ſuis manibus ſumpſit, creverunt & multiplicati ſunt: ſic opera, quæ tu facis per te, & in tuis manibus parvi momenti ſunt; ſed cùm in manibus Chriſti ea poſueris, multiplicabit illa divina virtus, & augebit frugem juſtitiæ noſtræ: nam ut Paulus ait: Non qui ſeminat, aut qui plantat, ſed qui incrementum dat Deus.*

1. Cor. 3. 7.

Alb. M. in Ioan. 6. Albertus Magnus dicit panem hunc tunc à Chriſto in manus ſumi: *Quando refectio ad vires reparandas ſic ſumitur, ut vires in obſequio Dei exerceantur & expendantur.*

S. Anſel. 7. S. Anſelmus ſuper S. Matthæum ad ſenſum recurrit allegoricum, & ait: *Non nova creat cibaria, ſed acceptis eis, quæ habuerunt diſcipuli, benedicit, quia veniens in carne, non alia, quàm quæ prædicta ſunt, prædicat, ſed legis & Prophetarum ſcripta, quàm ſint myſteriis gratiæ gravida demonſtrat. Manducaverunt, dum intellexerunt, quid ſunt illa fragmenta, niſi quæ populus non potuit manducare? Intelliguntur quædam ſecretiora intelligentiæ, quæ multitudo non poteſt capere.*

Et cùm gratias egiſſet.

Rup. Ab. l. 6. in Ioan. 8. Rupertus Abbas Tuitienſis hanc gratiarum actionem ad exemplum factam eſſe dicit, quod nobis relinquere voluit, agendi Deo gratias tam pro illis quæ recepimus, quam pro aliis quæ ab ipſo accipere ſperamus: *Videlicet ut nos de perceptis vel percipiendis cœleſtis gratiæ donis exemplo ſuo gratias agere prædoceret.*

Chryſoſt hom 72. ad pop. 9. Chryſoſtomus ad aliud propoſitum ſcribit, nempe de menſa vulgari, ad quam præmiſsâ benedictione accedimus, & à qua cum gratiarum actione recedere ſolemus: *Menſa*, inquit, *ab oratione ſumens initium, in orationem deſinens nunquam deficiet, ſed fonte largius omnia nobis affert bona.* Et hæc quidem principalior eſt hujus actionis cauſa. Unde & Albertus Magnus ait: *Ut nos doceret non ſine gratiarum actione & verbo orationis panem ſumere, & ideo cùm alia miracula ſine tactu & oratione perfecerit, hic & tangit propter benedictionem, & gratias agit propter divinæ largitatis donationem.* *Alb. M. in Ioan.*

Alii tres Evangeliſtæ addunt: *Benedixit*; circa quod verbum Dionyſius Carthuſianus ait: *In quo docuit ante comeſtionem benedicere cibos.* Sanctus Bonaventura Chryſoſtomi teſtimonium adducens ita ſcribit: *In panibus hoc fecit* (id eſt, gratiarum actionem præmiſit) *oſtendens, quoniam eos, qui comeſtionem incipiunt, gratias agere Deo oportere; unde Apoſtolus ait: Sive manducatis, ſive bibitis, vel aliud agitis, in gloriam Dei facite.* *Dion. Cart. in Matt.* *S. Bona.* *1. Cor. 10. v. 31.*

Salmer. to. 6. tr. 27. 10. Salmeron obſervat, quòd alii dicant Chriſtum benedixiſſe & fregiſſe panem; item quòd S. Joannes loco illius verbi, *Benedixit*, dicat: *Cum gratias egiſſet, ut intelligamus idem eſſe benedicere, & gratias agere, ut adnotavit Cyrillus.* *S. Cyril.* *Hæc benedictio deprecatio fuit divinæ gratiæ, quæ non ſimplex erat, ſed efficiens panum benedictorum multiplicationem, ut benedictio panis in ultima cœna*

ua operabatur panis in corpus Chriſti tranſmutationem.

Paul. de Pal. in Matt. 11. Paulus de Palatio hanc benedictionem in alio ſenſu accipit, dicit enim: *Benedicere Dei multiplicare eſt; nec forſan invenies bona in Scriptura multiplicata ſine benedictione divina: agit igitur ex more Dominus, benedicit multiplicaturus.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Benedixit illis, dando eis, ut mox multiplicarentur.*

Dion. Cart. in Matt.

12. Sciendum quoque eſt, quòd alii tres Evangeliſtæ unanimiter Chriſtum in hac benedictione ſeu gratiarum actione oculos ad cœlum elevaſſe dicant, cujus myſterium explicans Cajetanus dicit: *Elevatis in cœlum oculis, ad demonſtrandum quòd à Deo fiebat miraculum.* Et Beda ait: *Reſpicit in cœlum, ut illis dirigendam mentis aciem, ibi lucem ſcientiæ doceat eſſe quærendam.*

Cajet. in Ioan. *Beda. in Luc.*

13. Hugo Cardinalis in ſenſu morali ad hoc reflectit, quòd Chriſtus panem prius benedixerit, & poſtea eundem fregerit: *Ille primò benedicit, & poſtea frangit, qui prius facit bonum, & poſtea docet illud.* Idem quoque Author ait: *Prius accipiendi ſunt panes, poſt cum gratiarum actione diſtribuendi, ut prius habeat verbum in manu, quàm in lingua.* Demum verò pergit: *Hinc eſt, quòd in principio menſæ datur benedictio. Unde 1. ad Tim. 4. Nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.*

Hugo C. in Luc. *Hugo in Joan.* *1. Tim. 4. v. 4.*

Diſtribuit diſcumbentibus.

Luc. 9. v. 16. *S. Hilar in Matt.* *Interl. in Matt.* *Theoph. in Matt.*

14. Obſervandum hoc loco eſt, quòd ſanctus Lucas dicat: *Diſtribuit diſcipulis ſuis, ut ponerent ante turbas.* S. Hilarius ait: *Dantur Apoſtolis panes, quia per eos erant divinæ gratiæ dona reddenda.* Interlinearis ait: *Qui prius Apoſtolis dederat ſenſum, ut intelligerent Scripturas, quæ per miniſterium Apoſtolorum aliis exponuntur.* Theophylactus aliud motivum adducit, nimirum ut miraculum memoriæ ipſorum tantò vivacius imprimeret: *Diſcipulis dat panes, ut in memoria ſemper habeant miraculum, & ne effluat à cogitatione eorum, tametſi illi citò obliviſcantur.*

Didac. Stell. 15. Didacus Stella ait: *Chriſtus dedit his victum per manum Apoſtolorum, ſic dat pauperibus per manus divitum.* Qui idem Author ulterius dicit: potuiſſe quidem Chriſtum efficere, ut aër turbæ huic præſtaret nutrimentum, vel ut non ſentirent famem, ſicut idem donum pauperibus imperti potuiſſet, eos nimirum divitiis ſufficientibus locupletando: *Sed voluit in mundo eſſe pauperes famelicos, ut dives beneficus eſſet, quia cupit hoc medio eos ſalutem conſequi, & pauperes etiam patientiam habentes, regnum cœlorum adipiſci.*

16 Gloſſa ſuper Lucam ita ſcribit: *Quòd Apoſtoli miniſtrant, futuram diviſionem Dominici corporis & ſanguinis prænuntiat.* S. Bonaventura ait: *Ipſi erant nobiles Chriſti miniſtri, & diſpenſatores, & prompti ad inſervi-endum ſecundùm illud: Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.*

Gloſſa in Luc. *S. Bonav.*

17. Didacus Stella in hoc miniſterio interceſſionem Sanctorum inſinuari dicit: *Docemur hic quanta bona nobis largiatur Deus per manus Sanctorum ſuorum.*

Didac. Stell.

18. Salmeron diſtinctam totius hujus diſtributionis refert ſeriem; prius enim panes in manibus Chriſti locum habebant, de quibus S. Auguſtinus in Homilia ad Matutinum lecta dicit: *Panes illi quinque ſemina erant, non quidem terræ mandata, ſed ab eo qui terram fecit, multiplicata;* à Chriſti manibus autem panes ad manus tranſiêrunt Apoſtolorum, ac demum in manus venerunt numeroſæ illius multitudinis: *In manibus Apoſtolorum & diſcumbentium; nam alioquin & Chriſtus ipſe frangendo panes, & Apoſtoli deferentes minùs laborarent, & turbæ diutiùs exſpectarent, donec miniſtri pauci totum cibum apponerent. Turbæ etiam per centenos & quinquagenos diſcumbentes non videſſent ſignum, ſi tantùm in manibus Chriſti fiebat, nec ita communicaretur in edendo ſigno poteſtas. Chriſtus ergo frangendo panem porrigebat diſcipulis pauca fragmenta, quæ in itinere creſcebant, ut non poſſent jam ferre, in menſa multò plus augebantur: itaque videbant ſe comedere, & cibum non ſolùm non diminui, ſed creſcere.*

Salm. t. 6. tr. 26. *S. Aug. tr. 24. in Ioan.*

Similiter ex piſcibus quantum volebant.

19. Cajetanus ait: *Crediderim ergo ſignificari,*

Cajet. in Ioan.

cari, quòd tam panes quàm piſces Jeſus multiplicabat quantum volebat, diſcipulis ad diſtribuendum; quemadmodum principalis diſpenſator dat præpoſitis menſarum quantum petunt, illi autem petebant ad effluenter dandum.

Hugo Card. in Ioan. 20. Hugo Cardinalis in alio ſenſu hac de re ſcribit: *Contra illos, qui invitis prædicant, & tædio afficiunt prædicatores præ nimietate.*

21. Conſiderari etiam hoc loco poteſt, quod in menſa, quam Deus inſtituit, omnino quæ volumus & optare poſſumus, inveniamus; non verò idem contingit in menſa mundi, in hac enim nemo ſatiatur: Manna omnem in ſe ſaporis ſuavitatem habebat, quam quis deſiderare poterat, quia cibus erat ex Dei penuario miniſtratus: *Deſerviens uniuſcujuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, convertebatur.* *Sap. c. 16. v. 21.*

Verſus 12.

Ut autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperaverunt fragmenta, ne pereant.

Ut autem impleti ſunt.

Alb. M. in Ioan. Luc. 1. v. 53. 1. Albertus Magnus ait: *Eſuriei, & laſſitudini, & labori, & deſiderio ſatisfacientis.* Luc. 1. *Eſurientes replevit bonis*; ut quis ex pane communi, qui hîc in terris pinſitur & coquitur, ſaturari poſſit, *ducentorum denariorum panes*, ut S. Philippus ait, *non ſufficiunt eis, ut unuſquiſque modicum quid accipiat*; panis autem à Deo benedictus, & in ejus manibus poſitus, abundanter ſappetitum noſtrum exſatiat, quantumvis etiam minimâ quantitate ſumptus una duntaxat ſtilla torrentis illius, qui civitatem Dei inundat, ſufficit ut ſervi Dei exclament: *Satis eſt Domine, ſatis eſt. Ad imaginem Dei*, inquit S. Bernardus, *facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari poteſt, repleri omnino non poteſt, capacem Dei, quicquid Deo minus eſt, non implebit.* Pſalm. 33. dicitur: *Divites eguerunt, & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.* Multi utique in Palæſtina fuêre divites, qui in delitiis & voluptatibus ſuis paſſi fuerunt famem, neque uſquequaque contenti fuerunt, quod tamen hiſce, qui Chriſtum ſecuti fuerant, minimè evenit: *Juſtus comedit, & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſaturabilis.* Euſebius Emiſſenus ait: *Certamen fit inter panes & homines; homines manducant, panes creſcunt; vincunt panes, ſuperantur homines; illi ſufficiunt, iſti deficiunt; niſi enim manducare homines ceſſaſſent, forſaſſe in infinitum panes creſcerent.* Unde Albertus Magnus ait: *Divina virtus ſemper exſuperat & excreſcit.* Vinum à ſponſis in nuptiis Canæ in Galilæa propinatum, in ipſo convivii fervore protinus deficit; ad denotandum, quòd in mundanis *extrema gaudii luctus occupat*: mundus etenim bonum prandium alicui exhibere nequit, quia ſemper in fine malam cænam miniſtret: non verò ſic ſe vinum illud habuit, quod Deus noſter miraculosè ſubminiſtravit: *Tu autem ſervaſti bonum vinum uſque adhuc*, & de hydriis vinum illud continentibus dicitur: *Implêrunt eas uſque ad ſummum.* Porro ſuperabundantis liberalitatis Chriſti, in ſectatoribus ſuis cœleſti pane ſuo ſatiandis, manifeſtum fuit indicium ingens ille reſiduorum fragmentorum in quantitate exceſſus, de quo Victor Antiochenus ita ſcribit: *Tanta reliquiarum vis facta fuit, quo publicè conſtaret tantam rerum abundantiam magis proveniſſe ad oſtendendam facientis virtutem, quàm ad expellendam præſentis populi neceſſitatem.* *Prov. 13. v. 25.* *Euſeb. Emiſſ. in hac Do.* *Alb. M. in Luc.* *Ioan. 2. v. 3.* *Prov. 14. v. 13.* *Victor Antioch in cap. 6. Marc.*

2. Porrò aliis tres Evangeliſtæ loco dictionis illius: *Impleti*, ſcribunt: *Saturati ſunt.* S. Bonaventura ait: *Impletum eſt, in cujus figura dixit Eliſeus de pauris panibus: Hoc enim dicit Dominus: Comedent, & ſupererit.* S. Hilarius ait: *Creſcit materies, neſcio utrum in menſarum loco, an in manibus ſumentium, an in ore edentium. Ne mirere fontes fluere, ineſſe uvas vitibus, & uvis vina diffundi, & omnes mundi opes annuo quodam meatu indefeſſoque defluere; auctorem enim hujus univerſitatis tantus panum profectus oſtendit.* *S. Bona. in Luc.* *S. Hila. in Matt.*

3. Lyranus ſuper textum Matthæi in ſenſu morali ita ſcribit: *Per hoc autem, quòd pavit eos corporaliter, ſignificatur, quòd Prælati & curati debent ſubditos paſcere verbo doctrinæ, & Sacramento Euchariſtiæ*; ac proinde S. Joannes non ſine myſterio miraculum iſtud tempore, quod Paſchati proximum erat, accidiſſe notat, in quo fideles omnes à *Lyran. in Matt.*

Paſtoribus ſuis communionem accipere ſolent.

Lyran. in Ioan. 4. Idem quoque Author pro maiori hujus miraculi evidentia notat, quòd Evangeliſtæ de diſcumbentibus ſcripſerint: *Saturati ſunt, impleti ſunt. Per hoc enim oſtenditur miraculi veritas; ſi enim multiplicatio fuiſſet ſecundùm apparentiam tantùm, homines non fuiſſent inde ſatiati, nec remanſiſſent reliquiæ ſenſibiles.*

Gloſſ. in Lucam. 5. Gloſſa ſcribit: *Significat famem in perpetuum ab electis repellendam, quia non eſuriet qui acceperit Chriſti cibum: Non eſurient, neque ſitient amplius,* ut in Apocalypſi ſcribitur. *Apoc. 7. v. 16.*

Dion. Cart. in Ioan. 6. Dionyſius Carthuſianus hoc loco quærit, quomodo hæ turbæ ex hac refectione ſatiatæ dici potuerint, cùm vinum, & alius qualiſcunque potus in ea defuiſſe noſcatur, ſiquidem potûs nulla penitus fit mentio. Et reſpondet: *Certum videtur, quòd ſi non habuerunt aliunde potum, quòd Chriſtus dedit cibariis iſtis virtutem agendi quod efficit potus, ita quod ſitim perpeſſi non ſunt; opera nempe Chriſti ſummi opificis perfecta fuerunt; quos ergo refecit, perfectè refecit.*

Marc. 6. v. 34. 7. Conſiderabilis eſt inter cæteras hujus miraculi ſuperius enumeratas circumſtantias una, quam S. Marcus hanc hiſtoriam deſcribens expreſſit, nimirum: *Cœpit illos docere multa.* Exinde namque colligitur, quòd priùs turbas illas divini verbi ſui annona paverit: *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* *Mat. 4. v. 4.* Albertus Magnus ſuper illa verba Matthæi: *Dimitte turbas,* dicit: Exinde arguitur, quòd turbæ illæ licèt jejunæ, & ex longinquo itinere defatigatæ eſſent, à Chriſto divelli non potuerint: *Ex hoc notatur quod turba non petebat ire, ſuſpenſa ad dulcedinem ſermonis: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.* *Alb. M. in Matt.* *Pſ. 118. v. 130.* Salmeron ait: *Primò quidem ſacræ doctrinæ pabulo refecit illorum animas, poſtremò etiam pane communi ſatiavit, adèo ut me ità de eis dicatur: Impleti ſunt, ſaturati ſunt; unde dici tunc potuit: Duplici ſubſtantiâ totum cibavit hominem.* *Salmer. to. 6. tr. 37.*

S. Paſchaſius l. de Euch. c. 7. 8. Paſchaſius ad panem Euchariſt. cum alludens ait: *Etenim hydria farinæ ſive panes creſcunt, & non minuuntur dum ſatiant; quid putas caro Chriſti;* Veriſimile eſt utique, quòd dum homines turbæ illius in principio panem in tam modica quantitate apponi viderunt, ultimi valde anhelaverint, ut primis ſe jungere poſſent, timentes ne modica illa quantitas ad illos uſque pertingere non poſſet; at verò panis cœleſtis Euchariſtici hæc eſt eximia prærogativa, quòd *ſumit unus, ſumunt mille, tantum iſti, quantum ille, nec ſumptus conſumitur. Manducat Dominum pauper, ſervus, & humilis.*

Dicit diſcipulis ſuis.

9. Cur hæc fragmenta à diſcipulis ſuis, non verò ab aliis colligi voluit? *Quod turbis ſupereſt,* inquit Beda, *à diſcipulis ſuſtollitur, quia ſacratiora myſteria, quæ à rudibus capi nequeunt, non negligenter omittenda, ſed ſunt inquirenda perfectis.* *Beda in Luc.*

Colligite quæ ſuperaverunt fragmenta ne pereant.

10. Finis, ob quem Chriſtus ex hòc appoſito pane tot fragmenta ſupereſſe voluit, optimè à Theophylacto his verbis exponitur: *Non propter oſtentationem, ſed ne creditur per phantaſmata ſatiatos eſſe homines; appareat autem omnibus quod verè ſatiati ſunt, quandoquidem reſidua fuerunt.* *Theoph. in Ioan.*

11. Voluit quoque Dominus noſter per hoc utiliſſimam quandam nobis imprimere doctrinam, qua erudiamur menſarum noſtrarum panes in pauperum refectionem colligendos eſſe. Unde Rupertus Abbas ita ſcribit: *Non ſolùm in diſpenſatione verbi Dei, verùm etiam in uſu vel victu panis hujus viſibilis, quo corpus paſcitur, curandum eſt, ne nobis ſaturatis pereat, quod eſurientibus poteſt prodeſſe pauperibus.* Albertus Magnus hoc loco quærit: *Quare ſuperflua miniſtravit, cùm hoc vitium quoddam dicatur? Dicendum, quod non eſt vitium, ſed virtutis largiſſimæ indicium, quando ſuperfluum convertitur ad utilitatem pauperum, ſicut hic.* *Rup. Ab. lib. 6. in Ioan.* *Luc. 11. v. 41.* Luc. 11. *Quod ſupereſt date eleemoſynam ideo præcepit colligi, ut collecta pauperibus diſtribuerentur.*

12. Erant fragmenta hæc meritò diligenter cuſtodienda, quia panis admodum pretioſi reliquiæ erant. Rupertus Abbas de petitione illa orationis quotidianæ, quam nos Chri- *Rup. Ab. ibid.*

Luc.11. v.3. Chriſtus ipſe ſcilicet orare docuit, *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, ita ſcribit: *Triplicem debet panem noſtræ devotionis humilitas intendere. Primùm panem ſpiritualem, id eſt, omne verbum quod procedit ex ore Dei, quo noſter homo interior vivit; deinde panem dominici corporis, quo interior ſimul & exterior homo in vitam æternam convaleſcit; & ſubinde panem carnalem, quem & ipſum item Deus & Pater omnium homini immerito de terra producit; præſentibus turbis omnem hujus triplicis panis largitatem eodem tempore aperuit; loquebatur enim illis de regno Dei, quod eſt panem ſpiritualem frangere eſurienti; refecit eos carnalibus epulis; & deinde prædicavit eis, ut eſurirent & ſitirent cibum & potum ſanguini ſui.*

S. Bern. ſerm.51. in Cant. 13. S. Bernardus per hæc fragmenta, beneficia à Deo accepta interpretatur, quæ tametſi nonnunquam non magni ponderis eſſe videantur, oblivioni tamen minimè tradenda, nec negligenda ſunt: *Jubemur colligere fragmenta, id eſt, nec minimi beneficii obliviſci.*

Paul. de Palat. in Matt. 14. Paulus de Palatio ait: *Merito jubet Dominus colligi reliquias, quia diem feſtum agent tibi. Plus gaudet anima cùm in memoriam adducit, ſe guſtu Dei cibatam, quàm ſi cuncta terrena poſſideret.*

Salmer. ib.to.6. tr.27. 15. Salmeron obſervat fragmenta hæc non ſolùm de panibus, verùm etiam de piſcibus manſiſſe reſidua, prouti ex textu ſancti Marci colligitur: *Ad magnificentiam convivii ſpectabat, ut utrumque ſupereſſet. Plus tribuit quàm opus ſit ad miraculi claritatem, & plus tribuit nobis, quàm egeamus, ut ſit unde charitatem erga proximos exerceamus.*

16. Idem quoque, qua ratione hæc fragmenta diſperdantur ſequentibus verbis declarat: *Pereunt ergo fragmenta*, inquit, *quæ ad uſum & utilitatem hominum non proveniunt.*

Verſus 13.

Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerunt his qui manducaverant.

1. Quæri hîc oportunè poteſt, quomodo in ſterili quadam ſolitudine, ubi nulla erat incolarum habitatio, tam promptè duodecim cophini reperiri poterint? Cui quæſito hæc poteſt ſubſervire reſponſio, quod ad dandum duo ſolùm reperti fuerint piſces, & quinque hordeacei panes: at verò ad recipiendum, ſive ad colligendum ſubitò, ut ita dicam, curatur ut adſint duodecim cophini, & plures, ſi fuiſſet neceſſum, inventæ fuiſſent, quia aviditas hominum ad recipiendum & intereſſe proprium omnia facilè præſto eſſe faciunt. Quando Salvator noſter à Samaritana hauſtum aquæ ex communi omnibus puteo ſibi dati petiit, ab ea repulſam pati debuit, dicente: *Quomodo tu Judæus cùm ſis, bibere à me poſcis? neque in quo hauries, habes*; at verò quando ei aquam vivam obtulit, dicens: *Si ſcires donum Dei, &c. dediſſem tibi aquam vivam*, de ſitula ſollicita non fuit, ſed protinus dixit: *Domine da mihi hanc aquam.* *Ioan. 4. v 9.*

2. Toletus Apoſtolos non omnia fragmenta collegiſſe exiſtimant: *Veriſimile eſt hæc fragmenta collecta non eſſe omnia ea, quæ ex refectione ſuperfuerunt, multa enim ipſos comedentes ſibi reſervaſſe in cibum futurum, ſive in teſtimonium tanti miraculi, ut fieri ſolet, probabile eſt.* *Toletus.*

3. Lucas Burgenſis, quonam modo hæc fragmenta multiplicata fuerint, declarat, dicens: *Non quinque panes multiplicantur in plures (ſic enim de Dei tantum illos ſuppeditantis, non de Jeſu conſtitiſſet virtute) ſed fragmentis fragmenta ſuccedunt, & fallunt ſemper præfracta frangentes. Hilarii verbis utar. Vidiſſes, inquit Ambroſius, incomprehenſibili quodam rigatu, inter dividentium manus quæ non fregerant, fructificare particulas, & intacta frangentium digitis, ſponte ſuâ fragmenta ſubrepere, quemadmodum videmus liquidis fontibus continuos fluere ſucceſſus.* S. Thomas hæc fragmenta etiam ſecundum numerum cophinorum conſiderata myſtica fuiſſe obſervat, dicit enim: *Ubi notandum, quòd non quantacunque reliquiæ ſuperſunt, neque ad caſum, ſed ſecundùm certitudinem, quia neq; plus, neque minus, ſed quantum voluit, fecit ſuperfluum eſſe, cujus ſignum eſt, quod cophinus cujuslibet Apoſtoli plenus fuit. Duodecim ergo cophini ſignificant duodecim Apoſtolos, & eorum imitatores, qui licèt in præſenti ſint contemptibiles, ſpiritualium tamen Sacramentorum divitiis ſunt interius referti.* Rupertus Ab- *Lucas Burg. in Matt.* *S. Thom. in Ioan.* *Rup. Ab. lib.6. in Ioan.*

Abbas quoque in hoc numero Apoſtolos obſervat: *Numero ſuo præfigurantes univerſos ſanctæ Eccleſiæ Doctores, quorum fideli miniſterio tractandus erat vitalis iſte Scripturarum panis.* Quæ expoſitio pariter menti S. Thomæ conſonat ſcribentis: *Per fragmenta intelligitur ſenſus ſpiritualis, qui à turba non capitur, ſed in cophinis, id eſt, in ſapientibus.* S. Anſelmus rationem reddit, cur Apoſtoli per hæc cæteroquin ſervilia vaſa denotentur; dicit enim: *Quare dicuntur cophini pleni fragmentis? conſtat enim cophinis ſervilia opera ſolere geri: Chriſtus qui cophinos fragmentis replevit, qui infirma mundi elegit, ut confundat fortia.*

S. Anſel. in Matt.

4. Chryſoſtomus ait: *Erat autem & hoc non parum ad Judæ damnationem, qui & cophinum portabat, qui & oculatus tanti miraculi teſtis erat.* Baſilius Seleucus ait: *Pari cum Apoſtolis numero ſunt cophini, ut ſinguli ſingulos bajulando laborem miraculi teſtem ſubeant, humeruſque dum teritur, rei geſtæ ſenſum ingerat, & memoria fatigatione conſervetur.* Hæc autem memoria in Apoſtolis, & multò magis in Juda ſubitò evanuit.

Chryſoſt hom. 41. in Ioan. Baſil. Seleuc. orat. 33.

5. S. Gaudentius liberaliſſimam Chriſti magnificentiam his verbis admiratur: *Iam quinque millium hominum famem quinque panibus hordeaceis, & duobus piſcibus ſatiaverat, majori miraculo convivium ſolvens; amplior enim cibi appoſiti quantitate reliquiarum cumulus invenitur.* Eadem liberalitas à S. Cyrillo Alexandrino his verbis commendatur: *Liberalitas nobis hoc miraculo commendatur, & quaſi magnâ voce dicitur: quantò plura dabis liberaliter ac miſericorditer, tantò tibi plura largius confluent.* Apoſtoli ad pauperculam hanc turbam ſatiandam quinque panes & duos piſces, prandium videlicet & victum ipſiſmet neceſſarium dederunt, & duodecim cophinos receperunt panibus & piſcibus plenos.

S. Gaud. tr. 11. p. de paralyt. S. Cyril. Alexan. l. 3. in Ioan. c. 18.

Verſus 14.

Illi ergo homines cùm vidiſſent, quòd Ieſus fecerat ſignum, dicebant, quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.

1. *Videgulam vulgi*, inquit Theophylactus. Etenim Dominus noſter miracula longè prodigioſiora, eaque ſine numero patraverat, nec tamen illa admirati fuiſſe leguntur: *Et ecce propter cibum dicunt hic eſt ille Propheta, &c. non amplius eum de ſabbathi violatione arguunt, non ultra legem vindicant, ſed adeò illum propter panes colunt, ut & eum non ſolùm Prophetam prædicent, ſed & dignum regno cenſeant.* In eodem cap. 6. S. Joannis v. 41. *Murmurabant Judæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi; & dicebant: Nonne hic eſt filius Joſeph, cujus nos novimus patrem & matrem?* quomodo igitur cum his concordat, quòd nunc tanta cum ſolemnitate & honorificentia publicè eidem acclament? Chryſoſtomus ait: *Qui cùm comederent panem, Prophetam Ieſum appellabant, & Regem facere volebant: hoc in loco indignati, filium fabri dicunt. Et quidem videbantur indignari, quia de cœlis deſcendiſſe ſe diceret; non tamen hæc erat cauſa, ſed quòd corpus non paſceret.* Enimvero ſemper veriſſimum eſt, quòd lautè cibari & tractari, os murmurationibus faciendis vehementer obturet & occludat: *Si non fuerint ſaturati, murmurabant.* Paulò poſt idem Chryſoſtomus ait: *Cùm audirent non amplius edendum, incredulitatis præceptum invenerunt, quod altius loqueretur.* Lucas Burgenſis dicit: *Nota vulgi ingenium citius ſentientis ventris beneficium, quàm mentis.* Idem Chryſoſtomus eadem de re ita ſcribit: *Prò quanta gulæ vis, quàm mutabilis ſententia, jam non amplius columniantur, nec ſabbathi tranſgreſſionem curant, neque Dei zelo moventur; omnes has curas pleno ventre abjecerunt; Propheta erat. Regem volebant.* Toletus verò authoritatem adducit ſancti Gregorii dicentis: turbam hanc Chriſti prædicationem deinceps longè majoris exiſtimâſſe & veneratam fuiſſe, eò quòd eandem tam præclaris miſericordiæ operibus vidiſſent authenticatam: *Egentis animum prædicantis ſermo non penetrat, ſi hunc apud ejus animum miſericordiæ manus non commendat.*

Theoph. in Ioan. Ioan. 6. 41. & 42. Chryſo. hom. 44. in Ioan. Pſ. 58. v. 16. Chryſoſt hom. 41. in Ioan. Lucas Burg. Chryſo. hom. 41. in Ioan. Toletus. S. Greg. 2. p. Paſt c. 7.

2. Lucas Burgenſis ait: *Leviſſimi beneficii eſt alere corpus, majus eſt ſanare, maximum ſacrâ doctrinâ animum paſcere; pro doctrina, pro ſanitate nemo regnum obtulit, pro cibo offerre ardent.* Didacus Stella aliam hinc deducit moralitatem, dum ita ſcribit: *Sic multi in proſperitate, cùm eis dat Deus divitias, hono-*

Lucas Burg. Did. Stell.

honores, cibas, aut bona temporalia, laudant Deum, ſed cùm venit tribulatio, murmurant, detrahunt.

Verſus 15.

Jeſus ergo cùm cognoviſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.

Cùm cognoviſſet. quia venturi eſſent.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis dicit, id Chriſtum feciſſe, poſtquam prævidiſſet eos congregandos eſſe, ut eum proclamarent Regem: *Non permiſit eos ad ſe venire; nam ſi palam fuiſſet tentatum, quod animis conceperant, ſparſus mox fuiſſet rumor defectionis, nec poſtea facilè fuiſſet inuſtam ſemel maculam eluere. Noluit igitur permittere id, quod calumniæ foret occaſio.*

Iſa. 3. 7. 2. In Iſaia varia legimus illius, qui in Principem eligi renuebat, adducta motiva: *Non ſum medicus*, inquit, *& in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum; nolite me conſtituere Principem populi.* S. Gregorius de Chriſto dicit: *Quis enim principari hominibus tam ſine culpa potuiſſet, quàm is, qui hoc nimirum regeret, quos ipſe creaverat?* Ipſe aliorum infirmitates curaverat, *videbant ſigna quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur*; ipſe panum abundantiâ affluebat, & ſicut hunc multiplicaverat, ita quoque linum, lanam, pannum multiplicare haud dubiè potuiſſet, unde nullam habebat ſe excuſandi cauſam, & dicendi: *Nolite me conſtituere Principem*; at verò, ut idem glorioſus Pontifex dicit, quia in mundum hunc venit, non ſolùm ut ſuâ nos morte redimeret, verùm etiam ut ſuo nobis exemplo cœli viam demonſtraret: *Rex fieri noluit, ad crucis patibulum ſponte pervenit, oblatam gloriam culminis fugit, pœnam probroſæ mortis appetiit, ut membra ejus diſcerent favores mundi fugere.*

S. Greg. l. 1. Paſt. cap. 3.

Ioan. 6. v. 2.

Iſa. 5. v. 7.

3. Porrò ſatis eſt veriſimile hujus turbæ homines pro majori parte ob proprium ſuum intereſſe & commodum motos fuiſſe, ut Chriſtum ſtatuerint facere Regem, ſiquidem ſe hoc pacto omnem laborem fugere poſſe ſperabant, videntes quòd ut illis proſpiceret, tam inſignia ederet miracula, ſemper ſe ſanos manſuros eſſe credebant, quamdiu ipſius curæ ſubjecti eſſent, eo quod illum unumquemque protinus curare vidiſſent: *Pertranſiit benefaciendo, & ſanando*; at verò graviter hallucinabantur: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.* Albertus Magnus electores hoſce hunc in modum deſcribit: *Illi qui manducaverant; novit enim eos, ut dicit Chryſoſtomus, quia tam faciliter multos procuravit, & ideò ab ipſo otioſam & reſolutam, & gaſtrimarginoſam putabant ducere vitam, qui omnibus abundarent, & nihil laboris vel impenſarum impenderent, & ideo corruptam eorum noverat eſſe intentionem. Videbant quod non oporteret, quòd pro ipſo arma ſumerent, quia ſeipſum ab omnibus poſſet defendere.* Rupertus Abbas quoque hiſce verbis eorum conditiones declarat, dum ait: *Videlicet diligentes hoc ſæculum, & ſapientes ea quæ carnis ſunt, hoc in illo amaverunt, quod in illo miraculo experti ſunt, ſcilicet poſſe illum omni ubertate rerum paſcere populum ſuum, locupletare regnum Judæorum, totumque divitiis vincere & acquirere mundum.*

Act. 10. v. 38. Pſ. 127. v. 2. Alb. M. in Ioan. Chryſ. Rub. Ab. lib. 6. in Ioan.

Ut raperent eum, & facerent eum Regem.

4. *Quid enim? non erat Rex*, inquit Sanctus Auguſtinus, *qui timebat fieri Rex? erat omnino, nec talis qui ab hominibus fieret, ſed talis qui hominibus regnum daret*; & tamen tum ex hoc verbo, *raperent*, quod à Spiritu ſancto, qui Spiritus eſt veritatis, dictatum fuit; tum ex ejus fuga perſpicuè videtur infinita, quam ex hac exaltatione habuit repugnantia. S. Thomas ait: *Illud rapi dicitur, quod præter voluntatem & opportunitatem accipitur* Cajetanus dicit: *Cognoſcebant Jeſum alienum eſſe ab appetitu regni.* Dionyſius Carthuſianus quærit: *Cur raperent quaſi violentiam illaturi? puto quòd ideo, quia Jeſum præſumebant, quem noverant, humilitatem & paupertatem docere, non debere acquieſcere eis in accipiendo dominium.* Et quidem tametſi Cæſaris & ſynagogæ, quæ illi omnino adverſabatur, timere poterant indignatio-

S. Aug. tract. 25 in Ioan. S. Thom. in Ioan. Cajet. Dion. Cart. in Ioan.

gnationem & graviſſimam offenſam; attamen quia ipſum verum promiſſum in lege Meſſiam eſſe credebant, cui regnum adpromiſſum fuerat, nihili penitus offenſam illorum faciebant. *Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum; ſi exſurgat adverſum me prælium, in hoc ego ſperabo.* Pſ. 26. v. 3.

5 Idem Carthuſianus ipſos tribus potiſſimum ex cauſis ad ipſum Regem creandum motos fuiſſe conſiderat: *Primò, quia viderunt eum pium, compaſſivum ac liberalem. Secundò, valde ſapientem in omnibus. Tertiò, potentem ſupra naturam, ſicque credebant ſe ab ipſo defendendos, idcirco nec Romanos, nec Pontifices proprios attenderunt.* Dion. Cart.

Fugit iterum in montem ipſe ſolus.

6. Toletus ait: *Paſſu veloci tanquam fugiens receſſit ad divinæ contemplationis montem, docens eos vehementer aſcendere, qui mundi honores & pompas vitare pro Dei amore cupiunt.* Tolet.

7. Dionyſius Carthuſianus ita ſcribit: *Promovendus in Regem fugit, quæſitus ad crucifigendum paratum ſe obtulit, confundit ſuperbam ambitionem noſtram; ipſe enim idcirco hæc fecit, ut doceat nos honores prælationeſque fugere, adverſa autem æquanimiter ſuſtinere.* Lyranus Chriſtum ſe ad mortem promptum & expeditum obtuliſſe dicit, dum ait: *Ego ſum, per hoc oſtendens, quòd virtuoſus debet eſſe tardus ad honores, & promptus ad labores.* Dion. Cart. in Ioan. Lyran. in Ioan.

8. S. Thomas tres hujus fugæ rationes adducit. Prima eſt, quia alias dignitati ſuæ derogaturus fuiſſet, ſi ſe ab hominibus in Regem eligi permiſiſſet: *Quia ſic Rex erat, ut ejus participatione omnes Reges eſſent.* Secunda, quia aliàs ingens attuliſſet damnum doctrinæ, quam annuntiabat, *ſi claritatem & robur ab hominibus accepiſſet, ſic enim operabatur & docebat, ut totum virtuti divinæ adſcriberetur, & non favori humano.* Et ideo Joan. 5. proteſtatur dicens: *Claritatem ab hominibus non accipio.* Tertia ratio jam adducta fuit à Dionyſio: *Ut erudiret nos humanas dignitates contemnere.* S. Thom. in Ioan. Ioan. 5. v. 41.

9. Rupertus Abbas ait: *Verum per hoc quod fugit, altius quid myſticè innuit, quia qui Chriſtum propter aliud, quàm propter Chriſtum ſequuntur, fugit ab eis Chriſtus.* Rup. Ab. lib. 6. in Ioan.



FERIA

FERIA SECUNDA POST IV. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Joannis Cap. 2.

℣. 13. PRope erat *Paſcha Judæorum, & aſcendit Jeſus Jeroſolymam.* 14. *Et invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas, & nummularios ſedentes.* 15. *Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque & boves, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit.* 16. *Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* 17. *Recordati ſunt verò diſcipuli ejus, quia ſcriptum eſt: Zelus domûs tuæ comedit me.* 18. *Reſponderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis?* 19. *Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* 20. *Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* 21. *Ille autem dicebat de templo corporis ſui.* 22. *Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ & ſermoni quem dixit Jeſus.* 23. *Cùm autem eſſet Jeroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine ejus, videntes ſigna quæ faciebat.* 24. *Ipſe autem Jeſus non credebat ſemetipſum eis, eò quòd ipſe noſſet omnes.* 25. *Et quia opus ei non erat, ut quis teſtimonium perhiberet de homine, ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.*

Verſus 1.

Prope erat Paſcha Judæorum, & aſcendit Jeſus Jeroſolymam.

Dion. Cart. in Ioan. 1. DIonyſius Carthuſianus aliquas refert rationes, cur Salvator noſter Paſchate præ foribus exiſtente Jeroſolymam ſe conferre voluerit: *Primò, ut legem impleret. Secundò, ut ſacrificia offerret, & orationum vota perſolveret, quemadmodum lex præcipit. Tertiò, ut hæreticorum futurorum errorem deſtrueret, dicentium legem Moſaicam à diabolo traditam. Quartò, ut nobis exemplum daret, cum omni vigilantia cordis, & reverentia obediendi divinis præceptis.* Pergit idem Author ulterius oſtendere, adimpletum tunc fuiſſe quod in Zacharia dicitur: *Hæc dicit Dominus: uſquequò veniant populi, & habitent in civitatibus multis, & vadant habitatores unus ad alterum, dicentes: Eamus, & deprecemur faciem Domini, vadam etiam ego.* Carthuſianus autem declarat, Prophetam hæc duo ultima verba nequaquam de ſe intelligere, ſed Deum eſſe qui illa loquatur: *Ire autem non competit Deo, niſi ratione naturæ aſſumptæ.* *Zach. 8. v. 21.*

2. Beda Chriſtum nos docere voluiſſe exiſtimat: *Quantâ animi vigilantia Dominicis ſubjici debeamus imperiis, cùm ipſe in hominis infirmitate apparens, eadem quæ ex divinitatis authoritate ſtatuit, decreta cuſtodiat.* *Beda.*

3. Dionyſius Carthuſianus ſuper illa verba, *Dion. Cart.*

ba, *ascendit Jerosolymam*, scribens, cunctos fideles hunc in modum exhortatur : *Sic nos appropinquante Pascha, non carne & literâ, sed spiritu confitentes ascendere debemus Ecclesiam toto tempore Quadragesimali, præparando nos ad devotam Paschalis festivitatis celebrationem per opera pœnitentiæ, & exercitia devotionis, & compunctionis internæ.*

Versus 14.

Et invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas, & nummularios sedentes.

Et invenit in templo.

Tolet. 1. Toletus ad hoc se reflectit, quòd scilicet Jesus mox ut Hierosolymam venit, templum adierit : *Cum enim Deus sit, in domum suam se recepit, quia domus Dei templum dicitur.* Notat insuper Lucas Burgensis, quòd *Lucas Burg.* *Jerosolymam cùm venisset, ante omnia invisit templum.* Hugo Cardinalis ait : *Hugo C.* *Argumentum, quòd primo veniebat ad templum, quod est locus orationis.*

Alb. M. in Ioan. 2. Albertus Magnus quatuor templi distinguit atria. Primum interius, ubi altare holocaustorum erat, ad quod soli Sacerdotes & Levitæ aditum habebant. Secundum erat illud, ad quod sæcularibus ingredi licebat, sed mundis tantùm, ut ad portam prædicti atrii interioris oblationes suas immolarent. Tertium erat, ad quod ingrediebantur mulieres etiam solùm mundæ, ut orationem suam ad Deum effunderent. *Quartum atrium immundarum, in quo etiam gentiles aliquando intrabant, & in illo animalia vendebantur jussu Sacerdotum, quod non erat licitum, quia Domino fuit dedicatum* ; & tamen ecce tibi supplicium, quod Deus de illo sumpsit. Ex hoc arguere licet, quantopere peccemus nos Christiani, qui cum tanta irreverentia, non jam atrium externum, id est, cæmiterium, sed ipsummet sanctuarium temerè prophanamus, dum in præsentia sanctissimi Sacramenti altaris adeò prophanos nos exhibemus.

Beda. 3. Porro videri non immeritò poterat, ut Beda ait, licitè in illo artio dividendi quicquid ad sacrificia necessarium erat, & ad cultum divinum spectabat : *Sed nolens aliquid in domo sua terrenæ negotiationis, ne ejus quidem, quæ honesta putaretur exhiberi, dispulit negotiatores. Quid ergo, fratres mei, quid putamus faceret Dominus, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irretitos, qui hostias, quæ sibi immolarentur, ementes in templo vidit, & eliminare festinavit.*

Vendentes boves.

4. Enimverò hi, qui à longinquo veniebant, animalia ad sacrificandum secum ferre non poterant, atque ideo propter eos illa venditores in atrio templi vænum adducebant : *Quia propter angustiam temporis, & multitudinem quæ convenerat, carius tunc vendere poterant* ; boves quidem ad sacrificia divitum, oves verò pro iis, qui mediocris fortunæ erant ; columbas denique pro pauperibus. *Hugo Card. in Ioan.*

5. Porrò quinam per hosce boves intelligantur, S. Antonius de Padua in sensu morali ita explicat : *Deditimundi delectationibus, & qui solùm de consolationibus curant corporis, animam negligentes.* Ostendit insuper hosce in parabola nuptiarum figuraliter fuisse expressos, ubi unus ex invitatis ex eo se capite excusavit, quia juga boum quina sibi coëmerat. *Isti ad morem boum semper arant terram, cœlum negligentes. Si aliquando jugum Domini imponatur ipsis, ut portent legem Domini, & arcam scilicet pœnitentiæ, in qua lex continetur, calcitrant, neque eam usque ad terminum perducunt.* *S. Ant. Pad. in hac fer.*

6. Hugo Cardinalis in hisce animalibus simoniacos præfiguratos fuisse dicit : *Bos est animal ordinatum ad laborem, & significat illos simoniacos, qui promittunt & exhibent laboriosa servitia pro præbendis, quales sunt quidam advocatorum, & hoc bene tangitur Proverb. 14. ubi non sunt boves, id est, talia servitia laboriosa promittentes, præsepe vacuum est, quia ibi non habent præbendas multas ; ubi autem plurimæ segetes, id est, præbendæ plures & pingues, manifesta est fortitudo bovis, id est, labor & sollicitudo, quam habuerunt de habendis præbendis.* *Hugo C.* *Prov. 14 v. 4.*

7. Beda verò ita exponit : *Boves quippe doctrinam vitæ cœlestis intelligit ; vendunt boves* *Beda.*

boves, qui verbum Evangelii non divino amore, ſed terreni quæſtus intuitu impendunt ; cui
S.Bona. expoſitioni etiam S.Bonaventura ſubſcribit.

Lyran. 8. Lyranus quoque expoſitionem adfert conſonam illi, quam Hugo adduxit ; dicit enim: *Per boves, qui ſunt laborioſi, ſignificantur illi, qui magnos labores ſuſtinent pro Principibus & Prælatis, ut per hos promoveantur in Eccleſia, licèt inſufficientes ſint & indigni.*

Et oves.

Hugo Card. 9. Hugo Cardinalis per illos, qui oves vendebant, hypocritas intelligendos eſſe dicit: *Alii ſunt, qui vendunt ſimplicitatem & innocentiam ſimulatam, quæ deſignatur per oves*, quia hypocritæ pelle ovina induti
Mat.7. 15. incedunt, & de his Matth.7. ſcribitur: *Veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*

Beda. 10. Beda ait: *Oves opera munditiæ & pietatis ſignificant; vendunt oves, qui humanæ gratiâ laudis opera pietatis exercent.*

Et columbas.

11. *In columba apparuit Spiritus ſanctus*, ait S.Auguſtinus: *qui ergo vendunt columbas?*
S.Aug. tract.10. in Joan. *qui pretio vendunt, pretio honoris ſui: columba non eſt venalis, gratis datur.*

Hugo Card. 12. Hugo Cardinalis per columbas non ſolùm ſimoniacos, ſed etiam illos, qui auſteritatem & rigorem vitæ ex motivo vanæ gloriæ exercent, intelligi: *Columba non habet amaritudinem fellis in hepate, & non multam conſtructionem faciens in nido, & gemit pro cantu: columbas ergo vendunt, qui gratiam manſuetudinis, vel aſperitatem vitæ, vel gemendi & plorandi, vel aliquam aliam gratiam, ad oſtentationem & inanem laudem convertunt, ut hypocritæ.*

Et nummularios ſedentes.

S. Bona. 13 Sanctus Bonaventura ait: *Scilicet accommodantes pecuniam ſub cautione*; *nam prohibitum erat dare ad uſuram, tamen tales parva munuſcula accipiebant, licèt non numeratam pecuniam, palliantes ſuam uſuram.*

14. *Nummos mutuo dant in templo*, inquit Beda, *qui non ſimulatè cœleſtibus, ſed* Beda. *apertè terrenis rebus in Eccleſia deſerviunt, ſua quærentes, non quæ Jeſu Chriſti.*

15. *Sciendum, quod diabolus inſidiatur his, quæ Dei ſunt*, inquit S.Thomas, *& ea nititur corrumpere, inter cætera autem, quibus ſancta corrumpit, præcipuum eſt vitium avaritiæ.* Deploravit olim hanc miſeriam Iſaias, dicens: *Unuſquiſque ad avaritiam ſuam à ſummo uſque ad noviſſimum.* Per hoſce quoque venditores & emptores denotantur illi, inquit idem ſanctus Doctor, qui in & de bonis Eccleſiaſticis mercaturas exercent: *Nam bona Eccleſiaſtica ſpiritualia, & eis annexa ſignificantur per boves, & oves, & columbas; ipſa conſecrata quidem & confirmata ſunt ex doctrinis Apoſtolorum & Doctorum, qui ſignificantur per boves. Proverb.14. Ubi plurimæ ſunt ſegetes, ibi manifeſta fortitudo bovis. Item ex ſanguine Martyrum, qui ſignificantur per oves; unde in perſona eorum dicitur in Pſalmo 34. & Romanor. 8. Æſtimati ſumus ut oves occiſionis. Item dona Spiritus ſancti, quæ ſignificantur per columbas; omnia hæc vendunt, ſcilicet doctrinam Apoſtolorum, ſanguinem Martyrum, & dona Spiritus ſancti, quicunque bona Eccleſiaſtica ſpiritualia, & eis annexa vendere præſumunt.* S.Thom. in Ioan. Iſa.56.11 Prov. 14.4. Pſ.33.22 Rom.8. 36.

16. Albertus Magnus ſuper hæc verba ſcribens, locum quendam citat S.Bernardi ad Eugenium, in quo illos, qui beneficialibus redditibus accipiendis avide anhelant, his verbis deſcribit: *Circuit ſedulus explorator, blanditur, obſequitur, manibus & pedibus reptat, ſi quo modo valeat ſe ingerere in patrimonium Crucifixi; exhibet laborem ut bos, ſimulat ſanctitatem ut ovis, dona appendit pro columbis, & aliquando nummulariorum exhibet marſupium.* Alb.M. S.Bern.

17. Similiter qua ratione hæc animalia exponenda ſint, Hugo Cardinalis in ſenſu morali his verbis declarat: *Per ovem intelligitur hypocriſis, & ſimulata innocentia: per bovem pigritia: per columbam quæ volat, elatio: per æs cupiditas & avaritia: hæc omnia debent ejici ab anima, quæ eſt templum Dei.* Hug.C.

S.Thom. in Ioan. 18. S Thomas de Aquino, per templum uniuſcujuſque noſtrum animam intelligens, juxta illud Apoſtoli teſtimonium. 1.Cor.3. *Templum Dei quod eſtis vos*, hanc inde deducit moralitatem : *Tunc ergo homo vendit in templo oves, & boves, & columbas, quando in anima beſtiales motus retinet, pro quibus homo vendit ſe diabolo; nam per boves, qui agriculturæ ſerviunt, ſignificantur terrena deſideria; per ovem, quæ eſt animal ſtultum, ſignificatur hominis ſtoliditas, per columbas verò, hominis inſtabilitas, quæ quidem Deus de cordibus hominis expellit.*

Verſus 15.

Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit è templo, oves quoque & boves, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit.

Et cùm feciſſet quaſi flagellum.

1. Aliàs quoque, id eſt, paulò ante ſuam paſſionem, ut S. Matthæus ſcribit, ejecit vendentes & ementes pariter de templo : illâ tamen vice ipſum virgâ & flagello uſum fuiſſe non conſtat, prout in hac occaſione Mat.21. Hugo C. feciſſe legitur. Hugo Cardinalis minimè inconveniens eſſe credit, ſi Chriſtum etiam tunc virgâ ſeu flagello uſum fuiſſe dixerimus tametſi ſacer textus idipſum non dicat : *Vel melius poteſt ſolvi*, inquit paulò infrà, *quia primò & ſecundò fecit flagellum, ſed flagellum non exprimit in ſecunda ejectione, ad ſignificandum, quòd quoſdam in præſenti percutit flagello diſciplinæ, ſecundum illud* Heb.12. 6.Apoc. 3.19. *Hebræor.* 12. *Flagellat omnem filium quem recipit, & Apocal.*3. *Ego quos amo, arguo & caſtigo; in futuro autem non percutit ad correctionem, ſed ad perpetuam damnationem : unde genus flagelli non exprimitur, ad ſignificandum quod non poteſt exprimi.*

2 Conſiderari etiam in hoc Chriſti facto poteſt, quantum divina juſtitia indignetur adverſus ſacrorum locorum prophanatores. Iſaias quidem flagellum in manu Dei poſitum rem ab eo valde alienam eſſe dicit : Iſa.28. 21. *Iraſcetur, ut faciat opus ſuum, alienum opus ejus, peregrinum eſt opus ejus ab eo*; econtrà verò pietatem Dei valde exaltat : dives in miſericordia, cui proprium eſt miſereri ſemper : *Diſcite à me quia mitis ſum.* Et ideò quando idem Propheta Deum populum ſuum caſtigaturum eſſe prædicit, audite quanam id phraſi exprimat : *Radet Dominus in novacula conducta in his, qui trans flumen ſunt in Rege Aſſyriorum*, quaſi dicere vellet, quòd caſtigare non ſit opus Dei, ſiquidem ad hoc novacula conducta utitur : ubi notandum, quod novacula non ſit lancea quædam, aut enſis, ſed inſtrumentum, quo pili duntaxat raduntur. Verum quidem eſt, quod juſtitia Dei zelo ſe obarmet, at vero *Accipiet armaturam zelus illius; armabit creaturam ad ultionem:* at vero quando tam execrabilis prophanationis templi exceſſus à Deo puniendus eſt, ecce quantum furor illius provocetur & irritetur. S. Vincentius Ferrerius obſervat, quod Chriſtus nunquam aliquem manu propria caſtigaſſe legatur, præterquam dum hi transgreſſores puniendi erant : *Hic apparet, quantum diſplicet is, qui tangit Eccleſiam ſponſam ſuam.* Iſa.7.20 Sap.5.18 S.Vinc. Fer.ſer. infer.3. poſt Do: in Quad.

3 S. Cyrillus Alexandrinus ait : *Non nudis verbis duntaxat animi ſui commotionem prodit, ſed verberibus & flagro ſacris aditibus exturbat*; in aliis quidem occaſionibus ſimiliter reprehendit; minatur; ſed in totum ſolâ linguâ perficit : hîc autem & vox & manus pariter adhibentur : *Vide porrò tanquam in imagine deſcriptum illud Pauli dictum : Si quis templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus.* Toletus rationem reddit, cur ad prophanatores hoſce templi caſtigandos, manu uſus fuerit, non vero linguâ tantùm, prout in aliis exceſſibus reprehendendis facere conſueverat, dicit enim : *Cur manum etiam tremendam admoverit, inſigni facto ſe Dei & templi, & conſequenter cultûs & religionis zelatorem oſtendit, ut, qui tanto periculo ſe expoſuerit pro templi Dei reverentia. Adde quod ad doctrinam pertinet, abuſus publicos, & qui tolerari non debent, non verbis, ſed facto eſſe eradicandos; verba enim in abuſibus communibus, & temporis longinquitate inveteratis, maximè qui ex avaritia procedunt, quales hi erant, proficiunt.* S.Cyrill. Alex. ibid. 1.Cor.3. 17. Toletus.

De

De funiculis.

Cajet. 4. *Quos illic invenit*, inquit Cajetanus, *pecorum venditorum atque immolatorum*; ac proinde nota, quod Evangeliſta non dicat, *de funiculo*, in numero ſingulari, ſed in numero plurali: *Ut intelligas funiculos inventos ibi, ubi erant oves & boves, & ex his cogiſſe flagellum.* Non eſt Deo opus, ut ad funes hoſce inveniendos, quibus flagellum, quo nos percuſſurus eſt, contexat, procul abeat, ſemper enim & prope inus in propinquo adſunt; trita ſunt illa S. Auguſtini verba dicentis: *Juſſiſti Domine, & ſic eſt, ut omnis ſibi pœna ſit inordinatus amor*, paſſiones enim & appetitus inordinati vitioſorum carnifices exiſtunt. S. Thomas ait: *Facit flagellum de funiculis, quia de peccatis noſtris ſumit materiam, unde nos puniat.* Sic enim in avaritia noſtra Deus nos affligendi materiam invenit, ſive per motas contra nos lites, ſive per judicia & accuſationes criminales nobis intentatas propter contractus illicitos, uſuras, aliaſque extorſiones. De ambitione ſanctus Bernardus ſcribit: *O ambitio ambientium Crux!* Per exceſſum laſciviæ & luxuriæ infirmitas illa adeo abominanda & inevitabilis communiter naſci ſolet; non eſt roſa quæ ſuas ſibi ſpinas conjunctas non habeat; quot dolores capitis & ſtomachi nauſeas ebrius ſibi ex crapula non conciliat? Quot non ſuſcitari ſolent vindicativis deplorandæ ſtrages ex diu continuata & irreconciliabili inimicitia! *Gladius eorum intret in corda eorum, & arcus eorum confringatur*; ideoque veriſſimum eſt, quod *funibus peccatorum unuſquiſque conſtringitur. De his funiculis*, inquit Hugo Cardinalis, *facit Dominus flagellum, quando peccatori peccata convertit in tormentum, ut ſic ipſa peccata eum ejiciant à peccatis. Unde Jeremiæ 2. dicitur: Arguet te malitia tua.* S. Antonius de Padua ait: *Flagello facto de peccato, quia convertit ipſorum peccatum in pœnam, ut fiant graves etiam ſibiipſis.*

S. Aug. S. Thom. S. Bern. Pſ. 36. 15. Prov. 5. 22. Hugo Card. Ier. 2. 19 S. Anton de Pad. ſer. in hac fer.

5. Rupertus Abbas Tuitienſis per hoc flagellum exterminium populi illius ſignificari dicit: *Quid enim funiculus ille agit in manu potentis, in manu ſapientis? Quid niſi Romanum deſignat exercitum, durum ad cædendum, fortem ad ligandum & captivandum.*

Rup. Ab. l. 6. in Ioan.

S. Cyrillus Alexandrinus flagella mancipiorum caſtigationes eſſe dicit: *Servitutis in eos jure pœnam ſtatuens, utpote qui libertatis aſſertorem filium per fidem ſuſcipere recuſaturi eſſent.* S. Cyril. Alexan.

6. S. Thomas citat S. Auguſtinum ſcribentem: *Ipſa protelatio peccatorum, ſecundùm quod peccata peccatis adduntur, funiculi dicuntur.* Cui conſonat quod Beda hiſce verbis ſcribit: *Funiculi, quibus flagellando impios de templo expulit, cœmenta ſunt actionum malarum, de quibus materia damnandi reprobus judicidatur; hinc enim Iſaias dicit: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* S. Bonaventura ait: *Unuſquiſque in peccatis ſuis reſtem ſibi facit, addendo peccatum peccato.* S. Auguſtinus dicit: *Quis facit reſtem longam? qui peccato addit peccatum.* Interlinearis inquit, *Qui peccata peccatis addit, quaſi funem connectit, quo flagelletur, & ligetur.*

S. Thom. in Ioan. Beda. S. Bona. in Luc. S. Aug. tract. 10. in Ioan. Interli.

7. Porro tametſi Salvator noſter adverſus hoſce ementes & vendentes in templo adeo exaſperatus fuerit, nihilominus in eorum è templo expulſione non uſus eſt ferro, aut baculo, ſed flagello, & hoc quidem ab illis manibus contexto, de quibus Sponſa dicit: *Manus illius tornatiles, aureæ plenæ hyacinthis*; adhæc vel maximè conſiderabile eſt, quod flagellum hoc *non de funibus*, ſed *de funiculis* contexuerit; ſiquidem de benigniſſimo hoc Deo noſtro in veritate dici poteſt: *Cùm iratus fueris miſericordiæ recordaberis*; præterquam quod ſemper *punit citra condignum.* Pro cujus confirmatione valde etiam conſiderabilis eſt dicto illa: *Quaſi, cùm feciſſet quaſi flagellum*, ſiquidem in immiſſis ab eo ſuppliciis vix apparet flagellum.

Cant. 5. 14. Hab. 3. 2

8. Ad funem aliquem contexendum multa ſubtilia fila requiruntur, quia ex multis funiculis flagellum conficitur; pari quoque modo dicere poſſumus, quod tametſi multa peccata levia & venialia ad culpam uſque mortalem non pertingant; nihilominus. *Ex parvis maxima fiunt negligentiâ noſtra.* Præterea peccatum conſcientiam noſtram flagellat, ipſiſque Dei manibus flagellum inſerit, ut nos puniat. In Iſaia dicitur: *Væ qui trahitis*

Chryſ. hom 87. in Matt. Iſa. 5. 18.

hitis iniquitatem in funiculis venitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Ecce tibi funiculos in rudentem transmutatos. Chaldæus ita legit: *Væ qui incipiunt pusillum peccare, trahentes peccata in funiculis vanitatis, augentur & crescunt, donec fortiora facta sunt, & vinculum plaustri peccata.* Chald.

9. Hugo Cardinalis docet, quomodo contexendum sit flagellum, quo nos Ecclesiastici uti debemus: *Debet habere duplicem funiculum; primus est, charitas diligens salutem proximi; secundus, est zelus irascens contra vitia proximi; tertius, est innocentia, sive serenitas conscientiæ; ne possit reprehendi de simili, de quo alium reprehendit. Hic triplex funiculus alligatur baculo authoritatis, & fit flagellum, quo expelluntur minus idoneæ personæ ab Ecclesia Dei.* Hugo C.

Omnes ejecti de templo.

10. Nullius penitus in hac ejectione habuit respectum, quia S. Joannes expressè dicit: *Omnes ejecit.* Idem quoque Albertus Magnus notavit, dum ait: *Severitas censuræ ex his debet attendi, omnes ejecit, nullum excipiendo, sine personarum acceptione.* Hugo Cardinalis scribit, Christum in hoc facto optimum dedisse omnibus Prælatis exemplum, ut scilicet flagello correctionis omnes illos ab Ecclesia removeant, qui eandem prophanant; quia enim omnis Christi actio ad nostram instructionem ordinata fuit, & certè permagni refert, quòd à locis & personis sacris tollantur scandala, quodque hæ bonum de se edant exemplum. Porro Cajetanus in ea est opinione, quòd scilicet *videatur porro prædicationem suam Hierosolymis hinc auspicatus, ab hac, inquam, repurgatione & reformationem templi Dei*; & quidem quando aliàs hoc flagello in eosdem vendentes & ementes iteratâ vice usus fuit, id factum est in fine prædicationis suæ, in triumpho palmarum, paucis diebus ante suam mortem, ad denotandam & indicandam nobis summam sollicitudinem, quam habuit in custodienda reverentia, & conservando respectu domui suæ debito, in cujus honorem & defensionem binâ vice miracula adeo admiranda operatus fuit. Alb. M. Hugo Card. Cajet. Mat. 21.

11. Dionysius Carthusianus valde appositè observat, quòd Christus hanc animadversionem fecerit à principio prædicationis suæ, quando nondum per actiones & miracula prodigiosa adeò factus fuerat eximius atque conspicuus. *Non fuit hoc minimum,* inquit etiam Cajetanus, *imò ex minimis unum miraculum Jesu, hominem unum, plebejum, obscurum, nulliusque hactenus authoritatis posse ex templo vi, ignominioseque flagello exigere multitudinem potentium negotiatorum, & quidem populi pietati deservientium.* Etenim verisimile præsentes ibi adfuisse Sacerdotes, qui suos susque deque videbant everti denarios, & lucra sua disperdi. Enim verò secundâ vice, qua illos iteratò expulit, non erat tantum prodigium, quòd neminem sibi repererit resistentem, siquidem paucis horis antea Rex & Messias proclamatus, & maximo cum triumpho in urbem receptus fuerat, omniumque turbarum, imò totius Hierosolymæ comitatu stipatus erat. Nihil verò horum nunc aderat, quando paucis etiamnum cognitus erat, & quando vix primum ab eo miraculum in nuptiis editum fuerat: *Nunc cùm nondum cognitus esset fautoresque paucos aut nullos haberet, id egisse res fuit omni admiratione major.* Jansenius ait: *Mirabilis ejus authoritas & potestas declarata est, ut inter omnes vendentes, nemo uni homini adhuc ignoto obsistere auderet, nemo qui non imperanti mox obediret.* Albertus Magnus hic quærit, cur Sacerdotes se non opposuerint; cùm tamen Christus omni esset adjutorio aut defensione destitutus, ipsi verò in magno numero congregati, valdeque interessati fuerint? Et respondet: *Dicunt quidam, quòd hoc dissimulaverunt, ne notam avaritiæ coram populo in die festo incurrerent.* At verò Cajetanus dicit: *Nimirum tanta fuit gravitas majestasque vultûs Jesu ad justam iracundiam compositi (quo non erat alioqui mansuetior alius) quando terrorem omnibus incuteret, ita ut ne hiscere quidem auderent, tanquam Deo iratum illis vultum monstrante, minasque intentante, quod verè erat.* Cajet. Jans. conc. c. 19. Alb. M. Cajet.

12. Valde considerabile item est instrumentum, quo ad illos castigandos usus fuerat. Jansenius ait: *Velut canes è domo Dei profligans, nam hi funiculis ejici solent.* Cajetanus pariformiter scribit: *Flagello adhibito, tanquam canes nimirùm, aut quod Cyrillus ait, iniquos servos fustuario dignos, ut* Jansen. Cajet. S. Cyril.

uit oſtenderet dura hos manere flagellu ob prophanationem templi Dei.

Rup. Ab. lib. 3. in Ioan. 13. Rupertus Abbas duo hîc myſteria tangit: *Portendit miſeris Judæis verè magnum & miſerabile malum, verè dolendum, niſi meritò accidiſſet cruentæ civitatis, & prophanati templi excidium, totumque penitus abolendum ab oculis Dei, præſignat veteris ſacrificii ritum.* S. Thomas idem ſcribit, dum ait: *Dedit intelligere quod appropinquabat tempus, quo ſacrificia legis ceſſare debebant, & verus Dei cultus ad gentes transferri.*

S. Thom. in Matt.

14. Idem quoque ſanctus Doctor ſiniſtrum & perverſum detegit finem, quem in victimis atque oblationibus ad cultum Dei ſpectantibus emendis & vendendis habebant: *Ideo eos ejecit, quia ſacerdotes in hoc non intendebant honorem Dei, ſed utilitatem propriam.*

Oves quoque & boves.

Alb. M. in Ioan. 15. Unà cum hominibus animalia ſeu pecora pariter expulit: *Nihil enim horum retinuit, nec in uſus ſuos convertit; in hoc ſe liberum oſtendit vitiorum correctorem, dans pro certo formam Prælatis, quàm liberâ & ſeverâ manu, & flagello diſtrictionis Eccleſiaſticæ tales expellant ab Eccleſia, ut B. Bernard. ad Eugenium: Flagellum tenes; ſciant te ad flagellandum potius, quam ad accipiendum eſſe præpoſitum.*

S. Bern. ad Eug.

Tolet. 16. Toletus aliam quandam literalem pariter & moralem rationem tangit, dum ait: *Prudenter Chriſtus hominibus ejectis, qui tamen ſemel puſi facilè rediiſſent, ſi in templo oves eorum & boves manſiſſent, etiam ejecit hæc, ne redeundi relicta videretur occaſio.*

Et nummulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit.

Tolet. 17. Idem quoque Author Chriſtum ex propoſito & induſtria menſas eorum collybiſticas in terram proturbaſſe exiſtimat, ſuper quibus ſuos numerare denarios ſolerent, ut illas ſublevantes diſcederent: *Ne iterum reponerent, etiam menſas ſubvertit, tunc enim malo ſubvenitur perfectè, quando etiam mali occaſio amputatur.*

Cajet. 18. Cajetanus advertit, quod Chriſtus *Menſas nummulariorum propriis manibus dignatus eſt evertere.* Hugo Cardinalis ait: *Probabile eſt, quòd in pecunias manus non extenderit.* Albertus Magnus verbum illud, *Effudit*, examinat: *In diverſa ſparſit æs pecuniarum, & menſas, in quibus æs ponebatur, ſubvertit, ut pecunia perdenda ſpargeretur.* Iſaiæ 33. *Excutit manus ſuas ab omni munere.* Ubi Lyranus ait: *Hoc erat illicitum propter cupiditatem ſacerdotum, qui diverſis adinventionibus depauperabant populum.*

Hugo Card. Alb. M. Iſa. 33. 15 Lyran.

19. Theophylactus in ſenſu morali exponit dicens: *Si quis æs & nummos, hoc eſt, ſermonem & dogmata vendat, & fortaſſis cum ſit Doctor, non annuntiat verbum niſi lucrum habeat, etiam ejus menſam ſubvertit Dominus.*

Theoph.

Verſus 16.

Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.

Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc.

Tolet. 1. Conſiderat Toletus, quod niſi columbæ iſtæ ſuis fuiſſent columbariis incluſæ, utique illæ Domino in eas quoque flagello animadvertente, perterrefactæ evolaturæ fuiſſent per templum, atque ideo monet illos dicens: *Auferte iſta hinc*, &c. Cajetanus quoque notat, columbas, ex quo columbariis ſuis incluſæ erant, expelli minimè potuiſſe, niſi columbaria cum evidenti dominorum damno aperta fuiſſent: *Idcirco his, auferte, inquit indignabundus, id quod illi præ timore facilè executi ſunt.* Hugo Cardinalis autem ipſos non ſicut alios malè fuiſſe tractatos, eo quod non tam indecens erat columbas vendere, quàm vendere alia animalia: *Quia columbas in templo circumferre non ita inhoneſtabat templum, ſicut oves & boves, qui faciebant ſtabulum de templo.*

Cajet. *Hugo C.*

Rup. Ab. in cap. 3. Joan. 2. Rupertus Abbas aliam reddit rationem ob quam Chriſtus tam placidè & ſuaviter cum illis proceſſerit: *Et hoc valde notandum, quòd in medio fervore diſtrictionis, in ipſa flamma zeli ardentis, dum ſine cura ſacerdo-*

cerdotum mercimonia projicit, pauperibus (scilicet his, qui columbas vendebant; non enim divites, sed pauperes hujusmodi aviculas vendere solent) pauperioribus ergo pepercit, ut non exturbet columbas, quas vendebant, quas, cùm exturbatæ evolassent, ipsi consequi non possent, & damno affecti angerentur.

Beda. 3. Beda de hisce columbarum venditoribus in sensu spirituali ita loquitur: *Non solùm venditores sunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui sacros Ordines largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris inquirunt; verùm hi quoque, qui gradum vel gratiam in Ecclesia spirituatualem quam Domino largiente percepere, non simplici intentione, sed cujuslibet humanæ causâ retributionis exercent, contra illud Apostoli Petri: Qui loquitur quasi sermones Dei, qui ministrat tanquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum.*

2. Pet. 4. v. 11.

Et nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.

S. Bon. 4. S. Bonaventura hoc loco quærit, cur hîc minori cùm rigore tractaverit, quàm aliàs eum fecisse in S. Matthæo legimus; *Mat. 21. v. 13.* hîc enim solùm dicit: *Nolite facere*, &c. ibi verò addit: *Fecistis speluncam latronum?* Et per adductam Chrysostomi authoritatem respondet: *In principio signorum non ita vehementer, sed remisse increpatione utitur, ideo tunc post signa & documenta acrius locutus est.* S. Thomas aliam adfert rationem, dicit *S. Thom. in Ioan.* enim: *Quod Dominus ideo fecit, ut sicut bonus medicus primò à levioribus incipiens, posteà dura proponeret, hoc enim quod hic factum dicitur, primò factum fuit, unde in ipso principio non latrones, sed negotiatores eos vocat*; at verò quia ex hac correctione nec quicquam profecerant, ideo postea illam columbarum venditionem & emptionem non negotium, *Cajet.* sed latrocinium appellat. Unde Cajetanus dicit: *Illis severius, ut qui mitiori hac castigatione nihil emendati, in sua illa arte caponaria, & infami nundinatione obstinatè usque perstarent.*

Chryso. hom. 22. in Ioan. 5. Chrysostomus obstupescit propter furorem, quem Salvator noster cæteroquin benignissimus, exhibuit: *Quæsitu dignum est, quà gratiâ adeò Christus hîc indignatus est, & maximè cùm aliàs injuriis contumeliisque affectus, Samaritanus, dæmonium habes, nihil tale fecerit, nunc non contentus flagello, verbis etiam in eis invehitur.* Id, quod ad dubium istud respondendum videretur, potest ex S. Bonaventura desumi, dicente: *Templa Dei sunt veneranda, & ea quæ sunt negotiationis, voluptatis, cupiditatis, contentionis, ex eis ejicienda.* *S. Bonav.*

6. Idem quoque Doctor quærit, aut Christus hanc severitatem exhibuerit, & ea quæ ad cultum Dei & servitium templi spectant, qualia sunt sacrificia vendere, aut mutuare, negotiationem appellarit? *Isti enim vendebant, quæ opus habebant homines in sacrificiis, & quæ honestè emuntur, non illicitè venduntur.* Tandem verò concludit & respondet cum S. Augustino dicente: *Ejecit Dominus omnes qui sua quærebant, ideo non passus est domum orationis fieri domum negotiationis*; neque enim oculum suum ad cultum Dei, & victimarum provisionem directum habebat, sed ad interesse & lucrum proprium. *Idem.*

7. In Zacharia cap. ultimo prædictum fuit: *Venient omnes immolantes, & non erit mercator ultra in domo Domini.* Et Psalmo 70. ut S. Thomas advertit, ubi vulgata legit: *Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini*; alii legunt: *Negotiationem.* *Zach. 14. 21.* *Ps. 70. 15*

8. Hugo Cardinalis tribus præcipuè modis domum Domini domum negotiationis fieri dicit: *Primo modo, quando personæ Dei tractant negotia. Et hoc est contra illos, qui in Ecclesia Dei, vel in Religione maximè negotiationes exercent, & causas & litigia tenent & habent*, quod Apostolus 1. Corinth. 6. reprehendit, dicens: *Jam quidem omnino delictum in vobis est, eò quòd judicia habeatis inter vos*; citatque S. Bernardum ad Eugenium ita scribentem: *Qui dicunt quòd de celsitudine sedis sit judicare, & litigantes audire, puto quòd non monstrabunt, ubi alicubi quispiam Apostolorum Judex sederit hominum, aut diversorum terminorum, aut distributor terrarum; sletisse denique Apostolos judicandos, sedisse judicantes non lego, erit illud, non fuit. In hujus vitii detestationem respon-* *Hugo Card.* *1. Cor. 6. v. 7.*

Luc.12. 14. *reſpondit Chriſtus.* Luc.12. *Homo quis me conſtituit judicem, aut diviſorem inter vos? Secundo modo faciunt domum Dei domum negotiationis, qui res domûs Dei ita expendunt, & dant parentibus, ac ſi eas negotiando acquiſiviſſent. Tertio, quando ad literam in Eccleſiis tractant negotia ſæcularia, ubi deberent attendere ſpiritualibus.*

Cajet. 9. Cajetanus obſervat, quòd tametſi totum illud negotium emptionis & venditionis in majorem templi honorem cedebat, ſiquidem emendo & vendendo aliud non diſtrahebatur, quàm quod oblationibus ſerviebat, quæ in ſacrificiis fieri debebant; attamen filius Dei reverentiam ſacris locis debitam tanto cum zelo proſequitur, ut illud ſeverè interdixerit: *Fieri negotiationem etiam earum rerum, quæ deſtinabantur ad orationem, eo quod negotiatio quarumcunque rerum tum abſque avaritiæ ſtudio tam mentis, quàm vendentis ex parte vix unquam contingat, foro congruat, non templo; non enim culpat, quod hæc venderentur, ſed quòd in templo, poterant enim ſuis locis extra templum vendi.*

Beda in Ioan. 10. Beda ait: *Hæc propter illos diximus, qui eccleſiam ingreſſi non ſolùm intentionem orandi negligunt, verùm etiam ea, pro quibus orare debuerunt, augent.*

11. Porro in hanc negotiationem ſacerdotes non tantùm conſentiebant, verùm etiam de utilitate, quæ in illos ex victimarum multiplicitate reſultabat, participabant; adeoque non ſolùm claudebant oculos, & locum ſacrum prophanari permittebant, verùm etiam ipſimet ab intereſſe exſtimulati, illius præcipui authores erant. Poſtquam Jeremias ex juſſu Dei Jeroſolymæ & templi Domini deſtructionem prædixiſſet, dicendo: *Dabo domum iſtam ſicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ*, ſacer Textus ipſum à ſacerdotibus auditum fuiſſe declarat: *Audierunt ſacerdotes Jeremiam loquentem verba hæc in domo Domini.* Sed quid illos vaticinio hoc audito feciſſe exiſtimatis? Num fortè totum populum invitarunt ad pœnitentiam; aut monuerunt eum, ut ad Dei iram placandam publicas inſtitueret orationes? Aut per totam diſperſi ſunt urbem, ut imminens hoc Dei flagellum annuntiando, urbis incolas perterrefacerent, maximè cùm Jeremiam ex ipſiuſmet Dei ore loqui ſcirent? Audite obſecro quid fecerint? *Cumque compleſſet Jeremias loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus, ut loqueretur ad univerſum populum, apprehenderunt eum ſacerdotes, & omnis populus dicens: Morte morietur.* At verò quidnam Propheta iſte mali fecerat, ut eum occidere molirentur? Arguere nimirum hinc licet, quouſque pertingat tyrannis avaritiæ Eccleſiaſticorum. *Avari enim erant*, inquit Hugo Cardinalis, *& non poterant juſtinere templi deſolationem, quam Ieremias futuram prædicabat; morte moriatur, quia majores concitant minores, magis dolebant de temporalium amiſſione, ſcilicet oblationum, quas recipiebant in templo à populo, quàm de ſpiritualium damnificatione.* Deus per Oſeam Prophetam de ſacerdotibus graviter lamentatur, dicens: *Peccata populi mei comedent.* Sed quænam eſt phraſis iſta, qua peccata comedi dicuntur? Sanctus Hieronymus inquit: *Sacerdotes diſſimulant atque laudant peccata populi, ut plurima ad eorum quæſtum afferantur victimæ, & ita populum ſpoliant, atque comedunt, de quibus in* Pſalm.13. *dicitur: qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis.* Epiſcopi etenim, Prædicatores, & Confeſſarii exceſſus & ſcandala populorum ſæpe acriter reprehendere & punire deſinunt, timentes ne deficiant aliàs utilitates & commoda, quæ per diſſimulationem & conniventiam illorum in ipſos ordinariè derivantur.

Jer.26. v.6. Ibid.v.7 Ibid.v.8 Hugo Card. in Jer. Oſe.4.8. S.Hier. in Oſe. Pſ.13.4.

12. Beda dictionem, *Patris mei*, notat, & dicit: *Apertè namque ſe filium Dei Patris oſtendit, qui templum Dei domum ſui Patris cognominat.* Theophylactus circa hoc aliam conſiderationem habet, dicit enim: *Ideo non dixit domum Dei, ſed domum Patris mei, oſtendens quod poteſtatem habeat ſicut filius Patris omnium.* Beda. Theoph.

Verſus 17.

Recordati ſunt verò diſcipuli ejus, quia ſcriptum eſt: Zelus domûs tuæ comedit me.

1. Admiranda eſt hîc conſtans & ſolida virtus Apoſtolorum, qui Magiſtrum ſuum, id eſt, eum qui illis dixerat: *Diſcite à me, quia mitis ſum*, indignati videntes, turbati non ſunt, nec ſcandalizati ſiquidem *charitas non cogitat malum.* Et ut Hugo Cardinalis ait: *Boni ſubditi quando vident diſpoſitionem Prælati corrigentis, ex hoc ipſo perpendunt quo animo corrigat, utrùm ſcilicet trahat eum zelus, vel furor, vel oſtentatio dominii.* 1. Cor. 13. 5.

2. Porro quàm Deo gratus ſit, & quanti ab eo æſtimetur zelus quo pro honore ejus urgemur, Albertus Magnus vel ex eo deducit, quia hic unus fuit ex primis magiſque præcipuis Chriſti operibus: *Attendendum*, inquit, *quanti meritis ſit zelus domûs Dei, & generaliter omnis zelus bonus, cujus actus inter prima ſua opera Chriſtus oſtendit, cujus meritò Phinees pactum ſempiterni ſacerdotii accepit.* Alb. M.

3. Videtiam conſiderabiles ſunt definitiones zeli ſancti quas ſacri Expoſitores adferunt, nec non affectus, quos zelus Dei operari conſuevit. Cajetanus ait: *Zelus eſt vehemens ſtudium procurandi ea, quæ ad Dei honorem faciunt, & adverſantia propulſandi.* Cajet.

4. Dionyſius Carthuſianus addit, quòd zelus non ſolùm in defenſionem honoris Dei, verùm etiam in beneficium & utilitatem ſalutis proximorum armatur: *Zelus ſpiritualis, divinus, & charitativus, quo nititur homo ea excludere, quæ divino honori, aut proximi contrariantur ſaluti. Hoc zelo accendi debemus Dei honorem, proximorum correctionem, juſtitiæ obſervationem cordialiter affectantes, atque impedimenta eorum pro viribus diſſipantes.* Enimverò quòd pro Dei ab hominibus contumeliati honore, mortalibus nos periculis exponere laudabiliter poſſimus, idem Cajetanus atteſtatur dum ait: *Magnitudo zeli incontemnendis pro tuendo Dei honore periculis, & metu omni poſtponendo maximè elucet.* Carthuſianus in authoritate Gloſſæ fundatus hac de re ita ſcribit: *Præterea ſecundùm gloſſam zelus iſte eſt fervor animi, quo mens abjecto humano timore, pro defenſione veritatis accenditur.* Dion. Cart. Cajet. Dion. Cart.

Porro de Chriſto in ultimis hujus Evangelii verbis ſcribitur: *Sciebat quid eſſet in homine.* Perfectè etenim ſciebat, quod honorem & reverentiam templi cum notabili damno & detrimento lucri temporalis illorum ſacerdotum, imò cum ignominia eorundem (ſiquidem flagello ipſos veluti canes expulit) zelando, illi adverſus eum magis ac vehementiùs exaſperandi, adeoque ignominioſam illi & in patibulo in medio duorum latronum inferendam mortem machinaturi eſſent, nec tamen ab hujus zeli exhibitione deſiſtere voluit; unde utidem Carthuſianus ait; Chriſtus meritò dicere potuit: *Comedit me*, id eſt, *ſpiritualiter abſorbuit zelus domûs tuæ, quia zelus iſte fuit occaſio occiſionis Chriſti, & ita comedit, id eſt, conſumpſit ſeu interfecit eum: per hunc enim zelum bis ejecit vendentes de templo, per quod maximè offendit, odiumque incurrit ſacerdotum, qui eum ex invidia occiderunt*; unde clarè deducitur, quòd tametſi filius Dei perſpicuè odium ſacerdotum ad uſque ſui crucifixionem in ſe concitandum eſſe prævideret, non tamen ideo à tuendo templi honore, & propulſanda prophanatorum irreverentia deſiſtere voluerit, imò ſecundâ vice idipſum quinque diebus ante mortem ſuam fecit; ut inde intelligeremus, quòd cùm de reverentia & reſpectu locis ſacris debito agitur, ad ejus imitationem nos cuilibet debeamus exponere periculo, cùm hanc reverentiam templo non ſine ſanguinis & vitæ ſuæ impendio procurârit.

5. Cajetanus ſuper hæc verba: *Zelus domûs tuæ*, ita ſcribit: *Hoc eſt, amor impatiens conſortii in domo tua, ut ſcilicet domus tua communis ſit prophanis.* Sic quoque tametſi templum Philiſthinorum Dagon conſecratum fuerit, zelo tamen arcæ ſuæ, quando cum illa Dagon pari loco poſitum vidit, magnopere exarſit. Unde idem Cardinalis ait: *Sub templi nomine univerſum Dei cultum per ſynecdochen deſignat.* Cajet.

6. Janſenius in expoſitione horum verborum ita ſcribit: *Eſt autem ſenſus, ardentiſſimum ſtudium gloriæ domûs Dei, tanquam ignis quidam intra præcordia concluſus, urſit, torſit, & conſumpſit animum meum ferentem moleſtiſſimè neglectum, & inhonorationem domûs meæ.* S. Thomas verba illa ex libris. Janſen. cap 19. Concor. S. Thom. in Ioan.

bris Regnum: *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum*, addicens, ita ſcribit: *Nos autem debemus diligere domum Domini, ſecundum illud Pſalmi 25. Domine dilexi decorem domûs tuæ, & in tantum debemus diligere, quod zelus ejus nos comedat, dum ſi quid contrarium fieri videmus ſtudeamus etiam, quantumcunque chari noſtri ſint, qui hoc faciunt, removere, nec timeamus propter hoc aliqua mala perpeti.* Idem quoque ſanctus Doctor Gloſſam citat, ea quæ diximus, clarè atteſtantem, & confirmantem, ſcilicet quòd pro honore Dei & veritate defendenda, quemvis mortis timorem aut periculum poſthabere debeamus. Tandem idem S. Thomas concludit: *Eo comeditur, qui quælibet prava, quæ viderit, corrigere ſatagit, & qui nequit, tolerat, & gemit.* Idem quoque diu ante S. Auguſtinus his verbis docuit, dum ait: *Quis comeditur zelo domûs Dei? qui omnia, quæ ibi videt perverſa, ſatagit emendare, cupit corrigere, non quieſcit.*

7. S. Thomas qualis hic zelus ſit, declarat, dum ait: *Sciendum, quod zelus propriè dicit quandam intenſionem amoris, qua intensè diligens nihil ſuſtinet, quod amori ſuo repugnet. Ille igitur propriè zelum habet, qui nihil patienter ſuſtinere poteſt contra honorem Dei, quem maximè diligit.* Dictio *comedit*, juxta annotationem S. Bonaventuræ, vehementiam zeli indicat: *Quod enim comeditur, quaſi in comedentem vertitur.* S. Auguſtinus poſtquam hanc explicaſſet metaphoram, & dixiſſet: *Unuſquiſque Chriſtianus in membris Chriſti zelo domûs Dei comedatur*, hoc argumentum ſubjungit: *Si in domo tua ne quid perverſum fiat, ſatagis, in domo Dei, ubi ſalus propoſita eſt & equies ſine fine, debes pati, quantum in te eſt. ſi quid fortè perverſum videris? v. g. vides fratrem currere ad theatrum, prohibe, mone, contriſtare, ſi zelus domûs Dei comedit te.* Hugo Cardinalis intimum doloris ſenſum, quo Dei honorem zelans perſtringitur, hiſce verbis ad vivum exprimit: *Comedit me, id eſt, quaſi conſumpſit; adducitque illud Pſalmi: Tabeſcere me fecit zelus meus quia iſtud mirabiliter cruciat & extenuat ad literam bonos Prælatos. Pſ. 118. Vidi prævaricantes, & tabeſcebam. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?*

3. Reg. 19. v. 10. Pſ. 25. 8. Gloſſa. S. Aug. tract. 10. in Ioan. S. Thom. in Ioan. S. Bona. S. Aug. tract. 10. in Ioan. Hugo Card. Pſ. 118. 139. Pſ. 118. 158. 2. Cor. 11. v. 29.

Verſus 18.

Reſponderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis?

1. Nimirum Salvatorem noſtrum ardentem zelum, & ſupremum in hac actione authoritatem exercere conſiderârunt: *zelum quidem ejus improbare non potuerunt, nec negare, non decere domum Dei fieri domum negotiationis, ſed ſignum authoritatis exhiberi poſtulant.* Eum namque convincere ſatagebant, quòd ſi id authoritate propriâ faceret, eſſet temerarius, aut verò ſi ex Dei commiſſione, tanquam miſſus ab eo prophetare, id præſtaret, aliquod datæ ſibi ejuſcemodi commiſſionis ſignum ederet. S. Thomas ipſos in ſuo loquendi modo dicere voluiſſe dicit: *Quare cum tanta poteſtate & authoritate nos expellis? non videtur hoc eſſe officii tui.* Tametſi enim actio iſthæc in ſeipſa bona eſſet, inquit Lyranus, non tamen cuivis perſonæ illam exercere conveniebat, *ſed ſolùm* id ſpectabat *ad eum, qui habet authoritatem corrigendi exceſſus Sacerdotum, quod non conveniebat alicui de communi populo, cùm Sacerdotes eſſent in illo populo ſuperiores.* Prophetæ ad illum effectum à Deo ſpecialiter miſſi erant, ut populis imminentia illis ſupplicia intimarent, eorumq; ipſis ſcelera clarè ob oculos ponerent; ac proinde interrogabant: *Quod ſignum*, &c. Albertus Magnus ait: *Quia Propheta ſuam poteſtatem debet probare per ſignum.* Dionyſius Carthuſianus ipſos dicere voluiſſe ſcribit: *Ejectio iſta non ſpectat ad te, nec tuum eſt corrigere nos, & facta Sacerdotum, cum non habeas authoritatem, nec ſis Sacerdos, neque Propheta; ſed ſi dicis, quòd imò tuum ſit, hoc oſtende ſignum, quo ſciamus tibi divinitus commiſſam poteſtatem.* Cajetanus veriſſimum eſſe dicit, quòd Sacerdotes hiſce negotiatoribus ad vendendum & emendum in illo atrio licentiam dederint; unde ſe illam dare poſſe præſumebant.

2. Lucas Burgenſis dicit, quòd quia de illa prophanatione & irreverentia templo irrogata aliquem in ſeipſis ſentiebant conſcienti-

S. Thom. Alb. M. Dion. Carth. Cajet. Lucas Burg.

ſcientiæ remorſum, ignorârint, quónam ad ſui defenſionem recurrerent, niſi id facerent accuſando ipſum, quòd nullam illos reprehendendi, & tali modo expellendi haberet authoritatem: *Malè ſibi conſcii facilèque perſuaſi, nec in atrio gentium, quod prophanatum ipſi vocabant id licere, defectum authoritatis in ipſo criminantur.*

Hugo Card. 3. Hugo Cardinalis: *Diſcipuli boni pro bono habent correctionem ſui Prælati; ſed mali quòd corriguntur, quærunt ſignum poteſtatis, vel ſanctitatis, vel ſcientiæ. Exod. 2. Quis te conſtituit principem & judicem ſuper nos?* *Exod. 2. v. 14.*

4. Sciendum verò eſt, quòd cùm binâ vice prophanatores illos per eandem poteſtatem è templo exturbârit, hac ſolùm, non verò ſecundâ vice poteſtatis talis ſignum ab eo exquiſiverint, dicentes: *Quod ſignum*, &c.

Cajet. Cajetanus hujuſce differentiæ aſſignat rationem, & dicit: *Innumera ſigna tunc Jeſus exhibuerat*, nimirum antequam illos ſecundâ vice, id eſt, in die ſui glorioſi triumphi ejeciſſet, *hic poſtulant, quia nullum hactenus Jeroſolymis ediderat, niſi quòd illud ipſum fuerit clarum, & planè ſtupendum divinæ potentiæ argumentum.*

Origen. in cat. 5. Origenes hanc mentium & vendentium authoritativam expulſionem, unum fuiſſe è majoribus divinæ potentiæ ſuæ ſignis exiſtimat, imò longè majus & præcellentius illo, quod paulò antè ediderat, aquam tranſmutando in vinum: *Eo quòd illic inanimata ſubſiſtit materia, hic verò tot millium hominum domantur ingenia.* Obſervat quoque idem vetuſtiſſimus ſcriptor, eos in hoc facto facilè notare potuiſſe, ipſi naturam quandam ineſſe humanâ longè ſuperiorem: *Quorum expulſio tranſcendebat dignitatem ejus, qui reputabatur filius carpentarii. Verùm,* ut Cajetanus advertit, *diſſimulant illud ipſi, quaſi ſponte ceſſiſſent, aut certè avaritia iraque excæcati non animadverterunt.* *Cajet.*

Chryſoſt. hom. 22. in Joan. 6. Chryſoſtomus Salvatorem melius divinitatis ſuæ ſignum edere non potuiſſe obſervat, quàm dum æterni Patris ſui honorem ardentiſſimè zelat: *O ſummam clementiam! quonam ſigno opus erat, cùm malefacta corriperet, & Dei domum tanta purgaret ignominia? zelus ille pro domûs Dei honore, maximum fuit virtutis ſignum quod boni adverterunt, recordati namque ſunt diſcipuli ejus tunc, quia ſcriptum eſt: Zelus domûs*, &c.

7. S. Bonaventura dubium quoddam hoc loco movet, & ait: *Sed quæritur, quare tunc non fecit aliquod ſignum ad eorum confuſionem? Et ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd propter eorum inſenſibilitatem, & doloſam mentem.* Lucas Burgenſis incredulitatem eorum hiſce verbis manifeſtat: *Porro quòd ſignum poſtulant, non eſt, quòd ſignum abs Te, ut illi videre deſiuerent, quod non credunt ab ipſo poſſe præſtari, ſed ſolummodo ut præſumptuoſi animi, adeoque ſeditionis ipſum inſimulent.* *S. Bona.* *Luc. Burg.*

8. Chryſoſtomus optimè notat Judæos adverſus Chriſtum tantâ fuiſſe rabie percitos, ut etiam adverſus eum ob beneficia, gratias & miracula exaſperati fuerint, quæ in ſuî beneficium ab eo fieri videbant, hæc enim in cauſa fuerunt, cur iniquam illam adverſus ipſum pronuntiarint ſententiam, dicentes: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* & tamen hîc ignominiosè è templo exturbati, inſtarque canum flagello percuſſi, aſperiſque verbis reprehenſi, imò in ſuis quoque lucris notabiliter damnificati, ne minimo quidem injurioſo verbo ſe illi oppoſuerunt. Etenim tritum eſt adagium: *Conſcientia mille teſtes*, ipſos verò remordebat conſcientia avaritiæ ipſorum, ſcandali quod populo dabant, denique iniquitatum, quas locum ſacrum prophanando quotidie committebant. *Chryſo. ho. cit.* *Joan. 11. v. 47.*

9. Hugo Cardinalis aliam quæſtionem proponens dicit: *Quare ita patienter tulerunt, præcipuè cùm avari magis offendantur de effuſione rerum, quam proprii ſanguinis?* reſpondetque per adductam Chryſoſtomi authoritatem, cujus hæc ſunt ipſiſſima verba: *Dolebant turpe lucrum auferri, & ut eum ab incepto averterent, ad miraculum trahere adnituntur.* Hugo dicit: *Ut eum ſic ceſſare facerent à perſecutione eorum, & ut in ſigno faciendo cum occuparent.* Pergit ulterius dicere Chryſoſtomus: *Intellige malitiæ plenam percontationem, cùm enim deceret, ut ipſi ſtudium & zelum ſuſciperent, cùm oporteret eos obſtupeſcere & admirari, quòd tantam domûs curam gereret, illi autem & vendere ſibi liberè contendunt, neque à vendendo ſibi deſiſtendum, niſi ipſe ſignum oſtenderet.* *Hugo Card.* *Cryſoſt. hom. cit.* *Hugo Card.*

10. Idem Hugo ulterius quærit, cur non fuerint adverſus ipſum commoti, prout aliàs fecerint, quando illum dicentem audiêrunt, quòd *Idem.*

quòd templum domus Patris ſui eſſet, per hoc namque ſe filium Dei & verum Meſſiam eſſe apertè declarabat? Et reſpondet: *Credebant quòd hoc ſimpliciter diceret, non Patrem naturaliter, ſed adoptione, vel creatione.* Reſpondetque pariter, cur ſcilicet in ſecunda ejectione, non verò nunc Scribæ & Phariſæi adverſus eum exacerbati fuerint: *Poſt ejectionem negotiatorum*, id eſt, poſt ſecundam ejectionem, *curavit infirmos, & ideo magis invidiâ moti, exaſperati ſunt, hic autem non ita, ubi tantùm expulſi ſunt; quia ſtupebant ad novitatem.*

Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Solvite, &c.

Hugo Card. 11. *Quaſi dicat*, inquit Hugo Cardinalis, *vos quæritis ſignum, in qua poteſtate hæc faciam, ſed ego non do vobis ſignum poteſtatis, ſed dico vobis ſignificationem hujus facti, quia ſicut templum hoc materiale vos inquinatis, & ego emundo, ita templum corporis mei vos diſſolvetis, & ego reſuſcitabo.*

Lucas Burg. 12. Lucas Burgenſis S. Joannem nobis inſinuare voluiſſe dicit, quòd Chriſtus petitum ab illis ſignum vel miraculum edere intermiſerit, non ob defectum potentiæ, vel ex eo quod ipſorum contempſerit ſalutem; ſiquidem ſeptimanis & menſibus ſequentibus multa ejuſcemodi miracula operatus fuit. *Sed quod indigni eſſent, quorum votis ſatisfaceret, qui etiam tunc, cùm ſatisfaceret, parum apud eos profecerit.* Janſenius dicit: *Sciens maligno animo eos ſignum poſtulare, & calumniaturos, etiamſi edidiſſet: dedinde nolens unquam ad ſolam oſtentationem miraculum operari, ſed tantùm ad ſublevandam aliorum neceſſitatem, ut quod eſſet divinæ virtutis argumentum, idem eſſet & humanæ neceſſitatis beneficium.*

Janſen. 13. Idem Janſenius rationem reddit, cur hac metaphorâ uti voluerit: *Verbis allegoricis & metaphoricis templi, quia de templo agebatur, & ejus occaſione de templo corporis ſui transfert locutionem.*

S. Bona. 14. *Sed quare ait imperative: Solvite?* quærit S. Bonaventura, curidem Seraphicus Doctor per adductam Gloſſæ reſpondet: Chriſtum id dixiſſe per modum prophetiæ: *Non enim imperat, ſed quaſi dicit: Vos ſolvetis in paſſione.* Per reſponſionem ad petitum

S. Thom. in Ioan. miraculum, inquit S. Thomas, per duo præcipuè correſpondit: *Primò prænuntiat ſuam mortem futuram, ſecundò reſurrectionem.* De morte dixit: *Solvite: Non dicit, ſolvetur, ne intelligas eum ſeipſum occidiſſe; & dicit: Solvite, quod non eſt imperantis, ſed prænuntiantis & permittentis.*

15. Hugo Cardinalis notat, quòd mentem ſuam non declaraverit expreſsè, ſed ſub quodam verborum involucro, quia ſi iis expreſsè ſe moriturum, & pro libitu ſuo, ſuaque virtute reſurrecturum eſſe prædixiſſet, nullam utique fidem ei adhibituri fuiſſent. *Hugo Card.* Lucas Burgenſis ait: *De induſtria uſus amphibologicâ obſcuritate, ut eos falleret, indignos quibus myſteria regni cœlorum aperirentur.* *Luc. Burg.*

Templum.

16. Multa ſunt myſteria & analogiæ, propter quas ſacratiſſimum Chriſti corpus templi titulo & nomine inſignitum & honoratum fuerit. S. Thomas ait: *Templum dicitur, in quo Deus inhabitat, ideo corpus Chriſti eſt templum Dei non ſolùm ſecundùm animam, ſed etiam ſecundùm corpus. Ad Coloſſ. 2. In quo inhabitat plenitudo divinitatis corporaliter.* In nobis Deus per gratiam inhabitat, ſecundùm actum intellectus & voluntatis, quæ non eſt actus corporis, ſed animæ ſolius: *Sed in Chriſto habitat ſecundùm unionem in perſona, quæ quidem unio non ſolùm ipſam animam, ſed & corpus includit, & ideo ipſum corpus Chriſti eſt templum Dei.* Dionyſius Carthuſianus præter hanc rationem unionis hypoſtaticæ nonnullas quoque alias aſſignat: *Quoniam habitavit in eis*, id eſt, in anima & corpore *per excellentiſſimam gratiam: habitavit in anima per fruitionem claram & beatificam.* Alia ratio quam adfert, hæc eſt: *Quia ſicut in templo materiali orationes Deo offeruntur, & ab ipſo exaudiuntur, ſic preces Eccleſiæ porriguntur Deo in Chriſto, & per Chriſtum, per quem etiam exaudiuntur.*

S. Thom. in Ioan. *Coloſſ. 2. v. 9.* *Dion. Cart.*

17. Beda quoque motivum conſolationis nobis ſubminiſtrat, qui pariter templa Dei per participationem denominatur: *Et quidem gaudendum eſt, quia ipſi ſumus in baptiſmo in templum Dei facti, teſte Apoſtolo, qui ait: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis ipſi, ſed nimis tremendum; quia præmiſit Apoſtolus, dicens: Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus.* Hugo Cardinalis ait: *Hoc templum ſolvimus & propha-*

Beda. *1. Cor. 3. v. 17.* *ibid.* *Hugo Card.*

2. Mach 6. v. 4. *prophanamus per peccatum mortale.* 2. Mach. 6. *Templum luxuriâ & commeſſationibus &c.*

Templum hoc.

18. Myſterio turget ultima illa dictio *hoc*, ſiquidem ut S. Joannes notat, indigitavit corpus ſuum, non verò templum Salomonis intellexit. Quando ipſum Matthæi c. 26. de hoc dicto accuſarant, convincit illos tanquam falſos teſtes teſtificatos fuiſſe, quaſi dixiſſet: *Templum Dei.* Toletus ait: *Ad eos direxit verbum: Solvite templum hoc; nec dixit, templum Dei, ſed templum hoc: praterea de templo corporis ſui Chriſtus locutus eſt, & poterant intelligere, ſi voluiſſent; nam dum dixit: Templum hoc, certum eſt geſtu ipſo, & motu manuum, non illud materiale, ſed ſeipſum demonſtraſſe.*

Matth. 26. v. 61. Toletus.

Et in tribus diebus.

29. Hugo Cardinalis triduum hoc in ſenſu morali ita exponit: *Hoc templum in tribus diebus excitatur, hoc eſt, in triplici cognitione: ſcilicet peccati, ad deteſtandum & cavendum; proximi, ad ſubvenendum; & Dei, ad diligendum; vel tres dies ſunt: dolor, pro delectatione peccati; pudor, pro turpitudine, timor, ne recidivet iterum pro ipſius peccati tenacitate, & hominis debilitate; vel tres dies: contritio, confeſſio, & ſatisfactio, & ſic ſpiritualiter reædificabitur, quia deſtructio peccati eſt ædificatio templi.*

Hugo Card.

Excitabo illud.

20. *Propriè loquitur, excitabo,* inquit S. Bonaventura, *quaſi de ſomno, ob brevitatem temporis, ante reſurrectionem ſecundùm illud Pſalmi: Ego dormivi & ſoporatus ſum;* cui expoſitio S. Thomæ de Aquino conſonat, dicentis: *Scilicet corpus à mortuis ſuſcitabo. Non autem dicit: excitabitur; nec: Excitabit illud Pater; ſed, Ego excitabo, ut oſtendat ſe propriâ virtute à mortuis reſurgere.*

S. Bona. Pſ. 3. 6. S. Thom. in Ioan.

21. Hoc autem reſurrectionis ſuæ miraculum fuit evidentiſſimum, quod illis dare poterat divinitatis ſuæ ſignum: *In hoc maximè ſignum divinitatis ejus oſtenditur*, inquit S. Thomas, *non enim puri hominis eſt, ut ſe excitaret à mortuis, ſed ſolùm Chriſtus, qui fuit inter mortuos liber, hoc virtute ſuæ divinitatis fecit.* Et ideo Chriſtus mox ut ſurrexit à mortuis, legem & Evangelium ſuum per univerſum mundum divulgari juſſit, eo quod jam divinam filiationem ſuam ſufficientiſſimè probatam eſſe ſupponeret. Unde Toletus ſcribit: *Reſurrectio à mortuis populos convertit Judæorum, ſupra omnia miracula Chriſti fidem auxit & confirmavit, incredulos autem, qui in ſua obſtinatione manſerunt, confudit.*

S. Thom. Toletus

Verſus 18.

Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & in tribus diebus excitabis illud?

1. S. Cyrillus Alexandrinus ignorantiam ipſorum conſiderat, dicens: *Myſterii altitudinem non intelligentes, ſignum irridebant, & inſcitiæ ſuæ morbum, tanquam juſtam ei non parendi cauſam arripiunt.*

S. Cyril. Alexan. in Ioan.

2. S. Auguſtinus à Gloſſa citatus templum Salomonis intra ſeptennium ædificatum fuiſſe teſtatur; at verò dum ſub Zorobabel de novo ædificatum fuit, fabrica illius ob inimicorum obſtacula, ad quadraginta ſex annos protracta fuit: *Hic numerus convenit perfectionibus Dominici corporis, quia ut dicunt Phyſici, tot diebus forma humani corporis perficitur;* at verò S. Cyrillus eos hoc argumento convincit: *Quopacto quæſo longis temporum ſpatiis ad unius domûs ſtructuram opus illis fuerit?* quibus verbis S. Doctor inſinuat, quod tametſi etiam de templo materiali Chriſtus locutus fuiſſet, facilè tamen ei fuerit illud breviſſimo tempore de novo erigere: *Aut quomodo ulla in re imbecillior fuerit, qui ſeptem duntaxat numero diebus univerſum hoc ineffabili virtute fabricatus eſt?*

S. Aug. in Gloſſa

S. Cyril. ib.

Verſus 29.

Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & ſermoni quem dixit Jeſus.

Recordati ſunt diſcipuli ejus, quia hoc dicebat.

1. Id quod Salvator de ſua morte & reſurrectione ſua prædixit, ipſorum quidem memoriæ impreſſum remanſit, ſed per effectus valde diverſos. Unde Lucas Burgenſis ait:

In

In aliis alium fructum protulit ; Judæi recordati velut crimen capitale objecerunt ; ſiquidem in nocte paſſionis ejus hiſce Chriſti verbis: *Solvite templum*, &c. uſi ſunt tanquam præcipitio accuſationis & criminalitatis ejus capite, & ideo convitiabantur dicentes: *Vah qui deſtruis templum Dei , & in triduo illud reædificas ? diſcipuli recordati & venerati intellectum ſunt aſſecuti.* Et quidem priuſquam Chriſtus à mortuis reſurgeret, difficile illis erat, ut, quid dicere vellet, intelligerent, quia myſterium inacceſſibile in ſe complectebantur. S. Thomas notat quòd S. Joannes non ſine cauſa dixerit: *Cum ergo reſurrexiſſet ; nam ante reſurrectionem difficile erat hoc intelligere. Primò, quia per hoc oſtendebatur quod in corpore Chriſti erat vera divinitas, alias non potuiſſet dici templum, & hoc tum temporis intelligere, humanam capacitatem excedebat; ſecundò, quia in hoc facit mentionem de paſſione & reſurrectione, cùm dicit : Excitabo illud, quem nullus diſcipulorum adhuc audierat ; unde Chriſtus quando reſurrectionem & paſſionem ſuam expreſſit Apoſtolis, Petrus hoc audiens ſcandalizatus eſt.*

Matt. 27. v. 40.

S. Thom. in Ioan.

Et crediderunt Scripturæ & ſermoni, &c.

Tolet.

2. Toletus verborum iſtorum ſenſum declarat, dicens: *Et eſt ſenſus : Crediderunt non ſolùm ſermoni Chriſti de ſua reſurrectione, ſed etiam Scripturæ, in qua & mors & reſurrectio Chriſti prænuntiata ſunt; crediderunt eas Scripturas in Chriſto verificari & compleri.* S. Thomas Oſeæ teſtimonium in ſpecie citat, cui adhibuêre fidem: *Vivificabit nos poſt duos dies; & tertia die ſuſcitabit ;* atque inſuper Jonæ prophetiam: *Et inde eſt, quòd in ipſa die reſurrectionis aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas.*

S. Thom. in Ioan.

Oſe. 6. 3.

Verſus 20.

Cùm autem eſſet Jeroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine ejus, videntes ſigna quæ faciebat.

Cùm autem eſſet Jeroſolymis in Paſcha in die feſto, &c.

Lyran.

1. Lyranus Chriſtum Jeroſolymis Paſchatis tempore ad populum prædicaſſe, & docuiſſe ſcribit, multiſque patratis miraculis doctrinam, quam annuntiaverat, confirmaſſe, indeque multos ad credendum in eum fuiſſe confirmatos.

2. Toleti eſt ponderatio, quòd Chriſtus datâ operâ ad annuntiandum Evangelium loca quæſierit populoſiſſima, feſtaque item & ſolemnitates præcipua & ſaluberrima elegerit, magnum deſiderando hominum concurſum, non ad applauſum, aut vanam oſtentationem, ſed fine rectiſſimo, nimirum *ut ejus prædicatio & miracula pluribus prodeſſent, & adventus ipſius multis eſſet manifeſtus.*

Tolet.

Multi crediderunt in nomine ejus.

3. Ipſa nos docet quotidiana experientia, quòd frequentiſſimè Deum potiùs in feſtis & ſolemnitatibus præcipuis per diſſolutiones noſtras, per locorum ſacrorum irreverentiam, per immoderationem conviviorũ, ludorum, ſocietatum, chorearum, aliarumque prophanarum recreationum vana gaudia oſtendamus, quàm aliàs unquam.

4. Dionyſius Carthuſianus hoſce credentes Chriſtum verum Dei filium aut Meſſiam eſſe minimè agnoviſſe credit. *Credentes quòd eſſet Chriſtus, vel ſaltem vir ſanctus atque Propheta, non tamen credebant, nec ſuſpicabantur quòd eſſet filius Dei naturalis, veruſque Deus, niſi fortè antè agnoviſſent per Scripturas, quòd Chriſtus in lege promiſſus eſſet Deus* ; vel etiam, ut advertit Theophylactus: *Non firma eorum fides erat, ad tempus enim attendebant Chriſto, non ut Deo, ſed ut homini, qui Deo afflabatur.*

Dion. Cart.

Theoph.

Videntes ſigna quæ faciebat.

5. Enimverò tametſi Evangeliſta quænam aut qualia hæc miracula fuerit, minimè exprimat; veruntamen, ut Lucas Burgenſis dicit: *Intelligendum relinquit fuiſſe talia, qualia illa, quæ ſcripta ſunt, nimirum non terrori hominum, aut curioſitati ſervientia , ſed amori ſalutique ſuavia ac benefica.* Dionyſius Carthuſianus eum prodigia & miracula ſtupenda operatum fuiſſe exiſtimat ; ſiquidem S. Joannes Nicodemum ei dixiſſe refert: *Nemo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo*; expreſſam tamen illorum mentionem non facit, ut S. Thomas obſervat, quia in fine ſui Evangelii ſcribit : *Sunt & alia*

Lucas Burg.

Dion. Cart.

Ioa. 3. 2.

Ioan.21. v.25. *alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libri*; neque enim Evangelistarum intentio erat, omnia referre miracula: *Sed tot, quot necessaria erant ad Ecclesiam fidelium instruendam.*

6. Idem quoque S. Doctor optimè ponderat, quisnam fuerit miraculorum Salvatoris nostri fructus: *Fructus autem, qui provenit ex signis Iesu, magnus est, quia multi crediderunt, & conversi sunt ad eum*; quorum tamen aliqui ex miraculis visis crediderunt, alii verò, quia eis secreta cordis & cogitationes occultas revelaverat: *Sed commendabiliores sunt, qui per doctrinam credunt, quia sunt magis spirituales, quam qui propter signa, qui sunt magis grossiores.*

Hugo Card. 7. Hugo Cardinalis ad hoc se reflectens, quòd multi crediderint, quando Christus Jerosolymis, & in die festo præsens aderat, Ioan.12. v.23. hanc inde deducit moralitatem: *Tunc multi crediderunt propter signa, quia quando tempore prosperitatis Christus se exhibet hominibus beneficum, tunc Deo serviunt; sed hoc propter signa, id est, propter ipsa prospera, quæ videntur homini esse signa amoris, cùm tamen* S.Greg. *magis sint e contrario: quia ut dicit Gregorius, quòd continuus successus temporalium bonorum, est quoddam æternæ damnationis indi-* Ps.48.19 *cium. Psal.48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei.*

8. Enimverò unum ex iis miraculis, quæ viderunt, est illud, quod in præsenti Evangelio narratur, de percussione & exturbatione Origen. in cat. prophanatorum. Unde Origenes ait: *Præsens historia in nullo minorem potestatem prætendit his, quæ ab eo miraculosius edita sunt*; etenim ipsa nobis experientia demonstrat, multos in Deum credere, eumque confitentes ad ipsum recurrere, dum percutiuntur à manu ejus, & flagellantur.

Versus 21.

Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes.

Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis.

Lyran. 1. *Non revelabat eis*, inquit Lyranus, *alitiora mysteria secundùm sensum literalem, quia aliqui erant imperfecti potentes ea capere, & aliqui ficti, quærentes ea deridere; & instruxit prædicatores Evangelii, ut non prædicent simplicibus alta, sed captibilia, nec fictis fidei secreta mysteria, ne derideant ipsa*; ac proinde Matth. cap.7. Salvator nos Matt.7. monet dicens: *Nolite sanctum dare canibus,* 6. *neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas.* Beda rationem reddit, Beda. cur Christus se non crediderit eis: *Non enim sic credebant in eum, ut digni essent Christum habitare in eis.*

2. Hugo Cardinalis ait: *Quia non est vera* Hugo *fides, quæ solùm à probatione miraculorum* Card. *pendebat, ideo non confidebat de eis, ut committeret eis secreta suæ institutionis.*

3. Dionysius Carthusianus nequaquam Dion. nobis credendum esse dicit, quòd Redemptor eos timuerit, siquidem *Potestatem omnis carnis dederat ei Pater: certum est quod non timuit hoc, nec eos qui corpus occidunt*, sed, inquit, ut Beda & Augustinus asserunt: *Non* Beda. *se credidit eis, quia nondum baptizati, & plena* S.Aug. *fide imbuti fuerunt*; ac proinde ita exponit: *Non committebat seipsum eis, tanquam fidelibus constantibusque amicis, nec voluit conversari inter eos, quasi inter veros discipulos.*

4. Toletus Salvatorem inconstantiam ipsorum prævidisse existimat: *His verbis significat illorum credentium inconstantiam, quorum multi non solùm retrocesserunt à concepta fide, sed & Christum persecuturi erant.* Tolet.

5. Hugo Cardinalis sensui supradicto adhærens, nimirum quod multi tunc præcipuè in Christum credant, quando ab ipso beneficiis afficiuntur, subjungit: *Tales temporales sunt, non stabiles; ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, quia talibus instabilibus Dominus magnam gratiam non confert, quia sunt indigni.* Hugo C.

6. *Quia isti credebant*, inquit Albertus Alb.M. Magnus, *ad tempus, & in tempore tentationis recedebant, sicut ipse Dominus dicit, & subjungit causam Evangelista dicens, eò quòd ipse Iesus nosset omnes.* Dionysius Carthu- Dion. sianus illos de eorum genere fuisse dixit, de Cart. quibus Joan. 12. scribitur: *Ex principibus* Ioan.12. *multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur; dilexerunt enim gloriam*

gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei ; tales autem non credunt verè atque ſalubriter, ſicut ait Salvator: Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam ab invicem quæritis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.

Ioan. 5. 44.

Eò quòd ipſe noſſet omnes.

7. *Et hoc per potentiam divinitatis*, inquit S. Thomas. *Eccleſiaſt. 23. Oculi Domini multò lucidiores ſunt ſuper ſolem ; nam homo etſi cognoſcat alios, non tamen certam cognitionem de eis poteſt habere, quia non videt niſi ea quæ apparent ;* at verò Deus occultiſſimas quaſque penetrat cogitationes, teſte Theophylacto, qui ait : *Non ignorat quales ſint cogitationes in ſingulis hominibus.* Chryſoſtomus Chriſtum de verbis ipſorum minimè curaſſe dicit, quia penetrabat interiora : *Hoc eſt, non curabat exteriora verba, qui in ipſos animos ingreditur, qui in humanas cogitationes irrumpit, qui eorum fervorem mox infrigeſcere cognoſcebat.* Idem quoque Lucas Burgenſis his verbis ſcribit : *Non eis fidendum*, inquit, *eò quòd fides eorum eſſet ad modum imperfecta.* Cognoſcebat quòd facilè ipſum deſerturi eſſent, *mutatâ voluntate conjuncturi ſe perverſis Scribis & Phariſæis.*

S. Thom. in Ioan. Eccl. 23. v. 28.

Theoph.

Chryſ. hom. 23. in Ioan.

Lucas Burg.

Verſus 22.

Et quia opus ei non erat, ut quis teſtimonium perhiberet de homine, ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

1. *Novit hominum*, inquit S. Bonaventura, *ineffabilia omnia, & in hoc patet ſalutare exemplum hominibus, non credendi atque committendi ſe omnibus, qui fingunt ſe eſſe amicos.*

S. Bonav.

2. Porrò cognitionem hanc, quam Deus de nobis habet, expreſſiùs hiſce verbis declarat Cajetanus : *Cognoſcebat quid eſſet in homine, in intellectu, in voluntate, in cogitatione, in affectu hominis, & propterea non erat ei opus teſtimonio.* Hugo Cardinalis inquit : *Plus ſcit de homine, quam homo de ſe ; ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine, id eſt, quid eſt, vel eſſe poteſt in mente hominis. Ad Hebræos 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis ejus.* Rupertus Abbas hæc verba gloſſans ita ſcribit : *Quis enim novit omnes homines, niſi ſcrutans corda & renes Deus ? Cui veraciter dictum eſt : Tu ſolus noſti corda filiorum hominum ; quis denique ſcit quid ſit in homine, niſi Deus, de quo non vanè dictum eſt : Homo videt in facie, Deus autem inſpicit in cor.* S. Cyrillus ſingularem hanc in Deo ſcientiam agnoſcit, & Pſalmiſtam hanc ei ſoli attribuere demonſtrat : *Soli Deo vero ipſam tribuit Pſalmiſta dicens : Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.*

Cajet. Hugo C. Hebr 4. 13. Rup. Ab. l. 2. in c. 3 Ioan. 3. Reg. 8. v. 39. 1. Reg. 16. 7 S. Cyril. Alex. in Ioan. Pſ. 32. 15.

3. S. Bonaventura ad noſtrum profectum utiliſſimum hoc inde eruit documentum : *Ex quo Deus novit omnia quæ ſunt in homine, ob talis Judicis majeſtatem, ob talis teſtis inflexibilem veritatem, (ipſe enim judex & teſtis, ob talis dominatoris in corde habitantis ſanctitatem, & immunditiarum ab eo odibilitatem (mundi enim ſunt oculi tui, ne videat malum, & reſpicere ad iniquitatem non poris) neceſſe eſt ut homines mundent corda ſua.* Unde Boëtius lib. de Conſol. Phil. lib. 5 Proſâ 6. in fine ait : *Magna vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis Judicis cuncta cernentis, propter quod ait Propheta : Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper.*

S. Bonav. Pſ. 15. 8.

FERIA TERTIA POST IV. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Joannis Cap. 4.

℣. 14. *IAm die feſto mediante aſcendit Jeſus in templum, & docebat.* 15. *Et mirabantur Judæi dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit?* 16. *Reſpondit eis Jeſus, & dixit. Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me.* 17. *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrina utrùm ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar.* 18. *Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriam ejus, qui miſit eum, verax eſt, & injuſtitia in illo non eſt.* 19. *Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* 20. *Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit: dæmonium habes; quis te quærit interficere?* 21. *Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Unum opus feci, & omnes miramini.* 22. *Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem (non quia ex Moyſe eſt, ſed ex Patribus) & in ſabbatho circumciditis hominem.* 23. *Si circumciſionem accepit homo in ſabbatho, ut non ſolvatur lex Moyſis, mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbatho.* 24. *Nolite judicare ſecundùm faciem, ſed juſtum judicium judicate.* 25. *Dicebant ergo quidam ex Jeroſolymis: Nonne hic eſt, quem quærunt interficere?* 26. *Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt; nunquid verè cognoverunt Principes, quia hic eſt Chriſtus?* 27. *Sed hunc ſcimus, unde ſit: Chriſtus autem cùm venerit, nemo ſcit, unde ſit.* 28 *Clamabat ergo Jeſus in templo docens, & dicens: Et me ſcitis, & unde ſim, ſcitis, & à meipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis.* 29. *Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.* 30. *Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.* 31. *De turba autem multi crediderunt in eum.*

Verſus 14.

Jam die feſto mediante aſcendit Jeſus in templum, & docebat.

1. SCiendum, quòd ut in principio hujus capitis dicitur, Jeroſolymis feſtum agebatur tabernaculorum, quod ſeptem dies integros durabat: Judæi verò adverſus eum exaſperati, machinabatur mortem ipſius. Cumque à cognatis, ut ad eandem ſe ſolemnitatem conferret, rogaretur, eis acquieſcere noluit, ſed dixit: *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendam;* & tamen licèt non apertè & manifeſtè, benè tamen ſe eò recepit occultè, & per ſeptem continuos dies ibidem ſubſtitit occultus: *Et jam die feſto mediante aſcendit in templum, id eſt,* inquit S. Thomas, *cùm illius feſti tot dies remanſiſſent, quot effluxerant; unde cùm ſeptem diebus agebatur feſtum, dicitur hoc fuiſſe quarto die; & quidem in hoc, quòd, ſe occultaverat, humanitatis Chriſti eſt indicium, & noſtræ virtutis documentum.* S. Thom. in Ioan.

2. Salmeron hanc dilationem ad mitigandos Judæorum animos ordinatam fuiſſe exiſtimat, ut ampliorem haberet campum & occaſionem ſedatis ipſorum mentibus Salm. tom. 8. tr. 34.

Evan-

Evangelicam imprimendi doctrinam. Unde
Theoph. Theophylactus ait : *Aſcendit quando infaniam illorum veriſimile erat mitigatum eſſe.*
Luc. Burg. Lucas Burgenſis ſcribit: *Interdum cedere periculis licet, ſed nulla bene agendi opportunitas omitti vel negligi debet ; docebat populum, cum Sacerdotes & Scribæ deeſſent officio.*
Lyran. Lyranus pariter monet : *Propter hominum verba, doctrina ſalutis non eſt omittenda.*
S. Aug. tract. 29 in Ioan. S. Auguſtinus ait: *Illud, ut lateret, erat cauſa exempli, hoc poteſtatis.* Porro qualenam illud exemplum fuerit, quod nobis poſt ſe relinquere voluit, Salmeron hiſce verbis exponit: *Docens nos ſuo exemplo, ut cùm volumus proficere in proximis, nequaquam in fervore animi concitati, aut affectu peccati, ſed eo declinante adeamus, ut moris eſt Dei facere, qui venit ad auram poſt meridiem, ut corrigeret primum parentem.*
Salmer. ibid. 3. Idem quoque Author conſiderat, quòd tametſi Salvator imminentia ſibi prævidiſſet pericula, intermittere tamen nequaquam voluerit, quin ſe in ea feſtivitate & videndum & audiendum exhiberet : *Ut indicet mandato Dei obtemperandum abſque timore mortis ; docet deinde ſuo exemplo Paſtores, ne tempore periculi doctrinam ſalutarem populo ſubtrahant : nam bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis.*

4. Porro ſi per feſtivitatem, humanam velimus proſperitatem intelligere, dicendum videtur, quòd tunc Jeſus Jeroſolymam concellerit, ibique ſuam præſentiam communicarit, quando feſtivitas in declinatione erat, ad denotandum quòd quando deficiunt & occidunt felicitates terrenæ, tunc ipſe vel maximè in cordibus noſtris aſcendat: at verò
S. Anton de Pad. ſer. in hac ſer. S. Antonius de Padua ad hoc ſe reflectit, quòd Redemptor noſter ad templum aſcenderit, quando quærebatur ad mortem, idque ad inſigne documentum noſtrum. *Ut daret nobis exemplum, quod imminenti adverſitate debemus ad Deum recurrere.*

Aſcendit.

Cyrill. l. 4. in Ioan. c. 50. Ier. 15. 19 5. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Non dixit Evangeliſta Chriſtum ingreſſum fuiſſe in templum ſed aſcendiſſe ; ardua enim res eſt atque ſublimis loca ingredi ſancta, & docendi munus rectè ſuſcipere.* In Jeremia ſublime exprimitur illorum encomium, qui ad animas convertendas divinum annuntiant verbum: *Si ſeparaveris pretioſum à vili*, inquit Deus, *quaſi os meum eris* ; etenim Veritas ipſamet in S. Luca dicit: *Qui vos audit, me audit.* *Luc. 10. 16.*

In templum.

6. S. Bonaventura ait : *Non in palatium, vel in forum ; & docebat, non ſilebat veritatem* ; ſiquidem ad eum finem deſtinatæ ſunt Eccleſiæ, ut æternæ fidei noſtræ veritates mediante prædicatione fidelium cordibus imprimantur, ut animæ reducantur ad pœnitentiam, viaque ſternatur ad gloriam. *Patet hic exemplum Prælatis & Doctoribus*, inquit S. Bonaventura, *aſcendendi in templum, & docendi ibidem exemplo B. Ambroſii, qui omni die Dominico in publico verbum Dei tractabat.* *S. Bona.*

7. S. Antonius Paduanus moralitatem quandam hoc loco adducit nobis Chriſtianis in ſolemnitatibus occurrentibus perutilem: *Sicut Chriſtus imminentibus ſolemnitatibus templum corporaliter aſcendit, ſic innuit, quod nos ſemper debeamus per devotionem aſcendere in Deum, ſingulariter tamen in feſtis aliquibus ſolùm divino cultui vacare debemus.* *S. Ant. de Pad.*

Et docebat.

8. Poterat quidem Salvator noſter ſine comitatu in templum aſcendere, & ſine aliqua turbarum congregatione privatim, non verò in publico docere, maximè cum Sacerdotum mortem ſibi machinantium perſpectum ſibi haberet furorem: veruntamen, ut idem S. Antonius ſcribit, in publico ſe manifeſtare voluit : *Ad oſtendendam voluntariam oblationem, quia tempore paſſionis ſuæ converſabatur maximè in Ieruſalem, & in templo, ut exhiberet ſe perſecutoribus.* *S. Anto. Pad.*

9. Sapiens de oportunitate tractans, quam ad Dei verbum annuntiandum quærere debemus, hanc adducit ſimilitudinem : *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.* Porro quatuor diebus poſt inchoatam feſtivitatem, prædicationem ſuam diſtulit, ut tantò majori cum aviditate deinceps auſcultaretur. *Tardius venit*, inquit Salmeron, *ut diuturnius expectatus, avidius audiretur, & majori cum fructu.* Lyranus ait : *Docebat populum, qui diebus præteritis* *Prov. 25 11.*

intentus fuerat ſacrificiis & oblationibus conſuetis, & per hoc docuit prædicatores Evangelii, ut ſecundùm dictum Sapientis, tempus tacendi conſiderent, & tempus loquendi.

Eccle. 3. 7.

S. Thomas pariter rationem reddit, cur prædicationem ſuam in medium uſque feſtivitatis diſtulerit: *Quia in principio feſti omnes magis attenti ſunt his quæ feſti ſunt, boni ad cultum Dei, alii ad vanitates & lucra; ſed circa medium feſti, his quæ feſti ſunt, expeditis, magis parati ſunt ad doctrinam.*

S. Thom. in Ioan.

10. Idem quoque S. Doctor aliam adfert rationem, dicitque id ab eo factum eſſe propter myſterium, quia veriſſimum ſemper eſt, quod *Omnia in figura contingebant illis. Congruit ordini doctrinæ Chriſti, quia non in fine mundi, nec in principio, ſed in medio tempore venit inſtruere homines de regno Dei.*

Idem S. Doctor.

Abacuc 3. *In medio annorum notum facies.*

Abac. 3. 2.

11. S. Joannes quidem non declarat nobis quale Redemptoris noſtri thema, vel quodnam prædicationis ejus ſubjectum fuerit, ſed ſolùm dicit, *Docebat. Doctrinam tamen inſignem fuiſſe inſinuat*, inquit Toletus, *dum Iudæos, qui eum inſequebantur, & ut occiderent, quærebant, & in admirationem converſos eſſe narrat.*

Toletus.

11. Advertendum eſt, quòd S. Evangeliſta Chriſtum in templum aſcendiſſe, ibique populum docuiſſe conſtanter aſſerat, ad denotandum finem, quem habere debemus, dum ad ſacra nos loca recipimus, nimirum ad verbum Dei audiendum, ad profectum ſpiritualem promovendum, non verò propter curioſitatem, vel converſationem, vel ob alios ſimiles fines terrenos: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*; ecce quales erant hujus electæ animæ devotæ intentiones; quærebat enim in domum Dei oculum ſuum dirigi, ibidemque panem Angelorum, animarum cibum & nutrimentum videre, ſeque inibi in ſancto quodam receſſu & ſolitudine orationi vacare, non verò oculis hinc inde vagari, vel cum ſodalibus fabulando circulos facere, &c. *Ne vagari incipiam.*

Cant. 1. 6.

Verſus 15.

Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit?

Et mirabantur Iudæi.

1. S. Auguſtinus ſcribit: *Omnes quidem, quantum arbitror, mirabantur, ſed non omnes convertebantur*, redditque rationem, unde hæc fuerit admiratio oborta: *Quia multi noverant, ubi natus, quemadmodum fuerit educatus, nunquam eum viderant literas diſcentem*; videri quidem poterat conveniens eſſe, quòd ſicut ſecundùm uſum aliorum voluit educari, ita quoque ſecundùm ſtylum omnium aliorum ſtudiis operam dare debuerit; Sapientia tamen incarnata ab aliis doceri noluit, non tam propter miraculum, quàm propter myſterium, quod à Luca Burgenſi hiſce verbis tangitur: *Ideo filium ſuum ex mechanica potius officina prodire voluit cæleſtis Pater, quàm ex Scribarum ſcholis, quo magis conſpicua eſſet Evangelii origo, ne quis in terris fabricatum putaret, vel hominem quempiam fingeret ejus auctorem.*

2. Porro admirationem iſtorum Rupertus Abbas hiſce verbis exprimit: *Admiratio Judaica pœnalis & impatiens ad audiendum, detrahentis invidiæ livor eſt, quæ urgente dum ſapientiæ docentis nequeunt obviare, ſaltem ex præſumptione magiſterii nituntur perſonam illius promere.* Cui conſonat, quod de hac admiratione Chryſoſtomus in hæc verba ſcribit: *Vides eorum plenam malitiæ admirationem?* Non admirabantur veritatem doctrinæ Chriſti, ut inde proficerent, & ut ipſum in debito reſpectu & reverentia haberent; *ſed modum, quo eam doctrinam acquiſierit*, inquit Lucas Burgenſis. Sed quonam fine admirabantur? *Ut dum modum inſuetum & incognitum oſtendunt, doctrinam quoque ipſam ſuſpectam reddant, ut inventum commentumque humanum ipſius Ieſu, invidi non ſolùm, ſed malitioſi.*

Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit?

3. Nimirum Chriſtum filium Joſeph viri pauperis eſſe, ejuſque ſudoribus ſuſtentari, & con-

& consequenter unâ cum ipso laboribus mechanicis victum sibi quærere credebant. Putabatur filius fabri, *qui*, ut S. Thomas ait, *de labore suo vivens non insisteret studio literarum, sed potius operi manuali. secundùm illud Psalmi: Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea.* Lucas Burgensis dictionem illam, *Hic*, ponderat: *Hic Galilæus, faber, & fabri filius, quæ sapientia repletur, qui tenet aratrum? Eccles. 38. v. 26. Stimulo boves agitat, & conversatur in operibus eorum.* Etenim verisimile est Salvatorem nostrum S. Josephum nutritium suum in laboribus adjuvando, aratra nonnunquam fabricasse, ideoque horum similitudine aliquando usum fuisse, damna eorum denotare volens, qui in bene cœptis non perseverant: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei*; quonam igitur modo inter mechanicos hosce labores sacram Scripturam, & cœlestem theologiam discere aut explicare poterat? Idem Lucas Burgensis ait: *Iamdiu quæsierant, quod Iesus à puero egisset, qualium hominum consortio usus fuisset, & cætera eò pertinentia; intellexerant autem nullas ab eo scholas frequentatas, conversatum semper inter idiotas, & fabrilem artem ad virilem usque ætatem exercuisse. Hinc admirantur, nolebant enim agnoscere eum esse, de quo Isaias scripsit cap. 11. v. 2. Et requiescit super eum Spiritus sapientiæ & intellectus, &c. In quo essent sapientiæ & scientiæ Dei omnes thesauri absconditi.* In cujus confirmationem Cajetanus hanc habet ponderationem, quòd nimirum Salvatoris vitam, quam duxerat, non Galilæi compatriotæ ipsius, sed Judæi qua potuerunt diligentiâ examinarint, iidemque fuerint, qui sapientiam ipsius fuêre admirati, scientes quòd in pueritia, adolescentia & juventute sua laboribus manualibus & mechanicis, non verò literis, continuam dedisset operam.

Ps 87. 16 — Luc. 9. 62. — Isa. 11. 2. — Cajet.

4. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Atqui dementiæ Iudaicæ inter cætera argumentum etiam istud est, alioquin enim nihil eis mirum videri debebat literis non indigere cunctorum opificem Sapientiam, hoc est, unigenitum Dei Verbum, quod inter ipsos in forma hominis latebat.*

S. Cyril. Alex. l. 4. in Ioan.

5. Invidia eos adeo excæcavit, ut oculos non haberent, quos in veram defigerent lucem, quæ *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* liquidem, ut Jansenius notat; majus divinitatis & authoritatis ejus argumentum habere non poterant, quam videre ipsum tanta cum sapientia erudientem populos, cùm tamen nulli unquam literarum studio vel minimam dedisset operam; at verò quid illis hoc profuit? *Pro suo fastu & invidia, hoc ipsum trahunt in calumniam authoritatis ejus, velut dæmoniacum insimulare volentes doctrinam ejus, ex eo unde certo constabat esse divinam.* Sicut enim ipsum miracula patrantem calumniabantur asserendo ipsum secretum quoddam cum Beelzebub principe dæmoniorum habere commercium, inquit Salmeron, *Ita doctrinam calumniari non valentes, modum, quo illam sibi comparasset, nempe vel à dæmone, vel arte magicâ, in calumniam rapiebant.* Theophylactus quoque hanc admirationem invidiæ motivo attribuit, illudque sequenti similitudine declarat: *Veluti si pauper quispiam vicinus repente in splendidiore vestitu prodeat, & videat eum vicinus invidus, dicit, quomodo hic tam sumptuosis vestibus indutus est, qui dudum pauperrimus erat?* Idem Salmeron exemplum ipsorummet Judæorum, qui in die Pentecostes Apostolos, qui antea piscatores & idiotæ fuerant, cum admirabili doctrina & facundia prædicare audientes, & ignorantes mysterium, eosdem ebrios esse existimarunt. *Admirantur Christum unâ linguâ ad unam gentem loquentem, quid facient cùm Apostolos variis linguis ad universas mundi nationes viderint prædicantes?*

Iansen. Concor. cap. 75. — Salmer. to. 8. tr. 34. — Theoph. — Salm.

Versus 16.

Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.

1. S. Augustinus acutè observat sapientissimum hunc Magistrum nostrum non dixisse: *Doctrina ista non est mea:* sed, *doctrina mea non est mea*; & ait: *Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomodo non tua?* Tu enim dicis utrumque: mea doctrina, & non mea. Quam difficultatem demum per verba S. Joan. cap. 1. resolvi, ubi dicitur: *In principio*

S. Aug. tract. 29 in Ioan

cipio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; inde pendet hujus ſolutio quæſtionis: Quæ eſt doctrina Patris, niſi Verbum Patris? Ipſe ergo Chriſtus doctrina Patris, ſi Verbum Patris; ſed quia Verbum non poteſt eſſe nullius, ſed alicujus, & ſuam doctrinam dicit ſeipſum, & non ſuam, quia Patris eſt Verbum, quid enim tam tuum, quàm tu? Et quod tam non tuum, quàm tu, ſi alicujus es, quod es?

2. Porro Redemptor noſter tanquam unicus & verus filius Dei eandem æterni Patris ſui ſcientiam & doctrinam habebat, quia ſicuti una eſt utriuſque eſſentia, ita & unam habent ſcientiam, cum hac tamen differentia, quòd Pater ſcientiam ſuam non accipiat ab alio, ſicuti illam à Patre filius accipit, ac proinde dicis: *Doctrina mea non eſt mea, ſed ejus qui miſit me.* *Doctrina quam ego doceo,* inquit Janſenius, *non eſt à me profecta primò & originaliter, ſed eſt originaliter ejus qui me miſit in mundum.* S. Thomas expoſitionem adfert huic omnino ſimilem: *Mea doctrina, quam ego pronuntio verbo creato, non eſt mea, id eſt, non eſt mihi à meipſo, ſed à Patre, quia etiam cognitionem filius per æternam generationem habet à Patre.* Unde Matth. c. 11. dicit: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.*

Janſen. 6. 75.

S. Thom. in Ioan.

Mat. 11. 27.

Toletus.

3. Toletus quoque declarat, qua ratione intelligendum ſit quòd doctrina ſit ſua, & non ſua, idque hiſce ferè verbis: *Hæc doctrina, quæ Chriſti hominis eſt, ſua dicitur, quia ipſi ineſt: non ſua autem, quia à divinitate, quæ unita eſt, procedit & emanat; propterea verè dicitur, mea doctrina, quam ut homo habeo, non eſt mea, ſed Patris, quia ab eo accepta eſt.* Idem quoque hac occaſione ponderationem quandam inſtituit, quia ad ſequentem doctrinam moralem viam ei pandit; dicit enim: *Tribuit Chriſtus Patri quæ divinitatis ſuæ ſunt, cùm poſſet dicere: Doctrina, quam ut homo habet, à meipſo, qui Deus & filius Dei ſum, at Patri tribuit;* adducitque Chryſoſtomi authoritatem, hanc illius rationem reddentis: *Ne ingenitus, neve Deo contrarius, neve ſe extollere videretur, ut modeſtiam ſervans, neminem ſe jactare debere doceret, & auditorum imbecillitati conſuleret.* Porto de hoc Deo in ſacra Scriptura dicitur: *Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes,* & tamen non ſibi, ſed æterno Patri ſuam ſcientiam attribuit. Clariſſimum illud Theologiæ jubar S. Thomas de Aquino Doctor Angelicus, id quod in ſtudiis ſuis aſſecutus fuit, non ſib. ant ſudoribus & vigiliis ſuis, ſed orationi adſcribit, idem quoque faciendum vivis alteri homini, quantumcunque ille excellentiſſimè doctus ſit & eruditus; Deo enim omnem ſcientiam ſuam in acceptis referre debet, quia *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.*

Chryſo. hom 48. in Joan.

7. 2.

2. Cor. 3. 5.

4. Lucas Burgenſis ait: *Doctrina hic accipitur, non pro habitu ſcientiæ inhærente menti, ſed pro eo quod per habitum illum explicatur verbis, & aliis traditur. Mea doctrina igitur, id eſt, id quod ego doceo & prædico ad credendum & agendum (loquitur ut homo) non ab hominibus præceptoribus accepi, non ex libris didici, non ſtudio literario acquiſivi, non ingenii ſubtilitate excogitavi;* vult dicere, ſcientiam ſuam non eſſe acquiſitam, ſed infuſam ei à primo conceptionis ejus inſtanti, *ac ſi dixiſſet,* inquit Rupertus Abbas, *mea doctrina non ex homine, ſed ex Deo eſt;* etenim ſecundùm naturam divinam habet eandem cum Patre ſcientiam, ſed à Patre, ſecundùm verò naturam humanam aſſumptam, aliam quandam ſcientiam habet, creatam videlicet: *Non tamen habet eam,* inquit Lyranus, *per exercitium acquiſitam, ſed ab inſtanti conceptionis infuſam.*

Lucas Burg.

Rup. Ab. lib. 7. in Ioan.

Lyran.

5. S. Thomas habitâ ratione ſcientiæ creatæ, ei infuſæ, illam eum non à ſeipſo habere dicit; cujus hanc aſſignat rationem: *Quia omne verum à quocunque dicatur, à Spiritu ſancto eſt.* Et ideo ex quo doctrinam ſuam per os Apoſtolorum per univerſum mundum divulgari voluit, eoſdem pariter inſtruxit (utpote viros idiotas & illiteratos) ut intelligerent, quòd doctrina, quam annuntiaturi eſſent, non ſit futura ipſorum, ſed ipſius: *Qui vos audit, me audit;* vel etiam Spiritûs ſancti, utpote qui illos erudivit: *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritûs Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Felices igitur ſunt auditores illi, qui doctrinam & ſapientiam à miniſtro aliquo evangelicam prolatam auſcultant; ſiquidem verè hic dicere poteſt: *Doctrina mea non eſt mea,* quia prædicat id, quod ei ſuggeſtum & dictatum fuit à veri.

S. Thom. in Ioan.

Luc. 10. 16.

Matt. 10. 29.

Ioan. 8. 28.

à veritate & ſapientiâ cœleſti : *Sicut docuit me Pater, hæc loquor.*

Rup. Ab. in c. 7. Ioan.

6. Rupertus Abbas ait : *Subauditur, ſicut doctrina Phariſæorum doctrina ſua non eſt, quia videlicet doctrinam ſenſumque ſuum in pleriſque doctrinæ Dei non communicant, docentes ſervare mandata hominum ; Dei quippe traditiones propter ſuas traditiones dereliquerunt.* In hujuſce doctrinæ à tam veridico & ſapienti Magiſtro traditæ laudem idem Author dicit : *Non facit hæreſes & ſchiſmata, quomodo faciunt eorum doctrinæ, qui novitates vocum amantes dereliquerunt traditiones Dei propter traditiones ſuas.*

Verſus 17.

Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrina utrùm ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar.

1. Enimvero quia à Judaiſmo converti & in dubium vocari poterat, an doctrina Chriſti è cœlo data, an vero ex ejus inventione excogitata eſſet, ideo illos modum, quo id experiri & explorare poſſet, docere voluit : *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, recognoſcet, &c. Notans cauſam, ob quam Judæi non intelligerent doctrinam ejus eſſe divinam, nimirum quòd Dei nollent facere voluntatem, cujus tamen volebant videri cultores religioſi.* Ita Janſenius, qui duce S. Auguſtino ulterius declarare pergit, verba illa de illa Dei voluntate intelligenda eſſe, qua mediante vult, ut homines in Chriſtum filium ejus credant, ſicut in capite præcedenti dixerat : *Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille* ; Vult igitur Salvator noſter his verbis dicere, inquit Janſenius : *Si quis voluerit credere in me, hic intelliget qualis ſit doctrina mea ;* qui tamen idem Doctor aliam adfert expoſitionem : nimirum verbis illis ſignificari, quod voluntas Dei adimpleta plurimum ad illam veritatem diſcernendam & capiendam conferat : *Alii verò melius intelligunt generaliter de omni Dei voluntate, ut ſignificetur bonam hominis voluntatem & ſtudium obſequendi Deo, multum conferre ad diſcernendum, an doctrina aliqua ſit ex Deo, an non : Spiritualis enim omnia dijudicat, animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt Spiritûs Dei. Hoc audiat conſilium*, inquit Rupertus Abbas, *qui diſcretivum quærit veritatis intellectum.* Porrò viam ad intelligentiam doctrinæ cœleſtis Sapiens hiſce verbis ſatis apertè indicat : *Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas cuſtodiant.* Majori curâ allaborandum eſt, ut cor Dei amore, quàm intellectus ſcientiâ repleatur, ideoque rectâ nobis viâ procedendum eſt in obſervantia mandatorum Dei : ſiquidem *In lege Domini voluntas ejus.* Hiſque præmiſſis arcanorum Dei notitia, & cœleſtis ſapientiæ profectus facilè comparatur. Unde Rupertus Abbas ait : *Igitur doctrinam Dei qui non diſcernunt, excuſationem non habent, quia videlicet ex ipſo errore ſuo ſibi teſtes ſunt, quod deſiderium non habent faciendi voluntatem Dei, quod utique ſi haberent, doctrinam, quæ ex Deo eſt, ultro amarent.*

Rup. Ab. lib. 7. in Ioan.

Prov. 23. 26.

Pſ. 1. 2.

Rub. Ab.

2. Cajetanus ait, Chriſtum jam antè ſatis declaraſſe notat, quomodo literas & ſapientiam ſibi comparârit, dum ſe doctrinam ſuam à Patre ſuo accepiſſe confeſſus fuit ; jam verò quinam illi ſint, declarat, qui hanc doctrinam ſe ab æterno Patre ſuo accepiſſe agnoſcent : *Declarat modò qui ſunt cognoſcentes hoc, ſcilicet quòd doctrina ejus eſt ex Deo, nec exigit ut literas didicerint, aut diſcant ; non magnitudine ingenii, non longum ſtudium, ſed ſolam voluntatem, dicendo : Si quis voluerit voluntatem ejus facere, ſecce quod exigit volendum, ſcilicet facere voluntatem Dei, factis exequi quod vult Deus, cognoſcet ; ampliſſima ſchola ad cognoſcendum omnibus patet ſolâ bonâ voluntate.*

Cajet.

Janſ. lib. Ioan. 6. v. 29.

3. Albertus Magnus, qui S. Thomæ Aquinatis, Doctoris videlicet tanta ſapientia & ſcientia Theologica & ſacra ad miraculum uſque conſpicui præceptor fuit, ideoque & ipſe dicere verè potuit : *Doctrina mea non eſt mea ;* in hæc verba ita ſcribit : *Patris doctrina eſt in hoc, quod docet ejus voluntatem facere, & voluntati ejus conformari, & ſanctificationem ejus accipere.*

Alb. M. in Ioan.

4. Lucas Burgenſis valde ſolidè obſervat, Chriſtum à Scribis & Phariſæis non petiiſſe, ut pro cœleſtis doctrinæ ſuæ ſpecimine eum per viam argumenti & literaturæ humanæ examinarent : *Ad experimentum ejus, quam tradit, doctrinæ provocat, non autem exigit, ut literas ſciat, qui dijudicet, non longum*

Lucas Burg.

gum ſtudium, non ſubtile ingenium requirit, ſed voluntatem præſtandi factis quod Deus vult. Ad hoc ut in Theologia cœleſti illuſtremur, Chriſtus à nobis aliud nihil exigit, quam exactam divinorum præceptorum ſuorum obſervantiam. *Docet Chriſtus* (non id docet S. Auguſtinus, vel S. Hieronymus, vel alius quiſcunque Doctor Eccleſiæ, ſed ipſamet æterna Veritas) *rectam hujuſmodi voluntatem eſſe diſpoſitionem animi propinquam, tum ad recipiendum lumen divinum, tum ad diſcernendam doctrinam; obedientiam, inquam, mandatorum Dei, mereri illuminationem & intelligentiam.* S. Bernardus ait: *Si quis ſapientiam, virtutis amorem definierit, non à vero deviare videbitur.* Et alibi: *Nec cognitio ſapientem, ſed timor facit.* In Pſal. 110. ſcribitur: *Initium ſapientiæ timor Domini*; mox verò immediatè ſubnectitur: *Intellectus bonus*; ſed quibus? *Facientibus eum.* Ubinam doctrina ſacra & vera ſapientia ſolidius reperitur, quàm inter religioſos clauſtraliter viventes, illos, inquam, qui in exacta legis Dei & ordinis obſervantia vivunt, atq; inſuper conſiliorum Evangelicorum fideliſſimi executores exiſtunt? *In malevolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Chryſoſtomus ait: *Si quis ſit amator virtutis, verborum meorum vim intelliget.*

S. Bern. ſer. 85. in Cant. & ſer. 23. in Cant. Pſ. 110. 10. Sap. 1. 4. Chryſ. hom. 48 in Ioan.

5 Unde conſideranda ſunt verba illa, *facere voluntatem*, quia in Jobo legimus: *In manibus abſcondit lucem*: neque enim ſola ſufficit ſpeculatio, niſi huic ſimul adnexa fuerit actio, quæ ſpeculationi per opera conformis exiſtat: *Circumfulſit eum lux de cœlo*: eoipſo tempore, quo S. Paulus Doctor Gentium de cœlo proclamatus fuit, ſimul etiam fuit in divinæ ſapientiæ theſauros introductus; imò eo ipſo tempore hæc ejus vox audita fuit: *Domine quid me vis facere?* Apud Iſaiam Deus inquit: *Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt, quaſi gens quæ juſtitiam fecerit, & judicium Dei ſui non dereliquerit.* Præcipua cauſa, cur hæretici, Mahumetani, pagani, &c. myſteriorum fidei noſtræ intelligendorum & credendorum omnino incapaces exiſtant, hæc eſt, quia laſciviæ & carnis vitiis immerſi vivunt, divinæque legis manifeſti tranſgreſſores exiſtunt; quòd ſi enim juxta lumen dictaminis naturæ viverent, Deus illis utique ſui & fidei ſuæ agnitionem non denegaret, quia *Non eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.*

Iob. 36. 32. Act. 9. 3. Act. 9. 6. Iſa. 58. 2. Pſ. 18. 7.

6. S. Tohmas in horum verborum expoſitione Angelicè advertit, quod ad hoc ut quis diſcernat, an quis in re aliqua bene operetur, neceſſariò ſtandum ſit judicio illius, qui rem illam ex inſtituto & profeſſione ſua novit & exercet, v. g. ſi ſcire volumus an quis bene & ordinatè Gallicam linguam calleat, adhibendus eſt Gallus judex, qui linguam illam pro vernacula habeat, non verò ad hoc judicium adhibendus eſt Italus linguæ prædictæ ignarus. Huic igitur regulæ inſiſtendum quoque eſt, ſi diſcernere velimus, num doctrina aliqua à Deo ſit; adhibendus enim eſt judex talis, qui in rebus Dei diſcernendis practicus exiſtat, hic enim & non alius hac in re judicium ferre poterit. 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritûs Dei, ſpiritualis autem judicat omnia. Et ideo non cognoſcitis ex doctrina utrùm ex Deo ſit; ſi quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet*, &c.

S. Thom. in Ioan. 1. Cor. 2. v. 14.

7. Chryſoſtomus Salvatorem dicere voluiſſe exiſtimat, quod ad hoc ut doctrinæ ſuæ veritatem agnoſcere poſſent, prius neceſſum illis ſit, ut odium & invidiam adverſus ipſum conceptam penitus deponant, & ab animis ſuis avellant: *Ac ſi dicat: Hanc amovete dubitationem, & iram, & invidiam, & inane contra me odium, & nihil vos impediet, quin cognoſcatis Dei verè verba mea eſſe, nunc hæc vobis & tenebras affundunt, & rectum verumque judicium corrumpunt.* Hoc tamen loquendi modo expreſsè uti voluit, ne vitia & inordinatas illorum paſſiones illis ob oculos ponendo, eos magis ad iracundiam & averſionem proritet: *Sed hoc totum ſignificavit, cùm inquit: Qui facit voluntatem ejus, cognoſcet de doctrina, utrùm verè ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar.* In quam etiam expoſitionem S. Cyrillus Alexandrinus & Lyranus conſentiunt.

Chryſ. hom. 48. in Ioan. S. Thom. in Ioan.

8. S. Thomas obſervat, Chriſtum dixiſſe, quod qui Dei voluntatem fecerit, cogniturus ſit an ex ore Dei, an verò ex proprio arbitrio loquatur. *Ille quidem à ſeipſo loquitur, qui falſum dicit*; quia ut Salvator noſter Joan. 8. dicit: *Cùm loquitur mendacium,*

Ioan. 8. 44.

cium, ex propri is loquitur. Vel etiam ſecundùm Chryſoſtomum, inquit idem S. Thomas: *Voluntas Dei eſt pax, charitas, & humilitas noſtra; ſtudium contentionis frequenter pervertit mentem hominis, in tantum, ut verum æſtimet falſum; unde depoſito contentionis ſpiritu, rectius habetur certitudo veritatis.*

Job. 6. 29. Job. 6. *Reſpondete obſecro abſque contentione, & loquentes id quod juſtum eſt, judicate.*

9. Conſideranda ſunt etiam verba illa: *Si quis voluerit.* Salmeron ait: *Deus enim nolentem non vult cogere; & voluerunt, inquit, quia ſciebat, multos velle, & non poſſe, quibus ſatis eſt bona voluntas, ut Deus illis ſui cognitionem infundat.* Sufficit Deo noſtra bona voluntas, quando opus ipſum præſtare non poſſumus; & ideo non dixit: *Si quis fecerit voluntatem*; ſed ait: *Si quis voluerit facere*, quia, ut Tertullianus ait: *Nemo ab invito coli vellet.* Et Pſalmiſta dicit: *Voluntariè ſacrificabo tibi*; Deus etenim ad ſervitium ſuum non admittit coactos, ſed ultroneè volentes.

Salm. tr. 8. tr. 34. *Tertull. in Apol. c. 24.* *Pſ. 53. 8.*

10. Per hanc Dei voluntatem executioni mandatam adimpletio legis intelligitur. *In lege Domini voluntas ejus*; & hæc eſt, quæ divinorum myſteriorum intelligentiam facilitat. Cajetanus ad id explicandum, ſequentem adhibet ſimilitudinem: *Sicut bona diſpoſitio guſtûs dat guſtui diſcernere differentias ſaporum, ſic bona diſpoſitio voluntatis, ſi verè eſt bona, dat intellectui diſcernere doctrinam ex Deo, à doctrina quæ non eſt ex Deo.* Sponſa cœleſtis in ſacris Canticis ait: *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* Ubi Chaldæus ita legit: *Introduxit me Dominus in domum gymnaſii doctrinæ Iſrael.* Sed quonam fine hîc charitatis facit mentionem? ad inſinuandum videlicet, quod omnis ſcientiæ & doctrinæ ſacræ fundamentum in divinæ legis obſervantia conſiſtat, de qua ſcribitur: *Plenitudo legis eſt dilectio.* Philo Carpathius ait: *Ordinatur autem charitas in anima fideli, ex diligenti obſervatione mandatorum, dum legit & mutuatur Scripturas ſacras.*

Pſ. 1. 2. *Cajet.* *Cant. 2. 4.* *Rom. 13. 10.*

11. Rupertus Abbas ait: *Eſt autem ex Deo loqui, ſic loqui, quomodo Spiritus veritatis ſuggerit, id eſt, non de corde proprio quicquam confingere, ſed ſicut corde ſentitur, ita & ore veritatem proferre: ita econtra à ſemetipſo quenquam loqui, mendacium loqui eſt.*

Rup. Ab. l. 7. in Joan.

Verſus 18.

Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriam ejus, qui miſit eum, verax eſt, & injuſtitia in illo non eſt.

Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit.

1. Hoc eſt, qui non eſt miſſus à Deo, inquit Janſenius, *& loquitur ea, quæ à Deo non accepit, hic non Dei quærit gloriam, ſed ſuam propriam.* Et quidem hujus pronuntiati veritas in hæreticis perſpicuè videtur, qui neglecta doctrinâ Dei, doctrinam ſibi propriam adinveniunt, nihilque præter gloriam & applauſum apud homines avidius quærunt.

Janſen.

3. Lucas Burgenſis ait: *Gloriam apud homines ſuam, non Dei quærit, affectat, aucupatur, deſiderat, ſcilicet ex propria ingenii ſui inventione, nimirum ut ab auditoribus in pretio habeatur, laudetur, magnificetur, & proprium ipſius nomen extollatur, intendit animum, ut populari plauſu excipiatur.* Id quod multis evidenter nimis conſpicitur, qui non prædicant, ut animas Deo lucrentur, vel pro divinæ gloriæ incremento, vel ut peccatores ad pœnitentiam perducant, ſed tantùm ut ſibi penes mundum laudem, exiſtimationem, & conceptum viri ingenioſi & ſcientifici inaniter acquirant. Hi ut plurimum à ſemetipſis loquuntur, quia conceptus proprios, nec unquam hactenus auditos adinveniunt, ſacrarum Scripturarum, ſanctorumque Patrum dogmata ſpernunt & negligunt: vel etiam quia ſeipſos ad docendum non invitatos aut vocatos, ad prædicationis miniſterium ſua ſe ſponte temerè ingerunt & obtrudunt. De quibus Chryſologus hiſce verbis præclarè loquitur: *Quis non vocatus ad aulæ Regis ſe proripit ſervitutem? Quis ſine titulo militari militem ſe auſus eſt profiteri? Quis ſine dignitatis inſulis nomen dignitatis invidit? Et ſi hæc penes homines ſollicita cautaque ſunt, quanta penes Deum magis cauta eſt devotio, magis tremenda ſervitus,*

Lucas Burg. *Chryſol. ſer. 109.*

vitus, magis ſollicitus cultus, ut divinum ratione præſtet obſequium.

Luc. 10. 16. 3. Salvator noſter Apoſtolis ſuis dixit: *Qui vos audit, me audit.* Quod ſi igitur is, qui verbum Dei annuntiat, velit ut in veritate dicere poſſit, verbum à ſe prædicatum, Dei non ſuum verbum eſſe, illud à Deo ediſcat, & Chriſti, non ſuâ doctrinâ utatur, quia hac de re ipſamet quoque Sapientia increata ſollicita fuit, dum ait: *Doctrina mea non eſt mea, ſed ejus qui miſit me*; quaſi diceret, ut

Luc. Burg. Lucas Burgenſis interpretatur: *Ille ſolus me literas docuit, ille ſicut miſit me in mundum, ita dedit mihi in os, & præcepit ea omnia, quæ docere & prædicare in mundo debeam.* Nec quicquam hactenus dictis officit, ſi aliorum conceptus prædicemus, dummodo hi ad majorem Dei gloriam, & animarum fructum ordinentur. *Gloriam propriam quærit;*

Cajet. ubi Cajetanus ita ſcribit: *Quia in propriis inventis gloriam propriam intendit.* Carthuſianus dicit: *Hoc eſt, proprias adinventiones,*

Dion. Cart. *non veritates deſuper revelatas.* S. Cyrillus

S. Cyril. Alex. l. 4. in Ioan. Alexandrinus ait: *Oſtendit ſe gloriam non aucupari docendo, quòd peregrinis quibuſdam, & à lege alienis ſermonibus non utatur, hoc eſt enim loqui à ſemetipſo.*

S. Aug. tract. 29 in Ioan. 4. S. Auguſtinus ſuper hæc verba oſtendit, quòd Chriſtus hoc in loco magnum poſt ſe nobis reliquerit humilitatis exemplum, dum ſe adeò à propria gloria quærenda alienum eſſe probavit: *Æqualis eſt Patri, veriſſime dixit: Ego & Pater unum ſumus, Deus de Deo, Deus apud Deum, coæternus, immortalis, creator & diſpoſitor temporum, tamen quia venit in tempore, & formam ſervi accepit, & habitu inventus eſt ut homo, quærit gloriam Patris, non ſuam. Quid tu homo facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris?*

S. Bona. 5. S. Bonaventura tale facit argumentum: quod ſi filius Dei, cui omnis debebatur gloria, ſolam Patris ſui gloriam ſe velle & procurare profitetur, multò magis cuilibet fideli, qui corporis illius membrum eſt, gloria Dei, non verò ſua quærenda, omniſque ſcientia & doctrina Deo, non verò ſibi attribuenda erit.

Qui autem quærit gloriam ejus, qui miſit eum, hic verax eſt, & injuſtitia in illo non eſt.

Lyran. 6. Lyranus Chriſtum omnia hactenus dicta exemplo ſuiipſius probare voluiſſe dicit; ſiquidem in doctrina ſua nihil præter æterni Patris ſui gloriam & honorem ſectabatur, indeque ſe Deum eſſe arguebat: *Omne enim, quod eſt ad Dei gloriam ordinatum, ab ipſo eſt, hoc eſt quod dicitur: qui autem quærit, &c. Hic verax eſt, & irreprehenſibilis eſt in vita.*

Lucas Burg. 7. Lucas Burgenſis hoc loco per injuſtitiam impoſturam & fraudem intelligit: *Ut injuſtus ſit veraci contrarius, is ſcilicet qui ſtudio fallendi & adulandi, ſimulque propriæ gloriæ ambitu docendi ſe muneri ingerit*; hoc autem in Chriſto inveniri neutiquam poterat, utpote qui decipere & adulari nequibat. Unde ſequentem doctrinam deducit: *Monemur his, neminem fideliter obire poſſe Doctoris munus in Eccleſia, niſi qui ambitione vacuus, hoc unum ſibi agendum ſumit, ut totis viribus promoveat gloriam Dei.*

Toletus. 8. Toletus verò aliam quandam adhibet diſtinctionem, ad hoc ſe reflectens, quòd peſſimi illi Scribæ & Phariſæi duobus ex capitibus Salvatorem accuſarint: primò videlicet, quoad doctrinam ejus, hac enim ipſum turbas ſeducere dicebant; ſecundò, quoad ipſius opera eum tanquam ſabbathi tranſgreſſorem calumniabantur: *Contra utrumque calumniam intulit: Qui gloriam Dei, à quo miſſus eſt, non autem propriam quærit, hic verax eſt, quia doctrina ejus vera eſt; mendacii enim non glorificatur Deus.* Conſidera igitur quanta id Chriſtus cum prudentia & circumſpectione dixerit; ſiquidem nonnulli prædicationem ejus & doctrinam, alii verò vitam ipſius calumniabantur.

S. Cyril. l. 4. in Ioan. c. 44. 9. Idem quoque ſanctum Cyrillum citat, dicentem: *Phariſæos illos arguit, qui propriam quærentes gloriam mendaces & injuſti erant; mendaces, quia hominum traditiones divinæ legi contrarias docebant, injuſti, quia divina mandata tranſgrediebantur.*

Verſus 19.

Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?

S.Thom. in Ioan. 1. S.Thomas Chriſtum hiſce verbis objectioni occurrere voluiſſe dicit, quam malitia Phariſaica ei opponere poterat, dicendo, doctrinam ejus à Deo eſſe non poſſe, eò quòd ipſe ſabbathi violator manifeſtus exiſtat: *Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit*; hiſce igitur hunc ferè in modum reſpondere voluit: Dato, conceſſo, quòd doctrina illius à Deo non ſit, qui ſabbathum non cuſtodit, vos tamen nullam habetis juſtè me de hac tranſgreſſione accuſandi cauſam, cùm hac in re vos me longè ſitis culpabiliores: *Nonne Moyſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? ſi ergo non ſervatis legem, quare propter tranſgreſſionem ejus vultis me interficere? Non enim propter hoc facitis, ſed propter odium, alioquin ſi propter zelum legis faceretis, ipſi vos ſervaretis eam.* Theophylactus Chriſtum illis improperare voluiſſe dicit, ipſos videlicet, non verò ſe, legis tranſgreſſores eſſe, quia cùm lex præcipiat inter alia: *Non occides*, ipſi tamen ſibi mortem continuò machinarentur. Ita pariter Rupertus Abbas Chriſtum de induſtria mox ſubjunxiſſe ſcribit: *Quid me quæritis interficere? Quaſi diceret: repugnantia quippe ſunt, nec ſimul eſſe poſſunt, & legem facere, & hominem velle occidere.* Ipſi quidem Salvatori imputabant, quaſi is ſabbathum violâſſet, dum curaverat paralyticum; at vero S.Cyrillus inquit: Ergone legis tranſgreſſor, & mortis reus eſſe cenſebitur, qui in ſabbatho alteri per miraculum reſtituit ſalutem? Vel certè ſi ego legum transgreſſor dicendus ſim, vos potiori jure legis tranſgreſſores dici meremini; ſiquidem ego infirmo confero ſalutem, vos autem viro innocenti machinamini mortem: *Nonne ſicut doctrinam meam calcatis, ita quoque legem violare pro nihilo duxistis, dum eadem injuſtè molimini?* Hugo Cardinalis autem filium Dei dicere voluiſſe dicit: Quod ſi ego ſabbathum violâſſe cenſendus ſum, quia ſanavi paralyticum; multo magis vos divinæ legis violatæ crimine vos polluitis, qui machinamini mihi mortem: *Et ita tranſgreſſio mea eſt in ſalutem, veſtra autem in perditionem; ideo non poteſtis, qui magnam facitis tranſgreſſionem, me judicare minus tranſgredientem.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Hoc aſſerit cordium judex & cognitor, vel quia in turba, quam alloquebatur, nullus fuit juſtus, legiſque factor; per hoc innotuit, quod digni non erant eum arguere de ſabbathi transgreſſione.* S.Cyrillus dicit: *Non unum aut alterum, ſed totum Judæorum genus Moſaicam legem parvi facere oſtendit*, adeo ut de æterno Patre dici potuerit: *Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum*; tantum abeſt enim, ut cognoſcerent ejus filium, ut potiùs ad inferendam ei necem unanimiter adverſus eum conjurârint: *Omnes declinaverunt.*

Dion. Cart.

S.Cyril. Alex. l. 4. in Ioan. Pſ.13. 2.

Verſus 20.

Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba, & dixit: dæmonium habes; quis te quærit interficere?

Quid me quæritis interficere?

1. Nimirum occultas ipſis inſidiarum technas manifeſtat. Unde Dionyſius Carthuſianus ait: *Hoc dicit, ut oſtenderet ſe illorum machinationes cognoſcere, & eos ad emendationem induceret, non tamen ut mortem imminentem evaderet.*

Dion. Cart.

2. Lucas Burgenſis hiſce verbis tacitam quandam malitiæ ipſorum reprehenſionem contineri exiſtimat: *Quaſi dicat: Injuſtè mecum agitis; injuſtum eſt enim, ut quis punire velit alterum ob id, in quo eſt & ipſe manifeſtè atque impune culpabilis.*

Lucas Burg.

3. S. Antonius de Padua dicit: *Imò verius: quid me jam tam crudeliter interficitis? peccator namque quoties peccat, toties in ſe interficit Chriſtum.*

S.Anton Pad.

Reſpondit turba.

4. Beda ob hæc Evangeliſtæ verba prædictam blaſphemiam à turba prolatam fuiſſe exiſtimat: *Quid poſſit aliud dicere turba turbulenta? quid poſſit aliud olere cœnum commotum, niſi putidum? turba turbata eſt: unde? à veritate; oculi non habentes ſanita-*

V.Bedæ in Luc.

tem , non possunt ferre luminis claritatem. Lyranus dictionem hanc , *Turba*, hac glossa exponit,id est,*hominis turbati*; neque id sine mysterio : siquidem frequens aliis in occasionibus experientia edocuit, populum erga Salvatorem ipsis Principibus longè fuisse devotiorem; imò in Evangelio expressè dicitur: *De turba multi crediderunt in eum.*

Ioan.7. 31.

Luc. Burg.

¶ Lucas Burgensis turbam hanc excusare nititur,dum ait:*Turba nesciens Principum consilium verba generaliter dicta ad se traxit, cumque se ab eo crimine alienum sentiret, imò potius Deo favere sibi videretur, irritatâ Jesu accusatione tanquam ab eo homicidii insimularetur,acerbè & contumeliosè respondet, & cum injuria Jesu ejusmodi facinus à se repellit.* Toletus ejusdem fuit opinionis, quòd nimirum Redemptor noster hæc verba : *Quid me quæritis interficere* ?, non ad populum, sed ad Pharisæos , & alios Judaismi Principes dixerit, utpote qui ad adimendam sibi vitam unanimiter inter se conjurârant : veruntamen verum quoque esse posse existimat,quòd cùm non omnes ingentis illius magnitudinis homines in ejus mortem conspirarint,sed solùm aliqui illorum , ideo hi tantùm,qui ab ejus sanguine mundas manus habebant, adeò Christo ob hoc ejus dictum fuisse indignatos : *Existimo eos, qui ita responderunt,non fuisse de numero eorum , qui occidere quærebant ; erat enim turba humilis, cujus non erat legis transgressiones vindicare.*

Toletus.

Dæmonium habes.

6. Nimirum filium Dei ab eo, quod ipsi erant,arguebant;malorum namque proprietas est,ex semetipsis alios metiri & judicare, omniaque in deteriorem partem interpretari ; & ideo, quia Christus illis dixerat: *Vos ex patre diabolo estis , & desideria patris vestri vultis perficere, ille homicida erat ab initio;* ideo , inquam, filium quoque Dei dæmonium habere judicabant.

Ioan.8. 44.

7. Toletus ipsos dicere voluisse ait : *Dæmon te instigat ut hæc dicas , nam nemo nostrûm te quærit interficere ; dæmonio hæc tribuunt, quia ipsius est mendacia,& falsa testimonia,& calumnias imponere. Quod ergo dicunt: Dæmonium habes,idem est,ac si dicerent,* inquit Lucas Burgensis : *Insanis.*

8. Et quidem si hæc responsio ab illis,qui innocentes erant , data fuit , credibile est, quòd Christum judicii temerarii arguere voluerint, hoc autem si vertatur in materia gravi,culpa est mortalis, quæ unica ad dandum dæmoni in animam Christianam liberum aditum abundè sufficit ; at verò in hoc conceptu , quem sibi de Christo formaverant,turpiter hallucinabantur.

9. Jansenius exemplum mansuetudinis & patientiæ Christi , quod in hac occasione edidit, valde admiratur. Dicit enim : *Cum dæmones ejiceret, patienter tamen audivit eos, qui ipsum dicebant dæmonium habere , tranquillè respondens , & ad salutarem se doctrinam convertens.* Quod idem S.Augustinus diu antè his verbis dixerat : *Et quippe dictum est, quòd dæmonium haberet, qui dæmones expellebat.*

Jansen.

S.Aug. tr.30. in Ioan.

Quis te quærit interficere?

10. *Negatio hæc fuit malignitatis,* inquit S. Cyrillus , *impietatemque impietati addunt, quasi mendacem eum appellantes , addentes iniquitatem suæ iniquitati.* Cajetanus quoque illos id per fraudem negasse existimat: *Sicut fraudulenti se coram eo , sicut coram homine abscondere putabant.* Hugo Cardinalis ait : *Negare conantur,quod tamen volebant ; unde & blasphemi & mendaces sunt.* Salmeron quoque idem opinatur,dicens: *Negant impudenter quod volebant , quia peccans non videt peccatum, ut cæcus.*

S.Cyril. lib.4. in Ioan. c.47.

Cajet.

Hugo Card.

11. Salmeron observat, quòd tametsi populus ab illa machinatione , qua de nece Christo inferenda agebatur , innocens fuisset, attamen ad defendendum Sacerdotes, Pontifices,Scribas,&omnes alios synagogæ Principes,qui revera rei erant, Salvatorem hac calumniâ diffamare nequaquam debebant : *Taxatur hic improba defensio majorum ab adulatoribus; docemur sollicitè cavendum esse,ne sententiam feramus de rebus incognitis,ut turba fecit , quæ temerè solet judicare de factis majorum,quæ ignorat, ideo errat sive vituperans, sive defendens.*

Salmer. tr.35.

12. Prudentissima Christus hîc cautelâ usus fuit, ne Principes populi , Scribas,& Pharisæos vel minimùm culpabiles esse manifestaret , sed discursum suum ad totam

Luc. Burg.

hanc

hanc multitudinem direxit, ne ſi defectus hos ſingulariter in ipſis ſolis detexiſſet, eoſdem adverſus ſe magis magiſque exaſperaret. S.Gregorius hac occaſione utiliſſimum nobis in ordine ad correctionem faciendam ſuggerit documentum, dum ait: *Niſi prædicator ſuſtineat, quando proferre congruè correctionem poſſit, auget in eo malum, quod inſequitur; ſæpe enim contingit, ut talis ſit, qui nulla increpationis verba ſuſtineat.*

S.Greg. l. 13. Mor. c. 3.

Verſus 21.

Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Unum opus feci, & omnes miramini.

1. *Reſpondit Dominus non planè turbatus*, inquit S. Auguſtinus, *ſed in ſua veritate tranquillus, non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, quibus ſi diceret: Dæmonium habetis vos, verum utique diceret.*

S.Aug. tract. 30 in Ioan.

2. Dionyſius Carthuſianus quoque ad hanc ſe benignitatem reflectit, dum ait: *In verbis iſtis commendatur nobis ineffabilis patientia, manſuetudo atque tranquillitas Chriſti, qui ad tantam contumeliam tam benignè mititerque reſpondit*, adducitque illum Pſalmi locum, quem etiam ad ipſius patientiam declarandam adaptat: *Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator adverſum me*; nec non & illam Sapientis ſententiam: *Non reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.* Salmeron ait: *Diſcamus injuriam devorare, & exemplo Chriſti forti animo ſuſtinere; graviſſima enim fuit blaſphemia conjungere dæmonem divinitati Chriſti, quod deteſtabilius fuit, quàm ponere idolum Dagon juxta arcam Dei.*

Dion. Carth. *Pſ. 38. 2.* *Prov. 26. v. 4.* *Salm. tr. 35.*

3. Pro horum verborum Chriſti majori intelligentia ſciendum eſt, quòd, ut Toletus advertit, ab illo tempore, quo paralyticum in die ſabbathi ſanaverat, eidem ut lectum ſuum humeris ſuis aſportaret, præcipiendo, Judæi enim ad inferendam ei necem conſpirarint, neque ab hac ipſorum machinatione deinceps deſtiterint, imò furor & rabies eorum adverſus ipſum magis magiſque excreverit, & ideo miraculum iſtud in præſenti in medium adducit, *quia in eorum memoria præſentiſſimum erat, & propter id mortem ei parabant.*

Toletus.

4. Quonam igitur modo & ſenſu verbum illud, *miramini*, intelligendum ſit, clarum & perſpicuum eſt inter ſacros Interpretes. Rupertus Abbas ait: *Hoc opus illi mirabantur, hoc eſt, magnificè inter ſe quærendo, velut magnum & in auditum ſcelus, tanquam pro lege Dei magno zelo indignabantur*; & quidem idipſum verum eſſe, Venerabilis hic Doctor ex verbo *Indignamini*, quod paulò poſt ſubjungitur, deducit: *Quod ait: Hoc omnes miramini, paulò poſt repetens eandem admirationem vocat indignationem, dicendo: Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbatho.* Lyranus ait: *Miramini, id eſt, turbamini, quaſi dicat: Quantum turbaremini, ſi vidiſſetis omnia facta mea, malè interpretantes ea.* Toletus ita exponit: *Perturbati eſtis & tumultuamini, quaſi ſabbathum, & legem ſim tranſgreſſurus.* Hugo Cardinalis pariter ait: *Id eſt, tumultuamini, qui magis deberetis congaudere ſanato, & laudare ſanantem Deum.* Lucas Burgenſis ait: *Damnatis tanquam immane ſcelus publicè admiſſum contra religionem ſabbathi, dignum quod morte puniatur.* S. Thomas in eadem opinione fuit, ſiquidem ait: *Admirabantur non admiratione devotionis*, ſicut Iſaiæ c. 60. ſcribitur: *Videbis, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, ſed admiratione turbationis*; juxta illud Sap. 5. *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur*; atque ideo hanc inferre voluit conſequentiam: *Si propter unum opus miramini, id eſt, turbamini, quid faceretis, ſi omnia opera mea videretis?*

Rup. Ab. l. 7. in Ioan. *Lyran.* *Toletus.* *Hugo Card.* *Lucas Burg.* *S.Thom. in Ioan.* *Iſa. 60. 5* *Sap. 5. 2.*

Verſus 22.

Propterea Moyſes dedit vobis circumciſionem (non quia ex Moyſe eſt) ſed ex Patribus, & in ſabbatho circumciditis hominem.

1. S. Thomas hujus argumenti ab incarnata Sapientia facti efficaciam inſinuat, dicens: *Efficaciam habet ex tribus conſiderationibus.* Prima eſt, inquit S. Doctor, quia nos videmus, quòd tametſi circumciſio ſancto Abrahæ Patriarchæ data fuerit, nihilominus præceptum Moyſi circa ſabbathi obſervantiam datum, primo præcepto circumciſionis ne vel minimum præjudicabat. *Et ideo ex hoc arguit, quia licèt in humanis legibus*

S.Thom. in Ioan.

bus posteriora præjudicent prioribus, tamen in divinis priora sunt majoris authoritatis, & ideo præcepto facto Abrahæ de circumcisione, non præjudicat præcepto Moysi de observatione sabbathi; multo ergo minus præjudicat mihi, qui facio quod dispositum est à Deo ante mundi constitutionem, de salute hominum in sabbatho figurata.

2. Secunda consideratio est, quia Judæi prohibitionem habebant non laborandi, aut opera servilia exercendi in sabbatho, & tamen ab iis faciendis, quæ ad salutem propriam pertinebant, nequaquam desistebant; siquidem etiam in die sabbathi se circumcidi curabant: *Ergo multò magis debet homo facere ipsò die ea, quæ sunt ad universalem salutem; non ergo debetis mihi indignari, quia totum hominem sanum feci in sabbatho.*

3. Tertia consideratio est, quia utrumque præceptum tam circumcisionis, quàm sanctificationis sabbathi, figuræ erant; siquidem *omnia in figura contingebant illis; si ergo figura, scilicet mandatum de observatione sabbathi, non præjudicat figuræ, scilicet mandato circumcisionis, multò minus præjudicat veritati.*

4. Porro verba illa: *Non quia ex Moyse est, sed ex Patribus*, declaratione aliquâ indigent. Et ideo Lyranus in primis ait: *Non ex Moyse, scilicet primo, sed ex Patribus, quia data est tempore Abraham.* Janſenius ait: *Nimirum quòd eam in lege præceperit, quanquam prius fuerit instituta, ne quis Dominum argueret insciti, quasi putaverit Moysen authorem fuisse circumcisionis, cùm tamen fuerit confirmator.*

Lyran.

Janſen. c. 75.

Verſus 23.

Si circumcisionem accepit homo in sabbatho, ut non solvatur lex Moysis, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbatho.

1. S. Bonaventura argumentum istud hoc modo in formam suam disponit: in die sabbathi circumciditis, eò quòd lex puerum in die octavo circumcidere præcepit, licèt octavus ille dies in ipsum sabbathi diem incidat, quòd si igitur is, qui hominem in sabbatho circumcidit, non prævaricatur legem Mosaicam quoad violationem festi, *ut non solvatur lex Moysis, quæ prohibebat opera servilia, non opus salutis, mihi indignamini, id est, cur indignamini quod totum hominem sanum feci? curatus enim fuit, ut sanatus esset in corpore, & credidit ut sanus esset in anima.*

S. Bona.

2. S. Augustinus illos, cur in sabbatho circumcidi se facerent, interrogat: *Circumciditis hominem, quare? Quia circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis, & non debent homines sabbatho vacare à salute; ergo nec mihi irascamini, qui salvum feci totum hominem sabbatho.* Idem quoque sanctus Doctor hanc introductionem facit: *Propter legem Moysi circumciditis, quando etiam sabbathum occurrerit, & ego sanitatum faciendarum beneficentiam non vultis ut exhibeam per sabbathum?* Porro Toletus Judæos excusari potuisse dicit, quòd circumcisionem etiam in sabbatho facerent: *Quia erat pro salute animæ, quamvis cum corporis læsione esset;* at verò Christus eo modo respondit, ut eos convicerit: *Se non animam solùm, sed corpus etiam sanâsse respondet; circumcisio enim unam partem sanabat, alteram lædebat & vulnerabat; at Christi opus integrum hominem salvum fecit.*

S. Aug. tract. 30 in Ioan.

Toletus.

3. Lyranus verba illa: *Cur mihi indignamini?* ita exponit: *Quasi dicat: hoc est valde irrationale, quò magis licita est, & melior sanatio hominis in anima & corpore, quàm sit ipsa circumcisio, & magis ad gloriam Dei.*

Lyran.

4. Toletus ad id se reflectens, quòd Christus se totum hominem sanâsse dicat; declarat id intelligendum esse in ordine ad salutem paralytico collatam in corpore simul & anima, cùm tamen circumcisio totum hominem minimè sanaverit, quin potiùs corpus vulnerabat & lædebat, licèt in virtute fidei in Christum venturum animam sanaret. Salmeron ait: *Neque hæsites circa dictum: Totum hominem sanum feci, cùm tamen maneat fomes & proclivitas ad malum, quæ à Paulo peccatum dicitur, & totum hominem resanat in spe certa, & jure salutis æternæ consequendæ, per quam fomes & mortalitas absorbentur.*

Salmer. tr. 35.

Verſus 24.

Verſus 24.

Nolite judicare ſecundùm faciem, ſed juſtum judicium judicate.

Cajet. 1. Cajetanus filium Dei his verbis dicere voluiſſe exiſtimat, cavendum illis ne de illo conceptum faciant ex eo, quod in illo extrinſecus apparebat: quia ſi eum talem agnoviſſent, qualis revera erat, illum utique nec ſabbathi, nec alterius cujuſcunque legis tranſgreſſorem eſſe exiſtimaſſent: *Secundum aſpectum exteriorem, quo eſpicitur à vobis, pauper & unus de populo: conſiderate me patratorem miraculi ſic imperio, & ſic juſtum judicium judicate, mihi licere facere hæc in Sabbatho, non minus quàm Moyſi circumcidere in Sabbatho.* Janſ. Janſenius ita exponit: *Ne judicetis ſecundum faciem, hoc eſt, perſonarum qualitatem.* Vos Moyſen, quem meritò permagni exiſtimatis, minimè deliquiſſe exiſtimatis, dum vobis per circumciſionem Sabbathum tranſgredi permiſit: *In ſimili negotio abſolvitis, in quo me humilem & contemptum apud vos condemnatis.* Toletus literalem horum verborum ſenſum Tolet. præ aliis apertiùs declarat, dum ait: *Verus ſenſus hic eſt: Lex Moyſis præcepit, ut Sabbatham ſervetur Patres octavo die circumcidendum infantem præcipiunt, quod & Moyſes confirmavit; fieri autem poteſt, ut octavus dies ſit Sabbatham, tunc ſi circumciſio non fiat, patrum inſtitutio non ſervatur; ſi verò fiat, lex Moyſi violari videtur; in hac ambiguitate vos Judæos declaratis, & rectè factum eſt, eſſe die octavâ circumcidendum, nec per hoc ſolvi legem Moyſis; nec enim opus Patrum credi debet prohibitum eſſe à Moyſe: cur ergo creditis opus hoc, quòd, multo majus eſt, eſſe prohibitum? Si enim dicatis, illud eſſe Patrum, hoc tuum eſt, quem vulgarem hominem exiſtimamus & reputamus, jam profectò accipitis perſonam*; ac proinde, ut idem Doctor conſiderat, eoſdem ſalubriter monet, ut non ſecundùm exteriorem apparentiam de eo judicent ſed miraculum ab eo patratum recogitent, & examinent, abſque eo quod ad perſonam ejus extrinſecus pauperem humilem oculos ſuos dirigant: *Juſtum judicium judicate, id eſt, conſiderate opera ipſa, quæ Sabbatho fiunt.* Circumciditur in die Sabbathi infans, & eodem die paralyticus ille, qui triginta octo annis lecto immobiliter affixus jacuerat, ſanitati reſtituitur: *Brevi temporis momento ita ſanatur, ut grabatum valeat per vias portare, quis neget divinius, mirabilius, potentius eſſe hoc opus? Si ergo licuit vobis illud in Sabbatho exercere,* id eſt, circumciſionem administrare, *cur hoc mihi non licuerit? vos ad perſonas recurritis, ſcilicet circumciſio Patrum eſt, opus hoc tuum eſt, quem nos multò Patribus inferiorem æſtimamus; hoc jam eſt judicium, in perſonarum acceptione, accipere; nam opera ſunt, per quæ fit tranſgreſſio (ſi aliqua eſt) non perſonæ ipſæ.*

S. Aug. tr. 30. in Joan. 2. S. Auguſtini monitum eſt dicentis: *Hoc vitium, fratres, quod Dominus notavit hoc loco, evadere in hoc ſæculo, magni laboris eſt non perſonaliter judicare, ſed rectum judicium retinere?* S. Bon. at verò ut S. Bonaventura ait: *In hoc illos convicit, nos inſtruxit Auguſtinus, ut ideo non perſonaliter judicemus, ſed rectum judicium teneamus.*

3. Porro quomodo intelligendum ſit, quòd non ſecundùm faciem & apparentiam exteriorem judicare debemus, id Lucas Bur. Lucas Burg. genſis optimè his verbis declarat: *Quòd unus honoratus ſit in ſæculo, alter deſpectus: unus gratus, alter exoſus,* id quod in Chriſto exemplificat, quem ſic introducit loquentem: *Ego Galilæus vilis, & contempti fabri filius; vos Judæorum principes ac ſeniores.*

Chryſ. hom. 48. in Joan. 4. Chryſoſtomus Sapientiam incarnatam monitum hoc non ſolis Hebræis tradere voluiſſe dicit, ſed potiùs illud voluiſſe per omnia ſæcula ventura ad totum humanum genus extendere: *Hoc autem non illius ſæculi hominibus tantum dictum eſt, ſed & nobis, ut nullo modo juſtitiam oppugnemus, ſed totis viribus eam defendere contendamus;* modumque nobis præſcribit quo eandem juſtitiam tueri & ſervare poſſimus videlicet ſi perſonarum acceptionem nullatenus acceptaverimus: *Nullius ſit nobis reſpectus, an pauper quis ſit, an dives, rem ipſam inveſtigemus, non miſereberis, inquit, pauperis in judicio, hoc eſt, noli flecti, noli moveri, ſi pauperem injuſtum judicaturus es, cui ſi non eſt ignoſcendum, longè minus divitis.* S. Thomas S. Thom. in Ioan. quoque hiſce verbis eandem expoſitionem

nem adhibet, dum ait : *Nolite accipere perſonam in judicio, hoc eſt, prætermittere juſtum judicium propter amorem, ſeu reverentiam, ſeu timorem, aut conditionem perſonæ, quæ non faciunt ad cauſam.* Optimè S Bonaventura, quinam ſint periculoſiores ſcopuli, obſervat, propter quos, ſi in eos quis impingat, judicium pervertitur : *Judicium pervertitur quatuor modis, ſcilicet timore, odio, amore, cupiditate* ; & quidem pro faciliori eorundem memoria hoſce verſus adducit : *S.Bon.*

Quatuor iſta : timor, odium, dilectio, cenſus,
Sæpè ſolent hominum rectos pervertere ſenſus.

Iſa.11.3. Iſaias dum Meſſiam tanquam Judicem venturum eſſe prædicit, ita loquitur : *Non ſecundum viſionem oculorum judicabit, non ſecundùm auditum aurium arguet, ſed judicabit in juſtitia pauperes* ; & quidem licèt hîc Judex decipi nullâ ratione poſſit, de quo *Joa.2.25* ita ſcribitur : *Sciebat, quid eſſet in homine* ; *ſcrutatur renes & corda* ; nos tamen erudire voluit, quòd nequaquam nos ſecundùm faciem exteriorem judicia noſtra regulare debeamus. De eodem Judice in Pſ.49 ita ſcriptum legitur : *Pſ.49.3.* *Deus manifeſtè veniet* ; & quidem quòd ibi de judicio ſermo ſit, nullum eſt dubium, quia paulò pòſt ſtatim ſequitur : *Ibid.v.4* *Advocabit cœlum deſurſum, & terram decernere populum ſuum.* Id verò, quod illo in textu propoſito noſtro vel maximè deſervit, in eo conſiſtit, quòd ibi Judex, prodromi, vel miniſtri juſtitiæ loco ignem habiturus eſſe dicatur : *Ibid.v.3* *Ignis in conſpectu ejus exardeſcet* ; idque non ſine magno myſterio, quia ignis elementum quoddam eſt, quod ejus eſt naturæ, ut nullius hominis reſpectum aut differentiam habeat, in unumquemque ſibi appropinquantem agit, quiſcunque tandem ſit, ſericum æquè ac linum, non minus lanam quàm vilem chartam comburit, ſaccumque cilicium æquè ac purpuram regiam in cineres convertit. Salvator noſter Apoſtolos (de quibus ſancta mater Eccleſia canit : *Matt.* *Vos ſêcli juſti judices*, dè quibus *19.v.28.* cœleſtis ipſorum Magiſter pariter dicit : *Se-* *Matt.5.* *debitis ſuper ſedes judicantes*) lucis titulo *v.14.* exornat, dum ait ad illos : *Vos eſtis lux mundi* ; ſicut enim lux in medio ſituata eſt planetarum, omneſque ex æquo illuminat, divites non magis quàm pauperes, ſuosque radios tam ſuper fertilem & fecundam, quàm ſuper ſterilem & incultam terram extendit : *Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*, eodem modo per hanc ſimilitudinem erudire nos voluit, ut ii, quibus judicium commiſſum eſt, juſtitiam omnibus indifferenter & æqualiter adminiſtrent ſine ulla perſonarum diſtinctione aut acceptatione. *Matt.5. v.45.*

5. S. Thomas hiſce verbis aliam adhibet interpretationem, qua Judicibus diligens & ſollicitum recommendat cauſarum ipſis expoſitarum examen : *Dicitur autem quis*, inquit, *judicare ſecundùm faciem, dum non attentis meritis cauſæ judicium profert* ; *nam Judex judicat ſecundùm allegata. 1. Reg. 16. Homines vident ea, quæ apparent* ; *ſed in hoc poteſt eſſe deceptio, & ideo dicit : Nolite judicare ſecundùm faciem, id eſt, ſecundùm illud quod ſtatim apparet, ſed diligenter inquirite.* *S.Thom. in Ioan.*

Verſus 25.

Dicebant ergo quidam ex Jeroſolymis : Nonne hic eſt, quem quærunt interficere ?

1. Toletus conſiderat, quòd quia hi Jeroſolymis continuò degebant, conjurationis, quam Principes ſynagogæ, Scribæ item & Phariſæi adverſus Dominum machinabantur, meliorem & faciliorem aliis notitiam habere poterant. Adhæc Evangeliſta magnam illorum perverſitatem exprimere voluit : *Similiter etiam ut & in hoc duritiem & incredulitatem Judæorum, qui de Juda erant, oſtenderet ; hi enim omnium maximè increduli & infenſi contra Chriſtum fuerunt, qui ad fidem promptiores, & ad Chriſtum recipiendum pariores eſſe debuerunt : de eorum enim tribu ſecundùm carnem Chriſtus futurus erat.* Albertus Magnus de iiſdem ita ſcribit : *Et facta plus aliis viderant, & Phariſæos plus aliis audierant, & ideo quærentes & dubitantes vacillabant* ; etenim ex una parte motiva in Chriſtum credendi habebant, ex alia verò Phariſæorum & Principum timore anxii coërcebantur : *Facta Chriſti eos inducebant ad fidem, & edicta & perſuaſiones Judæorum à fide avertebant, & ideo vacillabant* *Tolet.* *Alb.M.*

labant. Chryſoſtomus autem cæcitatem ipſorum hiſce verbis deplorat. *Cur ex Ieroſolymitanis dixit? ut oſtenderet Evangeliſta, quòd qui multa & magna viderant miracula, hi miſerabiliores erant: qui maximum divinitatis ſignum acceperant, perditorum Principum judicium ſequebantur;* multi etenim ſe à potentatibus mundi hujus à via Dei ſeduci permittunt; Magnates enim non ſolùm in hac vita, ſed etiam in altera, dum ad infernum abeunt, magno ſunt communiter comitatu & ſocietate plurium ſtipati; ſiquidem peſſimum illorum exemplum & authoritas, ſpes autem & fiducia, quam homines pauperes in eorum potentia, & præcellenti dignitate & eminentia repoſitam habent, innumeros in eorundem ſocietate conſtitutos, enormiter prævaricari & peccare facit; at verò congruè de illis dici poteſt: *Sicut lumen eorum, ſic & tenebræ:* quia tametſi ex tribu Juda progeniti, ſanctitatis item, miraculorum, optimorumque Chriſti exemplorum oculati teſtes, ſuarumque prædicationum continui auſcultatores eſſent, attamen eorum multi inimicorum ejus partibus ſeſe jungere non dubitarunt.

Chryſ. hom 49. in Joan.

Pſ. 138. 12

Nonne hic eſt, quem quærunt interficere?

2. Tritum & uſitatum eſt omnibus proverbium, quo mendacium alterutro breviori pede claudicare dicitur. Salmeron ait: *Ecce quàm citò deprehenſum eſt mendacium; priùs dixerant: Quis te quærit interficere? & nunc fatentur: Nonne hic eſt, quem quærunt, ſcilicet Principes, interficere?* Enimvero niſi fortè à præcedentibus diſtincti fuerint, & diverſi, manifeſtè ſibi contradicere convincuntur: *Mendacium diutius regi non poteſt, nec prolixiùs deliteſcere, quam in claudo ambulante vitium claudicationis.*

Salmer. tr. 35.

3. Mirabantur etenim Jeroſolymitani, prout Toletus obſervat, miram illam in Principibus ſynagogæ factam mutationem, qua factum eſt, ut ipſum jam in publico ſine ullo metu aut formidine loqui & converſari permitterent, cujus vitæ antea tot tamque varias inſidias ſtruxerant: *Nunc liberè loquatur, & reprehenſione in eos utatur, ſeque defendat, & nemo non ſolùm manum in eum mittat, ſed nec verbo contradicat;* & tamen, ut Euthymius ſcribit, in illa auditorum frequentia multi præſentes aderant, qui in necem ei inferendam inter ſe conjuraverant.

Toletus.

Verſus 26.

Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt, nunquid verè cognoverunt Principes, quia hic eſt Chriſtus?

Et ecce palam loquitur.

1. Lucas Burgenſis ait; *Publicè, liberè, conſtanter, audacter docet populum, ſe defendit, principes injuſtitiæ arguit;* ac proinde quòd Salvator noſter paucis præcipuè diebus ante feſtivitatem ſeſe abſconderit, & ab oculis hominum ſubduxerit, id nullo modo ex metu fecit, ſed potiùs, ut Janſenius ait: *Infirmitatis humanæ à ſe ſuſceptæ demonſtratio fuit; magnitudinis item & modeſtiæ exemplum, dum noluit livorem Phariſæorum, nihil præter occidendi occaſionem captantium, magis ſua præſentia in principio exhibita provocari; quòd verò poſtea prodiit, divinæ poteſtatis demonſtratio fuit, cùm non auderent, nec poſſent in illum conjicere manus, licet quidam dudum id perficere ſtatuerant.* Sanctus Thomas quoque Redemptorem divinitatis ſuæ ſpecimen edere voluiſſe exiſtimat, in publico ſine ullo metu aut trepidatione coram omnibus comparendo: *Ut oſtenderet ſuæ divinitatis perſonam, publicè docet in templo, & à perſequentibus teneri non poteſt; & ſic, ut ait Auguſtinus, apparet poteſtas, quæ putabatur timiditas.*

Luc. Burg.

Janſen. c. 35.

S. Thom. in Ioan.

Et nihil ei dicunt.

2. Porro tametſi ſe ab iis ad mortem quæri non ignoraret, à ſua tamen prædicatione deſiſtere noluit, furorem illorum & impetum coërcendo, ne fructum impediret bonorum. Janſenius ait: *Propter eos, quos ſciebat ſuâ doctrinâ profecturos ad ſalutem, atque ut ſe oſtenderet ſalutis hominum, & gloriæ*

S. Aug.

gloriæ paternæ adeò cupidum fuiſſe, ut ob eam non metuèret aliquam hominum vim.

S. Tho. in Joan. 3. S. Thomas ait: *Nihil ei dicunt; quaſi repreſſi virtute divina; hæc eſt enim propria Dei virtus, quod malorum corda ab impetu ſuæ malitiæ reprimit.*

Nunquid verè cognoverunt Principes, quia hic eſt Chriſtus?

4. Cùm enim illis proſpectum eſſet, quanta cum rabie & aviditate ad mortem illius anhelarent, capere minimè valebant, qua ratione nunc erga eum adeò mites eſſent ut ſine ulla eum contradictione audirent, & non potiùs manus in illum conjicerent: *Lyran.* *Crediderunt fortiùs*, inquit Lyranus, *ipſum eſſe Chriſtum, trahentes argumentum ex facto Principum, qui non capiebant eum, cùm tamen priùs ad mortem quærerent eum, quaſi ipſi de novo haberent notitiam, quòd ipſe eſſet verè Chriſtus eis promiſſus, & ideo ab ejus perſecutione ceſſaſſent.* *Hugo Card.* Hugo Cardinalis errorem ipſorum, quo obnoxii erant, his verbis manifeſtat: *Et nondum plenè intelligentes ejus eſſe ſcientiam, putant eſſe ſcientiam Principum, quia cognoverunt eum eſſe Chriſtum.* *Toletus. S. Th. in Joan.* Eandem Toleti opinionem S. Thomas quoque his verbis allegat: *Vera hujus cauſa divinitatis Chriſti virtus ac potentia, quæ adverſarios ita reprimebat, quando ei placitum erat, ut obmuteſcere eos faceret.*

5. Idem quoque dictionem hanc, *verè*, conſiderans dicit: *Ut inſinuent eos tractaſſe, & in controverſiam vertiſſe, an eſſet Chriſtus, ut jam veritatem reſolutam noviſſe, & aſſecuros fuiſſe.* *Lyran.* Lyranus autem ad id ſe reflectit quod Jeroſolymitani illi, qui de eo controvertebant, mox ſubjunxerunt, dicentes: *Sed hunc ſcimus unde ſit*, &c. *Veruntamen quia non habebant certitudinem, ſed tantùm opinionem, ideo etiam arguebant ad contrarium.*

Verſus 27.

Sed hunc ſcimus, unde ſit: Chriſtus autem cùm venerit, nemo ſcit, unde ſit.

Sed hunc ſcimus unde ſit.

1. Nimirum, ut S. Thomas ſcribit, hunc in modum argumentabantur: Filius originem & nativitatem occultam, nullique manifeſtam habere debet; at verò ubi hic natus ſit, conſtat nobis, veruntamen malè argumentabantur, quia tametſi verum ſit, quod in Iſaia divinum effatur oracullum, dicens: *Generationem ejus quis enarrabit?* hoc tamen de divina intelligebatur generatione cùm tamen alia Prophetarum vaticinia nativitatem ejus ſecundum carnem in tempore futuram reſpicerent. *Vide malitiam*, inquit Theophylactus, *quomodo & illi ſibi adverſarii ſint.* Quando Sacerdotes Scribæ, & alii ſynagogæ Principes, ab Herode d: Meſſia fuerunt interrogati, nativitatem ejus conformiter ad Prophetarum vaticinia in Bethlehem futuram eſſe reſponderunt: hi vero locũ & modum nativitatis ejus ignotum eſſe aſſerunt. In hoc eodem cap S. Joannis, unde præſens deſumptum eſt Evangelium eoſdem expreſſe dixiſſe legimus: *Nonne Scriptura dicit, quia ex ſemine David, & de Bethlehem caſtello, ubi erat David, venit Chriſtus?* At verò, ut Euthymius ait: *Malitia non intelligit, quòd ſibiipſi contradicat, ac plenè mentiatur; eſt enim quædam animæ ebrietas.*

S. Thom. in Ioan. *Iſa. 53. 8.* *Theoph.* *Joan. 7. v. 42.* *Euth.*

2. Ingenioſam quandam circa hæc verba conſiderationem Toletus his verbis adducit: *Jam rem eò perductam eſſe fatentur, ut ſi neſcirent, unde iſte eſſet, Chriſtum eſſe recuperent & conſentirent; ignorantiam miſeri homines ad Chriſtum recipiendum quærunt, neſcire oportet, inquiunt, unde ſit, quòd verus ſit Chriſtus.* *Tolet.* Lucas Burg. hunc in vulgo conceptum ſive fabulam radicatam fuiſſe refert, quòd Chriſtus ſubitò ut in Bethlehem natus eſſet, in ſecretas regiones longinquas transportandus foret ubi poſt ſuî educationem ſubitò in virum perfectum excreſceret, mundoque, imò & & ſuîſmet progenitoribus ignotus ſubitò compareret, atq; ideo forſitan dicebant. *Luc. Burg.*

Chriſtus

Chriſtus cùm venerit, nemo ſcit unde ſit.

S. Aug. tr. 31. in Joan. Iſa. 55. 8.

3. S. Auguſtinus ipſos hoc in vigore prophetiæ Iſaiæ dixiſſe dicit, in qua ita habetur: *Generationem ejus quis enarrabit?* At verò, inquit idem ſanctus Doctor, Chriſtus ipſis eo modo reſpondit, ut confuſi & penitùs convicti permanſerint: *Ad utrumque reſpondet, & quia noverant eum unde eſſet, & quia non noverant, ut atteſtaretur prophetiæ ſanctæ, quia de illo ſic prædicta eſt, & ſecundùm humilitatem infirmitatis, & ſecundùm divinitatem majeſtatis.*

Verſus 28.

Clamabat ergo Jeſus in templo docens, & dicens: Et me ſcitis, & unde ſim, ſcitis, & à meipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me.

Clamabat ergo Jeſus in templo docens.

S. Bon.

1. Quærit hoc loco S. Bonaventura quomodo id eſſe potuerit, cùm hic clamor vaticinio prophetico omnino contrarius exiſtat, in quo dicitur: *Iſa. 42. 2* *Non clamabit, neque audietur foris vox ejus.* Et reſpondet: *Loquitur ibi de clamore contentionis.* Unde Gloſſa in hunc locum dicit: *Non clamabit mitis & manſuetus; hic verò loquitur de clamore prædicationis & doctrinæ: Sapientia foris clamitat, & patet ipſius ad prædicandum affectuoſitas, quia clamabat.* Albertus Magnus ait: *Alb. M.* *Clamor Jeſu notat intenſionem intentionis ad perſuadendum notat etiam quòd audientes longè erant ab intellectu veritatis.* S. Antonius de Padua illum clamaſſe dicit, *S. Ant. de Pad.* quia ſurdi erant. Magis tamen literalis ſenſus eſt, quòd ideo Chriſtus vocem ſuam extulerit, ut audiretur ab omnibus; credibile namque eſt quod conjurationes & conſilia ſua detecta eſſe videntes, irâ & furore perciti, & in rabiem acti, magnarum inter ſe murmurationum ſtrepitus excitarint. Lucas Burgenſis ait: *Lucas Burg.* *Ut ab omnibus audiretur, etiam ab iis, qui procul ſtarent, ac præſertim Jeroſolymitis illis, quorum murmurationi tacitè opponitur clamor Jeſu.* Janſenius Salvatorem voce magis ſonorâ verba, quæ ſtatim ſubjunxit, audiri voluiſſe dicit: *Forte ideò, quia aliquantulum ab ipſo (ut veriſimile eſt) abfuerint illi calumniatores: vel certè ut ita pondus majus ſuis verbis adderet.* *Janſ.*

2. Toletus diverſam à prædictis rationem aſſignat, dicens: *Non ſine magna cauſa Chriſtus clamat; cum enim videret illos omnia, quæ Chriſtus facturus erat de ipſo, confiteri, hoc uno autem impediri, quia ſcirent undè eſſet, propterea clamat, quaſi victoriam ex eis reportans.* *Tolet.*

Docens, & dicens: Et me ſcitis, & unde ſim, ſcitis, & à meipſo non veni, &c.

3. Sanctus Auguſtinus ait: *Hoc eſt dicere: Et ſcitis, & me neſcitis? unde ſim, ſcitis, Jeſus à Nazareth, cujus etiam parentes noſtis, ſecundum carnem & effigiem hominis, quam gerebat: ſecundùm autem divinitatem & à meipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me, quem vos neſcitis; ſed ut eum ſciatis, credite in eum quem miſit, & ſcietis: Deum enim nemo vidit unquam, niſi unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe narravit.* *S. Aug. tr. 31. in Joan.*

4. Sanctus Thomas ait: *Et me ſcitis, ſcilicet corporaliter.* Baruch. 3. *Poſt hæc in terris viſus eſt*; ſciebant enim quod ex Maria in Bethlehem natus, & in Nazareth enutritus & educatus eſſet; *Sed non ſciebant virginis partum, & quòd per Spiritum ſanctum conceptus eſſet.* Cajetanus ait: *Hoc eſt, per Scripturam, & opera, & teſtimonia Joannis ſcire poteſtis; & unde ſim, ſcitis, quia hoc Scriptura etiam declarat.* Janſ. quoque verba hæc in pariformi ſenſu exponit, dicens: *Alii ſic intelligunt, ſi modo verum fatari velitis, ſcitis quidem me, quòd ſim Meſſias, & quòd à Deo proceſſi, aut meritò ſcire deberetis, idem vobis teſtantur Scripturæ, Joannes, Pater, ac opera.* *S. Thom. in Joan. Baruch. 3. v. 38.* *Cajet.* *Janſ.*

5. Toletus Chryſoſtomum adducit ita ſcribentem: *Chriſti verba eſſe, affirmantis illos verè ſcire eum eſſe Chriſtum, & à Deo miſſum; quòd ſi poſteà dicitur: Neſcitis, id* *Tolet. Chryſ. hom. 49.*

est, quia operibus & verbis negabant. Citat pariter S. Justinum Martyrem, qui in explicatione Genes. quæst. 140. notat : *Ignorantiam voluntariam interdum scientiam dici ;* in cujus probationem textum illum Evangelii adducit, ubi dicitur : *Me scitis, & unde sim, scitis id est, scire potestis ex tot signis & doctrinis à me dictis & factis.* S. Just. Martyr.

6. Observandum illos paulò antè dixisse, quod scirent ubi natus esset : *Hunc scimus unde sit.* Cùm igitur locus nativitatis suæ ipsis notus fuerit, ex sacræ Scripturæ, vaticiniorumque propheticorum diligenti pervolutione facilè in ejus poterant devenire cognitionem, quod verus Messias in lege promissus esset.

Et à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.

7. Quasi dicat, inquit sanctus Thomas, *antè fui secundùm divinitatem, quam in mundum venirem per humanitatem, aliàs non conveniret ei venire, nisi antè fuisset, & tamen hoc ipsum quòd veni, non veni à meipso, quia filius non est à se, sed à patre.* Porro æterno Patri suo veracis titulum attribuit : *Sed est verus qui misit me, quasi dicat : Non aliunde veni, sed ab eo qui promisit, & promissum adimplevit.* Id est, incarnationem filii ad hominem redimendum perfici curavit. Unde & Apostolus Romanor. 3. ait : *Est autem Deus verax, & ideo docet me veritatem loqui.* Qui discursus merus est Angelici Doctoris. S. Thom. in Ioan. Rom. 3. 4.

8. Theophylactus per hæc verba duas in Christo naturas clarè & perspicuè denotari dicit : *Per hoc enim quod ait : Ab ipso sum, substantia divina declaratur ; cùm vero ait : Et ille misit me, humana ; secundum enim humanam naturam missus dicitur.* Theoph.

9. Chrysostomus verba illa Christi : *Si me sciretis, & Patrem meum sciretis, mente recolens dicit : Quomodo ergo dicit se à Iudæis sciri, unde sit ? & iterum : Neque se, neque Patrem ab iisdem sciri ? Num contraria loquitur ? Absit, sed valde sibi constat, alteram autem dicit scientiam, dicendo ; Nescitis ? quemadmodum cùm dicit : Filii Heli, filii Belial, nescientes Dominum & Paulus : Confitentur se nosse Deum, factis autem negant ; stat igitur, ut qui sciat, nesciat.* Chrys. hom. 49 Ad Tit. 1. 16.

10. S. Bonaventura Christum his verbis dicere voluisse asserit, Judæos ejus quidem nativitatem, & in Nazareth educationem scivisse, modum tamen, quo genitus aut educatus fuit, ignorasse : *Ipse enim erat filius virginis, quod ipsi ignorabant.* S. Bona.

Versus 29.

Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

1. In sancto Matthæo Redemptor noster dixisse legitur : *Nemo novit filium, nisi Pater ; neque Patrem quis novit, nisi filius, & cui voluerit filius revelare.* Albertus Magnus verba hæc ita exponit : *Ego scio eum, scientiâ comprehensionis novi Patrem, qui me misit. Ioan. 10. Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem.* Matt. 11. 27. Alb. M.

2. Beda Christum ipsos modum docere voluisse notat, quo in æterni Patris sui possent devenire notitiam : *Ergo à me quærite ut sciatis eum.* V. Beda.

3. Sanctus Thomas hanc scientiam in summo perfectionis apice constitutam fuisse dicit : *Ego scio eum, quantum cognoscibilis est. Et ratio est, quia ab ipso sum : Si vultis notitiam ejus, qui me misit, habere, oportet, quod habeatis à me, quia ego solus scio eum.* S. Thom. in Ioan.

Versus 30.

Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.

Quærebant ergo eum apprehendere.

1. Salmeron Scribas & Pharisæos hic se de novo mendaces esse probasse ; siquidem cùm antea se excusassent, dicendo : *Quis te quærit interficere ?* Nunc cum ad mortem Salm. t. 8. tr. 25

tem ei inferendam, in vincula conjicere conati fuêre: *Non defuit ergo voluntas, ſed executio.* Ad id, ut Hugo Cardinalis ait, *Irritati per hoc, quod dixerat, quod neſciebant Patrem.* Enimvero tametſi in aliis pluribus occaſionibus à Chriſto reprehenſi fuiſſent, in verba tamen adeo aſpera & contumelioſa nunquam proruperunt; unde clarè videtur, quantum aliquem offendat, & ad iracundiam provocet, ſi quis rudis ab aliis habeatur, & ignorans, maximè in rebus ad cultum Dei & religionem ſpectantibus. Unde Euthymius ait: *Ægrè audiebant dicentem, quòd vos me neſcitis.*

Hugo Card.

Euthy.

Alb.M. Toletus,

2. Albertus Magnus hîc ait: *Tangit qualiter in pejus invidi ex verbis ſalutis proficiebant*; ac proinde Toletus quoque hunc in modum ſcribit: *Unde debuerunt converti à malitia & cæcitate ad fidem & amorem, inde argumentum obdurationis & multiplicandi ſceleris ſumunt.* Cauſa etenim, ob quam adverſus eum adeo atrociter ferociebant, prout ex eodem Toleto habemus, erat, quia ſe verum Dei filium & promiſſum Meſſiam eſſe declaraverat: *Ea de cauſa, quibus exoſus erat, apprehendere eum quærebant, ſicut dictum eſt: Propterea magis quærebant eum interficere, quia patrem ſuum dicebat Deum.*

Ioan. 5. 18.

S.Thom. ibid. Pſ.70.11. Philip.3. 12.

3. Sanctus Thomas ait: *Proponebant eum apprehendere ad crucifigendum, & occidendum, ſecundùm illud Pſalm. 70. Perſequimini, & comprehendite eum. Sunt tamen aliqui, qui Chriſtum in ſe habentes, quærunt tamen piè apprehendere. Ad Philippenſ. 3. Quæram ſi quo modo apprehendam.*

4. Porro quinam illi fuerunt, qui Chriſtum vinctum abducere voluerunt, ſanctus Chryſoſtomus ſub diſtinctione declarat; dicit enim: *Quinam? Non multitudo, quæ affectabat principatum, neque capiebatur invidia, ſed ſacerdotes.*

Chryſo. hom.49

Nemo tamen miſit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.

S.Thom. in Ioan.

5. Sanctus Thomas hîc ait: *Inviſibiliter enim eorum furor refrænatus eſt, & repreſſus; per quod patet, quod voluntas nocendi eſt unicuique à ſe, ſed nocendi poteſtas à Deo.*

S.Aug. tract. 32 in Ioan.

6. Sanctus Auguſtinus rationem, quam ſanctus Joannes hac de re his verbis reddit *Quia nondum venerat hora ejus*, ponderans, dicit: *Si tua hora voluntas eſt illius, illius hora quæ eſt, niſi voluntas tua? Non ergo horam dixit, qua cogeretur mori, ſed qua dignaretur occidi.* Cui etiam ſanctus Bonaventura adhæret, dicens: *Ut noveris non neceſſitatem, ſed poteſtatem morientis.* Unde Lucas Burgenſis ait; *Hora ejus, quam ipſe elegerat.*

S. Bona.

Luc. Burg.

Verſus 13.

De turba autem multi crediderunt in eum.

Ianſen.

1. *Quo notatum eſt*, inquit Janſenius, *quemadmodum alias frequenter infirma & ſtulta mundi eligere voluiſſe, ut confunderet fortes, & ſapientes: & ſimpliciores (eò quòd ab invidia & ambitione eſſent liberi) capaciores fuiſſe doctrinæ Chriſti, & fidei in eum, quàm doctiores, & eos qui apud mundum magni erant nominis.* Toletus illos ingenti cum affectu credidiſſe notat, prout verba ſubſequentia perſpicuè ſatis demonſtrant: *Tanto affectu crediderunt, ut fidem in mente conceptam occultare non valerent, ſed in confeſſionem oris prorumperent, & dicerent quæ ſequuntur.* Idem quoque Author differentiam ponderat affectuum, quos Chriſti prædicatio in hiſce, & in aliis operata fuit; dicit enim: *Uno ergo verbo Chriſti & hi convertuntur, & illi obdurantur; ſed quod convertantur, virtus eſt verbi; quòd obdurentur, vitium eſt audientium.* Nimirum eadem lux ſanos perſpicuè videre facit, idque virtute & operatione

Toletus.

Idem.

tione ſuâ: quòd verò infirmos oculos obfuſcet, ab eorundem indiſpoſitione derivatur.

Pſ.68 9 Hugo Card. 2. meritò Chriſtus lamentari poteſt dicendo: *Extraneus factus ſum fratribus meis*; ſiquidem Lucas Burgenſis, quinam ii fuerint, declarans dicit: *Eorum, qui foris advenerant ad feſtum, Jeroſolymitani, de Meſſia altercati fuerant, extranei Jeſum eſſe Meſſiam ex miraculorum multitudine adſtruunt.*

Alb. M. 3. Albertus Magnus Chryſoſtomi authoritatem adducens ait: *Crediderunt, non tamen fide firmâ & certa*, quia de Chriſto tanquam Meſſia, non animosè ſed quadam cum perplexitate loquebatur: *Sed tamen aliquem calorem fidei & devotionis conceperant, qui ſi fuiſſet fotus à Phariſæis & Sacerdotibus, convaluiſſet*, Hugo Cardinalis inquit: *Intuere quantum eſt humilitatis verborum lucrum, quia dixerat humiliter: Ab ipſo ſum & ipſe me miſit.* Cajetanus hoc loco bene conſiderat, quòd verborum Dei nunquam effectu ſuo fruſtretur, aut fallat: *Quamvis pertinaces fuerunt Judæi, non tamen infructuoſa fuit Chriſti doctrina tunc, quoniam multi de turba crediderunt in illum.* Gloſſa Interlinearis ait: *Prædicatione & miraculis moti, ſimpliciter credunt, & verba & facta Domini glorificant.* Interlin

4. S. Thomas Chriſtum hic de turbis, non verò de Principibus & Sacerdotibus loqui advertit; dicit enim: *Quanto majores erant, tanto magis erant elongati; & ideo in eis ſapientia locum non habebat: quia ut dicitur Prov. 11 Ubi humilitas, ibi ſapientia. Turba autem, quia ſuam ægritudinem citò vidit, Domini medicinam ſine dilatione cognovit. Matth. 11. Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea Parvulis. Et propter hoc in principio humiles & pauperes converſi ſunt ad Chriſtum.* S. Thom. in Joan. Prov. 11. 2. Matt. 11. v. 25.

5. Sanctus Auguſtinus de populi illius Principibus ita ſcribit: *Inſaniebant, & ideo Medicum non ſolùm non agnoſcebant, ſed etiam occidere cupiebant* S. Aug. tr. 41. in Joan.



FERIA

FERIA QUARTA POST IV. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM

Joannis cap. 9.

℣. 1. ET præteriens Jesus vidit hominem cæcum à nativitate. 2. Et interrogaverunt eum discipuli ejus: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur? 3. Respondit Jesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo. 4. Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari. 5. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. 6. Hæc cùm dixisset, exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos ejus. 7. Et dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloe (quod interpretatur, Missus) Abiit ergo, & lavit, & venit videns. 8. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alii dicebant, quia hic est. 9. Alii autem: Nequaquam, sed similis est ei; ille verò dicebat: Quia ego sum. 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? 11. Respondit ille: Homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & lava; & abii, lavi, & video. 12. Et Dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio. 13. Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat. 14. Erat autem sabbathum, quando lutum fecit Jesus, & aperuit oculos ejus. 15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi, quomodo vidisset? Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & lavi, & video. 16. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. 17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia Propheta est. 18. Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat; & interrogaverunt eos, dicentes. 19. Hic est filius vester quem vos dicitis, quia cæcus natus est, quomodo ergo nunc videt? 20. Responderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. 21. Quomodo autem nunc videat, nescimus, aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus; ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. 22. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos; jam enim conspiraverant Judæi, ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. 23. Propterea parentes ejus dixerunt: quia ætatem habet, ipsum interrogate. 24. Vocaverunt ergo rursus hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos scimus, quia hic homo peccator est. 25. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio; unum scio, quia cæcus cùm essem, modo video. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? 27. Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli ejus fieri? 28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. 29. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus, unde sit. 30. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, unde sit, & aperuit mihi oculos. 31. Scimus autem

autem quia peccatores Deus non audit; ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit. 32. A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati? niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quidquam. 33. Reſpondérunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras. 34. Audivit Jeſus, quia ejecerunt eum foras; & cùm inveniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? 35. Reſpondit ille, & dixit: Quis eſt Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Jeſus: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. 36. At ille ait: Credo Domine: Et procidens adoravit eum.

Verſus 1.

Et prætereins Jeſus vidit hominem cæcum à nativitate.

Et prætereins Jeſus.

Act.10. 38. 1. De Salvatore noſtro in Actis Apoſtolorum ſcribitur: *Unxit eum Deus Spiritu ſancto & virtute, qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes.* Ubi Chryſologus ait: *Chriſtus Chryſol. ſerm.16. quòd loca circuit, quòd maria transfretat, non eſt res humani deſiderii, cauſa eſt humanæ ſalutis.* Nimirum exemplo ſuo ad compaſſionem movere nos voluit, ut videlicet dum in miſerabilem aliquem hominem incidimus, greſſum noſtrum ſiſtamus, ad hoc ut ei ope & ſubſidio noſtro ſubvenire poſſi-*S. Ambr. Epiſt.75* mus; unde S. Ambroſius ait: *Ergo nec nos præterire debemus, quem Dominus prætereundum non putavit.*

2. Valde conſiderabilis eſt illa temporis circumſtantia, in qua Salvator miraculum iſtud operatus fuit. Etenim S. Joannes cap. 8. *Salm. t. 6. tr. 39. Ioan. 8.* in fine, ut Salmeron advertit, dicit Judæos poſt diuturnam in templo Salvatorem inter & ipſos habitam diſputationem, ſe confuſos & convictos videntes, ſaxa arripuiſſe, ut eum iiſdem impeterent, Salvator autem iræ & furori ipſorum cedere volens, ſeſe abſcondit, & è templo ſeſe proripuit: *In quo egreſſu hoc ſignum tam magnum & evidens ſuæ deitatis teſtimonium operatus eſt; atque hic lapis fortiſſimus fuit, quo Dominus Phariſæorum fortiſſimè percuſſit frontem.* At verò quod in hoc facto in majorem nos admirationem rapere debet, eſt, quòd per ſua miracula ipſorum contra ſe invidiam & crudelitatem majora ſemper incrementa accipere videns, ab iiſdem patrandis non ſolùm non deſiterit, verùm etiam longè prodigioſiora opera ediderit, propriam ſalutem nihili faciens, ut ſalutem promoveret aliorum. Et ideo ſanctus Ambroſius jure merito dicit: *Tantum fuit Domino ſtudium tuæ ſalutis, ut propemodum de ſua periclitaretur, dum te lucraretur.* Videbat enim, quòd hunc à nativitate cæcum hominem illuminando, non ſolùm ipſum, ſed & omnes alios ſpiritualitur excæcatos illuminaturus eſſet, ac proinde omne contempſit periculum. Conſideranda quoque eſt Redemptoris noſtri benignitas & manſuetudo, qua impiorum illorum homicidarum inſultibus per ſtupendorum miraculorum ſuorum beneficentiam occurrere non intermittebat. Unde Salmeron ait: *A tantis convitiis & injuriis ad benefaciendum excitatus eſt, docens nos, quomodo certandum ſit cum capitalibus inimicis, nempe benevolentiâ & beneficiis.* *S. Ambr. l. de Jacob & vita beata, c.6.* *Salm.*

3. Enimverò videri quidem nonnemini poſſet Dominum noſtrum obiter & per tranſennam ſive caſualiter miraculum illud edidiſſe; at revera non eſt ita, quin potius in eo evidens quoddam infallibilis ſapientiæ & providentiæ ſuæ ſpecimen edidit: ſiquidem dum ab Hebræis lapidibus impetitus, & à templo egreſſus, cæcum hunc, verum Gentiliſmi illuminandi typum, ſano viſu illuſtravit, ſe id ob certum quoddam myſterium inſinuandum facere oſtendit, eò quòd ab illo populo eſſet turpiter expulſus & rejectus. Unde S. Cyrillus Alexandrinus ait? *Certiſſimum velut documentum ac ſignum ponens ſe à Judæis diſceſſurum, gentesque potius denuo reſpecturum, & eos viſurum.* Unde hinc duo præcipua documenta colligere licet. Primum eſt, quòd dum Chriſtus nonnunquam per divinas ſuas inſpirationes obiter, & per modum tranſeuntis cor noſtrum pertranſit, cavendum nobis ſit, ne id fortuitò & caſualiter fieri credamus, quin potius anima ad cœlum acquirendum electa, illum tunc nequaquam à ſe abire pati debeat, ut dicere poſſit: *Tenui eum, nec* *S. Cyril. Alex l.6 in Ioan.*

Cant. 3. 4. *nec dimittam, donec introducam illum in domum, &c.* Alterum verò eſt, quòd Chriſtus in tantùm à Judaiſmo receſſerit, in quantum ab eo datâ operâ & violenter expulſus fuit, quia Deus ab animabus noſtris nunquam diſcedit, niſi nos peccato aditum indulgendo primi ſimus, qui illum à nobis vi exturbemus. Idem quoque Cyrillus dicit: S. Cyrill. ibid. *In tranſitu verò Chriſti, gentium oculi ſanati ſunt, transferentis in eas miſericordiam, propter rebellionem & incredulitatem Iſraël.*

Vidit.

Chryſ. hom. 55. in Ioan. 4. Chryſoſtomus benigniſſimum Salvatorem noſtrum conſiderat, qui benignum oculorum ſuorum obtutum in hunc cæcum direxit: *Ipſe vidit cæcum, & non ad ipſum cæcus accеſſit, & tam diligenter eum intuitus eſt, ut diſcipulos ad interrogandum converteret.* Eſtque hoc ſpeciale quoddam à dilecto Chriſti diſcipulo nobis ob oculos poſitum motivum, quo ad Deum ardenter amandum incitemur: 1. Ioan. 4. 19. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.* Non fuit cæcus hic primus, qui à Chriſto expeditum ſibi viſum donari petiit, ſed potius Chriſtus omnium primò fuit ad pietatem erga ipſum Joan. 6. 44. commotus: *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum.* S. Antonius S. Ant. de Pad. ſer. in hac fer. de Padua, dictionem illam, *Vidit*, hiſce verbis ponderat: *Ad quem aſpiciendum Dominus ſubſiſtit, quaſi diligenter vellet ejus infirmitatem contemplari.* Dionyſius Carthuſianus Dion. Carth. cæci hujus proprium nomen exprimit, eumque nomine Cedonium appellatum fuiſſe dicit; imò ſubjungit ipſum in ſocietate S. Mariæ Magdalenæ, Marthæ, Maximini, & Lazari à Judæa fuiſſe expulſum. Qui idem venerabilis & extaticus Doctor, ſuper illa dictione, *vidit*, ita ſcribit: *Diligenti intuitu oculi corporalis, pio quoque reſpectu divinæ miſerationis.*

Lucas Burg. 5. Lucas Burgenſis quoque hunc obtutum in hunc cæcum nequaquam obiter directum fuiſſe obſervat: *Non obiter, & velut caſu, ſed arcanâ quadam prudentiâ & providentiâ; namgradum ſiſtens defixis oculis contemplatur hominem, per cujus ſanitatem Dei gloriam eſſet mirabiliter illuſtraturus.*

6. Janſenius quoque conſiderat, quòd principium hujus miraculi obtutu oculorum Chriſti cœperit: *Miraculi hujus exordium cœpit à viſione & aſpectu Domini, qui ubique fauſtus & ſalutaris legitur fuiſſe.* Janſ. concord. c. 78. Porrò hominem hunc à nativitate cæcum fuiſſe, Jeroſolymis non paſſim omnibus notum fuit, atque ideo dum illum talem revera eſſe manifeſtavit, oculum ſe propheticum habere oſtendit, Unde Author quidam de Chriſti oculis ita ſcribit: *In oculis Domini fuit prophetia.* Job quoque de cœleſti hac aquila, ejuſque lynceis oculis ita ſcribit: *De longè oculi ejus perſpiciunt.* Iob. 39. 29.

Hominem cæcum à nativitate.

7. Salmeron Chriſtum dixiſſe obſervat: *Ego ſum lux mundi*, ipſumque ut veram ſe lucem eſſe probaret, cæcum hunc illuminare voluiſſe ſcribit, quem profectò conditione ſuâ mirabilem fuiſſe nemo negare poterit, quem proinde Lucas Burgenſis, *Deplorate cæcum appellat, cui nullâ curâ, aut arte humanâ viſus poſſet conciliari, ut cui orbes oculares eſſent vel vacui, vel repleti materiâ ineptâ ad recipiendum viſum.* Salm. Lucas Burg.

8. Sanctus Auguſtinus in hoc miſerabili homine univerſum genus humanum præfiguratum fuiſſe exiſtimat: *Hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus. Venit Dominus; quid fecit? Magnum myſterium commendavit, expuit in terram, de ſalivâ ſua lutum fecit, quia Verbum caro factum eſt.* S. Aug. tr. 44. in Ioan.

9. Rupertus Abbas Tuitienſis ſuper hæc verba diſcurrens, illum gentilium expreſſum typum fuiſſe exiſtimat: *Lux vera Chriſtus, qui ſuperiùs dixit: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ, lux vera quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum, Quod à Judæis oculos ſuos claudentibus ad gentes tranſierit, eaſque illuminaverit, manifeſtum eſt, eorum ſcilicet gentium cæcitatem originalem homo ille à nativitate cæcus ſignificat.* Porrò de gentiliſmo in vera fide illuminato Propheta Evangelicus hoc modo vaticinatus fuit: *Populus, qui* Rup. Ab. lib. 9. in Ioan.

qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis; multiplicasti gentem. Notandum quoque, quòd S. Joannes hujus miraculi historiam terminans, Christum tandem hæc verba v. 39. subjunxisse scribat: *In judicium veni in hunc mundum, ut & qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant*; quod & reapse constitutum est, siquidem Judæi, qui præ cunctis terræ populis majori veri Dei lumine fuerant colluſtrati: *Notus in Judæa Deus, in Israël magnum nomen ejus*, lumen illud amiserunt, utpote quod ad gentiles, qui antea cæci fuerant, demum pertransiit. Ejusdem quoque sententiæ est S. Cyrillus, dum hanc comparationem facit: *Quemadmodum ille qui curatus est cæcus; non videbat Jesum: misericordiâ verò & clementiâ hoc præter spem & expectationem lucratus est; sic & idem gentibus per Christum contigit.* Demum verò quòd illuminatio hujus cæci in die Sabbathi acciderit, hoc quoque idem sanctus Doctor mysterio particulari attribuit, dum ait: *In sabbatho curatio illa perficitur. Sabbatho nobis hic implere idoneo figuram ultimi temporis, præsentis nempe sæculi quo Servator gentibus illuxit, finis quidem hebdomadis est sabbathum.*

Isa. 9. 39. Ps. 75. 2. S. Cyril. Alex. l. 6 in Ioan.

10. Per hunc quoque cæcum intelligi potest peccator, qui divinæ gratiæ lumen, & Christum ipsummet amisit, de quo scribitur, quòd *Illuminat omnem hominem: Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.* De Prophoparentibus nostris in Scriptura dicitur: *Aperti sunt oculi amborum*, non quòd antea corporaliter cæci fuerint; sed quia, ut Origenes scribit: *Quos priùs habuerunt perspicaces animæ oculos, fruentes Deo, & ejus paradiso, eos, ut opinor, propter peccatum clauserunt: Ambulabat ad auram post meridiem. 1. 80. ad vesperam.* At verò dices fortasse, qua ratione in paradiso vesperæ esse poterat? S. Ambrosius respondet: *Denique in paradiso, ubi semper matutinus erat dies, vesper est factus, quoniam omnia peccata tenebrosa sunt.*

Ps. 39. 13. Gen. 3. 7. Orig. l. 7 contra Celsum. S. Ambr.

11. Primum spolium, quod Antiochus, verus dæmonis typus, è templo deprædatus fuit, erat magnum illud candelabrum, quod sustulit, illiusque lumen extinxit: *Accepit candelabrum luminis*, ad denotandum, quod dæmon mox, ut in nobis (*vos estis templum Dei vivi*) aditum sibi acquisivit, lumen judicii, rationis, discretionis & applicationis ad salutem æternam, eripiat & extinguat. Corvi proprietas esse dicitur, quod primum, quod in cadavere devorat, sit oculus, quem statim rostro suo evellit, & depascitur. Certum quoque est, quod nisi auceps falconis apertos oculos caputio contegeret: eundum in manu sua ligatum coërcere non posset, quin avolaret: ita quoque astutus ille serpens nobiscum facit, quia ut nos in perpetua sui servitute retineat, spiritualiter nos cæcos efficit. Unde David, qui cæteroquin adeo illuminatus erat, postquam in adulterium turpiter lapsus fuerat, lamentatur: *Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* Samson, postquam Philisthæorum præda factus esset, subito oculis suis privatus fuit. Sedecias pariter in Babyloniam abductus, mox ibidem oculorũ lumine privatus fuit: idem quoque damnum nobis adfert princeps tenebrarum, mox ut in ejus servitutem redacti sumus: *Lux obtenebrescit in tabernaculo illius, & lucerna, quæ super eum est, extinguetur.* Idem quoque supplicii genus in Isaia exprimitur, dum is ait: *Excæca cor populi hujus, & oculos ejus claude, ne forte videat oculis suis, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum*; tametsi enim verum sit, quod Deus conversionem nostram desideret, attamen, ut sanctus Hieronymus commentatur: *Hoc intelligendum, quòd pro magnitudine sceleris, etiam pœnitentiâ indigni judicati sunt.* Salmeron quoque hanc cæcitatem ad vivum exprimit, dum ait: *Omnis peccator cæcus est, nec seipsum, nec Deum, à quo tot beneficia indies accipit, cognoscit: Non est intelligens aut requirens Deum. Non distinguit, præfert vitia pretiosis, & temporalia æternis: Non videt vel præcipitium peccati, vel foveam inferni: Ductorem alium non habet, quam principem tenebrarum.* Pergit demum idem allusiones peccatoris in hoc cæco adumbratas prosequi, dicitque per baculum, cui is innititur, intelligendum esse *Fiducias in carne fraudulenta*; per mendicitatem harum terrenarum insatiabilitatem intelligit, quæ semper nos pauperes efficit:

1. Mach. 1. v. 23.

2. Cor. 6. 16.

Ps. 37. 11.

Iob. 18. 6

Isa. 6. 10

Salm. t. 6. tr. 39.

Eccl.1.8 efficit: *Quia non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu impletur.* Foris extra templum conſtitutus reperitur : *Quia peccator templum Spiritûs ſancti non eſt, & templum Dei prophanavit.*

Hugo Card. 12. Hugo Cardinalis illos à nativitate cæcos eſſe dicit, qui in natalibus ſuis efferuntur, & ſuperbiunt : *Cæcus à nativitate, id eſt, ille, qui excedit per ſuperbiam, de nobilitate ſtirpis ſuæ ; illuminantur per duo, per ſputum, & lutum, ſi apponat ad oculos ſuos. Conſiderare enim debemus utilitatem noſtram, quæ ſignificatur per ſputum; & fragilitatem, quæ ſignificatur per terram : hæc duo ſunt collyrium oculorum, ut homo ſe videat, & agnoſcat.*

Verſus 2.

Et interrogaverunt eum diſcipuli ejus : Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus naſceretur ?

1. Porro interrogatio omnino irrationabilis minimè fuit, quia pœna ſemper culpam
Oleaſter in cap.42. Gen. è veſtigio & proportionaliter ſequitur. Oleaſter verba illa fratrum Joſeph, nimirum: *Meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum* conſiderans dicit: *Optima conſideratio, cum ſenſeris pœnam culpæ meminiſſe ;* qui idem Author hanc Apoſtolorum interrogationem recolens, ſubjungit : *Licèt enim aliquando pœna ſine culpa hominis eveniat, nihil tamen mali eſt, ſi ſe propter culpam caſtigatum putet, ut in ſe aliquid emendandum corrigat.*

S.Thom. in Ioan. 2. S. Thomas nos duobus modis puniri dicit: nimirum vel pœnâ ſpirituali quæ animam tangit ; vel temporali, quæ afficit corpus : *Pœnâ quidem ſpirituali nunquam filius pro patre punitur* ; cujus ratio Ezechielis cap.18. aſſignatur, ubi dicitur, quòd anima
Ezech. 18.v.4. filii non fit patris, ſed Dei : *Omnes animæ meæ ſunt, ſicut anima patris, ita anima filii;* quod verò pœnam temporalem attinet, hac filius nonnunquam pro patre punitur, cùm quoad corpus, quædam ſit pars illius : *Quare autem uno peccato alius puniatur, ſciendum, quòd pœna duo habet : læſionem, & remedium ; nam aliquando abſcinditur membrum, ut totum corpus conſervetur, & ſic pœna hujus læſionem infert, in quantum abſcinditur : ſed remedium habet, in quantum conſervat corpus ; nunquam tamen medicus nobilius membrum abſcindit, propter conſervationem minus nobilis, ſed è converſo. In rebus autem humanis anima nobilior eſt corpore, & corpus nobilius exterioribus rebus, & ideo nunquam ſit, ut aliquis propter corpus in animæ puniatur ; ſed potius in corpore propter remedium animæ.* Quot naſcuntur claudi, cæci, ſurdi, pauperes, qui ſi ſani, divites, aut videntes fuiſſent, damnarentur ; nunc autem miſeriam ſuam patienter ſupportando, ſalvantur : Unde S. Thomas concludit : *Quandoque Dominus irrogat pœnas corporibus, vel rebus exterioribus propter remedium bonum animæ, & tunc homini pœnæ non inferuntur, ut læſivæ tantùm, ſed ut purgativæ in remedium.* S.Bonaventura ſimilem quoque diſtinctionem adducit, dum ait: *Pœnâ æternâ non punitur quis pro peccatis parentum, niſi fuerit imitator, & tunc punitur pro peccatis propriis ; pœnâ tamen temporali, quæ poteſt eſſe utilis ad vitiorum excluſionem, & meritorum augmentationem, non eſt inconveniens quòd puniatur.* S.Thom. in Ioan. S. Bona. in Ioan.

3. S. Auguſtinus in decurſu quodam, quem de hoc cæco inſtituit, oſtendit, quòd is, tametſi cæcus fuerit, multarum tamen tranſgreſſionum potuerit eſſe reus; ita enim ſcribit: *An quia oculos clauſos habebat, concupiſcentia minimè vigilabant ? Quanta mala committunt cæci ! à quo malo abſtinet mens mala etiam clauſis oculis ? non poterat videre, ſed noverat cogitare, & concupiſcere aliquid, quod cæcus non poſſet implere, ſed in corde judicari à cordis perſcrutatore.* S.Aug. tr.44. in Ioan.

Verſus 3.

Neque hic peccavit, neque parentes ejus, ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo.

Neque hic peccavit, neque parentes ejus.

1. *Levitatem noſtram compeſcit*, inquit Rupertus Abbas, *ne quoties cum hujuſmodi privatione membrorumque aliqua deformitate aut diminutione natos aliquos conſpicimus, noſtram in illis carnem deſpi-* Rup. Ab.

mus, temerarium jactantes judicium, quod vel propter parentum culpam hoc evenerit; ſed cunctos venerantes, miniſtremus illis tanquam veræ membris Chriſti, qui dicturus eſt nobis: Quamdiu uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Idem quoque Venerabilis Author aliud adducit motivum, quod cum eo, quod in præſenti eſt Evangelio, coincidit, nimirum ejuſcemodi defectus inſtrumenta eſſe declarat, quibus opera & gloria Dei manifeſtetur. Salmeron ait: *Solatur hoc verbum omnes, qui à nativitate vitium aliquod contraxerunt.*

Salm. to.6 tr. 39.

2. Satis eſt veriſimile, quòd tam hic cæcus, quàm parentes ejus, utpote qui in populoſo eo ſæculo, quo filius Dei incarnatus fuit, divinæ legi adeò rebelli nati fuerant, multorum fuerint peccatorum rei; veruntamen Chriſti proprium eſt illa abſcondere & contegere: *Charitas operit multitudinem peccatorum;* atque ideo ipſum non in pœnam peccatorum ſuorum cæcum natum fuiſſe dixit, ſed ob alios fines longè diverſos. Dum germani Joſephi Patriarchæ fratres ſuum coram eo ſcelus mente recolerent, ipſe tanquam vir ſummâ prudentiâ & charitate præditus ea contexit, dicendo: *Pro ſalute veſtra miſit me Dominus ante vos in Ægyptum.*

1. Pet. 4. v. 8.

Sed ut manifeſtentur opera Dei in illo.

Toletus.

3. Conſiderat Toletus, quòd Deus ab unoquoque noſtrûm, qui ſumus peccati prothoparentum noſtrorum conſortes, in peccati originalis pœnam, qualemcunque expoſcere poſſit cruciatum & infirmitatem; unde fit, quod etiam parvuli, qui actualiter nunquam peccaverunt, multis infirmitatibus, imò & morti ipſimet videantur ſubjecti; quòd autem omnes, qui æqualiter debitores ſumus, non æquali pœnâ afficiat, id opus ſingulare eſt miſericordiæ ejus: *Cùm ágitur hùic cæcitatem immiſit, propter divinam gloriam, non eſt factum ſine juſtitia, cùm majora potuiſſet infligere propter peccatum ejus, & parentum; ut autem aliquid juſtè fiat, ſatis eſt, ſi ſine injuſtitia, quamvis non propter juſtitiam fiat.* Pro cujus majori evidentia exemplum adducit creditoris alicujus, qui multos habet creditores, à quibus tamen ex ſolo compaſſionis motivo, debita non exigit: *Si contingat aliquando pro his, quæ ad ſuum pertinent honorem, partem debiti ab uno exigere injuſtè non facit, quia majora ille debebat.* Secunda ratio, ex qua oſtendit, quòd nullam illi, adverſitates aut infirmitates ei immittendo, faciat injuriam, eſt, quia quando Deus alicui cæcitatem, ſurditatem, paralyſim, vel alias ſimiles infirmitates immittit, nihil illi aufert, quod jure aliquo ipſius eſt, quia ſanitas & integritas corporalis nulli in ſtatu peccati ex naturæ lege debetur, & ſi illâ de facto fruamur, donum eſt ipſius gratuitum: *Quando ergo alicui non dat viſum, aut ſanitatem, aut longam vitam, non aufert debita, ſed non donat quæ donare potuit, hæc non eſt injuſtitia, ſed donationis ſuæ terminus.* Tertia ratio eſt, quia tametſi nulla in infirmo eſſet tranſgreſſio, illique ſanitas ſtricto jure deberetur, non tamen immiſſus ei morbus injuſtitiam aliquam, ſed ſummam potius juſtitiam argueret: quia ſi homines libenter amore boni publici, ſe libenter vitæ & facultatum jacturæ ſubmittunt, ipſique Principes ſubditos ſuos ſtragi & internecioni pro reipublicæ defenſione in bello exponunt: *Multò potiori jure in hoc caſu juſta eſt cæcitas, quam paſſus eſt iſte, non ſolùm pro communi bono, id eſt, pro fide in Chriſtum concilianda, in qua ſalus hominum eſt, ſed etiam pro Dei honore & gloria, ut Deus ipſe glorificetur ab hominibus.* Martyres ſe felices terque beatos exiſtimabant, quando in fragilibus corporibus ſuis aliquod pro fidei Chriſti teſtimonio edendo, conſtantiæ, fortitudinis, & heroicæ virtutis ſpecimen prodere potuerunt. Unde Toletus de hoc cæco ita concludit: *Non ſolùm ergo injuſtitia non eſt, ſed ſi fieri poſſet, ut ipſi ante cæcitatem dicerentur: Ecce cæcitas hæc futura eſt pro Dei gloria, & pro manifeſtatione veræ fidei, tenebatur ille ex juſtitia acceptare; nam plus eſt vita, quàm viſus; & majus malum mors, quàm cæcitas: & tamen Martyres pro fide & gloria Dei obligabantur mortem ſubire.* Quarta, quam adfert, ratio, nequaquam eſt aliis inferior; liquidem dato etiam, quòd nulla prædictarum rationum concurreret: *Adhuc injuſtitia non eſſet, nec injuria alia;*

quia

quia per hanc cæcitatem conſecutus eſt multo majus bonum, nempe viſum mentis per fidem, & vitam animæ; ſi enim medicus vulnerat corpus, propter ſanitatem corporis; quid mirum, ſi Deus id faciat propter ſanitatem animæ.

Chryſo. hom. 55. in Ioan.

4. Chryſoſtomus hunc in modum diſcurrit: *An non aliter poterat gloria Dei manifeſtari? Quid ni; neque enim dicit: Non potuiſſe, ſed & in hoc ut manifeſtaretur; ergo injuriam propter Dei gloriam accepit? Quam injuriam, dic quæſo, etiamſi eum non produxiſſet, aut formaſſet?* Pergit idem ſanctus Doctor ulteriùs, & præcedentem illam cæcitatem magno ei beneficio fuiſſe oſtendit: *Vidit enim interioribus oculis. Quid oculi Judæis contulerunt? Majus ſupplicium, cùm videndo cæci eſſent. Quid cæcitas huic obfuit, propter quam vidit?* Hugo Cardinalis inquit: *Beneficium eum accepiſſe ajo à cæcitate, interioribus enim oculis aſpexit, quod non Judæi.* Denique ſolum peccatum malum denominari poſſe concludit: *Peccatum duntaxat malum.* Quot fuêre homines perſpicaciſſimo lumine præditi, qui tamen ad tenebras fuêre condemnati! Quot econtra oculorum laborârunt caligine & cæcitate, qui tamen nunc irretortis illum ſolem aſpiciunt oculis, qui tribus luminibus in una luce reſplendet! *Peccatum ſolum malum eſt,* inquit S. Bonaventura, *Cæcitas verò non eſt malum, ſcilicet exterior, ſed interior.*

Hugo Card.

S. Bona. in Ioan.

5. Porro qualis in hac cæcitate, operum Dei manifeſtatio facta fuerit, Toletus his verbis exponit: *Ut opera divinitatis meæ in ea cæcitate expellenda mundo manifeſtentur, ut me Deum eſſe, in eo ſanando oſtendam, quia tale opus faciam, quod à ſolo Deo eſſe poteſt.* Janſenius omnia, quæ in hac hiſtoria referuntur, ad magnificandam Chriſti gloriam mirificè ſervire dicit: etenim ipſe cæcus plurimis notus erat, idque cauſa fuit, quòd miraculum iſtud ad majorem venerit hominum notitiam. Innotuit etiam benignitas Salvatoris, qui non divites, ſed pauperes mendicos curabat, à quibus nihil præmii aut lucri ſperare poterat. Denique hominem hunc curavit abſque eo, quòd ipſe vel minimùm id ab eo poſtulaſſet.

Toletus.

Janſen.

Dion. Cart.

6. Dionyſius Carthuſianus multas exa minat cauſas, propter quas Deus nos in hac vita affligit, & caſtigat, eaſque omnes ad quinque præcipuas reducit. Nimirum: propter peccata, ut ab illis hic purgemur, noſque emendemus; ob eorundem pœnam & ſupplicium, quando in iis obſtinati ſumus, ut hac ratione in hac præſenti tormenta inferni ſuum habeant exordium; pro majori incremento meritorum, & probatione virtutum, prouti Jobo pariter & Tobiæ accidiſſe legitur: propter vigilem cuſtodiam donorum & bonorum ſpiritualium, ne extollamur & inflemur; denique, ut in tribulatorum patientia, eorundemque cordiali lætitia, nec non in miraculis Chriſti magis nonnunquam appareat æterni Patris ſui gloria, prouti in hoc cæco verè accidiſſe conſtat. *Diſcimus hinc*, inquit Cajetanus, *mala pœnæ à Deo infligi, quandoquidem ad manifeſtandam gloriam ipſius Dei, nec in hoc injuriam facit Deus alicui, qui propter majus bonum ſic diſponit*: imò ſi nullum ex tribulationibus & ærumnis aliud enaſceretur bonum, hoc ſaltem permagnum & inæſtimabile cenſeri meretur, quòd ſcilicet ſciamus, quòd hoc lutum, quale homo eſt, inſtrumentum tale ſit, quod ad Dei Creatoris, Redemptoris & benefactoris ſui gloriam & honorem cooperari poſſit. Quænam eſſe poteſt hominis alicujus Chriſtiani major gloria, quàm quòd miſeriæ, quæ peccatorum ſuorum effectus ſunt, quæque aliunde huic naturæ corruptæ annexæ ſunt, & connaturales eidem, ad finem quendam adeò divinum, qualis eſt honor & gloria veri Dei eleventur?

Cajet.

7. S. Thomas de Aquino hoc loco obſervat, quòd *Per opera Dei in ejus cognitionem ducimur, cognitio autem Dei eſt ſummum bonum hominis, cùm in ea conſiſtat hominis beatitudo, Joan. cap. 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te; ſi ergo infirmitas contingit, ut manifeſtentur opera Dei, & per ipſorum manifeſtationem Deus innoteſcit, manifeſtum eſt, quòd homini corporales infirmitates contingant propter bonum.*

S. Thom. in Ioan.

Joan. 17. 3.

8. S. Cyrillus Alexandrinus conſiderat, quòd Medici alicujus præſtantia exinde vel maximè agnoſcatur, ſi infirmitatem deſperatam curare prævaleat: *Et quis in eo medici, qui eum curavit, vim non admirabitur:*

S. Cyril. l. 6. in Ioan.

Miſera-

Miserabilis homo ille à nativitate cæcus, omnisque humani remedii incapax erat; præterea si medicamentum, quo usus est, & modum quo ei oculorum impertitus est lumen, consideretur, quis cœlestis hujus Prothomedici sapientiam non obstupescat?

9. Chrysostomus ingenioso quodam artificio oculum nobis describit, tanquam unum ex præstantioribus operibus, quæ supremus hic artifex unquam produxit. Et ideò in hoc opere omnipotentia & sapientia Dei specialiter manifestata fuit. Ita enim sanctus ille Doctor loquitur: *Universæ creaturæ homo est præstantissimus; & inter membra nostra oculus; propterea non simpliciter, sed hoc modo oculos effinxit, quæcunque in nobis sunt, divinæ sunt sapientiæ indicium, multò magis oculus, qui totum corpus gubernat & regit. Quod sol mundo, hoc oculus corpori; extincto sole, omnia perduntur & gubernantur, ita amissis oculis pedes inutiles sunt, & manus, & animus, corrumpitur enim cognitio, his enim Deum cognovimus: invisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ sunt intellecta, conspiciuntur, non enim corporis lucerna tantùm oculus est, sed animæ potiùs; quare ut regio quodam loco in altiore corporis parte sedem sortitus est, & cæteris præfertur sensibus.* Chryso. hom. 55. in Ioan.

Versus 4.

Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari.

Me oportet operari opera ejus.

1. Salvator noster de miraculis suis loqui hoc loco intendebat, quæ in terris nobiscum in carne mortali vivens edicturus erat. Lucas Burgensis ait: *Intelligit potissimùm miracula edenda divinâ virtute, quibus homines adducantur ad fidem in Christum, & consequenter salutem, inter quæ inprimis habet hujus cæci illuminationem.* Theophylactus per opus ejus fidem Evangelii & Ecclesiæ intelligit, quam in mundo plantare volebat: *Opus Dei fidem nominat.* Beda quasi idipsum his verbis docet: *Quæ sunt opera Domini, propter quæ venit filius Dei in mundum, nisi cæcitatem generis humani illuminare.* Luc. Burg. Theoph. V. Beda.

2. Per hæc Dei opera intelligi quoque potest divinæ pietatis & misericordiæ suæ erga miserabiles exercitium: *Miserationes ejus super omnia opera ejus*; unde Rupertus Abbas ait: *Notandum, quòd lux mundi non expectavit, ut clamaret tale quid, dicens: Miserere mei, Marci 10. v. 48. sed ultrò naturæ indigenti se accommodavit, & gratuito beneficio tacenti subvenit; nam hoc ad opera Dei manifestandæ pertinuit.* Ps. 144. 9. Rup. Ab. lib. 9. in Ioan. Marc. 10. v. 48.

Qui misit me.

3. Hugo Cardinalis ait: *Non opera nostra debemus agere, sed mittentis, & ad honorem ejus*; cui consonat, quod advertit Lucas Burgensis, dicens: *Ut ipso missionis nomine declararet, nimirum non gloriæ cupiditate, sed necessitate præceptis se facere.* Hugo Card. Lucas Burg.

Donec dies est.

4. Interlinearis hæc verba ita glossat, ut sit sensus: *Dum sum in mundo, id est, ex præsentia mea in mundo.* S. Bonaventura per diem humanitatem & incarnationem ejus intelligit, utpote quæ in S. Joanne per diei metaphoram exprimitur, Christus enim dicit: *Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum*; unde verba illa hunc sensum habent ex mente Lyrani: *Quamdiu sum præsentialiter super terram in humanitate assumpta*; sicut enim sol in nostro horizonte constitutus causa est diei, ita præsentia Christi veri justitiæ Solis super terram. *Fecit quandam diem gratiæ spiritualem*; & quidem dies iste ab ejus nativitate, ad usque Ascensionem ipsius duravit; quia verò luminosum hunc gratiæ diem ad finem usque sæculorum durare voluit, ipseque una per humanitatem suam, quam ad Patris dexteram collocaturus erat, visibiliter nobis subtrahendus erat, ideo modum per sapientiam suam adinvenit, quo nobiscum in Augustissimo altaris Sacramento, verè quidem, sed invisibiliter remanere ad finem usque sæculi posset. Interli. S. Bona. Joan. 8. 56. Lyran.

5. Dionysius Carthusianus Christum etiam post Ascensionem suam in cœlum, ab æterni Patris sui operibus nunquam destitisse dicit: *Verùm quoniam Christus etiam post Ascensionē operabatur opus nostræ salutis, mittendo Paracletū, & per Apostolos faciendo miracula, & per eos & aliōs multos illuminando & convertendo, quod* Dion. Cart.

quod & nunc egit, & uſque ad ſæculi finem facturus eſt, ideò poteſt hoc modo exponi: Me oportet operari opera ejus, qui miſit me, hoc eſt, miſeris ſubvenire, peccatores convertere, infirmos ſanare, electos cuſtodire, donec dies eſt, hoc eſt, durante tempore gratiæ, ſeu vitæ præſente ſub Evangelica lege. De hoc die Iſaias prædixit, dum ait: *In tempore placito exaudivi te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi.* Et Apoſtolus ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.*

Iſa. 49. 8

2. Cor. 6. 2.

6. Chryſoſtomus nobis conſequentiam quandam, quam ex hiſce verbis deducere poſſumus, inſinuat, dum ait: *Quam habet conſequentiam? ſanè magnam; tale enim eſt quod ait: Donec dies eſt, dum licèt hominibus in me credere, dum hæc durat vita, laborandum eſt.* S. Bonaventura quoque hanc eandem inde deducit moralitatem, eamque ex hiſce præcipuè motivis: *Propter temporis brevitatem, & ejuſdem ad operandum idoneitatem, & propter finis vitæ incertitudinem, & mortis ſubitationem, & operandi poſt mortem impoſſibilitatem; ecce breves anni tranſeunt, & ſemitam per quam non revertor, ambulo.* Dionyſius Carthuſianus quoque ſimile prorſus monitum nobis ſuggerit: *Non ergo*, inquit, *indulta pœnitentiæ opera negligamus; non diem aliquem infructuoſè perdamus, ſed juxta Salomonis doctrinam: Quodcunque poteſt manus noſtra, inſtanter operemur.*

Chryſ. hom. 55. in Ioan.

S. Bon.

Dion. Cart.

Venit nox, quando nemo poteſt operari.

7. Quid de hac nocte dicemus, inquit S. Auguſtinus, in qua nemo amplius poterit operari? *Nox illa impiorum erit, nox iſta eorum erit, quibus in fine dicetur: Ite in ignem æternum,* &c. *Nox eſt, profecite eum in tenebras exteriores; operetur ergo homo, dum vivit, ne illâ nocte præveniatur.* S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Diem corporeæ vitæ tempus nominat, noctem diem mortis.*

S. Aug. tr. 44. in Ioan.

S. Cyril, Alex. l. 6 in Ioan.

8. S. Thomas Aquinas in ſenſu ſpirituali duo diſtinguebat genera noctis: *Una per ſubtractionem actualis gratiæ, quam inducit peccatum mortale, & quando hæc nox venit, nemo poteſt operari opera meritoria vitæ æternæ.* Albertus Magnus ait: *Solis juſtitiæ lumen tunc non juvat ad operationem: alia nox eſt conſummata, quando non ſolùm privatur actuali gratiâ quis per peccatum mortale, ſed etiam facultate adipiſcendi per æternam damnationē in inferno, ubi profunda nox eſt.*

S. Thom. in Ioan.

Alb. M.

Verſus 5.

Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi.

1. *Mundum illuminans*, inquit S. Bonaventura, *& ſic diem faciens; lux venit in mundum.* S. Thomas per hanc lucem gratiam intelligit: *Lux ſum mundi ſpiritualiter per gratiam; ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vitæ; iſte dies uſque ad conſummationem ſæculi extendetur.* Dionyſius Carthuſianus autem Chriſtum principaliter de eo tempore, quo in carne mortali nobiſcum vivebat, loqui intendiſſe exiſtimat, ut ſit ſenſus: *Hominum corda illuſtro verbo prædicationis, exemplo converſationis, ſignis divinæ virtutis.* Pergit verò idem Extaticus Doctor ulterius docere hanc lucem Eccleſiæ nunquam penitus defuiſſe, poſtquam hic ſol juſtitiæ in cœlum aſcendit: *Eſt autem in hoc mundo inferiori, & cum fidelibus per majeſtatem deitatis, per Sacramentum proprii corporis & ſanguinis, atque per ſpiritualem inhabitationem, qua mentes devotas per charitatem, & cætera gratiæ dona inhabitat.* Toletus conſiderat, quòd dum ſol ad aliud hemiſphærium tranſcendit, terram lunâ mediante illuminet, utpote cui hunc in finem lucem ſuam communicat: *Sic Chriſtus donec inter nos fuit, per ſe docuit & verbo, & opere, & abſens per lunam, quæ eſt Eccleſia ab ipſo illuminata.*

S. Bonav.

S. Thom. in Ioan.

Dion. Cart.

Toletus.

Verſus 6.

Hæc cùm dixiſſet, exſpuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus.

Hæc cùm dixiſſet, exſpuit in terram.

1. Nunquid majoris potentiæ indicium fuiſſet, ſi illum unius tantùm verbi pronuntiatione illuminaſſet; cur igitur in terram exſpuendo lutum hoc fecit? *Sputo illuminat*, inquit ſanctus Thomas, *ut oſtendat, quòd virtute à ſe egrediente hoc faciebat, ut in nulli alteri rei miraculum adſcribatur.*

S. Thom. in Ioan.

Hugo C. 2. Hugo Cardinalis hoc ſpuere Chriſti, quod antequam miraculum ederet, præmiſit, in myſtico ſenſu hoc modo exponit: *Deus in terram exſpuit, cùm in mundum divinitas deſcendit, & ſic de ſaliva lutum fecit, quando Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis; ſaliva enim eſt Dei ſapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodivit; terra eſt caro Chriſti, lutum ex ſputo & terra, eſt Chriſtus in utraque natura, Deus ſcilicet & homo; in hujus fide cæcus, id eſt, humanum genus, vel gentilis populus à cæcitate infidelitatis, & peccato liberatur.* Incarnatio etenim Verbi humani generi, quod propter idolorum adorationem cæcum erat, lumen & agnitionem veri Dei contulit.

S.Cyril, Alex.l 6 in Ioan. 3. S.Cyrillus dicit, quòd licèt per ſolius vocis imperium ſolitus fuerit Dominus facere quidquid volebat: attamen *Etiam loculo manus admovit;* ſed quo putas fide id fecit? *Probans etiam corpus ſuum vivificum vim & poteſtatem habere: ſic & hoc loco illinit ſputo, docens & corpus ſuum vel exili tactu, lucem poſſe conciliare, corpus eſt etenim veræ lucis;* nimirum notum voluit eſſe omnibus, cujus virtutis ſacroſanctum & divinum ejus corpus eſſet, adeo ut & ſputum illius mirabili eſſet efficaciâ præditum, quod aliàs in nobis viliſſimum eſt excrementum.

4. Facies Redemptoris noſtri in nocte Paſſionis ejus turpi & fœtenti Judæorum ſputo defœdari debebat; ſputo igitur ſuo hunc à nativitate cæcum ſanare voluit, inquit S. Aſterius: *Ut deteſtari faciat eos, qui illum paulò pòſt ſputis fœdabant*; quàm enim deteſtabile erga ingratitudinis ipſorum facinus, qui ſputis & fœtentibus ſalivis ſuis defœdant illum, qui paulò antè cuidam convivium ipſorum cæco per ſputum ſuum dederat lumen?

S.Aſter. in cat. Græc. ad c. 18. Lucæ.

5. Sputa faciem deturpantia, ignominiam præfigurant & vilipendium, quo nonnunquam illa infallibilis Dei providentia nos affligi permittit & tribulari; quæ tamen eadem Dei providentia hanc nobis immiſſam infamiam ad hunc præcipuè ſcopum & finem ordinat, ut videlicet lumen & agnitionem Dei, quam paulò antè amiſeramus, denuo recipere poſſimus: *Implefacies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine.*

Pſ.82.17

6. Hugo Cardinalis ſputum hoc in alio ſenſu exponit, dum per illud peccati deteſtationem intelligit: *Quod eſt, quando peccator deteſtatur peccatum: per ſputum intelligitur exſpuitio, ſive exprobratio peccati; fecit lutum ex ſputo, quando ex ipſa exprobratione peccati apparet ipſa immunditia peccati; & linivit lutum ſuper oculos ejus, quod eſt, quando ipſa vilitas peccati cum diligentia magna oſtenditur peccatori.*

Hugo Card.

7. S. Antonius de Padua pulcherrimam nobis quoad correctionem fraternam faciendam, tradit doctrinam, dum ait: *Datur nobis forma corrigendi proximum, qui de ſputo ſapientiæ, quod procedit à capite, id eſt, mente, debemus facere lutum, id eſt, mentionem & memoriam de peccato; & oculos linire, id eſt, benignè facere proximum ſe recognoſcere, non pungere vel vulnerare, ſed linere, & tunc ipſum mittere ad natatoria Siloë, id eſt, ad aquam pœnitentiæ.*

S.Ant. de Pad. ſer. in hac fer.

Et fecit lutum ex ſputo.

8. Idem Sanctus obſervat, quòd juxta expoſitionem S. Auguſtini, per ſalivam, quæ ex capite deſcendit, Sapientia denotetur increata, quæ derivatur à Patre: Eccleſiaſt. *Ego ex ore Altiſſimi prodii;* terra verò, humanitas aſſumpta; lutum verò eſt unio naturæ humanæ cum divina: *Iſtud lutum impoſuit Deus oculis humani generis, dum fidem ſuæ divinitatis & humanitatis eos docuit, & circa eam inſtruxit.* Veruntamen totum hoc ad veri luminis acquiſitionem non ſufficiebat, niſi inſuper homo ille cæcus natatoriam Siloë, id eſt, Baptiſmum accederet. Quod idem myſterium Rupertus Abbas verbis valde ſignificantibus expreſſit: *Quid enim aliud nobis manifeſtatur in iſto cæco per illud, quod exſpuens Dominus Jeſus in terram lutum fecit ex ſputo, & linivit ejus oculos, niſi hoc ſpectabile & gratioſum opus divinæ gratiæ, quòd Verbum ſuum pulvereæ naturæ hominis unitum, nobis gentibus prædicari voluit.*

S.Ant. de Pad. S.Aug. tr.44. in Ioan.

Rup.Ab. lib.9. in Ioan.

9. Memorandum porro eſt, quòd Apoſtolus ſupremum mundi hujus architectum in figulo quodam cretæ & luti præfiguret: *An non habet poteſtatem figulus luti, &c.* In Jeremia pariter ſcribitur: *Sicut lutum in manu figuli, ſic & vos in manu mea*; dicit igitur

Rom. 9. 21. Ier.18.6.

Et linivit lutum ſuper oculos ejus.

Alb.M. igitur Albertus Magnus: *Lutum materiam ſubſtantiæ noſtræ deſignat.* Utique Dei filio pro hujus illuminationis inſtrumento alia quædam materia purior & nobilior minimè deerat; & tamen luto hoc, & non aliâ materiâ excellentiori uti voluit, ad denotandum ſe illum ipſum eſſe, de quo David ait: *Pſ. 118. 73.* *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me. Qui majores ſubſtantias de nihilo*, inquit Chryſoſtomus, *ad eſſe produxit, multò magis oculos ſine materia feciſſet; ſed voluit docere ſeipſum eſſe Creatorem, qui in principio uſus eſt luto ad hominis formationem; ideo autem non aquâ utitur ad lutum faciendum, ſed ſputo, ut nihil adſcribatur fonti.* S. Thomas eandem aſſignat rationem, dicens: *Lutum fecit ex ſputo, ut oſtenderet ſe membra homini deficientia poſſe formare, qui formaverat totum primum hominem; unde ſicut primum hominem de luto formavit, ita lutum fecit, ut formaret oculos cæci nati.* Toletus Chriſtum exiſtimaſſe dicit operæ pretium futurum, ſi partem corporis defectibilem in hoc cæco per lutum denuo repararet: *Ut dum eâdem materiâ utitur ad partem reparandam, videatur ille eſſe, qui de eadem materia totum fecit.* Adducitque expertiſſimi cujuſdam artificis ſtatuarii exemplum, qui in pulcherrima à ſe affabrè exſculpta ſtatua, aliquam illius partem imperfectam relinquit, ut hac ratione ipſe tanquam verus illius author ab aliis agnoſcatur, utpote quam nullius alterius artificis peritia ad perfectionem valet, aut præſumit perducere. *Sic fecit Chriſtus in hujus hominis creatione, reliquit oculos imperfectos, quos nulla ars, nulla vis naturalis potuit perficere, etiamſi ad multos annos imperfecta exſpectaverit ſupervenit tandem ipſe artifex, & perfecit, eâdem materiâ utens, qua à principio uſus fuerat, & hac ratione ſe totius hominis authorem manifeſtavit.* Chryſologus partim ad ejuſdem alludit conceptum, dum ait: *Chriſtus imponit lutum ut creante manu inde ſuppleret homini lumina, unde hominem fecerat totum.* S. Irenæus ait: *Oſtendens antiquam plaſmationem & manum Dei oſtendens, nec jam alteram requiremus manum, nec alterum patrem ſcientes.*

Toletus. *Chryſol. ſer. 176.* *S. Iren. l. 5. c. 15.*

10. Lucas Burgenſis extra omnem ambiguitatem poſitum eſſe dicit, quia Salvator vel per ſe immediatè, vel mediantibus Apoſtolis ab hoc cæco quæſierit, an lucem ſibi communicari deſideraret; & quidem veriſimile eſt hoſce Apoſtolos ei indicaſſe præſentem eſſe famoſum illum Thaumaturgum, cujus utique per famam audierat egregia miracula, ac conſequenter eum ad ſollicitandum exſtimulaſſe, utpote qui ad ipſum illuminandum eſſet promptiſſimus: *Nec minus dubitandum, quin cæcus reſponderit, nihil optatius ſibi poſſe contingere;* neque enim cæcus ille ſuos ſibi oculos luto deformari paſſus fuiſſet, niſi ſpem firmam concepiſſet recipiendi luminis: *Quomodo paſſus fuiſſet cæcus oculos ſibi obliniri fœdarique luto ſi ex improviſo Jeſus nihil tale cogitantem affeciſſet.* *Lucas Burg.*

11. Chryſoſtomus Chriſtum per remedia viſui totaliter contraria cæcum hunc illuminaſſe advertit: *A contrariis in cæco operatus eſt Chriſtus, cui cùm mederi vellet, per rem oculis contrariam fecit, quippe cui lutum impoſuit, & à cæcitate liberavit.* Salmeron ad id probandum, alia in medium adducit facta ſimilia; ſicut dum ſuper apoſtema Ezechiæ maſſam ficuum applicari juſſit, dum per ſalem in amaras aquas Jerichuntinas conjectum, eaſdem indulcoravit; nec non per lignum in aquas Maro, quas Hebræi à Loën manaſſe ſcribunt, projectum: *Luto ad excæcandum potius apto,* inquit Toletus, *lucem reſtituit.* Janſenius ait: *Iis rebus ad aperiendum huic cæco oculos uſus eſt, quibus nemo dubitare potuit hujuſmodi virtutem non ineſſe, imò quæ potius cæcitatem afferre notæ eſſent.* Albertus Magnus quoad oculorum fabricam, quandam refert Platonis & Ariſtotelis opinionem: *Secundùm Platonem oculi ex igne; ſecundùm Ariſtotelem ex aqueo limpido conficitur oculus; & ignis quidem fulgor caligat ex luto, & aquæ limpiditas turbatur, ut per contrarium naturæ divina virtute ſanatus eſſe intelligatur.* Voluit nimirum, ut intelligeremus lumen hoc non luto, ſed ſuperhumanæ & divinæ ſapientiæ & omnipotentiæ ſuæ attribuendum eſſe. Chryſoſtomus ait: *Chryſ. hom. 4. in ep. ad Cor.* *Salm. t. 6. tr. 39.* *Toletus.* *Janſ. c. 28.* *Alb.M.* *Chryſ. ho. 4. c. 1.*

Ut igitur per lutum cæcum curavit, ita etiam orbem terræ per crucem allexit, quæ ſcandali incrementum, non abolitio videbatur. Per mortem namque vivificavit univerſum genus humanum : *Salutem humani generis in ligno Crucis conſtituiſti, ut unde mors oriebatur, inde vita reſurgeret.*

12. Ex quo per cæcum hunc populus gentilis luce Evangelii & fidei Chriſti illuſtratus intelligitur, aptè Salvator ſputo, terrâ & luto uti voluit, ut myſterium quoddam nobis utiliſſimum inſinuaret, nimirum quòd ad lumen Evangelii gentibus communicandum uti noluerit Philoſophis, Oratoribus, Principibus, vel Monarchis, ſed vilibus idiotis, & abjectis piſcatoribus : *Videte vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia.* Quænam obſecro materia vilior eſſe poteſt luto ? aut quæ creatura pulchrior eſt aut nobilior luce ? & tamen increata Sapientia modum adinvenire novit, oculum, partem nimirum humani corporis ſpectabiliorem, magiſque conſpicuam, & lucem illius formandi ex luto : *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* S. Franciſcus filius erat Bernardonis Aſſiſinatis, eratque omnium literarum, nobilitatis, aliorumque talentorum omnino expers, & tamen Deus modum novit, quo illum ad Seraphinorum chorum uſque ſublimaret, ſi verum eſt, quod de eo nonnulli crediderunt, quòd nimirum S. Franciſcus in Luciferi ſedem fuerit collocatus, & ſic deinceps de innumeris aliis diſcurrere licet, qui ex humili ſtatu à Deo ad ſublimia fuêre exaltati.

13. Dionyſius Carthuſianus dicit, Chriſtum per hoc miraculum modum nos docere voluiſſe, quo ad nos interius illuminandos uſus fuit : *Per exteriora iſta quæ fecit, inſinuavit, quomodo & ordine interior oculus illuſtretur. Exſpuitio in terram figuravit effuſionem divinæ ſapientiæ ſuper corda hominum ; lutum eſt cor humanum, quoniam ſenſus & cogitatio hominis proni ſunt ad malum, & ad terrena jugiter inclinantur, niſi cor ipſum divinâ gratiâ perfundatur, ac elevetur ; per linitionem luti iſtius ſuper oculos cæci deſignatur unctio ſpiritualis, quia Verbum incarnatum, vel homo quicunque divinâ ſapientiâ illuſtratus, docet intellectum fratris ſeu proximi ſui* ; eique ut ſe in aquis Siloë lavet, id eſt, cor ſuum ab omni caligine vitii & culpæ, in fonte vivo veræ ſapientiæ, id eſt, Chriſto mundet & purificet, imponit. S. Gregorius à S. Thoma citatus aliam aſſignat rationem, cur ſalivam cum terra miſcens, lutum fecerit : *Salivam*, inquit, *luto miſcuit, & cæci nati oculos reparavit, quia ſuperna gratia carnalem cogitationem noſtram per admixtionem ſuæ contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hominem ad intellectum reformat.*

14. Porrò de Tobia legitur, eum oculorum ſuorum lumen per ſtercus amiſiſſe hirundinum, quod ei ſuper oculos ceciderat ; hic autem idem oculorum lumen per terram & lutum generatur & producitur. Enimverò per ſtercus bona intelliguntur terrena, quibus adhæreſcimus. Unde Apoſtolus ait : *Omnia arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucri faciam* ; hoc verò ſtercus, id eſt, inordinatus iſte & nimius ad bona temporalia affectus in cauſa eſt, cur verum Dei lumen atque notitiam amittamus : DEUS autem per infinitam ſapientiam ſuam lumen iſtud nobis per lutum reſtituere novit, dum illud oculis ſuperimponit, id eſt, per agnitionem & notitiam, quam nobis de harum rerum terrenarum vanitate & inſtabilitate interius communicat. Formantur nonnunquam ab arte certa quædam perſpicialia, quorum vitra colorata ſunt ; & quidem ſi vitrum iſtud flavum eſt, v. g. omnia, quæ per talia perſpicialia cernuntur, flava quoque & ipſa, aut pro alio perſpiciliorum colore aliis quoque & ipſa eſſe videntur : hoc igitur modo Salvator noſter fecit ; nam ut miſerabilis hic cæcus lumen acciperet oculorum, perſpicilium quoddam ei ex luto formatum ſubminiſtravit, ut hac ratione omnia hujus mundi bona lutea illi eſſe viderentur ; vult enim Deus, ut quemadmodum David de mundanis dicit : *Statuerunt oculos ſuos declinare in terram*, ita quoque illam talem qualis revera eſt, id eſt, terram & lutum, & nihil aliud eſſe agnoſceret.

15. Salvator noſter per lutum cæcum illuminat, cùm tamen experientia nobis clarè demonſtret, quòd quilibet etiam minimus

1. Cor 1. v. 26. 27. & 28.

Luc. 3. 8.

Dion. Cart.

S. Greg. l. 8. Mor. c. 18. cit. in cat.

Phil. 3. 8.

Pſ. 16. 11.

nimus pulveris atomus viſum obfuſcet, ipſaſque oculorum pupillas hebetare faciat; ad inſinuandum nobis, quòd tunc vel maximè lumen animæ communicetur, quando in rebus hujus mundi cæci & ignorantes ſumus. Unde de Saulo dicitur: *Circumfulſit eum lux de cœlo*; & tamen idem *apertis oculis nihil videbat*: tunc enim, id eſt, in illa cæcitate conſtitutus, adeò illuminatus fuit, ut ex perſecutore factus ſit Apoſtolus, & Doctor gentium, qui ſuâ prædicatione & copioſâ doctrinâ hunc cæcum natum illuminavit, id eſt, gentiliſmum univerſum claræ Evangelii luce illuſtravit. Unde S. Ambroſius ait: *Inde Saulus deſinit videre ſæcularia, quia incipiebat audire divina.* Et ſanctus Bernardus in ſerm. quodam de converſione hujus Apoſtoli ita ſcribit: *Pauli felix cæcitas, qua malè quondam illuminati in prævaricatione, tandem in converſione oculi ſalubriter excæcati.* Qui igitur in conſpiciendis & appetendis hujus vitæ bonis argus fuit, talpa fieri debet, ſi viſus ei velut incentivum ad peccatum antea fuerit. S. Gregorius Nyſſenus ait: *Eſt autem cæcus is, qui multis oculis ad vana aſpicit.*

Act. 9. v. 3.

S. Ambr. lib. 2. de Abra. c. 9.

S. Bern. ſerm. 1. de Conv.

S. Greg. Nyſſ. ho. 8. in Cant.

16. Salmeron dicit, Salvatorem noſtrum lutum hoc oculis ſuperimpoſuiſſe, ut finis ſui memoriam ob oculos ſemper poſitam haberet: *Memento homo quia pulvis es.* Primùm etenim noſtræ ſubſiſtentiæ principium terra & lutum fuit: *Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ, quia memoriam mortis noſtræ & vilitatis nobis repræſentat.* In Apocalypſi de miſerabili illo homine, qui ſibi aurum ſemper ob oculos ponebat, nec alia de re, quàm de auro & argento ſomniabat, hæc verba legimus, *Dicis quia dives ſum & locupletatus, & nullius egeo*, qui utique clarè ſatis ſe cæcum & miſerabilem eſſe demonſtrabat: *Neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper & cæcus, & nudus.* Eodem tempore, quo ſancta mater Eccleſia nos theſauros congregare jubet: *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo*, ſimul etiam capita fidelium pulvere inſpergit, lutumque hoc oculis ſuperimponit dicens: *Memento homo quia pulvis es.*

Gen. 2. v. 7.

Apoc. 3. v. 17.

Matt. 6. v. 20.

17. Conſiderandum hoc loco etiam eſt, quòd in miſerabili hoc à nativitate cæco & mendico homine nulla fuerint oculorum organa, ſed quædam duntaxat concavitas oculorum. Unde Toletus ait: *Oculos appellat illam imperfectam oculorum partem, quæ erat in concavitate, in qua oculi eſſe ſolent*, adeò ut liberè aſſerere valeamus, quòd Salvator noſter humorem chryſtallinum, pupillas, tunicas, potentiam viſivam, & omnia alia ex luto produxerit; in quo facto ſupremus hic artifex docere nos voluit, quòd ad acquirendam perfectam Dei, noſtrique ipſius agnitionem, & verum notitiæ lumen, ſolum lutum ob oculos poſitum ſufficiat. Toletus ait: *Advertunt cauſam eſſe, ut per hoc induceretur homo in humilitatem; eſt enim ex pulvere terræ factus, qui eſt pars inutilior terræ, & fragilior.* Adducitque ſanctum Ambroſium ita ſcribentem: *Si volumus mentis noſtræ oculos ſanare, debemus lutum ſuper eos ponere, nempe conſiderare noſtram miſeriam, fragilitatem, imperfectionem & peccata, à cognitione enim ſui incipit Chriſtiana perfectio.* Conſideranda quoque eſt animæ noſtræ ingenua nobilitas, utpote quæ viva eſt ſacratiſſimæ Triadis effigies, luteo huic corporis noſtri vaſculo inſerta. Unde Nazianzenus exclamat dicens: *Haud equidem ſcio, quo pacto ſimul & imago Dei ſim, & cum cæno voluter?* Num fortè Deo purior aut nobilior materia præſto non erat, quàm lutum iſtud? At verò idem Sanctus protinus reſpondet, per infallibilem & errare neſciam divinam providentiam ita factum eſſe, ut animæ luteum hoc mortalitatis noſtræ pondus adjiceretur, ut humilis eſſet, nec unquam per ſuperbiam, ut Lucifero accidit, evaneſceret. *Hæc noſtra temperatio eſt, ut cùm imaginis dignitas nobis animos extulerit, pulvis eoſdem deprimat, contrahatque.*

Tolet.

Tolet.

S. Ambr. l. 3. de Sacra. c. 1.

Nazia. orat. 16

18. S. Antonius de Padua ex hiſce verbis moralitatem quandam adverſus illos deducit, qui natalium ſuorum nobilitate ſuperbientes alios contemnunt: *Remedium contra tales eſt ponere lutum ſuper oculos, id eſt, conſiderare fœditatem communem in ortu & in exitu tuo. Job 33. Ecce me, ſicut & te fecit Deus, & ex eodem luto ego quoque formatus ſum.* Omnes quoque tales ſanctus hic prædicator ad natatoriam Siloë dimittit, id eſt, *ad fluvium humilitatis, quæ ſunt aquæ currentes.*

S. Ant. de Pad.

Job 33. 6.

Verſus 7.

Et dixit ei : Vade , lava in natatoria Siloe (quod interpretatur Miſſus) abiit ergo , & lavit, & venit videns.

Et dixit ei : Vade, lava in natatoria Siloe.

S. Ant. Pad. 1. S. Antonius Paduanus aquam hanc ex altera parte civitatis ſituatam fuiſſe, & Salvatorem cæcum hunc adeo procul amandare voluiſſe dicit : *Ut tam corporalem defectum, quam ſpiritualem medicinam omnes poſſent aſpicere.*

Tolet. Toletus aquam hanc ad integrum miliare ab urbe remotam fuiſſe aſſerit, dicitque: *Id factum ut miraculum Chriſti divulgaretur, homo enim cæcus mediâ civitate luto oculis impoſito incedens , omnium pertranſeuntium oculos ad ſe convertebat, quos veniens & revertens cum viſu , teſtes oculatos facti habebat.* Hanc eandem rationem

S. Thom. in Ioan. S. Thomas diu antè expreſſit, dicens: id factum *ad confutandam Judæorum duritiam.*

Chry. hom 46. in Ioan. Chryſoſtomus quoque ait : *Multos viæ longitudine teſtes, & diligentiores ſpectatores rei inſolentia comparat, ut attentiores facti, jam non poſſent, an is eſſet, dubitare.*

S. Thom. in Ioan. 2. S. Thomas in laudem cæci hujus aliud quoddam nobis motivum ſubminiſtrat : *Ut commendaretur cæci obedientia & fides ; frequenter enim fortè lutum in faciem receperat, frequenter in natatoria Siloe ſe laverat , & tamen non viderat ; unde potuiſſet dicere: lutum ſolet magis excæcare , & multoties me ibidem lavi, & nullo ſum adjutus.*

Rup. Ab. l. 9. in Ioan. 3. Quod verò myſterium attinet, hæc eſt Ruperti Abbatis ponderatio, quòd videlicet Salvator cæcum hunc non ſtatim poſt impoſitum oculis ipſius lutum, videre poſſe voluerit, ſed tunc pridem illuminatam fuiſſe, quando, ut oculos abluеret, ad aquas illas conceſſit, quia *omnia in figura contingebant. Verùm ubi cæcis oculis hoc lutum illitum eſt, id eſt, incarnatio filii Dei prædicata & credita eſt, non ſtatim eodem , quamvis credulò auditu cæcus illuminatus , & viſione Dei , quam in Adam perdidit, factus eſt dignus , niſi ad fontem lavacri Catechumenus accedens , baptizaretur in nomine Patris , & Filii , & Spiritûs ſancti ; aliter quippe lumen oculorum noſtrorum Spiritum ſanctum nemo noſtrûm accepiſſet in remiſſionem peccatorum.* Unde aptiſſimè ad propoſitum noſtrum Nazianzenus Baptiſmum hoc epitheto condecorat : *Baptiſmum illuminationem appellamus, quia ſanctum per eum ſanctam illam lucem intueremur, atque ad divinum numen intuendum oculorum acie pollemus.* *Nazia. orat. in Sanct. Bapt.*

4. Toletus aliud quoddam hic exponit myſterium , dicitque Chriſtum in perſona hujus cæci, id quod per ſuum in hunc mundum adventum Judaiſmo ipſum recipere abnuenti eventurum erat , adumbrare voluiſſe , nimirum quòd poſt ejus adventum magis excæcandi forent, quàm anteà , quia niſi cæcus ille ad Siloë aquas properaſſet , non ſolùm oculorum ſuorum expeditum lumen nunquam comparaturus fuiſſet, verùm etiam oculi ejus in longè deteriori futuri fuiſſent conditione, quam anteà , eò quòd luto eſſent illiniti : *Talis fuit adventus Domini his, qui eum non receperunt, nec venerunt ad Siloe, id eſt, Chriſtum, miſſum à Deo, obdurati enim magis , & cæcitate obſcurati evaſerunt.* Id quod Salvator noſter paulò pòſt in fine hujus hiſtoriæ apertius declarat, dum ait : *Veni in judicium , ut qui vident , cæci fiant, id eſt, qui ſibi videre videbantur, nec me receperunt, cæci facti ſunt.* Hanc cæcitatem porro Iſaias hiſce verbis prædixit : *Excæca cor populi hujus.* *Tolet.* *Joan. 9. v. 39.* *Iſa. 6. v. 10.*

5. Hugo Cardinalis per has aquas Siloë pœnitentiam interpretatur & planctum: *Aqua lachrymarum eſt natatoria Siloe, quæ per intervalla datur à Deo, & rarò , non quotieſcunque volumus ; & ſecretò , ſicut aqua Siloe, quæ fluunt cum ſilentio.* Nimirum ad illud alludit, quod S. Thomas hiſce verbis ſcribit: *Si volumus mundari à cæcitate cordis, oportet quòd ſpiritualiter lavemur. Iſa. 1. Lavamini, mundi eſtote.* *Hugo Card.* *S. Thom. in Ioan.*

6. Poterat equidem Salvator noſter Apoſtolos , vel alium quempiam ad haſce aquas ad ſe adferendas ablegare, ac demum lutum hoc ſuis manibus ab oculis cæci abluere ; hoc tamen facere noluit, quin potius ipſummet ad Siloë piſcinam abire juſſit, ut per hoc denotaret , quòd in arduis ſalutis noſtræ negotiis, præter divinæ gratiæ, divinorumque auxiliorum efficaciam noſtra quoque inſuper requiratur cooperatio; vult enim ut nos quoque ex parte noſtra cooperemur,

remur. Tametſi enim Deus ad ſalutem noſtram adjuvando concurrat, eamque efficaciter deſideret, neceſſum tamen eſt, ut & nos quoque ad eam nobis comparandam cooperemur. Etenim axioma eſt indubitatum: *Qui creavit te ſine te, non ſalvabit te ſine te.* Eliſæus quidem lepram Naamen Syri ſolius vocis ſuæ imperio ſanare potuiſſet, & tamen
4. Reg. 5. v. 10. præfato Naaman præcepit: *Vade, & lavare ſepties in Jordane, & recipiet ſanitatem caro tua.*

Quod interpretatur, Miſſus.

S. Aug. tr. 44. in Ioan. 7. S. Auguſtinus ait: *Pertinuit autem ad Evangeliſtam commendare nobis nomen hujus piſcinæ, & ait, quod interpretatur, miſſus; jam quis ſit miſſus, agnoſcitis, niſi enim ille fuiſſet miſſus, nemo noſtrûm eſſet ab iniquitate dimiſſus. Lavit ergo oculos in ea piſcina, quæ interpretatur, miſſus, baptizatus eſt Chriſto.*

Cajet. 8. Cajetanus Evangeliſtam nos docere voluiſſe dicit, undenam hæc aquæ illius virtus procederet: *Ad ſignificandum myſterium virtutis illuminativæ in illo lavacro eſſe non ex natura, ſed ex ſignificato, hoc eſt, ex miſſo, hoc eſt, Verbum caro factum eſt.* S. Cyrillus
S. Cyril. Alex. l. 6. in Ioan. Alexandrinus ait: *Cujus neceſſario nomen interpretatur Evangeliſta ſapientiſſimus, ac ſpiritu divino afflatus; exiſtimamus enim alium neminem eſſe miſſum illum, quàm Filium unigenitum cœlitûs à Patre huc profectum & delegatum ad peccati pernitiem, & diabolicæ tyrannidis everſionem.*

Abiit ergo & lavit, & venit videns.

Salmer. to. 6. tr. 39. 9. Salmeron ait: *Perpende brevitatem Evangelii, quæ ſuccinctis verbis magna explicat myſteria: abiit, lavit, & venit videns, ſicut Cæſar qui dixit: Veni, vidi, & vici.*

S. Thom. in Ioan. 10. S. Thomas cæcum hunc ſine ulla mora Dei juſſui, ob lucis ſibi impertiendæ ſpem, quam habebat, promptè obſecutum fuiſſe conſiderat: *Neque mirum, quia dicitur Prov. 6. verb 6. Mandatum ſcilicet impletum lucerna*
Prov. 6. v. 23. *eſt, & lex lux;* ipſamet igitur divini præcepti executio lucem oculis ejus influebat. Porro obedientia cæci hujus rara quædam obedientia fuit, quia ſine replica, ſine murmure, ſine diſcurſu, & ſine ulla contradictione obedivit, unde adeò perfectum lumen accipere meruit, ut ſe à corpore ad animam quoque illuſtrandam pariter transfuderit, prout ex ejus liquet reſponſo, quod coram toto Hebraiſmo, qui ex ſe opponebat; in Chriſti defenſionem edidit, ſicut & ex ultimis præſentis Evangelii verbis.

Chryſo. hom. 56. in Ioan. 11. Porro hanc obedientiam admirantur omnes ſacri expoſitores. Etenim Chryſoſtomus ait: *Sed intuere cæci animum in omnibus parentem, præbuit os, nihil ſollicitus an lutum eſſet, an ſputum, & quid ſibi Siloe opus eſſet, & ſi hoc, cur illo? Non cur lutum liniret ſuper oculos, aut cur lavari præceperit; nihil tale reputavit, illud duntaxat curavit, ut pareret in omnibus operanti.* Toletus pul-
Tolet. chrè hîc obſervat, lucem oculorum cæci hujus eadem cum promptitudine correſpondis ſe, quali ipſe verbis obediverat Chriſti: *Ut enim ille ſine excuſatione obedivit, ita & Chriſtus obedientem ſine mora illuminavit;* Chriſtus, inquam, cui idem S. Joannes teſtimonium perhibet, dicens: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.* Dionyſius
Dion. Carthuſianus quoque ait: *Obediendo Chriſto*
Cart. *in ipſa piſcina viſum recepit, quo ſignificatur, quòd qui obedit Deo, copioſius illuſtrari meretur.* Lucas Burgenſis pariter hanc eandem
Lucas Burg. cæcæ obedientiæ circumſtantiam his verbis tetigit: *Ut ergo ille ſine tergiverſatione obedivit, ita & Ieſus obedientem ſine mora illuminavit, id enim ſequitur: & venit, ſeu rediit videns.*

12. Præter hanc ejus obedientiam viva quoque fides illius non minorem meretur admirationem. Etenim valde eſt veriſimile, multos, qui ſputum & lutum oculis ejus adhæreſcens videbant (quales utique multi fuerunt) illum verbis contumelioſis ſubſannâſſe & deriſiſſe, eos præſertim, qui id Chriſti, erga quem odio & invidiâ ardebant, juſſu & ordinatione factum eſſe ſciebant; nihilominus ipſe omnia hæc pervivam miraculi fidem generosè ſuperavit & vicit. *Vide cæci mentem*, inquit Hugo Cardinalis,
Hugo Card. *obedientem & credentem; non cogitavit, lutum imponere hoc magis excæcare eſt; nec dixit: Non potuit prius præſens curâſſe, & tunc miſiſſe Siloam; ſi quam virtutem haberet, præſens curâſſet;* non oppoſuiſſe ſe, aliàs ibi ſæpe ſine fructu ablutum fuiſſe, nec lamentatus de eo, quòd remedium oculis contrarium, ſalivam ſcilicet & lutum oculis ejus adhiberet; ſiquidem viva ejus fides

omnem

omnem contradictionem ſuperabat, utique in via, dum ad fontem ſeu piſcinam illam contenderet, intra ſemetipſum ad Chriſtum mente converſus dixit: *Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Obſervanda hujus cæci magna fides,* inquit Lucas Burgenſis, qui non ſolùm oculos ſibi ſalivâ & luto inungi & obliniri permiſit, verùm etiam ita in facie ſordidatus & deturpatus in conſpectu omnium, per tantam viæ diſtantiam ad aquas proceſſit: *Sed ut illic operi Chriſti locum dedit, ita hic juſſui illius prompte obedivit, etiamſi cuncta rationi humanæ viderentur ridicula, commiſit ſe Chriſti & manibus & verbis.* Euthymius quoque in ejus laudem ita ſcribit: *Nihil hæſitans, ſed confeſtim obediens, & ſimpliciter credens, quòd quæ ad ſalutem ſuam convenirent, & feciſſet Jeſus, & juſſiſſet.* Obedientiam enim vivæ fidei ipſius affectum fuiſſe certum eſt. Præterquam quòd etiam dici poſſit: *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.*

13. S. Cyrillus Alexandrinus in hac cæci promptitudine, magnam gentilium in amplectenda Evangelii prædicatione promptitudinem adumbratam fuiſſe dicit: *Abiit porrò cæcus confeſtim abluturus, & ſine cunctatione imperata facit, oſtendens tanquam in ſeipſo gentium promptum obſequium, de quibus ſcriptum eſt: Præparationem ordinis eorum audivit auris tua.*

14. Lucas Burgenſis ſenſum verborum illorum, *& venit videns*, expoſiturus, obſervat, quòd S. Joannes non dicat cæcum lumen oculorum ſuorum accepiſſe, dum oculos lavaret, vel mox ut illos lavit: *ſed quòd rediens viderit, ſeu quòd inter redeundum viſus ei natus fuerit.* Et quidem ſatis credibile eſt cæcum hunc poſt acceptum viſum primò omnium acceſſiſſe in domum parentum, ut eos hujus tam grati & læti nuntii conſcios redderet; hoc enim ex verſ. 22. præſentis Evangelii ſatis apertè colligi poſſe videtur; demum verò locum illum denuò repetiverit, ubi ſolitus erat à prætereuntibus mendicare, *non ut iterum mendicaret, ſed ut contemplaretur locum illum, in quo tamdiu egerat tenebroſus, & vicinis cæteriſque illic tranſire conſuetis ſe conſpiciendum præberet ex cæco videntem; nam & ſperavit fortè Jeſum illic invenire ſe poſſe, eique gratias agere.*

Pſ. 35. v. 10.

Euthym

Pſ. 18. v. 9.

S. Cyril. Alex. l. 6. in Ioan.

Luc. Burg.

Verſus 8.

Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic eſt qui ſedebat, & mendicabat? Alii dicebant, quia hic eſt.

1. Theophylactus hanc à S. Joanne circa cæcum hunc adjectam circumſtantiam, quòd ſcilicet mendicaverit, minimè ſuperfluam eſſe cenſet: *Non temerè hoc adnotavit, quòd mendicus eſſet, ſed ut oſtendat ineffabilem Domini miſericordiam, quæ ſe adinfirmos uſque demittat, ita ut & medicum ſummâ diligentiâ curaret, & ut inde etiam ipſi diſceremus, ne contemnamus minimos.* Chryſoſtomus ſummam illam Salvatoris benignitatem obſtupeſcens exclamat: *Papè! quo Dei deſcendit humanitas? benigniſſimè mendicos curat, Judæis ſilentium imponit, quod non claros & generoſos viros, non principes, ſed obſcuros etiam ſua dignos providentia ducebat.*

2. Salmeron obſervat, quòd cæcus hic poſtquam illuminatus fuit, vix ampliùs ab aliis agnitus fuerit, & ideo in ipſius perſona peccatorem quendam à priſtina ſua converſatione peſſima reſipiſcentem intelligens, hanc ei proponit moralitatem: *Ex mutatione vitæ noſtræ illud conſequi debet, ut vix agnoſcamur etiam à vicinis & notis.*

Theoph.

Chry. hom 56. in Ioan.

Salmer. tr. 40.

Verſus 9.

Alii autem: Nequaquam, ſed ſimilis eſt ei; ille verò dicebat, quia ego ſum.

Sed ſimilis eſt ei.

1. Rationem hujus ambiguæ perplexitatis Lyranus his verbis aſſignat: *Ex viſu enim fit homo maximè agnoſcibilis, & reſtitutio viſûs ita mutaverat vultum ejus, quòd vix poterat recognoſci, niſi à valde expertis, quales erant vicini.* Dionyſius Carthuſianus illos ex duplici motivo dixiſſe refert. Primò, quia longè cenſebant eſſe poſſibilius & facilius, quòd duo darentur hominum vultus ex omnibus faciei lineamentis uniformes, ſibique adeò conſimiles, ut unus ab alio nequaquam poſſit diſcerni, quàm quòd aliquis à nativitate cæcus poſſet ſanari. Secundùm verò eſt: *Quia & cæcus iſte in vultu aliqualiter fuerat mutatus, propter oculorum apertionem.*

Lyran.

Dion. Cart.

2. Lu-

Lucas Burg. 2. Lucas Burgenſis eadem motiva adducit; ſecundò verò teſtimonium quoddam adjungit S. Auguſtini dicentis: *Aperti oculi vultum mutaverant, adeoque totius corporis habitum.*

S. Ambr. l. 2. de pœnit. c. 10. 3. S. Ambroſius de Pœnit. tractans dicit: *Seipſum homo abneget, & totus mutetur.* Qui idem de juvene quodam refert, qui poſtquam lubricam & inhoneſtam aliquamdiu converſationem habuiſſet cum certa quadam muliere, cùm poſt diuturnũ reſipiſcentiæ ſuæ tempus eidem mulieri obviam factus, & ab eadem agnitus, ad veteris familiaritatis renovationem ab eadem exſtimularetur, ille ſe eam agnoſcere diſſimulavit; cumque ipſa ſe talem eſſe, & tali nomine appellari diceret, ille, ſed non ſum ego amplius talis, reſpondit: *Ab ipſo non interpellata mirata putaverat ſe non recognitam, rurſus occurrens dixerit: Ego ſum; reſponderit ille: Sed ego non ſum ego.*

Ille verò dicebat, quia ego ſum.

S. Aug. tr. 44. in Ioan. Rup. Ab. lib. 9. in Ioan. 4. *Vox grata*, inquit S. Auguſtinus, *ne damnaretur ingrata.* Rupertus Abbas Tuitienſis magnam cæci hujus erga ſuum benefactorem gratitudinem admiratur, dicens: *Mente & corpore illuminatus, qualem poteſt, illuminatori ſuo rependit gratiam, eligens magis invidiam cum illo ſuſtinere, quàm ingrato ſilentio laudi & gloriæ Dei damnum inferre, cujus dicta ſive reſponſa meritò hic ut fide verè fidus notarius, primùm mente memori, deindè & calamo excipere curavit.*

S. Cyril. Alex. l. 6 in Ioan. S. Cyrillus Alexandrinus, id quod bonus hic homo fecit & dixit, ponderando, velut ex ore ejus loquens ita ſcribit: *Benemeritum de me gratitudine animi remunerabor, intempeſtivo ſilentio non utar, honorabo medicum agnitione beneficii.*

5. Chryſoſtomus cæcum hunc jam illuminatum priorẽ ſuam cæcitatem manifeſtare nequaquam erubuiſſe: *Non puduit cæcitatis.* Janſenius ait: *Aliis diſſentientibus, & miraculum ignorantibus ipſe cæcus liberè & intrepidè (quemadmodum gratum decebat) omnem confitetur veritatem, neque veritus ſuam confiteri cæcitatem, & mendicitatem.*

Janſ. c. 78.

6. Idem quoque Author notat hanc controverſiam circa hujus cæci illuminationem exortam ad majorem ceſſiſſe Dei gloriam, majoremque miraculi manifeſtationem; ſiquidem minimè contenti quòd interrogâſſent hac de re vicinos, ipſum quoque interrogare non omiſerunt: *Quodque ille etſi conſcius ſuæ paupertatis, nihil vereretur apud potentes & magni nominis hoſtes Jeſu ſimpliciter & conſtanter, ut res habebat, narrare, quod in ſe geſtum erat.* Unde de ipſo aſſeri poteſt quod in libris Machabæorum ſcribitur: *Teſtabatur omnibus ea, quæ ſuis oculis viderat, opera magna Dei.* Eandemque ob cauſam Albertus Magnus illum duobus hiſce epithetis nobiliſſimis honorat dum dicit, quòd fuerit: *Immobilis veritatis confeſſor, & conſtans athleta veritatis.* Rupertus Abbas ipſum primum fuiſſe exiſtimat omnium illorum, qui Chriſti fidem athleticè defenderunt: *Quia videlicet primus omnium mortaliũ pro Chriſto quæſtionibus pulſatus, & perſecutionem paſſus eſt;* tandem ejus confeſſionem ulterius ponderans, hæc in ejus laudem verba ſcribit: *Illuminatoris ſui gratiam confitetur fortis in laboribus, victor in perſecutionibus, oportunè volentibus, importunè nolentibus prædicans.* Chryſoſtomus populũ unà cum Phariſæis conjunctum unanimiter illi contrarios fuiſſe notat; & tamen *neque populi furore veritus eſt.* S. Thomas eum aliam ad tam excellens & præclarum beneficium compenſandum non habuiſſe monetam dicit: *Quàm quod conſtanter confiteretur ſe à Chriſto curatum.* Janſenius ait: *Neque metuens Jeſu nomen (quod Judæis ſcivit eſſe exoſum) apud omnes prædicare.* Coram vicinis, coram parentibus ſuis, coram Phariſæis, imò coram unoquoque Chriſtum & veritatem Apoſtolicâ libertate confeſſus fuit: *Obſervandum eſt in cæco iſto*, inquit idem Janſenius, *quanta ſit veritatis vis, quamque hæc fortes & intrepidos facit, etiam eos, qui alioqui quoſvis metuebat.* Toletus hoc ipſum, quod eſt eſſe confeſſorem & præconem veritatis, præter receptum oculorum lumen, novum eſſe beneficium exiſtimat: *Hoc etiam præter viſum receptum, novum eſt Dei beneficium, ut tantæ fiat prædicator veritatis.*

2. Mach. 3. v. 36. Alb. M. Eccl. 4. v. 33. Rup. Ab. ibid. Chryſ. ho. cit. S. Thom. in Ioan. Janſ. Tolet.

Salm. t. 6. tr. 42. 7. Salmeron ſenſum exprimit, quem cæcus in reſponſo ſuo intendit nimirũ dicere voluit, inquit ille: *Ego ſum peccator, ille, qui tantùm beneficium à Domino accepi.* Unde hoc pro nobis elicit utiliſſimum documentum: *Oportet etiam non tantùm coram vicinis & notis, ſed etiam coram inimicis & Phariſæis*

ſæis, Dominum noſtrum apertè profiteri; nam qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius
Rom.1. v.16. *hominis erubeſcet.* Apoſtolus quoque dicebat: *Non erubeſco Evangelium.* Similiter S. Pe-
1.Petr.4 v.16. trus ait: *Ut Chriſtianus non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine.* Janſenius
Janſen. aliud quoddam tradit documentum, quòd cæcus iſte ſuo nobis exemplo poſt ſe reliquit: *Docens Dei beneficia nobis exhibita non eſſe reticenda, ſed palam à nobis, cùm oportunum fuerit, prædicanda, etiamſi neceſſe ſit hoc fieri cum confeſſione alicujus, quod apud homines eſt, aut habetur ignominioſum.*

Salmer. 8. Salmeron mendicitatem & miſeriam huius cæci conſiderat, qui tametſi omnibus deſpicabilis eſſet, à Chriſto tamen ad ejus divinitatem exaltandam & magnificandam adhibitus fuit: *Obſervandum, quales Chriſtus ſuæ gloriæ & ſui nominis patronos eligere voluit, contra potentiſſimos ſui nominis calumniatores. In iſto exemplum editum eſt, quomodo per pauperes & indoctos nomen ſuum prædicandum eſſet in univerſo mundo, & obturandum os omnium, qui contra illud loquerentur, iniqua.*

Verſus 10.

Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi?

Salmer. to. 5. tr. 39. 1. Idem quoque Author ſcribit, quòd Phariſæi videntes nullum ſibi modum ſupereſſe quo hoc poſſent calumniari miraculum: *Modum ejus naturæ humanæ imperſcrutabilem temerariè & curiosè inquirunt, ita ut propè excæcarentur in ejus viſu & lumine; nam qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur à gloria.* Vaticinii Iſaiæ meritò memores eſſe debuiſſent, qui de venturo Meſſia loquens promiſerat, dicens: *Tunc aperientur oculi cæcorum.*

Iſa.35. v.5.

Alb.M. 2. Albertus Magnus inquit: *Hoc ideo quærunt, quia ſi malagma aliquod appoſuiſſet, tunc ei non adſcripſiſſent; ex modo volebant oſtendere, quòd eſſet maleficus & divinus.*

Tolet. Toletus nonnullos cæcos reperiri ſcribit, qui ſalvo viſûs organo & inſtrumento cæci exiſtunt, quorum tamen *potentia viſiva propter aliquam organi intemperiem aut impedita eſt, aut deſtructa;* in hoc autem cæco defectus omni ex parte erat, utpote qui præter oculorum concavitatem nihil habebat: *Etiam organum ipſum deerat, hoc enim luto reſtauratum eſt, unde Cyprianus lib. de bono patientiæ dicit: Chriſtum luto formaſſe oculos, quod miraculi magnitudinem maximè commendat.* Tametſi igitur ad lumen hiſce oculis ſubminiſtrandum nullum poſſet pertingere humanum remedium, malignitas tamen hominum tanto miraculo detrahere, illudque modis omnibus calumniari ſatagebat; at verò, ut Janſenius dicit: *Quo magis huic miraculo detrahere ſtuduerunt, hoc magis reddiderunt illuſtre.* Janſen.

Verſus 11.

Reſpondit ille: Homo, qui dicitur Jeſus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & lava; & abii, lavi, & vidi.

S.Cyril. Alex. l. 6. in Ioan. 1. S. Cyrillus Alexandrinus cæcum hunc nondum perfectam Chriſti notitiam & lumen ſibi comparaſſe exiſtimat; dicit enim: *Ignorare quidem adhuc videtur ſervatorem naturâ ſuâ eſſe Deum; neque enim tam exiliter & demiſſe de eo locutus eſſet.* Janſenius ignorantiam hanc ad majorem Chriſti gloriam reſervatam fuiſſe obſervat, dum ait: *Iam gloriæ Dei etiam inſervit, quòd cæcus neſcierit ubi eſſet Ieſus, nec illum agnoverit; ſic enim omnis ſuſpicio tollebatur, ut videri non poſſet ad gratiam loqui.* Toletus ait: *Breviſſimis & compendioſis verbis totam narrat hiſtoriam; & plus quàm interrogaretur, reſpondet.* Illi etenim ſolùm inquirebant de modo, quo oculi ejus aperti fuerant, ipſe verò non ſolùm modum hunc refert, verùm inſuper hujus tam ſtupendi prodigii manifeſtat authorem: *Quod & animi grati, & novam illorum interrogationem impedire volentis fuit.* Janſen. Toletus.

Theoph. 2. Quærit hoc loco Theophylactus: *Unde cognovit illum quòd Ieſus eſſet?* Et reſpondet: *Ex colloquio ad diſcipulos.* Unde patet quantæ ſit veritatis, quod per os Pſalmiſtæ Spiritus ſanctus ait: *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.* Et alibi: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Ipſe verò cæcus, & non ſurdus erat; & ideo diſcurſus, quem cum Chriſto & Apoſtolis ejus habuit, id in ipſo effecit, ut lumen fidei & Chriſti Salvatoris aſſequeretur agnitionem: *Ille homo, qui dicitur Jeſus.* Pſ.118. v.30. Pſ.118. v.105.

S.Thom. in Ioan. 3. Certum quidem eſt, quòd lutum à Chriſto præparari videre nequiverit, ſicut forſitan ſputum excreari ab illo audivit: *Sed lutum factum, & oculis ſuperpoſitum*, inquit S. Thomas, *per ſenſum tactûs didicit; & ideo non dixit: Lutum fecit ex ſputo, ſed ſimpliciter*

Cajet. *ter lutum fecit, & unxit oculos meos.* Cajetanus inquit: *Spuere illum in terram, ſenſu auditûs percepit; facere autem lutum, relatione ipſius, aut aſſiſtentium diſcipulorum cognovit.* Qui idem purpuratus Pater totum diſcurſum, quem ipſum inter & Redemptorem ac diſcipulos ejus interceſſiſſe valde eſt veriſimile, à S. Joanne deſcriptum non eſſe exiſtimat: *A ratione ſiquidem humana alienum eſt, quòd res ſic nudè geſta ſit cum ſolis verbis Evangeliſtæ.* Unde dici poſſe arbitratur, cæcum hunc, dum lutum oculis ſuis ſuperimponi ſenſit, principio quidem indignatum fuiſſe, at verò poſtquam ei facti hujus apertum eſt myſterium, ei non ſolum acquieviſſe, verùm etiam ultrò executum fuiſſe, quid à Chriſto impoſitum fuerat.

4. Hoc loco quoque ad id nos reflectere

Act. 10. v. 38. poſſumus, quod de Chriſto ſcriptum ſit: *Pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes*; ideoque miraculorum ejus fama omnibus nota & manifeſta erat, & tamen ab eo petierunt, quiſnam ejus aperuiſſet oculos; & quidem tametſi quiſnam ille fuerit, totamque prodigioſi hujus miraculi notitiam diſtinctè ſatis perceperint, in eum tamen non crediderunt; id quod tamen nulli mirum videri poterit, qui nullum Principum in eum credidiſſe conſiderat: *Nunquid ex Principibus*

Joan. 7. v. 48. *aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? ſed turba;* hujus etenim mundi magnates, & qui ex ſcientia, qua pollent, intumeſcunt, Dei lumine ut plurimum carent, quod econtra abundè ſubminiſtratur illis, qui tribulationibus & afflictionibus immerſi hærent, qualis pauper hic cæcus natus erat: *Ille homo, qui dicitur Jeſus,* &c.

Verſus 12.

Et Dixerunt ei: Ubi eſt ille? Ait: Neſcio.

Verſus 13.

Adducunt eum ad Phariſæos, qui cæcus fuerat.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis acutè conſiderat, Chriſtum Dominum minimè ſolitum fuiſſe diu in eo morari loco, ubi miraculum aliquod

Chryſ. hom 56. in Ioan. operatus fuerat: *Ne plauſu gloriæ popularis delectari videretur.* Chryſoſtomus proinde dicit: *Intuere Chriſti humilitatem, curatos dimittebat, non digito monſtrari volebat.*

S. Cyril. Alex. l. 6 in Ioan. 2. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Non amore erga Deum, neque benevolâ mente Jeſum quærunt, ſed neque & ubi, & apud quos diverſetur, ſcire ſtudent, ut adeuntes eum, aliquid quod ad ſalutem conducat, poſtulent; verùm excæcati mente multò deterius, quàm ille quondam corpore, irâ injuſtiſſimâ accenduntur.*

S. Thom. in Ioan. 3. S. Thomas rationem aſſignat, quare Phariſæi eum convenerint, nec non cur ab eo, ubi Chriſtus moraretur, interrogârint: *Ut ſi eum inveniſſent, ducerent eum ad Phariſæos, damnandum propter ſolutionem ſabbathi; quia verò Chriſtum non habuerunt, ducum cæcum, ut eum vehementius interrogantes, cogant importunitate, vel timore aliquid falſitatis contra Chriſtum confingere.*

S. Cyril. Alex. ib. 4. S. Cyrillus Alexandrinus denique notat, illos non quæſiviſſe de hoc miraculo eo fine, ut de miraculi in ipſius perſona patrati certitudine aſſecurarentur: *Sed ut reum faciant violatæ legis Dominum, qui lutum in ſabbatho feciſſet, nullam enim rationem habentes ſtupendi miraculi, factum pro crimine arripiunt.*

Verſus 14.

Erat autem ſabbathum, quando lutum fecit Jeſus, & aperuit oculos ejus.

1. Sacer Evangeliſta non ſine myſterio ſabbathum fuiſſe ſcribit, quando filius Dei maſſam illam fecit luteam obtenebratis hujus cæci oculis ſuperimponendam: *Legale mandatum,* inquit S. Cyrillus Alexandrinus, *de ſabbatho rati à Servatore eſſe violatum, in rabiem non mediocrem aguntur, quòd omnino lutum tangere auſus ſit, & terram digito terere, quodque homini ut ablueret ſe, præceperit.* Neſciebant utique, vel ſaltem ſcire nolebant, in diebus feſtis ſolùm ab operibus ſervilibus abſtinendum nobis eſſe, non verò ab operibus Dei. *A ſervili opere peccati,* inquit Rupertus Abbas, *ſemper vacandum; ab opere autem Dei nunquam vacandum eſt, nec ſabbatho, ſi ritè perſpicias, ab opere ſuo ceſſavit Deus.* Hunc cæcum Chriſtus in ſabbatho, id eſt, in die feſto illuminare conſtituit, quia in diebus feſtivis ſpecialiter à Deo lumen acquirimus per ſacrificia, per orationes, per confeſſiones & communiones, per verbi Dei auſcultationem, & aſſiduam divinorum officiorum aſſiſtentiam.

S. Cyril. Alex. l. 6 in Ioan.

Rup. Ab. lib. 9. in Ioan.

2. Theophylactus ipſorum detegit malitiam, qua ſub prætextu violati ſabbathi, & per accuſationem ejus tanquam tranſgreſſoris diei feſtivi, miraculi à Chriſto

parati gloriam obfuſcare nitebantur ; non igitur movebantur ex zelo gloriæ Dei, ſed ex invidia, quia prædicti miraculi gloriam & famam ſuſtinere non poterant..

Verſus 15.

Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi, quomodo vidiſſet ? Ille autem dixit eis : Lutum mihi poſuit, &c.

Curationis modum curiosè denuò ſciſcitantur, inquit S. Cyrillus Alexandrinus, *vehementiorem in ſeipſis quodammodo invidiæ flammam accendentes.* *S.Cyril. Alex.ib.*

Verſus 16.

Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit ; Alii autem dicebant : Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere ? Et ſchiſma erat inter eos.

Dicebant ergo ex Phariſæis quidam : Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit.

Ianſ.c. 78. 1. Janſenius Phariſæorum iſtorum malignitatem in hunc modum deſcribit: *Quidam ergo Phariſæorum pro ingenio hominum deſperatorum tam inaudito divinæ potentiæ miraculo adeò non potuerunt moveri, ut de Domino melius ſentirent, ut mox ex diei religione mutuarent occaſionem calumniandi factum planè divinum, quod diei religionem docebat, atque commendabat.* *Tolet.* Toletus ipſorum ignorantiam pariter & malitiam inculpat, dum ait : *Attende inſipientiam & malitiam.* Etenim ex hoc Chriſti miraculo duas deducere poterant conſequentias. Prima eſt : Hic homo mendico à nativitate cæco lumen impertitus eſt, quod nunquam habuit : ergo ipſum à Deo eſſe convenit credere ; ipſi verò aliter concluſerunt, per hanc videlicet conſequentiam: Hic homo in die ſabbathi parum luti fecit, ut hunc cæcum natum videntem redderet: *ergo non eſt à Deo. Quis eſt tam judicii expers, qui non videat priorem conſecutionem eſſe fortiorem multò & potentiorem, quam poſteriorem ? nam ex tanto facto multò verius concludebatur eſſe à Deo, quàm quia parum luti confecit, non eſſe à Deo, eſto fuiſſet in majori quantitate.* Etenim medicis licitum erat, ut in die ſabbathi pro ſalute corporali incerta componerent medicamenta, & tamen nolebant, ut cœleſtis hic Prothomedicus pro dando huic cæco lumine corporali pariter & ſpirituali, modicum quid componeret luti. Ac proinde S. Cyrillus hunc illorum ſuperſtitioſum zelum hiſce verbis deridet : *Totam legem violatam credunt, propter unius digiti motum in ſabbatho, cùm interim ipſi quoque bovem à præſepio ſolverent, & aquatum ducerent ; & pecudum, ſi in foveam incidiſſet, ſicut ſcriptum eſt, magno conatu retraherent.* Lucas Burgenſis hanc illorum ſuperſtitionem, qua tantopere excæcabantur, ipſos æternâ cæcitate dignos effeciſſe exiſtimat: *Clamabant opus eſſe indignum, ſabbatho pauxillum luti adhibuiſſe oculis cæci, ut illuminaretur, ipſi digni perpetuâ cæcitate.* *S.Cyril. Alex.ib.* *Lucas Burg.*

2. Ipſis proinde dæmonibus haud dubiè fuerunt longè deteriores, qui confeſſi ſunt Chriſtum eſſe filium Dei. Marc.1. *Quid nobis & tibi Ieſu? ſcio quia ſis ſanctus Dei.* Matth.18. *Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei ?* Hi verò non ſolùm adeo fuerunt temerarii, ut aſſererent: *Non eſt hic homo à Deo* ; verùm inſuper in horrendam illam proruperunt blaſphemiã, qua dixerunt : *Scimus quia hic homo peccator eſt.* Ecce tibi igitur, qualiter invidia hominis, ipſiuſmet etiam dæmonis malitiam longè excedat. De Chriſto Domino dicitur : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem; lux ſum mundi.* Advertendum eſt autem, quòd unica eademque lux alio modo illuminet adamantem, & alio modo lutum, cujus ratio eſt : quia hoc ad lucem recipiendam nequaquam eſt bene diſpoſitum ; hanc autem optimam diſpoſitionem vera illa lux in corpore & anima cæci hujus invenit, utpote qui ſe erga Chriſtum adeo gratum & pium exhibuit : econtrà verò Scribarum & Phariſæorum durities & obſtinatio indies magis magiſque crevit, ad eum ferè modum, quo lutum tantò magis induratur, quantò magis à ſolaribus radiis irradiatur. *Marc.1. v.24. Matt.8. v.29.*

3. Et quidem hæc ipſorum malignitas tantò magis eluceſcet, ſi conſideretur id, quod ei oppoſuerunt ; dixerunt enim ipſum eſſe eum, *qui ſabbathum non cuſtodit*, cujus tamen nullam aſſignant rationem, qua id verum eſſe probent : quia ſi hanc adducere voluiſſent, neceſſariò debuiſſent patrati miraculi facere mentionem, quod facere horreſcebant : quin potius ubi motivum eſt laudis & gloriæ, ibi calumniandi inveniunt occaſionem. Unde Hugo Cardinalis ipſos paralytico illi dixiſſe notat : *Quis eſt qui dxit tibi : Tolle grabatum ? Non dixerunt : Quis* *Hugo C. Ioa.5. 8.*

eſt

eſt qui te ſanum fecit ? ſed hoc bonum tacuerunt, quod eos torquebat, & eam quæ æſtimabatur tranſgreſſionem, in medium adducant.

S. Aug. tr. 44. in Ioan. 4. S Auguſtinus Salvatoris noſtri partes in ſe defendendas ſuſcepit, oſtendendo ipſum potius Sabbathi ſanctificationem zelaſſe, quàm illos: *Ipſe potius cuſtodiebat, qui ſine peccato erat, ſabbathum enim ſpirituale hoc eſt, non habere peccatum. Denique fratres, hoc admonet Deus, quando commendat ſabbathum, opus omne ſervile non facietis in eo; quid ſit opus ſervile ? Dominum audite : Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* Hic S. Auguſtini conceptus S.Bonaventuræ occaſionem ſuggeſſit ſcribendi, ut ſequitur : *In hoc patet eorum excæcatio ; ipſi enim in ſabbatho detrahebant Domino, & malum contra eum machinabantur, & ita violabant ſabbathum*; ac proinde Carthuſianus illos hunc modum jure merito reprehendit : *Indurati & excæcati, feſtucam in aliis, non trabem in ſeipſis penſantes, atque ex beneficiis Dei pejores effecti.* Fuerunt inſuper etiam mendaces, inquit idem Dionyſius, Chriſtum tanquam ſabbathi tranſgreſſorem accuſando : quia opera externa ad honorem & cultum Dei ordinata, in hoc die licitè exercebantur, ſicut licebat animalia jactare & decoriare ad ſacrificandum, ſimiliter adornare templa & alia ad honorem Dei ſpectantia exercere: *Factura autem luti, & unctio oculorum ordinabatur directè ad gloriam Dei, ejuſque omnipotentiæ ſublimitatem declarandam, itemque ad glorificationem filii ſui, ut verus Chriſtus eſſe jciretur.*

S. Bona.

Dion. Cart.

Alii autem dicebant : Quomodo poteſt peccator hæc ſigna facere?

5. Inter omnes enim convenire oportet, inquit S.Cyrillus Alexandrinus, *divinam legem violantibus, nunquam Deum conceſſurum eſſe, ut aliquid præclarum & admiratione dignum efficiant.*

S. Cyril. Alex. l. 6. in Ioan.

Et ſchiſma erat inter eos.

S. Bona. 6. S.Bonaventura ait : *Nec mirum, quia erant adeo diviſi, nec erant charitate uniti.*

1. Cor. 11 v. 18. Ubi Apoſtolus ad Corinthios ita ſcribit : *Audio ſciſſuras eſſe inter vos ;* in Græco legitur, *ſchiſmata ;* etenim nonnunquam inter malos boni permixti reinveniuntur, qui veritatem impudenter negare nequaquam auſi ſunt: *Quam terribilia ſunt opera tua Domine, in multitudine virtutis tuæ, mentientur tibi inimici tui.* Speciali verò Dei providentiâ ita ordinatum fuit, ut hæ inter ipſos gliſcerent diſſentiones : *Quia concordia malorum eſt mala. Iſaiæ 29. Dominus miſcuit ſpiritum vertiginis in medio eorum, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo.* Ita Albertus Magnus.

Pſ. 65. 3.

Iſa. 29. 10.

Alb. M.

Verſus 17.

Dico ergo cæco iterum : Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? ille autem dixit : quia Propheta eſt.

1. S.Cyrillus Alexandrinus hoc loco quærit, num fortè cæcus iſte miraculum negando, Chriſti gloriam obſcurare potuiſſet ? *Ecquid enim potuiſſet convellere poteſtatem & vim ſtupendi ſigni, unius ingrati vox? aut quomodo non divina Chriſti gloria eduxiſſet, ſi fortè cæcus metu victus, & periculi timore, ingratus eſſet erga bene de ſe meritum ? ſed invidia ſuos authores ad quodvis audendum præcipites facit, quamvis oppido ridiculum.* Lucas Burgenſis eos, qui Salvatori adverſabantur, ſpem firmam concepiſſe exiſtimat, hunc cæcum timore humano prohibendum fore, ne bene de Chriſto illuminatore ſuo loqueretur : *Præſertim cùm obſervare potuiſſet majorem Principum partem malè de Jeſu cenſere : procul dubio enim, ſi malè ille de Jeſu loqueretur, qui abs Jeſu beneficium acceperat, præjudicium videretur non exiguum*; at verò cæcus ille forti illâ D.Petri lorica armatus erat, qua dum antea cujuſdam ancillulæ voce perculſus terrebatur, poſtea dicere novit : *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.*

S. Cyril.

Lucas Burg.

Act. 5. 29

Ille autem dixit : Quia Propheta eſt.

2. Rupertus Abbas diminutam hanc cæci reſponſionem excuſare nititur, dicendo: Minus dixit, quàm eſt : *At rudis viſor veritatis adhuc erat*; Dei etenim lumen, ſive ſtatus perfectionis, non ſimul & ſemel unâ vice, ſed paulatim acquiritur : *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Syon. Nemo repentè fit peſſimus.* Sic quoque in præſentis Evangelii fine cæcum hunc reperiemus Chriſtum adorare velut Deum, quem

Rup. Ab. l. 9. in Ioan.

Pſ. 83. 8.

antea ſolùm velut Prophetam venerabatur. Nominat verò ipſum Prophetam *Uſurpans*, ut S Cyrillus Alexandrinus ait, *id quod apud Judæos tritum erat ; mos enim illis erat vocare Prophetas ejus, qui ſigna facerent.*

S.Cyril. ib.

Lyran.

3. Lyranus verò exiſtimat, eum non habuiſſe hunc de eo conceptum, ac ſi Prophetа eſſet, ſicut Iſaias, Jeremias, vel alii ſimiles Prophetæ nominantur; ſed talem ipſum appellaſſe per antonomaſiam : *Sed Prophetam antonomaſticè dictum , qui erat promiſſus ad ſalutem hominum, ſecundùm quod dicitur Deuter.* 18. *Prophetam ſuſcitabit vobis Deus*, &c.

Deut. 18.15.

Verſus 18.

Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia cæcus fuiſſet & credidiſſet , donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat; & interrogaverunt eos.

S.Bona.

1. *Intuere quot modis tentant obumbrare miraculum*, inquit S.Bonaventura, *ſed hæc eſt veritatis natura , quod per quæ putatur ab hominibus inſidiæ pati, per hæc fortior ſit, per hæc claret , per quæ obumbratur.* Eandem quoque obſervationem in S.Chryſoſtomo reperio, qui ait : *Verùm hujuſmodi eſt veritatis natura , unde magis oppugnatur, inde magis confirmatur ; & quo magis obtegitur, eò clarior evadit : niſi enim iſta facta eſſent , miraculum ipſum apud multos ſuſpectum eſſe potuiſſet.*

Chry. hom.57. in Ioan.

Lucas Burg.

2. Lucas Burgenſis per adductum Euthymii teſtimonium ita ſcribit : *Rigidè interrogant, putantes eos exterrere, ut dum hi negâſſent, tenebris offunderetur miraculum.* Eandem quoque reflexionem Janſenius habet, dum ait : *Si fortè illi metu adducti (ut ſunt ferè timidi, quibus eſt res anguſta domi) aliquid dicerent , quod ad miraculum obſcurandum facere poſſet.*

Janſen.

3. Adimpletum itaque eſt propheticum illud oraculum : *Comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant ; in laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.*

Pſ.10.2. Pſ.9.16.

Tolet.

4. *Attende*, inquit Toletus , *quomodo Judæi etiam nolentes , divinæ veritati inſerviant , nam & teſtes veritatis convocant : teſtimonium enim parentes pro veritate perhibent.*

Verſus 19.

Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cæcus natus eſt, quomodo ergo nunc videt ?

Theoph.

1. Theophylactus ait : *Quia illius gratum os obſtruere non poterant, parentes ejus ambiguos reddunt, quos ſtatuunt in medio , & cum multo furore interrogant, imò cum multa malitia.* Quod idem etiam Albertus Magnus obſervat, dicens : *Doloſi ſic quæſtiones componebant, ut quicquid diceretur, inconveniens reputaretur.*

Alb.M.

Toletus.

2. Toletus argumentum quoddam in medium adducit, quod velut Phariſaicæ malitiæ ſpecimen fortiter ſtringit; dicit enim: *Non crediderunt, quod valde annotandum eſt; ſi judicarunt ſabbathi eſſe tranſgreſſorem, quia lutum fecit , cur non crediderunt illum hominem cæcum fuiſſe, cùm potiùs id credere deberent, ut cauſam accuſandi haberent , quòd lutum fecerit ? at ſenſerunt revera plus poſſe miraculum ad confirmandum eſſe à Deo , quàm lutum illud ad probandum à Deo non eſſe, ideo miraculum occultare voluerunt ; varia eſt profectò, & cæca & inconſtans malitia.* Unde patet, totum hoc examen eò ſolùm ſpectâſſe, ut miraculum occultarent ; quo fine ſe parentes ejus lucraturos eſſe ſperabant. Lyranus Phariſæos ad hoc conatos fuiſſe dicit, ut eos ad ejus cæcitatem præcedentem negandam paulatim inducerent: *Quia parentes ſolent occultare monſtruoſitatem filiorum, quam trahunt à nativitate, quia convertitur in confuſionem eorum.*

Lyran.

Verſus 20.

Reſponderunt eis parentes ejus , & dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt.

Lyran.

1. Lyranus ſuper hanc parentum aſſertionem, hanc obſervationem inducit : *Magis volunt confiteri turpitudinem ſuam , quam dicere falſitatem.*

Verſus 21.

Quomodo autem nunc videat , neſcimus, aut quis ejus aperuit oculos , nos neſcimus ; ipſum

ipſum interrogate, ætatem habet, ipſe de ſe loquatur.

Toletus. 1. Toletus parentes hoſce tribus quaſi interrogationibus ſimul reſpondiſſe ſcribit: *Fatentur eſſe filium ſuum, & natum cæcum; at quomodo videat, ignorare; & adhuc adjiciunt: neſcire ſe quis ejus oculos aperuerit; timore autem Judæorum inquiſitionem in ipſum filium convertunt, ætatem legitimam, ut in judicio inquiri poſſet, habere affirmantes; quo verbo ejus confeſſionem legitimam forte teſtificantur; quod etiam Judæorum animos magnopere confundit.*

Theoph. 2. Theophylactus ad maturitatem annonum cæci hujus ſe reflectens ait: *Nunquid infans eſt, vel ſtupidus, ut non intellexerit, quomodo ſanatus ſit? quaſi dicant*, inquit *S.Thom. in Ioan.* S. Thomas: *Etſi genuimus eum cæcum, non tamen mutum; unde loqui poteſt pro ſe in cauſa*, ac proinde dixerunt: *Ipſum interrogate, ætatem habet juſtam & legitimam*, inquit *Lucas Burg.* Lucas Burgenſis, *ita ut fides ei etiam in judicio haberi merito debeat.*

Verſus 22.

Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos; jam enim conſpiraverant Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum extra ſynagogam fieret.

Rup. Ab. l. 9. in Ioan. 1. Rupertus Abbas Tuitienſis ſe dicit non mirari, quòd parentes cæci illius ſe nonnihil timidos eſſe oſtenderint: *Verùntamen eo tempore parentes cæci hujus timuiſſe, non adeò mirum eſt; cùm & Petrus non ſolum timuerit, ſed & Chriſtum negando, totus penè ſubmerſus ſit.* Nimirum formidabant, ne ſi modum, quo cum filius ipſorum illuminatus fuerat, manifeſtarent aut proderent, inquit *Luc. Burg.* Lucas Burgenſis, tanquam fautores Chriſti ſuſpecti eſſent, adeoque è ſynagoga turpiter arcerentur: *Itaque teſtimonii invidiam in filium rejecerunt*; at verò, ut *S. Auguſtinus* advertit: *S.Aug. tr. 2. in Ioan.* *Jam non erat malum fieri extra ſynagogam: illi expellebant, ſed Chriſtus excipiebat.*

Verſus 23.

Propterea parentes ejus dixerunt: quia ætatem habet, ipſum interrogate.

Verſus 24.

Vocaverunt ergo rurſus hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt.

Vocaverunt ergo rurſus hominem, qui fuerat cæcus.

1. Hic juxta ſententiam Salmeronis, quintus conflictus fuit; fecerunt etenim prout in expurgatione & obſidione civitatis ſeu fortalitii alicujus fieri conſuevit, quod dum omni ex parte fortiter & arctè cingunt, ad loca ſemel derelicta denuo vadunt, iterumque redeunt: *Ita iſti rurſus ad cæcum explorandum accedunt.* *Salmer. to. 6. tr. 39.*

2. Dionyſius Carthuſianus in novo hoc examine quoſdam notat invidiæ effectus: *Invidia enim non quieſcit, ſed indefeſſo animo molitur malum ei, quem odit; & qui veritatem nititur obruere, variis exquiſitis falſiſſimiſque cautelis utitur.* *Dion. Cart.*

Dixerunt ei: Da gloriam Deo.

3. Variæ ſunt, eæque omnes diverſæ ſacrorum interpretum in hæc verba allatæ expoſitiones. Hugo Cardinalis ait: *Id eſt, dic te mentitum fuiſſe hoc, quòd dixiſti eum Prophetam eſſe, & te curâſſe, & ſic cognoſce peccatum tuum, quod eſt, dare gloriam Deo.* *Hugo Card.*

4. Lyranus exiſtimat Phariſæos illum inducere voluiſſe, ut quaſi per veritatis inſtinctum, ſe viſum arte magicâ accepiſſe aſſereret. *Lyran.*

5. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Aſtutiſſimè quidem jubent dare gloriam Deo, ob miraculum, in hoc pietatem ſimulantes*; at quonam fine idipſum feciſſe exiſtimas? nimirum ut majorem aſſertionibus ſuis fidem acquirerent: *Sibi tamen ſuffragari, ſibique credere volunt, quamvis extrema cum pietate peccatorem eſſe dicentibus eum, qui ad evertendum peccatum advenerit.* Porro miraculum hoc ex parentum cæci hujus teſtimonio adeò certum & indubitatum evaſerat, ut in controverſiam deinceps vocari veritas ejus minimè poſſet; quonam igitur ſpectabant aſtutiſſimæ illæ technæ, quas licèt incaſſum adverſus ipſum machinabantur? *Facti laudem à Jeſu*, inquit Janſenius, *quem oderant*, *S.Cyrill. Alexan. l. 6. in Ioan.*

rant, avertere ſtuduerunt, idque ſub prætextu Religionis, dicentes: Da gloriam Deo; ac per hoc ſignificantes, illum non dare gloriam Deo, ſed Deum ignominiâ afficere, quamdiu miraculum Jeſu tribuebat, quem ſe ſcire dicebant eſſe peccatorem.

Theoph. 6. Theophylactus inquit: *Confitere, quòd Jeſus nihil operatus ſit in te; gloriam enim eſſe Dei putant, de Jeſu nihil boni atteſtari.* *Alb.M.* Albertus Magnus totum illorum intentum eò ſpectaſſe dicit, ut efficere poſſint, quatenus Chriſtus nullam penitus in hoc miraculo partem habuiſſe videatur: *Miraculum nituntur obnubilare, quia negare non poſſunt, ut ſaltem nomini Chriſti non attribuatur: & ad hoc inducunt blanditias, ut illiciant; verſutias, ut decipiant; convitia, ut ad impatientiam moveant; injurias, ut terroribus cogant.*

Cajet. 7. Cajetanus alio ex capite malitiam eorum conſpicuam reddit; dicit enim, quòd quia miraculum in conſpectu mundi patratum abſcondere, aut negare non poterant, conati ſunt cæco illuminato perſuadere, ut omnem ex hoc miraculo emergentem gloriam Deo immediatè attribuat, Chriſtum verò penitus excludat: *Et hoc ſub ſpecie divinæ gloriæ; intendunt enim dicere, quòd gloria miraculorum danda eſt Deo, non homini peccatori; quòd det gloriam Deo, affirmando cum eis veritatem, ſcilicet quòd Jeſus eſt peccator, & quòd Deus illuminavit illum.* Eiuſdem quoque mentis fuit S. Thomas, dum ait: *Quaſi dicant: Illuminatus es? ſed hoc non eſt, niſi à Deo: ergo hoc nulli alii attribuas, niſi Deo, & non iſti Chriſto: quia ſi hoc facis; oſtendis te non accepiſſe à Deo curationis beneficium.*

S.Thom. in Ioan.

Salmer. to. 6. tr. 39. Salmeron veluti ex ore malignorum & invidiorum Phariſæorum ſcribens, ita illos loquentes inducit: *Confitere veritatem, & reputa te à ſolo Deo ſanatum, non à Galilæo illo humunculo; & ita hujus rei gloriam authori hujus redde, non huic ſeductori. Palam quidem atque imprudenter*, inquit Chryſoſtomus, *non dicunt: nega Chriſtum te ſanaſſe, ſed pietatis umbrâ id tentant: da gloriam Deo, confitere, nihil Chriſtum in te operatum, nos ſcimus quia peccator eſt.*

Chryſo. hom. 57. in Ioan.

S. Aug. tr. 44. in Ioan. 8. S. Auguſtinus inquit: *Quid eſt, da gloriam Deo? Nega, quod accepiſti: hoc plane non erat gloriam Deo dare, ſed Deum potius blaſphemare.* Tametſi igitur dicerent: *Da gloriam Deo*; ipſum tamen ad hoc inducere nitebantur, ut gloriam Chriſto debitam derogaret: at verò omnino contrarium ejus, quod volebant, accidit, quia per generoſas & magnanimas hujus cæci reſponſiones gloria Dei in Filio ejus mirè dilatata & magnificata fuit.

Scimus quia hic homo peccator eſt.

Luc. Burg. 9. Lucas Burgenſis ait: *Non explicant qua in re peccârit, ut multis modis peccatorem eſſe, & quidem ſceleſtiſſimum dent intelligendum.* Ecce tibi Chriſti gloriam, & innocentiæ ejus teſtimonium, per ipſorum inimicorum ejus os proprium manifeſtatum; totum malum quod fecit, & de quo illum accuſabant, in hoc conſiſtebat, quòd modicam quandam luti maſſam oculis hujus cæci ſuperimpoſuerit, ut eoſdem illuminaret: *At cùm audiêrunt à Chriſto,* inquit Toletus, *Quis ex vobis arguet me de peccato? nihil probare potuerunt. Proprium hoc eſt detractorum vitium, ut contra abſentes loquantur, ne fortè ab innocentibus, ſi adſint, redargui poſſint.* *Toletus.*

Verſus 25.

Dixit ergo eis ille: Si peccator eſt, neſcio; unum eſt, quia cæcus cum eſſem, modo video.

Chryſo. hom. 57. in Ioan. 1. Chryſoſtomus ait: *Si peccator eſt, neſcio; non eſt dubitantis, abſit: norat enim non eſſe peccatorem.* Hocque verum eſſe, per alia ejuſdem cæci verba declarat: *Scimus, quia peccatores Deus non exaudit; ſed & ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit; ubi non modo eum à peccatis abſolvit, ſed acceptiſſimam Deo, & omnia Dei opera facientem demonſtrat.*

S.Cyril. Alexan. l.6. in Ioan. 2. S. Cyrillus ita ſcribit: *Duplicem gratiam accepit, quando cum corporis oculis, etiam ei mens illuſtrata eſt, & jam Solis, qui à nobis conſpicitur, fulgorem habet in carnis oculis: radium vero velut ſub intellectum cadentem ſancti, inquam, Spiritûs illuminantem intromittit, & corde ſuſcipit.* Porro verba illa cæci: *Unum ſcio, quia*, &c. eum hominem valde illuminatum fuiſſe oſtendunt, inquit S. Doctor: *Non ſimplicis cujuſdam conſiderationis, ſed valde cordati hominis conceptum includit.*

S.Thom. in Ioan. 3. S. Thomas verba illa non titubantis, ſed illos potius reprehendentis fuiſſe exiſtimat: *Quaſi indignatus Phariſæos irridens, quaſi dicat: vos aſſeritis eum peccatorem, ſed hoc ego neſcio, quod ſit peccator, & miror, quòd hoc aſſeritis; quia opus fecit, quod non videtur eſſe peccatoris.* Albertus Magnus verbum illud *neſcio*, ita interpretatur, ut ſenſus ſit: *non approbo.* Lyranus cæcum dicere voluiſſe ſcribit, Chriſtum non poſſe eſſe peccatorem, quando hoc in eo operatus eſt miraculum, in quo ſanctitatis ſuæ irrefragabile ſpecimen edidit, utpote quòd omnem potentiam & facultatem humanam exceſſit.

Alb.M. *Lyran.*

Tolet. 4. Toletus ait: *Non dubitando ſe neſcire dicit; nam ut paulò poſt apparet, eſſe à Deo ſciebat, ſed illud judicium ad ſe pertinere negat.*

Verſus 26.

Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

Verſus 27.

Reſpondit eis: Dixi vobis jam & audiſtis? quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis diſcipuli ejus fieri?

Toletus. 1. Toletus ſuper haſce novas & iteratas Phariſæorum interrogationes & inſtantias hunc ferè in modum diſcurrit: Videntes omnem ſibi ad miraculum calumniandum, præcluſam eſſe viam, ſiquidem homini è nativitate cæco viſum impertiri opus eſt ſuperhumanum & divinum, modum patrati miraculi examinare incipiunt, ut eum in die ſabbati lutum præparaſſe, illúdque oculis cæci illius ſuperimpoſuiſſe replicantes, eum in hoc opere ſabbati tranſgreſſorem fuiſſe convincant: *Tentârunt primò negare factum, quia divinum agnoſcebant, id non valentes teſtium multitudine convicti falſum calumniantur ex modo, quia lutum fecit; modus hic faciendi multò illuſtrior & mirabilius efficeret & redderet miraculum.*

Chryſo. t.6. ho. de æmu. & cæco. natо. 2. *Videre erat miſerum ſpectaculum,* inquit Chryſoſtomus, *cùm pietas exaggeraretur, impii judices diſceptarent, magnus ableta certaret, Deus certamini præſideret.*

Dixi vobis jam, & audiſtis.

Salmer. t.6 tr. 39. 3. *Dixiſti, ô bone vir,* inquit Salmeron, *ſed non ea, quæ iſti audire volebant, tu quidem veritatem rei dixiſti: at illi qui ſemper veritati rei adverſati ſunt, veritatem audire non quærunt, ſed Chriſti calumniam. Dicitur enim in lib. Prov. c. 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde ſuo.*

Cajet. 4. Cajetanus inquit: *Et deeſt, non audiſtis; intendit, qui fuerat cæcus, arguere eos, quod non audierant interno auditu;* dum replicat, quid iterum vultis audire; auditu nimirum exteriori; adeoque cæcus hic ſurditatem illis ſpiritualem improperat.

Toletus. 5. Toletus ait: *Pertæſus homo vanas Phariſæorum interrogationes reſpondet: Dixi jam vobis &c. Si quod dixi ſemel non audiviſſetis, merito iterum quæreretis, at cùm audieritis meam reſponſionem, non eſt amplius cur audire quæratis.*

Nunquid & vos vultis diſcipuli ejus fieri?

S.Thom. in Ioan. 6. Thomas dicit: *Quando enim aliquis diligenter inquirit, aut hoc facit bona intentione, ut ſcilicet ei adhæreat: aut mala, ut eum condemnet: quia ergo iſti diligenter quærebant, & cæcus non eſt auſus eis imponere, quòd mala intentione quærerent, declinat ad aliam partem, dicens, nunquid & vos &c.*

Tolet. 7. Toletus prudentiam hujus cæci eximiam admiratur; cùm enim ſatis ſuperque agnoſceret, quòd Chriſtum perſequerentur ad mortem, ejuſque opera calumniari vellent, id tamen diſſimulavit, ſeque id non advertere finxit, replicatas ab illis maligna & ſiniſtra jam intentione factas interrogationes in bonum ſenſum interpretando: *Nunquid forſitan tam avidè hæc iterum audire quæritis, quia etiam vos diſcipuli ejus fieri vultis? Miro artificio eos pupugit, quaſi diceret: Cùm tantus ſit homo hic, qui oculos cæci nati aperire potuit, vosque ſitis homines religionem quàm maximè profitentes, profectò non aliud mihi veſtra hæc tam exquiſita diligentia de vobis pollicetur; tacita eſt & acris reprehenſio eorum, qui perſequebantur, quem ut magiſtrum debuerant ſequi.* Janſenius quoque ſcribit:

Janſen.

ſcribit: *Id dicit per ironiam, ſciens illos nolle diſcipulos ejus fieri, & ob id ſignificans indignos, quibus eadem repetantur, ut qui non bono animo ſed malo ad eaſdem revolverentur circunctationes.*

Verſus 28.

Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu diſcipulus illius ſis, nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.

S.Thom. in Ioan. Pſ 108.8 Matth.5 1. S. Thomas ait: *De hac maledictione dicitur in Pſal. 108. Maledicent illi, & tu benedices. Et Matth. 5. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines.* Maledictio igitur hæc cæco fuit facta, quoad imprecationem ejus, quod illi augurabantur, benedictio potius ſeu maledictio benedicta fuit, non fuerit talis quoad ipſorum intentionem, quæ planè perverſa erat: *Maledictum, ſi cor eorum diſcutias.* Unde & S. Bonaventura ait: *Non eſt autem, ſi verba perpendas, magna enim benedictio eſt, quòd homo ſit diſcipulus Chriſti.* S. Baſilius quoque dicit: *Omne verbum, quod eo animo profertur, ut ex eo contumelia ſeu ignominia alter afficiatur, maledictum eſt, licèt verbum ipſum per ſe non videatur contumeliosum.* In cujus probationem adducit hanc maledictionem, quâ Phariſæi hunc cæcum onerarunt, hæc enim quoad Phariſæos injuria fuit, licet in ipſo quoad ſubſtantiam ejus fuerit gloria.

S.Bonav. S.Baſil. t.2.in reg.brevior.Inter. 24.

2. Porrò in hac occaſione ſatis liquet verificatum fuiſſe illud Eccleſiaſtici monitum, dicentis: *Fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in timore; præpara animam tuam ad tentationem.* Mox enim ut cæcus hic à Domino lumen tam animæ quàm corporis accepit, quantos non perpeti debuit luctus, quot non ſuſtinere coactus eſt contradictiones? Mox enim hic illum aggreſſus eſt examinando, ille injuriando, alius maledicendo, alter contentioſè cum illo diſputando, nonnulli ipſum tanquam excommunicatum è ſynagoga proſcribendo, adeò etiam ut & ipſimet illius genitores illum in anguſtiis ſuis deſolatum dereliquerint; at verò omnia hæc ad majorem illius gloriam tandem ceſſerunt; unde verè dicitur: *Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti &c. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Toletus conſiderat, quòd verbum hoc *maledixerunt* in græco injuriam & contumeliam ſecum ſubinferat: *Sanè cæcitas eorum convincitur, quod enim erat maximi honoris, tanquam convitium inferunt; maledicent illi, & tu benedices,* ubi mox ſubjungitur: *Qui inſurgunt in me, confundantur, ſervus autem tuus lætabitur; Confitebor Domino nimis in ore meo, in medio multorum laudabo eum, quia aſtitit à dextris pauperis, ut ſalvam faceret à perſequentibus animam meam;* quæ omnia in hoc cæco *ad unguem* adimpleta fuiſſe cernuntur.

Matth. 5. 11.

Verſus 29.

Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus, unde ſit.

S.Thom. in Ioan. 1. S. Thomas ait: *Quaſi dicant, nullius authoritatis eſt, ita ut non conſtet de eo, an à Deo venerit.* Mendacium verò illorum manifeſtè convincitur, ſiquidem ut Gloſſa advertit: *Superius dixerant: hunc ſcimus, unde ſit, & hic dicunt ſe neſcire; ſed neſcire nos dicimus, quæ abjicimus, ille neſcitur, latet humilitate, proditur ſignorum virtute.* *Gloſſa.*

2. Salmeron ponderans id, quod dicunt: *Nos ſcimus, quia Moyſi &c. illorum confundit malignitatem, dicens: firmiori tamen teſtimonio ſcire poterant JEſum eſſe filium Dei; nam illud de Moyſe ſciunt uno ſolo textu, & qui de ipſo teſtimonium perhibuit &c. hoc per auditum; hoc autem ſcire poterant pluribus teſtibus, ſcilicet Moyſe & Elia, & cæteris ſcripturis, voce deinde paterna è cœlo dimiſſa, & ex viſu tot operum divinorum, quæ inter eos fecit.* *Salm. t. 6. tr. 39.*

Verſus 30.

Reſpondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile eſt, quia vos neſcitis, unde ſit, & aperuit meos oculos.

Janſ. c.78. 1. *Tanta horum fuit inſipientia,* inquit Janſenius, *ut non poſſit non eam mox mendicus iſte & deprehendere & redarguere.* Omnes ſacri expoſitores heroicum & intrepidum hujus cæci animum, quo Chriſtum ſtrenuè defendit & tutatus eſt, unanimiter admirantur. Sanctus Bonaventura ait: *Ut ait Auguſtinus, liberè, conſtanter, veraciter loquitur.* Chry- *S.Aug. à S.Bon cit.*

Chryſ. hom. 57. in Ioan. Chryſoſtomus dicit: *Ecce veritatis præconem, quomodo ſapientiam non impedit paupertas. Vides, quòd audivit à principio, & quod pertulit, & quomodo verbis & operibus teſtatus eſt?* Qui idem S. Doctor ulterius cæcum hunc ſuo nos exemplo dicere oſtendit, qualiter in profitenda Chriſti fide ſolidi, ſtabiles & immobiles ſtare, ejusque diſciplinam & ſequelam minimè erubeſcere debeamus: *Nam ſi is, qui mendicus erat, qui cæcus, qui Chriſtum non viderat, ante ejus hortationem tantùm confirmatus eſt, ut in conſpectu totius populi homicidæ, furentis, inſani, & ejus voce Chriſtum damnare cupientis, nec aſſenſus ſit, nec acquieverit, ſed perquam fidenter eorum os obſtruxerit, & expelli malucrit, quàm ſubjicere veritatem: quanto magis nos, qui tamdiu in fide viximus, qui per fidem tot miracula intuitiſumus, qui majora, quàm ille, accepimus beneficia, qui interioribus oculis arcana myſteria conſpicamur?*

S. Thom. in Ioan. 2. S. Thomas ejuſdem Chryſoſtomi adducens authoritatem, veritatis efficaciam admiratus, dicens: *Ex iſta cæci conſtantia apparet, quàm fortè quid ſit veritas, quaſi deſpectos aſſumpſerit, claros & fortes eos facit; & quam imbecille quid ſit mendacium, quod etſi cum fortibus fuerit, imbecilles eos monſtrat & reddit.*

Lyran. 3. Lyranus ait: *Iſte illuminatus eorum malitiam & falſitatem confuſcat.* Judæ namque ſignis & miraculis patratis facilem ſemper fidem adhibere conſueverant; unde 1. Cor. 1. dicitur: *Judæi ſigna petunt, & manifeſtis ſignis credere conſuetum erat*; quam eandem veritatem in Exodo quoque expreſſam habemus. Unde præfatus interpres ita arguendo ſcribit: *Inconſuetum erat & mirabile, quòd non credebant Chriſto facienti ſignum maximum in illuminatione hujus cæci, quia nec Moyſes, nec alius Prophetа ſimile fecerat.*

Janſ. c. 78. 4. Janſenius intrepidum hujus cæci animum aptis hiſce ponderationibus commendat, dicens: *Cujus cùm inter diſputandum (ut fieri ſolet) creſceret fiducia, confirmatus veritatis conſcientia, & Dei gratiâ, fortiter contemptis omnibus periculis aujus eſt Chriſti cauſam agere apud viros magni nominis; quos ſentiebat omnibus technis moliri perniciem ſuam*; unde dicere poterat illud Jobi: *Juſtificationem quam cœpi tenere, non deſeram.* Chriſti etenim innocentiam ad finem uſque generosè defendit, donec tanquam excommunicatus è Synagoga proſcriberetur. Porrò in hac lucta verificatum fuit illud Davidis Regis pronunciatum: *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper*, ſiquidem quantò vehementius hi Phariſæi adverſus hunc cæcum exaſperabantur, tantò ferventius pauperculus ille in amore erga benefactorem ſuum accendebatur: pergit verò Pſalmiſta eodem in loco dicere: *Comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant*; quia cùm illi cæcum hunc à teſtimonio huic miraculo perhibendo deterrere & retrahere conarentur, is tanto amplius ad Salvatorem in conſpectu totius Jeroſolymæ cum ſumma illorum ignominia & contemptu juſtificandum & manifeſtandum accendebatur. *Job 27. 6* *Pſ. 10. 2.*

5. Conſiderandum quoque hoc loco venit, quòd cæcus ille, utpote in ſcripturis minimè verſatus, circa punctū quod de Moyſe tangebatur, nihil prorſus reſponderit, ſed illi ſe tantum oppoſuerit, quòd ſe Chriſtum nequaquam cognoſcere allererent, quem tamen per patratum in ipſius perſona miraculum luce meridiana clarius agnoſcere debebant: *Eorum ignorantiam junctam miraculo,* inquit Cajet. *illuminationis ſuæ, vertit iſte homo in cumulum miraculi.* Porrò miraculum iſtud adeò ſpecioſum & ſtupendum fuit, ut cùm S. Joannes, ut bene Salmeron advertit, in ſuo Evangelio multa illuſtria vitæ Chriſti facinora abaliis Evangeliſtis enarrata, ſub ſilentio tranſierit, eò quòd ſcopus illius principalis eò ſolùm in Evangelio ipſius ſpectabat, illa ſolùm in ſpecie tangere, quæ ad Chriſti divinitatem convincendam vel maximè ordinata erant: *Maximè quæ divinitatem ſtabiliebant, illa ſuo Evangelio inſeruit*; nihilominus hanc cæci nati illuminationem diffusè narraverit, utpote quæ hanc Chriſti divinitatem evidenter probabat, prout cæcus ille efficaciter arguebat. Unde Toletus ait: *Modeſtè eorum ignorantiam affectatam, aut diſſimulatam arguit, & eſt ſenſus: valde miror, quomodo vos ignoratis, unde ſit homo, cùm ex tanto miraculo facilè cognoſci poſſit unde ſit: mirabile eſt, ac ſi dicat: Vix credi poteſt, vos ignorare; eſt enim ignorantia nimis indigna vobis, qui tantam ſcientiam profitemini. In hoc mirabile eſt.* Magnæ quoque hujus cæci laudi attribui poteſt, quod *Cajet. Salmer. ibid. Toletus.*

ipſe pauper, mendicus illiteratus, qui nullos unquam literarum apices viderat, nedum legerat, in tam brevi tempore tantùm ſibi lumen, tantámque ſapientiam comparârit, quacum Scribas & Doctores adverſus eos diſputando convicit, quæque cum tanto doctrinæ & ſapientiæ fundamento, univerſam ſynagogam convincere & confutare idonea erat. *Ecce ſapiens*, inquit Albertus Magnus, *cæci illuminati reſponſum: cùm ex operibus poteſtatem divinam, & ex poteſtate naturam & perſonam poſſet is cognoſcere.* *Alb.M.*

Verſus 31.

Scimus autem, quia peccatores Deus non audit, ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.

Scimus.

1. Id eſt, inquit Lucas Burgenſis: *Scimus nos idiotæ, multoque magis vos Doctores legis;* voluit etenim cæcus illis ſubindicare, quod vel ſciant, undenam Chriſtus ſit, vel ſaltem quod ratione muneris idipſum ſcire debebant. *Lucas Burg.*

Quia peccatores Deus non audit.

2. S. Bonaventura hoc loco cum S. Auguſtino in hiſce verbis cæci objicit: *Si ita eſſet, fruſtra Publicanus oràſſet, dicens: Propitius eſto mihi peccatori*; reſponde que, peccatores duplicis generis eſſe: *Vel in peccato exiſtentes affectu & actu, & tales non audit Deus, in quantum tales; non enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*; *vel dicuntur peccatores peccata recognoſcentes, & reputantes ſe peccatores, & tales exaudit. Manentes in peccato, & ſuum peccatum amantes non exaudit, & hoc meritò ratione elongationis eorum ab eo, & interpoſitionis ſuorum peccatorum inter ſe & Deum: Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos & Deum, & peccata veſtra abſconderunt faciem ejus à vobis, ne exaudiret.* Eandem quoque expoſitionem ſanctus Thomas adducit, dum ait: *Non exaudivit peccatores in peccatis perſiſtentes, exaudivit tamen peccatores, de peccatis pœnitentes.* Idem quoque S. Bonaventura aliam adducit rationem, cur ſcilicet peccatores, qui in peccatis ſunt obſtinati, non exaudiantur: *Non exaudit propter eorum abominationem, & diſpicientiam à Deo; nam oratio eſt placabilis, quando perſona eſt diſplicibilis.* *S.Bonav.* *S.Thom. in Ioan.* *S.Bon.*

3. Salmeron probabile eſſe exiſtimat cæcum in hiſce verbis juxta communem ſacræ Scripturæ ſtylum, Judæis non ignotum locutum fuiſſe; ſiquidem in ſacris literis *ut plurimùm* ſervi Dei & juſti exaudiri dicuntur, non verò impii; dicitur enim: *Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum; clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos*; & illud: *Qui delinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis* Alia tamen ratio, quam præter jam dictam adfert, magis videtur eſſe literalis, nimirum quòd cæcus dicere voluerit, quòd Deus donum miraculorum peccatoribus non concedat, neque illos in ordine ad illa exaudire ſoleat: *Non audit, ſive exaudit ad virtutem ſcilicet edendi miracula in teſtimonium bonitatis, & ſanctitatis eorum.* Quæ opinio per Euthymium confirmatur, dicentem: *Non exaudit in hujuſmodi miraculis.* *Salm.* *Pſ.33.16.* *Pſ.33.18.* *Prov.28 v.9.*

Sed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.

4. Conſideratio eſt Theophylacti, quòd cæcus non ſolùm dixerit: ſi quis Dei cultor eſt, verum inſuper protinus adjunxerit: *Et voluntatem ejus fecerit; multi enim cultores quidē ſunt, voluntatē autem Dei non faciunt; oportet autem utraque adeſſe, Dei cultum, & voluntatis divinæ adimpletionem, hoc eſt, fidem & opera.* *Theoph.*

Verſus 32.

A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.

1. Toletus inquit: *Facilè in hoc cæco agnoſces ſpiritum Domini, nec enim tanta in Idiota potuit eſſe ſapientia, quā Doctores convinceret, & illis dicentibus: nos ſcimus*; *contradiceret*; *nos inquit ſcimus*; *nec tam intrepidus animus liberè inter perſecutores Chriſtum confiteretur, & defenderet, cùm ab omnibus etiam parentibus eſſet derelictus; niſi in eum ille intràſſet ſpiritus, de quo dicitur Matth.* 10. *Non eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri.* Nimirum ex hoc caſu à ſæculis nunquam audito miraculo, Chri- *Toletus.*

Chriſtum non ſolùm non peccatorem, ſed & verum Deum eſſe magna cum efficacia arguendo concluſit: *Quaſi dicat: Multa memorantur miracula,* inquit Janſenius, *quæ Deus olim geſſit per majores noſtros, ſed ſanctos, non peccatores; & tamen ſi repetamus ab orbe condito nunquam auditum eſt, quenquam extitiſſe, qui cæco nato oculos aperire, & viſum quem nunquam habuerit, imò quem natura negavit, præberet.* Lucas Burgenſis rationem reddit, cur magnitudinem hujus miraculi tantoperè ponderârit: *Amplificat hujus miraculi excellentiam, ut majorem addat argumento ſuo vim.*

Ianſen. *Luc. Burg.*

2. S. Cyrillus Alexandrinus zelum hujus cæci conſiderat, ſeu potius indignationem adverſus Judæos conceptam ob injuriam, quàm Redemptori irrogabant; Dicit enim: *Non parum, ut videtur, indignatus, & ægrè ferens cæcus tot convi iis impeti Chriſtum, ſummáque moleſtia affectus, quod ſibi ut probrum ingerant: Tu diſcipulus illius ſis, nos autem Moyſis; Feſtinat ſuo magiſtro patrocinari.*

S. Cyril. lib. 6. in Ioan.

3. In hoc homine, qui à primo vitæ ſuæ exordio cæcus fuerat, peccator habituatus denotatur, quia nihil unquam boni fecit, omnique Dei lumine & agnitione privatus exiſtit; ut igitur talis in ſtatum redigatur ſalutis, plures circa ipſum modi adhibendi ſunt. Porrò Chriſtus ad hunc cæcum illuminandum quatuor præcipuè præſtitit. Primò enim divino verbo ſuo uſus fuit, dicens: *Vade ad natatoria Siloe.* Secundò digitum ſuum illi applicuit: *Linivit oculos.* Tertiò ſputum adhibuit: *Exſpuit in terram.* Quartò denique lutum præparavit: *Et lutum fecit:* Eodem modo ad curandam cæcitatem impii cujuſdam peccatoris, qui à nativitate ſua quaſi in iniquitatibus commiſſis callum contraxit, opus eſt inprimis verbo Dei: *Lucerna pedibus meis verbum tuum,* deinde digito Dei, id eſt, miraculis: *Digitus Dei eſt hic,* ſive ut clarius dicam, efficacia Spiritus ſancti: *Dextera Dei tu digitus.* Denique luto, id eſt, ignominia & infamia penes mundum eſt aſpergendus: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Tandem verò luto, id eſt, memoria mortis nobis ipſis imprimenda: *Memento homo, quia pulvis &c.*

Pſ. 118. v. 105. *Pſ. 82. v. 17.*

Verſus 33.

Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quidquam.

1. Antea ipſum Prophetæ titulo honoraverat, nunc verò in hiſce adductis verbis ipſum tanquam verum in lege promiſſum Meſſiam à Deo nobis miſſum fuiſſe, aſſerere voluiſſe videtur. Unde Albertus Magnus ait: *Apparet ſuperveniſſe intus divinum lumen, quo protulit hæc verba de JESU.* *Alb. M.*

Verſus 34.

Reſponderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? & ejecerunt eum foras.

1. S. Thomas Phariſaicam ſuperbiam & faſtum hiſce verbis reprehendit: *Superbiæ defectum incurrunt, contemnendo cæci doctrinam, cùm dicunt: Tu doces nos? quaſi dicerent: Non es dignus. In quo apparet eorum ſuperbia; Nullus enim homo, quantumcunque ſapiens, debet à quocunque parvo doctrinam repellere.* *S. Thom. in Ioan.*

2. Lucas Burgenſis Phariſæorum detegit malitiam, liquidem confuſos & convictos ſe videntes, dum rationibus reſpondere non poſſent, per injurias & contumelias eidem reſpondent: *Convitiis & injuriis dejicere conati ſunt, quem rationibus non poterant. Exaggeratio eſt, totus, id eſt, non ſolum anima, ut cæteri homines, ſed & corpore; Corpus tuum mox ut natum, demonſtravit ſingularem animæ ſuæ deformitatem;* vel etiam ut Janſenius exponit: *Dicunt in peccatis natum, quod ſecundùm eos omnia ejus, mendicitas ſcilicet, cæcitas, & impudentia arguerent hominem à nativitate ſceleſtum.* *Luc. Burg.* *Ianſen.*

3. *In hoc cæco & paupere oſtendit,* inquit Salmeron, *quomodo per pauperes & indoctos humanis præſidiis & adjumentis deſtitutos, nomen ſuum prædicandum eſſet per univerſum orbem.* *Salmer.*

Et ejecerunt eum.

4. Toletus huic cæco è ſynagoga ejecto invidet, ob meritum ingens quod inde ſibi conciliavit: *Felix cæcus, qui primus pro nomine*

Toletus.

ne IESU *contumeliam paſſus, & abſque ſynagogis factus eſt, quod Ioan. 15. Apoſtolis futurum Dominus prædixit:*

Theoph. 6. Theophylactus id omnibus accidere ſcribit, qui in Christianæ albo ſeſe inſeri faciunt: *Ubi baptizatus quis fuerit tunc & tentationibus ſubjacebit; oportet firmiter ſe gerere & ſtare in confeſſione conſtanter, nec propter metum negare.*

6. Sperabant Phariſæi illum, utpote publicè è ſynagoga proſcriptum & ejectum, & velut excommunicatum, nullam deinceps penes populum habiturum eſſe fidem, adeoque parum nocere poſſe. Unde Lucas Burgenſis ait: *Futurum ſperârunt, ut excommunicatus ac proinde declaratus infamis & indignus conſuetudine Iſraëlitarum fidem apud populum non mereretur, ſi ulterius promulgaret miraculum à Jeſu in ſe editum.* Janſenius obſervat, quanto cum ſtudio & induſtria veritatem ſepelire & obfuſcare conati fuerint: *Obſervandum hic, quàm indefeſſo ſtudio impii veritatem obſcurare nitantur quanto furore, dum convincuntur contra veritatis aſſertores exagitentur.* S. Bonaventura ad Phariſæorum malitiam manifeſtius exponendam, ſequentem adducit S. Auguſtini authoritatem dicentis: *Ut enim ait Auguſtinus, ipſi illum magiſtrum fecerunt; Ipſi ut diſcerent, toties eum interrogaverunt, & ingrati docentem projecerunt, & in hoc beneficium magnum ei contulerunt. Unde Auguſtinus ait: Illi pellunt, excipit Dominus, magis enim quia pulſus eſt, Chriſtianus factus eſt,* & ideo fidelium Novæ Legis typus fuit, de quibus S. Paulus ait: *Exeamus ad eum extra caſtra, improperium ejus portantes.*

Luc. Burg. *Janſen.* *S. Bonav.* *Hebr. 13. v. 13.*

Verſus 35.

Audivit Jeſus, quia ejecerunt eum foras, & cùm inveniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei?

Et cùm inveniſſet eum.

Cajet. 1. Cajetanus ait: *Non dicit: reperiſſet, tanquam fortuito obvium, ad ſignificandum, quod ex intentione invenit eum, quòd ideo dixit Evangeliſta, ut inſtrueret Paſtores Eccleſiæ, ut eſſent ſtudioſi erga repulſos ab aliis propter nomen* JESU. S. Thomas de Aquino eandem ponderationem his verbis habet: *Illud enim inveniri dicitur, quod diligenter quæritur. Luc. 14. quærit diligenter, donec inveniat; ex quo videtur quòd Chriſtus ſolum eum quærat, quia in illo ſolo plus invenit de fide, quàm in omnibus aliis.* Theophylactus ait: *Dedita opera ad hoc veniens, ut eum conſolaretur, qui ſi agonothetes athletam, qui multum laboraverat, & coronatum ſuſcipiens.*

S. Thom. in Ioan. *Theoph.*

2. S. Joannes utitur dictione hac, *audivit,* ut Albertus Magnus notat, tametſi id ipſum probè ſciverit, etiam dum non audivit: *Quidem quod ante ſcivit, licèt ut homo etiam audire vellet, ut formam daret inquirendi & audiendi veritatem, antequam procedamus contra aliquem.*

Alb. M.

3. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Quærit illum non longo poſt tempore Chriſtus, & inventum arcana docet; Erit ergo & iſtud documentum: Curæ eſſe Chriſto eos, qui defendere ipſum parati ſint, & pro ejus fide periclitari non vereantur. Tales inveniet* JESUS inquit Theophylactus, *& tunc magis, quando ab inimicis ignominia notatus fuerit, à Chriſto honorabitur agnitione & certiori fide.* Idem quoque Doctor lucrum conſiderat, quod bonus hic homo ſibi comparavit, dum ait: *Vide lucrum, ejectus eſt ex templo, & ſtatim invenit eum Dominus templi, contemptus fuit opinione illorum propter Chriſtum, & honoratus eſt agnitione filii Dei.*

S. Cyril. Alexan. in Ioan. *Theoph.*

4. S. Cyrillus ſuper verbum hoc: *Audivit Jeſus,* occaſionem accipit, tum cæcum hunc laudandi, tum noſtras per ſequentem moralitatem inſtituendi; Dicit enim: *Non aliquo renuntiante id quod factum eſſet, ſed quoniam, ut quidam ſapientium dixit: Spiritus Domini replevit orbem terrarum; Audit enim, ſicut Pſaltes ait: Qui plantavit aurem, non audiet? & qui finxit oculum, non conſiderat? Cum ergo injuriis afficimur propter eum, vel aliquid moleſtiæ ſuſtinemus ab hoſtibus Dei, credendum eſt propter inſpectorem eſſe Deum.*

S. Cyril. lib. 6. in Ioan.

5. Rupertus Abbas Tuitienſis, dictionem hanc *inveniſſet,* conſiderans ait: *Neque hoc ſine pondere dictum eſt: Et cùm inveniſſet eum. Invenit enim* JESUS, *quos mundus perdit; Invenit ſalus, quos perditio derelinquit: Invenit autem de propè. Juxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde.*

Rup. Ab. lib. 9. in Ioan.

2. Chryſoſtomus verò exinde occaſionem captat præ cæteris in hoc pauperculo cæco

cæco illuminato illos præcipuè honorandi, qui propter Christi sequelam & disciplinam, cui se addixerunt, malè tractantur à Christi hostibus; Dicit enim: *Qui propter veritatem & Christi confessionem malo & contumelia aliqua afficiuntur; hi maximè à Deo honorantur. Ut enim qui propter Deum pecunias dispergit, is maximè eas invenit: & qui odit animam suam, is vel inprimis amat, ita contumelia affectus propter Deum, is plurimum honoratur à Deo, quod cæco usuvenit. Ejectus est è templo à Judæis, & à templi Domino inventus est; Contemptus à contemptoribus Christi, ab Angelorum Rege honoratus est. Considera, quibus eum præmiis remunerat summa omnium bonorum: se enim ei notum fecit*; & consequenter cum hac agnitione simul in eo procedebat gloria cœlestis: *Hæc est enim vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Chryſoſt. hom. 58. in Ioan.

Dixit ei: Tu credis in filium Dei?

7. *Iste cæcus*, inquit S. Thomas de Aquino, *typum baptizandorum gerebat; unde etiam consuetudo inolevit in Ecclesia, ut baptizandi interrogentur de fide; Interrogans autem de fide, non dicit: Credis in Christum? sed in filium Dei?* quia ut S. Hilarius observat, futuri erant hæretici, qui in Christum quidem crederent, non tamen tanquam in filium Dei, vel tanquam in Deum; prout faciunt Ariani. S. Thom. in Ioan.

8. Salmeron fidem hujus Christo nequaquam ignotam fuisse dicit; siquidem jam antea in ipsum crediderat, priusquam illum in facie videret: *Sed ut initia fidei, quæ in illo seminarat, ad majora promoverat, interrogavit.* Salmer.

9. Toletus dicit: *Non tam ad intellectum, quàm ad voluntatem refertur interrogatio; ut sit sensus: Vis tu in filium Dei credere? semper enim Deus hominum arbitrio in eorum salute & fide concilianda utitur.* Tolet.

Versus 36.

Respondit illi, & dixit: Quis est Domine, ut credam in eum?

1. Lyranus ait: *Non cognoscebat Jesum in facie, quia illum aliàs non viderat, sed eum desiderabat videre, & ideo dignum erat, ut ei veritas revelaretur.* Salmeron ait: *Non est vox diffidentis, sed ardentis videre beneficii authorem.* Lyran. Salmer.

2. S. Thomas postquam demonstrâsset cæcum hunc, Christum ex facie minimè cognoscere potuisse, eò quòd tunc pridem illuminatus fuerit, postquam ad aquas Siloe missus fuisset, postea verò à Pharisæis detentus & moratus fuerit, ipsum tamen Salvatorem verè filium Dei esse existimâsse in sequentibus subjungit, dicens: *Ex quo hic apparet, quòd eum ex parte cognoscebat, & ex parte ignorabat*; Vehementer tamen illum videre desiderabat. Isaiæ 26. *Anima mea desideravit te in nocte, scilicet ignorantiæ.* Unde Chrysostomus ait: *Desiderantis & valdè inquirentis animæ verbum: pro quo tanta locutus est, eum ignorat. Ut veritatis eum amatorem esse intelligat: nondum enim eum viderat.* S. Thom. in Ioan. Isai 26. 9. Chryſo. hom. 58. in Ioan.

Versus 37.

Et dixit ei Jesus: Et vidisti eum, & qui loquor tecum, ipse est.

1. Jansenius ait: *Videtur autem dedita opera dixisse: Vidisti eum, ut omnino in memoriam suæ sanationis illum reducat, & per eam magis ad credendum. Quod secundo dicit: Qui loquitur tecum, ipse est, provocet & confirmet: vidisti eum corporaliter*, inquit S. Thomas, *quia prius nullum videbat, quasi dicat: Ab ipso virtutem videndi accepisti.* Ianſen.

2. *Et qui loquitur tecum, ipse est, quia ut Hebr. cap. 1. dicitur: Novissimè locutus est nobis in filio.* Hebr. 1. 2.

3. Abraham postquam inimicos, qui Loth captivum abduxerant, dissipâsset, fratremque suum ex eorundem manibus exemisset, Deum, sibi dicentem audivit: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Cùm igitur cæcus iste Christum generosè defenderit, atque ad protegendum & liberandum Dei filium difficilem luctam pugnamque contra universam synagogam heroico animo sustinuerit, merito remunerationis loco sibi à Christo dici audivit: *Vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est*, siquidem in visione & fruitione Dei tota ratio gloriæ consistit. Gen. 15. 1

Versus 38.

At ille ait: Credo Domine, & procidens adoravit eum.

1. S. Cyrillus ait: *Tunc magis meruit cognoscere* S. Cyril. Alex. ib.

noſcere Chriſtum, cùm ejectus eſt de conſortio inimicorum Chriſti. S. Thomas cæcum hunc per hunc adorationis actum divinitatem in Chriſto agnoviſſe his verbis aſſerit : *Munda a conſcientia cognovit illum non ſolùm filium hominis, quod exterius videbatur, ſed filium Dei, qui carnem ſ ſceperat ; nam adoratio debetur ſoli DEO.* Rupertus Abbas ait: *De hoc primitivo adoratore filii Dei , duo hæc notanda ſunt , quæ de nullo adorante illum legis; quia videlicet &, credo, dixit, & procidit;* Leproſus quidem etiam adoravit; de illo tamen non legitur, quòd dixerit : Credo Domine, aut quòd ſe in terram proſtraverit, ſed tantùm genuflexit : *Hic unus invenitur tam voce confeſſionis, quàm geſtu, cordis neceſſariam perficiens adorationem filii Dei; Et idcirco recte per ſingulos annos in exemplum proponitur ſanctæ Eccleſiæ catechumenus inſtante ſolemnitate Paſchali baptizandus in morte Chriſti.*

S. Thom. in Ioan. *Rup. Ab. lib. 9. in Ioan.*

2. S. Bonaventura advertit cæcum duo nos puncta docuiſſe homini oranti , quàm maximè neceſſaria : *Primum fidei credulitas ; Credo Domine ; poſtulet autem in fide : ſecundum humilitas in geſtu. Ibi : Procidens. Qui enim procidit à ſe, cadit, ſi infra ſe, alteri innititur.*

S. Bona.

3. Petrus de Natalibus in Catalogo ſanctorum de hoc cæco illuminato ita ſcribit : *Cedonius Epiſcopus, vel Sidonius , fuit ille cæcus à nativitate, quem Dominus lutum ex ſputo faciens & oculos liniens illuminavit, qui & ab aliquibus dicitur fuiſſe unus ex ſeptuaginta duobus Chriſti.*

Petr. de Natal. Eſquil. l. 5. c. 102.

FERIA QUINTA
POST IV. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

Videatur Evangelium Dominicæ XV. poſt Pentecoſten.

FERIA SEXTA
POST IV. DOMIN. QUADRAGESIMÆ.

EVANGELIUM.

Ex Joan. Cap. 11.

1. ERat quidam languens Lazarus à Bethania de caſtello Mariæ , & Marthæ , ſororis ejus. 2. Maria autem erat , quæ unxit Dominum unguento , & exterſit pedes ejus capil-

capillis ſuis, cujus frater Lazarus infirmabatur. 3. Miſerunt ergo ſorores ejus ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. 4. Audiens autem JEſus dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. 5. Diligebat autem JEſus Martham & ſororem ejus Mariam, & Lazarum. 6. Ut ergo audivit, quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus. 7. Deinde poſt hæc dixit diſcipulis ſuis: Eamus in Judæam iterum. 8. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpondit IEſus: Nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt. 10. Si autem ambulaverit in nocte, offendit; quia lux non eſt in eo. 11. Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, ut à ſomno excitem eum. 12. Dixerunt ergo diſcipuli ejus: Domine ſi dormit, ſalus erit. 13. Dixerat autem IEſus de morte ejus, illi autem putaverunt, quia de dormitione ſomni diceret. 14. Tunc ergo IEſus dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt. 15. Et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi; ſed eamus ad eum. 16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Dydimus, ad condiſcipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo. 17. Venit itaque IEſus, & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem. 18. (Erat autem Bethania juxta Jeroſolymam quaſi ſtadiis quindecim.) 19. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham & Mariam, ut conſolarentur eas de fratre ſuo. 20. Martha ergo ut audit, quia JEſus venit, occurrit illi: Maria autem domi ſedebat. 21. Dixit ergo Martha ad JEſum: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. 22. Sed & nunc ſcio, quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. 23. Dicit illi JEſus: Reſurget frater tuus. 24. Dicit ei Martha: Scio, quia reſurget in reſurrectione in novissimo Die. 25. Dixit ei JEſus: Ego ſum reſurrectio & vita; Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet. 26. Et omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. 27. Credis hoc? Ait illi: Utique Domine; ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. 28. Et cùm hæc dixiſſet, abiit; Et vocavit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te. 29. Illa ut audivit, ſurgit citò & venit ad eum. 30. Nondum enim venerat JEſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo locò, ubi occurrerat ei Martha. 31. Judæi ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, cùm vidiſſent Mariam, quia citò ſurrexit & exiit, ſecuti ſunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi. 32. Maria ergo cùm veniſſet, ubi erat IEſus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. 33. IEſus ergo ut vidit eam plorantem, & Judæos qui venerant cùm ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbavit ſemetipſum, & dixit: 34. Ubi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide. 35. Et lachrymatus eſt IEſus. 36. Dixerunt ergo Judæi: Ecce homo amabat eum. 37. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut hic non moreretur? 38. JEſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum; (Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei.) 39. Ait JEſus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, ſoror ejus, qui mortuus erat: Domine, jam fœtet, quatriduanus eſt enim. 40. Dicit ei JEſus: Nonne dixi tibi: quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. Jeſus autem elevatis ſurſum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me. 42. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circumſtat, dixi, ut credant, quia tu me miſiſti. 43. Hæc cùm dixiſſet, voce magna clamavit: Lazare, veni foras. 44. Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit ergo JEſus: Solvite eum, & ſinite abire. 45. Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit JEſus, crediderunt in eum.

Verſus 1.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororis ejus.

Alb.M. in Ioan. 1. ALbertus, dictionem *languens* ponderans ita ſcribit: *Longus angor eſt, quia & anguſtia angit, & diuturnitate corpus atterit, & vires conſumit; Et hoc dicitur ad magnitudinem miraculi.*

Salm. t. 6. tr. 43. 2. Salmeron ad illud Eccleſiaſtici dictum: *Languor prolixior gravat medicum*, ſeſe reflectens, idipſum in præſenti occaſione ad-

Eccl. 10. v. 11. impletum eſſe oſtendit: *Hic enim Lazari languor magis Dominum, Medicum quàm Lazarum infirmum gravavit; Nam pro infirmo ſanando medicus vitam ſuam poſuit.* Providebat enim quod per hoc miraculum univerſi Hebraiſmi contra ipſum concitanda eſſet invidia, quodque exinde ad mortem ſuam determinandam permovendi eſſent, nec tamen ob id Lazarum reſuſcitare non prætermiſit, eo quod Lazarus hic peccatorem præfigurabat in peccatum prolapſum, indeque mediantibus auxiliis cœleſtibus ad gratiæ vitam reſurgentem, in quem finem Redemptor noſter vitam & ſanguinem ſuum impendere & prodigere non dubitabat.

S. Thom. in Ioan. 3. S. Thomas ait: *Per hunc fidelis ſignatur, qui in Deo ſperat, & tamen patitur infirmitatem peccati, de qua dicitur in Pſ. 6. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum; Lazarus enim interpretatur auxiliatus à Domino; unde eum ſignat, qui habet ſpem divini auxilii. Pſ. 120. Auxilium meum a Domino.* S. Bernardinus quoque per hunc languentem Lazarum, perverſam intelligit peccatoris voluntatem, qui in incurabilem mortalis culpæ infirmitatem incidit, à qua non niſi divina gratia mediante curari non potuit: *Sorores iſtius voluntatis conſentientis peccato, videlicet intellectus & memoria, annuntiant Deo dicentes: Ecce quem amas, infirmatur, quando intellectus elevatur conſiderans, & intelligens peccatum animæ, cui per voluntatem conſenſit, & memoria recordatur de morte & judicio Dei, penſando peccatum & pœnas inferni.*

Pſ. 120. 2. S. Bernardin. t. 4. ſer. 32.

S. Thom. 4. S. Thomas ait: *Bethania domus eſt obedientiæ, per quod datur intelligi, quod ſi infirmus ſit Deo obediens, poteſt ab eo de facili curari, ſicut infirmus obediens medico ab eo beneficium conſequitur ſanitatis.*

Verſus 2.

Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & exterſit pedes ejus capillis ſuis, cujus frater Lazarus infirmabatur.

1. Per hæc verba Evangeliſta demonſtrare voluit, hanc eſſe eandem Mariam, inquit Cajetanus, quæ in cap. 7. ſancti Lucæ illud Chriſti pedibus obſequium præſtiterat: *Imò ex induſtria Ioannes, qui legerat Evangelium Lucæ, explanat hanc eſſe illam.* Quæ eadem aliud quoque miraculum hoc præſenti prodigio non inferius in ſemetipſa experta fuerat, quia ut Rupertus Abbas Tuitienſis ait: *Ille quidem languens erat, Maria autem ſoror ejus, jam peſſimo languore, imo & ab ipſa morte animæ jam fœtens per gratiam Domini revixerat atque convaluerat.* *Cajet. in Ioan.* *Rup. Ab. l. 10. c. 11. in Ioan.*

2. Quæri hoc loco haud incongruè poteſt, cur S. Joannes non ſimul mentionem fecerit hoſpitalitatis, quam S. Maria Magdalena ibidem Salvatori ſæpius exhibuit? Ad quod tamen facilè reſpondetur; ſiquidem dici poteſt, quod Sapientia incarnata alimenta corpori præſtita non tanti fecerit, quanti æſtimavit peccatricis lachrymas, contritionem, pœnitentiam & vitæ mutationem, quam in domo Phariſæi ad pedes ejus proſtrata exhibuit.

Verſus 3.

Miſerunt ergo ſorores ejus ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur.

Miſerunt ergo ſorores ad eum.

1. *Non per ſeipſas venientes,* inquit Albertus Magnus, *ut & ſexum recognoſcerent, quem per terras diſcurrere non decebat.* Sapiens etenim mulieri non honeſtæ, ſed impudicæ attribuit, quod vagabunda, & garrula circumcurſitet: *Nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis &c.* Theophylactus præter hanc aliam quoque rationem aſſignat, cur in perſona pro-

Alb. M. *Prov. 7. v. 11.* *Theoph.*

propria Dominum non convenerint: *Quia plurimum fidebant Chriſto, & quia mulieres erant, non oportebat eas ita facilè è domo progredi, & quia in luctu erant, & occupatæ circa fratrem*; *Eccleſiaſt. 6. Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget*; Cum omni namque ſecuritate & familiaritate cum ipſo agere & tractare poterant. Idem quoque motivum S. Bonaventura adducit, dum ait ſorores haſce non in perſona propria Dominum acceſſiſſe, ut Regulus & centurio fecerant, non quia de fratris ſui ſalute recuperanda ſollicitæ non eſſent, nec quia de ſe ipſis præſumptuosè ſentirent: *Sed quod vehementer confidebant de Chriſto, & multam habebant ad eum familiaritatem.*

Eccl. 6. v. 11.

S. Bon.

Domine.

Alb. M. 2. *Profeſſio eſt*, inquit Albertus Magnus, *poteſtatis ſanandi ſi vult*; *Unde Auguſtin. Poſſe habes arbitrii tui, ſic utrum ſanare velis, & ideo etiam non rogant, ſed innoteſcunt tantum ſibi, quod utilius videtur relinquentes.*

Ecce quem amas, infirmatur.

Lucas Burg. 3. *Is, quem amas unicè*, inquit Lucas Burgenſis, *è familia noſtra*; *nam & alios amabat JEſus, nominatim diſcipulum, qui hæc ſcripſit.* duabus quidem hiſce ſororibus multæ ſuppetebant ad Chriſti animum in Lazari curationem inflectendum rationes, inquit Toletus; Cùm enim in orationibus efficaciſſimæ eſſent, maximè Magdalena, quæ *optimam partem elegit*: uti quidem ſupplicationibus aut memorialibus potuiſſent, *ſed potiſſimam elegerunt*, nimirum dicendo: *Ecce quem amas.* Secunda ratio conſanguinitas erat: *Deus enim & homines ſolent multa facere probis, quos conjunctos ſciunt amicis, quos diligunt.* Tertia ratio eſt amor infirmi erga Salvatorem, ſed quarta ratio omnibus aliis potior eſt & efficacior: *Ipſius ſubvenientis amor, hæc eſt omnium potiſſima; efficacior eſt enim amor ſubvenientis, ut benefaciat, quam amor indigentis, ut bene fiat.*

Toletus.

Dion. Cart. 4. Dionyſius Carthuſianus legationem notat, quam ad eum ſubmiſerunt: *Utuntur verbo tam effectuoſo & blando: Ecce quem amas, ut JEſum ad miſericordiam inclinarent, quem noverant pietatis viſceribus plenum*; nam in Pſalmo 6. ſcribitur: *Miſere mei Domine, quoniam infirmus ſum*; *Infirmitas enim amici*, inquit Albertus Magnus, *ad miſericordiam flectit.*

Pſ. 6. 3.

5. S. Auguſtinus rationem reddit, cur hæ ſapientes & circumſpectæ ſorores non potius dixerint: *Qui te amat. Rudis eſt animus, qui dilectionem, quam nolit impendere, nolit rependere. Poterant ergo dicere: Ecce qui te amat, infirmatur*; at verò probè ſciebant, inquit S. Doctor, amorem quo Deus erga nos fertur, fontem eſſe & originem amoris noſtri erga ipſum: *Quoniam Deus prior dilexit nos.*

S. Aug. lib. de catech. rud. c. 4.

1. Ioan. 4. v. 19.

6. Janſenius ad hoc ſe reflectit, quòd non dixerint: *Frater noſter infirmatur*; ſed: *Ecce quem amas*; *nimirum non nitentes propriis aut Lazari meritis, ſed tantùm amori & benevolentiæ Chriſti*; *Neque ſuorum meritorum intuitu, ſed amicitiæ jure ipſum provocantes, verecundè ad ſubveniendum.* Cæterum prætendere poterant merita ſua, quæ ſibi præ cunctis aliis apud Chriſtum compararant, ſiquidem domus ipſarum ipſi & omnibus ejus diſcipulis ſemper patebat, jamque ab ipſis iteratis ſæpè vicibus hoſpitio exceptus fuerat; præterquam quod Magdalena de illarum mulierum numero erat, de quibus S. Matthæus ſcribit, quod erant *miniſtrantes ei de facultatibus ſuis.*

Janſ. concord. c. 102.

Luc. 8. v. 3.

7. Regulus quidem à Chriſto petierat: *Deſcende priuſquam moriatur filius meus*: At verò modeſtiſſimæ hæ ſorores tanta cum Salvatore ſecuritate & præſumptione uti nolebant, maximè cum illum è longinquo unico tantùm verbo fratris ſuæ ſanitatem reſtituere poſſe ſcirent; Neque itineris ad ipſas inſtituendi incommodum ipſi inferre præſumebant, eo quod ſe cum omnibus meritis ſuis indignas eſſe arbitrabantur, ut Chriſtum in propriam domum reciperent, niſi ultro volentem; præterquam quod ſatis ſit veriſimile, ipſas eum imminenti noluiſſe exponere periculo, ſiquidem ut Apoſtoli ejus dixerant: *Nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc?*

Ioan. 4. 49.

3. Verùm enimverò dicat fortaſſe aliquis; ex quo ergo nullum ei incommodum creare volebant, cur non committunt illis,

quos ad Chriſtum miſerant, ut fratris ſanitatem ab eo directè expoſcerent? Nimirum ſciebant, quod divinum oraculum per os Davidis promiſerat: *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus, ut eruat à morte animas eorum*; *Cuſtodit Dominus diligentes ſe.* Salmeron inquit: *Non citant merita propria, nec fratris ſui Lazari; ſed tantùm ejus in Lazarum amorem; neque dicunt: Veni, aut feſtina: ſed infirmitatem tantùm proponunt, & modum ſuccurrendi non deſcribunt; Satis putabant, annuntiare amanti, qui amat & non deſerit, qui diligit non verbo, aut lingua, ſed operè & veritate.* Unde S. Gregorius ſcribit, quòd amor ei, qui verè amat, calcaria addat ad ſubveniendum amato; *Amor etiam mentes ad opus excitat, nec calcaribus indiget.*

Pſ. 32. 18. Pſ. 144. v. 20. Salm. ibid. S. Greg. l. 6. mor. c. 17.

9. Devotæ quidem & ſanctæ hæ ſorores, Deum ut gratias ſuas nobis conferat noſtris orationibus & ſupplicationibus ſollicitari velle ſciebant; at verò pariter monitum ab ipſo Matth. 6. nobis datum, ſcilicet: *Orantes nolite multum loqui*, non ignorabant; atque ideo urgentem neceſſitatem ſuam paucis & brevibus verbis expoſuerunt, ſcientes, quòd *præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Beatiſſima Virgo nuptiarum neceſſitatem filio ſuo exponens, duobus ſe verbis tantum expedivit, dicendo: *Vinum non habent.*

Matth. 6. v. 7. Pſ. 10. 17

10. S. Auguſtinus ait: *Non dixerunt: Veni; amanti enim tantummodo nuntiandum fuit; ſufficit ut noveris; non enim amas & deſeris.* Solus Chriſti erga Lazarum fervens amor competens judex eſſe poterat, qui an ſanitas ei expediret an ſecus, diſcerneret. S. Antonius Paduanus ait: *Non enim ad amantem inſinuare curant; niſi ecce quem amas, infirmatur. Quia ut ait Auguſtinus: Non diligis, quem deſeris. Inſuper quia ſanitate poteſt homo benè & malè uti, ideo non eſt ſimpliciter poſtulanda; Ideo dicitur: Ecce quem amas, infirmatur; quaſi dicatur: Domine, video neceſſitatem, fiat quod conducere noſti ad ejus utilitatem corporis & animæ.*

S. Aug. tr. 49. in Ioan. S. Ant. Pad. ſer. in hac ſer.

11. Magno nos duæ hæ ſanctæ Matronæ errore liberârunt, quo ut plurimum mundus ſeducitur qui infirmitates, afflictiones, alásque ærumnas irati nobis Dei ſigna eſſe cenſet, cùm tamen revera res ita ſe non habeat: *Ecce quem amas, infirmatur.* Unde Chryſoſtomus inquit: *Multi cùm aliquem bonum & Deo acceptum, mali aliquid, ut morbum, ut paupertatem & hujuſmodi perpeti vident, perturbantur; ſanè ignari hoc maximè Dei amicis contingere; nam & Lazarus & amicus Chriſto, & ægrotus erat.* S. Auguſtinus igitur duas cauſas, ob quas Deus ſæpius infirmitates immittere ſolet, aſſignat, dum ait: *Reſpondemus, ante remiſſionem eſſe illa ſuppli cia peccatorum: poſt remiſſionem certamina exercitationéſque juſtorum; placeo mihi in infirmitatibus*, dicebat S. Paulus, *ut habitet in me virtus Chriſti.*

Chryſ. hom. 61. in Ioan. S. Aug. lib. 2. contra Pelag. 2. Cor. 12. v. 10.

Verſus 4.

Audiens autem JEſus, *dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam.*

Infirmitas hæc non eſt ad mortem.

1. Duobus modis infirmitas hæc conſiderari potuit, vel ſecundùm ejus malignitatem, & ſic tendebat ad mortem, quia Lazarus revera ex illa mortuus fuit: vel etiam *ut erat ſub ordine divinæ providentiæ*, inquit Cajetanus, *& ſic verum eſt, quòd non erat ad mortē, hoc eſt, ad hoc ut Lazarus maneret mortuus, ſicut alii homines mortui.* Janſenius dicit: *Quòd mors illa non eſſet ſibi mors, ſed veluti ſomnus, ſive quod in idem redit; quia infirmitas illa non perductura eſſet Lazarum ad mortem talem, qualem ſorores metuebant, in qua ſcilicet maneret.*

Cajet. Janſ. ibid.

2. Ante omnes alios Chryſoſtomus hanc conſiderationem adduxit, quòd ſcilicet ſorores illæ à legato ab eiſdem miſſo reſolutum adeò & liberum Salvatoris reſponſum audientes, quo Salvator ait: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem*, cùm tamen ipſe revera mortuus eſſet: *Non ſunt ſcandalizatæ, cùm contra accidiſſet, quam dixerat, ſed ei obviam factæ ſunt, neque mentitum putaverunt.* De Abrahamo pariter ſcriptura refert, quòd tametſi ei ab æterna veritate in Iſaaco filio ejus progeniem ipſius multiplicandam eſſe, promiſſum fuerit, ipſe tamen propter acceptum à Deo de eodem jugulando & ſacrificando mandatum, ſpe ſua non excide-

Chryſ. hom. 62. in Ioan.

rit,

Rom. 4. 18. rit, ſed firmiter cœleſte oraculum crediderit eſſe adimplendum: *Contra ſpem in ſpem credidit*: veruntamen ſanctarum harum mulierum fides & ſpes longè major fuit & excellentior, dum fratrem ſuum extinctum eſſe ſcientes, Chriſti nihilominus reſponſum admittere non detrectârunt, de quibus proinde Baſilius Seleucus ait: *Contrario rei eventu non ſunt offenſæ, & ſine mendacii ſuſpicione ad Dominum adierunt.* Porrò Lucas Burgenſis hac de re hunc in modum diſcurrit: nuncius ab hiſce ſororibus ad Chriſtum miſſus ab eodem ob lætum, quod relaturus erat nuncium gaudens quidem abiit, qui tamen ubi in Bethaniam rediit, Lazarum mortuum & recenter terræ commendatum, ambaſque ſorores Mariam & Martham, omnésque alios domeſticos lugentes invenit: *Mortuus enim fuerat eo ipſo die, quo nuntius miſſus diſceſſerat à Jeſu, ſive ante reſponſum à Ieſu nuntio datum, ſive paulo poſt.* Mox verò ut acceptum à Chriſto reſponſum iis, à quibus miſſus fuerat, expoſuit, aliquantulum quidem turbatæ fuerunt: *Tamen quia adjunxerat Ieſus, morbum fore ad gloriam Dei (ut glorificetur filius Dei per eam) perſuaſerunt ſibi ſenſum verborum Ieſu eſſe hunc aut ſimilem; quod infirmitas fratris eſſet non ad mortem, ſed ad ſalutem ipſius æternam pro gloria Dei; itemque rem totam divinæ providentiæ reliquerunt.* Et quidem valde eſt veriſimile, quòd quando infirmitatem fratris ad gloriam Dei cedere intellexerunt, gaviſæ fuerint, & de infirmitate fratris, & de ipſius morte, eò quòd dignus habitus fuerit, qui vel minimum gloriæ Dei promovendæ cooperari potuerit: immenſa etenim hominis cujuſcunque conſolatio eſſe debet, quòd in ærumnis & afflictionibus ſuis exaltandæ gloriæ Dei inſtrumentum eſſe poſſit.

Baſil. Seleuc. orat. 40. Lucas Burg.

3. Credibile eſt hoc reſponſum à Chriſto datum, expoſitum fuiſſe in præſentia multorum circumſtantium, qui vel reditum miſſi nuntii, vel adventum Salvatoris, vel ad minus bonum aliquod à Chriſto allatum nuntium impatienti cum deſiderio præſtolati fuerunt, datumque nuntium mox per univerſam Bethaniam, & paſſim inter Judæos fuiſſe divulgatum. Unde veriſimile fit multos erga Chriſtum malè affectos Phariſæorum & ſynagogæ dictamina & opinionem ſectantes Chriſtum & ejus reſponſum deriſiſſe, illúmq; traduxiſſe tanquam falſum & mendacem Prophetam, nec tamen benigniſſimus Salvator ideò ſe eò recipere renuit: aut ſi tardavit, id factum eſt, quia opportunum medicamentum applicandi tempus longè melius medicus novit, quàm infirmus; unde exſpectavit, donec cadaver computreſcens fœteret, ut tantò evidentius medicinæ ſuæ ſpecimen ederet is, qui de ſe ipſo dixit: *Ego ſum reſurrectio & vita.*

Joan. 11. 25.

Sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eum.

4. S. Thomas verba illa hoc ſenſu exponit: *Ut ſcilicet ipſe, qui reſuſcitatus fuit, quaſi caſtigatus juſtè viveret ad Dei gloriam, & populus Iudæus videns miraculum, converteretur ad fidem. Pſalm. 117. Caſtigans caſtigavit me Dominus, & morti non tradidit me.* Enim verò ob hoc miraculum adeò prodigioſum, adeò ingens in univerſa Judæa motio fuit, ut dicere non dubitârint: *Totus mundus abit poſt eum*; Apoſtolorúmque quos tanquam Eccleſiæ ſuæ elegerat cardines, fides magnoperè fuerit conſolidata; unde Lucas Burgenſis ait: *Fides Apoſtolorum fuit gloria Ieſu, ſicut & fides aliorum, quos hoc miraculum permovit.* Apoſtolis quoque Chriſtus dicit: *Gaudeo propter vos, ut credatis.*

S. Thom. in 1oan. *Pſ. 117. 18.* *Ioan. 12. 19.* *Ioan. 11. 15.*

5. Rupertus Abbas Tuitienſis ait: *Pro gloria inquam Dei, id eſt, pro teſtificanda Divinitate filii Dei: exprobratur namque filio Dei, diciturque v. g. quia dæmonium habet, & inſanit, eò quòd dixerit: Venit hora, quando omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei, & procedent; ut ergo glorificetur, & inſaniæ non arguatur Filius Dei, oportet illum in hoc uno, qui nunc infirmatur, experimentum dare virtutis & veritatis ſuæ, id eſt, oſtendere in uno homine, quid, vel quomodo facturus in univerſo hominum genere.* Et quidem quantò magis morti appropinquabat, tantò, inquit Salmeron, evidentiora edebat Divinitatis & omnipotentiæ ſuæ ſpecimina: *Admirabiliora legationis injunctæ à Patre teſtimonia edebat, ne quiſquam humanæ naturæ infirmitate in cruce & morte declarata offenderetur, aut eum quaſi impotentem morti ſuccubuiſſe exiſtimarent.* Toletus quoque ait: *Nullum enim extitit miraculum Chriſti, quale hoc, in*

Rup. Ab. l. 10. in c. 11. Ioan. *Salm. to. 6. tr. 43.* *Tolet.*

quo ita esse se Dei filium ostenderet, & tot credentes sibi conciliaret.

6. At verò dicere nonnemo hic posset; certissimum est, quòd Salvatori nostro perspicuum planè fuerit, hanc Lazari resuscitationem suam ei acceleraturam fuisse crucifixionem, quoniam igitur modo filius Dei eo in casu in medio latronum glorificari poterat? Idem Toletus ad hoc dicit: *Alii exponunt de Filii passione, quia hoc miraculum causa fuit, ut Iudæi mortem Christo omninò inferre decerneren*t; & tamen etiam ex hoc capite planè verificatur: ut glorificetur, &c. siquidem Christus ipsemet dixit: *Ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: videmus IEsum per passionem mortis gloria & honore coronatum.* Unde S. Leo ait: *Traxisti Domine ad te omnia, & cùm extendisses tota die manus tuas ad populum non credentem, & contradicentem tibi, confitendæ majestatis tuæ sensum totus mundus accepit.*

Toletus. *Ioan. 12. 32.* *Hebr. 2. 9.* *S. Leo ser. 8. de Pass.*

7. Porrò Salmeron ex hisce verbis utilissimam quandam deducit moralitatem, dum ait: *Mundus suæ gloriæ instrumenta habet, ambitionem potentiam, opes, honores, sapientiam & hujusmodi, unde glorietur: Christus verò elegit Crucem, infirma, ignobilia, & ea, quæ non sunt, ut inde gloriam suam eliciat.* Enimverò Deus ad promovendam gloriam suam, sicut & ad incrementum salutis & profectus animarum suarum, qui non minus ad ejus gloriam ordinatur, immissis nobis infirmitatibus, persecutionibus, & quibuscunque aliis afflictionibus tanquam instrumentis utitur, quia per similes ærumnas Deus amicos suos edere facit specimina virtutis, & efficaciæ divinæ suæ gratiæ, nobisque occasionem æternam comparandi gloriam subministrat.

Salmer. ibid.

Versus 5.

Diligebat autem IESUS Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum.

1. Toletus Evangelistam ideò hanc Christi erga Martham, Mariam & Lazarum dilectionem expressisse existimat, ut sorores hasce & fratrem earum Christo prædilectos fuisse audientes, intelligeremus hoc iter in Bethaniam à Christo integro biduo dilatum fuisse non ex amoris & voluntatis defectu, sed propter mysterium, ut nimirum rarius & admirabilius videatur esse miraculum.

Tolet.

2. Tota hæc familia hunc Christi merebatur amorem, ut Salmeron notat, dicens: *Peculiari quodam affectu hanc familiam & carne & fide nobilem, & inter se concordem, sicut in universum diligit omnes credentes in Deum, & hospitales in proximum, piè audientes verbum Dei, & se mutua dilectione amantes, juxta illud: Ego diligentes me diligo.* Lucas Burgensis inquit: *Diligebat & ut Deus, & ut homo; ut Deus dilectione æterna, tanquam electos & salvandos: ut homo diligebat amore naturali, quippe amicos & hospitio solitos recipere: amore etiam humano & morali, utpote honestos & virtutis studiosos:* qui idem Author Evangelistam de amore naturali & morali locutum fuisse opinatur, quo nimirum se erga amicitiam, & ab illis sæpius receptam hospitalitatem gratum exhibere volebat. Dionysius Carthusianus circa ethymologiam nominis Lazarus ita discurrit: *In exterioribus strenuum, & interioribus devotum; fuit strenuus & nobilis miles, dives & justus, ac Christi discipulus eo modo, quo Ioseph ab Arimathæa & Nicodemus.* Fuitque hic Christi in hanc familiam amor adeò excessivus, ut licet hanc resuscitationem mortem sibi acceleraturam esse sciret, ab hoc tamen miraculo patrando ob id minimè destiterit.

Salmer. to. 6. tr. 43. *Luc. Burg.* *Dion. Cart.*

3. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Nec mirum si mors & morbus ei, quem Deus diligebat, acciderit; communia enim omnium, quæ ex infirmitate naturali proveniunt, tametsi diligentibus Deum, peculiaris ea gratia data est, ut non iniquo animo ferant ærumnas.* S. Bonaventura Chrysostomum citans quærit, cur S. Joannes Christum hanc familiam dilexisse toties repetat? Et respondet, quòd Christus id fecerit: *Erudiens nos, non tristari, si aliqua infirmitas fuerit circa amicos, quia quem diligit Deus, castigat; quis est filius, quem non corripit pater?* Jansenius quoque similem ponderationem adducit, dicitque sacrum textum per hanc Christi erga hanc familiam ostensam dilectionem nos monere voluisse: *Ne putaremus justorum infirmitates divinæ iræ semper esse indicia, ne quis gravatim ferret, si etiam Deo amici morbo teneantur, aut ad tempus videantur à Deo ne-*

S. Cyril. Alex. l. 1. & 8. in Ioan. *S. Bonav.* *Iansen. c. 102.*

negligi. S. Auguſtinus in tribus hiſce perſonis certum quendam notat languorem atque triſtitiam; dicit enim: *Ille languens, illæ triſtes, omnes dilecti, ſed diligebat eos & languentium Salvator, imò etiam mortuorum ſuſcitator, & triſtium conſolator.*

S. Aug. tr. 49. in Ioan.

Verſus 6.

Ut ergo audivit, quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus.

1. Rubertus Abbas Tuitienſis cauſam explicat, cur benigniſſimus Salvator non eandem oſtenderit erga Lazarum ſollicitudinem, quam erga Archiſynagogi filiam, & filium viduæ demonſtrarat; dicit enim: *Experimentum ejus verbi patrabatur, quod dixerat: Omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei, & procedent; ut ergo ad hoc perveniret, tamdiu tardavit, donec mortuus terræ gremio reconderetur, ubi pulvis in pulverem convertitur, & omnis caro in ſuam originem redigitur, ut inde clamore illius evocaretur, unde in juſſu & voce Archangeli, & in tuba Dei, illo ad judicium deſcendente de cœlo, omnes evocandi ſumus.* Ex quo eodem venerabili ſcriptore Salmeron ulterius docet, hanc dilationem à Chriſto præmiſſam nec Lazaro præjudicaſſe, nec offendiſſe legem, ſicut nec charitatem, aut amicitiam, ex alia verò parte: *Sororibus multum doctrinæ & conſolationis attulit, ſed inprimis gloriæ Dei ſervivit, Lazarus quidem amicus ſed amicitior Dei gloria.* Unde utile quoddam pro illis documentum deducit, qui dum cœli auxilia, ab ipſis ſæpe ſæpius in urgentibus neceſſitatibus implorata differri & ſuſpendi vident de Dei bonitate diffidere incipiunt; dicit enim: *Docemur ergo hac ejus mora, non æſtimandum nobis Dei amorem à præſenti rerum ſtatu; quia rogatus ſæpe auxilium ſuum differt, vel ut orandi ardorem magis acuat, vel ut patientiam noſtram exerceat, & ſimul ut aſſuefaciat ad obſequium divinum.* Chryſoſtomus ſequentem rationem adfert: *Non enim cognita eſſet gratia repentè præſtita, niſi corruptus eſſet, & fœteret.*

Rup. Ab. l. 10. in c. 11. Ioan.

Salm. ibid.

Chryſo. hom. 61. in Ioan.

2. S. Thomas hujus ejuſdem dilationis duplicem tradit cauſam; quarum prima eſt: *Ne ex præſentia ejus mors Lazari impedita eſſet, nam ubi vita præſens eſt, mors locum non habet.* Secundò, ut miraculum redderetur tantò credibilius, nec quiſquam obji-

S. Thom. in Ioan.

cere poſſet; eum mortuum non fuiſſe. *Nullus poteſt dicere, quod nondum defunctum eum ſuſcitavit, ſed potius ſtupefactum.*

Verſus 7.

Deinde poſt hæc dixit diſcipulis ſuis: Eamus in Judæam iterum.

1. S. Thomas inquit: *Per hoc autem quòd iterum revertitur in Judæam, myſticè datur intelligi, Dominum in fine mundi, iterum reverſurum ad Judæos, qui convertentur ad Chriſtum.*

S. Thom. ibid.

Verſus 8.

Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nunc quærebant te lapidare, & iterum vadis illuc?

1. Toletus hoc à diſcipulis Chriſto ſuggeſtum non tam ex zelo, quàm ex privato quodam ipſorum intereſſe dimanaſſe: *Conſulebant quidem Chriſto*, inquit, *ſed magis ſibi; quod ſæpe inter nos accidit, ut ſub ſpecie charitatis erga proximum res noſtras agamus.*

Toletus.

2. Lucas Burgenſis hoc totum diſcipulorum in Chriſtum affectui attribuit; dicens: *Quia diligebant Jeſum, nolebant eum in mortem incurrere*; ſed hoc ei iter diſſuadendo bifariam errabant: *Semel, quòd neſcirent IEſu moriendum eſſe, ut Chriſti partes impleret; ſimul, quòd putarent interfici poſſe præter exſpectationem & voluntatem, quamvis ſuper utroque aliquoties admoniti.*

Luc. Burg.

Verſus 9.

Reſpondit IESUS: Nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt.

1. S. Auguſtinus dicit: *Cùm vellent dare conſilium homines Deo, diſcipuli magiſtro, ſervi Domino, ægroti medico, corripuit eos, & ait: Nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, me ſequimini, ſi non vultis offendere. Ut diceret ſe eſſe oſtenderet, elegit duodecim diſci-*

S. Aug. tr. 49. in Ioan.

discipulos; si ego sum dies, & vos horæ, nunquid horæ diei consilium dant? horæ diem sequuntur, non dies horas. Idem quoque Rupertus Abbas his verbis dicit: *Quid mihi consilium datis, cùm non vos me, sed ego vos duodecim elegerim, ut si debeatis sequi nutum magistri, sicut sequuntur duodecim horæ motum solis?*

Toletus. 2. Per eandem metaphoram à suorum cordibus timorem depellere voluit, quem de ejus morte habebant; ita Toletus exponit, siquidem vitam suam in duodecim horarum diei decursu adumbrat, in quibus se extra omne mortis periculum constitutum esse sciebat, siquidem prius omnia, quæ per infallibilem providentiam suam disposuerat, adimpleri debebant. *Noctem*, inquit, *tempus passionis appellat de quo dixit: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum; erat quidem jam vicina nox, quia imminebat passionis tempus, tamen adhuc hora erat dici, quando nemo ei nocere poterat.*

S. Cyril. Alex. l. 7. & 8. in Ioan. S. Cyrillus ait: *Si enim qui ambulat in die, non offendit, quomodo qui omnibus lumen immittit, pateretur aliquid molestum invitus? & quomodo qui omnibus revelat occultas malorum foveas, imprudens in eas cadet?*

3. Idem quoque sanctus Doctor in hisce verbis instabilitatem humanam expressam considerat; dicit enim: *Fortè comparat hominum mentem novitatis cupidam, ac mobilem semper, fluenti dierum motui, nunquam firmiter in una opinione consistentem.*

Hugo Card. Eundem quoque sensum Hugo Cardinalis amplectitur, dum ait: *Quasi dicat: variæ & mutabiles sunt horæ diei, sic & affectus hominum, & etiam sæpius in die mutatur cor hominis, quàm horæ; sic & Judæi possent esse mutati à voluntate me lapidandi, & sicut possum tempora mutare, ita & Judæorum corda.*

4. Quod verò sensum attinet moralem, certum est gratiam in luce velut ejus symbolo insinuari: *Lux orta est justo. Ephes. 5. v. 8. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate. Fructus autem &c.*

Ps. 96. 11. Ephes. 5. 8. S. Thomas ait: *Sicut qui in die vadit, non impingit, id est, non offendit, ita nec vos qui mecum itis, & hoc ideo; quia lucem hujusmodi videt in me, si autem ambulaverit in nocte, id est, in tenebris ignorantiæ & peccatis, tunc offendit; & hoc ideò, quia lux, scilicet*

S. Thom. in Ioan. *spiritualis, non est in eo, non quidem ex defectu lucis, sed eorum rebellione. Iosue. 22. Ipsi fuerunt rebelles lumini.* Similem quoque considerationem Dionysius Carthusianus habet, dum ait: *Per quod mysticè innuit, quòd is, qui ambulat in luce justitiæ, vel in puritate conscientiæ, non impingit opere, vel affectu, non habet timorem, sed debet esse securus quoniam nulla ei nocebit adversitas, si nulla dominetur iniquitas.*

Dion. Cart.

Versus 10.

Si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.

Quisquis in nocte ambulat, facilè impingit, & in præcipitium aliquod labitur, quia lux ei deest, Lyranus dicit: *Lux non est in eo, id est justitia, vel ego, qui sum lux; quasi dicat Christus; Quamdiu vobiscum sum præsentialiter, non debetis timere Judæos, quia Christus etiam in captione sua eos salvavit, sed post mortem meam erit vobis periculum.*

Lyran.

Versus 11.

Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado, ut à somno excitem eum.

Lazarus amicus noster dormit.

1. Temporibus superiorum sæculorum Deus Abrahamum, Isaac & Jacobum magnoperè honorâsse censebat, quando eos servos suos appellabat; David quoque sanctissimus Rex & Propheta in eodem titulo gloriabatur, dum ajebat: *Servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ*, hic autem sublimia Lazari meritò glorioso amici titulo condecorat, qui tantus est, ut Apostoli postquam ad apicem sanctitatis, majoremque gratiæ & amicitiæ Christi gradum pertigerant, tunc pridem sibi à Christo dici audierint: *Jam non dixi vos servos, vos autem dixi amicos.*

Ps. 115. 16. *Ioan. 15. 14.*

2. *Ex hoc autem quòd dicit amicos*, inquit Albertus Magnus, *dicit adjuvandi voluntatem, quoniam qui amicus est, ejus voluntas est, ad hoc, ut adjuvetur amicus, quia amicorum est idem velle & nolle.*

Alb. M.

3. Do-

Lucas Burg. 3. Dominus noſter his verbis ſimul amicitiam hanc ſuis quoque Apoſtolis communem fuiſſe inſinuat; quaſi diceret: *Quem ſimul omnes amamus, cui vos non minùs ac ego devincti eſtis; nonne amiciſſimus noſter hoſpes noſter dicit, ut diſcipulos ad commiſerationem commoveret, & faciles ad iter redderet; ſunt enim amici causâ etiam pericula contemnenda.* S. Thomas Chriſtum omnibus bonum amicum fuiſſe conſiderat: *Propter multa beneficia & obſequia, quæ nobis exhibuit; & ideo non debemus in neceſſitate deficere.*

S. Thom. in Ioan.

4. Conſiderandum quoque hoc loco venit, Lazarum amicum nunquam appellatum fuiſſe, niſi poſtquam mortuus fuit; nullus enim quoadusque vivit de gratia & amicitia Dei ſecurus eſſe poteſt. Unde Poëta ita canit: *Dicique beatus ante obitum nemo, ſupremaque funera debet. Eccleſiaſt. 9. v. 1. Neſcit homo, utrum amore vel odio dignus ſit;* at verò confeſtim ut homo mortuus eſt, tunc dicere poteſt: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.*

Eccl. 9 1.

Pſ. 123. 7.

Dormit.

5. *Somnus dicitur aliquando mors*, inquit S. Bonaventura, *nolumus vos ignorare de dormientibus*: præcipuè verò mors ſervorum Dei ſomnus appellari meretur, de quibus verè dicitur, quòd *requieſcant*, Chryſoſtomus ait: *His verbis docet non timendam mortem, cùm ad conditionem ſomni jam redacta eſt.* Ante Salvatoris noſtri mortem animæ à corporibus ſolutæ in lymbo depoſitæ aſſervabantur; at verò poſtquam ille reſurrexit, qui eſt velut *Primitiæ dormientium*, juſti ad æternam ſeſe recipiunt requiem: *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini.* S. Lucas de Stephano Prothomartyre ſcribit, quòd *obdormivit in Domino*; ſicut enim ſomnus eſt corporis ex laboribus, vigiliis, & aliis decurſum diei toleratis moleſtiis fatigati reſtauratio, ita & mors animæ refocillationem inducit. S. Bernardus ait: *Triplex in morte congratulatio eſt, homines ab omni labore, peccato, & periculo liberari.* S. Thomas in Joanem ita ſcribit: *Somnus dicitur mors, propter ſpem reſurrectionis, & ideo mors conſuevit appellari dormitio, ab eo tempore, quo Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit.*

S. Bon.

Chryſ. hom. 32. in Matt.

1. Cor. 15 v. 20.

Pſ. 126. 2

Act. 7. 59

S. Bern. in tranſitu Malach.

S. Thom. in Ioan.

Sed vado, ut &c.

6. Dionyſius Carthuſianus Chriſtum his verbis Apoſtolos dupliciter lætificâſſe dicit: *His verbis dupliciter roboravit ac lætificavit corda diſcipulorum*; primò quia ſe in familiarium amicorum ſuorum domum abire dixit, in qua aliàs tam honorificè hoſpitatus fuerat, non verò Jeroſolymam, ut cùm Phariſæis diſputaret, ſeque tot funeſtis mortis periculis exponeret. Secundò, quia ſe ad Lazarum communem omnium amicum reſuſcitandum concedere aſſeruit; Lyranus ait: *Hanc cauſam ſui itineris dixit ad diſcipulos, quaſi dicat, non debetis timere, quia vado non ad diſputandum cùm Judæis.*

Dion. Cart.

Lyran.

17. Sed dicet fortaſsè quiſpiam, cur Salvator noſter ad Lazarum reſuſcitandum in Bethaniam conceſſit, quando jam certò ſciebat, reſuſcitationem iſtam ſibi morte luendam eſſe? Et ideo pro reſolutione notandum, quòd Dominus noſter Lazarum amicum ſuum appellârit; de amico autem Seneca ſcribit: *In quid amicum paro? ut habeam, pro quo mori poſſim, & habeam, quem in exilium ſequar, cujus morti opponam & impendam.* Salmeron Chriſtum ſe non ſine peculiari myſterio, nec non rationabili & virtuoſo motivo periculo huic expoſuiſſe his verbis oſtendit: *Docemur hic non temerè in periculum nos conjicere, niſi juſtæ ſit cauſæ, id eſt, gloria Dei, proximi neceſſitas & charitas; nos propter commodum proprium in mala quæcunque & pericula nos objicimus, propter Deum verò colendum, & proximum ſublevandum movemur ne tantillum quidem.* Dici quoque poteſt, quòd ex quo Lazarus typus ſit peccatoris, in quo vita gratiæ extincta fuit, Redemptor noſter ad illum ſtatum ſalutis reducendum libenter ſe mortis periculo expoſuerit.

Seneca epiſt. 9.

Salm.

8. Obſervandum quoque eſt, quòd Chriſtus ad Lazarum defunctum acceſſerit, eò quòd is in eo ſtatu ad ipſum ire, aut ullum actum humanum exercere non potuerit, utpote qui jam mortuus, & omnis vitæ expers eſſet; qua in re denotatur, quòd neceſſum ſit ad hoc, ut reducamur in ſtatum ſalutis, ut miſericordia Dei ad compaſſionem erga nos moveatur, eò quòd nullas ad nos erigendas

ex nobis ij ſis vires habeamus. Unde S. Antonius de Padua dicit: *Adhuc Chriſtus dicit nobis continuè: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, ut à ſomno excitem eum; vide profundum inæſtimabilis pietatis, dormit peccator negligit ſemetipſum, & tamen Deus non deſiſtit, ſed nos excitare ſatagit à peccato, clamans exhortando vel comminando: Lazare veni foras.*

S. Ant. de Pad. ſer. in hac fer.

9. Hugo Cardinalis ſcribit: *In hoc poteſt percipi qui verum amicum habent ſi eos à peccatis excitent, in quibus dormiunt cum diabolo; unde & Chriſtus venit excitare amicum ſuum Lazarum.* Idemque quoque varios diſtinguit modos, quibus peccator ab hoc lethargo excitatur: *Quandoque ad ſtrepitum, id eſt, turbationem & tribulationem mundi; item clamore in exhortatione & prædicatione; tertiò in pulſu flagellorum: Percuſſoque latere Petri excitavit eum.*

Hugo C.

10. Toletus divinam admiratur pietatem, qua in nobis per gratiam ſuam præveniendis utitur, dicit enim: *Eſt etiam perfecta miſericordia, quando non tantùm venientibus ad nos ſubvenimus, ſed etiam iis, qui venire nequeunt benefacturi accedimus.*

Act. 12. 7

Ut à ſomno excitem eum.

11. Nimirum hoc loquendi modo facilitatem nobis inſinuare voluit, quam habebit in patrandis miraculis, imo etiam in reſuſcitandis ad vitam defunctis. Unde S. Auguſtinus ait: *Verum dixit: Sororibus mortuus erat, Domino dormiebat; hominibus mortuus erat, qui eum ſuſcitare non poterant; nam Dominus tanta cum facilitate excitabat de ſepulchro, quanta tu non excitas dormientem de lecto.* Chroniſta ſacer de miraculis Dei tractans, ita ſcribit: *Extendiſti manum tuam, & devoravit eos terra.* Ubi Cajetanus ait: *Tam facilè Deus miraculum facit, ac ſi duntaxat manum extenderet.*

S. Aug. tr. 49. in Ioan.

Exod. 15 v. 12. Cajet.

12. S. Cyrillus quoque rationem reddit, cur Dominus noſter mortem appellaverit ſomnum: *Neque enim mortem vocare voluit, qui creavit hominem ad immortalitatem, verunt amen etiam verus eſt ſermo, & verè eſt ſomnus apud Deum.*

S. Cyril. ibid.

12 Idem quoque ſanctus Pater aliam adfert rationem, cur miraculi mentionem nullam facere noluerit: *Faſtum & jactantiam vitans ad noſtram inſtitutionem & utilitatem.* Chryſoſtomus pariter dicit: *Semper nos admonet, ut inanem gloriam caveamus, & nihil de nobis merè promittamus.*

Chryſ. hom. 61. in Ioan.

Verſus 12.

Dixerunt ergo diſcipuli ejus: Domine, ſi dormit, ſalvus erit.

1. S. Auguſtinus ait: *Soleret enim eſſe ſomnus ægrotantium ſalutis indicium.*

S. Aug. tr. 49 in Ioan.

Verſus 13.

Dixerat autem JEſus de morte ejus, illi autem putaverunt, quia de dormitione ſomni diceret.

1. Salmeron errorem ponderat Apoſtolorum, quo in hiſce verbis laborant: *Quis enim ſanæ mentis itinere uniùs diei proficiſcitur, ut quempiam à ſomno excitet?* Non recordabantur ampliùs, quòd aliàs Patri filiæ mortuæ dixerat: *Non eſt mortua puella, ſed dormit. Parùm acutè dixerunt: Si dormit ſalvus eſt, eo etiam dato, quod ſit ſermo de dormitione ſomni; nam Adæ dormienti ablata eſt coſta, & repoſita caro pro ea; Samſoni dormienti præciſi ſeptem crines, in quibus fortitudo ejus ſita erat; Holofernes capite truncatur; dormientibus hominibus venit inimicus, & ſuperſeminavit zizania.*

Salm. t. 6. tr. 43.

Matt. 9. v. 24. Gen. 2. 21 Iudic. 16 v. 19. Iudith. 13. v. 10. Matt. 13. v 25.

2. Toletus Apoſtolos excuſandos eſſe putat in eo, quòd ſibi perſuaſerint, Chriſtum dixiſſe ſe ad Lazarum ſuſcitandum in Bethaniam abire: *Quaſi ſomnus eſſet illi noxius, quo tanquam à re noxia & contra ſanitatem eum liberari opus eſſet, ideoque ſe opponunt, dicentes: non eſſe ſomnum noxium, ſed utilem, & ſanitatis indicium.*

Toletus.

3. Lucas Burgenſis errorem & defectum notat in ipſis tanquam diſcipulis in ſchola Magiſtri cœleſtis nondum ſufficienter eruditis: *Idcirco illorum tarditas nobis ob oculos ponitur, ut virtus JEſu in illis paulò poſt perficiendis ſit illuſtrior.* S. Thomas ait: *Adhuc erant rudes, & in timore poſiti, & ideò malè capiebant verba Chriſti*; vel etiam eos excuſari poſſe exiſtimat dicendo, eos credidiſſe, quòd Chriſtus more ſuo in parabolis loqueretur: *Conſueverat eis parabolicè loqui,*

Lucas Burg.

S. Thom. in Ioan.

qui, & ideo neſciebant, quid per ſuſcitationem à ſomno intelligeret.

Verſus 14.

Tunc ergo IEſus dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt.

S. Aug. tr. 49. in Ioan. 1. S. Auguſtinus notat Chriſtum, eò quòd obſcuriuſculè loquendo eum dormire dixerat, nunc apertiùs ſe declarâſſe, dicendo quòd verè mortuus erat: *Æger enim, non mortuus fuerat nuntiatus, ſed quid lateret eum, qui creaverat, & ad cujus manus anima morientis exierat.*

Verſus 15.

Et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi; ſed eamus ad eum.

Tolet. 1. Toletus oſtendit, quonam modo licitè quis & meritoriè de alieno malo gaudere poſſit: *Gaudere licet in malis*, inquit, *quæ hominibus à Deo immittuntur, non propter eorum malum, ſed propter eorundem aut aliorum ſpiritualem ſalutem ac profectum, quando per ea ad Deum convertuntur, vel in melius proficiunt.* Sapientia incarnata hanc mortem Lazari ſpecialiter ad fidem Apoſtolorum, ac demum totius Judaiſmi ſtabiliendam ordinaverat; & ideo de Apoſtolis S. Auguſtinus ſcribit: *Ut credatis, quod intelligendum eſt, ut ampliùs robuſtiuſque credatis.*

S. Aug. tr 49.

S. Cyril. ibid. 2. *Ait autem ſe gaudere*, inquit S. Cyrillus, *non ad vanitatem, quia miraculum patraturus eſſet, ſed quia hæc cauſa futura erat diſcipulis fidei.* Theophylactus Chriſtum ſe hoc miraculo Apoſtolis ſuis ſpecialiùs tanquam verum Deum declarare voluiſſe exiſtimat, *Ut credatis mihi magis nunc, ut Deo*, S. Thomas ait: *Propter vos, id eſt, propter veſtram utilitatem, ut ex hoc ſumatis experimentum Divinitatis meæ, quia in abſentia video.*

Theoph.

S. Thom. in Ioan.

Rup. Ab. lib. 10. in Ioan. 3. Rupertus Abbas ita ſcribit: *Gaudii ſui cauſam mox ſubjunxit, dicens, quia non eram ibi; quid enim homine, ſi fuiſſes ibi? Si fuiſſes ibi, inquit, non tanta daretur materia gloriæ Dei, precibus quippe amantium & ploratibus eorum urgeret hoc facere, ut non moreretur, aut certè ut mortuum ſuſcitarem, antequam ſepeliretur; nunc magnificentiùs glorificabitur filius Dei, cùm cadavere ſepulto jamque fœtente experimentum dabitur, quòd in hora noviſſima verè omnes, qui in monumentis ſunt, procedent ad vocem ejus.*

Chryſol. ſerm. 63. 4. Chryſologus quærit, quomodo verificari poſſint verba illa æternæ & infallibilis Veritatis, ſcilicet: *Non eram ibi. Et erat locus, ubi non erat Chriſtus? & quomodo non erat ibi, unde mortuum Lazarum diſcipulis nuntiabat?* Tandem verò dubium illud ſequenti diſtinctione reſolvit: *Fratres, erat ibi Chriſtus Deus, ſed ibi non erat homo Chriſtus: erat ibi Chriſtus Deus, cùm moreretur Lazarus, ſed tunc ad mortuum venturus erat Chriſtus, quando erat mortem Chriſtus Dominus ſubiturus; dicebat itaque: quoniam non erat ibi, hoc eſt, in morte, in ſepulchro, in inferno, ubi per me & per meam mortem poteſtas tota mortis eſt ſubruenda.*

5. Supradictæ Ruperti Abbatis expoſitioni conformis quoque eſt aliorum expoſitorum interpretatio: *Gaudeo, quia non eram ibi, id eſt, Lazaro corporaliter non adfuit*, inquit Dionyſius Carthuſ. *cùm infirmabatur, quoniam ſi fuiſſem, curâſſem eum antequam mortem incurriſſet, propter inſtantiam ſuarum ſororum, & quia non decuiſſet amicum meum mori, me, qui vita ſum aſſiſtente.*

Dion. Cart.

6. Chryſologus aliud quoddam gaudii hujus motivum tangit: *Quia in morte & reſurrectione Lazari figura tota mortis & reſurrectionis Dominicæ pingebatur, & quod erat ſecuturum mox in Domino jam præcedebat in ſervo; mortem Lazari uſque ad quatriduanum tempus protendit, uſque ad fœtorem prævalere permittit, ut diſcipuli non haberent dubium, poſſe Dominum poſt triduum adhuc recentem ſurgere, cùm ſervum vidiſſent quatriduanum ſurgere jam fœtentem, & crederent poſſe facile ſibi vitam reddere, qui alium taliter revocaret ad vitam.*

Chryſol. ibid.

Eamus ad eum.

7. Ex hiſce verbis S. Thomas pulchram hanc elicit moralitatem: *In quo oſtenditur, inquit, Dei clementia, in quantum homines in peccatis exiſtentes, & quaſi mortuos, per ſe accedere ad eum non valentes, miſericorditer præveniendo attrahit, ſecundùm illud Jerem. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te.* Salmeron notat amici-

S. Thom. in Ioan.

Ier. 31. 3

Salm.

tiam hominis aliquando eousque pertingere, ut faciat amicum amico ad mortem usque assistere, imò mortem ipsam, ubi opus fuerit, libenter pro eodem subire: *Sed Christus fidissimus est amicus, non tantùm in vita & morte, sed etiam post mortem succurrens.*

Toletus. Observat Toletus Christum suos invitâsse discipulos, ut ad videndum & visitandum Lazarum, licèt defunctum, secum irent: *Homines solent infirmos amicos visitare, mortuos destituere, nihil enim visitatione sua eis præstare valent, at Christus etiam mortuos visitat sicut & vivos; tam facilè enim est ei, mortuis vitam, quàm infirmis sanitatem conferre.*

Versus 16.

Dixit ergo Thomas, qui dicitur Dydimus, ad condiscipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo.

S. Cyril. Alex. l. 7 & 8. in Ioan. 1. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Faciebat autem eos timidos Christus supra modum injuriarum impatiens, quas accipiebat à Iudæis*; sciebant enim odium synagogæ adversus Magistrum ipsorum semper summè fuisse implacabile, ideoque timebant, ne ejus injuriæ in ipsos quoque, ut discipulos illius redundarent. S. Thomas igitur sodalibus suis animum generosum suggessit, eis demonstrando amorem ejus, cui obstrictissimi erant debitores. Unde Interlinearis dicit: *Ecce verus amantium affectus, vel cum eo vivere, vel cum eo mori.* S. Thomas ita exponit: *Quasi dicat: Ire vult, periculum ei mortis imminet, nunquid & nos remanebimus, ut vivamus? absit; sed eamus & moriamur cum eo.* 2. *ad Timoth. 2. Si compatimur, & conregnabimus.*

Interl. *S. Thom. in Ioan.* *2. Tim. 2. v. 12.*

Tolet. 2. Toletus in hisce verbis amorem & fortitudinem S. Thomæ notat, dum ait: *Verba sunt dilectionis erga Christum, & fortitudinis; dilectionis, quoniam quidem sine Christo vitam contemnebat propriam; fortitudinis, quia à periculo, quod animo conceperat, non retardabatur, quò minus sequeretur Magistrum*; erat tamen adhuc fides ejus imperfecta, siquidem adæquatum nondum habebat conceptum Divinitatis suæ, per quam omnia pericula superare, iisque superior esse poterat.

Versus 17.

Venit itaque IEsus, & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.

Venit itaque JEsus.

1. Tametsi quatriduum à morte Lazari elapsum fuerit, auxilium tamen in tempore satis opportuno superadvenit, quòd licèt nonnunquam differatur aliquantulum, diffidendum tamen nequaquam est: *Adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit.* *Habac. 2. v. 3.*

Et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.

2. *Non quòd ignorârit*, inquit Lucas Burgensis, *sed quòd ignorantem se gerens intellexerit ex incolis Bethaniæ obviis Lazarum esse mortuum, & à quatriduano sepultum.* Cajetanus considerat, quòd si verum est imprimis, quòd Christus tunc discipulis suis Lazarum mortuum esse dixerit, quando præcisè exspiravit, ac deinde quòd iter ab illo loco, in quo Joannes Baptista baptizabat, usque in Bethaniam solo potuerit quatriduo perfici, verisimile omnino fiat, quòd Lazarus pro eo tempore, quo Christus dicebat: *Infirmitas hæc non est ad mortem*, etiamnum vivus extiterit, & præcisè in eo temporis puncto, quo Christus dixit: *Lazarus mortuus est*, exspirârit. Lucas Burgensis econtra dicit, quòd tametsi locus, in quo infirmitas Lazari Christo nuntiata fuit, à Bethania non nisi octo horarum itinere dissitus fuerit, hoc tamen intelligendum sit, si iter istud summa cum celeritate, & accellerantis veredarii passibus conficiatur, at verò *hominis gravis & multis comitato, qui multis notus, facilè à multis interpelletur in via, facilèque subsistat benefaciendi studio, majus est, quàm unius diei iter.* Causa autem, ob quam adventum suum ad quatuor usque dies distulit, à Cajetano tangitur hisce verbis: *Ut interim & mors Lazari publica esset in Jerusalem, & Judæi convenientes ad consolandum sorores, testes essent tanti miraculi.*

Lucas Burg. *Cajet.* *Lucas Burg.* *Cajet.*

3. Cæte-

3. Cæterum quod myſteria moralia attinet, Hugo Cardinalis ait: *Quatuor dies mortis, ſunt quatuor ætates, in quibus peccant, etiam in decrepita ætate; vel quatuor dies, peccatum cordis, oris, operis, & conſuetudinis.*

Hugo Card.

S. Bona.

4. S. Bonaventura, S. Auguſtinum citans, per quatuor hos dies, quatuor legum tranſgreſſionem intelligendam eſſe dicit: *In iſto mortuo intelligimus genus humanum; quatuor dies mortis, ſunt quatuor tranſgreſſiones hominis, quarum prima eſt contractio peccati originalis; ſecunda tranſgreſſio legis naturalis; tertia legis ſcriptæ; quarta legis Evangelicæ, & ad excitandos homines, de his motibus venit Dominus*, quæ omnia diffuſius deducit S. Auguſtinus.

S. Aug. tr. 49. in Ioan.

Chryſol. ſer. 63.

5. Chryſologus notat hanc moram, intra quam cadaver computreſcere cæpit, omnem reſuſcitationis ſpem è medio ſuſtuliſſe videatur: *Agit, ut humana ſpes tota pereat, & tota vis mundanæ deſperationis accedat*; hic enim perfrequens eſſe ſolet infallibilis divinæ providentiæ ſtylus, quod mala ad extremitatem uſque redigi patiatur, ut per hoc nobis innoteſcat, quàm verum ſit, quod ſit *Adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.* Deus eouſque ſacrificium Iſaac impedire diſtulit, donec jam ad feriendum cervicem dextera Abrahæ extenſa eſſet. Joſeph tot annis in miſera ſervitute tranſegerat, & poſt toleratam calumniam tetro incluſus fuerat ergaſtulo carceris, ibidemque etiam ab eo, cui eximiè benefecerat, oblivioni traditus fuerat, nec tamen Deus illius oblitus tunc fuit; ſiquidem *Deſcendit cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum.*

Pſ. 45. 2.

Sap. 10. v. 13. & 14.

Verſus 18.

Erat autem Bethania juxta Jeroſolymam quaſi ſtadiis quindecim.

Hugo Card.

1. Hugo Cardinalis in ſenſu morali dicit: *Per hoc ſignificatur, quod obedientia eſt propè pacem, ſoli enim obedientes habent pacem pectoris, & exſpectant pacem æternitatis.*

Verſus 9.

Multi autem ex Judæis venerant ad Martham & Mariam, ut conſolarentur eas de fratre ſuo.

Chryſo. hom. 61. in Ioan.

1. Chryſoſtomus hoc loco quærit, qua ratione Judæi ſibi perſuadere potuerint, licitum ſibi eſſe ad has Chriſto dilectas matronas honorandas & conſolandas accedere eo tempore, quo jam adverſus Chriſtum mors inferenda decreta fuerat, ipſéque omnibus adeo abominabilis erat, *Ut ſi quis eum confiteretur, extra ſynagogam fieret?* Et reſpondet, Judæos haſce ſorores convenîſſe, *vel propter vulneris magnitudinem, vel quia nobiliores reverebantur, vel quia non mali erant, qui ad eas venerant, multi namque crediderunt.* Baſilius Seleucus aliam rationem ſubinſinuat, dum ait: An ob mali communis neceſſitatem? Quaſi dicere vellet; forſitan compaſſivum hoc Lazari in florida ætate conſtituti, nobilis, divitis, robuſti mortui ſpectaculum in ipſis omnem repreſſit invidiam & odium, quo adverſus Salvatorem exardeſcebant. Præ cunctis verò aliis Chryſoſtomus rem acu tetigiſſe videtur, dum ait: *Nobiliores reverebantur*; erant enim Judæi iſti viri totius ſynagogæ maximè præcipui, atque in ſumma authoritate & reſpectu conſtituti, qui proinde ſe nequaquam puniendos eſſe ſciebant; hi igitur cum Domicellis illuſtri & nobiliſſima proſapia & parentela progenitis, poſſeſſionésque & dominia ampliſſima ſub ſe habentibus, curialiter exercere, eásque honorare impunè poterant; ſoli namque pauperes & plebei ſunt qui ut plurimum legum quas tranſgrediuntur, pœnas luere debent, magnatibus verò etiamſi prævaricantur, omnis defertur reſpectus, quibus proinde quicquid libet etiam licet.

Baſil. Seleuc. orat. 40.

Verſus 20.

Martha ergo ut audivit, quia Ieſus venit, occurrit illi, Maria autem domi ſedebat.

Martha ergo ut audivit, quia IEſus venit, occurrit illi.

1. Lyranus dicit, quod quia illa domum tan-

tanquam senior regebat, ideo quoque illi priusquam Mariæ Salvatoris fuerit nuntiatus adventus. S. Thomas ait: *Occursus Marthæ describitur festinus, absque moræ dilatione; Ratio, quare Martha audivit, & occurrit sola, est, quia Martha sollicita erat, & ideo occupata circa dispositionem negotiorum discurrebat per domum, & nuntianti facilius occurrit.* S. Bonaventura dicit: *Occurrit sicut avida ad videndum Christum, & sicut gaudens de adventu, non sperans de succursu.* Interlinearis in sensu morali ita scribit: *Activa vita primum occurrit per opera misericordiæ, quia contemplativi quietem desiderant.*

S. Thom. in Ioan. S. Bona. Interli.

2. Chrysologus mysteria occursus istius his verbis expendit: *Sic servus non fuit, non proximus, non amicus certè, qui aderant consolator, ut mulier sola, medias per turbas, per castrum totum, extra civitatem, & luctus tempore, veniens occurreret Salvatori? Fratres in his personis non causæ currunt, sed sacramenta signantur. Mulier currit pro morte, quæ cucurrit ad mortem; festinat ad veniam, quæ festinavit ad culpam; resurrectionem quærit, quæ quæsivit ruinam; & ipsa quæ mortem viro attulit, ut vitam viro referat, hæc anhelat.*

Chrys. ser. 64.

Maria autem domi sedebat.

3. S. Thomas ait: *Maria autem sedebat domi cum illis, qui venerant de Jerosolymis, & ideo non ita cito potuit sibi indicari ut Marthæ.* Causam verò cur Martha non subitò sororem suam de Christi monuerit adventu reddit Chrysostomus, ab eodem sancto Doctore relatus: nimirum *Quia Maria sedebat cum Iudæis, & Martha sciebat, quod Iudæi persequebantur Christum, & ita conspiraverant in ejus mortem.*

S. Thom. in Ioan.

Versus 21.

Dixit ergo Martha ad JEsum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.

Dixit ergo Martha ad IEsum: Domine, si fuisses hic, &c.

1. Lucas Burgensis verisimile esse censet quòd duæ hæ sorores sæpius inter se cõtulerint de dilato Christi adventu, dicendo, quòd si Christus ad visitandum fratrem sollicitè accurrisset, is utique extra omne fuisset positus mortis subeundæ periculum; neque illæ in hasce fuissent angustias redactæ. Et quidem de Martha, quæ prima Christo occurrit, Rubertus Abbas ita scribit: *Non ausa est conqueri, cur non venisset mox, ut ipsi nuntiatum est à dicentibus, Domine, ecce quem amas, infirmatur, sed reverentiam Domino servans, & dilectionem lædere cavens, tantum humili fide in confractione cordis omnipotentiam confitetur amantis*; lamentari quidem de Christo potuisset, inquit Jansenius, quod in auxilio ferendo justo fuisset tardior, cùm tamen ab ipsis ardentissimis ad ferendum auxilium precibus fuisset rogatus: *Cùm tamen ex rancos plerosque & ignotos lubens adire solet, & sanitatis munere impertiri*, & tamen, ut idem scribit Jansenius, *Nec aliquid remittit de solita reverentia & honore.*

Lucas Burgens. Rup. Abb. l. 10. in Ioan. Iansen.

2. S. Cyrillus Alexandrinus circa illa verba: *Si fuisses hic, non fuisset mortuus, &c. ita scribit: si sciviset Deum esse, non dixisset, si hic fuisset; Deus enim ubique est*; veruntamen ad eam excusandam, hæc protinus verba subjungit: *Præ dolore extra rationis fines evagata, existimat nihil aliud præstare posse Dominum, tanquam elapsa occasione, putabatque ipsum venisse non ad suscitandum Lazarum, sed ad ipsas consolandas*; verissimum quidem est, quod nullius sit locus, ubi Deus non sit; veruntamen specialiter adest animabus electis in summa tribulatione positis, tametsi tunc oculis humanis longissime abesse videatur: *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum; longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum*, prout in Lazari morte factum fuisse conspicimus.

S. Cyril. Ps. 90. 15

3. Porrò causam cur Dominus noster illam de fidei modicitate non arguerit, S. Cyrillus his verbis adducit: *Obrutam dolore Mariam non redarguit; ei, qui creaturam omnem implet, hoc locutam si fuisset hic: exemplum nobis præbens, non redarguendi eos, qui sunt in recenti, vehementique luctu*; etenim tritum monitum est: *Non est addenda afflictio afflicto.*

S. Cyril. ib.

4. Observandum tamen est, illam nihilominus aliquem habuisse de divinitate ipsius con-

conceptum, licèt non adæquatum & perfectum, uti ex illis verbis clarè colligitur: *Frater meus non fuiſſet mortuus*; ex illis namque liquet, ipſam infallibiliter futurum credidiſſe, quod ſola ipſius præſentia fratrem à morte potuiſſet eripere. Unde S. Cyrillus ait: *Non ideo ait, mortuus eſt frater meus, quia natura hominis morti ſubjacet, ſed quia tu non aderas, qui ſolo imperio mortem vincere potes.* S. Bonaventura Gloſſam adducens dicit: *Te præſente nulla infirmitas auſa eſſet apparere, apud quem vita hoſpitari noverat*; unde proficuum valde monitum deducit pro illis, qui in animæ ſuæ hoſpitium recipiunt Salvatorem; dicit enim: *Glorioſum ergo & jucundum & ſecurum eſt animæ fideli filium Dei hoſpitari in corde, & ſuſcipere, ut nulla infirmitas, nulla mors peccati, nulla triſtitia indebita ibi ſit.* S.Bona.

5. Ex hoc S. Marthæ pronuntiato clarè ſatis, quàm ſint fallacia hominum judicia, colligitur, ſiquidem *Neſcimus, quid petamus*; cùm enim hæ ſorores abſentiam & dilationem Chriſti Lazaro damnoſam futuram eſſe exiſtimarent, hæc ad majus illius bonum auctioremque Dei gloriam ordinata fuiſſe cernitur: atque ideo in ipſius nos voluntate remittere debemus, cùm medicus nobis ipſi, proſpicere poſſit. Atque hæc ſola cauſa fuit, cur S. Martha omnibus illis, quæ Chriſtus hac in re fecerat, perfectè ſe conformârit. Unde Toletus ait: *Temperate & modeſtè dolorem animi, quia juſtus erat de morte fratris expreſſit, nec enim ſciebat, quid divina providentia in illa morte ſtatuerat.* Toletus.

Verſus 22.

Sed quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

1. Extra controverſiam quidem eſt, quin S. Martha ardentiſſimum habuerit fratris in vitam reſuſcitandi deſiderium, atque ut ex horum verborum ſenſu perſpicuè colligitur, Chriſtum id facere poſſe probè ſciverit, maximè cum jam antea filium viduæ Naimiticæ, nec non & Archiſynagogi filiam à mortuis reſuſcitaſſet, & tamen ab hac gratia à Chriſto poſtulanda abſtinuit, quia tanquam mulier virtutibus & perfectione magna prædita, neceſſum eſſe ſciebat, ut in ſimili eventu propriæ voluntati renunciantes, in Dei nos beneplacitum totaliter reſignemus. S. Auguſtinus ait: *Unde enim ſciebat, ſi fratri ſuo reſurgere utile erat; Hoc tamen dixit: Scio, quia potes, ſi vis, facis; utrumenim facias judicii tui eſt, non præſumptionis meæ.* S. Bernardus optimè ad propoſitum interrogat: *Cur ejus miſericordiam non flagitatis? Reſpondent: Sic melius, tanquam non orantes, oramus, exhibemus fidem, perhibemus affectum, ſcit ipſe, cui non eſt opus, ut aliquid dicatur, quid deſideremus; quod noſtris meritis deeſt, verecundia fortaſſe ſupplebit.* S. Aug. tr 49. in Ioan. S. Bern. de grad. humilit. gr. 12.

2. Lyranus ait: *Videtur per hoc non fuiſſe edocta plenè de ejus Deitate, quia non dixiſſet: Quæcunque poposceris, ſed quæcunque juſſeris.* Credebat namque, ut Toletus ait, ipſum Lazarum quidem reſuſcitare poſſe, ita tamen ut pro hoc fine obtinendo DEO per preces ſupplicaret; unde patet, quod ipſum purum hominem eſſe crediderit, ſiquidem id ipſum oratione mediante, non verò per omnipotentiam propriam facere poſſe credebat. Lyran. Toletus.

3. Lucas Burgenſis ipſam dicere voluiſſe aſſerit, quod tametſi cauſa mortis fratris ſui ejus abſentia fuerit, verificandum tamen ad minus illud fuiſſe crediderit, quod per miſſum à ſe nuntium ſibi ſignificatum fuerat, nimirum: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei*: Quòd verò reſuſcitationem ejus nec prætenderit, nec ſperârit, ex ejus cum Chriſto habito diſcurſu, nec non ex illius reſponſis, ſicut etiam ex toto contextu Evangelicò ſatis liquidè patet, ſiquidem hoc ei nimis prodigioſum eſſe videbatur miraculum: *Mens ejus fuit fateri in genere verba Jeſu eſſe vera, ſeque illis indubitatam fidem adhibere, etiamſi ea non intellexerit.* Lucas Burg.

4. Toletus ejus modeſtiam his verbis commendat: *Modeſtam petitionem hæc verba continent, non enim expreſsè rogat, ut à Deo petat, ſed potentiam ejus confitetur, amanti autem ſatis eſt noſſe.* Janſenius ait: *Judicio Domini cuncta ſubjiciens, ac de ejus benignitate tantopere confidens, ut non dubitârit fratrem reſuſcitandum, ſi id à Deo peti poſſet, aut conveniret.* Toletus. Janſen.

5. S. Thomas de Villa Nova conſiderat, quòd hæ ſorores ſuas Salvatori ſupplicationes S. Thom. de Vill. Nov. conc. in hac fer.

nes porrigendo pro Lazaro ſe interpoſuerint: *Sanctarum ſororum obſecrationibus Lazarus ſuſcitatus eſt: placet Deo nimis humilitas peccatoris, qui de ſe penitus diffuſus (quia indignum exauditione ſe reputat) alterius ſuffragia quærit.*

Verſus 23.

Dicit illi IESUS: Reſurget frater tuus.

1. *Non dixit, reſuſcitabo fratrem tuum,* inquit Janſenius, *tum quod ubique Dominus vitaret ſui ipſius jactantiam, ac modeſtiam verborum ſectaretur; tum quia paulatim volebat animum Marthæ ad miraculi fidem & ſpem exercere.* Janſen. c. 102.

2. Salmeron hæc verba nobis ob oculos ponit, veluti motivum admodum efficax ad nos in chariſſimorum amiſſione conſolandos: *Cogitent, & putent ſe de Chriſti ore audiviſſe: Reſurget vel Pater, vel frater, vel filius tuus; unde Job: Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Salmer. to. 6. tr. 43. Iob 19. 27.

Verſus 24.

Dicit ei Martha: Scio, quia reſurget in Reſurrectione in noviſſimo die.

1. Theophylactus pulchrè nobis declarat, quomodo ſancta hæc mulier corpora noſtra in fine ſæculorum reſurrectura eſſe ſciverit: *Sciebat,* inquit, *ex divinis ſcripturis, & inprimis ex continuis Chriſti ſermonibus de Reſurrectione.* Theoph.

2. Toletus notat, conſolationis motiva, quæ ordinariè ſimilibus in occaſionibus proponi ſolent, optimè ab Apoſtolo ad Theſſalonicenſes his verbis perhiberi: *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent: In hunc ſenſum verbum Chriſti Martha interpretata eſt adhuc rudis, & imperfectæ fidei.* Tolet. 1. Theſſ. 4. v. 12.

Verſus 25.

Dixit ei IESUS: Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet.

Ego ſum reſurrectio.

1. Poſtquam Martha de univerſali reſurrectione mentionem feciſſet, Chriſtus ei opportunè replicavit, inquit S. Bonaventura: *Ego ſum reſurrectio; ſubditur doctrina veritatis de poteſtate filii Dei in ſuſcitando omni tempore.* Tacitè quoque inſinuare voluit *ſe eſſe illum ſuſcitatorem & vivificatorem*, inquit Salmeron: *per quem in noviſſimo futura ſit reſurrectio mortuorum.* S. Bona.

2. Martha paulò ante in ſuo diſcurſu, Chriſto ad edendum miracula precibus ad Deum fuſis opus eſſe inſinuaverat; ac proinde ab hoc errore illam eximere voluit: *Oſtendit ſe, non ſicut illa exiſtimavit*, inquit Janſenius, *opus habere alio adjutore, nec precibus ſibi impetrandam eſſe mortuorum reſurrectionem, quemadmodum ſanctis aliis, utpote qui fons eſſet vitæ & reſurrectionis.* Toletus Chriſtum illi filium Dei eſſe, uti revera erat, manifeſtâſſe ſcribit: *Apertis verbis Dominus eam inſtruit, & imperfectam fidem ejus corrigit, docetque ſe non indigere poſcere quicquam à Deo, ſed ſe eſſe Deum, qui mortuos ſuſcitare, & vitæ priſtinæ reſtituere poſſit.* Janſen. Toletus.

Significantioribus etenim verbis vivam ei ſpem reſurrectionis Lazari, ejuſque ad vitam reſuſcitationis imprimere non poterat, quia dicere his verbis voluit, inquit Janſenius: *Ego ſum fons & author reſurrectionis & vitæ.* Et quidem reſurrectionis pariter & vitæ mentionem fecit, *ut intelligamus eum non loqui potiſſimum de reſurrectione communi etiam impiis, ſed de ea, quæ propria erat juſtorum & fidelium.* Janſen.

3. S. Auguſtinus ad ſpiritualem peccatorum mortem alludens ait: Audiamus & reſurgamus. *Quàm multi ſunt in hoc populo, quos premit conſuetudinis moles? Forte audiunt me quidam, quibus dicitur: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria diuturna, non poſſumus; forte audiunt me aliqui immundi laſciviis & flagitiis inquinati, quibus dicitur: Nolite hoc facere, ne pereatis; & reſpondent: Non poſſumus tolli à conſuetudine noſtra. O Domine, iſtos reſuſcita.* Tametſi in peccatis inveterati ſimus, non tamen diffidamus, quia Chriſtus, qui *non vult mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat*, proteſtatur dicens: *Ego ſum reſurrectio.* S. Aug. tr. 49. in Ioan.

Qui

Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet.

4. *Per fidem autem, non nudam fidem intellectus, ſed perfectam, quæ eſt cum obedientia mandatorum ejus, & charitate intelligere oportet.* Ita exponit Toletus.

Tolet. 5. S. Cyrillus Alexandrinus hanc adfert
S.Cyril. Alex ib. horum verborum interpretationem : *Non erit immunis à morte carnis, propter conditionem humanæ naturæ, qui in me credit; verumtamen nihil inde patietur damni, cùm Deus nullo negotio vivificare poſſit, quem velit; qui enim in eum crediderit, in futuro ſæculo vitam habebit ſine carentem in beatitudine, & plena perfectaque corruptionis immunitate.*

Verſus 26.

Et omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

S.Bon. 1. S. Bonaventura duo mortis genera adfert, corporis ſcilicet & animæ, adducitque S. Auguſtini teſtimonium dicentis : *Mors animæ fit, cùm eam deſerit Deus, ſicut corporis, cùm id deſerit anima; ergo utriuſque rei, id eſt, totius hominis mors eſt, cùm anima à Deo deſerta deſerit corpus; ita enim nec ex Deo vivit ipſa, nec corpus ex ipſa;* Chriſtus igitur juxta Seraphici Doctoris expoſitionem vult dicere : *Omnis, qui vivit corporaliter, & ſpiritualiter, & credit in me, ſcilicet veritatem, non morietur in æternum morte damnationis æternaliter.* S. Thomas aliam quandam ad-
S.Thom. in Ioan. ducens expoſitionem adjungit : *Hoc non eſt intelligendum, quin moriatur ad tempus morte carnis, ſed quod aliquando ſi morietur, ut tamen reſuſcitatus vivat in æternum in animâ, donec caro reſurgat, nunquam poſtea moritura.*

Rup. Ab. lib. 10. in Ioan. 2. Rupertus Abbas ait : *Quis mortuus eſt, niſi is maximè, qui ſine Deo eſt? Econtra quis vivit, niſi beatus ille, cujus Dominus Deus ejus eſt?*

Dion. Cart. 3. Dionyſius Carthuſianus verba hæc de vita naturali intelligit, cui perſeverans in Chriſtum fides ſit conjuncta : *Quod non eſt ſine gratia gratum faciente, quæ eſt vita animæ; non morietur in æternum, id eſt, finaliter non peribit, neque æternam damnationem incurret; vel nunquam morietur, ſpiritualem vitam amittendo, dum in fide formata manſerit conſtans.* Lucas Burgenſis inquit : *Qui credit de me, quicquid credendum eſt; qui mihi adhæſerit fide viva per ſpem & dilectionem operante, & uſque ad mortem perſeverante.* *Luc. Burg.*

Verſus 27.

Credis hoc? Ait illi : Utique Domine; ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti.

Credis hoc?

1. Notat Janſenius, quod ex hiſce Chriſti verbis colligatur, quod tam in reſuſcitatione Lazari, quam aliorum defunctorum, hic ejus finis fuerit: *Ut ex eo intelligeremus, ipſum eſſe authorem ſperatæ reſurrectionis, & deſideratæ vitæ.* *Janſ.*

2. Chryſologus ingenioſam hoc loco quæſtionem in medium adducit; dicit enim: *Qui ad Lazarum venerat, quid ſic occupatur in Martha? Quid? Ut ante iſta in fide ſurgeret, quam ille reſuſcitaretur in carne; ſic facit, qui & vivis & mortuis conſulturus advenit.* *Chryſol. ſer. 63.*

Ait illi : Utique Domine, ego credidi, quia tu &c.

3. Toletus fidem hanc Marthæ, quam circa divinitatem filii Dei habebat, imperfectam fuiſſe exiſtimat, ad eum modum, quo ſi homini alicui rudi & indocto propoſitiones aliquæ circa fidem proponantur, quas, licet fidem habeat, attamen non capit is reſpondere ſolet : *Credo ſanctam Eccleſiam; ita nunc Martha : Ego credidi Domine, te eſſe verum Chriſtum, & omnia quæ dicis, vera eſſe, at non diſtinctè ea percipiebat.* *Toletus.* S. Bonaventura eundem ſenſum habet dum ita ſcribit : *Petrus intelligit plenariè veritatem, ſcilicet quòd erat filius Dei æternus : Mulieres verò iſtæ cenſuerunt iſtum, ſicut de virtuoſo quodam homine, & approbato & excellente.* *S.Bon.*

4. Thomas hanc confeſſionem expendens eam maximè commendat, dicens : *Hæc confeſſio Marthæ perfecta eſt; confitetur enim Chriſti dignitatem, naturam, & diſpenſationem* *S.Thom. in Ioan.*

nem, ſcil. incarnationis ; quod enim dignitatem ſpectat, hanc in eo regiam & ſacerdotalem agnoſcit, dumait: *Tu es Chriſtus*, quia in Græco *Chriſtus* idem eſt, quod *unctus: inunguntur autem Reges & ſacerdotes*; ipſe autem oleo Spiritûs ſancti inunctus fuit: *unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ* ; divinam quoque naturam Patri coæqualem confeſſa fuit, dicendo quòd ſit filius Dei vivi ; confeſſa eſt item incarnationis myſterium, dum ait: *Qui in hunc mundum veniſti; ſcilicet carnem aſſumens.* Salmeron in ejuſdem confeſſionis laudem ita ſcribit: *Hæc eſt fides Eccleſiæ Catholicæ, hanc Petrus caput Eccleſiæ Catholicæ profeſſus eſt; hanc & Martha conſidenter aſſeruit.* Unde hanc deducit moralitatem, ut ſcilicet omnes in ſchola fidei Chriſtianæ, in fidei confeſſione ſtudeamus eſſe unanimes: *Una & eadem eſt fides Papæ & mulierculæ; docti & idiotæ, majorum & ſimplicium.* Maximam tamen ſanctus Petrus in ſuâ confeſſione habuit prærogativam, quæ confeſſione S. Marthæ altior & ſuperior fuit; ſiquidem ut Chriſtus ait: *Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus cœleſtis.*

Pſ. 44. 8 *Salm.* *Matt. 16. v. 17.*

5. Nota hîc, quantum ſancta hæc matrona in agnitione & notitia Dei breviſſimo temporis ſpatio profecerit, quia cum antea illum ſolum hominem eſſe exiſtimavit, talem tamen, qui ſuis apud Deum precibus multum obtinere poſſit, nunc eundem verò Dei filium eſſe confitetur: Unde S. Thomas de Villa Nova ait: *Hominem perfectiſſimum & maximum Prophetam hæc mulier credebat, ſed Deum, aut Dei filium unigenitum neſciebat; Hæc fides Domini colloquio perficitur* ; *Mira colloquii utilitas.*

S. Thom. de Villa Nova conc. in hac fer.

Verſus 28.

Et cùm hæc dixiſſet, abiit; Et vocavit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te.

Hæc cùm dixiſſet, abiit, & vocavit Mariam.

1. Nimirum ſororem ſuam conſolationum ſuarum participem fieri voluit, quia ut S. Cyrillus advertit, *Audierat, reſurget frater tuus.*

S. Cyril. Alex.

2. Chryſologus ait: *Martha mittitur ad Mariam, quia ſine Maria nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari: Veniat materni nominis bajula, ut videat homo Chriſtum Virginalis uteri habitâſſe ſecretum, quatenus prodeant ab inferis mortui; mortui exeant de ſepulchris.*

Chryſol. ſer. 64.

Silentio.

3. S. Cyrillus ait: *Quia cum ea erant Judæorum nonnulli Chriſto miraculorum factori invidentes.* Theophylactus aliam adfert rationem; dicit enim, quòd ſi Judæi, qui urbanitatis cauſa ad illi condolendum advenerant, illam à Chriſto vocatam eſſe, penetrare potuiſſent, hi utique confeſtim è domo receſſiſſent; adeoque miraculo huic ademptus fuiſſet numerus ſpectatorum & teſtium: *Quia autem exiſtimabant Mariam ad ſepulchrum proficiſci lachrymatum, propterea ſimul abierant cum ea, & miraculi ſpectatores fuerunt, ac teſtes.*

S. Cyril. *Theoph.*

4. Janſenius dicit: *Fortè ne circumſedentes Judæi, quos pleroſque ſciebat iniquiores eſſe IEſu, impedirent eam, ut non accederet ad Dominum.* Rupertus Abbas ait: *Non enim ignorabant, quia nuper eum lapidare volebant; ne ergo irreverenter inimici Magiſtrum ſolitis pulſarent injuriis, vel ne currentes impedimento eſſent ſibi cupienti ejus colloquio frui, ſilentio ſororem ſuam vocavit.* Toletus dicit: *Silentio eam advocat, ut ſolam ſciat ſe à Magiſtro vocari.*

Janſen. *Rup. Ab. l. 10. in Ioan.* *Toletus.*

5. Obſervat S. Thomas quòd cùm ſilentium privationem vocis ac ſoni importet, impoſſibile fuerit, eum hoc nuntium ſilenter expedire potuiſſe, unde concludit, dicens: *Silentium ſuppreſſam vocem nuncupavit, quaſi dicat: Vocavit eam ſubmiſsè. Myſticè autem per hoc datur intelligi, quod ad Chriſtum quis vocatur exteriori voce tantum, ſed efficacius ſilenter.*

S. Thom. in Ioan.

6. S. Bonaventura exinde pro debiliori ſexu ſequens ſubinfert documentum: *Nota hic exemplum mulieribus colloquendi cum ſilentio; quanto enim ſunt magis loquaces naturaliter, tanto magis ſunt commendandæ ex taciturnitate: Ideo dicitur Eccleſiaſt. 26. Mulier ſenſata & tacita.* Albertus M. inquit: *Quia non decet mulieres clamoſas eſſe.*

S. Bona. *Eccli. 26 v. 18.* *Alb. M.*

Magi-

Magiſter adeſt, & vocat te.

7. Notandum, quòd Martha ſororem non advocârit, niſi poſtquam ex æternæ veritatis ore audivit: *Reſurget frater tuus.* In planctu ſola eſſe voluit, non verò in gaudiis & lætitia. Lucas Burgenſis ait: *Noluit ire domum harum ſororum, priuſquam perfeciſſet Dei opus, propter quod venerat.* Hugo Cardinalis inquit: *Id eſt, præſto eſt gratia & eruditio divina. Hebr. 12. Tanquam filiis offert ſe Deus; Apocal. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo: Et vocat te beneficiis, flagellis, creaturis, & aliis modis: Illa ut audivit, ſurrexit citò, declinando à malo, & venit ad eum faciendo bonum.*

Lucas Burg. Hugo Card. Hebr. 12. v. 7. Apoc. 3. v. 20.

Verſus 29.

Illa ut audivit, ſurgit citò, & venit ad eum.

1. *Promptitudo Mariæ ad occurrendum de ſcribitur*, inquit S. Thomas, *quia non diſtulit propter luctum; non tardavit propter aſtantes; ſed ſtatim ut audivit, ſurrexit citò de domo, in qua erat, & venit ad JEſum.* Unde deducitur, illam non paſſuram fuiſſe ſe à ſorore prævenirí, ſi Chriſti adventum citius & ante ſororem agnoviſſet. Tametſi enim à prima & præcipua Jeroſolymæ nobilitate, quæ ut tum ipſi, tum Marthæ condoleret in Bethaniam venerat, ſollicita curialitatis, & reverentis condolentiæ officia reciperet, attamen protinus ut ſibi à ſorore dictum fuit: *Magiſter adeſt, & vocat te*, ſine ulla civilitatis ſignificatione (licet id urbanitati ſolitæ adverſari ſciret) abillis receſſit. Unde Baſilius Seleucus ait: *Præceptore præſente humana omnia poſthabuit; totaque in unum hoc incubuit, ut ſuus Magiſtro conſtaret honos.* S. Thomas de Villa Nova inquit: *Præ amore & deſiderio Salvatoris præſentes nobiles conſolantes, velut pueros ſpernit, & rapido greſſu obviam dilecto ſuo vadit.* Lucas Burgenſis dicit: *Significatur moræ impatientia, quod præ vehementi quo JEſum proſequatur amore ſimul & honore ſtatim ſurrexerit & ſtinarit ad JEſum.* Idem verò Author poſtea ad inurbanitatem illam deſcendens, quam circa nobiliſſimam illam heroum Jeroſolymitanorum domum illarum in luctu viſitantium coronam, illos tam inciviliter inſalutatos nec monitos deſerendo, Maria commiſerat, ſubjungit: *Nihil cur ſurgeret præfata ad eos, qui cauſa conſolandi ipſam aderant, viros honoratos in ſæculo (haud dubium) oblita urbanitatis, oblita decoris, oblita luctus; fervens amor nihil niſi amatum curat.*

S. Thom. in Joan. Baſil. Seleuc. orat. 2. de Laz. S. Thom. de Villa Nov. conc. in hac fer. Lucas Burg.

2. S. Thomas ait: *Datur per hoc nobis exemplum non tardandi, cùm vocamur ad Chriſtum.* Salmeron ait: *Fidelis vocatus non debet moras nectere vocationis ſuæ, ſed protinus ubi pulſaverit Deus cor eorum, ſurgere ac ſequi.*

S. Thom. in Joan. Salm.

Verſus 30.

Nondum enim venerat JEſus in Caſtellum, ſed erat adhuc in illo locò, ubi occurrerat ei Martha.

1. Cauſam moræ in hoc loco S. Thomas his verbis adducit: *Ut non videatur ſeipſum ingerere miraculo ſed dum rogatus & inductus miraculum operatur, confiteantur ipſum mortuum eſſe, & miraculum nullam calumniam patiatur.*

S. Thom. in Joan.

2. Lucas Burgenſis dicit, quòd ex quo Salvator noſter poſt longum illud iter & corporis defatigationem pro aliquantula membrorum ſuorum reſtauratione, priuſquam miraculum illud operaretur ad caſtellum Mariæ & Marthæ ſe non tranſtulit, per hoc nos inſtruere voluerit, quod prius nobis & ante omnia alia præferendum ſit opus & ſervitium Dei, poſtea verò neceſſitatibus corporalibus ſubſervire debeamus: *Exemplum nobis propoſitum eſt, ut & ipſi cum primis ea, quæ ad regnum & gloriam pertinent, exequamur.*

Luc. Burg.

3. S. Thomas inquit: *Datur etiam per hoc intelligi, quòd cùm volumus Chriſto frui, eum venientem anticipemus, non expectantes quòd ipſe nobis condeſcendat, ſed ut ipſi prius condeſcendamus ad eum; præparate corda veſtra Domino*, inquiebat S. Propheta Samuel: Et Pſalmiſta pariter dicit: *Præoccupemus faciem ejus in confeſſione.*

S. Thom. in Joan. 1. Reg. 7. v. 3. Pſ. 94. 2.

Verſus 31.

Judæ ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, cùm vidiſſent Mariam, quia citò ſurrexit & exiit, ſecuti ſunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.

Tolet. 1. Obſervat hoc loco Toletus, Judæos illos in Caſtello præſentes adventum Chriſti juxta Caſtellum ignorâſſe, multóque minus eoſdem ſciviſſe, quòd Chriſtus illam per Martham ad ſe vocari fecerit: *Ideo repentinos ejus paſſus, & ita celeres, ut nec verbum ullum præſentibus dixerit, non alteri cauſæ tribuebant, quam quod dolore tacta animo, ad monumentum, ut ibi ploraret, profecta eſſet;* at verò graviter hac in re errabant, cùm *Lucas Burg.* veriſſimum ſit, quod Lucas Burgenſis his verbis ſcribit: *Atqui illa non monumentum, domum mortis petebat, ſed vitæ ac reſurrectionis fontem, qui & mox Lazarum, & tandem omnes mortuos è ſepulchris excitaturus eſſet.*

S. Cyril. Alex. 2. S. Cyrillus ideo Judæos Mariam protinus ſecutos eſſe exiſtimat, quia timebant, ne ob nimiam doloris vehementiam in actum aliquem deſperationis prorumperet: *Rati eam in monumentum ſeſe proripuiſſe, ut ſe dilaniaret, ſequuntur eam ad id nutu divino impulſi, ut vel inviti ad videndum miraculum convenirent.*

Hugo Card. 3. Hugo Cardinalis ſenſum moralem inſinuat, dicens: *Ad monumentum debet anima vel conſcientia ire, & ad alios ducere, id eſt, ad memoriam peccatorum, vel mortis etiam corporalis, & lugere ibi pro peccatis & præſentibus miſeriis.*

Verſus 30.

Maria ergo cùm veniſſet, ubi erat IEſus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dixit ei: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non eſſet mortuus.

Cecidit ad pedes ejus.

Lyran. 1. Lyranus Magdalenam Marthæ præfert, eò quòd hæc illum erga Chriſtum obſequii actum non exhibuerit: *Ex quo patet, quòd Maria magis amabat JEſum, & reverebatur.* Unde S. Bonaventura hoc eam encomio commendavit: *Calidior autem hac ſoror ſua, quia non ob turbam verecundata eſt, non ob ſuſpicationem, quam habebant inimici de Chriſto, quòd eſſet contrarius Deo, ſed omnia projecit, tam ergo geſtu quia cecidit, quam affatu, quia ſic dixit, Chriſti poteſtatem profeſſa eſt.* *S. Bona.* Rupertus Abbas Magdalenam eandem à ſorore ſua factam fidei profeſſionem non ſolum proſecutam eſſe, ſed eam longè excellentius edidiſſe dicit: *Eandem quam latius verbis Martha peroravit fidem Chriſti filii Dei, Maria citius adorando expreſſit; cecidit enim ad pedes ejus.* *Rup. Ab. l. 10. in Ioan.*

2. Chryſoſtomus dicit: *Hoc unum curabat, ut Magiſtrum veneraretur*; quamvis enim nobiliſſima fœmina eſſet, multisque territoriorum ſtatibus dominaretur, ideoque tanquam talis multa eſſet nobilium virorum caterva ſtipata, qui Chriſtum tanquam fabri lignarii filium, & ab omnibus pro dæmoniaco, Samaritano & ſeductore habitum aſpernabantur & vilipendebant, maximè cum lacera & pauperis veſte indutus, atque à meris egenis & vilibus piſcatoribus comitatus ubique incederet, qui proinde in omnium ſynagogæ Principum odio conſtitutus, velut excommunicatus è ſynagoga proſcriptus fuerat, nihilominus ipſa ad ejus ſe pedes proſtravit, majorique ipſum ſubmiſſione & reverentia honoravit, quam à viliſſima & infima plebecula affici potuiſſet. Unde Theophylactus ait: *Ad nullum hominum reſpiciebat præſente Magiſtro, idque unum curabat, ut illi ſummum impenderet honorem.* *Chryſo. hom. 62. in Ioan.* *Theoph.*

3. Omnes ſacri Expoſitores in ea admirabantur virtutem, quam in eo præcipuè conteſtata fuit, quod tantæ mortificationis & humiliationis actus in tot procerum præſentia erga pauperem Chriſtum exercere non erubeſcebat. *Procidit ad pedes ejus,* inquit Chryſoſtomus, *Vehementius quàm ſoror amabat, neque turbam reverita eſt, neque opinionem, quam de ea habebant.* Unde quod cœleſtis ſponſus dilecta ſua ſponſa petiit, nimirum: *Oſtende mihi faciem tuam, &c.* ipſa promptè præſtitit, ſiquidem faciem ſuam *Chryſo. hom. cit.* *Cant. 2. 14.*

ſuam in totius præſentis turbæ conſpectu exhibere non erubuit.

S. Thom. in Ioan. 4. S. Thomas dicit: *Nota in Maria ſecuritatem, quia contra mandatum, quod nullus confiteretur Chriſtum, non vereebundabatur turbam, nec ſuſpitionem Iudæorum de Chriſto veretur, cùm aliqui inimicorum Chriſti intereſſent, ad Chriſtum currit.* Dionyſius Carthuſianus ipſam hanc virtutem à Magiſtro ſuo didiciſſe ſcribit: *Veram à ſuo Magiſtro didicit humilitatem, nec verecundata eſt, ſe illi proſternere in conſpectu adverſariorum ejus*; qui proinde nonnullorum reprehendit humilitatem, qui in ea in ſubnatis occaſionibus non minimè perſeverant. *Quorum humilitas modica eſt, vel nulla, quoniam licèt æquanimiter tolerent, quod increpentur ſecretè, tamen ſi coram multis humilientur, vel arguantur, impatientia exagitantur.* Hæc porrò Sancta à primo converſionis ſuæ inſtanti omnes humanos reſpectus pedibus ſubſtratos contempſit; unde Didacus Stella de ipſa dicit: *Mundum ſub pedibus conſtituit.*

Dion. Cart.

Did. Stell. in c. 7. Luc. Toletus. Cajet. 5. Toletus ait: *Agnoſcebat pedes Maria, quos unxerat, & lachrymis rigans ſuorum obtinuerat remiſſionem peccatorum.* Eandem quoque obſervationem Cajetanus hiſce verbis inſinuat: *Locum proprium Maria cognovit pedes Ieſu, & ita cognovit, ut non jam jaceret ſe, ſed caderet tanquam impotens ſe continere juxta pedes JEſu, à quibus veniam conſecuta fuerat.* S. Bernardinus quoque Magdalenam pedibus Jeſu ſempiternè affixam fuiſſe notat; dicit enim: *Quare ergo ſempiter cadis ad pedes JEſu, ô Maria? quia ibi remittuntur peccata mea. Luc. 7. Quia ibi eſt locus meæ conſolationis, cùm ſto ad pedes Magiſtri, audiendo verba oris ejus; & quia ibi reperio meam propugnationem, cùm dixit: Sinite eam, cùm infudit unguentum. Marci 14. Et quia ibi reperio meam defenſionem, cùm dixit: Cur moleſti eſtis huic mulieri? Nunc etiam credo, ibi ad pedes ejus reperire Lazari reſurrectionem.*

S. Bernardin. Sen. t. 4. ſerm. 32. Luc. 7. 48. Marc. 14. v. 6. Mat. 26. v. 10.

S. Ant. Pad. ſer. in hac fer. 6. S. Antonius de Padua quoque dicit, eam ad pedes Salvatoris vivam quandam inveniſſe pietatis & miſericordiæ divinæ ſcaturiginem, ſeu fontem: *Jam enim fontem invenerat miſericordiæ, & iſtum fontem nunquam potuit oblivisci & omittere.*

Ianſen. 7. Janſenius notat, quòd tametſi Magdalena valde fuerit afflicta & triſtis ex eo, quòd cœleſtis ejus Magiſter adeò tardè advenerit ad ſubveniendum fratri ſuo in tam urgenti neceſſitate, ſolita tamen illi exhibere obſequia, magnique, quo erga eum ardebat, amoris ſigna edere non omiſerit, ut per hoc nos doceret: *Nec tum quidem deficiendum eſſe à ſolitis amoris indiciis, cùm præter noſtrum deſiderium nos ad tempus derelinquit.*

Et dicit ei: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non eſſet mortuus,

Rup. Ab. l. 10. in Ioan. 8. Rupertus Abbas inquit: *Cecidit ad pedes ejus dolore fratris pariter, & amore Chriſti ſaucia, breviterque locuta: Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non eſſet mortuus; lingua conticuit, cætera lachrymis uberiùs peregit.* Quibus Ruperti verbis Lucas Burgenſis ſubjungit: *Nullam rata orationem efficaciorem lachrymis.*

Lucas Burg.

Theoph. 9. Theophylactus: magnam Chriſti Domini cum duabus hiſce ſororibus agendi differentiam obſervat; tametſi enim Magdalena ſe in eodem cum Martha ſorore ſua errore verſari oſtendiſſet, dum credebat, quòd ſi Chriſtus Lazaro infirmanti præſentialiter adfuiſſet, is minimè fuiſſet mortuus, quaſi difficilius fuiſſet Chriſto abſenti ſalutem alicui impertiri, quàm præſenti, illam tamen non ſicut Martham hoc de errore vel minimo verbo monuit: *At tamen Chriſtus ad hanc non dicit, quod ad ſororem ejus, eo quòd multa turba aderat;* Maria etenim tunc multos in ſua ſocietate Judæos habebat, ideoque illam de errore ſuo non reprehendit ut nos doceret, correctionem privatim, non verò publicè faciendam eſſe, ut parcatur verecundiæ & confuſioni corrigendi vel correcti; ſimiliter per hoc docere nos voluit, defectus & ignorantiam proximorum noſtrorum palam nequaquam manifeſtandam eſſe.

Verſus 33.

JEſus ergo ut vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbavit ſemetipſum, & dixit:

Jesus ergo ut vidit eam plorantem.

S.Thom. de Villa Nov. ser. 1. 1. S. Thomas de Villa Nova acutè notat, quòd duæ hæ sorores pro Lazari sanitate Christo supplicârint, quamdiu vivebat, at verò ipso mortuo solùm fleverint, nihil autem ab eo pro Lazaro petierint, indeque hanc moralitatem deducit: *Sic omnino Sancti apud Deum pro peccatore adhuc sensibus vivo, qui & reatum sentit, & à peccatis solvi toto animo concupiscit, orationibus intercedunt pro illo; at qui jam mortuus à corde, in vitiis & in peccatis sepultus est, non precibus, sed lachrymis agunt, si fortè respiciat Deus, & misereatur;* adducit illum textum Joan. 5. *Est peccatum ad mortem, non solùm peccati, sed sensûs & cordis, non pro illo dico, ut oret quis; quid igitur? Non oret, sed ploret; efficacior enim coram Deo est lachryma, quàm lingua, & plus fletibus quam orationibus flectitur.*

1. Joan. 5. v. 15.

Euthym. ibid. 2. Euthymius ait: *Solent qui humani sunt, alios videndo lachrymantes, excitari ad misericordiam;* quando Ezechias in lachrymas resolutus fuit, ad primam lachrymæ stillam divinam placavit justitiam: *Audivi orationem tuam, & vidi lachrymas tuas; ecce sanavi te.*

Infremuit spiritu, & turbavit semetipsum.

Chryso. hom 62. Tolet. 3. Toletus Chrysostomi doctrinæ innixus, censet hunc fremitum idem importare, ac si Evangelista dixisset, vehementem compassionem suam repressit: *Fremitum esse cohibitionem quandam, qua affectum commiserationis repressit, ne vocem lachrymantium effunderet.* Salmeron S. Basilium citat, quem in ea opinione fuisse dicit, quòd Christus Lazari mortem non subitò deflevert, quem paulò post resuscitare intendebat, ut hoc suo exemplo nobis in similibus casibus anteiret: *Ut in his & similibus moderatè agamus, & vitiosos devitemus excessus.*

S. Basil. hom. de grat. act. &c. Salmer. tom. 6. tr. 44.

S. Thom. in Joan. 4. S. Thomas notat, quòd hîc uno eodemque tempore evidentia in Christo Salvatore nostro signa emicuerint infirmitatis humanæ, quam assumpsit, & naturæ divinæ, quæ ab eo inseparabilis fuit: *Ubique ferè in factis suis mixta leguntur humana divinis, & divina humanis; & si quandoque ponitur aliquod humanum de Christo, statim additur aliquid divinum.* Majus infirmitatis signum de Christo non legitur, quàm amara ejus passio, & mors eandem subsecuta, & tamen in ea miras legimus editas fuisse Divinitatis ejusdem demonstrationes, in obscuratione Solis, in diruptione petrarum, in cadaverum extinctorum resuscitatione, & apertione monumentorum. In tanta præsepii ipsius paupertate, insolita quædam in cœlo stella scintillare cæpit, applaudentes & festivissimè canentes è cœlo descenderunt Angeli, Reges ei facti sunt tributarii; & ideo ut Angelicus Doctor scribit, hic quoque dum *Christus secundum humanitatis affectum aliquod infirmum patitur*, eodem protinus tempore insigne illud operatur miraculum, quod ipsum absolutæ & independentis Majestatis & omnipotentiæ Deum esse manifestè deprædicat.

S. Bern. serm. 2. de S. Andrea. Lucas Burg. 5. Porrò compassio & turbatio hæc, quædam in Christo propassio fuit. Unde S. Bernardus ait: *Christus se turbavit, non conditionis necessitate, sed suæ beneplacito voluntatis.* Lucas Burgensis pariter ait: Passiones istæ eum non corripuerunt invitum, aut inconsiderantem, sed sponte ipse eas assumpsit, & ratio imperavit, ut appetitus sensitivus eas pateretur; ac proinde S. Augustinus scribit: *Quis enim eum posset nisi seipse turbare? turbatus est, quia voluit; esurivit, sed quia voluit; contristatus, sed quia voluit, mortuus; sed quia voluit; in illius potestate erat sic vel sic affici, vel non affici.* S. Thomas super hæc verba tres considerationes instituit, dum ait: *Primò attende pietatem; secundo discretionem; tertio potestatem. Pietatem ex causa, quæ est justa; tunc enim justè turbatur, si ex aliorum tristitia & malo turbetur;* ac proinde Evangelista eum hinc turbatum esse dicit, quando Magdalenam plorantem conspexit; unde & Apostolus ad Rom. 12. monet: *Flere cum flentibus. Discretionem, quia secundum judicium rationis turbatur; unde dicitur: Fremuit spiritu, quasi judicium rationis servans. Potestatem, quia suo imperio turbavit semetipsum.*

S. Aug. tr. 49. in Joan. S. Thom. in Joan. Rom. 12. 15.

6. S. Thomas de Villa Nova ait: *Sed quòd infremuit, alteriori indiget sensu; magnum profectò aliquod in pectore Christi latebat, unde fremitus ille prodiit, sed quòd illud sit, quis agnovit? Fomè duritiam & pertina-*

S. Thom. à Villa Nov. ser. in hac fer.

tinaciam Iudæorum exhorruit, quæ cùm mortuos fœditos ſuſcitare compellebat, ut tanto miraculo convertantur. Tametſi nec hoc ad id prævalere potuerit, ſiquidem inde magis exaſperati illud congregârunt concilibulum, in quo ſententiæ trutinam perverterunt, ad mortem eum condemnando. Toletus ait: *Indignabatur contra infidelitatem Iudaicam, propter quam Lazarus mortuus, & ſororibus his ſanctis afflictionis cauſa data erat.* Porrò mors illa ab incarnata & increata ſapientia eum præcipuè in finem ordinata erat, ut ſe tanquam verum promiſſum Meſſiam toti mundo, & præcipuè Hebraiſmo manifeſtaret: *Quæ manifeſtatio neceſſaria non erat, ſi Judæi jam ſignis & miraculis converſi fuiſſent, nec Lazarus mortuus eſſet, ſi illi jam credidiſſent.*

Tolet.

Janſen. 7. Janſenius dictionem illam, *Infremuit*, expendens, illam indignationis expreſſivam eſſe aſſerit: *Rectius intelligitur Dominum hoc ſuo fremitu & turbatione commotum fuiſſe contra mortem, quæ præſentis triſtitiæ cauſa fuit, & contra eum, qui mortis habet imperium.* Salmeron quoque fremitum hunc non doloris, ſed indignationis indicium fuiſſe, expreſsè aſſerit: *Nec tamen infremuit Dominus*, inquit, *ad doloris teſtificationem, ſed ad indignationem quandam, qua commotus eſt contra mortem, quæ præſentis triſtitiæ cauſa fuit.* Lyranus ante præcitatos ambos Doctores idipſum ſcripſit: *Iſte Chriſti fremitus*, inquit, *procedebat ex indignatione ejus contra diabolum, per cujus ſuggeſtionem mors intravit in mundum, quem erat cito debellaturus.*

Salmer. tr. 44.

Chryſol. ſer. 64. 8. Chryſologus turbationem hanc indignationi attribuit, quâ Chriſtus percellebatur ex eo, quòd tardaretur tempus illud, in quo omnes defunctos reſuſcitaturus erat. *Fremuit ſpiritu, & tota ſe viſcerum commotione conturbat, quia adhuc ſolum Lazarum, & non jam omnes mortuos ſuſcitabat.*

S. Aug. tr. 49. in Ioan. 9. S. Auguſtinus ad ſenſum moralem recurrens dicit: *Quid eſt ergo, quòd turbat ſemetipſum Chriſtus, niſi ut ſignificet tibi, quomodo turbari tu debeas, cùm tanta mole peccati gravaris & premeris?* S. Thomas de Villa Nova obſervat, quòd Chriſtus, priuſquam Lazarum reſuſcitet, turbetur & ploret, & in ſemetipſo fremat: *Quæ omnia in peccatoris contritione invenire oportet: turbet ergo ſemetipſum peccator, non expectet, ut turbetur à Deo; nam contritio dolor eſt voluntariè propeccato aſſumptus, non flagello extortus; modicus dolor ſpontaneus gratior eſt graviſſimo dolore coacto; ſed ſi verus eſt dolor, ſequantur lachrymæ.* Quòd ſi mater aliqua ob filium amiſſum, quem in vitam revocare nequit, inconſolabiliter plorat, inquit idem ſanctus Archipræſul: *Quibus tu fletibus animæ tuæ æternam mortem deplorare debebis, cùm poſſis eam lachrymis ſuſcitare?*

S. Thom. à Vill. Nov. ſer. in hac fer.

Albertus Magnus obſervat, quòd prius dicatur: *Infremuit & turbavit*, poſtea verò ſubnectatur: *Lachrymatus eſt*, ac denique tertio loco, quòd *infremuit*, non verò dicatur, quòd denuò *turbatus fuerit*, quorum omnium hanc reddit rationem: *Primò enim docet fremitum ad cordis compunctionem & turbationem. Joëlis 2. Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra; ecce turbatio compunctionis. Secundo lachrymatur ad delicti expiationem & abſolutionem. Tertiò fremit ad indignationem reliquiarum peccati.* S. Bonaventura ejuſdem eſt cum S. Auguſtino ſententiæ; dicit enim: *Iſte fremitus Salvatoris ſignificat fremitum indignationis, quo debet homo indignari contra peccata ſua, & in ſe conturbari & amaricari, & ſic venire ad monumentum, quod eſt locus, in quo ſepeliuntur mortui, id eſt, ad recogitationem, & rememorationem peccatorum ſuorum.*

Alb. M.

Joël. 2. 12.

S. Bona.

10. S. Auguſtinus ait: *Fremat Chriſtus, increpet ſe homo; flevit Chriſtus, fleat ſe homo; quare enim flevit Chriſtus, niſi quia hominem docuit? quare fremuit, & turbavit ſeipſum, niſi quia fides hominis ſibi meritò diſplicentis fremere quodammodo debet in accuſatione multorum operum, ut violentiæ pœnitendi cedat conſuetudo peccandi?*

S. Aug. ibid.

11. Euſebius Gallicanus in homilia quadam ſuper hæc verba, Chriſtum nos compaſſionem docere voluiſſe exiſtimat, qua exſtimulandi ſumus ut ob ſpiritualem proximorum noſtrorum mortem afflti geremur, & amarè ploremus: *Infremuit, id eſt, ingemuit, ut doceret nos ſuper peccantes gemere.*

Euſeb. Gallic. ibid.

12. Hugo Cardinalis hanc turbationem & fremitum compaſſionis Chriſti erga peccatores indicium fuiſſe dicit: *In hoc oſtenditur compaſſio Domini erga peccatores. Jerem. 3.*

Hugo Card.

Adhuc

Adhuc recordabor ejus, idcirco turbata ſunt viſcera mea.

Ier. 13. 26.

13. Idipſum quoque in peccatore moralizando ſcribit: *Dominus dicitur fremere, turbari & lachrymari in peccatore, quando facit eum tremere præ horrore peccati, turbari pro damno, & lachrymari pro macula, vel offenſa Dei.*

Verſus 34.

Ubi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide.

Ioh. 39. 29. Pſ. 137. 6.

1. Quòd ſi Chriſtus is erat, de quo Job. 39. v. 29. ſcribitur: *Oculi ejus de longè proſpiciunt: alta à longè cognoſcit*, qua ratione nunc, ubinam Lazarum ſepeliverint, interrogat? Salmeron ait: *Non interrogat, quaſi neſciret, ubi conditus eſſet, qui poſitus longè à Bethania noverat ejus mortem, ſed ut malignam Judæorum ſuſpicionem vitaret, ne quid hac de re fraudulenter & compoſitè agere videretur?* Toletus S. Athanaſium citat dicentem orat. ad Maximum Philoſophum, de Divinitate Chriſti: *Percontatur humanitùs, ubi Lazarus ſitus ſit, ſed tamen excitat eum prorſus divinitus*; demum verò ſubjungit: *In geſtis ſuis modo ſe Deum, modo ſe hominem Chriſtum ſignificare voluit, ut utrumque verè habere naturam comprobetur.* S. Hieronymus hac occaſione hanc humanitatis ſimul cum divinitate unionem expendens, ita ſcribit: *Et hic turbatus Judæis Deitatem celat in homine, & ſplendori Divinitatis in tantæ operationis coruſcatione ignorantiam moralitatis obducit, ut cùm poſſit in ſuſcitando Lazaro Deus adorari, homo in ſepulchri ejus ignoratione vileſcat.*

Salmer. tr. 44. Toletus. S. Atha. orat. ad Maxim. S. Hier. l. de vera circum.

2. *Sed quid rogas*, quærit Chryſoſtomus, *non vult feſtinare, ſed omnia ab eis diſcere, & hortatus facere ut omni ſuſpicione careret miraculum*; at verò S. Auguſtinus ait: *Sciſti quia mortuus ſit, & ubi ſit ſepultus, ignoras?*

Chryſo. hom. 62. in Ioan. S. Aug. tr. 49. in Ioan.

3. S. Thomas hoc loco duo tangit myſteria, quorum primum eſt, quòd qui quærit & interrogat, ut ſciat, ſe illius, cujus quærit notitiam, ſcientiam non habere demonſtrat: *Per Lazarum in monumento ſignantur mortui in peccatis; oſtendit ergo Dominus ſe ignorare locum Lazari, dans per hoc intelligere, quòd quaſi neſciat peccatores.* Idem quoque S. Auguſtinus ſcribens ait: *Et iſta ſignificatio eſt, quia ſic perditum hominem quaſi neſciat Deus, non auſus ſum dicere neſcit; quid enim ille neſcit? ſed quaſi neſcit. Unde hoc probamus? Dominum audi dicturum in judicio: Non novi vos.* Aliud à S. Thoma inſinuatum myſterium eſt; *Quia quod aliqui à peccato reſurgant ad ſtatum juſtitiæ divinæ, eſt ex profundo prædeſtinationis divinæ, quod quidem profundum homines ignorant.* Rom. 11. *Quis cognovit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit?*

S. Thom. in Ioan. S. Aug. ibid. Rom. 11. v. 34.

4. Hugo Cardinalis quoque ad miſerabilem peccatoris ſtatum alludens ait: *Ubi poſuiſtis eum? id eſt, in quo vili loco, quaſi diceret: Conſidera in quantis flagitiis poſuiſti cor tuum? ubi? quaſi diceret: Ego quæro eum, & ideo dic mihi: Dominus enim quærit nos quaſi ovem perditam.* Pſalm. 118. *Quære ſervum tuum.*

Hugo Card. Pſal. 118 v. 176.

Dicunt ei: Domine, veni & vide.

5. Hugo Cardinalis Chriſtum ideo ad ſepulchrum perductum fuiſſe notat, ut calumniari non poſſent, quaſi non Lazarum, ſed alium quempiam ſuſcitâſſet: *Vox enim, & manus, & auditus, & viſus, ſimul & odoratus, teſtantur miraculo: Vox quidem dicens: Veni & vide; manus autem tollentes lapidem, & faſcias ſolventes; auditus, qui vocem audivit: Lazare veni foràs; viſus, qui vidit exeuntem de monumento; odoratus, qui ſenſit fœtorem quatriduani.*

Hugo Card.

6. S. Auguſtinus ait: *Quid eſt vide? miſerere; videt enim Dominus quando miſeretur; unde illi dicitur: Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea.*

S. Aug. tr. 49. Pſ. 24. 18

7. S. Antonius de Padua ad animam extra Dei gratiam conſtitutam ſeſe reflectit dicens: *Leva in directum oculos tuos, & vide, ubi nunc proſtrata ſit anima tua; quid ſi non potes, ſaltem dic: Domine, veni & vide; veni per gratiam, hoc eſt, videre me fac, ſcilicet ut recognoſcam.*

S. Ant. Pad ſer. in hac fer.

Verſus 35.

Et lachrymatus eſt JEſus.

1. S. Bonaventura ait: *Oſtendens priùs naturam humanam, & poſtea monſtraturus divinam in miraculo.* S. Cyrillus planctum hunc moderatum fuiſſe advertit: *Tantiſper quidem lachrymatus, deinde mox comprimit lachry-*

S. Bona. S. Cyril. Alex. l. 7. & 8. in Ioan.

lachrymas, ne videatur durus quidam & immiſericors, ſine ullo ſenſu alieni doloris. Chryſoſtomus ſuper hæc verba dicit : *Minime lugere, ſed impudenter lugere vetos non ſum immanis atque crudelis, non licet ullo affectu moveri, quod & Chriſtus oſtendit.* Idem quoque conſiderat, quòd S. Joannes, quot vicibus Salvator fleverit, turbatus & contriſtatus fuerit, diligenter annotârit: *Ut intelligas verè naturam noſtram induiſſe*; hæc enim naturaliter ſecum ſubinfert affectum compaſſionis : *Nullus reprehendat moderatas lachrymas funeris, quas* JESUS *propriis lachrymis approbavit.* Lucas Burgenſis ſorores, omnesque alios circumſtantes, qui in magno numero erant, plorantes expendens, conveniens eſſe cenſuit, ut & Chriſtus illorum luctum & planctum ſecundaret : *Præſentium ſororum, comitumque lachrymis ſic commoveri voluit, ut eis & intus condoleret, & foris collachrymaret; incongruum judicans amicis languentibus & flentibus, vultu planè rigido adſtare.* S. Cyrillus tamen notat, quòd Salvator nobis moderationem quandam præſcripſerit : *Erudiens ac docens, ne plus juſto ſolvamur in luctum ob mortuos, illud enim redolet humanitatem, hoc planè ignavum & muliebre.* Et quia Apoſtolus nos paulò poſt moniturus erat: *Flere cum flentibus*, ideo S. Ambroſius dicit : *Chriſtus omnibus omnia factus eſt, pauper pauperibus, dives divitibus, flens flentibus, eſuriens cum eſurientibus; in carcere cum paupere eſt, cum Maria flet, cum Apoſtolis epulatur, cum Samaritana ſitit.* Ipſe etenim erat, de quo teſtificaturus erat idem Apoſtolus dicendo, quod ſit *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.* Magnæ quoque conſolationis argumentum eſt afflictis, dum chariſſimos amicos contriſtatos eſſe vident in ſuis miſeriis. *Flebat Dominus*, inquit S. Zeno, *non quòd ante ſe mortuum periiſſe cognoſceret, ſed quòd ſororum fletus temperaret.*

Chryſ. hom. 6. in Ioan.

Lucas Burg.

S. Cyril.

Rom. 12. v. 15.

S. Ambr. lib. 4. in Luc. in fine Proëm.

2. Cor. 1. v. 3.

S. Zeno de Laz. reſuſcit.

2. Toletus S. Hilarii authoritate ſuffultus Chriſtum ploraſſe cenſet propter duritiam & obſtinationem, quam in eis futuram eſſe prævidebat, utpote qui nequidem viſo hoc tam prodigioſo miraculo, clariſſimo divinitatis ipſius teſtimonio paſſuri erant ſe convinci.

Toletus. S. Hilar. in Pſ. 68

3. Chryſologus cauſam inquirit planctus Chriſti; dicit enim : *Quare fiebat? Certè ipſe qui dixerat: Lazarus mortuus eſt, & gaudeo; de quo gaudet mortuo, ipſum cùm reſuſcitat, tunc lamentatur; qui cum amittit, non flet, cùm recipit, tunc deplorat, tunc fundit mortales lachrymas, vitæ ſpiritu cùm refundit.* Tandem verò dubium hoc ſolvit oſtendendo, quòd etiam vehemens & immoderatus lætitiæ affectus lachrymas excitare poſſit : *Habet*, inquit, *hoc natura corporis humani, ut producat lachrymas vis gaudii, vis mœroris; quoties enim viſcera aut lætitiæ, aut triſtitiæ nimio arctantur impulſu, oculi in lachrymas mox erumpunt; hinc eſt, quòd Chriſtus non dolore mortis, ſed illius lætitiæ recordatione lachrymavit, qui voce ſua, voce una omnes eſt mortuos perpetuam ſuſcitaturus ad vitam.*

Chryſol. ſer. 64.

4. S. Zeno exiſtimat filium Dei per haſce lachrymas denotare voluiſſe, quàm ſit efficax apud æternum Patrem ſuum fletus ipſius, ita enim dictus S. Pater ſcribit : *Quia ipſe ſororum fletibus movebatur, lachrymis filii ſui Salvatoris noſtri inter ipſos cœlos Pater flectebatur.*

S. Zeno de Laz. reſuſc.

5. Non deſunt quoque ſacri Expoſitores, qui ipſum ideo lachrymatum fuiſſe crediderunt, quia videlicet ſe adſtrictum ad revocandum in hanc miſeriarum & lacrymarum vallem Lazarum prædilectum amicum ſuum, qui jam de facto pace & requie fruebatur alterius vitæ. Dionyſius Carthuſianus per citatum S. Hieronymi teſtimonium dicit: *Veruntamen ſecundum Hieronymum flevit* JESUS *Lazarum, non quia mortuus fuit, ſed quia ad hujus vitæ ærumnas, (quæ ſine peccatis non agitur, fuerat revocandus; frequenter legitur Chriſtus planxiſſe, nunquam verò riſiſſe, in quo levitas noſtra & diſſolutio commendatur.* Cui conſonat Rupertus Abbas, dum ait : *Fortaſſis non tam pro eò quòd mortuus erat, quàm pro eo, quod propter ædificandam viventium fidem revocari illum oportebat, ad tolerandas rurſus hujus vitæ miſerias.*

Dion. Cart.

Rup. Ab. lib. 10. in Ioan.

6. Quatriduanum Lazari cadaver, peccatorem præfigurabat in peccatis habituatum; ut autem talis à malæ conſuetudinis morte, denuò revocetur ad vitam gratiæ, Dei cujuſdam fletu opus eſt; imò nec hic ſine ſanguine & ſine vitæ profuſione ſufficeret

S. Ambr. l. de Joſeph. c. 10. S. Bern. ſer. 3. in Nativ.

S. Ambroſius ait: *Ibi flevit, ut priùs lachrymis ſuis mortui delicta lavaret.* S. Bernardus de Chriſti infantis lachrymis & fletu ita ſcribit: *Lachrymæ Chriſti mihi & pudorem pariunt, & dolorem; compatitur filius Dei & plorat, homo patitur, & ridebit;* Peccator de facto ingreſſus eſt ſepulchrum, imo ſuos quoque pedes collocavit in infernum, & Chriſtus ipſum in culpa ſua obſtinatum eſſe videns, eundem ad gratiam denuo ſuſcitare ſatagit, & ipſe jocatur & ridet? *Gloriantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Prov. 2. v. 14.

Chryſ. hom. 62. in Joan.

7. Chryſoſtomus Chriſtum nos in hac hiſtoria modum docere voluiſſe dicit, quo nobis egrediendum eſt de peccato: *Ubi datur intelligi forma exeundi à peccato; turbat eum in confeſſione, fremit in contritione, plorat in ſatisfactione; flevit autem ſecundùm Auguſtinum ſuper vulnera tua, ut tibi periculum & gravedinem languoris oſtendat, & ad fletum propriæ iniquitatis te adducat. Flevit, ut ſcias, quantum tibi boni fletus operantur; doleant tibi peccata tua, hic optimus fletus.* Demum verò reprehendit illos, qui in aliorum morte immoderatè plorant: vis mortuum honorare? *Alia via aggrediendum eſt; quæ illi ex multis fletibus utilitas?*

Verſus 36.

Dixerunt ergo Judæi: Ecce quomodo amabat eum?

Toletus.

1. Erant hæc verba illorum, qui affectus mirabantur vehementiam, quam Chriſtus in Lazari morte deflenda oſtenderat, inquit Toletus, qui idem mox quærit, quid eſt, quòd ipſius fletum mirabuntur, quando omnes flebant, quotquot aderant. *Admiratio procedebat ex maxima opinione, quam de Chriſto conceperant, eis enim videbatur tanto homine indignum flere, niſi graviſſima ex cauſa, idcirco amoris magnitudini tribuerunt.*

Janſen.

2. Ipſi quidem fletum hunc ſolum amoris indicium fuiſſe credebant, inquit Janſenius. *Sed non intelligentes etiam ob alias cauſas diſpenſatoriè Dominum lachrymari; ecce quomodo amabat eum, ut qui cùm ſit vir conſtantiſſimus, ejus mortem deploret, cumque nulla* S. Thom. in Ioan. *fuit conſanguinitate conjunctus.* S. Thomas ait: *Nam amor maximè in triſtitiis hominum manifeſtatur.*

S. Aug. tr. 49. in Ioan. S. Thom. ibid.

3. S. Auguſtinus ait: *Quid eſt, amabat eum? Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* S. Thomas ad ſenſum quoque moralem deſcendens, ait: *Myſticè per hoc datur intelligi, quòd Deus homines etiam in peccatis amat, niſi enim eos utique amaſſet, non diceret: Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.*

Lyran.

4. Lyranus conſequentiam conſiderat, quam multi Judæorum ex hac Chriſti triſtitia & fletu deducebant, ii nimirum, qui Lazari mortem Chriſto diſplicere exiſtimabant, utpote quæ præter ejus voluntatem accidiſſet, de illis namque rebus contriſtari ſolemus, quæ contra voluntatem & votum noſtrum accidunt; ac proinde hi pariter inde Chriſtum ipſum à morte nequaquam præſervare potuiſſe concludebant: *Et hoc eſt, quod dicitur: Dixerunt ergo Judæi: ecce quomodo amabat eum, quia videbant evidens ſignum, innuentes per hoc, quòd libenter ſi poſſet, præſervaſſet eum à morte;* unde & miraculo circa cæcum natum à Chriſto edito cæcum natum à Chriſto edito detraxerunt, dicendo: *Non poterat hic, qui aperuit, &c. Quaſi dicat, ex quo non poteſt hoc, nec illud potuit, nec fecit.* Salmeron verò ad noſtram conſolationem nobis inſinuat, dicens: *Ferenda ſunt falſa & diverſa hominum judicia de noſtris operibus; nam quivis Abel habet ſuum Cain; hinc lachrymas Chriſti quidam tribuunt amori, quidam impotentiæ, dicentes; non poterat hic, qui aperuit, &c. quia ſi voluit à morte ſervare, cur nunc lachrymis teſtatur intempeſtivum amorem? ſi autem voluit, quomodo non potuit, qui præſtitit, quod majus erat?* Salm. t. 6. tr. 44

Verſus 37.

Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut hic non moreretur?

Lucas Burg.

1. *Præproperum fuit eorum judicium.* inquit Lucas Burgenſis, *non exſpectantium finem rei; potuerat facere, ne hic non moreretur, ſed noluerat, non quòd mors Lazari ipſi grata eſſet, quæ per ſe diſplicebat, ſed quod ea ipſi utendum eſſet, ad expugnandam Judæorum incredulitatem, & propagandam gloriam filii Dei, & permiſit, ut moreretur, quod majori miraculo ſuſcitaretur? noluit*

facere

facere minus, quàm faceret majus. Qui noluit, inquit Auguſtinus, facere, ut non moreretur, plus eſt, quod facturus eſt, ut mortuus ſuſcitetur.

Hugo Card. 2. Hugo Cardinalis Judæorum ponderat malignitatem, qui dum miraculum à Chriſto in cæco nato editum confeſſi fuerant, eidem pariter detraxerunt : *Nota, quod confitentur, quòd aperuit oculos cæci, & congruo exiſtente pro illo admirari, inde detrahunt, ut nullo facto ſigno.* Theophylactus ait : *Iterum malignitatem contextunt, tametſi calamitas ante oculos ipſorum ſita erat.* Idem quoque notat, quòd S. Joannes malitiam ipſorum referat : *Quia antequam Chriſtus oſtenderet ſe reſuſcitaturum, præveniunt eum accuſationibus, non expectantes rei finem ; Chriſtus autem non reſpondit eis per verba, ſed per opera Divinitatis, ut malignis majorem verecundiam inferat, & alios ad fidem convertat.*

Theoph.

Chryſo. hom. 62. in Ioan. Chryſoſtomus ad hoc ſe reflectit, quòd Chriſtus ſe ad longè mirabilius miraculum edendum, id eſt, Lazarum à morte ad vitam revocandum accinxerit, quàm fuiſſet, ſi illum præſervâſſet à morte ; ac proinde malitiam Judaicam tacitus per hoc reprehenderit. *In quo ergo ejus virtus erat admiranda, in eo JESUM calumniantur ; confitentur autem aperuiſſe oculos cæci, & quod rurſus debebant admirari, calumniantur ac ſi nihil feciſſet.*

Verſus 38.

JEſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum, erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei.

JEſus ergo rurſus fremens in ſemetipſo.

S. Thom. in Ioan. 1. S. Thomas cauſam nobis declarat, cur Evangeliſta omnem nobis triſtitiæ, turbationis, fremitus & fletus Chriſti circumſtantiam retulerit, & ait : *Quia oſtenſurus erat ſuæ Divinitatis poteſtatem ; ne dubitares ergo de veritate ſuæ humanitatis, infirmiora & humiliora naturæ noſtræ de Chriſto aſſerit.*

Salmer. tr. 44. Salmeron ait : *Quæ finem monſtrâſſet, non facilè credidiſſent eum hominem poſt tantum miraculum.*

Rup. Ab. ibid. 2. Rupertus Abbas differentiam conſiderat inter hunc fremitum & primum : ſiquidem poſt hunc fremitum non replicatur ipſum fuiſſe turbatum : *Cùm primò fremuit ſpiritu fortitudinis ſuæ Dominus JESUS, id eſt, quando infernum debellaturus intravit veræ mortis paſſione turbatus ; quando autem fremet iterum, ſcilicet veniens ad judicandum, non turbabitur, quia jam impaſſibilis eſt, & mors illi ultra non dominabitur ; tunc verificabitur & clamabit, fremitu ſuo movebis virtutes cœlorum ; unus idemque terror validæ tempeſtatis occidet, & eodem momento rurſus excitans vivere faciet.*

S. Thom. in Ioan. 3. S. Thomas ait : *Myſticè autem infremuit, ut detur intelligere, eos, qui à peccatis reſurgunt, in continuo debere perſiſtere luctu.*

Venit ad monumentum.

Lyran. 4. Lyranus nos dictionis hujus ethymologiam docet, dicens : *Dicitur enim ſepulchrum monumentum, quia monet viventes, ut præcogitent mortem.*

S. Aug. ibid. 5. S. Auguſtinus ad peccatorem in peccatis habituatum, qui per quatriduanum hoc cadaver ſignificatur, alludens dicit : *Omni homini, qui premitur peſſima conſuetudine, dicitur : Venit ad monumentum.*

Erat autem ſpelunca.

S. Thom. 6. S. Thomas ait : *Myſticè autem per ſpeluncam intelligitur profunditas peccatorum.*

Et lapis ſuperpoſitus erat ei.

7. Idem S. Doctor ait : *Per lapidem ſuperpoſitum intelligitur lex, quæ in lapide ſcripta eſt, & peccatum non tollebat, ſed tenebat eos in peccato, quia ex hoc gravius peccabant, quòd contra legem faciebant.* Cui conſonat expoſitio S. Auguſtini dicentis : *Mortuus ſub lapide, reus ſub lege ; ſcitis enim, quia lex, quæ data eſt Judæis, in lapide ſcripta eſt.*

Verſus 39.

Ait JEſus : *Tollite lapidem ; dicit ei Martha ſoror ejus, qui mortuus fuerat : Domine, jam fœtet ; quatriduanus eſt enim.*

Chryſ. hom. 62. in Joan.

1. Chryſoſtomus hoc loco quærit, cur Chriſtus voce ſua lapidi non imperârit, ut ſemetipſum abſque alterius viri opera ſubmoveret, ſicut voce ſua præceperat morti : *Poterat enim, qui corpus mortuum voce moverat, & corrupto animam inſpiraverat, multò magis lapidem movere, ſed cur non fecit ? ut eos teſtes faceret miraculi, ne dicerent, quod & de cæco, hic eſt, non eſt ; manus enim & præſentia illorum ipſum eſſe teſtabantur.* Demum verò manifeſta identitatis illius cadaveris indicia recenſet, dicens : *Cùm lapidem tulerint, cùm ligatus exierit, cùm juſſus ſit ſolvi, cùm amici, à quibus fuerat exportatus, præſentes ipſum viderint, & ex veſtibus agnoverint, & cùm ſorores illinc non abierint, & Martha, quia jam quatriduanus eſſet, fœtere dixerit, hæc omnia ſufficientia erant, &c.*

Lucas Burg.

2. Lucas Burgenſis nequaquam cum miraculo conveniſſe exiſtimat, ſi Chriſtus lapidem illum ab oſtio monumenti ſeipſo exilire feciſſet, redditque rationem, dicens : *Quia non conveniebat, ut vel per ſe, vel miraculo faceret, quæ commodè fieri ab aliis poterant, quando autem adſtantium opera utebantur, fiebant illi certiſſimi teſtes miraculi.*

Theoph.

Theophylactus Judæos de obſtinatione & ingratitudine ſua repræhendens ait : *Adeſſe in loco tollere lapidem ſuis manibus, ſufficientia erant ad obturanda ingratorum ora, qui teſtes ſigni facti erunt.*

3. In hoc quoque facto Chriſtus nobis ſuum agendi ſtylum, quem nobiſcum ſervare ſolitus erat, inſinuavit, quotieſcunque enim noſtram vult operari ſalutem, ex noſtra quoque parte aliquale requirit cooperationem, non verò ſolus ipſe omnia facere intendit. *S. Ambr. l. 2. de pœnit. c. 7.* S. Ambroſius de conditionibus pœnitentiæ tractans, quæ ad hoc requiruntur, ut ſit ſtabilis & vera, hanc præſentem Lazari adducit hiſtoriam, & ait ; *Poterat tacita vi operationis occultæ transferre ſaxum ſepulchri, ſed hominibus juſſit, ut removerent, in typo, quòd nobis donaret, ut levaremus delictorum onera, moles quaſdam reorum, noſtrum eſt onera removere.* Non ſufficit profectò, quòd Deus voce ſua nos invitet & vocet, nosque faciat pœnitere, & ad priſtinam redire gratiæ vitam, ſiquidem etiam occaſiones peccatorum è medio tollere oportet.

S. Thom. de Villa Nova ſer. in hac fer.

4. S. Thomas de Villa Nova quarundam pœnitentium animarum pœnitudinem, contritionis dolores & fletus examinans, tandem ſubjungit : *Nullo animi vigore peccati jugum à ſe abjiciunt ; ſtatim enim poſt lachrymas veniunt ad plorata ; his à Chriſto dicitur : Tollite lapidem, quaſi dicat : placet, quod commiſſa ploratis, ſed deplorata iterum non repetatis ; qui enim lavatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid illi profuit ablutio ?* Chryſologus quoque myſterium inveſtigans, propter quod Chriſtus velut in omnipotentiæ ſuæ ſubſidium hominis cooperationem requiſierit, ita ſcribit : *Inter divinas virtutes humanum Chriſtus requirit auxilium ? non ſufficit amovere lapidem, qui mortem ſufficit effugare ? ſepulchri clauſtra reſerare non valet, qui portas tartari prævalet aperire ? Dixerat per Prophetam : Auferam lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum ; præcepit ergo, ut Judæi ex ſe cor lapideum tollerent.* Deus quidem nos à morte peccati redire vult ad vitam gratiæ, vult tamen ut ex noſtra parte è medio cordis noſtri ſubmoveamus obſtinationem, noſtramque voluntatem in ipſius deſiderium inclinemus ; nullam quippe libero arbitrio noſtro vult inferre violentiam. Albertus Magnus per hunc lapidem voluntatis & cordis noſtri duritiem interpretatur, quæ quando vincitur, & ad divinam gratiam inclinatur, *ſignificat ablationem obdurationis cordis, quo à Domino eſt ſuſcitandus.* Salmeron de peccatore ſcribit : *Habet ſuper ſe ſaxum ſuperpoſitum, id eſt, delictum obdurationis, de quo dicitur : Secundùm duritiam tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram ; ut tollendus lapis ad ſuſcitationem, ita lapis obſtinationis à peccatore, ut poſſit audire verbum Dei.*

Chryſol. ſerm. 65.

Alb. M.

Salm. t. 6. tr. 44

5. San-

S. Thom. in Ioan. 5. S. Thomas ex S. Auguſtino dici poſſe exiſtimat, quòd per hanc ingentem ſaxi molem, quam aufferri juſſit, pondus denotetur obſervantiarum legalium antiquæ legis, de quo ſanctus Petrus his verbis lamentatur: *Act. 15. 10* *Jugum eſt, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus.* Hæc enim præcepta tum moralia, tum cæremonialia, tum judicialia, tum denique legalia ad numerum ſexcentorum tredecim aſcendebant. *Myſticè ſecundùm Auguſtinum, remotio lapidis ſignat amotionem ponderis legalium obſervantiarum, à fidelibus Chriſti ex gentibus ad Eccleſiam venientibus, quod eis aliqui imponere volebant: Tollite lapidem, id eſt, legis pondus, & gratiam prædicate.*

S. Ant. de Pad. 6. S. Antonius de Padua ſummam expendit difficultatem, quam peccator experitur, dum ad gratiam reſurgere nititur, eò quòd arduum illi eſſe videatur licentioſæ & diſſolutæ vitæ ſuæ dimittere voluptates atque *Pſ. 37. 1.* delitias: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me;* at verò Deum noſtrum introducit, qui in auxilium noſtrum dicit: *Removete lapidem, ſcilicet per meæ paſſionis memoriam, quæ habet ſcindere cor lapideum, & monumenta reſerare.*

Salmer. tr. 44. 7. Salmeron ex alia parte optimè conſiderat, Chriſtum ſimiliter noluiſſe, ut Lazarus reſuſcitatus è monumento egrederetur penetrando lapidem, id enim ſi fieri diſpoſuiſſet, judicâſſet, utique ipſum ad vitam reſuſcitatum fuiſſe immortalem: *Voluit alia ratione lapidem tolli, quia Lazarus reſuſcitandus erat ad vitam mortalem, & corpus ejus non erat dotibus glorioſis honeſtandum, ut poſſet lapidem penetrare, ſed corpus ejus ſuſcitatum eſt mortale & corruptile, & quod poſt paucos annos erat iterum à morte devorandum, ideo aperto ſepulchro ſuſcitatus eſt; Chriſtus verò in quem mors ultra dominari non debebat, clauſo monumento ſuſcitatus eſt, poſitis ibi linteaminibus, quibus ſuſcitatus non indiget.*

Cajet. 8. Cajetanus quoque aliam adfert rationem, dum ait: *Si enim clauſo ſepulchro exiſſet, exiſtimatum fuiſſet ſpectrum aliquod.*

S. Thom. in Ioan. 9. S. Thomas conſiderans, quòd in lapidibus & ſaxis, in quæ impingimus, ſcandala præfigurentur, ita ſcribit: *Vel per lapidem ſignificat eos, qui in Eccleſia corruptè vivunt, & offenſioni ſunt credere volentibus, dum eos à converſione retrahunt. Iſaiæ 57. Auferte offendicula.* *Iſa. 57. 14.*

Dicit ei Martha ſoror ejus, qui mortuus fuerat.

10. *Non autem ſine myſterio Evangeliſta addit tot verba; nempe ſoror ejus, qui mortuus fuerat,* inquit Toletus, *cùm aliàs ſæpe ſolo nomine Marthæ uſus ſit; his enim verbis ſignificare voluit miraculi magnitudinem; nam erat Lazarus ita jam corruptus, ut nec ſorori propriæ gratus ejus ſuerit aſpectus.* *Toletus.*

Domine, jam fœtet.

15. Rupertus Abbas Tuitienſis exiſtimat, quòd Martha hæc verba dixerit, poſtquam hoc à Domino præceptum datum eſſe audivit: Tollite lapidem; & ideo ſubjungit: *Cur lapidem tolli jubes? Ut videns amicum ſaltem mortuum? An ut miſeris ſororibus vivum reddas illum? Si illud intendis, facere poteſt; ſi autem ut videas, dico tibi, jam fœtet, quatriduanus eſt enim, & idcirco viſus idoneus non eſt.* Janſenius hoc loco conſiderat, quòd Martha hæc dicens minimè ſe ad factam ſibi à Chriſto promiſſionem reflexerit, qua ei à Domino dictum fuerat: *Reſurget frater tuus*, multò minus ad id, quod in expreſſione fidei ſuæ proteſtata fuerat: *Ego credidi, quia tu es Chriſtus, filius Dei vivi*: Unde dicit Martham diſtuliſſe executionem præcepti à Chriſto dati, de ſubmovendo lapide, ne Chriſti nares ex fœtore cadaveris illius offenderentur: *Quibus verbis ut reverentiam quandam præ ſe tulerit erga Dominum, cujus nares verebatur, ne cadaveris fœtor offenderet, ita de miraculo futuro non ſe ſecuram & ſatis confidentem declarabat*; veruntamen totum hoc ad majorem ſerviebat miraculi hujus patrandi gloriam & juſtificationem: Nimirum *cùm jam ex verbis ſororis conſtaret omnibus diuturnitas mortis, & illius diffidentia, declararet nullam fuiſſe inter JEſum & ſorores colluſionem.* Chryſologus omnes hujus hiſtoriæ circumſtantias conſiderans, hunc que reſuſcitatum Lazarum, cum aliis à Chriſto reſuſcitatis, filio nimirum viduæ Naimiticæ, & filia Archiſynagogi conferens, concludit dicens: *Circa quem*, ſcilicet Lazarum, *vis tota mortis completa eſt.* *Rup. Ab. lib. 10. in Ioan.* *Janſen. c. 102.* *Chryſol. ſerm. 63.*

12. Enimverò certum eſt, Judæis olim maximè divitibus & nobilibus in more poſitum fuiſſe, ut defunctorum ſuorum corpora multis aromatibus, Balſamo, aliisque unguentis copiosè condirent; quod ſi etiam circa Lazarum (prout valde eſt verſimile) præſtitum fuit, mirum profectò eſt, quòd Martha fœtorem è fratris corpore exhalandum fore timuerit? Ad quod reſponderi quidem poteſt, omnes haſce circa cadavera adhibitas induſtrias nonnunquam fœtorem illorum vincere nequaquam poſſe; vel dici poteſt, vanum quendam Marthæ metum fuiſſe, facilè enim mulieres aliquid timere ſolent: At verò quoad ſenſum moralem dici poteſt, quod ſicut Apoſtolus in perſona omnium juſtorum dicit: *Chriſti bonus odor ſumus in omni loco*, ita de impiis dici poteſt omnino oppoſitum, ſcilicet quod tametſi cunctis Indiæ odoribus perfumentur & imbuantur, nihilominus peſſimè ſemper fœtere ſoleant; unde de hiſce Chryſoſtomus ſcribit: *In ſepulchro à ſcipſis intruſi, ingenti peccatorum mole obruuntur, & eorum anima corrupta per totam vitam os habens, vel ipſis cloacis ſpurcius, intolerabilem exſpirat odorem.*

2. Cor. 2. 15.

Chryſ. hom. 28. in Mat.

13. S. Thomas inquit: *Myſticè autem de illo, qui peccare conſuevit, dici poteſt: Jam fœtet, ſcilicet per peſſimam famam, cujus odor deterrimus per peccatum conſurgit;* ii namque qui in peccatis habituati ſunt, facillimè ſemetipſos produnt, utpote qui publicum dant aliis ſcandalum. Unde Rupertus Abbas ait: *Lazarus eadem dormitione ſua, vel quatriduana ſepultura typum gerit peccatoris jam conſuetudine nequitiæ inviterati, jamque mala operatione fœtentis.*

S. Thom. in Ioan.

Rup. Ab. lib 5. in Gen. c. 9.

14. Chryſologus ex occaſione fœtentis Lazari quærit: *Mulier, & quod fœtet cujus eſt?* quibus verbis ad peccati fœtorem alludit, quod ſuam à prothomatre noſtra Eva originem ſuam habuit, quod bonum terreſtris Paradiſi odorem turpiter infecit: *Modo ad te pertinet, quod ad te venit; ad ſepulchrum non ſentires fœtorem, ſi in Paradiſo ſuaſorem noluiſſes audire: quod perditori fœtet, non fœtet creatori.*

Chryſol. ſerm. 65.

15. Salmeron modum nos docet, quo dum ſpiritualiter mortui ſumus, ad gratiæ vitam reſurgere valeamus: *Opus eſt, videre mortuum, & ſentire fœtorem, id eſt, confundi & conteri de peccatis, de quibus Apoſtolus: Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt.* Hiſce quoque adjungi poterit conſideratio mortis, vermium & putredinis corporum noſtrorum, quæ in Dei offenſam amorem noſtrum ad ſe trahere ſolent.

Salmer. tom 6. tr. 44.

Quatriduanus eſt enim.

16. Cajetanus inquit: *Ut nulli calumniæ poſſit miraculum hoc ſubeſſe, quatriduanus in monumento aſſeritur; & ut ſimul intelligamus, Martham non ſperaſſe tale miraculum, ipſa eſt, quæ obſtat, ne aperiatur ſepulchrum.* Albertus Magnus fœtorem hunc ex calidi illius climatis proprietate profectum eſſe dicit: *Tantum enim tempus in terra calida magnum interiorum induxit corruptionem: Interioribus autem corruptis, non eſt poſſibilitas aliqua ad vitam; quia interiora ſunt vaſa vitæ, & non exteriora: In quibus adhuc fortè figuram mortuus tenuerat.*

Cajet. Alb. M.

17. Salmeron moraliſando verba illa in ordine ad peccatorem per hoc quatriduanum cadaver denotatum, ita dicit: *Quia peccator his gradibus, ad quatriduum illud pervenit. Primo objecta eſca per ſuggeſtionem dæmonis delectatur; deinde operi nefario, quod ſuggeritur, conſenſum præbet. Tertio non ſolum conſentit, ſed opere exequitur, quod ſuggeſtum eſt; Quartò poſtquam ſemel quis exuit pudorem, & peccare cæpit, conſuetudinem contrahit in vitio.* Eundem quoque ſenſum exprimit S. Thomas de Villa Nova dum ait: *Quatriduanus eſt, quoniam quatuor dies in peccato habet; ſcilicet conſenſum, opus, conſuetudinem, & contemptum.* Etenim iis, qui peccati infirmitatem ab uno pridem alteróve tantum die contraxit, facilè curatur, eo quod malum in eo radices nondum egerit: *Sed quatriduanus vix unquam a peccato reſurgit*, juxta illud Amos Prophetæ: *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non convertam eum; ſuper tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor non convertam eum; ſuper tribus ſceleribus Edom, Tyri, Moab, Juda, & ſuper quatuor non convertam eum, quaſi dicat: Tribus ſceleribus aliquando parcam; quarto vix parcam:* Demum verò idem S. Archipræſul in Lazaro peccatorem obſtinatum ſpecialiſſimè deſignatum fuiſſe his verbis dicit:

S. Thom. de Villa Nov.

Amos 1. 3. v. 6. v. 9. & 11.

La-

Lazarus quatriduanus, fœdidus & ſepultus, peccatoris typum gerit, non cujuſcunque, ſed obſtinati, indurati, in quo ratio, mens, ſenſus, ſyndereſis vitio ſepulta ſunt.

Verſus 40.

Dicit ei Jeſus: Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei.

Toletus. 1. Toletus in hiſce verbis reprehenſionem quandam latere agnoſcit: *Quaſi Chriſtus diceret: Reprehenſione tanto magis es digna, quanto plus es à me jam edocta: Dixi enim tibi: Si credideris, videbis gloriam Dei, id eſt, videbis miraculum inſigne divinitatis meæ, in quo mea divinitas comprobabitur, & innoteſcet.* Lucas Burgenſis Chriſtum hac reprehenſione uti voluiſſe exiſtimat, dicit enim: *Reſpondet caſtigans objurgatiuncula, tanquam parum memorem, & fidei parum tenacem;* qui idem Ruberti Abbatis authoritatem adducens, ſubjungit, quod Chriſtus in promiſſione illa: *Videbit gloriam Dei*, intenderit ſignificare *inauditam hactenus reſuſcitationem quatriduani.* Cajetanus aliam diverſam opinionem tradit; dicit enim, hæc verba à Chriſto dicta eſſe *Ad declarandum quorſum dixit ei hæc, ut vel nunc erigatur Martha cum auditoribus in fidem & ſpem futuri miraculi, ad gloriam Dei.*

Luc. Burg. *Cajet.*

S. Cyril. lib. 7. & 8. in Ioan. 2. S. Cyrillus Chriſtum hac dictione *Gloriam Dei*, uſum fuiſſe dicit, ut vitaret inanem gloriam: *Non dixit: Videbis gloriam meam, ſed Dei; Gloria verò Dei eſt, ſuſcitare mortuum.*

3. Dici quoque poteſt hîc per gloriam Dei juſtificationem intelligi peccatoris, dum illum è peccati ſepulchro reſuſcitatum, atque ab inferno ereptum, vitæ gratiæ reſtituit, eumque à Paradiſo & gloria exulantem in libertatem aſſerit. Filius Dei per os Prophetæ Evangelici ita loquitur: *Salus mea non morabitur: Dabo in Syon ſalutem, & in Iſraël gloriam meam*; id quod reipſa adimpletum fuit, quando ipſa die glorioſæ reſurrectionis ſuæ Apoſtolis in cœnaculo Syonytico peccata remittendi, & peccatores juſtificandi poteſtatem contulit, dicens: *Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur ejus:* Et quidem quod gratiam ſuam juſtificantem gloriæ Dei tulo cohoneſtet, ex illo S. Pauli textu clarè deducitur: *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei.* *Iſa. 46. 13.* *Ioan. 20. 22.* *Rom. 3. 23.*

Verſus 41.

Tulerunt ergo lapidem: Jeſus autem elevatis ſurſum oculis dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me.

Tulerunt ergo lapidem.

1. Lucas Burgenſis dicit, quòd lapide ab oſtio monumenti ſublato, *Contendebant ſinguli præſentium inſpicere, & mortuum videre; ejus ſitum notare, prout inſpexerunt, viderunt, & notaverunt, quantum licuit.* Additque, quòd mox ut ſepulchrum patefactum fuit, intolerabilis quidam fœtor ſingulorum nares invaſerit, ad conteſtandam tanto evidentius cadaveris putredinem. *Lucas Burg.*

2. S. Thomas conſiderat dilationem in tollendo lapide ab obſtaculo per Martham facto fuiſſe cauſatam, dicit enim: *Et ideo tamdiu reſuſcitatio fratris dilata eſt, quamdiu Chriſtum per verba detinuit; ſed ſtatim cum Chriſti mandatum obediendo exequitur, frater reſuſcitatur.* Unde pulchram quandam adverſus illos moralitatem deducit, qui converſionem ſuam de die in diem differre conſueverunt; *Ut per hoc diſcamus nihil interponere inter juſſa Jeſu, & ipſorum executionem; ſi cupimus, quod ſtatim ſalutis ſequatur effectus.* *S. Thom. in Ioan.*

Jeſus autem elevatis ſurſum oculis.

3. *In cœlum oculos ſuſtulit*, inquit Salmeron, *& cum Deo colloquutus eſt, ut ipſo corporis geſtu teſtaretur, hæc ſe divina virtute facere; ne quæ magiæ aut præſtigii ſuſpicio apud aliquem reſideret, & ut doceat nos omnia opera, quæ magnificè agimus, ad Deum referre.* *Salmer. t. 6. tr. 44.*

4. S. Thomas nobis oraturis exemplum Chriſti imitandum eſſe dicit: *Neceſſe eſt levare oculos mentis noſtræ ad Deum, removendo illos à præſentibus rebus, memoria, cogitationibus, & intentionibus. Levamus etiam oculos ad Deum, quando non confidentes de meritis noſtris, de ſola Dei miſericordia ſperamus.* *S. Thom. in Ioan.*

Pater, gratias ago tibi.

5. Cajetanus dictionem illam, *Pater*, exponens ait: *Ut vel hoc opere cognoſcant, quod verus eſt filius Dei. Toletus inquit: Verbum quod-* *Cajet.*

quoddam profert, ut Deus, & quoddam ut homo, ut ſicut una perſona Deus erat & homo, ita unica ſententia verbum Dei & verbum habeat hominis: Patrem appellat ut Deus, auditus & gratias agit ut homo. Quamvis etiam poſſimus aſſerere, Chriſtum in hoc manifeſta edidiſſe divinitatis ſuæ indicia. Nam ut Janſenius ait: *Non orat pro edendo miraculo, ſed ante editum miraculum gratias agit, quod alii facturi erant poſt editum miraculum*; per hanc igitur anticipatam gratiarum actionem, certitudinem demonſtrat, qua de miraculo ſecuturo ſecurus erat, ſciens, hoc ipſum ab ejus omnipotentia & voluntate unicè dependere.

Ianſen.

Rup. Ab. l. 10. in Ioan.

6. Rubertus Abbas Tuitienſis Chriſtum hanc gratiarum actionem ad divinam ſuam filiationem manifeſtandam ordinâſſe ſcribit hiſce verbis: *Idcirco gratias ago, ut teſtificante per ſubſequens opus, me tibi gratum & beneplacitum eſſe cognoſcat populus, & credat, qui circumſtat, quod non injuriosè, ſed gratiosè dixerim ſuperius: Ego & pater unum ſumus.* Albertus Magnus Arrianos in hiſce verbis fundatos fuiſſe dicit, ut Chriſtum Patre inferiorem fuiſſe aſſererent; ſiquidem ipſe ſe Patri per orationem recommendavit, ad hoc ut miraculum iſtud edere poſſet: At verò hæreticis illis hunc in modum reſpondet: *Ex litera hoc oſtenditur non eſſe verum: In oratione oſtendit, quòd ad Patrem omnia dirigit, & hoc patet: Quia nemo gratias agit de hoc, quòd adhuc non recepit: Chriſtus autem hic ante miraculum gratias agit; adhuc autem ante orationem nemo ſcit, ſe exauditum eſſe, Chriſtus autem ante orationem ſe exauditum dicit: Adhuc autem nemo ſcit ſe ſemper fore exaudiendum, & hoc etiam Chriſtus hic dicit.*

Alb. M.

Lyran.

7. Lyranus Chriſtum Judæos per hanc gratiarum actionem mendacii arguere voluiſſe dicit, qui Chriſto, quod in virtute dæmonum miracula patraret, objiciebant: *Quod facit ad declarationem miraculi, quia Judæi Chriſto imponebant, quòd faciebat miracula virtute dæmonis.*

8. Gratitudo pro præteritis beneficiis exhibita, inquit idem Author, pignus eſt, vi cujus alia ſperare & petere poſſumus: *Ex gratiarum actione de præteritis, ad præſtanda beneficia ſequentia provocatur.*

9. S. Thomas inquit: *Lachrymæ, quas Chriſtus pro morte Lazari fuderat, vicem orationis habuerunt* Sed quo fine ipſum gratias egiſſe arbitraris? *Per hoc autem quòd in principio orationis gratias agit, datur nobis exemplum, quod cum orare volumus, antequam futura petamus, properceptis beneficiis Deo gratias referamus.* In deſcriptione multiplicationis panum & piſcium à Chriſto factæ refert S. Joannes: *Cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus*; In quæ verba Cajetanus ita ſcribit: *Ad erudiendum nos, quod futurorum peritio ex præteritorum gratitudine conſurgit.* Enimverò valde eſt veriſimile, quòd non ſolùm de corporali Lazari reſuſcitatione, verùm etiam de ſpirituali una cum toti aliis, qui viſo hoc miraculo in eum crediderunt, juxta illud: *Viderant, quæ Jeſus fecit, & crediderunt in eum*, æterno Patri ſuo gratias egerit.

S. Thom. in Ioan.

Ioan. 6. 11.

Quoniam audiſtis me.

10. Hiſce verbis Salvator noſter creationis denotare voluit efficaciam, quæ non nunquam à Deo exauditur, priuſquam nos ad orandum labia noſtra moveamus: *Præparationem cordis ejus tribuiſti ei: Antequam clament, ego exaudiam.* S. Bernardus ait: *Priuſquam egreſſa ſit ab ore noſtro, ipſe jubet eam ſcribi in libro ſuo.*

Pſ. 10. 17

Pſ. 20. 3.

Iſa. 65. 24.

S. Bern. ſerm. 5. in Quad.

Verſus 42.

Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis; ſed propter populum, qui circumſtat, dixi, ut credant, quia tu me miſiſti.

1. Janſenius inquit: *Quo ſignificat adeò ſe non eſſe Deo contrarium, ut in omnibus una ſit illi, eademque cum Deo voluntas, & quidquid ipſe velit, etiam Pater per illum fieri velit. Hoc eſt enim; ſemper me audis.* Lucas Burgenſis quoque eadem verba de ejuſdem divina voluntatis identitate exponit, dicens: *Hoc eſt Idem vis, quod ego; ſemper vis, quæ volo, inquit Euthymius: Nam eadem utrique voluntas eſt, ac mens eadem.*

Janſen.

Luc. Burg.

2. S. Thomas ad illa ſe verba: *Propter populum, qui circumſtat, reflectens ita ait: In quo datur*

S. Thom. in Ioan.

datur intelligi, quòd multa fecit & dixit propter utilitatem aliorum; nam omnis Christi actio, noſtra eſt inſtructio.

Dion. Cart. 3. Dionyſius Carthuſianus Chriſtum ſe per hanc æterni Patris ſui invocationem apud Judæos defendere voluiſſe dicit ab illa calumnia, qua ipſum in virtute dæmonis miracula facere calumniabantur; oſtendere igitur voluit, ſe non dæmonis, ſed æterni Patris ſui virtute miracula operari: *Audiendo quod invoco te, ſciant me non in principe dæmoniorum, ſeu magicis artibus operari, ſed tuâ virtute, & per conſequens quod ſim miſſus à te, verus in ſermone, & juſtus in opere.*

Verſus 43.

Hæc cùm dixiſſet, voce magnâ clamavit: Lazare veni foras.

Clamavit voce magnâ.

S. Cyril. Alexan. l. 7. & 8. in Ioan. 1. S. Cyrillus clamorem iſtum valde his verbis admiratur: *Novum ubique & inſolens Servatori noſtro: etenim Deus & Pater alicubi de illo ait: Non contendet, neque vociferabitur. Quid ergo dicemus, cùm videamus illum præter conſuetudinem vociferantem?* Reſpondetque id factum eſſe propter figuram univerſalis Reſurrectionis, quando eadem filii Dei vox omnium defunctorum auribus inſonabit dicens: *Surgite mortui.*

Theoph. 2. Theophylactus inquit: *Magna vox Salvatoris, quæ Lazarum ſuſcitavit, ſymbolum eſt magnæ tubæ, quæ ſonatura eſt in magna Reſurrectione.* Rupertus Abbas quoque ad tubam

Rup. Ab. ibid. noviſſimam alludens ait: *Magno quippe cælorum fragore, magnâ cœleſtium virtutum commotione dormientes in ſepulchro concutiet; nam Deus ut inquit Pſalmiſta: Manifeſtè veniet, & non ſilebit.*

Luc. Burg. 3. Lucas Burgenſis ait: *Non ſilentio rem conficere voluit, quia conſtare voluit, ſe authorem eſſe, ut glorificaretur filius Dei, magnâ, altâ, forti, quæ longè poſſit audiri;* volunt nimirum, ut omnes intelligerent, verba illa, quibus ad Lazarum à mortuis ad vitam ſuſcitandum utebatur, non eſſe ſuperſtitioſa, aut magica: *Hoc facit ad declarationem miraculi,* inquit Lyranus, *quia ſi dixiſſet in ſilentio, poſſent dicere adverſarii, quòd verba magica dixiſſet, vel interpoſuiſſet.*

Lyran.

4. S. Thomas Chriſtum quendam gentilium, nec non & Judæorum errorem extinguere voluiſſe dicit, qui in ea erant opinione, quòd animæ pariter cum corporibus morarentur in ſepulchro: *Ideo clamat, quaſi animam ex longinquo evocans, in tumulo non exiſtentem.* *S. Thom. in Ioan.*

5. Salmeron ait: *Ut intelligant, quòd ſolo imperio verbi ſui, quo mundum condidit, mortuum excitat: & quia animam abſentem vocat, non corpus præſens.* *Salmer. to. 6. tr. 44.*

6. S. Auguſtinus habituati peccatoris alluſioni inſiſtens ita ſcribit: *Fremuit, lachrymavit, voce magnâ clamavit. Quàm difficilè ſurgit, quem moles malæ conſuetudinis premit.* Et in alio quodam ſermone idem S. Doctor dicit: *Oſtendit multo clamore objurgationis opus eſſe ad eos, qui conſuetudine obdurueruntſ* opus etenim eſt voce illa, de qua in Actibus Apoſtolicis dicitur: *Factâ autem hac voce convenit,* &c. Ubi notandum, quòd quando Judæos antea induratos convertit, Spiritus ſanctus in ſpecie linguarum ignearum ſuper Apoſtolos deſcendens, *Tanquam ſpiritûs vehementis,* &c. vox appelletur; hac enim voce opus eſt, quando corda peccatorum indurata inducenda ſunt ad veram pœnitentiam: *Vox Domini confringentis cedros, vox Domini intercidentis flammam ignis; vox Domini concutientis deſertum.* *S. Aug. tr. 49. in Ioan. & ſer. 4. de verb. Dom.* *Act. 2. 6.* *Act. 2. 2.* *Pſal. 28. v. 5. 7. & 8.*

7. Adhæc ſi per vocem Chriſti clamantem turba noviſſimi judicii, ut diximus, ſymbolizata intelligatur, fatendum eſt, hanc quoque ad hoc ut in peccatis obdurati, velut fœtentia & quatriduana cadavera è peccati ſepulchro egredi cogantur, magnam in ſe habere efficaciam & energiam. Unde Rupertus Abbas ait: *Quia non niſi magno terrore aſpirantis Dei, & de futuro judicio comminantis exterritus, malè ſecurus peccator ad cor ſuum reducitur; ſtatim prodit, id eſt, reatum ſuum confitetur.* *Rup. Ab. ibid.*

8. *Quæ vox, ut quidam dicunt,* inquit S. Antonius de Padua, *audita eſt in inferno,* ad lymbum forſitan alludit, ubi veriſimile eſt, Lazarum fuiſſe quatriduo illo demoratum, utpote qui Dei amicus erat; demum per hoc cadaver peccatorem in culpa obſtinatum intelligens ulteriùs proſequitur dicens: *Voce magnâ quia difficulter homo peccati conſuetudine conſopitus reſurgit.* Neceſſum e- *S. Ant. Pad.*

nim eſt, ut vox Chriſti profundiſſimam penetret inferni abyſſum, ut peccator ab illis tenebris extrahi poſſit.

Hugo Card. 6. Hugo Cardinalis occaſione hujus vocis vociferantis ſalutare tradit documentum pro illis, qui verbo divino mediante animas in peccato mortuas reſuſcitare ſatagunt: *Per hoc nos docet, quod antequam clamemus ad mortuos per prædicationem, clamare debemus ad Deum per orationem, vel gratiarum actionem, Et nota, quòd Dominus clamat voce magnâ, id eſt, affectuosâ per prædicatores ſuos.*

Lazare.

S. Bona. 10. S. Bonaventura dicit, nomen hoc Lazarus idem ſignificare quod *adjutus à Domino, quod bene congruebat ei, & ratione facti, quia fuit à Deo reſuſcitatus, & ratione myſterii: ſua enim reſuſcitatio ſignificavit reſurrectionem animæ à morte peccati.*

Cajet. 11. Cajetanus ait: *Multis ibi ſepultis, unus erat nominandus, ut ille unus reſurgeret.* S. *S. Thom. in Ioan.* Thomas expreſſiùs, & magis propriè, cur ipſum nomine proprio compellârit, exponit, dicens: *Quem ideo ex proprio nomine vocat, quia tanta erat virtus vocis ejus, quod pariter omnes mortui cogerentur exire, niſi per expreſſionem nominis virtutem ſuam ad unum determinaſſet, ut Auguſtinus dicit.*

Veni foras.

Lucas Burg. 12. Lucas Burgenſis notat, Chriſtum non fuiſſe contentum ex eo quòd Lazarus rediiſſet ad vitam, ideoque ſimul voluiſſe, ut in omnium circumſtantium præſentia è ſpelunca ſive ſepulchro ſuo foras prodiret: *Prodi ex antro ſepulchri, & omnibus conſpicuum te præbe, duplici ſcilicet miraculo; nec enim niſi altero miraculo è profundo ſepulchri exire ſtatim velociterque poterat, præſertim ligatus manus & pedes, & obvinctus oculos;* at *S. Cyril. ibid.* verò, ut in S. Cyrillo legimus: *Et vultus quidem velamento videndi uſu privatus, nullo tamen impedimento, quo minus ad eum, qui vocaverat, curreret, retardatus, agnoſcens Do-*
Chryſol. ſerm. 63. *mini vocem.* Chryſologus nos ad admirandum inferni, ſe i potius lymbi ſollicitudinem invitat, utpote qui protinus ad Chriſti vocem animam illam reſtituit: *Tunc tartarus ligatis manibus ac pedibus Lazarum retulit ad ſuperna, timens & tremens, ne dum ſolvit, ne dum moras facit, ne dum tardius refert unum, omnes cogeretur afferre.*

13. S. Gregorius ita ſcribit: *Dicit autem Lazare, veni foras, ut ab accuſatione & occultatione peccati ad accuſationem ſuam ore proprio exire provocetur, ut qui intra conſcientiam ſuam abſconſus jacet per nequitiam, à ſemetipſo foras exeat per confeſſionem.* Ad hanc Chriſti vocem in noviſſima die, quando judex ſedebit, omnes conſcientiæ revelabuntur: *Liber ſcriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur. Tu feciſti abſconditè, ego faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis.* *S. Greg. l. 22. Mor. c. 9 cit. in cat. D. Th.* *1. Reg. 12. 12.*

14. Richardus de S. Victore in libro, quem ſcripſit *de poteſtate ligandi & ſolvendi*, dicit: *Quid eſt autem reſuſcitatum inde ubi mortuus jacuerat exire, niſi peccatum ſuum penitus & in perpetuum deſerere?* Ad hoc autem intentum aſſequendum, non ſolùm requiritur ut è ſepulchro, id eſt, à peccato ſuo exeat, verùm etiam ut ab eo elongetur, id eſt, omnes deſerat etiam peccandi occaſiones. Unde S. Thomas Doctor Angelicus ait: *Datur per hoc intelligi, quòd Chriſtus vocat peccatores foras exire, de converſatione peccati.* S. Thomas de Villa Nova in Concione ſuper præſens Evangelium dicit: *Exi foras, non ſolùm à delicto, ſed etiam ab occaſione, & delinquendi propoſito; quidam enim ad modicum in Quadrageſima peccata deſerunt, ſed peccandi propoſitum nunquam dimittunt: quidam etiam cum peccatis etiam propoſitum peccandi reliquiſſe ſibi videntur, ſed occaſiones delinquendi non fugiunt; hi non ſuſcitantur, quia non omnino foras exeunt.* *Rich. l. de poteſt. c. 7.* *S. Thom. in Ioan.* *S. Tho. de Vil. Nov.*

15. S. Ambroſius de Pœnitentia tractans dicit: *Veni foras, hoc eſt, qui jacet in tenebris conſcientiæ, & delictorum tuorum ſordibus, exi foras, delictum proprium prode, ut juſtificeris.* S. Thomas de Villa Nova ait: *Qualis intus in conſcientia es, talis foras in confeſſione prodi; non vulnera tua pallies, non excuſes, non defendas: ſi enim operam medicamentis exſpectas, neceſſe eſt ut vulnera tua detegas, revela te uni, ne aliquando reveleris univerſo mundo; ſuſtine nunc verecundiam unius ſacerdotis, ne poſtmodum ſuſtineas verecundiam orbis.* *S. Ambr. l. de Pœnit. c. 7.* *S. Tho. de Vil. Nov.*

Ver-

Verſus 44.

Et ſtatim prodiit qui mortuus fuerat, pedes & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit ergo Jeſus: Solvite eum, & ſinite abire.

Et ſtatim prodiit.

Tolet. 1. *Inaudita profecto vocis hæc eſt virtus,* inquit Toletus, *ut animam trahere loco, in quo morabatur, & corpus recipiendæ animæ diſponere ſimulque utrumque venire: & ut revocatus ad vitam, mandato obediret, unico momento potuit.* Lucas Burgenſis notat, Chriſtum pro maiori miraculi evidentia Lazarum è ſepulchro egredi voluiſſe; dixit enim: *Eo habitu, quo fuerat à domeſticis & amicis è Jeroſolymis ad funus evocatis hic jam aſtantibus, à quatriduo ſepultus, ut ipſiſſimus eſſe certè cogno ſceretur.* Id quod Janſenius pariter confirmat, dum ait: *Ad aſtruendam magis miraculi certitudinem, ne quid, & ne aliquid deeſſet ad pleniſſimam miraculi fidem.*

Luc. Burg.

Janſen.

2. S. Thomas quoad ſenſum moralem ita ſcribit: *Prodit namque peccator, quando exit pœnitendo à conſuetudine peccati ad ſtatum juſtitiæ, qui tamen habet manus ligatas inſtitis, id eſt, carnalibus concupiſcentiis, quia adhuc in corpore conſtituti, alieni à moleſtiis eſſe non poſſunt, etiam à peccatis ſurgentes.*

S. Thom. in Ioan.

3. S. Auguſtinus contextum hunc pariter de peccatore hunc in modum exponit: *Quando contemnis, mortuus jaces, & ſi tanta quanta dixi, contemnis, ſepultus jaces: quando confiteris, procedis; quid eſt procedere, niſi ab occultis, velut exeundo, manifeſtari? Sed ut confitearis, Deus facit, magnâ voce clamando, id eſt, magnâ gratiâ vocando.*

S. Aug. tr. 49.

Ligatus manus & pedes.

S. Bona. 4. S. Bonaventura ait: *Eſt ligatio multiplex: una eſt vinculis culpæ, quæ ſignatur hic: alia eſt vinculis pœnæ, ligatis manibus & pedibus.* Idem S. Seraphicus Doctor ad propoſitum præſens, S. Gregorii authoritatem in hæc verba adducit: *Tunc ligat pœna, quos modo à bonis operibus ligavit culpa; pedes enim qui viſitare ægrotum negligunt, manus, quæ nihil indigentibus tribuunt, ligatæ ſunt.*

5. Albertus Magnus inquit: *Spiritualiter, quando Deus per gratiam ſuam hominem à morte ſuſcitat, ligatus eſt ad pœnam expiationis; pedes autem ſunt affectus & intellectus, & horum ligamen difficultatem ſignificat cognoſcendi verum, & amandi ſive volendi bonum: manus autem ſignificant poteſtatem operandi opera virtutis, & horum ligatio ſignat difficultatem ad opera virtutum.*

Alb. M.

Et facies ejus ſudario erat ligata.

6. S. Cyrillus Alexandrinus ad ſenſum moralem recurrendo ita loquitur: *In peccatum lapſi dedecus inde contractum, veluti quoddam velamen animæ noſtræ faciei circumpoſuimus, & mortis laqueis irretiti ſumus.* Porro prima jactura, quam anima in culpæ barathrum prolapſa patitur, eſt, quod lumen judicii, rationis, diſcurſûs, ejus præcipuè, qui circa divina & cœleſtia inſtituitur, amittat.

S. Cyril. lib.

7. S. Thomas ad aliud quoddam reſpicit myſterium, dum ait: *Hoc eſt, quod in vita plenam cognitionem Dei habere non poſſumus. 1. Cor. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.* Albertus Magnus ad ſententiam Doctoris Angelici alludens hanc adfert expoſitionem: *Sudarium autem ſuper caput, ſignat velamen faciei animæ ad contemplationem cœleſtium; iſtæ enim ſunt reliquiæ peccatorum, in quibus homo eſt, etiam poſtquam reſurgit à peccato per vitam gratiæ, remiſſionem peccatorum.*

S. Thom. in Ioan. *Alb. M.*

8. Quonam verò modo peccatoris facies velata ſit, Salmeron his verbis optimè explicat, dum ait: *Quia peccator nec cognoſcit ſeipſum, nec Deum, nec videt ligamina vitiorum, quibus premitur, nec ſaxum duri cordis, non audit etiam verbum Dei, nec vitæ ſuæ ſatorem ſentit.*

Salmer.

9. At verò dicat aliquis, qua ratione Lazarus oculis clauſis extra monumenti oſtium exire potuit, ut Chriſto ſeſe ſiſtat? S. Ambroſius dicit: *Comprehende, ſi potes, quomodo clauſis oculis iter carpat, vinctus pedibus dirigat; virtute enim divinæ præceptionis operante, natura ſuum non requirebat officium, non jam ſuo ordini, ſed divino nutui ſerviebat; agebatur prius, quàm parabatur inceſſus.* Cæca etenim obedientia ſola eſt, quæ vero lumine colluſtratur: hæc ſola aures ad audien-

S. Ambr. l. de fide reſurr.

dum habet, non verò oculis prædita eſt ad diſcernendum.

S.Ambr. t.4 l.2. de Pœn. c.7. 10. S.Ambroſius dicit, peccatoris faciem, poſtquam pœnitentiam egit, nequaquam occultandam eſſe, ſed ſecurè manifeſtari poſſe, quia jam *Decorem induit; quia venia donatus eſt, revelare faciem, aperire vultum jubetur, non habet enim quod erubeſcat, cui peccatum dimiſſum eſt.*

Dixit ergo Jeſus: Solvite eum.

S.Bona. 11. S.Bonaventura ait: *Quæritur, cùm eſſet evidentius miraculum, ſi deligatus omnino prodiſſet, quare non ſic fecit Dominus?* Reſpondet autem cum ſancto Chryſoſtomo, Chriſtum ipſum à vinculis exſolvi, & in eum ſtatum, quo l berè progredi poſſet, conſtitui voluiſſe, ut hoc modo oſtenderet, non eſſe phantaſma aliquod, prout aliàs maligni fa-

Salmer. tr.44. cilè calumniari potuiſſent. Salmeron quoq; cauſam declarat, cur miraculum hoc non ſimul eodem tempore faſcias illas ruperit & ſolverit: *Quia ſolutio non erat opus ſuper naturam, ideo his qui præſentes aderant, illum dimiſit, ut intelligamus, ibi tantùm præſtolandam divinam potentiam, ubi humana defuerit induſtria.* S.Ambroſius verò a-

S.Ambr. l.Hex. c.7. liam quandam inſinuat rationem myſticam, nimirum: *Ut intus iſta fides infunderetur infidelibus, ut per gradus quoſdam crudelitatis naſceretur.*

12. Ex communiori ſacrorum Interpretum expoſitione verba illa intelliguntur de ſo-

S.Thom. in Ioan. lutione vinculorum peccati. S Thomas ait: *Ut autem ſolvantur peccata ejus, miniſtris mandatur ut ſolvant eum, & ſinant abire; nam quem Chriſtus per ſeipſum interius vivificat, diſcipuli ſolvunt, quia miniſterio ſacerdotum vivificati abſolvuntur.* Albertus Magnus ſuper hæc verba ſcribens, præceptum hoc Lazarum ſolvendi ad Apoſtolos immediatè directũ eſſe dicit: *Diſcipulis ſuis, quibus*

Matt. 16.19. *in Petro dixit: Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* S.Cyrillus Alexandrinus inquit: *Si enim*

Cyril Alex l.7. & 8 in Ioan. *mens noſtra tanquam Lazarus mortua ſit, oportet cum confeſſione molem carnis materialem & venerabiliorem animam, tanquam Martham & Mariam accedere ad Chriſtum, & deprecari: Et ille aſtans impoſitam memoriæ tolli jubebit duritiem & callum, & clamabit magna Evangelicæ tubæ voce; Et ſolvet peccatorum catenas.* S. Auguſtinus quoque verba illa ſpecificè de abſolvendi poteſtate intelligit, dum ait: *Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt & in cœlo.* S. Antonius de Padua ex hoc Chriſti præcepto, *Solvite*, deducit, nullum peccatorem, quantumvis obſtinatus ſit & impius, excuſare ſe poſſe, prætexendo, quod ad pœnitentiam reſurgere non poſſit: *Excuſat ſe peccator, quod non poteſt, quia eſt ligatus: Funes peccatorum circumplexi ſunt me, ſed Dominus præcipiet: Solvite eum. Gratia quidem ſolvit in cœtus, dum ſcilicet de tuis peccatis confiteris ſacerdoti: Dixi, confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, & tu propitiaberis peccato meo, & tunc poteris progredi per bona opera.*

S.Aug. *S.Ant. de Pad.*

13. Quod porrò Salvator ad hanc vinculorum ſolutionem alios adhibere voluerit, ideo hoc ipſum fecit, quia videlicet vincula & funes culparum ſolvendi poteſtatem aliis delegare jam decreverat. Unde Salmeron ait: *Opus eſt miniſtris ſolventibus, id eſt, ſacerdotum abſolutione: Non debent facilè abſolvere, niſi conſtet eos egreſſos de ſpelunca, & de lapide revolutos, conſulendo ut prius reſtituant aliena quæ retinent, & prius parcant inimicis ſuis, ſi quid forte offenderunt.*

Salm.

Et ſinite abire.

14. Toletus Chriſtum juſſiſſe dicit, ut diſcipuli Lazarum abire ſinerent, ut ab omnibus circumſtantibus, aliiſque Bethaniam incolentibus videretur, ut tanto evidentius fieret miraculum, magiſque manifeſtaretur: *Commodior enim ſingulis dabatur occaſio videndi, ſi non in uno loco ſtaret, & vero vitæ recepta, ipſe inceſſus majus & illuſtrius erat argumentum: Omnia enim hæc facta ſunt, ut omnis calumnia, & falſa ſuſpitio tolleretur.*

Toletus.

15. Lucas exiſtimat, quod Lazarus præmiſſâ prius Chriſti devotâ adoratione Chriſti juſſis perfectè obediens in viam ſe protinus receperit: *Relinquit intelligendum* (Evangeliſta videlicet) *quòd ſolutus vinculis abierit à ſepulchro amictus ſyndone ſuper nudo, ſpectantibus præſentibus omnibus & lætitia ac gaudio, reique magnitudine ſtupefactis; & pri-*

Lucas Burg.

& primùm quidem Jesum auctorem vitæ ſibi reſtituere recognoſcens, protinus ado averit.

Chryſo. hom. 62. in Ioan.

16. Chryſoſtomus hanc à Chriſto Apoſtolis datam commiſſionem, qua ut ipſum abire ſinerent jubebatur, ſummæ Chriſti humilitati & modeſtiæ attribendum eſſe ſcribit: *Intuere quòd nullam gloriam expectat, non ducit eum, non jubet eum ſecum eſſe, ut rem oſtentet facto miraculo.*

17. Ex quo ſepulchrum locum denotat peccati, & præcipuè illius, quod jam habituatum, & in conſuetudinem verſum eſt, meritò Chriſtus reſuſcitatum à ſepulchro exire & abire jubet, quia ad hoc ut anima aliqua in peccatis habituata, in peccati recidivam denuò non relabatur, opus eſt, ut à loco, perſonis, & converſationibus, quæ antea lapſûs occaſionem ſubminiſtrarunt, procul recedat. Quando S. Petrus à peccato & ſcandalo ſuo reſipuit, dicit Evangeliſta, quòd *flevit amarè*, ſed ubi? *Egreſſus foras* Sed dices fortaſſis, ex quo Petrus Magiſtrum ſuum in atrio, & in conſpectu totius aulæ Pontificiæ, & ancillæ illius negaverat, nunquid juſtum & decens quoque erat, ut ſimiliter in præſentia omnium illorum pœnitentiam ageret, ſuamque vitæ emendationem exhiberet? Minimè gentium; ex quo enim ſanctiſſimus hic Apoſtolorum Princeps omnibus Eccleſiæ fidelibus velut inſigne pœnitentiæ ſpeculum proponendus erat, Deus nos in ipſius exemplo ſic revoluit, hanc nunquam (vel ſaltem rariſſimè) veram & ſtabilem eſſe poſſe, quamdiu in iiſdem locis, cumque iiſdem perſonis perſeveranter commoramur, cum quibus hactenus per longam & diuturnam conſuetudinem prævaricati ſumus. *Quia*, ut Lyranus optimè dicit, *peccator debet eſſe elongatus, non ſolùm à peccato ſed etiam ab occaſionibus ejus.* Pharao rex Ægypti deſiderium filiorum Iſraël Deo ſuo ſacrificare volentium precibus libenter quidem acquieſcebat, dummodo ab Ægypto non recederent, ſed coram oculis ſuis ſacrificia ſua perageretur; in quod tamen Pharaonis reſponſum Moyſes à Deo illuminatus, conſentire minimè conſentaneum eſſe dixit, ſed in ſua petitione conſtanter perſeveravit, *ut* ſcilicet *eamus viam trium dierum in ſolitudinem, ut ſacrificemus Deo noſtro.* Ubi Oleaſter ait: *Neque fas eſt ei, qui Deo vult ſacrificare, recedere à malis, niſi ab eis ſe curet elongari viâ trium dierum.*

Lyran.

Exod. 5. Oleaſter ib.

18. Salmeron ait: *Sinite abire per opera orationis, jejunii, eleemoſynæ, & per novitatem vitæ ſepulchro recedendo; de quæ eſt illud: Si ſpiritu vivimus, ſpiritu & ambulemus.* *Galat. 5 v. 25.* *Salmer.*

Verſus 25.

Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Jeſus, crediderunt in eum.

1. *Hic igitur fuit fructus miraculi inter ſpectatores præſentes, poſtea verò & ad alios multos fructus damnavit*, inquit Lucas Burgenſis Et quidem, ut Toletus notat, meritò hoc adeo prodigioſum miraculum ad finem uſque prædicationis reſervavit, ut Judæorum convinceret & condemnaret incredulitatem; adducitque experti alicujus Medici ſimilitudinem dicens: *Nam ſicut medicus potentiora medicamenta in principio morbi non adhibet, ſed quò magis is ingraveſcit, eò efficacioribus utitur remediis, ita Chriſtus.* &c. Cùm enim paulò poſt mortis condemnandus eſſet, unicuique manifeſtum eſſe voluit, quòd hunc morti ſubjici ab ipſis non poſſet, utpote qui ipſis tanquam Dominus & Patronus præeſſet, ideoque ſcire illos voluit, quòd *oblatus eſt, quia ipſe voluit.* *Luc. Burg. Toler.* *Iſa. 53. 7*

2. Res ſumma admiratione digna eſt, quòd homines in Chriſtum crediderint, magnaque erga eum devotione affecti fuerint, ex eo quòd mortuum ad vitam per ipſum revocatum eſſe viderint, nec tamen ullus hominum, aut valde pauci, ad miracula continua ſe reflectant, quæ operatur quotidie, dum a gratiæ vitam, quæ longè eſt excellentior, tot homines quotidie reſuſcitat: *Omnis qui peccat, moritur*, inquit S. Auguſtinus, *ſed mortem omnis homo timet, mortem animæ paucis pro morte carnis, quæ ſine dubio quandoque ventura eſt, curant omnes, ne veniat, inde eſt, quòd laborant; laborant ne moriatur homo moriturus, & non laborant, ne peccet homo in æternum victurus.* *S. Aug. tr. 49. in Ioan.*

33. Theophylactus magnam inter Judæos obſervat differentiam; ſiquidem S. Joannes expreſsè dicit: *Multi ex Judæis*; non verò dicit, omnes: *Spectantium alii quidem* *Theoph.*

crediderunt, alii autem annuntiaverunt Phariſais, calumniantes nimirum, ut prophanam rem, quia auſus fuerat imperare, ut effodiatur ſepultus. Horum primi ſimul cum Lazaro reſuſcitati fuêre, ſed ſpiritualiter; alii verò in ſepulchro aut monumento ſuo magis magiſque computruerunt, id eſt, in ſepulchro duritiæ & obſtinationis ipſorum: *Ut vel hinc agnoſcas fidem eſſe Dei donum,* inquit Salmeron, *& vere Abraham dixiſſe: Neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.* Salmer. tom. 6. tr. 44.

DOMINICA PASSIONIS.

EVANGELIUM

Ex Joan. cap. 8.

Verſ. 46. *Vis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* 47. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* 48. *Reſponderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu & dæmonium habes?* 49. *Reſpondit Jeſus: Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me.* 50. *Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quæret, & judicet.* 51. *Amen, amen dico vobis: Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum.* 52. *Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus, quia dæmonium habes; Abraham mortuus eſt, & Prophetæ, & tu dicis: Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non guſtabit in æternum.* 53. *Nunquid majores Patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt, & Prophetæ mortui ſunt? Quem teipſum facis?* 54. *Reſpondit Jeſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt; eſt Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis: Quia Deus veſter eſt.* 55. *Et non cognoviſtis eum, ego autem novi eum; & ſi dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax, ſed ſcio eum, & ſermonem ejus ſervo.* 56. *Abraham Pater veſter exultavit ut videret Deum meum; vidit, & gavisus eſt.* 57. *Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* 58. *Dixit eis Jeſus: Amen, amen dico vobis: Antequam Abraham fieret, ego ſum.* 59. *Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum, Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo.*

Verſus 46.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Quis ex vobis arguet me de peccato?

S. Bona. 1. SAnctus Bonaventura ad perſonas ſe reflectens, quibuſcum Dominus noſter loquebatur, dicit: *Quis ex vobis mendacibus & peccatoribus?* hi enim velut talpæ quædam in ſole quærebant caliginem.

2. Porro Chriſtus hanc vitæ ſuæ innocentiam, & irreprehenſibilitatem non ex jactantia publicè profeſſus eſt, ſed ex neceſſitate, ut videlicet per illam authenticaret doctrinam & prædicationem; nam ut S. Gregorius optimè advertit: *Cujus vita deſpicitur, reſtat ut ejus prædicatio contemnatur.* Salm. quoque dicit: *Non exiſtimet quiſquã Chriſtum carnali jactantiâ de vitæ ſuæ innocentiâ gloriatum, ſed juxta ſpiritûs ſui prudentiam objecit ſuam prudentiam & integritatem ob doctrinæ ſuæ commendationem.* Hi quoque, qui gubernationes & officia publica gubernanda habent, in more poſitum habere ſolent, quòd ad vitæ ſuæ actiones & integritatem ſuam juſtificandam, aliorum de arbitrio & cenſuræ ſubmittant; cujus inprimis in Moyſe exemplum habemus, qui in ſimili munere poſitus, publicè in hæc verba proteſtatus fuit: *Tu ſcis, quòd ne aſellum quidem acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.* Samuel quoque publicè in conſpectu omnium poſitus audacter edixit: *Ecce præſto ſum, loquimini &c. Chriſtus perfunctus officio legationis & prædicationis, ab hac ſua juſtificatione non voluit eſſe alienus*; quin potiùs omnes in communi, & ſingulos in particulari hodie invitat, ut ſi quæ adverſus ipſum habeant accuſationis capita, in medium producant.

S. Greg. l. 19. Mor. c. 18. Salmer. t. 8. tr. 42. Nu. 16. v. 15. 1. Reg. 12. 3.

S. Cyril. Alexan. l. 6. in Ioan. c. 7. S. Thom. in Ioan. Prov. 20. v. 9.

3. S. Cyrillus Alexandrinus ſenſum verborum Chriſti hunc eſſe dicit: *Diſquirite vitam meam, verba & opera mea diſcutite, nihil omnino, quod jure redarguere poſſitis, occurret.* S. Thomas textum illum Proverbiorum adducit, in quo Spiritus ſanctus dicit: *Quis poteſt dicere: Mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? Quaſi dicat: Nullus, niſi ſolus Deus. Ipſe peccatum non fecit,* inquit de filio Dei S. Bonaventura, *imò Agnus eſt Dei, qui tollit peccata mundi.* Beda ait: *Non dedignatur ex ratione oſtendere, ſe peccatorem non eſſe, qui ex virtute divinitatis potuit peccatores juſtificare.* Lucas Burgenſis rationes aliquas adducit, per quas impoſſibilitatem culpæ oſtendit in Chriſto: *Planè peccatum non fecit, qui non peccare potuit: tum quia humana ejus natura unita divinæ: tum quia anima ejus in beata Dei viſione ſemper fuit; & nec potuiſſet eſſe Dei & hominum mediator, ſed ipſe mediator eſſet, ſi peccato obnoxius fuiſſet.*

v. Beda in Luc. Luc. Burg.

Toletus.

4. Toletus eos, qui alios exhortantur, aut prædicant aliis, ex tribus præcipuè capitibus bonam ſui æſtimationem apud auditores ſuos amittere conſiderat: nimirum *aut propter vitam ejus parùm honeſtam, qua indignus efficitur, ut ei credatur: aut propter doctrinam, quia falſa & improbabilis; aut propter nequitiam & culpam ipſorum auditorum non credentium. Dominus igitur removet duas cauſas primas & inde infert tertiam.* Primò enim ex parte ſua oſtendit vitæ ſuæ irreprehenſibilitatem, ſecundò doctrinæ veridicæ integritatem, quam annuntiabat; unde per optimam conſequentiam, incredulitatem eorum ab ipſorum malignitate & obſtinatione derivari oſtendit.

Ianſen. c. 77. conc. Evang.

5. Janſenius dictionis illius, *arguere*, ſignificationem ponderat, dicens: *Quis me poteſt, vel poterit arguere, hoc eſt, argumentis convincere de quovis peccato, nedum de errore & mendacio? arguere enim exponendum eſt, pro convincere, non autem pro accuſare*; ſæpe enim Salvatorem de exceſſu aliquo accuſabant, & calumniabantur, utpote quòd dæmoniacus, aut ebrius eſſet, & de ſimilibus: *Nunquam autem potuerunt convincere certis argumentis, ſed ubique obſtructum eſt à Domino os loquentium iniqua.*

Thren. 3. v. 29. & 30.

6. Tametſi de ipſo per Jeremiam Prophetam prædictum fuerit: *Ponet in pulvere os ſuum, dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis*; operæ tamen pretium, imò neceſſarium eſſe duxit, ut ſe de confictis adverſus ſuam innocentiam calumniis & impoſturis juſtificaret, tum ne prædicatio ejus fidem apud auditores amitteret, tum ut omnes miniſtros Evangelicos inſtrueret, curam illis honoris & bonæ famæ haben-

habendam eſſe, ut deinceps Dei gloriam, & animarum curæ ipſorum commiſſarum ſalutem tantò efficaciùs promovere poſſint.

Theoph. 7. Theophylactus obſervat, ſapientiſſimum Magiſtrum Hebræos, utpote qui ſe peculiariter filios Dei eſſe arbitrabantur, peculiari quodam argumento aggreſſum eſſe, dicendo: *Si Dei eſtis filii, utique peccantem debetis odio habere, ſi igitur & me, quem odio habetis, poteſtis arguere peccantem, manifeſtum eſt, quòd juſtè odio me perſequimini, quòd ſi nemo me poteſt arguere, manifeſtum eſt, quod me propter veritatem exoſum habetis; quam autem veritatem? omnino quia dixerat ſe filium Dei.* Hoc enim unicum erat necis ipſi ab illis inferendæ motivum; at verò quia, ut *Hugo Card. in Ioan.* Hugo Cardinalis advertit, ſe defendere potuiſſent, dicendo, quòd homo facinoroſus & ſceleratus erat, qui proinde vitâ indignus eſſet, ideo ut omnem ſe excuſandi viam illis præcluderet Chriſtus dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* at verò mors, quam illi machinabantur, longè ex hoc reddebatur execrabilior & deteſtabilior, dum hanc ei ideo inferre nitebantur, quod verus Dei filius, & promiſſus in lege Meſſias eſſet.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

8. Poſtquam vitam ſuam irreprehenſibilem eſſe demonſtraſſet, jam immediatè oſtendere incipit, qualis doctrina ſua exiſtat, quam tradebat, nimirum ipſiſſima Veritas; *Toletus.* unde Toletus ait: *Si veritatem dico vobis, ac ſi diceret: non etiam poteſtis cauſam veſtræ incredulitatis in meam reficere doctrinam, veritatem enim dico vobis* Et verò unica cauſa, ob quam ipſi credere renuebant, hæc erat, quia auditum ſuum veritati accommodare non poterant, quia, ut habet tritum illud proverbium: *Veritas odium parit.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Dion. Cart.* *Veruntamen dico vobis, Evangelicam legem prædicando & veſtra piacula increpando, futura atque ſecreta elucidando.* Pergit ulteriùs, quàm ipſorum incredulitas irrationabilis fuerit, oſtendere; ſiquidem ſcriptum eſt: *Eccl. 6. 36.* *Cùm videris ſenſatum, evigila ad eum.* Sicut enim ſubitò credere ſignum eſt levitatis animi, ita obſtinationis ſignum eſt, multis, iiſque omnibus indubitatis veritatis ſignis & indiciis fidem non adhibere. *Quamvis verò doctrina Chriſti fuerit omnino inſolita, atque incomprehenſibilis, propter quod nec facilius recipienda fuit, tamen tanta tamque evidentiſſima argumenta patuerunt quòd ipſe eſſet verus Chriſtus, verus Magiſter, & Sanctus, putà teſtimonium Joannis Baptiſtæ, vaticinia Prophetarum, miracula Chriſti diſcipulorumque ejus conſtantia, ejus pro veritatis defenſione & zelus juſtitiæ, quòd inexcuſabiles erant Judæi de ſua perfidia.*

5. Porro ad hoc ut veritatem, eamque præcipuè, quam Chriſtus docuit, libenter amplexaremur, Albertus Magnus in laudem *Alb. M. in Ioan.* veritatis ita ſcribit: *Quæ omnibus debet eſſe amabilis, eò quòd divina eſt, & eò quòd veritas eſt, quia illa dirigit in quantum eſt veritas, & ad Deum dirigit, in quantum eſt divina. Pſalm.* *Pſ. 42. 3.* *42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipſa me deduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.*

Verſus 47.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

1. Salvator noſter verba hæc non ſolùm de auditu externo, ſed etiam & multò magis de interiori intelligit, inquit Toletus: *Non ſo-* *Tolet.* *lùm propter auditum exteriorem, ſed propter fidem doctrinæ, & mandatorum ejus obedientiam, hoc enim eſt perfectè audire verba Dei.* Judæi quidem ad ea, quæ dicebat, audienda, aures ſuas patulas præbebant, ſed ſolùm ad ipſum accuſandum & cenſurandum, non verò ad auſcultandam veritatem, ut inde proficerent. Cajetanus verba Chriſti hac gloſſa *Cajet.* illuſtrat: *Verba quidem Dei neceſſaria ad ſalutem ſuſcipit, ut neceſſaria ad ſalutem; verba autem exhortatoria ſuſcipit ut expedientia, illa ut præcepta, hæc ut conſilia.* Conſiderat quoque Chriſtum Judæis dixiſſe: Propterea vos non auditis; unde deducitur, quòd Chriſtus non intendebat loqui de auditu corporali, ſed de ſpirituali & interno. *De eruditione interna, hoc eſt, ſuſceptione Ieſus loquitur.* Eandem quoque ponderationem Hugo Cardinalis his verbis inſinuat: *Verba*

Dei

Dei amat, & cum devotione recipit, vos non auditis, id eſt, auditui tradere & obedire contemnitis.

2. facile credibile eſt, quod quiſquis verbum Dei non tam auribus, quàm corde libenter auſcultat, ad Deum pertineat, deque numero electorum exiſtat. Unde Dionyſius Carthuſianus hunc in modum diſcurrit: S. Joannes ſcribit *Qui natus eſt à Deo, non peccat, quoniam ſemen Dei manet in illo*, ſemen verò iſtud, in cujus virtute anima ab offenſa Dei abſtinet, aliud non eſt quàm verbum Dei: *Semen eſt verbum Dei*, ac proinde ſanctè gloriabatur Pſalmiſta dicens: *In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi*, qui idem Carthuſianus extaticus hac de re practicam quandam ſimilitudinem adduxit dicens: *Unusquiſque libenter audit de re, quam diligit; qui ergo diligit Deum & vitam beatam, verba Dei libenter audit, & affectuosè conſervat, & in hoc ſalus noſtra conſiſtit; debemus ergo verba ſacra cum magna attentione, intimâ affectione, humili reverentiâ legere, audire, proferre, tanquam epiſtolas nobis divinitus miſſas.*

Dio. Cart. in Joan.

1. Joan. 3. 9.

3. Beda ait: *Interroget ſe unusquiſque, ſi verba Dei in aure cordis percepit, & intelliget unde ſit. Cæleſtem patriam deſiderare veritas juber, carnis deſideria conterere, mundi gloriam declinare, aliena non rapere, propria largiri; penſet ergo apud ſe unuſquiſque veſtrum, ſi hæc vox Dei in cordis ejus aure convaluit, & quia jam ex Deo ſit, agnoſcit.*

V. Beda. in Ioan.

4. Idem ille Deus, qui ſe Paradiſi portam eſſe dixit: *Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſalvabitur*, idem inquam ſimiliter dixit ſignum, unde quis electos ad gloriam dignoſcere poſſit eſſe, ſi quis vocem ejus libenter audiat: *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis.* Myſtica profectò fuit illa muneris oblatio, quam Jobo in proſperitatis & ſalutis ſtatum reſtituto, ſubditi ejus fecerunt; *Dederunt ei unuſquiſque ovem unam, & in aurem auream unam*; & quidem facile eſt intelligere, cur quilibet ei ovem unã obtulerit, quia illis temporibus facultates meliores non conſiſtebant in monetis aureis vel argenteis, ſed in rebus fructiferis, & ſpecialiter in gregibus & armentis: ſed quodnam in eo latet myſterium, quòd huic animali in aures junxerint;

Ioan. 10. 9.

Ioa. 10. v 27. & 28

Iob. 42. 11.

Omnia in figura contingebant; & ideo per hoc denotabatur, quòd quælibet anima prædeſtinata, cujus ovis ſymbolum exiſtit, promptas & faciles Dei verbo aures præbere debeat, quia: *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, oves meæ vocem meam audiunt. Habent divina verba*, inquit Didacus Stella, *neſcio quid divini & paterni amoris, quòd audientes filii Dei, qui ad æternam beatitudinem deſtinati ſunt, in ipſis agnoſcunt, gaudent, & exultant.*

Did. Stell. in c. 11. Lu.

Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

5. S. Bonaventura hic ait: *Cauſam ſubdit, quia non erant ex Deo, quaſi enim naturale eſt, & delectabile cuilibet audire verba paterna, & ideo qui ex Deo eſt, delectabiliter audit verba Dei; omnis qui ex veritate eſt, audit vocem meam.* Nimirum inſinuare illis voluit, inquit Salmeron quòd culpa propria veritatem non recipiebant, *Quia qui ex Deo, eſt verba Dei audit, propterea vos non auditis; quia ex Deo non eſtis*; idquehic author in ipſis poſt tot ſæcula adimpletum eſſe his verbis oſtendit: *Judæi enim hodie ſine veritate, ſine Chriſto ſunt, edunt filiquas porcorum, veſcuntur Thalmuditis & caballiſticis figmentis, intendunt fabulis & genealogiis interminatis; denique verbum Evangelicum non audiunt, quia ex Deo non ſunt.*

S. Bonav.

Salmer.

6. Dionyſius Carthuſianus magnam nobis in eo conſolationem poſitã eſſe dicit, quòd in hac vita præſente, in qua nemo certo ſcire poteſt: *An amore, an odio dignus ſit, aliquod ſaltem ex ore veritatis depromptum habeamus prædeſtinationis noſtræ ſignum: Contulit magnam ſpem confidendi, quòd ſunt in ſtatu ſalutis, & filii Dei, qua experiuntur ſe verba Dei libenter audire: frequenter revolvere & cuſtodire, propter quod probabiliter ſcire poſſunt, quod ſunt in charitate & gratia.* Cujus contrarium eſt in reprobis, qui verbum Dei audiendi, legendi, & meditandi tædium & nauſeam habent. Unde Auguſtinus á S. Bernado citatus ait: *ſicut nullum eſt majus ſignum prædeſtinationis æternæ, quam Dei verba libenter audire, ſic nullum pejus ſignum, quàm illa contemnere.* In parabola de ſemine, per quod verbum Dei ſignificatur, legimus: venit diabolus *& tollit verbum de corde eorum*; quo

Dion. Carr.

S. Aug. cit. à S. Bern. ſer 6. de orat. Dom. c. 5

nam putas ſine hic facit? ut damnentur? *Ne credentes ſalvi fiant.*

7. Divinus ille Paſtor de ovibus loquens, de iiſdem dicit: *cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ*; oves paſtorem ex voce ejus agnoſcunt, eidemque prompté obediunt, Chriſtus in hoc eodem Cap. S. Joannis Judæos incredulos interrogavit: *Quare loquelam meam non cognoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem meum; vos ex Patre diabolo eſtis, deſideria patris veſtri vultis facere.* Et quidem veritas iſthæc in actibus Apoſtolicis manifeſtè exprimitur; ubi namque refertur Sergium audiendi prædicationem ſanctorum Pauli & Barnabæ valde fuiſſe cupidum: *Deſiderabat audire verbum Dei; reſiſtebat autem Elymas Magnus*; quoniam verò epitheto S. Paulus Apoſtolus hunc appellavit: *O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli.* In eodem cap. 2. Actuum quando idem Apoſtolus coram toto Hebraiſmo in hæc verba proteſtatus fuit: *vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, ecce convertimur ad gentes*, conſideratio quædam occurrit, quòd uno eodemque tempore *ſimul & ſemel*, quo hi verbum Dei repudiabant, Deus quoque illis dorſum obvertit, & ab æterna vita eos excludit: *Indignos vos judicatis æterna vitæ.* Eadem illa ſonora Spiritus S. tuba de qua dictum fuit: *Vas electionis eſt mihi iſte*, dum in Athenarum Areopago verbum Dei annunciaret, paucos habuit ex auditoribus, qui cor ſuum Evangelio recipiendo expanderent: *Quidam vero adhærentes ei crediderunt, in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris*: alii verò in cæcitate ſua obſtinatè remanſerunt, quia tametſi verbum Dei auditu corporali percepiſſent, non tamen illud interiori cordis auditu exceperant: *Quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt, audiemus te de hoc iterum, & ſic Paulus exivit de medio eorum*, neque enim ad electorum numerum pertinebant. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Ego ad hoc natus ſum*, inquit Chriſtus, *& ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati: qui eſt ex veritate, audit vocem meam*; hi auditum ſuum veritati accommodare non poterant. Quòd ſi leoni herbam oſtenderis, tametſi illa viridis ſit, ejus tamen appetitum nequaquam exſtimulat, eò quòd non ſit naturale illius nutrimentum; ſi bovi vel ovi carnem propoſueris, multò minus ad manducandū proritabitur, eò quòd hæc animalia herbis paſcantur: eodem modo ſi perverſis & reprobis hominibus de Deo, vel æterna animæ ſalute locutus fueris, non intelligent quid dicas, haut ſecus acſi peregrino aliquo idiomate loquereris: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis*: quod ſi autem iiſdem de mundanis emolumentis, vel aliis rebus prophanis, quibus delectantur, loqui ceperis, eoſdem-te avidè & perlibenter auſcultantes reperies.

Joan. 8. 43

Act 13. v 7. & 8

v. 10

Act. 13. 46

Act 9. 15.

act. 17. 34.

v. 37.

Joan. 18. 37.

8. S. Thomas varias adducit verbum Dei audientium differentias: *Quidam ſunt, qui præcepta Dei, nec aure corporis, id eſt, exteriori auditu dignantur audire, de quibus in Pſ. 57. Sicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas: quidam ſunt qui hæc quidam corporis aure percipiunt, ſed nullo ea mentis deſiderio complectuntur, non habentes voluntatem implendi. Ezech. 33. Audiunt ſermones tuos &c. quidam autem ſunt, qui libenter verba Dei ſuſcipiunt, ita ut etiam in fletibus compugantur, ſed poſt lachrimarum tempus vel tribulationibus oppreſſi, vel allecti delitiis ad iniquitatem redeunt.*

S. Tho. in Joan.

Pſ. 57. 5

Ezo. 33. 31.

Verſus 48.

Reſponderunt ergo Judæi & dixerunt ei: Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Dixerunt ei: nonne benedicimus nos?

1. *In hoc eorum præſumptio temeraria patet*, inquit S. Bonaventura, *blaſphemabant, & tamen ſe benè dicere aſſerebant, talis enim eſt fatuitas ſtultorum & arrogantium, qui videntur ſibi ſapientes.*

S. Bonav

2 S. Cyrillus illos ira & odio excæcatos fuiſſe dicit: *Tamquam furore exagitati prorumpunt injurias, & falſis eum probris laceſſunt, quia vera, quæ illi poſſent ingerere, non inveniunt*: Apoſtolus quidem Feſtum convicit, fidei tamen illum non comparavit quin potius ipſe, dum reſpondere non poſſet confuſus exiſtens, ad injurias recurrit: *Magna voce dixit inſanis Paule, multæ te litteræ ad inſaniam convertunt.* Unde Caſſiodorus dicit: *Ad injurias tunc proſiliunt, ùm ſe ſuperatos turpiter erubeſcunt.* Lucas Burgenſis eandem adfert conſideratio-

S. Cyril. 8. in Ioa.

Act. 26. Luc. Burg.

nem

nem dum Judæos ex Chriſti reprehenſionibus, quas pro injuriis & irrogatis ſibi contumeliis habebant, exaſperatos eſſe notat:

Caſſiod. l. 1. epiſt. 27. *Tanquam laceſſiti pluribus injuriis, more inſenſatorum, qui juſtas correptionis non ferunt ad inſana maledicta confugiunt ſeque non ex Deo, ſed diabolo patre eſſe rebus ipſis oſtendunt.*

Luc. Burg. Idem quoque hanc contumeliam ex fœtidis eorum oribus non ex impetu iræ ſed præmeditatè in Chriſtum evomitas eſſe obſervat, id quod majus ipſorum odium & malignitatem indicabat, ſiquidem dixerunt: *Nonne benè dicimus nos? ergo non tantum per modum contumeliæ cujuſdam iracundè ac temerè objiciunt Chriſto, verùm etiam per modum diu meditatæ affirmationis.*

Quia Samaritanus es tu.

3. *Id eſt hæreticus quidam*, exponit Carthuſianus; & Albertus Magnus legit: *Alienus à lege divina*, vel etiam ideò illum Samaritanum vocant, quia Samaria cum applauſu totius civitatis prædicaverat; poſtquam mulierem illam Samaritanam peccatricem convertit. præterea dicit idem Albertus: *Quia indicabant quòd aliquid de lege reciperet, & alia quædam objiceret; tertiò quia in parabolis Samaritanos laudavit, & exiulit in miraculis.*

Dio. Cart. Alb. M.

Et dæmonium habes.

4. *Quod inſana & abſona eum loqui judicarent*, inquit Janſenius, *cùm illos dicebat ex patre diabolo, & non ex Deo eſſe*, qui idem Author ad hoc reflectit; quòd multi in capite ſequenti de ipſo dixerint: *Dæmonium habet, & inſanit, quid eum auditis?*

Janſen.

5. Quid autem dicere voluerint, dum illum dæmonium habere aſſeruerunt, Dionyſius Carthuſianus his verbis exponit: *Cujus relatione & adjutorio dicit, & facis alta ac mira quæ alii te facere & dicere putant virtute divina: hoc perverſi dixerunt, quoniam aliter ſalvare non poterant, quomodo tot mirabilia facere, totque ſecreta & futura referare, & tam ſubtilia atque profunda docere non inſtructus ab homine poſſet, niſi quod vel à Deo, vel à diabolo hoc haberet* Rationem autem, cur illa ſupernaturalia opera non in meliorem partem interpretati fuerint, id eſt, quòd hæc tam inſignia dona à Deo haberet, idem Extaticus Doctor hanc aſſignat, dicens: *Noluerunt credere, quòd haberet ea à Deo, propter nimiam diſpicentiam atque invidiam, quam conceperant in eum ideo omnia talia deputabant diabolo.*

Dio. Cart.

Verſus 49.

Reſpondit Jeſus: ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me.

Reſpondit Jeſus: ego dæmonium non habeo.

1. Duo fuerunt præcipua aſſertarum adverſus ipſum injuriarum capita, ſiquidem ipſum primò Samaritanum deinde verò dæmoniacum appellarunt cur igitur ad illas reſpondens ſe ſolùm de ſecunda, non verò de prima calumnia purgat & tuetur Sanctus Bonaventura ſancti Gregorii expoſitionem adducens, dicit *Unum negavit, quod non habuit dæmonium, alterum tacendo conſenſit, ſcilicet ſe eſſe Samaritanum, qui cuſtos interpretatur, eo quod ipſe verè cuſtos eſt. Cuſtos quid de nocte? Niſi Dominus cuſtodierit civitatem.* Sanctus Thomas obſervat, quòd quia tempus illud advenerat in quo ſub uno paſtore unum futurum erat ovile, Judæique pariter cum gentibus ſub eadem erant uniendi: *Ideo Dominus, ut oſtendat ſe veniſſe Samaritanum, ut magis quàm Paulus omnibus omnia factus, omnes nanciſcatur.* Idem quoque Angelicus Doctor aliam jam à nobis inſinuatam rationem aſſignat, nimirum quia *Samaritanus* idem eſt, quod *Cuſtos, ipſe autem præcipuè cuſtos noſter eſt ſecundum illud Pſal. 120. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.*

S. Bonav. Pſ. 126. S. Thom. in Joan. Pſ. 120.

2. Aliud quoddam ab Alberto Magno motivum adducitur, dicit enim: *Per hoc quòd dæmonium eum habere dicebant, Spiritui gratiæ (qui ab ipſo procedit) contumeliam faciebant; & ideo negavit, & correxit, ſed per hoc, quod eum Samaritanum dicebant, ſibi humanam generationem attribuebant.* Unde ſalutare hoc deducit documentum, quòd videlicet injurias Deo & proximis noſtris illatas iniquiſſimè

4. Alb. M.

simè ferre, eorumque honorem & innocentiam defendere debeamus, mansuetos verò nos ex alia parte exhibere actionesque quæ personam nostram privatim contingunt, patienter dissimulare debeamus. Unde Theophylactus ait: *Cum seipsos filios Dei dicerent, vehementer eas coarguit, veritatem vindicans; quando autem ipsum injuria afficiunt, non ulciscitur; docens etiam nos, quæ contra Deum sunt vindicare; quæ autem contra nos, mansuete ferre, sicut & ipse mansuete dixit: Ego dæmonium non habeo, sed honoro patrem meum*

Theoph.

Toletus.

3. Toletus Christum in hoc se ab injuria & calumnia, per Samaritani nomen illata justificasse existimat, dum se æternum patrem suum honorificare asseruit, *Hoc verbo, honorifico Patrem meum, confirmat se dæmonium non habere, & simul se Samaritanum esse refellit.* Non quidem ei quod natione Samaritanus esset objiciebant, nimis enim probè ipsum Nazarenum esse sciebant, *Sed moribus & studiis*; ideoque dicendo se dæmonium habere, sed æterni patris sui gloriam & honorem zelare, simul quoque eodem tempore se Samaritanum moribus non esse justificabat: *propterea Christus rem ipsam considerans respondit: honorifico patrem meum, quod Samaritanus non facit.*

S. Hier. ad Asellam.

Idem quoque S. Hieronymum citat, qui Christum ex alio quoque motivo Samaritanum se esse non negasse asserit nimirum: *Ut se illum verum Samaritanum ostenderet, qui in parabola Luc 10. significatus est, qui alligavit vulnera jacentis in via.* Ad hæc Toletus dicit: *Ut etiã se esse ostenderet qui omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret, iis qui sine lege erant, tanquam sine lege esset.*

Hugo. Card.

Hugo Cardinalis ideò Christum ad injuriam Samaritani nihil respondisse existimat, quia nomen hoc scientia & conceptu suo minimè injuriosum esse sciebat. *Non reputavit hoc opprobrium, nec negavit, ne significare videretur, quod ipsi essent despiciendi putabant, neminem enim despicit Christus, qui dicit, Non veni vocare justos, sed peccatores.*

Matt. 9. 13.

S. Thom. in Joan.

4. S. Thomas insinuat solum Dei filium libere & viridice dicere potuisse: *Ego dæmonium non habeo: hoc verbum solus Christus dicere potest, ut Origenes dicit, nam ille nihil quod dæmonis est, leve videlicet aut grave in se habet; venit princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam.* De hac autem veritate nos extra omne dubium posuit, dum ait: *Honorifico Patrem meum, diabolus enim honori Dei resistit, qui ergo quærit Dei honorem alienus est à diabolo.* Unde merito Chrysostomus quærit: *Quis dæmonium habet, num qui Deum honorat, an qui honoribus Deum prosequentem contumelia afficit?*

Orig.

Chrys. ho. 54. in Joa.

5. Omnes sacri Expositores unanimiter intenti sunt, ut virtutem admirentur benignissimi Salvatoris nostri quam in hac responsione exhibuit, siquidem in ea offensum aut læsum se esse ostendit, in eo unde offendebatur Deus, non verò in injuriis sibi tanquam personæ privatæ illatis, adeoque adimpletum est in eo quòd S. Petrus postea hac de re scripsit, scilicet: *Cum malediceretur non maledicebat cum pateretur, non comminabatur.* Cajetanus quoque hac de re ita scribit: *Non ad contumeliam propriam quæ appellatus est Samaritanus, sed ad injuriam Dei, qua dictum est: dæmonium habes, respondit: hæc enim directè tollebat fidem credentium, tollebat veritatem doctrinæ, nocebat populo.*

1. Pet. 2. v. 23.

Cajet.

6. Hugo Cardinalis ita scribit: *Hic in duobus nos instruit; primò scilicet, quia cùm crimen nobis imponitur, debemus levi excusatione nos expurgare, ne pereat fama, quæ necessaria est propter proximum. Secundum est, quia injuriam Dei debemus omnibus modis indicare, nostram autem patienter tolerare.* Etenim cum majori mansuetudine Christus respondere non poterat, neque enim injurias acceptas injuriis reciprocis compensavit, neque vitia aut excessus illorum ulla in redetexit. Unde Salmeron inquit *Dat nobis exemplum, ut cum adversarii nobis falsa mala impingunt, vera eorum mala taceamus.* Quo virtutis actu se dæmoniacum non esse in effectu probavit: *Tam mansueto responso ostendit se dæmonem non habere; non enim dæmonum est, ad convitia patienter & mansuetos se præstare.* Quod si non se sed ipsos verè à dæmone possessos esse asseruisset, *Verum utique dixisset*, inquit Beda, *quia nisi impleti dæmonio, tam perversè de Deo loqui non possent, sed accepta injuria, etiam quod verum erat, dicere veritas noluit ne non dixisse veritatem, sed provocatus contumeliam reddidisse videretur. Ex qua re*

Hugo Card.

Salmer.

ne quid nobis innuitur niſi ut eo tempore, quo à proximis ex falſitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne miniſterium juſtæ correptionis in arma vertatur furoris.

7. Occurrit hoc loco ſententia quædam Chryſoſtomi examine & ponderatione digniſſima; Dicit enim: *longe glorioſius eſt, ad imitationem Chriſti injuriam tacendo tolerare, quam ſuperare reſpondendo.* Tametſi enim is qui injuriam receptam alia majori à ſe repellit; alterum ſuperaſſe videatur; revera tamen non eſt ita; ſiquidem teſte S. Bernardo, *infelix victoria eſt, qua ſuperans hominem ſuccumbit vitio; os pravi tanti non eſt, ut quis illud dignetur reſponſo.*

Chryſ. hom. de Suſanna

S. Bern. ſer. ad milites templi.

8. Chryſoſtomus ad ipſum magis elucidandum familiari ſatis & practica utitur ſimilitudine quando enim in domo aliqua duæ januæ ſibi mutuo oppoſitæ aperræ ſunt, per quas utrimq; ventus perflare poſſit, magnus ventorum ex utraque parte ingredientium videbitur conflictus: *Si vero alteram clauſeris nihil proderit ventus, ſed magna pars virium ejus præcidetur, ita nunc quoque duæ ſunt januæ, os tuum, & ejus, qui te contumeliis afficit & convitiis, ſi tuum clauſeris, extinguis totum ſpiritum, ſin autem aperueris, non poteſt cohiberi.* Idem quoque Chryſoſtomus in alia quadam homilia ſalubriter nos monet, ut contra illatas injurias non pugnemus, aut reciprocas inferamus injurias, ſed cedamus potius modeſtè & patienter, quia *malum hominem tacendo & locum dando melius vincis, quam reſpondendo: quia malitia non inſtruitur ſermonibus, ſed excitatur*, ac proinde cave ſis ne te ob id ſuperatum & oppreſſum eſſe credas, maxime ſi verum eſt, quod S. Valerianus hac de re ſcribit: *plena victoria eſt ad clamantem tacere & non reſpondere provocanti.* Surius de ſancto quodam viro Canonico regulari refert, quod cum is gravibus injuriis & minis ab æmulis quibusdam ſuis impetitus tacuiſſet, is interrogatus cur in honore & reputatione adeo enormiter læſus, ſe non defendiſſet, reſponderit: Quid ſi in domum igne conflagrantem, ad eum extinguendum oleum deſuper effunderes, nunquid ad illius incendium promovendum potius quam reſtinguendũ concurreres? Cum igitur æmulus meus ira intus & furore velut igne ſuccenſus ſit, ego utique illum injurando, conviitando, replicando, confundendo, ignem potius adjecto novo igne, vel ſuperinfuſo oleo adaugerem, quam ſi daretem incendium; Et ideo *poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator adverſum me; Obmutui, & ſilui.*

Chryſ. ho. 11. in 1. ad Theſſ.

S. Valer. hom. 12. Surius. die. 100 Rob 69.

Pſa 38. v. 2

Honorifico patrem meum, & vos inhonoraſtis me.

9. Salmeron valde ſuſpicit & admiratur gloriam illam, quam Dei filius ex hac ſibi illata contumelia reportavit, dum illam tanta cum virtute ſupportando, eodem prorſus tempore modeſtiſſime repulit: *De præſenti honorifico ad veſtram contumeliam Dei gloriam, æquo animo ferendo; & honorare Deum non eſt opus dæmonis, qui Dei gloriam furatus eſt olim, & ſemper quantum in ſe eſt, furatur.*

Salmer

30. Enim vero qualiter Chriſtus æternum patrem glorificarit, Carthuſianus his verbis declarat: *verbo opere & in omnibus exhibeo honorem, cultum, & obedientiam Deo Patri, ſecundum quod homo ſum, ex quo patet ſanctitas vitæ meæ & quod cum dæmonibus non concordo, ſed eorum cultum deſtruo, idolatriam reprobo, vitia damno, hominesque ad Deum converto, ut eum in omnibus toto corde diligant & honorent.*

Dionyſ.

11 Theophilactus Chriſtum patrem ſuum ejus gloriam & honorem zelando honoraſſe ſcribit: *Quomodo autem honorabat Patrem? ulciſcens illum, & non ſinens eos, qui homicidæ erant, ac mendaces, Salvatoris, & veritatis filios nominari.*

Theoph.

12. *Vos inhonoraſtis me, cum non præſtantes mihi legato patris fidem*, inquit Salmeron, *cum objiciendo me habere dæmonium & apponendo juxta arcam Domini idolam Dagon, cum denique vocando me Samaritanum.* Non culpavit eos dicendo vos æternum Patrem meum inhonoraſtis, ſed inhonoraſtis me, ut illis innueret, quod quoad naturam & eſſentiam divinam unus idemque cum patre eſſet; & conſequenter *tacite innuens gloriam Patris, & ſuam unam eſſe & eandem.*

Salmer.

Verſus 50.

Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & judicet

Ego autem non quæro gloriam meam

Cajet. 1. Cajetanus hanc illis verbis adhibet interpretationem, videlicet: *Intentio mea ſecundum quod ſum homo, non tendit ad hoc, ut ego homo in præſenti glorificer à vobis, intentio tamen Dei tendit ad hoc ut vos glorificetis me*; unde ſubdit: *Eſt qui quærat*, quaſi dicat: Æterni Patris voluntas eſt, ut filius ejus glorificetur.

Dion. Carth. 2. Dionyſius Carthuſianus, ut noſtram condemnet ſuperbiam, in ſenſu morali ita ſcribit: *Chriſtum ſecundū quod homo non quæſivit gloriam ſæcularem, mundanum honorem vel aliquam vanitatem; in comparabiliter igitur minus ſpectat nos viliſſimos peccatores quærere gloriam propriam, velle, dominari præeſſe, & glorificari*, nec hoc humiliantem ſe deprimere poterit Chriſtus ob humilitatem ſuam vel maxime glorificatus fuit, quia honor fugientem ſe ſequitur ſemper. Unde S. Hieronymus de S. Paula ita ſcribit: *Quæ unius urbis contempſit gloriam, totius orbis opinione celebratur*; Moyſes itidem *negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem*, & quia Ægypti ſceptrum contrectare gubernare noluit, ideoque ſe ad greges paſcendos in vaſtum quoddam deſertum ſe recepit, Deus illum Deum Pharaoni eſſe voluit, de quo proinde Ambroſius ait: *Fugiendo potentiam potentior factus eſt, factus eſt enim in Deum Regi Pharaoni &*, in generaliſſimum totius populi Dei ducem

S. Hier. ad Euſtoch. Hebr. 11. v. 25.

S. Ambr. in pſ. 118. Ant. 8.

Eſt qui quærat, & judicet

V. Bed. 3. Circa hæc verba V. Beda ita ſcribit: *Illicitas contumelias Patris judicio reſervat, ut nobis profecto inſinuet, quantum patientes eſſe debemus, dum adhuc ſe ulciſci non vult & ipſe qui judicat*; ſæculares quidem homines qui de honoris adipiſcendis non lædendis ſolliciti ſunt, de receptis ſe contumeliis vindicare ſummæ ſibi gloriæ ducunt, Dei autem filius in iis condonandis gloriam ſuam repoſitam habet. Unde S. Paulinus ait: *Vicem injuriæ reddere humana ultio eſt, ut inimicos etiam diligere vindicta cœleſtis eſt.* S. Paul. Ep. 2.

4. Eam quidem quæ perſonæ ſuæ irrogabatur injuriam patienter ſuſtinuit, at verò non item eam quæ patrem ſuum offendebat, idque ut Chryſoſtomus ait: *Ad nos eruditendum, ut quæ ad Deum pertinent, majorem in modum fundamus: quæ ad nos, contemnamus*; nec tamen quis ideò exiſtimare debet, quod injuriæ ejus amore toleratæ impunes ſint diſſimulandæ. ſiquidem Spiritus ſanctus expreſsè dicit: *Mihi vindicta, & ego retribuam*; id quòd Chriſtus multò manifeſtius nobis hiſce verbis proteſtatur, dicens: *Eſt qui quærat, & judicet*; Eſt *qui quærit gloriam meam, qui & ipſe poteſt judicare*, inquit Theophylactus, *& condemnare eos, qui me injuria afficiunt; ſæpe enim quis quærit ulciſci & nequit ipſe judicare; propterea dixit: Eſt qui quærat, & judicet.* Quibus verbis ex mente Hugonis Cardinalis ſeveriſſimum prædixit ſupplicium, quod illis à divina juſtitia ſuo tempore immittendum erit: *Punivit enim Pater peccatum eorum in captivitatem eos tradendo, & juſtam pœnam excæcationis eis infligendo.*

Chryſ. hom. 54. in Ioan. Rom. 12. v. 19 Theoph. Hugo Card.

Verſus 51.

Amen, Amen dico vobis: Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum.

1. S. Thomas hoc loco ad ſummam Chriſti manſuetudinē nobis repræſentandam, optimè obſervat, quòd inimicis ſuis bonum pro malo reddiderit; Dicit enim: *Sciendum, quod quamvis Chriſtus laceſſitus eſſet injuriis, & opprobriis, non tamen deſtitit à doctrina*; *ſed poſtquam habere dæmonium dictus eſt, prædicationis ſuæ beneficia largius impendit, in quod aternobis exemplum, quod cum malorum perverſitas creſcit, & per opprobria hominum conculcantur, qui converruntur, non ſolùm prædicatio frangi non debet, ſed etiam augeri.* Salmeron verò econtra opinatur Chriſtum prædicationem ſuam brevi temporis ſpatio intermiſiſſe, donec irrogatas ſibi diluiſſet calumnias & contumelias: *Poſtquam injuriis objectis ſatisfecit, redit Dominus ad verbi ſui, quod prædicabat, com-*

S. Th. in Ioan. Salmer.

commendationem, & quod illi impudentes dæmonis tribuebant, & urget ad fidem tanto præmio propoſito, & docet, ne ob injurias à docendi beneficio refrigeſcamus. Poſtquam enim doctrinam ſuam (quæ alta, incomprehenſibilis & cæleſtis erat) velutí à dæmonio ſibi acquiſitam calumniati fuiſſent calumniam hanc falſam eſſet oſſendit, quando æternæ veritatis verbo aſſeruit, dicens: *Amen, amen dico vobis ſi quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum;* certum eſt etenim dæmonem mortis, non vero vitæ, maxime æternæ authorem eſſe. Unde Chryſologus ait: *Dæmon mali author, mala promittit, non bona; occidere, non vivificare conſuevit. Ergo non eſt dæmon, ſed Deus eſt Chriſtus qui redonat, quam donaverat vitam.*

Chryſol. ſerm. 131

2 Conſiderandum quoque hic eſt dictio illa *ſervaverit*; hac enim Salvator noſter utitur, ne quis ſibi perſuadeat, ad mortem æternam vadendum ſufficere quod voci & verbo Dei aures noſtras arrigamus. Unde dictionem hanc Salmeron ita exponit: *Si quis ſermonibus meis Evangelicis obtemperaverit, fide illos excipiendo, affectu amando, & manibus operando*; Cui conſonat expoſitio Janſenſi dicentis: *Non ſimpliciter audierit, ſed auditum etiam ſervaverit*, id eſt, ut Albertus Magnus ait: *Per amorem & operis impletionem.* Notandum quoque Chriſtum non dicere *ſervat*, in tempore præſenſenti, ſed *ſervaverit*, ut *denotet perſeverantiam.* In quæ verba D. Thomas idem quaſi notat, dum ait: *Servaverit, primo quidem per fidem; & jugem mediationem. Prov. 4. ſerva eam, & ſervabit te: Secundo vero per operis impletionem.* S. Bonaventura dicit: *Servavevit, ſcilicet & in corde, & in ore, & in opere; qui habet mandata mea & ſervat ea, ille eſt qui diligit me. Ioan.* 14. Theophylactus ait: *Hoc eſt credendo ſimul, & vitam habens puram; tunc enim vere quis tenet doctrinam Domini, quando & puram habet vitam. Deſiderabilia ſuper aurum,* inquit Pſalmiſta *& lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & favum; etenim ſervus tuus cuſtodit eos, in cuſtodiendis illis retributio multa*; Et quidem idipſum de præceptis Dei aſſeritur, de ejus pariter verbo dici poteſt, de quo ſimiliter ita ſcribitur: *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum.*

Salmer.

Ianſen.

Alb. M.

S. Th. in Joan.

S. Bonav

Theoph.

Pſal. 18 v. 11. & 12

Pſal. 11. v. 7.

3. Gloſſa ex eo quod michol ob deriſum & contemptum Davidem maritum ſuum, perpetua quadam punita fuit ſterilitate, morale hoc elicit documentum: *At contra filia Saul cubiculum Regis ingreſſa nullos concepti ſeminis fructus dat, quia qui verbum Dei auretenus percipiunt, abſque boni operis prole diem perpetuæ mortis exſpectant.*

2 Reg. 6. v. 23. Coſtab

Mortem non videbit in æternum.

4. *Id eſt nuſquam experietur, ſeu ſentiet mortem temporalem; quia nec in præſenti privabitur vita gratiæ, nec in futuro vita gloriæ.* Quiſquis verbum Dei cum fructu aſcultat, illudque in corde ſuo conſervet, vivam quoque amicitiam & gratiam Dei continuat, atque ab illius offenſis pro viribus abſtinet; In cujus probationem S. Thomas illum adducit Eccleſiaſtici text ū: *Qui operantur in me, ſcilicet in divina ſapientia, non peccabunt: & qui elucidant me, vitam æternam habebunt*; *& congrue tali merito debetur tale præmiū nam vita æterna præcipue in viſione Dei conſiſtit; Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum; Hujus autem viſionis quoddam principium in nobis fit per verbum Chriſti Matt. 13.*

Dionyſ. Carth.

S. Th. in Joan. Eccl 24 v. 30. & 31.

Ioan. 7. v. 3.

5. Janſenius ita exponit: *Non videbit, id eſt, non experietur, non ſentiet mortem in æternum qui ab æterna morte erit liber & mors ei mors non erit, ſed ſomnus & migratio*: mors etenim terribilis & formidanda quidem eſt impiis, non vero juſtis, imo hi mortem quaſi ſuavem quendam ſomnum eſſe experiuntur. Idem quoque Author aliam quandam obſervationem ingenioſam ſubjungit: *Circa quæ verba notandum, Idem à Domino promitti ſervantibus ſermonem ejus quod ſupra promiſit manducantibus carnem ejus, ut intelligamus verbum Dei æquari in hac parte Euchariſtiæ; utrumque enim eſt panis, mentem hominis nutriens eſt & vivificans.* Albertus magnus illa verba: *Non videbit mortem*, ita exponit, *hoc eſt æternæ mortis amaritudinem non experietur. Sap. 6 Cuſtoditio legum conſummatio incorruptionis eſt.*

Ianſen.

Alb. M.

Sap. 6. v. 19.

6. Ex his quoque verbis efficacia verbi Dei clarè deducitur, de qua verbum æternum in S. Joanne ita loquitur: *ſicut Pater ſuſcitat mortuos & vivifi. at, ſic filius quos vult.*

Ioan. 5. v. 41.

vult vivificat; Modum autem quo animabus noſtris vitam donat, declarare volens, ſubjungit: *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, habet vitam æternam*; Etenim anima quæ in peccatis ſuis ſepulta quaſi computreſcit, ſi ad audiendam vocem & verbum Dei cor ſuum aperuerit, protinus ad gratiæ vitam redibit. Unde S. Bernardus ait: *Licet mortuus in peccato, ſi audieris vocem filii Dei, vives, ſermo enim, quem loquitur ſpiritus & vita eſt.* Ezechielis cap. 37. legimus, Deum huic Prophetæ campum quendam oſtendiſſe nudis mortuorum oſſibus & cineribus refertum, eique præcepiſſe, ut converſus oſſa iſthæc circumquaque reſpiceret, ac demum interrogaſſe illum: *Fili hominis, putaſne vivent oſſa iſta*: qui reſpondit: *Domine Deus tu noſti*: Cui Deus ſubjunxit: *Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: Oſſa aridæ audite verbum Domini*: Quodnam obſecro majus poterit videri prodigium, quam quod Sapientia illa increata Prophetæ imperarit ut aridis illis cadaverum craniis, oſſibus, & cineribus, qui nec aures habent ad audiendum, nec cor quod voci & verbo ejus aperiri poſſit, verbum Domini pleno ore ferventer prædicet? At vero Propheta ſubjungit: *Hæc dicit Dominus oſſibus his; Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & vivetis, & dabo ſuper vos nervos, & ſuccreſſire faciam ſuper vos carnem, & ſcietis, quia ego Dominus.* Eodem igitur modo invenietur fortaſſe è peccatoribus quiſpiam qui in vitio vel peccato aliquo certo ita fuerit radicatus & habituatus, ut vitium iſtud ipſa quoque oſſa & medullam ejus penetraſſe videatur, cujus etiam cor inſtar aridi cineris exſuccidum ſit, qui tamen ſi ad locũ aliquem devenerit, ubi alter quidam Ezechiel, vel prædicator Apoſtolicus verbum Dei annuntiarit, ſe ad vitam gratiæ denuo reſurrecturum eſſe ſperare haud immerito poterit: *Dabo vobis ſpiritum & vivetis, & & ſcietis quia ego Dominus. Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filii Dei & qui audierint, vivent.* Ubi S. Auguſtinus dicit, Chriſtũ illis verbis non loqui de judicio finali, *quando injuſſu & voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent*: quia judicium illud etiam-num futurum eſt; at vero hora illa *jam* veniſſe dicitur: Et nunc eſt adeoque non de corporum, ſed de animarum reſurrectione quæ in virtutem vocis & divini verbi ſui fiet loquitur. S. Ambroſius de vidua Naimiticæ filio loquens dicit: *Quis eſt iſte tumulus tuus, niſi mali mores, tumulus tuus perfidia eſt tumulus tuus guttur eſt: Sepulchrũ patens eſt guttur eorum; ab hoc ſepulchro te liberavit Chriſtus, ab hoc tumulo ſurges, ſi audies verbum Dei.*

Joan. 5. v. 24.

S. Bern. ſerm. de multiplici utilitate verbi Dei.

Ezech. 37. v. 5.

Ezech. 37. v. 6. Joan. 5. v. 25. S. Aug. tr. 19. in Joan. 1. ad Theſſ. 4. v. 15.

S. Ambr. l. 5. in Luc. c. 7. Pſal. 5. v. 11.

Verſus 52.

Dixerunt ergo Judæi: nunc cognovimus quia dæmonium habes: Abraham mortuus eſt, & Prophetæ, & tu dicis: ſi quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non guſtabit in æternum

1. Ipſimet Judæi hiſce verbis aperte faſſi ſunt, quod antea Chriſto per calumniam & injuriam impoſuerint. dicendo: Dæmonium habes, ſiquidem dixerunt: *Nunc cognovimus.* Unde Salmeron ait: *Dicendo, nunc cognovimus, oſtendunt ſe ea prius non niſi mendaciter & calumniosè Chriſto objectaſſe; eſt autem in mundo communis hic morbus, ut plerique Chriſti gratiam & beneficia ſenſu carnis tantum æſtiment.* Janſenius exiſtimat quod quando prima vice dixerunt *Dæmonium habes*, illam non habuerint cognitionem, qualem ſibi nunc poſt habitum Chriſti cum ipſis diſcurſum habere videbantur: *Significant ſe hoc prius, cum illi objecerint, non cognoviſſe, aut non ſatis cognoviſſe*; Vel etiam, ut Toletus exponit, non negant ſe antea illum dæmoniacum eſſe cognoviſſe, ſed oſtendunt: *illud idem ipſa ſufficiens augumentum id affirmandi, etiam ſi nullum aliud præceſſiſſet, ſolemus enim dicere, nunc novi te amicum; nunc intelligo te virum doctum, id eſt, vel ex hoc ſolo noſco te amicum, te virum doctum; ſic nunc vel hoc ſolo ſatis oſtendis te dæmonem habere, etiamſi nihil aliud dixiſſes, vel feciſſes.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Tam inſenſate tamque manifeſte mendaciter loqueris, quod qui paulo ante opinabamur te dæmonium habere, illoque inſtigante ſtultiſſime loqui, nunc certi ſumus de hoc.*

S. Ambr.

Salmer.

Toletus.

Dionyſ.

2. Cajetanus ex hoc verborum interpretatione deducit. Judæos Chriſtum in tantum exiſtimaſſe dæmoniacum in quantum illum

Cajet.

illum reputabant eſſe fallacem, impoſtorem mendacem: *Impoſſibilem reputabant veritatem verborum Jeſu, & propterea dicunt ſe nunc cognoviſſe, quod dæmonium habet, utpote loquens manifeſtè falſa.* Unde manifeſtè colligitur, quantam homini infamiam mendacium conciliet; Enim vero certiſſimũ eſſe novimus, quod ipſamet prima & æterna Veritas in hoc eodem capitulo dæmonio loquens dicat: *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater ejus.* S. Thomas dicit: *Ponit peccatum dæmonis contra Deum, quod conſiſtit in hoc, quod avertit ſe à veritate, quæ Deus eſt, primo oſtendit eum à veritate averſum; ſecundò oſtendit eum veritati contrarium.* Diabolus primus mendacii inventor fuit, qui deinceps per idem omnes ſuos ſequaces ſeducit: Unde origenes ait: *Diabolus mendacium genuit, ſeductus eſt à ſemetipſo; in hoc deterior, quod alii ab eo falluntur, ipſe ſibi deceptionis eſt author*, inquit S. Auguſtinus: *Quomodo Deus Pater genuit filium veritatem ſic diabolus lapſus genuit quaſi filium mendacium* S. Thomas ſcribit, quod Judæi in injuria, quam Chriſto impegerant dicendo: *Dæmonium habes*, in tantum fuerint confirmati, in quantũ ſe falſitatẽ & mendacium ejus manu ſua tangere & palpare potuiſſe credebant: *Hoc ideo dixerunt, quia notum eſt apud Judæos, quod adinventor peccatorum eſt diabolus, & præcipue mendacii, ſecundum illud 3. Reg. ultimo: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium.* Jam ipſum audierant dicentem: *Siquis ſermonem &c.* id quod illis evidens videbatur falſitas eſſe, ſiquidem ipſum de morte corporali, non vero de ſpirituali & æterna locutum fuiſſe credebant: *Dæmonium habes, quaſi dicant: ex inſtinctu dæmonis mendacium loqueris.* Porrò ut ipſum de mendacio convincerent, duo præcipue adducunt argumenta; Primo ſcilicet aliquorum ſcilicet Abrahæ & Prophetarum mortem proponunt; Secundo verba ab ipſomet prolata adverſus eum adducunt, dicentes: *Et tu dicis: ſiquis &c.* unde ipſum falſa aſſeruiſſe concludunt S. Thomas autem in æternæ & incarnatæ Veritatis defenſionem reſpondet: *Mortui ſunt corpore ſed vivunt ſpiritu, quia ſermonem Dei ſervaverunt.*

Ioan. 8. v. 44. *S. Th. ibi.* *Orig. in c. 8. Ioan.* *S. Aug. conc. 5. in Pſal. 30.* *S. Th. in Joan.* *3. Reg. 22. v. 22.*

3. Salmeron ait: *Ex Chriſti verbis calumniam ſtruunt, ac ſi de morte corporis duntaxat eſſet locutus.* Ex quo veriſſimum eſſe liquet, quod *animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus &c.* Quia Chriſtum dicere voluiſſe credebant, quod verbum & prædicatio ejus à morte præſervaret, adeo ut hac ratione homines præſenti vita degentes immortaliter vivere potuiſſent. *Salmer.*

4. Cajetanus malignitatem & iram ipſorum notat, dum in calumnias & contumelias prorumpat, ſeque impoſtores eſſe perſpicue manifeſtant: *Vide furorem, non ſolum à contumelia inchoabant reſponſionem (cum tamen Jeſus eis manifeſtiſſimè proponeret eorum ſalutem) ſed proprii honoris oblivi ſcuntur, manifeſtantes ſe hactenus dixiſſe: Dæmonium habes: non enim dicunt: Nunc etiam cognovimus, ſed nunc cognovimus; prius igitur non cognoverant, & tamen dixerunt.* *Cajet.*

Verſus 53.

Nunquid major es patre noſtro Abraham qui mortuus eſt? Et Prophetæ mortui ſunt? quem teipſum facis.

1. *Miranda cæcitas Judæorum*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *experimentaliter enim conſtabat, quod Jeſus in gratia prophetiæ, in altitudine ſapientiæ, in efficacia miraculorum in converſatione ſpiritualium operum exceſſit Abraham, ſed omnia iſta adſcripſerunt diabolo* *Dion. Cart.*

2. Porrò Judæorum argumentum, ut Salmeron ponderat, hoc erat Abraham, Prophetæ & quotquot illis crediderunt, mortui ſunt omnes, tuumque verbum majoris utique non erit virtutis, quam verbum Dei fuerit, hoc autem auditum, ſuſceptum & à prædictis diligenter cuſtoditum ac conſervatum, illos in vita ſuperſtites conſervare non potuit, multò igitur minus tuum idipſum efficere poterit, ſed conſequentia hæc nequaquam valet: *Malè inferunt, quia Dominus non de morte carnis, ſed ſpiritus loquebatur, & quod ad illam attinet, Abraham & prophetæ vivebant.* Cajetanus proinde illos cæcos appellat, eo quod ſe ab odio decipi & hebetari permiſe *Salmer.* *Cajet.*

rint, ne suam possent videre ignorantiam, *Excæcati odio non solum errant, intelligendo verba Iesu de mente corporis, sed præcipites non dubitant, non quærunt quo sensu illa verba dixerit, sed definiunt de morte corporis dicta, & propterea objiciuntur mortem Abrahæ, & Prophetarum, quos constabat sermonem Dei servasse.*

3. *Quem te ipsum facis?* dicebant, quasi dicere voluissent, cur divinam filiationem usurpas? Unde Salmeron ait: *Quasi sibi Filii Dei dignitatem usurparet, cum teste Apostolo, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Salmer.

Versus 54.

Respondit Jesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est.

Respondit Jesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.

1. Quasi diceret, inquit Lucas Burgensis, *falsa ac mendax est, si quid mihi attribuam præter veritatem*; Declarare enim voluit, quod nec ambiat, nec quærat propriam gloriam. Unde Salmeron ait: *Quia solus Deus est cognitor & approbator sui ipsius, non autem ullus homo, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Christus ergo se humanitas non glorificavit, quia omnis gloria, quam sibi potest attribuere creatura, vana est.* Et ratio est, quia homo seu quælibet alia creatura nullum habet objectum, unde gloriari possit aut debeat, quia nihil habet quod non acceperit, præterquam quod gloriari vitiosum sit, cùm per illud injustitia committatur, dum sic gloriando alienum usurparetur; Et ideo considerabilem hanc exinde deducit consequentiam: *Quod si nihil erat gloriæ Christi, si seipsum glorificasset, quem quæso dabis, qui se glorificando veram & solidam gloriam acquirere possit.* Luc. Burg. Salmer. to. 8. tr. 42. Toletus

2. Toletus considerat, quod Judæi Christo, quem hominem aliis hominibus similem & parem esse credebant, imputarint, quasi superbo & elato animo evaniglorius esset, à qua Calumnia ipse se prædictis verbis justificare nititur, quasi dicere vellet: *Si ego ut homo, id ex operibus hominis solius gloriam quærerem, profecto parvi esset momenti; at non ex humanis operibus gloria mea est, sed ex divinis, quæ feci, & facio, non ergo jactantiæ potestis tribuere verba, sicut nec opera, quæ non hominis, sed Dei, cui jactantia non inest, sunt; est pater meus qui glorificat me.*

3. Dionysius Carthusianus verba illa Christi hunc sensum habere dicit: *Si ego gloriosum seu magnum me dico inordinate, & non sub ordine sapientiæ Dei, secundum quod mihi imponitis, gloria mea, id est dignitas, quam mihi adscribo nihil idest nullius reputationis, vana & falsa.* Verum quidem est quod se lucem mundi appellarit, & alia similia de se dixerit, quæ in ipsius gloriam redundabant, hoc tamen sine ulla jactantia vel inordinatione fecit, siquidem se id ex æterni Patris sui jussu & ordinatione fecisse protestatur, qui ipsum exaltari & glorificari volebat: *Est pater meus qui glorificat me.* Hic illum in Jordane & in monte Thabor manifeste filium suum dilectum proclamavit: *Hic est filius meus &c. Glorificat me per opera miraculosa, & per Prophetarum eloquia.* Dion. Cart.

Versus 55.

Et non cognovistis eum, ego autem novi eum: & si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax, sed scio eum & sermonem ejus servo.

Et non cognovistis eum.

1. *Si enim cognovissetis me, & patrem meum utiq; cognovissetis*; nam ut S. Philippo dixit. *Philippe qui videt me, videt & patrem*, & ideo econverso, qui filium non cognoscit multo minus in divinis cognoscet patrem. Dionysius Carthusianus ait: *Secundum proprietatem relativam, & propriam patris rationem, nec Deum cognoverunt cognitione formata sed informi, non enim obedierunt ejus præceptis, ideo factis eum negabant* Ioan. 14. v. 7. Ioan 14. v. 9. Dio. Cart.

1.Joan.2 v.3. gabant? citatque illum S. Joannis textum: *In hoc ſcimus quoniam cognovimus Deum, ſi mandata ejus obſervamus*; Super quæ verba S.Cyrillus ita ſcribit: *Nam ſoli cognoſcere Deum ſuum dicuntur, qui viam mandatorum ejus perambulant, neque ab ea declinant.*

S.Cyril. lib.5 in Joan.c. 11.

2 Hugo Cardinalis ait: *Non cognoviſtis, quaſi dicat, jactatis vos de eo, quod Deus veſter ſit, ſed eum ignoratis, quia ei qui omnia pro eo & dicit, & facit, ut ipſe glorificetur, injuriamini, & miſſum ab eo non recipitis.*

Hugo Card.

Et ſi dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax.

Luc. Burg.

3 Lucas Burgenſis ait: *Ad increpandū mendacitatem eorum, qui proprio quodam vitio mendaciis ſtudentes, veritatem opprimere ſatagebant.*

Toletus

4. Toletus exiſtimat quod Chriſtus Judæos non ex ira vel odio mendaces appellarit, ſed potius ex divinæ gloriæ zelo idipſum fecerit: *Mendaces eos appellat, non metu vindictæ, ſed zelo divinæ gloriæ, quæ divinitatem ejus dæmoniotribuebant, Deique gloriam in jactantiam & ambitionem convertebant.*

Verſus 56.

Abraham Pater veſter exultavit, ut videret diem meum, vidit & gaviſus eſt

Abraham Pater veſter exultavit &c.

1. Chriſtus Dominus hoc argumento Abraham ſe majorem eſſe probare voluit, quaſi diceret, inquit Theophylactus: *Et enim major ſum, Etenim ille exultavit, ut videret diem meum, hoc eſt deſideratum, & optatum habuit illum.*

Theoph.

Ut videret Diem meum.

2. *Diem meum, id eſt.* ut S. Bonaventura exponit, *tempus vitæ meæ.* Unde Auguſtinus dicit: *Totam vitam Domini corporalem, diem vocat, qui neſcit occaſum*; ſemper namque illi ſol juſtitiæ ſplendebat, quia ipſe eſt, de quo ſcribitur: *Ego ſum lux mundi* S.Bonaventura citat Joannem Damaſcenū dicentem: *Dies eſt, quando eſt ſol ſuper terram, & quia ipſe erat ſol juſtitiæ, ideo vita ſua in mundo fuit Dies.* Lucas Burgenſis quoque hunc diem exponit de tempore, quo nobis hic in terris in carne viſibiliter apparuit, dum noſtram ſalutem operatus fuit. Salmeron ſimiliter diem illum de tempore, quo in hac mortali vita vixit, interpretatur, dum ait: *Diem affectum à ſole juſtitiæ irradiante, de quo Dominus*: Me *oportet operari opera ejus, qui miſit me idonec dies eſt.* S. Thomas diſtinguit dicens: *Eſt autem duplex dies Chriſti, ſcilicet æternitatis, de quo Pſal. 2. Ego hodie genui te*; Idem *dies Incarnationis & humanitatis, de quo infra. 9. Me oportet operari donec Dies eſt. & Rom. 13 Nox præ eſſit, dies autem appropinquavit.* Abraham autem utrumque diem videre deſideravit; Et quidem de die æternitatis nulli dubium eſſe poteſt, Incarnationis vero diem oculo fidei vidit. Toletus ſanctum hunc Patriarcham Filium Dei hac noſtra mortali carne induendum præſciviſſe ſcribit, utpote quem ex ejus progenie & lumbis incarnandum eſſe divina ex revelatione accepit, atque ideo tempus hujus Incarnationis futuræ ſcire magnopere deſideravit.

S.Bonav. S.Aug. S.Bonav. S. Joan. Damaſc. Luc. Burg. Salmer. Ioan.9. v.4. S.Th. in Ioan. Pſal.2. v7. Rom.13. v. 12. Toletus

3. Cajetanus dicit: *Ut videret diem meum, id eſt, claritatem divinitatis meæ.* Chryſoſtomus de paſſione & morte Redemptoris interpretatur dum ait: *Diem autem meum in hoc loco crucem mihi ſignificare videtur*; Cui mortem Theophylactus dicens: *Diem autem meum dicis crucem, nam præfigurabat illum Abraham in oblatione Iſaac & arietis ſacrifi io; ſicut enim illic Iſaac ligna, ita Dominus crucem portavit; Et ſicut relictus quidem eſt Iſaac, immolatus autem aries, ita & Deus quidem alienus eſt à paſſione, in humana autem natura & carne*

Cajet. Chryſoſt hom.54. Joan. Theop.

carne paſſus eſt. Traditore è cœnaculo exeunte, ut redemptorem noſtrum lictorum manibus conſignaret, idem Dominus noſter æternum Patrem hiſce verbis fuit affatus: *Venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te*; unde liquet quod lux & claritas myſticæ hujus diei, mirè adaugenda erat. Uude S. Cyrillus Hieroſolymitanus ait: *Vides quomodo gloriam propriam ſciebat eſſe crucem.*

Joan.17. v.1.

S.Cyrill. Hieroſol. Catech. 13.

Vidit & gaviſus eſt.

4 *Tunc vidit*, inquit Beda, *eum in figura ſummæ Trinitatis tres Angelos hoſpitio recepit quibus profecto ſuſceptis, ſic tribus quaſi uni locutus eſt.*

Beda in Ioan.

5 Chryſoſtomus ait: *Significans non invitum ſe ad paſſionem venire, ſiquidem laudat eum, qui in cruce delectatus eſt, quæ ſalus mundi erat.* Hugo Cardinalis Abraham lætatum fuiſſe dicit, quia ſuam, & totius generis humani redemptionem prævidit: *Per hoc oſtendit Chriſtus quod non invitus venit ad paſſionem, quia laudat Abraham, qui lætatus eſt in cruce.*

Chryſ. ibid.

Hugo Card.

Verſus 57.

Dixerunt ergo Judæi ad eum; quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?

1. *Irridentes verbum Chriſti, opponunt*, inquit Toletus, *nondum habes quinquaginta annos, vidiſti Abraham, qui tot retro ſæculis fuit?*

Toletus

2. At vero dices, ex quo Chriſtus illo tempore triginta tribus tantum annis major non erat, cur Judæi ætatem ejus ad tantò majorem referunt? S. Bonaventura ad illos feciſſe dicit: *Ob maturitatem greſſus, & morum, & ſermonum, & elegantiam perſonæ, æſtimabant eum eſſe magnæ ætatis, ætas enim ſenectutis vita immaculata.* Dionyſius Carthuſianus quorundam refert opinionē, qui ipſum majorem ætatem præ ſe tuliſſe dicunt, *propter jejunia & labores, & propter nimiam maturitatem* Hugo cardinalis ait: *Dici poteſt, quod multum laboraverat, & terra calida eſt valde, & ita conſumpſerat & labor & calor, & inopia naturam ejus delicatiſſimam.* Idem quoque author dicit: *Dixerunt irati, ſolam in eo ætatis carnem penſantes & divinam naturam non conſiderantes.*

S.Bonav.

Dionyſ. Carth.

Hugo Card.

Verſus 58.

Dixit eis Jeſus Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego ſum

1. *Quæritur, quare ſic loquitur*, inquit S. Bonaventura, *& non ait: Ego fui antequam Abraham eſſet?* Et cum S. Gregorio reſpondet denotando, quod *ly ante eſt præteriti temporis*; *ly* vero *ſum*, *præſentis*; *& quia præteritum & futurum tempus divinitas non habet, ſed ſemper eſſe habet, ideo ait: Ego ſum: ſicut: Ego ſum qui ſum.* Eandem quoque conſiderationem Albertus magnus adducit dum ita ſcribit: *Non dicit fui, vel eram quia æternitas non habet nunc præteritum, ſed ut dicit Bœtius*; *Nunc ſtans, & non movens ſe ſemper facit æternitatem.* Unde Chryſoſtomus ait: in his verbis *divinitatem exprimit*, ſeque palam omnibus manifeſtavit, quia tempus paſſionis ejus propinquum erat, in quo ſe filium Dei eſſe omnibus manifeſturus erat: *Cum exaltaveritis filium hominis tunc cognoſcetis quia ego ſum.*

S.Bonav.

S.Greg.

Alb.M.

Bœt.

Chryſ. hom. 5. in Joan

Joan.8. v.28.

2. Salmeron verba hæc non ſolum de divinitate, ſed etiam de humanitate intelligenda eſſe advertit: *hæc verba non tantum de divinitate Chriſti, quæ & omnia ſæcula tranſcendit ſed etiam de Chriſto Deo & homine ſunt intelligenda, nam ut ait Apoſtolus: Jeſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſæcula, quod omnibus ſæculis cognitus fuerit mediator, quo placandus eſſet Deus, & omnibus ætatibus, viguit gratia mediatoris.*

Salmer.

Hebr.13 v.8.

* *
*

Verſus

Versus 59.

Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum, Jesus autem abscondit se, & exivit de templo.

Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.

1. quòd si in publica platea, aut foro eo tempore fuissent, facilè reperiri lapides potuissent, quibus Salvatorem impeterent, jam verò in templo erant. plinius aptè ad propositum scripsit: *Furor cùm fervescit, gignit ferrum, parturit gladios, spargit lapides.* Lucas Burgensis ait: *Tulerunt lapides sparsim fortè jacentes in area atrii prophani, vel certè ex pavimento extructos, ut erat atrium lapidibus stratum & solent seditiosi furore acti quodvis obvium rapere.* Ipsum namque per illa verba: *Antequam Abraham fieret, ego sum,* blasphemiam gravem protulisse existimarunt, atque ideò in illum tanquam blasphemum lapides jacere voluerunt: *Ubi apparet manifestus furor,* inquit Cajetanus, *sine processu, sine authoritate Judicis sine sententia procedere ad lapidationem, non habita etiam ratione loci, scilicet templi.*

Plineus in Paneg. Luc. Bug.

2. S. Bonaventura ait: *Tanta duritia, quo curreret nisi ad lapides, ait Augustinus,* præter cujus testimonium etiam S. Anselmi authoritatem adducit, dicentis: quòd saxa illa & lapides duritiam & obstinationem cordis ipsorum præfigurabat: *hoc signabat, quod insensati & obduraei, corda lapidea habentes lapideis effectibus & objurgationibus volebant obruere veritatem. Unde & ipsi lapides erant. Matt. 3 Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, promisit Dominus credentibus: aufferam cor lapideum de carne vestra? in figura duritiæ illorum fuit lex eis data in tabulis lapideis.*

S. Bonav. S. Aug.

3. Salmeron lapidationem hanc, cui se Judæi jam accincturi erant, in ea quam Judæi Moysi Exod 17. & davidi. 1 Reg. 30. intentatur, præfiguratam esse dicit.

Salmer.

4. Idem quoque Author: *Agnosce nostram insignem stultitiam, cùm enim nobis Dominus Jesus se vult ostendere, lapidibus eum volumus petere. Lapidatio, ignis, suspensio, & fustigatio legis erant pœnæ: crux autem Romanorum supplicium erat; ne quis ergo Dominum legi obnoxium esse dicat, noluit pœna legis mori; nec alia die, quâ licebat Judæis lege agere, ne ex hoc injusta appareret eorum sententia. Noluit præterea lapidari, quia lapides debebant in passione testari, & prædicare ejus Divinitatem.*

Idem.

5. Toletus refert S. Augustinum à S. Bonaventura citatum, qui de Judæis ita scribit: *Similes ad similes se convertisse, ad lapides se convertunt, quorum corda erant duriora & insensibiliora lapidibus. Rei ac nocentes pœnam quâ digni erant, parant & tentant inferre innocenti, imò ipsi Deo;* at verò ut Lucas Burgensis scribit: *Cùm illi lapides tollerent, ut scribit Augustinus, ut mitterent in eum; quid magnum erat, ut eos continuò dehiscens terra sorberet, & pro lapidibus inferos invenirent? Non erat magnum Deo, sed magis erat commendanda patientia, quàm exerenda potentia.*

Toletus. S. Aug. S. Bon. Luc. Burg. S. Aug.

6. Unde adimpletun fuit cæleste illud oraculum, quo spiritus Sanctus protestatur *per quæ quis peccat, per hæc & torquetur,* quia sicut ipsi ad Messiam lapidandum manus suas lapidibus admoverunt, ita quoque ipse illis futurum esse prædixit, & vere contingit, quòd in hujus imanissimi flagitii supplicium, Jerosolymis non remanserit lapis super lapidem: *Venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.*

Sap. 11. 17. Luc. 21. 6.

Jesus autem abscondit se.

7. Quærit hoc loco D. Chrysostomus, cur non potius impetum & furorem ipsorum, per divinam suam authoritatem & potestatem represserit, tunc enim viso prodigio utique credidissent: *Ita enim credidissent.* sed respondet ipsos nequaquam inde ad credendum permovendos fuisse: *Paralyticum sanavit, & non crediderunt, innumera operatus est, & in ipsa passione stravit eos supinos, & non crediderunt, & quomodo si id fecisset, credidissent? Animo enim desperato nihil pejus, quamvis signa, quamvis miracula videat, in eadem perstat pertinacia.*

Chrys. ho. 54. in Joan.

8. Albertus magnus hanc Christi fugam nequaquam ejus ignaviæ attribuendā esse monet: *Non timore mortis? quia crucifixoribus occurrit neque impotentia resistendi, quia uno verbo in inferno omnes præcipitare potuit; cedēs furori usque dum veniret hora passionis docens nos furorē hostiū pro tempore declinare*

Alb. M.

Beda. Beda quoque idem tetigit documentum, dum ait: *Cur abſcondit, niſi quod homo inter homines, & factus Redemptor noſter alia nobis verbo loquitur, alia exemplo? Quid autem nobis exemplo loquitur niſi ut etiam cùm reſiſtere poſſumus, iram ſuperbientium humiliter declinemus.* Nec timendum eſt inde noſtram lædendam eſſe exiſtimationem, quia S.Gre. ho.18.in Joan. ut ait S. Gregorius *Imitatione De gloriosius eſt injuriam tacendo fugere, quàm reſpondendo ſuperare.* imò ipſe quoque Seneca licet ſeneca.l. 2.de ira c.34. ethnicus dicit: *Puſilli hominis & miſeri eſt, repetere mordentem, mures & formicæ, ſi manum admoveris, ora convertunt, imbecilliora ſe lædi putant, ſi tangantur.*

9. Chryſologus dicit *Deus, quando fugit hominem, Sacramenti eſt, non pavoris.* S.Bona- Chryſol. ſer.150. ventura alias adfert fugæ hujus rationes: S.Bonav dicit enim Dominum fugiſſe: *Ex humilitate, & ad oſtenſionem ſuæ veræ humanitatis, & exempli exhibitionem, declinandi malitiam ſuperborum, & ad exemplum patientiæ inſultinendo injurias.* Salmeron in hoc facto duas Salm.ib. to.7.tr. 24. ſententias verificari notat. prima videlicet: *Doctrina viri per patientiam noſcitur.* Secunda verò: *Honor eſt homini qui ſeparat ſe à contentionibus;* Pro.20. 3. *ſunt enim;* inquit ulterius idem Author; *qui dedecori ducunt, non ſemper reſponſare & replicare, ut ita ignem iracundiæ & contentionis accendant, & ut dicitur, nimium altercando admittitur veritas.* S.Thomas a- S.Tho.in Ioan. lia duo fugæ hujus tangit myſteria, nimirum: *Ut daret fidelibus ſuis exemplum declinandi perſecutores ſuos. Secundo, quia non elegerat hoc genus mortis, ſed potius in ara Crucis voluit immolari, & quia nondum impletum erat tempus, adhuc fugit.* idem quoque S. Doctor. Chriſtum in virtute divinitatis ſuæ ſuis ſe enim eis inviſibilem reddidiſſe aſſerit: *Non autem abſcondit ſe ſub lapide, vel in angulo, ſed poteſtate ſuæ Divinitatis inviſibilem ſe eis exhibens exivit & receſſit.* Cajetanus ait: *Reditus eſt inviſibilis ab eis*; id quod Janſenio Cajet. Janſen. occaſionem dedit dicendi: *jam verbis ſuam apertè ſignificavit Divinitatem, eandem reipſa oſtendit, cùm abſondit ſe ab eis, reddendo ſe illis inviſibilem.* Dionyſius Carthuſianus hanc abſconſionem duobus modis interpretatur: *Dupliciter poteſt intelligi; primo quod percuſſit eos cæcitate, quâ aliquid non videtur, cùm alia videatur; vel ſi videtur, non agnoſcitur. ſecundo quòd Jeſus divina virtute fecit, ne color corpori ſui immutaret viſum Judæorum.* Dion Cart.

10. Quod ad ſenſum moralem verò S.Bo- S.Bonav naventura obſervat, Salvatorem, qui eſt is de quo ſcribitur: *Ego ſum veritas, ſe abſcondiſſe, ad deſignandum, quòd eis veritas abſconditur, qui ejus verba contemnunt.*

11. Salmeron alio modo hanc fugam Salmer. ponderat, dicit enim: *Cavendum nobis eſt, nedum Chriſtus per ipſum, vel per Eccleſiam, vel per angelos & Prædicatores nos alloquitur ne inquam lapides tollamus, ne inquam dura corda aſſumamus, quæ nec beneficiis molliantur, vel flagellis frangantur, nec lumini Dei cedant, quibus dicitur: Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra, nam Chriſtus abſcondit ſe ab induratis.*

Exivit de templo.

12. *Deſignans derelictionem illorum,* inquit Albertus Magnus, *& tranſitum ad gentes, Matt. 23. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Alb.M. Matt.23 v.38.

13. Rupertus Abbas Tuitienſis conſiderat, quòd infortunia, quæ ipſis deinceps obvenerunt, ſatis illos à Deo derelictos & abjectos eſſe ſubindicarint: *Multa ſubſequentia probaverunt verè de templo illo exiiſſe, & de civitate illa abiiſſe Jeſum.* Rup.abb ibid.

* *
*

FERIA

FERIA SECUNDA PASSIONIS.

EVANGELIUM

Ex Joan. Cap. 7.

℣.32  *iserunt Principes & Phariſæi miniſtros, ut apprehenderent eum.* 33. *Dixit ergo eis Jeſus: adhuc modicum tempus vobiscum ſum, & vado ad eum qui miſit me.* 34. *Quæretis me, & non invenietis, & ubi ego ſum, vos non poteſtis venire.* 35. *Dixerunt ergo Judæi ad ſemetipſos: quo hic iturus eſt, quia non invenietis eum? Nunquid in diſperſionem gentium iturus & doctturus gentes?* 36 *Quis eſt hic ſermo, quem dixit: Quæretis me & non invenietis, & ubi ego ſum, vos non poteſtis venire.* 37. *In noviſſimo autem die magno feſtivitatis ſtabat Jeſus, & clamabat dicens: ſi quis ſitit, veniat ad me & bibat.* 38. *Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* 39 *Hoc autem dixit de ſpiritu, quem acceperi erant credentes in eum.*

Verſus 23.

Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros, ut apprehenderent eum.

Miſerunt.

Theoph. 1 THeophylactus hoc loco obſervat, quòd turba adverſus Salvatorem murmurans ſatis ſe quoad affectum ſolitum & fidem in eum plurimum remiſiſſe oſtendat: *Nam à Principibus ſeparari volebat id, quòd illi ſentientes miſerunt ad comprehendendum Jeſum, ob eam duntaxat cauſam, quòd Chriſtus eſſe credebatur. Miſerunt, ſed non ipſi venerunt, metuentes turbam ne tumultuaretur, & propterea miniſtros mittunt, ſe ipſos ſubducentes, ne quid periculi ſuboriretur, illos autem furori populi exponentes; ita undequaque quod ſuum erat, ſectabantur.* Etenim tritum eſt proverbium quòd lacerata veſte, ſcuta proficiantur in ærâ; Principes enim ut plurimum ſubditos periculo & manifeſto facultates & vitam ſuam amittendi diſcrimini exponunt, ut ſuas proſequantur malè conſultas reſolutiones & propoſita, cùm tamen potius ipſis authoritate & conſilio ſuo ipſis ſcuti & haſtæ loco ineorum defenſionem inſervire deberent. Porrò finis quem apparenter habebant, erat ut Dei zelarent honorem, ideò enim filium ejus, veluti ſabbati tranſgreſſorem accuſabant, cùm tamen inſubſtantia merâ ducerentur invidiâ ita namque perſæpè fieri ſolet, quòd Principes ſub prætextu boni publici in totale exterminium redigant ſubditos, in veritate autem agebantur per paſſiones ſuas privatas, non verò propter univerſale beneficium ſubditorum.

Principes

2. S. Cyrillus Alexandrinus dicit: *Quodque minus ferendum eſt, non hominum de trivio hæc deliberatio eſt, ſed cudunt talia Sacerdotum Principes* S. Bonaventura quoque eandem habet obſervationem, ſcilicet quòd ad hanc, quam Chriſto intentabant, captivitatem inſtituendam non ſe turbæ moverint, ſed Principum duntaxat ea reſolutio fuerit: *Non multitudo, quæ Principatum non cupiebat, neque à livore capi poterat.* Quotquot enim imperium moderandum habent, alios præter ipſos honorari ferre non

S. Cyril. Alex. l. 5 in Joan.

S. Bonav.

non possunt. Principes miserunt, inquit
Glossa. Glossa, *audito murmure, quo Christus à turba glorificabatur.* Ecce remunerationem quam magnates Deo exhibent, qui eos sublimavit in hoc sæculo. *Ego confortavi brachia eorum, & ipsi cogitaverunt in me malitiam.* Solus Deus est, qui potestatem & dominium Principibus contulit: *Per me Reges regnant*, unde Judææ Præsidi apertè dixit *Non haberes potestatem, nisi tibi data esset desuper.* Et in libro Sapientiæ Spiritus sanctus dicit: *Audite Reges & intelligite: data est Domino potestas vobis*; videte autem qualiter potestate sibi à Deo collata abutantur, nimirum ad Christum Dei filium capiendum & mortem ei machinandam: *Miserunt Ministros, ut &c.* Salmeron proinde ait: *instruimur ex hoc loco omne malum oriri à falsis Principibus, sicut omne bonum à bonis*; *unde apud Danielem legimus: De Babylone egressa est iniquitas, à senioribus judicibus, qui videbantur regere populum.* Christus confixus est in crucem, sed ad requisitionem Principum, & condemnante Pilato, qui & ipse dixit *Pontifices tui tradiderunt te mihi* Baptista decollatus fuit, sed à rege; sicut & inferventis olei lebetem S. Joannes Apostolus immissus fuit, sed Imperatore quodam idipsum jubente. S. Jacobus major gladio cæsus est sed ab Herode, sicut & ab alio quodã Herode Rege immanis illa innocentum strages instituta fuit, sperante se in tot puerorum necatorum numero quoque filii Dei necem illaturum esse. Et ita deinceps seriò quæ passim fiunt consideranti patebit, quòd omnia mala quæ Ecclesia & Christus in servis & sequacibus suis patitur, suam Magnatibus & iis qui tyrannicè dominantur derivent originem, nam ut idem Author subjungit: *Si Principes prospicerent, non auderemus tot blasphemias Christi & Sanctorum, non despicerentur templa & Sacerdotes, non seminarentur tot hæreses non ederentur tot libri pestiferi, non esset venalis justitia, non immortales lites, non se ingereret Ozias, moderationem acciperent pompæ.*

Pro.8.15 Ioa.19.11 Sap.6.v 2&4. Salm.tr. tr.36. Deut.13. 5. Ioan.18. 35

Et Pharisæi.

S.Cyril. ibid. 3. S. Cyrillus ait: *Cùm lex aperte pronuntiet: Innocentem & justum non occides, ac propterea clamet, non eris cum pluribus in malitia, ardent tamen interficiendi Christi cupiditate legis ipsi custodes, & qui Sanctorum Moysis præceptorem explicationem sibi arrogabant.* Observat Toletus, quòd pessimas post se consequentias trahat, quòd *Qui tenebantur turbam dirigere & illustrare, ut veritatem cognoscerent, removent & deterrent à veritate sequenda, ut verum sit, quod Dominus illis objecit. Matth.23. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui clauditis regnum cælorum ante homines.* Sanctus Cyrillus ait: *Ut Sacerdotes dignitate, consilio & prudentia Dei, voluntate consentanea his illos præstare dicebat.*

Toletus. Matt. 23.v.15.

Ministros.

4. Salmeron hic ostendit, quantopere in hac occasione verificatum fuerit dictum illud: *Secundum judicem populi, sic & ministri ejus & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Et alibi dicitur: *Princeps qui libenter audit verba mendacii omnes ministros habet impios? non mirum ergo est, cùm Principes & Pharisæi impii essent & mendacium diligerent, si ministros impios, & ad omne nefarium facinus paratos haberent.* Hi ministri utique nequidem prima sacræ scripturæ elementa sciebant, aliàs in iis scriptum legissent: *Nolite tangere Christos meos & in Prophetis meis nolite malignari.*

Salmer. Eccl.10.2 Pro.29, 19. Ps.104: 15

Ut apprehenderent eum.

5. Pharisæi & Principes Sacerdotum, ad quos spectabat populum in pietate & devotione instruere, tanta fuerunt adversus Christum Invidiâ & odio succensi eò quòd populum Christo optimè affectum viderent, ut violentam illi necem inferre decreverint: *Ut quoad tempus differre statuerant*, inquit Jansenius. *Jam diutius non differendum esse putarunt, reipsa satis declarantes, ut annotavit Chrysostomus, magis eos torsisse gloriam Domini apud populum, per quam suæ gloriæ diminutionem metuebat, quàm sabbati violati, si ut illi putabant transgressionem; tanta pestis est ambitio religionis, & doctrinæ prætextu fucata.* S. Thomas quoque hanc illorum detegit invidiam, considerans illos nunquam turbas aut commotiones apertè

Jansen. cap.75.

excl-

S.Tho.in Joan. excitaſſe, niſi poſtquam à populo ipſi exhibitos vidiſſent applauſus : *Quando vident turbam ei acquieſcere, ſtatim concitantur contra eum, & inſanientes eum occidere cupiebant*; *ex quo patet, quod ſabbati ſolutio non erat vera cauſa odii eorum, ſed hoc eos maximè mordebat, quòd turba Chriſtum glorificabant.* Cajet. Cajetanus inquit : *Ecce proviſio quam fecerunt, ne creſceret multitudo credentium in Chriſtum.* Dion. Carth. Dionyſius Carthuſianus ſimiliter per hæc verba livorem exprimit, quo intus ardebant: *Livore contra Chriſtum accenſi & tabefacti, audito, quòd turba confiterentur & glorificaverunt Jeſum, aſſerendo, quòd eſſet Chriſtus & plurima faceret ſigna timuerunt, quod reciperent Jeſum pro Rege Meſſia; idcirco colloquti ſunt Principibus Sacerdotum, vel principalioribus Judæorum de occiſione Chriſti, & inito pacto miſerunt miniſtros, ut caperent Jeſum.* Hugo. Card. Hugo Cardinalis ut demonſtret Judæos ad Jeſum apprænendendum nullo alio fuiſſe motivo inductos, argumento utitur: *Nota, quod ſuprà ſabbati violationem prætendebant quaſi velamen invidiæ, ſed hic non poſſunt aliquid arguere, neque in dictis, neque in factis; unde patet quòd ſolâ invidiâ movebantur, quia ſcilicet turba laudabat eum.* Adjungit Salmeron : *Amittendi terrena bona metus, & gloriam ſuam imminuendi apud multitudinem jam in Chriſtū propenſionem.* Salmer. Alia quoque motiva erant, quibus ad hoc tam immane facinus exſtimulabat; prius enim, inquit Salmeron illum occultè capere volebant; nunc autem *Exuto omni pudore, & invidiâ impellente manifeſtè capere intendunt, & ſæpè peccata ſecreta Deus in publicum prodire permittit, ut eorum iniquitas, qui ſanctitatem prætendant, detegatur.*

Idem. 6 Idem Author : *Ut vivum vel mortuum adducerent, & comprehenderent, incomprehenſum, & ut ligarent ſalutem & vitam ne vivificaret.*

Verſus 33.

Dixit ergo eis Jeſus: Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, & vado ad eum qui me miſit.

Dixit ergo eis Jeſus.

Manſi Quadrageſimale.

1. Salmeron ob oculos nobis ponit verbum incarnatum ex una quidem parte miniſtris à Principibus Hebraiſmi ad ipſum capiendum miſſis, omnique armorum apparatu inſtructis circumdatum ex altera verè parte ſola divini verbi ſui armatura communitum, quâ tamen eoſdem diſputando adeò convincit, ligat, & ſtringit, ut qui eum capturi advenerant, funibus, catenis, compedibuſque projectis, ipſimet prædicationis ejus ſuavitate, efficacia & veritate victi & conſtricti remanſerint, dicentes : *Nunquam ſic locutus eſt homo; omnipotens ſermo tuus Domine*; adeoque qui tigrides & leones fuerant, in manſuetiſſimos agnos fuerunt commutati, factique ſunt manſuetudinis, bonitatis & benificentiæ Chriſti mancipia & captivi, ut verè dici poſſit : *Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum* Gen. 49 v. 8. De Elia quidem ſcribitur quòd ad concremandum quinquagenarium illum, qui cum quinquaginta ſatellitibus ad eum capiendū advenerat, ignem de cœlo evocarit : at verò longe majori cum ſuavitate Eliſeus cum militibus à Benedab, ad eum ligandum & vinciendum miſſis proceſſit, dum illos in Samaria lauto convivio excepit, hacque ratione confuſos, ſuæque eis impenſæ charitatis vinculis conſtrictos denuò remiſit : *Ad hunc modum Jeſus filius Dei miniſtros miſſos ut ſe comprehenderent, igne charitatis ſuæ & egregio convivio prædicationis excepios, qui prius mortui erant, vivos remiſit ad Principes & Phariſæos, ut teſtimonium apud illos de ſe, quis eſſet, ferrent, & tanquam Chriſti miniſtrijam facti Phariſæos & Principes alligarent.* Ad quod magis declarandum idem doctiſſimus Author duas adducit hiſtorias, unam quidem ſacram, alteram verò prophanam; de Saulo etenim S. Lucas dicit; quod *Spirans minarum & cædis in diſcipulos Domini*, in damaſcum abiret, ut vinculis, catenis & compedibus manus pedesque innecteret Chriſtianorum; cùm ecce ipſe eadem in via retibus Evangelicis, irretitus, Apoſtolus, vas electionis, & Doctor Gentium à Deo declaratus fuit. De Marco Antonio pariter refert Valerius maximus, quod cùm ad inferendum ei necem Centurio quidam multis ſtipatus militibus ad eum accediſſe, ipſe utpote eloquentiſſimus ex induſtria ſublimi quodam

Salm. t. 8 tr. 36.

Joa. 7. 46.

Sap. 18 15

Gen. 49 8.

Act. 9. v. 1.

Val. Max.

loco concenſo cauſam ſuam coram eo tantâ cum efficaciâ perorarit, ut confeſtim mutato concilio ab iniquo ſuo attentato, conſiliisque deſiterit.

2. Hugo Cardinalis & ante ipſum diu Chryſoſtomus ponderat: *Quod Deus loqui dure potius humilia loquitur; cùm poſſet & flectere, & perterrere audientes, quantavis loquitur humilitate, quaſi dicat: quid me interficere quæritis? quid me perſequimini? modicum exſpectate, & non quærentibus vobis, me vobis capiendum exponam.* S. Cyprianus quoque de bono patientiæ ita ſcribit: *Patientiſſime ſuſtinet, cumque habeat in poteſtate vindictam, mavult diu tenere patientiam.*

Hugo Card. Chryſ. ho. 49. in Joan. S. Cypr. ib.

3. Theophylactus Chriſtum hiſce miniſtris ad ſe miſſis, occultam ipſorum intentionem quâ ad ipſum capiendum venerant, *quòd ſciat cauſam profectionis illorum, & quòd vellent ipſum occidere, ideo prædicit eis mortem ſuam, quod ad parvum tempus ſit ut vadat ad Patrem.* Albertus magnus inter hæc Chriſti verba & mortem ejus ſeptem menſium tempus interceſſiſſe dicit, illudque quod in hoc Evangelio narratur, in ſeptembri ultimum prædicationis ſuæ annum antecedente accidiſſe opinatur. Cajetanus verò ſex tantum menſium ſpatium interceſſiſſe exiſtimat.

Theoph. Alb. M. Cajet l.

4. Idem Author ait: *Aperit Jeſus ſe nolle adhuc comprehendi, dicendo ſe adhuc modico tempore cum illis permanſurum, acſi apertius dixiſſet: Non eſt adhuc tempus quo ego volo apprehendi, ſupereſt enim modicum tempus.* Idem quoque Lucas Burgenſis his verbis ſcribit: *Deridet eorum conatus, quòd fruſtra omnia moliantur, donec tempus à ſe, Patreque decretum advenerit, & divinam tam omni potentiam, tum omni ſcientiam ſuam, reipſa declarat.* & quidem omni ſcientiam ſuam declarat, dum occultas eorum machinationes & conſilia ipſis manifeſtat; omnipotentiam verò ſuam indicat dum illis apertè dicit, quòd ne pilum quidem ſibi lædere multòminus occidere poſſint, eò quòd etiamnum aliquouſque inter ipſos remanere ſtatuerit: *Ut ejus neque mors arbitrio ipſorum, ſed ſuo ipſius ſubjecta ſit.*

Luc. Burg.

5. Sanctus Thomas hoc loco tres adducit rationes, ob quas Sapientia incarnata adhuc breve tempus, hic inter nos prædicationis ſuæ officium adminiſtrare diſpoſuerit, quarum *Prima eſt, ad demonſtrandam ſuam virtutem, quod in tam brevi tempore, totum mundum immutaret; ſecunda eſt ad excitandum deſiderium diſcipulorum, ut ſcilicet magis eum deſiderarent, quem modico tempore corporali præſentia habituri erant: tertia ad augumentandum diſcipulorum ſpiritualem profectum.*

S. Tho. in Joan.

6. verùm enim verò, ut infinita Salvatoris noſtri benignitas tantò evidentius appareat, ſciendum nobis eſt, quòd tametſi eum ad mortem inferendam capere voluerint, non tamen de hoc querulosè loqui non omiſerit non quaſi mortem pro noſtra ſalute invitus ſubierit, ſed quia majus temporis ſpatium, quod ad illis largius benefaciendum ſibi præſtituerat, ex tali machinatione defuturum eſſe cognoſcebat. Unde Rupertus Abbas Tuitienſis hunc verborum Chriſti ſenſum eſſe ait: *Acſi diceret: tam citò vultis me comprehendere? ſic feſtinatis occidere, quia gravis ſum vobis ad videndum, iam nunc è cœtu viventium properatis excludere me? ſuſtinebitis, & exſpectabitis paulìſper*, ſed quonam hæc, quam ab illis requirebat; tolerantiam ſpectabat? *Donec perficiam ſanitates*; adeoque dilationis hujus finis erat, ut magis illis benefaceret. Advertendum quoque eſt, quiſnam verborum illorum: *Vobiſcum ſum*, ſenſus fuerit; Hugo enim Cardinalis dicit: *Nota quod non dixit ſimpliciter*: Hic *ſum, ſed vobiſcum, id eſt, ad utilitatem veſtram, quaſi dicat: etſi perſequimini me, parvo tamen tempore non ceſſabo docens & monens utilia.* Albertus Magnus quoque hunc loquendi modum ponderans dicit: *Nota ex modo loquendi, quòd Chriſtus erat cum eis, & non è converſo quòd ipſi cum Chriſto, quia Chriſtus operabatur ſalutem in medio omnium, quanquam ipſi Chriſtum quærerent ad mortem.*

Rup. ab. 7. in Joa. Hugo Card. Alb. M.

7. Dionyſius Carthuſianus in eundem ferè ſenſum hæc verba interpretatur, dum ait: *Adhuc parumper ambulabo in populo ad docendam eum, & ad complendum opera, quæ Pater dedit mihi ut faciam.* Theophylactus præ cæteris melius ita exponit: *Senſum habet hunc: etiam ſi perſeveraveritis; etiamſi abegeritis, ego autem vobiſcum ſum, hoc eſt,*

Dion. Carth. Theoph.

eſt, pro vobis curam gero, loquor ea quæ ad ſalutem veſtram ſpectant.

S.Tho. in Ioan. 8. Sanctus Thomas Salvatorem hiſce verbis inſinuare voluiſſe putat: *Suam poteſtatem, & patientiæ voluntatem; poteſtatem in dilatione mortis.* Satis enim illis verbis declaravit, quòd tametſi Phariſæi eum tunc ad mortem capere voluerint, ipſe tamen mortem ſuam per aliquod tempus differre decreverit: *Joan.10. 11.* *Nemo tollit animam meam, ſed ego pono eam; & ideo dixit eis: adhuc modicum tempus, quaſi dicat: vultis me interficere, ſed hoc non eſt poſitum in voluntate veſtra, ſed mea: Ego determino, quod adhuc modicum tempus vobiſcum ſum.*

S. Tho. ib 9. Idem quoque Angelicus Doctor rationem reddit, cur illis hanc temporis modicitatem quo inter ipſos commorari volebat notificarit; dicit enim: *Inquo quidem Dominus ſatisfacit; primo turba quæ eum venerabatur, faciens eam magis avidã ad audiendum quaſi parvo tempore derelicto, in quo poſſent hac doctrina potiri dum lucem habetis, credite in lucem. Secundo verò turba, qua eum perſequebatur, quaſi dicat: Non diu differtur deſiderium veſtrum de morte mea, unde patienter ſuſtinete.*

10. Porro ex hac dictione, *adhuc*, motivum inſigne pietatem & miſericordiam Dei admirandi deducere poſſumus, quæ licet ex noſtra in iniquitatibus obſtinatione & duritie exaſperetur, ultricem tamen divinæ juſtitiæ ſuæ gladium ad noſtram emendationem libenter ſuſpendit: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur; adhuc una plaga tangam Pharaonem & Ægyptum.* Unde ſanctus Athanaſius ait: *Non dixit: Poſt triduum ſubvertetur, nam omnino ita factum fuiſſet, ſed adhuc & tres dies ut in eo verbo, adhuc, tolerantiam Dei intelligeremus;* nimirum Salvator noſter per hanc ſuppleſi ſui ſuſpenſionem, & per mortis ſuæ dilationem illos non ſolum à tanti Sceleris atrocitate impedire, verum etiam per miraculorum ſuorum multiplicitatem, perque bonorum & gratiarum ſuarum, quas ſex illis menſibus adhuc reliquis in univerſam Judæam & populum illius diffuſurus erat, abundantiam, nec non per prædicationis ſuæ efficaciam, eosdem ad veram notitiam ab errore ſuo reſipiſcentiam perducere & lucrari volebat, prouti etiam paucos ex ipſis reipſa lucratus poſtea fuit.

Jona. 3. 4. *Exod.11.* *S.Atha. tr. de paſſi. ne & cruce.*

11. Chryſoſtomus varios animi ſenſus conſiderat, quos multitudo illa, ſalutate hoc monitum: *Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum, audiendo concepit: ſimplicior multitudo his verbis movebatur. audacior timebat, ſtudioſior feſtinabat ad audiendum, aſſi breve ſibi tempus relinqueretur, ad ejus doctrinam percipiendam.* Qua in re utiliſſimum nobis dederunt documentum, ne ſcilicet occaſiones bonas, quæ nobis ad cooperandum ſaluti noſtræ offeruntur, ſine fructu nos præterire & elabi ſinamus. *Chryſ. ho.49.in Joan.*

12. Theophylactus & vatablus legunt: *Adhuc puſillo tempore vobiſcum ſum*, ubi notandum eſt, quòd quando æterna veritas de tempore differt ut plurimum unciatim, drachmatim, & momentaneè de illo loquatur. Quando jam jam in cœlum aſcenſurus erat, Apoſtolos ſuos hiſce verbis alloquitur: *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate*; diu verò ante in ſermone in ultima cœna habito univerſum illud temporis ſpatium, quod â morte ſua ad finem uſque ſæculorum tranſigendum erat, *Modicum appellavit*, dicens: *Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me.* Uoi S. Auguſtinus ait: *Modicum eſt hoc totum ſpatium, quo præſens pervolat ſæculum.* Apoſtolus quoque ait: *Ecce nunc tempus acceptabile.* Imo & Gentilis Seneca de brevitate vitæ ita ſcribit: *Præſens tempus breviſſimum eſt, adeò quidem, ut quibuſdam nullum videatur, in curſu enim ſemper eſt, fluit & præcipitatur, ante deſinit eſſe quàm venit.* Salmeron ſuper hæc verba ita ſcribit: *Quare intelligimus, nobis quoque dicit: adhuc modicum tempus vobiſcum ſum exiguum enim & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, ut ait frater Domini; ideo hic quærendus eſt & audiendus, non in morte, quando ſera eſt pœnitentia.* *act.1.v.7* *Ioa.16. 16* *S.Aug. tr.101. in Joan.* *2Cor.6.2.* *Seneca de brevit. vitæ.c. 10.* *Salmer. Jac.4. 15.*

Vado ad eum qui me miſit.

13. *Dicit ſe ad eum, qui miſit illum, iturum,* inquit Janſenius, *veluti eos terrere volens, quaſi de ipſis apud Patrem ſit conqueſturus, eoſque accuſaturus.* S. Cyrillus verò omnino con- *Janſen. c.73.con. S. Cyril. Alex. ib.*

contrarium opinatur, ſcilicet, quod per hunc loquendi modum ſummam ſuam manſuetudinem & benevolentiam exhibere voluerit, unde dicit: *Summa cum moderatione, & ſingulari cum manſuetudine conjuncta eſt oratio ſed exemplum noſtrum inſtituta; unde Paulus Dei ſervum, ait litigare non oportere, ſed manſuetum eſſe erga omnes, cum modeſtia corripientem eos, qui contradicunt: decet animum Dei amantem vacuum eſſe omni tumultu, & aſperioris iræ motibus.*

1 Tim. 3. v. 3.

Theoph. 14. Theophylactus Chriſtum dicere voluiſſe exiſtimat ad ſuum beneplacitum mortem ſuam eſſe futuram: *Dicendo vado, ſignifi avit mortem ſuam voluntariam*, Hugo Cardinalis in hac Chriſti ſententia evidens quoddam Divinitatis ipſius ſignum ſeſe prodere dicit: *In hoc etiam oſtenait ſuam Deitatem quia non eſt humanæ mentis ſunum obtum preſcire vel prædicere; quia nec etiam Pſalmiſta ſciebat*: unde Pſal. 38. ait, *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt, ut ſciam quid deſit mihi.* S. Cyrillus Chriſtum hiſce verbis dicere voluiſſe aſſerit, quòd fruſtranea eſſent, quæ adverſus ipſum machinabantur conſilia: *Comprimite invidiæ zelum fruſtra quippe emittitur, non ſubjiciet morti eum, qui vita eſt, evolabo ad eum, ex quo ſum, & aſcendam rurſus in cœlum.*

Hugo Card.

Pſa. 38. 5

Verſus 34.

Quæretis me, & non invenietis, & ubi ego ſum, vos non poteſtis venire.

Quæretis me, & non invenietis me.

Chryſ. ho. 49. in Joan. 1. Chryſoſtomus quærit hoc loco quandonam prædictio hæc adimpleta fuerit Item *Quinam quæſierunt eum Judæi?* refertque teſtimonium S. Lucæ aſſerentis quòd mulieres Hieroſolymitanæ eum in Calvariæ montem abeuntem defleverint; ſubjungit verò idem Chryſoſtomus: *Ita & alios multos credibile eſt, & ſtatim captis Jeroſolymis, Chriſti & miraculorum ejus meminiſſe & eum deſiderâſſe conſentaneum eſt.* Dionyſius Carthuſianus aliud quoddam adducit motivum; dicit enim Chriſtum dixiſſe: *Quæretis me, hoc eſt, auxilium meum implorabitis & non invenietis me ad libitum veſtrum tempore deſtructionis Jeruſalem à Romanis.* Hugo Card. goCardinalis ſimiliter ait: *Non invenietis pretium in tribulatione.*

Dion. Carth.

2. Dionyſius Carthuſianus quantum ad ſenſum moralem dici poſſe exiſtimat, Chriſtum illis anticipatè vaticinare voluiſſe quòd illum poſt illud tempus ad inferendam ei necem quæſituri eſſent, irrito tamen prorſus conatu, niſi accedat voluntas ejus; ſic namque poſt patratum reſuſcitationis Lazari miraculum, edictum quoddam promulgarunt, ut omnes quibus locus, ubi moram trahebat, cognitus eſſet, eum protinus manifeſtarent.

Joa. 11 56.

Cajet. 3. Cajetanus Chriſtum hiſce verbis ad inquiſitionem illam alludere voluiſſe exiſtimat, quâ ut corpus ejus poſt mortem retinere poſſent, laboraturi erant: *Quæretis me ad retinendum, & non invenietis me reſurgentem: cuſtodia enim, quam procurarunt poni in ſepulchro Jeſu (ne forte venirent diſcipuli ejus & furarentur) fuit quærere Jeſum ad retinendum corpus ejus, ſed non invenerunt, quoniam tertia Die reſurrexit.*

Matt. 27. v. 64.

S. Aug. tr. 3. in Joan. 4. S. Auguſtinus dicit Chriſtum de ea inquiſitione fuiſſe locutum, quâ poſt ejus reſurrectionem illum ex compunctione cordis requiſituri erant: *Quia quæſituri illum erant poſt reſurrectionem compuncti.* Lyranus quoque ſcribit, quòd poſt aſcenſionem Domini multa ab Apoſtolis ejus miracula patrari videntes: *Pœnitentia ducti reverſi ſunt ad fidem Chriſti, dicentes ad Apoſtolos, quid faciemus?* Toletus aliam quandam opinionem refert, dum ait: *Alii exponunt, ut hic Domini ſermo ad pios dirigatur, qui poſt ejus aſcenſionem credentes in eum videre & prædicare audire in terris, ſicut ante fecerat, quando ipſi non credebant ei, non tamen invenerunt.* Unde Hugo Cardinalis ait: *Non invenietis in carne vobiſcum.*

Lyran. Act. 2. 37

Toletus

Hugo Card.

5. Poſſunt quoque verba hæc de ſynagogæ, Templi, legum, rituum & religionis Judaicæ derelictione interpretari: *Relinquetur domus veſtra deſerta*, eò quòd Chriſtus in lege ipſis promiſſus Meſſias ad gentes tranſiturus erat. Unde Rupertus Abbas Tuit ita ſcribit: *Jam nunc una quidem turba unius gentis vel terræ hujus plebecula ſubmurmurat quibuſdam credentibus & dicentibus: Nunquid Chriſtus cùm venerit, plura ſigna facturus eſt, quàm quæ hic facit? tunc autem*

Matt. 23 v. 38.

Rup. l. 7. in Joan.

autem à ſolis ortu uſq; ad occaſũ laudabile erit nomen Chriſti & laudabunt eum omnes populi, & tunc implebitur quod ſcriptum eſt, & Pſal 71. v.8. *dominabitur à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum; Coram illo procident Æthiopes & inimici ejus terram lingent,* v.9. *tunc utique majori quam nunc invidia quæritis me, cupientes nomen meum extinguere ſed fruſtra.* Lucas Burgenſis exiſtimat Chriſtum diſcurſum ſuum direxiſſe non ad miniſtros, ſed ad Phariſæos & Principes, à quibus hi miſſi fuerunt; voluiſſeque illis prædicere obſtinationem ipſorum, & perſecutionem, quam poſt ſuam aſcenſionem adverſus ipſum & ſequaces ejus moturi erant, omne odium & furorem ſuum adverſus eccleſiam admirandis progreſſibus ad omnes terræ partes dilatam, & extenſam effundendo & evomendo: *Tunc quæretis me, ut iterum occidatis ardentiſſima perſecutione interfectis diſcipulis meis, quando me non poteritis.* Unde idem Author dicit, quod idem ſit: *Non invenietis me, ac ſi diceret, non poteritis nocere mihi, aut nomen meum opprimere nihil proficietis adverſum me.* Luc. Burg. Toletus

6. Toletus hæc verba exponit, veritatem quandam experimentalem, & à multis ſæculis hactenus practicam allegando, nimirum quod Judæi continuo quidem Meſſiam illis à Prophetis divinisque oraculis Promiſſum inveſtigabunt & exſpectabunt, ipſum tanquam nunquam re ipſa ſint inventuri: *Id eſt, verum Chriſtum promiſſum requiretis, non tamen invenietis, me enim rejecto, qui verus ſum Chriſtus, omnis qui alium quærit, non invenit.* Multi etenim deinceps ſe Meſſiam eſſe finxerunt, de quibus Matthæi 24 Chriſtus ipſe dicit: *Si quis vobis dixerit; Ecce hic eſt Chriſtus, nolite credere.* Matth. 24. v 23.

7. Salmeron Chriſtum illis his verbis exprobrare voluiſſe cenſet, quod Meſſiam quendam illorum adaptatum genio quæſituri ſibi ſint & deſideraturi: *Male quærunt, qui carnalem & temporarium Meſſiam exſpectant, ſed non invenient, quia talis Meſſias qualis eſt Jeſus cruci affixus, eis non placebat.* Imo ipſi quoque immediati ſcholæ ejus diſcipuli ipſum temporaliter regnaturum eſſe ſperabant: *quando reſtitues regnum iſrael?* Unde & duo illi fratres primas in hoc regno ſedes ab eo poſtularunt. Salmer. act. 1. v. 6

8. Clemens Alexandrinus non immerito dicit: *Neſcio quomodo ea quidem, quæ ſunt præſentia deſpici propter conſuetudinem, quæ autem ſunt ſeparata in admiratione haberi videmus.* Unde ob hanc rationem dicere etiam poſſumus, Chriſtum his verbis monere voluiſſe Judæos, ipſos quidem in præſenti ipſum contemnere, futurum tamen aliquando tempus eſſe, in quo ipſum, Poſtquam ab eis in cœlum avolarit, ſummo ſint ſtudio perquiſituri, & ſuſpiraturi poſt ipſum: *Venient quando deſideretis videre unum diem filii hominis, & non videbitis.* Sicut enim ſi pater aliquis filios ſuos in optima diſciplina coercens, ſi illos noxiam ſibi libertatem nimium diligere videat, iiſdem non nunquam prædicere ſolet, veniet ô dilecti filii mei, aliquando tempus, in quo mea monita vera fuiſſe cognoſcetis, & plorabitis, dum me vobis præſentem deinceps non habebitis: Ita quoque &c. Clem. Alex. in exhort. ad Gent. Luc. 17. v. 22.

9. Verum dicat aliquis? Nunquid Chriſtus alibi promiſit dicens: *Omnis qui quærit invenit*, quomodo ergo nunc ſibi hiſce verbis contrariatur? In promptu reſponſio eſt: *In ſimplicitate cordis quærit illum* Judæi quidem quærebant eum ſed ut necem illi ferrent, non vero ex motivo amoris aut religionis; præterquam quod paſſim homines Deum ut plurimum putent non quærant, id eſt ejus honorem & gloriam, aut animæ noſtræ ſalutem ſed potius divitias honores ſanitatem voluptates, & ſimilia bona terrena in ipſo quærunt. Et ideo S. Bonaventura dicit *Quærentes Chriſtum malo animo, eum non inveniunt*, quod ipſum in multis caſibus verum eſſe oſtendit in quibus ipſum quærentes non inveniunt Quidam enim quæſierunt eum *in multitudine carnalis cognationis & non invenerunt; quæſierunt eum inter cognatos & notos. Item ſunt quærentes filium Dei in multitudine ſperantes mundialis affluentiæ: In gregibus ſuis & in armentis vadent ad quærendum Dominum, & invenient; Item ſunt quærentes in tumultuoſitate mundana occupationis vel negotiationis; Circuibo civitatem per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea;* & ſequitur: *Non invenit.* Unde Ambroſius: *Non invenit Chriſtum, qui quærit eum* Matth. 7. v. 8. Sap. 1. 71 S. Bonav. Luc. 2. v. 44. Oſee 5. v. 6. Cant. 3. 2.

Cant. 3 1. *in ſero ubi lites ſunt, ubi nundinæ ſunt, non ulla pecunia comparatur Chriſtus; Item ſunt qui quærunt Chriſtum in delitiis carnalis concupiſcentiæ; In lectulo meo per noctes quæſivi; Et ſequitur: Quæſivi & non inveni; Non enim invenitur in terra ſuaviter viventium ſapientia Dei.*

Iob. 28 *v.* 13.

S. Cyrill. Alex. l. 5. *in Joan.*

10. S. Cyrillus occaſione horum verborum Chriſti monet nos ne bonas negligamus occaſiones, quæ in noſtrum ſe beneficium nobis offerunt: *Qui vitam abeo præſente capere nolunt, & bonum quod præſto eſt ſtulto conſilio repudiant, quomodo id rurſus accipere poterunt? & qui occaſionem amittere penſi nihil habent, quomodo occaſionis, bona conſequentur? Imminente quippe & præſente occaſione, quærenda quæ in ea ſunt, & quæ ex ipſa, dilapſa vero, fruſtra demum utilitas ex ea quæritur* Unde B. Paulus ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.* Seneca ſcribit: *Vigilantis eſt occaſionem obſervare properantem, itaque hanc circumſpice, & ſi videris apprehende.* Sæpe etiam illa verba in officio divino repetimus: *Quærite Dominum dum inveniri poteſt; invocate eum, dum prope eſt.* S. Thomas dicit: *Prænuntiat Iudæorum deſiderium, quaſi dicat: Modicum eſt, quod poteſtis mea doctrina frui; ſed hoc modicum quod modo reſpuiſtis, quandoque quæretis & non invenietis.* Hugo Cardinalis ait: *Non invenietis per gratiam in præſenti. Prov.* 1. *Mane conſurgent ad me, & non invenient.*

2 *Cor.* 6. *v.* 2. *Senec. Epiſt.* 22 *Iſai.* 55. *v.* 6. *S. Thim. in Joan.* *Hugo. Card Prov.* 1. *v.* 26.

11. Toletus aliam quandam expoſitionem adduxit, dum ait: *Nimirum peccatores, qui non reſipiſcunt, frequenter non exaudire à Deo in ſuis calamitatibus clamantes, eſt expoſitio doctrinam veram continens ſcripturis & patribus conformem.*

Toletus.

Et ubi ego ſum, vos non poteſtis venire.

Salmer.

12. Salmeron Chriſtum dicere voluiſſe ait, quod ad ipſum ad Patris dexteram conſidentem pertingere neutiquam poſſint, ut ſenſus ſit: *Non poterant perſecutionibus ſuis attingere, ut eum vexarent, aut offenderent, nec meritis ſuis, quam diu infideles erant, valebant pertingere.*

S. Aug. tr. 3. *in Joan.*

13. Auguſtinus optime ponderat, quod licet poſtea ad cœlos aſcenſurus fuerit, non tamen in futuro tempore dixerit: *Vbi ego ero*, ſed *ubi ego ſum: ſemper enim ibi erat Chriſtus, quo fuerat rediturus. Sic enim venit ut non recederet;* adducitque alium Evangelii textum, in quo Salvator ait: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt in cœlo; Non dixit: Qui fuit in cœlo; In terra loquebatur, & in cœlo ſe eſſe dicebat; ſic venit ut inde non abſcederet, ſic rediit ut nos non derelinqueret.* Toletus ait: *Ad cœlum ubi ut Deus ſemper ſum.* Beda quoque inquit: *Quid eſt quod dixit ubi ſum ego, niſi in ſinu Patris, conſempiternus Patri ſum; in terra loquebatur, ſed in ſinu Patris ſe eſſe monſtrabat.*

Joan. 3. *v.* 13. *Toletus*

14. Verum dicat aliquis, ex quo divinæ & æternæ veritatis axioma eſt: *Deus vult omnes homines ſalvos fieri; Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius*, cur nunc illis proteſtatur dicens: *Et ubi ego ſum, vos non poteſtis venire?* S. Thomas Reſpondet: *non poteſtis venire, quamdiu ſcilicet ſic diſpoſiti eſtis: Quis aſcendet in montem Domini? Innocens manibus & mundo corde; nec innocentes manibus, quia volebant Chriſtum interficere, ideo dicit: Non poteſtis aſcendere in montem Domini.* Lucas Burgenſis ait: *Vos qui perſeverabitis in odio mei, eſt enim prophetia conjuncta cum comminatione.* S. Antonius de Padua juſtum fuiſſe dicit, ut illis Chriſtus ita comminaretur, quia ipſum capere & occidere volebant: *Vere ad eum ire non poſſumus cum ſcilicet proximum offendamus.*

1. *ad Tim.* 2. *v.* 4. *Pſ.* 18. *v.* 7 *Pſ.* 23. *v.* 2 & 4. *Luc. Burg.* *S. Anto. Pad. ſerm. in hac Fer.*

15. Venerabilis Beda ait: *Quare non poteſtis venire? quia non vultis credere.* S. Bonaventura autem ulterius hoc dubium movet, & dicit: *Qualiter hoc?* Nunquid paulò ante jam diximus, quod poſt ejus reſurrectionem eum compuncto & contrito corde quæſituri ſint? Reſpondetque cum S. Auguſtino, *Non dixit eis; Non poteris venire, ſed ait: Non poteſtis; tales enim erant tunc, qui non poterant venire, qui erant in peccato.* Idem quoque S. Auguſtinus ſimilem expoſitionem adducit, dum ita ſcribit: *Nec dixit; Non poteris, ſed non poteſtis, tales enim nunc erant, qui non poſſent; nam ut ſciatis, non hoc ad deſperationem dictum;* diſcipulis ſuis, inquit ſanctus Doctor, die qua

Beda *S. Bonav* *S. Aug.* *S. Aug. in Joan.*

dam

Joan. 13. v. 33. dam dixit: *Quo ergo vado, vos non potestis venire*; & tamen æternum pro ipsis patrem his verbis rogaverat, dicens: *Pater volo, ut ubi ego & sum & ipsi sint mecum*; Denique hoc Petro exposuit, & ait illi: *Quo ego vado non potestis me modo sequi, sequeris autem postea.*

Joan. 17 v. 94.

S. Cyril. Alex. ibi. 16. S. Cyrillus Christum illis gratiarum suarum assistentiæ & divinæ protectionis suæ subtractionem prædicere voluisse existimat? adeo ut sensus sit: *Vos exortes divinorum bonorum eritis, expertes meæ gloriæ; nec cum sanctis regnabitis, spei donum non assequimini, divinas nuptias non gustabitis.*

Chrysost. hom. 49. in Joan. 17. S. Joan. Chrysostomus quoque hoc nobis Christianis salutare monitum relinquit; Dicit enim, *Verum ex illis dicta sunt; sed timendum ne in nobis quoque ea verba locum habeant, quod ubi est, venire non possumus, siquidem vita nostra scelerum plena est; De discipulis enim ait: De nobis contra timeo, ne dicatur: Ubi ego sum, vos non potestis venire.*

Ioan. 17. v. 24.

Versus 35.

Dixerunt ergo ei Judæi ad semet ipsos, quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?

Dixerunt ergo Judæi ad semetipsos.

Alb. M. 1. Albertus Magnus ait: *Non enim ad Jesum audebant dicere, quia timebant se confutandos ex responsis Sapientiæ ejus. act. 6. Non poterant resistere Sapientiæ & spiritui, qui loquebatur.* Lucas Burgensis S. Augustini authoritati innixus, susurrationem hanc ab ipsis factam superbiæ motivo attribuit: *Nihil enim ipsum dicendi causa superbi rogare volebant.*

Act. 6. v. 10. Luc. Burg.

Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum?

2. Non intelligentes, quid illis dicere vellet, adversus eum exasperati hæc verba per derisum & ludibrium dixerunt: *Per odium in dominum*, inquit Jansenius, *non intellecta student in calumniam & derisum trahere.* Neque enim hunc Christi loquendi modum capiebant: *Crassi homines*, inquit Lucas Burgensis, *nihil terra sublimius cogitare valentes, non intellexerunt Jesu de cælo sermonem esse, quo per mortem iturus esset* S. Thomas illum Apostoli textum ex 1. Cor. 2. adducit. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus, & ideo quod esset iturus non quidem per mortem, sed corporaliter ad aliquem locum, quo eis non liceret ascendere suspicabantur.*

Jans. 75. Luc. Burg. S. Th. in Ioan.

Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes

3. Timebant inquit Cajetanus, ne forte in Græciam se reciperet, ad docendum multos; qui ibi dispersi degebant, ad quam nationem illorum se non extendebat potestas. Hugo Cardinalis hanc opinionem nonnullorum fuisse existimat, qui Christi prædicatione audita, ejus sequelæ adjunxerant: *Non dixerunt lædere vel seducere gentes, sed docere; per hoc patet, quod quidam eorum jam submiserant iram, & his quæ dicta erant, credideran*; Nisi enim bene erga eum affecti fuissent, utique non cum tanta anxietate, quonam abiret, requisivissent, quin potius illius discessum velut gratissimum nuntium excepissent: *Libenter hoc volumus, scilicet, quod tu vadas*: jam vero potius discessum ejus sibi quam maximè displicere ostenderunt; Quia *qui prius odiebant, flexi sunt ad misericordiam* Ecce tibi eximium verbi Dei fructum, utpote quo voluntates mutantur cordaque lapidea, summeque obstinata eemolliuntur.

Hugo. Card.

4. Quotquot in sacris literis peritiores existunt, credibile esse dicunt, Judæos hoc dixisse, quia illius Isaiæ Prophetici oraculi exactam habebant notitiam atque memoriam, quo dicitur: *Parum est mihi, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus jacob, faces & Israel convertendas, dedi te in lucem gentiũ, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.* S. Cyrillus autem illos hæc ex livore animi dixisse opinatur: *Addunt maligne etiam gentes edocturum, ut ejus accusandi novum inde prætextum arripiat eorum suspicio.*

Isai 49. S. Cyril. ibid.

5. Chrysostomus causam refert, cur gentilissimum *dispersionem* apellaverint *gentium, quia ubique dispersæ essent, & promiscuè invicem miscerentur, quam ignominiam ipsi*

Chrys. hom 49

ipſi poſtmodum ſubierunt; ipſe namque facti ſunt diſperſio. Judæi enim in ſola Palæſtina morabantur, gentiles autem per univerſum mundum diſperſi erant. S. Bonaventura ait: *Idio gloriantis, nſe vocant gentes diſperſionem, non enim ſciebant, quæ dixerunt, ſed quia ille voluit, prophetaverunt; iturus enim erat ad gentes, non præſentia corporis ſui, ſed pedibus ſuis, qui pedes erant Apoſtoli.* Lucas Burgenſis verò advertit, quod Judæi per contemptum gentiles diſperſionem appellarint: *Ignominiam quem gentibus conſueverant exprobrare, ipſi poſtea ſubierunt, & magis etiam hodie ſubeunt.* Salmeron dicit: *Quoaſibi eventurum timebant, vaticinati ſunt, tanta eſt vis veritatis, ut ſæpè ex orè adverſarii vel in vita prorumpat.*

S.Bonav

Luc. Burg.

Salmer.

Verſus 37.

In noviſſimo autem die magno feſtivitatis ſtabat Jeſus, & clamabat dicens Si quis ſitit veniat ad me & bibat

In noviſſimo autem die

1 Porro quidnam populus Judæorum in hoc noviſſimo feſtivitatis die facere ſolitus fuerit, Lucas Burgenſis his verbis declarat: *Solutis tabernaculis conveniebant in templum ad laudandum, & agendas gratias Deo, & commendandum iter, & ſe, ſuaque tutelæ divinæ.* Salmeron hujuſce feſtivitatis exactã nõt tiam tradens, primum & ultimum diem præ aliis in tabernaculorum veneratione tranſactum fuiſſe, diebuſque ſeptem duraſſe ſcribit: *In ultimo die erat feſtum collectæ, coibat enim populus in concionem magna frequentia, & concionabatur aliquis de rebus ſacris, & hortabatur ad liberalitatem, & colligebatur undique collecta ad ſacros uſus tabernaculi expendenda.* In Hugone Cardinali medietatem horũ dierum in recreationibus ludis & choreis tranſactam fuiſſe legimus: *Non ergo locutus eſt eis debentibus ire ad voluptates ſed jam receſſuris viatica dat ſalutis; Et eſt hoc argumentum, quod non eſt bonum hominem arguere, vel monere quando eſt in furore voluptatis ſuæ contra illos prædicatores, qui volunt prædicare ad choreas & ludos, cum quadam violentia. Eccleſiaſt. 8. Omni negotio tempus eſt, & oportunitas; Item Eccleſiaſt. cap. 20. Eſt tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus aptè ſermonis.* S. Bonaventura notat Chriſtum illis viatici loco dare voluiſſe ſpiritualem quandam proviſionem: *Ultima die cùm recedebant domum, viatica dedit ad ſalutem; Et patet hic exemplum prædicatoribus denuntiandi documenta Dei, tanquam viatica ſalutis in feſtis.*

Luc. Burg.

Sal mer to 8. tr. 47

Hugo Card.

Eccl. 8 v6.

Eccl 20. v.6.

S.Bonav

2. Oportune Eccleſiaſticus nos monet dicens: *Ubi auditus non eſt, ne effundas ſermonem,* & ideo Salvator noſter prædicando temporis oportunitatem attendit; Et ideo Theophylactus ait: *Cum his enim qui diebus intermediis delitiis erant intenti, intempeſtivum erat colloqui neque enim attendiſſent.*

Eccl.32. v6.

Theoph.

3. Cajetanus Benigniſſimum magiſtrum, tametſi adeo adverſus eum exaſperati fuiſſent, ut eum in vincula conjicere ſtatuerint, omnibus tamen diebus ipſos docere nequaquam omiſiſſe dicit: *Ad inſinuandum quod continuabat Jeſus illis diebus exercitium docendi extremos dies commemoravit Evangeliſta.*

Cajet.

Die magno feſtivitatis

S.Tho.in Ioan.

4. Thomas ad tempus, in quo hoc contigit, ſeſe reflectens? dicit *In noviſſimo die magnæ feſtivitatis, nam feſtum illud celebrabatur ſeptem diebus, & primus & ultimus dies ſolemniores erant, ſicut apud nos primus dies feſti, & octavus ſolemnis eſt magis: hoc ergo quod hic Dominus fecit non fecit primo die, quia nondũ aſcenderat Ieroſolymam, nec intermedius diebus ſed in noviſſimo; Et hoc ideo, quia pauci ſunt qui feſta ſpiritualiter celebrant, & ideo eos à principio ad doctrinam invitat, ne per vanitates ſequentium dierum aboleretur de cordibus eorum, quia ut dicitur Luc. 8. Verbum Domini ſuffocatur à ſpinis; ſed ultimo die eos invitat, ut tenacius eorum cordibus imprimatur.*

Luc. 8. v.7.

5. Saluberrimum nobis Salvator hac in re reliquit exemplum, annuntiandi videlicet verbum Dei ſpecialiſſime in diebus feſtis, quando cultui divino & ſocis ſacris frequentior populus aſſiſtit, & quando ob ſacrificiorum, Sacramentorum, orationis & officiorum Eccleſiaſticorum devotionem, ad illud majori cum attentione & fructu auſcul-

auſcultandum eſt magis diſpoſitus: *Clama ne ceſſes; quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum*, id quod Deus Prophetæ Evangelico vel maximè in feſtis celebrioribus facere præcepit, prouti excapitis hujus decurſu ſatis clarè colligitur. *Iſa. 58. v. 1.*

6. Salmeron cœleſtium aquarum ſuarum oblationem à Chriſto in noviſſimo feſtivitatis die factam eſſe, quicquid verò antecedenter prædicâſſe fertur, præcedentibus diebus dictum fuiſſe dicit: *Nam ita Dominus diſpenſabat doctrinam ſuam, ut nunc quidem (ne tædium afferret) ſcilicet, quo avidius poſtea audiretur, deinde verò illum majori cum fructu auditorum, & ſua authoritate tradebat.* *Salm. tr. 37.*

Stabat IEſus.

7. S. Thomas ait: *Sciendum eſt, quòd Chriſtus docuit ſedens, & ſtans; ſedens quidem do uit diſcipulos Matth. 5. Stans autem turbas, ſicut hic; Et ideo ex hoc conſuetudo in Eccleſia inolevit, ut turbis prædicetur ſtando; Religioſis vero & Clericis ſedendo: Cujus ratio eſt, quia cùm prædicatur ad turbas, fit quaſi ad eas convertendas; ſit per modum exhortationis: ſed cùm prædicatio ad Clerum fit, quaſi jam exiſtentes in domo Dei, eſt ut quædam commemoratio.* *S. Thom. in Ioan. Matt. 5. v. 1.*

8 Lucas Burgenſis dicit, quòd Evangeliſta dictione hac, *ſtabat, uſus fuerit ceu rem feriam & maximè gravem, ac ad omnes homines pertinentem conſtanti ſiné aſſerturus.* *Luc. Burg.*

9. Salmeron aliam nobis adfert rationem, cur Apoſtolis prædicando ſe erit: hic verò in pedes erectus ſteterit: *Quia ad pecatores oratio debet eſſe concitatior, ferventior, efficacior, ad perfectos autem tranquillior, pacatior, atque ſedatior.* *Salm. tr. 37.*

10. Dionyſius Carthuſianus dicit: *Stabat tanquam confirmatus in bono, erectus in omni virtute, & paratus ferre ſubſidium cunctis ad ipſum confugientibus, poteſtque per ſuam ſtationem, divinitatis ipſius invariabilitas deſignari.* Albertus M. ad hanc eandem rectitudinem alludens, textum illum Canticorum cap. 2. adducit: *Ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, ſolus enim ſtetit poſt parietem (qui corpus ſignificat) qui ſe nunquam à rectitudine deflexit, propter corporis infirmitatem, ſtabat qui ſe in auxilium & obſequium omnibus paratum exhibebat.* *Dion. Cart.* *Alb. M. Cant. 2. v. 9.*

Et clamabat dicens:

11. Toletus Chriſtum hac vocis elatione uſum fuiſſe credit, ut id quod dicebat, auditorum ſuorum animis tanto fortius imprimeret; *Ut cordibus auditorum, qui jam diſceſſuri in propria loca erant, verba tenacius infigat.* Lucas Burgenſis aliter hac de re ſentit: Dicit enim Chriſtum clamâſſe, *ut intelligendum daret ſe loqui ex intimis animi ſenſibus ea, quæ magnopere referret omnes audire ac ſcire, ac proinde tenacius infigerent* cordibus audita verba, ne tanta oportunitate neglecta perirent. Hugo Cardinalis Chriſtum ob Præſentiam ingentis multitudinis altum clamâſſe notat: *Propter turbam multam, ut omnes audirent.* S. Antonius de Padua ait: *Clamabat prædicando verbum Dei*, quaſi dicere vellet, quòd ad hoc ut verbum Dei ſurdis, quales ſunt peccatores: cum fructu prædicetur, neceſſum ſit vocem extollere, æneaque latera habere: *Quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia ſcelera eorum.* S. Thomas addit: *Quantum ad conatum vocantis*: Toletus verò dicit: *Ut ſurditatem & duritiem Iudæorum in credendo reprahendat.* *Toletus.* *Luc. Burg.* *Hugo Card.* *S. Ant. Pad. ſer. in hac Fer.* *Iſa. 58. v. 1.* *S. Thom. in Ioan.* *Tolet.*

12. Theophylactus hanc exclamationem conſtantiæ & libertati Chriſti in dicendo & prædicando attribuit *Ut libertatem ſuam in dicendo manifeſtaret, & quod nullum metueret*: S. Thomas dicit: *Ut oſtenderet ſuam ſecuritatem.* Iſaiæ 40. *Exalta in fortitudine vocem tuam, exalta, noli timere.* S. Ambroſius à Toleto citatus dicit: *Ideo nunc clamâſſe dicit, quia homines ad magna, nempe regnum cœlorum vocabat.* Hugo Cardinalis S. Hieronymum citat, qui ſuper cap 3. Jonæ ſcribens, dicit *Quòd omnis ſermo Chriſti clamor dicitur, quia de magnis agit.* *Theoph.* *S. Thom. ibid.* *Iſai. 40. v. 9.* *S. Ambr. ſer. 19. in Pſ. 118. v. 1.* *Hugo Card.*

13. Toletus dicit: *Clamat etiam ut ſe liberè & intrepidè loqui & docere ſignificet, quod veritatis eſt magnum argumentum.* *citans S. Hier.*

14. Hugo Cardinalis ait: *Ut affectum ſuum oſtenderet, ſe namque ex corde prædicare, omnibus notum eſſe volebat: Ex abundantia cordis os loquitur.* *Tolet.* *Hugo Card.* *Matth. 12. v. 34.*

15. Idem quoque purpuratus Doctor aliud inſuper motivum adducit: *Propter præ-*

ſentiam ſuam omnibus oſtendendam, ne dicerent quod ſe occultaret. Nullam illis ſe excuſandi occaſionem relinquere voluit, quo minus ipſum non cognoverint: *Cùm videret ex fide,* inquit Salmeron, *in ſe & doctrina ſua ſalutari hominum vitam æternam pendere, ne quidquam intermitteret eorum, quæ ad fructum & beneficium mundi ſpectabant; ipſe factus eſt tuba, ſeu præco doctrinæ ſuæ.*

Salm. tr. 37.

Si quis.

16. Chryſoſtomus ait: *Hoc eſt, nemini vim facio, neminem traho, ſed ſi quis libens & promptus accedit, ſi quis ardet deſiderio, hunc ego advoco.* Rupertus Abbas ad hoc ſe reflectit, quod Chriſtus nullam habeat ſtatûs, ſexûs, profeſſionis, vel conditionis perſonarum differentiam, & ideo indiſtinctè dicat: *Si quis; quia cunctis hominibus, cujuſcunque gentis vel conditionis deſiderantibus ſalvari ex tunc non ſolùm aperuit ſalutis aditum, ſed etiam altiſona prædicatione cunctos invitavit ad bibendum vitæ ſalutis poculum.* S. Thomas ait: *Si quis; quaſi dicat, quicunque eſt ille. Eccleſiaſt. 24. Tranſite omnes, qui concupiſcitis me.*

Chryſ. hom. 50. in Joan. Rup. Ab. lib. 7. in Ioan. S. Thom. in Ioan. Eccl. 24. v. 26. Alb. M.

17. Albertus Magnus conformiter ad expoſitionem Chryſoſtomi arbitrii ponderat libertatem, quam unicuique illibatam relinquit gratiam ſuam ſive recipiendi, ſive repudiandi: *Notans arbitrii libertatem, quia nullus cogitur. Eſther. 1. Non erat qui nolentes cogeret ad bibendum.*

Eſther. 1. v. 8.

Sitit.

18 Janſenius optimè conſiderat ſapientiſſimum Magiſtrum noſtrum mentem ſuam non ſatis explicâſſe, de qua ſiti intelligi vellet, ſed indifferenter & abſolutè dixiſſe: Si quis ſit: Quaſi unumquemque ſitibundum, intelligi volens: *Etſi enim nec dum ſitim habeant ſpiritualium rerum, poſſet fortè intelligi, ut invitet etiam eos, qui ſitiunt terrena, honores, divitias, voluptates; nam & hi ſi ad Chriſtum venerint, haurire ex eo poterunt, unde ſuam ſitim extinguant, in quo veriores honores, divitiæ, & voluptates percipiuntur, quam in mundo, per quem etiam ſitis illa rerum internarum tollitur.*

Janſen.

Non determinat, inquit Lucas Burgenſis, *quid quis ſitiat, nam & eorum ſitim, qui deſiderant, quod verò non eſt bonum ſedat, cùm largitur, quod in eo deſiderio eſt veri boni, propriè tamen intelligit: Si quis ſitit ſalutem, perfectionem, beatitudinem ſuam & ſitim vocat deſiderium, ſtudiumque ſalutis. Ille ſolus ſitit, qui ſalutem deſiderat.* S. Thomas ait: *Ideo ſitientes vocat, quia tales ſunt, qui deſiderant Deo ſervire; Deus autem coacta ſervitia non acceptat. 2. Cor. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Propter hoc dicit Pſal. 53. Voluntariè ſacrificabo tibi.*

Lucas Burg. S. Thom. in Ioan. Pſ. 53. v 8.

19. Cajetanus illud quod Chriſtus malignis rebellibus ſuis dixerat nimirum: *Quo ego vado, vos non poteſtis venire*, in memoriam revocans dicit; *Invitat modo non omnes, ſed ſitientes; ſed appetentes ſpiritualia bona, & propterea dicit: Si quis ſit; Explicat autem appetitum boni ſpiritualis nomine ſitis, quia ſub ſimilitudine aquæ ſpirituale bonum promiſſurus erat.*

Cajet.

20. *Si quis ſitit, id eſt*, ut gloſſat Lucas Burgenſis: *Si quis appetit, deſiderat, quia eſurientes implevit bonis*; Et alibi: *Sitientes venite ad aquas.*

Lucas Burg. Luc. 1. v. 53. Iſai 55.

Veniat.

21. Non eſt opus, ut quis per longum & faſtidioſum iter ſe fatiget, ad hoc, ut ad hunc fontem vivum approximare poſſit, fontem inquam illum, qui civitatem Dei inundat. Dionyſius Carthuſianus namque ait: *Non corporis greſſu duntaxat, ſed & mentis humili præparatione, faciendo quod in ſe eſt, fide quoque non hæſitante, & oratione conſtanti; Unde ſcriptum eſt in Jacobo: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei.* Interlinearis dicit: *Veniat affectu amoris, & paſſibus fidei, recedendo ab amore mundi, & hoc eſt, venire ad eum.* S. Philippus Nerius dicere ſolitus erat, quod quantum amoris homo aliquis in creaturis ponit, tantundem Deo creatori eripiatur. Hugo Cardinalis dicit: *Venite ad me recedendo ab amore mundi, & ſe ad gratiam præparando.* S. Auguſtinus ſuper hoc verbum mirabiliter diſcurrit; dicit enim: *Si ſitimus, veniamus, & non pedibus, ſed affectibus, non migrando, ſed amando veniamus, quanquam & ſecundùm interiorem hominem,*

Dion. Cart. Iacob. 1. v. 5. Interl. S. Phil. Nerius. Hugo Card. S. Aug. tr. 32. in Ioan.

nem, & qui amat, migrat; & aliud corde; Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum, migrat corde, qui motu cordis mutat affectum.

22. Apud Principes & Magnates ardua & difficilis res eſt, gratiarum impetratio, utpote quæ ſanguine, id eſt, rubore & verecundia comparantur, pro illis obtinendis ſupplicationes concipiuntur & memorialia, mediatores requiruntur & interceſſores, & quantum non liberatur? Non verò ita fit apud illum ſupremæ majeſtatis Regem; imò ipſe ſemetipſum ad illas impertiendas ultro citroque offert, ipſe nos invitat, precatur & rogat, ut quotquot ardentiſſimè ſitiunt, vas afferant ampliſſimum, ad gratiarum ſuarum aquas in maxima abundantia & copia recipiendas: *Omnes ſitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite; venite emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum & lac*; Ubi Salmeron ait: *Per vinum & lac, & aquam Spiritum ſanctum intelligimus.* Idem quoque Author appoſitè notat, ſitim noſtram, qua quælibet anima ſalutem ſuam ardenter deſiderat, Deo noſtro optimè eſſe perſpectam: *Sciebat JEſus hominum inſpirationem, ut ad ſe venirent, & illos aut pudore retardari aut dæmonis ſuaſu impediri, aut carnis affectibus retineri, proinde ſedandæ tantæ ſitis oſtendit viam, urgendo eos ad hauriendam aquam in gaudio de fontibus Salvatoris.*

Iſai. 55. v. 1.

Salm. tr. 37.

S. Bonav.

23. S. Bonaventura exiſtimat, quòd per ly *veniat* libertas inſinuetur, quam Deus ad aquam hanc hauriendam nobis reliquit: *Quæ ſi dicat; Nullum de neceſſitate aut vi attraho, ſed ſi quis habet deſiderium huc veniat, voluntarium ire ſignificat, nemo excipitur, ſed cuilibet ſitienti, ſpirituale bonum, monſtratur fons, monſtratur iter ad fontem.*

Cajet.

Ad me.

24. Lucas Burgenſis, ſuper illa verba: *Credat in me, ita ſcribit: Loquitur tanquam verus & unicus mediator Dei & hominum, ſine quo hominibus nulla ſit ſalus.* S. Auguſtinus in ſuis meditationibus ad Deum converſus dicit: *Tu dixiſti ore tuo ſancto & benedicto: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat; fons vitæ da ſitienti animæ ſemper bibere de te.* Maldonatus advertit, Salvatorem noſtrum omnibus notum eſſe velle, ſed ad inſtar publici cujuſdam, omnibusque patuli fontis eſſe, qui omnibus obvius & expoſitus eſt, ut unumquemque ad ſe confugientem, ſalutari aqua gratiæ ſuæ potet, ac proinde aquæ, quæ elementum quoddam eſt communiſſimum, ſimilitudine uſum eſſe: *Et at conſentaneum, ut ſe rei maximè publicæ, unde omnium ſalus & vita pendeat, compararet, nihil magis ejuſmodi eſt, quàm fons publicus, aut flumen, unde omnes, qui volunt, bibunt, nemine prohibente.* Zacharias Propheta vaticinium hoc edidit: *In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus in Ieruſalem in ablutionem peccatoris*; Hic fons omnibus communis exiſtit, tam pauperibus quàm divitibus; tam ſubditis, quàm Principibus; tam ignorantibus & idiotis quàm ſapientibus. *Veniat ad me*; ſiquidem etiam mundus ſuos adbibendum invitat; ſed unde? *Foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas; Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ*, lamentatur, & jure quidem meritiſſimo Deus per Jeremiam, dum tamen prius cœlos ad obſtupeſcendum invitâſſet: *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer.* Comparetur obſecro aqua illa ex illa ex diſſipatis hiſce ciſternis hauſta, cum aqua præſenti, de qua dicitur: *Fons aquæ vivæ; Si quis ſitit, veniat ad me*; De illis putridis & graveolentibus aquis, ipſimet mundani fatentur, quòd *quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ*; De hiſce verò, quæ in præſenti Evangelio nobis offeruntur, S. Auguſtinus dicit: *Fons vitæ, reple mentem meam torrente voluptatis tuæ, & inebria cor meum ſobria ebrietate amoris tui, ut obliviſcar quæ vana ſunt & terrena.*

Zach. 13. v. 1.

Ierem. 2. v. 13.

Ierem. 2. v. 12.

S. Aug. Medit. c. 27.

Lucas Burg.

S. Aug. c. 11. Medit. c. 37.

Maldon. ib. in Ioan.

Et bibat.

25. Cajetani ponderatio eſt, quòd Salvatori noſtro ſe nos ſitientes invitâſſe, minimè ſufficiat; verùm inſuper ſubdat: Et bibat: *Non ſufficit venire ad fontem, ſed oportet bibere, ſi levanda eſt ſitis; Non ſufficit venire ad JEſum fide, ſed oportet incorporare ſibi JEſum hauſtu ſalutis.*

Cajet.

26. S. Antonius de Padua conjuncturam ſeu circumſtantiâ temporis obſervat, quo Salvator noſter hunc ſalutaris aquæ fontem populo Judaico obtulit, nimirum quando

S. Ant. Pad. ſer. in hac Fer.

is in procinctu erat, ut eum caperet ad mortem? adducitque illum Apostoli textum, in quo nos modum edocet, quo odium persecutorum & inimicorum nostrorum vincere valeamus; nimirum: *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum*; declarâtque id in duobus præcipuè faciendum esse: *in humili vel in molli responsione; benedicite persequentibus vos, & nolite maledicere; Humilinamque responsione statim mens elata prosternitur; si ut enim dicit sapiens: Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem*; Et Ecclesiast. 6. *Verbum dulce multiplicat amicos.* Hanc autem in respondendo mansuetudinem superius in Christo admirati sumus, quando dixit: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Alius inimicum placandi modus, quem Apostolus nobis tradidit, est sequens: *Si inimicus tuus esurierit, ciba illum; si sitit potum, da illi; Istum modum in suis actibus Salvator voluit nobis ostendere*, quando ultro citroque nobis obtulit aquam vivam dicens: *Siquis sitit &c.*

Rom. 12. v. 2. Rom. 12. v. 21. Prov. 15. v. 1. Eccl. 6. v. 5. Rom. 12. v. 20. Joan. 19. v. 28.

27 Verum enim verò opponet fortasse aliquis, quomodo Salvtaor noster hanc promissionem fecerit, cum tamen omnibus constet, ipsummet tanta fuisse siti cruciatum, ut ne guttam aquæ habere valens, in cruce exclamaverit dicens: *Sitio.* Adhoc igitur responderi potest, quod tametsi hanc tam ardentem sitim ex tormentis perpessis sustinuerit, non tamen ob hoc perennis ille fons aquæ vivæ in ipso exsiccatus fuerit, cùm ipsemet dixerit: *Intraverunt aquæ usque ad animam meam*: Imò Longinus latus Salvatoris aperiens aquam inde emanare fecit: *Exivit sanguis & aqua.* Optime igitur Sanctus Laurentius Justinianus huic quæsito: *An vitæ fons sitire valet?* Respondet: *Potest, quoniam vult; sitit utique, & inebriatur amaritudine; Adhuc duriora sustinere desiderabat.* An verò ut S. Augustinus in persona Christi ait: *Sitis mea, salus vestra est: sitis mea redemptio vestra; sitio fidem vestram.* Opportunam huic proposito nostro rationem adfert S. Ambrosius cur pessionis suæ calicem biberit, qui nos ut ex ipso tanquam ex fonte vivo bibamus, invitat; Dicit enim: *Bibit Jesus Calicem, hoc est passionem illam duorum criminum redemptricem ut tu sitim istius mundi sacri potus cruore restinguas.*

Psal. 68 v. 2. Joan. 19 v. 34. S. Laur. Justin. de triumph Christi agone. c. 19. S. Aug. serm. 1. in ramis Psalm. S. Amb. l. 1 de Spiritu san. cult. Salvator. tr. 34.

28 Salmeron veritatem quandam valde practicam hac eâdem occasione adducit, nimirum quòd nullus sit hominum, quin suâ non patiatur sitim; Dicit enim: *Nemo est qui non sitiat, hoc est: ardenter desideret; hoc est enim per metaphoram sitire*; unde consequenter res illas declarat, quas nos homines ardenter desiderare solemus, scilicet: *Liberationem à malo culpæ aut pœnæ; vel sapientiam, vel divitias, vel delitias, vel libertatem Vel conscientiæ serenitatem, vel vitæ perpetuitatem, vel æternam felicitatem: Qui ergo hanc sitim cupit extinguere, non habet alium fontem quam Christum* si enim quis divitias appetat: *In Christo sunt omnes thesauri* Si quis desideret consolationem; Ipse *Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra*; si quis voluptatibus adhærescat, inveniet ipsum esse, de quo Psalmista ait: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos*; Si quis sanitatem & vitam anxius requirat, in ipso hanc perfectissimam deprehenderet: *Quoniam apud te est fons vitæ*; Si quis gloriæ fortasse avidus insectator existat: Ipsum consectetur, nam *qui gloriatur, in Domino glorietur*; Si quis fortasse lauta & sumptuosa convivia sitiat & desideret; ipsum esse comperiet, à quo ampla illa facta est fidelibus promissio: *Dispono vobis regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo*; adeò ut Rex ille tot undiq; prosperitatibus affluens ultrò fateatur & dicat: *Satiabor cum aparuerit gloria tua.* Quemadmodum igitur viator ex continuo solis ardore, & ex diuturni iteneris lassitudine sitibundus, tametsi rivulum aliquem turbidum, & ex radiis solaribus tepefactum offendat, inde non bibit sed sitis suæ mitigationem ad fontem, unde is derivatur se inventurum exspectans, eo se recipit, indeque ad satietatem bibit, eo quòd ibidem frigidam pariter & limpidam aquam se reperturum esse cognoscat, eodem modo anima, quæ bonorum est appetens, bona, quæ in hisce terris inveniuntur, innumeris malis permixta esse considerans, eò quòd ut Poeta ille cecinit.

Colost. 2 v. 3. 2. Cor. 1. v. 3. Psal. 35. v. 9. Psal. 35. v. 10. 1. Cor. 1. v. 31. Luc. 22. v. 29. Psal. 16. v. 15.

Bona hæc mortalia;
Quam malum, non sunt alia.

Si ali-

Si alíquo eſt judicio & rationis diſcurſu prædicta, ad fontem utique orginarium ardentem ſitim ſuam reſtinguendam reſervans ſe recipiet, de quo S. Jacobus Apoſtolus ſcribit: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre*; ad quem proinde hæc eſſe ſolet Sanctorum oratio: *Deus meus & omnia*, ad quem proinde Salvator noſter nos invitat dicens: *Veniat ad me & bibat.*

Jac. 1. 17

S. Tho. in Joan.

29 Sanctus Thomas inquit: *Potus iſte eſt ſpiritualis refectio in cognitione divinæ ſapientiæ & veritatis, etiam in impletione deſideriorum.*

Hugo. Card. Janſen

30 Hugo Cardinalis dicit: *Bibat per dilectionem, vel per Spiritus ſancti receptionem.*

31. Janſenius quoque ait *Venit ad Chriſtum, qui cupidus eſt audiendi doctrinam ejus: bibit autem ex fonte Chriſti, qui credit ejus ſermonibus, aut venit, qui credit, bibit qui per charitatem ſibi Chriſtum incorporat.*

Salmer. t. 37.

32. Salmeron haſce aquas, zelotypiæ aquis aſſimilari dicens: *Aquas ſpiritus ſancti, quæ ſunt ut aquæ zelotypiæ, quo peccatum adulterii, quo reatiſſimus à Deo ſponſo, putreſcat; & ut aqua piſcinæ, quibus omnis infirmitas, & paralyſis membrorum mortuorum per vitam gratiæ ſanatur, ita ut poſſimus tollere grabatum carnis noſtræ, & obtinere, ut peccatum in noſtro mortali corpore non dominetur. Sunt ut aquæ natatoria Siloæ, ut plene illuminemur; ſunt aquæ Jordanis, in quibus baptizamur, & in filios Dei regeneramur; denique ſunt aquæ Samaritanæ, quæ bibit de Chriſti fonte ſalutari, cujus aqua ſaturata, ſervavit civitatem; eſt aqua perinnocentiam & vitæ puritatem, quam confert, & per quam reſtringatur ardor concupiſcentiæ*; quibus addere poſſumus, aquas quoque illas ſimiles eſſe undis illis quæ lepram Naamani diluerunt, utpote quæ à peccati nos lepra perfectè emundant.

Verſus 38.

Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre ejus fluent aqua viva.

Qui Credit in me, ſicut dicit ſcriptura.

1. Theophylactus opinatur poſt verba illa *Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura*, punctum ſenſum terminans fieri debere; dicit enim: *Hoc loco punctum oportet facere; deinde aliud faciendum eſt principium: Flumina fluent, &c. Quia enim multi propter ſigna credebant, oſtendit non tam propter ſigna credendum eſſe, quàm propter ſcripturam; fides enim recta ex ſcripturis eſt. Multi putant ſe credere, ſed non ut dicit ſcriptura, atque ita ſuas ſecuti ſunt ſectas, ut omnes hæretici.*

Theoph.

2. Idem quoque ſcil. quòd poſt ly. *Scripturas* punctum fieri debeat S. Thomas his verbis docet, dum ait: *Sicut dicit ſcriptura id eſt ſecundum ſcripturæ documenta; ſcrutamini ſcripturas quia ipſæ teſtimonium perhibent de me.* Unde Syriaca legit: *Sicut dixerunt ſcripturæ* Lucas Burgenſis Chriſtum his verbis *Sicut dicit ſcriptura*, plura ſcripturæ loca inſinuare voluiſſe dicit, in quibus cœleſtium gratiarum plenitudo, maximè ſub aquæ metaphora prædicta fuit, ut videre eſt, Iſa. 41. v. 18 & cap. 44. v. 3 & cap. 55 v. 1. Ez. 26. v. 5 c 39. v. 29. Joel 2. v. 28. Cajetanus dicit, quod ſi ita eſt, quòd ſcil. Chriſtus aliqua ſcripturæ teſtimonia huc ferentia allegare intenderit, tametſi illa hodie in ſcriptura non inveniantur, id non ideò eveniat, quaſi nunquam tale quid in ſcriptura dictũ fuerit, ſeu quia ſumma cum jactura noſtra multi libri ſacri deperditi fuerint; *Quoniam multos libros Prophetarum non habemus, qui ſuo tempore, quo Jeſus erat in terra, habebantur, ut apparet ex libro Paralipomenon, ubi fit mentio Nathan, Gad, Ahiæ Aidæ, Semeiæ & Oziæ.*

S. Tho. in Joan. Luc. Burg. Iſa. 41. 18 Iſa. 44. 3. Iſa. 55. 1. Ez. 26. 5. Ez. 39. 29. Joel 2. 28 Cajet.

3. Diverſam prorſus à prædictis expoſitionem Salmeron adfert, dum ait: *Ut ſit ſenſus: Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura eſſe credendum in me, nempe ſi te viva per charitatẽ operante, & fide conſtanti, quâ me credens amplectatur, ut verum Meſſiam & Dei filium, mundique Salvatorem, hoc enim tota ſcriptura vetus perſonat; hic ſenſus verus eſt, & ſcrupulum non habet.* Alia quoq; expoſitio eſt ab eodem allata, quod ſcil. verba illa referantur ad verba ſequentia: *Flumina &c atque ita Beatus Hieronymus ſcripturæ verbum eſſe aſſerit illud: Flumina de ventre ejus Fluent aquæ vivæ, quod ipſe quidem in*

Salmer. tr. 37.

editione 70. dicit non haberi, ſed bene in Hebraica litera, etſi nullum certum ſignet locum; unde illum fortaſſe unum ex locis de-

Pſ. 147. 18. perditis eſſe poſſe exiſtimat: *Alii verò putant non deeſſe locum; ait enim Pſaltes: Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea; flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.* S. Thomas Ly-

S. Thom. in Ioan. ranum & Rupertum Abbatem citat, qui hæc verba ad cap. 5. Proverb. referenda eſſe dicunt, ubi dicitur: *Deriventur fontes tui foras, & plateis aquas tuas divide, alii ad-*

Prov. 5. 16. *ducunt ex Iſaiæ c. 58. Et eris quaſi hortus &c.*

Iſai. 58. 11.

Flumina.

Chryſ. hom. 50. in Ioan. 4. Chryſoſtomus per hæc flumina aquæ vivæ, ſcientiam & notitiam Chriſti intelligendam eſſe exiſtimat: *Hoc in loco poſt hæc verba, qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, diſtinguendum eſt, ut hæc particula flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, Chriſti ſcientia ſit;* illi namque qui lumen & notitiam Chriſti acceperunt, ſeque Chriſti ſubmiſerunt diſciplinæ, tanta virtutum cœleſtiumque gratiarum copia fuêre cumulati, ut de illis 120. qui in cœnaculo Sion ſimul erant, S. Lucas dicat: *Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.* Unde S. Bonaventura

Act. 2. 4. S. Bona. ait: *Flumina vocat copioſitatem & ubertatem hoc eſt, multam gratiam.*

Rup. ib. 5. Rupertus Abbas Tuitienſis ita exponit: *Ac ſi dicat: quid malè ſolliciti eſtis dicentes: Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes? An putatis, quod ſi me occideretis, illud præcaventes, jam non fit, qui gentibus ſalutem, quam illis invidetis, annunciet? Non eſt ita; nam qui credit in me per ipſam mortem, quâ vos me occidetis, accipiet ſpiritum ſapientiæ ac ſcientiæ, & implens mundum abundantia doctrinæ Evangelicæ, non ſinet (uti vos vultis) nomen meum perire, vel diſperſioni gentium Dei notitiam deeſſe.*

Idem Rupert. Pſ. 45. 5. 6. Idem quoque Rupertus illum Pſalmiſtæ textum adducit: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*; ibidemque per flumen interpretatur Spiritum ſanctum: *Ipſa ſubſtantia vel perſona Spiritûs ſancti intelligitur.* Albertus Magnus ad illum terre-

Alb. M. ſtris paradiſi fontem, qui in quatuor dividebatur flumina univerſam terram fœcundantia alludens ita ſcribit: *Hic eſt fons gratiæ, qui totam ſuperficiem terræ irrigat, & dividitur in quatuor capita, in moralibus enim ordinat paſſiones & opera; in heroicis ordinat naturam ad metas mentis, in intellectualibus ordinat rationem ad normam perfecti viri utis; in divinis ordinat contemplationem ad altitudinem & puritatem divinæ delectationis & theoriam veritatis, & ſunt flumina paradiſi.*

S. Greg. l. 15. mor. c. 15. Luc. Burg. Iſai. 11. 2 Gal. 5. 22. Alb. M. 7. S. Gregorius per huiuſce fluminis rivulos varia intelligit dona Spiritûs ſancti: *Rivuli ergo fluminis ſunt dona Spiritus ſancti:* Lucas Burgenſis dicit: *Varia ac multiplicia Spiritûs ſancti dona notantur, eaque excellentia in ſe genere ſingula, qualia numerantur Iſaiæ 11. v. 2. ad Galat. 5 v. 22. 2. Cor. 12. Vel dicamus,* inquit Albertus Magnus *quòd flumina ſunt ſacramentales gratiæ in remiſſionem peccatorum; gratia virtutum in facultatem bonarum operationum, donorum Spiritûs ſancti in adjutorium divinorum factorum fructuum in præguſtatione æternorum, & hæc ſunt quatuor flumina, quæ influunt Eccleſiam.*

De ventre ejus.

Bedæ. 8. Venerab. Beda ait: *Venter interioris hominis, conſcientia cordis eſt ejus; bibito ergo iſto liquore, reviviſcit purgata conſcientia;* Spiritui ſancto enim attribuitur ab Eccleſia remiſſio peccatorum: *Quia ipſe eſt remiſſio peccatorum,* & ideo quando Chriſtus hanc abſolvendi poteſtatem Apoſtolis ſuis contulit, infudit in eos Spiritum ſanctum:

Ioan. 20 v. 22. *Inſufflavit in eos dicens: Accipite Spiritum ſanctum.*

S. Greg. in Gloſſ. ib. 9. Gregorius ait: *Ventris autem viſcera quid ſunt aliud, niſi mentis internæ, id eſt, recta intentio, ſanctum deſiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas?*

Fluent.

S. Leo ſer. de Pent. 10. In vigilia Pentecoſtes, in Introitu Miſſæ cantantur hæc verba: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* S. Leo quoque de eodem feſto tractans, ita ſcribit: *Ab hoc die imbres chariſmatum, flumina benedictionum, omne deſertum & univerſam aridam rigaverunt.*

11. Porrò aquæ ſpecialis eſt proprietas, tam illius, quæ ex flumine, quàm quæ ex fonte hauritur; ſive etiam ejus quæ pluviatim de cœlo labitur, vel cujuſcunque alterius generis, quod indifferenter ſuper terram dimanet, omnemque plantam ſine ullo

allo diſcrimine fœcundet : eodem quoque modo in quamcunque animam myſtica hæc Spiritûs ſancti aqua effunditur, eandem protinùs ſanctorum fertilem efficit, idque ſine ulla perſonarum acceptione, ſive diſcrimine. Unde Rupertus Abbas dicit: *Humana anima dicitur, videlicet proſimilitudine, quia ſicut aqua terram irrigat, & infuſione competenti germinare eam facit: ſic ſancti Spiritus gratia ſubſtantiam humanæ animæ per ſemetipſam inopem, & ſterilem, donorum ſuorum fluentis neceſſariis irrigat, & beneficio ſuæ viſitationis infuſam fide & bonis operibus fœcundat.*

Rup. Ab. l. 7. in Ioan.

12. Chryſoſtomus per hanc affluentiam admirabilem facundiam & eloquentiam, quæ ſpeciatim Evangelii miniſtris à Spiritu ſancto communicatur : *Salientis proinundantis poſitum eſt, quod facile quivis deprehendere poterit, ſi Stephani ſapientiam, Petri linguam, Pauli vim conſideraverit.*

S. Chryſoſt. ho. 50.

13. Venerab. Beda, & cum ipſo plures alii ſcribunt, quòd cœleſtis Magiſter noſter per verbum *Fluent*, inſinuare voluerit, quòd dona & gratiæ, quas in nobis ab hoc cœleſti fonte recipimus, in nobis nequaquam ſiſtere, ſed in alios opera noſtra interveniente redundare debeant : *Quid eſt fons? vel quid eſt fluvius, qui manat de ventre hominis? Benevolentia, qua vult conſulere proximo; ſi enim putet, quia quod ſibi bibit, ſufficit, arescit, & non fluit aqua viva de ventre ejus: ſi autem proximo feſtinat conſulere, ideò non ſiccatur quia manat.*

Beda.

14. S. Thomas eodem ferè modo ſcribit: *Qui ergo bibit, ita quòd ſibi ſoli proficit, dona gratiarum, quæ per flumina ſignantur, non fluent aquæ vivæ de ventre ejus, ſed qui proximo feſtinat occurrere*, adducit locum illum S. Petri, 1. Pet. 4. *Unusquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes.*

S. Thom. in Ioan.

1. Petr. 4 v. 10.

15. Hugo Cardinalis illud Sapientis monitum adducit dicentis: *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui, deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.* Lucas Burgenſis ad ly *Flumina* ſeſe reflectens, ita ſcribit: *Infundam in animam ejus dona, chariſmataque Spiritûs ſancti tanta copia, ut non ſolùm intus eum in mente reficiant, verùm etiam foris exundent in omne genus ſanctæ perfectionis, nec tantùm ipſum ferant in vitam æternam, verùm etiam aliis pluribus cum illo in vitam æternam trahendis ſufficiant, quemadmodum flumina vehementi impetu delata, occurrentia omnia ſecum rapiunt, ac trahunt.*

Hugo Card.

Lucas Burg.

16. Salmeron hanc inde moralitatem deducit : *Fluent, ſive current, non ait ſtabunt, quia non progredi in via Dei, regredi eſt.* Aqua firmiter ſubſiſtens, quæ non fluit, ſed ſtagnat, non ſolùm corrumpitur, ſed venenoſa etiam exinde animalia generantur : eodem modo qui donis, gratiis, & virtutibus à Spiritu ſancto receptis non cooperantur, maximo ſunt expoſiti periculo, ne per ſuam deſidiam & tepiditatem, omnigenis inordinatis affectibus vitiis in ſemetipſis locum indulgeant.

Salm. tr. 37.

Aquæ vivæ.

17. Chryſoſtomus ait : *Spiritus enim gratia cùm menti illapſa eſt, eámque irrigarit, omni fonte uberius ſcaturit, nunquam deficit, nunquam vacuatur.* Salmeron conſiderat, quòd Chriſtus gratiam aquam vivam appellârit : *Quia conjungitur cum fonte ipſo Chriſto & Spiritu ſancto, quia ſemper ad bona opera impellit.* Lucas Burgenſis dicit : *Viva aqua dicuntur dona à primo fonte, & authore Spiritu ſancto, qui cum ſuapte natura ſit vita, etiam dona ſua vivifica reddit ejuſmodi, quæ poſſeſſorem efficiant juſtum, & Deo gratum in hac vita, & perducat ad vitam æternam.* Eandem quoque expoſitionem Hugo Cardinalis his verbis adhibet dicens: *Aquæ vivæ, id eſt, vivere facientis hic per gratiam, in futuro per gloriam.*

Chryſ. hom. 50. in Ioan. Salm.

Lucas Burg.

Hugo Card.

Verſus 39.

Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

1. Flumen illud Spiritûs ſancti adeò copiosè in Judaiſmum in cænaculo Syoniticò congregatum inundavit, & ſuperefluxit, ut non ſolùm Apoſtolos, omnesque alios ibi congregatos fideles ſuis adimpleverit, verùm etiam impetu ſuo multa credentium millia poſt ſe traxerit : *Appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia.* *Act. 1. 41*

FERIA TERTIA PASSIONIS.

EVANGELIUM

Ex Joan. Cap. 7.

1. AMbulabat JESUS in Galilæam; non enim volebat in Judæam ambulare quia quærebant eum Judæi interficere. 2. Erat enim in proximo dies festus Judæorum, Sch nopegia. 3. Dixerunt autem ad eum fratres ejus: transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera, quæ facis. 4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse si hæc facis, manifestate ipsum mundo. 5. Neque enim fratres ejus credebant in eum. 6. Dicit ergo eis JESUS. Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum. 7. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt. 8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. 9. Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa. 10. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifestè, sed quasi in occulto. 11. Judæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: ubi est ille? 12. Et murmur multum erat in turba de illo, quidam enim dicebant, quia bonus est: alii autem dicebant; non, sed seducit turbas. 13. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Judæorum.

Versus 1.

Ambulabat IESUS in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.

Ambulabat IESUS in Galilæam.

1. EVangelista in principio capitis hanc dictionem præmittit: *Post hæc ambulabat*; quam dictionem Toletus considerans scribit: *Post hæc quæ Dominus operatus est miracula, & post altissimum sermonem de ejus carne & sanguine in cibum & potum vitæ æternæ dandis.* Filius enim Dei tunc maximas ab hominum malignitate recepit injurias, quando se erga nos summè exhibuit beneficum: *in qua nocte tradebatur, accepit panem &c.* Thesaurus omnium, quos nobis in Ecclesia reliquit, prætiosissimus, tunc præcipuè ab eo nobis est collatus, quando homo ad mortem illi machinandum armatus erat.

Toletus

1. Cor. 11 v. 23.

2. Salmeron ponderat verbum illud *Ambulabat*: verbum ambulabat Græcè versabatur sive conversabatur, ut intelligas eum otio deditum non fuisse, sed salutem hominum semper quod ad se attinet promovisse. Albertus Magnus ait: *Ambulabat Jesus author salutis, ubique omnibus salutem ingerens, in Galilæam, quia facilius credebant, quia inde olures discipulos vocaverat.* S. Antonius de Padua Galilæos homines valde simplices fuisse existimat: *Galilæi erant homines simplices, & ideo opera Christi non sic calumniabantur & ideo Christus eos multipliciter honoravit, scil. beneficio suæ conceptionis & suæ nativitatis, & singularitate vocationis.* Primi enim qui ad Apostolatum sunt vocati, Galilæi fuêre, unde omnes Apostoli hoc titulo ab Angelo fuêre appellati: *Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum.* Prima miracula item in Cana Galileæ patravit; ac demum hanc Provinciam pariter eligere voluit, ut in ea post resurrectionem suam visibiliter apparens discipulis suis se manifestaret.

Salm 17. 32.

Alb. M.

S. Anton Pad. ser. in hac fer.

Act. 1. 11.

3. S. Tho-

S.Thom. in Ioan. 3. S. Thomas dicit: *Ideo autem Dominus in Galilæa frequentius moratur, ut oſtendat nobis tranſmigrandum eſſe de vitiis ad virtutes,* ſiquidem *Galilæa* idem ſignificat, quod *Tranſmigratio.* Hugo Cardinalis dicit: *Galilæa, quæ interpretatur rota, vel tranſmigratio, ſignificat ærumnas & miſerias, in quibus rotantur & affliguntur in hac vita ſancti, qui in ea ſunt exules & peregrini.*

Hugo Card.

Theoph. 4. Theophylactus conſiderat, quod ex quo tempus paſſionis & mortis ſuæ nondum advenerat, in manus inimicorum ſuorum nondum voluerit tradi: *Vanum & ſupervacaneum erat in medio inimicorum ſuorum verſari, & majoris ſemper rabiei illis authorem fieri.* Quæ charitas neque docet, ut proximis noſtris omnes è medio tollamus peccati & offenſæ Dei occaſiones, quando id æquè bene fieri poteſt.

Non enim volebat in Judæam ambulare.

Interl. 5. Interlinearis dicit: *Non tamen timens, quia habet poteſtatem, ſed infirmis dat exemplum, ne eis latibulum objiciatur.* Beda addit: objiciatur crimine, præceſſit in capite, quod in membris confirmaretur. Ipſe quidem inter Judæos, ut Lyranus inquit, illæſus demorari poterat, & tamen ante mortem ſuam ſe ab illis abſentare voluit: *Oſtendendo in ſe veritatem humanæ naturæ, & quod licitum erat fidelibus ſuis aliquando perſecutionem fugere.* Hìc idem ſenſus ex ſequentibus D. Chryſoſtomi verbis elicitur, dicentis: *Quæ ſecundùm humanam imbecillitatem à Chriſto facta ſunt, non tantùm incarnationem confirmant, ſed etiam ad virtutem inſtituunt; nam ſi omnia tanquam DEUS feciſſet, quid ſcire potuiſſemus in humanis rebus incidentes quid facere nos oporteret?* Porrò divinitatem ſuam demonſtravit, dum ſe in medio inimicorum ſuorum illæſum, illoſque acriter objurgando cum in expugnabili ſecuritate & libertate intrepidum exhibuit, hominem, ſe nobis ſimilem oſtendit, inquit Lucas Burgenſis, quando ſe antecedenter latibula quærere, & timore perculſum eſſe demonſtravit: *Quod in medio inſidiantium non eſt comprehenſus, invincibilem ſe, atque inexpugnabilem ſignificavit, & quod delituit, incarnationem certo confirmavit.* S. Thomas in hoc loco quæſito cuidam reſpondet, quod moveri poterat, videlicet, cur omnipotentia, quæ à ſuis ſe perſecutoribus defendere poterat, nihilominus idipſum facere non voluerit, ſed potius ad tempus ab illis receſſerit: Dicit igitur Angelicus Doctor: *Deus erat & homo; & ideo virtute divinitatis poterat & non ladi à perſecutoribus, ſed hæc noluit continuò facere, quia ſic declarata fuiſſet ejus divinitas, quod tamen humanitas veniſſet in dubium.* Abſcondit ſe igitur, ſeque ex timore ne inimicos ſuos ad rabiem provocet, inque fauces illorum ſeſe ingerat, ab eorum ſe conſpectibus ſubducit, ut verum ſe hominem eſſe demonſtret, ex alia verò parte ut ſe verum eſſe Deum oſtendat, per medios enſes hoſtiles ſecurus & illæſus pertranſit, inviſibilem ſe reddendo.

Lyran. *Beda.* *Chryſ. hom 48. in Ioan.* *Lucas Burg.* *S.Thom. in Ioan.*

Rup. Ab. lib. 6. in Ioan. Pſ. 103. 19. Salm. t. 8. tr. 32.

6. *Non mori metuens*, inquit Rupertus Abbas, *ſed ſicut ait Pſalmiſta, ſol cognovit occaſum ſuum.* Et ideo nemo ſibi perſuadeat Dominum noſtrum Judæam mortis metu perculſum declinâſſe, qui tanta cum aviditate ad mortem anhelabat, inquit Salmeron, quique vitæ & mortis Dominus erat, præterquam quòd violentiam ipſorum pluribus utique modis evadere poterat; videlicet *Primò ſignis oſtenſis: Secundò factus invſibilis: Tertiò timore turbæ injecto in hoſtes ſuos: Quartò ſermone corda mutando, ut miniſtrorum volentium eum comprehendere: Quintò divinitate majeſtatis oſtenſa, ut fecit ejiciendo ementes & vendentes de templo: Sextò fugiendo ut homo.*

S.Aug. tr. 8. in Ioan.

7. S. Auguſtinus præ cæteris hujus è Judæa per aliquod tempus facti ſeceſſus myſteria fuſius detegit; dicit enim: *Quando latuit ut homo, non potentiam perdidiſſe putandus eſt, ſed exemplum infirmitati præbuiſſe*; ſuis namque diſcipulis aliisque ſequacibus exemplum dare voluit, ex quo ſe in caſu quo fidem proteſtandi neceſſitas non urget, abſque ulla ignaviæ aut puſillanimitatis nota fugere & occultare poſſe diſcerent: *Infirmitati noſtræ præbebat exemplum, non ipſe perdiderat poteſtatem, ſed noſtram conſolabatur fragilitatem.*

Salm. ibid.

8. Salmeron Salvatorem Judæam ex humilitatis inſtinctu declinâſſe autumat, ut eandem ſuo exemplo animis quoque noſtris inſinuaret: *Ut humilitatis præbeat exemplum,*

ut fortior, ditiòr, & nobilior diſcat cedere infirmiori, & ſervet illud Apoſtoli : Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ.

9. Idem quoque Author aliud quoddam morale motivum conſiderat, dicens, id Chriſtum feciſſe, *Ut doceat fugere incredulitatem, & malam ſocietatem, & maximè eam, quæ quærit occidere* JE*ſum in nobis, id eſt, ſalutem extinguere.*

Rom. 12. 19.

Quia quærebant eum Judæi interficere.

10. Sanctus Cyrillus ait : *Sed magnæ utique perverſitatis accuſarari Iſraëlitas inde arbitror, quòd ſatius ille exiſtimet, apud alienigenas reperiri, quàm cum Judæis verſari, quòd Propheta quidem Jeremias prædixit his verbis: Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam, dedi animam meam dilectam in manus inimicorum ejus; Chriſtum enim perſecutorum impietate extorrem fieri, & ad Galilæos migrare, quid eſt aliud obſecro, quàm tradere animam ſuam in manus inimicorum ejus?* Salmeron ait : *Mirè erant ingrati, volentes illi mortem infligere, qui venerat illis dare vitam.*

S. Cyril. Alex. l. 4. in Ioan. c. 5 Ierem. 12. v. 7.

Salm.

11. Obſervat hoc loco Salmeron Judæos ad machinandam Chriſto mortem illa præcipuè temporis circumſtantia ſeu conjectura uſos fuiſſe, quo ipſum à multis derelictum eſſe intellexerant : *Fortè audierant diſcipulos ſcandalizatos & eum deſeruiſſe, ac proinde ſumpſerunt occaſionem necem deſignandi*; in præcedenti namque capite, poſtquam de ineffabili Euchariſtiæ ſacramento, in quo ipſum illis in cibum dare decreverat, diſſeruiſſet, multi ex verbis ejus ſcandalizati receſſerunt ab eo.

Hugo Card.

12. Hugo Cardinalis in ſenſu morali ita ſcribit : *Judæa interpretatur glorificatio, & ſignificat adulationem, ſive curiam principum, ubi ſunt adulationes. Bonum eſt ergo homini quærenti ſalutem, ut magis quærat totam tribulationis* (id eſt Galilæam) *dejectionis, quàm Judæam adulationis.*

Verſus 2.

7Erat enim in proximo dies feſtus Judæorum ſcenopegia.

1. *Celebrant diem feſtum, magnam ſolemnitatem,* inquit Rupertus Abbas, *veluti reminiſcentes beneficia Domini, qui Dominum erant occiſuri.* Tabernaculorum namque feſtum erat, quod ſolidis ſeptem diebus durabat.

Rub. Ab. lib. 6. in Ioan.

Verſus 3.

Dixerunt autem ad eum fratres ejus : Tranſi hinc, & vade in Judæam, ut & diſcipuli videant opera, quæ facis.

Dixerunt autem ad eum fratres ejus.

1. S. Thomas dicit, quòd per fratres cognati ipſius intelligantur, qui eum ex parte Virginis ſanguine proximo contingebant. *Hæc enim eſt conſuetudo ſcripturæ, conſanguineos appellare fratres*; at verò quia nonnulli ſanctiſſimæ Matris ejus cognati Apoſtoli erant, videlicet, Jacobus, Joannes, S. Judas Thadæus & S. Jacobus Minor, ideo nequaquam hoſce de numero fratrum illorum fuiſſe credendum eſt, quia ut Salmeron obſervat, hi paulò ante per os S. Petri ad eum dixerant : *Quo ibimus? Verba vitæ æternæ habes : Fueruni ego alii propinqui ejus, qui Chriſtum non diligebant,* & tamen fratres ejus ob propinquitatem dicuntur. Sic S. Paulus dum ſcribit : *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis,* de cognatis ſuis, imo de univerſis Hebræis intelligendus venit. Cæterum quòd verba hæc nec de Apoſtolis, nec de ſeptuaginta dnobus diſcipulis intelligi poſſint, ex eo quoque deducitur, quòd ut Toletus advertit, hi fratres *non credebant in eum,* cùm tamen prædicti paulò ante profeſſi fuiſſent, dicendo : *Nos credimus & cognovimus, quia tu es filius Dei.*

S. Thom. in Ioan.

Rom. 9. v. 3.

Tolet.

Ioan. 6. 70.

Tranſi hinc, & vade in Judæam.

2. Euthymius intentionem illorum peſſimam fuiſſe exiſtimat, utpote qui eum in Judæam veluti ad macellum deſtinare moliabantur : *Finis eorum pravus erat, ab invidia procedens; conabantur ſiquidem illum in Judæam pellicere, ut ab illis occideretur, qui eum quærebant interficere.* Hanc tamen opinio-

Euth.

Ianſc. 75. concord.

opinionem Janſenius minus probabilem eſſe cenſet, dum ait: *Non id veriſimile eſſe poteſt?* & ideo finem ab iis intentum, & ab Evangeliſta expreſſum detegit, dicens: *Sed quod humanis affectibus obnoxii partim judicarent illum gloriæ avidum, ſed tamen ſubtimidum, atque ob id relicta Judæa lætitare in Galilæa: Unde freti propinquitatis jure, confidentius, & contemptius quàm par erat, eum admonuerunt; partim quod cuperent ex conſanguinei operibus ſuam gloriam majorem fieri;* quorum temeritatem & arrogantiam S. Antonius de Padua hiſce verbis reprehendit: *Nota præſumptionem; quia Chriſtum volebant docere vanitatem; qui volebant de Chriſti operibus vanè gloriari; imò ipſum ad vanam gloriam inducere; temeritatem judicii: quia non ſolùm ad vanam gloriam eum inducebant, verum appetere, vanam gloriam judicabant.*

S. Ant. Pad. ſerm. in hac fer.

Lucas Burg.

3. Lucas Burgenſis talem hac de re diſcurſum inſtituit: Cùm enim hi Chriſti cognati, multos in Judæa eſſe ſcirent, qui in illum crediderant, eúmq; veluti verum Meſſiam venerabantur; ex alia verò parte ſimiliter illis perſpicuum eſſet, ipſummet hunc de ſe conceptum habere, atque ut alii ipſum talem eſſe crederent, miracula paſſim edere: *Ipſi etſi maximè deſiderarent id verum eſſe, ut quod ad honorem & commodum ipſorum plurimum facere poſſet perſuaſi tamen, nunquam publicè recipiendum eſſe pro Chriſto, niſi accederet Scribarum & Principum hac de re judicium & conſenſus; urgent ut Jeroſolymam, ubi illi agebant, proficiſcatur, & ſua illic miracula edat, ſi forte illi miraculis moti Chriſtum eſſe declarent, & ut hujuſmodi recipiant.* Toletus ly: *In Judæam* ponderans inquit: *Ubi templum, ubi ſacerdotes, ubi legis doctores,* Salmeron pariter ita ſcribit: *In Judæam florentiſſimam regni partem, & Judaicæ gentis caput, & in mediam hominum lucem, ubi ſunt doctiſſimi, & religioſiſſimi ſacerdotes, & nobiliſſimi tum Judæi, tum Romani Principes, quibus ſi perſuaſeris, te è cœlo veniſſe, facilè & nos credemus; ſi tuam doctrinam receperint, & nos ſuſcipiemus. Tales ſunt etiam hodie multi, qui ut arundines vento agitatæ nihil aliud, quàm quòd magnates credunt, ſive bonum ſive malum, etiamſi aliud perſuadeat conſcientia.*

Tolet.

Salm.

Ut & diſcipuli tui videant opera, quæ facis.

4. Albertus M. ad hoc ſe reflectit, quòd Salvator noſter in Paſchate præcedente paucis menſibus ante nonnullos diſcipulos, qui ab ipſo receſſerant, perdiderit; ideoque dicit: *Et hoc quædam minoratio honoris eſſe videbatur, & ideo provocabant, ut illum honorem vellet recuperare quia ſi diſcipuli tui vera opera tua, quæ de te dicuntur, viderent, non recederent;* unde dicere voluiſſe videatur, inquit Salmeron, *occultè hic operaris, quæſi in publicum ederes, ad te redirent.* Dionyſius Carthuſ. in multis locis devotos Chriſti diſcipulos fuiſſe dicit, tametſi Chriſtum perſonaliter & apertè non ſequerentur, & de his cognatos ejus locutos fuiſſe, non verò de Apoſtolis; tales autem erant v. g. Lazarus, Gamaliel, Nicodemus & alii ſimiles.

Alb. M.

Salm. Dion. Carth.

Tolet.

5. Toletus hoſce cognatos Chriſti, ideo illum ad patranda Hieroſolymis miracula exſtimulaſſe dicit, ut experientiam faceret, an verè talis eſſet, qualem ſe eſſe declarabat: *Eo animo, ut certiores fierent, an is eſſet verè Chriſtus; in Jeruſalem enim erant Phariſæi, legis Doctores, & periti ſcripturarum, ac Principes Judæorum, qui rectum & legitimum judicium hujus rei facere poſſe videbantur.*

6. Plurimum etenim illorum intererat, quòd Chriſtus tanquam verus Meſſias acceptaretur ab iis, & paſſim declararetur, ſciebant enim, quòd tanquam proximi Salvatoris conſanguinei in majori apud omnes futuri eſſent honore, atque ad primos honores exaltandi, ſiquidem opinio vulgaris inter Judæos erat, quòd Chriſtus temporaliter regnaturus eſſet: *Ex factis ejus*, inquit Lyranus, *volebant reportare gloriam mundanam.* S. Thomas ait: *Volebant captare gloriam de honore mundano, qui Chriſto exhiberetur à turbis, & ideo inducebant eum, ut faceret opera ſua in publico;* maximè quia tunc major quàm aliis temporibus concurſus erat, ſiquidem ad tabernaculorum feſtivitatem, ex variis provinciis varii ad templum concurrebant.

Lyran. S. Thom. in Ioan.

7. *Gloriam hujus mundi amantes*, inquit Rupertus Abbas, *& veram cœleſtis hominis gloriam ſuo ſenſu terreno metientes, vanum illi dilatandæ gloriæ dabant conſilium.* Hæc enim ſunt quæ parentes communiter dare ſolent conſilia, ad hoc, ut per illos familiam ſuam

Rub. Ab. lib. 6. in Ioan.

per gloriam mundanam exaltare, iisque magnos in sæculo honores comparare valeant:

S. Bonav. Unde S. Bonaventura ait: *Patet ex dictis, quæ & qualia appetunt fratres & cognati suis cognatis, optant in eis excellentiam temporalem, sæcularem apparentiam, & humanam gloriam, non propter verum amorem eorum, nec propter divinum honorem, nec propter animarum salutem (licet hoc prætendant aliquando) sed propter propriam excellentiam & gloriam, & ideo cavendum ab eis, nec assentiendum consiliis eorum.* Motivum igitur eorum nequaquam spirituale erat, non movebantur zelo honoris & cultûs divini; neque enim eum exhortabantur, ut abiret Jerosolymam ad concelebrandam festivitatem, ad sacrificia offerenda, ad faciendam orationem, sed ad acquirendum sibi per miracula & sapientiam suam plausum & existimationem apud

Salm. homines: *In hoc se produnt*, inquit Salmeron, *tentatores Dei, incredulos, amatores gloriæ humanæ per Jesum, avaros etiam, nam probabile est eos aliquid emolumenti sperâsse sibi obventurum ob miracula Christi, sperabant etiam partem famæ & claritatis ad se, tanquam ad consanguineos perventuram.*

Versus 4.

Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse; si hæc facis, manifesta te ipsum mundo.

Nemo quippe in occulto quid facit.

1. Quod idem est, ac si dicerent, quisquis applausum ambit, & gloriam in mundo desiderat, prodigia & miracula sua non in privato, sed in conspectu omnium edere debet.

2. Quibus quidem verbis veritatem enuntiarunt, sed perversa intentione, inquit

Lucas Burg. Tob. 12. 7. Lucas Burgensis, siquidem Tobiæ 12. dicitur: *Sacramentum Regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare & confiteri honorificum est; nec JEsus ipse voluit opera sua occulta esse; sed carnaliter consulunt, non tam gloriæ Dei, quam proprii honoris studium.* Finis ipsorum non erat, ut Deus in miraculosis filii sui operibus glorificaretur, sed oculum suum in solum honorem & utilitatem, quæ inde in ipsos resultabat, directum habebant. Unde Albertus Magnus ait: *Perfacta Domini volebant magnificari.* Alb. M.

3. Cajetanus dicit ipsos Salvatori ut in Judæam se reciperet, persuasisse ad hoc, ut miracula ibidem operando sequaces & adhærentes sibi conciliare, seque hoc pacto & suos à persecutoribus liberare posset: *Nullus enim quærens liberari à persecutionibus, facit miracula sua in occulto, sed in publico, ut sic visis miraculis habeat fautores, & liberetur à timore persecutionum.* Nimirum ipsum imminentia mortis suæ pericula fugere supponebant, ac proinde ei persuadebant, ut sequaces & fautores sibi compararet, ut hac ratione se tantò faciliùs defendere posset; idque sibi tantò magis persuasum habebant, quia procul à Judæa remanebat, cavebatque ne suum eo pedem inferret: *Non enim volebat in Judæam ambulare.* Ioan. 7. v. 1. Erat & alius error, in quo ipsi fundabantur, quia scilicet miraculorum quæ in Galilæa edebat, famam in Judæam minimè pervenisse existimabant. Cajet.

4. S. Thomas dicit: *Quasi dicant: Tu dicis te facere miracula, sed facis in occulto, & hoc ex timore, alioquin ires in Jerusalem, & faceres ea ibi coram multitudine.* S. Thom. in Ioan.

5. Rupertus Abbas dicit finem à Christo intentum longè alienum fuisse ab eo, quo cognati ipsius eum duci existimabant; Christus enim non ab hominibus claritatem accipere, sed hominibus claritatem dare volebat, non hominibus placere, sed homines ad placendum Deo erudire volebat. Rup. Ab. lib. 6. in Ioan.

6. S. Thomas quoque eandem detegit intentionis perversitatem; siquidem filium Dei vanitatis & gloriæ mundanæ affectu moveri credebant: *Quasi dicant: Tu quæris gloriam de his quæ facis, & tamen propter timorem abscondis te. Hoc est proprium malorum, ut credant alios similes eis animi passiones habere; vide quàm irreverenter prudentia carnis verbum caro factum arguebat.* S. Thom. in Ioan.

Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

7. Antea ipsi conati fuerant persuadere, ut Jerosolymam abiret, ibidemque miracula patrando sequaces sibi & fautores adsciscceret, ut eorum ope & subsidio à suis se persecutoribus liberare posset, nunc eum ad mundanam sibi gloriam comparandã exhortantur: Mani-

Cajet. *Manifeſtationem in Judæa*, inquit Cajetanus, *appellant manifeſtationem mundo, tum quia ibi erant ex omni natione mundi propter templum, ad quod confluebant Iſraëlitæ ex omni parte mundi: tum quia ibi erant Principes Sacerdotum & Scribæ, & ſumma totius populi Iſraël capita. Ibi erat etiam Cæſaris nomine Præſes, quo mediante poterat manifeſtari Cæſari, ac per hoc mundo.*

Toletus. 8. Toletus meliùs de illis ſentit, ſcilicet, quòd neque illum ad mundi gloriam conſectandam exſtimulari voluerint, neque illum ad hunc finem miracula ſua patrare crediderint; *ſed* illos, *quod verum eſt, hac in parte ſenſiſſe & protuliſſe*; *Chriſtus enim ab hominibus noſci & credi volebat, quia id ad eorum ſalutem neceſſarium erat, ut tanquam verus Chriſtus reciperetur, idque fratres ſciebant; non enim ignorabant Chriſtum ſuis ſignis ſe eſſe Meſſiam oſtendere, & ut talem recipi voluiſſe; neque hoc ambitioni tribuebant, ſed quòd ipſe exiſtimaret eam cognitionem eſſe neceſſariam hominibus. Dicunt ergo fratres: Si tu quæris ab hominibus recipi, & coli tanquam Chriſtus & Meſſias, fac tua opera loco & tempore celebri, ut omnibus nota ſint, ita enim futurum eſt, ut Meſſias habearis.*

Alb.M. 9. Conſiderabilis hoc loco eſt dictio illa, *ſi hæc facis*; Albertus Magnus dicit: *Hoc ſub dubitatione proferunt*; multi namque inter ipſos etiamnum erant, qui eum in virtute dæmonis per artem magicam miracula patrare exiſtimabant, & ideo dicere voluerunt: Quòd ſi admiranda opera tua, quæ facis, in qualitate miraculorum verè ſubſiſtunt, fac ut mundo manifeſta evadant; nam

Eccl.20. v.32. *Sapientia abſcondita, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? Putabant enim, quòd locus & favor mundi, omnis eſſet fructus*

Galat.1. v.10. *virtutum & miraculorum ſuorum, quod quidem penitùs falſum eſt*; *Ad Galat. cap.1. Si*

Pſ.52.6. *adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. Pſalm.52. Qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos.*

Dion. Cart. 10 Finem hiſce verbis manifeſtarunt, quem in hac exhortatione habebant, qui Chriſto manifeſtus fuit: *Novit intentionem fratrum, quòd non invitarent eum ad aſcendendum in Jeruſalem, & ad ſigna illic facienda ex devotione, ſed vanitate, ut ſcilicet ipſe Jeſus eorum cognatus, & ipſe propter eum, tanquam cognati ejus, humanam laudem, favorem, & commodum ex perpetratione miraculorum conſequerentur.*

11. Salmeron dicit, quòd ſicut hi cognati humanam gloriam ambiebant, ita quoque filium Dei eundem ſenſum hac in parte habere exiſtimârint: *Ex ſeipſis Chriſtum metiebantur, quem putabant eodem morbo laborare*, adducitque illum Eccleſiaſtici textum: *In via ſtultus ambulans, cùm ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat.* Et verò peſſimum hoc conſilium ab aliis, quàm à cognatis derivari non poterat, quia inimici hominis domeſtici ejus; ac proinde Evangeliſta ſubjungit, quòd non credebant in eum. Mundus earum actionum, quæ à ſervis Dei fiunt, competens Judex eſſe nequit: *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritûs*, multò minùs ea, quæ Deum ipſum immediatè ſpectant: *Mundus eum non cognovit*; *mundus in maligno poſitus eſt*; *ſi mundus vos odit*, inquit ad diſcipulos ſuos, *ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit*; ac proinde ſanius futurum erit conſilium, ut quis ſibi à mundo caveat, ab illo ſe ſubducat & abſcondat, utpote qui Dei Evangelii, & legis ſuæ, nec non omnium ſequacium ejus implacabilis eſt inimicus. Salmer Eccl.10.3 Ioan.1. 10. Ioa.5.19. Ioa.15.18

12. Salmeron ita hæc cognatorum verba exponit, ut ſit ſenſus: *Quorſum hîc latitas in hoc oppidulo? Contende in aulam Romanam, vel in curiam magni Regis; prode ingenium, ſagacitatem, prudentiam & literas, ut ita nomen celebre comparare valeas, & dignitates, & familiam tuam illuſtrare, & tuos ditare; hoc eſt conſilium mundi, & hoc ingenium carnis, ſed certè tales in Chriſtum ſe credere non oſtendunt.* Salmer. ibid.

Verſus 5.

Neque enim fratres ejus credebant in eum.

1. S. Auguſtino videtur Evangeliſtam dicere voluiſſe, quòd hi parentes, ut tales, qui per ſolam conſanguinitatem ei conjuncti erant, oculos ſatis apertos non habuerint, ut eum pro illo agnoſcerent, qui reverà erat, i.e. pro vero filio Dei. *Opera diſcipulos non latebant, ſed iſtos latebant, iſti enim fratres, id eſt, Chriſti conſanguinei, Chriſtum conſangui-*

neum habere potuerunt, credere autem in ipſum ipſa propinquitate faſtidierunt. Et quidem tametſi videri alicui poſſit, quòd modicum hoc cognatorum ſuorum lumen, & exigua quam de ipſo habebant notitia in exiguum Chriſti honorem, imò in ignominiam ipſius redundârit; veruntamen id benè conſideranti nequaquam verum eſſe patebit. *Nam*, ut Salmeron ait, *inde major Chriſti gloria conſurgit, qui ne parentes quidem aut conſanguineos habuit favorabiles, ſed potiùs contrarios, ut totus ex Deo veniſſe cognoſcatur. Ad hæc nulli ſervis Dei magis moleſti ſunt, quàm propinqui, & hi magis quàm extranei. Docemur fidem in Chriſtum donum eſſe Dei, quod nulla carnis prærogativa contingit; nam credentes neque ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo naſcuntur; & caro & ſanguis non revelant filium Dei, ſed Pater, qui in cœlis eſt.*

Joan. 1. 13.

2. In dubium porrò hoc loco revocari poteſt, an hi Chriſti cognati omni prorſus fide in Chriſtum caruerint; neque enim veriſimile eſſe videtur, illos ex viſa ejus innocentia, ſanctitate, & exemplaritate, nec non ex conſpectis ab eo patratis miraculis, nullum de ipſo concepiſſe tranſcendentem & ſublimiorem conceptum. Lucas Burgenſis ait: *Non credebant, ut par erat; credebant aliquo modo; ſperabant eſſe poſſe Chriſtum*, neque enim alio ex motivo ipſum Jeroſolymam ut abiret, exſtimulabant, quàm ut hujus rei caperent experientiam. Toletus quoque aſſerit, illos ſe de Divinitate Chriſti certiores facere voluiſſe: *Tamen non adeo increduli, ut id fieri poſſe omnino negarent ſed dubii eum ad locum certiorem remittebant.* Chryſoſtomus per hoſce fratres S. Jacobum Apoſtolum, & S. Thadæum intelligendos eſſe opinatur, eoſque in Cana præſentes fuiſſe credit, quando aquam in vinum convertit. *Sed nihil adhuc profecerunt.* Unde ſi vera eſt hæc opinio, ſatis clare videtur, etiam Sanctos aliquando errâſſe; ſubjungit enim: *Unde igitur eis tanta incredulitas? A voluntate & invidia, conſanguinitas enim ſolet quodammodo invidia haberi.* Ponderandum namque eſt, quòd nemo repentè fit ſummus, perfectio enim & ſanctitas gradatim comparatur, non verò una vice ſimul & ſemel.

Lucas Burg.

Toletus.

Chryſo. hom 47. in Ioan.

3. Salmeron ad hanc illorum incredulitatem probandam aliqua ſimiliter motiva adducit; dicit enim: *Nec enim ſi fidem habuiſſent, dixiſſent Chriſto: Tranſi hinc, ſed: Mane nobiſcum Domine; nec arguerent Dominum imprudentiæ, ſed confiterentur: Benè omnia fecit; nec ipſum docere conarentur ſed conſilium ab eo quærerent, ac dicerent: Doce me facere voluntatem tuam; nec quærerent gloriam humanam, nec alios incitarent, ut quærerent, ſed dicerent: Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.*

4. S. Auguſtinus ipſos adeò à vana gloria obfuſcatos eſſe exiſtimat, ut veræ cujuſdam ac vivæ fidei obtutum in Dei filium figere nequaquam potuerint: *Quare*, inquit, *non credebant in eum? Quia humanam gloriam requirebant, nam & quod eum videntur monere fratres, gloriæ ipſius conſulunt; facis mirabilia, innoteſce, appare omnibus, ut laudari poſſis ab omnibus; loquebatur caro carni, ſed caro ſine Deo.*

S. Aug. tr. 28. in Ioan.

Verſus 6.

Dicit ergo eis Jeſus: Tempus meum nondum advenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

Dicit ergo eis Jeſus.

1. Hugo Cardinalis Chryſoſtomo duce hujuſce reſponſionis admiratur benignitatem; dicit enim: *Notanda eſt blanda Chriſti reſponſio; non enim reſpondit: Vos qui eſtis, qui docetis me; ſed manſuetè reſpondit: Tempus meum nondum advenit; & in hoc docemur non indignè ferre, etiamſi viles exiſtant, qui conſuliantur nobis.* Unde tametſi de ipſo ſcriptum ſit, quòd vocandus ſit *Magni conſilii Angelus*; nihilominus eorum dicta & ſuggeſta conſilia non dedignatur, ſed *Humiliter ſuſtinuit conſuliantes, quæ non oportebant; quæ fruemur venia nos terra & cinis, ad ea quæ conſiliantur utilia, graves exiſtentes?*

Hugo Card.

Tempus meum nondum advenit.

2. *Significans per hoc*, inquit Cajetanus, *quòd ſingula opera ſua agebat definitis temporibus, & non prout occurrebat, ut faciunt alii homines.* Eandem quoque ponderationem

Cajet.

Janſe-

Janſen. c.73. Janſenius his verbis adducit: *Significare voluit, ſe non aliorum hominum more facere opera ſua ſingula, prout occurrit, ſed certis temporibus, prout ea novit Patrem præſcribere ſibi, & prout ſcit ea maximè facere ad Dei gloriam illuſtrandam, & profectum Evangelii provehendum.*

Tolet. 3. Toletus dicit, quòd tempus illud, tempus ſuum appellarit, in quo cum minori vitæ periculo *(humano more loquendo)* Jeroſolymam aſcendere poterat, nimirum quando ſedatiores futuri erant Judæorum animi: *Id autem fuit, quando jam furor Judæorum deferbuerat, qui primis feſti diebus eum avidè exſpectabant.* Incarnata illa ſapientia Pilato dixit: *Ego ad hoc natus ſum, ut teſtimonium perhibeam veritati*; at verò, ut Lyranus obſervat, *Tempus aptum doctrinæ veritatis, propter quam venerat Salvator, non ſic erat in principio ſolemnitatis*, non ſolùm quia adverſus eum rabie perciti erant, ſed etiam quia feſtivitatis illius primi dies conviviis, recreationibus, aliiſque ſimilibus vanitatibus impendebant. Unde S. Cyrillus ait: *Cum Judæorum mens nondum matura ſit ad intelligendum, ita ut citra iram ac furorem meam doctrinam capere queant.*

Ioan. 8. v. 37. Lyran. S. Cyrill. Alex. l. 4. in Ioan. c. 5

Hugo Card. 4. Hugo Cardinalis Chriſtum dicere voluiſſe putat, quòd nondum tempus ea miracula patrandi advenerat, quibus ſe vel maximè filium Dei eſſe, mundo manifeſtare volebat, eò quòd hæc ſibi in finem uſque vitæ ſuæ reſervare decreviſſet: *Uſque in futurum Paſcha, in quo crucifixus fuit, ante quod volebat miracula plura facere, & beneficia ſanitatum pluribus conferre, & diſcipulos ſuos ſolidiores reddere, & doctrinam ſuam plus manifeſtare.*

Rup. Ab. l. 6. in Ioan. 5. Rupertus Abbas ait: *Suum tempus ipſe verus Agnus Dei paſchalem primi menſis ſolemnitatem, in quo Deo Patri pro omni mundo ſacrificium fieret, jam dudum proſpexerat, quo nihilominus tempore idem ipſe ab Angelo annuntiatus, & in utero Virginis conceptus fuerat.* Tempus ſuum, id eſt mortis, non erat feſtum Tabernaculorum, ſed Paſchatis, in quo verus Agnus pro mundi redemptione erat ſacrificandus; nimirum, ut Salmeron ait: *Ut veritas reſponderet figuræ. Tempus meum*, inquit Chryſoſtomus, *hoc eſt, crucis & mortis.*

Salmer. Chryſo. hom. 47.

6. S. Auguſtinus opinatur, quòd ad perſuaſionem illum, qua illam ad comparandum ſibi per miraculoſa opera ſua, Jeroſolymis in conſpectu mundi plauſum & gloriam mundanam perurgebant, hic reſponderit: *Illis reſpondit, qui ei conſilium de gloria dabant: Tempus gloriæ meæ nondum venit; videte quàm profundum ſit, de gloria illi admonebant, ſed ille voluit altitudinem humilitate præcedere, & ad ipſam celſitudinem per humilitatem viam ſternere.* S. Antonius de Padua dicit: Tempus meæ gloriæ oſtendendæ tempus Paſſionis, tunc enim pluribus modis Divinitatis ſuæ gloriam manifeſtavit, cui teſtimonium perhibuêre latro juſtus, Centurio, & alii, qui *Reverebantur percutientes pectora ſua.*

S. Aug. tr. 28. in Ioan. S. Ant. Pad. ſer. in hac ſer. Luc. 23. 48.

7. Salmeron ait: *Ut ſit ſenſus: Non eſt tempus meæ exaltationis, & gloriæ, ſed prius me humiliari oportet uſque ad mortem Crucis, ut ad exaltationem perveniam, & hæc eſt via Chriſti, & ſuorum omnium.* Electi enim & Sancti, inquit Hugo Cardinalis, primò hic in terris vigiliam agunt, jejunant, contempti ſunt & abjecti, & poſtea in cœlis gaudent, & feſtivitatem celebrant ſempiternam.

Salmer. t. 8 tr. 32 Hugo C.

8. S. Auguſtinus ait: *Quando nobis inſultant amatores hujus ſæculi, dicamus eis: Tempus veſtrum ſemper adeſt paratum, tempus noſtrum nondum venit; nobis enim dixit Apoſtolus: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: Quando veniet tempus noſtrum? Cum Chriſtus, inquit, apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum Chriſto in gloria.*

S. Aug. ibid. Ad Col. 3. v. 3.

Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

9. *Quaſi dicat: Tempus gloriæ mundanæ quam quæritis*, inquit Lyranus, *nunc eſt, in principio hujus ſolemnitatis, quia Judæi magis vacabant conviviis & lætitiæ in principio feſti, quàm in fine.* S. Thomas quoque verba illa de mundi gloria exponit, dum ait: *Ideo enim mundani habent tempus gloriæ paratum, quia eadem amant, quæ mundus amat, & mundo conſentiunt; Sancti verò, qui quærunt gloriam ſpiritualem, non habent hoc tempus paratum, quia quærunt quæ mundo diſplicent, ſcilicet pau-*

Lyran. S. Thom. in Ioan.

paupertatem, luctum, eſuriem, & hujuſmodi, vituperant quæ mundus amat, & ipſum mundum contemnunt.

10. Ex quo Judæi primos feſtivitatis dies lætitiæ & diſſolutionibus impendebant, Salvator jure merito, tempus ſuum Jeroſolymam adeundi nondum advenisse ait, & ſubjungit tempus ipſis ſemper opportunum adeſſe, quia nimirum illos in bonum finem devotionis & religionis in templum nequaquam abire ſciebat: *Vobis autem, qui ex præſcripto Dei non vivitis*, inquit Janſenius, *quibus cum mundo benè convenit, ſemper opportunum tempus eſt petendi in Jeruſalem.*

Janſen.

Tolet.

11. Toletus verò verba illa in alio prorſus ſenſu explicans dicit: *Tempus veſtrum quando ad meliora proficere poſſitis, ſemper eſt paratum, quia nunc etiam vos poteſtis proficere, & ad melius revocari.*

Dion. Cart.

12. Dionyſius Carthuſianus præcæteris exactiùs literalem horum verborum ſenſum attingere videtur; ſiquidem ita ſcribit: *Ideo dicit tempus ſuum nondum adveniſſe, tempus vero eorum ſemper eſt paratum, quoniam habuit multos inſidiatores, illi verò ſine periculo adverſariorum aſcendere poterant.*

Verſus 7.

Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala ſunt.

Non poteſt mundus odiſſe vos.

Janſen.

1. Janſenius dictum hoc Salvatoris quotidianæ experientiæ adverſari aſſerit, ſiquidem impios ſe mutuis odiis proſequi, & in continuis rixis vivere videmus: *Conſiderandum igitur, ad quod propoſitum Dominus iſtud dixerit*; tandem Chriſtum dicere voluiſſe concludit: *Non poteſt vos mundus ea ratione, qua me odit, odiſſe, utpote qui ſimiles eſtis mundo, cùm me odiat ob diſſimilitudinem; odium enim oritur ex diſſimilitudine*; unde &

Alb. M.

Albertus Magnus ait: *Similium in voluntate, voto, & opere, non eſt odium, ſed amor & amicitia.*

S. Cyril. l. 4. in Joan. c. 5

2. S. Cyrillus optimè advertit, quòd mundi nomine non hanc univerſi molem intelligat: *Mundum, non creatum quem cernimus, ſed eos, qui quæ in mundo ſunt, ſapiunt.* S. Bonaventura rationem reddit, cur hi tales in odium & malevolentiam mundanorum minimè incurrant dicens: *Mundus diligit ſuos falſos teſtes, qui ipſum non arguunt, ſed cum eo currunt, & eadem cum ipſo volunt, cùm tamen meliora ſint vulnera diligentis, quàm fraudulenta odientis oſcula.*

S. Bona.

3. Toletus ait: *Rectiùs dicimus eos non odio habitos à mundo, nempe Judæos, quia non credebant, ut & ipſi, in Chriſtum; nec vita ſua, ſeu opera eorum reprehenſa erant ab his, ſed omnes humana ſapiebant, humana quærebant.*

Toletus.

Me autem odit, quia teſtimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala ſunt.

4. Salvator noſter de ſe ait: *Ego ſum via, veritas*, ac proinde verbum incarnatum præter veritatem aliud nihil proferre poterat; ideoque per neceſſariam conſequentiam malignorum adverſus ſe odium concitare debebat, cùm experientia teſte certiſſimum ſit, quòd *Veritas odium parit.*

5. Mox ut vel ſolum veritatis nomen in prætorio Pilati auditum fuit, velut idioma quoddam peregrinum & barbarum, talem protinus provocavit omnium admirationem, ut verſis ad ſe ad vicem vultibus, præ ſtupore attoniti ſeſe mutuò aſpicerent. *Quid eſt veritas?* Iſaias de veritate prædixit: *Corruit in platea veritas*, quantò magis in Magnatorum aulis, ubi adulatio prævalet. S. Bonaventura inquit: *Patet hic mundi error & fatuitas, odit enim arguentem ipſum in veritate, ſicut Ieſum Chriſtum hic*; *non enim amat peſtilens eum, qui ſe corripit.*

Joan. 18. 38. Iſai. 59. 14. S. Bona. Prov. 15. v. 12.

Lucas Burg.

6. Lucas Burgenſis ſapientiam Incarnatam excuſare ſe voluiſſe oſtendit, declarando ſe mundi odium non per propriam culpam, ſed ex illius malitia ſibi adſciviſſe: *Deceri non vult, quæ ſalutis æternæ ſunt, ſed opera ſua mala tueri, & aliis quoque probari*; hæc enim præcipua cauſa fuit, cur Judæi mortem ipſi machinarentur. Legatur vaticinium illud Sap. 2. deſcriptum, ubi dicitur: *Circumveniamus juſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.* Etenim reprehenſio-

Sap. 2. 12

ſiones, quibus pro ſubnatis occaſionibus Judæos de iniquitate ſua redarguit, perſecutionem & odium Judaiſmi adverſum ſe concitarunt. Unde S. Cyrillus ſuper hæc verba ita ſcribit: *Cùm neceſſitas Doctorem ad arguendum adigit, & curandi ratio id poſtulat, diſcipulus verò reprehenſionis impatiens vehementiùs indignatur, tunc ex odio mala utique naſcuntur.* Quæ omnia in præſenti caſu noſtro concurrebant; ſiquidem in ſynagoga aliud nihil erat, præterquam hypocriſis, in Sacerdotibus, Scribis & Phariſæis, omnibusque aliis vitium regnabat & iniquitas; pergit itaque S. Cyrillus dicere: *Ideò Salvator ait: à mundo ſe odio haberi, ut qui nondum cum objurgatione admonitionem ferre poſſit, cùm id propter utilitatem fieri deceat*; rationem quoque reddit, cur correctio in ejuſcemodi hominibus parum aut nihil proficiat: *Animus quippe vitioſi voluptatibus deditus, caſtigationem prorſus ferre nequit.* *S. Cyril. Alex. ib.*

7. Cajetanus obſervat, quòd ei, qui Chriſtum monuerat, ut Jeroſolymam abiens miracula ibidem operaretur, ad hoc ut per illa favorem, famam & venerationem ſibi conciliaret, & perſecutoribus ſuis prævalere poſſet, *Reſponderit declarando cauſam perſecutionum non eſſe ignorantiam miraculorum, ſed odium natum ex eo, quòd teſtimonium reddit de malis operibus eorum.* Toletus idem ferè ſcribit, dum ait: Cauſam odii explicat, quia opera ejus mala reprehendo; mundus ergo reprehenſionem nolens admittere, reprehenſorem occidere quærit. Idem quoque Toletus in ſpecie de Judæis tractans dicit, quod Chriſtus hiſce verbis cognatis ſuis dicere voluerit: *Non vos quærunt interficere, ſicut me, quia vos mala opera eorum non arguiſtis, ſicut ego facio & feci.* *Cajet.* *Toletus.*

8. Salmeron ſuper hæc verba ſcribens, inſigne nobis tradit morale documentum, dum ait: *Cordi altè infigendum, quoniam nobis cum mundo, dum vivimus, verſandum eſt; & niſi cautè ambulemus, & cum eo tanquam cum proditore agamus, actum eſt de nobis; eſt enim mundus plenus laqueis, retibus, periculis, inſidiis, proditoribus.* *Salm. tr. 33.*

Verſus 8.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendo ad diem feſtum iſtum, quia meum tempus nondum impletum eſt.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc.

1. *Id eſt*, ut Albertus Magnus exponit, *ad diem primum feſtivitatis, quia illa dies fuit ſolemnior, & ad illam diem plures convenerunt*; Chriſtus etenim primis diebus ſolemnitati, ob rationes in Evangelio Feriæ præcedentis allatas, intereſſe noluit. *Alb. M.*

2. Lucas Burgenſis ait: *Ablegat à ſe fratres ſuos ſecundùm carnem, quorum auctoritatem & affectus ſemper ſolitus erat ſubmovere, quoties evangelicum eſſet agendum negotium.* Tametſi enim & ipſe hanc feſtivitatem adeundi voluntatem habuerit, nos tamen certiores fieri voluit, quod id ad ipſorum perſuaſionem minimè faceret, utpotè quibus reſolutè & cathegoricè dixerat: *Ego autem non aſcendo, vos aſcendite*; poſtquam verò ipſi Jeroſolymam verſus abiiſſent, paulo poſt & ipſe eodem ſe recepit, veruntamen, ut S. Joannes dicit, *quaſi in occulto*, ad docendum nos, quod in rebus ad evidens æterni Patris ſui ſervitium non ſpectantibus, cognatis ſuis adhærere nolit, quod adeo firmiter ſervavit, ut etiam ſanctiſſimæ matri ſuæ, & S. Joſepho de ejus amiſſione dolentibus reſpondere non dubitaverit: *Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* *Burg. Lucas* *Luc. 2. 49.*

3. Sanctus Auguſtinus hîc quærit: *Quid eſt hunc? ubi gloriam humanam quæritis? Quid eſt hunc? ubi extendere vultis carnalia gaudia, non æterna cogitare.* S. Antonius de Padua inquit: *Ad diem feſtum hunc, qui ſcilicet eſt ad mundanam converſus lætitiam, & non factus ad divinam reverentiam.* Albertus Magnus ait: *Sicut mundani, qui feſta gaudiorum mundanorum quæritis, aſcendite ad diem feſtum hunc, in quo videri & videre quæritis in vanitate & concupiſcentia; non propter ſolemnitatem, ſed propter vanitatem, quæ fiebat in ſolemnitate, aſcenderunt.* *S. Aug. tr. 28. in Ioan.* *S. Ant. Pad.* *Alb. M.*

4. Chryſoſtomus verba illa S. Pauli: *Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in* *Chryſ. ho. 2. de S. Pent.*

in fermento malitiæ, ſed in azymis ſynceritatis
1.Cor.5. v.8. *& veritatis*, hæc inquam ponderans ita ſcribit: *Indicat conſcientiam mundam feſtum efficere; nihil enim aliud eſt feſtum, quàm lætitia; ſpiritualem verò lætitiam nihil aliud gignit, quàm conſcientia bonorum operum*; quotidiana nihilominus experientia liquet, fideles ut plurimùm in diebus feſtis vel maximè majoribus diſſolutionibus frænum laxare. S. Thomas de Villa Nova, de gaudiis illis ſcribens, quibus ſancta mater Eccleſia ſancti Præcurſoris natalitium diem proſequitur, ita diſſerit: *O ſancte Baptiſta, hi prophanis ludis tuam ſe putant celebrare feſtivitatem, & non celebrant, ſed prophanant: nam quale eſt ſanctum virum in eremo commorantem, cilicio camelorum veſtitum, non comedentem, nec bibentem talibus ludis, & choreis, & cibis, & potibus honorare; ſcriptum eſt: Quòd multi in nativitate ejus gaudebunt; ſed iſti gaudent non de nativitate, ſed de vanitate.* Etenim in collecta, quæ ejus feſtivitati adaptatur, ita legimus: *Da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum, & omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis æternæ.*

S.Thom. à Vill. Nov. conc. 2. de S. Ioan. Bapt. Luc.1. v.14.

Iſai.1.14 v.15. v.16. v.13. Pſ.49 14. Rom.12. v.1. Chryſol. ſer.87. S.Aug. ſer.186. de temp.

5. Deus populo ſuo iratus, hiſce illum verbis objurgavit: *Solemnitates veſtras odivit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboravi ſuſtinens*, cujus paulò poſt cauſam declarat, dicens: *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt; lavamini, mundi eſtote, aufferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perverſe, diſcite benefacere.* In eodem quoque capite denuò proteſtatur, dicens: *Ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi.* Magis enim Deo corda noſtra munda, quàm animalia placent: *Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua; Obſecro vos, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem* Chryſologus proinde ait: *Non tam libenter odoratur Arabica arboris guttam, quàm ſynceri cordis & pectoris ſanctitatem.* Idem quoque monitum tradit nobis S. Auguſtinus, dum ait: *Repleantur jucundis, pretioſiſque odoribus caſtitatis, fidei & compunctionis incenſo, balſamo benevolentiæ, & thymiamate charitatis.*

6. Quænam porrò ſolemnitas Deo acceptior exiſtat, S. Ephrem his verbis exponit: *Celebritas bona & pulchra, & Deo grata, eſt pœnitentia cum lachrymis.* Cui conſonat, quod Origenes ita ſcribit: *Eſt ei magna feſtivitas, humana ſalus.*

S.Ephrē de Cruce Dom. Orig. hom.23. in Num. S.Iſidor. Ethymol.l.6. c.18.

7. S. Iſidorus ſignificatum Ethymologicum hujus dictionis *Celebritas*, inde provenire dicit: *Eò quòd non ibi terrena, ſed cœleſtia tantùm agantur.* Conſiderandum quoque eſt nomen illud, quo increata ſapientia in eorum feſtorum, quæ ab Hebræis in ejus honorem celebrabantur, deteſtationem utitur, ſolemnitates veſtras illas nuncupando, dicere enim quis poſſet: Nunquid feſta illa in Dei honorem, & ex ipſiuſmet Dei juſſu inſtituta fuerunt? cur igitur illa feſta *Solemnitates veſtras* appellat? ſed in promptu cauſa eſt; nimirum ideo feſta illa non ſua, ſed ipſorum appellat, quia in illis nihil ſui invenire poterat, maximè ſpectando finem, ob quem illa inſtituerat; neque enim celebrabantur, ut ob receptorum beneficiorum memoriam cultus ei & veneratio debita cum latria exhiberetur; neque cum illa peragebantur pietate & devotione, qualis requirebatur, ſed potiùs ex conſuetudine, ſive ob recreationem quandam & vanitatem. Præceptum quod Deus de feſtorum ſanctificatione inſtituit, his verbis comprehenditur: *Memento, ut diem ſabbathi ſanctifices*; circa quæ verba Oleaſter optimè notat, *Deum non dicere, quod ſabbathi recorderis, ut in eo gaudeas, tripudies, ut tibi vaces, ſed ut ut ſanctifices.*

Iſai.1.14 Exod. 20.v.8. Oleaſt.

8. Inter aliàs Jeroſolymæ miſerias, quas vindicativa Dei juſtitia per modum ſupplicii eidem ſuper induxit, quæque ab Jeremia Propheta amaris lachrymis deploratæ fuerunt, una fuit, quòd feſta illius inimicis ejus verſa ſint in deriſum & improperium: *Viderunt eam hoſtes ejus, & deriſerunt ſabbatha ejus*; videbant enim, quòd Judæi, qui ea die pietatis & religionis operibus intenti eſſe debebant, eadem die vel maximè ludis, tripudiis, conviviis, aliisque diſſolutionibus dediti eſſent; de quibus S. Bernardus ait: *Vacantes corpore, vacantes ubique corde nequaquam merentur videre, quàm dulcis eſt Dominus, neſcientes facere ſabbathum ex ſabbatho; meritò viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbatha ejus, inde enim hoſtes derident ſabbatha eorum, vel tuæ vocationis otia.* Quodnam obſecro Dei motivum fuit, ut tanta

Thren.1. v.7.

S. Bern. de inter. domo, c. 70.

tanta cum ſeveritate in illos animadverteret, qui feſta prophanabant, adeo ut ne quidem Deus manna in ſabbatho colligi permittere voluerit? Toſtatus ait: *Ut daret eis incentivum, ſive occaſionem vacandi Deo; nam cum aliquis videret ſe carentem omni occupatione, converteretur ad Deum.*

Abul. q. 12. in c. 16. Exo.

Ego autem non aſcendo ad diem feſtum iſtum.

9. Filius Dei apertiſſimè ſe illis feſtis interfuturum, non eſſe proteſtatur, in quibus lætitia mundana, vanitas, diſſolutio, & ſola apparatuum, aliorumque ornamentorum exteriorum oſtentatio locum habere cernitur. Unde S. Bernardinus Senenſis dicit: *Aſcendite vos, ego non aſcendam ad feſta iſta mundana, vana & temporalia; alia ſunt feſta ſpiritualia, & ad illa ivit Chriſtus: Feſta ſpiritualia ſunt diplicentia peccatorum, dolendo de peccato facto.* Chriſtus feſtivitatem illam adivit, ad verbum Dei annuntiandum, ad communicandam auditoribus ſui notitiam, ad illos convertendos, & ad compunctionem excitandos; unde circa finem Evangelii habemus: *Quidam autem dicebant, quia bonus eſt.* Optimè igitur Chryſoſtomus his verbis monet: *Feſtum celebremus non januam coronantes, ſed animas comentes; non ſolùm tapetibus exornantes, ſed animam ſplendidam virtutis amictu reddentes.*

S. Bern. in ſerm. 35. c. 4.

Ioan. 7. 12.

Chryſoſt hom. 2. de Pent.

10. S. Antonius de Padua operæ pretium eſſe dicit examinare, qualenam ſit feſtum illud, ad quod filius Dei ſe ire nolle dicit: *Hoc feſtum dicitur ſcenopegia, quod interpretatur: Fixio tabernaculorum, per hanc ſiquidem mundanam intelligere poſſumus lætitiam, de qua Eccleſiaſt. 34. Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum.* Jeremias lamentatur inter cætera de eo, quòd *Viæ Syon lugent eò quòd non ſint, qui veniunt ad ſolemnitatem*; ſed qua ratione id liberaliter verum eſſe dici poterit, quandoquidem ad eandem ex omnibus Palæſtinæ partibus ingens fiebat hominum concurſus? Oleaſter dubium hoc ſolvit, dicens: *Quia pios & cultores Dei deſiderabant*; major enim concurrentium hominum pars eo vel ex curioſitate, vel propter lætitiam, vel ex conſuetudine concurrebat, abſque eo, quòd ſe reflecterent aut applicarent ad id, quod maximè conſiderandum & intendendum erat, ſcilicet ad ſyncerum Dei cultum, ad orationem, vel ad Dei verbum devotè audiendum, ad quæ proinde feſta Deus ſe ire nolle apertè proteſtatur.

S. Anto. Pad. ſer. in hac fer.

Eccli. 34 v. 2.

Ibren. l. 4.

Oleaſt. in c. 18. Levit.

11. Quæri autem haud inopportunè hoc loco poteſt, cur Salvator cognatos ſuos ad ejuſmodi feſta frequentanda non potiùs impediverit, vel dehortatus fuerit, quando modicum illos ex tali frequentatione profectum reportaturos eſſe ſciebat? Salmeron ait: *Non eſt dubium, quin Chriſtus eos inſtruxiſſet, & retinuiſſet apud ſe, ſi corde ſyncero fuiſſent, & ſimliciter errâſſent; verùm quia ſpiritu livoris, & affectu humanæ gloriæ ducebantur, maleque de ſe ſentiebant, ſuis ipſorum conſiliis reliquit, & à ſe ablegavit: Sic ſolet Deus incredulos & immorigeros ſuis ipſorum conſiliis relinquere. Pſal. 80. v. 13. Dimiſi eos ſecundùm deſideria eorum.*

Salmer. tr. 33.

Pſ. 80. 13

12. S. Cyrillus inquit: *Patet Chriſtum nolle feſtum agere cum fratribus, id eſt, cum tota Judæorum gente*; in cujus probationem citat illud Amos cap. 5. *Odio habui, repuli feſtivitates veſtras; nec odorabor hoſtias in conventionibus veſtris. Ad hoc feſtum non aſcendo, quod typo nimirum & figura conſtat; nihil enim in eo ſentio voluptatis, ſed veræ celebritatis tempus quod nondum impletum eſt, potiùs expecto.* Qualenam verò feſtum fuerit, quod tanta cum mentis lætitia, & aviditate expectabat. Beda optimè declarat, dum illud Paſſionis & mortis ipſius diem fuiſſe dicit: *Unde licet intelligere, vel hanc Domini reſponſionem, qua ait: Ego non aſcendo ad diem feſtum hunc, ad Paſſionem Domini pertinere, quia Chriſtus non in feſtivitate ſcenopegiæ, ſed in feſtivitate Paſchali, qua Agnus occidi ſolebat, crucem aſcendit.* Clarius idipſum nobis exponit Chryſoſtomus, dum ait: *Non dixit ſimpliciter: Non aſcendam, ſed, ad hunc, id eſt, vobiſcum; quia tempus meum nondum impletum eſt: at qui in futuro Paſchate crucifigendus erat.*

S. Cyril. l. 4. in Ioan.

Amos 5. v. 21.

Beda.

Chryſ. hom 47. in Ioan.

13. Interlinearis ait: *Non aſcendam ad diem feſtum iſtum, ſicut vos quærens gloriam; quia tempus gloriæ meæ nondum eſt, in quo erit mea feſtivitas*; quaſi diceret, tempus illud, in quo ego feſtivitatem celebraturus,

Interl.

gloriamque meam comparaturus ſum, tempus futurum erit amaræ Paſſionis meæ. Sanctus Auguſtinus declaraturus, quo ſenſu ſe ad feſtum illudire velle dixerit, ad quod poſtea ſe reverà contulit, ita ſcribit: *Aſcendit nou quaſi ad diem feſtum, ſed quaſi ad litem, illi enim omnes læti aſcenderunt, quaſi ad perfruendas delitias diei feſti; is autem illi fuit dies feſtus, quo Paſſione ſua redemit mundum. Hic feſtus dies ejus, in quo vicit mortem.*

S. Aug. hom. 78. novi Teſt.

14. S. Cyrillus conſiderat Chriſtum non totaliter reditum in Jeroſolymam abnuiſſe, ſed dixiſſe, ſe nolle tunc ire. *Hæc autem Salvator ait, non quòd omnino negaret ſe Jeroſolymam profecturum, neque quòd reprehenſiones peccatoribus utiles adhibere detrectaret; ſed quòd congruo tempore iſtud quoque inter alia facere in animo haberet.* Judæi etenim in feſtivitatis illius primis principiis valde adverſus eum exaſperati erant, ideoque ex induſtria ipſum præſtolabantur, ut ſuas in innocentiſſimo ipſius corpore cruentare manus poſſent: Providus verò Redemptor noſter ſumma cum circumſpectione eouſque exſpectavit, donec ſedati aliquouſque ipſorum animi eſſent; hoc enim enorme ſcelus committendi occaſionem præbere noluit, licet ipſi, ut optimè Theophylactus obſervat, ex ipſius præſentia, quæ ipſis veluti ſpina in oculis erat, ferocientes, quodvis contra ipſum in cordibus ſuis mala machinarentur. Qua in re utiliſſimum nobis præbuit exemplum, quod ſcilicet ſi feſta, ad quæ magnus eſt populi concurſus, frequentando, nos prævideamus aliis daturos eſſe occaſionem offenſæ vel lapſus, potius ab illis nos ſubducamus, & abſentemus; quòd ſi vero ut illa adeamus, magna à nobis expoſcit vel convenientia vel neceſſitas, illa cum debita cautela & circumſpectione frequentemus.

S. Cyril. ibid.

Theoph.

15. Beda optimè ponderat, quòd dies feſtivus filii Dei non ſit ille, quem Sol materialis producit: *Ipſe erit feſtus dies meus, non diebus iſtis percurrens, & tranſiens, ſed manens in æternum; ipſa erit feſtivitas, gaudium ſine fine, æternitas ſine labe, ſerenitas ſine nube.*

Beda.

Quia meum tempus nondum impletum eſt.

16. Salmeron ait: *Modò quindecim codices varii legunt: Nondum aſcendo*; ex quibus verbis deducitur, ideo ipſum minimè judicâſſe opportunum, ut iret in Jeruſalem, ne ibidem in principio feſtivitatis adeſſet, ob rationes jam dictas; unde Toletus ait: *Non aſcendam nunc vobiſcum, aſcendam tamen poſtea, quia tempus meum nondum eſt impletum; tempus ſuum appellat, quando minori periculo, humano loquens modo, poterat comparere.*

Salm. tr. 33.

Verſus 9.

Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa.

1. Hinc deductum eſt illud Salmeronis documentum: *Addiſce ergo tu quoque à Chriſto, ut non finas te trahi a carne & a ſanguine, à propoſito Religionis, ad celebranda feſta in mundo*: quòd ſi enim unà cum ipſis Jeroſolymam conceſſiſſet, de ipſo æſtimari potuiſſet, quod cognatorum hortatione motus id feciſſet, eundémque ſibi haberet propoſitum finem, quo ipſi exſtimulati eò ſe recipiebant, nimirum ad comparandum ſibi plauſum & gloriam mundanam; magna igitur cum prudentia tunc eò in ſocietate ipſorum abire deſtitit, ad denotandum, quòd ubi de cultu & ſervito Dei agitur, aures præbendæ non ſint carni & ſanguini; poſtea verò eò ſe contulit, ut legi ſatisfaceret, animarúmque operaretur ſalutem.

Verſus 10

Ut autem aſcenderunt fratres ejus, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum, non manifeſtè, ſed quaſi in occulto.

Ut autem aſcenderunt fratres ejus, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum.

1. Cum cognatis ſuis aſcendere noluit, ne carni & ſanguini adhærere videretur: *Extraneus factus ſum fratribus meis. Conſueverant Galilæi turmatim*, inquit Lucas Burgenſis, *ad ſolemnitates Jeroſolymitanas proficiſci, per cognationes & vicinias, qua occaſione & ſecum trahere voluerant fratres iſti*; at verò id ab eo obtinere non potuerunt.

Pſ. 68. 9. Lucas Burg.

2. Lyra-

Lyran. 2. Lyranus Salvatorem quatriduo poſt eo aſcendiſſe ſcribit, ita ut quarto die ſolemnitatis, quæ ſeptem diebus durabat, ibidem præſens adeſſet : *Sicut enim noluit eſſe in principio feſtivitatis, ne fratribus ſuis videretur favere, malum perſuadentibus, ſic non habuit ſe omnino ſubtrahere, ne à populo doctrinam ſalutis ſubtraheret, quam venerat docere.*

S.Aug. tr.28. in Ioan. 3. S. Auguſtinus explicat, qua ratione verbis ſuis ſatisfecerit, quibus dixerat : *Ego autem non aſcendam ad diem feſtum hunc*, tametſi ſe poſtea eo contulerit : *Ideo non ad diem feſtum hunc, quia non gloriari temporaliter, ſed aliquid docere ſalubriter, corrigere homines, de die feſto æterno admonere, amorem ab hoc ſæculo avertere, & in Deum convertere cupiebat.*

Hugo Card. 4. Hugo Cardinalis dicit, quòd Chriſtus quidem Jeroſolymam adierit, ſed non ad moriendum : *Non ad patiendum quidem, ſed ad docendum, in quo erudimur & nos poſſe formidare mortem, ſed ita ut propter hoc non dimittamus facere quod debemus.*

5. Idem quoque Doctor dicit, cognatos Chriſto gloriam & honorem mundanum, divitias, & voluptates perſuaſiſſe : *Manifeſta teipſum mundo, ſed Chriſtus non acquievit carni & ſanguini ; unde & nos ſimiliter faciamus ; aſcendamus ad hoc feſtum die feſto mediante, ut ſubſidium temporalium accipiamus, tantum ad neceſſitatem corporis, anima verò non in eis, ſed in cœleſtibus quærat ſuam delectationem.*

S.Thom. in Ioan. 6. S. Thomas ex hac feſtivitate aliam quandam deducit moralitatem : *Scenopegia erat feſtum Tabernaculorum, ille ergo hoc feſtum celebrat, qui ſe in mundo iſto intelligit peregrinum.*

Non manifeſtè, ſed quaſi in occulto.

S.Cyrill. lib. 4. in Ioan. c.5. 7. S. Cyrillus hanc abſconſionem hoc ſenſu interpretatur : *Quod non ea libertate utatur, & hilaritate, qua qui ad feſtum ibant.*

Toletus. 8. Toletus ait : *Non magno comitatu, uti ſolebat, & omnibus notus, recto conſilio latuit, tum ut Judæorum furori aliquantulum cederet, qui tunc maximus erat, quando expectabatur venturus, & docturus, nempe primis diebus ; tum ut ſui excitaret deſiderium ; denique ut ſuam potentiam oſtenderet, qui Judæis ipſum illis diebus inquirentibus, & contra eum murmurantibus apparuit, & tamen nihil ei nocere potuerunt* ; Id quod turbæ admirabantur, quando dixerunt : *Ecce palam loquitur, & nemo in eum manus mittit.* *Ioan.16. 29.*

Dion. Cart. 9. Dionyſius Carthuſianus dici poſſe exiſtimat, quòd diverſam ab ea quàm omnes alii ingredi ſolebant, tenuerit viam, viaſque ingreſſus ſit ab aliis minimè communiter tritas : *Vel quia conſpici noluit, per quod dedit exemplum, ut interdum humiliter lateremus, atque occultè agamus bona, quæ agimus, ne alii contra nos provocentur.*

Cajet. 10. Cajetanus ait : *Non enim aſcendit prædicando, præmittendo diſcipulos, ad præparandos auditores, ſed velut perſona privata : In aliis obviis occaſionibus pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes*, nonnunquam etiam aliàs prædicabat, morabaturque in via ; in hac verò occaſione ſecretò & privatim aſcendit, idque ut Lyranus ait : *Ne daret Judæis occaſionem majoris invidiæ.* *Lyran.*

Gloſſa. 11. Gloſſa in ſenſu allegorico dicit : *Typicè Chriſtus occultus aſcendit in feſtivitatem, quia in omnibus illis figuralibus latuit, qui modo eſt manifeſtus nobis.* Quia enim Apoſtolus ait : *Omnia in figura contingebant illis*, omnis legis Moſaicæ cultus, qui à Deo datus fuerat, umbras & figuras in ſe recludebat illius, quòd filius ejus in nova Evangelica lege nobis revelaturus erat.

Hugo Card. 12. Hugo Cardinalis ait : *Non manifeſtè, id eſt, non quærens favorem hominum, ſed ſalutem*, quibus verbis dictus purpuratus Doctor adinordinatum illud conſilium : *Manifeſta teipſum mundo*, ideo quaſi totaliter oppoſitum fecit, comparendo ſine editis miraculis, & ſine ullo omnipotentiæ & divinitatis ſuæ ſpecimine, ſed ſolum eo conceſſit, ad operandum prædicatione ſua mediante aliorum ſalutem. *Ioan. 7. 4.*

S.Thom. in Ioan. 13. S. Thomas ait : *Ut doceat nos bona quæ facimus, occultare debere, non quærentes favorem hominum, nec pompas ſtipantium turbarum deſiderantes.*

Verſus 16.

Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Ubi eſt ille?

Iudæi ergo quærebant eum.

1. Non ex motivo amoris, ſed odii illum quærebant, ut ſcilicet dire illum tractarent, & neci traderent. Unde S. Cyrillus ait: *Iudæi quærunt, non ut eo invento credant, prævenifſet enim eorum indaginem, & ſeipſum obtuliſſet, ſicut ipſe ait: Inventus ſum ab iis, qui me non quærebant.* Paulò poſt verò idem S. Doctor hanc deplorat eorum infelicitatem, qui Chriſtum quærebant, non ut illum haberent, ſed ut eum in ſeipſis perderent: *Quærunt Ieſum, ut multis eum laceſſentes convitiis inextinguibilem flammam ſuis capitibus accerſant. Prophetica vocu ſunt immemores, quæ ita habet: Quærite Deum, & inveniendo eum invocate & poſtquam appropinquaverit, derelinquet impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & convertatur ad Dominum, & miſericordiam conſequetur. Vides, ut ſalutem non modo quærere ſufficiat, ſed cùm invenerimus, converti debeamus, per obedientiam nimirum ac fidem.*

S. Cyril. Alexan. ibid. Rom. 10. 20. Iſa. 55. v. 6. & 7.

2. Lyranus eorum, qui quærunt & interrogant, diverſos exponit fines; aliqui enim eum quærebant, ut eum occiderent, alii verò quia divini verbi auſcultandi avidi erant: *Ideo debuit apparere & docere, ut oſtenderet, quòd mali nocere non poterant, niſi quantum permittebat; ſicut enim ſe occultando oſtendit infirmitatem humanitatis; ita confidenter inter inimicos apparendo, oſtendit potentiam Deitatis; debuit etiam apparere propter bonos, ut ejus doctrinam originatam à Deo oſtenderet, ut attentius eam conſiderarent.*

Lyran.

3. S. Thomas quoque differentiam notat intentionum, quæ erat in illis, qui eum ſequebantur: *Quidam quærebant deſiderio addiſcendi, ſecundùm illud Pſalm. 88. Quærite Deum, & vivet anima veſtra. Alii deſiderio malignandi ſecundùm illud Pſalm. 139. Quærunt animam meam, ut auferant eam.* Albertus Magnus dicit: *Quidam mala intentione, quidam bona; quidam variâ etiam curioſitate.* Joan. 6. *Quæritis me non propter ſigna, quæ vidiſtis, ſed quia manducaſtis de panibus.*

S. Thom. in Ioan.

In die feſto.

4. *In die feſto ad cædem ſemper ferebantur,* inquit Lucas Burgenſis, Chryſoſtomi teſtimonium citans, *& feſtis eum diebus capere tentabant: Pulchra ſanè illorum opera in diebus feſtis, exclamat Euthymius, cùm illos crediſ facerent occaſionem, quo die potiſſimùm quærere debebant Chriſtum, ut in eum auditum crederent, eum quærebant, ut occiderent.*

Lucas Burg.

5. Bonaventura Chriſtum perſæpè in diebus feſtivis miracula edere ſolitum fuiſſe conſiderat, indeque longè deteſtabiliorem ipſorum malignitatem fuiſſe deducit: *Sicut enim, ait Chryſoſtomus, in his ſcilicet feſtivitatibus piſcari eum, id eſt, capere ſolebant; & loquendo ironicè, ait: Quod bene erant Iudæorum directiones, id eſt, feſtivitates, in occiſionem impetum faciebant.* Theophylactus quoque eandem ponderationem adducit, dum inquit: *Conſidera, quàm avidi fuerint cædis, cùm neque per tempus feſtivitatis illi parcerent, ſed venari illum per illud volebant;* unde cùm veriſſimum ſit, quòd de iis, qui mortaliter Deum offendunt, dicit Apoſtolus, quòd ſcil. ſint *rurſus ſemetipſis crucifigentes filium Dei;* quis eſt, qui non videat, quòd multùm non ſolùm Judæi, ſed & Chriſtiani feſtivitatibus & ſolemnitatibus præcipuis utantur, ut deſideria ſua & carnalium intentionum ſuarum effectum conſequi poſſint. Unde Salmeron ait: *Quærebant boni bene, & mali malè quærebant, quemadmodum & ad feſta, quæ celebrantur, non omnes ſincero animo veniunt; & ideo bene Pſalmiſta dicit: Tempus faciendi Domine, diſſipaverunt legem tuam;* ſeu ut S. Hilarius legit: *Tempus ſacrificandi Domine,* q. d. Eo tempore, quod ad cultum & honorem Deo exhibendum ſpecialiter eſt inſtitutum, impii Chriſtiani vel maximè contra ipſum offenſas multiplicant. Una ex circumſtantiis, ſcelus à Judæis in crucifixione filii Dei patratum notabiliſſimè aggravantibus, fuit ſolemniſſima illa Paſchatis feſti vitas. Unde S. Bonaventura, verba illa: *Vocavit adverſum me tempus, ponderans, inquit: Tempus enim aggravat Chriſti paſſionem, aggravat autem propter feſti magnitudinem, propter quod multi convenerant in Ieru-*

S. Bonav. Theoph. Hebr. 6. 6. Salmer. tr. 33. Pſ. 118. 126. S. Hilar. S. Bonav. ſer. 6. in Paraſc.

Ieruſalem,ut coram pluribus inhonoraretur, in quo tempore gravius eſt affligi ; ita quoque quòd aliquis in diebus feſtivis, qui inſtituti ſunt, ut eos ſanctificemus , ut Deum in iis placemus,ut bonis ſanctiſque vacemus operibus,quod inquam aliquis iis diebus omnino contrarium faciendo ſcandalum potius præbeat, & hoc quidem multis,qui ſimilibus feſtivitatibus in copioſiſſimo numero tunc præſentes aſſiſtunt,hoc utique peccantis culpam notabiliter aggravat. Unde Deus apud Ezechielem meritò lamentatur dicens: *Polluerunt ſanctuarium meum, & Sabbatha mea prophanaverunt*; ubi Hugo Cardinalis inquit: *Quia in feſtis magis peccant,& alios provocant ad peccatum , & de hoc conqueritur frequenter Dominus in ſcripturis, quia in feſtivis diebus magis eum offendimus,& magis gulæ & luxuriæ vacamus.*

Exech. 23.38.
Hugo Card.

6. Optimum feſta ritè decenterque venerandi modum S.Ambroſius nobis tradit hiſce verbis : *Feſtus dies Domini eſt, ubi perfectarum virtutum gratia eſt , quæ tunc perfectæ ſunt, ſi ſollicitudines ſæculares,& corporales illecebras victor animus delinimenta voluptatis excludit.*

S.Ambr. lib.2.de Abel. c.2

Et dicebant : Ubi eſt ille?

7. S.Antonius de Padua poſtquam dixiſſet, illos Salvatorem offendiſſe : *In irreverentia feſtivitatis , in die , quando debuiſſent vacare Deo* , ſtatim illos quoque offenſam aggravaſſe, ſubjungit, per contemptum & vilipendium,quo Chriſtum afficiebant: *In contemptu , quia non dignanturipſum nominare.* Rupert Abb. ait : *Vide nunc genimina viperarum , quanto ſæviant veneni præcordialis ardore, dum non dicunt : Ubi & IESUS ? Sed ubi eſt ille? Nunquid enim ejus, quem quærebant interficere , poterant nomen neſcire ? Ergo cordis illorum habitator homicida diabolus ſic eos agebat , ut odio dictante nomen ſalutis non poſſent , imò nollent attingere.*

S.Anton de Pad.
Rup.Ab. lib. 6. in Ioan.

8. S.Cyrillus ſimiliter in hac interrogatione contemptum & odium erga Salvatorem obſervat , dum ait : *Superborum eſt ea vox , ille, & nondum eum colere dignantium, quamvis multis editis miraculis apud eos in maxima fama & exiſtimatione eſſe debeat.*

S.Cyril. lib.4. in Ioan.c.5

9. Chryſoſtomus ait : *Ex nimio odio eum nominatim appellare non patiebantur.* Salmeron eum,qui hanc interrogationem propoſuit , de numero perſecutorum ejus fuiſſe exiſtimat : *Videntur fuiſſe de hoſtibus,quibus, ut gravis erat ad videndum, ita & ad nominandum,* utique de eo loquentes, hiſce malis & inurbanis terminis uti conſueverant. Cajetanus ait: *Non aperiebant venenum ſuum turbis , ſed non videntes eum more ſolito, interrogabant,ubi eſt ille?*

Chryſo. hom 48. in Ioan.
Salmer. tr.33.
Cajet.

10. Lyranus verò dicit,quòd ii,qui ad necem illi inferendam eum quærebant, *Dedignabantur eum nominare nomine proprio : illi autem , qui quærebant eum ex devotione, ita reputabant eum famoſum , quòd non oportebat exprimere nomen proprium,* unde hi, ut idem Doctor ait , in hac interrogatione ei honorificè deferre volebant,quaſi dicerent: *Ubi eſt ille,qui tantus & talis eſt , & facit tot miracula?*

Lyran.

Verſus 11.

Et murmur multum erat in turba de illo : Quidam enim dicebant , quia bonus eſt : Alii autem dicebant : Non , ſed ſeducit turbas.

Et murmur multum erat in turba de illo.

1. Hanc populi Iſraëlitici diſſenſionem, nequaquam admirandam eſſe docet Salmeron,inquiens : *Quòd eſſet murmur de illo mirum non eſt,quia ſunt Angeli ſancti & apoſtatæ,homines pii & impii,qui interdum non tantùm in ſe diſſentiunt ; ſed etiam boni cum bonis,ut conſtat ex diſſenſione Pauli & Barnabæ.*

Salmer. tr.33.

2. Ecce quouſque murmurationis temeritas aſcendere auſit , nimirum ut etiam de ipſomet Dei filio qui *candor eſt lucis æternæ, ſpeculum ſine macula,* malè loqui , ſiniſtrúmque conceptum ingerere auſit:de quibus dici poteſt : *Poſuerunt in cœlum os ſuum.* Illæ quoque benedictæ aures, quæ in cœlo ab Angelicis Hierarchiis, per continuas acclamationes,*Sanctus,Sanctus,Sanctus,* honorantur ; nunc quoque improperium illud audire coguntur: *Dæmonium habes. Quidam enim dicebant : quia bonus eſt , alii dicebant non.*

Sap.7. 26.
Pſ.72.9.
Iſa.6.3.
Io.7.20.
Io.7.12.

3.Omnes equidem uno ore dicere debuiſſent

ſent, quia bonus eſt; ſiquidem à Spiritu ſancto dictata veritas eſt: *Quam bonus Iſraël DEUS.* Tametſi advertendum quoque ſit, quod protinus ſubditur: *His, qui recto ſunt corde*; unde convincitur, illos, qui hanc veritatem negabant, vel ſaltem in dubium vocabant, nequaquam rectos corde, ſed perverſos & malignos exſtitiſſe Jeremias quoque de bonitate Dei teſtimonium perhibet, dicens: *Bonus eſt Dominus.* Sed quibus putas bonus eſt? *Sperantibus in eum, animæ quærenti illum.*

Pſ.72.1. *Thren.3.25.*

Chryſo. hom.48

4. Chryſoſtomus illos, qui bonum de Salvatore conceptum habebant, deque illo honorificè loquebantur, plebejos fuiſſe exiſtimat; hi námque erant, qui ut plurimùm lateri ipſius adhærebant; dicit enim: *Nam puto multitudinis opinionem hanc, non Principum & Sacerdotum fuiſſe; illud enim verbum: non, ſed ſeducit turbas hoc indicat.*

Lyran.

Idem quoque Lyranus teſtatur, dicens: *Ex hoc, quod iſti malignantes dicebant, turbas eſſe ſeductas ab eo, patet, quòd major pars ſecundum numerum dicebat contrarium*; adeóque multitudo populi ipſum tanquam Chriſtum venerabatur; unde conformiter ad opinionem Chryſoſtomi concludit, illos, qui Salvatorem, ſeductorem eſſe, dicebant, principes fuiſſe; niſi fortè cum Cajetanus ſentire velimus, qui ait: *Dicentes, quòd ſeducit turbam, inter turbas quidem erant, ſed non de turba niſi fortè increduli aliqui de turba arrogantes ſibi exemptionem à turba, tanquam prudentiores aliis.* Chryſoſtomus porrò in laudem plebejorum, magnatum verò reprehenſionem proſequitur, dicens: *Vides ubique optimates quidem corruptos, turbam verò ſano fuiſſe judicio*; pauperes enim, id eſt, qui continuo laborant, huicque mundo, non adeo tenaciter adhæreſcunt ad Chriſtum ſequendum aptiores ſunt, magiſque diſpoſiti; ideoque obedientiæ præceptis divinis & legi Evangelicæ exhibendæ capaciores exiſtunt. Quinam obſecro ii fuerunt, qui ad nuptias præ aliis in Evangelio invitati fuiſſe leguntur, id eſt, qui incarnationis filii Dei gratias & beneficia immenſa quàm maximè participarunt? *Pauperes, debiles, cæcos & claudos introduc huc.* Quinam inter alios ad æternarum cœli deliciarum fruitionem fuêre vocati? *Beati pauperes, beati qui lugent, beati qui perſecutionem patiuntur*; nunquam dicitur: *Beati divites, beati principes*; ſed prima beatitudo pauperibus aſcribitur, inquit S. Ambroſius: *Primam beatitudinem hanc uterque Evangeliſta poſuit; ordine enim prima eſt & parens generatioque virtutum*; imò valde conſiderandum eſt, quod S. Matthæus c. 5. v. 1. dicit: *Videns turbas aſcendit in montem*, ex eodemque omnes octo beatitudines turbis annunciavit: *Videns turbas*, quotieſcunque de Chriſti ſequela, vel de ejus notitia, ſeu agnitione & commendatione agitur, turbarum ſemper fit mentio, nunquam verò magnatum mundi hujus vel Principum. Quando ſancta illa mulier ad Chriſtum à calumnia illa, qua dæmoniacus vocabatur, defendendum in haſce voces clamando prorupit: *Beatus venter, qui te portavit*, S. Lucas hac de re ſcribens ita loquitur: *Extollens vocem quædam mulier de turba*; quando ei regni ſceptrum offerre, eumque Regem creare moliebantur, oblatio iſthæc à turba illa facta fuit, quam in deſerto miraculosè paverat: *Sequebatur eum multitudo magna*; turba doctrinæ & ſapientiæ ejus applaudit: *Admirabantur turbæ ſuper doctrina ejus*: Turba magna cum aviditate eum ſecuta, eique magna cum reverentia obſecuta fuit: *Turbæ requirebant eum*: turba vivaciſſimè ſacroſanctam ejus humanitatem fide apprehendit: *Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat*: Turbæ ad eum exaltandum & magnificandum, reverentiali eum timore, laudibus & gloria proſecutæ fuerunt: *Videntes turbæ timuerunt, & glorificaverunt*: Turbæ ad divinum ejus verbum auſcultandum magna cum frequentia concurrerunt: *Cùm turbæ irruerunt in eum, ut audirent verbum Dei*: Quæ omnia devotionis & fidei turbarum erga Salvatorem clariſſimum perhibent teſtimonium: Quod tamen vel maximè ediderunt, quando cum olivis & palmis triumphalibus ipſi obviam procedentes, filium Dei & Meſſiam eſſe proclamarunt: *Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua*; de iiſdem turbis dicitur: *Stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic eſt filius David*; imò ipſemet Chriſtus diſcipulos ſuos, non de Scribis, Phariſæis, Sacerdotibus aut Principibus, ſed de turbis interrogavit dicens: *Quem me dicunt eſſe turbæ*;

Luc.14.13. *Mat.5.3 & ſeqq.* *S. Ambr. lib.5. in Luc. c.6.* *Matt.5.1.* *Luc.11.27.* *Ibidem.* *Ioan.6.2* *Mat.7.28.* *Luc.4.42.* *Luc.6.19* *Matt.9.8.* *Luc.5.1.* *Mat.21.8.* *Mat.12.23.* *Luc.5.18.*

ba; imò ex quo turbæ poſt Lazari reſuſcitationem Chriſtum venerabantur, eique credebant: *Teſtimonium perhibebat turba, quando Lazarum vocavit de monumento*; Princeps utique majori adverſus Redemptorem ferociâ uſi fuiſſent, niſi turbas in favorem ipſius ſeditionem concitaturas fuiſſe formidaſſent: *Quærentes eum tenere, timuerunt turbas.* Ex alia verò parte Principes, omnium malorum, quæ Chriſto acciderunt, authores & inſtrumenta fuiſſe comperiemus: *Videntes Principes mirabilia quæ fecit, indignati ſunt*; imò ipſimet de ſe dixerunt: *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum?* Sed turba hæc, quæ non novit legem, & maledicti ſunt diſcipuli in Emaus abeuntes, Principes agnoverunt fuiſſe crucifixionis Chriſti authores: *Tradiderunt eum ſummi Sacerdotes & Principes noſtri in damnationem mortis & crucifixerunt eum.* Id quod Chriſtus ipſemet iis diu antè prædixerat: *Cœpit oſtendere diſcipulis ſuis, quia oportet eum multa pati à ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotum: filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & condemnabunt eum*; Judas cum illis pactum inſit de mercede venditionis & traditionis ipſius per eum faciendæ: *Tunc abiit unus de duodecim ad Principes ſacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.* Lictores ab iisdem ad eum capiendum miſſi fuerunt: *Miſſi à Principibus ſacerdotum cum gladiis & fuſtibus*; ipſi ad eum condemnandum falſos teſtes ſubornârunt: *Principes ſacerdotum quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum ut eum morti traderent.* Quando Pilatus inclinationem, qua ad Chriſtum à mortis ſententia liberandum propendebat, inſinuare volens Judæis Chriſtum inter & Barrabbam optionem indulſit: *Pontifices concitaverunt turbam ut magis Barrabbam dimitteret eis.* In cruce denique poſitum *Deridebant eum Principes ſacerdotum.* Ex quibus omnibus ſatis liquet, Jure merito credi poſſe ſolos divites, potentes & primates populi adverſus ipſum murmurâſſe, malèque de eo fuiſſe locutos.

Marci 12. 17. Matt. 21. 15. Joan. 7. 48. Luc. 24. 29 Matt. 16. 21. Matt. 20. 18. Matt. 26. 14. Matt. 26. 47. Matt. 26. 59. Marc. 15. 11. Luc. 23. 35.

5. S. Auguſtinus hoc loco optimè conſiderat, hac eâdem murmuratione omnes ſervos Dei etiamnum infeſtari. *De omnibus*

S. Aug. tract. 28 in Joan.

ſervis ejus hoc dicitur modo: quicunque enim eminuerit in aliqua gratia ſpirituali, profectò alii dicunt, bonus eſt, alii, non. Unde hoc? Quia vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, ad quod explanandum congruam arboris adducit ſimilitudinem, quæ hyberno quidem tempore frondibus ſpoliata, arida & exſuccida, imò mortua eſſe videtur, cùm tamen cum vere inchoante gemmare conſpicitur, viva eſſe ab omnibus agnoſcitur: *Similis eſt aridæ, & quamdiu hyems eſt, non apparet, æſtas probat, judicium probat: æſtas noſtra revelatio Chriſti eſt.* Gloſſ. 3

6. Beda dixit: *Hoc patitur corpus Chriſti uſque ad finem ſeculi à mundi amatoribus, quod tunc paſſus eſt à Judæorum murmuratoribus.* Beda.

Verſus 13.

Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Judæorum.

1. Lyranus per hoſce Judæos, non tam Judæos in genere, quàm illos, qui ex tribu Juda deſcendebant, intelligendos eſſe exiſtimat: *Scilicet illorum de tribu Juda*; *licèt enim omnes de populo nominarentur Judæi, tamen ſpeciali modo ſic nominantur illi de tribu Juda*; *& iſti graviùs movebantur contra Chriſtum, eò quòd in Scripturis Chriſtus erat promiſſus de tribu eorum, ipſi autem reputabant ipſum Galilæum, & abeis extraneum*; *propter quod & ſacerdotes etiam repudiabant eum.* Lyran.

2. Nonnulli quidem eorum, qui clariorem filii Dei notitiam habebant, ipſi tanquam verò Meſſiæ acclamaturi, eumque apertiùs in veneratione habituri fuiſſent, ab eo tamen per Principum ſynagogæ coercebantur timorem: *Quia turbæ comprimebantur*, inquit S. Thomas, *propter metum Principis ſacerdotum, quia ut dicitur cap. 9. Si quis confiteretur ipſum eſſe Chriſtum, extra ſynagogam, &c. Ex quo patet eorum, qui principabantur, malitia, quâ Chriſto infidiabantur, ut eorum qui ſubijciuntur, ſcilicet plebis, quia non habebant libertatem dicendi quod ſentiunt.* S. Thom. in Joan. Joan. 9. 22.

FERIA QUARTA PASSIONIS.

EVANGELIUM

Ex Joan. Cap. 10

℣. 22. *Facta sunt encænia in Ierosolymis, & hyems erat.* 23. *Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.* 24. *Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.* 25. *Respondit eis Jesus,: Loquor vobis & non creditis, quia non estis ex ovibus meis.* 27. *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me.* 28. *& ego vitam æternam do eis & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quispiam de manu mea.* 29. *Pater meus, quod dedit mihi, majus omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei.* 30. *Ego & Pater unum sumus.* 31. *Sustulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum.* 32. *Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis.* 33. *Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia & quia tu, homo cum sis, facis teipsum Deum.* 34. *Respondit eis Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi: Dii estis?* 35. *Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura.* 36. *Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei sum.* 37. *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.* 38. *Si autem facio, etsi mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.*

Versus 22.

Facta sunt encænia in Ierosolymis, & hyems erat.

Facta sunt encænia in Ierosolymis.

22. POrrò qualis hæc, quæ tunc celebrabatur, festivitas fuerit, S. Augustinus hisce verbis declarat: *Encænia festivitas erat dedicationis templi, quandocunque novum aliquod fuerit dedicatum, encænia vocantur; jam & usus habet hoc verbum, utsi quis nova tunica induatur, encæniare dicitur.* Enim verò certissimum est, Christum in conversione peccatoris summopere gaudere: *Gaudium est super uno peccatore pœnitentiam agente*, gaudetque cum illo universus Paradisus, peccator enim deposito veteri & obsoleto vitiorum, malarumque inclinationum habitu, novo Christianarum virtutum amictu superinduitur, juxta illud sancti Pauli monitum: *Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, renovamini autem spiritu mentis vestræ* Dionysius Carthusianus ait: *Anima nostra, quæ est templum Spiritus sancti, agat encænia, id est, commemorationem consecrationis suæ, qua in fonte Baptismi dedicata & consecrata est.* Deo eo modo, quo monet Apostolus ad Colos. 3. v. 9. *Exspoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum, eum qui*, &c. Gillibertus Abbas super illa verba Canticorum: *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro*, ita scribit: *Veterem deponentes hominem, loti, alacrius ad superiora conscendunt.*

S. Aug. tract. 48 in Joan.

Luc. 15. 10.

Ad Eph. 4. v. 22.

Coloss. 3. 9.

Gillibert. Abb. ser. 23. in Cant. Cant. 4. 2.

2. Hebræi hanc festivitatem in memo-

ſam dedicationis templi celebrabant, ſicut etiam apud nos in uſu eſſe videmus: non tamen illius templi, quod à Salomone quondam ædificatum fuit, hoc enim, ut venerab. Beda bene advertit, in autumno abſolutum & conſecratum fuit, multò minus ejus, quod tempore Zorobabel erectum fuiſſe legitur: hoc enim verno tempore fuit perfectum, & dedicatum; ſed templi illius, prout à Juda Machabæo reſtauratum fuit, quod factum eſt tempore hyberno. Unde ait: *Die 25. Novembris, qui apud Judæos erat menſis nonus, peragebatur illud feſtum, quando tempore Machabæorum, altare à gentibus prophanatum, deſtructum eſt, & novum ædificatum.* Porrò feſtum iſtud nec juſſu Dei in lege ſcripta relatum, nec à Prophetis ordinatum, ſed à Juda machabæo, de ſeniorum conſilio pariter & conſenſu inſtitutum fuit. *Voluit Dominus*, in quit Salmeron, *huic feſto intereſſe, ne quis præcepta Eccleſiæ & majorum, etiam ubi non eſt Scriptura conteminat.*

Beda. *Toletus.* *Salmer. to. 8. tr. 93.*

3. S. Thomas circa hæc verba obſervat, quòd feſta ab Eccleſia inſtituta ſuam à receptis à nobis beneficiis divinis habuerint originem: in cujus probationem ponderat, quod Pſalmiſta, poſtquam varia à Deo recepta beneficia commemoraſſet, tandè nos exhortetur, dicens: *Confitemini Domino quoniam bonus*, &c. ac tandem ſubdit: *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis* &c. Declarat autem idem Angelicus Doctor, quod tribus potiſſimum modis beneficia recepta à nobis commemorentur: primò *Ut exhibita nobis in capite noſtro Chriſto, & ſic celebramus feſta nativitatis, Reſurrectionis, Aſcenſionis. Quandoque ut exhibita nobis in membris noſtris, ſcilicet in ſanctis, qui ſunt membra Eccleſiæ, & ſic celebramus feſta ſanctorum. Quandoque ut ſunt exhibita toti Eccleſiæ, puta in miniſterio Sacramentorum, & in aliis communiter Eccleſiæ collatis; & quia domus materialis eſt quaſi ſignum collectionis Eccleſiæ fidelium, & etiam in ea omnia Sacramenta gratiæ diſpenſantur, ideo in memoriam ipſorum beneficiorum feſtum dedicationis eccleſiæ celebramus.*

S. Thom. in Joan *Pſ. 117. 27.*

Et hyems erat.

Rup. Ab. lib. 10. in Joan.

4. Rupertus Abbas Tuitienſis ait: *Juxta literam indicatur natura temporis, ſed myſticè; quod magis ad rem pertinet, frigida Judæorum ſignificatur impietas, quia mentes illorum à divino igne averſas, diabolus tanquam glacialis Boreas efflaverat.* Hoc idem myſterium à venerab. Beda tangitur, ſcilicet quòd Evangeliſta hyemem fuiſſe dicat non tam ad tempus anni inſinuandum, quàm ad indicandam Judæorum incredulitatem, eorumque obſtinationem & duritiem deſcribendam: *Omnino propter duritiam Judæorum & infidelitatem, quæ frigoris nomine ſæpè deſignari legitur.* S. Thomas citat S. Gregorium, qui etiam hyemis mentionem fieri exiſtimat: *Ut in eſſe auditorum cordibus ſaltem Judæorum malitiæ frigus indicaret.*

Beda. in Joan. *S. Thom. in Joan. S. Greg.*

5. Albertus Magnus hoc feſtum in menſem decembris incidiſſe exiſtimat, quo maximum frigus eſſe ſolet: *Et ideo tunc frigidis peccatoribus magis erat neceſſarium, ut exhiberetur eis calor charitatis in ignito eloquio Salvatoris.* Dum Petrus Chriſtum abnegaret. Evangeliſta frigus acerbum fuiſſe memorat, quod S. Gregorius ponderans, ita ſcribit *Quod denegaturo Petro præmittitur, quia frigus erat, & ſtans ad prunas calefaciebat ſe, jam namque intus à charitatis calore torpuerat: ſequebatur eum à longè*; quamdiu Chriſto vicinus erat, animoſum ſe & intrepidum eſſe oſtendit: at verò quando ab eo receſſit, de quo dicitur: *Deus ignis conſumens eſt*, mox frigus ingens ſe invadere ſenſit. Unde S. Ambroſius ait: *Frigus erat, ubi Jeſus non agnoſcebatur, ubi negabatur ignis conſumens; frigus ergo erat mentis, non corporis.*

Alb. M. *S. Greg. l. 2 Mor. c. 2. Luc. 22. 54* *S. Amb. in c. 22. Luc. lib. 10* *S. Aug. d. tr 48.*

6. S. Auguſtinus ait: *Hyems erat, & frigidi erant ad illum enim divinum ignem accedere pigri erant; ſi accedere eſt credere, qui credit, accedit qui negat, recedit, non movetur anima pedibus, ſed affectibus; friguerant à diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate.*

Salmer.

7. Salmeron dicit Evangeliſtam importunam hyberni temporis ſtationem inſinuaſſe: *Ad ſignificandum, hyemem atque frigidum tempus non impediviſſe Jeſum ab adventu in templum ut ignem, quem venit mittere in terram, accenderet.*

verſus 23.

Et ambulabat Jeſus in templo, in porticu Salomonis.

Et ambulabat Jesus.

1. Psalmista de futuro Messiæ ferventissimo redemptionis & salutis nostræ promotore prædixit: *Exultavit ut gygas ad currendam viam.* tametsi verò mulierem illam peccatricem conversurus juxta puteum sedisse dicatur: *Sedens sic supra fontem*, prius tamen de illo dicitur, quod fuerit *fatigatus ex itinere*: *Dicitur autem quod Jesus ambularet*, inquit Salmeron, *non minùs circumiens, & quærens ovem, quàm ad salutem devoret Leo de tribu Juda, quàm diabolus tanquam leo rugiens quærit, cùm ad interitum devoret. Circuibat verus noster Josue civitatem Hiericho, ut ad circuitum ejus caderet, non utens tubâ Sacerdotali sed voce suâ Evangelicâ.* Lucas Burgensis hanc deambulationem non animi causâ factum fuisse dicit: *Non animi recreandi, aut sermonum vanorum cum aliis miscendorum causâ, sed ut præsentem se ostenderet, & paratum exhiberet ad docendum & benefaciendum.*

2. Eusebius Emissenus Christum in templo non sedisse, aut quievisse, sed ambulasse notat: *Adverte, quia in illius templi exterioribus, adhuc foris ambulabat Jesus nec sedem ponit, sed deambulabat, nec intus ingreditur? hujus autem exteriora perpetuò habitaturus intravit, sicut ipse dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

3. Dionysius Carthusianus ad sensum moralem recurrens, mysticum hoc templum in anima nostra reperiri notat: *Ambulabat autem Jesus in anima, cum in latitudine charitatis familiariter conversatur, & operatur in ea sicut per moysen loquitur, quia inhabitabo & ambulabo in eis; denique Deus immensus & incommutabilis pergit nobiscum, quando custodit introitum & exitum nostrum, quem admodum ait ad David: Fui tecum in omnibus ubicunque ambulasti.*

In templo.

4. Ex hoc Salmeron Christi in templo frequentando assiduitatem ad nostram institutionem deducit: *Ut doceret nos templum frequentare orationis, sacrificii, & verbi Dei causâ.*

5. Venerab. Beda super illo verbo motivum nobis suggerit consolationis, dum ait: *Si ergo Dei filius ambulare voluit in templo, in quo caro & sanguis brutorum animalium offerebantur, multo magis nostram orationis domum, ubi carnis ipsius ac sanguinis Sacramenta celebrantur, visitare gaudebit.*

In porticu Salmonis.

6. Salmeron opinatur, quòd tametsi templum Salomonis igne á Chaldæis suppositio conflagrarit, hunc tamen porticum, vel saltem aliquod ejus vestigium residuum manere potuisse: vel etiam dici potest, quòd è Babylonia Jerosolymam reversi aliud extruxerint templum ad prioris similitudinem, illudque denominarint porticum Salomonis: *Vel ideo Salomonis dicitur, quod in ea stare ad loquendum populo solitus esset; nam ut dicitur in Ecclesiaste, plebi concionabatur; vel ibi tempore sacrificii & orationis moram trahere solebat;* qui discursus totus est prædicti Authoris.

7. Sciendum est autem; quòd, ut lucas Burgensis explicat, in hoc loco deambulare licitum fuerit: *In parte templi introire, ubi ambulare consuetudo permittebat & minimè dedecebat*; & quidem tametsi S. Joannes dicat: *In templo*, protinus tamen subjungit: *In porticu Salomonis*, ut videlicet inquit Cajetanus: *Non intelligas Jesum intus ambulare in domo Dei, quæ propriissimè templum vocabatur (quoniam in illud soli Sacerdotes intrabant) sed apellatione templi intelliguntur atria & porticus*; ac proinde Salmeron hoc loco operæ pretium esse dicit reprehendere illos, qui in Ecclesia irreverenter degunt, in eodē velut in foro publico deambulando: *Neque verò quisquam ex hoc Christi exemplo colligat licitam esse deambulationem in templo; nam Christus neque in sancto, neque in sancto Sanctorum, sed in atrio tantum, quod in aditu templi erat; ambulabat, ac fortassis cogente frigore, at necessitate magis compulsus, quàm alio nomine id ageret, neque tamen ullam præferebat mali speciem ejusmodi ambulatio.*

8. Albertus Magnus aliam quandam tangit circumstantiam, ob quam fortassis Salvator noster hunc locū frequentandi motivū habuit: *Ibi etiam hospitale pauperum ædificatum fuit, quibus semper Christus familiaris fuit.*

Beda. Beda ait : Si *deambulare non deſpexit porticum, in quo Rex quondam mortalis ac terrenus, quamvis potentiſſimus ac ſapientiſſimus ad orandum ſtare ſolebat, quantò magis penetralia cordium noſtrorum inviſere atque illuſtrare deſiderat, ſi tamen ea porticum eſſe Salomonis, hoc eſt, ſi eatimorem ſuum, qui eſt initium ſapientiæ, habere perſpexerit;*

Verſus 24.

Circumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant ei: Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam.

Circumdederunt ergo eum Judæi.

Caiet. 1. Cajetanus inquit : *Ex condicto adverſus Jeſum ſe convenire etiam circumdatione monſtrant, tanquam facto mentem exponentes.* Lyranus dicit, omnes unitim & conjunctim ſimul conatos fuiſſe, ut ſi poſſibile eſſet, ipſum per ſuas interrogationes in aliquem labi facerent errorem; *ut citius eum in verbis caperent*; cui conſonat quod Hugo Cardinalis hiſce verbis ſcribit: *Corrupta erat eorum mens & callida, quia enim non poterant inferre calumniam operibus, inſidiantur, ut capiant eum in ſermonibus, ideo interrogant ut poſſint capere.*

Lyran. Hugo. Card.

2. ex ipſorum manibus evadere non poterant, quia corona circa ipſum facta eum quaquaverſum circumdederant, atque ut greſſum ſiſteret, & petita reſponſa daret, conſtrinxerant : *Sive dicendi cupiditatem ſimulantes*, inquit lucas burgenſis, *ſive ut quicquid reſponderet, omnes audire aeque poſſent, ſpe ducti adducerdi circumventum à multitudine, ac proinde turbatum ad reſponſionem incautam.*

Luc. Burg.

3. Salmeron ad hanc Judæorum eum circumdantium coronam ſe reflectens, illam nequaquam illi ſimilem fuiſſe dicit, qua diſcipuli magiſtrum, vel filii patrem vel matrem cingere ſolent, ſed illi, quæ inimici civitatem vel caſtrum quaquaverſum obſidione cingentes hoc numerantur, ut ſive per illatam armatâ manu violentiam, ſive ſponte propria in eorum ſeſe manus & arbitrium tradat. De hac judæorum corona olim per ſpalmiſtam lamentabatur, dicens *Circumdederunt me canes multi, conſilium malignantium obſedit me*; quibus verbis canum ſimilitudinem adducit, qui ſummo cum deſiderio prædam dilaniandam exſpectant: *Ita Judæi immundi, & ſine ratione latrantes ut canes, magna cum aviditate necem mihi machinabantur.* Porrò hoc argumento intra ſe ratiocinabantur, vel enim ſe verum eſſe Meſſiam aſſereret, vel negabit, aut verò ſilebit; quod ſi id affirmaverit, ipſum apud Pilatum, veluti læſæ Majeſtatis reum accuſabimus, utpote qui regiam dignitatem ambierit; quod ſi verò id inficiatus fuerit, doctrinam ejus nos condemnabimus, eumque tanquam novæ legis temerarium ſeminatorem penès populum traducemus; denique ſi obmutescens ſiluerit, cum pudore & erubeſcentiâ confuſus remanebit; at verò, inquit Salmeron: *Dominus ſcit cogitationes hominum, quia vanæ ſunt.*

Salmer. to. 8. tr. 43. Pſ. 21. 17 Pſ. 93. 11

4. Lucas Burgenſis dicit : *Fraudulenter & inſidioſè loquuntur, non credere ſtatuentes verbis ejus, ſed ſiquidem neget ſe eſſe Chriſtum, omnes eiſdem & authoritatem apud populum detrahant, & ſeductorem vocent*

Luc. Burg. Alb M.

5. Albertus Magnus ipſos hac obſidione, qua Chriſtum omni ex parte cinxerant, metum & pavorem ipſi incutere voluiſſe dicit: *Ut multitudine ſe armarent, quia veritate ſe nudos eſſe profeſſi ſunt.* Eccleſiaſt. 51. *Circumdederunt me undique & non fuit qui me adjuvaret; circumdederunt, ut tumultu opprimerent.*

Eccli. 51. v. 10.

6. Hugo Cardinalis hac occaſione Davidicum illud adimpletum fuiſſe dicit oraculum: *Circumdederunt me ſicut apes*; cujus tametſi rationem non aſſignet, hoc tamen eſſe poteſt myſterium, quia videlicet verè inſtar apum mel adulationis & fictionis in ore ferebant, ſimulando ſe ſciendi cupidos, an verus eſſet meſſias, cùm tamen reverà mortalis adverſus ipſum odii aculeum in intentione ipſorum latitantem haberent. *Nacti ſibi videbantur oportunitatem*, inquit Rupertus Abbas, *aucupandi contra eum aliquid, undè poſſet accuſari.* Undè cum Suſanna dicere poterat *Anguſtiæ ſunt mihi undique* quia quicquid dem um diceret aut faceret, id totũ perverſæ & ſiniſtræ ipſorum cenſuræ & interpretationi ſubjectũ erat, totumq; majori invidiæ & odii flammæ accendendæ ſerviebat

Hugo. Card. Pſ. 117 12. Rup. Abb. l. 10 in Joan. Dan. 13. v. 22.

Ps.26.3. 7. Veruntamen longe verius quàm David Salvator nostet dicere potuit: *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum*; ipse etenim tametsi in capitalium inimicorum suorum medio constitutus esset non solùm tamen illæsus, sed & corde intrepidus permansit. Advertendum est autem, quòd dixerit *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei*, &c. Quisquis enim intus limpidam mundamque conscientiam habet, exactusque est divinorum præceptorum executor, nunquam formidat, tametsi totus adversus eum mundus armatus consistat; siquidem *Justorum animæ in manu Dei sunt, non tanget illos tormentum mortis.*

Joa.5. 36.

Sap.3.1.

Et dicebant ei: Quousque animam nostram tollis

S.Thom. in Joan. 8. *Adulatorie loquuntur*, inquit S. Thomas, *volentes per hoc ostendere, se desiderare scire veritatem de ipso; quasi dicant, anima nostra est in suspenso desiderii, quamdiu mœstos nos relinquis?* Lucas Burgensis ait: *Fingunt se languere, ac proponendum emori præ desiderio aperte cognoscendi Jesum.* Hasce verò adulationes in mortalis odii dæmonstrationibus terminarunt, sipuidem manus suas protinus extenderunt ad lapides, ut his illum impeterent.

Luc. Burg.

Jansen. 93.con. cord. 6 Jansenius ipsos conquestòs fuisse dicit, quòd ipsos verborum suorum ambiguitate quoad personam suam in suspenso relinqueret: *Quamdiu animos nostros aut nos suspensos tenes verborum tuorum ambiguitate?* Cajetanus in eadem est sententia, dum ait: *Fingunt se cruciati obscuritate verborum Jesu, utpote affectantes sequi ipsum, si manifestè loqueretur.* Hanc porrò suspensionem & ambiguitatem se mortis doloribus affligere & cruciare simulabant, seu potiùs fingebant: *Cruciatum suspensi animi ad affectatam rem seu notitiam significant, exaggerando usque ad periculum vitæ.*

Cajet.

Hugo. Card. 10. Hugo Cardinalis ait: *Nota qualiter malitiam cooperiunt, præmittunt enim verba adulationis*; se namque cupidos esse simulabant sciendi, an filius Dei esset, ut eum debito modo venerari possent, cùm tamen ipsi in scopum omnino contrarium collimarent; simile verè exemplum Matthæi 22. legitur quando ad eum accedentes dixerunt: *Magister scimus quia verax es, &c. quòd autem non discendi, sed tentandi gratiâ quærerent; ista lapidatio monstravit; quem enim ita fide dignum æstimabant, ut de se ipso testantem susciperent, parva quædam locutum confestim lapidaverunt.*

Matt.22. v.16.

Tolet. 11. Toletus ipsos in hisce verbis duo mendacia protulisse notat. Primum est, quòd se præ nimis intenso desiderio sciendi, an verè Christus esset, affligi dixerint, quod falsum erat, siquidem si id de eo credere voluissent, non utique dicturi fuissent: *Dæmonium habes?* cùm enim ipsum dæmoniacum appellarint, signum est, quòd de ejus divinitate minimè ambigebant. Secundum verò erat, quòd Christum hujus perplexitatis causam esse dicerent: *Et hoc erat mendacium; nam sufficientissimè aperuerat quis esset.*

S.Ant. Paduan. serm. in hac fer. 12. S. Antonius Paduanus illos verum dixisse existimat, reverà enim in animabus suis affligebantur, videntes stupenda quæ patrabat miracula: *Quia invidi judæi invidiâ plenierant, id circo incessanter stimulabantur in corde tantò lethalius, quanto videbant Christum plus clarificari prodigiis & doctrinâ*, hoc tamen odium & invidiam sub prætextu quòd illum verum Messiam esse ignorarent, cautè tegebant. Glossa ait. *Calumniantur illum tollere animas, qui salvat*

Glossa.

Salmeri. 13 Salemron quandam in ipsis malignitatis subtilitatem ponderat, qua usi fuere, ut Christum ad intentũ ab illis finem loqui inducerent, ipsique omnia quæ respondisset, censurandi & calumniandi occasionem haberent: *Quoniam videbant Dominum animas diligere, quo facilius eliciant responsum quod volunt animam suam afflictam, & hujus rei desiderio suspensam asserunt, & in singulari dicunt animam, ut plus moveant.* Nihil enim Christus æquè impensè desiderabat, quàm ut animarum securitati consulere possent, cujus equidem hæc unica via erat, nimirum communicata illis sui ipsius perfecta notitia: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solam Deum verum, & quem misisti Jesum Christum.*

Joan.17 3.

Si tu es Christus

14. Non quidem hoc ab eo testimonium postulabant, quasi in eum quodammodo crederent, sed ut fidem ipsius & authoritatem penès populũ diminuerent, & ut eum apud Judææ Præsidem tanquam Cæsareæ Maje-

Majeſtatis læſæ reum accuſarent, ac demũ veluti blaſphemum morti adjudicare poſſent. unde Ven. Beda ait: *Hæc verò non veritatem fidei inquirendo, ſed illi, quem interrogabant, infidiando, & calumniam ſtruendo dicebant, ut invenirent quod accuſarent.* Lyranus ulterius perverſam illorum intentionem detegit, nimirum quòd verbis illis ſe omnibus, quæ ad eos dicturus eſſet, acquieſcere iiſque fidem ſe adhibere velle ſimulârint: *Per hoc innuentes, quod vellent ejus dicto ſtare, & eum libenter ſicut Chriſtum recipere, cùm tamen haberent contrarium in corde.* Unde Rupertus Abbas Tuitienſis doloſam hanc fictionem apertè accuſans, hiſce eam verbis illis improperat: *Quid enim ex ore ipſius audire deſiderabatis, niſi ut apud poteſtatem Romani Imperii adverſus illum accuſationem inevitabilem invenire poſſitis?* ut Pilatum ſibi conciliarent, ferendamque ab eo contra Chriſtum ſententiam pro voto ab eodem obtinere poſſent, hanc coram ipſius tribunali adduxerunt accuſationem *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, omnis enim qui ſe Regẽ facit, contradicit Cæſari*; ſuumque Meſſiam temporaliter regnaturũ eſſe exiſtimabat. Dionyſius Carthuſianus dicit, quòd tunc Meſſiam præſtolati fuerint, quomodo illum ſemper hactenus exſpectarunt; nimirum *ſic futurum, quòd eſſet Rex potentiſſimus, & mundi Monarcha atque omnia regna ſubjecturus pro Judæis, dominabitur à mari uſque ad mare. Attende illorum perverſitatem*, inquit S. Thomas *nam quia indignabantur contra Chriſtum, quòd ſe diceret filium Dei, non interrogant eum, an ſit filius Dei ſed dicunt: Si tu es Chriſtus*; quia eum propter reſponſum aſſertivum apud Imperatorem, tanquam ſi velut ſeditioſus regnum affectaſſet, accuſare volebant; notat quoque Idem Sanctus, quòd quando ipſum apud Pilatum accuſarunt, quòd ſe filium Dei feciſſet flocci id ipſum fecerit; non verò item quando ei objecerunt: *Omnis qui ſe Regem facit contradicit Cæſari.* Unde Lyranus verba illa: *Si tu es Chriſtus*, ita Gloſſat, *id eſt unctus, quæ unctio debetur Regibus*

15. Meritò igitur Salvator noſter illis improperat dicens: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis perſpicere*, hic enim pari cum perplexitate animi Chriſtum in deſerto convenit, ipſum interrogando: *Si filius Dei es*, quod cum ipſorum ſollicitatione valde convenit, quia dicebant: *Si tu es Chriſtus* Dæmon ei lapides obtulit dicens: *Dic ut lapides iſti panes fiant*: hi verò patre ſuo pejores, duriores, & perverſiores: *Suſtulerunt lapides ut jacerent in eum.*

Dic nobis.

16. Chryſoſtomus hîc ait: *Sirectè advertere voluiſſent, ex verbis quoque ipſum confiteri debuiſſent, nam operibus ſæpenumero oſtendit; ſed conſidera eorum pravitatem: cum verbis erudiuntur dicunt: quod ſignum oſtendis? Cùm autem operibus ejus virtus demonſtratur, dicunt: ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam; ſic operibus clamantibus ad verba, verbis autem ad opera confugiunt, & contrariis ſemper inſiſtunt.* Porrò S. Antonius de Padua poſtquam eandem poſuiſſet conſiderationem, locum illum Pſalmi ſubjungit; *In circuitu impii ambulant.* Theophylactus quoque ait: *Cùm opera prædicarent illum eſſe Chriſtum, iſti ex verbis quærebant diſcere, quod ludentium magis eſt & deridentium.* S. Auguſtinus ait: *Non veritatem deſiderabant, ſed calumniam præparabant.*

Palam.

17. Nimirum teſtimonium iſtud ex ipſiuſmet ore, voce clarâ elatâ & diſtinctâ prolatũ audire volebant, ut teſtimonium adverſus ipſum perhibere poſſent. Unde Lyranus ait: *Dic nobis palam, ut poſſent habere contra eum teſtimonium.* Janſenius dicit: *Palam, poſito ſcilicet omni metu, & verborum involucro.* Lucas Burgenſis ita explicat: *Apertè & verbis claris, clarè lucideque, ſine verborum ambagibus, & parabolarum involucris, quibus tuæ ferè ſolet involvere.*

Verſus 25.

Reſpondit eis Jeſus: Loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.

Reſpondit eis Jeſus: Loquor vobis, & non creditis.

1. *Mirabili artificio uno verbo ſe eſſe Chriſtum confitetur*, inquit Toletus, *& fraudem illorum*

Beda. Lyran. Rup. Ab. lib. 10. in Joan. Joan. 19. v. 12. Dion. Cart. S. Tho. in Joan. Tyran. Joan. 8. 44. Matt. 4. 3. Joan. 8 59. Chryſ. hom. 60. in Joan. S. Anton. de Pad. ſerm. in hac ſer. Theoph. Aug. tr. 48. Lyran. Janſen. Luc. Burg. Tolet.

illorum declinat, & ſimul mendacia eorum revincit. Loquor, inquit, vobis, acſi diceret, ego nihil aliud facio, quàm loqui, & manifeſtare quod petitis. Meritò illis objiciebat, quòd nullam verbis ſuis fidem adhibuerint; ſiquidem ipſi exprobraverant: *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Joan. 8. 13.

2. Hugo Cardinalis ait: *Loquor vobis verba doctrinæ, quæ nemo alius unquam locutus eſt, & ideo poteſtis me per ea cognoſcere.* Sanctus Petrus ei proteſtatus fuerat dicendo: *Verba vitæ æternæ habes*; imò ipſimet lictores quoque, qui ad eum capiendum miſſi fuerant, verba ejus omnem humanæ capacitatis ſphæram excedere fatebantur; *Nunquam ſic locutus eſt homo.* unde Beda ait: *proprie oſtendit, quis eſſet, cùm dixit: loquor vobis, id eſt, Verbum Dei coæternum Patri.* Hugo. Card. Joa. 7. 46 Bedá.

3. Cajetanus rationem reddit, cur Salvator ſe Chriſtum eſſe, apertè declarare noluerit, videlicet: *Quia non erat adhuc Paſſionis tempus ab eo definitum, reſpondit ad intima eorum, manifeſtans quod intelligit corda eorum, quòd fictè interrogant.* Cajet.

4. Matthæi 22. quando ſimilibus adulatoriis & fucatis technis eum aggrediebantur dicentes, *Magiſter, ſcimus quia verax es*, &c. publicè illos & acriter reprehendit, hypocryſim illis manifeſtè exprobrans: *Quid me tentatis hypocritæ?* Non verò hoc loco ſic facit, inquit Hugo Cardinalis: *Per hoc oſtendens, quoniam novit abſcondita mentis eorum: hic autem nihil loquitur; per hoc erudiens nos, non de omnibus arguere eos, qui inſidiantur ſed præmanſuetudine & humilitate multa diſſimulare.* Poterat utique illis perverſa illorum detegere conſilia, quibus ipſum apud Pilatum accuſare nitebantur, inſinuando illis, quòd invidiæ, odii fictionis & falſitatis veneno pleni eſſent; ſed diſſimulare voluit, ne occulta ipſorum peccata palam manifeſtaret, & ut omnem quoque illis adimeret magis contra ipſum malignandi occaſionem, qua utique uſi fuiſſent, ſi illos exaſperaſſet. Matt. 22. v. 16. Hugo. Card.

5. Idem quoque Hugo in ſenſu morali dicit: *Loquor vobis interiùs per inſpirationem, exteriùs per Scripturas, & beneficiorum largitiones, & non creditis; non credimus verbis Chriſti propter quatuor, vel quinque, ſcilicet quia nobis diſplicent. Eccleſiaſt. 21. Audivit luxuriоſus, & diſplicebit illi, & proficiet illud poſt dorſum ſuum* Item, *quia ſunt contraria ſapientiæ noſtræ.* 1 Cor. 2 *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritûs Dei, ſtultitia eſt illi, & non poteſt intelligere. Item quia de talibus non cogitamus.* 18 *Prov. Non recipit ſtultus verba prudentiæ; niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde ejus. Item quia ſingimus ea dicta ad terrorem, non ad veritatem. Item, quia non videmus pœnas, quas comminatur.* Eccl. 21. 18. Prov. 18. 2

Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.

6. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Oportet unamquemque ex qualitate operum ſpectari, nec ad ſola verba reſpiciendum eſt.* Chriſtus igitur dicendo, quòd in virtute æterni Patris ſui operetur, Judæos blaſphemos declarabat, qui ei exprobrare non dubitabant, quòd in virtute Beelzebub dæmonia ejiceret S. Cyrill. Alex. l. 7. & 8. in Joan

7. *S.* Thomas ait: *Non ſolùm verbis, ſed nec operibus meis teſtimonium perhibentibus de me creditis, qui modo fingitis ſolis verbis vos credituros; dixerant enim: Si tu es Chriſtus dic nobis.* Theophilactus Chriſtum hiſce verbis fictionem & duplicitatem illorum reprehendere voluiſſe exiſtimat, quaſi diceret. *Quid ita ſimulatis, quod nullo verbo perſuadeamini? opera quæ ego facio non ut adverſarius Dei, ſed in nomine Patris mei, non recipitis, quomodo nudis verbis crederetis? omnino enim major eſt virtus operum, quàm verborum ad perſuadendum.* Hugo cardinalis ex hiſce promiſſis illam conſequentiam deduci conſiderat, quòd ſcilicet fraudulenta eſſet illa, ſibi propoſita interrogatio: *Patet quòd ſuperflua & ſubdola eſt veſtra interrogatio*; ratio eſt quia ſi admirandis, prodigioſis, prorſuſque divinis factis ejus non credebant, multò minùs nudis verbis præſtituri erant fidem; hæc enim Chriſti opera evidens reddebant divinitatis ipſius teſtimonium. Unde ipſemet Dominus Joan 5. dicit: *Ego habeo teſtimonium majus Joanne; opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me* Ideò quoque Nicodemus Joan 3 ait: *Nemo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.* S. Thom. in Joan. Theoph. Hugo. Card. Joa. 5. 36.

8. *Opera adjungit*, inquit Lucas Burgenſis at Luc. Burg.

ut duplicis contumaciæ eos convincat; nam præter doctrinam habebant in miraculis luculentum teſtimonium, niſi Deo fuiſſent rebelles.

Salmer. 9. Salmeron ſimilitudinem fructiferæ cujuſdam arboris, olivæ videlicet, vel pyri adducit, quæ ſi interrogaretur cujus generis arbor ſit, reſponſura utique eſſet: *Abundè fructus, quos producto teſtantur. Quiſque ergo noſtrûm non glorietur aut in nobilitate, aut in fortunis, aut in poteſtate, aut in ſapientia, nemo ex his judicandus eſt à Deo, ſed ex operibus ſuis tantùm, & ex uſu illorum donorum, quæ à Deo recepit.*

Jac. 2. 18. 10. S. Jacobus Apoſtolus epiſtola ſua dicit: *Oſtende mihi fidem tuam ex operibus*; multi quidem ſapienter de rebus divinis diſcurrunt, prouti ex miniſtris Evangelii plurimi faciunt: at verò ut pro ſyncerisEvangelii miniſtris habeantur, oculus ad mores & ad opera dirigendus eſt. Eccleſiaſtici nàmque bono potius exemplo, quàm voce prædicare debent; *Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona.*

Matt. 5. v. 16.

Verſus 26.

Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ovibus meis

Toletus. 1. Toletus verba illa: *Vos non creditis*, non tantùm ſimplicem quandam incredulitatem ſed incredulitatem culpabilem deſignare dicit: *Quia abundantiſſima habuerant & efficaciſſima media, ut converti potuiſſent, ut ſit ſenſus: Tot profectò habuiſtis remedia, tot ac tanta argumenta, quibus credere potuiſſetis, ut jam credidiſſetis, ſi de numero electarum, mearumque ovium fuiſſetis.* Janſenius verò hoſce incredulos defendere velle videtur. ſiquidem hunc in modum diſcurrit: *Eſſe ovem Chriſti, eſt eſſe electum, & prædeſtinatio, ſed divina electio & prædeſtinatio non eſt ſita in noſtra poteſtate; ergo nec culpandi erunt, qui non credunt, ſi ideo non credunt, quia non ſunt ex ovibus Chriſti, hoc eſt, quia non ſunt electi.* Tandem verò huic diſcurſui diſtinguendo reſpondet: enim verò eſſe ovē Chriſti, ſeu eſſe de numero electorum, aut credere in Deum partim à divina gratia dependet, & ideo nemo poteſt credere, niſi à gratia præventus fuerit, & ſimul eodem tempore verum eſt, quod nemo credet, niſi velit: *Sic ut quis ſit ex ovibus Chriſti, partim eſt ex gratia prædeſtinationis, partim ex ſpontanea credentis voluntate. Itaque cum dicitur: Non creditis mihi, quia non eſtis ex ovibus meis, intelligi poteſt, reddi per hoc rationem incredulitatis ipſorum: vel ex parte ipſorum, quia ſcilicet nollent eſſe ex ovibus ipſius, & ſic ſuo vitio non eſſent oves Chriſti; vel ex parte Dei, quia ſcilicet non eſſent ex electorum numero.*

2. Dionyſius Carthuſianus ſuper hæc verba propoſitionem quandam ſtatuit, quæ primo aſpectu al qualem in ſe continet difficultatem; dicit enim: *Non omnium eſt fides, ſed electorum duntaxat*; hoc enim falſum eſſe videtur, quia multi etiam fideles in Evangelium credunt, qui tamen perſæpe ad gloriam electi non ſunt; idem verò extaticus Doctor eandem propoſitionem paulòpoſt declarat dicens: *Omnes viatores electi ſunt credentes, quoniam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*; ac proinde S. Lucas in actibus Apoſtolicis ita ſcribit: *Crediderunt quotquot prædeſtinati erant in vitam æternam* *Dio. Car* *Act. 13. 48.*

Lyran. 3. Conſiderat hoc loco Lyranus Salvatorem in hac reſponſione ſua ſe Chriſtum eſſe non directè affirmâſſe, prouti hi malignantes deſiderabant: *ſed dixit aliquid æquivalens, vel majus, ut reſponderet veritatem, & excluderet calumniæ malitiam.*

4. Idem quoque ait: *Non eſtis ex ovibus meis, id eſt, innocentes & humiles, ſed ſuperbi & maligni, ideo Dei judicio excæcati*; quod ſi enim ad cœleſtis illius Paſtoris gregem admiſſi non fuerunt, propriâ ipſorum culpâ id factum eſt: *Nam ego quidem ut Paſtor bonus*, inquit Theophylactus, *quæ oportebat facere, feci; vos autem ſi non ſequimini, non ego Paſtoris, ſed vos ovium vocatione indigni eſtis.* Unde S. Auguſtinus ait: *Oves credendo ſunt, oves Paſtorem ſequendo ſunt, oves Redemptorem non contemnendo ſunt, oves per oſtium intrando ſunt.* *S. Aug. tr. 48.*

Verſus 27.

Oves meæ vocem meam audiunt. & ego cognoſco eas & ſequuntur me.

Oves meæ vocem meam audiunt.

1. Dionyſius Carthuſianus efficaciter *Dion. Cart.*

probat, Christum hæc verba non de auditu externo solum intellexisse, quia sæpe numerò hi incredduli prædicationi ejus præsentes intererant, eamque audiebant; *loquitur ergo præcipuè de interiori auditu, id est, obedientia & consensu, ut sit sensus: Oves meæ, id est, homines, quorum corda per gratiam nutrio, atque multiplicis spiritualis alimoniæ cibo confortes; vocem meam audiunt, hoc est, verbis Evangelicæ legis vel inspirationi internæ, quæ verba audiunt immediatè à me, vel à prædicatoribus meis; obediunt saltem, antequam de hoc sæculo auferantur.* Unde Glossa Interlinearis breviter ita explicat: *Vocem meam audiunt, id est, obediunt præceptis.* Interl.

2. multæ super hæc verba fieri possunt considerationes morales, ac proinde advertendum est inprimis, quòd Christus non dixerit: *Voces meas*, in numero plurali, quia certissimum animæ alicujus electæ signum est, si aures & cor suum primæ æterni hujus pastoris vocationi & invitationi pandat. S. Paulus paucis horis antè Ecclesiæ persecutor erat, qui tamen audire meruit: *Vas electionis est mihi*, atque ex lupo (*Benjamin lupus rapax*) in momento factus est ovis gregis Christi, idque non alio merito, quàm quia protinus auditâ hac voce: *Saule Saule*, sine delatione respondit: *Domine quid me vis facere?* unde & ad Galat. 1. v. 16. ait *Continuo non acquievi carni & sanguini*; ac proinde idem Apostolus in Epistola ad Titum ita scribit *Admone illos dicto obedire*; non dixit, *dictis* in numero plurali, sed in singulari; & alibi iterum Gentium Doctor ait: *Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate*; supremus etenim Pastor oves suas ad nutum unicum obedire desiderat: *Sibilabo eos, & congregabo eos, quia redemi eos. Quasi solo sibilo opus sit, non prædicationis tubâ*, inquit Titelmannus. Act. 9 15. Tit. 3. 1. 2. Thess. 3 v. 14. Zach. 10 v. 8. Titelm. ibid.

3 Notari quoque hoc loco potest, quòd Christus non dicat in tempore futuro, *audient sequentur*; sed in præsenti tempore, *audiunt sequuntur*; per quod nobis insinuat, quòd auscultatio vocis divinæ, cùm ad cælestem ovile invitamur, nequaquam differenda aut procrastinanda sit: *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra*; ubi quoq; obiter notandum est, quòd Psalmista eodem in loco paulò antè dixerat: *Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ*, Ps. 94. 8.

postea verò ut modum, quo in harum ovium numerum aggregari valeamus, ostendat, ingenti cum mysterio subjungit: *Hodie si vocem Domini audieritis &c.* S. Anton. de Pad. ser. in hac. fer

4 S. Antonius de Padua aliam hoc loco moralitatem adducit, dum ait: *Nota hic, Christus non dicit: audiunt fabulas, vel verba aures demulcentia.* Et ideo S Bonaventura quoque dicit. *Vocem meam, scilicet documenta audiendo & credendo.* S. Bon.

Et ego cognosco eas.

5. S. Thomas ait: *Id est, diligo, approbo.* 1. *Timoth.* 2. *Novit Dominus, qui sunt ejus. Sed si aliquis non potest credere, nisi detur ei à Deo, videtur quòd infidelitas non sit alicui imputanda.* Cui objectioni Angelicus Doctor efficaci quadam ratione respondet, dum ait: *Dicendum quòd ideo imputatur, quia in eis est causa quare non datur*; pro cujus majori elucidatione claram satis similitudinem adducit, dicens: *Sicut ego non possem videre lumen, nisi illuminarer à sole; si autem clauderem oculos, non viderem lumen, quod non esset ex parte Solis, sed ex parte mea, qui claudendo oculos præbeo causam ne illuminer; peccatum autem est causa, quare non illuminamur à Deo per fidem, puta originale vel in aliquibus actuale; unde omnes illi, qui deseruntur, justo Dei judicio deseruntur; & illi, qui eliguntur, ex Dei misericordia assumuntur.* S. Thom. in Joan. 1. Tim 2.

6. Porrò quales electi sint, Christus, prout notat Toletus, ab effectibus ostendit, dum ait: *oves meæ vocem meam audiunt*; cui insuper aliud quoque ejusdem rei signum adjungere placuit: *Ne quis enim objiceret: Forsan hi oves tuæ sunt, sed tibi ignotæ. Addit: Non sic est, Ego agnosco eas*; etenim quinam prædestinati, infallibiliter, Toletus.

Et sequuntur me.

7 Idem Cardinalis hæc verba ita exponit: *Obedientes verbis & mandatis meis.* Salmeron verò interpretatur modo sequenti: *Gratiam prævenientem & operantem amplexati, ac illa justificati sequuntur me, tanquam Pastorem suam per viam mandatorum currentes, ac per crucem usque ad gloriam.* Idem. Salmer.

8 S. Thomas hanc sequelam de imitatione ejus interpretatur; dicit enim: *Imitatione* S. Thom. in Joan.

ad

Cajetan. *ad Chriſtum, & quantum ad hoc dicit : ſequuntur.* Idem quoque Cajetanus inſinuat, dum ait: *Imitando veſtigia mea, id eſt, exempla vitæ meæ.*

Rom.8. 30. 9. Hugo Cardinalis ſe ad illum Apoſtoli ad Romanos textum reflectens : *Quos prædeſtinavit, & vocavit* &c, quatuor illa à Redemptore hoc loco inſinuata, ad quatuor, quæ Apoſtolus loco præcitato ſpecificat, reduci poſſe dicit, *ita ut prædeſtinatio referatur ad cognitionem, vocatio ad auditum juſtificatio ad ſecutionem, & magnificatio ad æterna vitæ datione.*

Theoph. 10. Opponit verò Theophylactus, dum ait *Quomodo autem dixit: Oves meæ me ſequuntur, & non pereunt? videmus enim quod Judas perierit; ſed propter hoc periit, quia non ſecutus eſt, neque ovis manſit uſque ad finem; Dominus de his, qui ſecuti eum: Et oves ſunt, inquit quia non pereunt.*

verſus 28.

Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea.

Et ego vitam æternam do eis.

1. *Bona paſcua vita æterna dicitur.* inquit S. Auguſtinus, *ubi totum viret, totum viget.* Albertus Magnus aliud nobis in hac vita ovium ſuarum paſcuæ genus oſtendit, dum ait: *Per carnis meæ paſſum, & ſanguinis potum, & ſpiritus mei vivificationem, & deitatis meæ gratificationem*; adducitque illum S. Joannis textum: *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant*; nec non locum illum Joan 6. *qui manducat me, vivet propter me.*

S.Aug. tr 24. in Joan. Alb.M. Joa 10. Joa.6.58

Toletus. 2. Toletus ſolius potentiæ proprium eſſe dicit, vitam dare poſſe æternã utpote quæ infinitum quoddam præmium eſt electis ſuis deſtinatum: *Quod ſi hoc non allicit, terreat quod ſequitur: Si oves non ſunt in æternum peribunt; nemo dicat: Ovis non ſum, ſolum mihi æterna vita negabitur, tamen nullum indè mihi impendet; decipietur, in æternum peribit.* Pro adultis non ſupereſt locus medius, ſed illis vel paradiſus vel infernus aſſignabitur. *Ea eſt cauſa, cur, cùm Dominus dixerit: Vitam æternam do eis, addidit: Et non peribunt in æternum, ut ſignificaret oves liberari ab æterna morte, & vitam æternã habere*

Salmer. 3. Salmeron hoc loco obſervat quòd Salvator in præſenti tempore dicat: *Do*, non verò dicat: *Dabo: id eſt, dabo poſt ſequelam completam vel etiam de præſenti do, non ſolum dando eis gratiam, quæ eſt vita æterna inchoata, de qua Paulus: Gratia Dei, inquit, vita æterna, ſed etiam per illam bonorum operum merita producentem, do vitam, æternam in Jure ad eam, & in ſpe certa illius conſequendæ* Cajetanus ſuper verbum Do, ita ſcribit *Non dixit, dabo, ſed do, ut intelligamus, quod de dono in præſenti vita loquitur: Habet vitam æternam in ſemine præſentis gratiæ, in pignore charitatis.*

Cajet.

Et non peribunt in æternum.

4. Frequens nos experientia hactenus docuit, quòd multi de electorum numero in hac præſenti vita in mortem culpæ mortalis miſerè & infeliciter inciderint, quamvis alia ex parte certum ſit, quòd iidem in illa morte non perſeverarint, ſed tandem reſurrexerint ad pœnitentiam. *Licèt ad tempus*, inquit Dionyſius Carthuſianus: *variis perſecutionibus, tentationibus atque moleſtiis fatigentur, quemadmodum ſcriptum eſt: Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto perſecutionem patientur: his enim omnia cooperantur in bonum & omnia quæcunque faciunt, proſperantur, finaliter ergo ſalvantur, & tanto plenieri beatitudine perfundantur, & felicius requieſcant in patria, quantò nunc amplius vilipenduntur, tentantur ac tribulantur.* Albertus Magnus ſimiliter ait: *Ad tempus videntur perire, non tamen peribunt in æternum*; adducitque textum illum Sap. 3. in quo legimus: *Viſi ſunt oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt afflictio exitus illorum, & ab itinere juſto abierunt in exterminium, illi autem ſunt in pace.* Qui enim electi & prædeſtinati ſunt ad gloriam, tametſi ad tempus prævaricatores, divinæque legis transgreſſores exiſtant, attamen *non pereunt in æternum*, ſed tamen reſipiſcunt, & emendantur. S. Auguſtinus prædeſtinationem hoc modo definit: *Prædeſtinatio eſt præſcientia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſſimè liberantur, quicunque liberantur.* porro prædeſtinatos in ſalvo eſſe indubitatum eſt apud Deum, eſtque hæc infallibili tas in divina præſcientia, de qua Pſalmiſta dicit: *Altè à longè*

Dio. Card. Alb.M S. Aug. l. de bon perſever c.14. Pſ.37. 6.

2.Tim.2. v.19. *longè cognoſcit*; & Apoſtolus ait: *Cognovit Dominus qui ſunt ejus.*

Et non rapiet eas quiſquam de manu meâ.

Dio.Car. 5: DionyſiusCarthuſianus illum Apoſtoli locum ad Romanos allegat, ubi dicitur: Rom.8. 33.& 34 *Quis accuſabit adverſus electos Dei? Deus qui juſtificat, quis qui condemnet? Chriſtus Jeſus ad dexteram Dei interpellat pro nobis*; quaſi dicat: tametſi electi nonnunquam cadant, Paſtor tamen æternus, qui protectionis ſuæ oculos ſuper oves ſuas directos habet, pro ipſorum emendatione intercedit: Rom. 8. 35. *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an angustiæ? an fames; an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? In his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Prædeſtinatio*, inquit DionyſiusCarthuſianus, *equidem includit omnia, quæ electis neceſſaria ſunt ad ſalutem, ideo comprehendit auxilia, quibus indigent prædeſtinati ad hoc, quod non vincantur, neque à Chriſto finaliter ſeparentur.* Lucas Burgenſis lyillud Luc. Burg. *Quiſquam* ponderans dicit: *Non fur, non ſathan, non mundus, non caro, non dæmones, non homines, non hoſtis, ſit viſibilis, ſit inviſibilis, non adverſa, non proſpera, non minæ.*

Alb.M. 6. Albertus Magnusſuper ly *Non rapiet*, ita ſcribit: *Id eſt per aliquem violentum impulſum tentationis, quia non permittam quod ultra vires à maligno aliquid patiantur* 1 Corinth. 10. 1.Cor.10 v.13. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum.* Dictio illa, *de manu*, protectionem indicat & tutelam, qua Deus electos ſuos ſpecialiter tuetur & cuſtodit. S.Iſid.l.i Euthim. c.1. *Manus dicitur quod ſit totius corporis munus*, inquit Iſidorus *ipſa enim cibum ori miniſtrat, ipſa operatur omnia atque diſponat, per eam accipimus & damus*: Iuſtorum *animæ in manu Dei ſunt*; omnes electorum greſſus provido & benigno oculo à Deo conſiderantur: Pſ.36.23. *Apud Dominum greſſus ejus dirigentur, & viam ejus volet, cùm ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam, juvenior fui, etenim ſenui, non vidi juſtum derelictum*; tametſi enim nonnunquàm per præruptа & invia deviare videantur, oculum tamen ſuum in viam rectam directum ſemper habent, malæque conſcientiæ ſuæ remorſum & ſyndereſin interiùs ſentiunt, ac Dei timorem filialem ac reverentiam nunquam totaliter amittunt; unde tametſi Petrus Magiſtrum ſuum negaret, & eum perjurioſe illum minimè noſſe diceret, nullà tamen ei fides adhibeatur: Matt.26 v.73. *Loquela tua manifeſtum te facit*; *& tu de illis es.*

7. CajetanusChriſtum hoc loco manifeſtè de prædeſtinatis agere probat: Cajet. *Manifeſtè apparet, quòd de ovibus prædeſtinatis loquitur; de iis enim ſolis verum eſt, quòd ultra gratiam, charitatem, & virtutes in anima, tot, tanta, & alia adhibentur à Deo gratuita auxilia, ut in æternum non pereant, ut non rapiat eos violentia cujuscunque ſævitiæ.*

8. Thophylactus hoc loco quærit, quomodo illud Salvatoris dictum: *Nec rapiet, illas quiſquam de manu mea*, verificetur Theoph. cùm tamen tot electi turpiter cadere videantur, Et reſpondet: *Dicendum? quòd rapere quidem nullus poteſt de manu Patris, decipere autem multi; nam vi quadam & tyrannide nullus poteſt avellere à Deo, deceptione autem quotidie ſupplantamur.*

9. S. Bonaventura præeunte S. Auguſtino ſcribit, neminem haſce animas de manu Dei S.Bonav. rapere poſſe finaliter: *Nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit, ſi licet finaliter* Quòd ſi fortè contingat, inquit idem Sanctus, quòd præſentaneé aliquis electorum à Deo abripiatur, atq; à bona ſemita deviet, *id non eſt ex impotentia Dei cuſtodiens, ſed ex labilitate & infirmitate liberi arbitrii deficientis.*

10 Unde reprobus nullam de providentia & bonitate hujus Paſtoris lamentandi occaſionem habet, quia *Perditio tua ex te Iſrael,* Oſe.13.9 *tantummodo in me auxilium tuum*; ex quibus verbis deducitur, quòd Deus ne vel minimâ in hominis reprobatione culpâ habeat, imò potius, quòd ab eo ſolo auxilia procedant, S.Aug. ad Art. ſibi imp. art 3. quæ ad ſalutem ſubminiſtrantur, ab alio autem rejiciuntur. Axioma eſt S. Auguſtini: 1.Tim.2. v.4. *Nemo creatus eſt, ut periret*; quod cum illo Apoſtoli oracluo concordat: *Deus vult omnes ſalvos fieri.* Idem quoque S. Doctor de S Aug. l.3. Deo dicit: *Poteſt aliquos ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt: non poteſt aliquos ſine malis meritis damnare, quia juſtus eſt.* Accedit, quòd maxima ipſis quoq; reprobis ſubminiſtret auxilia; ſiqu dem qui oculum ſuũ in Judam v.g. conjecit, ipſum abundantiſ contra Iul. on. c.18.

ſima

ſima pro ſalute obtinenda ſubſidia acceperit facilè deprehendet ideò ut Deus unicuique animæ damnatæ in faciem exprobrare jure poſſit, dicendo: *Quid vltra potui facere, & non feci?* Porro Deus ſalutem noſtram & electionem ad gloriam (maximè ſi de adultis ſermo ſit) non ſolùm in gratiis, donis, & pietate ſua repoſitam eſſe voluit, verùm etiam in cooperatione & voluntate noſtra S. Hieronymus, poſtquam reprobos ſuâ culpâ damnari oſtendiſſet, ſuper illa verba S. Pauli: *Vaſa iræ, & vaſa miſericordiæ* ſcribens dicit: *Hæc Vaſa miſericordiæ non ſolùm populus gentium eſt, ſed etiam ii, qui ex Judæis volverunt: ex quo oſtenditur non gentes eligi, ſed hominum voluntates.* S. Ambroſius quoque ait: *Vult Deus omnes ſalvos fieri, ſed ſi accedant ad eum; non enim ſic vult, ut nolentes ſalventur, ſed vult illos ſalvari, ſi & ipſi velint.* Si enim ipſi voluerint, & gratiæ, quam Deus pro ipſorum ſalute eis offert, revera cooperati fuerint, copioſos cœli theſauros ſuper ſe deſcendere videbunt unde quilibet Chriſtianus punctum iſtud infallibile & indubitatum eſſe firmiter credat, reprobationem & damnationem animæ ſuæ non fieri de facto, nec fieri poſſe, nec unquam futuram eſſe ſine conſenſu ſuo, id eſt, ſine culpa ſua nec ullam culpam mortalem dari poſſe ſine voluntatis noſtræ conſenſu, adeoque effectus & executio prædeſtinationis ipſo facto dependet á nobis, licèt à Deo ab æterno irrevocabiliter decreta fuerit.

S. Hier. ad Hedibiam. Rom. 9. 22.

S. Amb. in Tim. 2

11. Quodſi quæras, qua ratione libertas arbitrii noſtri cum hac prædeſtinationis infallibilitate ſalvari poſſit? Reſpondeo quòd hæc certitudo divini decreti in divina numinis præſcientia fundetur, qua prævidet quòd liberè quidem, ſed tamen infallibiliter electus cooperaturus ſit gratiæ ipſius, ideoque ſit ſalvandus. Origenis ſententia eſt dicentis: *Non ideo aliquid erit, quia Deus ſcit, ſed quia futurum eſt, à Deo ſcitur antequam fiat.* Ita namque erit, ut Deus decrevit, hoc autem decretum non excludit, imò potius requirit noſtram in operando libertatem, infallibilitas autem ejus in præſentia fundatur, quam ab æterno habuit, & in voluntate noſtra, qua vel cœlum, vel infernum volumus: *Ad quod volueris, porrige manum: Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.* S. proſper de differentia differens, quæ circa certitudinem vel perplexitatem noſtræ prædeſtinationis Deum inter & nos intercedit, ita ſcribit: *Prædeſtinatio Dei etſi apud nos, dum in præſentis vitæ periculo verſamur, incerta eſt; apud illum tamen qui ſecit quæ ventura ſunt, incommutabilis perſeverat.* In Apocalypſi quoque dicitur: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam*; poteſne igitur, dicat fortè aliquis, anima aliqua ad gloriam electa & prædeſtinata labi? Ita eſt, neque enim hoc impoſſibile eſt, licèt nunquam futurum ſit: Deus enim ita prævidit, quòd ſcilicet anima illa finaliter in gratia & amicitia ſua perſeveratura ſit. Vaſquez hunc Apocalypſeos textum examinans ita ſcribit: *Si electio ad gloriam facta eſſet ante præviſa merita, fruſtra electo diceretur: Tene quod habes, ne aliquis accipiat coronam tuam: nam ſi nullus ita haberet eam in manu ſua, ut poſſet amittere, rectè reſponderet, depoſitam eſſe in manu Dei, de qua nec ullus alius rapere, nec ipſe electus amittere poſſet.*

S Proſp. Reſp. 12. ad objectiones.

Apoc. 3. 11.

Vaſquez. 1. p. q. 23. diſp. 89. c. 10.

Eccli. 15 v. 18.

12. Regius Propheta David hanc in Pſalmis propoſitionem ſtatuit: *Gratiam & gloriam dabit Dominus*; quaſi diceret: Prius daturus eſt gratiam, & poſtea gloriam. Etenim in actu prædeſtinationis duo divinæ voluntatis decreta conſiderare poſſumus. Primum eſt, quo Deus prædeſtinato in hac vita gratiam conferre determinavit. Secundum verò eſt; quo Deus eidem in altera vita gloriam dare decrevit. Primum decretum dicitur electionis ad gratiam: ſecundum verò electionis ad gloriam: in ambobus verò actus prædeſtinationis conſiſtit, quia in primo datur gratia, ut medium ad gloriam; in alio verò datur gloria, ut finis. S. Auguſtinus prædeſtinationem ita definit: *Prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio, gratia verò ipſa donatio.* Gratia enim donum eſt, & non ſupponit meritum, tametſi verum ſit quòd per noſtram cooperationem ad illius nos augmentum diſponamus. Circa hæc autem decreta controverſia eſt, utrùm ex illis duobus alterum præ cedat in ſcilicet prius Deus eligat ad gloriam, & ſecundariò ad gratiam; aut verò prius ſequatur electio ad gratiam, & poſtea ad gloriam (licèt enim illud prius & poſterius in Deo quidem non detur, ſcho-

Pſ. 83. 12.

S. Aug de prædeſtinat ſanctc. 10

læ tamen hos terminos assignant, ut materiam hanc capacitari nostræ melius adaptent) & quidem pro utraque parte probabiles sunt opiniones, de quibus Theologi fusius agere solent. Nobis hoc loco sufficiat quòd gratia fundamentum sit electionis nostræ ad gloriam, quodque hæc nulli an mæ sine nostra culpa negetur. nullus enim se excusare poterit, dicendo, se auxiliis ad salutem necessariis fuisse destitutum. Porrò priusquam Salvator noster dixisset: *Vitam æternam do eis*: *Non peribunt in æternum*, de electis prius dixit: *Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me*; adeoque ante executionem decreti ad gloriam, vult ut opera nostra bona præcedant: *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, quia potestas tibi est, & tibi Domine misericordia, & tu reddes unicuique juxta opera sua.* enim verò probabilior esse videtur opinio quòd prædestinatio fiat ex prævisis meritis. Nam S. Ambrosius ait: *Non antè prædestinavit, quàm præsciret, sed quorum merita præscivit, eorum merita prædestinavit.*

Pſ.61.13. Joa.10. 28. Joa.10. 28. Pſ.16.12. & 13. S.Ambr. lib. 5. de fide, c. 5.

2.Pet.1. 10 13 Celebris est textus ille S. Petri: *Quapropter satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis*: ideoque si dixeris te esse prædestinatum, adeoque sine bonis operibus salvandum, sanctus Petrus sequenti monito te condemnabit, atque ab hoc te errore eximet; subdit enim: *Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri.* Sic inquit, id est *per bona opera*? Porro communis perversorum hominum error est, quo dicere non verentur: Si sum prædestinatus, salvabor utique, etiam nihil boni operans: si verò præscitus sim, quicquid boni egero, nihilominus damnabor, sed iis respondendum est, quòd quando Deus animam aliquam elegit gloriam, vult ut illam per operum bonorum merita sibi comparet, gratiæ ipsius cooperando, & non aliter: & ideo si hoc facere negligat, indicium est evidens animam illam præscitam esse. S Gregorius de Valentia hoc modo respondet: Quòd si de electorum numero fueris, christianè tibi vivendum erit, cum hac enim conditione. ut id facias, ad gloriam te elegit; si autem hoc non facias indicium est manifestum, quòd sis præscitus: *Satagite ut per bona opera certam vestram electionem faciatis*, ubi Glossa ait: *Certam facit vocationem suam, qui in bonis operibus perseverat.* Quòd si destinatus es ad ignem inferni, blasphemia erit dicere, quod Deus illius causa existat; siquidem alia illius causa assignari nequit quam peccatum tuum, quod Deus abhorret, tu autem ultrò amplecteris; Deus ad abolendum peccatum, filium suum in terras misit, ut vitam suam pro tua salute prodigeret. *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, & vivat.* Blasphemia quoque erit dicere, quicquid boni fecero, damnabor nihilominus, si fuero præscitus, siquidem Catholica est veritas: *Tu reddes unicuique juxta opera sua*; ac proinde Apostolus dicebat: *Bonum certamen certavi, cursum consumavi, in reliquo reposita est mihi Corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus justus judex.* Deus enim non est injustus, non confert gloriam, nec animas ab eadem pro libitu suo reprobat: *Reddet unicuique juxta opera sua.* Ecclesia in quadam Collecta ita orat: *Omnium misereris, quos tuos fide & opere futuros esse præscis*; unde clarè deducitur illos, qui sanctè operantur, misericordiarum suarum futuros esse participes, nec ulla ratione ab iisdem repudiandos.

2.Pet.1. 10 Gloſſa. Ezech. 33.11. Pſ.61.13. 2.Tim.4. 7.

2.Pet.1. 11 14. Isaias novæ legis Evangelicæ eventus prædicens, de Salvatore nostro ita loquitur: *Vocabitur nomen ejus Emanuel; butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Reprobi non propter opera bona damnabuntur, sed propter ipsorum iniquitates & scelera. S. Augustinus ait: *Quærimus causam prædestinationis, nec invenimus? reprobationis autem causam quærimus, & invenimus.* Nulla autem alia assignari potest prædestinationis causa, quàm misericordia Dei, cui nos gratiis suis locupletare complacuit, quas non meruimus; sed prædestinationis causam quamnam esse existimas? *Quibus Deus misericordiam suam non impertit, ut non impertiatur merentur*, divinis namque vocibus aures suas obturant, clauduntque oculos suos luci, quæ *illuminat omnem hominem.* Idem quoque sanctus Doctor alibi ostendit, quod reprobi nullam habeat de Deo conquerendi causam, cùm tamen Deus de illis justissimè con-

Isa.7.15. S.Aug. Ep.105. S. Aug. con. Adim. Manich. c.7.

conqueri poſſit : *Juſtè de reprobis conqueritur, tanquam de his, quos peccare non cogit.*

Proſp. ad cap. Gallor. in ſent. ſuper c.7. S. Proſper hujus ejuſdem propoſitionis reproborum falſitatem oſtendit, dum ait, Deum illos ab æterno non pro ſuo mero libitu è Paradiſo cœleſti excluſiſſe, ſed quia abinde ipſorum prævidit obſtinationem & malitiam, adeò ut blaſphemia ſit, ſi præſcitus dicat, tametſi quantum valeo & poſſum bonum operatus fuero, equidem damnabor quia Deus illos propter mala ipſorum opera reprobavit : *Gratia Dei non prius eos deſeruit, quàm ab eis deſeretur, & quia hoc ipſos voluntariâ ſaturos defectione prævidit, ideo in prædeſtinationis electione illos non habuit*

Verſus 29.

Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu patris mei

Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus eſt

Toletus. 1. Toletus Chriſtum hoc loco ut hominem loqui dicit, adeo ut hiſce verbis dicere velit, Patrem ejus illi dediſſe quantum potuit : *Quia divinitatem illius humanitati conjunxit, & fecit ut homo ille Deus eſſet.*

Interlin. Interlinearis ita explicat : *Dedit mihi, id eſt, eſſ. unigenitum ſilium coæqualem, coæternum.*

Janſen. c.97. Janſenius alias expoſitiones adfert, dum ait : *Sive quia filio charius ſit, quàm univerſa creatura.*

Tirel. Ita Tirelmannus, ad denotandum, quòd nunquam permiſſurus ſit electos perire, utpotè quos omnibus aliis rebus creatis præponit : *Sive quia grex Chriſti, etſi ex ſe ſe puſillus & infirmus, & tamen Chriſti & Patris virtute omnibus ſuis adverſariis ſuperior ſit.* Aut verò omnipotentiam ſuam à Patre acceptam indicare voluit, utpote cum quo ejuſdem eſt conſors eſſentiæ : *Ego & Pater unum ſumus.*

Dion. Carr. Dionyſius Carthuſianus ita explicat illud ly : *Quod dedit mihi ; Pater enim totam divinitatis plenitudinem transfundit in filium* ; unde veritatem indicare voluit ejus, quod dixerat, nimirum :

Joa. 10. 28. *Non rapiet eas quiſquam de manu mea.*

Et nemo poteſt rapere de manu Patris mei.

S. Aug. tr. 48. 2. S. Auguſtinus ait : *Manum Patris & Filii, intelligimus poteſtatem Patris & Filii : ergo nemo rapit de manu Patris mei, hoc eſt nemo rapit mihi ; ſed ne forsè adhuc titubes, audi quid ſequitur : Ego Et Pater unum ſumus.*

S. Cyrill. l. 7. & 8. in Joan. S. Cyrillus ait : *Nemo è manu Patris mei, hoc eſt, mea, ſe ipſum quippe dicit omnipotentiam Patris dexteram, tanquam Patre per eum omnia operante.* A potentia autem Patris electi gregis ſui arguit ſecuritatem.

Verſus 30.

Ego & Pater unum ſumus.

S. Cyril. ibi. 1. *Divinam ejus & ineffabilem cogitamus naturam*, inquit S. Cyrillus, *ſecundum quam unum eſt cum ſuo Patre propter ſubſtantiæ identitatem, imago quoque, & character, & ſplendor gloriæ ejus.*

Beda. Ven. Beda hanc identitatem quoque his verbis ſpecificat, dum ait : *Una nobis ſuſtantia, una eſt divinitas, una æternitas, perfecta æqualitas, diſſimilitudo nulla.*

Rup. Ab lib 10. in Joan 2. Conſiderabilis eſt illa Ruperti Abbatis expoſitio, dicentis : *Per hoc quod ait, unum, ſubſtantiæ unitatem ; per id quod dixit, ſumus, Perſonarum expreſſit pluralitatem.*

Lyrav. Lyranus quoque per hæc verba duos errores quoad articulum ſanctiſſimæ Trinitatis emergentes, excluſos eſſe notat. Sabellius tam Perſonarum, quàm eſſentiæ unitatem in Deo poſuit : *Hoc removetur cum dicit : Ego & Pater unii ſumus ; ſi enim Pater & Filius eſſent una perſona, dixiſſet, ſume, in ſingulari.* Arius tam eſſentiæ, quam Perſonarum diverſitatem in Deo admiſit ; hic autem error per ly *unum*, *excluditur : Si enim Pater & Filius haberent diverſas eſſentias, non diceret unum neutraliter, ſed plura.*

Luc. Burg. Lucas Burgenſis S. Auguſtinum adducit, *ſub finem orationis, de quinque hæreſibus*, ita ſcribentia : *Pugnant vaniloqui & mentis ſeductores Arianus & Sabellianus : quod dico, unum, audiat Arianus : quod dico, ſumus, audiat Sabellianus : non dividat Arianus, unum ; non deleat Sabellianus, ſumus.*

Ver.

Verſus 31.

Suſtulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum.

Cajet. S. Thom. in Joan. 1. Cajetanus ait *Lapidare volebant ſine proceſſu, ſine judice, acti furore.* S. Thomas ipſos Judæos ex malitia & obſtinatione ſua motos, lapides corripuiſſe notat; dicit enim: *Quia durierant, & profunda Domini verba intelligere non poterant, lapidibus ſimiles ad lapides currunt.*

Rup. Abb. ibid. 2. Ecce uſque *ad tollendos lapides*, inquit Rupertus Abbas Tuitienſis, *potuerunt currere, & lapides ſui cordis duritiam manibus armatis prodere*; veruntamen per hoc indicarunt inquit idem venerabilis Abbas Chriſtum eſſe illum, de quo Job vaticinatus fuerat, dum ait *Circumſedi mare terminis meis, & poſui vectem, & oſtia, & dixit: Huc uſque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos*: nam ut Cyrillus ait *Immobiles ſteterunt vi & efficacia Chriſti, ex quo liquido conſtat, eum ni ſi volentem nunquam paſſurum fuiſſe.*

Job 28. 10.

S. Cirill. ib.

Luc. Bur 3. *Igniti, ac furore perciti*, inquit Lucas Burgenſis, *levaverunt è terra lapides, fortè ex fundamento porticus ſive atrii extractos, additur Græcè & Syriacè. Item, id quod refertur ad ſimilem eorum conatum ſupra cap.* 8. v. 59.

Salmer. tr. 44. 4. In ſenſu morali Salmeron ait: *Accipimus lapides in Chriſtum, quando duro & lapideo corde excipimus ejus verbum, aut inſpirationes, & cum vitiis noſtris contrarias virtutes percutimus.*

verſus 23.

Reſpondit eis Jeſus: Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?

Reſpondit eis Jeſus

Cajetan 1. Cajetanus in manu Chriſti fuiſſe dicit iram inimicorum ſuorum reprimere; jam enim hi Judæi lapides in manibus ſuis habebant: *Nihil deerat niſi actus lapidantis, quia tamen lapidari nolebat, cohibet eos divinitatis ſuæ virtute.* Lucas Burgenſis quoque hanc repreſſionem his verbis expreſſit: *Jam jam furentia brachia ſub nutu cohibuit, & furore velut æſtro agitatos repreſſit, ut vellent nollent, audirent alloquentem. Alloquutus eſt autem eos blandè, ut animos furore turbatos ſederet, propoſitis ſuis in eos beneficiis.* Toletus conſiderat, quòd Sapientia incarnata beneficia ipſis exhibita admirabili prorſus artificio eiſdem propoſuerit: *Perpende*, inquit, *mirum Salvatoris artificium, iratus enim homo non conſiderat, quæ bona acceperit, ſed quod malum ei illatum eſt; id circo contra conferentem, quantumvis benefactorem, invehitur: iræ ergo medicamentum eſt, irato ante oculos bona accepta proponere.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Ipſorum inſaniam blandè refrænans & differens.*

Luc. Bur. Toletus. Dion. Cart.

Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo.

2. *Ait à Patre, & non a ſeipſo opera* inquit S. Cyrillus, *modeſtiâ nimirum utens ad noſtram utilitatem, nec ùm aliquid à Deo accepimus, arrogantes ſimus.*

S. Cyrill. ib.

3. *Commemorat eis exhibita beneficia*, inquit S. Thomas: *in ſanitatibus infirmorum, in exhibitione doctrinæ & miraculorum.* Hugo Cardinalis ly *Bona* perpendens ait: *Bona dicit, quia omnia ejus miracula cedebant ad utilitatem. Ex Patre meo dicit, ut mittiget eorum furorem, qui blaſphemum dicebant*

S. Thom. in Joan. Hugo Car.

4. Salmeron Salvatorem Judæis hiſce verbis crudelitatem & injuſtitiam ſuam exprobrare voluiſſe dicit, eò quòd illis, qui damnum reipublicæ inferunt neutiquam ſit parcendum: *Ego tantum beneficiorum contuli in vos ex benignitate Patris mei; quanquam autem ſancti nunquam jactent opera ſua bona, nonnunquam tamen illa revocant ad memoriam, vel ut Deo gratias agant, vel ut liberentur à deſperatione, vel ad alios ædificandos, vel denique ad aliorum reprehenſionem.*

Salmer. tr. 44.

Propter quod eorum opus me lapidatis?

1. *Quaſi dicat*, inquit S. Thomas *benefactorem oportebat honorare, non lapidare.* Cajetanus obſervat, quod Salvator dixerit

S. Thom. in Joan. Cajetan.

Me

me lapidatis; non dicit: *Vultis me lapidare, ut intelligamus, quòd erant in procinctu lapidandi*, S. Bonaventura ait: *Quasi dicat: injuste retribuitis, quia mala pro bonis, quod est injustum & prohibitum.* Nimirum ingratitudinem ipsorum eis hisce verbis exprobrabat; pro pane etenim, quem ipsis in deserto multiplicaverat, nec non pro patratis in ipsorum commodum miraculis, laxa retribuebant. S. Bon.

Versus 33.

Responderunt ei Judæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cùm sis facis te ipsum Deum.

Responderunt ei Judæi.

1. *Lapides habentes in manibus*, inquit Dionysius Carthusianus, *& brachia ad projiciendũ in Jesum jam extenta*, tametsi enim ab invisibili Christi potentia repressi fuerint, ne lapides in eum projicerent, enormes tamen in eum conjiciebant injurias, dum ipsum blasphemum appellabant. Dio. Car.

De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia.

2. In hoc falsum dixerunt, ut notat Albertus Magnus: *Quia nihil nisi bonum opus apparuit in eo.* 1. *Pet.* 2. *Qui non fecit peccatum, nec inventus est dolus in ore ejus.* Dionysius Carthusianus considerat, concessisse quidem eos, quòd Christus bona opera fecerit, ipsum tamen postea blasphematorem factum esse dicunt: *Quæ simul nequeunt stare, si enim fuisset blasphemus, Deus ejus doctrinam & conversationem non approbasset, aut confirmasset miraculis.* Blasphemum ipsum appellarunt; *Cum ipsi potius blasphemi sint*, inquit Albertus Magnus, *attribuentes diabolo, quod fieri non potuit, nisi in digito Dei*; præterquam quòd id, quod Christus circa divinitatem suam dixerat, *Fuit actus virtutis*, inquit Dionysius Carthusianus. & *protestatio veritatis.* Alb. M. Dio. Car.

3. Lucas Burgensis indiscretum illorum zelum reprehendit, dum ait: *Causantur se moveri zelo honoris Dei, sed zelo ardent non cum scientia conjuncto, sed cum livore & obstinatè incredulo odio.* Salmeron similiter ait: *Christum persequebantur, sed quia illa non poterant calumniari, fingunt blasphemiam, quemadmodum Judices invidum suum & malignum animum justitiæ colore tegunt.* Luc. B. Salmer. tract. 44.

Et quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum.

4. Lucas Burgensis illos in falso quodam principio errâsse dicit, nimirum, quod idem Deus simul & homo esse nequeat; ac proinde Toletus cæcitatem & ignorantiam ipsorum deplorat, dicens: *Hominem esse impedimento, quò minus Deus esset, reputabant, quasi utrumque simul esse non posset, nempe Deus & homo*; adducitque S. Athanasii authoritatem hunc locum ita interpretantis: *Obmurmurabant Judæi, cur homo cum sis, facis te ipsum Deum? Stulti, & animo obcæcati, quippe oporteret eos invertere sermonem in hunc modum: Tu cùm esses Deus, homo factus es, nam & opera Deum esse declarabant.* Luc. Bur Toletus. S. Atha. in Epist. contra omnes hæreses.

Versus 34.

Respondit eis Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi, Dii estis.

1. Toletus Christum hic tanquam Deum locutum esse considerat: *Attende Christum loqui & Deum, & Dominum legis, ipsiusque datorem; propterea enim dicit: In lege vestra scriptum est, id est, in lege vobis, tanquam servis imposita, non mihi, qui filius sum & Dominus.* Cajetanus Christum omnes libros Canonicos legem ipsorum appellare dicit; cæterùm verba ex lege adducta, verba sunt Psalmistæ, qui hominibus Dei nomen attribuit: *Verè enim aliqui homines possunt Dii nominari, non naturâ, sed participatione divinæ potestatis, visionis, seu gratiæ*; cæterùm argumentum, quod contra ipsos facit, Scripturâ interpretando seu declarando instituit: *Explanat enim dicendo, adquos sermo Dei factus est, declarando, quod ratione divini sermonis facti ad homines, homines nominati sunt Dii, quod est ratione divinæ notitiæ participatæ, audiendo Deum homini loquentem, communicari homini divinum nomen.* Toletus. Cajet. Ps. 81. 6.

Verſus 35.

Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolvi ſcriptura

Verſus 36.

Quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum, vos dicitis, quia blaſphemat, quia dixit Filius Dei ſum.

S. Cyril. 1. Cyrillus hoc argumentum à Chriſto propoſitum conſiderans, dicit: *Si enim, quoniam dixi me ipſum Deum, videor blaſphemare, cur cum Pater dixerit per legem ad homines, dii eſtis, non blaſphemiam eſſe judicaſtis,* Ven. Beda argumentū iſtud in Chriſti perſona hoc modo efformat: *Sermo Dei factus eſt ad homines, ut dicerentur dii, ipſum Verbum Dei quod eſt apud Deum; ſi ergo homines participando fiant dii, unde participans non eſt Deus?*

Beda.

Hugo. Card. 2. Hugo Cardinalis hanc inductionem facit: *Si illi, qui per gratiam hoc acceperunt, non incuſantur, deos ſe vocantes, qui à natura hoc habet, qualiter dignus eſt increpari? ſed ita expreſsè quidem non dixit:* ſe enim directè Deum eſſe dicere noluit, ſed hac uſus eſt phraſi: *Quem Deus ſanctificavit,* &c. idque ut rabiem illorum nonnihil mitigaret: *In hoc mitigans furorem illorum, ut ſuſciperetur ſermo ab eis, humiliùs locutus eſt.*

Luc. Burg. 3. Lucas Burgenſis argumentum Chriſti quid amplius intuliſſe dicit, ſcilicet quòd ipſe Chriſtus multò magis ſit Deus, quàm illi, qui per Scripturam dii appellantur; filium Dei ſe præcipuè duas ob cauſas appellare noluit: *Una eſt, quia non dixerat diſertis verbis ſe Deum eſſe, ſed Deum eſſe Patrem ſuum, ſive ſe & Deum Patrem unum eſſe: altera, ut ſerviret infirmitati auditorum, eorumque declinaret invidiam, qui faciliùs ferre poterat, quòd ſe Filium Dei eſſe diceret, imaginari minus aliquid eſſe, quàm ſi dixiſſet ſe Deum eſſe.*

Verſus 37.

Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.

Luc. B. 1. *Conceſſio eſt confidentis cauſæ ſuæ, nihilque dubitantis, quin credituri ſint, ſi oculos ad opera velint deflectere.* Sic etiam Joan. cap. 15 ipſos inexcuſabiles penitus eſſe proteſtatus, propter opera planè prodigioſa, quæ inter ipſos patrarat: *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Joan. 15. 24.

S. Bonav. 2. S. Bonaventura hoc loco quærit, quænam illa opera fuerint, ex quibus ſe Filium Dei eſſe manifeſtè cognoſci poterat: *Quia ſi loquebatur de operibus ſpiritualibus, illa erant inſenſibilia oculis corporeis: ſi de ſenſibilibus, conſimilia fecerunt Prophetæ & Apoſtoli, qui tamen non erant filii Dei per naturam,* adducitque textum illum Joan. 14. ubi Chriſtus promittit: *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet.* Reſpondet autem S. Doctor: *Faciebat opera ſua propria virtute, qui erat Verbum, quo omnia facta ſunt, & ſine invocatione alterius cooperantis, vel adjuvantis: Sancti fecerunt opera miraculoſa, virtute Filii Dei, & invocatione ſui nominis.* Joan. 14. 12.

Dion. Carth. 3. Dionyſius Carthuſianus aliquas miraculorum Dei proprietates notat, dicens: *fiebant propria poteſtate, ſolo imperio, in inſtanti ſæpe, & diſcipulis tradidit poteſtatem faciendi miracula etiam majora, quàm ipſe fecit; hoc nec humana, nec Angelica eſt poteſtatis.*

Verſus 38.

Si autem facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite: ut cognoſcatis & credatis quia Pater in me eſt, & ego in Patre.

S. Thom. in Joan. 1. S. Thomas ait: *Nullum tam evidens judicium de natura alicujus rei eſſe poteſt, quàm illud, quod accipitur ex operibus ejus; evidenter ergo cognoſci poteſt de Chriſto, & credi quòd ſit Deus, per hoc, quòd facit opera Dei.*

Cajet. 2. Cajetanus Chriſtum in operibus æterni Patris ſui, quæ faciebat, duo præcipuè intendiſſe dicit, ſcilicet ut fides adhiberetur doctrinæ quam prædicabat, & ut miracula, omniaque alia opera ejus quæ faciebat haberentur in pretio: *Nam ex hujuſmodi operibus & debebant credere vera eſſe verba quæ dicebat, quoniam Deus non eſt teſtis mendaciorum: miracula autem ejus fiebant, ad teſtifican-*

candum verbum ejus; & debebant credere factis, quæ monſtrabant divinitatem facientis.

S. Aug. tr. 44. in Ioan.

3. S. Auguſt. ſenſum illorum verborum: *Pater in me eſt, & ego in Patre*, hoc modo declarat: *Non ſic, dicit Filius, in me eſt Pater, & ego in illo, quomodo poſſunt homines dicere; ſi enim bene cogitemus, in Deo ſumus: & ſi bene vivamus, Deus in nobis eſt; fideles participantes ejus gratiam illuminati ab ipſo in illo ſumus, & ipſe in nobis; ſed non ſic unigenitus Filius, ille in Patre, & Pater in illo, tanquam æqualis in eo, cui eſt æqualis; denique & nos aliquando poſſumus dicere: In Deo ſumus, & Deus in nobis.*

Lucas Burg.

4. Lucas Burgenſis Rupertum Abbatem citat, verba illa hoc modo interpretantem: *Excepto quòd ille propriè Pater, & non Filius eſt, & ego propriè ſum Filius, & non Pater; quicquid eſt ille, hoc ego ſum naturaliter, ſcilicet Deus, Dominus, omnipotens, &c. quicquid in natura Patris, hoc totum in Filio eſt; & è converſo quicquid in natura Filii, hoc totum in Patre eſt; hoc in nullis creaturis inveniri poteſt, ut plures ſint in ſe mutuò, adeſſe ſibi mutuò poſſunt; ſed ineſſe in ſe mutuò non poſſunt, quia non eſt plurium una eademque numero natura.*

De Evangelio Feriæ quintæ hîc non tractatur, quia in principio Tomi tertii Promptuarii ſacri tredecim habentur Diſcurſus de S. Maria Magdalena, in quibus de illo Evangelio fusè diſſeritur.

FERIA SEXTA PASSIONIS.

EVANGELIUM

Ex Joan. cap. 11.

℣. 47. *Ollegerunt ergo Pontifices & Phariſæi concilium, & dicebant: quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? 48. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. 49. Unus autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis. 50. Quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. 51. Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetavit, quòd Jeſus moriturus erat pro gente. 52. Et non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei, qui diſperſi erant, congregaret in unum. 53. Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum. 53 Jeſus autem non jam palam ambulabat apud Judæos, ſed abiit in regionem juxta deſertum in civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.*

Verſ. 47.

Collegerunt ergo Pontifices & Phariſæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?

Collegerunt Pontifices & Judæi.

POſt illud à Chriſto in reſuſcitatione Lazari patratum glorioſum miraculum, nonnulli, qui ejuſdem miraculi editioni præſentes aſtiterant, Phariſæos convenientes, iiſdem quicquid acciderat, retulerunt. Luc. Bur Unde Lucas Burgenſis dicit: *Phariſæi illi retulerunt adſummum Pontificem, & unà cum illo judicârunt rem dignam eſſe, ob quam concilium, de quo etiam ipſi erant, convocaretur.* Ecce tibi quemnam ex hoc tam admirabili miraculo, quod clarum perhibebat divinitati Chriſti teſtimonium, ſortiti ſint effectum. Enim verò valde conſiderabilis eſt dictio illa, *ergò*; per hanc enim ſanctus Joannes dicere velle videtur: ecce tibi effectum, quem in his miraculum iſtud Toletus, produxit. Toletus ait: *Quis unquam audivit tale? quia mortuum quatriduanum ſuſcitavit, propterea convenerunt contra ipſum, cum cauſa hæc eos movere debuiſſet, ut convenirent ad eum recipiendum, & venerandum.* Quòd ſi aliquod fortaſſe commiſiſſet homicidium, juſte inſtitutum fuiſſe, videri poſſet concilium, ut caſtigaretur: *At mortuum advitam revocantem, nemo damnare tentâſſet, præter eos, qui diabolica nequitiâ pleni erant, quibus rectè dictum eſt: Vos ex patre diabolo eſtis.*

2. Quis concilium hoc (in quod nulli admittebantur, præterquam illi, qui eximio zelo, ſapientiâ, morumque religioſitate in univerſo Hebraiſmo præcellentiores, magiſque conſpicui erant) maximè in illa temporis circumſtantia coadunari videns, non crediderit, hoc ſolùm fine congregatum fuiſſe, ut nimirum Chriſto velut Meſſiæ divini decernerentur honores, vel ut hoc fine præclara quædam expediretur legatio qualis aliàs ad ejus præcurſorem deſtinata fuerat maximè quando jam conſtabat, Chriſtũ hoc miraculũ patrando proteſtatum fuiſſe, ſe ad illud edendum hoc ſolùm fine moveri ut illud videns circumſtans ſpectatorũ corona, eum verè filium Dei eſſe agnoſcerent? clarè hinc videtur quantùm hominum paſſionatorum cogitationes & conſilia diſtent ab eo quod recta ratio & diſcurſus ſuadet hominum ingenuorum; etenim concilium hoc illa ſolum intentione celebrabatur, ut odio & invidiæ, qua adverſus Salvatorem exſtimulabantur, aliquem boni publici coloratum prætextũ affingerent; non verò ut cultum & venerationem ipſi tanquam Meſſiæ debitam, publicâ authoritate authenticarẽt. Quam vis Salmeron ad alium quẽdam ab illis intentum finem perverſum ſeſe reflectat, dum ait: *Factum eſt hoc, ut quo Chriſti condemnatio à pluribus fieret, eò eſſet Chriſto ignominioſior, & juſtior videretur apud populum.* *Salmer. to. 8. tr. 19.*

3. Quòd ſi populus ſeditioſus ad invicem coiviſſet, deque mediis ad necem ei inferendam opportunis inter ſe deliberaſſet, aliquam ſaltẽ pro ſe excuſationem mereri potuiſſet, eò quòd furor & indignatio ſuam judicio libertatem non permittat, ipſaque plebis congregatæ ſeditioſæ multitudo ignorantiâ plerumq; laborare, & in diſcurſu ſuo cæca eſſe ſoleat: at verò ſtupenda res eſt, quòd viri eximiè docti, ſapientes, prudentes, & in conſiliis tractandis expertiſſimi ſedato animo, & maturo prævio conſilio, poſt innocentiam ſuam illis perſpicuè declaratam, poſt recepta veridica miraculorum ejus teſtimonia, de inferenda ipſi morte excogitato conſilio decretum condiderint; hoc enim eſt, quod conſilii hujus malitiam vel maximè aggravat, ut proinde Spiritus ſanctus per os Pſalmiſtæ non immeritò quærat dicens: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & Principes*, &c. pſal. 2. v. 1. ubi cum pondere ſanctuarii trutinanda eſt dictio illa, *quare*, ſed quodnam fuit illorum motivum? *Quia multa ſigna facit.* *Pſal. 2. 1.*

4. *Fuerunt hujus conſilii authores Pontifices* (inquit S. Antonius de Padua) *in quibus eſſe debebat æquitas juſtitiæ; & Phariſæi in quibus eſſe debebat ſanctitas vitæ.* Sanctus Thomas ex pluribus capitibus eorum, qui concilium hoc convocarunt, malitiam aggravat, nimirum *ex perſonarum conditione, quia non plebei ſed Pontifices & Phariſæi; Pontifices, qui erant principes ſacrorum; Phariſæi, quia ſpeciem religionis habebant.* *S. Ant. de Pad. S. Thom. in Ioan.*

Secun-

Secundo loco conſiderat, quòd hæc reſolutio non ſine maturo conſilio cœpta fuerit. Tertia circumſtantia eſt, quòd congregati fuerint *ex prava intentione, quia adverſus Jeſum, id eſt Salvatorem.* Salmeron hanc habet conſiderationem, ex qua etiam concilii hujus malignitas clarè eluceſcit: *Cum omne concilium ad propugnandam fidem, & morum diſciplinam reſtituendam congregari in Spiritu ſancto legitimè conſueverit, ſolum hoc concilium, aut conciliabulum potius, ad Chriſti fidem extinguendam, ac proinde ad morum corruptelam invehendam celebratum fuit.* Idem quoque doctiſſimus concilium hoc omnium conciliorum, quæ unquam congregata fuerunt, iniquiſſimum fuiſſe oſtendit. Simul quidem in ſe convenerunt fratres contra Joſeph; Ægyptii adverſus populum Dei; Achitophel & Abſalon contra David; Seniores contra Suſannam; Sacerdotes contra Jeremiam; Satrapæ adverſus Danielem: ſed hi omnes contra homines convenerunt, non verò contra Deum, aut contra ſuum Meſſiam, qui aliud non erat, quàm unicus ipſorum Salvator.

Salmer. to. 8. tr. 54.

5 Idem quoque Author, qualesnam illi fuerint, quorum juſſu Concilium iſtud congregatum fuit, examinat dicens: *Qui majora beneficia à Deo acceperant, magis erant Chriſto infenſi, ut jam non liceat dicere cum Propheta. Et erit ſi ut populus, ſic Sacerdos;* ſed potius non erit ſicut populus, ſic Sacerdos. S. Bonaventura quoque reflectit, odium Sacerdotum & Pontificum intenſiſſimum fuiſſe, propter intereſſe ipſorum, à quo ſe ſeduci ſinebant: *Potet hic quòd Pontifices & majores amplius Chriſtum impugnabant, ne amitterent principatum in plebem, quem amabant*; quam ipſorum ambitionem Dominus noſter jam antè in his verbis improperat: *Intendens quomodo primos accubitos eligerent, &c. & quia diligebant temporales dignitates ſupra divinum honorem, & ſupra Deum, ideo meritò amiſerunt.*

S. Bon.

Luc. 14. v. 7.

Lyran.

6. Lyranus Phariſæos pro majori parte ex tribu Simeonis deſcendiſſe notat, ſicut pontifices & Sacerdotes ex tribu Levi prognati erant: *Ideo in figura hujus prædictum eſt Geneſ. penultimo: Simeon & Levi fratres, vaſa iniquitatis bellantia, in concilium eorum non veniat anima mea.*

Et dicebant: Quid facimus?

Toletus.

7. *Vox hæc eſt*, inquit Toletus, *ſe mutuò accuſantium, & inſimulantium negligentiæ & tarditatis in diſcernendo eo, quod contra Chriſtum faciendum eſt.* Janſenius poſtquam hanc eandem expoſitionem adduxiſſet, ſubjungit aliam, dicens: *Aut ut intelligatur quærere de eo quid faciendum reſtat, ut præſens, facimus, ſit poſitum, quemadmodum codices quidem antiqui, ut ſit ſenſus: Quid ſuadetis faciendum?* S. Thomas ait: *Sicut non minus inſipientes, quàm cæci, quia dubitant, quid eos facere oporteat, cum nihil aliud eis faciendum erat quàm credere.*

Janſen. Cap. 103. concord.

S. Tho. in Joan.

Salme. to. 8. tr. 54.

8. Salmeron ejuſdem eſt cum Toleto opinionis, quòd ſcilicet hiſce verbis ſemetipſos condemnent, unuſque alteri ſuam in morte Chriſto inferenda, eumque è medio mundi tollendo pigritiam, ſocordiam & negligentiam exprobârit. Qui idem tamen aliam quãdam obſervationem adducit, quæ odium truculentum, quo adverſus Chriſtũ agitabantur, ad vivum exprimet: *Expende*, inquit, *admirabilem ſitim malefaciendi*; jam enim ejus doctrinam, prædicationem, vitam, miracula, parentes ſæpius calumniati fuerant, eumque multis injuriarum generibus in faciem ei illatis affecerant: jam eum tanquam ſabbathi transgreſſorẽ, vinolentum, publicanorumq; amicum accuſârant; ſimiliter ad inferendam ei necem violentas in eum manus injicere conati fuerant; denique omnes illos qui in eum crediturí erant, excomunicatos, & è ſynagoga proſcriptos declarant: *& tamen tanquam ſi nihil egiſſent, dicunt: Quid facimus?*

9. Non dixerunt: *Quid fecit?* ſiquidem nullum contra eum delicti caput adducere poterant, niſi miracula ejus, innocentiam, & ſanctitatẽ vitæ ipſius, quæ ipſis velut ſpina in oculis erant: *Multa ſigna facit.* Ecce delictum, propter quod ipſum occidere decreverant: *Pro crimine*, inquit Salmeron, *quod omni laude & admiratione dignum erat. Adhæc etſi ex livore illum vellent perdere, nihil mali tamen ei poterant objicere, niſi tantum benefacta ejus*; imò & ipſi latrones cum eo crucifixi innocentiam & vitam ejus irreprehenſibilem deprædicabant, dicentes: *Nihil mali geſſit.*

Salmer. ib

Luc. 23. v. 41.

Alb. M. 10. Albertus Magnus hæc verba ponderans, multos abſconditos & occultos detegit fines, ob quos ad intentandam ei mortem moti fuerunt. Dicit enim: *Eſt autem verbum anguſtiari, dicere, quid facimus?* Hancque anguſtiam ex tribus præcipuè derivari potuiſſe oſtendit. Primo ſcilicet, ob avaritiam, quia lucra, quæ in populo ſectabantur, perdere nolebant. Unde & avarus ille Luc. 12. dicebat: *Quid faciam?* Secundo loco procedere poterat à timore perdendi dominium, publicorumque officiorum & magiſtratuum adminiſtrationem; ſic enim œconomus ille Lucæ 16. *videns ſe deſtitutum à poteſtate adminiſtrationis rerum Domini ſui, inquit: Quid faciam? quia Dominus meus aufert à me villicationem.* Tertiò, ab invidia proceſſiſſe dicit, quia Salvatoris malignabantur miracula. Sic enim *Act. Apoſt. 4. dicunt: Quid faciemus, viri fratres, hominibus iſtis? quoniam quidem notum ſignum factum eſt per eos omnibus*, &c. *Iſtis omnibus de cauſis iſti contriſtati & anguſtiati dicunt: Quid facimus.*

Luc. 12. v. 17. *Luc. 16. v. 3.* *Act. 4. v. 6.*

S. Ant. de Pad. ſer. in hac fer. 11. Antonius de Padua ait: *Moraliter autem quid facimus? Cuilibet enim noſtrûm, verbum propoſitum eſt; peccatis namque involvimur, peccatis detinemur, peccata cumulamus, & tamen nobis Scriptura dicit: Quid facimus?*

Quia hic homo.

Chryſ. hom. 63. in Joan. 12. Chryſoſtomus eos ipſum hominem appellaſſe notat, non obſtante quòd multa eis evidentia demonſtrâſſet ſigna divinitatis: *Adhuc hominem appellant, cum tamen divinitatis ejus teſtimonium acceperint.* Die præcedenti glorioſum illud reſurrectionis Lazari miraculum ediderat, quod ſe ideo facere proteſtatus fuerat, ut ſe à Patre cœlitus miſſum eſſe comprobaret: *propter populum qui circumſtat, ut credant, quia tu me miſiſti.* S. Cyrillus ait: *Ut de homine ſimplici exiſtimantes, dicunt, quia hic homo;* ſi enim ipſum hominem pariter & Deum agnoviſſent, mortem ejus utique machinati non fuiſſent: *Si cognovi ſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifix ſſent. Quem in tanto miraculo*, inquit Albertus Magnus, *Deum eſſe cognoſcere poterant, adhuc excæcati hominem vocant*

Joan. 11. v. 42. *S. Cyril. l. 7. in Joan.* *1. Cor. 2. v. 8.* *Alb. M.*

13. Dionyſius Carthuſianus eos illum hoc nomine ex contemptu appellaſſe exiſtimat: *Quem ex contemptu & invidia proprio nomine exprimere non volebant.* Salmeron eodem ſenſu pariter ſcribit: *Ut erat illis gravis ad videndum, ita & ad nominandum; & quem verum Chriſtum & Dei filium agnoſcere potuerunt, tum ex Joannis teſtimonio, tum ex doctrina, tum ex Scripturis, tum ex admirandis operum ſignis, eum hominem vocant.* *Dion. Cart.* *Salm.*

Multa ſigna facit.

4. Chryſoſtomus cæcitatem & crudelitatem ipſorum his verbis obſtupeſcit: *Cum admirari & obſtupeſcere eos oporteret, ipſum, qui mortuum ſuſcitaverat, interficere voluerunt.* Salmeron obſervat, quòd cum alias ab ipſo petierint, ut ad declarandum ſe Dei eſſe filium miracula ederet, nunc ea videntes, & tanquam veris cum admiratione & ſtupore applaudentes, dum eum venerari debuiſſent, mortem ei machinati fuerint: *Vide inſignem nequitiam, aliqui petunt ſignum credant, dum dicunt: Quod ergo tu facis ſignum, ut videamus, & credamus tibi? Joan. 6.* *Nunc ſigna confitentur, & propter illa Chriſtum perdere conantur;* paſſio etenim invidiæ & odii illos excæcavit; ſiquidem conſequentia, quam ex miraculis quorum oculati teſtes fuerant, quæque plenâ voce confitebantur, hæc erat: Ergo ipſum tanquam Prophetam, omnique humanâ conditione ſuperiorem venerari & colere debemus; vel ſaltem miracula examinare debebant, an talia revera eſſent, quæ ipſum verum Meſſiam manifeſtare poſſent. Paulò antè concorditer confeſſi fuerant, dicentes: *Nunquid cùm Chriſtus venerit, plura ſigna faciet?* Nicodemus, qui valde ſenſatus & ſapiens erat, dicebat: *Scimus quia à Deo veniſti Magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Hinc majori damnatione*, inquit Salmeron, *digni exiſtiterunt Judæi, quòd talia opera præſtantem damnaverint, ſicut ipſemet dixit: Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* *Chryſ. hom. cit.* *Salm. tom. 8. tr. 53.* *Joan. 6. v. 30.* *Joan. 7. v. 31.* *Joan. 3. v. 2.* *Salmer.*

15 Alind quoddam cæcitatis ipſorum ſignum Origenes his verbis notat: Cæcitas hoc *Orig. in cat. D. Thom.*

hoc ipſum erat; ad facientem enim tot miracula pertinebat, ut ſe ab eorum inſidiis eximeret; manifeſtiùs autem Chryſoſtomus eos ſtultitiæ arguit, dum ait: *O amentiam! qui in aliis corporibus mortem vicerat, ei mortem inferre arbitrabantur.* Hanc eandem conſiderationem S. Cyrillus Alexandrinus quoque his verbis exprimit: *De occidendo conſultant, quem morte potentiorem vident, non cogitantes ineffabilem potentiam*

Chryſ. hom. cit.

S. Cyril. Alex. ib.

16. Motivum, quo non obſtante quòd divinitatis ſuæ omnipotentia evidenter appareret, mortem ei nihilominus machinabantur, ſola invidia fuit: *Præcipua quæ eos movit, cauſa*, inquit Lucas Burgenſis, *fuit invidia & odium erga Jeſum, cum deſperatione conjunctum, quòd viderent, ſi Jeſus emergeret, ſe mergendos.* Theophylactus ponderat, quòd totum delictum, quod ei opponebant, ad hoc ſolum reducebatur: *Multa ſigna facit; & quale hoc crimen, quòd ſigna facit?* Invido nimirum omne bonum, omniaq; virtutis & perfectionis opera quæ in aliis eluceſcunt, materia culpæ eſſe videntur, atque delicti. S. Gregorius de Synagoga ſcribit: *Annon æmulationis ſuæ facibus ardebat, cùm Redemptoris noſtri ſigna conſpiciens, per quoſdam ſuos diceret: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? vel certe: videtis quia nihil proficimus, ecce totus mundus poſt eum abiit. Videbant unde converti debuerant, atque exinde perverſiores fiebant: Quærebant extinguere, quem cernebãt mortuos vivificare.* Non enim concilium hoc convocârant ad Chriſti cauſam examinandam, ſed ut ſuum contra Chriſtum odium proderent. Unde S. Auguſtin. ait: *Plus cogitabant perditi homines, quomodo nocerent & perderent, quàm quomodo conſulerent*; cujus evidens ſignũ fuêre verba illa, quæ in principio dixerunt, priuſquam de meritis cauſæ agerent, videlicet: Quid facimus? prius diſcutere merita, & de iis inter ſe conſultare debuiſſent, & poſtea ſe reſolvere, dicendo: Quid facimus? quam reſolutionem capiemus Unde Seneca optimè ait: *Sapientis eſt examinare conſilia, & non citò facili credulitate ad temeraria prolabi.*

Luc. Burg.

Theoph.

S. Greg. l. 18. Mor. c. 19.

S. Aug. ib.

Seneca Ep. 24.

Matt. 12. v. 13.

17. Matthæi cap. 12. refertur, quòd cùm Salvator manum aridam habentem ſuæ integritati reſtituiſſet: *Tunc ait homini: Extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt ſanitati.* Qua ſubſecuta, Phariſæi immediatè ſe ſimul junxerunt cum Phariſæis, ut ei machinarentur mortem: *Exeuntes autem Phariſæi concilium faciebant adverſus eum, quomodo perderent eum.* Divus Chryſoſtom. hoc loco optimè conſiderat, quòd adverſus Redemptorem ferocire cœperint, propter miracula & beneficia, quæ in ipſorum edebat utilitatem, non verò propter verbera, quibus eos exceperat, quando flagello manibus ſuis apprehenſo, è templo eos ejecit; nec mirum, quia ut idem ſanctus Doctor ait: *Multò magis aliena gloria offendit invidos, quàm proprium damnum, in alios collata beneficia magis irritabant.*

Chryſ. hom. 22. in Joan.

18. Valde admiratus S. Thomas de Villa Nova, neminem in eo concilio fuiſſe, qui Redemptoris ſibi defenſionem vendicaret, dicendo: Quid enim mali fecit? Nullus erat ibi, qui reſponderet pro innocente, & diceret: *Quid enim mali fecit? Nullum aliud crimen reperitis, niſi quòd multa ſigna fecit, quòd ſanat ægrotos, illuminat cæcos, quòd ſuſcitat mortuos? Propter hæc adorare debuiſſetis, & prohis occiditis?* Ergone poſſibile eſt, quòd in tot Scribarum, Sacerdotum, Phariſæorum, Principum & Pontificũ multitudine nullus ſit, qui majori non ſit præditus, pro Dei honore zelo, quàm homo aliquis gentilis, & idolorum cultui etiamnum deditus, qualis Pilatus fuit, qui eis illum occidere volentibus, clamavit: *Quid enim mali fecit?*

S. Th. de Villa Nova ſer. in hac fer.

Matt. 27. v. 23.

19. Verè hîc adimpletum fuit, quod Pſalmiſta prædixerat: *Retribuebant mihi mala pro bonis*; pro eo namque, quòd Lazarum à mortuis ſuſcitaverat quòd mortem & infernum juſſis ſuis morigerum reddiderat; ecce qualis ipſi impenſa fuerit remuneratio, machinatio videlicet mortis. Unde meritò idem ſanctus Archipræſul eis exprobrat, dicens: *His beneficiis talem præſtatis remunerationem?* Sancta quoque mater Eccleſia in lectionibus Matutini Feriæ 6. in Paraſceve, hanc eis ingratitudinem per S. Auguſtinum ob oculos his verbis ponit: *Noſtis quis conventus erat malignantium Judæo-*

Pſ. 34. v. 14.

S. Aug. in Pſ. 63. p. 2.

Judæorũ, & quæ multitudo erat operantiũ iniquitatem? Quam iniquitatem? Quia voluerunt occidere Dominum Jesum Christum. Tanta opera bona, inquit, ostendi vobis, propter quod horum me vultis occidere? Pertulit omnes infirmos eorum, curavit omnes languidos eorum, his omnibus ingrati, tanquam multâ febre phrenetici, insanientes in medicum, qui venerat curare eos, excogitaverunt consilium perdendi eum. S. Antonius de Padua ait: *De quo erat illud concilium? De morte Christi procuranda; erat enim adversus salutem, quia contra Jesum. O peccati furia & phrenesis, quæ in tantam processit insaniam, ut mortem mansuetissimi medici, qui salutem attulerat, pertractaret!* Porro hoc ingratitudinis ipsorum causa fuit, ac proinde divus Chrysostomus scribit: *Judæos nihil magis perditioni dedit, quam quòd ingrati Deo esse voluerunt.* Moyses adversus hanc ingratitudinem, quæ relaturus eisdem exorsus est verbis, quibus post tot sæcula Deus ipse per os Prophetæ Evangelici lamentatus fuisse legitur, dum ait: *Audite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Moyses etenim dixit: *Generatio prava & perversa, hæccine reddis Domino?* Isaias verò ait: *Audite cœli, auribus percipe terra; filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.*

S. Ant. de Pad.

Chrys. hom. 25. in Matt.

Deut. 32 v. 1.

Isa. 1. v. 2

Versus 48.

Si, dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

Si dimittimus eum sic.

Cajet.

1. *Significanter dicunt, si dimittimus eum,* inquit Cajetanus, *tractando, quòd oportet opponere impedimentum ex parte ipsius Jesu, impediendo ipsum.* Neque enim videbant quòd tantæ multitudini populi obviam ire possent, siquidem non obstante edicto hoc pudlico, quo decernebatur, *ut siquis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret,* eidem nihilominus ne minimum quidem parebant; *vincebatur enim hoc impedimentum à magnitudine miraculorum.* Albert Magnus ait: *Si demittimus eum sic liberè miraculando procedere: & assigatur hujus perversitatis ratio, ex amissione lucri & dominationis eorum in populo.*

Joan. 9. v. 22.

Alb. M.

Omnes credent in eum.

2. *Christum agnoscent & sequentur, ut Messiam, Regem,* inquit Lucas Burgensis, *patribus promissum; significant admiranda & efficatia signa esse, quæ omnes queant attrahere, adversus se, ipsi veritatis testes vel inviti.* Interesse enim propriũ, prout verba sequentia satis declarant, nec non invidiæ livor excæcaverat, ut num Christus verus Messias esset, examinare negligerent, cùm tamen argumenta manifesta idipsum convincentia præsto essent, maximè prophetia Isaiæ cap. 35. v. 5. *Hæc inquirenda,* inquit, Lucas Burgensis, *ab ipsis in primis erant (ut erat istius concilii de vero & falso Propheta judicare) his consulto præteritis odio personæ occupati, ponunt Jesum non esse Christum, nec in eum credendum.*

Luc. Burg.

Isa. 35. v. 5.

Luc. Burg.

3. Salmeron ait: *Unde lætari debuerant, contristantur, & ut Cyrillus exponit, invident Soli quod in plures suæ lucis distribuat radios.*

Salmer.

4. Digna S. Gregorii ingenio ponderatio fuit, dicentis, quòd Judæi fidem populi in Christum, per ipsius mortem extinguere cupientes, eundem illa mediante magis potius adauxerint: *Intulerunt ei mortem, ut ab eo absconderent fidelium devotionem; sed fides inde crevit, unde se hanc extinguere in fidelium crudelitas credidit;* id quod jam dudum antè Joan. 12. prædixerat, dum ait: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum; hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.* Centurio quoque totius gentilismi nomine confessus fuit, dicens: *Vere filius Dei erat iste.*

S. Greg. 6. Mor. c. 13.

Joan. 12. v. 32.

Mat. 27. v. 54.

5. S. Antonius de Padua ipsos Christum criminis læsæ majestatis reum esse convincere voluisse dicit, eò quòd causa fuerit, cur populus tumultuaretur, in ejus se sequelam & disciplinam recipiens cum non modico rebellionis contra Cæsarem periculo: *Verius puto, dicebant ex malitia, quia volebant contra eum corda hominum incitare.*

S. Ant. de Pad. ser. in hac fer.

Et

Et venient Romani.

S.Thom. in Joan

6. Sanctus Thomas hunc illorum timorem al quali fundamento non caru ſſe exiſtimat, ſiquidem Chriſtum à turcis tanquam Regem honorati noverant, Romanos verò idipſũ ſi ne aliqua cum illis facta communicatione, ipſorumque permiſſione fieri nequaquã toleraturos eſſe ſciebant, ac proinde non immeritò videbantur timere, ne ſi hoc in illorum veniret notitiam, ab ipſis velut rebelles ipſi quoque mulctaretur pœnis.

Joa.19. v.12.

Unde cap.19. dicunt: *Omnis qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari?* at vero, prouti alii ſacri expoſitores optimè diſcurrunt, nullũ habebant idipſum rationabiliter timendi motivum ſcilicet quòd ſemetipſum ad honores ſublimaturus eſſet, indeque exturbaturus alios; tum quia quando turbæ illum ad thronum regium ſubvehere volebant

Joan.6. v.15.

fugit in montem ipſe ſolus? tum quia in cunctis operibus ſuis veriſſimum eſſe oſtendit.

Jon.18. v.31.

quod coram tribunali Pilati conſtitutus edixit nimirum: *Regnum meum non eſt de hoc mundo* ſicut & illud, quod ſancta mater Eccleſia in Hymno quodam de Epiphania canit: *Non eripit mortalia, qui regna dat cœleſtia.*

Chryſ. ſoſthom. 63. in Joan.

Unde bene D. Chryſoſtomus ait: *Nunquid ſeditionem docebat Chriſtus; Num diſſuadebat cenſum dare Cæſari? Nonne Regem ipſum facere voluiſtis, & renuit?* Summus etenim erat ſeditionum & contentionum inimicus, & quod alias docebat, in ſemetipſo prius adimplebat, nimirum: *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* Idem quoque ſanctus Doctor ulterius procedit, dicens: *Nonne alapis cæſos non ulciſci, nonne injuriâ affectos tolerare, nonne ad accipiendum, quam ad inferendum alios malum promptiores eſſe admonuit?* nunquid hæc tyrannidem conſtituentis ſunt, an potius tollentis? S Thomas de Villa Nova efficacem quoque adverſus ipſos rationem adducit,

S.Tho. de Vil Nov. ſerm.in hac ſer.

dum ait: *Quod ſi invitus à populo conſtitueretur Rex, nunquid non ſufficeret liberare populum à Romanis, qui poterat homines ſuſcitare à mortuis? Quanta vobis eſſet felicitas ſub tali Rege! quanta ſecuritas in tali Salvatore!* Etenim certum eſt ipſos ſibi perſuaſum habuiſſe, quòd Meſſias temporaliter regnaturus ſuo quodammodo cunctos alios terræ Principes ſubjecturus eſſet, eò quòd

Pſal.71. v.11.

Pſalm.71 dicatur de illo: *Adorabunt eum omnes Reges terræ*; at verò ſi divinam ejus in patrandis miraculis omnipotentiam, & quam ſuper elementa, omneſque alias creaturas exercebat authoritatem, exceſſivam denique ipſius ſanctitatem, ſapientiam, admirandamque ejus prædicationem ritè examinaſſent, facile ſibi perſuadere potuiſſent, ipſum quoque Romanos ad ſuum habiturum fuiſſe arbitrium & obſequium, vel ſaltem quòd ad reſiſtendum illis, ipſoſque ab horum jugo liberandos ſufficientiſſimus fuiſſet futurus.

Toletus

7. Unde Toletus notat, quòd ab omnipotentia & miraculis Chriſti contrariam omnino deducere debuiſſent conſequentiam. *Ratio recta non hoc inferendum eſſe dictabat, ſed venient Romani, & credent etiam in eum; nam qui cæcos illuminabat, & mortuos ſuſcitabat, & Judæos ad ſe converterat, Romanos etiam potuiſſet ad ſe trahere*; idque ei tantò poterat eſſe facilius, quanto verius erat hoc in ingenti illa Deorũ, quos adorabant,

S.Leo ſer de Feſto S.APoſt. Pet,&c

multitudine (quia, ut ſanctus Leo ait; *omnium gentium ſerviebat Romana erroribus*) ne vel unum ex omnibus Diis habebant, qui adeo prodigioſa ediditſſet miracula, qualia Salvator noſter quotidie faciebat; imò tantò firmius idipſum ſibi perſuadere potuiſſent, quanto clariora erant Scripturarum plurimũ divina oracula quibus ipſum quoque fidei ſuæ lumine ad gentilẽ pertranſiturum eſſe prænunciabat. Iſa.60 *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.* Et quidem tametſi etiam dubitare potuiſſent, an romani ad ipſum convertendi, & fidem eius amplexaturi eſſent, ſaltem nullo modo ſive timere, ſive dubitare poterant, quia ſupremus ille Monarcha, in cujus femore ſcriptum legitur: *Rex regum & Dominus dominantium*, ipſos protecturus fuiſſet, & defenſurus. *Nam innumeras gentes contra eos inſurgentes, unius Prophetæ interventu à Deo diſperſas & ſeparatas eſſe experti erant; una Judith Holofernem occidit, & exercitum ejus diſſipavit? Eliſæus latrones excæcavi; Elias quinquagenarios duces igne de cœlo conſumpſit; hæc omnia ex Scripturis non ignora-*

Toletus

Iſ60.v5.

ban', nemo autem tanta opera fecerat, nec talia, quanta & qualia Chriſtus.

Chryſoſt hom.63. in Joan.

8 Divus Chryſoſtomus ad ſacroſanctam filii Dei vitam ex una parte, ex alia verò parte ad pannicum illum timorem, quo Judæi Jeroſolymam per Romanos causâ ipſius evertendam, eſſe metuebant, reſpiciens ita ſcribit: conſiderandum vobis erat, quòd ſervitutem Babylonicam, & miſerias, quas ſub Antiocho Rege perpeſſi eſtis non ſancti & virtutibus illuſtres, ſed qui in vobis erant perverſi, & ſceleribus perpetratis infames cauſarint: *Non fuit cauſa, quod apud vos boni viri, ſed mali & injuſti, & Deum provocantes verſabantur* Enimverò ipſi utpote à propriis paſſionibus excæcati non conſiderabant, quòd mortem innocentiſſimo Chriſto inferendo, ſibimetipſis ruinam conciliaturi eſſent. & excidium; liquidem dum homines juſti & ſancti moriuntur, dejiciuntur columnæ illæ quæ populos, civitates, provincias & regna ſuſtentant & ſtabiliunt. Sanctus Vincentius Ferrerius in ſermone quodam in laudem ſancti Ambroſii conſcripto, ita loquitur: *Lombardia modò eſt perdita, quia Deus ex ſancta vita Ambroſii diſſimulabat peccata hominum.* Idem quoque ſanctus Mediolanenſium Archiepiſcopus teſtatur, dicens; *Magnus murus patriæ vir juſtus, illius nos fides ſervat, juſtitia ab excidio defendit.* Sanctus Cyrillus Alexandrinus pulchram quoque habet ſententiam, in qua efficiaciter oſtendit, quàm malè conſulta fuerit illa Judæorum ſententia, qua Chriſtum è medio tollere decreverunt, de quo fatebantur: *Multa ſigna facit*, idque non ob aliam cauſam, quàm quia ruinas ſibi ex ejus vita imminentes metuebant; dicit enim: *Vehementer ſanctis opus eſt, ſervant enim urbes & regiones clade impendente, liberant iram, quantumvis ferventem, vitæ claritudine, & impetus ejus iracundia invertentes.*

S. Vinc. Ferr. ſer. de S. Ambroſio.

S. Ambr. lib. 1. c. 6

S. Cyril. Alex. in Amos.

Salmer. to. 8. tr. 54.

9. Salmeron duos peſſimos aſſignat conſiliarios, qui unicuique ipſorum in hoc conciliabulo prædominabantur: *Duos peſſimos conſiliarios ſecuti ſunt, nimirum ambitionem & avaritiam; timebant enim & gloriam & quæſtum omnem ſibi doctrinâ & ſignis Chriſti periturum, per quos duos conſultores bona in univerſa vitia & crimina præceps prolabitur.*

10. Communior tamen Expoſitorum opinio eſt, quòd ſub prætextu zeli boni publici, ſe adlaxandam adverſus Redemptorem vehementem odii & invidiæ paſſionem, qua tunc vel maximè agitabantur, ſeduci permiſerint. D. Chryſoſtomus pauculis lineis eandem invidiam trinies diverſis verbis deteſtatur. Primo enim ait: *Hæc ſine ratione ulla dicebant, ſed ex invidia tantùm*; paulò poſt dicit: *Verùm enim verò invidia nihil videt, ſed cæcat animam.* Tertiâ verò vice hæc habet: *Sed ut dixi, gravis quidam affectus eſt invidia, & plenus ſimulatione.* Rupertus Abbas de doloſa hac fictione aut ſimulatione ita ſcribit: *Ergo hunc hominem interficere apud tribunalia quidem Cæſaris videbatur fore tutum, apud judicem populi videbatur eſſe neceſſarium; ſic intenderunt arcum conventus ille malignantium, & multitudo operantium iniquitatem; ſic firmaverunt ſibi ſermonem nequam, ſub hac occaſione timoris, vel fidelitatis Romani Imperii, abſconderunt laqueos, dixerant: Quis videbit eos?*

Chryſoſt. loc. cit.

Rup. Abb. lib. 10. in Joan.

Pſ. 63. v. 6.

11. Theophylactus quoque laqueos iſtos, quos ad invidiam ſuam abſcondendam tendebant, manifeſtat hisce verbis: *Ut non videantur inſidiari Chriſto propter invidiam, commune periculum in medium afferunt, concitantes populum contra Chriſtum, quaſi perditionis author ille eſſet futurus.*

Theoph.

12. Ejuſdem opinionis Hugo Cardinalis fuit, dum ait: *Non hoc æſtimantes, ſed invidentes.* Etenim per longi temporis experientiam bene ſciebant Chriſtum non aſpirare ad honores, nec ad ſeditiones excitare: attamen invidia illos exſtimulabat, ut differenter ab interno ſuo conceptu loquerentur & operarentur.

Hu. Car.

13. Salmeron quoque ad hanc paſſionem, zeli prætextu palliatam ſeſe reflectit, dum ita ſcribit: *Vide quantâ hypocriſi inquam animum ſub ſpecie boni velent, fingentes ſe de communi ſalute conſulere deinde de fidelitate Romanis ſervandâ, & ita ſub honeſti ſpecie curabant homines fallere, nihil de divino Judicio curantes, quaſi plus timendi homines ſunt, quàm Deus.* interius ſatis

Salmer. to. 8. tr. 54.

probé

probè ſciebant Chriſtum Cæſaris legibus non eſſe contrarium, utpote qui expreſſis verbis juſſerat: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*; qui etiam hanc erga Romanorum Imperatorem ſubjectionem, in virginali matris utero clauſus licèt, profeſſus jam audum fuerat: dum matrem ſuam inſtigavit, ut partûs ſui tempore in Bethlehem ſeſe reciperet, ut Romani Imperatoris edicto hac ratione morem gereret. Adhæc non latebat eos, quòd qui Imperatoris nomine in illis regionibus gubernabant & maximè Pilatus præſes, ſatis futurus eſſet oculatus, atque omni tumultûs occaſioni & periculo invigilaturus, quando idipſum faciendi neceſſitas poſtularet: at verò malignitatis ipſorum ſubtilitas in eo præcipuè conſiſtebat, ut apud imperatoris miniſtros invidiam adverſus ipſum concitare ſatagerent ideoque ipſum tanquam criminis læſæ majeſtatis reum accuſabant, ut hac ratione Hebræorum nullus in ejus defenſionem os aperire, vel mutire præſumeret; tametſi enim cùm de religione agebatur, utpote de puncto ſeu materia, quæ in ipſorum tribunalibus decidenda erat, unuſquiſque illum adjuvare poſſet, non verò dum in accuſatione materia aliqua tangebatur, quæ ad Pilati tribunal pertinebat, maximè quando illam rem tanti momenti, concernebat, qualis erat, quòd ipſe Regem ſe facere, & ſeditionem excitare vellet: veruntamen quamvis malitiam ſuam tegerent, Pilatus tamen fictionem & malitiam ipſorum clarè ſatis advertit: *Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum.* Matt. 22 v. 21. Marc. 15 v. 10.

14. Euthymius aliam quandam adducit conſiderationem, nimirum quod hujus Concilii aſſeſſores; ad hoc ut affectum, devotionem & ſequelam, quiâ turbæ Salvatori adhærebant, ab eo diverterent, & in iis extinguerent, omni ſtudio conati ſunt illis perſuadere, Romanos ex nullo alio motivo, quàm ob animum illorum in Chriſtum propenſionem & affectum, totis viribus in id laboraturos eſſe, ut univerſam Hieroſolymam & Judæam in extremum adigant exterminium: *Speciosum prætextum imponere volentes inſtitus, quas contra ſalvatorem ſtruebant, ac populum contra eum commovere molientes, timorem cauſabantur Romanorum.* Euthym. in Joan.

15. Sanctus Thomas ad ponderandam illorum cæcitatem nos hiſce verbis invitat: *Attende eorum miſeriam, quia nihil timent perdere, niſi temporalia, de vita æterna non cogitantes.* Sanctus Auguſtinus ſuper illa verba Pſalmiſtæ: *illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor; ita ait: Trepidaverunt in damno temporalium; ubi non erat timor; timuerunt regnum terrenum amittere, & amiſerunt regnum cœlorum, quod timere debuerant; pereat mundi lucrum, ne fiat animæ damnum.* Romanorum angebantur timore, non verò Deum timebant, moriatur filius Dei, ne illato aliquo præjudicio offendantur Romani, hocque ſolum pondus erat, quod ſententiæ libram in iniquam illam inclinavit condemnationem: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris.* Et quidem quotidiana, prô dolor; experientia videmus, quod major pars hominum majorem curam habeant, ne aliquem offendant amicum, ſeu hominem, à quo aliquod exſpectari poteſt emolumentum, quàm ne Deus injuriâ vel offenſâ aliquâ afficiatur. S. Thom. in Joan. S. Aug. in Pſ. 13 Joan. 19. v. 12.

16. Toletus adverſus hoſce in Concilio congregatos tale facit argumentum; vel enim illi fidem Chriſti veram eſſe, ipſumque Redemptorem verum Dei filium eſſe exiſtimabant, vel non: *Si vera fides, verusque Chriſtus erat, elegerunt magis conſervare temporale regnum, quàm credere, & quàm veram fidem in Chriſtum habere; nam verborum hic ſenſus eſt: Ne tollant Romani locum noſtrum, faciamus ne credant in eum; ſi autem non exiſtimabant eſſe veram fidem, potius dicendum erat: Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum & religio vera deſtruetur, & fideles peribunt, majus eſt enim damnum ſpirituale, quam temporale; at hi non curârunt ſpiritualia, ſed temporalia; ac ſi diceret: inter nos Princeps aliquis, impediamus hæreſim, ne pereat juriſdictio mea ac poteſtas.* Toletus.

17. Obſervârunt hoc loco omnes ſacri Interpretes, quod in hoc Concilio adimpletum fuerit, quod Pſalmiſta ait: *Comprehendun-*

Pſ. 10. v. 2

Judic.3. v.12. *henduntur in consiliis quibus cogitant.* In libro Judicum dicitur: *Addiderant filii Israel facere malum in conspectu Domini, qui confortavit adversus eos Eulon Regē Moab.* *Orig.ho. 3.in Jud.* Ubi origenes ait: *Vides quia peccata vires hostibus præbent.* Sic crucifixo & mors Christo illata, Tito novas vires adjunxit ad consummandum Jerosolymæ excidium, id quod idem Imperator confessus fuit nimirum *Deo iracundiam contra Judæos demonstranti* (verba sunt Baronii in Annalibus) *Baron. an.72.n. 33.* *se manus suas præbuisse, Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt.* ubi Chrysostom. *Ps. 9.v. 16.* ait: *in laqueo hoc, quem absconderunt comprehensus est per eorum, quod Judæis contingit;* siquidem hi ex timore Romanorum, Christo necem inferre decreverunt, *Chrys. hom.64. in oan.* cum tamen ab iisdem ex vindicativa Dei justitia permoti ultimum passi sint exterminium. Unde sanctus Augustinus ait: *temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitaverunt, & sic utrumque amiserunt; nam & Romani post Domini passionem & glorificationem tulerunt eis & locum & gentem, expugnando & transferendo.* *S. Aug. tr.49.* *Tertull. cap.2.ad Marith.* *Verum quidem, est quod, ut Tertullianus ait: Negotiatio est aliquid amittere, ut majora lucreris.* Hi autem malos se negotiatores esse probârunt, quia terræ & terrenis solum totaliter adhærescentes, de cœlo nihil curabant. Toletus proinde optimè ostendit errorem consequentiæ, quam ex præmissa illa intulerunt, dicentes: *Si dimittimus eum sic, venient Romani, &c Dici enim: Decepti sunt, & errarunt, imò quia non dimiserunt sed occiderunt, propterea venerunt Romani, & tulerunt locum & gentem, hoc enim prædixerat Daniel cap. 9. occidetur Christus, & civitatem cum sanctuario dissipabit populus, cum duce venturo.* *Toletus.* *Rectè dicit Augustinus lib. 4. de Civitate Dei, cap. 34 Si Judæi Christum non occidissent, in suo regno permansissent.* *S. aug. l.4 deci, vit. Dei. c.34.* Jansenius in eundem sensum scribit: dum ait: *Quæ fecerunt ut effugerent, ea quia fecerunt, non effugerunt; impletumque est in eis illud proverbium: Quod timet impius veniet super eum. Et illud quod ad impios loquitur Sapientia quæ est Christus: Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis; ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cùm vobis id, quod timebatis, advenerit.* *Jansen.*

18. Sanctus Thomas de Villa Nova in hoc concilium, in quo universi Hebraismi Statistæ & Politici congregati erant, oculum suum dirigens, de Salvatore nostro inquit: *Apprehendit sapientes in astutia sua, & consilia pravorum dissipat: Parum est Deo, dissipare pravorum consilia, sed ipsos in suis consiliis capit, ut tendant rete & cadant in eo parent laqueos, ut incidant in eos.* *S.Thom. à Vil. Nov.* Similis doctrina in sancto Augustino his verbis legitur: *Sed quando illi laqueso præparaverunt, in quos non prius ipsi caput immitterent? Non est captus cui tenebantur, sed potius ipsi capti sunt, qui tenebant* *S.Augi tract.33* Sapientia igitur incarnata voluit, ut in ipsis adimpletum videretur oraculum istud: *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* *Sap.11. v.17.* Judas cum assignata ei militum cohorte abiit ad capiendum Christum, sed à quibus hæc ei assignata fuerat? *Judas ergo cùm accepisset cohortem, & à principibus & Pharisæis ministros:* Deus autem, ut vicem eis rependeret, innumeras quoque Romanorum militum submisit cohortes & legiones, quæ eos quoque in captivitatem & servitutem abducerent. *Judas venit illuc cum lucernis, facibus & armis:* & ecce idem quoque supplicium ex Sophoniæ vaticinio comminatum illis irrogatum fuisse legitur, nimirum: *Scrutabor Jerusalem in lucernis;* siquidem Titi & Vespasiani milites secretissima & occultissima promptuariorum subterraneorum & cavernarum civitatis illius tributa investigârunt, ut inde ducerent, qui timore adacti in ea se subduxerant. *Sophon. 1.v.12* *irruerunt ergo in lumen verum,* inquit sanctus Leo, *filii tenebrarum & utentes faculis atque laternis, non evaserunt infidelitatis suæ noctem, quia non intellexerunt lucis auctorem.* *S.Teoser 8.de Pas.* Sanctus Ambrosius quoque ad hasce Judæorum faces & arma se reflectens, dicit: *Sibi ergo Judæi jam ferebant incendia, qui persequebantur salutis authorem. Venerunt cum armis, significantes armis se perituros Romanis, usque ad excidium totius civitatis.* *S.ambr. in Ps.37.* Judæi Christum in tempore Paschalis solemnitatis, quo Jerosolyma ex omni

omni gente refertiſſima eſſe ſolebat, crucifixerunt & ecce Deus eodem tempore Jeroſolymam obſidione arctiſſimâ cingi Voluit. Mors Filii Dei in cruce conſummata fuit; & ecce ſtrages, quam Deus in ipſis fecit, pariter completa fuit in patibulis crucis; imò in tanto numero Judæi crucifixi fuerunt, ut jam nec ligna amplius, nec ſitus inveniri poſſent, in quo cruces planari aut erigi poſſent. Judæorum multi vociferantes clamârunt: *Tolle, tolle, crucifige ſanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros?* *& ecce ſuper vertices ipſorum iniquitas eorum deſcendit* Judæi filium Dei à Juda 30. denariorum pretio ſibi comparârunt, & ideo in ipſis adimpletum fuit dictum illud Propheticum: *Vendidiſti populum tuum ſine pretio.*

Pſ.7.17.

Pſ.43.13.

Verſus 49.

Unus autem ex ipſis Caiphas nomine, cum eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis.

Unus autem ex ipſis Caiphas nomine cùm eſſet Pontifex anni illius.

Rup. Ab. l.10. in c. 21. Joan

1. Rupertus Abbas hunc Caiphan in Pontificali dignitate tyrannicè gubernaſſe dicit: *Vere ut fur & latro in ovile aſcendit, & nunc ipſum paſtorem ovium mactare intendit ut furta ſua licentius agere poſſit*; ac proinde typus & figura fuit tyrannorum illorum qui in progreſſu ſæculorum viros Apoſtolicos perſecuti erant Exodi 28. cap. Deus ſummum ſacerdotium per totam Sacerdotis vitam durare, ejusque filios in demortui locũ ſuccedere præcepit; ac proinde mirum eſt, qua ratione S. Joannes dicere potuerit: *Cum eſſet Pontifex anni illius*; S. Auguſtinus inquit: *Intelligendum eſt per ambitionem & contentiones inter Judæos poſtea conſtitutum, ut plures eſſent, qui per annos ſingulos miniſtrarent.* Liranus ſimiliter ait: *Propter cupiditatem & ambitionem ſuam ſtatuerunt inter ſe illi, qui erant de genere ſacerdotali, ut quolibet anno unus eſſet, qui illo offi io fungeretur.* Alcuinus authoritatem adducit Joſephi Hebræi lib. 18 Antiquit. cap. 3 dicentis, Caiphan Pontificatum ſibi pecuniis comparaſſe; quod ſi verum eſt, quid mirum ſi ad mortem Chriſti machinandam duo hæc ambitionis & emolumenti proprii adduxerit motiva, omnibuſque eam ſuſpicionem & timorẽ ingreſſerit, futurum eſſe ut culpa Chriſti omnem in populum authoritatem & dominium omniaque bona terrena, quæ in earbe poſſidebant, amittant?

Joſeph. Heb. l.18 Antiq. c.3.

Alb. M.

2 Albertus Magnus verba illa: *Unus autem ex ipſis*, ponderans ait: *q d. ſingularis dignitatis, & ſingularis aſtutiæ & ſingularis malitiæ. Dicit hoc, ut intelligatur, quod primam vocem habuit in conſilio, & ideo primus propoſuit.*

Dixit eis Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis.

3. Janſenius conſiderat, quòd S. Joannes, priusquam referat hanc Caiphæ exprobrationem, qua omnes concilio huic aſſiſtentes, tanquam ignorantes, & injuſtos, & negligentes carpit, eum ſummum Sacerdoem fuiſſe memoret: *Sive ſignificare volens, illum ratione ſuæ Pontificiæ authoritatis auſum fuiſſe tam liberè aliorum increpare incogitantiam, ſive adnotandum magis, & exaggerandum illius impietatem, qui cùm d. buiſſet cæteris omnibus fuiſſe religioſior, & omnium maxime abhorruiſſe à cæde innocentis, cæteris omn. bus repertus eſt magis impius.*

Janſen. c.103.

4. Salmeron arrogantiam illius reprehendit: *Uoi primum nota, ingenium arrogantis eſſe ut ſe ſolum ſapere & ſcire reputet, cogitationesque ſuas magnificas exiſtimet, reliquos verò & inſcios eſſe, & minus ſe intelligentes.* Albertus Magnus hanc quoque arrogantiam hisce verbis deteſtatur: *More ſuperborum, aliorum inventa vituperando annihilat primum, & tunc ſuis influere conatur conſilium.* Janſenius exiſtimat, quòd priusquã Caiphas hæc verba protul t multa in eodem concilio congregatorum conſilia præceſſerint, & præcipuè aliquorum qui Chriſtum occidere, omni conatu diſſuadebant, eò quòd nullus adverſus eum delicti reatus in med um adduci poſſet, ac proinde ſigillatim & ſeorſim ſuam hac in re opinionem ſubjunxerit dicen o: *Vos neſ i is*, &c.

Salmer. to.8. tr. 54.

Alb. M.

Janſen.

Luc.Bur Lucas Burgensis quoque dicit : *Hæc verba significant, quòd consiliarii ambigebant, & invarias inclinabant opiniones*; ideoque quando Caiphas locutus est, magna cum attentione auscultatus fuerit : *Quia majoris erat authoritatis, liberius loquebatur & facilius, quod dicebat, recipiebatur.* S. Thomas existimat, Caipham, dum illos velut ignorantes corripit, dicere voluisse: Vos non cogitatis quàm justum & æquum sit, ut boni publici salus bono præferatur privato : *Vos nescitis, quia expedit vobis, &c id est, iste homo moriatur, ne totus populus seducatur, quasi dicat, unius hominis salutem pro communi republica oportet contemnere.*

S.Thom. in Joan.

Versus 50.

Quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

Quia expedit.

1. *Prudenter non dixit, necessarium est*, inquit Salmeron, *vel oportet, vel opus est; sed expedit, quia multis aliis modis poterat, quàm morte redimere.* Tantis autem dolorum sumptibus salutē nostram operari voluit, *Ut copiosa esset apud eum redemptio.* Angelicus Doctor ait: *Deus per suam omnipotentem virtutem poterat multis aliis modis humanam naturam reparare, & tamen apud S. Joannem dicit: Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* S. Antonius de Padua in sermone quodam super hanc Feriam verbum illud, *Expedit*, ponderans, dicit verum id esse *multiplici ratione. Primò, quia culpæ infinitæ satisfactio debebatur, ut ait Anselmus in lib. Cur Deus homo. Secundò, quia omnes homines erant debitores per se, nec per se satisfacere poterant. Tertiò, quia tanta debet esse satisfactio. quanta est dignitas ejus, cui est facienda : omne autem quod Deus non est, Deo satisfacere non poterat.*

Salmer. to.8 tr. 54.

Ps.129.7.

S.Th.3.p. q.1. a.2. in corp.

Joa.10. 10.

S. Anto. de Pad.

Vobis.

2. Salmeron optimè hoc loco considerat, sacrilegum hunc Pontificem semetipsum non censuisse in numero redemptorū. *Non dixit nobis, seipsum videlicet excipiendo à fructu passionis*; subjungit tamē quod quia Græci & nonnulli codices Latini manuscripti, nec non Evangelium Syriacum legunt *Nobis*, ideo probabile esse nonnullos ex iis Sacerdotibus, qui in hoc concilium intervenerunt, postea fuisse conversos, quia in Actibus Apostolicis legimus: *Multa turba sacerdotum obediebat fidei.* Cæterùm de hoc impio Caipha Salmeron attestatur, eum violentâ semetipsum morte confecisse, ut scribit sanctus Clemens Alexandrinus in Constitutionibus Apostolicis.

Salmer. to.tr.54.

Act.6.7.

Ut unus moriatur.

3. Horum verborum *Duplex erat intellectus*, inquit sanctus Bonaventura, *unus procedens ex perversa intentione illius, & ille fuit carnalis : alius verò intellectus finalis ex divina revelatione, & iste fuit spiritualis ; unde Spiritus sanctus non fuit usus voluntate illius, quæ erat mala sed locutione.* Caiphas enim dicere volebat: Christo, quantumvis sanctus esset & innocens, patraretque miracula, inferendam esse mortem, ut Judæorum eximeretur à periculis, quæ ipsis à Romanis eventura esse metuebat; at verò, ut bene Cajetanus advertit : *Non admittit recta ratio, ut occidamus justum innocentemque unum, ut salvetur libertas, aut vita totius gentis*; & tamen hic Pontifex hanc propositionem tanta cū securitate & animositate, seu potius impudentia pronuntiavit, quia cùm esset summus Sacerdos, ambitio, lucri amor, invidia, cunctæque aliæ passiones intellectum, & rectæ rationis ac discursûs lumen totaliter excæcabant, & obfuscabant. Unde idem Cajetanus ait : fuisse. *Palliatum judicium specie communis boni præponendi bono particulari, nullâ mentione factâ de justitia, deque innocentia ; veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Porrò Salvator noster, qui scrutatur renes & corda, Pilato duplicitatem & malignitatem illorum in conspectu totius Hebraismi manifestare novit, quando eidem dixit : *Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet* his namque verbis ei indicare voluit, scelus eorum longè esse execrabilius injustititiâ Pilati; hic namque ad mortem Christo

S.Bonaven.

Cajetan

Cajet.

Matt.7. 1§

Ioa.19.11

per

per ſententiam ſuã inferendam motus fuit, ne Cæſaris gratiam amitteret : Sacerdotes autem & Pontifices eandẽ machinabantur ſub prætextu juſti zeli cultûs divini, religionis, & boni publici, cum tamen interius ab invidia, ambitione, aliiſque emolumentis, quibus avidè inhiabant, eſſent excæcati; jam verò ut S. Auguſtinus ait: *id zelando facere, multò majus malum eſt*; Deo namque, religione, & divini honoris zelo abuſi ſunt, ut ſuum adverſus eundem Deum conceptum odium evomere poſſent. Toletus quoque hanc propoſitionem in ſemetipſo injuſtam fuiſſe probat, dum ait: *Attende Caiphæ ſententiam in eo, quem ipſe conceperat, ſenſu, iniquam fuiſſe & falſam, falſam quidem, quia innocentem nec licet, nec expedit occidere pro temporali reipublicæ ſalute; rurſus quia expediens & utilis illis iſta occiſio non fuit Juxta eorum ſenſum*; quia Romani ad exterminandum illos juſto Dei judicio fuêre permoti; adhæc qua ratione probari poterat expedientem eſſe mortem illius, qui *pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes*? Illius, inquam, qui mortuos ſuſcitabat, irreprehenſibilemque annuntiabat doctrinam, qui immaculatas promulgabat leges qui miracula patrabat, qui elementis imperare poterat, qui per tam evidentia ſigna omnipotentiam, innocentiam, ſanctitatem & divinitatẽ ſuam manifeſtabat, de quo etiam ipſemet ejus, licèt implacabiles inimici dicebant: *quid facimus; quia hic homo multa ſigna facit*? Et quidem qua ratione fieri poterat, ut in illo concilio nullus adeſſet, qui Chriſti diſcipl nâ allectus, diſcipulus ejus non eſſet? ubi erant Nicodemus, Joſeph ab Arimathæa, Gamaliel? cur ejus ſibi non vendicaverunt defenſionem aut tutelam? Nihil hîc aliud reſponderi poteſt, quam quòd vel non auſi, vel noluerint ſeſe prodere, ſeque pro ejus defenſione diſcipulos ejus declarare, eò quòd jã pœna decreta fuiſſet, *Ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret*? unde Nicodemus ne proderetur, acceſſit ad Jesũ nocte; vel etiam pro illorum excuſatione dicere Poſſumus, quòd latere maluerit, eò quòd adverſus tantum inimicorum Chriſti torrentem nihil ſe profecturos eſſe præviderent.

S. Aug. tract. 116. in Joan

Toletus.

Act. 10. 38.

4, Salmeron hoc loco bene conſiderat, quod non dixerit: *Interficitur*, ſed *moritur quia ſponte mortuus eſt? oblatus eſt, quia ipſe voluit, poteſtatem habebat ponendi animam ſuam.* Salmer.

Unus.

5. Quia in operanda hominum ſalute, & redemptione procuranda ſolus eſſe, nec ullum ſubſidium alienum admittere voluit, adeò ut de ſe ſanctè gloriaretur: *Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum*, ubi Interlinearis dicit: *Priſſuram crucis ſuſtinui ſolus, non eſt vir mecum, id eſt*, ut Gloſſa ait: *nec Angelus, nec Archangelus, nec quilibet cœleſtis ſpiritus.* Hugo Cardinalis ait: *Nullus mecum ſocius fuit in patiendo*; & multò apertius Dionyſius Carthuſianus, qui hanc illius rationem reddet: *Quoniam ipſe ſolus pro hominibus ſatisfecit*; quaſi dicere vellet: nulla alia creatura *de toto rigore juſtitiæ* æquivalentem ſatisfactionem dare poterat: *Omnes quippe declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt.*

Iſa. 63.

Interlin. ibid.

Hug. C.

Dio. Car

Pſ. 13. 3.

Homo.

6. Myſteriis hæc dictio ſcatet, ſiquidem hac noſtrâ mortali carne veſtire ſe voluit ne Deus eſſe apertè agnoſceretur, qui *Si cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent* Pilatus illum, dum in ſumma paſſionis ſuæ acerbitate conſtitutus eſſet, coram toto Hebraiſmo in hominis ſimilitudine publicè demonſtrare voluit quando dixit: *Ecce homo.* Porro expediens erat, ut Deus pariter & homo eſſet; homo quidem, ut ſanguinẽ haberet, quem pro noſtra redemptione effunderet & corpus, in quo tormenta pati poſſet; homo item, quia homo divinæ juſtitiæ debitor erat: ſimul tamen conveniebat, ut etiam Deus eſſet, ut paſſioni ſuæ valorem ſufficientem adjungeret, ad hoc ut meritum in ſe &, ſatisf. ctionem infinitam haberet. S. Joannes qui clariſſimum veræ Theologiæ lumen fuit quod unquam Eccleſia habuit, de Redemptore noſtro nihilominus ſcribit: *Sciens quia à Deo exivit, & ad eum vadit*; ex quibus verbis ultima facilius & melius intelliguntur, quàm prima; quonam enim modo Verbũ unquam è ſinu paterno egredi potuit? Solvit autem

1. Cor. 2. v. 8.

Joan. 13. 3

autem dubium iſtud S. Bernardus dum ait. *Talem ſe hominibus prabuit, qui poſſit ligari, colaphizari, conſpui, & ad ultimum occidi, hoc eſt quod dicitur, à Deo exivi*, eſtque idem, acſi diceret, quòd ad hoc ut moreretur, ipſum neceſſum fuerit fieri hominem: *Expedit ut homo moriatur.* ubi Salmeron ait: *Homo, non Angelus, quia qui debitum contraxerat, ſolus debebat ſolvere? ſcriptum eſt: Frater non redemit, redimet homo, non dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuæ.* adductque illud Apoſtoli teſtimonium dicentis: *Unus Deus, unus & mediator Dei & hominū, homo Chriſtus Jeſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.*

S. Bern. ſerm. 2 in Cœna Domini.

Salmer to. 8. tr 45.

Propopulo, ut non tota gens pereat.

7. Notat Lucas Burgenſis, neminem præter hunc ſacrilegum & impium ſimilem auſum fuiſſe proferre blaſphemiam: *Quia ſcriptum eſt: Inſontem & juſtum non occides, Exod. 23. Ut evitetur maximum malum pœnæ, non eſt committendum vel minimum malum culpæ.*

Luc. Bur.

Exod. 23. v. 7.

S. Lyranus hanc Caiphæ ignorantiam Paſſioni attribuit invidiæ, quæ eum excæcabat: *Hinc patet manifeſte, quòd paſſio invidiæ & livoris contra Chriſtum, & paſſio timoris perdendi gentem & locum, ſubvertebant in eis rationis Judicium, quia in nullo caſu licitum eſt interficere innocentem; per hoc enim non procuratur bonum commune, ſed magis deſtruitur.*

Lyran.

Toletus

9. Toletus advertit omnem Concilii hujus ſolicitudinem in eo poſitam fuiſſe, ut ſcilicet inexplicabilis illa explanaretur difficultas, ſcilicet qua ratione Chriſtus morti adjudicari poſſet, quia nullum adverſus eum delictum invenire aut excogitare poterant, ac proinde ſumus Sacerdos boni publici prætextū adducere debuit: *Excogitaverunt ſibi expedire unum mori pro omnium ſalute*,

10. Admiranda igitur eſt in hoc Concilio Sapientia divina, quæ ita diſpoſuit, ut inter tot homines conſilio & prudentiâ humanâ conſpicuos, eosque juratos Chriſti inimicos de proceſſu criminali adverſus Chriſtum ſeriò tractaretur, nec tamen vel unus ipſum, vel de minimo culpæ nævo redarguere auſus fuerit: *Nec inter ſe, ubi ſeriò res agebatur, ſeductorem, aut dæmonium habentem, aut blaſphemum, aut legis tranſgreſſorem eſſe proponant.* Voluitque ut ipſemet Caiphas tanquam caput illius, eum declararet innocentem: *In hoc Caiphæ decreto apparet & conſtat innocentia Chriſti, conſ. ſi ſunt enim multa illum ſigna facere, nec cauſam ullam mortis ſe in eo invenire.*

11 Non poterat equidem dignior Chriſto formari proceſſus, nec æquior pronuntiari ſententia ad declarandum hominem Chriſti debitorem, quam dicendo: *Expedit* &c. ſiquidem mors ejus univerſum mundum vivificatura erat omnesque amplexaturi erant ejus fidem: *omnes credent ineum*

Verſus 51.

Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet Pontifex anni illius, prophetavit, quòd Jeſus moriturus erat pro gente.

Hoc autem à ſemetipſo non dixit

1 Cajetanus modum, quo ſua actus Joannes ſenſum propoſitionis Caiphæ explicare nobis voluerit, his verbis declarat: *Exponit quòd hæc verba Caiphæ, quantum ad id, quod veritatis continebant, dixit actus à ſpiritu ſancto ratione officii pontificalis, quamvis quantum ad iniquæ occiſionis conſilium inventum à Caipha, dixerit à ſe ipſo.* Lyranus interpretationem quandam adducit à præcedenti parum diversam: dicit enim, quòd & ametſi Caiphæ intentio ſolum ad hoc directa fuerit, ut ad evadenda imminentia ſibi à romanis pericula Chriſti mortem Concilio perſuaderet conficiendam eſſe: *tamen verbum ejus ſic ſonabat, quòd Chriſtus erat moriturus pro gente & populo, & quod ſic fuit prolatum, fuit prophetia quodammodo de futuro, quod Chriſtus erat moriturus pro ſalute ſpirituali non ſolum Judæorum, ſed etiam omnium gentium*

Caiet.

Lyran.

2. Rupertus Abbas Tuitienſis dictum Caiphæ à ſpiritu mendacii dictatum fuiſſe exiſtimat: *Orationem illam magnæ veritatis ſignificativam, ſpiritus mendacii per os hujus Caiphæ ſibi uſurpavit, ut quod confiteretur Evangelica fidei in veritate hoc idem aqui.*

Rup. Alb l. 10. in c. 11. Joan.

æquivocè ſonaret per os neſcientis, & contra omnem veritatem nitentis homicidæ. Chryſoſtomus tamen ſenſum omnino contrariũ in verbis illis latere oſtendit, dum ait: *Vide quanta ſpiritus potentia à mala mente verba prophetica & admirationis plena elicere potuit.* S. Cyrillus ait: *Rem veram dicit, ſed non ex eorum malignitate, at ex Dei voluntate & ſapientia ad bonum directa fuit.*

Chryſ. hom. 64. in Joan.

S. Cyrill.

Sed cùm eſſet Pontifex anni illius.

3. S Cyrillus ait: *quoniam ſacerdotii dignitatem obtinebat, non tanquam ei data prophetiâ, ſed ſacerdotii functione.*

S. Cyrill. l. 7. & 8. in Joan.

4. S. Thomas ex illis verbis hanc conſequentiam deducit, quòd ſcilicet Deus nonnunquam etiam malis in dignitate poſitis ad beneficium ſubditorum, dona ſua concedere ſoleat. *Ex quo datur nobis intelligi, quòd etiam malos in dignitate conſtitutos Spiritus ſanctus movet ad loquendum aliqua vera & futura, pro utilitate duntaxat ſubditorum.*

S. Thom. in Joan.

5. Salmeron ex his verbis Dei aſſiſtentiam & patrocinium deducit, quod illis, qui gubernabant, præcipuè verò ſummis Pontificibus præſtare ſolet; unde tale format argumentum: *Si non defuit moribundæ, & illo anno perituræ Synagogæ, minus Chriſti Vicario, & Paſtori Eccleſiæ univerſalis deeſſe potuit.* Divus Chryſoſtomus ait: *Vides quanta ſit Pontificialis poteſtatis virtus? Cùm enim Pontifex eſſet licèt indignus, prophetizavit.*

Salmer. to. 8. tr. §4.

Prophetizavit quod Jeſus, &c.

6. Idem ſanctus Doctor hanc prophetiam ſolum in lingua, non verò intus in corde habuiſſe dicit: *Neſcius tamen quid diceret, & os tantum gratia, non autem ſceleſtum cor attigit.* Ac proinde S. Thomas de Villa Nova Prophetæ titulum illi attribuere renuit: *quia non intellexit quod dixit, ſed in ſenſu, quo ille locutus eſt, falſum protulit,* Albertus magnus quoque probat, eum non intellexiſſe quid diceret: *Ignorans quòd verba ſalutis omnium proferret; verba prophetiæ protulit, quamvis inſpirationem propheticam non acceperit.* Salmeron Saulis præſciti exemplum adducit, dicens: *Accipe illum non habitum, ſed actum prophetiæ habuiſſe, quemadmodum de Saule dicitur: Inſiliet in te Spiritus Domini; & prophetabis.* Sanctus Gregorius à ſancto Bonaventura citatus, aſinæ Balaam exemplo utitur, dicens: *Sic irrationale animal rationis verba edidit, nec tamen ad permutationem naturæ rationalis acceſſit; ita ſæpe quilibet indignus ſancta verba per prophetiæ ſpiritum accipit, ſed tamen ad promerendam ſanctitatis gloriam non pertingit, ut & ſe ſupra ſe loquendo emineat, & infra ſe vivendo torpeſcat.*

Chryſ. hom. 64. in Joan.

S. Thom. à Vil. No. ſer. in hac ſer.

Alb. M.

S. Bon.

S. Greg.

7. Janſenius divinam admiratur ſapientiam, utpote quæ ex malis bona elicere novit: *Hinc diſcendum, quomodo Deus mala in bonum convertat, impiiſque hominum voluntatibus, dictis & factis bene utatur;* in eo ſenſu, quo caiphas dixit: *Expedit vobis &c.* Unde S. Thomas de Villa Nova ait *Non enim debet occidi innocens etiamſi inde ſperaretur quæcunque commoditas, quia ſanguis effuſus clamat contra populum: occidere innocentem, non eſt quærere, ſed deſtruere bonum publicum.* Caiphas hanc propoſitionem pronuntians, ab invidia, odio & malignitate contra Chriſtum permotus fuit, licèt boni publici mentiretur prætextum: *Hic à ſpiritu proprio ſuæ malignitatis,* inquit Lucas Burgenſis, *motus eſt ſuo conſilio ad dandam ſententiam mortis contra Jeſum ex odio & invidia, ſed eam ſententiam Deus ſuperiori impulſu ita proferri & pronuntiari voluit, ut non alias melius & plenius interpretari vir myſteriorum intelligens poſſit, quàm ut ad ſalutem publicam totius mundi per Jeſu mortem parandam referatur.* Idem quoque blaſphemiam fuiſſe declarat quoad intentionem; quia fuit prolata; prophetiam verò fuiſſe dicit, quoad verborum ſonum externum: *Prophetia fuit juxta ſenſum, quem Spiritus ſanctus intelligi voluit; non verò blaſphemia fuit, juxta ſenſum mentis Caiphæ. Ita fit aliquando, ut impiorum linguas Deus ſic flectat, ut eiſdem verbis, quibus maledicere volunt, benedicant.*

Salmer.

Janſen. c. 103.

S. Thom. à Vil. Nov.

Luc. Bur.

Verſus 52.

Et non tantùm pro gente, ſed ut filios Dei, qui diſperſi erant, congregati in unum.

Iſa.49.6 1. Iſaias Meſſiam non ſolum ad Hebræos luce fidei ſuæ illuminandos, ſed etiam ad omnes alios totius terræ populos eadem luce colluſtrandos miſſum fuiſſe prædixit: *Dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea usque ad extremum terræ. Parum eſt, ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus*
Joa.10. 16. *Jacob, & faces Iſrael convertendas.* Chriſtus quoque ipſemet apud ſanctum Joannem dicit: *Alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere* Albertus Magnus ait: *Ut filios Dei omnes*
Alb.M. *in toto mundo ad gratiam prædeſtinationis, quos Deus in filios adoptionis formandos prævidit conformes futuros filio ſuo.*

2. Theophylactus lupum infernalem
Theophyl. variis nos modis diſperſiſſe conſiderat, dū ait: *Ab invicem divulſit, ut unusquiſque ſæviret contra proximum ſuum, propter divitiarum amorem, & vanam gloriam, Chriſtus ita in unam nos collegit Eccleſiam, & ſub unum conjecit jugum, tam eos qui propè quàm eos qui longè erant, unum corpus faciens, ut is, qui Romæ eſt, eum qui in India eſt, ſuum membrum eſſe credat, & omnium unum caput fateatur eſſe Chriſtum.*

Alb.M. 3. Albertus magnus ait *Diſperſos in multos cultus, & in multos deos, & diverſas voluntates, & modos vivendi, congregaret in unum per fidem Religionis Chriſtianæ.*
Pſal.105 v.47. *Pſal. 105 Salvos nos fac Domine Deus noſter, & congrega nos de nationibus, ut confiteamur nomini tuo.*

Verſus 53.

Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum.

1. Conſiderabilis eſt illa hujus conſilii
S.Cyrill. l.7.c.8. in Joan. unio, in qua de morte Redemptori noſtro inferenda tractatum fuit. S. Cyrillus ait: *Non enim dixit Evangeliſta: ab illa hora cædis faciendæ conſilium cœpiſſe, ſed ſimul & univerſos de ea conſultaſſe.* Neque concilium hoc ingreſſi ſunt ad examinandum & conſulendum interſe an juſtum & conveniens ſit filio Dei necem inferre, ſed hoc jam veluti totaliter concluſo ſuppoſito, de modo id faciendi cogitant: *Hoc eſt, quod privatim ſingulis videbatur, in communi omnibus placuiſſe.* Rupertus Abbas ait: *Ab illo die prædeſtinato concilio cogitaverunt, ut eum, quem lapidare antea voluerant per turbam & tumultum, nunc interficerent quaſi per judicii ordinem legitimum.* Per huius namque concilii convocati unionem toti mundo ſe in ejus condemnatione interminis judicialibus & ſecundùm leges proceſſiſſe declarare volebant. Cajetanus dicit: *Conſultaverunt, ut executioni mandarent occiſionem.* Dionyſius Carthuſianus autem ait: *Decreverunt per definitivam ſententiam.*
Rup.Abb. lic.10. in Joan. Cajet. Dio.Car

2. Porro difficulter credi poteſt, quod omnes in hanc contra Chriſtum latam ſententiam conſenſerint, cùm multi illorum ipſum ſciverint eſſe innocentem, jamque de facto ipſum omnem humanam conditionem ſuperexcedentia patraſſe miracula, ſponte propria faſſi fuerint: quamobrem igitur qui ex tot capitibus ejus innocentiam defendere poterant, adeò fuerunt puſillanimes, ut ne unus quidem os ſuum defenſionis causâ aperire auſus fuerit? Cur vota ſua non tractarunt, ſed cùm torrente aliorū applauſerunt & approbarunt omnibus illis, quæ à ſummo ſacerdote dicta fuerant? animitum, ex hoc veriſſimum eſſe colligitur, quod principum dictamina & opiniones, ſive vera ſive falſa, ſive bona ſive mala in conſequentiam attrahant voluntates & aſſenſum inferiorum, ſive id fiat per viam adulationis, ſive propter authoritatem, ſive d ique ob violentiam, ſaltem nullus eſt q animum habeat contradicendi

3. Salmeron in ea eſt opinione, quòd unusquiſque illorum, qui Chriſti partes ſectabantur, ipſum quidem defenderit ſed cum exiguo profectu: *Sed novum non eſt improborum conſilia ſæpe ſuperiora exiſtere, & in more eſſe, ut potius numerentur, quam ponderentur ſententiæ.*
Salmer.

4 Con-

4. Conſideranda quoque ſunt verba illa: *Cogitaverunt interficere*; quia ex ſententia Pſalmiſtæ certum eſt, quòd *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* quis igitur ei, qui author vitæ & vitæ quidem æternæ, inferre poterit necem? ei, inquam, qui proteſtatur intrepidè dicendo: *O mors ero mors tua!* Valde igitur ſignificanter Joannes dicit: *Cogitaverunt interficere.* S. Auguſtinus Judæis mortem exprobrat Redemptoris. ſed quibus verbis? *Vos ò Judæi, occidiſtis; unde occidiſtis? gladio linguæ; acuiſtis enim linguas veſtras: & quando percuſſiſtis, niſi quando clamâſtis: crucifige, crucifige!* neque enim unquam ex omnibus viribus, quas ſæpius adverſus eum exſeruerunt, tantū contra ipſum prævalere potuerunt, quod vel minimum ei in vitio capillum extorquere potuerint: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit.*

Pſ. 99. 10.

S. Aug. in Pſ. 63. *v.* 2

Iſa. 53. 7.

Verſus 54.

Jeſus autem jam non palam ambulabat apud Judæos, ſed abiit in regionem juxta deſertum in civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

1. Non ſe à Judæis ſubduxit ex timore, ut nimirum evaderet mortem, ſed, ut S. Cyrillus ponderat: *Ne videatur eos præſentiâ ſua irritare jam ad cædem incenſos, docet etiam nos cedere iratorum furoribus, nec projicere nos in pericula, etiamſi de veritate agatur, ſed deprehenſos quidem conſiſtere, antea verò detrectare propter incertos eventus.* Rupertus Abbas ſimilem adfert expoſitionem, dum ait: *Hoc facto & utilia fidelibus ſuis præmittit exempla; & divino more ſuo ſignat myſteria; hoc enim ejus exemplo licet ejus diſcipulis, humiliter declarare inſtantiam perſecutionis; & itidem myſticè datur intelligi, quòd Judæis jam debeat domus ſua deſerta relinqui: abeundo namque in regionem juxta deſertum, & ibi morando cum diſcipulis, per deſertum innuit diſſertionem Judæorum; per ipſam regionem, quæ eſt juxta deſertum, electam habitationem gentium, apud quas manſurus erat in civitate Ephrem, id eſt, in Eccleſia faciente fructum multiplicem; Ephrem quippe interpretatur frugifer.*

S. Cyril. lib. 8. *in Joan.*

Rup. Ab. lib. 10. *in Joan. c.* 11.

2. Origenes quidem illorum fidelium conſtantiam laudat & promptitudinem, qui pro confeſſione fidei non fugiunt martyrium: ſed mox ibidem ſubjungit: *Nec minus honeſtum eſt non tradere occaſionem tantæ tentationi, non ſolum propter incertitudinem eventûs proprii; ſed ne nos occaſionem præſtemus, & alii magis impii ac nexii fiant.*

Orig. t. 31. *in Joh. tit.* in Cat.

3. Hugo Cardinalis alia hujus receſſûs, conſiderat myſteria, dum ait: *Occultat ſe ut oſtendat ſe verum hominem; ſi enim cum eis moraretur, & vi divina ab eis eriperetur, ſolum Deus, & non homo putaretur; aliquando fugit, ut credatur homo, aliquando manens ſe divinâ virtute protegit, ut Deus credatur.*

Hugo Card.

4. Janſenius diſcipulorum conſiderat amorem & animoſitatem: *In diſcipulis Chriſti*, inquit, *obſervanda amoris conſtantia, quod cùm ab hominibus Dominum viderent ſeſe ſalvare, & ibi miſerè metuerent, noluerunt tamen illum deſerere*; ac proinde Dominus noſter gratum ſe illis exhibens, magnam hanc illis fecit promiſſionem: *Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis; & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.*

Janſen.

Luc. 22. *v.* 28. 29. & 30.

5. S. Cyrillus aliud quoddam Judæis ſatis præjudicioſum tangit myſterium, dicens: *Dicendum olim quidem Jeſum liberè ambulaſſe in mediis Judæis per Prophetas, nunc verò nequaquam; neque enim in eis eſt verbum Dei, ſed ab illis abſceſſit in ſolitudinem, de qua dicitur*: Multi filii deſertæ magis, quàm ejus quæ habet virum.

S. Cyril.

6. Salmeron ſuper ly *Ephrem*, ita ſcribit: *Frugifera interpretatur, quoniam perſecutiones & tentationes haud ſecus nos frugiferos reddunt, quam ictus & flagella reddunt nucē fructuoſam.* Ephrem in ſolitudine eſt ſituata, quia in ſolitudine copioſa ſit meſſis virtutū, donorum, & meritorum; unde anima ſancta, quæ in ſacris Canticis novis gratiis & cœleſtibus theſauris referta & locupletata proponitur, de deſerto venire ſcribitur: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delitiis affluens?* In Iſaia prædictum fuit: *Ponet deſertum ejus quaſi delitias, & ſolitudinem ejus quaſi hortum Domini gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.*

Salmer. Cant. 8. *v.* 5. *Iſa.* 51. 3.

Voluit quoque ſolitudinem illam per ſacroſanctam humanitatē ſuam ſanctificare, ad denotandum, quòd deſerta poſt mortem ejus in manſiones tranſmutandæ ſint cœleſtes prout ſpecialiter in deſertis Ægypti & aliis factum fuiſſe ex hiſtoriis conſtat, in quibus ſanctus Antonius virtutis & perfectioris vitæ cupidos ad ſolitudinis receſſus exhortabatur : *Ut remotioris vitæ beatitudinem appeterent.*

DOMINICA PALMARUM.

EVANGELIUM

Ex Matthæi cap. 21.

¶. 1. CUM *appropinquâſſet Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliveti.* 2. *Tunc* JESUS *miſit duos diſcipulos dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea; ſolvite & adducite mihi.* 3. *Et ſi quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos.* 4. *Hoc autem totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem:* 5. *Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubjugalis.* 6. *Euntes autem diſcipuli fecerunt, ſicut præcepit illis Jeſus.* 7. *Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua in via; & eum deſuper ſedere fecerunt.* 8. *Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua in via; alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.* 9. *Turba autem quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant, dicentes: Hoſanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Verſus 1.

Cùm appropinquaſſet Jeroſolymis, & veniſſet Bethphage ad montem Oliveti.

Cùm appropinquâſſet Jeroſolymis.

1. MAgnis ditatus mercibus, inquit S. Hieronymus, *ſalute credentium redditâ, ingredi cupit urbem pacis.* Appropinquabat autem, inquit Albertus Magnus non tam greſſibus corporis, quàm affectûs & amoris. D. Chryſoſtomus conſiderat Redemptorē noſtrum pluries Jeroſolimam abiiſſe, nunquam tamen miniſterio uſum fuiſſe jumentorum, nec exceptum ab obviis, eique de induſtria occurrentibus Jeroſolymitis cum ramis palmarū vireſcentibus, nec unquam fuiſſe per acclamantiū feſtivas voces honoratum : ſolùm illa omnia tunc acciderunt, quando, *Ut pareretur, aſcendit: ideo ergo cum tanta gloria eſt ingreſſus, ut amplius eorum adverſus ſe excitaret invidiam, quia jam tempus paſſionis ejus inſtabat, & non mors cum urgebat ſed ipſe magis adverſus ſe compellat mortem.* Janſenius ait: *Præcognovit hac ratione Phariſæos & Sacerdotes excitando ad inferendam ſibi mortem.*

S. Hier. in Matt.

Alb. M. in Matt.

Chryſoſt. to. 2. hom. 37. in Matth.

Janſ. c. 110 conc.

2. S Anſelmus hoc loco ad conſiderabile quoddam reflectit myſterium, cur ſcilicet hodiernâ die præcisè Hieroſolymam acceſſerit *omnia*, inquit, *in ſapientia feciſti: decima enim erat dies menſis, quod habemus ex Evangelio Joannis; ait enim: Ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, in craſtinum verò venit Jeroſolymam, & acceperunt eum cum ramis*

S. Aſel. in Matt.

Joan. 12. v. 1 & 12.

ramis palmarum; decimo autem die ideo voluit ingredi, quia ita erat præfiguratum in lege, ubi præcipitur: Decimâ die mensis hujus tollat unusquisque agnum. &c. Hic igitur agnus conformiter ad legem tempore debito voluit præsentari, & quia victimas antiquitus frondibus & floribus coronare, easque multis lætitiæ demonstrationibus comitari solebant, ideo disposuit, ut tanta cum festivitate & applausu cum ramis & frondibus exciperetur, &c. *propositos sibi gaudio*, inquit Apostolus, *sustinuit crucem.* Et S. Anselmus ait: *Decima die, mensis primi agnus, quem in pascha immolarent, domum introduci jussus est, quia Dominus decimâ die ejusdem mensis, hoc est, ante quinque dies paschæ in civitatem, in qua pateretur, erat ingressurus.*

Heb. 12. 2

Jans. conc. c. 18.

3. Jansenius alias reddit rationes, cur Christus ante probrosam passionem suam publicè cum tanta pompa & majestate ingredi voluerit, nimirum: *Ut antequam pateretur, specimen quoddam regni sui Dominus exhiberet, seseque efficacibus argumentis Messiam comprobaret exspectatum, ut sic bonos in fide erga se confirmaret, & mali non haberent, quod in excusatione prætexere possint.* S. Matthæus subjungit, quòd *Commota est universa civitas, dicens: Quis est hic?* populus autem respondit: *Hic est Jesus.* Sacerdotes quoque quisnam esset satis cognoscere poterant ex zelo, quem eodem die in profligandis templi prophanatoribus exhibuit, dicendo: *Domus mea domus orationis vocabitur*, sicut & ex prodigiosis miraculis, quæ tunc operabatur, adeoque dum illum post quinque dies tanquam pessimum malefactorem crucifixerunt, protestando: *Non habemus Regem nisi Cæsarem*, per nullam se excusationem justificare potuerunt, se illum non agnovisse prætexentes. Didacus Stella mysterium nobis pandit ob quod Christus, tametsi humilis & mundi contemptui totaliter deditus esset, nihilominus hunc triumphum acceptaverit dicit enim: *Hanc triumphi gloriam non spernandam duxit, eo quod urgeret necessitas, necessum enim erat, ut nostra redemptio omnibus innotesceret, ac proinde ut se filium Dei ostenderet, de quo apud Zachariam prædictum erat: Exulta filia &c.*

Matth.

Mat. 23. 13

Did. Stel incap. 19. Luc.

Zach. 9. 9.

4. Sancta Mater Ecclesia crucem hoc præcipuè titulo condecorat: *Triumphale lignum: super lucis tromphæum dic triumphum nobilem, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit:* Porrò homines in hoc mundo triumphum tunc pridem exspectare solent, quando prostratus & dissipatus est inimicus: *Varius est enim eventus belli*; non verò sic filius Dei fecit, qui de victoriæ certitudine omninò securus, anticipare voluit triumphum; jam enim antea prædixerat: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Et iterum: *Et ego, si exaltatus fuero à terra omnia trahem ad me ipsum*; & ideò inter populi totius honorifica obsequia, festivasque acclamationes triumphando, innuit victoriam, quam de toto universo reportaturus erat, illud ipsum fidei suæ subjiciendo, & profligando tyrannidem inferni. Guerricus Abbas felicissimum Jobi statum, qui subitò in calamitosissimum commutatus fuit, hodierno triumpho comparavit, quem eadem septimana in monte Calvario terminavit: *De summa dejectus felicitate, in extrema atque gravissima finem sortitus est calamitate.* Fuit autem hæc specialis Redemptoris nostri adinventio, quam eo fine excogitavit, ut tantò amarior ei passio sua esse videretur, ad eum ferè modum, quo summo dolore conficiendus esset qui cum hodie Rex proclamatus sit, cras tanquam latro patibulo affigeretur. Unde sanctus Bernardus ait: *sed quid fuit, quod processionem habere voluit, quam mox futuram noverat passionem? Fortè ut amarior esset passio, quam processio præcessisset.*

2. Reg. 11 v. 25.

Joan. 11 v. 31 & 32.

Guer. Abb. ser. 3. in ramis Palm.

S. Bern. serm in Palm.

5. Porrò Filius Dei in variis quidem occasionibus testatam facere voluit lætitiam, quacum se ad redemptionis nostræ opus consummandam accingebat; at verò dum illi jam proximè vicinus esset, ostendere nobis voluit, quòd ad opus illud se haud secùs, quàm ad triumphum se reciperet. Unde Paulus de Palatio hoc erudit utilissimum documentum: *Intelligant ii, quibus crux placet, adeo glorioſum esse patì, adeoque opus esse perfectum, ut ad id subeundum gloriosa deceat pompa; ornatur Sacerdos sacrificaturus, sponsus nupturus, Rex inaugu-*

Paulus de Palat. in Mat.

augurandus, ornatur Chriſtus paſſurus Janſenius optimè notat, quòd dum vix ex jumento, cui tempore huius triumphi inſederat, deſcendiſſet, mox flagello armatus in conſpectu ſacerdotum ibi præſentium, vendentes & ementes è templo, ubi iniquum & ſacrilegum mercatum agebant, proſligant & quidem tametſi perſpicuè futurum eſſe prævidiſſet ipſos ad inferendâ ipſi mortem, per facinus iſtud heroicum ad majorem ferociam atque ſævitiem eſſe exſtimulandos; attamen *Horum impietate ad promovendum hominum ſalutem uti voluit.*

Janſ. conc. c.110.

6. Didacus Stella conſiderat Chriſtum Dominum diſpoſuiſſe, ne triumphus iſte diuturnus eſſet, ſed ſubitò, & veluti in momento tranſiret: *Hunc honorem & triumphum non lentè, ſed raptim ſibi voluit exhiberi, ut ſcilicet nos doceret modum, quo in dignitatibus noſtris terreſtribus, & caducis honoribus nos habere debeamus, momentanei enim ſunt, milleque periculis & caſibus obnoxii* Janſenius ſimilem quoque habet obſervationē, nimirum quòd Chriſtus hisce applauſibus, & hac gloriâ mundanâ breviſſimo tempore uti voluerit, idque ad noſtram inſtructionem, ut ſcilicet à mundi honoribus ſemper eſſemus alieni: *Ut ad tempus abblandiens & accommodans ſe ſuorum affectibus, irrideret hujus mundi gloriam, oſtenderetque quàm ſit inanis & infida, cùm tantos applauſus, tamque honorificas acclamationes & tantum populi ſtudium mox ſecuta ſit Crux.* Hiſce quoque conſonat Paulus de Palatio dicens: *Ut intelligant qui pompas ambiunt, quàm ſit vicinum & germanum ſummum decus ſummo dedecori.* S. Lucas Chriſtum in hoc triumpho amarè fleviſſe ſcribit; unde Didacus Stella hanc deducit moralitatem, dum ait: *In medio triumphi in lachrymas prorumpit, intuens mundanas has dignitates potius triſtitiâ & fletu, quàm gaudio & riſu eſſe proſequendas; ſi hujusmodi honores, quemadmodum Chriſtus recepit, nos recipiemus, nobis detrimento minime eſſent.*

Did. Stel. in Luc.

Janſ. ibi.

Paul. de Palat.

Luc. 19. 14

Did. Stel

Et veniſſet Bethphage.

7. In hoc loco, inquit Lucas Burgenſis ſacerdotes, qui alternatim templo deſerviebant, gregum ſuorum habeant paſcua: *Sacerdotum villam fuiſſe veteres tractatores notant, fortè quòd victimas illic alerent, & cùm foret opus, illic acciperent, ut propè aberat civitate.* Agnus igitur hic myſticus, qui pro humani generis redemptione ſacrificandus erat, non ſine myſterio in hoc loco conſpicuus eſſe voluit, priuſquàm Jeroſolymam cum ſolemnitate ingrederetur.

Luc. Bur

8. S. Thomas ait: *Vicus ſacerdotalis, quia ſacerdotes ſerviebant templo per hebdomadas, vel idem eſt, quod domus maxillarum, quia hoſtiæ maxilla erat portio ſacerdotalis;* ac proinde etiam ob hanc rationem Chriſtus ad hunc locum opportunè acceſſit, ut in ſacrificio cruento non niſi ſemel offerendus, tanquam hoſtiam ſe ſacerdotibus præſentaret, qui ſe tanquam ſacrificium incruentū paulò pòſt ſe eorundem ſacerdotum manibus ad finem uſque ſæculorum conſignaturus erat.

S. Thom. in Matt.

9. Hieronymus ait: *Qui ſacerdotum vitulus erat & confeſſionis portabat typum.* S. Thomas pariter ait: *Volens appropinquare Jeruſalem, venit per Bethphage, per domum confeſſionis.* Bethphage porrò villa quædam erat, in deſcenſu montis Oliveti ſituata inquit Lyranus, in qua ſacerdotes habitabant, reſpiciebatque Jeroſolymam, cui vicina erat, ut tantò promptiores ad templi cultum accurrere poſſent. B. Petrus Damianus ſimiliter ad ſacerdotes alludit, indeque ſequentia ſalutaria elicit documenta: *Bethphage interpretatur domus buccæ, & eſt intellectus ſacerdotum, per quam deſignatur confeſſio; ad hanc Dominus venit, quia ad confitendum corda accendit.* Demum verò idem ſanctus Pater diſcurſum ſuum proſequitur per contextum hunc Evangelicum diſcurrendo oſtendit, quonam modo vera pœnitentia inſtitui poſſit: *Caſtellum, quod eſt contra dominum, & ejus diſcipulos, eſt amicus obſtinatus, propriæ deditus voluntati; duo diſcipuli ad illud miſſi, ſunt ſpes & timor; aſina & pullus alligati, humilitas & ſimplicitas: hujusmodi enim animus aliquando novit*

S. Hier. in Matt.

S. Tho. in Matt.

L yran.

B. Petrus Dam. ho. in hac die

vit, quid ſit humilitas. quid ſimplicitas, & quod ſimpliciter & humiliter ſit vivendum, ſed quaſi eas alligat & reponit, dum non vult eas opere exercere. Terret hunc timor, ubi à malo reſipuerit, minans ei tormenta; confortat eum ſpes, ſi pœnituerit, præmia pollicendo; compungitur his duobus animis; ſolvitur aſina & pullus, cum obviam Domino eundo Bethphage, confitetur ſe peccaſſe, & promittit ſe deinceps humiliter & ſimpliciter victurum; & ſic qui erat prius caſtellum diaboli efficitur urbs fortitudinis noſtræ Syon Salvator ponitur in ea murus & antemurale; murus humilitas eſt, antemurale patientia. Iſa. 26. v. 1

Demum concludit ad veram quandam confeſſionem & emendationem vitæ nos exhortando: *Egrediamur igitur obviam Domino Bethphage, conjuncti timore pœnæ, & ſpe cœleſtis vitæ firmati, confitendo peccata humiliter & ſimpliciter, ambulando ſubſtratis veſtibus noſtræ carnalitatis, ut in nobis dignetur ſedere Dominus, & nos ſecum in cœleſtem Jeruſalem introducere.*

In montem Oliveti

S. Anſel. in Matt. 10. S. Anſelmus ait: *Mons verò Oliveti, tandem etiam Eccleſiam primitivam ſignificat; oliva enim fomentum gignit luminis, ſcilicet oleum, quod etiam carnem fovet, & lætificat, & in Sacramento Baptiſmatis ponitur. Præterea eſt etiam arbor pacis, quæ omnia Eccleſiæ conveniunt; Eccleſia enim pacificat, & aliis pacem nuntiat, & eam Chriſtus unctione ſpiritualium charismatum ſanctificat, & luce ſcientiæ illuminat, & oleo exultationis, id eſt, gratia ſpirituali impinguat.*

Interlin. 11. Interlinearis per hunc montem Oliveti Eccleſiam quoque interpretatur, vel immenſam Salvatoris dilectionem: *Significat Eccleſiam, vel nece ſſitudinem dominicæ dilectionis.*

S. Hier. S. Hieronymus de hoc monte in ſenſu myſtico dicit: *ubi lumen ſcientiæ, ibi laborum requies.*

Verſus 2.

Tunc Jeſus miſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſolvite, & adducite mihi.

Tunc Jeſus miſit duos diſcipulos.

Gloſſa. 1. Gloſſa duos hoſce diſcipulos Petrum & Philippum fuiſſe exiſtimat; ſiquidem hi primi fuerunt, qui præ aliis gentibus prædicârunt: *Philippus Samariam convertit, quam aſinam interpretantur: Petrus Cornelium quaſi Samariæ pullum.* S. Thomas per hanc miſſionem illam præfiguratâ eſſe dicit, qua omnes Apoſtoli in varias mundi partes fidei plantandæ cauſâ mittendi erant *Significavit miſſionem Apoſtolorum in hunc mundum.* Porrò duo ſoli miſſi fuerunt, ſed ut Bonaventura advertit: *Per duos diſcipulos miſſos intelligitur univerſitas diſcipulorum miſſorum ad convertendum mundum, & maximè populum gentium.*

S. Thom. in Matt. S. Bonav. in Luc.

2. Sacri Expoſitores varia in hoc numero myſteria conſiderant; & quidem S. Hieronymus ait: *Id eſt, ſcientiam & operæ.* Gloſſa dicit: *Duo, propter ſcientiam veritatis, & munditiam operis, & ſacramentum geminæ dilectionis prædicaturi.* S. Thomas inquit: *Sed duos, ut ſignificaret charitatem, quæ conſiſtit ſaltem inter duos; vel ſignificat vitam activam, & contemplativam.*

S. Hier. Gloſſa. S. Thom. in Matt.

3. Hugo Cardinalis ad peccatorum noſtrorum confeſſionem alludens dicit: *Moraliter iſti ſunt timor & amor; timor ſolvit aſinam & pullum, nam timor Domini expellit peccatum, Eccleſiaſt. 1. Amor veniam impetrat, & ſic ad Jeſum adducit.*

Hugo Card. in Matt.

Ite in caſtellum quod contra vos eſt.

4. Dionyſius Carthuſianus per caſtellum iſtud Jeroſolymam intelligendam eſſe cenſet: *Hoc eſt, in civitatem Jeruſalem;* at verò quia fortè dicet aliquis cur Dominus civitatem illam adeò vaſtam, adeò ſumptuosè fabricatam totius Paleſtinæ metropolim caſtellum appellat, ideo duas ejus rationes adducit: unam quidem literalem: *Propter ſitum loci, quia in montibus erat ſita; vel ob fortitudinem murorum & munitionum.* Alia ratio eſt, quia *deſpective vocatur caſtellum, quia non fuit in ea vera unio civium, ſed magna diſſenſio.*

Dion. Carr.

5. S. Bonaventura verba illa conſiderat: *Quod contra vos eſt*; licet enim Cajetanus illorum verborum hunc ſenſum eſſe dicat: *Quod è regione advos ſitum eſt; atta-*

S. Bona in Luc.

attamen Seraphicus hic Doctor ſcribit: *Per caſtellum illud, quod eſt contra diſcipulos, intelligitur mundus, de quo Joannes: Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit, & tamen in hunc miſit diſcipulos ad prædicandum.*

Joa. 15. 8.

6. Hugo Cardinalis ſuper Matthæum ad peccatorem induratum alludens, ita ſcribit: *Cor peccatoris eſt cogitationibus quaſi muris & propugnaculis munitum. Pſalmo 59. Quis deducet me in civitatem munitam? ad quod prædicti diſcipuli mittuntur, ut ſolvant aſinam & pullum, & adducant ad Jeſum: alia eſt caro laſciva, pigra, ſtolida; pullus carnalis affectus, uterque ligatur, id eſt, voluptatum illecebris irretitur.*

Hugo. Card in Matt.

7. Sanctus Bernardus ait: *Caſtellum, quod contra diſcipulos Chriſti eſt, anima eſt peccatrix, quæ per elationem internis & ſpiritualibus Redemptoris noſtri virtutibus contraria eſt.*

S. Bern. ſer. in hac die

Et ſtatim invenietis.

8. Chryſoſtomus in hoc Chriſti præcepto varia divinitatis ſuæ ſigna obſervat: *Diligenter obſerva, quot mirabilia peragit, & quot prophetias adimplet; aſinam inventuros prædixit; neminem prohibiturum, & omnes tacituros affirmavit; non enim parvum eſt, cùm traherentur jumenta, nihil dixiſſe, & ſi dixerunt, cùm audiſſent, quia Dominus illis indigeret, ceſſiſſe, maximè cum non ipſum, ſed diſcipulos ejus viderent.*

Chryſ. hom. 67. in Matt.

9. Non ſolùm illis, quòd jumenta ſubitò inventuri eſſent, prædixit; verum etiam illis inſinuare voluiſſe videtur, quòd animalia illa illis confeſtim paritura, neutiquam verò recalcitratura ſint. S. Jacobus in epiſtola ſua canonica dicit: *Si equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.* Porro equus ad motum manûs, vel virgæ nutû ad minimum fræni motum, vel ad minimam calcaris punctúram, ſubitò promptus eſt ſive ad ſiſtendum greſſum vel curſum, ſive ad accelerandum, ſive ad ſe movendum, ſive ad ſaltandum, ſive ad tardius gradiendum: at verò animæ fideles, quæ in oratione Dominica quotidie proteſtantur, petuntque ut Dei in ipſis voluntas adimpleatur *fiat voluntas ſua ſicut in cœlo & in terra* quàm ſunt Deo rebelles & contumaces! Tertullianus ait: *Etiam de pecudibus, etiam de beſtiis obedientiam exprimimus, intelligentes uſibus noſtris eas à Domino proviſas traditas*; en verò quæ inde ab eodem pervetuſto ſcriptore deducitur conſequentia, meritò nos erubeſcere facit, ſubdit enim: *Meliora ergo nobis erunt in obſequii diſciplina, quæ nobis Deus ſubdit?*

Jac. 3. 3.

Tert. de Patient. 64.

Aſinam alligatam, & pullum cum ea.

10. Interlinearis per aſinam Judaiſmum intelligit: *Judæos legis jugo domitos ſed tamen peccatis irretitos.* Venerabilis Beda ſimiliter ait: *Aſina ſynagoga quæ legis jugum traxerat: pullus aſinæ laſcivum & liberum nationum populum demonſtrat.* Gloſſa addit: *Cui nullus Doctorum frænum correctionis impoſuit, liber, & laſcivus, qui & ipſe vinculis peccatorum irretitus erat; omnes enim peccaverunt, & egent gratiâ Dei.* Obſervandum eſt ex Gloſſa eadem quoque, quòd quia ſanctus Matthæus Hebræis ſcribebat, ideo, ne eos in ſalutis ſuæ deſperationem adigeret, eiſdem ſignificat, quòd Præter pullum etiã aſinam inſidere voluerit: *Docens non deſperare ſalutem Hebræis, ſi pœniteant.* Eadem quoque Gloſſa textum citat ſancti Marci dicentis: *Pullum nunc ante januam in bivio inventum; janua Chriſtus, extra quam populus gentium ſtabat, ligatus non in una via fidei, ſed in diverſis erroribus.* Sciendum inſuper eſt, quòd Lucas altam quandam de hoc pullo circumſtantiam adducat; dicit enim: *Invenietis pullum aſinæ alligatum, cui nullus unquam hominum ſedit.* D Chryſoſtomus hoc loco Judæos Interrogat, an ullus unquam Rex pullo aſinæ inſidens Jeroſolymam ingreſſus fuerit? Nullus utique præter Chriſtum: *Hæc faciebat, ut figuris ventura ſignificaret. Hic enim Eccleſia & novus populus olim immundus per pullum ſignificatur, qui poſtquam in eo Jeſus quievit, ab omni ſorde liberatus, mundus effectus eſt.* Cajetanus ait: *Non elephantem, non camelum, non equum, non mulum ſed aſinam & pullum, ut ex eis manifeſtis indiciis tanto tempore antè prædictis, nullus relinqueretur.*

Interl.

Beda in Matth.

Gloſſa.

Rom. 3. 23.

Mat. 11. 7.

Mar. 11. 4

Luc. 19. 30

Chryſ. hom. 67. in Matth.

Cajet. in Matt.

queretur excuſationi Jeroſolymitarum locus. Idem quoque Doctor conſiderat, quòd, tametſi animal iſtud indomitum fuerit, adeò tamen ſe quietum exhibuerit: *Admirare quomodo, dum eſſet indomitus, & fræni omnino expers, non reſiliit, nec reluctatus eſt, ſed quietè quaſi aſſuetus ferebat; Gentium enim obedientia hinc ſignificatur, & repentina in meliorem vitam mutatio: Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini*; at verò vix Chriſtus Dominus noſter effræ-num hunc pullum (Saulum videlicet) ſibi & inſeſſioni ſuæ vendicavit, ex quo illum in terram dejiciendo, cùm ecce ſubitò dixit: *Act. Ap. 9. v. 6.* *Domine, quid me vis facere? Benjamin lupus rapax* in agnum manſuetiſſimum commutatus fuit.

Theoph. in Matt. 11. Theophylactus ſuper Matthæum, ad diverſitatem ſe reflectit, qua Evangeliſtæ hiſtoriam hanc referunt; ſiquidem S. Lucas, & S. Marcus *ſubjugalem ſolùm dixerunt*; *Matthæus autem, aſinam & pullum: non dixerunt autem contraria; ducentes enim pullum ſecuta eſt mater*; ambo autem hæc animalia ligata erant, quia tam populum gentilem, quàm Judaicum, inquit Beda, *ingrediente mundum prædicatore, perfidiæ vinculis, & funiculis peccatorum invenerunt alligatum. Job.* 11. *Vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat; ſed alligatus dicitur funibus peccatorum*, inquit S. Bonaventura.

Beda in Matt. *Job. 11. v. 12.* *S. Bona.*

Chryſ. hom. 57. in Matt. 12. Chryſoſtomus ſummam ejus humilitatem, quam in ſummo honorum apice, in hoc Evangelio conſtitutus exhibere voluit, dum Jeroſolymam triumphabundus ingrediens, in humili hoc jumento ſedere voluit, conſiderans, ait: *Regulus nobis præbet, ne majora quàm neceſſarius uſus exigat, requiramus; itaque quando etiam naſcebatur, non magnificas ædes, non locupletem matrem, ſed pauperrimam, & fabro deſponſatam elegit, & in tugurio naſcitur, & in præſepio ponitur.* Imò verò tam nativitatem, quàm mortem glorioſo triumpho honorare voluiſſe videtur, ſed triumpho humilitatis in nativitate ſua enim loco currûs triumphalis, præſepe habuit, equorum loco bovem & aſinum adhibuit, proſymphonijs choros Angelicos, nunquam hactenus viſam ſtellam pro ignibus artificialibus habuit, populus applaudens pauperes fuêre paſtores; Magnates obſequia & tributa ſua ei offerentes, tres fuêre Reges orientales. In morte ſimiliter currus ejus triumphalis fuit Crucis patibulum; diadema, corona ejus ſpinea; ſceptrum clavi; lacera purpura, chlamys regia: lautum ejus convivium ex aceto & felle præparatum fuit; populus feſtivos ei applauſus faciens: Judæi fuêre vociferantes: Tolle, tolle; Capitolium, in quod ductus eſt, Calvariæ mons funeſtiſſimus; Magnates denique & Principes, à quibus utrimque ſtipari viſus eſt, duo fuerunt latrones.

13. Hugo Card. de pullo iſthoc in ſenſu myſtico ita ſcribit: *Pullus aſinæ alligatus, eſt affectus animæ triplici vinculo ligatus, quod eſt laſcivia juventutis, ſanitas corporalis, proſperitas mundialis.* *Hugo Card. in Luc.*

14. Sanctus Hieronymus quoque de hoc jumento in ſenſu morali tractans, ita ſcribit: *Per aſinam alligatam, animam peccatricem* intellige; de peccatore enim Spiritus ſanctus per os Davidis teſtatur dicens: *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus*; at verò, quando homo Deo rebellis adverſitatum funibus à Deo ſtringitur & ligatur, facilè & ſine ulla recalcitratione ſe à Deo duci & trahi patitur: *Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine.* Ubi S. Auguſtinus ait: *Horum facies ſalubriter impletur ignominiâ, ut quærant nomen Domini.* *S. Hier.* *Pſ. 48. v. 13.* *Pſ. 82. v. 17.* *S. Aug. ib.*

Solvite.

15. *Abſolvite à vinculis errorum & peccati*, inquit Dionyſius Cathuſianus. Matth. 16. *Quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.* Apoſtoli enim gentiles, ad quos Evangelii prædicandi causâ miſſi fuerant, ab innumeris ſuperſtitionum, magiarum, idololatriæ, vitiorum & ſcelerum vinculis & erroribus liberare & eximere debebant. Unde Gloſſa Interlinearis ait: *Solvite à peccatis*; ſiquidem, ut Origenes dicit: *Aſcendens cœlum inſſit diſcipulis, ut ſolverent peccatores, dans eis Spiritum ſanctum*; eâdem ſeptimanâ conſecravit Sacerdotes, & in die Reſurrectionis, in ordine ad poteſtatem remittendi peccata, contulit illis Spiri- *Dion. Carth.* *Interl. Orig. in Gloſſ.*

Joan. 20. v. 22. tum ſanctum: *Inſufflavit in eos dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*; nimirum triumphum ſuum aſſociatum eſſe voluit liberatione & abſolutione animarum ligatarum à vinculis peccatorum, ad denotandum nobis, quòd in hoc victoriam, trophæa, & triumphos ſuos habeat repoſitos, id eſt in eo, quod eſt peccatoribus peccata eorum remittere & condonare. S. Apoſtolus proinde ait: *Ubi eſt mors victoria tua? ubi eſt mors ſtimulus tuus? ſtimulus autem mortis peccatum eſt; Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum JEſum Chriſtum*; hanc enim victoriam, id eſt, virtutem ſuperando, mortem peccati, per Chriſtum & ſanguinem ejus pretioſiſſimum effuſum obtinuimus.

1. Cor. 15 v. 55.

Et adducite mihi.

Chryſ. hom. 37. in Matt. S. Anſel. 16. Sed quonam modo id fiet? *Per doctrinam veſtram*, inquit Chryſoſtomus, *per miracula veſtra adducite, id eſt, ad gloriam meam corrigite illos.* Sanctus Anſelmus hanc commiſſionem Prælatis & ſuperioribus datam fuiſſe conſiderat: *Eccleſiaſtici, qui ſemper debent prædicare populo, per orationes, & confeſſiones, & pœnitentiam, & jejunium.*

Alb. M. Oſeæ 11. v. 4. 17. Albertus M. ait: *Adducite per attractionem charitatis.* In Oſea etenim Dominus dicit: *In funiculis Adam traham eos, in funiculis charitatis.*

Ad Eph. v. 1. S. Amb. in Pſ. 45. 18. Porrò pro Chriſto ligari & vinciri, verâ filiorum Dei libertate frui eſt: *Ego Paulus vinctus Chriſti JESU.* S. Ambroſius dicit: *Chriſtus quos alligat, liberat, quos aſtringit, abſolvit.*

Verſus 3.

Et ſi quis aliquid vobis dixerit, dicite: Quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos.

Et ſi quis aliquid vobis dixerit.

1. Quia Apoſtoli viles, abjecti, pauperes, & nudi Galilææ piſcatores erant, veriſimile eſt, quòd horum jumentorum dominum, illa ſine licentia & permiſſione ſua abducentes ſe oppoſituri, eóque furto eripienda ſibi arbitraturi fuiſſent; ac proinde diſcretus magiſter noſter Chriſtus hanc oppoſitionem prævidens, illis quid facere, aut dicere iisdem dominis deberent, præſcribere voluit. Divus Chryſoſtomus exprompta ipſorum obedientia hanc pro nobis inſtructionem deducit: *Hinc diſcipulos docet quicquid ipſe peteret, etiamſi animam dare juberet, abſque ulla controverſia eſt parendum; nam ſi ceſſerunt ignoti, quid diſcipuli facere deberent?* Lucas Burgenſis verba illa: *Si quis vobis dixerit*, ita gloſſat: *id eſt, contradixerit, quare ſolvatis, qua authoritate id faciatis, quò velitis abducere, & quid agere, vel aliquid hujusmodi.*

Chryſ. hom. 67 in Matt.

Lucas Burg. Gloſſ.

Dicite, quia Dominus his opus habet.

2. Sciendum eſt, quod, prout ex textu ſancti Lucæ clarè ſatis colligitur, pullus iſte ad plures dominos pertinuerit: dicit enim S. Lucas: *Solventibus autem pullum, dixerunt domini ejus ad illos: quid ſolvitis pullum? at illi dixerunt: Quia Dominus eum neceſſarium habet.*

Luc. 19. v. 33.

3. Et ideò S. Bonaventura dicit: *Plures domini dicuntur, quia ſecundùm veritatem hiſtoriæ, tam aſina, quàm pullus dicitur fuiſſe totius caſtelli, quo utebantur pauperes ad afferendam aquam.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Fortè audiérunt JEſum Nazarenum illuc venire.* Experientia enim demonſtrat, quòd pauperes promptiores & faciliores ſint, quàm divites, ad hoc, ut propriis ſe deſtituant commoditatibus, ut aliis, & maximè Religioſis, ſubvenire poſſint, utpote qui viſcera ad compaſſionem proniora habent. Lucas Burgenſis inquit: *Dominus propter nos pauper factus, cùm dives eſſet*, quid mirum igitur, ſi pauperes ex motivo gratitudinis, per reciprocam benevolentiam ſe ſuis rebus ſpoliârint?

S. Bona. Dion. Carth. in Luc.

4. S. Bonaventura ait: *Ex hoc apparet virtus divini præcepti, quia nec amplius quæſiérunt, nec reſtitérunt.* Sanctus Ambroſius conſiderat, quòd hi diſcipuli authoritate ſuâ nullatenus uſi fuerint, neque animalia

S. Bona. S. Ambr. l. 9. in Luc.

malia iſta violenter abduxerint: *Nunquid ſuis viribus uſi ſunt? minimè; ſed dixerunt, ſicut dixerat illis JESUS, ut agnoscas, quòd non ſuo ſermone, ſed Dei verbo; nec proprio, ſed Chriſti nomine fidem populis inſudêre Gentilibus, atque adverſariæ poteſtates, quæ ſibi nationum obſequia vendicabant, mandato ceſſêre divino.*

Dion. Cart. 5. Dionyſius Carthuſianus hoc loco quærit, quo ſenſu domini horum jumentorum hanc dictionem, Dominus, intellexerint; Et reſpondet: *Dicendum opinor, quòd Apoſtoli Chriſti ex habitu, vel ex aliis ſignis facilè cognoſcebantur eſſe diſcipuli JESU. De JESU quoque tunc rumor fuit, quòd ipſe eſſet Chriſtus; idcirco cuſtodes cognoſcentes, quòd eſſent diſcipuli JESU, per Dominum intellexerunt JESUM*; pauperes enim multò magis Chriſto per devotionem adhærebant, quàm Scribæ, Phariſæi, Sacerdotes & Principes, qui potius fatali odio Chriſtum proſequebantur ad mortem.

6. Conſiderandum eſt etiam, quòd Salvator noſter non obſtante dominio, quod tanquam Dominus in omnes obtinebat creaturas, ſua tamen authoritate hoc loco *Janſen.* uti noluerit. Janſenius ait: *Notandum Apoſtolos non eſſe juſſos dicere: Dominus noſter his opus habet, ſed abſolutè, Dominus: quo ſignificavit divinitatem, & ſupremum in omnes homines & creaturas dominium, cui cedere omnes ſuum deberent dominium. Non auferri vult invitis jumenta*, inquit Lucas *Lucas Burg.* Burgenſis, *quamvis omnium eſſet Dominus, ſed dominii ſimul & neceſſitatis ratione adductâ perſuaderi, ut permittant abduci.* Per *Didac. Stel.* quod, ut Didacus Stella notat, Principes & Magnates docere voluit, quòd ſua, quam in ſubditos habent, poteſtate, nunquam violenter uti debeant, ſubſtantiis ipſorum eos privando; ſed quòd proponendæ ſint illis gravaminum, quæ imponere volunt, rationes & cauſæ, efficiendo, ut utilitatis & neceſſitatis publicæ capaces evadant.

Dion. Cart. in Matt. 7. *Sed cur humilis JESUS*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *ſeipſum tam ſublimi nomine exprimit, quod Deo eſt proprium, ſicut per Iſaiam teſtatur: Ego Dominus, hoc eſt, nomen meum?* Reſpondet autem, quòd illa die ſpecialiter ſe Deum, & ſummæ, imò infinitæ majeſtatis Dominum exhibere voluerit: *Hoc die voluit majeſtatem ſuam verbis & factis ſuis ac aliorum multipliciter declarare.*

8. Albertus Magnus ly *Dominus* ponderans, illud cum verbis ſequentibus: *Opus habet*, confert & dicit: *Mirum videtur, ſi Dominus univerſorum venturus in gloria, indigentiam dicatur habere aſini pauperum, & ſi allegabitur à diſcipulis, vix alicui credibile erit?* Reſpondet autem multipliciter; inter cætera autem adducit illam Plinii authoritatem in Panegyrico Trajani dicentis: *Cui nihil ad augendum faſtigium ſupererat, hoc uno modo creſcere poteſt, ſi ſe ſubmittat.* Sic Chriſtus aſino opus habebat, ſed quonam putas fine? ad ſe humiliandum. Unde Paulus de Palatio ait: *Num ille, qui ſedet ſuper Cherubim, eget aſello? Annon currus Dei decem millibus multiplex? Dominus in eis in Sina, in ſancto, eget aſello? Certè qui priùs equitabat ſuper Cherubim, & cujus erant tot currus, ut videretur terribilis, auferens ſpiritum Principum, non eget aſello, ut humilis videatur & manſuetus.*

Alb. M. in Matt. *Plin. in Paneg. Trajani.* *Paul. de Pal.*

9. Didacus Stella veriſſimam eſſe fatetur illam Pſalmiſtæ propoſitionem: *Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*; at verò ſubjungit: *Sed ut bona ſua creaturis communicaret, neceſſitatem pati voluit*; *unde Paulus Corinthiis ait: Scitis enim gratiam Domini noſtri JESU Chriſti, quoniam propter nos egenus factus, cùm eſſet dives, ut illius inopiâ vos divites eſſetis.* Albertus Magnus dicit in eo fuiſſe divitias bonorum ſpiritualium, temporalium verò bonorum paupertatem: *Sed Dominus dives in ſpiritualibus, 1. ad Cor. 1. In omnibus divites facti eſtis in illo: pauper autem in temporalibus, & erat notæ paupertatis, propter hoc recipiebatur verbum Apoſtolorum.*

Didac. Stel. in Luc. Pſ. 15. v. 2. *Alb. M. in Matt.*

10. Reſponderi quoque poteſt, Chriſtum in hiſce jumentis prænotaſſe peccatores: *Comparatus eſt jumentis inſipientibus.* Et quidem certo quodam modo dici poteſt, quòd Dominus hisce indigeat, ut in illis pietas & miſericordia ejus eluceſcat.

Hugo Card. in cap. 2 Epheſ.

Hugo Cardinalis ſuper illa verba: *Dives in miſericordia*, ita ſcribit: *Sicut dicitur, iſte homo habet magnum theſaurum, & miſeris ordia Dei eſt quaſi infinitus theſaurus.* Unde

Matth. 21. v. 3.

Matth. 21. *Dicite, quia Dominus his opus habet. Per aſinam & pullum peccatores ſignificantur, quibus videtur Deus indigere ad hoc, quòd expendat theſaurum miſericordiæ ſuæ; ſicut dicitur de aliquo, qui habet magnum theſaurum, & filium prodigum; ille indigebat tali filio, aliter nunquam expenderetur theſaurus ejus.* Ex quo enim filius Dei de cœlo in terram deſcenderat, ut cœleſtis Jeroſolymæ ruinas reſtauraret, conſequenter neceſſariò peccatoribus opus habebat. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Urbs beata Jeruſalem conſtruitur in cœlis vivis ex lapidibus*; ac proinde ſanctus

Luc. 3. v. 8.

S. Anſel. in Matt.

Anſelmus ait: *Præcipitur Apoſtolis & Doctoribus aliis, ut ſi quid adverſitatis obſtiterit, ſi quis peccatores à laqueo diaboli ſolus prohibuerit, & per confeſſionem adduci à Domino, non tantùm prædicare deſiſtant, ſed conſtanter inſinuent, quia Dominus ad ædificandam Eccleſiam ſuam talibus opus habet.* Hugo

Hugo Card.

Cardinalis verba illa: *Dominus his opus habet*, ita exponit, ut ſenſus ſit: *Peccatoribus opus, ut impleantur ſedes paradiſi.*

S. Bona.

11. S. Bonaventura prædicta Pſalmiſtæ verba: *Bonorum meorum non eges*, adducēs mox ſubjungit: *Et tamen deſiderat operam noſtræ ſalutis, ad hoc autem ut Deus ſalutem noſtram operetur, noſtrâ pariter cooperatione ſimul opus habet.* Unde S. Thomas ait: *Dico quòd non indiget, niſi ad noſtram neceſſitatem, & ſuam gloriam.* Advertendum quo-

S. Thom. in Matt.

que eſt, quod in ſancto Luca ita habeatur ſcriptum: *Dominus operam ejus deſiderat.* Albertus Magnus ait: *Magis ad myſterium, quàm ad vehiculum; ſemper enim Dominus deſiderat animarum ſalutem. Hinc Deus voluntati concurrens in deſiderio, dicit* David Pſal. 72. *Ut jumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum, deſiderat enim jumentum eſſe Domini, ut ſit ſanctum.*

Alb. M. in Luc.

Et confeſtim dimittet eos.

12. D. Chryſoſtomus hoc loco quærit: *Quis enim illis perſuaſit, cùm res ipſorum auferrentur, præſertim pauperibus, ac forſan agricolis, nullo modo adverſari?*

Chryſ. hom. 67. in Matt. tract. 2.

13. Lucas Burgenſis ait: *Sinet à vobis adduci meâ addactus occultâ virtute: ut res abſentes fuerunt Jeſu conſpectæ, ita & futuri rerum eventus prævifi & cogniti, adeoque imperio ejus, ubi voluit, ceſſerunt omnia, etiam hominum corda, quæ potuit, quò voluit, flectere, cum omniſcientia; itaque ſuam hic declaravit omnipotentiam, & ſupremum in omnes dominium.*

Luc. Burg.

14. Idem quoque Chryſoſtomus acutè obſervat, quòd Dominus non juſſerit ut diſcipuli ſui dominis jumentorum dicerent, quòd illos remiſſuri eſſent: *Non dixit: Et iterum remittet eos adte, ut ne myſterium præcederet rationem; nam puto in primis homines non ſermone nudo vocavit Apoſtolorum, ſed per virtutem Spiritûs ſancti ſolvit pariter, & adduxit; poſtquam autem adduxit, iterum dimiſit eos in arbitrio, ut labore ſuo comitante gratiâ, juſtificentur; nam quòd vocati ſumus, Dei eſt; quòd autem dignè poſt vocationem vivimus, noſtrum pariter eſt, & Dei. Hoc eſt, quod ait: Iterum remittet eos, non ad diabolum, qui prius tenebat eos; ſed in arbitrio ſuo, adjuvante gratiæ ſcilicet dono.*

Chryſ. hom. 37. in Matt. tract. 2.

Verſus 4.

Hoc autem totum factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem.

1. Lucas Burgenſis dicit, incarnatam Sapientiam hoc loco agere voluiſſe, tanquam Dominum & Patronum omnium creaturarum: *Vel ob eam cauſam, ut futuris occurreret ſuſpicionibus, ne de inauſtria negotium iſtud confinxiſſe videri poſſet, quo Zachariæ prophetiam ſibi accommodaret; faci è enim cuivis ſit aſinam invenire, quá equitet, urbemque ingrediatur.*

Luc. Burg.

2. Hugo

2. Hugo Cardinalis Evangelistam, hanc prophetiam ideo inmedium adduxisse dicit, ut intelligeremus Christum hisce jumentis non in aliquod itineris sublevamen usum fuisse, sed propter mysterium: *Non propter equitandi voluptatem, sed propter mysterii significationem.* Id quod Cajetanus pariter confirmat, dum ait: *Ne putares sublevandi laboris in itinere, aut attendendæ alicujus novitatis causâ misisse Jesum pro asina & pullo, curavit Evangelistam rationem interserere facti, ut JEsus impleret scripturas Prophetarum.*

Cajet. in Matt.

Versus 5.

Dicite filiæ Syon: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subjugalis.

Dicite filiæ Syon.

Isa. 62. 21.

1. In Isaia prædictum fuerat: *Dicite filiæ Syon: Ecce Salvator tuus venit, ecce merces ejus cum eo;* Christus namque hoc die venit, ut humanæ redemptionis mercedem & pretium exsolveret; expressiùs autem Zacharias ait: *Exulta satis filia Syon; jubila filia Jerusalem; Ecce Rex tuus veniet tibi justus, & Salvator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.* Paulus de Palatio ad eam se reflectit lætitiam, ad quã duo hi Prophetæ Jerosolymam hodie invitârunt, dicit enim: *Expende cur jubeat Matthæus, & priùs Zacharias & Isaias, ut Syon exultet, & exultet satis, cùm Rex super asinam venit: quænam tantæ causa lætitiæ, quòd veniat pauper? annon gaudendum esset magis, si venisset dives? quòd si gaudendum, quia mansuetus venit, cur jubet gaudere, quòd super asinam veniat sedens? video enim gaudendum esse, quòd pauper veniat, ut ejus inopia nos divites simus, ac si omnia nobis bona communicâsset, nihil sibi relinquens; video gaudendum, quia venit pauper, docet enim suam inopiam meliorem esse, quàm copiam, videlicet quia cœlum inopiâ mercandum, potiùs, quàm copiâ.*

Zach. 9. 9.

Paul. de Palat. in Matt.

Ecce Rex.

Guer. Abbas.

2. Guerricus Abbas devotarum harum turbarum ardentem admiratur fidem, qua Christum tanquam Regem & Messiam suũ agnoverunt & susceperunt, licèt pauperrimus vilissimo cuidam jumento, eique non suo insederet: *Sed nimirum intelligebat super egenum & pauperem, quippe cui Propheta signum dederat intelligi Salvatorem ipsum, quâ superbis viluit, paupertatem; ipse,* inquit, *pauper, & ascendens super asinam, hoc signo poteris venientem agnoscere Regem tuum quia ad debellandam superbiam, quæ regnat in mundo, paupertatem seu humilitatem evangelizabat.*

ser. 3. in Ps.

3. Christus Salvator noster ad suam se præparabat passionem, ac proinde turbas illas, quæ eâdem septimanâ illum in Crucem acturæ, hancque inscriptionem: *Jesus Nazarenus Rex Judæorum,* capiti ipsius superimposituræ erant, ut ipsum tanquam Regẽ salutarent & exciperent non respuit, sed humaniter invitavit. In libris Judicum legitur, quòd arbores inter se de Rege sibi eligendo consultârint; inter quos oliva, ficus, & vitis sceptrum sibi oblatum acceptare renuerũt; rhamnus verò libenter admisit; enimverò Redemptor noster, de quo divinum inquit oraculum: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Syon montem sanctum ejus;* Rex proclamari, & tanquam talem se variis in occasionibus exhibere potuit, id tamen facere noluit, donec tempus illud appropinquaret, in quo loco aurei gemmisque distincti diadematis, tempora illius spineâ cingerentur coronâ, & vice sceptri arundo vel clavi manibus ejus insererentur; tunc enim tritâ quadam laceráque purpurâ per ludibrium amictus, Regis titulum sibi passus est acclamari.

Judic. 9. 15.

Ps. 2. 6.

4. S. Bernard. hujus diei triumphum cum illa confert repulsa, quâ Regnum sibi sponte ab Hebræis oblatum, constanti prorsus animo repudiavit: *Sanè,* inquit, *venturas aliquando turbas, ut raperent, & eum Regem facerent, fugiens legitur declinâsse; nunc verò etiam non quæsitus adfuit, ut tanquam Rex Israël susciperetur & prædicaretur ab eis, quin etiam hæc ipsa præconia eorum excitavit, & hæc quidem præparatio ad passionem fuit.*

S. Bern. ser. in Ps.

Tuus.

5. *Non hostis, non alienigena, cui vi vel do-*

to, ſed Rex tuus, è gente tua, è familia David, proprius, legitimus, uni us, cui divino jure regnum Iſraël debetur. Ita Lucas Burgenſis. *Luc. Burg.*

6. Didacus citat illum Deuteronomii textum, in quo implicita fit trium Perſonarum divinarum mentio, ita tamen, ut ſecundæ ly *tuus*, attribuatur: *Deus, Deus tuus, Deus unus eſt; poſitum eſt, tuus, in ſecunda Trinitatis perſona, nec abs re, quia filius Dei naturam aſſumpſit humanam, & nobis natus & datus, pro nobis mori non dubitavit;* dicitque ulteriùs, Prophetam non ſine myſterio dixiſſe: *Ecce Rex tuus venit tibi: Exulta; non poteſt enim non eſſe tuus, ô homo, ille, qui corpus, animam, vitam, ſanguinem, ſe denique totum ſibi dedit. Meritò igitur ille Deus tuus dicitur, quandoquidem ſibi nihil retinuit.* In hymno quodam Officii ſanctiſſimi Corporis Chriſti dicitur: *Se naſcens dedit ſocium, conveſcens in edulium, ſe moriens in pretium, ſe regnans dat in præmium.* *Didac. Stel. in Luc.*

7. Conſiderandum quoque hîc eſt, prophetiam illam ſpecialiter ad Judaiſmum fuiſſe dictam; ſiquidem, ut ipſemet poſtea declaravit: *Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierant domûs Iſrael*; at verò quia ipſum repudiârunt, ad nos pertranſiit, factusq; eſt totus noſter. Unde Guerricus Abbas ait: *De Judæis quidem eſt natus, ſed nobis eſt datus; quia illis ablatus, nobis eſt datus*; ac proinde, ſi volumus ut nobis dicatur: Rex tuus, ſponſæ imitemur exemplum, dicentis: *Tenui eum, nec dimittam.* Ad quod Didacus Stella motivum quoddam nobis nobiliſſimum ſuggerit, dicens: *Inſinuatum a natura eſt omnibus, ut quisque ſua diligat; quare igitur veluti domum, vineam, fundumque, quia tua hæc ſunt, amas; Deum verò tuum non amabis? Etenim Deus Optimus Maximus, cùm vidiſſet homines tanto amore ſua proſequi, ſe noſtrum facere ſtatuit, ut ſic eum amare quodammodo compelleremur.* *Matth. 15. v. 24. Guer. Ab. ſer. 2. de Nativ. Cant. 3. 4. Didac. Stel.*

8. Spiritus ſanctus, qui Spiritus eſt veritatis, tam in primo Chriſti in hunc mundum ingreſſu, quàm in fine vitæ ejus certiores nos facere voluit, Chriſtum ideò ad nos veniſſe, ut totus noſter fieret: *Ecce Rex tuus.* Angeli quoque in ejus nativitate hominibus annuntiârunt, dicentes: *Natus eſt vobis hodie Salvator*; quæ verba à S. Thoma de Villa Nova exactiori meditatione trutinata, occaſionem ei præbuerunt exclamandi: *Nobis ergo puer natus eſt, nobis filius datus eſt, meus es ô bone Jeſu, & undequaque meus, mihi natus à matre, mihi donatus à Patre*; imò ut una eademque res nobiſcum fieret, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum hac ſeptimanâ inſtituit, de quo ipſemet ore proprio edixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* *Luc. 2. 11. S. Thom. de Villa Nov. ſer. 4. de Nativ. Joan. 6. v. 55. & 57.*

9. Piiſſima eſt illa Didaci Stellæ meditatio, quâ juſtiſſimum eſſe dicit, ut cùm Deus totus & totaliter datus eſt nobis, nos quoque aliquam noſtri partem ipſi donemus: *Nunquid aliquid a te dare ei æquum eſſe putas, qui ſe totum tibi dedit? Æquiſſimum profectò erit, ut ex multis horis, diebus, menſibus, & annis, diem ſaltem unum in meditandis ſceleribus & peccatis, quibus Deum auctorem & protectorem tuum graviter offendiſti, conſumas.* *Did. Stel. ib.*

Venit.

10. Enimverò licèt homo nullam Dei rationem aut æſtimationem habeat, & ambobus, ut ita dicam, pedibus in inferno conſiſtat, ita ut viribus ſe propriis inde eruere non poſſit, Deus tamen ob id â cura & ſollicitudine, quâ nos & ſalutem noſtram proſequitur, nec quicquam remittit: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam vitam æternam.* Non dicit Evangeliſta, Deum à nobis, ut ingens hoc nobis beneficium conferret, fuiſſe interpellatum; ſed quòd nobis hac de re nec quicquam cogitantibus, ex ſolo ſui erga nos amoris motivo, ſponte propriâ in terram deſcendere dignatus fuerit. Porrò Eliſeus Naaman Principem prædivitem & potentem â leprâ curaturus, ad eum è domo ſua exire minimè dignatus fuit: non tamen ita Deus noſter fecit, qui ad leproſum hunc hominem ſanandum deſcendit de cœlis, eundemq; dulciter amplexatus arctiſſimè ſibi aſtrinxit & univit: *Et homo factus eſt.* Naaman quidem Eliſeum ſibi obviam proceſſurum, manibusque propriis impoſitis curaturum fuiſſe ſperaverat, nec tamen id ab eo obtinere potuit; at verò gratiam, quam Eliſeus gentili & pagano huic Principi denegavit, Chriſtus homini licèt ingrato, rebelli, ſummâque *Joan. 3. 16. 4. Reg. 5. v. 10.*

arro-

arrogantiâ turgido liberaliſimè contulit, ſiquidem *In propria venit, & ſui eum non receperunt.*

Joan. 1. 11.

Tibi.

11. *In tuum uſum*, inquit Lucas Burgenſis, *& utilitatem, non ut ſuam rem conficiat, quod plerumque Reges, ſed ut te ſalvet & beatum reddat, adeoque ut tuus ſit totus.* Paulus de Palatio circa hæc Evangelii verba interrogat: *An non venit & Pauri? An non dictum eſt: Ex te exiet mihi dux? & in Pſalmis dictum eſt à Domino: Anima mea illi vivet, & ſemen meum ſerviet ipſi?* Reſpondet autem ipſum ſolùm in hunc mundum veniſſe pro nobis: *Venit ille tantus nobis vilisſimis; ſe totum tradidit nobis; ita planè ſe nobis exhibuit, ac ſi nihil cogitâſſet aliud, quàm commoda noſtra. Tecum nunc cogita, quale ſit, quòd Chriſtus Rex & Deus tibi naſcatur, & circumcidatur, oret, prædicet, ſudet, patiatur, reſurgat, & regnet.* Evangeliſta & Propheta non ſine myſterio dixit: *Tuus, & tibi, non veſter, non vobis*, ſed ut nobis per hoc inſinuet, quòd ſi nulla alia anima ipſi redimenda fuiſſet, quàm anima uniuscujusque noſtrûm in particulari, ipſe tamen tantundem paſſurus, nec minus pro unica duntaxat anima, quàm pro omnibus ſimul & collectivè ſumptis in terris deſcenſurus fuiſſet. Refert Ludovicus Bloſius Redemptorem noſtrum die quadam ſanctam Gertrudem virginem hisce verbis fuiſſe allocutum: Quotiescunque anima quævis me in Cruce ſuſpenſum conſpexerit, omninò ſibi perſuaſum habeat, quòd eandem hisce verbis compellem: *En vides, quomodo pro te ſum vulneratus in Cruce? ſi ſalutimeæ expediret, vellem pro te ſolo tolerare omnia, quæ toleravi pro toto mundo.* Aurea quoq; eſt illa Euſebii Emiſſeni ſententia, dignáq; quæ hisce diebus ſeriâ quadam meditatione ponderetur: *Chriſtus pro cunctis paſſus eſt, ſic pro ſingulis, ſicut ei totum debent univerſi, ſic totum ſingulis; ſed quodam modo plus ſinguli, quàm univerſi, quia quantùm acceperunt ſinguli, tantùm univerſi.*

Luc. Bur

Paul. de Pal.

Pſ. 21. 31.

Bloſius in monili ſpirit.

Euſeb. Emiſſ. ſerm. in exhor. ad ple.

Manſuetus.

12. Chryſoſtomus, vel quisque alius eſt libri illius author, dicit: *Vis cognoſcere manſuetudinem venientis? Conſidera ſpeciem adventûs jus. Non ſedet in curru aureo pretioſâ purpurâ fulgens, nec aſcendit ſuper fervidum equum diſcordiæ amatorem & luis, qui de longè adorat bellum, & gaudet ad vocem tubæ, & cùm videt ſanguineam pugnam, dicit in corde ſuo, benè eſt factum? ſed ſedet ſuper aſinam, tranquillitatis & pacis amicam.*

Chryſ. to. 2. ho. 36. in Matth.

13. Interlinearis circa hoc verbum, finem conſiderat, quo Rex iſte ad nos venire dignatus fuit: *Manſuetus ut ametur, non ut per potentiam timeatur*: at verò Paulus de Palatio, epithetum iſtud, manſuetus, primâ quidem facie Deo, qui Deus exercituum appellatur, valdè impropriè convenire videri poſſe conſiderat, dum ait: *An non Deus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen ejus? An non Deus, qui inebriat ſagittas ſuas ſanguine, cujus gladius devorabit carnes? Quid igitur eſt, quod nunc manſuetus venit? Certè quia novum fecit Dominus ſuper terram; novus (ſi fas eſt dicere) factus eſt Deus; rerum omnium mutationem intellige, novam legem, novum orbem, novum Regem ſi venit manſuetus, ut ovis ergo ad occiſionem venit; ſi manſuetus ut agnus, ergo coram tondente ſe obmutescet.*

Interl.

Paul. de Pal. in Matth. Exod. 15. 3. Deut. 32 v. 42.

14. Guerricus Abbas fugam Chriſti in ſolitudinem, eo tempore quo turbæ ipſum in Regem eligere, ſibique adſciſcere decreverant, factam mente recolens dicit: *Refugiens, & in ſolitudinem ad orandum auſugiens, docuit exemplo, quod dixit & verbo, ne ſcilicet velimus in ſublime tolli; ſic modò quadam aliâ diſpenſatione ſeſe ad horam honorari patiens, & nihilominus ſolitam, quia inolitam manſuetudinem in honore retinens, formam dabat his, qui in poteſtate ſunt conſtituti.*

Guer. Ab. ſer. 3. in Ramis.

Sedens ſuper aſinam, & ſuper filium ſubjugalis.

15. Cùm in dubium revocari nequeat, quin tam aſina, quàm pullus à duobus Apoſtolis fuerint adducti, protinus dubium quoddam ſubnaſcitur, an Salvator noſter utrumque hoc animal inſederit? Albertus Magnus cuidam S. Hieronymi authoritati innixus dicit: *Nec credendum eſt, ut dicit Hieronymus, quod Dominus in tam brevi itineris*

Alb. M. in Matt.

naris ſpatio in utroque animalium iſtorum aſinaverit, quia ridiculum eſſet, ſed utrumque adduci fecit, & fortè utrumque ſterni. Author Imperfecti in ea opinione eſſe videtur, Chriſtum corporaliter utriq; huic jumento minimè inſedisſe, ſed id ipſum de ſpirituali ſeſſione intelligendum eſſe: *Tamen etſi corporaliter fieri non poterat, ut ſuper utrumque animal ſederet, ſpiritualiter poterat, cum eſſet Deus, ut & in Iudais ſederet, & in Gentibus ſimul; ſedere autem ſuper jumento, eſt in præcordiis eorum habitare, ut dicat illis Chriſtus: Tollite onus meum ſuper vos, & videte quia mitis ſum & humilis corde.* Verba S. Hieronymi ſunt hæc ſequentia: *Aut enim inſedit aſinæ, & pullus abſque ſeſſore fuit; aut ſi pullo, quod magis competit, uſus eſt ad ſedendum, aſina ducta eſt libera.*

16. Eſt tamen alia plurium ſacrorum Interpretum opinio, quòd Chriſtus tam ſuper aſina quàm ſuper pullo revera geſtatus fuerit. Lyranus tamen nonnullorum præcavet, qui ab ignorantibus ſuſtineri forſitan poſſet, errorem, dum ait: *Non quia ſederit ſuper utrumque ſimul, ſed ſucceſſivè, quia primò ſedit ſuper pullum, quia tamen non erat domitus, quia adhuc non fuerat applicatus humanis uſibus, ut habetur Marci 11. & Luc. 19. ideò poſtea ſedit ſuper aſinam.* Dionyſius Carthuſianus eandem adhibet diſtinctionem, nimirum, quòd ſucceſſivè utrique jumento inſederit: *Sedit ſuper utrumque, quoniam utrumque populum ſibi ſubjecit per fidem & cultum divinum.* Theophylactus in eadem eſt opinione, dum ait: *Ducentes pullum ſecuta eſt mater, collocaverunt autem eum ſuper illa, ſedet ſuper aſina, & poſtea ſuper ſubjugalem, quia & primùm quievit in Judæorum ſynagoga, deinde in gentili populo.* Hanc eandem convenientiam quoque S. Bonavent. his verbis adducit, dum ait: *Hoc valde rationabiliter fecit*, nimirum quòd duobus hiſce tam vilibus jumentis inſederit, *& propter myſterium, & propter exemplum; propter myſterium, quia per pullum intelligitur populus gentilis, per aſinam Judaicus, & ideo licèt alter deberet ſibi ſufficere, tamen ſuper utrumq; aſcendit.* Veruntamen Chriſtum prius pullo, & poſtea aſinæ inſediſſe exiſtimat, ad denotandum quòd prius gentiles, poſtea verò in fine ſæculorum Judæos quoque ad fidem vocaturus eſſet: *Quando reliquiæ Iſraël ſalvæ fient*; citatque prophetiam illam, quam nobiliſſimam appellat: *Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium, ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam.* Porrò Lyranus rationem reddit, cur per pullum denotatus fuerit Panagiſmus: *Quia non fuerat ſubjectus jugo legis.* Theophylactus de hoc eodem animali gentilis populi typum præ ſe ferente, ita ſcribit: *Figuraliter nobis inſinuat, quia ſeſſurus ſit ſuper novum, & indomitum, & immundum populum gentilem; nunquam enim aliàs rogavit, ut propter itineris longitudine jumentum ſibi daretur*; pullo itaque inſedit ratione myſterii, non verò ut eodem pro ſua uteretur majori commoditate. In aſina autem ſynagoga præfigurabatur: *Per aſinam populus Judaicus, qui laboraverat ſub lege.* Unde S. Hieronymus ait: *Quæ ſubjugalis fuit, & edomita jugum legis traxerat, ſynagoga intelligitur.*

17. Albertus M. rationem aſſignat, cur Chriſtus jumenta, non verò equos conſcenderit: Nimirum *Manſuetudinem oſtendere voluit, eundo ad paſſionem non elegit currus & equites; equus ſuperbum animal ſuperbiam & faſtum ſignificat dominatûs.*

18. Paulus de Palatio aliud quoddam conſiderat myſterium, dicens: *Super aſinam regulam vitæ monſtravit, ut ſcilicet ſanctitatis celſitudinem humilitatis vilitati jungamus. Cùm triumphabant Romani, ſecum afferebant, quod eos humiliaret, ut triumphi gloriam dejectionis vilitate temperaret.* Janſenius ad hoc ſe reflectit, quòd ſcilicet incarnata Sapientia operibus glorioſiſſimis, ſummèq; magnificis, quædam humilitatis exempla ſemper in conſpectu totius mundi aſſociare conſuevit: *Sicut autem & aliàs ſemper in his, quæ circa Dominum contigerunt, humilia magnificis ſunt conjuncta; ſic & modo regiam ſuam dignitatem & magnificentiam oſtendere voluit, ut tamen ſimul non deſereret ſummam humilitatem.* Porrò manifeſta divinitatis ſuæ indicia fuerunt, quòd ſibi, tanquam omnium creaturarum Domino, promptam à jumentorum Domino exhiberi fecerit obedientiam, eventus procul poſitos Apoſtolis prædixerit, dicens: *Invenietis*, &c. pullum manſuefecerit; univerſum populum ad concorditer exhibendos ſibi abſque ullo

Prin-

Author Imp. ho. 37. *S. Hier. in Matt.* *Lyran.* *Dionyſ. Carth. in Matt.* *Theoph. in Matt.* *S. Bona. in Luc.* *Rom. 9. 27.* *Gen. 49. v. 10.* *Lyran.* *Theoph. in Luc. c. 19.* *S. Hier.* *Alb. M. in Luc.* *Paul. de Pal.* *Janſen.*

Principum ſynagogæ timore, feſtivos plauſus excitârit, eorumque cordibus & ori talia verba ſuggeſſerit, quibus in illum ut Meſſiâ verum credere proteſtarentur: ad humilitatem verò ſpectabat, quòd duo vilia & ſtolida, atque ab egenâ gente mutata animalia conſcendere, ſuosque diſcipulos laceris vilibusque veſtibus indutos, in ſequelâ vilis plebeculæ, arborum frondes deferentis in triumphum hunc educere, voluerit; unde Janſenius concludit, Chriſtum per hoc docere nos voluiſſe: *Aliam eſſe conditionem regni ſui, quàm regnorum hujus mundi, ſe etſi à Patre poteſtatem accepiſſet, cui omnia, cùm vellet, cederent, tamen per humilitatem omnes velle ad ſe trahere.* Didacus Stella ait: *Quid eſt aſello vili in tanto triumpho vectum fuiſſe niſi nos verè doceri humilitatem, quæ inter honores & pompam maximè periclitatur?* Eccli. 11. *In die honoris tui ne extollaris.* Albertus M. inquit: *Nec currum vel equum pompæ & belli amatorem elegit, quia fallax equus ad ſalutem. Hi in curribus, & hi in equis amatores mundi ſunt, ſed nos in humilitate Domini ambulantes, in nomine Domini invocabimus*; adducitque illum ex Amos cap. 2. deſumptum textum, quo dicitur: *Aſcenſor equi non ſalvabit animam ſuam.*

Didac. Stella. Eccli. 11. 4. Alb. M. Pſ. 19. 8. Amos 2. 15.

19. Paulus de palatio hanc increatæ & incarnatæ Sapientiæ huic animali, quod verus quidam ſtoliditatis typus erat, inſeſſionē ſe minimè comprehendere poſſe, hisce verbis profitetur: *Sed interim Domine, cur ſuper aſello ſedes? cur ſummam ſapientiam ſummæ conjungis ſtultitiæ? Tu ſapientia Patris, in te omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei; at nullum animal inſipientius aſino, adeo ut ex inſcitiâ nomen deduxiſſe videatur; cur ſapientia ſumma inſidet aſello, cui propria ſtultitia eſt? Planè Dominus novit terram deſertam ponere in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum; novit igitur ex ſummâ ſtultitiâ ſummam monſtrare ſapientiam, quod ſi unquam fecit, tempore ſuæ paſſionis effecit*; prout in totius amariſſimæ paſſionis ſuæ decurſu evidenter monſtravit; quis enim non æſtimâſſet ſtultitiam, quòd is, qui verus Deus erat; pateretur, ſeque virgarum & flagellorum verberibus ſubjiceret? quænam primâ facie excogitari potuiſſet major ſtultitia, quàm quòd moreretur is, qui vita erat, & ipſamet gloria ſine gloriâ remaneret? *At quod ſtultum eſt hominibus, id ſummæ ſapientiæ Deo eſt, ut inde nos colligamus, tunc nos demum ſapientes eſſe, cùm ſtulti facti fuerimus.* Gloſſa jumentum iſtud minimè à nobis contemnendum eſſe monet, dicens: *Ne deſpicias hunc aſellum, quia ſicut in veſtitu ovium ſunt lupi rapaces, ita ſub exuviis corporis (quod nobis eſt commune cum belluis) mens Deo plena vegetatur.*

Paul. de Pal. Gloſſa in Luc.

20. Sedulius de hoc aſino ita ſcribit: *Aſelli ungula non pretio magna, ſed merito tanti ſeſſoris claruit, ſub faſce nobilior, non illius impar, qui modico Chriſtum, quam vis cerneret in præſepi, Dominum eſſe cognovit.* S. Bernardus illa Pſalmiſtæ verba commemorans: *Homines & jumenta ſalvabis Domine, cùm multiplicaveris miſericordiam tuam Deus*; ita inquit: *Neminem itaque dedignatur, nec ipſos, qui computruerunt tanquam jumenta in ſtercore ſuo, non dedignatur, inquam, ſed ſi Apoſtolica veſtimenta non deſint, ſi doctrina eorum, ſi morum juſtitia, ſi obedientia, ſi charitas operiat multitudinem peccatorum.* Enimverò rememorandum eſt quod diximus, nimirum quòd Iſaias ante, quàm Zacharias Jeroſolymam hodie ad exhibendos Meſſiæ ſuper aſellum vecto, portas ejus ingredienti feſtivos applauſus excitârit; cujus quidem applausûs & jubili motiva Paulus de Palatio his verbis nobis exponit: *Quia ſi pullus populum ſignificat gentilem, maximè gaudendum erit, quòd diſruptâ materiâ inimicitiarum, pax coaluerit inter tam diſſidentes populos, quod cultus Dei jam non inter privatos Judæorum contineatur lares; quòd non tam latè jam dominetur dialogus; quòd non tantâ ſtrage totus orbis in infernum proruat; quòd Dominus plures habeat cultores. Secunda gaudendi cauſa eſt, quòd non quærat nobiles, potentes, ſapientes, ſed ſtulta hujus mundi, jumenta ſcilicet, quæ nullum habent in mundo nomen, hæc quærit ubi ſedeat. Tertiam exultandi cauſam explicavit Iſaias: Exulta filia Syon, ecce Salvator tuus venit, ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo*; ſiquidem ad exſolvendum redemptionis noſtræ pretium veniebat.

Sedul. l. 4. oper. Paſchi. c. 20. Pſ. 35. 7. S. Bern. ſerm. 1. de Purific. Paul. de Pal. Iſa. 62. 11.

21. Idemmet Author in Chriſto figuram quandam adimpletam eſſe conſiderat, quæ quondam in Iſaac, quādo ſacrificandus erat, jam dudum præceſſerat: *Abraham ſuum Iſaac immolaturus*, inquit, *aſellum ſterni jubet, cui Iſaac imponat, non is tamen aſinus*

Gen. 22.

ad locum immolationis, ſed exſpectare reditum jubetur. Hic aſellus genus hominum eſt, erat enim homo in honore, & quia non intellexit, jumentum factus eſt: ſternitur ergo ab Apoſtolis & Chriſtus verus Iſaac illi imponitur, magno tamen myſterio: nec enim paſſurus eſt aſinus, nec eſt immolandus; immolabitur Iſaac illæſo aſino; ita enim dicit Dominus: Si me quæritis, ſinite hos abire, videlicet plagæ, verbera, gladius non in jumentum, ſed in Chriſtum inciderunt. Cùm igitur videbat Chriſtus ramos ex olivis deciſos, quis credat eum ejus hiſtoriæ immemorem; quæ Iſaac ligna, quibus immolaretur, tuliſſe declarat.

Alb. M. in Luc. 22. Albertus M. illa S. Lucæ verba: *Cui nemo unquam hominum inſedit*, conſiderans, hanc inde elicit ſequentem moralitatem: *Hoc autem ſic Dominus voluit, ut cum videntibus omnibus Dominum manſuetè portaret, homines ad fidem ædificarentur, & verecundarentur non manſueſcere ad eum, ad quem animal parvi ſenſûs, & adhuc indomitum manſuetabatur.* *Iſa. 1. 3.* *Iſa. 1. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Iſrael autem me non cognovit.*

23. Enimverò quâ ratione nos quoque ejus honoris, quo Chriſtus hæc jumenta dignatus fuit participes fieri poſſimus, S. Ambroſius ſequentibus verbis demonſtrat: *S. Ambr. l. 9. in Luc.* *Felices illos; qui talem internis renibus recepêre vectorem: felices planè illos, quorum ora, ne multiloquio ſolverentur, verbi cœleſtis habena reſtrinxit. Quæ eſt iſta habena, fratres? Quis me doceat, quemadmodum ora hominum aut reſtringat, aut ſolvat? Monſtravit mihi habenam ille, qui dixit, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, ad Epheſ. 5. Sermo ergo habena eſt, ſermo ſtimulus eſt, & ideo durum eſt tibi adverſus ſtimulum calces mittere: docuit igitur hic nos aperire ora, ſtimulum perpeti, jugum ducere.* *Eph. 5. 19.*

Verſus 6.

Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis JESUS.

Lucas Burg. 1. Evangeliſta promptam laudat Apoſtolorum obedientiam; & ideo Lucas Burgenſis ait: *Laudatur promptum obſequendi ſtudium, qui ad ſque mora impleverunt, quod erant juſſi, nihil detrectantes miniſterium, ſive ut vile & inſolitum, ſive ut incertum.* Dicacus Stella pariter hanc cæco modo obediendi promptitudinem admiratur dicens: *Chriſti dictis minimè diffidentes, ejus mandatum illicò ſunt impigrè executi*, inde utiliſſimum hoc eruit ſpirituale documentum: *Nec enim eſt opus, ut Dei præceptum exequamur, ſcrutari prius qualia aut quæ ſint ab eo imperata, non noſtrorum præceptorum ſtatuit examinatores, ſed impigros executores eſſe vult.*

2. Nec tamen mirum eſt, quòd promptè adeò obſecuti fuerint, quando de jumentis alligatis ſolvendis, & ad Chriſtum adducendis præceptum eis impoſitum fuerat, hæc enim animalia peccatores præfigurabant, qui propriorum peccatorum ſuorum funibus conſtricti & vincti eſſe noſcuntur, ad miniſtrandam verò talibus pœnitentiam, nulla eſt mora aut dilatio interjicienda, quia *periculum eſt in mora.* Albertus M. ſuper ly *Euntes*, &c. dicit: *Notatur diligentia, quaſi diceret, continuò ibant, donec fecerunt quod dixerat. Quod euntes Apoſtoli* (eſt hæc alia D. Chryſoſtomi conſideratio) *ſolverunt aſinam alienam, miniſterium quidem fuit eorum, virtus autem & authoritas Chriſti.* Nunquam horum jumentorum domini illa ſibi eripi & abduci paſſi fuiſſent, niſi Chriſtus animas ipſorum intrinſecus ad ea mutuanda diſpoſuiſſet: *Sic quòd Apoſtoli ſolverunt Judæos vel gentes de vinculo inimici, in primâ quidem facie eorum videbatur opus, revera autem fuit virtus & gratia Chriſti: nec enim à Chriſto duodecim conſtituti, totum mundum ligatum ſub poteſtate diaboli ſolvere potuiſſent, niſi gratia Chriſti confregiſſet virtutem inimici.* *Alb. M. in Matt.* *Chryſ. t. 2. ho. 37. in Matth.*

Verſus 7.

Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.

Et adduxerunt aſinam & pullum.

1. De Apoſtolis ſcribitur: *Eccleſiarum Principes, vera mundi lumina: Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram*; veruntamē ecce tibi qualiter ad ſerviendum Chriſto, & præſtandam ei debitam obedientiam, agaſones, ſeu aſinorum actores facti ſint idque non in privato, ſed in publico, in conſpectu totius populi; & quidem horum unus *Pſ. 44. 17.*

Petrus

Petrus Chriſti Vicarius erat, ad cujus pedes deinceps omnes mundi Monarchæ proſternendi erant; ecce, inquam, quàm verum ſit, quòd *ſervire Deo regnare eſt*; etenim Deo in miniſteriis etiam abjectiſſimis deſervire in ſummam cadit hominis gloriam; nam ut S. Ambroſius ait: *Quod ſub aliis contumelia eſt, ſub Chriſto gloria eſt.* Didacus Stella pariter ait: *Expende diſcipulorum Chriſti ſubmiſſionem & humilitatem; nam cùm aſinos agere viliſſimum ſit, Apoſtoli tamen ætate provecti, aſellos agere de Chriſti mandato non recuſarunt; etenim nullum tam vile & abjectum officium eſt, ut ſi ob obedientiam fiat non facillimè præſtetur; nec enim officium illud aut labor illis eſt habendus, quo vitam illa æterna conſequitur; nos verò non obſequimur, niſi illis, quæ nobis honori fore arbitramur, abjecta verò opera etiam propter Chriſtum operari verecundamur; hanc igitur verecundiam, aut vanitatem noſtram diſcipulorum humilitas & obedientia nunc & accuſat & damnat.*

S. Ambr. in Pſ. 45. Didac. Stella in Luc.

Et impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua.

2. Lucas Burgenſis ait: *Nihil verecundati veſtibus ſe nudare, & abſque palliis comitari, modò conſtaret, Domino qui debebatur honor*: at verò gratiſſimus Magiſter protinus hoc ipſorum remuneravit obſequium; ſiquidem eâdem ſeptimanâ ad pedes eorum proſtratus eosdem lavit, & oſculis delinitos linteis quibus præcinctus erat, abſterſit, adeoque ſe ab iis per urbanitatem aut benevolentiam vinci non permiſit.

Lucas Burg.

3. Dionyſius Carthuſianus ait: Id Apoſtolos feciſſe, *Ut JESUS molliùs honeſtiusq; ſederet*, ecce qualia ipſi veſtium ornamenta commodarint Apoſtoli. S. Hieronymus in ſenſu myſtico ait: *Veſtis Apoſtolica, vel doctrina virtutum, vel ediſſertio Scripturarum intelligi poteſt, ſive Eccleſiaſticorum dogmatum varietates, quibus niſi anima inſtructa fuerit & ornata, ſeſſorem Dominum non meretur.*

Dion. Carth. in Matt. S. Hier.

4. S. Bernardus hac de re ita ſcribit: *Veſtes ſuas ſubſtraverunt, ſignificantes Salvatorem ſeu ſalutem nequaquam in fidire nudæ animæ, quam videlicet non veſtitam invenerit doctrinâ & moribus Apoſtolorum.*

S. Bern. ſer. 27. in Cant.

5. S. Thomas inquit: *Veſtimenta ſuper aſinam ſignificant virtutes, quas à Deo acceperunt, & illas communicaverunt Gentilibus & Judæis.*

S. Thom. in Matt.

Et eum deſuper ſedere fecerunt.

6. *Juverunt eum aſcendere ſuper aſinam*, inquit gloſſando Albertus Magnus; nam ut 1. Corinth. 3. dicitur: *Dei adjutores ſumus; adjutorium autem iſtud eſt potiùs ex parte aſini, qui tenetur, & aptatur, & ſiſtitur, quàm ex parte Chriſti aſcendentis.*

Alb. M. in Matt. 1. Cor. 3. 2.

Verſus 8.

Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua in via, alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.

Plurima autem turba.

1. Cajetanus miram hujus populi devotionem conſiderat, utpote qui quatuor obſequiorum genera Chriſto ingenti cum honorificentiâ exhibuit. Primò namque in perſona Apoſtolorum ipſum honoravit, pallia & chlamides ſuas ephippii ſeu clitellarum loco jumentis inſternendo. Secundò, per totam viam, per quam tranſiturus erat, turba illa veſtes ſuas certatim ſtravit; cujus quidem honoris in tota Scriptura vix aliquod reperitur exemplum: ſiquidem nec Davidi, nec Salomoni tale quid unquam exhibitum fuit; fuitque obſequium iſtud tantò admirabilius, quantò magis id honorificentiæ genus ab improviſo unanimiter ab omnibus excogitatum & uſurpatum fuit. Tertiò alii in amputandis frondeſcentium arborum ramis ad tetram majori cum majeſtate exornandam laborârunt, quod utique ab illis præcipuè factum fuiſſe exiſtimatur, quibus pallia aut veſtes ad viam ſternendam non ſuppetebant. Quartò, feſtivis, omnique jubilo, & inſolitâ gloria plenis vocibus laudes ei condignas exclamârunt.

Cajet.

Straverunt veſtimenta ſua.

2. Lucas Burgenſis ait: *Exemplum diſcipulorum, quo fuerunt provocati, etiam ſuperaverunt; conſternebant veſtibus ſuis viam, quâ pergendum erat JESU, quod erat ſummi honoris, quale Regibus vix exhibitum legitur, proprii corporis veſtibus ſe exſpoliare, eisque adeò non parcere, ut aſino calcandas præbe-*

Lucas Burg.

Didac. Stella in Luc.

rent, quò via ſeſſori iter facienti foret mollior, expeditior, ornatior. D.dacus Stella notat, Chriſtum hoc ei à turba ſponte delatum obſequium non renuiſſe, ſed grato & libenti animo acceptaſſe, utpote quæ ad cor ſuum, & quo erga Salvatorem ferebatur, amorem & venerationem ſuam conteſtandam, ſuis ſe licèt pauperculis & vilibus veſtibus libenter exuit: *Obſervandum hic eſt*, inquit, *non exiſſe obviam Chriſto divites, non magnates, non Principes, hi enim de gloria Dei non admodum ſunt ſolliciti, ſed turbam, id eſt, populum & abjectos, ac pauperculos; in his enim, quæ ad Dei cultum attinent, longe promptiores pauperculi, quàm opulenti reperiuntur.*

Alb. M. in Matt.

3. Albertus Magnus viam, quam Chriſtus aſinæ inſidens tranſiturus erat, ſaxoſam fuiſſe conſiderat: *Lapidoſa fuit, & dura, & fuerunt in eo ſcopuli acuti & ſpinoſi, & fuit valliculoſa & defoſſa inter lapides.* Dicit igitur populum hunc, qui benigniſſimum Salvatorem ſummâ cordis teneritudine proſequebatur, metuiſſe ne via, per quam vehendus erat, ei moleſtiam aliquam conciliaret: *Cogitabat ergo, ne animal durè calcans pede offenſo fortè ceſpitaret, & ſedentem concuteret, & pede læſo ex acutis ſcopulis fortè claudicaret, & ſedentem inæqualiter portando læderet, vel fortè in defoſſum calcando caderet, & ſeſſorem dejiceret, & contra primum ſtraverunt veſtimenta, ut molliter calcans ſuaviter portaret; contra ſecundum ſternebant flagra arborum & frondes, ne acuta pedem figerent, & ſic æqualiter veheret; contra tertium magnos ſternebant ramos, ut defoſſa tegerent, & ſic animal tutè ponens pedem ſecurè portaret.* Utinam nos vel minimam ex hisce diligentiis & induſtriis à plebe hac exhibitis adhiberemus, ut Chriſtum in animâ noſtrâ ſpiritualiter & debitâ cum reverentiâ bajularemus: *Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.* 1.Cor.6. v. 20.

Beda in Matth.

Veſtimenta in via ſternunt, inquit Beda, *qui corpora ſua edomant, ut ei iter ad mentem parent, vel exempla bona ſequentibus præbeant.*

S.Th. in Matth. Apoc. 3. 4

4. S. Thomas ait: *Per veſtimenta corpora intelliguntur.* Apocal. 3. *Habes paucos in Sardis, qui cuſtodierunt veſtimenta ſua; illi ergo, qui in via ſtraverunt veſtimenta, ſuerunt primi Martyres.*

S. Greg. hom 24.

5. S. Gregorius à Lyrano in moralitate citatus inquit: *Quid ſunt terrena omnia, niſi quædam corporis indumenta? veſtimenta igitur in via ſternere, eſt in via vitæ præſentis bona terrena pauperibus erogare.*

S. Bonavent.

6. S. Bonaventura per hæc veſtimenta in via diſperſa & extenſa, corporum noſtrorum mortificationem intelligit: *Per ſtrationem veſtimentorum in via, intelligimus conculcationem corporum noſtrorum per abſtinentiam & patientiam ad aliorum bona exempla, per quæ dirigantur in via.* Beda hæc verba de Martyribus exponit, dicens: *Quia ſancti Martyres propriæ ſe carnis amictu exuentes ſimplicioribus Dei famulis viam ſuo ſanguine parât, ut videlicet inoffenſo greſſu mentis ad ſuperna mœnia civitatis, quo JESUS ducit, incedant.*

Beda in Matt.

7. Verùm enimverò quidnam differentiæ illa innuit, quâ turbæ veſtimenta ſua ſtraverunt per viam. Apoſtoli verò eadem jumentis inſtraverunt? S. Bonaventura ait: *A myſterio non vacat, quod diſcipuli veſtimenta ſua poſuerunt ſuper aſellum, ſed turba ſternebat ſub pedibus aſini ad conculcandum; per hoc enim intelligimus, quod populus gentium convertendus documenta Apoſtolorum debebat venerari, & traditiones Judæorum & cæremonias conculcare.* S. Bonavent.

Alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.

Paul. de Pal. Joan. 12. v. 12.

8. Paulus de Palatio monet, nequaquam nobis ſilentio prætereundum eſſe id, quod S. Joannes his verbis ſcribit: *In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent, quia venit JESUS Jeroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obviam ei. Palmæ in manibus, victoriæ indicium & ſymbolum eſt; neceſſe eſt eos igitur qui Chriſtum ſequuntur, & pugnare, nec pugnare ſatis, niſi ſequatur victoria pugnam, id verò eſt, quod habetur in Apocalypſi, Sanctos, qui in cœlo conſiſtunt, palmas in manibus habere.*

Didac. Stella in Luc.

9. Didacus Stella honorem hunc in Dei cultum exhiberi conſueviſſe ſcribit: *Non tanquam puro homini, ſed tanquam Deo, geſtientes cum ramis obviam ierunt, quæ cæremonia Deo duntaxat, non verò hominibus fieri ſolebat; quando enim Deus tabernaculorum feſtum inſtituit, hac cæremonia voluit illud celebrari, dicens* Levitici 23. *Sumetis* Levit. 23. v. 40.

vobis

vobis die primo fructum arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum. Judæi igitur Jeroſolymitani, qui cæremoniis deditierant, honorem hunc Deo ſolummodo dicatum, Chriſto Domino tribuunt, veluti vero Deo, quod nunquam mundus ſuis Imperatoribus exhibuit.

Drogo de ſacr. Dom. Paſſ. 10. Drogo per hanc cæremoniam ad opera nos miſericordiæ exhortatur, utpote quæ in hisce ramis olivarum ſignificabantur: *Egredere*, inquit, *cum pueris Hebræis, qui tranſeunt ſimpliciter in occurſum Domini, ſternè in via ramos olivarum, & opera miſericordiæ pedibus ejus accommodes.*

S. Anſel. in Matt. 11. S. Anſelmus per hanc turbam omnes fideles repræſentari ſcribit, *qui ponunt fidem in Chriſto, & portant fructum boni opetis.* Idem quoque in ordine ad illos, qui libros ſacros pervolvunt, alium quandam expoſitionem adducens dicit: *Ramos vel frondes cædunt, qui verba & ſententias bonas de libris Patrum excerpunt, per quos ſimplicium corda Chriſtianorum ædificantur, ne erreni in via veritatis.*

Author Imperf. hom. 77. in Matt. 12. Author Imperfecti, Regis noſtri manſuetudinem ponderans, ſciensque econtrà quòd Principes terreni pro corporis ſui cuſtodiâ armatorum cohortibus ſtipari ſoleãt, ita ſcribit: *Non autem vides in circuitu ejus ſplendentes gladios, aut cætera ornamenta terribilium armorum, ſed quid? Ramos frondentes, teſtimonia pietatis. Venit ergo manſuetus, non ut propter potentiam timeretur, ſed ut propter manſuetudinem amaretur.*

Verſus 9.

Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes: Hoſanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini.

Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ ſequebantur.

1. Quantùm, obſecro, ab hisce turbis hodie recepti honores & obſequia, ab iis diſtant opprobriis & injuriis, quibus ſequenti die Veneris Salvatorem noſtrum probroſiſſimè onerârunt? Et verò hoc forſitan myſterium Eccleſia indicare voluit, dum hunc triumphum adeò funeſto mortis ſuæ conjungit ſpectaculo, licèt hoc in hujus ſeptimanæ termino ſeu fine acciderit. Cui propoſito aptiſſimè convenit illud ingeniosè depromptum diſtichon:

Frondentes hodie tantùm Chriſte accipe ramos:
Truncum, qui ſupereſt, cras tibi turba dabit.

Guer. Abbas ſer. 3. in Ramis. 2. Guerricus Abbas de hoc myſterio ita loquitur: *Hodierna proceſſio ſimul & paſſio conſideretur: in proceſſione namque cogitatur in honore Regis; in paſſione ſpectatur in pœna latronis: ibi circumdat eum gloria & honor; hic non eſt ei ſpecies & decor: ibi gaudium hominum & gloria plebis; hic opprobrium hominum, & abjectio plebis: ibi acclamatur ei: Hoſanna filio David, benedictus qui venit Rex Iſraël; hic inclamatur reus mortis, ſubſannatur q, quòd ſe fecerit Regem Iſrael: ibi cum ramis palmarum ei occurritur; hic alapis palmarum in faciem cæditur, & arundine percutitur caput: ibi ſublimatur præconiis; hic ſaturatur opprobriis: ibi certatim via ſternitur veſtimentis alienis; hic exuitur propriis: ibi tanquam Rex juſtus & Salvator ſuſcipitur in Jeruſalem; hic tanquam reus & ſeductor damnatus ejicitur: ibi ſedet in aſino ſtipatus obſequiis; hic pendet in ligno crucis, cæſus flagellis, confoſſus plagis, & deſertus à ſuis.*

Didac. Stell. 3. Didacus Stella quoque ad hanc populi hujus mutationem & inſtabilitatem ſe reflectit, dum ait: *Propter Chriſtum omnia Judæorum veſtimenta ſuerunt in terram proſtrata; ab hinc quinque diebus Dominum propriis exſpoliaverunt, ut nudus crudeliſſimis flagellis vapularet: Viridibus ramis ei occurrerunt; & paulo poſt caput ejus ſiccis arundinibus plectebant: Cantant Judæi Hoſanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, & quinque poſt dies clamoribus magnis dicunt: Crucifige, crucifige eum: Quid hoc aliud ſignificat, niſi variam & inſtabilem mortalium conditionem, nec aliquid firmum aut ſtabile in vita reperiri poſſe?*

Durand in Ration. divi. offic. 4. Durandus de hodiernæ ſolemnitatis myſteriis tractans, modum nos docere ſatagit, eam ſpiritualiter cunctis fidelium animabus accommodandi, dicit enim: *Cùm proceſſionem facimus, Chriſtum venientem ad nos ſuſcipimus; cum pueris obviamus, ſi innocentiam ſervemus; olivas gerimus, ſi pacis & miſericordiæ operibus indulgeamus; palmas*

portamus, ſi de vitiis & diabolo victoriam reportemus: Virentes flores & frondes geſtamus, ſi virtutibus exornemur: Veſtimenta ſternimus, carnem mortificantes: Ramos carpimus, ſanctorum veſtigia imitantes.

5. Hanc adeò peregrinam triumphi & mortis, honorum & opprobriorum erga eundem Redemptorem ab iisdem turbis intra breve tempus procedentium ab Eccleſia factam conjunctionem S. Bernardus ſequentibus verbis devotiſſimè, ut ſolet, meditatur: *O quàm diſſimile eſt: Tolle, tolle, crucifige eum, ab illo benedictus qui venit in nomine Domini! quàm diſſimile: Rex Iſraël, &: Non habemus Regem, niſi Cæſarem! quàm diſſimile rami virentes, & crux; flores & ſpinæ! Cui priùs ſternebantur veſtimenta, ecce ſuis exuitur, & ſors mittitur ſuper ea. Væ tibi amaritudo peccatorum noſtrorum, propter quæ ſolvenda tanta amaritudo neceſſaria eſt.* Genus humanum divinæ juſtitiæ ſatisfactionem debebat infinitam, eamque Redemptor noſter *de toto rigore juſtitiæ* exſolvere volens, hunc triumphum præcedere voluit, ut tantò ei paſſio eſſet amatior. *Quid fuit, quod proceſſionem habere voluit,* inquit S. Bernardus, *qui mox futuram noverat paſſionem? Fortè ut amarior eſſet paſſio, quàm proceſſio præceſſiſſet.*

S. Bern. ſer. 2. in Palm.

S. Bern. ſer. 2. in Dom. n. Palm.

6. Guerricus Abbas Chriſtum firmo & ſtabili pede tam in proſperitatibus, quàm in adverſis ſine lapſûs periculo ſequendi modũ nos edocet ſequentibus verbis: *Ut inoffenſo pede tam inter proſpera, quàm per adverſa ſequamur ducem noſtrum, in proceſſione conſideremus eum in honore poſitum, in paſſione contumeliis & opprobriis ſubditum.*

Guer. Ab. ſer. 3. in Pſal.

O ſanna filio David.

7. Verba hæc ex glòſſa S. Hieronymi idem ſignifi ant, quod *Salus in excelſis*; unde idem S. Doctor ſubjungit: *Perſpicuè oſtenditur, quòd adventus Chriſti, non tantùm hominum ſalus, ſed totius mundi fit.* S. Thomas ait: *Multi dicunt, quòd ſignificat Redemptionem, ſed ideo eſt, quod obſecro ſalve? anne affectum dicit obſecrantis?* Cui Venerabilis Beda pariter ſubſcribit, dum ait: *O ſanna hebraicum, latinè ſonat ſalva, quia quòd ſalus mundi fit Chriſtus, agnoſcebant; addebant in excelſis, quia adventus ejus non tantùm hominum ſalus, ſed totius ſit mundi, terrena jungens cœleſtibus.*

S. Hier.

S. Thom. in Matt.

V. Beda.

8. Paulus de Palatio myſterium explicat, cur ſecunda vice ly O ſanna in excelſis, ſubjunxerint, dum ait: *Nec vacat myſterio, quòd hic dicunt, O ſanna; ſed cum ſecundo addant, in excelſis, quo indicant ſe quidem in hoc ſeculo optare victoriam, at non qualemcumque, ſed quæ in cœlo plena ſit. Igitur non dicunt: Salva nos Domine in hoc ſeculo, ſed maximè ſalva nos in excelſis.* Idem quoque graviſſimus Author declarat, qualiter O ſanna cum palmis in manibus acclamando conteſtati fuerint, ſe omnes victorias ſuas Chriſto in acceptis referre: *Quòd verò qui palmas habent, O ſanna clament, indicant victorias ſuas à Chriſto recepiſſe.*

Paulus de Pal. in Matt.

Benedictus qui venit in nomine Domini.

9. Iidemmet, qui paulò pòſt inconditis clamoribus vociferaturi erant *crucifige, crucifige*, quod idem erat, quod maledictum ipſum declarare (*Factus eſt pro nobis maledictum; Maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno. Deuter. 21.*) Nunc clamant *Benedictus*, &c. Porrò Chriſtum ne verbum quidem aliquod protuliſſe conſtat, quo ſibi hæc à populo exhibita honoris obſequia grata fuiſſe teſtatus fuiſſet aut gratum ſe erga illos exhibuiſſet; quia ejus prævidebat mox ſecuturam mutationem & inſtabilitatem. Unde S. Bernardus occaſionem ſumpſit honorum mundanorum nobis inſinuandi vanitatem: *Quis ergo ſperare jam debeat in incerto gloriæ temporalis, cùm videat in ipſo quoque, qui peccatum non fecit, creatore temporum, & conditore univerſitatis poſt exaltationem tantam, tantam nihilominus humiliationem ſequi? In eadem enim civitate, à plebe eadem, & eodem tempore nunc quidem proceſſionis gloriâ, & divinis eſt laudibus honoratus, poſtmodum irrogatus contumeliis & tormento, & cum ſceleratis reputatus.* Idem quoque melliſluus Doctor hanc unam ex rationibus eſſe exiſtimat, ob quas Eccleſia paſſionem Domini noſtri cum ejusdem triumpho ſubjunxit, licèt hæc aliquot rettò diebus acciderit, nimirum ſit hoc ad inſtructionem noſtram, ne ullæ lætitiæ vel gaudio mundano innitamur aut adhæreſcamus: *Opportunè utique Paſſio proceſſioni conjuncta eſt, ut diſcamus in nulla lætitia hujus ſæculi habere fiduciam, ſcientes quoniam extrema gaudii luctus occupat*; quoniam

Gal. 3. 13. Deut. 21. 23.

S. Bern. ſerm. 2. in Dom. Palm.

nam obſecro fine Eccleſia olivis & palmis illis tandem utitur, quæ in hac feſtivitate benedicuntur, & quibuscum Chriſto triumphanti occurrimus? Certè non alio, quàm ut illas tandem vertente anno comburat, & in cineres redigat, quibus prima totius Quadrageſimæ die, ſive in capite jejunii uti ſolet ad annuntiandum illud: *Memento homo quia cinis es, & in cinerem reverteris*, quaſi indicare nobis vellet, quo tandem fine omnes victoriæ, triumphi, cunctique alii applauſus mundani ſoleant terminari. Turbæ iſtæ Chriſtum glorioſiſſimo quodam triumpho, quo glorioſiorem mundus nunquam vidit, exceperunt; unde Didacus Stella ly *O ſanna in excelſis*, interpretans dicit: *Hoc eſt, tu Salvator es mundi, peccatorum Redemptor, & peccatorum remiſſor, Meſſias, filius David, Rex Iſrael, Itaque factis & dictis filium Dei & mundi Redemptorem confeſſi ſunt; ideoque triumphum hunc honorabiliorem & præſtantiorem fuiſſe, quàm omnium mundi Principum perſpicuum eſt.* Ipſemet quoque verbis & factis ſe filium Dei eſſe demonſtraviit, dum templi prophanatores tantâ cum majeſtate & authoritate inde exturbavit, dicendo: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis*; multa quoque & prodigioſa in conſpectu omnium edidit miracula: *Acceſſerunt ad eum claudi & cæci in templo, & ſanavit eos*; & tamen ut S. Marcus notat, neminem invenit, qui famescenti vel mucidi panis fruſtum offerret: *Circumſpectis omnibus cum jam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam*; ex eo namque, quod Evangeliſta narrando proſequitur Dominum noſtrum famelicū fuiſſe colligi poteſt: ſiquidem in ficulnea fuctum quærens, nec tamen inveniens eidem maledixit.

Didac. Stella in Luc.

Joan. 2. 16.

Matth. 21. 14.

Marci 11. 11.

10. Supremis Principibus communiter Serenitatis nomen attribui ſolet; coronæ quoq; & diademata in Solis formam efformantur; denique ſceptra adinſtar floris comuniter fabricantur, quæ omnia nobis myſteria particularia inſinuant; neque enim flos caducus adeò ſubitò marceſſit, nec cœli ſerenitas tã celeriter ab æſtivo turbine obūbratur, ſicut honores, dignitates, imperia & dominia ex repentinis improviſisque eventibus ſúsque déque vertuntur. Hodie omnes Jeroſolymitani Redemptori noſtro feſtivis vocibus clamant, & die Veneris dicturi ſunt per ludibriū *Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere, ſalvum faciat ſemetipſum, ſi filius Dei eſt, deſcendat de cruce.* Quisquis vult obſtupeſcere, legat feſtiva gaudia & applauſus ab hoc populo in primi Regis ſui electione factos, dicit enim ſacer textus: *Et clamavit omnis populus, & ait: vivat Rex*; & poſtquam eum adoraſſent, *dimiſit Samuel omnem populum, ſingulos in domum ſuam.* Vix autem iidemmet, qui applauſerant, ab eodem receſſerūt, quid dixerint, audite, & obſtupeſcite: *Filii Belial dixerunt: Num ſalvare nos poterit iſte? & deſpexerunt eum.* Similiter poſtquam SS. Paulus & Barnabas in Lyſtris hominem illū claudum ex utero matris ſuæ, qui nunquam ambulaverat, ſanaſſent, turbæ iisdem protinus acclamarunt, dicentes: *Dii ſimiles facti hominibus, deſcenderunt ad nos*; imò ipſi Sacerdotes jam præparatas habebant victimas, quas ipſis veluti numinibus cœleſtibus in ſacrificium offerre decreverant, niſi ipſi veri Dei honorem zelantes ſe ipſis pro viribus oppoſuiſſent. Sed quisnam fuit horum applauſuum & obſequiorum divinorum finis? Eodem prorſus die idem ille populus à Judæis inſtigatus, ſumptis in manus lapidibus eosdem lapidavit: *Perſuaſis turbis lapidantes Paulum traxerunt extra civitatem, exiſtimãtes eum mortuum eſſe.* Optimè igitur Theodorus Studita de felicitatis humanæ volubilitate ſcribens, ita loquitur: *Quid eſt, præterit figura hujus mundi? id eſt, labitur, præterequitat, nec vel diurnam ſtabilitatem ſobtinens, ſed qui heri nitidus, hodie ſqualidus, qui heri reſplenduit, hodie in miſeria eſt, nunc extollitur ille, nunc alter dignitate ruit; hic è pauper fit dives, alius è divite pauper, milleque mutationibus & vicibus ærumnoſa noſtra vita ſubjecta eſt, nihil poſſidens conſtans.*

Matth. 27. 42. Marci 15. 30.

1. Reg. 10. 24. & 25.

Act. 14. 10.

Theodor. Studites Catech. 3.

Monitum te velim benevole Lector, de Paſſione Domini ſuo tempore fuſos edendos eſſe, ampléque deductos Diſcurſus in opere, quod in ſedecim Tomos diſtinctum de materiis moralibus conſcribere decrevi; de Reſurrectione verò Domini noſtri JESU Chriſti videtur Tomus primus Promptuarii ſacri, ubi ſolemnitati Paſchali adaptatas reperies viginti Diſcurſus.

FINIS TOMI SECUNDI.

INDEX AUTHORUM

In hoc ſecundo Tomo relatorum.

A

ACta Eccleſiæ Mediolanenſis.
Albertus Magnus.
Alphonſus Salmeron.
Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis.
S. Ambroſius.
S. Anſelmus.
S. Antonius de Padua.
Ariſtoteles.
S. Aſterius.
S. Athanaſius,
S. Auguſtinus.
Author operis imperfecti.

B

BAronius Cardinalis.
S. Baſilius Magnus.
Baſilius Seleucus.
V. Beda.
S. Bernardinus Senenſis.
S. Bernardus Abbas.
S. Bonaventura.
S. Bruno.

C

CÆſar Cardinalis Baronius.
S. Cæſarius.
Caſſiodorus.
S. Clemens Alexandrinus.
Concilium Tridentinum.
Cornelius Janſenius.
Cornelius à Lapide.
S. Cyprianus.
S. Cyrillus Alexandrinus.
S. Cyrillus Hieroſolymitanus.

D

DIdacus Stella
Dionyſius Carthuſianus.
Drogo.
Durandus.

E

ENnodius.
S. Ephrem.
Euſeblus Emiſſenus.
Euſebius Gallicanus.
Euthymius.

F

FRanciſcus Titelmannus.
Franciſcus Toletus.
Fulgoſius.

G

GAbriel Vaſquez.
S. Gaudentius.
Gilibertus Abbas.
Gloſſa Interlinearis.
Gloſſa Ordinaria.
S. Gregorius Magnus.
S. Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius de Valentiâ.
Guerricus Abbas.
Guilielmus Durandus.

H

S. HIeronymus.
Hieronymus Oleaſter.
S. Hilarius.
Hildebertus.
Hugo Cardinalis.
Hugo à S. Victore.

I

IAnſenius Cornelius.
S. Ignatis de Loyola.

Inno-

Innocentius III.
Interlinearis.
S. Joannes Caſſianus.
S. Joannes Chryſoſtomus.
S. Joannes Climacus.
S. Joannes Damaſcenus.
Joannes Maldonatus.
S. Irenæus.
S. Iſidorus.
Iſidorus Clarius.
Iſidorus Peluſiota.
S. Juſtinus Martyr.

L.

SAnctus Laurentius Juſtinianus.
Laurentius Surius.
S. Leo.
Lucas Burgenſis.
Ludovicus Bloſius.
Lyranus.

M.

MArtinus Becanus.
S. Maximus.
Mediolanenſis Eccleſiæ Acta.

N.

NIcephorus Caliſtus.
Nicolaus Lyranus.
S. Nilus.

O.

ORigenes.

P.

SAnctus Paſchaſius.
S. Paulinus.
Paulus de Palatio.
S. Petrus Chryſologus.
S. Petrus Damianus.
S. Phillippus Nereus.
Plinius.
Plinius junior.
S. Proſper.

R.

RAbanus Maurus.
S. Remigius.
Richardus de S. Victore.
Rupertus Abbas Tuitienſis.

S.

SAlmeron.
Salvianus.
Sedulius.
Seneca.
Severinus Boëtius.
Simon de Caſſia.
Surius.

T.

TErtullianus.
Theodoretus.
Theodorus Studita.
Theophylactus.
S. Thomas Aquinas.
S. Thomas de Villa Nova.
Thomas de Vio Cajetanus.
Timotheus Antiochenus.
Titus Boſtrenſis.
Toletus.
Tridentinum Concilium.

V.

SAnctus Valerianus.
Victor Antiochenus.
S. Vincentius Ferrerius.
Vita Camilli de Lellis.
Vitæ Patrum.

Z.

ZEno.

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ

In hoc ſecundo Tomo explanatorum.

EX LIBRO GENESIS.

Cpaut 1.

℣. IN principio creavit Deus cœlum & terram, Fer. 2. poſt Dom. 1. Quadrag. v. 34. num. 9. Et Fer. 2. poſt Dom. 2. Qu. v. 25. n. 5.

℣. 11. Germinet terra herbam virentem, Do. 4. Qu. v. 9. n. 15

℣. 20. Producant aquæ reptile, ibid.

Cap. 2. v. 7. Formavit Deus hominem de limo terræ, Fer. 4. poſt Dom. 4. Qu. v. 6. num. 16

℣. 17. De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, Dom. 1. Q. v. 2. n. 3

℣. 21. Tulit unam de coſtis ejus, & replevit carnem pro ea, Fer. 6. poſt Dom. 4. Qu. v. 13. num. 1.

Cap. 3. v. 1. Serpens erat callidior, Dom. 1. Q. v. 9. n. 5

℣. 5. Eritis ſicut Dii, Fer. 4. Dom. 2. Qu. v. 20. n. 4.

℣. 7. Aperti ſunt oculi amborum, Fer. 4. D. 4. Qu. v. 1. n. 10

℣. 14. Terram comedes, Fer. 2. Dom. 2. Qu. v. 23. n. 3

℣. 15. Ipſa conteret caput tuum, Fer. 3. poſt Dom. 3. Qu. v. 15. n. 14

℣. 19. Pulvis es & in pulverem reverteris, ib. v. 16. n. 9

Cap. 6. v. 3. Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt, Fer. 3. Do. 3. Qu. v. 10. n. 8

℣. 5. Cuncta cogitatio cordis intenta eſt ad malum, Fer 4. Ciner. v. 16. n. 1.

℣. 12. Omnis caro corruperat viam ſuam, ibid.

Cap. 7. v. 12. Facta eſt pluvia ſuper terram, 40. diebus & 40. noctibus, ibid

Cap. 8. v. 7. Qui egrediebatur, & non revertebatur, Dom. 3. Qu. v. 24. n. 6

Cap. 6. v. 22. Quod cum vidiſſet Cham nunciavit fratribus ſuis, Fer. 3. Dom. 3. Qu. v. 15. n. 21

Cap. 13. v. 2. Erat autem dives valde, Fer. 5. Do. 2. Qu. v. 23. n. 2

Cap. 15. v. 1. Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis, Fer. 4. Dom. 4. Qu. v. 37. num. 3.

Cap. 18. v. 1. Sedenti in oſtio tabernaculi ſui; Fer. 5. Dom. 2. Qu. v. 20. n. 9

Cap. 19. v. 22. Non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc, Fer. 3. Dom. 3. Qu. v. 9. n. 10

Cap. 24. v. 16. Deſcenderat ad fontem & impleverat hydriam, Fer. 6. Dom. 3. Qu. v. 28. n. 3

℣. 17. Pauxillum aquæ mihi præbe de hydria tua, ibid

℣. 28. Cucurrit puella & nunciavit in domum, ibid

Cap. 28. v. 17. Quam terribilis eſt locus iſte? Dom. 2. Qu. v. 6. n. 4

Cap. 31. v. 20. Noluit Jacob ſocero ſuo confiteri, quod fugeret, Fer. 4. Dom. 2. Qu. v. 17. n. 5

Cap. 33. v. 4. Stringenſque collum ejus & oſculans, flevit, Fer. 6. Ciner. v. 45. n. 4

℣. 10. Vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei, ibid

Cap. 37. v. 21. Audiens hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum. F. 6. Do. 2. Qu. v. 35. n. 3.

Cap. 44. v. 2. Scyphum meum argenteum, poni in ore ſacci junioris, Fer. 5. Do. 1. Qu. v. 26 n. 1

Cap. 54. v. 4. Pro ſalute veſtra miſit me Dominus ante vos in Ægyptum, Fer. 4. Dom. 4. Qu. v. 3. n. 2

Cap. 48. v. 14. Commutans manus, benedixit, Fer. 2. Dom. 1. Qu. v. 33. n. 4

Cap. 49. v. 8. Manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum, Fer. 2. Paſſ. v. 33. n. 1.

℣. 10. Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de fœmore ejus, donec veniat, qui mittendus eſt Fer. 6. Dom. 3. Qu. 25. n. 1. Et Dom. Palmar. v. 5. n. 16.

LIB. EXODI.

Caput 1.

℣. 10. Venite, ſapienter opprimamus eum, Fer. 6. Dom. 2. Qu. v. 38. n. 10

Cap. 2. v. 14. Quis te conſtituit judicem & principem ſuper nos? Fer. 2. Dom. 4. Qu. v. 18. n. 3.

Cap. 3. v. 14. Ego ſum, qui ſum, Fer. 2. Dom. 2. Qu. v. 24. n. 5

Cap. 4. v. 3. Projecit, & verſa eſt in colubrum, Fer. 3. Dom. 3. v. 15. n. 14

℣. 6 Protulit leproſam inſtar nivis, ibidem num. 21

℣. 8. Si non crediderint, neque audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo, &c. ibid. n. 21

Cap. 5. v. 2. Quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus & dimittam Iſraël? F. 3. Dom. 1. Qu. v. 10. n. 5

℣. 3. Eamus viam trium dierum in ſolitudinem, &c. Fer. 6. Do 4. v. 44. n. 17

Cap. 8. v. 19. Digitus Dei eſt hic, Dom. 3. v. 15. n. 6.

Cap. 11. v. 1. Adhuc unâ plagâ tangam Pharaonem & Ægyptum, Fer. 2. Paſſ. v. 33. num. 10.

Cap. 15. v. 3. Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens, &c. Dom. Palm. v. 5. n. 16

℣. 16. Irruat ſuper eos formido & pavor, &c. Fer. 2. Dom. 1. v. 41. n. 4

Cap. 19. v. 5. Si audieritis vocem meam & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium, Dom. 3. Qu. v. 28. n. 9.

℣. 9. Veniam ad te in caligine nubis, Dom. 2. v. 5. n. 2

Cap. 20. v. 8. Memento, ut diem Sabbati ſanctifices, Fer. 3. Paſſ. v. 8. n. 7.

℣. 19. Ne forte moriamur, Dom. 2. v. 4. num. 6

Cap. 22. v. 6. Si egreſſus ignis invenerit ſpinas, Fer. 3. Dom. 3. v. 15. n. 25

Cap. 23. v. 7. Inſontem & juſtum non occides, Fer. 6. Paſſ. v. 50. n. 7

Cap. 28. v. 17. Pones in eo quatuor ordines lapidum, &c. Fer. 4. Dom. 2. v. 21. n. 13

Cap. 33. v. 2. Ponam te in foramine petræ, Dom. 2. v. 3. n. 4

LIB. LEVITICI.

Caput 19.

℣. 18. Diliges amicum tuum, ſicut teipſum, Fer. 4. Cin. v. 43. n. 1

Cap. 23. v. 40. Sumetis vobis die primo fructum arboris pulcherrimæ, Dom. Palm. v. 8. n. 8.

Cap. 24. v. 14. Educ blaſphemum extra caſtra, Fer. 2. Dom. 3. v. 29. n. 2

Cap. 26. v. 9. Reſpiciam vos & creſcere faciam, Dom. 4. v. 5. n. 5

LIB. NUMERI.

Caput 16.

℣. 15. Tu ſcis, quòd ne aſellum quidem unquam acceperim ab eis, Dom, Paſſ. v. 46. num. 2

Cap. 22. v. 28. Aperuit Dominus os aſinæ, & locuta eſt, Fer. 3. Dom. 1. v. 10. n. 5.

℣. 32. Perverſa eſt via tua, mihique contraria, Fer. 2. Dom. 2. v. 21. n. 23

LIB. DEUTERONOMII.

Caput 4.

℣. 2. Non addetis ad verbum, quod loquor vobis, nec auferetis, Fer. 4. Dom. 3. v. 3. num. 6

Cap. 5. v. 26. Quid eſt omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis? Dom. 2. v. 6. num. 4.

Cap. 6. v. 5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, &c. Fer. 6 Ciner. v. 44. n. 1.

℣. 8. Ligabis ea in manu tua, &c. Fer. 3. Do. 2. v. 5. n. 7.

Cap. 10. v. 13. Cuſtodias mandata Domini, ut bene ſit tibi, Fer. 6. Do. 2. v. 33. n. 13

Cap. 12. v. 32. Quod præcipio tibi, hoc tantum

tum facito Domino, nec addas quidquam nec minus, Fer. 4. Dom. 3. v. 3. n. 6.
Cap. 16. v. 20. Justè, quod justum est, persequêris, F. 6. Cin. v. 1. n. 2
Cap. 18. v. 15. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis Iuscitabit tibi Dominus Deus tuus, Fer. 3. Do. 1. v. 11. n. 2. Et Fer. 4. Do. 4. v. 17. n. 2
Cap. 29. v. 18. Ne forte sit inter vos radix, germinans fel & amaritudinem, F. 4. Do. 3. v. 13. n. 6
Cap. 32. v. 1. Audite cæli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei, Fer. 2. Do. 3. v. 24. n. 9. Et Fer. 6. Pass. v. 47. n. 19
℣. 4. Dei perfecta sunt opera, F. 3. Do. 1. v. 16. n. 11. Et Fer. 5. Do. 3. v. 39. n. 8.
℣. 5. Generatio prava atque perversa, Fer. 6. Do. 2. v. 43. n. 7. Et F. 2. D. 3. v. 24. n. 9.
℣. 6. Hæccine reddis Domino populo stulte & insipiens? locis cit. Et Fer. 4. Dom. 1. v. 39. n. 3
℣. 19. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est, F. 2: D. 3. v. 24. n. 9
℣. 31. Inimici nostri sunt judices, Fer. 5. Do 3. v. 41. n. 9
℣. 33. Fel draconum, vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, Fer. 6. Dom. 2. v. 43. n. 7.
℣. 34. Nonne hæc abscondita sunt apud me & signata in thesauris meis? F. 4. Ciner. v. 20 n. 5
℣. 35. Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, ibid.
℣. 41. Si acuero ut fulgur, gladium meum, &c. F. 2. D. 1. v. 31. n. 10
℣. 42. Inebriabo sagittas meas sanguine, D. Palm. v. 5. n. 13

LIB. JUDICUM.

Caput 2.

℣. 12. Addiderunt filii Israël facere malum in conspectu Domini, qui confortavit adversùm eos Eglon. Dom. Pass. v. 48. num. 17.
Cap. 5. v. 20. Stellæ manentes in ordine & cursu suo, adversùs Sisaram propugnaverunt, F. 2. D. 1. v. 31. n. 10. Et D. 3. v. 27. n. 6
Cap. 9. v. 1. Abiit Abimelech in Sichem ad fratres matris suæ, &c. Fer. 4. Dom. 2. v. 21. n. 6
℣. 15. Si verè me regem constitutis, venite, & sub umbra mea requiescite, &c. Dom. Palm. v. 5. n. 3
Cap. 16. v. 19. Illa dormire eum fecit super genua sua, &c. F. 6. Dom. 4. v. 13. n. 1.
Cap. 18. v. 24. Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem & omnia quæ habeo, F. 2. Dom. 2. v. 21. n. 6.

LIB. RUTH.

Caput 2.

℣. 16. De vestris quoque manipulis projicite de industria F. 5. Dom. 2. v. 21. n. 1
Cap. 3. v. 11. Scit omnis populus, mulierem te esse virtutis, Fer. 5. Dom. 1. v. 22. n. 2.

LIB. I. REGUM.

Caput 2.

℣. 3. Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes, F. 3. Dom. 4. v. 16. num. 3
℣. 6. Dominus mortificat & vivificat, Fer. 6. Dom. 1. v. 6. n. 2
Cap. 7. v 3. S. in toto corde vestro revertimini ad Dominum, &c. F. 4. Ciner. v. 17. n. 7. Et F. 6. Do. 4. v. 30. n. 3
Cap. 10. v. 24. Clamavit omnis populus, & ait; vivat Rex, D. Palm. v. 9. 10.
℣. 25. Dimisit Samuel omnem populum, ibid.
Cap. 11. v. 2. In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros, Dom. 3. v. 14. n. 11.
Cap. 12. v. 2. & 3. Ecce præsto sum; loquimini, &c. Dom. Pass. v. 46. n. 2.
Cap. 16. v. 7. Homo videt ea, quæ parent; Dominus autem intuetur cor, Fer. 2. Do. 4. v. 22. n. 2
Cap. 17. v. 5. Tulit gladium ejus, & eduxit eum de vagina sua, Dom. 3. v. 22. n. 4

LIB. II. REGUM.

Caput 4.

℣. 5. Ingressi sunt fervente die domum Isboseth, qui dormiebat, &c. Fer. 4. Dom. 1. v. 45. n. 7

Cap. 6.

Cap.6. v. 23. Michol filiæ Saul non eſt natus filius Saul uſque in diem mortis, Domin. Paſſ. v.51. 3

Cap.11. v.14. Scripſit David epiſtolam, miſitque per manus Uriæ, Fer. 2. Dom. 3. v. 23. n.7.

Cap.12. v.14. Tu feciſti abſconditè, ego faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, F.6. Dom.4. v.43. n. 13.

Cap.13. v.21. David contriſtatus eſt valde, noluit contriſtare ſpiritum Amnon filii ſui F.3. Dom. 3. v.15. n. 21.

Cap.15. v.5. Cùm accederet ad eum homo, ut ſalutaret illum, extendebat manum ſuam, &c. F.4. Dom.2. v. 20. n. 9

Cap.20. v.19. Quare præcipitas hæreditatem Domini? F.2. Dom.3. v.29. n.5.

LIB. III. REGUM.

Caput 2.

℣. 20. Petitionem unam parvulam ego deprecor à te, F.4. Dom. 2. v.20. n.12

℣. 22. Poſtula ei & regnum, ibid.

Cap.8 & v. 12. Dominus dixit ut habitaret in nebula, Dom.2. Q. v. 5. n.2.

℣.39. Tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum, F.2. Dom. 4. v.22. n.2.

Cap.10. v.7. Ipſa veni & vidi, quod media pars mihi nuntiata non fuerit, Fer.6 Dom. 3. v.42 n.1

Cap.18. v.21. Uſquequo claudicatis in duas partes? F.3. Dom.1. v.14. n.3. Et F.6. Do. 1. v.3. n.4

Cap.19. v.9. Manſit in ſpelunca, Dom.2. v.3. n. 4

℣.10. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, F.2. Dom.4. v.17. n.6

Cap.22. v.22. Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium, Dom. Paſſ. v.52. n.2.

LIB. IV. REGUM.

Caput 5.

℣.10. Vade, & lavare ſepties in Jordane, & recipiet ſanitatem caro tua, F.4. Dom. 4. v.7. n.6. Et Do. Palm. v.5. n.10

℣.11. Putabam, quòd egrederetur ad me, &c. F.6. Dom.1 v.4. n.5

Cap.19. v.34. Protegebam urbem hanc, propter David ſervum meum, Fer.3. Dom.2. v.13. n.8.

LIB. I. PARALIPOMENON.

Caput 28.

℣.9. Omnia corda ſcrutatur Dominus, & univerſas mentium cogitationes intelligit, Dom.3. Q. v.17. n.2

LIB. II. ESDRÆ.

Caput 12.

℣.30. Mundati ſunt Sacerdotes & Levitæ, & mundaverunt populum, Fer.2. Dom.3. v. 23. n.4

LIB. TOBIÆ.

Caput 3.

℣.13. Cùm iratus fueris, miſericordiam facies, F.2. Dom.1. v.46. n.4

Cap.6. v.9. Fel valet ad unguendos oculos, in quibus fuerit albugo & ſanabuntur, F. 2. Dom.2. v.28. n. 5

LIB. JUDITH.

Caput 4.

℣. 10. Clamaverunt ad Dominum Deum Iſraël unanimiter, F.3. Dom. 3. v. 20. n. 4

Cap.6. v.14. Unanimes preces ſuas Domino effuderunt, idid.

Cap.13. v.10. Percuſſit bis in cervicem ejus, & abſcidit caput ejus, Fer.6. Dom.4. v.3. num.1

Cap.14. v.16. Una mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Regis Nabuchodonoſor, Dom.3. v.27. n.8

LIB. ESTHER.

Caput 1.

℣.8. Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, F.2. Paſſ. v.37. n.17

Cap.13. v.9. Domine, in ditione tua cuncta ſunt poſita, F.5. Dom.1. v.22. n.18.

LIB. JOB.

Caput 1.

℣.7. Circuivi terram & perambulavi eam, Dom.3. v.24.n.2
℣.12. In eum ne extendas manum tuam,F.2. Dom.3. v.29.n.9
Cap.3.v.21. & 22. Effodientes theſaurum, gaudent vehementer, cùm invenerint ſepulchrum, Fer.4. Cinerum v.20. n.6
Cap.4.v.18. In Angelis ſuis reperit pravitatem,Fer.2.Dom.1. v.31.n.16
Cap.5.v.18. Ipſe vulnerat & medetur; percutit,& manus ejus ſanabitur,Fer.2. Dom. 3.v.23.n.8. Et F.5.Dom.3.v.40. n.18
℣.27. Ecce hoc,ut inveſtigavimus, ita eſt, quod auditum,mente pertracta,Fer.3. Do. 3.v.15.n.20
Cap.6.v.13. Ecce,non eſt auxilium mihi in me, Fer.6.Dom.1.v.7.n.17
℣.24. Docete me, & ego tacebo,&c. Fer.3. Dom.3. v.15.n.17
℣.25. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis,Fer.2.Dom.3.v.25. n.1
℣.29. Reſpondete, obſecro,abſque contentione & loquentes,id quod juſtum eſt, judicate.Fer.3.Dom.4.v.17.n.8
Cap.9.v.20. Os meum condemnabit me, pravum me eſſe comprobabit,Fer.6.Dom. 2.v.41. n 1
Cap.11.v.12. Vir vanus in ſuperbiam erigitur,&c.Do.Palm.v.2. n.11
℣.14. Si iniquitatem,quæ eſt in manu tua, abſtuleris,&c.Fer.4 Ciner. v.17. n.7
Cap.13.v.18. Si fuero judicatus, ſcio, quòd juſtus inveniar,Fer.2.Dom.1.v.31.n.3.& v. 32. n.2
℣.28. Quaſi putredo conſumendus ſum, &c.Fer.4.Cin.v.19.n.12
Cap.14.v.13. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, &c.Fer.2. Dom.1.v.32.n.2
Cap.15.v.15. Cœli non ſunt mundi in conſpectu ejus.Fer.2.Do.1.v.31.n.3. & n.16.ib. Et Fer.4.Dom.3.v.3.n.2
Cap.19.v.21. Manus Domini tetegit me, Dom.2.v.6.n.2. Et Fer.5.Dom.3.v.40. n.18
℣.27. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo, Fer.6.Dom.4. v.23.n.2
Cap.20.v.26. Devorabit eum ignis, qui non ſuccenditur,F.2.Dom.1. v.41. n.6
Cap.21.v.13. Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendunt,F.2.Do.2.v. 21. n.6
℣. 14. Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, ibid. & Fer.2. Dom.1.v. 41.n.2
Cap.24.v.7. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes,&c.Fer.5. Dom.2.v.19 n. 10
Cap.25.v.6. Homo putredo, & filius hominis vermis, Dom.2. v.4.n.4
Cap.27.v.6. Juſtificationem, quam cepi tenere, non deſeram,Fer.4.Dom.4. v.30.n.4
℣.19. Dives cùm dormierit, nihil ſecum auferet; aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet, F.5.Dom.2.v.23 n.1.Et.v.24.n.12
Cap.28.v.12. Non invenitur in terra ſuaviter viventium, Fer.2.Paſſ.v.34. n.9
Cap.30.v.25. Flebam ſuper eo, qui afflictus erit, F.5.Dom.1.v.22. n.15
Cap.31.v.12. Ignis eſt uſque ad perditionem devorans, F.4.Dom.3.v.7. n.3
℣.20. De velleribus ovium meorum calefactus eſt,Fer.2.Domin.1.v.33.n.1
℣. 32. Foris non manſit peregrinus, &c. F. 5.Dom.2. v.20.n 9
Cap.33.v.6. Ecce me ſicut & te fecit Deus, & ex eodem luto, &c.Fer.4. Dom.4. v.6. n.18
℣.19. Increpat per dolorem in lectulo, &c. Fer.6.Dom.1.v.8. n.7
Cap.35.v.7. Si juſtè egeris, quid donabis ei? F.4.Cinerum v.20.n.3
Cap.36.v.5. Deus potentes non abjicit,cùm & ipſe ſit potens,Fer.5.Dom.2.v.19. n.8
℣.32. In manibus abſcondit lucem, Feria 3. Dom.4. v.17. n.5
Cap.38. v.10. Circumdedi mare terminis meis,& poſui vectem & oſtia, F. 4. Paſſ. v.31.n.2
Cap.39.v.29. De longè oculi ejus proſpiciunt F.4.Dom.4.v.1.n. Et F.6. Dom.4. v.34. n.1
Cap.40.v.4. Si habes brachium ſicut Deus, & ſimili voce tonas? Fer.3. Dom.3. v.18. n. 1
℣.16. Sub umbra dormit in ſecreto calami, & in lucis humentibus, Fer.4. Do.1.v.43. n.3. Et Dom.3. v.24.n.8
Cap. 41. v. 25. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios

filios ſuperbiæ, Dom.3.v.18.n.2

Cap. 42. v. 11. Dederunt ei unuſquiſque ovem unam, & inaurem auream unam, Dom.Paſſ.v.47. n.4

EX LIB. PSALMORUM.

Pſalmus 1.

℣.2. In lege Domini voluntas ejus, Feria 4. Dom.3.v.3.n.15. Fer.3.Dom.4.v.17. n.1. & n. 10

℣.3. Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, Fer.4. Dom 3. v.13. n.6

℣.4. Non ſic impii, non ſic, ibid.

Pſ.2. Quare fremuerunt gentes, &c. Fer.6. Paſſ.v.47.n.3

℣.2. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum, &c. F.6.Dom.2.v. 38.n.10. Et F.2. Dom.3. v.28.n.1.

℣.6. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion, &c, Dom.2. v.5. n.5. Et Dom. Palm.v.5. n.3

℣.7. Ego hodie genui te, Dom.Paſſ. v.56. n. 2.

℣.8. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, F.6.Dom.2.v.38.n.2

℣.10. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram, Fer.2. Dom.1. v.31. n. 10

Pſ.3.v.6. Ego dormivi & ſoporatus ſum, F. 2.Dom.4.v.17.n.20

Pſ.5.v.11. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, Dom.Paſſ.v.5. n.6

℣.12. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. Fer.4.Cin. v.18.n.6

Pſ.6. v.3. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, &c. Fer.6. Dom.1. v.3. n.3. Fer.5.Dom.3.v.39.n.19. Et Fer.6. Dom.4. v.3. n.4

℣.6. In inferno autem quis confitebitur tibi? Fer.5.Dom.3.v.41. n.3

℣.7. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo, Fer.6.Dom.1.v.8.n.8

Pſ.7.v.10. Scrutans renes & corda, Fer. 6. Dom.1.v.14. n.6

℣.17. In verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet. Fer.6.Paſſ.v.48.n.18

Pſ.9.v.16. Infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt in laqueo iſto, quem abſconderunt, &c. Fer.4.Dom.4.v.18.n.3. Et Fer.6.Paſſ.v.48. n. 17

Pſ.10. v.2. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper, &c Fer.6.Cin.v.48. n.2. Fer.6. Dom.1.v.15.n.6.Fer.4.Dom.4.v.18.n.3.Fer. 4. Dom.4. v.30. n.4. Et Fer.6. Paſſ.v.48. n.17

℣.5. Non eſt Deus in conſpectu ejus, Dominus in templo ſancto ſuo, &c.Fer.6. Dom. 2.v.14.n.1.Fer.6.Dom.2.v.38.n.9 Et Dom. 4.v.5. n.4

℣.14. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adjutor, Fer 6. Dom.1. v.5. n.4

℣.17. Deſiderium pauperum exaudivit Dominus, &c.Fer.6. Dom.4.v 3.n.9. Et Fer. 6. Dom.4. v.41.n.10

Pſ.11.v.7. Eloquia Domini, eloquia caſta, &c. Dom.Paſſ.v.5. n.2

℣.9. In circuitu impii ambulant, Dom.3. v. 24.n.2

Pſ.12.v.5. Prævalui adverſus eum, Dom.1. v.6.n 3

Pſ.13.v.1. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, &c.Fer.2. Dom.3. v.27.n.4. Et Fer.4. Dom.3. v.11. n.6

℣.2. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, &c. Fer.3. Dom.3.v.19. n.1. Et Fer.2. Dom.3.v.28. n.1

℣.3. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti, Fer. 6. Paſſ. v.50. n.5

℣.4. Qui devorant plebem meam, ſicut eſcam panis, Fer. 2. Dom.4.v.16 n.11

Pſ.15.v.2 Bonorum meorum non eges, Fer. 6.Dom.2.v.34 n 2. Fer.6.Dom 3. v.7. n. 7. Et Dom. Palmarum v. 3. n.9

℣.4. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt, &c. Fer.5. Dom. 2. v.19. n.2. Fer.4. Dom.3. v.7.n.3. Et Dom. 4.v.1. n.5

℣.8. Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, Fer.2.Dom.4. v 22. n.3

℣.11. Delectationes in dextera tua uſque in finem, Fer.2. Dom.1. v.33. n.2

Pſ.16. v 1. Exaudi Domine juſtitiam meam, intende deprecationem meam, Fer.3. Do. 3. v.19. n.6

℣.2. De vultu tuo judicium meum prodeat, Fer.6. Cinerum. v.44. n.8

℣.11. Projicientes me, circumdederunt me; oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, Fer.2 Dom.1.v.33. n.10. Dom.4. v.5. n. 6.

n.6. Et F.4. Dom. 4. v.6. n. 14
℣.14. A paucis de terra divide eos in vita eorum, F.6. Dom.1. v.4. n.9
℣.15. Satiabor, cum apparuerit gloria tua, Fer.6. Dom.3. v.23. n.5. Et Fer.2. Paſſ. v. 37. n. 28
Pſ. 17. v.1. Diligam te Domine, fortitudo mea, Fer.6. Dom.3. v.6. n.3
℣.6. Dolores inferni circumdederunt me, Fer.5. Dom 2. v.24. n.10
℣.43. Comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti, ut lutum platearum delebo eos Fer.5. Dom.2. v.19. n.3. Et Fer.6.Dom. 2. v.44. n.7
Pſ.18.v.6. Exultavit ut gigas ad currendam viam, Fer.6. Dom.3. v.6.n.7. Fer.4. Paſſ.v. 23. n.1. Fer.4. Dom. 2. v.18. n.3. Et v.22. n. 23. ibid.
℣.7. Non eſt, qui ſe abſcondat à calore ejus. Fer.3. Dom. 4. v.17. n.5
℣.8. Lex Domini immaculata, &c. Fer. 6. Dom.2. v.33. n.13
℣.9. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos, Fer.4. Dom.4. v.7.n. 12
℣.11. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, &c. Dom. Paſſ.v. 51. num. 4.
℣.12. Etenim ſervus tuus cuſtodit ea, &c. ibid.
Pſ.19. v.8. Hi in curribus & hi in equis, &c. Dom. Palm. v.5. n.18
Pſ.20. v.3. Deſiderium cordis ejus tribuiſti ei, Fer.6. Dom.4. v.41. n.10
℣.12. Quoniam declinaverunt in te mala, F.2. Dom.3. v.23. n.18.
Pſ.21. v.2 Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me? Dom.2. v.4. n.14
℣.7. Opprobrium hominum & abjectio plebis, Fer.6.Dom. 1.v.7.n.12
℣.12. Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me, Fer.5.Dom.3. v.42 n.10
℣.17. Circumdederunt me canes multi,&c. Fer.4.Paſſ. v.24.n.3
℣.31. Anima mea illi vivet & ſemen meum ſerviet ipſi, Dom.Palm.v.5.n.11
Pſ.23.v.1. Domini eſt terra & plenitudo ejus Dom,1.v.3. n.9. Et v.9. n.1. ibid. Et Fer.4. Dom.2. v.20. n.12
℣.3. Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto ejus, Fer.2.Paſſ.v. 34. n. 4
℣.4. Innocens manibus & mundo corde, ib.
℣. 8. Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, Dom.3. v.21. n.7
Pſ.24.v.11. Propitiaberis peccato meo, multum eſt enim, Fer.5.Dom.1.v.21.n.24
℣.12. Quis eſt homo, qui non timet Dominum? legem ſtatuit ei in via, quam elegit, Fer.6.Dom.2. v.41. n.9
℣.16. Reſpice in me, & miſerere mei, Dom. 4. v.5.n.6
℣.18. Vide humilitatem meam, &c. Fer. 6. Dom 4. v.34. n.6
Pſ.25.v.6. Lavabo inter innocentes manus meas, Fer.4.Dom.3.v.3.n.2
℣.8. Domine dilexi decorem domûs tuæ, F. 2.Dom.4.v.17.n.6
℣.10. In quorum manus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus, Fer. 4.Dom.3. v.5. n.6
Pſ.26.v.3. Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum, Dom.4.v.15. n.4. Et Fer.4. Paſſ.v.24. n.7
Pſ.27. v.3. Loquuntur pacem in corde ſuo, mala autem in cordibus eorum, F.4. Do. 1.v.38. n.1
Pſ.28. v.5. Vox Domini, confringentis cedros, Fer.6.Dom 4.v.43. n.6
℣. 7. Vox Domini, intercidentis flammam ignis, ibid.
℣.8. Vox Domini concutientis deſertum, ibid.
Pſ.29.v.7. Ego dixi in abundantia mea: non movebor in æternum, Fer.5.Dom.2. v.26. n.5
Pſ.30.v.17. Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum, Dom.4.v.5.n.5
℣.19. Muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur adverſus juſtum iniquitatem, F.2.Do.2. v.25.n.2
Pſ.31.v.3.Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea, Dom.5.v.14. n.10
℣.8. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te, Fer.3.Dom.2.v.8. n. 3
Pſ.32.v.15. Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum, Fer.2.Dom.4.v.22. n.2
℣.18. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, Fer.6.Dom.4. v.3.n.3
Pſ.33. v.6. Accedite ad eum & illuminamini, Dom.2.v.7. n.4
℣.11. Divites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum, Dom. 4. v.12. num. 1

℣.16. O-

V.16 Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum. Fer.4.D.4.v.31.n.3

V.18. Clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos. ibid.

V. 19. Juxta eſt Dominus iis, qui tribulato ſunt corde. Fer.6.Dom.1.v.5 n.4. Et Fer.6. Dom.1.v.7.n.15

V. 22. Mors peccatorum peſſima Fer.2.Do.2 v.21.n.15

Pſ.34.v.12. Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ. Fer.6.Cin.v. 44.n.10. Et Fer.6.Paſſ.v.47.n.19

V.13. Cùm mihi molesti eſſent, induebar cilicio. Fer.6.Ciner.cit.

V.26. Induantur confuſione & reverentia, qui maligna loquuntur ſuper me. Dom.3. v.27.n.13

Pſ.35.v.6. Domine in cælo miſericordia tua. Fer.4.Cin.v.20. n.5

V.7. Juſtitia tua ſicut montes Dei, homines & jumenta ſalvabis Domine. Dom.4.v.4. n.4. Et D. Palm. v.5.n.20

V. 9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. F. 6.Dom.3.v.13.n.4.& 5

V.10. Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. F.4.D.4. v.7.n.12

Pſ.63.v.5. Revela Domino viam tuam, & ſpera in eum, & ipſe faciet. Fer.5.Dom.3. v.22.n.22

V.15. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Fer.6. Cin v.44.n.7. Et Fer.2.Dom.4.v.13.n.4

V.23. Apud Dominum greſſus ejus dirigentur, &c. Fer.4.Paſſ.v.28.n.6

Pſ.37.v.5. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me Fer.6.Dom.1.v.9.n.2. Et Fer. 6.Dom.4.v.8.n.6

V.8. Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, Fer.4.Dom.v.44.n.4

V. 11. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Fer.4.Dom.4.v.1.n.11

V.13. Dolos tota die meditabantur. Fer.5. Dom.3.v.4.n.9

V.14. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam. ibid. Et Dom.3.v.14.n.11

V.21. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem, F.2.Dom.3.v.29.n.12

V. 22. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me. Fer.6.Dom.3.v. 40. n.1

Pſ.38.v.2. Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator adverſum me. Fer.3.D.4 v.21.n.2. Et Dom.Paſſ. v.49. n.8

V.3. Obmutui, & ſilui à bonis, dom.3. Qu. v.14 n.8

V 4. In meditatione mea exardeſcet ignis F.4.Cin.v.17.n.7

V.5. Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum. Fer.2.Paſſ. v 33.n 14

V.7. Theſaurizat, & ignorat, cui congregabit ea F.4.Cin.v.19.n.4. Et v.20.n.3

Pſ. 39.v. 13. Comprehendérunt me iniquitates meæ, & non potui, ut viderem. F.4. Dom.4 v.1. n.10

Pſ. 42 v.3. Emitte lucem & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, &c. Dom. Paſſ. v.46.n. 9

Pſ. 43.v. 13. Vendidiſti populum tuum ſine pretio. Fer.6.Dom.2.v 41. n.4. Et F.6.Paſſ. v.48.n.18

V.22. Æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. Fer.2.Dom.4.v.14.n.15

V.25. Conglutinatus eſt in terra venter eorum. F.6.Dom.1.v.3.n.4

Pſ. 44.v.8. Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Fer.6.Dom.4.v.27.n.4

V.11. Audi filia & vide. F.2.D.3.v.23.n.14.

V.14 Omnis gloria filiæ Regis ab intus. F.3. Dom.2.v.5

V. 17. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii; conſtitues eos Principes &c. Fer.4.Dom. 3.v.2.n.6. Et Dom.Palm.v.7.n.1

Pſ 45.v.5. Fluminis impetus lætificot civitatem Dei. F.2. Paſſ.v.38. n. 6

Pſ. 46.v.7. Pſallite Deo noſtro, pſallite; pſallite Regi noſtro, pſallite. Fer. 4. Dom. 3.v.8 n.9

Pſ. 48. v. 12. Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis. F.5 Dom.2.v.19.n 3

V.13 Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis, &c. F.5 D 1.v.48.n 5. Et Dom. Palm.v.2.n.14

V.17. Ne timueris, cùm dives factus fuerit homo, &c. F.5. Dom.2.v.22.n.17

V. 19. Confitebor tibi, cùm benefeceris ei. F.2 Dom.4.v.20.n.7

Pſ.49 v 3. Deus manifeſtè veniet, & Fer. 3. Dom.4.v.24.n.4

V 4. Advocabit cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum. ibid.
V. 9. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, Fer. 3. Dom. 1. v. 11. n. 19
V. 14. Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua, ibid. Et Fer. 3. Paſſ. v. 8. n. 5
V. 15. Invoca me in die tribulationis, eruam te Fer. 4. Dom. 3. v. 38. n. 28
V. 16. Quare tu enarras juſtitias meas? F. 5. Dom. 3. v. 41. n. 6
V. 19. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos, Dom. 3. Qu. v. 15. num. 7
V. 21. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam Fer. 6. Dom. 2. v. 41 n. 1
Pſ. 50. v. 5. Peccatum meum contra me eſt ſemper. Fer. 4. Dom 1 v. 44. n. 4
V. 6 Ut vincas cùm judicaris. Fer. 2. Dom. 1. v. 31. num. 4
V. 17. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. D. 3. v. 14. n. 15
Pſ. 52. v. 6. Qui hominibus placent, confuſi ſunt quoniam Deus ſprevit eos. Fer. 3. Paſſ. v. 4. n. 9
Pſ. 53. v. 8. Voluntariè ſacrificabo tibi, &c. Fer. 6. Dom. 1. v. 7 n. 7. Fer. 6. Dom. 2. v. 33. n. 32 Fer. 3. Dom. 4. v. 17. n. 9. Et Fer. 2. Paſſ. v. 37. n. 18
Pſ. 54. v. 8. Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine. Dom. 1. v. 4. n. 9
V. 9. Exſpectabam eum, qui ſalvum me fecit, &c. ibid.
V. 13. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique, verò tu homo unanimis, &c. Fer. 3. Dom. 2 v. 3. n. 9
V. 16. Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum. ibid.
V. 24. Viri ſanguinũ non dimidiabunt dies ſuos. Fer. 6 Cin. v. 44. n. 6
Pſ. 57. v. 5. Sicut aſpidis ſurdæ & obdurantis aures ſuas. Fer. 3. D. 3. v. 16. n. 5. Et D. Paſſ. v. 47. n. 3
V. 6. Quæ non exaudiet vocem incantantium. Fer. 3. cit.
Pſ. 58. v. 7. Famem patientur ut canes. Fer. 5. Dom. 2. v. 24. n. 5
V. 16. Si non fuerint ſaturati & murmurabunt. Dom. 4. v. 14. n. 1
Pſ. 61. v. 13. Tu reddes unicuique juxta opera ſua. Fer. 4. Paſſ. v. 28. n. 13
Pſ. 6. v. 2. Sitivit in te anima mea. Fer. 6. Do. 3. v. 7. n. 7
V. 3. In terra deſerta, & in via, & inaquoſa, F. 3. Dom. 1. v. 13
V. 10. Introibunt in inferiora terræ. Fer. 2. Do. 1. v. 41. n. 2. Et F. 2 D. 2. v. 1. n. 7
V. 11. Tradentur in manus gladii, &c. Fer. 2. Dom. 1. v 41 n. 1
Pſ. 63. v. 6. Narraverunt, & abſconderunt laqueos, & dixerunt: Quis videbit eos? Fer. 6. Paſſ. v. 48. n. 10
Pſ. 65. v. 3. Quàm terribilia ſunt opera tua Domine? in multitudine virtutis tuæ, &c. Fer. 4 Dom. 4. v. 16. n. 6
V. 18. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, exaudiet me Dominus. F. 3. D. 3. v. 19. n. 6
Pſ. 67. v. 5. Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum. Fer. 5. Dom. 3. v. 40. n 6.
Pſ. 68. v. 2. Intraverunt aquæ uſque ad animam meam, Fer. 2. Paſſ v. 37. n. 27.
V. 3. Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. F. 4. D. 1. v. 39 n. 6
V. 9 Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus, &c. Fer. 3. Dom. 4. v 31. n. 2. Et 3. Paſſ. v. 10. n. 1
V. 33, Quærite Dominum, & vivet anima veſtra. Fer. 2. Dom. 2. v. 21. n. 11
Pſ. 70 v. 11. Deus dereliquit eum; comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat. F. 3. D. 1. v. 17. n. 2 Et F. 3. D. 4. v. 30 n. 3
V. 15. Non cognovi literaturam. F. 3. D. 1. v. 12. n. 9. Et F. 2. Dom. 4. v. 16. n. 7
Pſ. 71. v. 8 Dominabitur à mari uſque ad mare, &c. F. 2. Paſſ. v 34. n. 5
V. 9. Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent, ibid.
V. 11. Adorabunt eum omnes Reges terræ, Fer. 6. Paſſ. v. 48. n. 6
V. 13. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum ſalvas faciet. F 5. D. 2 v 20. n. 6
V. 14. Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum. ibid.
Pſ. 72. v. 1. Quàm bonus Iſraël Deus his, qui recto ſunt corde. F. 3. Paſſ. v. 12. n. 2
V. 9. Poſuerunt in cælum os ſuum. ibid.
V. 18. Dejeciſti eos, dum allevarentur. D. 1. v. 9. n. 8
V. 17. Ecce qui elongant ſe à te, peribunt; perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. F. 2. D. 2 v. 21. n 6
V. 28. Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt. ibid.
Pſ. 73. v. 3. Quanta malignatus eſt inimicus in

in ſancto. Dom.1.v.5. num.4
V.14. Poſuerunt ſigna ſua, ſigna. Fer.4.Do. 1.v.39 n.10
V.5. Et non cognoverunt. ibid.
V.7. Incenderunt igni ſanctuarium tuum D. 1.v.5.n.4. Et F.4.D.3.v.5.n.6
V.21. Pauper & inops laudabunt nomen tuum. Dom.3.v.27.n.9
Pſ.74.v.3. Cùm accepero tempus, ego juſtitias judicabo. Fer.2.Dom.1.v.31. n.15
Pſ.75.v.2. Notus eſt in Judæa Deus, in Iſraël magnum nomen ejus. F.4.D.4.v.1. n.9
V.3. Factus eſt in pace locus ejus. Fer.3.Dom. 2.v.20.n.10
V.6. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum, &c. F. 4.Cin.v.20.n.4
Pſ.76.v.6. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Fer.2. Dom.1.v. 41.num.7
V.7. Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar. & ſcopebam ſpiritum meum. ibid. Et Fer.4.D.1.v.44. n.9
Pſ.77.v.70. De poſt fœtantes accepit eum. Fer.6.Dom.2.Qu.v.33.n.26
Pſ.78.v.13. Nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ. F.2. D.1. v.33.n.1. F.5.Do.1.v. 24.n.1. Et F.6.D.1.v.2.n.2
Pſ.79.v.9. Vineam de Ægypto tranſtuliſti. F.6.D.2.v.33.n.3
V.10. Plantaſti radices ejus, & implevit terram. ibid. n.4
V.13. Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus, & vindemiant eam omnes, &c. Fer.6.Dom 2. v 41. n.2
Pſ.80.v.13. Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum. Fer.3.Paſſ.v.8. n.11.
Pſ.81.v.6. Ego dixi: Dii eſtis. Fer.4.Paſſ.v. 34.n.1
Pſ.82.v.14. Pone illos ut rotam. Fer.4. Do.2. v.21.n.4
V.17. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum. F.4.D.4.v.6 n.5. F. 4.D.4.v.32.n.3. Et D.Palm.v.2.n.14.
Pſ.83.v.8. Ibunt de virtute in virtutem, Fer. 6.D.1.v.8.n.5 Et F.5.D.4.v.17 n.2
V.12. Gratiam & gloriam dabit Dominus, Fer.4.Paſſ.v.28.n.12
Pſ.84.v.12. Veritas de terra orta eſt, & juſtitia de cælo proſpexit, Fer.3.Dom.3.v.16. num.9
Pſ.85.v.13. Eruſti animam ex infetno inferiori. Fer.2.Dom.1.v.41.n.5
Pſ.87.v.16. Pauper ſum ego, & in laboribus à juventute mea, Fer.3.Dom.4.v.15.n.3
V.16. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. Dom.2.v.2.n.5
V.21. Inveni David ſervum meum. Fer.6. D. 1.v.14.n.3
Pſ.89.v.10. Quoniam ſupervenit manſuetudo, & corripiemur Fer.D.3.v.15.n.25
Pſ.90.v.10. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Fer.6.Paſſ.v.53.n.4
V.15. Clamabit ad me, & ego exaudiam, &c. Fer.5. Dom.3.v.38.n.12. Et F.6. Dom.4.v. 21.n.2
Pſ.93.v.1. Deus ultionum Dominus, Deus ultionum liberè egit. Fer.6. Cinet.v.44. num.8
V.11. Dominus ſcit cogitationes hominum. D.3 v.17.n.1. Et Fer.4. Paſſ. v.24.n.3
V.12. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege, &c. Fer.3. Dom.2. v.8. num.3
V.19. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde, &c. F.5.D.1.v.84.n.8
Pſ.94.verſ.2. Præoccupemus faciem ejus in confeſſione. Fer.6.D.4.v.30.n.3
V.8. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda, &c. D.Paſſ.v.59.n.11. Et Fer.4.Paſſ.v.27.n.3
Pſ.95.v.5. Omnes dii gentium, dæmonia. Fer.5.D.3.v.40.n.3
Pſ.96.v.2. Nubes & caligo in circuitu ejus. D.2.v.5.n.2
V.11. Lux orta eſt juſto. Fer.6. Dom.4.v.9. num.4
Pſ.99.v.3. Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus, Fer.5.D.1.v.22.n.4
Pſ.100 v.2. Perambulam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Fer.4.D.3. v.2.n.10.
Pſ.101.v.11. Elevans alliſiſti me. Fer.6.Dom. 2.v.43.n.7
V.28. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Fer.2.Dom.2.v.25.n.4
Pſ.102.v.1. Benedic anima mea Domino, &c. Fer.5. Dom.3 v.39.n.17
V.2. Benedic anima mea Domino, & noli, &c. ibid.
V.3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas. ibid. Et D.4.v.2.n.6

V. 4. Qui redimit de interitu vitam tuam. ibid.
Pſ. 103. v. 1. Confeſſionem & decorem induiſti Fer. 2. Dom. 3. v 27. n. 5
V. 3. Qui ponis nubem, aſcenſum tuum. D. 2. v. 5. n. 2
V. 15. Exhilaret faciem ejus in oleo. Fer. 4. Cin. v. 17. n. 1
V. 19. Sol cognovit occaſum ſuum. F. 3. Paſſ. v. 1. n. 6
Pſ. 104. v. 4. Quærite Dominum, & confirmamini. Fer. 2. Dom. 2. v. 21. n. 7.
V. 15. Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Fer. 2. D. 3. v 29. n. 9. Et Fer. 2. Paſſ. v. 32. n. 4
Pſ. 105. v. 47. Salvos nos fac Domine, & congrega nos de nationibus. Fer. 6. Paſſ. v. 52. n 3
Pſ. 106. v. 16. Qui contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Dom. 3. verſ. 22. num. 4
V. 20. Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos. Fer. 6 Dom. 1. v. 8. n. 3
V. 42. Omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Fer. 2. Dom. 1. v. 42. n. 1. Et Fer. 5. Dom. 2. v. 21 num. 1
Pſ. 108. v. 18. Dilexit maledictionem, & veniet ei; & noluit benedictionem, &c. Fer. 2. Dom. 1. v. 41. n. 3.
Pſ. 109. v. 3. Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum. Fer. 2. Dom. 2 v. 25. n. 4
Pſ. 110 v. 10. Initium ſapientiæ timor Domini. Dom. 2. v 6 n. 5. Et Fer. 3. Dom. 4. v. 17. num. 4
Pſ. 111. v. 5. Jucundus homo qui miſeretur & commodat. Fer. 2. Dom. 1. v. 37. n. 6
Pſ. 112. v. 7. De ſtercore erigens pauperem. Dom. 2. v. 4. n. 4
V. 8. Ut collocet eum cum Principibus populi ſui. ibid.
Pſ. 113. v. 4. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Fer. 6 Dom. 3 v. 22. n. 3
Pſ. 115. v. 10. Credidi propter quod locutus ſum. Dom 3. v. 27 n. 5
V. 16. Ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ. Fer. 6. D. 4. v. 17. n. 1.
Pſ. 117. v. 8 Bonum eſt confidere in Domino, &c. Fer. 6. D. 1. v. 6. n. 15
V. 12. Circumdederunt me ſicut apes. Fer. 4. Paſſ. v. 24. n. 6
V. 18. Caſtigans caſtigavit me Dominus, & morti non tradidit me. Fer. 6. Dom. 4. v. 4. num. 4
V. 27. Conſtituite diem ſolemnem in condenſis. F. 4 Paſſ. v. 22. n. 3
Pſ. 118 v. 3. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus, &c. Fer. 2. D. 1 v. 33. n. 3
V. 6. Tunc non confundar, cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis. Fer. 6. Dom. 2. v. 43. n. 10
V. 11. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Dom. 1. v. 11. n. 6. Dom. 3. v. 28. n 5. Et. Dom. Paſſ. v. 47. n. 2
V. 32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Fer. 3. Dom. 2. v. 4. num. 3
V. 73. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me. Fer. 4. Dom. 4. v. 6. n. 9
V. 74. Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur. Fer. 3. Dom. 3. v. 15 n. 10
V. 97. Quomodo dilexi legem tuam Domine? &c. Fer. 3. Dom. 2. v. 4. n. 3
V. 103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo? Dom. 4. v. 12. num. 7
V. 104. A mandatis tuis intellexi. Fer. 4. D 2. v. 38. n. 14
V. 105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Fer. 4. Dom. 4. v. 11. n. 2. Et v. 32. n. 3. ibid.
V. 113. Iniquos odio habui. Fer. 6. Cin. v. 43. num. 3
V. 126. Tempus faciendi Domine, diſſipaverunt legem tuam. Fer. 3. Paſſ. v. 11. num. 5
V. 130. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum, &c. Fer. 6. Dom. 3. v. 19. n. 1. Et Fer. 4. Dom. 4. v. 11. n. 2
V. 137. Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum. Fer. 2. Dom. 1. v. 31. n. 15. Et Fer. 2. Dom. 3. v. 23. n. 7
V. 134. Tabeſcere me fecit zelus meus. Fer. 2. Dom. 4. v. 17. v. 7
V. 147. Prævenì in maturitate, & clamavi Fer. 5. Dom 3. v. 42 n. 1.
V. 158. Vidi prævaricantes, & tabeſcebam. Fer. 2. Dom 4. v. 17. n. 7
V. 163. Iniquitatem odio habui. Fer 6. Dom. 2 v 38. n 14.
V. 169. Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine. Fer. 3 Dom. 3. v. 19. num. 6

V. 176.

V.176. Quære ſervum tuum, quia mandata tua non ſum,&c. F.5.Do.1.v.14.n.2.Et F.6. D.4. v.34.n.4

Pſ.120.v.2.Auxilium meum à Domino. F.6. D.4. v.2. n.3

V.4. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël.D.Paſſ.v.49.n.1

Pſ.123. v.7. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium,&c. Fer.5. Do.2. v.22. n.1. Et F.6. v.11. n.4

Pſ.126.v.1. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, D.Paſſ.v.49.n 1

V.2. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum,F.6. Dom.4.v.11. n.5

V.3. Ecce hæreditas Domini, ibid.

Pſ.127.v.1. Beati omnes, qui timent Dominum, Dom.2.v.6.n.6. Et Fer.6. D.3.v. 34.n.2

V.2.Labores manuum tuarum quia manducabis,beatus es,&c. Dom.1.v.3. n.8. Et D.4.v.15 n 3

Pſ.129. v.7. Quia apud Dominum miſericordia,&c. D.2. v.3 n.16. Et F.6. Paſſ. v. 50. n.1

Pſ.131. v.1. Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus. F.6.Cin. v.44. n. 10

Pſ.137. v. 6. Excelſus Dominus & humilia reſpicit,&c. Fer.4. nu.2.v.20.n.13. Fer.6. Dom.4. v.34. num. 1.Et Fer.4. Paſſ. v.28. n. 4

Pſ.138. v. 5. Ecce Domine tu cognoviſti omnia noviſſima & antiqua. Fer.6. Do.1. v 14. n.4

V.12. Sicut lumen ejus, & tenebræ ejus. F. 5.D.1.v.26.n.5.Et Fer.3. D.4.v.25.n.1. Et Fer.2. D.3.v.23. n.16

V. 17. Mihi nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Fer.5. Dom.3.v 38.n.4

V.22. Perfecto odio oderam illos.F.6.Cin.v. 43. n.3

Pſ.140. v.5. Corripiet me juſtus in miſericordia,& increpabit me. Fer.3. D 3.v.15. n. 21.

Pſ.144 v.9. Miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus. Fer.4. Do.4.v.4.n.2

V.16.Aperis tu manum tuam & imples omne animal,&c. F.5.D.3.v.40. n.13

V.18. Propè eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate. Fer.6. Dom.3.v. 23. n.2

V.19. Voluntatem timentium ſe faciet. F.4. Dom.1.v.38.n.4. Et Fer.5. Dom.1. v.48. n. 8

V.20 Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe,F.6. D.4.v.3. n.8

Pſ.145.v.2. Nolite confidere in principibus, F.6. D.1. v.7. n.15

V.3. In filiis hominum,in quibus non eſt ſalus. ibid.

Pſ.147. v.18. Flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ. F.6. Dom.1.v.4. n.4. Et Fer.2. Paſſ. v.38. n 3

V.20.Non fecit taliter omni nationi, Fer.6. D.2. v.33. n. 7

Pſ.149.v 6.Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum.F.3. D.2. v.3. n.12

V.8. Ad alligandos reges eorum in compedibus,ibid.

LIB. PROVERBIORUM.

Caput 1.

V.24. Quia vocavi & renuiſtis,extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret. F.2. Dom.2.v.23.n.12. Et Fer.6. Dom.3. v. 9.n. 7

V.26. Ego quoque in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo.F.2.D.3.v.23.n.12.

V.28. Mane conſurgent ad me,& non invenient me, F.2. Paſſ. v.34. n.10

Cap.2.v.14. Lætantur cùm malefecerint,& exultant in rebus peſſimis, F.6.Do.1.v 3. n.7.Fer.2. Dom.2.v.21.n.6.Et F.6.Dom.4. v.35. n.6

Cap.3. v. 16. Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra ejus divitiæ & gloria. Fer.4.Do.2.v.21.n.7.Et Fer.2.D 1.v.33.n.10

V. 32. Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus Fer.6.Dom.3.v.26. num.3. Dom.3. v.27. num.9

Cap.4.v.23. Omni cuſtodiâ ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit, Fer.4. Dom.3. v.19. n.5

Cap.5. v.9. Ne des alienis honorem tuum, Fer.6. Cin.v.45.n.5.

V.16. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas divide. Fer. 2. Paſſ. v. 38. n. 3

V.22. Funibus peccatorum ſuorum impius

constringitur. Fer.2. Dom.4.v.15 n.4.
Cap.6 v.6. Vade ad formicam ô piger. Fer.6. Cin.v.45. n.2
V.23. Mandatum lucerna eſt,& lex lux. F.4. D.4. v.7. n.10.
Cap.7.v.11. Nec valens in domo conſiſtere domibus ſuis,&c. F.6. D.4. v.3.n.1
Cap.8.v.1. Nunquid non ſapientia clamitat & dat vocem? &c. Fer.3.Dom.1. v.11. num. 1.
V.5. Intelligite parvuli & ſapientes animadvertere. ibid.
V.15. Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt. Fer.6. Cin.v.44. n.1 Fer.2 Paſſ.v.32. n.2
V.16. Per me principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam. F.6. cit.
V.18. Mecum ſunt divitiæ & gloriæ. Dom.1. v.9. n.1
V.31. Deliciæ meæ,eſſe cum filiis hominum, F.2. D.2. v.21. n.3
Cap.9.v.8. Noli arguere deriſorem,&c. F.2. D.3.v.28. n.4
Cap.10. v.7. Memoria juſti cum laudibus, nomen impiorum putreſcet. Fer.5. Dom. 2.v.19. n.4
Cap.11.v.2. Ubi humilitas,ibi ſapientia. F. 3. D.4. v.31.n.4
Cap.12. v.13. Fugiet juſtus de anguſtia, F.2. D.3.v.30.n.14
V.21. Non contriſtabit juſtum, quidquid acciderit. F.2.D.3.v.30.n.3
Cap.13.v.16. Aſtutus omnia agit cum conſilio. ibid. v.17
V. 25. Juſtus comedit, & replet animam ſuam,venter autem impiorum inſaturabilis.D.4.v.12. n.1
Cap.14.v.4. Ubi plurimæ ſegetes,&c. F.1. D.4.v.14. n.6. & 15
V.13.Extrema gaudii luctus occupat. Fer.4. Cinet.v.17. nu. 1. & Dom.4.v.12. n.1
V.27. Timor Domini,fons vitæ. D.2. v.6. num.6
Cap.15.v.1. Reſponſio mollis frangit iram. F.2. Paſſ. v.37. n.26
V.12. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit. F.2.D.3. v.28.n.8
V 33. Gloriam præcedit humilitas. F.4.D. 2.v.20.n.9
Cap.18 v.3. Impius cùm in profundum venerit,contemnet,Fer.2. Dom.2.v.25.n.2
Cap.20. v.3. Honor eſt homini,qui ſeparat ſe à contentionibus. Dom.Paſſ.v.59.n.9
V.9. Quis poteſt dicere : mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato. Dom.Paſſ.v. 46. n.3
V.17. Suavis eſt homini panis mendacii,& poſtea implebitur os ejus calculo. D.1.v. 3.num.9
Cap.21. v.13. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis,clamabit, & non exauditur. F.5. D.2. v.24. n.1
V.30. Non eſt ſapientia,non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. F.4. D.3. v.3.n.2
Cap.22. v.2. Dives & pauper obviaverunt ſibi, & utriuſque operator eſt Dominus, F.5. D.2.v.20. n.3
Cap.23. v.26. Præbe fili mi cor tuum mihi, &c F.3. D.4.v.17.n.1
Cap.24.v.16. Septies in die cadit juſtus,&c Dom.2.v.6.num 3. Et Fer.3. Dom.3.v.22. num. 2
Cap.25.v.11. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum tempore ſuo. Fer.3. D.4.v.14.n.9
Cap.26.v.4. Ne reſpondeas ſtulto juxta juſtitiam ſuam, &c. Fer.3. Dom.3. v. 21. n. 2.
Cap.27.v.1.Ne glorieris in craſtinum. F. 4. D.2 v.17. n. 2
V.6. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis. F.4.D.1.v.39. num.1
Cap.28.v.9. Qui declinat aures ſuas, neaudiat legem,oratio ejus erit execrabilis,F 4. D.4.v.31. n.3
V.13. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur,qui autem confeſſus fuerit, &c.Fer.6. D.3. v.17.n.3
V. 24. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo & matre,&c. Fer. 4. Domin. 3. verſ. 5. num. 3
Cap.29.v.12. Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios,F.2. Paſſ.v.32. n.4
Cap.30.v.12. Generatio quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis,F.4. D.3. v.2. n.10
Cap.31. v.20. Manum ſuam aperuit inopi,& palmas ſuas extendit ad pauperes. F.5.D. 2.v.19. n.10

V.22.

V.22. Strangulatam veſtem fecit; byſſus & purpura indumentum eius, ibid.

ECCLESIASTES.

Caput I.

V.8. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu, &c. F.4. D.4. v.11.n.11.
Cap.3. v.7. Tempus tacendi, tempus loquendi. F.3 D.4.v.14.n.9
Cap.4.v.10. Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſublevantem ſe. D.1. v 1.n.7
Cap.9. v.1. Neſcit homo, utrum amore an odio dignus ſit, F.6.D.4.v.11.n.4.
Cap.10.v.3. In via ſtultus ambulans, cùm ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. F. 3.Paſſ. v.4. n.11.

CANTICI CANTICORUM

Caput I.

V.6. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, &c. F.3. D.4.v.14.n.12
Cap.2.v.4. Introduxit me Rex in cellam vinariam, F.3.D.4.v.17.n.10
V.6. Læva ejus ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur. F.6.Cin.v.3.n.1.& F.4. D.2. v.21. n.16
V.8. Ecce venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, F.2. D.3.v.30. n.3
V.9. Ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, F.2. Paſſ v.17. n.10
V.14. Oſtende mihi faciem tuam. F.6.D.4. v.32. n.3
Cap.3. v.1. In lectulo meo per noctes quæſivi, quem diligit anima mea, Fer.2. Do.2. v.21. n.11. & Fer.2 Paſſ.v.34.n.9
V.2. Circuibo civitatem, per vicos & plateas quæram, &c. F.2. Paſſ.v.34 n.9
V. 4. Inveni, quem diligit anima mea, tenui eum, &c. Fer.5. Dom.3. v.42. n.10. Et Fer.4. Dom.3. v.1. num.3. Et D.Palm. v.5. n.7
Cap.4. v.2. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt, &c. F.3. D.3.v.15.n. 21. Et F.4. Paſſ.v.22. n.1
V.4. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, Fer.6. Dom.2. v.33.n.22
V.13. Emiſſiones tuæ, paradiſus. Dom.3. v.27. num.15
Cap.5. v.2. Ego dormio, & cor meum vigilat. Fer.5. D.3. v.40. n.4
V.3. Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Fer.4.Dom.3. v.3. n.2
V.14. Manus illius tornatiles aureæ, plena hyacinthis. Fer.2. Dom.4.v.15.n.7.
Cap.8. v.5. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens? Fer.6. Paſſ v 54. num.6.

LIB. SAPIENTIÆ.

Caput I.

V. 4. In malevolam animam non introibit ſapientia. Fer.3. D.4. v.17.n.4
V.5. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Fer 6. D.3. v.23. n.6
Cap.2. v.1. Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, &c. Fer.5.Dom.2.v.30. num. 4.
V. 12. Circumveniamus juſtum, quoniam inutilis eſt nobis. F.6.D.2.v.38. n.10. Et Fer.3. Paſſ.v.7. n.6
Cap.3. v. 1. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Fer.4. Paſſ. v.23. num.7
Cap.4. v. 3. Spuria vitulamina non dabunt radices ſuas, F.4.D.3.v.13.n.1.& 6
V. 20. Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi. Fer.6.D.2.v.41.n.1
Cap.5. v.1. Stabunt juſti in magna conſtantia adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt, F. 2.D.2.v.25.n.2
V.2. Videntes, turbabuntur timore horribili. F.5. D.2 v.23. n.3
V.3. Hi ſunt quos habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem, &c. Fer.2. D.1.v.34.n.4. Et F.5. D.2. v.24. n. 5
V. 4. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, Fer.2. D.1.cit.
V.18. Accipiet armaturam zelus illius, &c. F.2.D.1.v.31. n.10. Et F.2. Dom.4. v.15. num.2
V.19. Induet pro thorace juſtitiam, &c. F.2. D 1. citat.
V. 20. Sumet ſcutum inexpugnabile. ibid.
V.21. Acuet autem duram lanceam. ibid.
Cap.6. v.8. Non ſubtrahet perſonam cujuſquam Dominus, &c. F.5. D.3. v.40. n.13.

V.14.

V.14. Præoccupat eos,qui ſe concupiſcunt, Fer.6.Dom.1.v.14.n.2 & Fer.6. Dom.3. v. 26. n 2
V.19. Cuſtoditio legum, conſummatio incorruptionis eſt Dom. Paſſ. v. 51.n.5
V.22. Delectamini ſedibus & ſceptris ò Reges populi. Fer 4. D.2.v.21.n.11
Cap.7.n.26.Candor lucis æternæ,ſpeculum ſine macula. Dom.2.v.3 n. 9. & Fer.3.Paſſ. v.12. n.2
Cap.10.v.13. Deſcendit cum illo in foveam, Fer.6. D.4. v.17. n. 5
V.14. In vinculis non dereliquit eum. ibid.
V.21. Linguas infantium facit diſertas, F 3. D.1. v.16. n. 11
Cap.11.v.17. Per quæ quis peccat, per hæc & punitur. Fer 2. D.2.v.22.n.2. Fer.5.Dom.2. v.24 n.4. Fer.5. D.2. v.24.n.21. Fer.4.Do. 3. v.8.n.12. Dom.Paſſ.v.29.n.6 Fer 6.Paſſ. v.48. n.18
V. 23. Tanquam momentum ſtateræ , ſic eſt ante te orbis terrarum. Dom. 1. v. 8. num. 9
Cap.12. n.18. Tu autem Domine cum tranquillitate judicas, Fer.6. Cin. v 45.n.2.
Cap. 34. n. 22. In magno viventes inſcitiæ bello, tot ac tanta mala pacem appellant. Fer 6. Dom.1. v.3. n.7
Cap.16. v. 12. Non herba nec malagma ſanabat eos,ſed ſermo tuus,&c. Fer.4. D.3. v.39. n.4
V.21. Deſervient uniuſcujuſque voluntati , ad quod quiſque volebat, convertebatur, D.4. v.11. n.21
Cap.18.n.14. Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium haberet. Fer.6. Domin. 1. v.7. n.4
V.15. Omnipotens ſermo tuus Domine de cœlo à regalibus ſedibus venit, ibid. & Fer.2.Paſſ. v.33. n.1

ECCLESIASTICI.

Caput 1.

V.5. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, Fer.3. D.2. v.8.n.3
V.21. Timur Domini gloria,& gloriatio,& lætitia.& corona exultationis. D. 2. v. 6. num.6
Cap.2. v.1. Fili accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia & timore. Fer.5. D.1.v.23.n. 8. F. 6. Dom.1.v.10.num.& Fer.4. Dom. 4. v.28. n 2
V.10. Diligite illum,& illuminabuntur corda veſtra. Fer.2 D.2.v.27.n.2
Cap.3. v.20. Humiliate in omnibus,& coram Deo invenies gratiam. Fer.5. Do.1.v. 27. num. 5
Cap.4.v.7. Congregationi pauperum affabilem te facito. Fer.6. D. 3.v 27. n.1
V.25.Eſt confuſio adducens peccatum;& eſt confuſio adducens gratiam & gloriam, Fer.3. D.3. v.17. n.2
V. 33. Pro juſtitia agonizare pro anima tua. Fer.4. D.4. v.9.n.6
Cap.5. v. 8. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas , Fer.2. Dom.2. v.21. num.11
V.9. Subito enim veniet ira illius,& in tempore vindictæ diſperdet te, ibid.
Cap.6. v.5. Verbum dulce multiplicat amicos, Fer.6. Paſſ.37. n. 26
V. 11. Amicus ſi permanſerit fixus,erit tibi quaſi coæqualis,&c. Fer.6. D.4.v.3.n.1
V.16. Si videris ſenſatum, evigila ad eum, D.Paſſ. v.46. n. 8
Cap.9 v.10. Omnis mulier, quæ eſt fornicata,quaſi ſtercus in via conculcabitur, Fer. 4 D.3. v.7. n.3
Cap.10. v. 2. Secundùm judicem populi,ſic & miniſtri ejus , &c. Fer.2. Paſſ. v.32. num. 4
V. 11. Languor prolixior gravat medicum, Fer.6. D.4. v.1. n. 2
Cap.11.v.4. In die honoris tui non extollaris, D.Palm. v.5. n.18
V. 27. In die bonorum, ne immemor ſis malorum,Fer.2. D.1.v.35. n.6
Cap.13.v.29. Pauper locutus eſt, & omnes dicunt, quis eſt hic ? Fer.3. Dom.1. v.10. n.5
Cap.14. v.22. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur. Fer.4.Dom.3.v.15.n.3
Cap.15.v.18. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei,dabitur illi. Fer 4.Paſſ v 28 n.11
Cap.17. v. 12. Mandavit unicuique de proximo ſuo, Fer.3. D.3. v.15. n.13
Cap.18 v.23. Ante orationem præpara animam tuam,& noli eſſe,&c. Fer.5. Dom.1. v.22. n.4
V. 30. Poſt concupiſcentias tuas ne eas,& à voluntate tua avertere, F.4.D.1.v.38.n.4.

V.31.

V. 31. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus,&c. ibid.
Cap. 19.v.12. Sagitta infixi femori canis, ſic verbum in corde ſtulti, Fer.2.Dom.3.v.28. num.6
Cap.20.v.6. Eſt tacens, non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens, ſciens tempus apti ſermonis. Fer.2.Paſſ.v.37. n.2
V.32. Sapientia abſconſa,& theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? Fer.3. Paſſ. v. 4. n.9
Cap. 21. v. 7. Qui odit correptionem, veſtigium eſt peccatoris, Fer.6.Dom.3.verſ.19. num. 4
V. 18. Audivit luxurioſus & diſplicebit ei, &c. Fer.4.Paſſ.v.25. n.5
V. 29. In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientium os illorum, Fer.4.Dom. 3.v.11.num.4
Cap.23.v.28. Oculi Domini lucidiores ſuper ſolem, Fer.2.Dom.4.v.21. n.7
Cap. 24. v. 5. Ego ex ore altiſſimi providi, Fer.4.Dom.4.v.6. n.8
V. 26. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, Fer.2.Paſſ.v.37.n.16. Et Fer.6.D. 3.v.30.n.3
V. 29.Qui bibunt me,adhuc ſitient,Fer.6.D. 3.v.13. n.4
V. 30. Qui operantur in me,non peccabunt, Dom.Paſſ.v 51.n.4
V.31. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt,ibid.
Cap.26.v.18. Mulier ſenſata & tacita, Fer.6. Do.4.v.28.n.6
V.24. Fundamenta æterna ſupra petram ſolidam,&c. Dom.3.v.27.n.9.
Cap. 28.v.1. Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam,&c. Fer. 6.Cin.v.44. num.4
V. 2. Relinque proximo tuo nocenti te, &c. ibid.
V.3 Homo homini reſervat iram,&c. Fer.2. Dom.1.v.31.n.9
Cap.30.v.24. Miſerere animæ tuæ, placens Deo, Fer.2.Dom.1.v.42.n.6
Cap. 31.v.2. Infirmitas gravis ſobriam facit animam.F.5.Do.3.v.38.n.20
Cap.32.v.6.Ubi auditus non eſt,ne effundas ſermonem,Fer.2.Paſſ.v.37. n.2
Cap.34.v.4.Ab immundo quid mundabitur. Fer.2..Do. 3.v.23. n.4
Cap. 36.v. 6. Tolle adverſarium & afflige inimicum.Dom.1.v.6.n.3.
Cap.37.v.32. Noli avidus eſſe in omni epulatione,Fer.4.Cin.v.16.n.9
V. 33. In multis eſcis erit infirmitas. ibid.
V. 34. Propter crapulam multi obierunt, &c. ibid.
Cap. 38. v.26. Stimulo boves agitat & converſatur in operibus eorum,Fer.3.Dom.4. v.15.num. 3
Cap. 39. v. 6. Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum,Fer.5. Dom.3. v.42. n.1
Cap. 40.v.28. Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis,Do.2.v.6.n.6
Cap.41.v.1.O mors, quàm amara eſt memoria tua homini,pacem habenti in ſubſtantiis ſuis,Fer.5.Dom.2.v.22.n.11
V. 3. O mors,bonum eſt judicium tuum homini indigenti, ibid.
Cap. 48.v.3. Verbo Domini continuit cœlum. Dom.2.v.3.n.9
Cap. 15.v.10. Circumdederunt me undique, & non erat, qui adjuvaret, reſpiciens eram ad &c Fer.6.Do.1.v.7.n.17. Et Fer.4. Paſſ.v.24.n.5

PROPH. ISAIÆ.

Caput 1.

V. 2. Audite,cœli,filios enutrivi & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me, Fer. 5. Dom. 1. v.26.n.3.Fer.2.D.3.v.24.n.8.Et F.6.Paſſ.v. 42.n.19
V.3. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe Domini ſui Dom. Palm.v.5. n.22. Fer.2.Dom3.v.24.n.8
V. 4. Væ genti peccatrici,populo gravi iniquitate, Fer.2. cit.
V.5. Super quo percutiam vos ultra,addentes prævaricationem, ibid.
V. 6. A planta pedis uſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas, Fer.2. Dom. 3. v. 28. numer 2
V. 14. Calendas veſtras odivit anima mea, Fer. 4. Dom.2.v.5.num.3.Fer.3.Paſſ. v. 8. n. 3.& 7
V. 15. Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. ibid. n. 5
V. 16. Lavamini, mundi eſtote,ibid. Et F.4. Cin.v.17.n.7

V. 18. Arguite me, dicit Dominus. Fer. 3. D. 3. v. 15. n. 17
Cap. 3. v. 7. Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, Dom. 4. v. 15. n. 2
Cap. 5. v. 4. Quid eſt, quod debui ultra facere vineæ meæ, &c. F. 6. D. 2. v. 33. & n. 27. & n. 31.
V. 7. Vinea Domini, domus Iſraël eſt, Fer. 6. Dom. 2. v. 33. n. 3
V. 18. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, Fer. 2. Dom. 4. v. 15. n. 6. & 8
V. 22. Væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, Fer. 5. Dom. 2. v. 22. n. 14
Cap. 6. v 3. Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamant. Fer. 3. Paſſ. v. 12. n. 2
V. 10. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, Dom 3. v. 14. n. 11. & Fer. 4. Dom. 4. v. 7. n. 4
Cap. 7. v. 14. & 15. Vocabitur nomen ejus Emanuel, butyrum & mel comedet, Fer. 4. Paſſ. v. 28. n. 14
V. 20. Radet Dominus in novacula conducta, Fer. 2 Dom. 4. v. 15. n. 2.
Cap. 8. v. 19. Nunquid non populus à Deo ſuo requiret pro vivis à mortuis? Fer. 5. Dom. 2. v. 30. n. 6
V. 20. Ad legem magis & teſtimonium, ib.
Cap. 9. v. 2. Populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam. Fer. 4. Dom. 4. v. 1 n. 9
V. 6. Admirabilis, conſiliarius, Fer. 6. Dom. 1. v. 4. n. 2. & v. 7 n. 20. ibid
Cap. 11. v. 2. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus, &c. Fer. 3. Dom. 4. v. 15. n. 3. Fer. 2 Paſſ. v. 38 n. 7
V. 3. Non ſecundùm viſionem oculorum judicabit, Fer. 3. Dom. 4. v 24. n. 4
V. 4. Arguet in æquitate pro manſuetis terræ, Fer. 4 Dom. 3. v 3. n. 13
Cap. 12. v. 3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, Fer. 6. Dom. 3. v. 6. n. 14. & 17
Cap. 14. v. 11. Concidit cadaver tuum, ſubtè ſternetur vinea. Fer. 4. Cin. v. 19. n. 12
V. 13. Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Fer. 4. Dom. 2. v. 32. n. 3
Cap. 26 v. 1. Urbs fortitudinis noſtræ Sion, Salvator ponetur in ea, &c. D. Palm. v. 1. num. 9.
V. 9. Anima mea deſideravit te in nocte, F. 4 Dom. 4. v. 36. n. 2
Cap. 28 v. 12. Hæc eſt requies mea, &c. F. 6. Dom. 3 v. 6. num. 21
V. 16. Mittam in fundamentis Sion, lapidem electum, &c. Fer 6. Dom. 2. v. 42. n. 3
V. 21. Iraſcetur, ut faciat opus ſuum, alienum opus ejus. Fer. 2. Dom. 4. v. 15. n. 2
Cap. 29. v. 8. Sicut ſomniat ſitiens, & bibit, &c. Fer. 6. Dom 3. v. 15
V. 10. Dominus miſcuit ſpiritum vertiginis in medio eorum. Fer. 4. Dom. 4. verſ. 16. num. 6
Cap. 30. v. 12. Pro eo, quòd reprobaſti verbum hoc, Fer. 6 Dom. 2. v. 44. n. 1
V. 18. Exſpectat Dominus, ut miſereatur veſtri, Fer. 2 Dom. 3. v. 30. n. 16
V. 26. Lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum. Dom. 2. v. 2. n. 4
V. 33. Pilatus Domini ſicut torrens ſulphuris &c. Fer. 2 Dom. 1. v. 41. n. 6
Cap. 33 v. 14. Quis poterit habitare cum igne devorante? Fer. 2. Dom 1. v. 41. n. 7
V. 15. Qui ambulat in juſtitiis, & loquitur veritatem, &c. Fer. 4. Dom. 3. v. 2. nu. 10. & Fer. 2. Dom. 4. v. 15. n. 18.
Cap. 35. v 4. Dicite puſillanimis: confortamini. &c. Fer. 3. Dom. 1. v. 14. n. 1
V. 5. Tunc aperientur oculi cœcorum, &c. ibid. & Fer. 4. Dom. 4. v. 10. nu. 1. & Fer. 6. Paſſ. v. 48 n. 2
Cap. 40. v. 6. Omnis caro fœnum, Dom. 4. v. 10. n. 10
V. 9. Exalta in fortitudine vocem tuam, D. 3. v. 27. n. 4. & Fer. 2. Paſſ. v. 37. n. 12
V. 16. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, Fer. 4. Dom. 2. v. 20. v. 12
Cap. 41. v. 18. Aperiam in ſupinis collibus flumina Fer. 2. Paſſ. v. 38. n. 2
Cap. 42. v. 2. Non clamabit, neque audietur foris vox ejus. Fer. 3. Dom. 4. v. 28. n. 1
V. 14. Tacui, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar, Fer. 2. Dom. 1. v. 31. n. 9
V. 19. Quis cæcus, niſi ſervus meus? Fer. 3. Dom. 1. v. 14. n. 2
Cap. 44. v. 3. Effundam aquas ſuper ſitientem, Fer. 2. Paſſ. v. 38 n. 2
Cap. 45 v. 15. Verè tu es Deus abſconditus, Fer. 3. Cin. v. 18 n. 3 Fer. 2. Dom. 2. v. 25. n. 3. & Fer. 6. Dom. 3. v. 42. n. 2
Cap. 46 v. 13. Dabo in Sion ſalutem, & in Iſraël gloriam meam. Fer. 6. Dom 4 v. 40. num. 3.
Cap. 49. v. 6. Parum eſt mihi, ut ſis mihi ſervus, &c. Fer. 2. Paſſ. v. 36. num. 4.

Fer.5.Dom.1.v.24.n.1. & Fer. 6.Paſſ. v. 52. num.1

V.8. In tempore placito exaudivi te,&c.Fer. 4.Do.4.v.4.n. 5

V.10. Non eſurient neque ſitient amplius, Fer.6.Dom.3.v.13.n.5

Cap.51.v.3. Ponet deſertum ejus, quaſi delicias, & ponet deſertum,&c.Fer.6.Dom. Paſſ.v.54.n. 6

Cap.53.v.2. Non eſt ſpecies ei,neque decor, Dom.2.v.4. n.14

V.7. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum, &c. Dom.2.v.3. nu. 16. Fer.6.Dom.4.v.45.num.1. & Fer.6.Dom. Paſſ.v.33.num.4

Cap.54.v.1. Multi filii deſertæ magis,quàm ejus, quæ habet virum,Fer.2.Dom.3.v.25. num.4

Cap. 55. v. 1. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum,Fer.6. Dom.3.v.6.n.16.& v.15.n.3. Fer. 2. Paſſ.v. 37.n.22.& v.38.n.2

V. 4. Ecce teſtem populi dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.Fer.6.Dom.2.v. 43.num. 8

V.6. Quærite Dominum, dum inveniri poteſt, invocate, &c. Fer.2. Dom.2.v.21. n. 11. Fer.2 Paſſ.v.34.n.10.& Fer.3.Paſſ.v. 11.num.1

V.7. Derelinquat impius viam ſuam,&c. F. 2.Dom 2.cit. & Fer.3. Paſſ. cit.

Cap. 56. v. 11. Unuſquiſque ad avaritiam ſuam à ſummo ad noviſſimum,Fer 2.Do. 4.v.14.n.15

Cap.57.v.14. Auferte offendicula, Fer.6.Do. 4.v.38.n.9

Cap. 58.v.1. Clama ne ceſſes,quaſi tuba exalta vocem tuam,&c. Fer.4.Cin.v.17.n.8. Fer.2.Paſſ.v.37.n. 5.& n. 12

V. 2. Me etenim de die in diem quærunt,& ſcire vias meas volunt, Fer.2.Dom 4.v.17. num. 5

V.3. Quare jejunavimus & non aſpexiſti? Fer 4.Cin.v.17.n 8

V.6. Nonne hoc eſt magis jejunium, quod elegi? ibid.

V.9. Invocabis, & Dominus exaudiet; clamabis,& dicet: ecce adſum.Fer.5.Dom.3. v.38. n.28

V.11. Eris quaſi hortus irriguus, Fer.2. Paſſ. v.38.n.3

Cap. 59. v. 14. Corruit in platea veritas.Fer. 3.Paſſ v.7. n. 5

Cap.60.v.3. Ambulabunt gentes in lumine tuo, &c. Fer.6.Paſſ.v.48 n.7

V.5. Videbis & affluës, mirabitur & dilatabitur cor,&c. Fer 3.D.4.v.21.n.4

V. 21. Germen plantationis meæ, Fer.4. D 3.v.13.n.5

Cap. 61. v. 1. Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit me, &c.F.6.Cin.v.46. n.2

Cap.62. v. 11. Ecce Salvator tuus venit, ecce merces ejus cum eo,D. Palm. v. 5. n. 1

Cap. 63.v.3. Torcular calcavi ſolus, & calcavi eos in furore meo, Fer.6.Dom. 2.v. 33. num.18.

V.5. Circumſpexi, & non erat auxiliator. Fer.4.Dom 2.v.21. n.3

Cap.64.v.8. Et nunc Domine, Pater noſter es tu, Fer. 5. Dom. 1. v. 26. n. 4

Cap. 65 v. 14. Ecce ſervi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos, &c. Fer. 5. D. 2. v. 24. n. 1

V.24. Antequam clament, ego exaudiam, Fer 6.Dom.4.v.41.n.10

Cap.66.v 2. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum, Fer. 6. Dom. 1.v 6.n.1

V.24. Vermis eorum non morietur, Fer.2. Dom.1.v.41.n 5

PROPH. JEREMIÆ

Caput 2.

V. 6. Traduxit nos per deſertum, per terram ſitis, Fer.6.Dom.3.v.13.n. 3

V. 13. Duo mala fecit populus; me dereliquerunt, &c. Fer. 6 Dom.3.v.15.num.6.& Fer.2.Paſſ.v.37.n.24.

V.18. Quid tibi vis in via Ægypti, &c. Fer. 6.Dom.3. v.6.n.15

V. 19. Arguet te malitia tua, Fer. 6. Dom. 2. v 41.n.1.& Fer.2.D.4.v.15.n.4

V. 22. Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam Borith. Fer. 4 Dom.3. v.20. num. 2

V. 36.Vide,quàm vilis facta es. Fer.6.Dom. 1.v.2.n.7

Cap. 5. v. 1. Circuite vias Jeruſalem,& aſpicite & conſiderate, Fer.3. Dom. 3. v. 19. num. 9

Cap.6.v.13. A minore uſque majorem, omnes avaritiæ ſtudent, à propheta uſque ad ſacerdotem,Fer.3.Dom.1.v.12.n.12 Et Fer. 4.Dom.3.v.5.n.6
Cap.3.v.11.Nunquid ſpelunca latronum, facta eſt domus iſta? Fer.3.D.1.v.13.n.4
Cap.10.v.21. Quia ſtultè egerunt paſtores, ideo omnis grex eorum diſſipatus eſt, Fer. 4.Dom.3.v.14.n.9
Cap.11.v.19. Venite, mittamus lignum in panem ejus, F.6.D.2.v.38.n.10
Cap.12.v.3. Congrega eos,quaſi gregem ad victimam, Fer.2.Dom.1.v.32.n.4
℣.7. Reliqui domum meam,dimiſi hæreditatem meam,Fer.5.Dom.3.v.38.n.2.Et Fer. 3.Paſſ.v.1 n.10
Cap.15.v.19. Si ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris, Fer.3. Dom.4.verſ. 14.num.5
Cap.16.v.16. Mittam venatores, & venabuntur vos,Fer.5.D.1.v.21.n.3
Cap.17.v.9. Pravum eſt cor omnium & inſcrutabile, &c. Dom.3.v.17.n.1
℣.10. Dominus ſcrutans renes & corda,Fer. 4.Dom.2.v.20.n.5
℣.24. Non inferatis onera per portas in die Sabbati, Fer.6 D.1.v.9.n.2
℣.25. Ingredientur per portas civitatis hujus,reges & principes, Fer.2.Dom.1.v.34. num.8
Cap.18.v.6. Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, Fer.4.D.4.v.6.n.9
V.20. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt, &c. Fer.2. Dom.3.v.29. num.12
Cap.26.v.6. Dabo domum iſtam ſicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem, &c.Fer.2 Dom.4.v.16.n.11
℣.7. Audierunt ſacerdotes Jeremiam loquentem. ibid.
℣.8. Cum compleſſet Jeremias, loquens omnia, &c. ibid.
Cap.31.v.3. In charitate perpetua dilexi te, F.6 D.4.v.16.n.7
℣.20. Adhuc recordabor ejus, idcirco turbata ſunt viſcera mea, F.6.D.4.v.43.n.13
Cap.33.v.3. Clama ad me, & ego exaudiam te,Fer.5.Do.1.v.22.n.12

THRENORUM.

Caput 1.

℣.4 Filiæ Sion lugent, eo quòd non ſint,qui veniant ad ſolemnitatem, Fer.3. Paſſ.v.8. num.10
℣.7 Viderunt eam hoſtes,& deriſerunt Sabbata ejus, Fer.3.Paſſ.v.8.num.8
Cap.2.v.13.Magna velut mare contritio tua. Fer.4.Dom.1.v.39. n.6
Cap.3.v.25 Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum. Fer.3.Paſſ.v.12.n.3
℣.29. Ponet in pulvere os ſuum, Dom. Paſſ. v.46. n.6
℣.30. Dabit percutienti ſe maxillam,ſaturabitur opprobriis, ibid. Et Dom.1.v.3.n.17
Cap.4.v.8.Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, non ſunt cogniti in plateis, F. 4.Cin.v.17.n.7.& Fer.3.Dom.2.v.7.n.2

PROPH. BARUCH.

Caput 2.

℣.13. Tues Dominus Deus noſter. Fer. 3 Dom.1.v.11.n.2
Cap.3.v.1. Anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te, Fer.5.Dom.1. verſ. 21. num. 3
℣.38. Poſt hæc in terris viſus eſt,Fer.3.Dom. 4.v.28 nu.4

EZECHIELIS.

Caput 1.

℣.14. Ibant & revertebantur. Fer.2.Dom.3. v.30. n.15
Cap.3.v.7. Domus Iſraël nolunt audire te, quia nolunt audire me,Fer 6.Dom.2.verſ. 46.num.1
℣.26. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus. Dom. 3. verſ. 14. num. 9
Cap. 13. v. 19. Violabant me ad populum meum,propter pugillum hordei,&c.Fer.3 Dom.1.v.11.n.12
Cap.15.v.2. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis? Fer.6 Dom.2.v.33.n.6
Cap. 17.v.3. Aquila grandis magnarum alarum. &c. Dom.2.v.1.n.1

Cap.18.v.*4*. Omnes animæ meæ ſunt; ſicut anima patris, ita anima filii, Fer.4. Dom.4. v.*2*. n. 2

V.*21*. Si impius egerit pœnitentiam, &c. F. *3*. Dom.3.v.22.n.1

V.*22*. Omnium iniquitatum ejus non recordabor, ibid.

Cap.23.v.38. Polluerunt ſanctuarium meum, & ſabbatha mea profanaverunt, F.3. Paſſ. v.11. n.5

Cap.26.v.5. Siccatio erit ſagenarum in medio maris, F. 2. Paſſ. v.38. nu.2

Cap.*33*. v.*11*. Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur, &c. Fer.4. Paſſ. v.28. n.*13*.

V.*31*. Audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos. Dom. Paſſ. v.47.n.8

Cap.*34*.v.10. Ecce, ego ipſe requiram oves meas, F.*6*. D.v.14. n.*3*

Cap.37. v.*3*. Fili hominis, putaſne vivent oſſa iſta, D. Paſſ. v.*51*. n.*6*

V.4. Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: oſſa arida, ibid.

V.5. Hæc dicit Dominus oſſibus his: ecce ego intromittam, ibid.

V.*6*. Dabo vobis ſpiritum & vivetis, ibid.

Cap.39. v.29. Effodi ſpiritum meum ſuper omnem domum Iſraël, Fer.2. Paſſ. v.38. n. 2

DANIELIS

Cap. 2.

V.*34*. Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, F.6. Do.2.v.42. n.2

Cap.3.v.27. Viæ tuæ rectæ, Fer.2. Dom.1.v. 33. n.*6*

Cap.4.v.24. Peccata tua eleemoſynis redime, Fer.2. Domin. 1. v. *42*. n.*1*

Cap 7. v.10. Decies millies centena millia aſſiſtebant ei, F.*4*. Dom.2.v *22*.n.*3*

Cap.13. v. 5. Egreſſa eſt de Babylone iniquitas, à ſenioribus judicibus, F.2. Paſſ. v.32. n.2

V.22. Anguſtiæ ſunt mihi undique, F. 4. Paſſ.v.*24*. n.*6*

OSEÆ

Caput 2.

V.*6*. Sepiam viam tuam ſpinis, F.*6*.Dom.2. v.33. nu.10

V. *8*. Dedi eis aurum meum, & argentum meum, &c. F.3. Do.2.v.5. n.6

V.14. Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus, F.2 D.2. v.*21*. n.11

Cap.4. v. *8*. Peccata populi mei comedent, Fer.2.D.4.v.*16*.n.11

V.11. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor, Fer.4.Do.3.v.14.n.7

V.12. Fornicati ſunt à Deo ſuo, F.4. Dom.1. v.39. n.*4*

Cap.5. v. 4. Non dabunt cogitationes ſuas, ut revertantur, &c. F.*6*.D 3.v.6. n.5

V.6. In gregibus ſuis & armentis vadent ad quærendum Dominum, & non invenient, F.2. Paſſ. v.34. n.9

Cap.6. v.2. Percutiet & curabit nos, Fer.5. Dom.1.v.*26*. n.1

V.3. Vivificabit nos poſt duos dies, & tertiâ die reſuſcitabit, F.2. Dom.*4*. v.19.n.2

Cap.7.v.15. Ego confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam, F.2. Paſſ. v.32. n.2

Cap.9. v.12. Væ eis, cùm receſſero ab eis, F.2. Do.2. v.21. n. 5

Cap.11.v.8. In funiculis Adam traham eos, D.Palm. v.2. n.17

V. 9. Non faciam furorem iræ meæ, quoniam Deus ego, &c. F.2. Dom.1.v.31.n.9. Et F.3. Do.*3*. v.22. n.3

Cap.13.v.9 Perditio tua ex te Iſraël, tantummodo in me auxilium tuum, F.4. Paſſ. v.28.num.10

JOELIS

Caput 2.

V.12. Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, fletu, &c. F.*6*.Dom.4.v.33. n.9. & F.*4*. Cin.v.17 n.1

V.13. Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, F.4. Cin.cit.

V.28. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, F.2. Paſſ. v.38.n.2

AMOS

Caput 1.

V.3. Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non convertam eum, F.6. Do. 4.v.39 num.17.

V.6. Super 3. ſceleribus Gazæ, & ſuper 4. non convertam eum. ibid.
V.9. & 11. Super 3 ſceleribus Tyri & Edom, & ſuper 4. non convertam eum.
Cap.2. v.15. Aſcenſor equi non ſalvabit animam ſuam, D.Palm. v.5.n.18
Cap.5. v.21. Odivi & projeci hoſtias veſtras, &c. F.3 Paſſ. v.9. n.12
Cap.6.v.1. Væ, qui opulenti eſtis, Fer.5. Do. 2 v.22. n.14
V.6. Optimo unguento delibuti, Fer.3. Do. 2. v. 4. n.6
Cap.8. v. 12. Circuibunt, quærentes verbum Domini, & non invenient, F.2.Dom. 2.v.21. n.10

JONÆ

Caput 1.

V.12. Tollite me, & mittite me in mare, & ceſſabit mare à vobis, F.4.Dom.1 v.39.n.6
Cap.3. v.4. Adhuc 40. dies, & Ninive ſubvertetur, Fer.4.Do.1.v.40.n.1. Et F.3 D.3. v.20. n.4. F.2. Paſſ.v.23.n.10
V.10. Vidit Deus opera eorum, quia converſi ſunt de via ſua mala, &c. F.4. Cin. v.17. n.7

MICHÆÆ

Cap. 4.

V.8. Et tu turris gregis nebuloſa filiæ Sion uſque ad te veniet, Fer.6 Dom.2.v.33.n.22
V.10. Veniens uſque Babylonem, ibi liberaberis, F.6.D.3. v.6. n. 25

HABACUC

Caput 1.

V.8. Volabunt quaſi aquila feſtinans, F.2. Dom.1. v.32.n.1
Cap.2. v.3. Adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur, &c. F.6. Dom. 4.v.17. n 1
V.6. Væ ei, qui multiplicat non ſua; uſquequò & aggravat contra ſe denſum lutum, F.5.Dom.2. v.22. n.15
V.9. Væ, qui congregat avaritiam, ibid.
V.11. Lapis de pariete clamabit. Dom. 1. v. 3. n.19
V.12. Væ, qui ædificatis civitatem in ſanguinibus, F.4 Dom.2.v.21.n.6
Cap.3. v 2. Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis, &c. Fer.2. Do.2. v.40.n.2. Et F.3 D.4. v.14. n.10
V.6. Incurvati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis ejus, Fer.2.D.1.v.46.n.5.

SOPHONIÆ

Caput 1.

V.12. Scrutabor Jeruſalem in lucernis, F.6. Paſſ.v.48.n.18

AGGÆI

Caput 1.

V.6. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum, &c. F.6.Cin.v.2. n.5

ZACHARIÆ

Caput 8.

V.20. Uſquequò veniant populi, & habitent in civitatibus munitis, Fer.3. Dom.4 v.31. n.1
V.21. Et vadant habitatores, unus ad alterum, &c. ibid.
Cap.9.v.9. Exulta filia Sion, jubila filia Jeruſalem D.Palm. v.1. n.3. Et v.5. n.1. ibid.
Cap.10.v.2. Idcirco abducti ſunt, quaſi grex; affligentur, quia non eſt eis paſtor, F.6. Dom.1.v.7. nu.10
V.8. Sibilabo eis & congregabo illos, quia redemi eos, F.4.Paſſ.v.27.n.2
Cap.13.v. 1. In die illa erit fons patens domui David, F.4.Paſſ.v.37 n. 24
Cap.14.v.21. Venient omnes immolantes, & non erit mercator ultra in domo Domini, F.2.Dom.4.v.16.n.7

MALACHIÆ

Caput 1.

V.6 Si ego pater, ubi honor meus? F.6.Cin. v.48. n.1

Cap. 2. v. 7. Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, F. 3 Dom. 1. v. 16. num. 8. Et F. 4. Dom 3. v. 15. n. 3

V. 10. Nunquid non pater unus omnium noſtrum, &c. F. 3. D. 2. v. 8. n. 4

LIB. I. MACHABÆORUM

Caput 1.

V. 23. Accepit candelabrum luminis, Fer. 4. Dom. 4. v 1. n. 11

II. MACHAB.

Caput 3.

V. 18. Gregatim de domibus concurrebant, publica ſupplicatione obſecrantes, Fer. 3. Dom 3. v. 20. n. 4

V. 24. Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis evidentiam, F. 3. D. 3. v. 20. n. 4

V. 36. Teſtabatur omnibus ea, quæ ſuis oculis viderat, Fer. 4. Dom. 4. v. 9. n. 6

Cap. 6. v. 4. Templum erat luxuria & comeſſationibus gentium plenum, F. 2. Dom. 4. v. 17. n. 17

Cap. 7. v. 22. Neque ego ſpiritum & animam donavi vobis, & vitam & ſingulorum membra non ego ipſa compegi, &c. F. 3. Dom. 2. v. 10. n. 2

Novi Teſtamenti Initium.

MATTHÆI

Caput 1.

V. 21. Vocabis nomen ejus Jeſum; ipſe enim ſalvum faciet, &c. Fer. 3. Dom. 1. v. 11. n. 2

Cap. 2. v. 23. Nazaræus vocabitur, ibid.

Cap. 3. v. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Fer 6. Cin. v 41. n. 4. Et Dom. 1. v. 1. n. 11. Et F. 3. Do. 2. v 11. n. 2. Et Do. 2. v. 5. n. 5

Cap. 4. v. 3. Die, ut lapides iſti panes fiant, F. 4. Paſſ. v. 24. n. 15

V. 4. Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, &c. Dom. 4. v. 12. n. 7

V. 17. Exinde cepit Jeſus prædicare, F. 3. D. 2. v. 7. n. 2

V. 19. Faciam vos fieri piſcatores hominum, F. 6. Do. 3. v. 10. n. 15

Cap. 5. v. 1. Videns turbas aſcendit in montem, F. 3. Paſſ. v. 12. n. 4

V. 3. Beati pauperes ſpiritu, &c. ibid.

V. 5. Beati qui lugent, &c. ibid.

V. 6. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, &c. F. 4 Cin. v. 17. n. 1

V. 9. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, F. 6 Cin. v. 45. n. 3

V. 10. Beati, qui perſecutionem patiuntur, &c. F. 3. Paſſ. v. 12. n. 4

V. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant, &c. Fer. 6. Cin. v. 1. n. 3. Et D. 2. v. 5. n. 5

V. 23. Relinque ibi munus tuum, Fer. 6. Cin. v. 44. n. 3

V. 43. Diliges proximum tuum, Fer. 2. D. 1. v. 43. n. 6

V. 44. Benefacite his, qui oderunt vos, F. 5. Dom. 2. v 24. n. 8

V. 45. Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, F. 3. Dom 4. v. 24. n. 4

Cap. 6. v. 7. Orantes, nolite multum loqui, F. 6. Dom. 4. v. 3. n. 9

V. 10. Adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, &c. Fer. 2. Dom. 1. v. 34. n. 10. F. 4. Dom. 1. v. 38. num. 4. Et Dom. 2. v. 4. num. 12

V. 14. Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, &c. Fer. 6. Cin. 44. n. 4

V. 20. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, Fer. 4. Cin. v. 20. n. 2

V. 24. Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ, F. 1. Dom. 1. v. 12. num. 9

V. 33. Quærite primùm regnum Dei, &c. F. 2. Dom. 1. v. 34. n. 10

Cap. 7. v. 4. Nolite dare ſanctum canibus, &c. D. 1. verſ. 3. num. 14. F. 4. Dom. 2. v. 17. n. 3. Et F. 2. Dom. 4. v. 21. n. 1

V. 8. Omnis qui quærit, invenit, Fer. 2 Paſſ. verſ. 34. n. 9

V. 9. Quis eſt ex vobis, quem ſi petierit filius ſuus panem, nunquid lapidem porriget ei? Domin. 1. v. 3 n. 10

V. 15. Veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem, &c. F. 2. Dom. 4. v. 14. n. 9. & Fer. 6. Paſſ. v. 50. n. 3

V. 19

V.19. Omnis arbor, quæ non facit fructum, excidetur, F.2. Dom.1. v.42. n.5
V.28. Admirabantur turbæ ſuper doctrina ejus, F.3. Paſſ. v.12. n. 4
Cap.8. v.8. Tantùm dic verbo, F.4 Dom.2. v. 21. n.9
V. 10. Non inveni tantam fidem in Iſraël, ibid.
V.14. Cùm veniſſet Jeſus in domum Petri, vidit ſoctum ejus, &c. F.5. num.3. v.38. num.12
V.15. Tetigit manum ejus. Fer.4. Dom 3. v. 39. n.1.
V.16. Ejiciebat ſpiritus verbo. Fer.5. Dom. 3. v.40. n.5. & 21
V.22. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Fer.5. Do.2. v.22. n.18
V.29. Quid nobis & tibi Jeſu, fili Dei? veniſti &c. Dom.1. v.3. n.6. Dom.3. v.23. num.1. Fer.5. Do.3. v.41. n.1. & 7. Et Fer.4. Dom.4. v.6. n.2.
Cap.9. v.8. Glorificaverunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. F.6. Dom. 1. v.7. n.18. & Fer.3. Paſſ. v.12. n.6
V.11, Cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter. F.4. Dom.3. v.2. num.2
V.12. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Fer.2. Domin.2. v.21. n 5
V.13. Miſericordiam volo magis, quàm ſacrificium. Fer.4. D.3. verſ.5. num.4. Et D. Paſſ. v.49. n.3
V.34. In principe dæmoniorum ejicit dæmones, D.3. v.17. nu.4.
Cap.10. v.5. In viam gentium ne abieritis. F.5. D.1. v.21. n.1. Et v.23. n.2. ibid. Et F.6. Dom.3. v.40. num.1
V.16. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Fer.6. Cin. v.45. num.2
V. 20, Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, &c. Fer.3. Domin.4. v.16. n.5
V.27. Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Fer. 4. Dom 3. v.10. num.1
V.33. Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. Fer. 6. Do.1. v.15. n.5
V.36. Inimici hominis, domeſtici ejus, Fer. 6. Dom.3. v.39. n.1
V. 42. Qui potum dederit uni ex minimis iſtis, amen dico vobis, non perdet mercedem. F.6. Dom.3. v.10. n.13
Cap.11. v.13. Prophetæ & lex uſque ad Joannem, F.3. Domin.2. v.2. n.3
V.23. Et tu Capharnaum, nunquid uſque in cœlum exaltaberis, &c. F.2. Dom.3. verſ.25 num.15
V.25. Confiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à prudentibus, &c. Fer.3. Dom.1 v.11. n.1. F.6. Dom.3. v.26. num.3. Et F.3. D.4. v.31. n.4
V.27. Omnia mihi tradita ſunt à patre, & nemo novit filium niſi Pater, &c. Fer.6. Dom.1. v.13. n.2. Dom.2. v.5. nu.4. Et F. 3. Dom.4 v.16. nu. 2. Et Fer.3. Do.4. v.29. num.1
V. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Fer.6 Dom.3. v.9. n.7. Et F.6. Dom.3. v.6. n.19
V.29. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, &c. Domin. 1. v.4. n.2. Et F.6. Cin. v.46. n. 2. Et F. 3. Do.2. v.6. n.5. Et Fer.4. Dom.3. v.3. n.13. Et F.4. Dom.3. v.5. n.6
Cap. 12. v. 13. Tunc ait homini: extende manum tuam; & extendit, &c. F.6. Paſſ. verſ.47. n.17
V. 22. Oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus & mutus, Dom.3. v 14. n.11
V. 23. Stupebant omnes turbæ, & dicebant: nunquid hic eſt filius David. F.3. Paſſ. v. 12. n.4
V.24. Phariſæi audientes hoc, dixerunt: hic non ejicit dæmonia, niſi, &c. D.3. v.15. num.1
V.28. Si autem ego in ſpiritu Dei ejicio dæmonia, Dom.3. v.20. nu. 1
V.29. Quis poteſt vaſa ejus diripere? Dom. 3. v.22. n.2
V.31. Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ, &c. D.3. v.15. n.2
V.34. Ex abundantia cordis os loquitur. F. 2. Paſſ. v.37. n.14
V.43. Exiens ab homine, ambulat per loca arida & deſerta. D.1. v.1. n.8
V. 45. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, &c. F.6. Dom. 1. v.14. n.7. & n.9
Cap.13. v.25. Cùm autem dormirent homines venit inimicus, &c. F.6. Do.4. v.13. n.1
V.30. Tempore meſſis, dicam meſſoribus: colligite, &c. Fer.2. Do.1. v.31. n.13

V. 48. Elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. ibid. v. 32. n. 3

V. 55. Nonne hic eſt fabri filius, & mater ejus dicitur Maria? Fer. 2. Do. 2. v. 23. n. 12. & v. 24. num. 4

Cap. 14. v. 14. Curavit languidos eorum, Do. 4. v. 5. n. 8

V. 15. Dimitte turbas, ut euntes in villas, &c. ibid.

V. 17. Non habemus niſi quinque panes, & duos piſces, Dom. 4. v. 9. n. 1

V. 36. Quicunque tetigerunt, ſalvi facti ſunt, Fer. 6. Dom. 3. v. 9. n. 1

Cap. 15. v. 24. Non ſum miſſus, niſi ad oves, quæ perierunt, domûs Iſraël, Dom. Palm. v. 5. num. 7

V. 27. Et catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa, Fer. 5. Dom. 2. v 21. n. 12.

Cap. 16. v. 8. Quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis, Dom. 4. v. 9. n. 8

V. 16. Tu es Chriſtus, filius Dei vivi, Dom. 2. v. 1. n. 2 & D. 2. v. 5. n. 4

V. 17 Caro & ſanguis non revelavit tibi, Fer. 5. D. 3. v. 38. n. 15 & Fer. 6. Dom. 4. v. 27. n. 4

V. 19. Tibi dabo claves regni cælorum, &c. Fer. 3. D. 3. v. 18 n. 3. & Fer. 6. D. 4. v. 44. n. 12

V. 21. Cepit oſtendere, quia oportebat eum multa pati. Fer. 3 Paſſ. v. 12. n. 4

V. 22. Abſit à te Domine; non erit tibi hoc, Dom. 2. v. 3. n. 13

V. 26. Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum &c. Fer. 4. Cin. v. 20. n. 6. & Do. 1. v. 10. n. 1. & F. 2. Dom. 3 v. 23. n. 6.

V. 27. Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui. Dom. 2. v. 5. n. 4

Cap. 17. v. 5. Hic eſt filius meus dilectus, &c. Dom. 2. v. 1. n. 2

Cap. 18. v. 20. Ibi ſum in medio veſtri. Fer. 3. Dom. 2 v. 20. n. 11

V. 21. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Fer. 3. D. 3 v. 15. n. 1

Cap. 19. v. 11. Non omnes capiunt verbum iſtud, Fer. 4. Dom. 2. v. 17. n. 3

V. 17. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata, Fer. 4. Dom. 3. v. 3. n. 15

V. 27. Ecce nos reliquimus omnia, Fer. 2. D. 2. v. 23 n. 7. & Fer. 5. D. 3. v. 38. n. 3. & n. 15

V. 28. Vos, qui me ſecuti eſtis in regeneratione, &c. Fer. 2. Dom. 1. v. 32. n. 3. & Fer. 4. D. 2. v. 21. n. 10. & Fer. 3. Dom. 4. v. 24. n. 4

Cap. 20. v. 8. Voca operarios, & redde illis mercedem, Fer. 6. Dom. 2. v. 43. n. 10

V. 18. Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, &c. Fer. 3 Paſſ. v. 12. n. 4

Cap. 21. v. 3. Dicite, quia Dominus his opus habet, Dom. Palm. v. 3. n. 10

V. 7. Adduxerunt aſinam & pullum, &c. D. Palm. v. 2. n. 10

V. 8. Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua. Fer. 3. Paſſ. v. 12. n 4

V. 13. Domus mea, domus orationis vocabitur, Fer. 3. Dom. 1. v. 12. n. 11. & Fer. 2. Dom. 4. v. 16. n. 4. Et D. Palm. v. 1. n. 3

V. 14. Acceſſerunt ad eum claudi & cæci in templo, & ſanavit eos, D. Palm. v. 9. n. 9

V. 15. Videntes Principes mirabilia quæ fecit, indignati ſunt, Fer. 3 Paſſ. v. 12. n. 4

V 33. Peregrè profectus eſt, F. 6. D. 2 v. 38. n. 9

V. 39. Hic eſt hæres, venite occidamus eum. Fer. 3. Dom. 3. v. 15. n. 24

V. 39. Ejecerunt eum extra vineam, Fer. 2. Dom. 3. v. 29. n. 6

Cap. 22. v. 12. Amice quomodo huc intraſti, at ille obmutuit, Dom. 3. v. 14. n. 10

V. 14. Multi ſunt vocati, pauci verò electi, Dom. 2. v. 1. n. 1

V. 16. Magiſter, ſcimus quia verax es, Fer. 4. Do. 3. v. 8. n. 3. Et Fer. 4. Paſſ. v. 25. n. 4

V. 21. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, Fer. 6. Paſſ. v. 48 n. 13

Cap. 23. v. 6. Amant primos recubitus primas cathedras, ſalutationes, &c. Fer. 3. Do. 2. v. 2. n. 5

V. 13. Clauditis regnum cœlorum ante homines. D. 3. v. 15. n. 1. Et F. 2. Paſſ. v. 32. n. 3.

V. 24. Duces cæci, excolantes culicem, glutientes camelum. F. 4. D. 3. v. 2. n. 10. & F. 6. D. 3. v. 9. n. 3

V. 25. Væ vobis, quia mundatis quod deforis eſt calicis, Fer. 4. D. 3. v. 20. n. 2

V. 38. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta, Dom. Paſſ. v. 59. n. 12. & Fer. 2. Paſſ. v. 34. num. 5

Cap. 24. v. 23. Si quis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus, nolite credere F. 2. Paſſ. v. 34. n. 6

V. 38. Sicut erant in diebus ante diluvium, comedentes & bibentes, nubentes & nuptui dantes uſque ad eum diem Fer. 2. D. 1. v. 31. n. 2

Cap. 25. v. 11. Domine, aperi nobis, Fer. 5. D. 2. v. 24. n. 2

V.14. Uni dedit quinque talenta, alii duo, alii unum &c. F.6. D.2. v.33. n 28 & v.34. n. 2. ibid.
V.21. Intra in gaudium Domini tui. Fer.5. D. 2. v.25. n.3
V. 29. Omni habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, &c. Fer.2. Dom.2. v.23. num.11
V.34. Venite benedicti Patris mei, & poſſidete, &c. F.4. D.2. v.23. n.3
Cap.26 v.10 Cur moleſti eſtis huic mulieri? F.6. D.3. v.32. n.5
V.14. Tunc abiit unus de 12. ad principes Sacerdotum, &c. F.3. Paſſ. v.12. n.4.
V.39. Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Fer.4. Dom.1. v.38. n.4 & Fer.4. D. 2. v.22. n.23
V.47. Miſſi à principibus Sacerdotum, cum gladiis & fuſtibus, F.3. Paſſ. v.12. n.4
V.53. An putas, quia non poſſum rogare Patrem, & exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones Angelorum, Dom.2. v.3. num.16.
V.56. Omnes, relicto eo, fugerunt, D.3. v. 27. num.10
V.59. Principes Sacerdotum quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum, F.3. Paſſ. v.12. n.4
V.61. Poſſum deſtruere templum hoc, & poſt triduum reædificabo illud. Fer.2. Dom. 4. v.17. num.18
V.64. A modo videbitis filium hominis, ſedentem à dextris virtutis Dei, Fer.2. Do.1. v.41. n.7
V.73. Loquela tua manifeſtum te facit, F.4. Paſſ. v.28. n.6
V.75. Egreſſus foras, flevit amarè, Fer.6. D. 4 v.44. n.17
Cap.27. v.14. Et non reſpondit ei. Fer.2. Do.1. v.31. n.9
v.23. Quid enim mali fecit? F.6. Paſſ. v.47. n.18
V.24. Innocens ego ſum à ſanguine juſti hujus, Fer.4 Dom.3. v.20. n.2
V.40. Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas! F.2. D.4. v.19. n.1
V.42. Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere, Dom. Palm. v.9. n.10.
V.54. Verè filius Dei erat iſte, Fer.6. Paſſ. v. 48. n.4 & Fer.3. D.3. v.15. n.24
V.64. Ne fortè veniant diſcipuli ejus, & furentur, F.2. Paſſ. v.34. n.3
Cap. 28. v. 18. Data eſt mihi omnis pot eſtas in cælo & in terra. Fer.6. Cin. v.44. n.1 & Fer.4. Dom.2. v.20. n.2
V.20. Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Fer.2. D.2. v.21. n.3

MARCI.

Caput 1.

V.24. Quid nobis & tibi, Jeſu Nazarene veniſti ante tempus torquere nos? Fer.4. D. 1. v.38 n.5 & Fer.5. Dom.3. v.41. n.7
V.30 Decumbebat ſocrus Simonis febricitans, & dicunt ei de illa. Fer.5. Dom.2. v.38 num.11
V.31. Apprehensâ manu levavit eam, Fer.5. D.3. v.39. n.10
Cap.2. v.32. Afferebant ad eum omnes malè habentes, Fer.1. Dom.3. v.40. n.7
V.35. Diluculo valde ſurgens, egreſſus abiit. Fer.5 Dom.3. v.42. n.1
Cap. 3. v.21. In furorem verſus eſt, Fer.4. D. 1 v.46. n.4
Cap.5 v.7. Quid mihi & tibi, Jeſu fili Altiſſimi, Fer.5. D 3. v.41. n.7
V 12. Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. ibid.
Cap.6. v.5. Non poterat ibi virtutem ullam facere. Fer.2. Dom.2. v.23. n.10
V. 25. Volo, ut protinùs des mihi in diſco caput Joannis, Fer.4. Dom.1. v.38. n.4
V.31. Nec ſpatium manducandi habebant, Fer.4. Dom.1. v.46. n.6
V.33. Pedeſtres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc, &c. Dom.4. v.1. n.1
V.34. Et exiens vidit turbam multam & miſeratus eſt ſuper eos, Dom.4. v.5. n.8 Do. 4. v.12. n.7
V.36. Dimitte illos, ut euntes in villas emant ſibi cibos. D. 4. v.5. n. 8
V.37. Euntes emamus panes ducentis denariis, ibid.
V. 38. Quot panes habetis? Dom. 4. v. 9. num. 1. & 8
Cap.7. v.2. Cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis ejus, non lotis manibus manducare panes. Fer.4. Dom.3. v.2. n.4
V. 3. Phariſæi & omnes Judæi, niſi crebrò laverint manus, non manducant, Fer.4. D. 3. v.2. n.8

V.14. Audite me omnes,& intelligite,Fer.4. Dom.3.v 10. n 6

V.17. Cùm introiſſet domum à turba, interrogaverunt eum diſcipuli ejus, Fer.4. Do. 3.v.12. n.1

V.24. Ingreſſus domum, neminem voluit ſcire.Fer.5 D.1 v.21.n.1 & v.22. n.6

V.27. Sine priùs ſaturari filios. Fer.5.D.1. v. 26.num.2

V.29. Propter hunc ſermonem, vade: exiit dæmonium à filia tua,Fer.5. Dom.1.v.48. num. 6

Cap. 8. v.15. Cavete à fermento Phariſæorum.Fer.3.D 2.v.1. n.1

Cap.9. v.40 Quiſquis potum dederit vobis, calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis,amen dico vobis. Fer.2.Dom. 1.v. 37.num.1

Cap. 10.v.35. Accedunt ad eum Jacobus & Joannes,&c. Fer.4.Dom.2.v.20.n.5

V.48.Fili David miſerere mei, Fer.4 Dom. 4.v.4. num.2

Cap.11.v.4. Invenerunt pullum ligatum ante januam foris in bivio. D. Palm.v.2.numer. 11

V.11.Introivit Jeroſolymam in templum, & circumſpectis omnibus.Fer.3.Dom.1.v.17. num.5.& Dom.Palm.v.9 n.9

V.15. Cœpit ejicere vendentes,Fer.3.Dom.1. v.12.n.12

V.18.Quærebant, quomodo eum perderent; timebant enim,Fer.3 Dom.1.v.15.n.1

Cap.12.v.12 Quærentes eum tenere, timuerunt turbas. Fer.3.Paſſ.v.12.n.4

Cap.14.v.6. Simite eam, quid illi moleſti eſtis? Fer.6 Dom.4.v.32. n.5

Cap. 15.v.11. Pontifices concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis, Fer.3 Paſſ.v. 2.n.4

V. 30. Salvum fac temetipſum,deſcendens de cruce D.Palm.v.9. n.10

V. 39. Verè hic homo filius Dei erat. Fer.2. Dom.2.v.28.n.4 & Fer 6.D 3.v.6.n.12

Cap. 16. v. 14. Exprobravit incredulitatem eorum,& duritiam cordis.Fer.3.Dom.3.v. 15.n.22

V. 20. Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante. &c.Fer.5.D. 3. v. 43. n. 4.

LUCÆ.

Caput 1.

V.14. Multi in nativitate ejus gaudebunt. Fer.3.Paſſ.v.8 n.4

V.15 Hic erit magnus coram Domino.Fer.3. Dom.1.v.11. n.2

V 26. Miſſus eſt Angelus Gabriel,&c Fer.2. Dom.2.v.23. n. 11

V. 31. Vocabis nomen ejus Jeſum, Fer.3.D. 1.v.11.n.2

V.32. Dabit illi Dominus ſedem David patris ejus.ibid.v.12.n.3

V.38 Ecce ancilla Domini fiat mihi,&c.Fer. 4.Dom.2.v.28.n.3

V 53. Eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes,Fer.2.D.3.v.26 n.1.& Do.4. v.12.n.1. & Fer.2.Paſſ.v.37.n.20

Cap. 2. v. 11. Natus eſt vobis hodie Salvator Dom.Palm.v.5.n.8

V.44. Requirebant eum inter cognatos & notos,Fer.2.Paſſ.v.34.n.9

V. 48 Fili,quid feci nobis hic? Fer.6. Do. 3. v.6.n.12.

V.49. Quid eſt quòd me quærebatis, neſciebatis,&c. Fer.3 D 1.v.13.n.1. & Fer.3.Paſſ. v.8 num.2

Cap 3. v 8. Facite dignos fructus pœnitentiæ,potens eſt Deus,&c. D. Palm.v.3 n.10. & Fer 4 Dom.4.v.6.n.12

Cap.4.v 1. Jeſus autem plenus Spiritu ſancto,regreſſus eſt à Jordane,D.1.v.1.n.11

V.2.Conſummatis illis, eſuriit,Dom 1.v.2.n. 10.& Dom.1.v.11.n.1

V. 5. Oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis,Dom.1.v.8.n. 8. & Fer. 4. Dom. 2. v.23. n.5

V.6 Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam, & omnem gloriam eorum. ibid.n.5

V.22. Omnes teſtimonium illi dabant,& mirabantur in verbis gratiæ,&c.Fer.2 Dom. 3.v.28.n 5

V. 23 Quanta audivimus facta in Capharnaum,fac & hîc. ib d v.24.n.8

V.42 Turbæ requirebant eum,Fer.3 Paſſ v. 12.num. 4

Cap.5.v.1.Cùm turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei,F.3.Paſſ.v.12.n.4

V.30.Cum Publicanis & peccatoribus man-

duæ. Magiſter veſter. Fer.4. Dom.3 v.2. num.2
Cap.6.v.17. Deſcendens, ſtetit in loco campeſtri. Dom.1 v.8 n.3
℣. 18. Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, Fer.5.Paſſ.v.12. n.4.& Fer.5.Dom.3.v.39.n.10
℣.20. Elevatis oculis in diſcipulos dicebat : Beati pauperes.Dom 4.v.5.n.1
℣.37 Dimittite,& dimittemini,Fer.6.Cin.v. 44.n.1
Cap.7 v.16. Accepit omnes timor,& magnificabant eum, Dom.2.v 6.n.4
℣.48.Remittuntur tibi peccata,Fer. 6.Do.4. v.23.n.5
Cap. 8.v.3. Miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.Fer.4.D.2.v.20.nu.4.& Fer.6.D.4 v.3. num.6
℣. 7. Aliud cecidit inter ſpinas,& ſimul exortæ ſpinæ ſuffocaverunt illud,F.2.Paſſ.v. 37 num. 4
℣.21.Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei,cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant,Fer.4.D.1.v. 38. n. 5. & F. 4 Dom.2.v.17.n.3
℣. 13. Ne credentes ſalvi fiant, Dom. Paſſ.v. 47.num.6
℣. 28. Quid mihi & tibi Jeſu, fili Dei altiſſimi? F.5.Dom.3.v.41.n.7
Cap.9.v.11. Excepit eos,& loquebatur eis, Dom.4 v.5. n.8
℣. 13. Non ſunt nobis plus, quàm quinque panes,& duo piſces, Dom.4.v.9.n.1.
℣. 16. Diſtribuit diſcipulis ſuis,ut ponerent ante turbas, D.4.v.11.n.14.
℣. 18. Quem me dicunt eſſe turbæ?F.3.Paſſ.v. 12. num.4.
℣. 29. Facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus ejus altera, D.2.v.1.n. 18
℣.31. Dicebant exceſſum ejus, quem completurus erat in Jeruſalem, D 2.v. 3. n 11. & n 15 ibidem.
℣.32. Petrus verò,& qui cum ipſo erant,gravati erant ſomno, Dom.2.v.1.n. 13
℣.33.Neſciens quid diceret, Dom.2.v.4.nu. 12.& Fer.4.Dom.2.v.22.n 5
℣. 53. Non receperunt eum,Fer 6.Dom.3. v. 41.num. 1
℣. 54. Vis, dicamus ut ignis deſcendat de cœlo,ibid.
℣. 55. Neſcitis cujus ſpiritûs eſtis, ibid.
℣. 62. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,& reſpiciens retro,&c. Fer.3.Do.4. v.15 num.3
Cap.10.v.16. Qui vos audit,me audit;qui vos ſpernit,me ſpernit.Fer.2.Dom.3. v.24.n.4. & Fer.3.Dom 4.v.14.n.5. & v.16.n.5 & v. 18.n.3. ibid.
℣.19. Ecce dedi vobis poteſtatem conculcandi ſuper ſerpentes.Dom.3 v.22. n.3
℣.30. Homo quidam deſcendebat de Jeruſalem in Jericho. Dom.1.v 1.n. 5
Cap.11.v 3.Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, Dom.4.v.12.n 12
℣.14. Erat Jeſus ejiciens dæmonium,& cùm ejeciſſet dæmonium , locutus eſt mutus. &c.Dom.3.v 14 n.3
℣.15.In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia Fer.4.Dom.1.v.38 n.6.& v. 39.n. 1. ibid.
℣. 27. Beatus venter qui te portavit. Fer. 3. Paſſ.v.12. n.4
℣.41. Quod ſupereſt, date eleemoſynam , Dom. 4.v.12.n 11
Cap.12.v.14 Homo,quis me conſtituit judicem aut diviſorem inter eos, Fer. 2. Dom. 4.v.16. num. 8
℣ 17.Quid faciam ? Fer.6.Paſſ.v.47.n.10.
℣. 19. Comede,bibe, epulare,Fer.5.Dom.2.v. 19.num.17
℣. 20. Stulte,hac nocte animam tuam repetent à te,& quæ paraſti, cujus erunt? Fer. 4. Cin. v. 19. num.4.& Fer.5. Do. 2.v 19. num.17
℣. 27. Conſiderate lilia agri,Fer.6.Cin v.45. num.2
℣ 31.Quærite regnum Dei,& juſtitiam ejus , Fer.4 Do 2.v.22. n.9
℣.40. Qua horâ non putatis, filius hominis veniet,Fer.2.D.1.v.31.n.2
Cap.13.v.14. Sex dies ſunt,in quibus oportet operari.&c. Fer.5.Dom.3.v.40.n.1
℣.33 Non cupit Prophetam perire extra Jeruſalem, Fer.4.D.2.v.18.n. 1
℣. 35. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta,Fer.4 Dom.1.v.25.n.11. & Fer.3. Do. 1.v.17. num. 2
Cap.14.v.7. Intendens , quomodo primos accubitus eligerent. Fer.6. Paſſ. verſ. 47. num.5
℣.13. Voca pauperes, debiles, cæcos & claudos,Fer.3.Paſſ.v.12.n.4

V.20. Uxorem duxi,& ideo non poſſum venire. F.5 Dom.3 v 38. n.18
Cap.15. v. 10. Gaudium eſt ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, Fer.4 Paſſ.v. 22.n.1
Cap.16. v.3. Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem? Fer.6. Paſſ. verſ.47.num. 10
V.9. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,F.5.D.2.v.19.n.6
V.19. Epulabatur quotidie ſplendidè, Fer.2. Dom.1.v.15. n.2
Cap.17. v. 10. Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis,dicite: ſervi inutiles ſumus,Fer.4 Cin.v.18. n.7. Et F.6 Cin.v. 4. n.5
V.21. Regnum Dei intra vos eſt, Dom.3. v. 20. n.2
V.22. Venient dies,quando deſiderabitis videre unum diem filii hominis,& non videbitis Fer.2. Paſſ.v.34. n.8.
Cap.19.v. 22. De ore tuo te judico, ſerve nequam,Fer.6. Dom 2.v.41.n 1.& F.2.D. 3.v.23.n.7
V.30. Invenietis pullum aſinæ alligatum,cui nullus unquam hominum ſedit, D.Palm. verſ.2. n. 10
V.33. Solventibus autem pullum, dixerunt Domini ejus ad illos: quid ſolvitis pullum? D.Palm.v.3. n.2
V.41. Videns civitatem, flevit ſuper illam, Fer.3. Dom.1. v.12.n.12. & Dom.Palm.v.1. num.6.
V.47. Quærebant eum perdere, Fer. 3. Do. 1. v 15. n.1.
V.48. Et non inveniebant quid facerent illi, ibid.
Cap.20. v.13. Mittam filium meum, forſitan hunc verebuntur,Fer.6 Dom.2. v.36.n.3
Cap.21.v.6. Venient dies,in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, Dom.Paſſ. v.59.n.6
V.25. Erunt ſigna in ſole,luna,& ſtellis, Fer. 2 D.1. v.31.n.10
V.26. Arescentibus hominibus præ timore, &c.
Cap.22. v.27. Quis major eſt qui recumbit, an qui miniſtrat?&c. Fer.4. Dom.2.v.28. n.2. & Fer 3. D.v.30. n.9
V.28. Vos eſtis,qui permanſiſtis mecum in tribulationibus meis, Fer.6.Dom.Paſſ. v. 24. n.4.
V.29. Ego diſpono vobis regnum,ut diſpoſuit mihi Pater,ibid. & Fer.2. Paſſ. v.37. n.28
V.54.Sequebantur eum à longè,Fer.4. Paſſ. v.22. n.5.
Cap.23. v.35.Deridebant eum Principes ſacerdotum,F.3.Paſſ.v.12.n 4
V.41. Hic nihil mali geſſit, Fer.6.Paſſ.v.47. n.9.
V.42. Memento mei, dum veneris in regnum tuum,F.4.Dom.2.v.20.n.3
V.48. Revertebantur,percutientes pectora ſua, Fer.3.Paſſ.v.6.n.6
Cap.24. v.20. Tradiderunt eum ſummi ſacerdotes & Principes noſtri, &c. Fer. 3. Paſſ.v.12. n.4
V.21. Nos ſperabamus,quia ipſe redempturus eſſet Iſraël, F.4 D.1.v.40. n.1
V.26.Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam,D.2. v.4. n.14
V.29 Mane nobiſcum Domine,&c. Fer.6. D.3.v.40.n.1

JOANNIS

Caput 2.

V.1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, Dom. 2.v.1. n 5
V.10. Mundus eum non cognovit,F.3. Paſſ. v.4. n.11
V.11.In propria venit, & ſui eum non receperunt,Fer.4. Dom.1. v.41.n.6.& Dom. Palm.v.5.n.10.& F.2.D.2 v 23. n.11
V.12.Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,F.5. D.1.v.48.n.5
V.13. Non ex ſanguinibus,aut ex voluntate carnis,ſed ex Deo nati ſunt,F.4 D.3. v. 7. tn.7.& F.3 Paſſ.v.5. n.1
V.14. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis,F.2.D.2.verſ.23. n.11.
V.26. Medius veſtrûm ſtetit,quem vos neſcitis,Fer.2. Dom.3.v.30.n.12
Cap.2.v.3. Vinum non habent,Dom.4.v.12. num.1
V.6. Secundùm purificationem Judæorum Fer. 4. Domin. 3. v. 2 num. 8
V.16. Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis, D.Pal v.9 n.9
V.17.Zelus domûs tuæ comedit me.F.3.D.1. v.12. n.11
V. 19. Solvite templum hoc, & in tribus

diebus excitabo illud. Fer.4.Dom 1.v.39. num.6.
Cap.3.v.3. Scimus quia à Deo veniſti Magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere, Fer.6.Paſſ.v.47.n.14
V.12. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo ſi cæleſtia dixero, &c. Fer. 4. Dom.1.v.38. n.6
V.13. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo, Fer.2. Paſſ.v.34. n.13.& F.2.Dom.1. v.35. n.3
V.14. Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis Fer.2.D 2.verſ.28.nu.1.
V.16. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, Fer.2.Do.1.v.31. n.1.& F.6.D.3.v.6.n.12. & Fer.6 Dom.3.v. 10.n.3. & D.Palm.v.5. n.10
V.31. Qui de ſurſum venit, ſuper omnes eſt, Dom.3. v.21.n.7. & v.22.n.1. ibid.
Cap.4.v 6. Jeſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem, D.3.v.14.nu.2.& F.4. Paſſ.v.23.n.1
V.8. Diſcipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent, F.5. D.1.v.21.n.1
V.14. Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, F.6.Dom.1.v.4.n.9
V.21. Venit hora quando neque in monte hoc, neque in Jeroſolymis adorabitis, F 5. D.1. v 13. n.1
V.34. Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem Patris mei, F. 2. Domin.2. v.29.n.8
V.40. Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. F. 3.D.1.v.17.n.9
V.42. Hic eſt Salvator mundi, Fer.6.Dom. 3.v.42. n.2
Cap.5.v.6. Vis ſanus fieri? Fer.6.D.1. v.7.n.7
V.14. Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat, Do.3. v.26.n.7
V. 8. Quærebant eum interficere, quia, &c. Fer.3.Domin.4.v.30.n.2
V. 19. Non poteſt filius à ſe facere quidquam F.2.D.2.v.28. n.7
V.21. Sicut Pater ſuſcitat mortuos & vivificat, ſic & filius quos vult, vivificat, Dom. Paſſ. v.51.n.6
V.24. Amen amen dico vobis, qui verbum meum audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam, D.3.v.28.n.5. & D.2. v.5.n.5. & D. Paſſ. v.51. n 6
V.25. Amen dico vobis: venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filii Dei, D.Paſſ.v.51.n.6
V 27. Poteſtatem dedit ei judicium facere, &c. F.2 D 1. v.31.n.4
V.36. Opera quæ ego facio, &c. Fer.4.Paſſ. v.24.n.7.& v.25.v.7. ibid.
V.41. Claritatem ab hominibus non accipio, D.4. v.15. n.8
V.44. Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam ab invicem quæritis, &c. Fer.2.D. 3.v.21.n.6
Cap.6.v.2. Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna, &c. D.4.v.15.n.2. & F.3.Paſſ.v.12.n 4
V.5. Cùm ſublevaſſet oculos Jeſus, & vidiſſet maximam multitudinem, Dom.4. v.5. num.8
V.6. Sciebat quid eſſet facturus, Fer.4.Do.3. v.12. n.1
V.7. Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, D 4.v.12.n.1
V.11. Cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus, F.6 D.4 v.41.num.9
V.14 Hic eſt verè Propheta qui venturus eſt in mundum, F.3.D.1.v.11.n.2
V. 5. Fugit in montem ipſe ſolus, Fer.6 Paſſ. v.48.n.6
V.27. Operamini non cibum qui perit ſed qui permanet in vitam æternam, F.6.D.4. v.34.n.2
V.29. Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille, F 3.D.4.v.17.n.1
V. 30. Quod facis ſignum, ut videamus & credamus tibi? Fer.6.Paſſ verſ 47. n.14
V.37. Eum qui venit ad me, non ejiciam foras, F.5.D.3. v.40.n.13
V.38. Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, &c Fer.4. Dom.1. v.38. n.4.& F.2.D.2.v 29. n.8
V.41. Murmurabant Judæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis vivus, &c. D.1.v.4. nu.1. & D.4. v.14 n.1
V.42. Nonne hic eſt filius Joſeph, &c. ibid.
V.44. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit eum Fer.4 D.4.v 1.n.4
V.52. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum, D.1.v.4 n.1
V 55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum

meum ſanguinem,in me manet,&c. Do. Palm.v.5.n.8

℣.57. Qui manducat meam carnem, &c. habet vitam æternam,ibid.& D.2.v.7.n.4.

℣.58. Qui manducat me, vivet propter me, Fer.4. Paſſ. v.28. n.1

℣.69. Verba vitæ æternæ habes,Fer.4. Do.1. v.41. n.6.& F.6.D.3.v.41.n.1

℣.70 Nos credimus & cognovimus,quia tu es filius Dei,F.3.Paſſ.v.3.n.1

℣.71.Ex vobis unus diabolus eſt,D.3.v.14.n.9

Cap.7.v.1.Non volebat in Judæam ambulare, F.3 Paſſ.v.4.n.3

℣.4.Manifeſta teipſum mundo, F.3. Paſſ.v. 10. n. 12

℣.5. Neque enim fratres ejus credebant in eum, Fer.4. Domin.1. v.46.n.4

℣.12.Quidam dicebant: bonus eſt; alii dicebant,non, F.3.Paſſ.v.12 num.2

℣.20.Dæmonium habes, F.3 Paſſ.v 12.n.2

℣.23.Totum hominem ſalvum feci, F.2.D.2. v.23.n.10

℣.31.De turba multi crediderunt in eum,&c. F.3.D.4.v.20.n.4 & F.6.Paſſ.v.47.n.14

℣.37.Stabat & clamabat: Si quis ſitit,&c.D. 3.v.27. nu.4. & Fer.6. Dom.3.v.2. nu.16.& Fer.6.D.1.v.3.n 9

℣.38. Qui credit in me,flumina de ventre ejus fluent,F.6.D.1.cit.

℣.42.Nonne ſcriptura dicit: quia ex ſemine David,& de Bethlehem caſtello, ubi erat David,venit Chriſtus? F.3.D.4.v.27.n 1.

℣.46.Nunquam ſic locutus eſt homo,Fer.4. D.1.v.41. n.6. & F.4.Paſſ.v.25.n.1.& Fer.2. Paſſ.v.33 n.1

℣.48. Nunquid aliquis ex Principibus credidit in eum? D.3 v.27.n.12.& F. 4. D.4.v. 11. n.4.& F.3.Paſſ.v.12.n.4

Cap. 8. v.7. Qui ſine peccato eſt, primus in eam lapidem mittat,F.4.D.3.v.3.n 5

℣.13. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, &c.F.4.Paſſ.v.25. n.1

℣.23. Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum, D.1.verſ.6.n 2

℣.28.Cum exultaveritis filium hominis,tunc cognoſcetis,quia ego ſum,& à meipſo facio nihil, ſed &c. F.2 Dom.2.v.28. n.7.& F.3.D.4.v.16.n.5. & F.4. D.1.v.39. n.6. & Dom.Paſſ. v.58.n.1

℣.43.Qui facit peccatum,ſervus eſt peccati, D.3.v.14.n.8

V.43.Quare loquelam meam non cognoſcitis? D.Paſſ.v.47. n.7

V.44. Vos ex patre diabolo eſtis,&c. F.2.D. 4.v.29.n.9. & F.3. D.4.v.17.n.8 & D.Paſſ. v.52.n.2.& F.3. D.4.v.20.n.6.& F.4. Paſſ. v.24. n.15

V.46. Quis ex vobis arguet me de peccato, &c.F.2.D.2.v.32.n.9. & F.2.D.3.v.25.n.1

V.56. Abraham pater veſter exultavit,ut videret diem meum,F.4.D.4.v.4. n.4

V.59. Tulerunt lapides, ut jacerent in eum, F.4.Paſſ. v.24.n.15

Cap.9.v.4. Me oportet operari opera ejus, qui miſit me,donec dies eſt, D.Paſſ.v.56. num. 4

V.16. Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit, F.3 D.4. v.19.n.1

V.22. Hæc dixerunt parentes ejus,ne extra ſynagogam fierent,jam enim conſpiraverant Judæi,&c. Fer.3. Paſſ.v.13 n.2. & F. 6.Paſſ.v.48. n.1.&F.6. Dom.1.v.15.n.4

℣.29.Hunc neſcimus,unde ſit, F.5. D.1.v.20. num.29

℣.39. In judicium veni in mundum, ut qui non vident,videant; &, qui vident, cæci fiant,F.3. D.1.v 14.n.2. & F.4. D.4. v.7. n. 4.& F.4. D. 4. v.1. n.9

Cap.10. v.9. Ego ſum oſtium,per me ſi quis introierit, ſalvabitur, Dom. Paſſ. v.47. num.4

℣.10. Fur non venit niſi ut furetur,& mactet, & perdat; ego veni,&c. F.4.Paſſ.v.28.n.1 & F.6.Paſſ.v.50. n.1

V.11. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis,Fer.2. Domin. 1. v.32.num.4

V.12. Lupus rapit & diſpergit oves, D.3.v. 14.n 9

V.16. Alias oves habeo,quæ non ſunt ex hoc ovili,F.5.D.1.v.24.n.1. & Fer.6. Paſſ.v.52. num.1

℣.17. Ego pono animam meam, & iterum ſumam eam,Fer.2. Domin.2 v.22.n.1

V. 18. Nemo tollit eam me, ſed ego pono eam à meipſo, & poteſtatem habeo,&c. ibid. & Fer.2.Do.2.v.23.n.4.& Fer.2.Paſſ. v.33.num.8.

V.27. Oves meæ vocem meam audiunt,&c. D.Paſſ.v.47.& F.4. Paſſ.v.28. n.12

V.28. Ego vitam æternam do eis, loc.cit.

Cap.11. v.3. Ecce quem amas,infirmatur, F. 5. D.3. v.38.n.20

V.15. Gaudeo propter vos,ut credatis,Fer.6. Domin.4.verſ.4.num.4.
V.15. Ego ſum reſurrectio & vita,ibid. n.3.
V.33 Infremuit ſpiritu, & turbavit ſemetipſum,D.3. v.14. n.2
V.42. Propter populum, qui circumſtat, ut credant,&c. F.6. Paſſ.v.47.n.12
V.45.Multi qui venerant ad Mariam, crediderunt in eum. F.5. n.2. v.31. n.1
V 47. Quid facimus,quia hic homo multa ſigna facit? Fer.3 Domin.1 v 10.n. 5. & Fer.6.Dom.2.v.33.n.1.& F.2.D.4.v.17.n.8.
V.48. Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum,&c.F.3. D.1.cit.& F. 6. Do.2.v.38. num.7
V.50 Expedit vobis,ut unus moriatur homo pro populo,F.6. D.2.v.33. n.1
V.51. Jeſus moriturus erat pro gente, Fer.5. D.1.v.24. n.1
V.52. Et non tantùm pro gente,ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi , congregaret in unum.
V.53. Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum,Fer.6. Do.2. v.38.n.7
V.56. Dederant autem Pontifices mandatum, ut ſi quis cognoverit, ubi ſit, indicet, ut apprehendant eum , Fer.2. Paſſ. v.34. num.2
Cap.12.v.1. Ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam,D.Palm. v.1. n.2
V.2. Martha miniſtrabat ei, Fer. 4 Dom.2. v.28. num. 2
V.12. In craſtinum autem turba multa quæ venerat ad diem feſtum,&c.D.Palm. v. 1. n.2.& v 8. n.8
V.19. Mundus totus abit poſt eum , Fer.6. Domin. 4. v.4. n 4
V.29.Turba dicnbat,tonitruum eſſe factum, D.2 v.6.n.4
V. 31. Princeps hujus mundi ejicietur foras D.Palm. v.1.n.4
V.32. Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, F. 2. Domin.2. v.28. n.1. Et Fer.2. D.3.v.30.n 4.& F.6. D.4.v.4. n.6 & F.6 Paſſ.v 45.n.4.& D.Pal.v.1.n.4.
V.36.Dum lucem habetis,credite in lucem, &c. F.5.Dom.2.v.23. n.1
V.40.Excæcavit oculos eorum, ut non videant oculis F.6.D.2.v.43.n.1
Cap.13.v.3. Sciens,quia à Deo exivit, & ad Deum vadit, F.2.Paſſ.v.50.n.6
℣.33.Quò ego vado; vos non poteſtis venire,Fer. 2.Paſſ.verſ 34.num.15
℣.34.Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem,F.3. D.2.v.8. n.5
℣.35. In hoc cognoſcent omnes , quod diſcipuli mei eſtis,&c. Fer.2. Domin.1.v.35. num.6.
Cap.14. v.2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt,D.2.v.4.n.9
V.7. Si cognovilſetis me ,& Patrem meum utique cognovilſetis,D.Paſſ.v.55. n.1
℣.8. Domine oſtende nobis Patrem, Do. 4. v.5.n.9
℣.9. Tanto tempore vobiſcum ſum,& non cognoviſtis me? Fer.2.Dom.2.verſ.23.n.11 & D.Paſſ.v.55. n.1
℣.12. Qui credit in me, opera quæ ego facio,& ipſe faciet, F.4.Paſſ.v.37.n.2
℣.13. Si quis diligit me , ſermonem meum ſervabit,&c.Fer.3.Domin.1.v.17.n.9.& F. 3.D.2. verſ. 4.num.3.& n.9.ibid. & F.5.D. 3.v.38. n.5
℣.24. Qui non diligit me , ſermones meos non ſervat,F.3.D.2.v.4.n.9
℣.31.Surgite eamus hinc,Fer 4. Dom.1. v.45. num. 11.
Cap.15.v.1.Pater meus agricola eſt, F.4.D.3. v.13. n.2.
℣.3. Jam vos mundi eſtis propter ſermonem,&c. Fer.4. D.3.v.3. n.2.Et F.6. D.3.v. 26.n. 3.
℣. 13. Majorem charitatem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, D.2. v.3. n.16
℣.14. Jam non dicam vos ſervos,vos autem dixi amicos,F.6.D 4. v.11. n.1
℣.16. Poſui vos ut eatis,& fructum afferatis,&c. F.6. D.3. v.36.n.1
℣.18. Si mundus vos odit , ſcitote quia me priorem vobis odio habuit,Fer.3. Paſſ.v.4 nu.11. & D.Palm.v.2. n.5
℣.19 Si de mundo fuiſſetis , mundus quod ſuum erat,diligeret,&c. F.6 D.1 v.11.num. 2. & D.2. v.3.n.13
℣.22. Si non veniſſem , & locutus non fuiſſem eis, peccatum non haberent , Fer.2. Dom 2.verſ.25.nu.6.& Fer.6.Dom.2.v. 38. num. 1
℣. 24. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo fecit,peccatum non haberent , Fer.4. Paſſ.v.37.n.1.

Cap.

Cap.16. Vado ad eum, qui miſit me. Fer.2 D. 2. v. 21. n. 2

℣. 7. Expedit vobis, ut ego vadam &c. ibid. num. 3

℣. 16. Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum &c F. 2. Paſſ. v. 33. n. 12

Cap. 17. v. 1. Venit hora, clarifica filium tuum. Dom. Paſſ. v. 56. n. 3

℣. 3. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcante te ſolum Deum verum. Fer. 4. Do. 3. v. 13. n. 4. Et Fer. 5. Dom. 3. v. 41. n. 4. Et Fer. 4. Dom. 4. v. 3. n. 7. Et Dom. Paſſ. v. 51. n. 4. Et Fer. 4. Paſſ. v. 24. num. 13

℣. 4. Opus conſummavi, quod dediſti mihi, ut faciam. Fer. 6. Dom. 3. v. 34. n. 4

℣. 24. Pater, volo, ubi ego ſum, & ipſi ſint mecum. F. 2. Paſſ. v. 34. n. 15. & 17.

Cap. 18. v. 3. Judas venit illuc cum laternis, facibus & armis. F. 6. Paſſ. v. 48. n. 18.

℣. 14 Expedit unum hominem mori pro populo. Fer. 4. Dom. 1. v. 39. n. 6

℣. 35. Pontifices tui tradiderunt te mihi. Fer. 2. Paſſ. v. 32. n. 2

℣ 36 Regnum meum non eſt de hoc mundo. F. 6. Paſſ. v. 48 n. 6. F. 3. D. 1. v. 12. n. 3. Fer. 4. Dom. 2. v. 20. n. 9 & v. 21. n. 8.

℣. 37. Ego ad hoc natus ſum & veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati. F. 3. Paſſ. v. 6. n. 2. Et D. Paſſ. v. 47. n. 7

℣. 38. Quid eſt veritas? F. 3. Paſſ. v. 7. n. 3.

Cap. 19. v. 5. Ecce homo. Fer. 6. Dom. 1. v. 7. num. 17.

℣. 11. Non haberes poteſtatem adverſus me ullam, niſi datum tibi eſſet deſuper &c. Fer. 2. Paſſ. v. 32. n. 2. Et Fer. 6. Paſſ. v. 50. num. 3

℣. 12. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum &c Fer. 4. Paſſ. v. 24. n. 14. Et F. 6. Paſſ. v. 48. n. 6. & n. 15 ibid.

℣. 15. Tolle, tolle, crucifige eum. Fer. 3. Dom. 1. v. 14. n. 2

℣. 26. Mulier ecce filius tuus. Fer. 4 Dom. 1. v. 48. num. 1

℣. 28. Sitio. Fer 2. Paſſ. v. 37. n. 27.

℣. 34. Exivit ſanguis & aqua ibid.

Cap. 20. v. 22. Hæc cùm dixiſſet, inſufflavit & dixit eis: accipite Spiritum ſanctum. Fer. 6. D. 4. v. 40. n. 3. Et Fer. 2. Paſſ. v. 38. n. 8. Et Dom. Palm. v. 2. n. 15

Cap. 21. v. 25. Sunt & alia multa, quæ fecit Jeſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe &c. Fer. 2. Dom. 4. v. 20. n. 5

ACTUUM APOSTOLORUM.

Caput 1.

℣. 1. Cœpit Jeſus facere & docere. Dom. 2. v. 5. num. 5

℣. 6. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſraël? Fer. 4. Domin. 2. v. 21. n. 18

℣. 7. Non eſt veſtrum, noſſe tempora vel momenta, &c Fer. 2. Paſſ. v. 33. n. 12

℣. 11. Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum &c. Fer. 2. Dom. 1. v. 32. n. 1. Et Fer. 4. Paſſ. v. 1. n. 2

℣. 14. Erant perſeverantes unanimiter in oratione. Fer. 3. Dom. 2. v. 20. n. 4

Cap. 2. v. 1. Erant omnes pariter in eodem loco. Fer. 3. Dom. 3. v. 20. n. 4

℣. 2. Tanquam ſpiritus vehementis. Fer. 6. Dom. 4. v. 43. n. 6

℣. 4. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. Fer. 2. Paſſ. v. 38. n. 4

℣. 6. Facta hac voce, convenit multitudo. F. 6. Dom. 4. v. 43. n. 6

℣. 37. Quid faciemus? Fer. 2. Paſſ. verſ. 34. num. 4

℣. 41. Appoſitæ ſunt in die illa, animæ circiter tria millia. Fer. 2. Paſſ. v. 39. numer. 1

Cap. 3. v. 17. Scio fratres, quia per ignorantiam feciſtis. Fer. 3. Dom. 3. verſ. 15. num 24

Cap. 4. verſ. 16. Quid faciemus hominibus iſtis, quoniam quidem notum ſignum factum eſt per eos &c. Fer. 6. Paſſ. verſ. 47. num. 10

Cap. 5. v. 29. Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus. Fer. 4. Dom. 4. verſ. 17. num. 1

℣. 39. Si fuerit hoc à Deo, non poteritis diſſolvere illud. Fer. 4 Dom. 3. v. 13. num. 1

℣. 14. Ibant gaudentes à conſpectu Concilii, &c. Fer. 4. Domin. 2. verſ. 22. numer. 22

Cap. 7. v. 59. Obdormivit in Domino. Fer. 6. Dom. 4. v. 11. nmu. 5

ap. 9. verſ. 1. Spirans minarum & cædis

in discipulos Domini. Fer.2. Pasl. vers.33. num.1
V. 3. Circumfulsit eum lux de cælo. Fer. 3. Dom.4 v.17. n.5. Et Fer.4. Dom. 4. v. 6. num 15
V. 6. Tremens ac stupens dixit: Domine, &c. Fer.3. Dom.4. v.17. n.5. Et Dom. Palm. v.2. num. 10
V. 15. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum &c. Dom. 3. v. 21. num. 7. Et Fer. 4. Pasl. v. 25. num. 2. Et Dom. Pasl. v. 47. n.7
Cap.10. v.34. In hac veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. Fer. 5. Dom.3 v.40. n.13
V. 38. Pertransit benefaciendo & sanando omnes, Fer.5. Dom 3. v.38. n.11. Et Dom. 4. v.15. n.3. Et Fer.4. Dom.4. v.1 n. 1. Et v. 17. n.4. ibid. Et Fer.6. Pasl. v 50. n.3. Et Fer 3. Dom 1. v. 23. n 1
Cap. 12. v. 7. Percusso latere Petri, excitavit eum, Fer.6. Do. 4. v.11 n 9
Cap.13. v.7 Desiderabat audire verbum Dei. Dom Pasl v.47. n.7
V. 8 Resistebat autem Elymas magus ibidem.
V. 10. O plene omni dolo & fallacia. ibidem.
V. 46. Vobis oportebat primum loqui regnum Dei. Fer. 2 Dom. 3. v. 30 n.2. Et Dom. Pasl. v. 47. n. 7
V. 48. Crediderunt, quotquot præordinati erant in vitam æternam. Fer. 4. Pasl v. 26. num. 2
Cap. 14. vers 10. Dii similes facti hominibus, descenderunt ad nos. Dom. Palm. v 9. n. 10
Cap. 15. v. 10. Jugum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus. Fer. 6. Dom. 4. v. 38. n. 5
Cap 17. vers. 32. Quidam irridebant, quidam verò dixerunt &c. Dom. Pasl v. 47. num. 7
V 34. Quidam verò adhærentes ei, crediderunt &c Dom. Pasl. v. 47. n. 7
Cap. 20. v. 28 Attendite vobis & universo gregi, in quo &c. Fer. 3. Dom. 3 v. 15. n. 21. Et Fer. 5. Dom. 3. v. 38. n. 7
Cap. 26. v. 2. Æstimo me beatum, apud te cùm sim defensurus hodie. Fer. 2. Dom. 3. v. 24 num. 4
V. 24. Insanis Paule; multæ te literæ ad insaniam convertunt.

ROMANORUM.

Caput 1.

V. 3. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Fer. 5. Do. 1. v. 22. n. 4. & n. 20. ibid.
V. 5. Per quem accepimus gratiam &c. Fer. 3 D. 2. v. 5. n. 6
V. 16. Non erubesco Evangelium, Fer. 4. Do. 4. v. 9. n. 7
V. 17. Justus ex fide vivit. Fer. 2. Do. 2. v. 21. num. 12
Cap. 2 v. 4. An divitias bonitatis ejus & patientiæ contemnitis &c. Fer. 4. Cin. v. 20. num. 5.
V. 11. Non est personarum acceptio apud Deum. Fer. 4. Dom 2. v. 23. n. 3
V. 13. Non auditores legis justi sunt &c. D. 3. v. 28. n 9
V. 15. Testimonium reddente illis conscientia illorum. Fer. 2. Dom. 1. v. 35 n. 1 Et Fer. 6. Dom. 2. v. 40. n. 1
V. 21. Qui alium doces, te ipsum non doces. Fer. 2 Dom. 3. v. 23. n. 4
Cap. 3. v. 4. Est autem Deus verax. Fer. 3. D. 4. v. 28. n. 7.
V. 21. Testificata à lege & Prophetis. Dom. 2. v. 3. n. 7.
V. 32. Omnes peccaverunt & egent gloria Dei. Fer. 6. Dom. 1. v. 7. n. 17. Et Fer. 6. Dom. 4. v. 40. n. 3
Cap. 4. v. 18. Contra spem in spem credidit. Fer. 6. Do 4. v. 4. n. 2
Cap. 5. v. 10. Cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filii ejus. Fer. 6. Cin. 44. n. 1
V. 20. Ubi abundat delictum, superabundat & gratia, Fer. 5. Domin. 1. vers. 22. num. 24
Cap. 6. vers. 12. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Dom. 3. vers. 18. num. 2
V. 13. Non exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato. Domin. 3. vers. 22 num. 4
V. 21. Quem fructum habuistis tunc in illis &c. Fer. 6. Dom. 4. v. 37. n. 4

Cap. 7.

Cap. 7. verſ. 7. Peccatum non cognovi niſi per legem. Fer. 6. Dom. 1. verſ. 3. numer. 3

V. 18. Non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum. D. 4. v. 10 n 7

Cap. 8. v. 3 In ſimilitudinem carnis peccati. D. 1. v. 3. n. 3

V. 15. Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis in timore, ſed ſpiritum adoptionis &c. Fer. 3. D. 1. v. 9. n. 4

V. 26. Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, nam quid oremus, neſcimus &c. Fer. 5. Dom. 1 v. 23. n. 14. Et Fer. 3. Do. 2. v. 20. n. 6

V. 27. Qui autem ſcrutatur corda. F. 4. Cin. v. 18. n. 4

V. 30. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit. Fer. 4 Paſſ. v. 27. n. 9

V. 33. Quis accuſabit adverſus electos Dei. Fer. 4. Paſſ. v. 28. n. 5

V. 34. Quis eſt, qui condemnet? Chriſtus Jeſus interpellat pro nobis. ibid.

V. 35. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti &c. ibidem. Et Fer. 4. Domin. 2. verſ. 22. num. 22.

V. 36. Æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. Fer. 2. Do. 4. v. 13. n. 15

V. 37. In his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Fer. 4. Paſſ. v. 28. num. 5

Cap. 9. v. 3. Optabam ego ipſe anathema eſſe pro fratribus meis. Fer. 3 Paſſ. verſ. 3. num. 1

V. 21. An non habet poteſtatem figulus luti? Fer. 4. D 4. v. 6. n. 9

V. 22. Suſtinuit vaſa iræ, apta in interitum &c. Fer. 4. Paſſ. v 28 n. 10

V. 27. Filiorum Iſraël reliquiæ ſalvæ fient. Fer. 2. Dom. 2. v. 21. n. 12. Et Dom. Palm. v. 5. num. 16

Cap. 10. v. 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem F. 6. D. 1. v. 7. n. 9. Et Dom 3 v. 14. n. 9

V. 20. Inventus ſum à non quærentibus me. &c. Fer. 3 Paſſ v. 11. n. 1

Cap. 11 v. 17. Tu autem cùm oleaſter eſſes, inſertus es in illis. &c. Fer. 6. D. 2. v. 43. num. 9

V. 24. Quis cognovit ſenſum Domini? &c. Fer. 6. Dom. 1. v. 4. n. 9. Et Fer. 6. Dom. 4. v. 34. n. 3

Cap. 12. v. 1. Obſecro vos, ut exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viventem &c. F. 3. Paſſ. v. 8. n. 5

V. 11. Solicitudine non pigri. Fer. 6. Dom 1. v. 4. n 9

V. 14. Benedicite perſequentibus vos &c. Fer. 2 Paſſ. v. 37. n. 26.

V. 15. Flete cum flentibus. Fer. 6. Dom. 4. v. 33. n. 5

V. 19. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi &c. Fer. 2. Dom. 2. v. 30. n. 6. Et Do. Paſſ. v. 5. n. 4

V. 20. Si inimicus tuus eſurierit, ciba illum &c. Fer. 2. Paſſ. v. 37. n. 26

V. 23. Nolo vinci à malo, ſed vince in bono malum. ibid.

Cap. 13. verſ. 2. Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Fer. 3. Dom. 3. verſ. 3. num. 1

V. 10. Dilectio malum proximi non operatur &c. Fer. 3. Dom. 2. v. 8. n. 5. Et F. 3. Do. 4. v. 17. n. 10.

V. 12. Nox præceſſit, deis autem appropinquavit &c. Fer. 4. Ciner. v. 16. num. 7. Et Dom. 3. v. 24. num. 8. Et Dom. Paſſ. v. 56. num. 2

V. 13. Sicut in die honeſte ambulemus; non in commeſſationibus & ebrietatibus, &c. Fer. 4. Cin. v. 16 n. 7

V. 14. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum &c. Fer. 4. Cin. v. 19. n. 10

Cap. 14. verſ. 10. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. Fer. 2. Domin. 1. verſ. 31. num. 3

V. 17. Non eſt regnum Dei, eſca, & potus, ſed &c. Fer. 4. Cin. v. 17. n. 1.

I. CORINTHIORUM.

Caput 1.

V. 5. In omnibus divites facti eſtis in illo, in omni verbo & ſcientia. Fer. 6. Do. 3 v. 10. num. 5

V. 26. Videte vocationem veſtram fratres, &c. Fer 4. D. 4. v. 6. n. 12

V. 27. Quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus &c. ibidem. Et Fer. 3 D. 1. v. 11. n. 1. Et Fer. 6 Dom. 3. v. 29. n. 3. Et Dom. 3. v. 27. num. 9

V. 28 Ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus &c. Fer. 4. Dom. 4. verſ. 6. num. 12

V. 31. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Fer. 2. Paſſ. v. 37. n. 28

Cap. 2. verſ. 8. Si cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Dom. 1. verſ. 3. num. 13. Et Fer. 2. Dom. 2. verſ. 27. num. 3. Et Fer. 6. Dom. 2. v. 36. num. 4. Et Fer. 6. Paſſ. v. 47. num. 12. Et Fer. 6. Paſſ. v. 50. n. 6

V. 9. Oculus non vidit, nec auris audivit, &c. quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum. Fer. 2. Domin. 1. verſ. 34. num. 5

V. 14. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. Fer. 4. Dom. 1. v. 46. num. 4

Cap. 3. verſ. 3. Cùm ſit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales eſtis? Fer. 6. Dom. 1. v. 7. num. 15. Et Fer. 6. Dom. 1. v. 12. num. 1

V. 6. Ego plantavi, Apollo rigavit, F. 4. D. 3. v. 13. n. 2

V. 7. Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, Fer. 3. Dom. 2. v. 8. num. 3. Et Dom. 4. v. 11. n. 5

V. 9. Dei ſumus adjutores. Fer. 5. Dom. 3. v. 40. n. 16

V. 12. Si quis ædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, &c. Domin. 4. v. 10. num 10

V. 16. Neſcitis, quia templum Dei eſtis vos. Fer. 3. Dom 1. v. 12. n. 9

V. 17. Si quis templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Fer. 3 Dom. 1. verſ. 12. num. 22. Et Fer. 2. Dom. 4. verſ. 14. num. 18. Et v. 15. n. 3. ibid. Et Fer. 2. Dom. 4. v. 18 n. 17

Cap. 4. verſ. 3. Mihi pro minimo eſt, ut à vobis judicer. Fer. 4. Cinerum. verſ. 18. num. 1

V. 5. Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit, &c. Fer. 2. Dom. 1. verſ. 32. num 2

V. 9. Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis & hominibus, Fer. 6. Cinerum. v. 44. num. 9

V. 12. Maledicimur, & benedicimus. &c. ibid.

V. 13. Blaſphemamur, & obſecramus &c. ibid.

Cap. 5. v. 8. Itaque epulemur non in fermento veteri &c. F 3. Paſſ. v. 8. n. 4

Cap. 6. v. 7. Jam omnino delictum in vobis eſt &c. Fer. 2. Dom. 4. v. 16. n. 8

V. 19. An neſcitis, quia membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti. Fer. 3. Dom. 1. v. 12. n. 22

V. 20. Empti eſtis pretio magno, glorificate & portare Deum in corpore veſtro. Do. Palm. v. 8. n. 3

Cap. 9. v. 19. Cùm liber eſſem ex omnibus, omnium me ſervum feci. Fer. 4. Dom. 2. v. 27. n. 1

V. 24. Omnes currunt, ſed unus accipit bravium. Fer. 6. Dom. 1. v. 4. n. 9

V. 27. Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo &c. Dom. 1. v 1. n. 18. Et Dom. 4. v. 10. n. 4

Cap. 10. verſ. 4. Bibebant de ſpiritali, conſequente eos petra, &c. Fer. 6. Dom. 3. v. 13. n. 5

V. 13. Tentatio vos non apprehendat, niſi humana, fidelis Deus eſt &c. Fer. 6. Cin. v. 44. n. 1 Et F. 4. Paſſ. v. 28 n. 6

V. 31. Sive manducatis &c. in gloriam Dei facite. Dom. 4. v. 11. n. 4

Cap. 11. v. 18. Audio ſciſſuras eſſe inter vos. Fer. 4 Dom. 4. v. 16. n. 6

V. 23. In qua nocte tradebatur, accepit panem &c. Fer. 3. Paſſ. v. 1. n. 1

V. 31. Si nos ipſos judicaremus, non utique judicaremur. Fer. 2. Dom. 1. v. 31. n. 3

Cap. 12. v. 26. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. F. 3. Dom. 3 v. 15. n. 14

Cap. 13. v. 5. Charitas non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt &c. Dom. 4 v. 5. n. 9. Et Fer. 2. Dom. 4 v 17. n. 1

Cap. 14. v. 25. Cadens in faciem, adorabit Deum. Dom. 2. v. 6. n. 2

Cap. 15. v. 10. Non ego, ſed gratia Dei mecum. Fer. 3. D. 3. v. 40. n. 19

V. 20. Chriſtus primitiæ dormientium Fer. 6 Dom 4 v. 11. n. 5

V. 55. Ubi eſt mors, victoria tua; ubi eſt mors ſtimulus tuus? Dom Palm. verſ. 2. num. 15

II. CORINTHIORUM.

Caput 1.

V. 3. Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. Fer. 6. Dom. 4. v. 35. n. 1

Cap.

Cap. 2. v. 15. Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Fer. 6. Dom. 4. v. 39. n. 12

Cap. 3. v. 5. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis. F. 3. Dom. 4. v. 16. n. 3.

V. 18. Nos revelatâ facie, gloriam Domini ſpeculantes &c. Dom. 2. v. 1. n. 18

Cap. 4. v. 5. Non prædicamus noſmetipſos, ſed Chriſtum. Fer. 6. Dom. 3. v. 29. num. 4.

V. 7. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Fer. 4. Ciner. v. 20. num. 6. & 7.

Cap. 5. v. 6. Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. Fer. 6. Dom. 1. v. 13. n. 2

V. 10. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. Fer. 2. Dom. 1. verſ. 32. num. 1.

V. 14. Charitas Chriſti urget nos. Dom. 1. v. 1. n. 2

Cap. 6. v. 2. Tempore accepto exaudivi te; Ecce nunc tempus &c. Fer. 6. Dom. 2. v. 34. num. 3. Et Fer. 2. Dom. 2. v. 21. num. 11. Et Fer. 5. Dom. 2. v. 24. n. 9. Et Fer. 4. D. 4 v. 4. n. 5. & F. 2. Paſſ. v. 33. n. 12. Et v. 34. num. 10. ibid.

V. 15. Quæ enim conventio Chriſti ad Belial &c. Dom. 3. v. 19. n. 1

V. 16. Vos eſtis templum Dei vivi. Fer. 4. Domin. 4. v. 1. num. 18

Cap. 8. v. 9. Propter nos egenus factus eſt, cùm eſſet dives &c. Fer. 6. Dom. 3. v. 10. n. 13

Cap. 9. v. 7. Non ex triſtitia aut neceſſitate. hilarem enim datorem diligit Deus, Fer. 4 Cin. v. 17. n. 1

Cap. 11. v. 14. Transfigurat ſe in angelum lucis. D 2. v. 1. n. 19

V. 29. Quis infirmatur, & ego non infirmor &c. Fer. 5. Do. 1. v. 22. n. 15. Et Fer. 2. Do. 4 v. 17. n. 7

Cap. 12. v. 9. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Fer. 5. D. 1. v. 22. n. 22

V. 10. Placeo mihi in infirmitatibus meis, Fer. 6. Dom. 4. v. 3. n. 11

V. 14. Non debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis. Fer. 4. Cin. v. 19. n. 3

AD GALATAS.

Cap. 1.

V. 10. Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. F. 6. Dom. 1. v. 7. n. 15. Et F. 3. Paſſ. v. 4. n. 9

Cap. 2. v. 11. In faciem ei reſtiti &c. Fer. 4. Dom. 3. v. 12. n. 1

V. 20. Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus. Fer. 6. Dom. 3. v. 20. n. 5

Cap. 3. v. 13. Maledictus homo, qui pendet in ligno. D. Palm. v. 9. n. 9

Cap. 4 v. 19 Filioli, quos ego parturio, donec formetur in vobis Chriſtus. Fer. 4. Dom. 1. verſ. 49. nu. 2. Et Fer. 5. Dom. 1. v. 22. n. 26

Cap. 5. v. 13. Per charitatem, ſervite invicem, Dom. 1. v. 10. n. 9

V. 22. Fructus ſpiritus ſunt, charitas, gaudium &c. F. 2. Paſſ. v. 38. n. 7

V. 25. Si ſpiritu vivimus, ſpiritu & ambulemus, Fer. 6. D. 4. v. 44. n. 18

Cap. 6. v. 1. Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto &c. F. 3. Dom. 3. verſ. 5. n. 22

V. 2. Alter alterius onera portate. Fer. 3. D. 2. v. 4. n. 6

V. 8. Quæ ſeminaverit homo, hæc & metet, Fer. 5. Dom. 2. verſ. 24. n. 15

V. 10. Dum tempus habemus, operemur bonum. Fer. 6. Dom. 2. v. 34. num. 3. Et D. 4. v. 10 n. 7

AD EPHESIOS.

Caput 1.

V. 3. Benedixit nos omni benedictione cœleſti &c. Fer. 2. Dom. 1. v. 34. n. 5

V. 4. Elegit nos in ipſo, ante mundi conſtitutionem, ibid. n. 9

Cap. 2. v. 4. Deus qui dives eſt in miſericordia. Fer. 2. Dom. 1. v. 31. n. 9

V. 8. Gratiâ eſtis ſalvati per fidem. Fer. 6. D. 1. v. 13. n. 2

V. 14. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum. F. 6. D. 2. v. 42. n. 1.

Cap. 3. v. 1. Ego Paulus vinctus Chriſti. D. Palm. v. 2. n. 18

V.17. In charitate radicati & fundati. F.4. D.3.v.13. n.1
Cap.4. v.4. Unum corpus & unus ſpiritus, F.3. D.3. n.15. n.14.
V.9. Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia deſcendit? Fer. 4. Domin. 1. v.40. num.1
V.10. Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit &c ibid.
V.17. Gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Fer.3. Dom.2. v.3 n.12
V.22. Deponite ſecundùm priſtinam converſationem, veterem hominem. F.4. Paſſ. v.22. n.1
V.27. Nolite locum dare diabolo. F.4. D.1. v.44. n.9
Cap.5. v.3. Fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis. Fer.4. Dom.3. v.7. n.3
V.5. Avaritia, quod eſt idolorum ſervitus. F.3. D.1. v.12.n.14
V.8. Eratis aliquando tenebræ, nunc lux &c. F.6. D.4. v.9.n.4
Cap.6. v.5. Obedite dominis carnalibus &c. Fer 3. Dom.4. v.6.n.3.
V.17. Gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. F.3. Dom. 2. v.3.n.12
V.19. Detur mihi ſermo in apertione oris mei. Dom.Palm. v.5. n.23.

AD PHILIPPENSES.

Caput 2.

V.8. Factus obediens uſque ad mortem, D.2. v.3.n.16.
Cap.3. v.2. Videte canes, videte malos operarios. Fer.5 Domin.1.v.26.nu.5.
V.7. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus propter Chriſtum detrimenta. Fer. 6. Dom.3.v.
V.8. Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu &c. ibid. Et Fer.6 Ciner.v.3.nu.13. Et Fer.4. Dom. 4.verſ.6.n.14. Et Dom. 2.v.4. num.2. Et Fer.6.Dom.3. v.10.n.15.
V.12. Quæ, ſi comprehendam. Fer.3. D.4. v.30. n.3
V.13. Ego me non arbitror comprehendiſſe: unum autem quæ retro ſunt, obliviſcens &c. Fer.6. Cin.v.3. n.1
v.15. Quicunque perfecti ſumus, hoc ſentiamus, ibid.
℣.20. Noſtra autem converſatio in cœlis eſt, &c. Dom.2.verſ.1.n.16. Et Fer.2. Dom.3. v.23. n.5
Cap.4. v.3. Mecum laboraverunt in Evangelio Fer.3. D.2.v.3.n.12
℣.13. Omnia poſſim in eo, qui me confortat, Fer.4. Domin.2. v.22.n.22

AD COLOSSENSES.

Cap. 2.

℣.3. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ &c. Fer.2 Paſſ. v.37.n.28
℣.9. In quo inhabitat plenitudo divinitatis corporaliter Fer. 2. Domin. 4. verſ.18. num.16.
Cap.3. v.1. Quæ ſurſum ſunt, quærite, ubi Chriſtus eſt Fer.2. Domin. 2. verſ. 23. num. 5.
℣.3. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto &c. Fer.3. Paſſ. v.6. n.8. Et v.12. n.5. ibid.
℣.4. Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra &c. ibid
℣.9. Exſpoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis. Fer.4. Paſſion. verſ.22. num.1
℣.13. Donantes vobiſmetipſis, ſi quid adverſus aliquem habet querelam. Fer.3. D. 3. v.22. n.2.
℣.22. Non ad oculum ſervientes &c. Fer.3. Dom.2. v.1. n.3

I. THESSALONIC.

Caput 2.

℣. 5. Neque aliquando fuimus in ſermone adulationis, neque in occaſione avaritiæ &c. F.3.Dom.2.v.5. n.6
℣. 6. Nec quærentes ab hominibus gloriam; neque in vobis, neque in aliis, ibid.
Cap.4. v.3. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Fer. 6. Dom.3. v.34. num.3
℣. 12. Nolumus vos ignorare fratres de dor-

dormientibus &c. Fer.6. Domin.4. v.24. n. 2.

V.15. In juſſu,& in voce Archangeli , & in tuba Dei deſcendet de cœlo, D.Paſſ.v. 51. num.6

Cap.5. v.2. Dies Domini,ſicut fur in nocte veniet.F.4 Cin.v.19. num.12. Et Fer.2. Dom. 1.v.31.n. 2

V.3. Cùm enim dixerint : pax & ſecuritas : tunc repentinus interitus &c. Fer. 4. Cin. cit.

I. AD TIMOTHEUM.

Caput 2.

V.4. Omnes homines vult ſalvos fieri &c. Dom.2.v.1.num.8. Et Fer.4 Dom.2.v.17. n.2. Et Fer.6. Dom.3.v.34 num.1. Et Fer. 4. Paſſ.v.28.n.10

V.5 Unus Deus , unus mediator Dei & hominum , homo Chriſtus Jeſus. Fer.6. Paſſ. v.20. n 6

Cap.3. v.1. Qui Epiſcopatum deſiderat,bonum opus deſiderat. Fer.3. D.1.verſ.2. num. 5.

V.3. Non litigioſum. Fer.2. Paſſ. verſ. 33. num. 13

Cap.4. v.4. Nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Dom.4. v. 11. num. 13

V.5. Sanctificatur enim per verbum Dei &c. ibid.

Cap.5. v.13. Non ſolùm otioſæ, ſed verboſæ &c. Fer.6. Dom.3. v.20.n.1

V.22. Manus citè nemini impoſueris. F.2. D.3.v.29.n.11

Cap.6. v.9. Qui volunt divites fieri , incidunt in tentationem.F.5.D.2.v. 19.n.8. Et Fer.5 Dom.3. v.38. n 18.

II. AD TIMOTHEUM.

Caput 2.

V.4. Nemo militans Deo , implicat ſe negotiis ſæcularibus. Fer.3. Dom.1. verſ. 12. num.9

V. 12. Si ſuſtinebimus & conregnabimus. F.4. D.2. v.22. n.17

V. 16. Vaniloquia multum deſerviunt ad impietatem. Fer. 3. Domin.2. verſ. 3. num.6

V.17. Sermo eorum ut cancer ſerpit,ibid.

V.19. Cognovit Dominus , qui ſunt ejus. Fer.4. Paſſ.v.28.n.4.

Cap.3. v. 12. Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto Jeſu , perſecutionem patiuntur F.4. D.3. v.2. n.3

Cap.4. v 7. Bonum certamen certavi,curſum conſummavi. Fer. 4. Paſſ. verſ. 28. num.13

V.8. In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ,quam reddet &c. ibid. Et F 4.D.2. v.23. n.3.

AD TITUM.

Cap. 1.

V.16. Confitentur ſe noſſe Deum,factis autem negant. Fer.5.Dom.3.v.41. n.3. Et F.3. D.4. v. 28. n.9

Cap.2.v.7. In omnibus teipſum præbe exemplum. F.3. D.2.v.3.n.6

Cap.3. v. 10. Hæreticum poſt unam & ſecundam correctionem devita. Fer.4. Do. 3. v.14. n. 1.

AD HEBRÆOS.

Caput 1.

V.1. Multifariam multiſque modis , olim Deus loquens patribus &c. F.2. D.2. v.25. n. 7.

V.2. Noviſſimè locutus eſt nobis in Filio, ibid. Et Fer.4. Dom.4. v.37.n.2

V.5. Cui enim dixit aliquando Angelorum: filius meus es tu.Fer.6. Cin. v.45.n.3.

V. 13. Ad quem Angelorum dixit aliquando : Sede à dextris meis. Fer.4. Dom.2. v.22. n.3

V.14. In miniſterium miſſi propter eos,qui hæreditatem capiunt ſalutis. Fer.2. Dom. 1.v.31. n.14

Cap.2. v.9. Videmus Jeſum, propter paſſionem mortis, gloria coronatum. Fer.6. D.4. v.4. n.6

V. 11. Non confunditur fratres vocare eos, dicens. Fer. 3. Dom.2.v.8. n.4

V.12. Nunciabo nomen tuum fratribus meis ibid.
V.17. Debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. Fer.5. Dom.1. v.22. n.21
V.18. in eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est eis, qui tentantur, auxiliari Dom.1. v.1. n.17.
Cap.3. v.1. Fratres sancti, cælestis vocationis participes, Fer.3. Domin.2. vers.8. num.4.
Cap.4. v.13. Omnia nuda sunt oculis ejus. Fer.2. Dom.4. v.22. n.2
V.15. Non habemus Pontificem qui non possit compati &c. Domin. 1. v. 1. num. 16.
Cap.5. v.4. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo &c. Dom.2. v.1. n.19
Cap.6. v.4. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati &c. Fer.4. Domin.1.v.45. n.4
V.5. Gustaverunt etiam donum cœleste, ibid.
V.6. Et prolapsi sunt, rursus revocati ad pœnitentiam. ibidem. Et Fer.3. Pass. v.11. n.4
Cap.9.v.12. Introivit semel in sancta, æternâ redemptione inventâ. F.4. Dom.2. v.21. n.13.
Cap.10. v.4. Impossibile est, sanguine taurorum & hircorum peccata auferri. Fer.6. Dom.1. v.3.n.3
V.7. In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam. Fer. 2. Dom.2.v. 29. n.8
V.26. Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia. Fer 6. Dom.2. v.36.n.4
V.30. Mihi vindicta, & ego retribuam, Fer.6. Cin. v.44. n.8.
Cap.11. v.25. Magis affligi cum populo Dei &c. D.pass.v.50.n.2
V.26. Aspiciebat in remunerationem, D.2 v.3. n.4
V.37. Lapidati sunt, secti sunt &c. Fer.2. Dom.1.v 35.n.2 Et Fer.6. Domin.2. v.35. n.2
Cap.12. v.2. Proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, Fer.2. Dom.2.v.28. n.1. Et Dom Palm. v.1. num.2
℣.3. Recogitate eum, qui talem sustinuit contradictionem &c. Fer.4. Domin.2 v 18. n.2
℣.6. Flagellat omnem filium, quem recipit, Fer.2. Dom.4.v.15.n.1
℣.7. Tanquam filiis offert se Deus. Fer. 6. Dom.4. v.28. n.7
℣.9. Non multò magis obtemperabimus Patri spirituum & vivemus, Fer.6 Cin.v. 48. num.1
Cap.13. v.8. Jesus Christus heri & hodie ipse, & in sæcula, Domin. Passion. v.58. n.2
℣.9. Optimum est, gratiâ stabilire cor. Fer. 6. Dom.1. v.14. n.9
℣.13. Exeamus ad eum extra castra, improperium ejus portantes. Fer.4. Domin.4. v.34. n.6

JACOBI.

Caput 1.

℣.2. Omne gaudium existimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis. Fer. 5. Dom.2. v.25. n.10
℣.4. Patientia opus perfectum habet, Fer. 5. Dom.2. v.20 n.11
℣.5. Si quis vestrum indiget sapientiâ, postulet à Deo. Fer 6. Dom.3. v.11. n.4. Et Fer.2. Pass. v.37. n.21
℣.6. Postulet in fide, nihil hæsitans, Fer.5. Dom.1. v.22. n.4
℣.17. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est. Fer. 2. Dom.1. v.34. n.7. Et Fer. 2. Pass. v.37. n.28
℣.21. Suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Domin.3. v.28. n.5
℣.22. Estote factores verbi, & non auditores tantùm, ibid.
Cap.2. v. 5. Nonne Deus elegit pauperes, divites in fide &c. Fer.5 Domin.2.v.20. num.6
℣.13. Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam &c Fer.2 Dom.1. v. 34. n.3. Et vers.42.n.5. ibid.
℣.18. Ostende mihi faciem tuam ex operibus. Fer.4. Pass.v.25. n.10

Cap.3.v.2.Si quis in verba non offendit, hic perfectus eſt,Fer.4.D.3.v.11.n.4

V.3. Si equis frena in ora mittimus, ad conſentiendum nobis,corpus illorum &c.D. Palm.v.2.n.9

V. 5. Lingua modicum membrum eſt&c.F. 5. Dom.2.v.24.n.18

V.6, Lingua ignis eſt , univerſitas iniquitatis, ibid.

Cap.4.v.3.Petitis & non accipitis, eò quòd male petatis, Fer.3.D.3.v.19.n.6.

V. 4. Neſcitis, quia amicitia hujus mundi inimica eſt Deo &c.F.2.D.2.v.23.n.6

V.15. Vita noſtra vapor eſt &c. Fer. 2. Paſſ. v.33.n.12

Cap.5.v.5 Epulati eſtis ſuper terram, inque luxuriis enutriſtis corda veſtra, Fer.5.Do. 2.v.19.n.14

V. 20. Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ , liberat animam ejus à morte, Fer.3. Do.3.v.16

I. PETRI.

Caput 1.

V. 13. Sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam,Fer.6.D.3.v.11. n.1

V. 18. Scientes, quòd non corruptibilibus , auro vel argento redempti eſtis &c. Do. 2.v.3.n.16

Cap.2.v.21. Chriſtus paſſus eſt nobis, vobis relinquens exemplum,F.6.Cin.v.46.n.2

V. 22. Qui peccatum non fecit &c. Fer.2. D. 2.v.23. n 9

V.23. Qui cum malediceretur, non maledicebat, Fer.6.Cin.v.46.n.2.Et Dom.Paſſ v. 49.n. 6

Cap.3.v.20 Qui increduli fuerant aliquando in diebus Noë &c.F.3.v.23.n.7

Cap.4.v.8. Ante omnia mutuam in nobiſmetipſis charitatem habentes &c.F.2.Do. 1.v.42.n.1. Et Fer.4.Dom.4.v.3.n.2

V.10.Unuſquiſque ſicut accepit gratiam,in alterutrum adminiſtrantes, F.2.Paſſ.v.38. n.14.Et Fer.6.Do.3.v.29.n.3. Et F.4. Dom. 2.v.26.n.2

V.16. Ut Chriſtianus,non erubeſcat, Fer.4. Dom.4.v.9.n.7

V.18.Si juſtus vix ſalvabitur,F.2.D.1.v.31.n.3

Cap.5.v.2. Paſcite, qui in vobis eſt,gregem Dei, Fer.4.Do.2.v.26.n.2

V. 8. Sobrii eſtote & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus circuit &c. Dom.3.v. 15.n.2. Et v.24.n.2. ibid.

II. PETRI.

Caput 1.

V. 10. Satagite , ut per bona opera certam veſtram vocationem faciatis &c.F.4.Paſſ. v.28.n.13

V.11.Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum,ibid.

V. 16 Non doctas fabulas ſecuti, notam fecimus D.noſtri J.C.virtutem. D.2.v.1.n.15

V.17. Accipiens à Deo Patre honorē & gloriam, voce delapsâ &c. F.6.Cin.v.45.nu.4. Et Do.2.v.1.n.19.Et Dom.2.v.5.n.4

V. 19. Habemus firmiorem propheticum ſermonem,Fer. 5.Dom.2.v.29. n.1. Et Fer. 5.Dom.3.v.31.n.4

Cap. 2. v.21. Melius erat illis viam veritatis non agnoſcere,Fer.6.D.1.v.14.n.7

V.22.Canis reverſus ad vomitum &c.Dom. 3.v.24.n.11

Cap.3. v.16. Indocti & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras ſcripturas &c.D.1.v.6.n.9

I. JOANNIS.

Caput 2.

V.3.In hoc ſcimus, quoniam cognovimus eum, ſi mandata ejus obſervemus,Dom. Paſſ. v. 55. n.1

V.16.Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis &c.Dom .1.v.1.n.9

V. 18. Filioli, noviſſima hora eſt,& ſicut audiſtis &c.Fer.5.Dom.3.v.40.n.3

Cap.3.v.2.Cum apparuerit,ſimiles ei erimus Do.2.v. 2.n.4. Et Fer.6.D.1.v.13.n.2

V.8.In hoc apparuit filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli. Dom.3 v.20. n.3

V.9. Qui natus eſt ex Deo, non peccat &c. Dom.Paſſ.v.47.n.2

V. 10. In hoc manifeſti ſunt filii Dei & filii diaboli,Fer.6 Cin.v.45.n.1.

V.14.Qui non diligit, manet in morte, Fer.6. Cin.v.44.n.6

V.17.Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, Fer.5.Dom.2.v.20.n.9

V.21.Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum &c. Fer.3.D. 3.v.19. n.6
Cap.4.v.16.Deus charitas eſt &c.Fer.5.Dom. 3.v.38. num.5
V.19. Nos diligamus Deum,quoniam Deus prior dilexit nos,Fer.4.Dom.4.v.1.n.4. Et Fer.6.Dom.4.v.3.n.5
V. 20. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit &c. Fer.6. Cin.v.44.n. 1
Cap 5.v.15. Et peccatum ad mortem,non pro illo dico,ut oret quis,F.6.D.4.v.33.n.1

JUDÆ.

Caput unicum.

V.12. Arbores autumnales, bis mortuæ,eradicatæ, Fer.4.Dom 3.v.13.n.6

APOCALYSIS.

Caput 1.

V.3. Beatus qui legit & audit verba Prophetiæ hujus, & ſervat ea,&c.D.3.v.28. n.8
V.5.Princeps regum terræ,qui dilexit nos & lavit nos &c. Fer. 2. D.1.v.34. n.8
V.7.Videbit eum omnis oculus, Fer.2.Dom. 1.v 34.n.5
Cap.2.v.5.Memor eſto,unde excideris,& age pœnitentiam,Fer.6.Dom.1.v.2.n. 7
V.23. Scient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda,F.4.Cin.v.18. n.9
Cap.3.v.11.Ecce venio citò,tene,quod habes nemo accipiat coronam tuam,Fer.6.Dom. 2.v.43.n.13. Et Fer.4.Paſſ.v.28.n.11
V.17. Neſcis, quia tu miſer es & miſerabilis,& pauper,& cæcus,Fer.4.Dom. 4.v.6. num.16
V.19. Ego quos amo,arguo & caſtigo, Fer.2. Do.4.v.15.n.1
V.20. Ecce ſto ad oſtium & pulſo &c.Fer.6. Dom.4.v.28.n.7
Cap.5. v.10.Feciſti nos Deo noſtro regnum & regnabimus,Fer.4.Dom.2.v.23.n.3
Cap.7.v.16. Non eſurient neque ſitient amplius &c. Fer.6. Dom.3.v.13.n.5.Et Dom.4. v.12.n.5
V.17. Deducet eos ad vitæ fontes aquarum, Fer.6.Dom.3.v.6.n.13
Cap.9.v.2. Aſcendit fumus putei abyſſi,Fer. 6. Dom. 3. v. 11.n.3
Cap.17.v.4 Mulier erat circumdata purpurâ & coccino,&c. Fer.5 Dom 2.v.19. n.9
V.5 Babylon magna, mater fornicationum, ibid.
Cap. 18.v. 1. Terra illuminata eſt à gloria ejus, Dom.2 v.2.n.3
V. 7. Quantum glorificavit ſe & in deliciis fuit, tantùm date illi tormentum & luctum,Fer.5.Dom.2.v.22.n.17.
Cap.19.v.16. Rex regum & Dominus dominantium,Fer.2.Dom..1 v.34.n.1
Cap.20.v 2. Apprehendit draconem ſerpentem antiquum,Fer.4.Dom. 1.v.40.n. 1
V.11. Vidi thronum magnum candidum &c. Fer.2.Dom.1.v.31.n.16
Cap. 21 v. 6. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis, Fer. 6. Dom. 3. verſ. 15. num. 3
V. 22. Templum non vidi in ea, Fer.3. Dom. 1.v.13.n.1. Et Dom. 2.v.4.n.13
V.27. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, Dom.2.v.2.n.7

Finis Indicis ſacræ Scripturæ.

INDEX

INDEX

Rerum & verborum magis notabilium, quæ in præsenti secundo Tomo continentur.

A.

Abstinentia.

ABstinentia præcipua est contra diabolum armatura, Fer. 4. Ciner. v. 16. num. 8.
Unicum infirmitatis nostræ remedium, ibid v. 17. n. 3

Adamas.

Adamas symbolum amoris & affectus parentum, Fer. 4. post Dom. 2. Quadrag. v. 21. num. 13

Adulatio.

Adulatio pejor est peste, Fer. 4. post Dom. 1. Quadr. v. 39. n. 1. Adulationes Hebræorum terminantur in odio, Fer. 4. Pass. v. 24. n. 8 Familiares in aulis, Fer. 3. Domin. Pass. v. 1. num. 12

Æternitas

Ejus meditatio quàm sit utilis, Fer. 2. post D. 1. Quadr. v. 41. n. 7

Affectus

Inordinatus mundi affectus separat à cœlo, Fer. 2. post Domin. 2 Quadrag. vers. 23. num. 7
Carnis & sanguinis affectus, etiam perfectiores præcipitat, Fer. 4 post Domin. 2. Quadr. v. 20. n 8.
Affectus inordinatus matrum erga filios, Fer. 4. post Dom. 2 Quadrag. v. 20. n. 5. Et v. 21. num. 14
Quàm ille sit immensus, Fer. 5. post Dom. 1. Quadr. v. 22. num. 16.
Affectus inordinati occidunt animam, Fer. 4. post Domin. 3. Quadrag. vers. 19. numer. 3

Afflictio

Patienter tolerata præmiatur à Deo.

Agricola

Qui sint agriculæ in vinea Domini, F. 6. post Dom. 2 Quadr. v. 33. n. 15

Agripina

Mater Neronis occidi parata, modo filius regnet, Fer. 4. post Dom. 2. Quad. v. 20. n. 4

Ambulare

In gyro proprium est diabolo, Dom. 3. Quadrag. v. 24. n. 2
Ambulandum est peccatori pœnitenti, Fer. 6. post Dom. 1. Quad. v. 8. n. 7. & 8

Ambitio, Ambitiosus.

In corda humana tyrannidem exercet, Fer. 4. Dom. 2. Quadr. v. 24. n. 2
Est passio inordinata, Fer. 4. Dom. 2. Quadr. v. 20. n. 1
Quænam sit prohibita, Fer. 3. D. 2. Q. v. 8. n. 1
Crux est ambitiosorum, Fer. 4. D. 2. Quadr. v. 22. n. 14
Est febris, delitare faciens, Fer. 4. Dom. 2. Quadr. v. 21. n. 1
Fuit multarum hæresum causa, Fer. 3. Dom. 2 Quadr. v. 6. num. 3
Ambitiosi nihili faciunt amissionem omnium, modò finem suum assequantur, Fer. 4. Dom. 4 Quadr. v. 22. n. 25
Ambitiosus significatur per claudum, Fer. 6. Dom. 1 Quadr. v 3. n. 4
Ambitiosus non potest convenienter exercere suum officium, Fer. 3. post Dom. 4. Quad. v. 18. n. 7
Ambitiosus dignitatis æstimationem minuit, ut eam tantò facilius assequatur, Fer. 4. Dom. 2. Quadr. v. 20. n. 12

Ambitioſus libens initialiter ſervit, ut finaliter dominetur, Fer. 4. Dom. 2. Quadr. v. 20. n. 9
Affectat ambitioſus humilitatem. ibidem num. 10

Amicus Amicitia

Amici Dei procul eſſe debent ab omnibus rixis, Fer. 2. Do. Paſſ. v. 33. n. 13.

Quantò major ſit amicitia Chriſti quàm hominis, Fer. 6. Dom. 4. Quadrag. verſ. 15. num. 7
Amicitia ſæcularium ut plurimum reſpicit intereſſe, Fer. 3. Dom. 3. Quadr. verſ. 20. num. 1
Amicus ſæculi inimicus eſt Dei, Fer. 2. Dom. 2. Quadr. v. 23. n. 6

Amor Amare

Amare inimicum via eſt ad ſanctitatem. Fer. 6 Cin. v. 48. n. 2
Amor inimici eſt actio Chriſtiana, ibidem v. 46 num. 2
Gentiles ob gloriam humanam dilexerunt inimicum. ibid. v. 47. n. 2
Amanti ſufficit neceſſitatem detexiſſe, Fer. 6. Dom. 4. Quadr. v. 3. n. 8
Amor Apoſtolorum erga Chriſtum, Fer. 6. Dom. 4. Quadr. v. 16. n. 2
Amor Chriſti erga genus humanum exceſſivus fuit, Dom. 2. Quadr. v. 3. n. 16
Amor Dei facit animam obliviſci omnium, quæ prius amabat. Fer. 6. Dom. 3. Quadr. v. 28. num. 6
Amor inimici à quo nobis præcipiatur. Fer. 6. Cin. v. 44. n. 1
Ex dilectione proximi dignoſcitur diſcipulus Chriſti, Fer. 2. poſt Dom. 2. Quadr. v. 35. n. 6

Angelus

Ambiunt Angeli ſervire hominibus, eoſque ad cælum perducere. Fer. 5. poſt Dom. 2. Quadr. v. 22. n. 4.

Anima

Plus valet quàm mundus, Dom. 1. Q. v. 10. n. 1
Quos debeat ferre fructus. Dom. 2. verſ. 34. num. 1
Quando à Deo deſeritur, maximam pœnam patitur. Fer. 2. Dom. 2. Quadr. v. 21. num. 5
Anima beata magis mundum illuſtrat quàm ſol. Dom. 2. Q. v. 2. n. 3
Peccatrix eſt domus dæmonis. Fer. 4. poſt D. 1. Qu. v. 44. n. 4
Pretioſus animæ theſaurus cur in vaſe fragili repoſitus ſit. Fer. 4. Ciner. verſ. 20. num. 6
Eſt effigies ſanctiſſimæ Trinitatis, & quare vaſi luteo incluſa ſit. Fer. 4. poſt Dom. 4. Quadr. v. 6. n. 17

Antiochus

Typus eſt dæmonis, & prima ejus præda in templo, qualis fuerit. Fer. 4. Dom. 4. Qu. v. 1. n. 11

Apes

Pro melle conficiendo, floribus non herbis utuntur, Fer. 3. Dom. 2. Quadr. verſ. 3. num. 8

Apoſtoli

Apoſtolorum temperantia, Dom. 4. Quadr. v. 9. n. 3.

Apparatus

Quid ſit, quem dæmon optat in anima peccatoris, Dom. 3. Quadr. v. 25. n. 1.
Circa Paſcha faciendus. Fer. 2. poſt Dom. 4. Quadr. v. 13. n. 3

Appetitus

Inordinati occidunt animam. Fer. 4. poſt Dom. 2. Quadrag. v. 33. n. 25. v. latius verb. affectus.

Aqua

Cur gratia Spiritus ſancti aqua viva nominetur. Fer. 6. Dom. 3. Qu. v 10. n. 11
Aquæ ſemper fluentes quid ſignificent, Fer. 2. Paſſ. v. 38. n. 16

Aquæ

Aquæ concupiſcentiæ non ſedant, ſed accendunt ſitim, Fer. 6. Dom. 3. Quadrag. v. 18. n. 2.
Aquæ gratiarum extinguunt ſitim, ibid. v. 13. n. 4
Aquæ mundanarum voluptatum accendunt ſitim, ibid. num. 3
Aquæ Siloë pœnitentiam ſignificant, Fer. 4. Dom. 4. Qu. v. 7. n. 5

Arbor.

Conſultarunt arbores inter ſe de faciendo Rege, Dom. Palm. v. 5. n. 3. v. Planta.

Arma.

Dæmoniaca quæ ſint, Dom. 3. Quadr. v. 22. num. 4

Aſinus.

Typus eſt ſtoliditatis, quia Chriſtus ſumma ſapientia illi inſedit, Dom. Palmar. v. 5. num. 20

Avaritia, Avarus.

Eſt tentatio omnium vehementior, Dom. 1. Q. v. 9. n. 2
Avaritia clericorum, ruina eſt civitatum. F. 3. poſt Dom. 1. Q. v. 12. n. 12
Corrumpit res ſacras & divinas, Fer. 2. poſt Dom. 4. Q. v. 14. n. 15
Tyrannidem exercet in Eccleſiaſticos, ibid. v. 16. n. 11
Avari plus facultatum, quàm ſanguinis jacturam timent, Fer. 2 poſt Dom. 4. Quad. verſ. 18. n. 9
Ubi Deus eſt, avari locum habere non poſſunt, Fer. 3. poſt Dom. 1 Q. v. 12. n. 9
Semper ſunt inopes avari, ibid.

Aulici.

Quinam ſint aulicorum mores, Fer. 5. poſt Dom. 3. Q. v. 38. n. 30
Receptis injuriis gratias agunt, Fer. 4. Dom. 2. v. 22. n. 17

Aurum.

Quare ſit pallidum, Fer. 4. Cin. v. 19. n. 2

Auxilium.

Auxilia Dei volentibus & cooperantibus conferuntur, Fer. 6. D. 1. v. 7. n. 7
Auxilia terrena cujus ſint conditionis, ibidem numer. 8

B.

Bachanalia.

Cur Italicè *Carnevale* dicantur, Fer. 4. Cin. v. 16. n. 3. & 4

Beatitudo.

Eſſentialis in quo conſiſtat, Dom. 2. verſ. 4. num. 1

Benedictio.

Benedicere idem eſt, quod gratias agere, Domin. 4. v. 11. n. 9
Benedicendi ſunt cibi ante menſam, ibid.

Beneficentia. Beneficium.

Beneficia Dei non occultanda, ſed publicanda ſunt, Fer. 4. Domin. 4. v. 9. num. 7
Beneficia etiam parva, oblivioni tradenda non ſunt, Domin. 4. v. 12. n. 13
Beneficentia Chriſti in Judæos, Fer. 5. Do. 1. v. 23. n. 1
Eadem ab Hebræis contempta, Fer. 6. Dom. 2. v. 35. n. 1. & 2
Beneficentia erga inimicos qualiter à Deo præmietur. Fer. 6. Cin. v. 44. n. 9
Beneficentia immenſa Dei erga nos, omnes beatos Reges facit, F. 2. D. 1. v. 34. n. 8
Cœlum velut futurum hominum palatium fabricavit, antequam crearet hominem, imò ante mundum creatum, ibid. n. 9

Boves.

Mundanis delectationibus deditos ſignificant, Fer. 2. Dom. 4. v. 14. n. 5
Item Simoniacos, n. 6. ibid
Et doctrinam vitæ cæleſtis, ibid. v. 7.
Item eos, qui Prælatis famulantur, ut promoveantur, licèt indigni, ibid.

C.

Calix

Paſſionis quàm amarus fuerit, Fer. 4. Dom. 2. v. 22. num. 23

Cananæa

Fuit typus Eccleſiæ, Fer. 5. Domin. 1. v. 28. num. 23
Deprædicatur magna ejus fides, ibid. Et v. 28. num. 4.
Docet modum orandi, ibidem. verſ 22. num. 1.
Ejus conformitas cum voluntate divina, Fer. 5. Dom. 1. v. 22. n. 22
Multos exercuit actus heroicos, ibidem. num. 4
Credidit in Chriſtum, Fer. 5. Dom. 1. v. 22. num. 7
Libenter ſuſcipit nomen canis, ibid. verſ. 27. num. 2
Quales exercuerit virtutes, ibid. n. 7
Charitas ejus par fuit dilectioni S. Pauli, ibidem v. 26. n. 15
Quidquid voluit, obtinuit, ibidem. v. 28. num. 9
Animoſam ſe exhibuit, v. 25. num. 1. ibidem.
Charitas ejus erga filiam, ibidem. v. 25. num. 3

Canes

Eorum proprietates, Fer. 5. Dom. 1. v. 27. num. 4
Allatrant pauperes, timidi, ne panis iis deficiat, F. 5. Do. 2. v. 21. n. 9

S. Carolus Borromæus.

Quid fecerit ad fugandam à ſe vanam gloriam, Fer. 6. Cin. v. 2 n. 2

Cathedra

Moyſis quid ſignificet, Fer. 3. Dom 2. verſ. 2. num. 1
Cur potius Moyſis, quàm Aaronis cathedra vocetur.

Charitas

Eſt neceſſaria omnibus, curam animarum habentibus, F. 4. D. 1. Q. v. 41. n. 5.
Charitas quæ fit proximo, ipſi Deo præſtatur, Fer. 2. Dom. 1. Q. v. 35. n. 5
Charitas vera operatur non rogata. Fer. 5. D. 1. v. 25. n. 13
Benè ordinata, primò benefacit ſuis, Dom. 5. v. 25. n. 17.
Charitas S. Petri in omnes, ut Paſtoris univerſalis, Dom. 2. v. 4. n. 9.

Chriſtiani

Sæpè pejores ſunt, quàm ipſi Hebræi, Fer. 4. Dom. 3. v. 8 n. 6
Peccando transferunt à ſe Eccleſiam & Sacramenta in Gentiles, Fer. 6. Dom. 2. v. 43. n. 8. & 9. & 10
Meritò timeant, ne à Deo deſerantur, ibid. num. 9
Qualis & quotuplex in iis requiratur fructus, ibidem n. 11

Chriſtus

Manſuetudo Chriſti, Fer. 3. Dom. 4. v. 20. n. 9. Et v. 21. n. 1
In deſertum ivit, à Spiritu S. ductus, Dom. 1. v. 1. n. 1
Et ut exemplum humilitatis daret, ibid. n. 6.
Defatigatio Chriſti quid notet, Fer. 6. Do. 3. v. 6. n. 4.
Jejunavit ad noſtram inſtructionem, Dom. 1. v 2. n. 4
Facies Chriſti ſpirans majeſtatem, Fer. 3. Do. 1. v. 12. n. 13
Quomodo quærendus ſit, ut inveniatur, Fer. 2. Dom. 1. v. 35. n. 6. Et Fer. 2 Dom. 2. v. 21. num. 11
Invenitur, ubi non eſt; inquit S. Philippus Nerius, ibid.
Tentatus nobis dedit exemplum, & auxilia vincendi, Dom. 1. v. 1. n. 16.
Poſt jejunium eſuriit ſalutem noſtram, ibidem. v. 2. n. 11.
Corpus Chriſti glorioſum quantæ gloriæ, Dom. 2 v. 4. n. 2
Cur noluerit lapides mutare in panes, Dom. 1. v. 3. n. 13

Fle-

Fleviſſe legitur, non riſiſſe, Fer. 6. Dom. 4. v. 35. num. 5
Cur in morte Lazari fleverit, ibidem. v. 36. num. 2
Quando prædicare cœperit, Fer. 3. Dom. 2. v. 7. n. 2
Præmiando & ſententiando, judex dicitur, Fer. 2. Dom. 1. v. 34. n. 1
In ſpecie humana judicaturus apparebit, ut tantò ſit ſeverior & implacabilior, Fer. 2. Do. 1. v. 31. n 9
Cur tanta pompa Jeroſolymam ingreſſus ſit, Dom. Palm. v. 1. n. 1. & 2
Parum hiſce applauſibus immoratus fuit, ibid. n. 6
Cur pullo vehi voluerit, Dom. Palmar. v. 2. num. 10
Qualiter ſe in honorum culmine humilem exhibuerit, ibid. n. 12
Triumphum ſuum in peccatorū remiſſione repoſitum habet, ibid. v. 15
Manſuetudo, ſignum adventus Chriſti, Do. Palm. v. 5. n. 12. 13.
Quâ ratione aſino opus habuerit, qui Dominus omnium erat, ibid. v. 3. n. 8
Licèt Jeroſolymam pauper ingrederetur, ut Rex tamen excipi voluit, ibid. v. 5. n. 2
Illum amare tenemur, quia totus eſt noſter, ibid. v. 7
Id quod pro omnibus paſſus eſt, pro una tantùm anima paſſurus fuiſſet, ſi fuiſſet opus, ibid. n. 11
Quomodo intelligendum, quòd aſinæ & pullo inſederit, ibid. n. 15
Judicia Divinitatis ab ipſo edita, ibidem num. 18
Cibus Chriſti qualis fuerit, Fer. 2. Q. Dom. 2. v. 29. n. 8.
Cibus Chriſti converſio eſt peccatoris, Fer 6 Dom. 3 v. 32. n. 1. Et v. 34. n. 1. Vid. *Crux. Doctrina.*

Circumciſio

In die ſabbati non erat prohibita, Fer. 3. Do. 4. v 22. num 1
Non ſanabat totum hominem, ibidem. v. 23. num. 2

Ciſterna

Ciſternæ foratæ, quæ continere non valent aquas, quæ ſint, Fer. 6. Dom. 3. v. 15. n. 6

Claudi

Denotant ambitioſos, Fer. 6. Dom. 1. v. 3. n. 4.

Clericatus

Quid ſignificet, Fer. 3. Dom 2 v. 7. n. 1
Clerici avari perſtringuntur, Fer. 4. Dom. 2. v. 22. n. 10. & ſi

Cæcus natus

Cæcus natus perfectè obedivit Chriſto, Fer. 4. Dom. 4. v. 7. n. 10
Subitò illuminatus fuit, ibid. n. 11
Natus eſt cæcus ad majorem Dei gloriam, ibid v. 3. n. 3

Cogitationes

Malæ unde originem trahant, Fer 4. Dom. 3. v. 19. n. 1

Colloquium

Cum mulieribus quàm ſit periculoſum, Fer. 6. D. 3. v. 27. n. 4. vid. v. *Converſatio.*

Columbæ

Simoniacos ſignificant, Fer. 2. D. 4. v. 14. n. 12.

Compaſſio

Erga proximos, nos reddit in die judicii ſecuros, Fer. 2. Dom. 1. v. 35. n. 6

Concilium

Hæbræorum conſultantium intra ſe, de morte Chriſto inferenda, F. 6. D. 2. v. 38. n. 3. & 4. Et F. 6. Paſſ. v. 47. n. 1
In eos ipſos, qui huic concilio intererant, maxima Deus contulerat beneficia, Fer. 6. Paſſ. v. 47. n. 1
Quale Judæi motivum habuerint, inſtituendi concilium contra Chriſtum, ibid. n. 9. & 10. & 16. & v. 48 n. 2. & 3
Conſiliarii in eo cœtu fuêre ambitio & avaritia, ibid. v. 48. n. 9. & 10

Concio vide *Prædicatio.*

Confessio.

Peccatorum est plus reconciliativa Dei, quàm jejunia & cilicia, Fer. 4. Ciner. v. 17. num. 7

Quàm sit Deo grata, quando intrepida est & constans, Fer. 6. Dom. 1. vers. 15. n. 5

Quam sit necessaria, & quomodo fieri debeat, Fer. 6. Dom. 4. v. 43. num. 15. Vide *Contritio.*

Quomodo fieri debeat, ut sit bona, Fer. 4. Dom. 1. v. 44. n. 9

Confessarii.

Non debent esse indiscreti, sed benigni, Fer. 3. Dom. 2. v. 4. n. 4

Consulere debent, quantum possunt, verecundiæ & confusioni pœnitentis, Fer. 6. Dom. 3. v. 17. n. 4

Conscientia.

Bona affert lætitiam, Fer 4. Cin. v. 17. n. 1.

Mala infernus quidam est, Fer. 2. Do. 1. v. 41. n. 5

Consilium.

Consilia malorum facilè in sequelam trahunt, Fer. 6. Pass. v. 53. n 2.

Consilia mundi qualia sint, Fer. 3. Pass. v. 4. num. 11.

Non sunt spernenda, etiam ab hominibus vilibus suggesta, ibid. v. 6. num. 1

Consuetudo.

Prava tollitur per bonorum operum exercitium, Fer. 6. Dom. 1. v. 8. num. 4.

Contritio.

Peccatoris qualis esse debeat, F. 6. Dom. 4. v. 33. n. 9. vid. ver. *Confessio.*

Contumaces.

In faciem reprehendendi sunt præsentes, Fer. 5. Do. 1. v. 24. n. 4

Cor.

In corde malorum dæmon requiescit, Dom. 3. v. 24. n. 8

Corpus.

Humanum cur ex corruptibili adeò materia conditum sit, Fer. 4. Cin. v. 20. n. 7

Correctio.

Differt à reprehensione, quæ fit per prædicatores, Fer. 3. Dom 3 Q. v. 15. n. 22

Dignior est eleëmosyna, ibid. n. 15

Quando cum affectu recipitur, signum est salutis, Fer. 6. Dom. 13. v. 19. n. 4.

Fieri debet secreto, Fer. 3. Dom. 3. v. 15. n. 29. 30. & seq. Et Fer. 4. Pass. v. 25. n. 4

Non debet exerceri erga afflictum, Fer. 6. Dom. 4. v. 21. n. 3

Cur fieri debeat, Fer. 3. Dom. 3. v. 16. n. 1

Intermitti non debet, etiamsi amico displiceat, ibid. v. 15. n. 26

Quando & quomodo fieri debeat, Fer. 2. Do. 4. v. 14. n. 2

Quem debeat servare ordinem, Fer. 3 Dom. 3. v. 17. n. 4

In cujus præsentia fieri debeat, ibid. v. 16. n. 7. &c.

Nihil proficit in animabus vitiosis, Fer. 3. Pass. v. 7. n. 6

Ob quod peccatum fieri debeat, Fer. 3. Dom. 3. v. 15. n. 1. & 2

Peccatum debet esse publicum, ob quod fit, ibid.

Procedere debet ex radice charitatis, ibidem n. 7.

Debet fieri citò, sine dilatione, ibidem num. 8.

Ejus præceptum obligat omnes, ibidem num. 14

Quales conditiones habere debeat, ibidem num. 20

Debet fieri privatè, ne confundatur delinquens, Fer. 6. Dom. 4. v. 32 n. 9

Crapula

Inordinata provocat libidinem, Fer. 5. Do. 2. v. 19. n. 14.

Cau-

Cauſa morbos & mortem. Fer. 4. Ciner. v.16.num.9.

Crux.

Eſt exaltatio Chriſti, Fer.2.Dom.2.v.28.n.1. Et Dom. Paſſ. v.56.n.3.
Lucem & claritatem ei affert. Dom.Paſſ.v. 56.n.3.

Cupiditas.

Cupiditas bonorum temporalium quouſque hominem ſeducat. F.6. D.2.v.38.n.11.
Reprehenſionem meretur & ſupplicium. Fer.3. Dom.1.v.12.n.7.

D.

Dæmones.

Quieſcunt dum fideles infeſtant. Fer. 4.Do. 1.43.n.2.& 6.
Gaudia ab eo propoſita, lapides ſunt, Dom. 1.v.3.n.9.
Facilè in animam ingrediuntur,& difficulter recedunt,Dom.3.Qu.v.14.n.2.
Non vincuntur ſine virtute divina. Dom. 3. v.21.num. 2. 3.
Aliquando utuntur ſcripturis, ut decipiant. Dom.1.v.6.n.9.
Eorum proprium eſt circuire. Dom. 3. v. 24. num. 2.
Sunt mendacas & pauperes. Dom. 1.v. 9. num. 1.
Illis reſiſtendum præcipuè in principio.ibid. v.1.n.13.
Sunt in tentando debiles , ibidem verſ. 6. num. 6.
In ſublime ducunt, ut inde præcipitent. Do. 1.v.5.n.6.& 7. Et v.8. n.2.ibid.
In Chriſti tentatione dæmon ſuam inſcitiam oſtendit, ibid.v.3.n.20.
Cur Adamum per Evam tentarit ? ibidem num.3.
Vincere non poteſt niſi volentes. ibidem. num. 16.
Chriſto ruinam ſtruere conatus eſt. ibidem v 9. n. 4.
Cur quieſcere nequeat. Fer. 4. Dom. 1. v. 43. num. 6.

Damnati

Videbunt gloriam,ad majus eorum tormentum. Fer.5.Dom.2.v.23.n.3

Delectatio, vide *Voluptas.*

Deſertum.

Hominem victorem facit dæmonum , & ſocium Angelorum,Fer. 4. Dom. 1. v.43. num.5.
Servit utiliter ad vincendum dæmonem.Do. 1.v.1.n.9.

Deſperatio.

Nihil eſt pejus illâ, Dom.Paſſ. v.59.n.7.

Detractio.

Terminum non habet , nec unquam ſatiatur, Dom. 3.v.15. n.7
Neminem à recta via divertere debet, Fer.6. Dom. 1.v.11.n.2

Detractores.

Abominabiles ſunt. Fer.4.Dom.3.v.2.& 5.

DEUS.

Modus quærendi & inveniendi eum. Fer. 2. Paſſ.v.34.n.9.
Iratus miſericordiæ recordatur. Fer.2.Dom. 1.v.46.n.4.
Benignior eſt in caſtigando, quàm homines. Fer.6.Dom.2.v.43.n.5.
Gratiis ſuis ſemper nos prævenit Fer.6. Do. 1. v. 7. n. 1.
Plus noſtram , quàm nos ipſi ſalutem deſiderat, Dom. 1. v. 10. n.10.
Abſentia Dei ab anima , omnis mali cauſa eſt. Fer.6.Dom.2.n.38.n.9.

Dignitates.

Eccleſiaſticæ non ſunt conferendæ conſanguineis. Fer. 4. Dom. 2. v.21. n.6.
Quàm ſint oneroſæ & laborioſæ, ibidem v. 22. n. 11. 12, 13.

Dilectio

Qui diligit proximum, ſe Chriſti diſcipulum probat, Fer. 2. D. 1. v. 35. num. 6. Vide *Charitas.*

Divitiæ.

Non juvant moribundum, Fer. 5. Do. 2. v. 22. num. 18
Sunt cauſa omnium exceſſuum, ibid. v. 22. num. 13. & 14
Etiam juſtæ poſſeſſæ, offendiculo ſunt, Fer. 5. Dom. 2. v. 25. n. 4
Subjectæ ſunt multis periculis, Fer. 4. Cin. v. 19. n. 2.

Divites.

Poſſunt bonis ſuperfluis comparare cœlum, Fer. 5. D. 2. v. 21. n. 1
Relinquunt pauperes nudos, ut tegant parietes, ibid. v. 19. n. 10.
Puniuntur pœnâ, culpæ proportionatâ. Fer. 5. Do. 2. v. 24. n. 1
Quænam ſint eorum prætenſiones, Fer. 6. D. 1. v. 4. n. 5

Doctores

Perverſi fugiendi ſunt, Fer. 4. Dom. 3. v. 14. num. 1

Doctrinæ

Chriſti toti mundo communicata eſt, Fer. 2. Dom. 2. v. 26. n. 8
Cur Chriſtus eam vocet ſuam, & non ſuam, Fer 3. D. 4. v. 16 n. 1. & 2. & 3

Domus

Sancti Petri, cur ſæpè per Chriſti præſentiam honorata, Fer. 5. Dom. 3. v. 38 n 5. 6. 7. 8. & 9
Ædes pauperum cur Chriſtus ſæpè viſitaverit, ibid. n. 4

Duellum

Probrum ſimul & damnum infert, Fer. 6. v. 44. n. 7

E.

Eccleſia

Eſt domus Dei, & quot modis fiat domus inſtitoria, Fer. 2. Domin. 4. verſ. 16. num. 8
Quanta cum reverentia in ea degendum, ib. num. 10.
Quo fine frequentanda. Fer. 3. Do. 4. v 14. num. 12.
Reverentiam quantam exigat, Fer. 4. Paſſ. v. 23. num. 7.
Chriſtus reperitur in ea, Fer. 6. D. 1. verſ. 14. num. 1
Quam exigat à fidelibus, in ea degentibus, devotionem, Fer. 3. Domin. 1. verſ. 13. numer. 1

Electi

Prius remunerantur, quàm caſtigentur reprobi. Fer. 2. Dom. 1. v. 34. n. 3

Eleemoſyna.

Quomodo fieri debeat, Fer. 6. Ciner. v. 1. num. 5
Largè à Deo remuneratur, ibidem verſ. 4. num. 3

Dives Epulo.

Cur ad Abraham, & non ad Lazarum recurrit. Fer. 5. D. 2. v. 24. n. 3.
Culpatur de ſtultitia ibidem. verſ. 30. numer. 3
Cur proprio nomine non appelletur, Fer. 5. D 2. v. 19. n. 2.
Crudelior canibus, ibid. v. 21. n. 8.
Juſtè ei gutta aquæ negata fuit, ibidem v. 24. num. 15

Evangelium

Unde ſuam habuerit originem, Fer. 3. D. 4. v. 15. num. 1

Exemplum

Malum majorum ad inferiores tranſmittitur. Fer.3.Dom.2.v.3.n.6

Exequiæ

Sumptuoſæ non proſunt peccatoribus, Fer. 3.Dom.2.Q.v.22. n.19.

Exercitia

Spiritualia anteponenda affectionibus carnalibus. Fer.4. Dom.1.v.46.n.1.

F.

Familiaritas

Parit contemptum. Fer.2. Dom.3. verſ.24. num.3

Febres

Appropriantur vitiis. F.5. D.3. v.38.num.26.

Feſta

Chriſtianorum, prohibent opera ſervilia, non pietatis. Fer.4. Domin.4.v.13. num.1

In iis ad nihil attendendum, niſi ad ſervitium Dei. Fer.3.Dom.4.v.14.n.7.

Prohibent abſtinere à malis operibus, non à bonis. Ubi ſimul etiam docetur fusè, quo fine frequentanda ſint. Fer.3.Paſſ.v. 8. per totum.

Fides.

Appellatur opus Dei. Fer.4. Domin.4.v.4. num.1.

Vera non eſt ea, quæ dependet à miraculis. Fer.2. Dom.4.v.21.n.2

Fides idiotæ non differt à fide docti. Fer.6. Dom.4.v.27.n.4.

Fructus

Quos Deus à nobis requirat, Fer.6.Dom.2. v.43.n.11.

G.

Gloria

Paradiſi quàm ſit efficax & magna, Fer.5.D. 2.v.24.n.14.

Paradiſiaca nequit haberi ſine merito. Fer.4. D.2.v.23. n.

Mundana, momentanea eſt, Dom.1. verſ.8. num.7.

Gratia Dei

Indeficiens eſt, licèt toti mundo communicetur, Fer.6.D.1.v.3.n.6.

Confertur ſine prævio merito, Fer.6. Do.3. v.15.n.3.

Gratitudo

Exhibita pro beneficiis acceptis, pignus eſt futurorum, Fer.6.Dom.4.v.41.n.9.

Guloſi.

Obliviſcuntur Dei, ut manducent, Fer.5.D. 2.v.19.n.17.

Ex iis unus blaſphemando mortuus eſt, ibidem.

H.

Habitus

Vitioſi uſque ad ſepulchrum deferuntur. F.5. Dom.2.v.24.num.6.

Hebræi

Plus bona temporalia, quàm æterna perdere timuerunt, Fer.6.Paſſ. v.48.num.14. & 15.

In calumniandis Chriſti miraculis maligni fuêre, Fer.4. Do.4.v.19.n.1.& 2. & v.24. n.5.& 6. & 7.

Item invidioſi, ibid. v.2.

Ex filiis Dei, facti ſunt canes. Fer.5.D.1.v.26. num.5.

Tantis illuminati ſignis, non agnovêre Chriſtum, ibid.v.22.n.20.

Cæci in rebus divinis, Argi in proprio

Intereſſe. Fer. 2. Dom. 2. v. 27. num. 1.
A Chriſto reprehenſi, ibidem. verſ. 26. num. 2.
Chriſtum repudiando, indigni facti ſunt vitâ æternâ, Fer. 6. Domin. 2. v. 43. num. 8.
Per mundum diſperſi ſunt, Fer. 2. Paſſ. v. 35. n. 5. v. *Populus.*

Homo.

Non deſeritur à Deo, niſi deſerens Deum, Fer. 3 Dom. 1. v. 17. n. 1.

Humiles.

Capaciſſimi ſunt ſapientiæ, Fer. 3. Dom. 4. v. 31. num. 4.

Humilitas.

A Chriſto nobis tradita eſt, & ut inferioribus cedamus, Fer. 3. Paſſ. v. 1. n. 7.
Prima lectio Chriſti de humilitate traditur, Fer. 3. Dom. 2. v. 6. n. 5.
Semper ſublimis eſt & magna. Dom. 1. Paſſ. v. 50. num. 12.
Chriſtus ei favet. Fer. 5. Domin. 1. verſ. 27. num. 5.
Ejus fructus. Dom. 4. v. 10. n. 2.

Hypocrita.

Eſt magis impius, quàm hæreticus. Fer. 4. Cin. v. 16. n. 16.
Aſſimilatur dæmonibus. ibid. n. 15.
In quo ſuam perfectionem reponat, Fer. 4. D. 3. v. 20. n. 2.
Quàm pravæ ſint intentionis. ibidem v. 7. num. 1.
Cur prima in menſis loca deſideret, Fer. 3. Dom. 2. v. 5. n. 6.
Signatur in ovibus, Fer. 2. Domin. 4. v. 14. num. 10.

I.

S. Jacobus.

Præ omnibus, divini honoris zelantiſſimus fuit, Dom. 2. v. 1. n. 3.

Jejunium.

Servandum, non ut hominibus, ſed Deo placeamus. Fer. 4. Cin. v. 18. n. 2 & 3.
Multum remuneratur. ibid. n. 7.
Quadragenarium, myſticum eſt, Dom. 1. v. 2. num. 8.
Per hoc recipitur gratia & dæmon ſuperatur, ibid. num. 2.
Servandum cum lætitia. Fer. 4. Cin. v. 17. n. 1.
Effectus jejunii quadrageſimalis, ibid. v. 16. num. 1. 2. 3. 4 &c.

Indulgentiæ.

Abolent pœnas, peccatis noſtris debitas. Fer. 6. Dom. 3. v. 38. n. 3.

Infelicitas.

Maxima eſt felicitas. Fer. 5. D. 2. v. 25. n. 7.

Infirmitates.

Oriuntur ut plurimùm à peccatis. Fer. 6. Do. 1. v. 14. n. 4.
Quàm ſint utiles, Fer. 5. Dom. 3. v. 40. n. 10. & 11.
Effectus ſunt iræ divinæ. Fer. 6. Dom. 4. v. 3. n. 11. Et v. 5. n. 3.

Infernus.

Ignis inferni inſtrumentum iræ divinæ, agens conformiter ad voluntatem divinam, Fer. 2. Dom. 1. v. 41. n. 5.

Ingrati.

Non debent ſe aſſecurare de beneficiis præteritis. Fer. 6. Dom. 2. v. 43. n. 7.

Ingratitudo.

Vitium eſt deteſtabile. F. 4. D. 1. v. 39. n. 2.
Exprobratur Scribis & Phariſæis. Fer. 4. Paſſ. v. 31. n. 4.
Exſiccat fontem divinæ miſericordiæ. Fer. 2. Dom. 3. v. 23. n. 11.
Eſt primaria perditionis Judaicæ occaſio. Fer. 6. Paſſ. v. 47. n. 19.
Hominem reum efficit maximi ſupplicii. F. 6. Dom. 1. v. 14. n. 7.

Ingra-

Ingratitudo Phariſaica collata cum beneficentia Chriſti. Fer. 3. verſ. 15. numer. 6.

Inimici.

Pro iis orandum eſt, Fer. 6. Ciner. v. 44. numer. 10.
Non odio habendi, ibid. v. 43. n. 1.
Amandi, non propter ſe, at ex amore Dei, ibid. v. 44. n. 1. & 6.
Quomodo ſuperandi, Fer. 4. Dom. 4. v. 1. num. 2.

Injuriæ.

Supportandæ ſunt, Fer. 3. Domin. 4. v. 21. numer. 1. & 2. Et Domin. Paſſ. verſ. 49. num. 8.
Tacendo, declinantur, Dom. Paſſ. verſ. 59. num. 8.
Deo illatæ ſunt vindicandæ, nobis autem factæ, tolerandæ. Dom. Paſſ. verſ. 49. n. 2. & 6.
Glorioſius eſt eas ferre, quàm vindicare, ibid. num. 7.

Interceſſio

Sanctorum neceſſaria omnibus, Fer. 5. Dom. 1. v. 23. n. 5.
Quàm ſit efficax, ibid. n. 10.

Invidia.

Judæorum in Chriſtum, Fer. 6. Dom. 2. v. 38. num. 4.
Phariſaica Chriſto mortem acceleravit. Fer. 6. Dom. 1. v. 12. num. 1.
Obfuſcat judicium, Fer. 3. Dom. 1. v. 16. num. 2.
Quot malorum cauſa, Fer. 2. Dom. 3. v. 24. num. 5.
Eſt tormentum majus inferno. Fer. 5. Dom. 2. v. 24. n. 10.
Excæcat oculos, ne videant veram lucem, Fer. 3. Dom. 4. v. 15 num. 5.
Eſt paſſio inordinata. Fer. 2. Domin. 3. v. 24. numer. 5.
Eſt ſtimulus, mortaliter nos feriens, Fer. 4. Paſſ. v. 24. num. 12.

Invidi.

Venenum internum occultare nequeunt, Fer. 3. Dom. 1. v. 16. n. 3.
Contempti à Deo, Fer. 2. Dom. 3. verſ. 25. num. 2.
Plus alienâ gloriâ, quàm proprio damno torquentur. Fer. 6. Paſſ. v. 47. n. 17.

Jonas.

Figura Chriſti, Fer. 2. Domin. 1. verſ. 39. num. 6.
Item in reſurrectione. ibid. n. 7.
Inferior Chriſto, v. 41. n. 6. ibid.
Ninivitis prædicat ſine miraculorum patratione. Fer. 4. Domin. 1. verſ. 41. num. 6.

Judæi.

Quærunt Meſſiam, qui ſit juxta illorum genium, qualem nunquam invenient. Fer. 2. Paſſ. v. 34. n. 7.
Primi erunt, maximeque diſpoſiti ad recipiendum errores Antichriſti, quia Deum qui illis benefecit abjecerunt, Fer. 4. Dom. 1. n. 1.

Judices.

De incognitis judicare non debent.
Judicando ſedent, ut denotetur eorum in judicando maturitas. Fer. 2. Dom. 1. v. 31. num. 11.
Igni ſimiles eſſe debent. Fer. 3. Dom. 4. v. 24. num. 4.
Judicia humana ſunt fallacia. Fer. 6. Dom. 4. v. 21. n. 5.
Non debent reſpicere perſonas ſed opera, Fer. 3. Dom. 4. v. 24. n. 1.

Judicium univerſale.

Nullus in eo excuſationi locus ſupererit, Fer. 6. Dom. 2. v. 41. n. 1.

In eo Magnates infimorum pedibus ſubſternentur, Fer. 2. Domin. 1. verſ. 32. num. 3.
In eo de ſolis miſericordiæ operibus mentio fiet. Fer. 2. Dom. 1. v. 36. n. 2.
Chriſti majeſtas in eo die, Fer. 2. Dom. 1. v. 31. num. 10.
Terribile erit, quia Chriſtus in illo vulneribus & cicatricibus ſauciatus apparebit. F. 2. Dom. 1. v. 31. n. 7.
Plenum erit confuſione quoad reprobos, ibid. v. 32. num. 2.
Univerſale à particulari judicio dependet, Fer. 2. Dom. 1. v. 31. n. 3.

Juſtitia

Qualiter exerceri debeat, Fer. 3. Dom. 4. v. 24. num. 3.
Quot modis pervertatur, Fer. 3. Dom. 4. v. 24. n. 4.

Juventus

Hæc ubi de imperando agitur non cedit ſenectuti. Fer. 4. Domin. 2. verſ. 21. numer. 15.

L.

Lachrymæ

Sunt orationes efficaciſſimæ Fer. 6. Dom. 4. v. 32. n. 7. Et v. 33. n. 1.

Lazarus

Præ canibus contemptui habitus, Fer. 5. Do. 2. v. 21. n. 7.
Paſſiones ſuas magni æſtimabat, ibidem. v. 25. num. 10.
Probatus per inopiam & infirmitatem pœnoſam non doluit, ibid. v. 20. numer. 10. & 11.
Etymologia nominis ejus. ibidem verſ. 20. num. 7.
Fuit magni apud Deum meriti, ibidem numer. 6.

Lazarus Bethaniæ.

Figura eſt peccatoris, Fer. 6. Domin. 4. v. 1. n. 3. Et v. 35. n. 6. ibid.
Quare ſit appellatus amicus Chriſti. ibid. v. 11. n. 2.
Mors ejus fuit figura mortis Chriſti. ibid. v. 15. n. 6.
Poſt quatriduum fuit reſuſcitatus, & quid per hoc ſignificetur. ibid. verſ. 17. num. 3. & 4.
Ejus ſepultura typus eſt peccatoris inveterati in malo. ibid. v. 39. n. 13.
Quatuor dies ſignant 4. ſtatus peccatorum ibid. v. 39. n. 7.

Lex Evangelica

Totius ſcripturæ amabilior eſt. Dom. 2. v. 4. num. 6.
Ejus differentia à lege veteri. Fer. 4. Dom. 3. v. 19. n. 4.

Libido

Vinculum eſt, nos ut mancipia in manibus dæmonis continet. Fer. 5. Dom. 2. verſ. 38. num. 18

Lingua

Membrum parvum, iniquitate ſcatet. Fer. 5. Dom. 2. v. 24. n. 10.
Lingua Epulonis cur præ aliis membris cruciata fuerit. ibidem numer. 18. 19. & 20.

Lites

Etiam inter homines bonos quandoque oriuntur, Fer. 3. Paſſ. v. 12. n. 1.
Qualiter mentem hominis pervertant, Fer. 3. Dom. 4. v. 17. n. 8.

Longanimitas.

Eſt patientia Dei, quâ nos ad pœnitentiam exſpectat, Fer. 6. Dom. 2. v. 33. n. 31.

Lupi

Oves per gulam invadunt. Dom. 3. verſ. 14. num. 8.

Lutum

Oculis impoſitum, ſuperbiæ medetur. Fer. 4. Dom. 4. v. 6. n. 18.
Sufficit ad acquirendam perfectam notitiam Dei, ibid. n. 16.
Cur à Chriſto oculis cæci nati impoſitum. ibid. n. 15. & 16.

M.

Macula

Animæ fœdatrix, in quo conſiſtat. Fer. 4. Dom. 3. v. 11. n. 2
Labes peccati quàm turpis ſit, & quid ad eam delendam deſideretur. Fer. 4. Dom. 3. v. 20. n. 1. & 2.
Manuum & oris quæ ſit. ibidem verſ. 11. num. 8.

Magdalena.

Chriſto occurrit. Fer. 6. Dom. 4. verſ. 29. num. 1.
Chriſti pedibus advoluta, peccatum ſuum confitetur, ibid. v. 32. n. 1. & 2.
Didicit ab eo humilitatem. ibid. n. 4.

Magiſter.

Quis dici poſſit. Fer. 3. Dom. 2. v. 8. n. 3.

Mahometani

Cur veram fidem non amplectantur. Fer. 3. Dom. 4. v. 17. n. 5.

Malum

A nobis ipſis, non à Deo provenit, Fer. 2. Dom. 3. v. 23. n. 18.
De malo proximi non eſt lætandum, Fer. 6. Dom. 4. v. 15. num. 1.

Manſuetudo

Hominem Deo aſſimilat. Fer. 6. Cin. v. 45. num. 2.
Et tribus divinis SS. Perſonis, ibidem num. 3.
Exſtinguit iram, multiplicat amicos. Fer. 2. Paſſ. v. 37. num. 6.

Maria

Beatior eſt concipiendo fidem Chriſti, quàm ejus humanitatem, Dom. 3. verſ. 28. num. 3.

Martha & Magdalena

Quantam habuerint confidentiam in Chriſtum, Fer. 6. Domin. 4. v. 3. n. 1. Et verſ. 4. num. 2.
A Chriſto amatæ, ibid. v. 5. num. 1. & 2.

Matrimonium

In eo ineundo magis æſtimanda virtus, quàm divitiæ, Fer. 5. Domin. 3. verſ. 39. num. 7.

Matres

Quàm ſollicitæ eſſe debeant in filiorum educatione, Fer. 5. Domin. 1. verſ. 22. num. 23.

Medici

De eis ipſorumque qualitatibus, Fer. 2. Do. 3. v. 24. num. 4. Et Fer. 6. Dom. 4. verſ. 45. num. 1.
Medicus cæleſtis omnes ſanat infirmitates, ibid. v. 23. n. 2.

Membra

Quæ ſervière peccato, gratiæ quoque ſervire

vire debent. Fer. 5. Domin. 3. verſ. 39. num. 16.

Mendacium.

Dicitur habere breves pedes, Fer. 3, Dom. 4. v. 35. n. 2.
Magnum ſecum infert infamiam. Do. Paſſ. v. 52. n. 2.
Primò à dæmone inventum, ibid.

Menſa

Dei tam eſt abundans, quantùm menſa mundi frugalis eſt. Domin. 4. verſ. 11. num. 21.
Ejus reliquiæ dandæ pauperibus. ibid. v. 12. num. 11.

Meſſias

Miſſus eſt, non modò ut Hebræos, ſed ut omnes populos illuminaret. Fer. 6. Paſſ. v. 52. num. 1.
Ab Hebræis per errorem exſpectatur, Fer. 2. Dom. 2. v. 21. num. 8.

Minæ

Præſervativæ peccatorum, Fer. 6. Dom. 2. v. 19. n. 9.

Miracula

Divina non quærenda ſine neceſſitate. Domin. 1. v. 7. n. 1.
Cur fieri debeant. Dom. 1. v. 3. n. 8.
Cur à Chriſto patrata. Fer. 2. Dom. 3. v. 20. n. 5.
Fuêre quaſi infinita, ibid.

Modeſtia.

Gratiæ cum modeſtia à Deo poſtulandæ ſunt, Fer. 6. Dom. 4. v. 22. n. 4.

Monumentum

Ejus Etymologia. ibid. v. 38. n. 4.

Mors.

Juſtorum, ſomnus eſt, Fer. 6. Dom. 4. v. 11. num. 5.
Pauperum, anteponitur morti divitum. Fer. 5. Dom. 2. v. 22. n. 2.
Eſt debitum, naturæ ſolvendum ab omnibus, Fer. 2. Dom. 2. v. 23. n. 2.
Peccatorum peſſima in quo conſiſtat. Fer. 2. Domin. 2. verſ. 21. numer. 14. 15. 16. 17. & 18.
Divitis Epulonis triplex, & qualiter, Fer. 5. Dom. 2. v. 22. n. 11.
Mors animæ peccatum, Fer. 6. Dom. 4. v. 45. num. 2.
Animæ diverſa eſt à morte corporis. ibidem v. 26. n. 1.
Chriſti expediens eſt ob multas cauſas. Fer. 6. Paſſ. v. 50. n. 1.
Utilis eſt gregi Chriſti. ibid. n. 2.
Quot modis Chriſto intenta. Fer. 2. Dom. 3. v. 30. n. 9.
Chriſti fuit voluntaria, ibid. n. 4.

Mulieres

Non ſint vagabundæ, Fer. 6. Domin. 4. v. 4. num. 7.
Animoſiores ſunt viris. Domin. 3. verſ. 27. num. 10.
Non ſint loquaces, Fer. 6. Dom. 4. verſ. 28. num. 6.
Fornicariæ opprobrium merentur, Fer. 6. Dom. 3. v. 7. n. 3.
Impudicæ loca ſacra non frequentent. ibid. v. 29. n. 4.

Munditia

Animæ, in quo conſiſtat, Fer. 4. Domin. 3. v. 11. num. 7

Mundus.

Plenus laqueis & retibus, Fer. 3. Paſſ. v. 7. num. 8.
Ejus dominium, ſervitus eſt miſerabilis. Dom. 1. v. 10. n. 31.

Murmur-

Murmuratores

Ne quidem filio Dei pepercêre, Dom. Paſſ. v.12.num. 2

N.

Nazareni

Primi omnium Chriſto manus intulerunt, Fer.2.Dom.3.v.20. n. 7
Pejores dæmonibus, ibid. n. 9

Nazareth

Singulariſſimo beneficio affecta, Fer. 2. Do. 3. v. 23. num. 11

Ninivitæ

Licèt barbari, ad Jonæ concionem convertuntur, Fer. 4. Dom. 1. verſ. 41. num. 3
Cur fecerint pœnitentiam, ibidem, verſ. 42. num. 1

O.

Obedientia.

Creaturarum in beneficium hominis, Fer. 6. Cin. v. 44. n. 1
Qualis eſſe debeat, ut placeat Deo, Fer. 6. Dom. 4. v. 44. n. 3

Oculi Chriſti

Significant ejus dona, Domin. 4. verſ. 5. num. 2
Influunt ſalutem, ibid. n. 6
Lucidiores ſole, Fer. 2. Domin. 4. verſ. 21. num. 7.

Oculus

Membrum eſt cæturis dignius, Fer. 4. Do. 4. v. 3. n. 9

Odium.

Venenum eſt, corpori animæque pernitioſum, Fer. 6 Cin. v. 44. n. 6.
Naſcitur ex diſſimilitudine, Fer. 3. Paſſ. v. 7. num. 1
Eſt cauſa multorum malorum, ibid. n. 2
Initium fuit perſecutionis Chriſti, ibid. n. 1. & 2.
Perſecutorum noſtrorum qualiter vincendum, Fer. 2. Paſſ. v. 37. n. 26
Hebræorum in Chriſtum unde natum ſit, Fer. 3. Paſſ. v. 7. n. 6. & Fer. 3. Dom. 4. v. 30. num. 2.

Opera.

Chriſti teſtantur quis fuerit, Fer. 4. Paſſ. v. 25. num. 7

Oratio

Quæ ſit efficax, Fer. 6. Domin. 4. verſ. 41. num. 5
Plurium congregationem quàm potens, F. 3. D. 3. v. 20. n. 4
Maximè quando fit publicè, ibid. n. 6.
Debet eſſe perſeverans, ibid. v. 19. n. 7. & F. 5. D. 1. v. 23. n. 7
Quomodo facienda, Fer. 5 Dom. 1. verſ. 25. n. 7. & 8
Non proficit, niſi fiat ex corde, Fer. 4. Dom. 3. v. 8. n. 9
Fructuoſa eſt, facta in Eccleſia, F. 3. D. 1. v. 13. num. 1
Mutat interius hominem, Domin. 2. verſ. 1. num. 18
Debet anteponi omnibus negotiis, Fer. 3. Dom. 1. v. 12. n. 1
Qualiter nobis gratias à Deo impetret, Fer. 5. Dom. 3. v. 38. n. 28. & 29

Otium

Via eſt ad tentationes, Fer. 4. Dom. 1. v. 44. num. 5
Facit, ut dæmon in animam pœnitentis redeat, Dom. 3. v. 25. n. 5

P.

Pater

Noſter quis verè ſit, Fer. 3. Dom. 2. v. 9. num. 2. Vide *Parentes.*

Palmæ

Signum victoriæ, Domin. Palmar. verſ. 8. num. 8.
Earum rami denotans opera miſericordiæ, ibid. num. 10

Panis

Quàm ſit neceſſarius ad ſuſtentationem humanam, Dom. 1. v. 3. n. 8
Quare panis hordeaceus fuerit à Chriſto mutatus, Dom. 4. v. 9. n. 13
Cur multiplicatus, non verò creatus, ibid. v. 11. n. 2
Qualiter Chriſtus illum in ſuis & Apoſtolorum manibus multiplicârit, ibidem num. 18

Paralyticus

A Chriſto in anima & corpore ſanatur, Fer. 3. Dom. 4. v. 23. n. 2
Non poſtulavit ſanitatem, Fer. 6 Dom. 1. v. 7. num 4
Pauper erat, ibid. v. 5. n. 1
Figura eſt peccatoris, v. 7. n. 22
Ejus fides, ibid.
Se oſtendit obedientem, v. 1. n. 1. ibid.
Cur ſanatus in Sabbatho, ibid. v. 9. n. 1.

Parentes

De iis, & inordinato ipſorum affectu, Fer. 3. Paſſ. v. 3. n. 7
In quo conſiſtat, honorare parentes, Fer. 4. Dom. 3. v. 5. n. 1

Paſtores

Eorum officium, Fer. 5. Dom. 3. v. 43. n. 6
A Deo ad principatus aſſumpti fuêre, Fer. 4. Dom. 2. v. 21. nu. 3

Patientia.

Chriſti in monte Calvariæ, Fer. 2. Dom. 2. v. 28. num. 4

S. Paulus

Cæcus, mirè illuminatus, Fer. 3. Dom. 4. v. 6. num. 15
Feſtus judex convictus, eum inſanum nominat.

Pauperes

Cum auxilio & compaſſione ſublevandi, F. 4. Dom. 4. v. 1. n. 1
Cur Deus velit eos in mundo eſſe, Dom. 4. v. 11. num. 15
Chriſto & cælo conſequendo aptiores ſunt, Fer. 3. Paſſ. v. 12. n. 4
Ad devotionem proniores, quàm divites, Dom. 4. v. 2. n. 1
Præ divitibus magis inclinati ad miſericordiam, Dom. Palm. v. 3. n. 3

Paupertas

Purgatorium hujus vitæ, Fer. 5. Dom. 2. v. 22. num. 8
Non impedit ſapientiam, Fer. 4. Do. 4. v. 30. num. 1
Deſiderabilior divitiis, Fer. 5. Dom. 2. v. 22. num. 12.

Peccatores

Quomodo reſurgere debeant, Fer. 6. Dom. 4. v. 44. n. 17
Immerſi peccatis viſitantur à Deo, Fer. 6. Do. 3. v. 6. n. 25
Cooperari debent ſuæ juſtificationi, Fer. 6. Dom. 4. v. 39. n. 4.
Qualiter malitiæ apicem attingant, Fer. 2. Dom. 2. v. 25. n. 2
Illorum pulchritudo poſt pœnitentiam, Fer. 6. Dom. 4. v. 44. n. 10

Omni

Omni, tempore recipi ad pœnitentiam debent Fer. 3. Dom. 3. v. 22. n. 1
Deum ex anima ſua pellunt, Fer. 2. Dom. 3. v. 29. num. 5
Signantur in hœdis, Fer. 2. Dom. 1. verſ. 33. num. 6

Peccata

Leviora maximè vitanda, Fer. 5. Dom. 3. v. 38. num. 24
Quomodo peccatum fugiendum, Fer. 5. Do. 1. v. 22. n. 8
Quos in nobis operentur effectus, Dom. 3. v. 14. num. 13
Etiam occaſiones eorum vitandæ, Fer. 2. Dom. 4. v. 15. num. 17. & Fer. 6. Dom. 4. v. 43. num. 12
Sunt cauſa, cur non illuminemur à Deo, Fer. 4. Paſſ. v. 27. num. 5. & Fer. 6. Dom. 4. v. 44. num. 6

Pedes

Chriſti, peccatorum refugium, Fer. 6. Dom. 4. v. 12. num. 5

Petra

Sepulchri Lazarini quid denotet, ibid. v. 39. num. 4

S. Petrus

Vicinus Chriſto, animoſus fuit, Fer. 4. Paſſ. v. 22. num. 5

Phariſæi

Quàm fuerint in Chriſtum maligni, Dom. 3. v. 15. num. 2

Piſcinæ

Locus erat pro lavandis victimis, Fer. 6. Do. 1. v. 2. n. 1
Denotat populum Judaicum, ibidem numer. 2
Figura eſt pœnitentiæ & paſſionis, ibidem num. 4. 5. & 7. & v. 4. num. 4. Vide *Porticus.*

Plantæ

Seu arbores diſcernuntur à fructibus, Fer. 4. Paſſ. v. 25. n. 9

Planctus

Procedit à lætitia & triſtitia, Fer. 6. Dom. 4. v. 35. num. 3

Pœnæ

Damnatorum augentur ex ſocietate aliorum, Fer. 5. Dom. 2. v. 28. n. 1
Major ſupplicio ignis eſt pœna damni, Fer. 2. Dom. 1. v. 41. nu. 3

Pœnitentia

Vera quas habeat conditiones, Fer. 6. Dom. 1. v. 8. n. 5
Qualiter deleat peccatum, Fer. 6. Dom. 3. v. 29. num. 4
Quomodo mutet hominem, Fer. 4. Dom. 4. v. 9. num. 4
Dilata, eſt infructuoſa, Fer. 2. Dom. 2. v. 21. num. 11
Deſtruit peccatum, Fer. 4. Dom. 1. verſ. 42. num. 3
Ninivitica valde accepta, ibidem verſ. 41. num. 4

Populus Hebræus

A Chriſto derelictus, Fer. 3. Dom. 1. verſ. 17. num. 1
Mancipium omnium populorum, ibidem num. 2
Ex populo Dei factus eſt diabolicus, Fer. 4. Dom. 1. v. 41. n. 3

Porticus piſcinæ.

Quid ſignificent, Fer. 6. Dom. 1. v. 2. n. 7
Olim juxta templa fabricabantur, ibid. n. 1.

Præcepta

Legis Moſaicæ quot fuerint, Fer. 3. Dom. 2. v. 4. num. 2.

Divina ſemper antè oculos habenda, ibid. v.5 n.7

Prædeſtinatio

Quod ſit maximum ejus ſignum, Dom. Paſſ. v.47.n.6
Non eſt abſolutè in noſtra poteſtate, Fer. 4. Paſſ v.26.n.1. & 2
Promiſſa eſt à Chriſto, Fer 4. Paſſ.v.28. n. 2. & 3.
Includit omnia ad ſalutem neceſſaria, ibid. num. 5
Requirit noſtram cooperationem, ibidem num. 10
Quæ cauſa illius, ibid. n. 14

Prædeſtinati

Libenter audiunt verbum Dei, D. Paſſ.v.47. n.2.& 3
In hac vita afflicti, in cælis plus gaudebunt, F.4.Paſſ.v.28.n.4
Si labantur, Chriſtus eorum emendationem procurat, ibid. n. 5
Greſſus eorum à Deo reſpiciuntur, F.4.Paſſ. v.28.n.6

Prædicatio

Audienda fructuosè, & quare, Do.Paſſ.v.51. num. 4
Pari paſſu incedit cum Sacramento, ibidem num. 6

Prædicator

Eſt efficax in perſuadendo, Fer. 2. D. 3.v.24. num. 4.
Trinâ ex parte penes auditorium fidem perdit, Do Paſſ.v.46.n.4
Qualis eſſe debeat ejus finis, Fer.3.D. 2. v. 5. num. 2
Debet quandoque uni ſoli prædicare, Fer.6. Dom. 3.v.26.n. 6
Cur dæmones non fuget, Fer.4.Do.3.v. 40. num. 21
Miniſterium habet excellens, F.5.D.3. v. 43. num. 5
Debet vivere ſolitariè, ibidem verſ. 42. num. 2.
Non debet vindicare proprias injurias, Fer. 2. Dom.3.v.30.n. 7
Caveat alta prædicare coram ſublimibus, Fer.2.Dom.4.v.21. n. 1
Plus exemplo quàm verbo prædicare debet, Fer.2. Dom.2.v.2. n. 2
Ante prædicationem orare debet, F.6.Do.4. v.43.n.9

Prælati Eccleſiaſtici

Subditis ſuis prædicare debent, D.Palm.v.2. num. 17
Qualiter ſubditos punire debeant, F.2. D. 4. v.15. n.15
Quibus debeant conferre honores, F.4.D.2. v.23. n. 6
Debent curare pauperes, Fer.5.Dom.2.v.20. num. 4
Doctrinæ & vitæ exemplo inſtruant, Fer. 3. Dom.2.v.3.n.7
Ignorantes ſunt cauſa præcipitii, Fer. 4.D. 3. v.16. n. 2

Præſcientia

Non determinat, ſed monſtrat, quod eſt determinatum, Fer.2.Dom.2.v.24.n. 4

Princeps

In quo differant Principes mundani ab Eccleſiaſticis, Fer.4.D.2.v.26.n. 4
Ipſorum ſententiæ ſemper applauſum habent, Fer.6.Paſſ.v.53.n.2
Ab ipſorum negligentia oritur omne malum, Fer.2.Paſſ.v.32.n.2
Cur ſæpe malos habent miniſtros, ibid. n.4.
Ubique magnum poſt ſe comitatum trahunt tam in hac vita, quàm in altera, F.4. Dom.3.v.14.n. 8

Principes Sacerdotum

Adverſus Chriſtum crudeliores fuerunt. F. 3.Paſſ.v.12.in. 4

Prophanatores

Templorum triplicis ſunt generis, Fer.3.D. 1.v.12.n.17

Puniun-

Puniuntur flagello canum, Fer.2.Dom.4. v. 15. n. 12

Prophetæ.

Quinam apud Hebræos hoc nomine appellabantur, Fer.4.Dom.3. v. 17.n.2

Proſperitas.

Indicium eſt damnationis æternæ, Fer.2.Do. 4.v.20. n.7

Providentia.

Dei erga illos, qui eum ſequuntur, Dom.4 v.5.n.12

Punitio Dei.

Cur Deus nos puniat, quinque rationes adferuntur, Fer.4.Dom.4. v.3. n.6
Aliena eſt à Deo, cui pietas & miſericordia propria eſt, Fer.2.Dom.4. v.15.n.2

R.

Recidivi.

Pœnâ graviſſimâ puniuntur, Fer.6.Dom. v.14. n.9
Pejores ſunt aliis peccatoribus, Do.3.Quadr. v.26. n.4
In quemvis exceſſum facilè ruunt, Fer. 4 Dom.1. v.45.n.2

Reditus.

Eccleſiaſtici panis ſunt pauperum, Fer.5.Do. 1. v.26. n.3

Regnum cœlorum.

Ab omnibus deſiderandum, licet id quoad regna mundi impunè non liceat, Fer. 2. Dom.1.v.34.n.10
Qualiter obtineri poſſit, Fer.4. Dom.2.v.22. n. 2

Regnum Dei.

Eſt Chriſtus, Fer.3. v.28. n.2
Item beatitudo cœleſtis, ibid. n. 3

Religioſi.

Affectu debent deſerere parentes, Fer.5.Do. 3.v.38. n.15
Non debent erubeſcere paupertatem, Fer.6. Dom.3.v.33. n.1
Nec affici erga patriam, Fer.2. Dom.3.v.24. n.7
Præ aliis obligantur ad orationem, Fer. 6. Dom.2. v.41. n.9
In ipſis reperitur vera ſapientia & doctrina ſacra, Fer.3.Dom.4. v.17. n.4
Mali ſimiles ſunt illis, qui docent alios, & ſibi damnationem conciliant, Fer.2.Dom. 3. v.23.n.7

S.

Sacerdos.

Malus ex dignitate ſuâ nullum ſibi honorem, ſed pœnam ſibi requirit, Fer.3. Dom. 2.v.2. n.7
Malus graviter puniri meretur tribus ex capitibus, Fer.3.Dom.3. v.3.n.11
Scandaloſus ſimilis eſt latronibus, Fer.3.Do. 1.v.13. n.2
Malus, origo omnis mali, ibid.v.12. n.6
Quantæ ſit authoritatis, Fer.6.Dom 4.v.44. n.12
Ad quid à Deo ſint deſtinati, Fer.5. Dom.3. v.39. n.20
In eo non perſona, ſed dignitas reſpicienda eſt, Fer.3.Dom.2. v.3.n.12
Malus ſimilis eſt aquæ baptiſmali, ibid. v.3. n. 9
Reprehenduntur avari, Fer.4. Dom.3. v.5. n.

Sacrificium.

Quod ſit acceptius Deo, Fer.3.Paſſ. v.8. n.5. & 6

Saliva.

Seu ſputum ſignat ſapientiam divinam, Fer.4. Dom.4. v.6. n.8

Salus animæ

Non obtingit ſine concurſu propriæ voluntatis, Fer.6. Dom.1. v.7. n.5. & 7

Samaritana

Quid ſignificet, Fer. 6. Dom.3. v.7. n.3
Quomodo capax recipere aquam gratiæ, ib. v.16. n.4
Exemplum dedit converſandi cum religioſis, ibid. v.20. n.5
Licèt peccatrix fuerit, in Apoſtolam electa eſt gentium, Fer.6. Dom.3. v.29. n.4

Sanctitas

Simulata, duplex eſt iniquitas, Fer.4. Dom.1. v.45. n.5

Sanitas

Miraculosè obtenta in quid adhiberi debeat, Fer.5. Dom.3. v.29. n.17

Sancti

Sunt mœnia urbium, Fer.6. Paſſ. v.48. n.8

Saulus

Ex perſecutore factus gentium Doctor, Fer. 2. Paſſ. v.33. n.1. & Fer 6. Dom.1. v.7. n.6

Scandalum

Denotatur per petram, per quam impingitur, Fer.6 Dom.4. v 39. n.9
Phariſaicum quale ſit, Fer.4. Dom.3. v. 14. n.2

Scribæ

Quare iraſcantur Chriſto, Fer.3. Dom.1. v. 15. n.1

Sciptura ſacra

Arma miniſtrat contra orcum. Dom.1. v.10. n. 6

Senſualitas

Quomodo intituletur, Fer.6. Dom.3. v.30. n.1

Seps

Per ſepem vineæ Evangelicæ varia ſignificantur, Feria 6. Dom. 2. v.33. n.7.8.9.10. n. 12. 13

Sepulchrum

Excitat dolorem peccator, Fer.6. Dom.4. v. 31. n.1. & 2

Servi Dei

Vix duro pane famem ſatiant, Do.1. Quadr. v.3. n.9
Habent contrarios parentes, Fer.3. Paſſ. v.5. n. 1

Simplices

Et devoti Chriſtum melius cognoſcunt, Fer. 3. Dom. 1. v.11. n.1

Silentium

Ejus myſteria, Fer.6. Dom.4. v.28. n.5

Sobrietas

Chriſti quanta, &c. Fer.6. Dom.3. v.7. n.8

Societas mala

Multos periclitari facit, Fer.6. Dom.1. v.14. n.1

Solitudo

Quàm neceſſaria ad conſequendam gloriam, Dom.2. v.1. n.12
Locus, in quo multæ acquiruntur virtutes & merita, Fer.6 Paſſ. v.54. n.5
Neceſſaria eſt contemplationi, Fer.5. Dom.1. v.22. n.10

Somnus

Cur appelletur mors, Fer.6.Dom.4. verſ. 11. num.5
Aliquando in ægris indicium ſolet eſſe ſalutis, ibi. v.12.num.1

Spiritus ſanctus

Cur flumen dicatur,Fer.2.Paſſ. v.38.n.6

Sputum.

Chriſti admirabile, Fer.4. Dom.4. verſ.6. num.4
Sputum in faciem quid deſignet,ibid.n.5

Superbi

Dicuntur cæci, & quomodo illuminandi ſint, ibid. v.2.n.3

Superiores

Tenentur dare bonum exemplum, Fer.6. Dom.2.v.41.n.8.
Quomodo debeant præcipere,Fer.4.Dom.2. v.22.num.3
Non puniant cum ira. Dom.3.v.17. n.4.&5
Qualiter honorandi, Fer 6.Dom.3.v.27.n.6

T.

Templum

Salomonis quale fuerit, Fer.4.Paſſ. v.22. n.2. & Fer.2.Dom.4.v.20.nu.2. & Fer.2.Dom. 4.v.14.num.2.

Tempus

Quàm ſit breve, Fer.2.Paſſ.v.33.n.12

Theſauri.

Ejus ſignificata,Fer.4.Cin.v.20.n.4.&5
Terreni à cæleſtibus differunt,ibid.n.3.
Cui liceat eos congregare,ibid.v.19.n.4
Inveniuntur, ubi corda noſtra ſunt, ib. v.21. num.2
Quomodo, & ubi congregandi, ibid. v.20. num.1
In ſepulchris theſauri ſunt, Fer.4. Cin.v.20. num. 6.
Animarum qui ſint ibid.

Timor Dei

Principium eſt ſapientiæ & lætitiæ,& coronæ gloriæ,Dom.2.v.6.n.5.& 6

Tinea

Quid ſignificet, Fer.4. Cin. v.19.n.9.

Titus & Veſpaſianus.

Quale Jeroſolymis intulerint excidium, Fer.6. Paſſ.v.48.n. 17.

Tobias ſenior

Ex ſtercore hirundinum cæcus factus, Fer. 4.Dom.4.v.6.n.17

Torcular

Quæ ſignificet,Fer.6.Dom.2.v.33.n.15. 16.17. 18. & 19

Traditiones

Judaicæ contrariæ præceptis divinis, Fer. 4. Dom.3.v.5.num.1.

Transfiguratio

Cur facta in monte, Dom. 2. v. 1.n.11
Ibi tradita ſunt argumenta fidei, ibid.n.15
Cur in ea Moyſes & Elias apparuerit, ibid. v.3.n.4
Cur inibi mors Chriſti prædicta,ib.v.3. n.2
Cur ei tres tantùm interfuerint Apoſtoli, ibid. v.1.n.2.&3

Tribulationes

Cur à Deo immittantur,Fer.5.Do.3.v.39.n.18
Veros efficiunt amicos Dei, ibid.v.38.n.20
Flagella, quibus Deus nos caſtigat, qualia ſint,& ex qua materia contexta,Fer.2,Do. 4.v.15.n.4.5.& 6

Sunt

Sunt duplicis generis, ibid. n.1

Triumphus Palmarum.

Diverſus ab ipſo monte Calvariæ, Do.Palm. v.9. n.2
Cur ille Paſſioni conjungatur, ibid. n.9

Turris vineæ.

Quid ſignificet, Fer.6.Dom.2.v.33. n.21. 22. 23. 24

V.

Vana gloria.

Obfuſcat intellectum. Fer.3. Paſſ.v.5. n.4
Eſt quaſi innata nobis, Fer.3.Dom.2.v.5.n.1
Eſt peſſimum inter Cleri vitia, ibid.
Fugienda, occultando opera bona, Fer. 6. Dom.1.v.13. n.4
Eſt ſerpens clam vulnerans hominem, Fer.6 Cin.v.1.n.1
Eſt latro ſecretus, ibid.
Signatur per ſiniſtram, Fer.6.Ciner. v.3.n.3

Verbum Dei.

Emollit corda obſtinatorum, Fer.2.Paſſ. v.35. n.3
Debet eſſe panis noſter quotidianus, Dom.1. v.4.n.4
Eſt potens, Fer.2. Paſſ. v.33. n.1

Veſtes.

Cur in die Palmarum in terram projectæ, Dom Palm.v.8. n.3
Quid ſignificent, ibid. n.4.5.& 6

Via.

Per quam gradiendum ad cœlum, Fer. 4. Dom.2.v.22.n.2

Victor.

Solummodo obtinet pallium. Fer.3.Dom.2.v. 7.n.2

Vita Chriſtiana.

In quo conſiſtat, Fer.3.Dom.2.v.5.n.4

Voluntas.

Propria condemnatur, Fer 4 Do.1.v.38. n.4
Obedientis conformanda præcipienti, Do.3. v.23.n.3

Z.

Zelus Chriſti.

Quantus fuerit pro animarum lucro, Fer 6. Dom.3. v.9.n.4. & Fer.2. Dom.4.v.17.n.2

Zelus.

Ejuſque definitio, Fer.2.Dom.4.v.17. n.3
Varii illius effectus, ibid. n.4. & 6

FINIS.

ÆRARIUM EVANGELICUM:

HOC EST

EVANGELIORUM TOTIUS ANNI,

A Paſchate Reſurrectionis Domini Noſtri uſque ad Adventum ejus,

IN OMNES DOMINICAS PER SINGULOS VERSUS

in Senſu Literali, Morali, & Anagogico

ELUCIDATIONIS

TOMUS TERTIUS,

VARIORUM LOCORUM S. SCRIPTURÆ DIFFICILLIMORUM dilucidâ Expoſitione tanquam auro, Sententiarum, SS. Patrum ponderatis Authoritatibus velut gemmis pretioſis, aliiſque variorum curioſiſſimorum ex ipſomet contextu Evangelico deptommptorum Conceptuum moralium divitiis Gazæ inſtar copioſiſſimè locupletatus;

PRIMO QUIDEM OPERA ET STUDIO

ADMODUM REVERENDI, EXIMII, ET CLARISSIMI VIRI AC DOMINI,

D. JOSEPHI MANSI,

CONGREGAT. ORATORII S. PHILIPPI NERII ROMÆ PRESBYTERI. J. U. DOCTORIS, Italicè conſcriptus,

Demum verò ex Idiomate Italico in Latinum ad uſum Concionatorum traductus, diu deſideratus, & nunc pridem cum quadruplici Indice copioſiſſimo typis publicè editus.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptib. WILHELMI METTERNICH, Bibliopolæ
Sub SigneGryphi. Anno M. DCC. XXVI.
Cum Permiſſu Superiorum.

WBP
Opole

APPROBATIO CENSORIS DELEGATI.

Jussu Reverendissimi Patris Fr. Raymundi Capisucchi, Sacri Palatii Apostolici Magistri, vidi & perlegi librum cui, inscriptio : Ærarium Evangelicum in omnes totius Anni Dominicas, *in quo nihil Fidei Apostolicæ & Romanæ, morumque probitati repugnans animadverti; quin opus ipsum elocutione tota illustre densum sententiis, sanum judiciis, optimè ubique instruens actiones, vitamque religiosè dirigens inveni. Romæ 7. Septembris, Anno 1661.*

Ita est F. Gregorius Boncompagnus
Ord. Prædicatorum.

IMprimatur, si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

O. Archiepisc. Patrac. Vicesgerens.

IMprimatur.

F. Raymundus Capisucchus Magister Sacri Palatii Apostolici Ordinis Prædicatorum.

INDEX
EVANGELIORUM
hujus Tertii Tomi.

Dominica in Albis. *Cùm eſſet ſerò de illo, una ſabbatorum.* Joan. 20.
Dominica II. poſt Paſcha. *Ego ſum Paſtor bonus, bonus Paſtor, &c.* Joan. 10.
Dominica III. poſt Paſcha *Modicum & jam non videbitis me, &c.* Joan. 16.
Domin. IV. poſt Paſcha. *Vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis* Joan. 16.
Domin. V. poſt Paſcha. *Amen, amen dico vobis: Si quid petieritis, &c.* Joan. 16.
De Aſcenſione Domini fusè per quindecim Diſcurſus tractatur in Promptuario ſacro Tomo II.
Domin. infrà octav. Aſcenſionis. *Cùm venerit Paraclitus, quem ego &c.* Joan. 15. & 16.
De ſacratiſſ. Feſto Pentecoſtes videatur Tomus II. Promptuarii Sacri, ubi exhibentur de eodem viginti & unus Diſcurſus
De Feſto SS. Trinitatis vide ibidem octo Diſcurſus.
Domin. I. poſt Pentecoſt. *Eſtote miſericordes ſicut & Pater veſter, &c.* Luc. 6.
De feſto SS. Corporis Chriſti vide Tomum ſecundum Promptuarii ſacri, ubi de eo exhibentur Diſcurſus decem.
Domin. II. poſt Pentecoſt. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Luc. 14.
Domin. III. poſt Pentecoſt. *Erant appropinquantes ei Publicani & peccatores.* Luc. 15.
Domin. IV. poſt Pentecoſt. *Cùm turbæ irruerent in eum, ut audirent, &c.* Luc. 5.
Domin. V. poſt Pentecoſt. *Dico enim vobis: Niſi abundaverit juſtitia veſtra.* Matth. 5.
Domin. VI. poſt Pentecoſt. *Cùm turba multa eſſet, nec haberent quod manducarent,* Mar. 8.
Domin. VII. poſt Pentecoſt. *Attendite à falſis Prophetis.* Matth. 7.
Domin. VIII. poſt Pentecoſt. *Homo quidam erat dives, qui habebat vilicum.* Luc. 16.
Domin. IX. poſt Pentecoſt. *Ut appropinquavit videns civitatem, flevit ſuper illam,* Luc. 19.
Domin. X. poſt Pentecoſt. *Dixit autem ad quosdam qui in ſe confidebant.* Luc. 18.
Domin. XI. poſt Pentecoſt. *Exiens de finibus Tyri venit per Sidonem* Marci 7.
Domin. XII. poſt Pentecoſt. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis* Luc. 10.
Domin. XIII. poſt Pentecoſt. *Dum iret in Ieruſalem, ibat per Samariam* Luc. 17.
Domin. XIV. poſt Pentecoſt. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire* Matth. 6,
Domin. XV. poſt pentecoſt. *Ibat in civitatem quæ vocatur Naim* Luc. 7.
Domin. XVI. poſt Pentecoſt. *Cùm intraret Ieſus in domum cujusdam Principis.* Luc. 14.
Domin. XVII. poſt Pentecoſt. *Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege.* Luc 22.
Domin. XVIII. poſt Pentecoſt. *Aſcendens in naviculam transfretavit.* Matth. 9.
Domin. XIX. poſt Pentecoſt. *Simile eſt regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Matth. 22.
Domin. XX. poſt Pentecoſt. *Erat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.* Joan. 4.
Domin. XXI. poſt Pentecoſt. *Aſſimilatum eſt regnum cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis.* Matth. 18.
Domin. XXII. poſt Pentecoſt. *Abeuntes Phariſæi inierunt conſilium, ut caperent eum in ſermone* Matth. 22.
Domin. XXIII. poſt Pentecoſt. *Hæc illo loquente ad eos, ecce Princeps unus acceſſit, & adorabat eum dicens: Filia mea modò defuncta eſt.* Matth. 9.
Domin. XXIV. poſt Pentecoſt. *Cùm videretis abominationem deſolationis.* Matth. 24.

DOMINICA IN ALBIS.

EVANGELIUM

Joan. 20.

7.19. CUM *esset serò die illo una Sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.* 20. *Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & latus: Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino.* 21. *Dixit ergo eis iterum: Pax vobis; sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* 22. *Hæc cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum.* 23. *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* 24. *Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit IESUS.* 25. *Dixerunt ergò ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.* 26. *Et post dies octo iterum erant discipuli ejus intus, & Thomas cum eis; venit, IESUS januis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis.* 27. *Deinde dicit Thomæ: infer digitum tuum huc, & vide manus meas; & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* 28. *Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.* 29. *Dixit ei IESUS: Quia vidisti me Thoma, credidisti, beati qui non viderunt, & crediderunt.* 30. *Multa quidem & alia signa fecit IESUS in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.* 31. *Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia IESUS est Christus filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.*

Versus 19.

Cùm esset serò die illo una Sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit IESUS, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

Gloss. ord. 1. HOc *ipso in die Resurrectionis*, inquit Glossa, *factum est, in quo quinquies IESUS apparuit. Primò Mariæ Magdalenæ: secundò eidem currenti cum aliis nuntiare discipulis; Tertiò Petro; Quartò Cleophæ, & socio ejus; Quintò discipulis*

Ps. 33. 19. *januis clausis. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde.* Etenim tametsi ad vesperam usque tardaverit, ipsos tamen, utpote afflictos consolari non distulit: Et quidem licet aliis citius apparuerit, suis tamen discipulis non nisi circa noctem videndum, se præbuit, exspectans nimirum, ut S. Thomas notat, donec simul uniti & congregati essent: *Quàm bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum; ubi erant discipuli congregati.* *S. Th. in Ioan. Ps. 132. 1.*

2. Porrò discipuli, prouti ex reprehensione, quâ illos, priùsquam in cœlos ascenderet, corripuit, facile colligitur, increduli fuerunt, fidem resurrectioni ejus adhibere nolentes: *Exprobravit incredulitatem eorum, quia his, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt,* ac proinde benignissimus Salvator noster prudenter ad vesperam usque iis apparere distulit, ut ipsos, qui mysterio huc novo, nec unquam hactenus viso, ac proinde ad credendū difficili & arduo increduli erāt, per apparitiones aliis eadē die factas, perq; veridicas & fide *Marci. 16. 14.*

dignas eorundem relationes, magis magiſque ad credendum diſponeret; vel etiam ut eodem tempore meritum ipſorum, qui ad divinam ejus præſentiam ſuſpirabant, auctius majuſque redderet, ſiquidem *Spes quæ differtur, affligit animam.* Albertus Magnus ait: *Cum ſerò eſſet, quia in mundi veſpera, & quando dies mundi in ſero erat, paſſus fuit Chriſtus.*

Prov. 13. 12.

Alb. M. hic.

3. Poteſt igitur per veſperam quòque, ultimum mundi ſæculum intelligi; unde in parabola vineæ dicitur: *Cum ſero autem eſſet, dixit Dominus procuratori vineæ: Voca operarios, & redde illis mercedem;* ſiquidem Chriſtus in fine mundi venturus eſt, ut iis, qui in vinea ipſius laborando ſudaverint, æternam largiatur retributionem, ipſorum corpora poſt reſurrectionem, gloriâ veſtienda.

Matth. 20. 8.

4. Chryſologus in ſenſu ſpirituali ita ſcribit: *Sero erat, plus mœrore quàm tempore, ſerò eſt mœroris & triſtitiæ nubilo mentibus obſcuratis:* etenim juxta menſuram deſolationum & mortificationum, quas electi pro Chriſto ſuſtinent, divinæ quòq; conſolationes ejus in ipſis ſuperabundant: *Secundùm multitudinem dolorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

Chryſol. ſerm. 84.

Pſ. 93. 19.

5. Videtur hic adimpletum fuiſſe illud Abacuc oraculum: *Quia adhoc viſus procul, & apparebit in finem*; ſiquidem aliis, & præcipuè diſcipulis in Emmaus abeuntibus procul apparuit; unde Collegio Apoſtolico tunc pavido & perplexo dici poterat: *Si moram fecerit, exſpecta illum, quia veniens veniet, & non retardabit*; tandem etenim, licet ſerò valde, apparebit; quando enim de conſolatione præſentiæ ipſius recipienda diffidere omnino videbantur, jamque dies in veſperum, imò in noctem inclinaſſet, omneſque præ nimio metu in cænaculo illo recluſi latebant, tunc vel maximè illos apparitione ſua, tantopere ab eis deſiderata, dignatus eſt; ut per hoc nobis oſtenderet, quod Deus tunc nobis per gratias ſuas propinquior adſit, quando nos illum à nobis remotiſſimè abeſſe credimus, omnemque ſpem noſtram depoſuimus: *Impulſus everſus ſum ut caderem, & Dominus ſuſcepit me; fortitudo mea Dominus.* Sic auxilium ſuum tribus pueris illis præſtare diſtulit, donec jam fornacis ardentis flammas ingreſſi fuiſſent. Danielem veluti famelicorum leonem prædam, pluribus diebus remanere permiſit. Abrahamum per totum iter quoad montem Moria ſe recipiebat, conſciũ voluntatis ſuæ eſſe noluit, nimirum arietem loco Iſaaci immolandum eſſe, ſed id ei ſignificare diſtulit, donec jam ad impingendum cervici filii ſui enſem extendiſſet brachium innocentem quòque Suſannam liberare diſtulit, donec ad eam lapidandam populus, eam circumſtans, ſuſtuliſſet lapides, & tunc quidem conſolationem ei ſubmiſit: Similiter urbi Samariæ de annona proſpexit, quando in ea arcta obſidione cincta matres ex diuturnæ famis impulſu, ſuos non horreſcebant manducare filios, & quando octoginta argenteis Aſini caput vendebatur, adeoque ſpes illorum ex ſerico tenuique filio ſuſpenſa eſſe videbatur.

Haba. 2. 3.

Ibidem

Pſ. 117. 13.

6. Quodſi quæras, quamobrem Salvator noſter mulieribus mane, Apoſtolis autem veſperi apparere voluerit, Reſponderi poteſt, ideo id factum eſſe, quia mulieres generoſo pectore Chriſtum tum in Paſſione, tum poſt illam per ſepulchrum uſquæ ſecutæ fuerunt, ſeque viriles & intrepidas exhibuerunt; Apoſtoli verò non item; utpote qui *omnes relicto eo fugerunt.*

Et fores eſſent clauſæ.

7. Theophylactus rationem reddit, cur Chriſtum in cænaculum iſtud per portas clauſas, glorioſo corpore ſuo eas penetrando, ingredi voluerit? Dicit enim: *Oſtiis verò clauſis ingreſſus eſt, ut oſtendat, quia eodem modo reſurrexit adjacente lapide ſuper monumentum.* Scire enim Apoſtolos voluit, quòd ſacroſancta & glorioſa ejus humanitas inter alias dotes ſubtilitatem habuerit, qua quodvis, quantumvis ſolidum, corpus penetrare poterat; S. Hieronymus quòque ad Pamachum hac de re ita ſcribit: *Dic mihi acutiſſime diſputator, quid eſt majus, tantam terræ magnitudinem appendere ſuper nihilum, & ſuper aquarum incerta librare, an Deum tranſire per clauſam portam, & creaturam cedere creatori? Quod majus eſt, tribuis quod minus eſt, calumniaris.* S. Aug. Nativitatis ejus exemplũ in medium adducit, in qua ſalva clauſtri virginalis materni integritate egreſſus fuit:

Theophyl. in Cat.

S. Hier. adPamm. machi.

S. Aug. tr. 121. in Ioan.

fuit: *Moli quidem corporis, ubi divinitas erat oſtia clauſula non obſtiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo naſcente virginitas matris inviolata permanſit.*

8. Quoad ſenſus morales huic præcipuè tempori opportunos, ſciendum eſt quod ad hoc, ut non diſperdamus, quod ſacroſanctis hiſcè præteritis diebus lucrati ſumus, vel maximè neceſſum ſit, ut fores animæ noſtræ clauſas teneamus, id eſt, ſenſus noſtros cuſtodiamus & ſollicitè refrænemus. Deo quidem cor noſtrum aper. tum eſſe debet, qui dicit: *Aperi mihi ſoror mea, ſponſa*, cuivis autem alteri affectui clauſum eſſe convenit. Unde S. Thomas ait: *Myſtica autem per hoc datur intelligi, quod Chriſtus nobis apparet, quando fores, id eſt, ſenſus exteriores ſunt clauſi in oratione. Matth. 6. Tu autem cùm oraveris, intra in cubiculum tuum & clauſa oſtio ora.* S. Bonaventura quòque ait: *Tunc apparet quando fores ſunt clauſæ, id eſt ſenſuales affectiones ſub regulari diſciplina cohibitæ.* Denique S. Gregorius ità ſcribit: *Clauſas januas habent qui contra humani lapſus negligentiam, officia corporis ſub foris cuſtodia ſtricta retinent; intus etiam ſunt, qui in interna dilectione ſupernæ viæ requieſcunt; quibus profectò reſurgens Dominus apparet, quia ejus gloriam tantò clarius aſpiciunt, quantò per mundi contemptum paſſionis ejus myſterium ſtrictius ſequuntur. Hi etiam repleri Spiritu ſancto quaſi in domo poſſunt, quia illi percipiunt abundanter gratiarum ejus dona, qui ad ea percipienda, ſeſe, viſibilia contemnendo, paraverunt.*

Cant. 5. 2. S. Th. hic Matt. 6. 6. S. Bonavent. in Ioan. S. Greg. l. 4. in lib. 1. Reg. c. 5.

9. S. Bonaventura ad eam ſe hiſtoriam reflectit, quæ lib. 4. Regum capite 4. deſcribitur ubi Eliſeus paupertati mulieris illius miraculosè proſpexit, multiplicando in vaſis ejus oleum. Etenim per hunc liquorem, gratia Spiritus ſancti intelligitur, qui hodie Apoſtolis datus fuit, hic enim ſanctiſſimus Spiritualis *Spiritualis unctio* communi nomine ab Eccleſia appellatur. *Oleum eſt gratia Spiritus ſancti*; *Pſalmo 44. Unxit te Deus oleo lætitiæ*; Per mutuata autem à vicinis vaſa, ſanctorum hominum intelligenda ſunt bona exempla, eorum præcipuè, qui hic in terris, nobis vicini ſunt, & nobiſcum vivunt: *Sed vaſa in nobis vacua ſunt, ſi exempla illa ſanctorum per gratiam Spiritus ſancti non imitamur; oſtia ſunt noſtri ſenſus, viſus, guſtus, auditus, tactus, olfactus; & os tuum eſt oſtium, hæ fores niſi ab illicitis cogitationibus clauſæ fuerint, oleum gratiæ in domum mentis tuæ in vaſis non multiplicabatur.* Ubi etiam illud ſancti Anſelmi monitum adducit, dicentis: *Intra in cubiculum mentis tuæ; & claude ſuper te oſtium contra omnia, præterDominum, & quæ juvant ad quærendum illum.*

Pſ. 44. 8. Eccl. 4. 9.

10. Albertus Magnus ad orationis recollectionem alludens, verba illa hoc ſenſu exponit: *Ut tempore devotionis & orationis, tumultus ſpiritum non inquietaret orantium; Secunda cauſa, ut ſtrepitu vanitatum in ſenſibus à contemplatione veritatis non avertatur animus. Iſa. 26. Vade populus meus, intra in cubicula tua. &c.*

Alb. M. in Ioan. Iſa. 26. 10.

Ubi erant diſcipuli congregati.

11. Idem Albertus hic ait: *Semper enim adeſt Deus congregationi ſanctorum.* Pſ. 110. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in concilio juſtorum & congregatione.* Diſcipuli recepturi erant Spiritum ſanctum, ac proinde convenens erat, ut omnes ſimul uniti & conjuncti eſſent; ſicut pariter in die Pentecoſtes, quando donorum & gratiarum ejusdem plenitudinem recepturi erant: *Erant omnes pariter in eodem loco*; ubi Gloſſa ait: *In una domo ſedentibus infunditur ſpiritus ut Eccleſiæ unitas commendetur.* S. Bernardus Senenſis ad idem Apoſtolicum collegium in eodem cœnaculo in die Pentecoſtes congregatum alludens ità ſcribit: *Scimus, quod concordia ad proximum, ſeu fraternum collegium, cum vacatione attentæ orationis ad Deum, integra diſpoſitio ſunt, ad Spiritus ſancti cumulatum donum.*

Pſ. 100. 1. Act. Ap. 2. 1. Gloſſ. ib. S. Bern. Sen. ſer. de 2. donis Spirit. S. art. 3. c. 1.

Propter metum Iudæorum.

12. Eccleſiaſtes dicit: *Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm unum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ; ſi unus ceciderit ab altero fulcietur.* Porrò timor ille, quò à Judæis percellebantur, effectus fuit hujus unionis, quæ illis tantæ utilitatis exiſtit, cum tamen è contra Thomas eò, quos ab aliis ſe ſequeſtraverit, graviter lapſus fuerit: *Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſublevantem ſe.*

13. Satis veriſimile, quod metus Judeorum ipſos ferventiorem Dei timorem concipere fecerit; ſcriptum eſt enim: *Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur.* Sanctus autem hic timor egregia eſt diſpoſitio ad ſapientiam & dona Spiritus ſancti recipienda, & ad ea cuſtodienda optimum medium; nam *Initium ſapientiæ timor Domini*; quantum verò ad conſervandum hunc ſapientiæ ſpiritum, Iſaias de donis Spiritus ſancti, in Meſſia venturo tractans, ita ſcribit: *Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilii & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis; & replebit eum Spiritus timoris Domini*; Etenim quodnam in eo latere putas myſterium, quòd timor Dei ponatur ultimo loco? Petrus Cellenſis dicit: *Quaſi cuſtos ſuper innumerabiles gazas, ſic timor in ultimo chariſmatum ponitur, ad conſervandas innumerabiles gratias.* S. Hilarius ſuper illa Pſalmiſtæ verba: *Statue ſervo tuo eloquium tuum*; ita ſcribit: *Movit initium ſapientiæ Dei, eſſe timorem, novit in illa ſeptiformis ſpiritus gratiâ, timorem in poſtremo tanquam firmamentum eorum, quæ ſuperius ſunt dicta, numerari.* Cum igitur hunc ſanctiſſimum ſpiritum una cum donis & gratiis ſuis paulo poſt recepturi eſſent, Sanctus hic timor præcedere debuit, idemque (ut ſatis eſt credibile) à Judæorum pavore & metu vehementer adauctus.

Pſ.106. 6. *Eccl. 1. 16.* *Iſa. 11. 2. & 3.* *Pet. Cellenſ. lib. de pan. c. 1.* *S. Hilar. in Pſ. 118. 38.*

14. Porrò tametſi nihil Apoſtolis timendum fuerit, ſi ſe ad prædictiones, ipſis à Salvatore præcedenter factas, nec non ad ejus reſurrectionem, quam utpote ſæpius illis prædictam, pro indubitata habere debebant, reflectere voluiſſent ea tamen eſt infernalis ſerpentis aſtutia, ut mentem piorum vano timore aliiſque moleſtiis phantaſmatibus perſæpè infeſtet, ut hac ratione perturbatus ipſorum animus myſteriis cœleſtibus intendere nequeat.

Venit IESUS.

Toletus 15. Toletus JESUM veniſſe ſcribit, *Non ſolum propter timorem illorum, ſed propter fidem, ut crederent*; neque enim mulieribus Dominum reſurrexiſſe aſſerentibus, fidem adhibere voluerant: ſimul etiam ne ægrè nimis ferrent mulieribus viſum eſſe, non autem ipſis; clementiſſimus Dominus noluit hac eos conſolatione privare. Salmeron ait: *Conſidera Chriſti boni Paſtoris induſtriam, cum enim haberet oviculas quaſdam diſperſas & errantes, in eis reducendis ac colligendis laborabat.* Collegium enim Apoſtolicum grex illi chariſſimus & dilectiſſimus erat, qui paulò ante dixerat: *Nolite timere puſillus grex.*

Salmer. t. 11. tr. 27. *Luc. 12. 32.*

Lyranus in ſenſu morali ita ſcribit: *Per IESUM, qui ſalus, interpretatur, Prælatus bonus zelum ſalutis animarum habens ſignificatur, qui ſalvam clauſuram virtutum, ad ſubditos ingreditur.* *Lyran.*

Et ſtetit.

16. Verbum hoc, *ſtetit*, myſticum eſt, prouti ex variis ſacrorum expoſitorum ponderationibus facile deducitur. S. Bonaventura ait: *Veniens ſtat, in quo notatur ſua immortalitas, & etiam divinitas* citatq; authoritatem S. Gregorii dicentis: *Omnis creatura, quia de nihilo eſt, diffluere dicitur; ſtare autem ſolius creatoris eſt, ut per quem tranſeuntia non tranſeunt.* Albertus M. inquit: *Stetit, qui nunquam à rectitudine ſe deflexit. Stetit erectus ſolus omnes alios ad ſtatum rectitudinis erigens.* *S. Bonav. hic.* *Alb. M. in Ioan.*

17. Porrò tametſi Evangelica veritas ſit, quod Chriſtus *ſedet à dexteris Dei*, nihilominus ut Cajetanus exponit: *Non ſignificatur poſitio corporis, quoniam IESUS in cœlo ſtat, non ſedet; ſtare enim eſt naturalis ſitus hominis perfecti, ſedere autem imbecillitatis eſt.* In hac igitur corporis ſituatione hodie comparuit, ut ſe non jam amplius corpus paſſibile, ſed perfectum habere ſignificaret: *Ecce videt IESUM ſtantem à dexteris virtutis Dei* inquit S. Protomartyr, ubi Lyranus ait: *Hoc dicit ad affirmandam ejus reſurrectionem; Ideo Stephanus vidit IESUM ſtantem, ad deſignandum quod erat paratus ad ejus oborationem, quia ſtare eſt proprium adjuvantis in prælio.* Apoſtoli ob ſynagogæ cunctorumque Principum perſecutionem, timidi & pavidi erant: *Propter metum Judæorum*; atq; ideo Salvator & Magiſter ipſorum *ſtetit in medio, & dixit eis, pax vobis*; ipſos namque animare & corroborare voluit, ideoque ſe ad defendendum & protegendum illos adveniſſe oſtendere voluit. Nam ut Gloſſa in propoſito de S. Stephano loquens, dicit: *Stantem, &c. Habitus adjuvantis, & pro ſervis pugnantis ſic oſtenditur.* *Marc. 16. 19.* *Cajet.* *Act. Ap. 7. 55.* *Lyran.* *Gloſſ. Act. Ap. 7. 51.*

In

In medio.

Didac. Stell. in c. 24. Luc. Exod. 8. v. 22.

18. Didacus Stella Deum olim Moyſi dixiſſe obſervat: *Ego ſum Dominus in medio terræ*; quibus verbis Deus loquitur per metaphoram, à Regibus aliísque terræ Principibus deſumptam, qui in plurimum habitationem ſuam in medio Dominiorum ſuorum erigere ſolent, ut eadem tantò melius & commodius gubernare poſſint; adducítque idem Author ſimilitudinem cordis, quod in humani corporis medio collocatum eſſe cernitur; citátque Ariſtotelem lib. 4. Politicorum dicentem: *Quod, quantò magis aliquid accedit ad medium, tantò melius eſt.*

Ariſt. l. 4. Polit.

S. Bona. hic

19. S. Bonaventura Chriſtum in medio ſe collocaſſe dicit: *Ad ſignificandum ſe eſſe mediatorem Dei & hominem, ipſe enim in medio ſicut cor vivificans*; ubi aliam quòque rationem his verbis tangit: *Non enim eſt perſonarum acceptor Deus, ideò rectè dicitur ſtare in medio.*

Act. Ap. 10. 34.

S. Thom. in Ioan.

20. S. Thomas conformius ad ſenſum literalem dicit Chriſtum ſtetiſſe in medio, ut omnes certitudinaliter cognoſcerent, unde arguuntur Judæi, qui eum non cognoverunt, *medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.*

Ioan. 1. 26.

21. Enimverò tametſi in cœnaculo illo, propter metum Judæorum, congregati fuerint, per hoc tamen non excluditur, quin etiam eodem in loco tum ad faciendam orationem, tum ad conſultandum & deliberandum de negotiis Chriſtianam religionem, tunc in ſuis primordiis periclitantem, concernentibus convenerint; id quod ex proteſtatione illa deduci poſſe videtur, quàm Chriſtus apud Matthæum fecit, dum ait: *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.*

Matt. 18. v. 20.

S. Bern. ſer. 6. de Aſcenſ.

S. Bern. dicit: *In medio ſtat, id eſt, diſciplina communi, communi vita, communibus ſtudiis delectatur.* Habuit proinde ſuam vita religioſa in Apoſtolis originem utpote qui, priusquam per mundum deſpergerentur, in illis Eccleſiæ primordiis ſimul convivebant.

S. Thom. hic. Eccl. 50. 13.

22. S. Thom. ait: *Stetit in medio, ut oſtendat conformitatem humanæ naturæ, quam habet ad eos.* Eccleſ. *circa illum corona fratrum, quaſi plantatio cedri in monte Libano; item ſtetit in medio per condeſcenſionem, quia inter eos converſatus eſt, quaſi unus ex eis.* Eccleſiaſt. 32. *Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in ipſis quaſi unus ex eis*; *Item ad deſignandum, quod nos debemus eſſe in medio virtutis.*

Eccl 32. 1.

B Petr. Dam. ſer. de S. Vict.

23. B Petrus Damianus in ſerm. quodam de S. Victore multa motiva recenſet, propter quæ Salvator noſter in medio ſtare dicitur; dicit enim: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; ipſe non habet nidum, foveam ignorat, angulum neſcit, locum illum elegit; unde pateat omnibus, excluſa perſonarum acceptione; denique & natus poſitus eſt in medio duorum animalium; & quæſitus invenitur in medio Doctorum, & medius Judæorum ſtat, quem ipſi neſciunt; loquitur ad diſcipulos: Ubi duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum; & ego in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat; crucifixus eſt etiam in medio duorum latronum; reſurgens ſtetit in medio diſcipulorum; & à Ioanne viſus eſt in medio duorum candelabrorum aureorum; medius ergo medium ſequere, nec angulorum ſordibus, nec fovearum tenebris delecteris.*

Et dixit eis: Pax vobis.

Tolet.

24 Obſervat Toletus, quòd, quia Apoſtoli meritò timere poterant, ſe ob ſuam in non credendo reſurrectionem ejus, incredulitatem & pertinaciam ab ipſo ſeverè reprehendendos & caſtigandos eſſe, ideóque motivum habebant ſuſpicandi, ipſum eo fine inter ipſos comparuiſſe: *Dominus præveniens jucunda pacis ſolutione trepidantia corda ſerenat*; qui ſalutandi modus inter Hebræos valde uſitatus erat, unde & Angelus Tobiæ & Gedeoni dixit: *Pax tibi*; & ſicut ipſe diſcipulis inſinuerat, ut domum quampiam ingredientes hanc ſalutationem præmitterent: *Pax huic domui*, ita inquit Albertus Magnus: *Ipſe primum ad diſcipulos congregatos intrans, pacificum ſuum oſtendit ingreſſum*; his quoque verbis demonſtrare voluit, ſe eündem ipſum eſſe qui biduo ante illis dixerat: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*; & quia diſcipuli ipſum interrogare poterant id, quod Samuel interrogatus fuerat: *Pacificuſne eſt ingreſſus tuus?* ideo illos prævenire voluit dicendo: *Pax vobis.*

Iudic. 6. 23. Tob. 12. Matt. 10. 12. Alb. M. Ioan. 14. 27. 1. Reg. 16. 4. Chryſ.

25. D. Chryſoſtomus Chriſtum illis pacem

ho. 85. in Ioan.

cem imprecatum fuiſſe dicit, ob ærumnas & perſecutiones, quibuſcum Apoſtoli tunc ab Hebraiſmo continuò infeſtabantur : *Nam cum bellum implacabile cum Judæis haberent, pacem ſubinde eis dicit, ut parem bello conſolationem afferat.*

Didac. Stell. in Luc. 26. Didacus Stella ait : *Meritò quoniam victoriæ fructus & metus pax eſt; victor erat, & eripuerat nos dæmonio & morti; æquum erat, ut pax publico præconio denuntiaretur.*

S. Bona. in Ioan. Chryſ. ib. 27. S. Bonaventura ait: *Oſtendens, per ipſum factam eſſe pacem cœleſtium & terreſtrium.* D. Chryſoſtomus inquit : *Crucis merita colligit, quæ ſunt pax.*

Alb. M. 28. Albertus Magnus de pace interna exponit, quæ in dulcedinem ſpiritualem, in animam influit : *Pax dicitur hic dulcedo placis, quæ guſtata pacat hominem, ut de cætero à nullo inquietetur, etiam inter tormenta Martyres ſervavit in dulcedine ſui ſpiritus.*

S. Bona. Iob. 22. 22. 29. S. Bonaventura ſerm. 1. in hanc Dominicam, textum illum Jobi cap 22 v. 21. *Acquieſce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos,* adducens, dicit: *Verè optimos, per pacem enim habemus interius ſecuritatem*; & quidem idem Job in verbis ſequentibus inſinuare nobis velle videtur, quam in re pax hæc adeo fructuoſa præcipuè conſiſtat; dicit enim: *Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermonem ejus in corde tuo*; nam ut Pſalmiſta quoque dicit: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum,* & alibi ait: *In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi.* Simili*Iob. 22. 22. Pſ. 118. 165. Pſ. 118. 11.*

Dionyſ. Carth. ter de qua pace Redemptor noſter locutus fuerit, Dionyſius Carthuſianus clarè demonſtrat, dum ait : *Chriſtus autem præſertim nunc loquitur de pace interna, quæ eſt tranquillitas animi, utpote quies à motibus propriis inordinatis.*

Tolet. 30. Toletus pacem & reconciliationem humani generis cum Deo, mortis & reſurrectionis ejus fructum fuiſſe notat, de qua proinde pace ita ſcribit: *Naſcente Domino*

Luc. 2. 14. *promiſerant Angeli canentes: In terra pax hominibus bonæ voluntatis; hunc Dominus ſurgens, effectum impartitur, & communicat his, qui bonæ voluntatis, & electi à Patre erant.*

* * * *
* * *
*

Verſus 20.

Et cùm hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus: Gaviſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis; ſicut me miſit Pater, & ego mitto vos.

Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus.

Gloſſa. 1. Gloſſa Redemptorem noſtrum in corpore ſuo reſuſcitato duo contraria exhibuiſſe his verbis notat: *Palpabile ejuſdem naturæ, ut formet ad fidem; & incorruptibile alterius gloriæ, ut invitet ad præmium.*

Lyran. 2. Porrò varia ab interpretibus tanguntur myſteria, cur cicatrices in glorioſo corpore reſuſcitato voluerit retinere. Lyran. ideo id ipſum voluiſſe exiſtimat: *Ut per cicatrices remanentes, oſtenderet identitatem corporis numeralem, prius paſſi*; quia enim Apoſtolos ut Lucas inquit de ſuæ reſurrectione ambigere videbat, dixit eis: *Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum, palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Interlinearis ait: *Ad dubitantium corda ſananda vulnerum ſunt ſervata veſtigia.* S. Leo inquit: *Ad ſananda infidelium cordium vulnera, clavorum & lanceæ erant reſervata veſtigia, ut non dubia, ſed conſtantiſſima fide tenerentur eam naturam in Dei Patris confeſſuram eſſe thronо, quæ jacuerat in ſepulchro.* S. Bonaventura teſtimonium citat S. Auguſtini, dicentis : *Quia in corde diſcipulorum vulnera erant, propter quæ ſanando, cicatrices in corpore ſuo ſervavit.* S. Thomas pariter ait: *Ut dubios in fide firmaret.* Ex his namque vulneribus viſis dubitari minimè poterat, quin idem illud corpus reſurrexiſſet, quod paulò ante paſſum fuerat; & ideo indubitatâ quoque fide à nobis credi voluit, nos quoque in eadem carne reſuſcitandos eſſe, in qua hic in terris converſati & variis ærumnis preſſi fuimus. Unde S. Job ſemetipſum conſolabatur, dicens: *Rurſus circumdabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum meum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt.*

Luc. 24. 39. *Interl.* *S. Leo ſer. 1. de Aſcenſ. Dom.* *S. Bona. in Ioan.* *S. Thom. p. 3. q. 54 ar. 4* *Iob. 19. 26.*

S. Thom. art. cit. 3. *Decuit*, inquit S. Thom. *animam Chriſti in reſurrectione corpus cum cicatricibus reſumere, ut victoriæ ſuæ triumphum circum-*

cum ferret. David arma illa, quibus glorioſam de Goliatho gigante reportaverat victoriam, in triumphi perpetuum monumentum in tabernaculo ſuſpendit: Unde & hic verus David, qui vulnerum ſuorum armis debellarat diabolum, eadem illa arma ad glorioſiſſiæ humanitatis ſuæ templum in ſignum trophæi perenne affixa habere voluit: Unde S. Ambroſius de Chriſti corpore, cicatricibus & vulneribus inſignito, ita ſcribit: *Trophæum noſtræ ſalutis* (hoc nomine vulnera appellat) *Devotionem acuit:* Et ideo *vulnera ſuſcepta pro nobis cœlo inferre maluit, abolere noluit, ut Deo Patri, noſtræ pretia libertatis oſtenderet; talem ſibi Pater ad dexteram locat, trophæũ noſtræ ſalutis amplectens.* S. Thomas citat Bedam, ſuper Lucam ita ſcribentem: *Non ex impotentia curandi cicatrices ſervavit; ſed ut in perpetuum victoriæ circumferat triumphum.* Et quidem in præcitata S. Ambroſii ſententia, notanda ſunt verba illa: *Cælo inferre maluit,* quaſi per hæc, gloria cœleſtis adaucta fuerit, unde & cunctas Angelorum Hierarchias in ſtuporem rapuerunt, quæ admirabundæ ſciſcitabantur dicentes: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Formoſus in ſtola ſua,* vulnera etenim glorioſam illam humanitatem non deformârunt, ſed mirò potius decore & venuſtate condecorârunt. Lucius Florus de Auguſto, in militia in pedibus pariter & manibus vulnerato, tractans, ita ſcribit: *Saucius manibus & pedibus ſpecioſior ſanguine,* quod idem de hiſce Redemptoris noſtri cicatricibus jure aſſerere poſſumus. Unde & Lyranus ait: *In corpore Chriſti remanſerunt non ad defectum, ſed magis ad gloriam.* Veſtis, quæ aurea tela ſuffulta eſt, ſcinditur communiter, ut tantò ornatior & locupletior eſſe videatur. S. Thomas teſtimonium adducit ſancti Auguſtini, qui martyres in cœlo in corporibus eorum glorificatis ex cicatricibus eorum eximium ſplendorem & ornatum habituros eſſe exiſtimat: *Non enim deformitas in eis, ſed dignitas erit, & quædam quamvis in corpore, non corporis ſed virtutis pulchritudine fulgebit.*

4. Zacharias Propheta Redemptorem noſtrum interrogandum eſſe prædicit, his verbis: *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Cui ipſum reſponſurum eſſe dicit: *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Ipſe quidam Eccleſiæ in terris militanti in memoriale paſſionis ſuæ corpus ſuum reliquit in Sacramento altaris; at vero Eccleſiæ triumphanti idem inferre voluit, in manibus, pedibus ac latere exſculptum ad hoc, ut omnes & ſingulæ animæ redemptæ beatæ, ſuam hiſce vulneribus adſcriberent gloriam, inſque in omnem æternitatem laudes debitas referrent: *Et erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna: Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*

5. Scire quoque nos voluit, ſed etiam, ad dextram Patris jam confidentem, noſtri memoriam nunquam depoſiturum eſſe, quia *Ecce in manibus meis deſcripſi te.* De illo, qui valde ſe liberalem continuò exhibet, dicere ſolemus: *Hic manus perforatas habere videtur;* ac proinde Chriſtus manus habere voluit perforatas, ut nobis innueret, quod in diſpendandis gratiis ſuis non tantùm liberalis ſed & prodigus, ut ita dicam, perenniter eſſe velit: *Manus ejus tornatiles aureæ plenæ hyacinthis.* Imò hodie etiã per manus diſcipulorum ſuorum, cœleſtes theſauros diſpenſare incipit, dum ait: *Accipite Spiritum ſanctum, &c.* S. Thomas ideo ipſum vulnerum cicatrices in corpore ſuo retinuiſſe dicit: *Ut Patri pro nobis ſupplicans, qualegenus mortis pro homine pertulerit, ſemper oſtendat.* Etenim ſicut beatiſſima Virgo, ut filium ſuum ad habendum erga nos pietatem & compaſſionem excitet, ubera ſua, quibus illum lactavit, ei exhibet, ita e contra Chriſtus æterno Patri ſuo vulnera oſtendit, quibus ad illũ placandũ, nos redimere dignatus fuit.

6. S. Auguſtinus, filium Dei omne etiam minimum vulneris veſtigium è glorificato corpore ſuo tollere potuiſſe dicit, *Sed ſciebat, quare cicatrices in corpore ſuo reſervaret: Sicut enim demonſtravit Thomæ nõ credenti, niſi tangeret & videret: Ita etiam inimicis ſuis vulnera demonſtraturus eſt ſua, non quod eis dicat, ſicut Thomæ: Quia vidiſti, credidiſti, ſed ut convincens eos veritas, dicat: Ecce hominem, quem crucifixiſtis; videtis vulnera quæ infixiſtis; agnoſcitis latus,*

1. Reg. 17. 54.
S. Ambr. l. 10. in Luc. c. 24.
S. Thom. loc. cit.
Iſa. 63. 1.
Luc. Flor. lib. 4. c. 12.
Lyran.
S. Thom. loc. cit.
Zach. 13. 6.
Ibid.
Apoc. 5. 11.
Iſa. 49. 16.
Cant. 5. 14.
S. Thom. loc. cit.
S. Aug.

tus, quod pupugiſtis, quoniam per vos & propter vos apertum eſt, nec intrare voluiſtis.

S. Thom. ibid. Sanctus Thomas ſimile ferè motivum adducit, dicens: *Ut ſua morte redemptis, quàm miſericorditer ſint adjuti, propoſitis ejuſdem mortis indiciis inſinuet: Poſtremo ut in judicio,* quàm juſtè damnentur, ibidem annuntiet.

7. Dici etiam poteſt, quod per vulnera ſua, quæ in glorioſo corpore ante thronum Patris cœlo intulit, paſſiones, cruciatus & tormenta, quæ pro Dei amore ſuſtinentur, ſublimare voluerit: *Luc. 24. v. 26.* *Nonne oportuit pati Chriſtum*, inquit de ſemetipſo Chriſtus, *& ita intrare in gloriam ſuam?* Nimirum inter immenſos gloriæ ſuæ ſplendores, plagas quoque & vulnera *1. Tim. 2. 12.* ſcintillare voluit, ut per hoc innuat nobis, quod *ſi ſuſtinebimus & conregnabimus.*

S. Bon. in Ioan. 8. S. Bonaventura, ad reſurrectionem ſpiritualem ſe reflectens, ſequentem moralitatem adducit: *Signans in illis, qui reſurgunt ſpirituali reſurrectione, quod hæc ſunt vera ſigna, ſcilicet novitas vitæ & converſationis, quæ figuratur in latere, & perfectibilitas operationis, quæ in manibus figuratur; Chriſtus reſurrexit à mortuis, & ſequitur: Ergo in novitate vitæ ambulemus.* Ad hæc bonis hiſce operibus bona ſimul correſpondere debet intentio; ſiquidem per latus interior intentio, per manus verò, opera exteriora deſignantur; Chriſtus diſcipulis ſuis utrumque exhibuit, ad inſinuandum nobis, quòd opera noſtra tunc vitâ æternâ digna futura ſint, quando à recta quadam & bona intentione derivabuntur.

Gaviſi ſunt ergo Diſcipuli viſo Domino.

S. Bon. 9. Idem Bonaventura Chriſtum, hunc Apoſtolorum jubilum illis prædixiſſe, imò promiſiſſe obſervat: *Iſtud gaudium promiſerat eis ſupra, videbo vos & gaudebit cor veſtrum; opere implevit, quod promiſit; meritò ſunt gaviſi, quia plenum gaudium, non ubi ſpes lactat, ſed ubi res nutrit, ait Auguſtinus.*

Alb. M. in Ioan. 10. Albertus Magnus gaudium hoc viſioni vulnerum Redemptoris attribuit, dum ait: *Quis enim ſine magno gaudio videret tanta pietatis ſpectaculum? Oſtendit manus quibus operatus eſt ſalutem in medio terræ; pedes, quibus prædicando diſcurrit, & quibus in itinere laſſus fuit, quibus cruci affixus fuit; oſtendit latus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi.*

Dionyſ. Carth. 11. Dionyſius Carthuſianus diſcipulos non tantùm ideo gaviſos eſſe dicit, quòd Chriſtum à morte, eaque tam ignominioſâ reſurrexiſſe viderint, verùm etiam ob propriam ſuam inde in ipſos emanantem utilitatem: *Magiſtro ſuo intimè congaudebant, & de ſuo profectu exhilarati ſunt, videntes ſe non eſſe deceptos, ſequendo JESUM, propter quem omnia ſua reliquerant, & multa perpeſſi fuerant, ac patiebantur*; ad hæc impenſi gaudebant, quando illum erga ſe adeo amabilem viderunt eſſe & benignum, non obſtante quòd jure merito timere potuiſſent, ne ab eo caſtigarentur, eò quòd ipſum in paſſione adeò turpiter deſeruiſſent, atque inſuper in admittenda Reſurrectionis fide adeo obſtinatos ſe præbuiſſent.

Verſus 21.

Dicit ergo eis iterum: Pax vobis.

Luc. Burg. 12. Lucas Burgenſis in ea eſt opinione, quòd Chriſtus per hanc ſecundam pacis annuntiationem, Apoſtolos in gratiam denuo recipiendo, omnes ipſis præteritas culpas dimiſerit, ut hoc modo ipſi prius in ſtatu gratiæ conſtituerentur, quibus tunc delegare volebat, ut aliis per Sacramentum pœnitentiæ gratiam conferrent: *Pacem ipſis optans non ſolùm, ſed etiam dans & in gratiam eos recipiens, congruebat enim, ut ipſe illis prius peccata (ſi quibus obnoxii erant) remitteret, eſſentque à peccatis liberi, quibus, ut daret poteſtatem remittendi peccata aliorum, ſe comparabat.*

Dionyſ. Carth. 13. Dionyſius Carthuſianus Chriſtum Apoſtolis per hanc repetitam pacis imprecationem, pacem tantò tenacius cordibus ipſorum imprimere voluiſſe ſcribit: *Quæ etiam repetitio eſt admonitio diſcipulorum, ut pacem jugiter appetant, præcipuèque exquirant; vel ideo bis ait; Pax vobis, quia optavit eis pacem gratiæ in præſenti, & pacem gloriæ in futuro.*

Tolet. 14. Toletus exiſtimat quod hæc ſecunda pacis

pacis intimatio facta fuerit ad hoc, ut ipſi eandem univerſo mundo annuntiarent: *Acſi diceret: Iterum pacem do vobis, ut eam toti mundo annuntietis.*

Gloſſa. 15. Gloſſa ait: *Iterat, ut monſtret per ſuum ſanguinem eſſe pacificata, quæ in cœlis ſunt, quæ in terra.*

Beda in cat. 16. Beda Chriſtum ad duo charitatis præcepta alludere voluiſſe dicit: *Ideo repetit, quin gemina eſt virtus charitatis.*

Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.

Luc. Burg. Cyrill. 17. *Ut Apoſtolatus dignitatem oſtendat,* inquit Lucas Burg. *& magnitudinem poteſtatis eorum aperiat,* ait Cyrillus, *quos his verbis ordinavit orbis Doctores & divinorum myſteriorum miniſtros.* Toletus eandem expoſitionem adducens, Salvatorem dicere voluiſſe aſſerit: *Quod munus mihi dedit Pater, hoc ego vobis trado, & vos vicarios meos inſtituo, qua authoritate Pater miſit me, eadem vos ego mitto, ut prædicetis, gubernetis, dirigatis mundum in viam ſalutis & veritatis.* Albertus Magnus ſimiliter dicit: *Sicut miſit me Pater authoritatem ſuam in me homine per miſſionem dirivando, & ego mitto vos, authoritatem meam vobis dando*; ſuam namque authoritatem ipſis tanquam ſuis delegatis hic in terris, unde ipſe paulò poſt receſſurus erat, delegavit

Tolet. *Alb. M.*

Cajet. hic. 18. Cajetanus ad ly *Sicut* ſe reflectens, dicit: *Nota adverbium ſicut ſignificans modum, nam verè, quemadmodum Pater miſit IESUM ad prædicandum benefaciendo, & mala patiendo, ita explicat ſe mittere diſcipulos.* Hugo Cardinalis eandem obſervationem habet, dicit enim Chriſtum hiſce verbis eis intimare voluiſſe perſecutiones & tormenta, quæ ad ejus imationem docendo, perpeſſuri erant: *Id eſt, ad id, ad quod me miſit ad paſſiones Pater, qui me amat; ideo confidite, quaſi dicit: Ea vos charitate mitto ad mala, qua Pater me miſit.* S. Gregorius ait: *Ea charitate vos diligo, cùm inter ſcandala perſecutorum vos mitto, qua me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas paſſiones fecit.*

Hugo Card. *S. Greg. hom. in Evang.*

Verſus 22.

Hæc cùm dixiſſet, inſufflavit & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum.

Hæc cùm dixiſſet, inſufflavit.

1. Albertus Magnus ait: *Spiritum à ſe procedere ſignificavit, per flatum, quem in diſcipulos direxit.* Per hanc igitur aſpirationem & inſufflationem, naturam Spiritus ſancti nobis inſinuare voluit, qui ab ipſo & à Patre æqualiter procedit: quia ſicut homo aliquis in alium inſpirans & inſufflans, ſuum ei halitum & ſpiritum infundit, ita Pater & Filius ſe mutuò amantes, naturam & eſſentiam ſuam Spiritui ſancto communicant; & ſicut halitus noſter nobis eſt ſubſtantialis, ita quòque Spiritus ſanctus eſt ipſiſſima Patris & Filii eſſentia & ſubſtantia. *Alb. M.*

2. S. Auguſtinus quòque à S. Thoma in Catena citatus, advertit, quòd *Flatus iſte corporeus ſubſtantia Spiritus ſancti non fuit, ſed demonſtratio per congruam ſignificationem non tantùm à Patre ſed etiam a Filio procedere Spiritum ſanctum.* *S. Aug.*

3. Salmeron ait: *Ut olim Deus inſufflavit ſpiraculum vitæ, ut fieret homo in animam viventem, ita etiam inſufflat animam peccato mortuam, ut vivat per Spiritum ſanctum.* *Salm. to. 11. tr. 18.*

4. S. Thomas quòque dicit, quòd ſicut prima animæ noſtræ vita ab inſufflatione originata fuit, ita quòque nunc eadem per eandem reſtauretur: *Inſufflavit in faciem ejus in faciem vitæ, quod primus homo depravavit, ſcilicet vitæ naturalis ſed hoc Chriſtus reparavit dando Spiritum ſanctum.* *S. Thom. hic.*

Et dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum.

5. S. Bonaventura hoc loco exclamat: *O quam magna licentia, quod dicit; Accipite! O quam magna gratia, quòd dicit: Non aurum, non argentum, ſed Spiritum ſanctũ.* *S. Bonav. ſer. 3. in hac Do.*

6. S. Hieronymus hæc quærit, quonam modo Chriſtus S. Joanne teſte, hodie in Apoſtolos ſuos infuderit Spiritum ſanctum, cùm S. Lucas ſcribat, quòd illum poſt ſuam in cœlos Aſcenſionem pridem mittere promiſerit? Dicit tamen, quòd in promptu ſit *S. Hier. ad Hebid. q. 9.*

ad hanc difficultatem congrua reſponſio, ſi conſideretur id, quod S. Paulus dicit, nimirum varias eſſe hujus ſanctiſſimi Spiritus diviſiones. Scribit enim in 1. ad Corinthios: *Diviſiones donorum ſunt, idem vero ſpiritus.* Hodie igitur Collegio Apoſtolico communicatus fuit non ſecundùm amplitudinem & latitudinem omnium gratiarum & donorum ſuorum, ſicut in die Pentecoſtes, ſed ſolùm in ordine ad peccata remittenda. Theophylactus ſimiliter ait: *Theoph.* *Ad ſuſceptionem Spiritus idoneos eos reddens:* mox tamen ſubjungit: *Dicendum autem, & quod poteſtatem quandam, & donum ſpirituale dedit eis, non ut mortuos ſuſcitent, & virtutes faciant, ſed ut remittant peccata.*

Chryſ. in Cat. 7. Chryſoſtomus quorundam refert opinionem, qui exiſtimárunt, hanc communicationem fuiſſe per modum diſpoſitionis & præparationis cujusdam pro die Pentecoſtes; *Non ſpiritum dedit, ſed aptos eos ad ſuſceptionem ſpiritus per inflationem conſtruxit.* *S. Thom. in Ioan.* S. Thomas quoque hanc opinionem refert, & in illius probationem textum Danielis 1. adducens, dicit: *Dicitur, quod non potuit ſuſtinere viſionem Angeli; unde iſti, niſi præparati, non potuiſſent ſuſtinere Spiritus ſancti adventum; ſed tamen idem Chryſoſtomus dicit: Spiritus ſanctus datus fuit hic diſcipulis non communiter ad omnia, ſed ad aliquem effectum, ad dimittenda peccata;* priuſquam enim ſanctiſſimum hunc Spiritum in die Pentecoſtes *Act. Ap. 1. v. 8.* mitteret, Apoſtolis ſuis dixit: *Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti*; ubi notandum, quòd dictio illa *ſupervenientis*, clarè ſatis, ipſos jam de facto aliquod ſaltem hujus ſpiritus donũ accepiſſe indicat.

S. Aug. in Gloſſ. Act. Ap. 2. v. 2. 8. S. Auguſtinus à Gloſſa citatus, Spiritum ſanctum ſemel in terra datum & ſemel de cœlo miſſum fuiſſe dicit: *Factus eſt repentè de cœlo ſonus, tanquam advenientis ſpiritus vehementiſs;* unde ſequentem deducit moralitatem: *In terra,* inquit, *datur ſpiritus, ut diligatur proximus; è cœlo datur ſpiritus, ut diligatur Deus.* Eadem quoq; obſervatio à S. Gregorio his verbis adducitur: *S. Greg. hom. 26. in Evang.* *Cur prius in terra diſcipulis datur poſtmodũ de cœlo mittitur, niſi duo ſunt præcepta charitatis, dilectio videlicet Dei & dilectio proximi? In terra datur ſpiritus, ut diligatur proximus, è cœlo datur ſpiritus, ut diligatur Deus.*

Verſus 23.

Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.

1. Jure merito Apoſtolus dixit: *Reſurrexit propter juſtificationem noſtram,* ſiquidem tametſi verum ſit, quòd Salvator noſter captivitatis noſtræ lytrum ſeu pretium in die Veneris ſuper menſa Crucis promptè exſolverit, noſq; proinde juſtam cauſam habeamus, ut nos erga Chriſti crucifixi effuſum ſanguinem debitores eſſe agnoſcamus, cùm in virtute illius Chyrographus debiti, quo divinæ juſtitiæ obſtricti eramus perfecta litura deletus fuerit; ſciendum tamen eſt, hanc ſatisfactionem nonniſi hodie applicatam nobis fuiſſe, quando eadem in Sacramento pœnitentiæ, hodie inſtituto, depoſita fuit. Enimvero mira res eſſe videtur, ſi conſideremus, quòd Chriſtum non Pilatus, non carnifices, non Hebræi crucifixerint, cum veritas ſit infallibilis, id quod à Davide dicitur: *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Neque enim flagella ipſum auſa fuiſſent percutere, nec lancea vulnerare, nec perforare clavi, nec ſpinæ eum pungere, niſi hiſce omnibus noſtra ſe peccata adjunxiſſent: *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra;* & tamen Redemptor noſter adeo erga nos benignus & clemens extitit, ut mox, ut à mortuis reſurrexit, nequaquam ſeſe peccatoribus, tanquam crucifixoribus ſuis, infeſtum aut iratum oſtenderit, ſed potius magnis illos beneficiis adauxerit; tametſi enim ipſe ab iiſdem graviter læſus fuiſſet, ipſi tamen reſurgenti, nihil adeo curæ fuit, quàm ut aliquem ipſos in amicitiam & gratiam ſuam reſtituendi modum adinvenire poſſet; cùmque nos ad nihil adeo conati fuerimus, quàm ut necem ei crudeliſſimam inferremus, ipſe econtra, poſtquam à mortuis reſurrexit, nihil adeo ſollicitè efficere curavit, quàm ut nobis vitam & ſalutem largiretur æternam. Incognitus Carmelitanus Michaël ed Ayguanis Bononienſis verba illa: *Hæc eſt dies, quam fecit Dominus,* quæ Reſurrectioni adaptantur, ita exponit: *Hæc die à ſervitute peccati redempti*

Rom. 4. v. 25.

Pſ. 90. 10.

Iſa. 53. 5.

Mich. de Ayguan. Pſ. 117. 24.

redempti ſumus, & nobis reſtituta eſt hæreditas æterna.

Salm. 2. Salmeron cauſam & myſterium exponit, ob quod increata & incarnata Sapientia, hanc à peccatis abſolvendi poteſtatem in die Paſchatis conferre voluerit; dicit enim: *Pulchrè in die Paſchæ poſt reſurrectionem hoc Sacramentum inſtituit, non ſolùm ut intelligamus illos rectè Paſcha celebrare, qui à peccatis mundantur, verùm etiam ut intelligant peccatores, qui volunt per Sacerdotes abſolvi, oportere eſſe prius à morte excitatos peccati per virtutem contritionis extincti, aut ſaltem ita eſſe pœnitentiam talem, etſi minus perfectam, (quam Theologi attritionem vocant) diſpoſitos ac præparatos, ut ſalubriter & cum fructu abſolutionem valeant recipere.*

Chryſo. hom. 85. in Joan. 3. Chryſoſtomus ſupremam hanc Apoſtolis delegatam poteſtatem conſiderans, hanc adducit ſimilitudinem: *Quemadmodum Rex præfectos mittens, ut in carcerem reos intrudant, & ut liberent, poteſtatem præbet: ita Ieſus diſcipulos dimittens, hac munit authoritate.* Verum quidem eſt, quòd Chriſtus apud S. Matthæum diu ante *Matt. 18. v. 18.* Apoſtolis dixerit: *Quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt &c.* Veruntamen eo in loco illis hanc poteſtatem ſolùm promiſit nunc verò illos in hujuſce poteſtatis poſſeſſionem realiter immittit, ad eum modum, quo Princeps aliquis quempiam ad munus aliquod militare elegit, cujus tamen muneris parentes, & actualem adminiſtrationem ſuo tempore, quo ſcilicet munus illud exercere debebit, committit.

4. *Vide Sacerdotum dignitatem*, inquit *Theoph.* Theophylactus, *quod divina ſit; Dei enim eſt remittere peccata; ſic illi igitur honorandi ſunt, ut Deus; nam quamvis indigni ſunt quid hoc? Divinorum donorum miniſtri ſunt, & gratia operatur per eos, ſicut & per aſinam Balaam locutus eſt, non enim indignitas noſtra gratiam prohibet.* Cajetanus poteſtatem hanc Deo à nobis, tanquam illius miniſtris, directè in acceptis referendam eſſe dicit: *Mirabilis eſt facultas hæc, utpote ſoli Deo propria quocirca ne intelligeremus authoritativè dimitti peccata; remittuntur eis, ut vis & efficacia remiſſionis explicaretur non in diſcipulis, ſed in Deo remittente.*

Cajet.

5. Porro veniam hanc & remiſſionem peccatorum, non pro noſtro libitu & arbitrio, ſed conformiter ad ſoliùs Dei voluntatem exequi debemus; ſiquidem opus quòque eſt, ut voluntas pœnitentis per debitas diſpoſitiones ad eandem concurrat. Unde Albertus Magnus primò dicit: *Alb. M. in hac Dom.* *Quorum remiſeritis per vos vel per ſucceſſores*, poſtea ſubjungit: *Quos dignos remiſſione judicaveritis, duabus videlicet clavibus, ſcilicet poteſtatis, & jurisdictionis.* Quot eheu ſunt, qui ſeipſis ſe hac remiſſione indignos eſſe oſtendunt, eò quòd proximam à ſe peccandi occaſionem ſubmovere nolint, vel ſe non conantur vincere, acceptam condonando injuriam, vel famæ aut facultatum injuſtè ablatarum reſtitutionem facere renuunt, vel prava conſortia, & alia ſimilia obſtacula deſerere detrectant? Quid autem adverſus horum obſtinationem & duritiem claves proderunt?

6. Avertendum porrò hic eſt, quòd Chriſtus nec tempus, nec locum, nec qualitatem perſonarum limitet, nec ſe ad certam peccatorum ſpeciem aut numerum, nec ad tot vices adſtringat, & non amplius, ſed abſolutè dicat: *Quorum remiſeritis peccata, &c.* quia nullus eſt peccator, quantumvis impius ſit, qui non quovis tempore, & loco abſolvi poſſit, dummodo ipſemet Sacramento obicem non ponat.

7. Per unicam inſufflationem, hanc Apoſtolis poteſtatem contulit, ſicut omnium catenarum diſſolutionem; *Quos delictorum catena conſtringit*; duobus hiſce verbis: *Abſolvo te*, allegavit; voluit etiam hanc jurisdictionem in Eccleſia ſua, ſuis ſucceſſoribus per inſufflationem conferri, non obſtante, quòd peccata noſtra ipſi magno vitæ & ſanguinis ſui pretio conſiterint, ut illos, qui hoc ſacramentum adminiſtrandum habent, doceat, quod vita gratiæ, pœnitentibus cum charitate & amore inſinuari, & ſpiritum compunctionis iis infundendo, benignè recipi debeant.

Verſus 24.

Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jeſus.

1. D. Chryſoſtomus eos, qui in horto Gethſemani Chriſtum deſerendo, fugerant illo veſperi ad cæteros Apoſtolos nondum ſe recollegiſſe exiſtimat: *Credibile eſt ex fuga nondum* *Chryſ. hom. 86. in Joan.*

nondum rediiſſe; at verò dicat fortè aliquis, nunquid hic Thomas idem ille erat, qui ante octo vel decem dies omnes Apoſtolos ad ſequendum Chriſtum in Judæam abeuntem, & moriendum cum illo animaverat? *Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus ad condiſcipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo*; huic igitur reſpondeo; hoc quidem verum eſſe, imò & Petrus ipſe magnas quidem promiſſiones fecerat, at vero mox ut turbas viderunt armatas, *omnes relicto eo fugerunt*, multi quidem ſunt, iique nonnunquam valde ſpirituales, qui in ferventibus orationibus ſuis bona quidem faciunt propoſita; at verò quando ad eorum devenitur executionem, nulla iis eſt ad ea adimplenda ſufficiens virtus: *Venerunt filii uſque ad partum, & non erat virtus pariendi.*

Ioan. 11. 16.

Matt. 26. v. 56.

Iſa. 37. 3

2. *Non erat cum eis*, inquit Albertus M. *congregationi eorum conjunctus.* Unde S. Thomas hoc nobis utiliſſimum elicit documentum: *Inſtruimur per hoc, à ſocietate ſeparari non debere.*

Alb. M. in Ioan.

S. Thom. ibid.

3. S. Cyrillus quærit hoc loco, quanam ratione & ipſe Thomas, licet procul à cæteris Apoſtolis in cœnaculo præſentibus remotus, poteſtatem circa peccatorum abſolutionem & communicationem Spiritus ſancti delegatam participare potuerit: *Quomodo ſi tunc aberat, quando Chriſtus ſufflans dixit: Accipite Spiritum ſanctum, ſpiritus ipſe particeps factus eſt?* Moxque reſpondet: *Dicimus virtutem ſpiritus ex intentione dantis Chriſti in omnes diſcipulos pertranſiſſe; non enim quibuſdam, ſed omnibus diſcipulis dedit; quare libertate dantis non ſolùm præſentes, ſed etiam abſentes Apoſtoli Spiritum ſanctum receperunt.*

S. Cyril. l. 12. in Ioa. c. 16.

Lyran.

4. Lyranus S. Thomam præ cæteris timidiorem fuiſſe, ac proinde tardius ad cæteros Collegas ſuos conveniſſe ſcribit: *Et ideò propter tarditatem ſuam privatus eſt illa viſione Chriſtis*; neque enim etiamnum ab illo incaluerat igne, qui in die Pentecoſtes deinceps ſuper cœnaculum iſtud deſcenderat: *Perfecta enim charitas foras mittit timorem.*

1. Ioan. 4. v. 18.

Gloſſ.

5. Gloſſa dicit: *Non cauſa, ſed divina diſpoſitione defuit Thomas, & audita non credidit; unde palpandum ſe ei Dominus præbuit, quia ejus dubitatione, & facta ſibi probatione, nulli relinquitur jam dubitare.*

S. Greg. hom. 26. in Evan.

6. Id quod è S. Gregorii doctrina deſumptum fuit, qui dicit: *Egit miro modo ſuperna clementia, ut diſcipulus ille dubitans, dum in Magiſtro ſuo vulnera palparet carnis in nobis vulnera ſanaret infidelitatis; plus enim nobis infidelitas Thomæ ad fidem, quam fides credentium diſcipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, mens noſtra omni dubitatione poſtpoſita, in fide ſoldatur.*

Verſus 25.

Dixerunt ergo ei alii diſcipuli: Vidimus Dominum; ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.

1. *Evangeliſta morbi gravitatem exactè deſcribit*, inquit Tolet. *non ut Thomæ notam infamiæ inurat, ſed tum ut Reſurrectionem Dominicam confirmet, tum ut Medici clementia, & virtus agnoſcatur in ſanando.* Janſenius S. Thomam excuſare nititur, utpote cujus incredulitas, tametſi reprehenſibilis erat, nihilominus, inquit: *Non ex malitia profecta erat, ſicut Phariſæorum, ſed ex imbecillitate humana.*

Tolet.

Ianſen. c. 147. concord

2. In hac occaſione illa Pſalmiſtæ propoſitio: *Abyſſus abyſſum invocat*, verificata fuiſſe videtur; *Abyſſus* enim idem eſt, quod *Thomas*; & hic in multorum errorum barathrum quoddam miſerè corruit. Primò enim titubavit in fide reſurrectionis articulo nimirum ad religionem noſtram, & Meſſiæ Divinitatem ſtabillendam utiliſſimos ſiquidem: *Si Chriſtus non reſurrexit inanis eſt fides noſtra*; Et quidem ex quo Chriſtum filium Dei eſſe credidit, prout jam ante per os Petri cum aliis proteſtatus fuerat, quid mirum ſi à mortuis reſurrexit? *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Num fortè ad id credendum oracula & prædictiones Propheticæ deërant? Imò ipſemet diſcipulis ſuis ſæpius prædixerat: *Tertia die reſurget.* Secundò ex hoc ſe cæteris Collegis prudentiorem & ſagaciorem probare voluiſſe videtur, quaſi dicere vellet: *Qui citò credit, levis eſt corde*, non verò talis ſum ego, imò *niſi videro*, &c. Neque oculari ſolùm teſtimonio contentus eſſe voluit, quin etiam contactum vulnerum poſtulavit, nec ſufficiebat illi, vulnera Salvatoris digitis exploraſſe, niſi etiam manum ſuam iisdem immitteret, idque non ſolùm in loca clavorum, ſed etiam in vul-

Pſ. 41. 8.

1. Cor. 15. v. 10.

Matt. 20. v. 19.

Eccl. 19. 4.

vulnus lateris, id quod arrogantiam & temeritatem non modicam ſapiebat. Adhæc in illa tam præſumptuoſa proteſtatione magnam quoque exhibuit irreverentiam, ſiquidem *In ſancta ſanctorum* pectoris illius ingredi præſumpſit, *in quo ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei.* Porrò Oza morte repentina punitus fuit, quia in arca, quæ lignum quoddam, & remotiſſima tantùm ſacroſanctæ illius humanitatis figura erat, manum ſuam extendere attentavit; imò ipſemet Chriſti præcurſor, licet inter natos mulierum maximus eſſet, ſe tamen ad corrigiam calceamentorum ſolvendam indignum eſſe cenſuit. Tertiò duritia & obſtinatio ipſius ſummè reprehenſibilis erat, ſiquidem nec Petro, nec ſanctis illis mulieribus, nec diſcipulis in Emaus abeuntibus, nec omnibus Apoſtolis, qui teſtes oculati, *Omnique exceptione majores* erant, credere voluit; & quidem, quod culpam ejus vel maximè aggravavit, octo continuis diebus in hac incredulitate ſua perſeveravit: unde Toletus ait: *Magna pertinacia fuit & incredulitas Thomæ, non enim ad horam aut diem perſeveravit incredulus, ſed per integros dies octo, imò in ſua permanſiſſet infidelitate diutius, ſi Dominus ad eum venire diſtuliſſet.* Quartò demum obſtinationi huic præſumptionem adjunxit, ſiquidem Incarnatæ illi Sapientiæ modum præſcribere voluit, quo illum ad reſurrectionis ſuæ fidem perduceret, nimirùm permittendo, ut digitos & manum ſuam in vulnerum ejus aperturam immittere poſſet, imo, ſecus enim ſi fieret, nequidquam creditурum ſe eſſe proteſtari præſumpſit: *Niſi videro, niſi mittam, &c.*

Coloſ. 2. 3. 2. Reg. 6. 7. Toletus.

3. In hac occaſione perſpicuè apparet, quàm verùm ſit illud Sapientis monitum: *Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficietur*; hic etenim Apoſtolus præ cunctis aliis ſe ferventiſſimum exhibuit, quamdiu in aliorum Apoſtolorum ſocietate permanſit; unde ait: *Eamus & nos, & moriamur cum eo*; quando verò ab illis ſeparatus fuit, non una tantùm vice, ſed pluribus graviter lapſus fuit: *Cum ſancto ſanctus eris, cum viro innocente innocens eris, & cum perverſo perverteris.* Enimverò de S. Petro legimus, ipſum ſemel Chriſtum negaſſe, imò cum adjuncto jurejurando proteſtatum fuiſſe, quod ignoraret, quis eſſet: *Neſcio hominem*, & tamen alia quadam vice ex æterni Patris revelatione eum filium Dei eſſe confeſſus fuerat, & apertè agnoverat? undenam hæc provenit differentia? Nunquid unus idemque Petrus erat? Nunquid de eodem Dei filio confitendo vel diffi do Petro res erat? *Circumſedentibus illi erat Petrus in medio eorum.* Quinam obſecro Petri conſortes erant, quando magiſtrum ſuum negavit? S. Thomas ait: *Non mirum ſi cecidit, quia in mala ſocietate manſit*; Socii enim ejus erant ſacrilegi, iniqui & excommunicati illius Pontificis, Caiphæ nimirum, familiares miniſtri & ſatellites, qui Salvatori mortem machinabantur; non verò in tali erat conſortio conſtitutus, quando filium Dei confeſſus fuit, tunc enim in medio Coapoſtolorum ſuorum conſtitutus erat; Imò advertendum eſt, quòd ut de commiſſo ſcelere pœnitentiam ageret: *Egreſſus foras flevit amarè.* Ubi S. Remigius dicit: *Egreditur foras de impiorum ſocietate, ut pavidæ negationis ſordes amaris fletibus lavet.* David, qui tametſi vir ſecundùm cor Dei fuerit, turpiter tamen & ipſe lapſus fuit, totus anxius exclamabat, dicens: *Salvum me fac Deus, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum*; circa quæ verba, verba illa S. Auguſtini, licet de S. Petro dicta fuerint, ad noſtrum propoſitum tamen adducere poſſumus, ita enim ait: *Ecce columna firmiſſima ad unius auræ impulſum tota contremuit; & ecce caput aureum ad unius lapilli contactum in parte fictili comminutum eſt & corruit.* Cajetanus quoad hunc S. Petri lapſum, breve quoddam ſuggerit monitum, quod etiam in hoc S. Thomæ caſu ſervire poteſt; dicit enim nervosè & breviter: *Conſidera, & treme vir juſte.* Petrus paucis horis ante ad Chriſtum defendendum valde ſe ſtrenuum generoſum ſolus exhibuit, dum Malcho auriculam amputavit, & tamen mox eadem nocte adeo factus eſt pavidus. S. Thomas quòque ſeptimana antecedenti proteſtatus eſt, dicens: *Eamus & nos, & moriamur cum eo*, item Lazari mortui quatriduani reſuſcitationem præſens ſpectavit, & tamen nunc cunctis aliis ſe miraculoſiorem eſſe probavit, imò obſtinatè credere noluit, quòd

Prov. 13. v. 20. Pſ. 17. v. 26. & 27. Luc. 22. 55. S. Thom. in Matt. ibid. Matt. 26. v. 75. S. Remig. ibid. Pſ. 11. v. 2. S. Aug. tr. 113. in Joan. Cajet. in Matt.

quòd reſuſcitare poſſet ſemetipſum. Similiter de eo, quòd omnes Apoſtoli quoad reatum proditionis Magiſtri ipſorum omnino inſontes, audientes unum ex ipſis Salvatorem traditurum eſſe, contriſtati fuerint; S. Leo ita ſcribit: *Contriſtati ſunt, non de conſcientiæ reatu, ſed de humanæ mutabilitatis incerto timentes;* etenim quantumvis aliquis ad altiſſimum perfectionis & ſanctitatis culmen pertigerit, quamdiu tamen in hujuſce certaminis arena militat, vulneribus & plagis recipiendis ſubjectus eſt, niſi Deus ei per ſpecialia auxilia aſſiſtat.

S. Leo ſer. 2. de paſſ.

4. Unde perſpicuè ſatis cognoſcitur, quantum voluntatis propriæ impetus, qui obſtinationem individuam habere comitem ſolet animabus noſtris præjudicium inferat, ſiquidem hic videmus, quòd diſcipulus ille, qui integro triennio, diſciplinæ Chriſti in ſchola Dei operam dedit, propriæ tamen ſcientiæ & voluntati tanta cum pertinacia induruerit, ut mentis ſuæ ſenſum totius Collegii Apoſtolici, & forſitan etiam ipſiusmet Matris Dei, quæ utique apparitioni huic præſens interfuit, teſtimonio, & veritati perhibitæ præhabuerit. Quis igitur opinionem & judicium proprium non pertimeſcat, maximè cum adeò ſanctæ & perfectæ ſcholæ diſcipulus non exiſtat?

Alb. M.

1. Enimverò Albertus Magnus ambigentem hunc Chriſti Apoſtolum excuſare nititur, dum ait: *Quia multa ſigna infirmitatis viderat, & quamvis reſurrexiſſe non crediderat, tamen nec contrarium aſſerebat, nec uni nec alteri firmiter adhærens, & tales ſunt tardi ad credendum, & quando credunt, firmiſſimè credunt.*

Verſus 26.

Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli ejus intus, & Thomas cum eis; venit Jeſus januis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis.

Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli ejus intus, & Thomas cum eis.

1. Nullus ex diſcipulis Chriſti per ſolidum octo dierum ſpatium, hunc ſuum condiſcipulum à ſua pertinacia dimovere potuit, qui proinde in ſua utique obſtinatione perſeveraturus fuiſſet, niſi benigniſſimus Magiſter noſter paternè erga ipſum commotus fuiſſet; unde clarè deducitur, quòd ex nobis ipſis quidem in peccatum labi poſſimus, at verò poſt lapſum ex nobismetipſis inde non valeamus reſurgere, niſi Deus auxiliatricem ſuam nobis porrigat manum; licet enim in facultate noſtra ſit, cadere, pœnitere tamen poſt lapſum, noſtram excedit poteſtatem, omnes quidem electi tam qui in terris, quam qui in cœlis ſunt, in noſtrum ſubſidium facere poſſunt, quidquid illis poſſibile fuerit, ſuum tamen intentum finem minimè conſequentur, niſi Deus ipſe ad ſuccurrendum nobis motus fuerit: *Venit IEſus.*

2. *Et quâ gratiâ ei non continuò apparuit?* quærit hoc loco Chryſoſtomus, & reſpondet, Chriſtum id facere diſtuliſſe, *Ut interea à diſcipulis edoctus, iisdem auditis, in majus traheretur deſiderium, & magis in fide confirmaretur.* Janſenius adjungit: *Tum ut magis Domini pateſceret clementia, qui talem in diſcipulo, tanto tempore pertulit incredulitatem, quæ quo major erat & diuturnior, eo magis ſubito in magnam mutata fidem reſurrectionis in nobis confirmat credulitatem.*

Chryſ. hom. 86. in Ioan.

Janſen.

3. S. Thomas hic moralem quandam obſervationem in medium adfert; ait enim: *Ubi notandum, quòd Thomas ſolus hac apparitione indigebat, non tamen ei ſingulariter Dominus apparuit, ſed in congregatione exiſtenti, ad deſignandum, quod ſingularitates non ſunt multum Deo acceptæ, ſed hi, qui in communitate charitatis exiſtunt.* Ad hæc dici poteſt, Chriſtum voluiſſe, ut diſcipulus hic ſimul cum aliis conjunctus, & in reliquorum Apoſtolorum ſocietate conſtitutus eſſet, ut nobis inſinuaret, quàm nobis proſpicua ſit bonorum communicatio, eò quòd propter illorum merita, multas nonnunquam recipimus gratias, quas aliàs forſitan minimè reciperemus. Præterea ut Collegium Apoſtolicum benignitatis & zeli quem Chriſtus ad conſulendum errabundæ hujus animæ ſecuritati exhibuerat, teſtaretur, ac proinde exemplo ejus charitatem & zelum diſceret, quem deinceps in lucrandis animabus, & maximè in iis à mala ad bonam viam convertendis & reducendis habere debebant: cui accedit, quod juſtum omnino fuerit, ut qui ex Coapoſtoli ſui incredulitate ſcandalizati fuerant, ex viſis & auditis ferventiſſimis ejusdem fidei actibus, quibus præce-

S. Thom. in Ioan.

præcedentem reparabat incredulitatem, denuò ædificarentur.

Venit IESUS &c.

4. Hæc nova Chriſti apparitio, Aliis Apoſtolis neceſſaria non erat, ſed ob ſolum Thomam facta fuit, ut is nimirum reduceretur ad fidei integritatem. Et ideo D. Chryſoſtomus ait: *Tu autem cùm diſcipulum non credentem videas, conſidera Domini clementiam, quomodo pro una etiam anima vulnera ſua oſtendit, ut & unum ſalvum faceret, apparuit.* Toletus pariter ſcribit, quòd licet pertinacia Thomæ maxima fuerit: *Major tamen clementia, & in ſuos amor extitit Salvatoris, propter unum enim & hunc incredulum & pertinacem iterum dignatus eſt apparere, eademque imò majora ſuæ reſurrexionis argumenta facere.* Salmeron cæleſtem hunc Paſtorem conſiderat, qui unicam gregis ſui perditam oviculam tanta cum ſollicitudine & cordis anxietate quærit: *Nunc quidem immediatè propter unam oviculam, hoc eſt, Thomam, in quo ejus ſingularis elucet charitas, volens indicare, quæ pro omnibus fecit, pro ſingulo quoque pro eximia ſua atque incomparabili charitate facere.*

Chryſ. hom. 86. in Ioan.

Tolet.

Salm. tom. 11. tr. 27.

Verſus 27.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

Deinde dicit Thomæ infer digitum tuum huc.

1. Per hæc verba, haſque actiones, Chriſtus Thomæ perſpicuè oſtendit, ſibi nota & perſpicua eſſe omnia, jamque quævis penetraſſe abditiſſima cordis ejus ſecreta, dum nimirum illius revelat cogitationes, deſideria, omniaque verba, quæ aliis diſcipulis locutus fuerat; unde Salmeron ait: *Quæ in re oſtenditur, ſe plane Deum eſſe, qui omnia noverit ejus verba.* Verum quidem eſt, Chriſtum juſtiſſimam habuiſſe cauſam & occaſionem illum confundendi, eique incredulitatem & pertinaciam ſuam improperandi, attamen nullam ei objurgationis umbram ſeu veſtigium propoſuit, quin potius omnibus, quæ ab ipſo ſibi concedi non ſine præſumptione petierat, condeſcendit, omneque ipſius deſiderium perfectè complevit, ut ipſum lucrari, & in ſalutis ſtatum reducere poſſet; nequaquam ad ejus reſpexit temeritatem & inurbanitatem, quâ ipſe, qui ſervus erat, cum Domino ſuo de conditionibus non ſatis æquis paciſci, & ſubditus à ſuo principe, imò injuriam inferens ab injuriato & læſo, ſatisfactiones & capitulationes præſcribere & prætendere præſumpſit, hæc omnia, inquam negligit & diſſimulat, nec ullum habet reſpectuum humanarum rationem, dummodo ejus poſſit operari ſalutem. Unde D. Chryſoſtomus ait: *Aſtitit ergo iterum IESUS, neque ab illo rogari exſpectat, neque quidquam tale audire, ſed nihil eo dicente, ipſe IESUS primum ejus ſatisfecit deſiderio.* Lucas Burgenſis eandem habet conſiderationem, dum ait: *Non exſpectavit, dum Thomas ipſe rogaret, ſed præoccupavit partes ejus, & non requiſitus obtulit diſcipulo, quæ ad credendum ille requirerat apud condiſcipulos, paratum ſe exhibens, ſatisfacere, quamvis inordinato diſcipuli deſiderio, ejus quem non noverat non ex malitia, ſed imbecillitate peccare.*

Chryſ. hom. 86. in Ioan.

Luc. Burg.

2. S. Auguſtinus dicit: *Digitos tuos mitte per latus meum, & noli eſſe incredulus; occiſus ſum propter te; per locum, quem vis tangere, ſanguinem ſudi, ut redimerem te.*

S. Aug. ſerm. 31. de verb. Dom.

3. S. Thomas Chriſti admiratur ſollicitudinem & vigilantiam, quæ ſuis proſpicere feſtinat & ſubvenire: *In quo apparet ſecundum ſignum divinæ pietatis, quod electis ſuis in caſu citò ſubvenit.* Idemque Angelicus Doctor differentiam oſtendit, quæ inter lapſum reproborum & electorum intercedit: *Cadunt electi aliquando*, inquit, *ſicut & reprobi, ſed differenter, quia reprobi franguntur, electis verè cito Deus ſupponit manum ſuam, ut reſurgant.* Pſalm. 26. *Cùm ceciderit juſtus, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam; item: ſi dicebam, motus eſt pes meus, miſericordia tua Domine adjuvabit mihi; & ideo ſtatim ſupponit Thomæ lapſo manum, ita ut cum diceret: Niſi videro, non credam, revocat dicens: infer digitum tuum huc, & noli eſſe* &c. Sanctus Thomas de Villa nova ait: *Pius Paſtor ovem ſuam perire non patitur*,

S. Thom. in Ioan.

Pſ. 36. 24.

Pſ. 93. 18.

S. Th. de Vill. ſer. in hac. Dom.

tur, ſicut ad Patrem dixerat : Quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam; dicant Prælati, quam commiſſis ovibus ſollicitudinem exhibeant; ſi pro una ſola Dominus apparuit, omnis ſollicitudo, omnis labor unius animæ negotio minor eſt.

S.Thom. in Ioan. 4. S. Thomas Doctor Angelicus circa digitum S. Thomæ in ſenſu ſpirituali ita ſcribit: *Myſticè per digitum diſcretio deſignatur per manus opus noſtrum; monet ergo, & digitum, & manus in latus ejus mittere, ut quidquid in nobis eſt diſcretionis & operis, in Chriſti ſervitium expendamus.*

Et vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum.

S.Thom. Vill. ib. 5. S. Thomas de Villa nova erga hanc ſancti Thomæ manum ſancta quadam invidia motus, dicit: *Felix manus, quæ Dominici pectoris ſecreta rimavit; quas divitias non intus invenit? Ab illo pectore arcana cœleſtia Ioannes hauſerat dormiendo: in illo Thomas grandes theſauros reperit ſcrutando; grandis illa ſchola, quæ tales diſcipulos facit.*

Alb. M. hic. Zach. 13 6. 6. Albertus Magnus dictionem illam, *Vide*, ponderans dicit: *Hoc eſt, intus perſpice cum Propheta Zacharia cap. 13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et reſpondet: His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me, hoc eſt, qui me diligere debuerunt, talibus ſignis pietatis cognoſcere me debes, qualia paſſus ſum pro te.*

Didac. Stell. 7. Didacus Stella in Chriſti vulneribus & apertis manibus, ejus liberalitatem conſiderat: *Manus*, inquit, *invenies perforatas, in quo ejus maxima bonitas & magnificentia oſtenditur.* Cicatrices haſce, licèt in corpore glorioſo & ſplendeſcenti defectus quidam & deformitatem eſſe videantur, retinere voluit, ut ſe in pietate ſua beneficum exhiberet & liberalem, tametſi etiam non niſi unicam animam, qualis S. Thomæ erat, ad ſalutis ſtatum reducturus eſſet; *Vide autem, quomodo propter unum hominem*, inquit Theophylactus, *Thomam, non dedignatus eſt ita condeſcendere Dominus, & latus oſtendere, ut ſalvet animam unam, ita & nos quoque minimum contemnere non debemus.*

Theoph.

8. Salmeron ſacroſanctam Redemptoris noſtri conſiderat humanitatem, quam Apoſtolo huic ad eum ſanandum exhibuit: *Applicat*, inquit, *tanquam medicus bonus convenientem morbo medicinam, dicendo: Infer digitum tuum huc, ſancta namque Chriſti humanitas, præſtantiſſima quædam ac viva medicina eſt, quæ homini vivo ſecundum ſpiritum, id eſt, vitâ fidei & charitatis privato applicatur.*

Ianſen. 9. Janſenius exiſtimat, quod licet Chriſtus S. Thomæ vulnera ſua exhibuerit tangenda, ipſe tamen ab eorundem contactu abſtinuerit: hic jam credi poteſt, Thomam, etſi à Domino admonitum, ut id faceret, quod deſideraverat, à contrectando tamen ipſum & loca vulnerum abſtinuiſſe, quòd agnita Domini facies & vox ei ſatisfacerent, & præ reverentia non auderet illum tangere; & quidem ratio, quæ illum ad id credendum movet, hæc eſt, quia Chriſtus dixit: *Quia vidiſti me Thoma credidiſti*, non verò ait: *Quia vidiſti & tetigiſti*, quòd utique dixiſſet, ſi eum tetigiſſet. Toletus proinde ipſum ex tanta benignitate attonitum hæſiſſe: *Tolet.* *Tantâ Domini clementiâ confuſum fuiſſe, magnamque & profundam humilitatem concepiſſe certum eſt.*

Verſus 28.

Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & Deus meus.

S.Thom. in Ioan. 1. S. Thomas Apoſtolum hunc ſubitò in profundum quendam Theologum evaſiſſe dicit: *Apparet quod ſtatim factus eſt Thomas bonus Theologus, veram fidem confitendo.* Humanitatem namque ejus confeſsus eſt, quando dixit: *Dominus meus*, hoc etenim nomine eum ante paſſionem ejus nominare ſolebant: *Vos vocatis me Magiſter & Domine, & bene dicitis.* Dum vero ait: *Deus meus*, divinam ejus confeſſus eſt naturam, neque enim Apoſtoli ipſum antea hoc nomine *Deus* appellaſſe leguntur. *Ioa. 13. 13.*

Ianſen. S. Auguſ. ſer. 54. in append. B.Laur. Iuſt.Ser. de S.Tho. 2 *Quemadmodum ad credendum fuerat difficilior*, inquit Janſenius, *ita nemo clarius Divinitatem ejus profeſſus eſt.* S. Auguſtinus hanc infidelitatem valdè deſiderabilem fuiſſe oſtendit; dicit enim: *Quam bona ignorantia, quæ erudivit ignaros! Quam bona infidelitas, quæ ſæculorum fidei militavit.* B. Lauren. Juſtinianus ait: *Per unius infidelitatem univerſam voluit erudire Eccleſiam.*

Chryſol. ſer. 84. *ſiam.* Chryſologus dicit Redemptorem tacitè Thomæ dicere voluiſſe: *Infer digitum tuum huc, ut effundant toto orbe iterum te aperiente, hæc vulnera fidem; veniant & audiant hæretici.* B. Petrus Damianus ait: *Evertit errores atque verſutias hæreticæ pravitatis.* S. Thomas de villa nova hanc Thomæ confeſſionem ei, quæ aliàs à S. Petro facta fuerat, anteponit, dicens: *Expreſſius intonat Thomas: Dominus meus, & Deus meus, ſimplici verbo utramque naturam in Chriſto confeſſus.*

B. Pet. Damiana. diſc. de S. Barthol. *S. Thom. Villan. ſer. cit.*

Coloſ. 2. v. 3. 3. Nec mirum quia in illo veræ ſapientiæ ærario, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei*, in vera Theologia eruditus fuit, præterquam quod S. Bernardus de ſchola Paſſionis ſcribit: *In illa ſapientia eſt, in illa juſtificationis noſtræ perfectio, in illa ſcientiæ plenitudo, in illa ſalutis divitiæ, in illa abundantia meritorum eſt*, & ideo ad unicum vulnerum illorum aſpectum, obſtinationis ejus gelu diſſolutum fuit. Unde S. Bonaventura exclamat: *O vulnera, corda vulnerantia, & mentes congelatas inflammantia, & pectora adamantina liquefacientia!*

S. Bernſer. 48. in cant. *S. Bonav. de ſtigmat. c. 4.*

Verſus 29.

Dixit ei JESUS: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti; Beati qui non viderunt & crediderunt.

S. Thom. hic. 1. S. Thomas Doctor Angelicus dubium hoc loco movet, dicens. *Cùm fides ſit ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium, ut dicitur Hebr. 11. quomodo hic Dominus dicit: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti?* Moxque ſubjungit: *Sed dicendum, quod aliud vidit, aliud credidit; vidit hominem & cicatrices, & ex hoc credidit divinitatem reſurgentis.*

Hebr. 11. v. 1.

2. Idem quoq; Angelicus Doctor aliam movet difficultatem, nimirum ex quo S. Thomas ſe reſurrectionem Chriſti nequaquam creditum eſſe proteſtatus fuit, niſi vulnera ejus videret pariter & tangeret, cui Chriſtus poſtea ſolùm dixit: *Quia vidiſti me*, non verò dicit: *Tetigiſti me?* Cui difficultati per adductam S. Auguſtini authoritatem reſpondet: *Senſu viſus utimur pro quolibet ſenſu; Dicimur enim: Vide quomodo ſonat, quomodo ſapit. Dicit ergo: Infer digitum tuum, & vide; non quod in digito ſit viſus, ſed dicitur quaſi: tange & experire.* Cui eidem difficultati aliam quoq; ſubjungit reſponſionem, dum ait: *Vel dicendum, quod Thomas videns vulnera & cicatrices, confeſſus eſt in ſe ipſo, & antequam poneret digitum, credidit, & dixit: Dominus meus & Deus meus.*

3. Celebre valde eſt illud S. Auguſtini axioma, dicentis: *Melius judicavit de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permittere;* Poterat quidem Chriſtus hunc Apoſtolum ſuſtinere erectum, ne caderet, nec tamen lapſum ejus impedire voluit, ut poſtea tantò glorioſius poſt lapſum reſurgeret; Ipſe etenim eſt, qui præ cunctis aliis Apoſtolis hûc adeo difficilem Reſurrectionis articulum, toti mundo annuntiavit, adeo ut B. Petrus Damianus de digito S. Thomæ, qui hic Romæ in Baſilica S. Crucis in Jeruſalem velut miraculoſa quædam reliquia, integer conſervatur, dicat: *Cujus digitus magiſter factus eſt mundi, qui principali quadam dignitate vere dicendus eſt judex, quia veritatem Dominicæ carnis ignorantibus indicavit.* Ecce tibi bonum, quod Deus elicere novit ex lapſibus electorum, de quibus Apoſtolus ſcribit: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, etiam peccata*, inquit Gloſſa, S. Ambroſius dicit: *Sancti Domini, qui conſummare pium certamen geſtiunt, & currere curſum ſalutis, ſic ubi forte ut homines corruerint, naturæ magis fragilitate quam peccandi libidine, acrius ad currendum inſurgunt, pudoris ſtimulo majora reparantes certamina non ſolùm nullum attuliſſe æſtimetur lapſus impedimentum, ſed etiam velocitatis incentiva cumulaſſe*; id quod in S. Thoma ad litteram adimpletum fuit; De illo namque Dionyſius Carthuſianus ita ſcribit: *Innumerabiles pro Deo perſecutiones patientiſſimè tulit, infatigabiliter laboravit*; & verè ita eſt; nam ſi vaſtitas & numerus provinciarum & regnorum, quæ cum tantò Chriſtianæ religionis profectu & augmento peragravit, ad trutinam revocentur totum quaſi mundum, ut ita dicam, penetraſſe dici poteſt; Unde B. Laurentius Juſtinianus in ſermone quodam de hoc ſancto dicit, quod fecerit *innumerabilium converſionem populorum*: Et Carthuſianus in eodem ſermone dicit: *Copioſiſſimum.*

S. Aug. Enchir. to. 3. c. 25. *B. Petr. Dam. ſer de S. Bart.* *Rom. 8. v. 28.* *S. Ambr. Apol. 1. de David. c. 5.* *Dionyſ. Cart. ſer. 1. de S. Thom. Ap.* *B. Laur. Juſtin. ſer. . de S. Th.*

4. Conſiderare quoque hoc loco poſſumus miram vulnerum Redemptoris noſtri efficaciam, ſiquidem tametſi ſolæ eorum apparuerint cicatrices, nulluſque inde pro tunc ſanguis manarit, quin potius incorruptibilia & ſplendeſcentia fuerint, attamen in Thoma antea obſtinato & contumaci, atque in amore Redemptoris ſui adeo gelido, incredulo & arroganté, adeo vividos produxerunt veræ fidei, ſapientiæ altiſſimæ, charitatis, humilitatis, omniumque aliarum virtutum ſenſus & affectus, ut proinde S. Bonaventura de de hiſce vulneribus ſcribit, quòd ſunt *fundamentum fidei, erectio ſpei, & inflammatio charitatis*; unde & ſancta mater Eccleſia etiam per hoc totum tempus Paſchale, amaræ Paſſionis Chriſti, nobis valde efficaciter inculcat memoriam, dum nobis toto Paſchali tempore, in officio divino Crucis commemorationem facere præcipit, ut hac ratione ſtatum gratiæ, quem ſanctis hiſce præteritis diebus nobis acquiſivimus, perenniter continuare valeamus: ad hoc enim vel maximè proderit, ſi oculos cordis noſtri in ſacroſancta Chriſti vulnera defixos teneamus, ſeriò conſiderando, quanto pretio peccata noſtra Deo conſtiterint. Unde S. Auguſtinus ait: *Ut pellem vitiorum deponamus, perforamen ſtigmatum Chriſti tranſeamus.* Porrò S. Antonius Paduanus dicit, quòd Redemptor per hanc vulnerum ſuorum exhibitionem, non ſolùm S. Thomam, ſed & omnes nos, quotquot ſumus, fideles enixè roget, ne illa per peccata noſtra denuò aperiamus: *Oſtendit rogans, ut ſibi compatientes, clavis peccatorum iterùm ipſum non crucifigamus.*

S. Bonav. de ſtigmat. p. 1. c. 6.

S. Aug. ſer. 4. ad frat.

(:)

DOMINICA II.
POST PASCHA.

EVANGELIUM
Joannis Cap. 10.

V. 11. *EGo ſum Paſtor bonus; Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. 12. Mercenarius autem, & qui non eſt Paſtor, cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, diſpergit oves. 13. Mercenarius autem fugit, quia Mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus. 14. Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. 15. Sicut novit me Pater, & ego agnoſco Patrem, & animam meam pono pro ovibus meis. 16. Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illos oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile & unus Paſtor.*

Verſus

Verſus 23.

Ego ſum paſtor bonus; Bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.

Ego ſum Paſtor.

1. SAncta mater Eccleſia opportunè nobis in hac Dominica Evangelium quoddam proponit, in quo ſe Redemptor noſter, non ſemel, ſed ſæpius paſtorem bonum appellat, id quod antea in ipſis effectibus demonſtravit, dum pro ſalute gregis ſui, vitam ſuam prodegit, & poſt reſurrectionem ſuam, per quadraginta dierum ſpatium hic in terris, inter nos mortales commoratus, nihil aliud adeo ſollicitè facere ſategit, quàm ut diſperſum gregem ſuum in unum ſimul congregare ſtuduerit, ad Eccleſiæ ovile eundem reducendo, eoque fine ſuos quoque erudiendo Apoſtolos: *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.* Act. Ap. 1. v. 3. Quibus proinde cum peccata remittendi poteſtatem dediſſet, prout præcedenti Dominicâ vidimus, nunc boni Paſtoris & Prælati Eccleſiaſtici partes, & officium plenius exſpectare conſtituit.

2. Porrò ex quo à mortuis glorioſus & immortalis reſurgens adverſus mortem & infernum victor evaſit, meritò ſibi glorioſiores ſpecioſioresque titulos, nimirum filii Dei altiſſimi, Regis Regum, Dei exercituum, Regis gloriæ, vel alios ſimiles ſibi vendicare debuiſſet, nec tamen id fecit ſed paſtoris munus & titulum ſibi aſſumpſit, titulum videlicet humilitatis & amoris, ut per hoc nobis inſinuaret, ſe in hoc glorioſo tantæque majeſtatis ſtatu humilitatem & benignitatem ſuam nequaquam depoſuiſſe, idque, ut reor, ideo fecit, ut nos tanquam oves perditas ſibi denuò compararet, & ad gregem ſuum reduceret, in cujus evidens ſignum, eodem, quo reſurrexerat die, duos è diſcipulis ſuis errabundos, in Emaus contendere videns, ipſe quoque aſſumptâ ſibi viri peregrè proficiſcentis, ſpecie, eorum ſe ſocietati adjunxit, cum iis tamdiu progreſſus fuit, donec eoſdem affabilitate ſermonum ſuorum in viam rectam, id eſt, in notitiam & fidem reſurrectionis ſuæ perduceret. Chryſ. ſerm. 6. in pſ. 99.

3. Chryſologus in ſermone 6. in Pſal. 99. ita ſcribit: *Deus mitiſſimi Paſtoris elegit officium, perſonam Patris induxit, ut vagos populos, diſperſas longè lateque gentes velut errantes oves in unum paſtor miſericors congregaret.* Prout hodie in Epiſtola ad Miſſam lecta, quæ ex Epiſtola 1. S. Petri, ejus nimirum, cui dixerat: *Tu es paſtor ovium princeps Apoſtolorum*, deſumpta fuit hiſce claris verbis à nobis lectum fuit: *Eratis ſicut oves errantes, ſed converſi eſtis nunc ad paſtorem;* Gentiles enim ad cœli ovile à Deo electi (quales nos omnes eramus) per idololatriæ, aliorumque millenorum errorum prærupta diſperſi, ad inferni barathrum irreparabiliter ambulabant; Unde Iſaias ait: *Omnes nos quaſi oves erravimus unusquisque in viam declinavit*, imò quilibet populus inter gentes ſuis erat particularibus erroribus imbutus, adeóque in tot præruptis homines gentiles tunc periclitabantur, quot erant profana numina, quæ adorabant, Jovis nimirum, Saturni, Veneris, imò & Crocodillorum, cepparum & porcorum ſimulachra; Et Roma ipſa, ut S. Leo ſcribit: *Magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem, omniumque gentium ſerviebat erroribus.* Hujus igitur gregis diſperſioni amantiſſimus hic Paſtor compatiens, dum vix jam à mortuis reſurrexerat, Petrum ad ſe accerſivit, eique trina vice, quoad charitatis virtutem examinato, gregem hunc conſignavit, ut eum in ſalutaribus Evangelicæ doctrinæ ſuæ paſcuis paſceret & enutriret, ac demum ad cæli ovile perduceret: *Paſce agnos meos, paſce oves meas.* Id quod multis ſæculis antea ab Ezechiele prædictum fuerat; ubi Deus per os Prophetæ ita loquitur: *Salvabo gregem meum, & non erit ultra in rapinam, & ſuſcitabo ſuper eas paſtorem unum, qui paſcat eas.* 1. Pet. 2. v. 25. Iſa. 53. v. 6. S. Leo in nat. Apoſt. Petr. & Paul. Joan. 21. v. 17. Ezech. 34. v. 22. & 23.

4. Porrò Deus hunc Paſtoris titulum maximi facit, ſiquidem dum ſub figura parabolæ de ove perdita, redemptionis humanæ naturæ mentionem faceret, ſemetipſum nobis ſub ſpecie Paſtoris ob oculos poſuit, qui eandem poſt multos ſudores & labores quæſitam ac demum inventam, ſuisque numeris impoſitam, ſalvam & incolumem ad ovile reportavit; Quæ omnia planè conformia erant illi, quod diu ante Prophetam Evangelicum conſcribere juſſerat, qui poſtquam

quam dixiſſet: *Omnes nos quaſi oves erravimus*, immediatè ſequentibus verbis exponit, qualiter omnes noſtri errores, ut condigna ſatisfactione redimerentur, hujuscè Paſtoris humeris impoſiti fuerint: *Et poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrorum.* Unde S. Ambroſius dicit: Pro rationali grege, Chriſtus ſeipſum paſſioni corporis non negavit, ut ovem lapſam, crucis ſuæ humeris ſuperponens, pii oneris functione recrearet. Tertullianus, in annalibus Eccleſiaſticis relatus, teſtatur, olim devotis Chriſti fidelibus in uſu poſtum fuiſſe, ut in calicibus, in quibus pretioſus Chriſti ſanguis conſecrabatur, Paſtorem quendam in humeris ſuis oviculam bajulantem effigiarent, ut hac ratione Sacerdotes ad imitandam Salvatoris charitatem excitarent: *Ubi eſt ovis perdita à Domino requiſita, & humeris ejus revecta.* Hæc eadem figura, ut Baronius ſcribit, in cæmiteriis antiquis quoque paſſim conſpicitur, atque à primis naſcentis Eccleſiæ temporibus, in Paſtorum & Prælatorum Eccleſiaſticorum maxime inſignium veſtibus ſacerdotalibus, præcipue in pallio Archiepiſcopali expreſſa geritur, de quo Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 136. ita ſcribit: *Illud enim amiculum ex lana contextum, quod illi geſtant humeris, ovis illius quam Dominus aberrantem quæſivit, inventámque humeris ſuis ſuſtinuit, pellem deſignat.* In Eccleſiis quoque S. Joannis Lateranenſis, S. Laurentii extra muros, S. Sebaſtiani, SS. Coſmæ & Damiani, hæ Chriſti imagines, ſimilitudinem Paſtoris, oviculam in humeris ſuis bajulantis referentes, expreſſæ conſpiciuntur, ad denotandum nobis, quantum Redemptor noſter de hoc nomine & officio Paſtoris glorietur & gaudeat, in hujus namque ſignum primitivi Chriſtiani lapſum in hac figura delineare ſolebant.

Iſa. 53. v. 16. *Ibid.* *S. Ambr. in pſ. 118. oct. 20.* *Tertul. lib. de pudic. cap. 6.* *Baron. an. 219. n. 13.* *Iſid. Peluſ. l. 1. Epiſt. 136.*

5. Conſiderari etiam hoc loco meruit, quòd Chriſtus in tugurio quodam, ſeu paſtorum habitaculo naſci, in præſepio quodam, ad quod greges duci ſolebant jam natus reponi, ac demum mox, ut natus fuit primo omnium loco à Paſtoribus recipi & viſitari elegerit, quibus etiam de cœlo legatum miſit, qui eos ſuæ facerent nativitatis jam factæ conſcios. Sanctus Ambroſius ad id, quod paſtores in illa nocte vigilaſſe dicantur, ſeſe reflectens, dicit: *Bene paſtores vigilant, quos bonus Paſtor informat.*

S. Amb. lib. 2. in Luc.

Bonus.

6. Porrò filius Dei incarnatus ſæpius quidem titulum ſibi lucis, Salvatoris, viæ, vitæ, veritatis, Regis, aſſumpſiſſe legitur, nunquam tamen ſibi hunc titulum, *bonus* vendicaſſe reperitur, imò dum aliquando hoc titulo honoraretur, eandem non ſine indignatione eum recepiſſe conſtat: *Et ecce unus accedens ait illi: Magiſter bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? unus eſt bonus Deus*, quaſi dicere voluiſſet, quòd bonum eſſe proprietas quædam ſit, quæ ſoli Deo convenit: Cur igitur eadem increata Sapientia, nunc ſibimetipſi nomen imponit, dum ſe non Deum, ſed paſtorem appellat? utique hic dicere convenit, Chriſtum dicere voluiſſe, quòd, ſicut nullus bonus eſt, niſi Deus, ita quoque nullus fuerit hactenus eâ, quâ ipſe, bonitate præditus, quodque hic titulus divinitati ſuæ & curæ ejus paſtorali ex æquo conveniat: Toletus ait: *Eſt autem articulus græcus appoſitus duplex; nempe ego ſum paſtor, ille bonus, ut per hoc ſignificet Dominus ſe eſſe illum verum paſtorem, promiſſum in Prophetis.* Albertus Magnus ait: *Bonus in natura, bonus in gratia bonus in paſtorali cura.* Cajetanus conſiderat, Chriſtum non ſolùm dixiſſe *Ego ſum Paſtor*, ſed adjunxiſſe *ille paſtor, & ſi ambigeres quis eſt ille, ſubjungitur: ille bonus, ad ſignificandum, quod eſt ſummus paſtor, ſumme bonus*, Lucas Burgenſis ita exponit: *Unus & ſingularis per Prophetas nominatim Ezech. c. 34. promiſſus paſtor magnus ovium, quem vocat Paulus Hebr. 13. v. 20. Principem Paſtorum, & Epiſcopum animarum noſtrarum, & Petrus Epiſt. 1. c. 2.*

Matt. 19. v. 16. *Tolet.* *Alb. M. hic.* *Cajet.* *Lucas Burg.* *Ezech. 34. v. 23.* *Heb. 13. v. 20.*

7. Tertullianus de oratione Dominica tractans, primamque illius dictionem, ſcilicet, *Pater*, ponderans, hæc pulchra verba habet: *Tam Pater nemo, tam pius nemo*; ita quoque de hoc paſtore aſſerere poſſumus & dicere: *Tam paſtor nemo, tam bonus nemo.* Inter alia Davidis paſtorculi generoſa facinora, hoc quoque ex ipſiusmet Davidis ore habemus, dicentis: *Paſcebat gregem ſervus tuus, & veniebat leo, vel urſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam eruebamque de ore*

Tertul. li. de or. *Matt. 6. v. 9.* *1. Reg. 17. v. 34.*

ore eorum. Longè præſtantiora ſunt hujuſce noſtri optimi paſtoris, pro grege ſuo præſtita opera; quot enim animas bonus hic paſtor è luporum infernalium faucibus liberavit? & maximè leonis illius, de quo ſupremus paſtor ita ſcribit: *Adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret?* In Offertorio Miſſæ pro defunctis, hiſce eum verbis invocamus: *Libera animas omnium fidelium de ore leonis.* Hujuſce boni paſtoris fideliter & ſollicitè ſibi impenſam curam David gratâ mente recolens dicit: *In loco paſcuæ ibi me collocavit, ſuper aquam refectionis educavit me,* atque ideo deinceps pergit oſtendere, qualiter nihil ſibi adverſi metuat, quamdiu ſub protectionis ipſius umbra conſtitutus fuerit: *Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

1. Pet. 5. v. 8.
Pſ. 22. v. 2.
Pſ. 22. v. 4.

8. Jacob Patriarcha optimi & vigilantis paſtoris typum expreſſit, dum inter cætera dicit: *Die noctuque æſtu urebar & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis* Pari quoque modo Chriſtus adeo ſe vigilantem exhibuit, ut ſub mediam noctem, quando omnes vitiorum noſtrorum lethargo ſepulti, noſtrîque ipſius prorſus obliti eramus, de cœlo deſcenderit: *Dum quietum ſilentium continerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet omnipotens ſermo tuus de cœlo à regalibus ſedibus venit;* ſanguinem quoque ſudaverit: *Sudor ejus ſicut guttæ ſanguineæ,* ſummè fatigatus fuerit: *Fatigatus ex itinere*; denique oculis ſuis ſomnum nunquam indulſerit: *Non dormit abit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël*, adeòque divino huic paſtori adaptari poſſit, quod de S. Cypriano S. Auguſtinus ſcripſit: *Vicinâ corporis morte, non moriebatur in animo paſtoris vigilantia paſtoralis, & cura tuendi Dominici gregis, uſque ad extremum vitæ hujus diem mente ſobriâ tenebatur.* Ipſemet Apoſtolis ſuis dixerat: *Nolite timere puſillus grex,* quibus verbis ſollicitam ipſorum eis promiſit cuſtodiam, eandemque promiſſionem adimplevit, quia ut in horto Gethſemani, eorundem ſecuritati conſuleret, ſuîipſius penitus oblitus, nihil adeo curavit, quàm ut illos è famelicorum luporum illorum faucibus eriperet: *Si me quæritis, ſinite hos abire.* Hanc quoque tutelam curamque paſtoralem circa tot animas electas quovis tempore, ptæcipuè ve-

Gen. 31. v. 40.
Sap. 18. v. 14.
Luc. 22. v. 44.
Joan. 4. v. 6.
Pſ. 120. v. 4.
S. Aug. to. 10. ſer. in nat. S. Cypria.
Luc. 12. v. 32.
Joan. 18. v. 8.

rò, quando Martyres in ſummis conſtituti erant perſecutionum & certaminum procellis egregiè exhibuit.

9. In Evangelio S. Joannis Salvator inter alia boni alicujus paſtoris præconia, hoc quoque recenſet, quod diſtinctam & ſingularem habeat ovium ſuarum notitiam: *Proprias oves vocat nominatim.* Hic autem cœleſtis paſtor non ſolùm unamquamque animam cognoſcit & diligit, verùm etiam pro unaquaque, ſi id neceſſitas poſceret, ſuam poſiturus eſſet animam id quod Apoſtolus his verbis teſtatur, dum ait: *In fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Circa quæ verba Chryſoſtomus aſſerit, quòd ſi non niſi unica duntaxat anima in mundo redimenda fuiſſet, divinus hic paſtor pro illa redimenda in ipſas mortis fauces ſeſe utique conjecturus fuiſſet. Hujus quoque curæ & providentiæ paſtoralis, S. Auguſtinus manifeſtum perhibet teſtimonium, dum ait: *Sic curat unumquemque noſtrum, tanquam ſolùm curet, & ſic omnes tanquam ſingulos.*

Joan. 10. v. 3.
Galat. 2. v. 20.
S. Aug.

10. Boni paſtoris proprium eſt, veſte ſe pelliceâ induere, ut gregis ſui velleribus exactius ſeſe conforment, hacque ratione ab iisdem magis diligantur, & timeantur minus. Porrò Deus in veteri Teſtamento *Deus exercituum* appellatus, tantum illius temporis hominibus incutiebat timorem ut Moyſi dixerint: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Unde & Iſaias ait, quòd fuerit *juſtitia cingulum lumborum ejus*; at verò nunc, ut hunc à nobis timorem propulſaret, noſtrâ hac mortalis carnis trabeâ veſtire ſe voluit: *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, & habitu inventus ut homo*; & ideo antequam S. Joannes Redemptorem noſtrum primitus digito commonſtravit, dicens: *Ecce Agnus Dei*, Baruch jam dudum prophetizando dixerat: *In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* Porro diabolica crudelitatis Neronianæ adverſum Chriſtianos inventio fuit, qua illos ferarum pellibus ſuperindui juſſit, ut canes feris dilaniandis aſſuefacti, illos quoque protinus dilaniarent, ne aliàs illos fortè agnoſcentes, in veneratione haberent; at longè ingenioſior modus ab hoc divino paſtore adinventus eſt: cùm enim

Exod. 20. v. 19.
Iſa. 11. v. 5.
Philip. 2. v. 6.
Baruch. 3. v. 38.

ſcíret, quòd, ſi in manifeſta divinæ majeſtatis omnipotentiæ ſuæ ſimilitudine in mundo compararet, nullus adeò temerarius futurus eſſet, qui mortem ei inferre auderet,
1. Cor. 2. v. 8. quia *ſi cognoviſſent nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*, ac proinde nunquam pro redemptione noſtra vitam & ſanguinem ſuum profuſurus eſſet, certum quendam ſe ſub hiſce mortalitatis noſtræ exuviis abſcondendi modum adinvenit, ut hac ratione ad inferendam ſibi mortem, Hebræorum adverſus ſe odium & impios auſus provocaret, indeque in ipſos, & univerſum genus humanum vita, eaque æterna derivari poſſet. Quoniam *circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia oſſa mea*, &c.
Pſ. 21. v. 17.
Ib. v. 18.

11. *Tam paſtor nemo, tam bonus nemo.* Enimverò paſtores noſtri gregem ſuum optimè quidem paſcunt, non tamen id ex aliquo, quo illum proſequantur, faciunt amore, ſed propter utilitatem, quæ in illos inde reſultat; ſiquidem ex ovium lanis & pellibus veſtiuntur, ex carne verò & lacte earum nutriuntur, aliáque inde ſibi comparant emolumenta; non verò ſic Deus noſter facit, cui Pſalmiſta liberè dicit: *Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum noſtrorum non eges; ſi eſuriero non dicam tibi, meus eſt enim orbis terræ*; imo ipſe egenus factus eſt, ut nos divites & locupletes efficeret: *Exinanivit ſemetipſum.* Neq; ipſe ſibi à nobis veſtes aſſumit, ſed potius nos ipſo veſtiri debemus, unde Apoſtolus nos exhortatur: *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Et tametſi ipſe hac noſtra ſe carne veſtiverit, id tamen non ad ſuam, ſed noſtram utilitatem ab ipſo factum fuit. Unde Euſebius Emiſſ. ait: *Suſcepit humanitatem noſtram, ut tribueret divinitatem ſuam; de noſtro obtulit ſacrificium, de ſuo contulit præmium.* Chryſologus denique Chriſtum nulli rei adeo ſtuduiſſe conſiderat, quàm ut modum inveniret, quo totus noſter fieret quem tandem aſſecutus fuit, dum ſe in beneficium & utilitatem noſtram, ex paſtore in oviculam tranſmutare novit: *Chriſtus ergo*, inquit Chryſologus, *ſicut ovis, & volens, & tacens tondetur, ut tegat illam quam Adam primus contulit, nuditatem; velut agnus occiditur, ut peccatum totius mundi immolatus abſolvat; ponit pro ovibus animam ſuam, ut impleat & pietatem paſtoris, & curam. Tibi ergo Rex, tibi Sacerdos, tibi Paſtor, tibi agnus, tibi ovis, tibi totum factum eſt, quod fecerat totum, & qui ſibi nunquam, tibi toties immutatur, propter te varias monſtratus in formas, qui manet unica ſuæ majeſtatis in forma.*
Pſ. 15. v. 2.
Pſ. 49. v. 12.
Philip. 2. v. 7.
Euſeb. Emiſſ. ho. 4. de Epip.
Chryſol. ſerm. 23.

12. Nullus unquam paſtor invenietur, adeò gregis ſui amans & ſollicitus, ut ad eripiendam è luporum faucibus oviculam manifeſto ſe mortis exponat periculo, quia major habenda eſt æſtimatio hominis alicujus, quàm multorum animalium. Unde Lyran. ſuper illa verba ità ſcribit: *Ad cujus intellectum ſciendum, quòd res melior non eſt exponenda periculo pro viliori ſed magis è converſo: vita autem hominis melior eſt ſimpliciter, quàm omnium brutorum; & ideo licet paſtor brutorum debeat aliquem laborem pro ſalute ſui gregis ſuſtinere, non tamen debet ſe morti exponere.* Hic autem cœleſtis paſtor humanæ naturæ & rationalis animæ oviculam tanto in pretio habuit, & vitam & ſanguinem ſuum pro illa effuſum, optimè collocatum & expenſum, eſſe cenſeat. Unde Euſebius Emiſſen. ait: *Quàm pretioſus ſis, ſi factionem fortè non credis, interroga Redemptorem.* Qui idem in alia quadam Homilia oſtendit, Chriſtum animæ noſtræ oviculam tanti æſtimaſſe, quanti ſeipſum: *Tam copioſo munere ipſa redemptio agitur, ut homo Deum valere videatur.* Valde ad hoc propoſitum conſiderari merentur illa S. Ambroſii verba, dicentis: *Ut ſervum redimeres, filium tradidiſti.* Et S. Auguſt. ad amabiliſſimum hunc paſtorem converſus ait: *Dilexiſti me Domine plus quàm te, quia mori voluiſti pro me.*
Lyran.
Euſeb. Emiſſ. ho 2. de Symb.
Hom. 6. de Paſch
S. Amb.
S. Aug. in med.

13. Paſtor aliquis ſuo quidem gregi proſpicere poteſt de herbis, quæ jam de facto à natura productæ ſunt, ut tamen de novo recentes herbæ progerminent, efficere nequaquam poteſt; non ſic paſtor noſter, qui unico à ſe prolato verbo, nimirum *Germinet terra herbam virentem*, ex abhinc annorum millibus & amplius terrâ, tot arbores, totque herbarum germina produxit in hominum pariter & animalium brutorum abundans nutrimentum: & quis paſtorum unquam ſibi venam incidi aut aperiri fecit ut oves ſuas proprio ſuo ſanguine potaret.

14. Rupert. Abb. ait: *Cæteri quidem paſtores digni ſive idonei dicantur, hic autem ſolus paſtor bonus, qui ſolus ita animam ſuam poſuit pro ovibus, ut in Sacramento corpus ſuum*
Rup. Ab. l. 9. in Ioan.

ſuum & ſanguinem verteret, & oves redemerat, ſuæ carnis alimento ſatiaret.

Chryſ. hom. 60. ad pop.

15. Hanc eandem ponderationem Chryſoſtomus his verbis adducit: *Quis Paſtor unquam membris ſuis oves ſuas ſatiavit? Quis paſtor oves proprio paſcit cruore? Hoc unicus fecit Chriſtus, Paſtor infinitè bonus, qui ſic dilexit oves, quas redimerat, ut eas ſuæ carnis alimento ſatiaret.*

16. Paſtor gregem ſuum virgâ paſtorali percutiens, eundem inflicta verbera & percuſſionis ictus ſentire facit, quia dolorem ei inferunt; non verò ſic per virgam, quam Evangelicus hic paſtor noſter manu ſuâ verſat; unde David dicebat: *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt,* quæ enim electis, inferuntur tribulationes, gaudium illis adferunt, & cõſolationem magnam. Unde S. Paulus, de quo dictum eſt: *Vas electionis eſt,* &c. proteſtabatur dicens: *Superabundo gaudio in omni tribulatione.*

Pſ. 22. v. 4.

2. Cor. 7. n. 4.

17. Alii Paſtores, interiores gregis ſui neceſſitates & infirmitates penetrare & agnoſcere nequeunt, ut illis proſpiciant & compatiantur; non ita nobis à paſtore noſtro audivit, de quo Apoſtolus ait: *Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia, languores noſtros ipſe tulit;* imò ad hoc ut nobis compati poſſet, ipſemet ovis, id eſt, homo fieri voluit, ſitimque, famem, frigus, defatigationes, omnesque alias pœnalitates nobiſcum tolerare & experiri: *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit; unde debuit per omnia fratribus aſſimilari, ut miſericors fieret.*

Hebr. 4. v. 15. Iſa. 53. v. 4.

Hebr. 2. v. 16.

18. S. Leo in quodam ſermone, quem in die ſuæ ad Papatum aſſumptionis anniverſario habuit, ita ſcribit: *De profectu gregis gloriatur cura paſtoris.* Et quibus verbis, quouſque bonitas hujus paſtoris pertigerit, facilè deducere poſſumus, utpote qui innumeris animabus beatis ſecum in cœlo regnantibus, quæ ſub ipſius ducato & præſidio æternum ovile ingreſſæ ſunt, ſanctitatem adeo eminentem infudit.

S. Leo. ſerm. 2. de anni verſ.

19. Difficultas quædam nihilominùs hoc loco moveri poteſt, quanam ſcilicet ratione bonus paſtor dici poſſit, qui ipſemet apud S. Matthæum dicit: *Ego mitto vos in medio luporum,* at verò D. Chryſoſtomus reſpondet: *Sic enim virtutem meam maxime oſtendam, cum ab ovibus lupi ſuperabuntur.* Frequens nos hactenus experientia docuit, Deum talem ſervis ſuis communicâſſe virtutem, ut perſecutorum furorum corda adeò mirabiliter transmutârint, ut ex lupis oves mirabili fuerint metamorphoſi converſi; unde idem præfatus Doctor dicit: *Quamvis illæ ſint in medio luporum, & innumeris morſibus lacerentur, non modo nõ conſumptæ ſunt, verum etiam illas in ſui naturam transmutârunt.* Unde S. idem Doctor truculentiam & feritatem meritò reprehendit, dicens: *Erubeſcamus igitur, qui longè diverſa facientes, tanquam lupi in adverſarios ruimus; nam quamdiu oves fuerimus, vicimus, etiamſi mille circumſtent lupi; quod ſi lupi fuerimus, vincimur: tunc enim à nobis paſtoris auxilium recedit, qui non lupos, ſed oves paſcit.*

Matth. 10. v. 16. Chryſol. ho. 34. in Matt.

Bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.

20. S. Auguſtinus hic dicit: *Amor in eo, qui paſcit oves, in tam magnum debet ſpiritualem creſcere ardorem, ut vincat etiam mortis naturalem timorem.* Meritò autem S. Auguſtinus hanc timoris fugam, amoris dicit eſſe effectum, ſiquidem hic ſolus ſuperare prævalet mortem: *Fortis eſt ut mors dilectio.* Unde Chryſologus ait: *Fortem faciat vis amoris, quia nil durum nil amarum, nil grave, nil lethale computat amor verus: Majorem charitatem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis;* incomparabiliter verò hic amoris ignis in Chriſto ardentior fuit: nam *cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus.* Nunquam auditum fuit, quòd paſtor aliquis pro gregis ſalute, vitam prodegerit, multò minus quòd idipſum per luporum ipſum dilaniare volentium ſalute præſtiterit; ſolus idipſum & unicus paſtor noſter effecit: *Admiſit in ſe impias furientium manus,* inquit S. Leo, *quæ dum proprio incumbunt ſceleri, famulatæ ſunt Redemptori, cujus etiam circa interfectores ſuos tanta erat pietatis affectio, ut de cruce ſupplicans Patri non ſe vindicari, ſed illis poſtularet ignoſci.*

S. Cyrill lib. 6. in Ioan.

21. S. Cyrillus ait: *Definit, quonam modo bonum paſtorem probari oporteat, ac ipſam quidem animam prodigere debere pro ſalute ovium pugnantem docet, quod quidem per Chriſtum factum eſt.* At vero quærit hoc loco Chryſologus, quonam modo hæc mors

paſtoris gregi ejus utilis eſſe potuerit, quando is poſtmortem ejus lapis cedebat in prædam: *Quæramus ergo*, inquit, *hujus quæ vis ſit, amoris; Paſtor pro ovibus morti, quæ ovibus imminebat, occurrit, ut authorem mortis diabolum novo ordine captus, caperet, victas vinceret, puniret occiſus. Præceſſit oves paſtor ab ovibus non receſſit, nec illas aedit lupis, ſed lupos tradidit illis, quibus donavit ſuos elidere ſic prædones, ut occiſæ viverent, laniatæ reſurgerent.* *Chryſol. ſerm. 40.*

22. Porro quomodo hoc, quod eſt animam ſuam dare pro ovibus ſuis intelligendum ſit. Hugo Cardinalis his verbis optimè declarat: *Animam ſuam vitam temporalem dat, vel ponit, non invitus, ſed libens & ſpontaneus, pro ovibus ſuis paſcendis & vivificandis, & eruendis à lupis.* Dionyſius Cart. hæc verba de debito exponit, quod Prælatus, imo unuſquiſq; alius habet, ut vitam corporalem pro ſalute ſpirituali proximi prodigat, indeq; hanc deducit conſequentiæ inductionem: *Si iſta eſt ratio boni ſeu veri paſtoris, nullus prælationis ſeu curam animarum præſumat optare, vel adipiſci, niſi ſe tantæ perfectionis inveniat.* Venerabilis Beda Chriſtum ſemetipſum, veluti verorum paſtorum idæam proponere voluiſſe dicit, dum illos pro aliorum ſalute vitam ſuam in diſcrimen ponere aſſerit: *Fecit quod monuit, oſtendit quod juſſit, animam ſuam poſuit pro ovibus ſuis; oſtenſa eſt nobis de contemptu mortis via, quam ſequamur, appoſita forma, cui imprimamur; primum nobis eſt exteriora noſtræ miſericorditer ovibus ejus impendere, poſtremum vero ſi neceſſe ſit, etiam mortem noſtram pro eiſdem ovibus minuſtrare. Qui nō dat pro ovibus ſubſtantiam ſuam*, quādo pro his daturus eſt animam ſuam? ac proinde D. Chryſoſtomus iis, qui ad prælaturas aſpirant, ſequens monitum jure merito præſcribit: *Magnum quiddam*, inquit, *dilectiſſimi magnum, inquam, eſt Eccleſiæ prælatio, & quæ multâ indiget ſapientiâ & fortitudine, qualem Chriſtus propoſuit, ut animam pro ovibus ponamus, & nunquam illos deſeramus, ut lupo generosè reſiſtamus.* Idem quoque S. Doctor alibi, idem huic dignitati onus & pondus annexum his verbis conſiderat: *Non dixit: Bonus paſtor honoratur & colitur, ſed animam ſuam ponit pro ovibus ſuis. Hoc eſt principatus, hoc eſt paſcendi ſcientia, ſua negligere, & eorum quos regit, curam gerere.* Hic paſtor mortem gregi ſuo nunquam intulit, ſicut alii paſtores nonnunquam facere ſolent, qui, ut ſibi lucra comparent, agnos & alia animalia ad macellum mittunt; ſed ut Baſilius Seleucus optimè notavit: *Paſtor pro ovibus tanquam ovis jugulum præbet.* Unde apud Iſaiam prædixit: *Sicut ovis ad occiſionem ducetur.* *Hug. Car. hic.* *Dio. Cart.* *Beda hic.* *Chryſ. ho. 59. in Ioan.* *Hom. in Pſ. 113.* *Baſilius Seleuc.* *Iſa. 53. v. 7.*

Verſus 12.

Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oves.

Mercenarius autem.

1. Janſenius Chriſtum hoc dixiſſe opinatur, ut per illa verba argueret Scribas, Phariſæos & Sacerdotes, qui officium ſuū non ex motivo charitatis, ſed propter intereſſe lucri adimplebant: *Veriſimile eſt notaſſe Scribas, Phariſæos & Sacerdotes, qui avaritiæ dediti, gregem Dei non tanquam ſuum, ſed tanquam alienum paſcebant, commodi tantum ſui & lucri gratiâ.* *Janſ. c. 79. conc.*

2. Venerabilis Beda rationem reddit, cur talis mercenarius appelletur: *Quia non pro amore intimo oves Dominicas, ſed ad temporales mercedes paſcit; mercenarius quippe eſt, qui locum quidem paſtoris tenet, ſed lucra animarum non quærit, terrenis commodis inhiat, honore prælationis gaudet, temporalibus lucris paſcitur, impenſa ſibi ab hominibus reverentiâ lætatur.* Lyranus ait: *Mercenarius dicitur à mercede, tales ſunt illi, qui ſuperioritates propter redituum temporalium emolumentum, non verò propter lucrum ambiunt animarum: ille eſt verus paſtor, qui attendit ad præmium gloriæ, mercenarius autem, qui attendit ad commodum rei alienæ.* In Jeremia ſcribitur: *A minimo uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent.* De quo hominum genere S. Apoſtolus nequaquam fuit, qui 2. Corinth. 13. de ſe dicit: *Non quæro veſtra, ſed vos.* Et alibi, ſcilicet 1. Cor. 10. iiſdem Corinthiis ita ſcribit: *Non quæro quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant.* S. Auguſtinus multos in Eccleſia Prælatos eſſe ſcribit, ſimiles illis, de quibus S. Apoſtolus dicit: *Sua quærentes? non quæ JESU Chriſti. Quid eſt, ſua quærentes; Non Chriſtum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes,* *Beda.* *Lyran.* *Jer. 6. v. 13.* *2. Cor. 12. v. 14.* *2. Cor. 10. v. 33.* *S. Aug. tr. 46. in Ioan.*

rentes, temporalia commoda ſectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes.

Et qui non eſt paſtor, cujus non ſunt oves propriæ.

Alb. M. 3. Albertus M. ait: *Quia non habet curam de ovibus, ut de ſuis propriis, & ideò graſſatur in eis, ut ab eis lucrum recipiat, quamdiu eſt cum ovibus, & lucrum etiam quærit cum magno ovium periculo.*

Videt lupum venientem.

S. Aug. ib. 4. S. Auguſtinus hæc verba declarans, adulteri alicujus exemplum adducit, & dicit: *Diabolus fideli adulterium perſuaſit, tu taces non increpas: O mercenarie, lupum vidiſti venientem, & fugiſti?* At vero, inquit, forſitan reſpondebit, ſe non fugiſſe, ſed in ſtatu & conditione ſua firmiter perſtitiſſe. Reſpondet igitur S. Doctor, hanc fugam non pedibus, ſed ſilentio fieri, id eſt quando correctionem negligitur: *Fugiſti, quia tacuiſti, quia timuiſti, fuga animi timor eſt, corpore ſtetiſti, ſpiritu fugiſti*; adducitque Apoſtoli exemplum, qui utique ſe non mercenarium, ſed paſtorem exhibuit: *Coloſſ. 2. 5.* *Etſi corpore abſens ſum, ſpiritu vobiſcum ſum; quomodo enim ſpiritu fugiebat, qui etiam corpore abiens, fornicatores lueris arguebat?*

Cajet. hic. 5. Cajetanus per hunc lupum, malorum morum, & exemplorum, falſæq; doctrinæ corruptelam intelligit: *Sive exemplo ad corrumpendos mores, ſive doctrinâ ad errores fidei, ſive ſævitiâ contra credentes.* *Hug. Card. Alb. M.* Hugo Cardinalis ſimiliter per lupum, diabolum, vel tyrannum, vel hæreticum intelligit. Albertus M. ait: *Lupus ſuper oves venit, cùm quilibet injuſtus fideles & humiles opprimit.* Chryſoſtomus dum ſe pro paupercula quadam vidua defendenda, Eudoxiæ Imperatrici oppoſuit, in defenſionem minimæ gregis ſui oviculæ, paſtorem ſe, non verò mercenarium exhibuit.

6. Quæri hoc loco non incongruè poterit, cur ſapientiſſimus Salvator noſter feras gregem ſuum invadentes, lupos potius appellet, quàm urſos, vel leones, cum tamen hi quoque oves rapiant, & dilanient, ut David paſtorculus re ipſa comprobavit? Reſpondetur igitur, quod lupi in abſcondito gregi inſidientur, non verò apertè, ſicut aliæ feræ. Unde S. Ambroſius *S. Ambr. in c. 10. Luc.* ait: *Lupi beſtiæ ſunt, quæ inſidiantur ovibus, circa paſtorales verſantur caſas, habitacula domorum intrare non audent, ſomnum canum, abſentiam aut deſidiam paſtoris explorant*; ita quoq; faciunt, qui animarum perditioni incumbunt, nunquam enim apertè idipſum faciunt.

7. Idem quoque ſanctus Pater aliam quandam tangit luporum proprietatem, nimirum, quòd fauces ovium ſubito invadant, ut mortem illis inferant, ut nec vociferari, balare, aut paſtorem in auxilium advocare poſſint: *Lupi ovium guttur ut citò ſtrangulent.* Idem efficere conatur in animabus noſtris lupus infernalis, illas namque ſubitò ſuffocat, & fauces invadit ne loqui poſſint, hoc eſt, peccatorum impedire ſatagit confeſſionem, efficiendo, ut nauſeam & repugnantiam erga Pœnitentiæ Sacramentum concipiant; ſcit namque quod *Ore fit confeſſio ad ſalutem.* *Rom. 10. v. 10.*

Et dimittit oves, & fugit.

8. Hugo Cardinalis rationem aſſignat, cur mercenarius fugiat: *Cujus*, inquit, *non ſunt oves propriæ, per curam, ſollicitudinem, & amorem.* Vel etiam: *Qui non amat oves: vel commodum ovium tanquam proprium, lanam & lac habent proſuis, & non oves, id eſt, animas.* Ezechielis *34. Lac comedebatis*; &c. *Dimittit oves, id eſt negligit earum ſalutem, & fugit, id eſt non occurrit reſiſtendo, vel peccata arguendo; fugit, quia mercenarius eſt, id eſt, quia quærit ſua commoda, & non pertinet ad eum de ovibus, id eſt, non amat utilitatem earum*, adducitque S. Gregorii authoritatem, dicentis: *Fugit quia timuit, quia temporale plus æterno amavit.* *Hugo Card.* *Eze. 34. 3.* *Rup. Ab. l. 9. in Joan.*

9. Rupertus Abbas Tuitienſis ait: *Videt lupum venientem, id eſt diabolum animabus inſidiantem, eaſque ad mortem æternam per diverſa ſcelera pertrahentem; videt, inquit, & fugit, id eſt, ſub ſilentio ſe abſcondit; fugit, id eſt, verbum exhortationis ſubtrahit, ne ſi lupo reſiſtat, temporale commodum, quod amat, amittat.* Nec eſt, quod tibi perſuadeas, monet Sanctus Auguſtinus, Chriſtum dicere his verbis voluiſſe, mercenarium in pedes ſe erigere, ut corporaliter fugiat, nequaquam: *Non fugit mercenarius corpore, non enim Eccleſiam deſerit,* *S. Aug. ſer. 39. de ver. Dom.*

aliòque abit, ſed fugit animo, quia cùm præſens ſit corpore, vitiis medicinam non adhibet oviumque meres non corrigit vigilanter.

Baron. to. 9. an. 740. 10. Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis quandam S. Bonifacii Archiepiſcopi Moguntini adducit Epiſtolam, cujus quædam verba, quia ad propoſitum noſtrum apte deſerviunt, hic recenſenda eſſe duximus: *Cui diſpenſatio verbi commiſſa eſt*, inquit, *etiamſi ſanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere aut erubeſcat, aut metuat, cum iis omnibus, qui eo tacente perierint, condemnabitur, & quid ei proderit, non puniri ſuo, qui puniendus eſt alieno peccato?*

Hugo Card. 11. Hugo Cardinalis hanc fugam ex mente S. Gregorii, de omiſſione correctionis & emendationis neceſſariæ exponit: *Fugit, id eſt, non occurrit reſiſtendo, vel peccata arguendo, quod eſt fugere*; adducit illum textum Jer. c. 46. *Mercenarii ejus, qui verſabantur in medio ejus, quaſi vituli ſaginati, verſi ſunt, & fugerunt ſimul, nec ſtare poterunt. Ezec. 13. Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, cum tamen hoc ſit officium Prælati, opponere ſe lupo, id eſt hæretico, vel tyranno, vel diabolo, vel peccato.*

Jer. 46. 21.

Exe. 13. 5.

Beda. 12. Beda inquit: *Fugit, non mutando locum, ſed quia injuſtitiam vidit, & tacuit: fugit, quia ſe ſub ſilentio abſcondit.*

Alb. M. 13. Albertus Magnus ait: *Salvans ſe & ſua, fugit enim, quando periculo ſe ſubducit.*

Toletus. 14. Toletus motivum declarat, quod Chriſtus pro cauſa adduxit, cur mercenarius fugerit, id eſt ſalutem gregis ſui neglexerit: *Quia*, inquit, *mercedem ſolam quærit, proinde quando pereunt oves, ipſi non pereunt, ſed Domino, cujus ſunt; ſive ergo vivant, ſive pereant, nec lucrum nec damnum ei referunt, qui ſolam mercedem ex cuſtodia ovium habet, propterea fugit, & vitæ propriæ conſulit; hoc ſignificat illa phraſis: Non pertinet ad eum de ovibus, id eſt non pereunt in damnum ipſius, nec vivunt in lucrum.* His ſimiles ſunt omnes illi Parochi & Epiſcopi, qui beneficia curata, & Epiſcopatus accipiunt, ut redditibus illorum gaudere poſſint, non vero ut ſalutem animarum curæ eorundem commiſſarum procurent.

Luc. Burg. 15. Lucas Burgenſis advertit, quòd divinus hic paſtor cujus in hoc Evangelio fit mentio, paſtorem mercenarium contemnat & vituperet, non quòd vitam ſuam minoris æſtimet, aut minus curet, quàm animalium irrationalium, qualia ſunt oves, agni, & ſimilia: *Sed quòd reſpiciat præcipuè ad paſtores ovium, ratione præditarum, quibus ſi merces temporaria, quam exſpectant, amplius ſit curæ, quàm ſalus ovium æterna, ideoque non reſiſtunt ſathanæ, & ejus miniſtris.*

16. Rupertus Abbas objici huic doctrinæ poſſe dicit, quòd, ex quo in allo Evangelii loco ſcriptum ſit: *Si vos perſecuti fuerint in una civitate fugite in aliam*, paſtor ille condemnari non poſſit, qui per fugam vitæ ſuæ conſulit; at vero reſpondet: *Tunc irreprehenſibiliter paſtor fugit, quando apertâ perſecutione furis, hæretici, ſive lupi diaboli, per gentilem poteſtatem malitiam ſuam exſerentis, paſtor ipſe quæritur, ut oves eos præſidio deſtituantur*; cùm enim tunc fuga ad gregis ordinetur ſalutem, licita utique eſt. & expediens, non verò quando propriam vitam ſaluti publicæ præferre ſatagit.

Matth. 10. v. 23.

Rup. Ab. l. 9. in Joan.

Et lupus rapit, & diſpergit oves.

17. Toletus obſervat, quòd lupi nomine non ſolùm hæretici, tyranni & Eccleſiæ perſecutores intelligantur: *Sed quicunque, qui fideles à juſtitia avertere conantur, qui timorem aliquem ſuâ potentiâ Prælatis incutere ſolent: ſed non ſatis eſt paſtoribus, ſi non fugiant lupos, quando terrentes invadunt, ſed adhuc cavere debent. ne cum lupis amicitias ineant in obvium detrimentum*; in cujus probationem quandam ex Anacleti Papæ Epiſtola quadam, quæ in ordine prima eſt, ſententiam adducit, qua dicitur: *Turpe profectò eſt paſtoribus, lupos habere amicos in ſuarum ovium damnum.*

Toletus.

18. Venerabilis Beda dicit, quòd quando paſtor, cui ſuper ſalute gregis ſui vigilare incumbit, ad nihil aliud, quàm ad utilitatem propriam attendit, ſumque gregem lupis in prædam fieri permittit, grex ille paulatim ut intereat, neceſſum ſit: *Lupus rapit, & diſpergit oves, cùm alium ad luxuriam pertrahit, alium in avaritiam accendit, alium in ſuperbiam erigit, alium per iracundiam divi-*

Beda.

dividit; hunc invidiâ ſtimulat, illum in fallacia ſupplantat: quaſi ergo gregem lupus diſſipat, cùm fidelium populum diabolus per tentationes necat; ſed contra hæc mercenarius nullo zelo accenditur, nullo fervore dilectionis excitatur, quia dum ſola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur; unde & mox adjungitur: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus; ac ſi aperte diceretur, ſtare in periculo ovium non poteſt, qui in eo, quod ovibus præeſt, non oves diligit, ſed lucrum torrentem quærit, dum enim honorem amplectitur, dum tempora libus commodis lætatur, opponere ſe contra periculum trepidat, ne quod diligit, amittat; quod idem ferè etiam in S. Gregorio legitur.

Verſus 13.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ovibus.

Cajet. 1. Cajetanus dicit: *Non eſt illi cura ovium cura mercenarii eſt circa lucrum ſuæ mercedis, & non circa ſalutem ovium.* Albertus *Alb. M.* Magnus ab expoſitione Cajetani paululum differt, dicit enim: *Non pertinet, id eſt, in perditione illarum ſe nihil perdere exiſtimat.*

2. Ad Epiſcopos quidem, & alios Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat, reprehendere vitia, populorum pravos reformare mores & circa animarum ſalutem exactam ſollicitudinem gerere: Deus autem per Oſeam graviter lamentatur, quòd multi è ſacerdotibus metu utilitatis propriæ amitten- *Oſe. 4. 8* dæ; idipſum facere intermittant: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eo- S. Hier.* rum ſublevabunt animas eorum*; ubi S. Hieronymus ait: *Sacerdotes diſſimulant atque laudant peccata populi, ut plurimæ ad eorum quæſtum afferantur victimæ, & ita populum ſpoliant, atque comedunt, de quibus dictum* *Pſ. 13. v. 4.* *eſt Pſ. 31. Qui devorant plebem meam, ſicut eſcam panis.*

* * * *
* * *
*

Verſus 14.

Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ.

Ego ſum paſtor bonus.

1. S. Thomas optimam inter bonum & malum paſtorem aſſignat differentiam: *Bonus paſtor*, inquit, *intendit commodum gregis, malus autem commodum proprium,* adducitque illum Ezechielis Prophetæ locum dicentis: *Væ paſtoribus, qui paſcunt ſe- Ezech. 34. 2. ipſos, qui ut itur grege ut ſemetipſum paſcat, non eſt paſtor bonus.* *S. Thom. hic.*

2. Advertendum eſt autem, quòd Chriſtus non dicat: ego ſum paſtor fortis, eruditus, prudens, circumſpectus, ſed *Ego ſum paſtor bonus*, ut exinde intelligatur, quòd bonitas, bonumque aliis relictum exemplum, & bona fama, primus ſit atque præcipuus boni Paſtoris & Prælati Eccleſiaſtici character: *Sic luceat lux veſtra co- Mat. 5. 16. ram hominibus, ut videant opera veſtra bona.* Beatus Petrus Damianus dicit: *Sacer- B. Pet. Da. ad dos, qui in regno cœlorum vult eſſe magnus, Firmi. ſit in populo prævius, ut quod voce ſe ſequentibus dicat, primus ipſe vivis operibus adimpleat; ante eas vadit*, inquit Chriſtus apud ſanctum Joannem de bono paſtore, *Et oves illum ſequuntur*, optimè idipſum præſtitit Chriſtus ipſe, de quo in Actis Apoſtolicis *Act. Ap. 1. v. 1.* dicitur: *Cœpit Jeſus facere & docere.* Hugo *Hugo à* de S. Victore, de hoc bono paſtore ita ſcri- *S. Vict. l.* bit: *Unus paſtor, unus in ſe, & unus cum gre- 2. miſc.* *ge: unus in ſe, & quod docet verbis, impleat c. 130.* *operibus; unus, ut non mutetur proſperis, vel adverſis; unus cum grege, ut à ſubditis non dividatur per pretioſiorem cibum, vel habitum.* Hugo Cardinalis ait: *Nota tria, in Hugo Card.* *quibus præcipuè attenditur bonitas paſtoris: in ſolertia paſcendi, in diligentia cuſtodiendi, in audacia defendendi* Quòd ſi examinaverimus, qualia hic paſtor gregi ſuo, id eſt, electis ſuis paſcua procuraverit, ſubitò eluceſcet, quanto cum jure ſibi boni paſtoris nomen comparârit. David, qui ſe hujus gregis oviculam eſſe lubens agnoſcebat, pauper, & ab ipſomet patre & fratribus ſuis contemptus paſtor erat, & tamen quantum ille etiam in hujus

vitæ

vitæbonis auctus & cumulatus fuit? Quot ſibi accerſivit regnorum ſceptra, theſauros, progeniem? Quantamque penes univerſum mundumfamam & venerationem? *Dominus regit me*, inquit, *& nihil mihi deerit, in loco paſcuæ me collocavit, ſuper aquam refectionis educavit me*; abundanter enim etiam in paſcuis terrenis & corporalibus proviſus fuit, in Pſalmo *1.* ubi animam cœlo poſſidendo electam deſcribit, ita ait: *Beatus vir qui non abiit*, &c. & tandem concludit: *Et omnia quæcunque faciet proſperabuntur.* Quòd ſi verò de ſpiritualibus paſcuis loqui velimus, apud Ezechielem illa his verbis promiſit: *In paſcuis uberrimis paſcam eas, in paſcuis pinguibus paſcentur.* Imò ipſummet Dei pinguiſſimam nobis paſcuam exhibet: *Oves meæ vocem meam audiunt, & vitam æternam do eis. Sciant filii tui, quos dilexiſti, Domine, quoniam non nativitatis fructus paſcunt homines, ſed ſermo tuus hos, qui in te crediderunt, conſervat. Non in ſolo pane vivit homo*, inquit cæleſtis hic Paſtor, *ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Ad hæc inter electorum paſcuas quoque connumerari poſſunt dona interiora gratiæ, fides, charitas, patientia, ſpes, caſtitas, humilitas, & omnia alia, quibus interius ſpiritualiter paſcimur: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam, ipſi ſaturabuntur*; etenim hæc dona gratiæ & virtutes, vires & vigorem ad operandum animæ tribuunt, ad eum modum, quo cibus materialis corporibus noſtris robur addit, ad exercendum ſuas operationes Denique gratiſſimam animabus Deo charis & dilectis paſcuam præbent tribulationes & paſſiones, Dei amore à nobis toleratæ, adeo ut de S. Stephano ſancta mater Eccleſia canere ſoleat: *Lapides torrentis dulces illi fuerunt.* S. Laurentius poſtquam truculentiſſimorum tormentorum carnificinam, ante ſe poſitam, conſpexiſſet dixit: *Has epulas ego ſemper optavi.* Verùm enimverò omnem cibum ſuperat, omnemque aliam ſuavitatem & ſubſtantiam ſuperexcedit ſacratiſſimum divini hujus Paſtoris corpus, quod electos ſuos nutrit, & ſanguis quo nos potat & reficit; adeo enim cibus hic & paſcua pretioſa eſt, ut nullam habeamus Angelorum menſæ in paradiſo præparatæ invidendi rationem.

Pſ. 22. v. 1.

Pſ. 1. v. 1.

Ezech. 34. v. 14.

Ioan. 10. v. 27. & 28.

Sap. 16. 26.

Matt. 4. 4.

Matt. 5. 6.

Et cognoſco oves meas.

3. S. Bonaventura verbum hoc *Cognoſco*, ita gloſſat, ut idem ſit, quod *Diligo.* Unde Lucas Burgenſis ait: *Scio cognitione non nudâ & ſterili, ſed plena amoris & curæ cognitione quæ ex amore naſcitur, & curam ſecum trahit.* S. Bona. Lucas Burg.

4. Toletus inter divinum hunc paſtorem & paſtores alios hanc aſſignat differentiam; nam *Paſtores oves ſuas non cognoſcunt diſtincte, niſi aliquo ſigno exteriori notentur, quo uti ſolent, ut eas agnoſcant, & inter alias, quæ ſuæ non ſunt, diſtinguant; at mirabilis noſter Paſtor Chriſtus hoc habet proprium, tanquam verus & proprius paſtor, qui novit oves ſuas etiam nullo ſigno diſtinctas. 2. Tim. 2. Cognovit Dominus qui ſunt ejus.* Toletus. 2. Tim. 2. v. 19.

5. Theophylactus cauſam refert, cur mercenarii hanc notitiam non habeant, *Mercenarius*, inquit, *neſcit oves, quod contingit, quia non ſæpe illas viſit, nam ſi ſæpe viſiteret, cognoſceret eas.* Et ideo Sapiens in Proverbiis optimè monet, dum ait: *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuosque greges conſidera.* Prov. 27 v. 23.

6. Cajetanus Chriſtum hiſce verbis dicere voluiſſe aſſerit, ſe oves ſuas probè agnoſcere, adeo ut illas à reprobis perfectè diſcernere queat: *Quod eſt cognoſcere prædeſtinatos; effectúsque prædeſtinationis in eis, quod eſt cognoſcere intima eorum, præſentia & futura: rurſus ſignificat, quod notitiam habet infirmitatum, reliquarumque conditionem, earum non minus, quàm paſtor corporeus agnoſcit conditiones pecudum ſuarum* Cajet.

Et cognoſcunt me meæ.

7. *Significat*, inquit Cajetanus, *ſe à prædeſtinatis agnoſci ut eorum paſtorem, curatorem, vivificatorem; eſt enim in prædeſtinatis internum lumen, faciens in eis hujusmodi notitiam.* Cajet.

8. Albertus Magnus ait: *Per beneficia enim mea cognoſcunt fidem meam, fide, & devotione, & gratiarum actione.* Alb. M.

9. S. Bonaventura ita explicat: *Cognoſcunt me, id eſt, obſequuntur.* S. Bona.

10. Hugo Cardinalis ait: *Cognoſcunt me meæ,* Hugo Card.

mea, id eſt in proximo eſt ut convertantur, & credant multi, cognovit enim Dominus eos, qui ſunt ejus.

11. *Cognoſcunt me tanquam Paſtorem & Salvatorem ſuum,* inquit Lucas Burgenſis, *imò qui intelligunt non eſſe ſibi aliam ſalutis ſpem, niſi per me, ita me cognoſcunt, ut etiam gratè me redament; ita noverunt vocem ſuam, ut præeuntem morigerè ſequantur, juſſis meis obtemperent, & imitentur exempla.*

Lucas Burg.

12. Porro in hujus æterni Paſtoris notitia & agnitione omnis noſtra ſalus repoſita conſiſtit, ipſomet teſte, qui ait: *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.* Unde optimè Jeremias monet, dicens: *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, non glorietur in fortitudine ſua, & non glorietur in divitiis ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me.* Etenim evidens ſignum, unde agnoſcere poſſumus nos talem notitiam habere, à S. Joanne nobis his verbis traditur: *In hoc ſcimus, quoniam cognovimus eum, ſi mandata ejus obſervemus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.*

Ioan. 17. 3. Ier. 9. 23. 1. Ioan. 2. v. 4.

13. Albertus Magnus ait: *Semper ante oculos bonæ ovis eſt paſtor, ut illum ſequatur, & ſemper in oculis boni paſtoris eſt ovis, ut ab illo illuminetur;* citatque S. Joannem Chryſoſtomum dicentem, quòd hic Paſtor Evangelicus, & alii terreſtres, in omnibus aliis inter ſe ſimiles exiſtant: *Præterquam in hoc ſolo, quod paſtor corporalis ſequitur oves, paſtor autem ſpiritualis oves præcedit, ut ipſum ſemper habeant in oculis,* Joan. 10. *Ante eos vadit, & oves illum ſequuntur.*

Alb. M. Ioan. 10. 4.

14. Porro ſigna, ex quibus, an aliquis de hujus Paſtoris grege, ſive de electorum numero ſit, dignoſci poteſt, varia ſunt & multa; & quidem imprimis oves præ cunctis aliis animantibus ſolitudinem diligunt, civitates autem & loca inhabitata nauſeant, & averſantur. Deus de anima ſancta, & de omnibus illis, qui ſolitudinem diligunt, per os Oſeæ Prophetæ dicit: *Cognovi te in deſerto, & in terra ſolitudinis;* & S. Auguſtinus quoque ait: *Deſertiſſimas terras incolunt perfruentes colloquio Dei, cui puris membris inhæſerunt.* Præterea ii, qui officii Paſtoralis experientiam habent, referunt, quòd ovium grex ſalſas, ſive amaras pratorum herbas quàm maximè diligant; unde & in illis agris, ubi ſalnitrum, ſeu ſal petræ prævalet, libentiſſimè paſcuntur, atque folia, quæ ex amaris arboribus progerminant, induſtriè quærunt. Eadem quoque ratione, quantò anima aliqua afflictionibus corporalibus, ſenſuumque & partis rationalis, tum interiori, tum exteriori mortificationi magis dedita eſt, & adhæreſcit, tantò evadit purior & immaculatior, & conſequenter cœleſti ſponſo magis accepta; unde S. Leo dicit: *Tanto ſit rationalis anima purgatior, quanto fuerit ſubſtantia carnis, afflictior.* Ovis dum paſcitur, & in pratis feſtivè ſaltat, eandem vocem edit, quam percuſſa, jugulanda aut dilanianda edere ſolet, quod in animabus juſtis, tam in adverſis, quàm proſperis æquanimitatis eſt ſymbolum: *Non contriſtabit juſtum, quidquid acciderit ei.* Sic Job eandem præſetulit vultûs ſerenitatem in adverſitatum procellis, quam in proſperis fortunæ eventibus, unde ait: *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.* Et in hymno de Martyribus communiter canimus: *Cæduntur gladiis morte bidentium, non murmur reſonat, non querimonia ſed corde tacito, mens bene conſcia, conſervat patientiam.* Ad hæc ovis inter alia animalia maximè eſt timida; ita quoque juſtis evenire ſolet *Beatus homo qui ſemper eſt pravidus, ſemper quaſi tumentes,* inquit Job cap. 31. *ſuper me fluctus timui Deum.* Job. 9. v. 28. *Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti.* Cui accedit quod animal iſtud ex ſpeciali quodam naturæ inſtinctu, ſui agnoſcat vocem Paſtoris; ita quoque S. Gregorius ſuper illa Chriſti verba: *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit,* ita ſcribit: *Interroget ſe unusquisque, ſi verba Dei in aure cordis percipit, & intelliget unde ſit.* Præterea ex omnibus pecudum gregibus nullus eſt magis inermis aut imbellis, quàm qui ex ovibus congregatur, hæc enim nec dentes habent ad mordendum, nec ad percutiendum calces, nec ungues ad dilaniandum nec ad offendendum cornua, nec venenum ad intoxicandum, & ideò aptiſſima ſunt animæ alicujus juſtæ figura, utpote quæ divinæ particeps eſt filiationis: *Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur.* Deinde quotidiana nos docet experientia, quod ovis aliqua à grege & paſtore ſuo ſequeſtrata

S. Leo ſerm. 1. de jejun. Prov. 12. v. 21. Iob. 1. v. 21. Prov. 28 v. 14. Iob. 31. 23. Iob. 9. 28. S. Greg. hom. 18. in Evan. Ioan. 8. 43. Matt. 5. 9.

Oſe. 13. 5. S. Aug. l. de morb. Eccleſ.

ſtrata oberrans, continuò balando vociferetur & contriſtetur, donec paſtori & gregi ſuo denuo conjungatur, adeò etiam ut quamdiu à grege procul abeſt, præ nimio metu toto corpore contremiſcat, quod aptiſſimum animæ alicujus prædeſtinatæ ſignum eſt, hæc enim quando à recta legis Dei ſemita, per peccatum aliquod commiſſum arberravit, protinus interiorem conſcientiæ patitur remorſum; ac proinde continuo affligitur, donec ad Confeſſarii pedes ſe proſternendi occaſionem inveniat, timet enim, ne juſtitiæ divinæ vindicta in eam animadvertat, niſi ſub divinorum præceptorum obedientia ſe denuo recipiat, cujus contrarium in reprobis evenire videmus, qui malæ conſcientiæ ſyndereſio vel non ſentiunt, aut verò
Prov.18 contemnunt: *Impius cùm in profundum venerit, contemnit.* Oves quoque paſtoribus ſuis gratas ſeſe exhibent pro cura & providentia, quam de illis habet, quam eisdem per multa, quæ ab ipſis accipiunt, emolumenta recompenſant: hæc quoque erga recepta à Deo beneficia gratitudo, hominis Deo grati & accepti certiſſimum
Lyran. Joan. 10.v.14. & infallibile eſt indicium. Unde Lyranus ſuper illa verba: *Cognoſcunt me meæ*, dicit: quia verè fideles cognoſcunt beneficia
Pſ.115. 12. Chriſti. Ideòque regius Propheta David totus anxius & ſollicitus quærebat: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Oves inſuper inter ſe charitativæ exiſtunt, paſtoremque ſuum impenſè diligunt, id quod nobis amorem repræſentat quem habere debet anima erga Deum & proximum, hic enim certiſſimus & infallibilis eſt character prædeſtinationis,
S.Aug. tr.3. in ep. S. Joan. 1oan.13. 35. unde S. Auguſtinus ait: *Sola charitas diſcernit filios Dei à filiis diaboli*, & ideò Evangelicus Paſtor noſter dilecto gregi ſuo dicit: *In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Eſt quoque animal hoc adeo patiens, ut, dum ad macellum perducitur, nullam ſicut alia, faciat reſiſtentiam. Unde Iſaias Propheta, ut nobis incomparabilem Chriſti patientiam, quam dum ad crucifigendum educeretur, exhibuit, aliquâ ſimilitu-
Iſa.53. 7. dine adumbraret, dixit: *Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & non aperuit os ſuum*; &
Orig.tr. 34. in Matt. Origenes dicit, quod *juſti oves* ſint *dicti*, *quia ſalvabuntur per manſuetudinem.* Unde patientia, quæ in ſervis Dei conſpicitur, manifeſtum maximæ perfectionis eſt in-*1ac.1.4.* dicium: *Patentia opus perfectum habet.* Et Apoſtolis, inque ipſorum perſona, omnibus aliis electis dictum fuit: *In patientia Luc.21. veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Ovis præ- *9.* terea ad unicum paſtoris ſibilum, vel manûs motum, vel ad unicam vocem obedit, ita ut ad quemvis minimum nutum gradiatur, & greſſum ſiſtat: *Qui deducis velut Pſ.79.2. ovem Joſeph*: hæc cum divina voluntate conformitas, ſive propriæ voluntatis abrenuntiatio, hoc, quod eſt voci Dei, diviniſque ejus inſpirationibus obedientem eſſe, pignus pariter & ſignum eſt prognoſticum unde aliquem ad gloriam electum eſſe, dignoſcere poſſumus.

15. S. Martinus, dum ovem aliquando *Severus* tonderi vidiſſet, dixiſſe fertur, illum Evan- *Sulpit.* gelicum perfectè adimpleviſſe conſilium quo dicitur: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*; ita quoque eleemoſyna, & erga pauperes exhibita miſericordia, nos de ſortienda in judicio finali felici dextera ſecuros efficit: *Nudus eram, & cooperuiſtis Matt. me.* Quodnam inter omnia animalia inve- *25.v.36.* niri poterit, quod in miniſtrandis abundantiùs fructibus & emolumentis cum ove decertare poſſit? Lac enim ovis, paſtoris induſtriâ ad noſtrum nutrimentum in varias ſubſtantias dividitur, agnos ſuos quoque nobis communicat, carnibus etiam nutrimur, veſtimur itidem lana ejus & pellibus, ecce tibi igitur myſterium, cur electi amici Dei per ovium gregem denotentur, nimirum ut per hoc nobis inſinuetur, illos dignos eſſe, qui electorum numero aggregentur, qui bonorum operum *Apoc.14* fœcundi eſſe conſpiciuntur: *Opera enim v.13.* *illorum ſequuntur illos.* Denique oves omnium ſe uſibus ac neceſſitatibus adaptant; ſiquidem pellibus ſuis veſtiunt ruſticos, ex lana earum texitur pannus etiam talis, ut nobiles illo ſine rubore veſtire ſe poſſint; ex inteſtinis earum fides præparantur muſicis modulis edendis aptiſſimæ, ex ipſarum oſſibus, tibiæ aut fiſtulæ, aliaque inſtrumenta muſica conficiuntur; ex ipſarum quoque pellibus, charta pergamena præparatur, cui regia & pontificia inſcribuntur diplomata & privilegia. Quod idem quoque juſtorum proprium eſſe noſ- *1.Cor.9.* ciitur, Apoſtolo de ſemetipſo id atteſtante, *v.22.* dum ait: *Omnibus omnia factus ſum.* Imo de *2.Cor.5.* omnibus perfectis, Deoque charis anima- *2.*

bus

bus idem Paulus ſcribit: *Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris*; ſiquidem ſanctæ, innocentes, Deumque ardenter amantes, inſtar pellis cujuſdam extenduntur: *Extendens cœlum ſicut pellem*; vel etiam inſtar chartæ complanantur, ut divinæ voluntatis, gratiarum, donorum, cœleſtiumque privilegiorum, quibus Deus illas locupletat; characteres congruè in illis exprimi & exarari poſſint.

Verſus 15.

Sicut novit me Pater, & ego agnoſco Patrem, & animam meam pono pro ovibus meis.

Sicut novit me Pater, & ego agnoſco Patrem.

Beda. 1. Venerabilis Beda verba illa hunc in modum explicat: *Aſſi apertè dicat: In hoc conſtat, quia agnoſco Patrem, & cognoſcor à Patre, quia animam meam pono pro ovibus meis, id eſt eâ charitate, qua pro ovibus morior, quantùm Patrem diligam, oſtendo.*

Cajet. 2. Cajetanus Chriſtum hac ſimilitudine uſum fuiſſe notat, ad declarandum: *Quòd non extrinſeca & infra terminos propriæ vilitatis notitia eſt ipſum & oves ejus, quemadmodum eſt inter Paſtores & pecudes eorum, ſed eſt notitia intellectualis, & vera amicitia, quemadmodum eſt inter ipſum & Patrem.*

Ianſen. c. 79. concord. 3. Janſenius quoque Chriſtum dicere voluiſſe obſervat, ſe non vulgarem habere electorum ſuorum notitiam: *Per hanc ſimilitudinem ſignificatur, non vulgarem eſſe cognitionem, quæ ipſe Chriſtus cognoſcit oves ſuas, viciſſim cognoſcitur ab eis nec talem eſſe, qualis eſt, qua omnia ut Deus cognoſcit, & quia etiam dæmones ipſum cognoſcunt; ſed cognitionem afflictivam, quæ amorem in ſe includit.*

Luc. Burg. 4. Lucas Burgenſis ly *ſicut* conſiderans ait: *Adverbium ſicut, ſimilitudinem notat, non æqualitatem; quemadmodum, inquit, Deus Pater me filium ſuum, ita ut gratiſſimum habeat, diligat, curet, omnis generis donis ac perfectionibus ornet ac cumulet, nec deſerat unquam, ſed perpetuo ſervet: ſic ego Paſtor novi oves meas electas, ita ut diligam, liberem, defendam, cuſtodiam, ſervem, & plurimis beneficiis, tum ſpiritualibus, tum corporalibus afficiam.*

Et animam meam pono pro ovibus meis.

Hugo Card. Ianſen. 5. Hugo Cardinalis ait: *Id eſt, vitam expono.* Janſenius notat, ſolum Chriſtum dicere potuiſſe: *Animam meam pono, ſolus Chriſtus potuit dicere, hoc eſt, deponere animam ſuam, quia ſicut ille ſeipſum ultrò tradidit manibus perſequentium, à quibus jam captus, ſeipſum, ſi voluiſſet, liberare potuiſſet, ita cùm voluit ſpiritum emiſit, poteſtatem habens, illum vel emittendi priùs, vel retinendi diutiùs. Ioan. 10.* *Ioan. 10. v. 18.*

Cajet. 6. Cajetanus notat, Chriſtum non dixiſſe: *Pro ovibus meis, ſed pro ovibus, ad ſignificandum, tum quod non pro propria ſua utilitate, ſed pro utilitate ovium ponit vitam* nimirum ſe ab aliis paſtoribus vult diſtinguere, qui tametſi nonnunquam ſe pro grege ſuo periculo exponunt, id tamen ex motivo proprii intereſſe, non aliquo, quo erga illas ferantur, amore faciunt: JESUS autem pro utilitate ovium, pro ipſarum ſalute.

Alb. M. 2. Cor. 12. v. 14. 7. Albertus M. dicit: *Eſt ſubire periculum mortis, ut grex liberetur. 2. Cor. 12. Ego autem libentiſſimè impendiam, & ſuperimpendam pro animabus veſtris.* Enimvero quòd ſi quis, quanti Deus animam aliquam faciat, & quanto pretio illa in Dei ſtatera ſit æſtimabilis, accuratiùs conſiderare velit, nullus utique homo erit, qui, quantumvis exiguus Dei amicus exiſtat, non libenter ſe pro illius ſalute comparanda omnibus ſit paſſionibus & periculis expoſiturus. Idem quoque Albertus S. Ambroſium citat dicentem: *Nullus tantùm impendit, quantùm qui ſeipſum impendit; ille enim Paſtor dat corpus in paſtum, ſanguinem in potum, animam autem dat in pretium, & deitatem dat in præmium.*

Tolet. 8. Toletus emolumenta, quæ in cœleſtis hujus Paſtoris gregem ex ejus morte redundant, his verbis exponit: *Sola mors Chriſti peccatum delere potuit, gratiam reſtituere, & cœlum aperire, ipſe ergo eſt, qui maximè pro ovium utilitate animam poſuit, in maximo profuit.*

Verſus 16.

Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus Paſtor.

Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili.

Cajet. 1. Cajetanus ait: *Quæ non ſunt ex ritu cultûs Iſraëlitici, quæ non ſunt ex ſtabulo legis Moſaicæ.* Lyranus tunc Paſtorem hunc Lyran. vitam & animam ſuam pro grege ſuo exposuiſſe dicit, quando in cruce ſuſpenſus, æterno Patri ſuo dixit: *In manus tuas commendo ſpiritum meum; & ne crederetur, quod ſolum pro Judæis debet mori, propter hoc quod dicitur Matth. 15. Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt, domûs Iſraël,* Matth. 15. v. 24. *ideo hoc removet, dicens: Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, id eſt de ſynagoga Judæorum, ſed de populo gentili, & illas oportet me adducere, quod factum eſt per prædicationem Apoſtolorum, & vocem meam audient, quia Judæis repellentibus fidem Chriſti, gentiles eam devote receperunt ad prædicationem Apoſtolorum.*

Beda. 2. *Alias oves,* inquit Venerabilis Beda, *quia non ſolùm Judæam, ſed etiam gentilitatem redimere venerat.* S. Bonaventura S. Bonav. ait: *Scilicet eligendas animas de populo gentili.* S. Thom. in Ioan.

3. S. Thomas ait: *Ponit fructum mortis Chriſti, qui eſt ſalus non ſolum Judæorum, ſed Gentium; quia enim dixerat: Animam meam pono pro ovibus meis, Judæi reputantes ſe oves dici, juxta illud:* Pſ. 78. 13. *Nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus, poſſent dicere, quod pro eis tantum animam poneret; ſed Dominus addit, dicens: quod non tantum pro eis, ſed etiam pro aliis.*

Et illas oportet me adducere.

S. Bonav. 4. *Id eſt,* inquit S. Bonaventura, *adducere per Apoſtolos,* quia Apoſtolorum opera idololatras ad ovile Eccleſiæ ſuæ reduxit, dum illos prædicatione Evangelicâ mediante Deo lucratus fuit.

S. Thom. 5. *Oportet, id eſt,* ut S. Thomas exponit, *opportunum eſt ſecundùm ordinem divinæ prædeſtinationis ad gratiam vocari;* qui idem Angelicus Doctor, poſtquam ſibi Matth. 15. v. 24. oppoſuiſſet locum illum Matthæi 15. inſinuatum: *Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt domûs Iſraël,* protinus ad illum reſpondet: *Quòd ad oves domus Iſraël tantùm miſſus eſt IESUS, ut eis corporaliter prædicaret, Gentes autem adduxit per Apoſtolos ſuos.*

Et vocem meam audient.

6. Cajetanus dicit: *Vocem meam procul dubio internam; prædicantibus enim Apoſtolis nunquam adductæ fuiſſent oves, niſi in illorum prædicationibus & miraculis internam Chriſti vocem audiſſent.* Cajet.

7. S. Thomas Chriſtum hiſce verbis tres conditiones indicare voluiſſe dicit, iis neceſſarias, qui ad fidem & religionem Chriſtianam accedunt; quarum prima eſt: *Obedientia mandatorum Dei;* ac proinde dicit: *Vocem meam audient, id eſt ſervabunt mandata mea; populus, quem non cognovi, in auditu auris obedivit mihi.* Secunda conditio eſt: Unitas charitatis, ad quam indicandam dicit: *Fiet unum ovile, id eſt, una Eccleſia fidelium, ad Epheſ. 4. Una fides &c. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum.* Eph. 4. 5. Tertia conditio eſt *Unitas fidei, & quantum ad hoc, dicit: Et unus Paſtor.* S. Thom. in Ioan. Pſ. 17. 45.

Et fiet unum ovile, & unus Paſtor.

8. Dionyſius Carthuſianus Eccleſiam unam vocari dicit, *propter fidei, ſpei, charitatiſq; unitatem; ipſa enim eſt unum myſticum corpus Chriſti, quod ab uno capite ſcilicet Chriſto gubernatur, uno ſpiritu vivificatur, una lege regulatur, uno fonte purificatur, uno pane reficitur, ab uno Patre regeneratur, ad unam patriam proficiſcitur.* Dio. Cart.

9. Lyranus ait: *Fiet una Eccleſia ex Judæis & Gentibus collecta, & unus Paſtor, ſcilicet Chriſtus; alii enim non ſunt niſi vicarii hujus Paſtoris.* Lyran.

DOMI-

DOMINICA III. POST PASCHA.

EVANGELIUM

Joannis Cap. 16.

16. *MOdicum & jam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem.* 17. *Dixerunt ergo ex diſcipulis ejus ad invicem; quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem?* 18. *Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit, modicum? Neſcimus quid loquitur.* 19. *Cognovit autem Jeſus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.* 20. *Amen, amen dico vobis: Quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos verò contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* 21. *Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus; cùm autem peperit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum.* 22. *Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

Verſus 16.

Modicum & jam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem.

1. NOtandum in primis eſt, quòd Evangelia, quæ in hiſce quatuor Dominicis ſequentibus usque ad Pentecoſten legi ſolent, deſumpta ſint ex celebri illo ſermone, quem Chriſtus in ultima cæna ad diſcipulos ſuos peroravit, idque ob cauſas diverſas. Primo, ut omnes Chriſti prædictiones adimpletas eſſe videntes, in fide ejus tanto ſtabilius confirmemur, & præcipuè in fide Reſurrectionis, cujus articulus adeo eſt ad credendum difficilis. Secundo, quia cum ultima monita, quæ à majoribus noſtris, præcipuè in ultimo mortis articulo nobis traduntur, ſummo haberi ſolent in pretio, ideo ſancta mater Eccleſia nobis conatur oſtendere, quo in pretio & æſtimatione omnia illa monita habeat, quæ eidem paulo ante mortem à Chriſto relicta fuerant. Tertio, quia in more poſitum eſt, quod poſt mortem pro adeunda hæreditate, legatisque & monitis expediendis teſtamenta aperiri & examinari ſoleant, ideo Eccleſia ad hujus imitationem, tanquam pia fidelium mater, exhortari illos velle videtur, ut pro adeunda hæreditate, ad quam vocati ſunt, teſtamentum illis à Chriſto relictum ſtudiosè legant; unde Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam non ſubito in cœlos aſcendit, ſed in terris remanſit, ut S. Lucas ſcribit: *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei,* ut legata expedirentur, executionique mandarentur eis relicta monita, quibus teſtamentum, id eſt, ſermo in ultima cæna habitus, copiosè abundat. Quarto, ut hoc paſchali tempore bonorum æternorum contemplationi dediti eſſemus, juxta illud Apoſtoli monitum: *Si conſurrexiſtis cum Chriſto; quæ ſurſum ſunt, quærite, non quæ ſuper terram,* de hiſce autem magna nobis in hiſce Evangeliis notitia ſubminiſtratur. Quinto, ad præparandum corda noſtra, ne dona & gratias Spiritûs ſancti omnino indignè reci-

Act. Ap. 1. 3.

Coloſſ. 3. 1.

piamus. Sexto ad gaudii Paſchalis incrementum; dum enim in prima Dominica peccata abſolvendi poteſtatem Eccleſiæ relictam eſſe audivimus: In ſecunda verò filii Dei tanquam amantiſſimi Paſtoris ſuper grege ſuo ſuperintendentiam intelligimus: in tertia quoque, id eſt, hodierna Dominica, cœleſtium gaudiorum percipimus perpetuitatem & brevitatem tribulationum præſentium: In quarta promiſſum nobis audimus Spiritum ſanctum: In quinta denique formam, qua oratio à nobis inſtituenda eſt, ut exaudiamur, accipimus: Ac tandem in ſexta Spiritum ſanctum proximè nobis vicinum eſſe Intelligimus; tot tantisque beneficiis & conſolationibus cœleſtibus nos cumulatos eſſe videntes, novis nos in hac jucunditate Paſchali perfuſos eſſe gaudiis utique experimur.

Modicum & jam non videbitis me, & iterum modicum, &c.

Ioan. 14.19. 2. Salvator noſter cap. 14. dixerat: *Adhuc modicum, & mundus me jam non videt*; quod idem hic iterum replicat. Et *Hug. Card.* per hoc, ut Hugo Cardinalis inquit: *Probat & aſſuefacit eos, in triſtium auditione nobiliter ferre ejus ſeparationem; quæ enim prædicuntur, facilius feruntur, cum evenerint.*

Ianſen. c.135. concord. 3. Janſenius Chriſtum his verbis dicere voluiſſe aſſerit, tempus paſſionis & mortis, nec non ſubſequentis reſurrectionis prope eſſe ut veniat: *Sed obſcurius locutus eſt, tum ut mœſtos ſatis diſcipulos minus conſternaret, tum ut eos præ mœſtitia ſilentes, ad interrogandum provocaret.*

Gloſſ. ord. Alb. M. 4. Gloſſa ait: *Modicum, id eſt, parvum tempus reſtat, uſque ad hoc quod patiar & claudar ſepulchro.* Albertus Magnus verba hæc à Redemptore noſtro in ea nocte, qua tradendus erat, dicta fuiſſe notat: *Modicum prius de tempore brevi inſtantis mortis: alterum de illo, quo manſit ſubtractus ab oculis diſcipulorum mortuus, poſt quod brevè tempus reſurrexit.*

Luc. Burg. 5. Lucas Burgenſis ita explicat: *Non videbitis me ſecundùm carnem, auferar à vobis, comprehenſus ab inimicis, non dabitur vobis mecum converſari, quin & ex omni conſpectu veſtro ſubtrahar per mortem & ſepulturam.* Porrò tametſi nonnulli ipſorum eum in lictorum manibus conſpexerint, attamen tunc non *erat ei ſpecies, neque decor: vidimus eum, & non erat aſpectus.* *Iſa.53.2.* *Viderunt eum quidam eorum jam comprehenſum, crucifixum, mortuum, ut Ioan. 19. v. 26. Viderunt, ſed in miſeria & in umbra mortis conſtitutum, qui videndi modus cùm non ſit optabilis, non habetur pro viſu, præſertim cum ſubſequens ſepultura qualemcunq; etiam viſum negaverit.* Verùm enimverò dicat fortaſſe aliquis, ſi ita eſt, quòd paſſio ipſius tam atrox fuerit, ut de illa ſcriptum ſit *Magna velut mare contritio tua*, qua igitur ratione illam, *Modicum* appellare potuit? Reſpondetur, quòd ſicut Jacobo, licet tot annis Laban pro Rachele ſervierit, nihilominus *Videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine*, ita quoque amantiſſimo Redemptori noſtro accidit, ac proinde eum diſcipuli in Emaus contendentes, neſcientesque ipſum eſſe, qui loquebatur cum ipſis, admirarentur ipſum rerum ante biduum duntaxat præteritarum adeo ignarum eſſe, ut atrociſſimorum tormentorum & dolorum à JESU crucifixo toleratorum nec non ignominioſæ mortis ipſius nullam haberet ſcientiam, ipſemet, qui illa omnia perpeſſus fuerat, reſpondendo ſubjunxit: *Quæ?* quaſi vel illorum jam oblitus fuiſſet, vel modicum ex illis tormentis perſenſiſſet dolorem, cùm ſemper veriſſimum ſit, quòd *qui amat non laborat.* *Thren. 2.13.* *Gen.29. 20.* *Luc.24. 19.*

6. Porrò primum modicum tempus mortis & ſepulchri ſpectat, ſecundum verò illud reſpiciebat tempus, quo poſt ſuam reſurrectionem quadraginta diebus, priuſquam in cœlos aſcenderet, in terris etiamnum commoraturus erat: *Cui intelligentiæ bene convenit, quod pro ratione ſubjicit: quia vado ad Patrem; ideo enim non diu, ſed modico tempore eum Apoſtoli poſt reſurrectionem erant viſuri, quia iturus erat ad Patrem.* Verba ſunt Janſenii. *Ianſen.*

7. Albertus M. verba de Chriſti in Euchariſtia (quam eodem veſperi inſtituerat) corporali præſentia interpretatur, quaſi Salvator dicere voluiſſet: *Per præſentiam corporalem apertâ ſpecie non videbitis me, quamvis corporali ſubſtantia in altari vobiſcum ſum, non aperta ſpecie, ſed ſub ſpecie ſacramentali.* *Et ita hoc tempore videbitis me, non oculis corporis, ſed cordis per intellectum divinitatis, quia ſicut promiſi Matth. ult. ſic* *Alb.M.* *Matt. 28.20.*

in

in auditorio gratiæ vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi, hoc tamen tempus modicum eſt reſpectu æternitatis.

Theoph. 8. Theophylactus Chriſtum alludere voluiſſe putat ad tranſitum ſuum ex hac præſenti vita ad gloriam, qui intra breve tempus ſubſecutus erat, ac demum ad viſionem & fruitionem ſui, qua electi in cœlo gaviſuri erant: *Pusillum, & non videbitis me, iterum pusillum & videbitis ad triſte ſtatim addidit lætum quiddam. Ad Deum vado, qui vos juvare poteſt, & non pereo, ſed tranſeo, & ad parvum quidem tempus ſucceſſus erit, poſtea autem perpetuo converſabor vobiſcum.*

Rup. Ab. lib. 12. in Joan. 9. Rupertus Abbas Tuitienſis ait: *Jam non videbitis me, ſcilicet qualem nunc videtis utique paſſibilem, mortalem, cum hominibus converſantem, humanas infirmitates ſcientem, virum dolorum, & noviſſimum virorum, talem jam non videbitis me poſt hoc modicum, id eſt, poſt ſequentis diei horam nonam. Igitur qui dicturus: Iterum videbitis me, præmittit, jam non videbitis me, profecto humanæ ſubſtantiæ veritatem interituram, ſed naturæ gloriam per virtutem reſurrectionis aſſerit immutandam.*

Hugo Card. 10. Hugo Cardinalis verba illa de abſconſione rei divinæ exponit, quæ nunc velata eſt nobis mortalibus, quoadusque hac mortalitatis carne veſtiti vivimus: *Modicum & jam non videbitis me, quia abſconditur nobis facies ejus, quia videbimus per ſpeculum in ænigmate*; at verò S. Bernardo videtur, quòd meritò ſanctè & laudabiliter de Salvatore noſtro conqueri poſſit, quòd tempus hoc modicum vocet; dicit enim: *O modicum & modicum! o modicum longum, pie Domine! modicum dico, quando non videmus te? Salvum ſit verbum Domini mei, longum eſt, & multum valde nimis; verumtamen utrumque verum, & modicum meritis, & non modicum votis.*

1.Cor.13 12. *S. Bern. ſer. 74. in Cant.*

Alb. M. 11. Albertus Magnus ait: *Vel dicatur, modicum tempus eſſe tempus vitæ unius hominis*, cui conſonat, quod hic Hugo Cardinalis dicit: *Dicitur modicum hæc vita præſens cujuslibet, ſecundum illud 1. Petri 1. Modicum nunc ſi oportet contriſtari, modicum eſt usque quo pervenietis ad gaudia par adiſi, quaſi dicat: & modicum eſt incolatus præſentis miſeriæ, & modicum eſt dilatio cœleſtis patriæ Iſaiæ 54. Ad punctum in modico dereliqui te.*

Hugo Card. *3.Pet. 1. 6.*

S. Bonaventura citat S. Gregorium ſuper iſta verba: *Fratres mei præterierunt me ſicut torrens*, breviter & nervosè ita ſcribentem: *Quod ſine clauditur, longum non eſt*; & verè ſi vita humana ſeriò conſideretur, momentaneè præter labi invenietur; unde Joannes Godefridus ſanctus Herbipolenſis Epiſcopus in Germania, dicere ſolebat: *Omni momento ad oſtium æternitatis ſto.* Et quidem cuinam vita hæc noſtra innititur? Nimirum ſpiritui, ſeu oris flatui: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum revertentur*, ut proinde vita noſtra meritò modicum quid appelletur. Apoſtolus de tempore nobis conceſſo ad operandum, pro ſalute æterna in cœlis comparanda, hac phraſi utitur: *Ecce nunc tempus acceptabile*; & quidem ne fortè exiſtimares, dictionem illam, *Nunc*, inadvertenter illi ex calamo elapſum fuiſſe, repetit iterum, & dicit: *Ecce nunc dies ſalutis.* Quemnam obſecro ſupremus rerum artifex modum ſervavit, quando hanc nobis animam infudit, qualemnam vitæ noſtræ producendæ materiam adhibuit? *Inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem*; ergo per oris divini afflatum quendam vita nobis indita fuit, ut exinde intelligeremus, quòd ad hanc nobis denuo eripiendam, aliud non requiratur, quàm ut halitum ducere, ſeu reſpirare nobis interdicatur.

Iſa. 54. 7. *S. Bona.* *Job. 6. 15.* *Pſ. 103. 29.* *2.Cor.6. 2.* *Ibid.*

S. Aug. tr. 101. in Joan. 12. S. Auguſtinus ait: *Modicum eſt hoc totum ſpatium, quod præſens pervolat ſæculum; hoc autem modicum longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur, cùm finitum fuerit, tunc ſentietur quàm modicum fuerit.*

S. Bona. S. Bonaventura ait: *Poteſt intelligi de modicitate durationis hujus temporis totalis, donec videatur Deus deorum in Sion*; adeo ut licet à mundi creatione quinque millia annorum elapſa fuerint, & amplius, poſſitque mundus ad judicium finale uſque totidem annis & amplius perdurare, incarnata tamen Sapientia totum hoc ſpatium breve eſſe dicat, Albertus Magnus ſimiliter oſtendit, quod totum illud tempus, quo mundus durabit, modicum quid, & duratio breviſſima à Chriſto appelletur, allegatque illum Apocal. textum: *Deſcendet ad vos diabolus habens iram magnam, ſciens quoniam modicum tempus habet.* Toletus ex adducto ſanct. Auguſtini teſtimo-

Alb. M. *Apoc. 12. 12.*

ſtimonio ita ſcribit: *Primum modicum usque ad Aſcenſionem, brevi aſcendam ad Patrem, & non me videbitis; ſecundum modicum ab Aſcenſione uſque ad diem judicii, quod modicum eſt collatione æternitatis*; poteſtq; Agg.2.7 hoc ipſum per illum Aggæi locum confirmari: *Adhuc unum modicum eſt, & ego commovebo cœlum & terram, mare & aridam, & movebo omnes gentes, & venient.*

S.Bona. 13. *Modicum eſt*, inquit S. Bonaventura, *quia nihil eſt temporis, niſi nunc gaudium hypocritæ adinſtar puncti*; porro hujus vitæ & temporis brevitatem, cui humana ſtultitia tot tantasque ſuperſtruit machinas, & ſæcula affingit: *Præſens tempus breviſſimum* Seneca de brev. vit.c.10. *eſt, adeò quidem, ut quibuſdam nullum videatur; in curſu enim ſemper eſt, fluit & præcipitatur, antè deſinit eſſe, quàm venit*; hæc gentilis ad noſtram doctrinam Seneca.

14. Poſſunt quoque verba hæc in ordine ad conſolationes ſpirituales hoc ſenſu interpretari, quòd ſcilicet Deus his nonnunquam ad majorem ſervorum ſuorum utilitatem iisdem ſubtractis, in earundem locum, ſpiritûs deſolationes & ariditates ſubmittat, ita tamen ut ad eaſdem ſibi dilectas animas conſolandas redire non differat; & ideo: Hab.2.3 *Si moram fecerit, exſpecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit*; non verò idem reprobis contingit, qui ſufficienti ad eum expectandum patientiâ armati non ſunt, de quibus Iſaias cap. *28.* Iſa. 28. 13. dicit: *Exſpecta, reexſpecta; exſpecta; reexſpecta; modicum ibi, modicum ibi.*

Modicum & non videbitis me.

15. Modicum hoc, tempus eſt tribulationum quæ ſubitò deficiunt, de quo Apoſtolus ait: *Momentaneum hoc & leve tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis*, & ideo Chriſtus illud quadraginta horarum ſpatium, quo ab Apoſtolis per mortem ſuam abſens fuit, quadraginta dierum decurſu compenſavit, quo priusquam ad cœlum aſcenderet, cum ipſis per frequentes apparitiones converſatus fuit.

Hugo Card. Rom. 8. 18. 16. Hugo Cardinalis dicit: *Dicit autem modicum, quod patimur, re & tempore, reſpectu gloriæ æternæ; non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam.* Ezec.4. 6. *Modicum etiam reſpectu pœnæ debitæ*; Ezechiel. 4. *Diem pro anno, diem, inquam pro toto anno dedi tibi. Item modicum reſpectu pœnæ Chriſti & Sanctorum.* Unde S. Gregorius ait: *Facta præcedentia accolamus, & gravia non erant, quæ ſuſtinemus.* S.Greg. Ad Hebr. 12. 3. Hebr.12 *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit*, &c.

17. Ex brevitate paſſionum hujus præſentis vitæ S. Bonaventura deducit, quòd dum patimur, ut dolendo magis in ſpiritu efferveſcamus, oculos noſtros in beatam æternitatem defigere debeamus: *Breves anni tranſeunt, & ideo in hoc modico tempore ſuſtinendæ tribulationes, ut poſt modicum tempus videatur Deus & gloria. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te.* S.Bona. Iſa. 54. 7.

18. Contemplativus quidam valde devotè obſervat, ly illud *Modicum*, in hoc Evangelio ſepties repeti, adeo ut ex illis unum in ſingulos ſeptimanæ dies diſtribui poſſit ad meditandum, ponderando nimirum rerum omnium creaturarum brevitatem, inſtabilitatem, & nullitatem. Quòd ſi verò ly *modicum*, cum fructu meditari volumus adhibeamus illud ad meditandum vitam æternam, quia ſi damnati denuo in vitam redire, & in ea breviſſimum quoddam temporis ſpatium in ſua haberent poſitum poteſtate, illud ipſum illis utique ad cœlum lucrandum, iisdemque ab inferno eximendis abunde ſufficere poſſet. Optimè igitur S. Bernardinus de Senis ita ſcribit: *Vide peccator temporis pretioſitatem, quia modico tempore poteſt homo lucrari vineam, gratiam & gloriam, malè vero expenſum obligat ad tormentum æternum. O ſi talis mercantia ad infernum portaretur, ſolum tempus dimidiæ horæ ad pœnitendum, emerent illud pro mille mundis, ſi poſſent.* S.Bern. Sen. t.1. ſerm.15. art. 3. cap.4.

Verſus 17.

Dixerunt ergo ex diſcipulis ejus ad invicem: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem.

1. Lucas Burgenſis Apoſtolos quidem verba illa: *Vado ad Patrem*, intellexiſſe ait, eò quòd illa aliàs quoque ad illos dixiſſet: *Sed neſciebant quomodo ſerviret propoſito.* Ne- Lucas Burg.

Neque enim mortem ejus adeo vicinam, & eâdem nocte ſuperventuram, ipſumque paulò poſt à mortuis reſurrectum eſſe perſuadere ſibi poterant; ac proinde tam primum, quàm ſecundum modicum difficulter admodum ab illis intelligebatur: *In quo commendanda eſt eorum reverentia,* inquit S. Thomas, *ad Chriſtum, quæ tanta erat, ut non præſumerent eum interrogare; ſed in hoc datur intelligi, quòd nondum perfectum ſenſum habuerunt de verbis Chriſti, aut propter triſtitiam abſorbentem, aut propter verborum obſcuritatem.*

S. Thom. hic.

Chryſ. hom. 27. in Ioan.

2. Chryſoſtomus obſervat, quòd, quia Apoſtoli eorum, quæ Chriſtus dixerat, myſteria penetrare non poterant, ideo verba Chriſti ſecundùm literæ corticem ſpectanda, quandam illis involvere videbantur contradictionem; & ideo: *Si videbimus te, inquiunt, quomodo vadis? Si vadis, quomodo videbimus? Ideo dixerunt, ſe, quid loqueretur, ignorare, quòd enim abiturus eſſet, norant, ignorabant autem paulò poſt redi turum.*

3. Similem quoque conſiderationem apud Albertum Magnum his verbis invenies: *Sermo videtur ſibi repugnare.* Apoſtoli namque inter ſe talem miſcuiſſe videntur diſcurſum; quod ſi Magiſter noſter de morte ſua loqui intendat, quomodo dicere poteſt: *Et iterum modicum & videbitis me? Tunc non erit modicum, quòd iterum viſuri ſumus eum, quia nunquam videbimus eum.* Idque dicebant, quia reſurrectionem ejus propediem ſecuturam eſſe non conſiderabant, ſiquidem in libro Sapientiæ ſcribitur: *Non eſt agnitus qui reverſus eſt ab inferis.*

Alb. M.

Sap. 2. 1.

4. Admiranda quoque hoc loco eſt Apoſtolorum circumſpectio, qui tametſi quid Salvator hoc loquendi modo iis inſinuare voluerit, minimè intellexerint, ejus tamen verba negligere haudquaquam voluerint, ſed frequentem ſuper illis habuerunt inter ſe conferentiam, ad inveſtigandum eorundem myſterium, & perfectam intelligentiam; qua in re optimum nobis reliquerunt exemplum, unde ediſcamus, quo in pretio nobis verbum Dei habendum ſit, tametſi illud primâ facie non intelligamus. Origenes enim verbum Dei mannæ aſſimilat: *Noſtrum manna,* inquit, *eſt verbum Dei.* Sciendum eſt enim, quod, quando Iſraëlitæ manna de cœlis deſcendere viderunt, attoniti & ſtupefacti dixerint inter ſe: *Manhu, Manhu, quid eſt hoc? quid eſt hoc?* Unde Chryſoſtomus hanc ad præſens propoſitum noſtrum elicit moralitatem: *Ut quotieſcunque audivimus verbum, admoneat nos ipſum nomen requirere, quid eſt hoc quod audimus.*

Orig. ho. 3. in Num.

Chryſ. hom. 41. in Matt.

Verſus 18.

Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit, modicum? neſcimus quid loquitur.

1. S. Thomas ait: *Ad hanc dubitationem modeſtè diſpoſiti erant, neſcimus, inquiunt, quid loquitur; nam ut dicit Auguſtinus: Aliqui non intelligentes verba Scripturæ, blaſphemant, ſenſum proprium authoritati Scripturæ præponentes; ſed alii modeſti, dum non intelligunt, ſuam ignorantiam confitentur.*

S. Th. hic

2. Janſenius dicit: *Mutua illorum de intelligentia ſermonis inquiſitio declarat quantum in eis fuerit diſcendi ſtudium, quantique apud eos præ reverentia apud Dominum fuerit etiam non intellectus ſermo:* Non deſpondere cœperunt animo, nec irati fuêre, multo minus deriſerunt id, quod non intelligebant: *Nec eundem velut otioſum, aut intellectum prætereunt, verùm credentes grande aliquod ſubeſſe myſterium; & ignorantiam ſuam confiteri non erubeſcentes, præ diſcendi aviditate inter ſe conferunt, diſquirunt, diſputant quod ſanè diſcipulorum ingenuorum eſt ingenium; contrà vero præignavia quidam verbum auditum, nec ſatis intellectum vento tradunt, alii præ faſtu & ſuperbia, ea quæ neſciunt, ſe ſcire ſimulant, ne ignari videantur.* Celebre eſt illud S. Auguſtini dictum, quod terrorem incutere poteſt Chriſtianis illis, qui verbum Dei negligunt, vel in audiendo illo, vel conſervando parum intenti aut ſolliciti exiſtunt; dicit enim ſanctus hic Doctor: *Non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille qui corpus Chriſti in terram cadere ſuâ negligentiâ permiſerit.*

Ianſen.

S. Aug. t. 10. hom. 26.

* * * *
* * *
*

Verſus 14.

Cognovit autem Ieſus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me.

Cognovit autem Jeſus, quia, &c.

S. Thom. hic. 1. S. Thomas dicit: *Cognovit virtute divinitatis ſuæ, ipſè enim ſciebat quid eſſet in homine. 1. Reg. 16. Homines vident ea quæ parent, Deus autem intuetur cor.* Hugo Cardinalis notat, quod Chriſtus occultas ipſorum cogitationes eis revelando & manifeſtando Deum ſe eſſe illis oſtenderit: *Oſtendit ſe Deum, cùm ſine verbis eorum, intellexit dubitationem eorum. Jerem. 17. Scrutans corda, & probans renes Deus.* Albertus Magnus ſimiliter dicit: *Cognovit per illuſtrationem ſuæ divinitatis, quia omnia ſecreta penetrat. Eccleſiaſt. 23. Oculi Domini lucidiores ſunt ſuper ſolem, aſpicientes in abſcondita partes.*

1. Reg. 16. v. 7. Hugo Card. *Jer. 17. 10.* *Alb. M.* *Eccli. 23 v. 28.*

S. Cyril. Alexan. 2. S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Prævenit Chriſtus ſuſcitari aventes, opportunè rurſus oſtendens ſe, cùm Deus ſit, corda noſſe, & quodcunque mente volutatur, adhuc & in profundo cordis infoſſum eſt, non ſecus ac lingua demum expreſſa agnoſcere.*

Ianſen. 3. Janſenius dicit: *Suo more interrogationem, quam reverentia aut verecundia retrahebat, prævenit, præoccupatque; adeò eſt ad docendum promptus paſtor & magiſter optimus. De Sapientia enim ſcriptum eſt: Præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, ut prior ſe illis oſtendat.*

Sap. 6. 14.

Verſus 20.

Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

Amen, amen dico vobis.

1. Salvator noſter hoc loquendi modo planctus, fletus, & afflictiones in ſervis ſuis præcedere debere oſtendit; ne tamen ob hoc diffidentes ſibi, animo prorſus deſponderent, ſubjungit, quòd poſt afflictiones ſubſecutæ ſint conſolationes & gaudia ſempiterna, eamque promiſſionem, ut infallibilem nobis eſſe perſuadeat, ſolemni juramento corroborare voluit: *Amen, amen dico vobis: Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.* *Luc. 21. 32. & 33.*

Quia plorabitis & flebitis.

2. Janſenius Chriſtum in hac, ſive proteſtatione, ſive prædictione Apoſtolis ſuis facta, non ſolùm ipſos, circa imminentes illis perſecutiones & contradictiones, præmunire voluiſſe dicit, ſed & univerſam Eccleſiam: *Sic Dominus hunc ſuum temperavit ſermonem, ut per eum non tantum Apoſtoli munirentur contra inſtantem ipſius tunc mœrorem; ſed & tota fidelium Eccleſia contra omnes præſentis vitæ afflictiones & anguſtias; itaque hac ſententiâ totum Eccleſiæ, & omnium geſtorum ſtatum pulchrè delineavit Chriſtus ſapientia Patris; nempe quod eorum ſit, ut mundanis hominibus gaudentibus de eorum oppreſſione, ac de bonis præſentis vitæ ipſi lugeant, afflictiones ferant ſeſeque voluptatibus præſentibus ſubtrahant.* *Janſen.*

3. D. Chryſoſtomus dicit, quòd Chriſtus his verbis *mortem & crucem ſignificabat*, neque enim verba illa de lachrymis & planctu actuali intelligenda eſſe putat, ſed de Martyrum tormentis & perſecutionibus, quas in fidei ſuæ, & tunc naſcentis Eccleſiæ defenſionem toleraturi erant. S. Cyrillus Alexandrinus dicit: *Paſſionem declarat apertius, & quanta ipſi laturi eſſent, prænuntiat.* Quidem S. Doctor cauſam declarat, cur Chriſtus has ærumnas & adverſitates diſcipulis ſuis prædixerit, ſcilicet non ut illos conſternaret, & terrorem incuteret: *Non enim ut præmaturum eis terrorem injiceret, iſta prædicebat, ſed ut eorum cognitione præmuniti, adverſus terroris ingruentem impetum fortiores evaderent.* *D. Chryſoſt. hom. 78. in Ioan.*

4. S. Bonaventura hæc verba de planctu diſcipulorum, in morte Magiſtri ſui habendo, exponit: *Plorabitis gemendo, & flebitis lachrymas effundendo, plorare enim eſt cum voce gemere: flere, quaſi lachrymâ fluere, & hoc erat crucis & mortis tempore.* Porrò Redemptor noſter Apoſtolos ſuos ſuper om- *S. Bona.*

omnes alios majoris æſtimabat & amabat, quibus proinde dixit: *Vos autem dixi amicos;* hujus autem erga illos benevolentiæ & amoris ſigna vel maximè in ultimo vitæ ſuæ articulo demonſtravit: *Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*; ex quo autem in ultima cœna, & antequam moreretur, teſtamentum ſuum ſtipulare volebat, quodnam inter omnia ipſis relicta locupletius legatum fuiſſe exiſtimatis? Nimirum: *Plorabitis.* Similiter quando perſecutorem Saulum in Apoſtolum & vas electionis commutavit, quidnam illi ſpecialiſſimè ab illo intimatum fuiſſe cenſetis? *Ego oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Item quando Petro, ad Eccleſiæ primatum ſublimato, gregem ſuum conſignavit: *Paſce oves meas*, eidem immediatè ſubjunxit: *Amen, amen dico tibi, cùm eſſes junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas; cùm autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget; hoc autem dixit, ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum.* Ita quoque Apoſtolus ſpurios, & non filios Dei declaravit illos, qui ſe à paſſionibus & tribulationum ferula ſubducebant: *Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filii eſtis.* Æternæ veritatis propoſitiò hæc eſt: *Quos prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui*; quibus verbis S. Auguſtinus utens, ait: *In ſervitio Dei tanquam uvæ vitis in torculari tribulabuntur, conterentur, & comprimentur, ſicut & Chriſtus in Paſſione magnus botrus expreſſus eſt.*

5. S. Bernardus triſtitiam hanc illis à Chriſto in ordine ad vicinam ejus paſſionem annuntiatam fuiſſe opinatur, dum ait: *Quid mirum, ſi triſtitia cor eorum implevit, cùm ab eis ſeſe pronuntiaret iturum? Quidni conturbarentur viſcera concuterentur affectus, nec omnino æquanimiter diſceſſionis ejus ſermo poſſet admitti, ut relinqueret eos, qui omnia reliquiſſent?* Jam dixerat illis: *Modicum & non videbitis me*, merito igitur protinus ſubjungit, dicens: *Flebitis, plorabitis*; ſiquidem jactura, quam anima patitur, dum Deum amittit, omnique ejus amicitiâ & gratiâ deſtituitur, infelicitas quædam eſt & ſanguineis lachrymis inconſolabiliter deploranda.

Joan 15. 15.
Joan. 13. 1.
Act. Ap. 9. 16.
Joan. 21. 18.
Hebr. 12. 8.
Rom. 8. 29.
S. Aug. in Pſ. 85.
S. Bern. ſer. 9. de Aſcenſ.

Mundus autem gaudebit.

6. Alcuinus à S. Thoma in catena citatus, dicit: *Cunctis fidelibus convenit hic ſermo Domini, qui per lachrimas, preſſuraſque præſentes ad gaudia æterna contendunt. flentibus autem juſtis, mundus gaudet, quia in præſenti delectantur, alterius vitæ nulla gaudia ſperantes.* *Alcuin. in Cat. divi Thomæ.*

7. S. Bonaventura ait: *Nomine mundi, malitia hujus mundi intelligi poteſt, id eſt, amicorum mundi, prout dicitur, quicunque voluerit amicus eſſe hujus ſæculi, inimicus Dei conſtituitur.* Unde idem Seraphicus Doctor differentias, quæ hos inter & ſervos Dei conſpicitur, conſiderat: *In iſto modico juſti plorant hic peccata ſua, & aliorum: beati qui lugent*; non verò ſic accidit inter mundanos, ſed oppoſitum contingit: *Sed mundus gaudebit in vanitatibus, & voluptatibus, & cupiditatibus. Cor ſapientum, ubi triſtitia; cor ſtultorum, ubi lætitia: Væ vobis, qui nunc ridetis.* *S. Bonavent. Jac. 4. 4. Eccl. 7. 5. Luc. 6. 25.*

8. Albertus Magnus ly *mundus*, exponens, dicit: *Mundus, hoc eſt, mundani in divitiis & ambitione viventes.* S. Cyrillus Alexandrinus ait: *hoc eſt, qui ſapere nequeunt, quæ Deo placent, ſed mundi voluptatibus quodammodo ſunt affixi.* Rupertus Abbas ait: *Mundi hujus, inquit, immundi qui ſuis immunditiis me adverſantem odit; mundi, inquam, id eſt, amatorum mundi, inde gaudium erit, quia vado ad Patrem, quem tamen ille neſcit.* S. Thomas quoque per mundum homines ſenſuales intelligit: *Univerſaliter mundus, id eſt, homines carnales, gaudebit in rebus mundanis.* Pulchrè vir mundanus ſuis gaudiis & vanitatibus immerſus, apud Jobum depingitur, dicit enim: *Quare ergo impii vivunt, ſublevati ſunt, confortatique divitiis?* demum verò, poſtquam felicitatum temporalium, quibus hic gaudent, longum texuiſſet catalogum, tandem concludit: *Tenent tympanam & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi; ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt*; & quid mirum eſt, quòd brevi temporis ſpatio hic hilares eſſe permittantur, qui in inferno per omnem æternitatem plangere debent. Idem Job, poſtquam dixiſſet: *In* *Alb. M.* *S. Cyrill. Alex. ib.* *Rup. Ab. lib. 12. in Joan.* *S. Th. in Joan.* *Job. 21. 7.* *Job. 21. 13.*

puncto ad inferna deſcendunt, immediatè ſubjungit: *Qui dixerant Deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, quis eſt omnipotens ut ſerviamus ei?* Comuniter enim illi, qui hic cupiditatibus & vanitatibus ſuis omnem licentiam indulgent, circa vitam futuram parum credunt, quia paradiſum hic in terra ſe habere fingunt; at verò, ut S. Bernardus ait: *Sicut fulgur tonitrua portat, ita proſperitas ſupplicia ſempiterna prænuntiat*; ad eum modum, quo dum bovem aliquem ab aratro ſolvi, & ad impinguandum eum ad paſcua duci videmus, eundem macello deſtinatum eſſe infallibiliter conjicimus.

S. Bern. Senenſ. in ſer. 5. poſt. Do. 2. Quadrag. art. 3. c. 3.

9. S. Thomas hæc verba quoque de tempore Paſſionis intelligi poſſe dicit, quando nimirum perſecutores ejus de ejus crucifixione gaviſuri erant: *Et ſic mundus, id eſt, Scribæ, & Phariſæi, gaudebit de occiſione Chriſti; vel mundus, id eſt, mali, qui ſunt in Eccleſia, gaudebit in perſecutione ſanctorum.* S. Cyrillus ultra jam adductam expoſitionem adjungit: *Rurſus verò ſignificat vilem & abjectam illam Iudæorum multitudinem, & Principum catervam, Deo exoſam & impiam, Scribas & Phariſæos.* Simili modo Albertus M. ly *gaudebit*, exponit, dicens: *Gaudebit, tanquam ſi de me triumphaverit, & me deleverit, & non ſit de cætero, qui arguat malitiam ejus.*

S. Thom. hic.

Vos verò contriſtabimini.

10. *Scilicet tempore Paſſionis*, inquit S. Bonaventura, *ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium tempore reſurrectionis, prout ait Propheta. ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia, quo ſurrexit Dominus.* Et ideo alius quidam vir ſanctus ita ſcribit: *Firmum eſt mihi propoſitum nunquam ridendi quouſque audiam ex ore Dei illa verba: Venite benedicti Patris mei; neque flere deſiſtam, donec liber ſim ab illa ſententia: Ite maledicti in ignem æternum.*

S. Bonav. *Pſ. 29. 6.*

11. S. Bernardus verba illa Sapientis: *Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis?* conſiderans ait: *Error dicitur, quando aliud fieri debet, & aliud fit; tunc ergo fit error, quando ille, qui debet plorare, ridet; ideo riſus dicitur error, quia dum quiſque ridet, diem mortis ſuæ in mente ſua non habet, huic tamen errori ſervi Dei haudquaquam ſubjacent.*

S. Bern. de modo bene vivendi. ſer. 65. Eccl. 2. 2.

12. Advertendum hoc loco eſt, quòd Chriſtus afflictionem & planctum juſtorum, gaudiis opponat hominum mundanorum, quia illi ex zelo honoris Dei injuriis affecti, & ex compaſſione, qua erga illorum feruntur perditionem, ſtimulati triſtantur & affliguntur pro illorum ſalute intercedendo, ſuáque pœnitentia & auſteritate divinam placare juſtitiam ſatagunt, ut eos ad reſipiſcentiam, vitæque emendationem tandem perducere dignetur. In vita S. Catharinæ Senenſis legitur, quod, dum ipſa eo tempore, quo Bacchanalium vanitates in ſummo fervore erant, pœnitentis vitæ ſuæ rigores magis magiſque adaugeret, cœleſtis ſponſus in Feria 5. quæ Dominicam Quinquageſimæ antecedit, digito illius annulum pronubum inſerere dignatus, hiſce eam verbis allocutus fuerit: Dilecta filia mea, quia tu mundi vanitates ſprevifti, me ſolum ſummum æternumq; bonum ardenter quærendo, omnibuſque carnis voluptatibus ſpretis, cordis tui delitias in me ſolo repoſitas habuiſti, idque hoc præcipuè tempore, quo alii domûs tuæ familiares in conviviis, ludis, choreis, &c. inaniter ſe recreant, ideo hodie ego ſponſalitiam animæ tuæ feſtivitatem tecum celebrare, tecumque mihi in ſtabiliſſima fide deſponſare decrevi.

Lib. 1. c. 14.

13. Apoſtolus ad Galatas ita ſcribit: *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria*, &c. Poſtquam vero mundanorum gaudiorum texuiſſet catalogum, longam quoque ſeriem recenſet earum, quas juſti & ſervi Dei patiuntur, afflictionum: *Fructus autem Spiritûs charitas, gaudium, pax, patientia*, &c. Ac demum de fletu & planctu illorum concludit: *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.*

Gal. 5. 19.

Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

14. S. Bonaventura hoc loco, an Apoſtoli idipſum meruerint, inquirit, dicit enim: *Quæritur hic magiſterialiter, an Apoſtoli meruerunt, & videtur quod ſic, quia ſi compatimur,*

S. Bonavent.

patimur, & conregnabimus, ſed ipſi compatiebantur triſtando; item illam triſtitiam ſecutum eſt gaudium.

Alb.M. 15. Albertus M. hæc ita exponit: *Vertetur in gaudium in reſurrectione, in apparitione, in aſcenſione, & maximè in Spiritus ſancti miſſione, quæ omnia poſt modicum tempus futura ſunt vobis.* His quoque addi poteſt, ſecundùm quod notat Hugo Cardinalis, triſtitiam illorum in jubilum convertendam eſſe, propter omnium gentilium converſionem ad fidem, propter peccatorum dandam remiſſionem, propter cœleſtis gloriæ remunerationem, quam illis promittebat. S. Cyrillus Alexandrinus per ly *gaudium*, beatitudinem intelligit: *Perpetuum quippe eſt Sanctorum gaudium, vivit enim Chriſtus in æternum, & mors omnium ſoluta eſt per ipſum; ſed conſentaneum eſt animadvertere mundanos homines viciſſim perpetuo in luctu fuuros.*

Hugo Card. *S.Cyril. Alex.*

Alcuin. in Ioan. Pſ.125.5. 16. Alcuinus verba illa, Pſalmi: *Qui ſeminant in lachrimis, in exultatione metent,* adducens dicit: *Euntes ibant & flebant, quatenus in æterna beatitudine laboris ſui mercedem recipiant: mundus autem, id eſt, mundi amatores, gaudebunt, quia ad æterna gaudia ſe præparare per lachrimas & afflictiones deſpiciunt, vos autem contriſtabimini per labores & preſſuras, ſed triſtitia veſtra vertetur in æternæ beatitudinis lætitiam.*

Tertull. de ſpect. c. 28. 17. Porrò ad propoſitionem hanc evangelicam ratificandam opportuna ſunt verba Tertulliani dicentis: *Vicibus diſpoſita res eſt; nunc illi lætantur, nos conflictamur; ſæculum gaudebit, vos triſtes eritis; lugamus ergo, dum ethnici gaudent, ut, cum lugere cœperint, guadeamus, ne pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus.*

Pſ.93. 19. 18. Quòd ſi alicui divitiarum avido diceretur, quantò profundiùs in domo tua foderis, tantò profundiorem ibi & copioſiorem auri venam reperies, auſim dicere talem perpetuo fodiendo continuaturum eſſe, donec ad ipſa uſque inferni confinia pertingeret: jam verò æternæ Veritatis propoſitio eſt: *Secundùm multitudinem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam*, adeoque quantò magis ſe anima aliqua in hac vita mortificaverit & afflixerit, tantò copioſiores eidem immittentur delitiæ, gaudia & conſolationes ſpirituales. Pro cujus majori evidentia quandam ab agricolis deſumptam S. Hieronymus adducit ſimilitudinem dicens: *Agricola quoque de ubertate frugum lætari non poteſt, niſi prius terram multo labore confecerit, & tantò magis proſperitatis ſpem congerit, quantò ſe amplius deſudâſſe cognoverit.* Pergit idem S. Doctor ulterius demonſtrare, quòd quantò hyems minus rigida fuerit, tantò quoque rarior & minor ſit meſſis: *Namque & æſtatis & autumni temporibus, quæ tempora miniſtra ſunt frugum, ſterilitatem nimiam nonnunquam hyemis levitas intulit, cum fœcunditatem maximam frigoris præſtiterit auſteritas, & quidquid clementia veris reſolvit, ſpem ubertatis amiſit*; demum verò idem S. Doctor ad propoſitum noſtrum concludit, dicens: *Amplectenda eſt ergo triſtitia, quæ gaudium parit, & non ejus materia eſt conſideranda, quia ſæpe per dulcedinem fructus placet, quod amarum horruit in radice.*

S.Hier. epiſt.5. ad virg. exulem.

19. Apoſtoli ante acceptum Spiritum Sanctum adeo meticuloſi erant, ut mox, ubi turbas armatas hortum ingredi viderunt, tametſi illos non ad ipſis nocendum, ſed ad Magiſtrum ipſorum capiendum egreſſos fuiſſe ſcirent, in fugam tamen ſubitò ſe receperint: *Omnes relicto eo fugerunt*; at vero deinceps factum eſt, quòd tantâ fuerint animi conſtantiâ roborati, ut coram tyrannis, & ſub tormentis imperterriti remanſerint, fuerintque gaviſi, dum à ſynagogis proſcribebantur: *Ibant gaudentes à conſpectu Concilii, quoniam*, &c.

Matt. 26.v.56.

Act.Ap. 5.41.

20. Porrò ratio, propter quam Apoſtolorum triſtitia in gaudium vertenda erat, hæc fuit, quia ſcilicet mentem & cogitationes ſuas, non ad hujus, ſed alterius vitæ gaudia defixas habebant; unde S. Cyprianus ait: *Pœnam de adverſis mundi ille ſentit, cujus lætitia & gloria omnis in mundo eſt. Ille mæret & deflet, ſi ſibi male ſit in ſæculo, cui bene non poteſt eſſe poſt ſæculum, cujus vivendi fructus omnis hic capitur, cujus hic ſolatium omne finitur.*

S.Cypr. ad Demetriad.

21. Tertullianus nos in ipſiſmet etiam paſſionibus & mortificationibus gaudium & conſolationem invenire dicit: *Quæ major voluptas, quàm faſtidium ipſius voluptatis,*

tatis, quàm ſalutis ipſius contemptus, quàm vera libertas quam conſcientia integra, quàm vita ſufficiens, quàm mortis timor nullus?

12. Conſiderandum hic quoque eſt, quòd Chriſtum in ultimis Evangelii verbis dicat: *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*; quibus verbis de gloria & beatitudine Paradiſi loqui, velle videtur: quia hæc ſola, poſtquam ad ejus poſſeſſionem pervenerimus, nunquam deinceps auferri poteſt: *Pſ.29.7. Ego dixi in abundantia mea, non movebor in æternum*; quod quidem eò firmiùs credere licet, quod ſcilicet per gaudium illud præmium intelligatur æternum, quia ipſemet Chriſtus præmium hoc gaudii nomine appellavit, dum ait: *Matt. 25,v.21. Intra in gaudium Domini tui*; ac proinde Chriſtus vult dicere, quod eo ipſo, quo in paſſionibus & ſuppliciis ſuis intellectus & cordis ſui oculum in cœleſtis regni præmium firmiter defixerunt, gaudii replendi ſine & conſolatione ſpirituali; nam ut S. Gregorius advertit: *S.Greg. l.10. mor. c. 12. Malæ vitæ præſentis tantò duriùs animus ſentit, quantò penſare bonum, quod ſequitur, negligit, & quia non vult præmia conſidera re quæ reſtant, gravia æſtimat eſſe, quæ tolerat.* David olim ſe calumniâ & impoſturis oppreſſum eſſe lamentabatur, dicens: *Pſ.26.12. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi*; ſed quid faciendo inter hæc mala conſolationem accepit? nimirum per cœleſtis patriæ conſiderationem, per æternæ retributionis accipiendæ fiduciam *Pſ.26.13. Credo videre bona Domini in terra viventium, Pſ.26. 14. Exſpecta Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum*. *S. Aug. in Pſ.39. conc.2.* Unde S. Auguſtinus ait: *Si vis ſuſtinere laborem, attende laborem, ſi attenderis, quid ſis accepturus, omnia tibi erunt vilia quæ pateris.* Præcurſor & Baptiſta Chriſti in deſertis Judææ maledictum illud viperarum ſperma, *Genimina viperarum*, invitabat ad pœnitentiam; ſimiliter Chriſtus Evangelium prædicando, eoſdem Hebræos ad ſui *Matth. 16.v.24.* hortabatur ſequelam, dicens: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*; quis autem ita eſt rerum inexpertus, qui neſciat, quantum corrupta hæc noſtra natura propriam abnegare voluntatem, alterius ſe arbitrio ſubjicere, voluptatibus & delitiis nuntium remittere, in paupertatis contemptu & humilitate vivere, corpus jejuniis marcerare, & flagellis caſtigare, & omnia alia, quæ vera exigit pœnitentia, perficere; fugiat & horreat & tamen multi ex ipſis inventi ſunt, qui ſe tam ad verba Præcurſoris, quàm ad Chriſti hortamenta ad vitam recipientes meliorem, doctrinam ipſorum ſunt amplexati, eò quòd ambo illis regnum cœlorum in propinquo eſſe annuntiârint: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum*; nam ut S. Gregorius ait: *Si ſemel quiſque ad æterna ſe erigat, atque in his, quæ incommutabiliter permanent, oculum cordis figat, propè nihil eſſe conſpicit, quidquid ad finem currit.* Moyſes tempora ſua regio diademate cingere, ſceptrum Ægypti moderari atque ab omnibus regni illius Principibus regios accipere honores & obſequia poterat; & tamen *negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo ſuo, quàm temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æſtimans theſauro Ægiptiorum improperium Chriſti*; at verò quo motivo Moyſes lateres luteos una cum vili plebe Hebræa præparare, quàm regni theſauros tractare & moderari malebat? *aſpiciebat in remunerationem.* Et ideo quotieſcunque corpus noſtrum recalcitrat, ſeque conſuetis ſuis voluptatibus & gaudiis deſtitui non permittit, illud conſolari debemus verbis D. Chryſoſtomi ſequentibus: *Largiſſimam profecto mercedem pro contempta temporali voluptate capiemus, atque ipſe ad tuam animam loquere: Triſtaris, quia te corporis voluptate defraudo? ſed lætare potiùs, quia tibi cœlorum regna providebo.*

Matth. 4.v.17. S.Greg. ibid. Hebr.11. v.24.& 25. Ibid.v. 26. Chryſ. hom.16. in Matt.

Verſus 21.

Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora ejus; cum autem pepererit puerum, jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum.

1. Venerabilis Beda ait: *Parturitio triſtitiæ, partus gaudio comparatur, quod tunc majus eſſe conſuevit, quando non puella ſed puer naſcitur.* *V. Beda.*

2. Multi

2. Multi ſacri Expoſitores per hanc mulierem, ſanctam Eccleſiam, utpote fœcundiſſimam matrem, intellexerunt, quæ continuò Deo ſpiritualiter parturit filios.

Alcuin. in Ioan. Alcuinus ait: *Mulierem dicit ſanctam Eccleſiam; propter fœcunditatem bonorum operum, & quia ſpirituales Deo filios gignere nunquam deſinit, hæc mulier cùm parit triſtitiam habet, quia venit hora ejus, quia nimirum ſancta Eccleſia, dum diu in mundo ſpiritualium virtutum profectibus inſiſtit, nunquam mundi tentationibus exerceri deſiſtit; at cum devicto laborum certamine ad palmam pervenerit, jam non meminit preſſuræ præcedentis, propter gaudium perceptæ retributionis.* Et ratio eſt, quia ut Apoſtolus

Rom. 8. 18. tanquam oculatus cœli teſtis ſcribit: *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*, id

Euſeb. Emiſſ. hom. 3. ad Monac. eſt, ut Euſebius Emiſſenus explicat: *Non valent vitæ præſentis obſequia, æternæ vitæ gaudiis compenſari; palleſcant licèt membra vigiliis; palleſcant licèt ora jejuniis, non erunt tamen condignæ*, &c.

Arias p. 1. tr. 3. c. 12. 3. Magnus quidam ſpiritualis & aſceticæ vitæ hujus ſæculi Magiſter aſſerit, quòd ſi Sanctus aliquis daretur, qui mille annis hic in terris vixiſſet, fuiſſetque quolibet die paſſus omnia tormenta quæ unquam illata ſunt Martyribus, omnesque omnium hominum totius mundi ſuſtinuiſſet paſſiones & adverſitates: cui demum Deus in fine hujus annorum millenarii præmii loco concederet, ut in cœlum conſcenderet, ibidemque clarè & revelatâ facie per ſpatium unius duntaxat Ave Maria intueri poſſet, hic utique ingenuè faſſurus eſſet, Deum ſibi pro omnibus, quæ in hoc mundo pro ejus amore toleraſſet, copioſiſſimè retribuiſſe, imo datam ſibi remunerationem

Lyran. merito ſuo longè ſuperiorem eſſe.

4. Lyranus ſimiliter per hanc mulierem ſanctam Eccleſiam intelligit, vel Collegium Apoſtolicum, in quo pro tunc univerſa continebatur congregatio fidelium: *Triſtitia partûs*, inquit, *eſt dolor de paſſione Chriſti, qui fuit in iſto Collegio: nativitas hominis eſt reſurrectio Chriſti, quia Chriſtus de novo proceſſit ad vitam immortalem quantum ad corpus, quod prius fuerat mortale, & ideo ad hoc deſignandum, dixit, Salvator, quia natus eſt homo in mundum: non dixit, quia natus eſt infans, ſed natus eſt homo in mundum; quia Chriſtus homo perfectus vitam mortalem inchoavit per ſuam reſurrectionem;* ac proinde ſubjungit: *Et vos quidem tunc triſtitiam habebitis*, id eſt in hoc paſſionis meæ imminenti triduo; *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum*, quod poſt ejus reſurrectionem futurum fuerat. Theophylactus ait: *Per dolorem parientis, triſtitiam Apoſtolorum, per gaudium, conſolationem & reſurrectionis.* Chryſoſtomus à Toleto citatus, diu ante Lyranum hujus obſervationis author fuit, quòd ſcilicet Chriſtus non dixerit: *Natus eſt infans, vel puer ſed homo. Non puer, ut myſterium reſurrectionis ſignificetur; ut notat Chryſoſtomus, Chriſtus enim non ut in nativitate infans, ſed vir perfectus reſurrexit.*

Theoph. *Chryſ. hom. 78.*

5. Rupertus Abbas Tuitienſis hæc verba exponens, de hac muliere ita ſcribit: *Sanctam Eccleſiam ejus virum Patrem, omnium Deum puerum ipſum, qui hæc loquitur, Dominum eſum, hunc primitùs per fidem concepit, quando adoleſcentula in Abraham promiſſiones audivit, dicentis: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, & credidit, & ex tunc beata progenies mente gravida, verbum promiſſionis bajulans, ejusdem verbi incremento proficiens, quaſi fœta alvo magis ac magis timuit; tandemque diu deſideratum puerum mulier eadem, cujus beati Apoſtoli magna portio ſunt, in magno dolore & anguſtia paſſionis enixa eſt, viditque eum in diem æternitatis feliciter naſcentem, id eſt à mortuis reſurgentem, & jam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus, quia renatus eſt, & redivivus eſt homo in mundum redemptum & ſalvatum, ut mundi, imo cœli & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt, obtineat principatum.*

Rup. Ab. l. 12. in Ioan. *Gen. 22. v. 18.*

6. Alcuinus hoc gaudium ex partu in lucem edito ortum, converſioni attribuit populorum, qui veritatis Evangelicæ luce fuerunt illuminati: *Sicut enim mulier nato in hunc mundo homine lætatur, ita Eccleſia nato in vitam futuram fideli populo, digna exultatione repletur; mos obtinuit Eccleſiaſticus, ut dies beatorum Martyrum, ſive Confeſſorum Chriſti, quibus de ſæculo tranſiêrunt, natales vocitemus.*

Alcuin. in Joan.

7. Hugo Cardinalis ait: *Eccleſia dicitur parere in prædicatoribus, in pœnitentibus,*

Hugo Card.

tibus, in bene operantibus, in fideliter morientibus.

Ianſen. 8. Janſenius primò per hunc partum ad Chriſti reſurrectionem, deinde ad fidelem animam alludit; oſtenditque quàm bene & concinnè hæc ſimilitudo ad mortem & reſurrectionem Chriſti quadret: *Optimè quadrat, quòd Chriſtus per mortem quaſi per quendam uterum genitus, & ſolutis doloribus mortis, natus ſit novus homo in mundum propter quod & primogenitus dicitur ex mortuis, & reſurrectione interpretatur Paulus impletum illud Pſalmi: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Similiter quoad animam, oſtendit, qua in re comparetur mulieri parturienti: *Singuli juſti, & tota fidelium Eccleſia ſimiles ſunt mulieri parturienti; in præſenti enim ſæculo tempus eſt partus bonorum operum, tempus eſt ut Eccleſia multos Dei filios progignat, cui partui dum inſiſtunt juſti, graves patiuntur à carne & à mundo dolores & afflictiones*; per hujus autem partûs merita perfuetur poſtea præmio gaudiorum æternorum: *Unuſquiſque ſe gaudebit per illos natum in regnum cœlorum, aut etiam alios per ipſum natos in novum illum mundum*; omnes etenim, qui ſe per labores ſive prædicationis, ſive confeſſionis, ſive cujuslibet laborioſi operis conatum, animarum lucro addicunt, ac demum aliquas ad gloriam & ſalutem æternam reapſe lucrantur, de hiſce partibus ſuis mirum in modum lætabuntur, omnemque laborem & ſudorem ſuum optimè collocatos & impenſos eſſe exiſtimabunt.

Coloſſ. 1. 18. *Pſ.* 2. 7.

Dionyſ. Carth. 9. Dionyſius Carthuſianus ait: *Mulier eſt Eccleſia, vel anima fidelis, quæ cùm parit id eſt, opera pœnitentiæ facit, vel aliorum converſioni intendit, triſtitiam habet de ſuis & alienis peccatis, & propter labores & afflictiones vitæ præſentis, prout Apoſtolus teſtatur: Nullam requiem habuit caro noſtra, ſed ſupra modum gravati ſumus, ita ut tæderet nos vivere: cùm aliquem peperit puerum, id eſt, aliquem ad Chriſtum converterit, vel ad regnum cœlorum præmiſerit, vel opus bonum perduxerit ad perfectionem, vel ſeipſam perfectè reformaverit ad Chriſti imitationem jam non meminit preſſuræ præhabitæ propter gaudium fructus conſecuti, quoniam natus eſt homo, id eſt per gratiam reformatus, ſpiritualem vitam ſortitus, vel eſſe gloriæ ſempiternæ adeptus; unde Paulus filiis ſuis, quos ſpiritualiter peperit, ſcribens: Quæ eſt, inquit, gloria mea, nonne vos?* Idem quoque Apoſtolus ad Galatas ſcribent, ob filios ſpirituales, quos Deo per ſuos ſudores pariebat, de ſe, ſub titulo mulieris parturientis loquitur: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*; alibi quòque ſe erga fideles, quos Eccleſiæ parturierat, matrem quaſi fingit eſſe lactantem: *Lac vobis potum dedi non eſcam.*

2. Cor. 7. 5. 1. Theſ. 2. v. 19. Gal. 4. 19. 1. Cor. 3. 2.

10. In Regum libris ſcribitur: *Venerunt filii uſque ad partum, & vires non habet parturiens.* Multi quidem ſunt, qui bona habent propoſita mutandi vitam, ad Deum ſe convertendi, vel deſerendi mundum: at verò nunquam in illis devenitur ad executionem, eò quòd partus timeant dolores; talis fuit S. Auguſtinus, qui ſe ad realem vitæ converſionem diu reſolvere non poterat, timens, ne voluptates & mores priſtinos deſerendo, nimios offenſurus eſſet in vita ſpirituali rigores: at verò, prouti ipſemet poſtea confeſſus fuit: *Quam ſuave mihi ſubito factum eſt carere ſuavitatibus nugarum! & quas amittere metus fuerat, jam dimiſiſſe gaudium erat, ejiciebat eas à me vera tu & ſumma ſuavitas, ejiciebat & intrabat pro eis omni ſuavitate dulcior.* Maxima enim difficultas in partu in lucem edendo conſiſtit, id eſt, in mundo deſerendo, & generoſâ quadam facienda reſolutione, quia poſtquam quis jam ingreſſus eſt ſcholam Chriſti, & Dei ſe ſervitio addixit, nullam ibi invenit ſe ferientem ferulam, quam antè timuit, ſed favi juſtantur mellis, nectarque & ambroſia bibitur Paradiſi, ac proinde optimè Pſalmiſta monebat, dum ait: *Guſtate & videte quàm ſuavis eſt Dominus; beatus vir qui ſperat in eo.* In ſacris Canticis ſponſam quidem cæleſti ſponſo dixiſſe legimus: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur*; porro myrrha ſymbolum eſt mortificationis, auſteritatis, jejuniorum, diſciplinarum, omniumque aliorum, quæ ſenſui noſtro repugnant, atque ideo ſponſa ſe hic hiſce pœnitentiæ rigoribus totaliter quaſi immerſum exhibet: *Inter ubera mea commorabitur*; ecce tibi dolores partus: at verò paulò pòſt merum ſequitur gaudi-

S. Aug. l. 1. Confeſſ. c. 1. *Pſ. 33. 9.* *Cant. 1. 12.* *Ibid.*

gaudium & jubilus cordis, qui ab hiſce naſcitur mortificationibus, & vitæ rigoribus; ſiquidem paulò poſt ſubjungit, eundem dilectum ſuum ſibi videri converſum in ſuaviſſimum è vineis Engaddi decerptum botrum: *Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Unde S. Bernardus ait: *Ille qui modo fuerat faſciculus myrrhæ, ſubito ſit botrus Cypri, continens in ſe vinum jucunditatis & lætitiæ* Sanctus & regius Propheta David de ſemetipſo dicit: *Humiliabam in jejunio animam meam; genua mea infirmata ſunt à jejunio, caro mea immutata eſt propter oleum; induebar cilicio, cinerem tanquam panem manducabam, flagellatus fui totâ die, & caſtigatio mea in matutinis; lachrymis meis ſtratum meum rigabo:* ſed eccetibi inſignè, quem ex his omnibus retulit fructum: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine; guſtate & videte quàm ſuavis eſt Dominus; ſecundum multitudinem dolorum.*, &c. Paulò antè diximus, S. Paulum Apoſtolum ſeſe aſſimilâſſe matri cuidam parturienti: at verò paſſiones & dolores, quos in partu, hoc eſt, in converſione animarum ſuſtinuit, immenſa & inexplicabilia conſecuta ſunt gaudia; unde & fatebatur ingenuè: *Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione.*

S. Bern. de Paſſ. c. 4.
Pſ. 34. 13. Pſ. 108. v. 24. Pſ. 101. 10. Pſ. 72. 14. Pſ. 6. 7. Pſ. 30. 20. Pſ. 33. 9.
2. Cor. 7. 4.

Verſus 22.

Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habebitis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habebitis.

1. Valde conſiderandâ hic eſt dictio illa *Nunc*, per hanc enim Chriſtus inſinuare velle videtur, quòd quoadusque hoc vitæ tempus duraverit (quod in comparatione æternitatis, veluti *nunc* quoddam eſt) duratura quoque ſit triſtitia, id eſt, ærumnæ, neceſſitates, miſeriæ, tentationes, & pericula; at verò deinceps gaudia conſequentur æterna, quæ à nulla unquam adverſitate, aut faſtidio interrumpentur; ſiquidem *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & jam non erit amplius, neque luctus*

Apoc. 21 v. 4.

&c. *Non meminit preſſuræ propter gaudium.* Ubi ſanctus Thomas bene notat, quòd, *Non dicit, non erit preſſura, ſed quoniam non meminit preſſuræ; quia etſi Sancti recordentur miſeriarum, quas paſſi ſunt, cùm in illa beatitudine gloriæ erunt, non tamen aliquid miſeriarum ex hoc in affectu experientur.* Recordabuntur quidem ærumnarum, quas ſuſtinuerunt, ſed ad majus inde percipiendum gaudii incrementum: *Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliâſti; annis, quibus vidimus mala.*

Pſ. 89. 15.

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.

2. Ad apparitiones alludit, quibus ſe poſt ſuam reſurrectionem Apoſtolis ſuis exhibiturus erat, ad pellendam ab illorum cordibus omnem triſtitiam, quam in ipſius paſſione & morte perſenſerant; & ideo *Gaviſi ſunt diſcipuli viſo Domino.*

3. Deus noſter gaudet nonnunquam in eo, quòd ſervos ſuos per ſpiritûs ariditatem & deſolationem probet & tentet: *Nunc quidem triſtitiam habebitis*; non tamen illos longo tempore affligi permittit, & ideo dicit: *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum*; iterum revertitur, ut animas ſibi dilectas, per conſolationum ſuarum ſuavitatem intimè conſoletur: *Non permittit tentari ſupra id quod poſſumus, ſed facit cum tentatione proventum.*

1. Cor. 10. v. 13.

4. Conſideranda quoque ſunt verba illa: *Et gaudebit cor*; neque enim gaudium iſtud in aliquo extrinſeco futurum eſſe dicit, id eſt, in riſu, vel in alio quodam apparenti jubilo, ſed intrinſecus in corde; ac proinde David ad Deum converſus dicebat: *Dediſti lætitiam in corde meo.* Ubi Chryſoſtomus ait: *Non dixit ſimpliciter lætitiam, ſed in corde meo, oſtendens in rebus externis non eſſe lætitiam; hæc enim lætitia non eſt cordis, ſed oculorum.* Solus Deus & gratia ipſius, cor noſtrum vero gaudio lætificare poteſt.

Chryſ. in Pſ. 4. v. 7.

5. S. Auguſtinus optimè notat, quòd S. Paulus dixerit: *Quaſi triſtes ſemper autem gaudentes*; *non dicit Apoſtolus: Quaſi gaudentes, quia gaudium noſtrum non habet quaſi.*

S. Aug. ſup. Pſ. 48. 2. Cor. 6. v. 10.

Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Lucas Burg. 6. Lucas Burgenſis Chriſtum in his verbis dicere voluiſſe aſſerit, ſe glorioſum & immortalem reſuſcitandum, adeóque mori deinceps nequaquam ſubjiciendum eſſe & conſequenter diſcipulos nunquam habituros eſſe occaſionem, ut hac de cauſa triſtentur: *Erit gaudium illud veſtrum de me perpetuum, quod nulla adverſitas turbare queat, quia nec miſeriis hujus vitæ, nec morti ero amplius obnoxius, quippe reſuſcitatus ad vitam immortalem & beatam.*

Tolet. 7. Toletus eandem habet expoſitionem, dum ait: *Quia gaudium ipſorum eſt ipſe Jeſus*; & ideo veriſſimum, quòd gaudium hoc illis auferendum non ſit, ſiquidem Apoſtolus ait: *Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Eadem quoque fuit S. Cyrilli obſervatio, ſcilicet gaudium de reſurrectione Chriſti ſtabile & permanens in nobis futurum eſſe, cujus hanc reddit rationem: *Nam ſi Chriſti mors mœſtitiam nobis attulit, quis gaudium tollet à nobis, qui ſcimus eum vivere, & jugiter ſpiritualium nobis bonorum datorem & largitorem?*

Rom. 6. 9.

S. Cyril. Alex.

Cajet. 8. Cajetanus ait: *Firmitas interna gaudii ſignificatur tanta, quod nulla perſecutio ſufficeret ad tollendum ab eis ipſorum internum gaudium*; quibus verbis gaudium hoc ſpirituale per adventum Spiritûs ſancti in cordibus ipſorum ſtabilendum eſſe indicat: *Dixit hoc ad ſignificandum, quod futurum eorum gaudium adveniente Spiritu Paracleto, non erit inſtabile, ſicut gaudium, quod habuerunt hactenus de præſentia Chriſti, hoc enim mundus abſtulit ab eis illâmet nocte.*

Alcuin. 9. Alcuinus per hoc ſtabilitatem & perpetuitatem gloriæ intelligi aſſerit: *In illa viſione perpetuæ gloriæ gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, quia ibi nullus adverſarius, nullus perſecutor, nemo qui triſtitiam ingerat animis veſtris, dum videtur Deus Deorum in Syon.* S. Thomas ait: *De gloriæ fruitione intelligit, cùm hoc gaudium ſit inamiſſibile & perpetuum. Iſa. 34. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum; nemo enim ſibimet hoc gaudium tollet per peccatum, cùm uniuscujusque voluntas ſit ibi in bono confirmata. Nemo enim alteri hoc gaudium tollet, cùm ibi nulla ſit violentia, nulla illatio nocumenti.*

S. Th. in Joan. Iſa. 35. 10.

Inter alias ærumnas, quas in hac lachrymarum valle quotidie experimur, una eademque valde conſiderabilis eſt, omnium felicitatum humanarum inſtabilitas atque caducitas. S. Propheta David, qui in honoribus, theſauris, ſucceſſione, totiusque mundi æſtimatione Rex fuit proſperrimus & fortunatiſſimus, ſe tamen in hac vita nequaquam lætari poſſe putabat, præterquam ex ſola ſpe, quam habebat, ſe cœleſtem Hieruſalem aliquando ingreſſurum eſſe: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus*; & quidem, ut gaudii ſui motivum magis ſpecificè exprimat, ſubjungit: *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Jeruſalem.* Sanctus Bernardus gaudium de his terrenis rebus conceptum, inſtabilitatem perpetuam adjunctam habere nequaquam miratur, quia *Gaudium in re convertibili neceſſe eſt mutari re mutatâ*; unde ſi gaudium aliquod in numeroſa fundetur filiorum multitudine, vel in certa quadam dignitate & magnificentia, vel in divitiarum copia, vel in carnali quodam amore ac voluptate, deficiet utique: ſiquidem hæc omnia continuæ mutationi & variabilitati ſubjecta eſſe noſcuntur; unde Chryſoſtomus ait: *Breve verbum, ſed multam habet conſolationem.* Quidnam tandem *eſt*: *Nemo gaudium veſtrum tollet*? Idem ſanctus Doctor, ut idipſum majori cum perſpicacitate exponat, ulterius rem hanc proſequitur, & dicit: Quòd ſi quis pecuniarum ſit dives, hæ furto ſurripi poſſunt: ſi quis multa poſſideat territoriorum dominia, hæc ſimul multas ſollicitudines, anxietates ſuſpiciones & inquietudines annexas habent & tandem in fine vitæ ſimul deficiunt: ſi quis magnâ conſpicuus ſit pulchritudine, ſanitate & corporis robore, unica infirmitas hæc omnia facilè alterat, & ſic conſequenter de omnibus hujus vitæ bonis diſcurrere licet: at vero gaudium, quod nobis vel gratia & amicitia Dei, vel bonæ conſcientiæ, bonorumque operum fructus miniſtrat, ad æterna nos gaudia ſecurè perducit, quia neque hæc deficient in ſempiternum. Portò S. Petrus Apoſtolus, qui in monte Tabor veluti per rimam quandam,

Pſ. 121. 1.

Ibid. v. 2.

S. Bern. ſerm. de fallac. præſent. vitæ.

Chryſ. hom. 16. ad Antioch.

dam, aliquod ſplendoris gloriæ cœleſtis veſtigium percipere potuit, illud ipſum hoc modo nobis deſcribit; *Regeneravit nos in ſpem vivam per reſurrectionem* JESU *Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem, conſervatam in cœlis in vobis.* 1. Pet. 1. 3.

10. Dionyſius Carthuſianus hac de re ita ſcribit: *Gaudium veſtrum ſpirituale nemo tollet à vobis quia non ſolùm in proſperis, ſed etiam in adverſis gaudebitis.* Servi Dei etenim eo ipſo, quo in gratia Dei ſunt conſtituti, etiam in ſummo adverſitatum culmine poſiti, in cordibus ſuis gaudio abundant, & jubilant. Unde S. Chryſoſtomus ait: *Cùm nullis ſtimulis conſcientiæ animus pungitur, magno ſemper fruitur gaudio*; & ideo etiam in Proverbiis dicitur: *Securæ mens quaſi juge convivium.* Et S. Auguſtinus inquit: *Non poteſt quiſquam fraudari delectationibus ſuis, cui Chriſtus eſt gaudium, æternæ enim exultatio eſt, quæ bono lætatur æterno.* Sanctus ille Eremita cauſam interrogatus, cur tanto eſſet gaudio & jucunditate ſemper perfuſus, reſpondit: Chriſtum à me tollere nemo poteſt, nulla enim totius mundi potentia Deum nobis, ejusque gratiam & amicitiam, quacunque etiam adhibitâ violentiâ, poteſt eripere, niſi id ſponte noſtrâ permittere velimus, ſiquidem jacturam hanc ſolùm nobis peccatum poteſt adferre, hoc autem ſine conſenſu & voluntate noſtra committi non poteſt.

Dionyſ. Carth.

Chryſ. hom. 15. in Matt.

Prov. 15. v. 15.

S. Aug. in ſententiis n. 90.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

EVANGELIUM

Joannis Cap. 16.

Verſ. 5. VADO *ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? 6. Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum. 7. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam; ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos. 8. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de judicio. 9. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. 10. De juſtitia verò quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me. 11. De judicio autem quia princeps hujus mundi jam judicatus eſt. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. 13. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis. 14. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*

Verſus 5.

Vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis.

Vado ad eum, qui miſit me.

1. HOc Evangelium ex ſermone quem Redemptor noſter in ultima cœna ad diſcipulos peroravit, deſumptum fuit, eoque ſancta mater Eccleſia ad vicinam Chriſti Aſcenſionem nobis annuntiandam uti conſuevit.

Alb. M. in Ioan. Unde Albertus Magnus dicit, quòd verba illa: *Vado ad eum qui miſit me,* hunc ſenſum habeant, ac ſi diceret: *Redeo ad Patrem,* adducitque illum Tobiæ textum: *Tempus eſt, ut revertar ad eum, qui miſit me.*

Tob. 12. 12.

2. Hugo Cardinalis multa hujus Chriſti ad Patrem reditûs motiva adducit. *Primò, quaſi de triumpho gratias acturus. Secundo, quaſi amicos curiæ commendaturus, & petitiones noſtras delaturus, & cauſam noſtram defenſurus. Tertiò, loca noſtra præparaturus: vado parare vobis locum. Quartò, vadit, mentes noſtras ad ſuperna elevaturus: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Quinto, vadit inimicos ad Patrem accuſaturus, niſi pœnituerint. Sexto, vadit, quaſi de victoria mercedem recepturus. Septimò, vadit ſtipendia militibus ſuis collocaturus: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem.*

Et nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis?

3. Enimverò Chriſtus hoc loco ſibi primâ facie contradicere videtur; ſiquidem Joan. cap. 13. Petrus eum interrogavit, di-

Ioan. 13. v. 36. cens: *Domine quo vadis?* & cap. ſequenti

Ioan. 14. 5. S. Thomas pariter dixit: *Domine, neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?*

Luc. Burg. Reſpondet Lucas Burgenſis *Priusquam acciperent clarum reſponſum, deſtiterant quærere*; Chriſtus autem aliquamab ipſis in eo quærendo ſollicitudinem expectabat.

Euthy. Euthymius S. Petrum, Dominum de loco ad quem ibat, interrogâſſe dicit: Chriſtus autem ab eo audire deſiderabat, ut quæreret: *Quid agis? Oportuit diſcipulos dicere: Quò vadis? ſive quia agis, nos derelinquens?* quod Lucas Burgenſis ſimilitudine amici alicujus declarat, qui alium amicum, quem magnopere diligit diſceſſum parare videns multiplicatas apud ipſum inſtituit inſtantias, ſeu quæſtiones, ut ſciat quò, & quid facturus abeat? *Improperat itaque ſuaviter, quòd non agant amicorum more, qui amicum longè abeuntem interrogare ſolent de via, de mediis, de loco, de rebus illic agendis, aliisque hujusmodi, & ex illis conſolationem ſatisfactionemque accipere.*

Rup. Ab. lib. 12. in Ioan. 4. Rupertus Abbas, eos jam anteà Chriſtum, quò iret, interrogâſſe ſuſtinet, quando nimirum adeo ſe promptos jactabant atque paratos ſubſequi etiam in carceres & mortem, nihilominus Chriſtum, qui eos, poſt tot etiam inſtantias & promiſſiones, turpiter in ſequela defecturos noverat, prædicta verba ſubjunxiſſe: *Et nemo ex vobis interrogat me;* unde concludit: *Bene ergo ait: Et nemo ex vobis interrogat me, quo? videlicet illam ſolicitudinem ſuam ſuavi redargutione prænuntians, de qua poſtmodum dicturus eſt: Amen venit hora, ut diſpergamini omnes, & me ſolum relinquatis; tunc enim revera nullus ex eis dixit: Quo vadis? quia neminem velle vel poſſe eum ſequi fuga declaravit.*

Ioan. 16. v. 32.

S. Thom. in Ioan. 5. S. Thomas duas adfert ſolutiones: primam D. Chryſoſtomi, ſecundam S. Auguſtini. Primus dicit, Apoſtolos ex prædictione perſecutionum, quas paſſuros eos eſſe prædixerat, obſtupefactos prorſus hæſiſſe, & mente attonitos: *Ita triſtati & attoniti facti, ut quaſi obliti de receſſu Chriſti, & locutionem amittentes, eum de ſuo receſſu non interrogarent.* S. Auguſtinus verò in Tractatu 94. ſuper Joannem in ea eſt ſententia, quod verbum *Vado,* non ad mortem, ſed ad aſcenſionem ipſius, relationem dixerit: *Vel quia interrogaverunt eum, quò eſſet iturus, & reſponderat eis, ſe iturum, quò ipſi tunc venire non poſſent, nunc ita ſe promittit iturum, ut nullus eorum, quo vadat interroget; euntem enim in cœlum non verbis ſed oculis deduxerunt.*

Toletus. 6. Toletus Chriſti conquerentis, vel eos reprehendentis rationem adducit: *Quàm objurgationem Dominus propterea adhibet, ut cauſa expoſitâ ſui deceſſûs, eos mirum in modum conſoletur & inſtruat.*

7. Jan-

Tanſen. cap.135. concord.

7. Janſenius moralitates aliquas in medium adfert, quas ex his verbis deducere poſſumus. Prima eſt, quod nimia triſtitia & turbatio ſæpe nobis obſiſtat, quo minus ea quæramus, quæ ſaluti noſtræ ſpirituali ſunt expedientia. *Atque ob id pulſo procul hujuſmodi mœrore, graviter inquirendum in Scripturis, quo Dominus abierit, & qua ratione illum ſequi poſſimus.* Secunda eſt, quòd docere debeamus noſipſos, & proximos noſtros: *Non ea debere præſtare, quæ ſunt ſuavia & humana, grata voluntati ſed ea potius, quæ ſunt ſaluti magis conducentia.* Qua in re optimum nobis Chriſtus exemplum dedit, qui chariſſimis diſcipulis ſuis imminentem ſuum ab iis diſceſſum non ſubticuit tametſi eos exinde magnopere contriſtandos eſſe ſciret, ſuam iis præſentiam, quantumvis ab illis ſumè deſideratam, ſubtrahere voluit, eò quòd hanc ab illis diſceſſionem utilem eſſe ſciret, valdeque expedientem. Tertia moralitas eſt: *Spiritus non eſſe capaces, qui adhuc carnalibus & terrenis rebus mente inhærerent.*

Hug. Card. in Joan.

8. Hugo Cardinalis in ſenſu myſtico dicit: *Nos debemus quærere à Domino, & quo vadis, ut perveniamus; & qua vadit, ut imitemur. Quidam volunt ſcire, quò vadit, ſed non curant de via, qua vadit, ſicut Philippus Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* Ubi etiam S. Bernardum citat dicentem: *Quàm pauci, Domine poſt te ire volunt, cùm tamen ad te pervenire, nemo eſt, qui nolit.* Ad cœnaculum uſque multos ſequaces Chriſtus habet, ad Calvariæ verò montem vix ullum.

9. Chriſtus abibat, ut pro noſtra redemptione paſſionem ſubiret, & tamen nullus hac de re cogitat, aut mentem ſuam ad id ſtudiosè applicat. Nihil fideles minus cogitant, quàm quanti anima noſtra, noſtraque redemptio Deo noſtro conſtiterit; ac proinde Eccleſiaſticus monet: *Gratiam fiaejuſſoris ne obliviſcaris, dedit enim pro te animam ſuam;* & Apoſtolus ait: *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit,* &c.

Eccl. 29. 20.

Heb. 12. 3.

10. Valde quoque utilis foret interrogatio, ſi quis ex ſemetipſo frequenter ſciſcitaretur, dicendo: *Quo vadis?* quò tendunt cogitationes meæ, affectus mei, operationes meæ; & tamen hæc finis noſtri, ob quem creati ſumus, & in quem tendere & collimare debemus, ſeria conſideratio, monachis clauſtra, deſerta anachoretis replevit. De certo quodam viro referunt hiſtoriæ, quòd, dum ad inferendam Principi ſuo necem reſolutus, in antecamera ſubſtitiſſet, acciderit, quòd ſublatis in altum oculis, verba illa ibidem ſcripta legerit: *In omnibus reſpice finem,* ſuper quæ dum ſeriâ mente ſeſe reflecteret, mox à propoſito ſuo, & ab omnibus aliis exceſſibus, quos machinabatur, deſtiterit.

Verſus 6.

Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia implevit cor veſtrum.

Rup. Ab.

1. Rupertus Abbas Tuitienſis exiſtimat, hanc triſtitiam Apoſtolorum non proveniſſe ex conceptu, quem ſibi de ejus ad Patrem aſcenſione formaverant, ſiquidem, ut S. Lucas refert, poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem, omnes hilares & læti à monte Oliveti fuêre reverſi: *Regreſſi ſunt in Jeruſalem cum gaudio magno. Vera ergo ratio poſtulat, de via, vel tranſitu Paſſionis ejus hoc dictum intelligi, de quo & Evangeliſta ſuperius: Sciens JESUS, quia venit hora, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.*

Luc. 24. 51.

Joan. 13. 1.

S. Bonavent.

2. S. Bonaventura verbum illud *implevit*, conſiderans, dicit: *Patet vehementia triſtitiæ, quia implevit; patet intimitas ejuſdem, quia implevit corda; ex hoc patebat intenſio amoris diſcipulorum ad Chriſtum, quia ſecundùm quantitatem amoris boni amati, eſt quantitas triſtitiæ de amiſſione, vel abſentatione.*

Alb. M.

3. Albertus Magnus triſtitiam hanc in amore nimio, quo erga ſacroſanctam illam ferebantur humanitatem, fundatam fuiſſe exiſtimat: *Quia nimis de præſentia mea corporali gaudetis, & contra illam nihil audire poteſtis;* unde tale quis facere poteſt argumentum: Quòd ſi Apoſtoli de remotione ſeu ablatione corporalis filii Dei præſentiæ, quæ illis ſine ulla ipſorum culpa, imò cum magno eorum profectu accidit; ſiquidem Chriſtus ſubjungit protinus: *expedit vobis ut ego vadam*, adeo exceſſivè contriſtati fuêre: qualis dolor, & quam infinita triſtitia erit, qua reprobi percellentur, quando Deus ab illis ob propria ipſorum graviſſima demerita, adeo procul

Luc.16. 26. Matt. 25.41. abſcedet, quàm procul infernus à paradiſo diſſitus eſſe noſcitur, (*Magnum chaos firmatum eſt inter nos & vos*) illamque terribilem audient ſententiam: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.*

S.Tho.in Joan. 4. S. Thomas quoque idem ly *implevit*, conſiderans, ait: *Quia humanum eſt, quòd triſtitia cor tangat, vitioſum autem, quod cor impleat, quia per hoc ratio turbatur, ideo quaſi arguens, dicit: triſtitia implevit cor veſtrum.* Eccl. 30. *Ne des triſtitiam animæ tuæ.* Eccl.30. 22.

5. Chriſtus illis paulò ante multas perſecutiones & adverſitates illis obventuras eſſe prædixerat, nunc autem cum inſuper ſe illos, quoad præſentiam corporalem derelicturum eſſe prænuntiet, longè magis triſtantur. quia ut Lyranus advertit: *Triſtabantur de receſſu Chriſti, de cujus præſentia confidebant conſolari in tribulationibus.* Gentiles olim tantâ tenebantur Deorum ſuorum zelotypiâ, ut eos vinctos atque ligatos domi ſuæ attinuerint, exiſtimantes hac ratione efficere ſe poſſe, ut penes ipſos indiſſolubiliter remanerent: nos autem id ipſum de Deo noſtro timendi nullam occaſionem habemus, ſiquidem *in ipſo vivimus, movemur, & ſumus*; & quantò amplius tribulamur, quantòque remotius illum à nobis abeſſe credimus, tantò ipſe nobis vicinius & propinquius adeſt: *Juxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde; cum ipſo ſum in tribulatione.*

Lyran. Act.Ap. 17.28. Pſ.33.19. Pſ.90. 15.

6. Apoſtolus Corinthiis neophytis ſuis hunc in modum ſcribit: *Gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam; contriſtati enim eſtis ſecundùm Deum; quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur; ſæculi autem triſtitia mortem operatur*; vel igitur anima noſtra dolet & triſtatur, quod Deum per peccatum amiſerit, & in hoc caſu ei difficile non erit, ut eum per dolorem & pœnitentiam denuò reinvenire poſſit: aut verò triſtatur, quòd eum perdiderit per conſolationum ſpiritualium ſubtractionem, dum ſcilicet in vita ſpirituali nimias ariditates patitur, & in hoc caſu, dummodo id ſine culpa noſtra accidat conſolationem admittere debemus; ſiquidem hoc nonnunquam expedientius eſt, atque utilius, tum ut majus nobis meritum comparemus, tum ut Deo in divino ejus ſervitio noſtabiles & conſtantes eſſe probemus, & præter hæc omnia optimum eſt illud ſancti Jacobi Apoſtoli conſilium, dicentis: *Triſtatur aliquis veſtrum? oret.* 2.Cor.7. 9. Jac.5. 13.

Verſus 7.

Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis, ut ego vadam; ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos.

Sed ego veritatem dico vobis.

1. *Quaſi dicat*, inquit Hugo Cardinalis *Etſi contriſtemini, tamen veritatem dico vobis. In quo notatur, quod veritas nemini parcit, nec eſt amittenda, etſi diſpliceat audienti, ſervato tamen modo, loco & tempore in dicendo: Ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu ſciſti, juſtitiam tuam non abſcondiſti in corde meo.* Hug. Card.

2. S. Chryſoſtomus ita exponit: *Non ego ad gratiam loquor, ſed licet majorem in modum contriſtemini, quod expedit, audiendum eſt.* Chryſ. hom.77. in Joan.

Expedit ut ego vadam.

3. Benigniſſimus Salvator noſter ſe ob diſcipulorum nimiam triſtitiam, quia ob ejus diſceſſum omnes mœrebant, continere non poterat, ideoque illos, quoad poteſt, conſolari ſatagit, oſtendens, id illis non ſolùm expediens eſſe, ſed & deſiderari ab iiſdem debere; & quidem ut id ipſum tantò firmius crederent, ut Toletus advertit, præmittit: *Veritatem dico, quod ut magis perſuadeat, aſſeverationem utitur, dicens: Ego veritatem dico vobis.*

4. Hugo Cardinalis, Chriſtum Apoſtolis hiſce verbis inſinuare voluiſſe dicit, utile & expediens illis futurum eſſe, non quidem quod illi deſiderabant, ſed quod ipſe facere meditabatur, ſcilicet quòd ſe ab aliis ſubducat: *Aliud eſt, quod vobis placet, ſcilicet me adeſſe, & aliud quod confert, id eſt, me abire; procurantis autem eſt in his, quæ proſunt non parcere, in hoc enim Dominus cõſolatur, & mitigat eos; non enim quæ ad gratiam ſunt veſtram dico, ſed quæ ad profectum.* Hugo Card.

Similem ferè conſiderationem Theophilactus habet, ſcilicet Chriſtum Collegio Apoſtolico Theoph.

ſtolico rem minimè præſtiturum fuiſſe, ſi eorum obſequeretur deſiderio, ideóque ſe illorum deſiderio opponendo, ſuper ipſos theſauros liberali manu effudit Paradiſi, in miſſione Spiritûs ſancti: *Ita & nos debemus facere, proſpicientes ſemper, quod & nobis & fratribus eſt utile, & non quod ſuave.*

Chryſ. hom. 77. in Ioan. S. Chryſoſtomus ſimiliter dicit: *Vos quidem, ut adeſſem, velletis, uſus aliud poſtulat, diligentis autem eſt, cùm utilitatem agnoſcit non permittere ut eâ dilecti priventur.*

5. Nimirum diſcipulos ſuos ablactare volebat, inquit S. Bonaventura: *Ne ſitis infantes ſemper contenti iſto lacte, id eſt, amore meæ humanitatis, ait Auguſtinus, & ideo ſequitur: Si non abiero, id eſt, ſi alimenta tenera, quibus vos alui, non ſubtraxero, ſolidum cibum non eſurietis*; nimis enim ſacratiſſimæ humanitatis ejus teneritudini affixi erant, & ideò ad ejus divinitatem ſeſe minus reflectebant. Unde Alcuinus ait, Chriſtum dicere voluiſſe: *Expedit, ut forma ſervi veſtris ſubtrahatur aſpectibus, quatenus amor divinitatis aptius veſtris infigatur mentibus.*

Alcuin. lib. 6. in Ioan. c. 27.

6. S. Cyrillus obſervat, quòd, ſicut Chriſtus per ſuam reſurrectionem, nos quoque reſurgendi ſpem habere poſſe oſtendit: *Sic nobis quoque ad cœlos aditum aperire, & in conſpectu Patris ſiſtere eum, qui per prævaricationem in Adam procul amandandus fuerat, quod cùm ipſe quoque divus Paulus intelligeret, aſebat: Non enim in manufacta ſancta Chriſtus introivit, ſed in ipſum cœlum ut nunc appareat coram vultu Dei pro nobis.*

S. Cyril. lib. 10. in Ioan.

Heb. 9. 11. & 12.

7. Hugo Cardinalis tres rationes aſſignat, cur mundo utilis filii Dei ab hac receſſus: *Primò, ut nos in hæreditatem introduceret. Micheæ 2. Aſcendet pandens iter. Secundò, ut amorem carnalem amputaret. Tertio, ut deſiderium accenderet; unde viri Jericho ſublatum Eliam ardentiùs quæſierunt.*

Hugo Card.

Mich. 2. 13.

8. Apoſtoli quodammodo Meſſiam temporaliter regnaturum eſſe crediderant, atque ideo duo illi fratres primas in regno ejus ſedes poſtulârunt, & dum Chriſtus in procinctu eſſet, ut in cœlum aſcenderet, interrogârunt eum diſcipuli: *Quando reſtitues regnum Iſraël?* atque ideò opus erat, ut in nocte Paſſionis ejus coram Pilato expreſsè declararet, dicens: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*; ut igitur hanc veritatem confirmaret, expediens erat, ut poſt paſſionem ſuam beati illius regni poſſeſſionem caperet, ut nos illius deinceps faceret eſſe participes. Unde S. Cyrillus ait: *Oportebat fieri nos conſortes, & divinæ Verbi naturæ participes: quod aliter, quàm per participationem Spiritûs ſancti fieri non poterat; tempus autem maximè opportunum miſſioni Spiritûs, & ejus in nos illapſui, illud erat, quod exceſſum Chriſti noſtri Servatoris excepit.* Adducitque illum Apoſtoli textum, in quo de viſione beatifica tractans dicebat: *Nos revelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquàm à Domini ſpiritu; Dominus autem ſpiritus eſt.* Subjungit ibi S. Cyrillus: *Vides ut Spiritus transformet quoddammodo in aliam imaginem eos, in quibus inhabitat? Transfert enim facilè à rerum terrenarum ſenſu ad ſpectanda ſolum ea, quæ ſunt in cœlis.*

S. Cyril. ib.

2. Cor. 3. 18.

9. Poteſt item & alia utilitas diſceſſûs Chriſti aſſignari, nimirum inſtitutio ſanctiſſimi Sacramenti quod non niſi ea nocte, quæ mortem Chriſti immeditatè anteceſſit, inſtituiſſe conſtat, ut per ſuam ſacratiſſimam humanitatem nobiſcum ſemper eſſe poſſet: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*; cum hac tamen prærogativa, quod cùm antea per ſuam præſentiam corporalem, in uno tantùm ſive Galilææ, ſive Judææ loco commoratus fuerit, ipſum jam deinceps in hoc Sacramento, in omni Chriſtianismi parte præſentem habeamus.

Mat. 28 20.

10. Veruntamen præcipuum ſui à nobis diſceſſûs motivum ipſemet nobis ſequentibus verbis manifeſtavit, dum ait: *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Quaſi dicat inquit Albertus Magnus. *Quia removendo me à ſenſibus veſtris ero glorificatus & hoc facit in vobis habilitatem ad Spiritûs receptionem.* Rupertus Abbas autem per hunc Chriſti diſceſſum, paſſionem ejus intelligens, oſtendit, per merita illius miſſum nobis fuiſſe Spiritum ſanctum; dicit enim: *Præterea ſcire oportet, quia per paſſionem Chriſti hoc actum eſt, quòd gratia Paracliti Spiritûs in nos effuſa eſt, nam ſi Chriſtus non paſſus in cœlos aſcendiſſet, profecto iſte Spiritus gratiæ, qui per ſanguinem ejus peccata remittit, datus non fuiſſet.*

Alb. M.

Rup. Ab. lib. 12. in Ioan.

Si

Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.

S. Tho. hic. 11. Quærit hoc loco Doctor Angelicus, an in Christi potestate positum fuerit, Spiritum sanctum Collegio Apostolico conferre, dum adhuc nobiscum conversaretur in terris, & priusquam ad cœlos conscenderet? Et respondet affirmativè: siquidem ab instanti conceptionis suæ, plenitudinem Spiritûs sancti receperat. Idem quoque dubium sanctus Augustinus movet, dum ait: *Nunquid autem hoc posito non poterat mittere, quem scimus super eum baptizatum venisse atque mansisse? Imo vero à quo scimus eum nunquam separabilem fuisse?* Causas autem, ob quas illum hic in terris constitutus, non dederit, multas habuit, easque omnes efficaces.

S. Aug. tr. 94. in Ioan.

12. Divinum fixumque decretum erat, inquit Lucas Burgensis, quod, postquam Deus Pater, se per cœli terræque creationem & gubernationem, nec non & filii sui missionem mundo manifestârat; filius quoque incarnatione & redemptione mediante eidem innotuerat, tandem quoque tertia Persona se per signum aliquod visibile, perque donorum gratiarumque suarum effusionem, manifestam faceret; at verò ut idem observat: *Tres personæ singulæ opportuno tempore declarârunt, se concurrere ad salvandos homines.* Cajetanus autem hanc rationem adducit, cur scilicet Spiritus sanctus non nisi post Christi in cœlos ascensum venerit: *Quia sic decreverat sancta Trinitas, quæ omnia suaviter disponens ordinavit, ut non duo simul adessent in hac vita consolatores (alter humanâ conversatione, alter spirituali elevatione) sed recedente primo, Apostoli abstraherentur ab humanis consolationibus & totos se darent spiritualibus succedente secundo.*

Luc. Burg.

Cajet.

13. S. Bonaventura quandam ex parte nostra congruentiam adducit; si enim homini Spiritum sanctum unà cum omnibus divitiis suis cœlestibus, ante Passionem suam dedisset, jam eo fuisset tempore datus, quo homo cœli etiamnum inimicus erat: *Quia nondum erat Christus passus, nec genus humanum reconciliatum Deo Patri.* Eâdemque quoque considerationem habet Dionysius Carthusianus hisce verbis: *Spiritus sancti tam eximia plenitudo danda non fuit, nisi reconciliatis per Passionem Dominicam.*

S. Bona.

14. Porro si dona & thesauros Spiritus sancti, opulenta quædam spolia appellare velimus, alia quædam occurrit ratio, cur Spiritum sanctum non nisi post resurrectionem suam dare voluerit; nam ut idem Seraphicus Doctor bene notat: *Alia ratio fuit à Patre dantis, quia filius Dei dedit dona sua post victoriam*; etenim post glorioſum resurrectionis suæ triumphum, quem de peccato, morte, & inferno victor gloriosè reportavit, ditissimam divinarum gratiarum, quas comparârat, gazam, velut spolia sua, inter commilitones dividere decrevit. Præterea dicit idem Bonaventura, Spiritum sanctum *in statu glorificationis*, ad nos mittere voluit, ac proinde S. Joannes cap. 7. dicit: *Spiritus non erat datus, quia nondum Jesus erat glorificatus.*

Ioa. 7. 39.

15. S. Thomas notat, quòd propter divinitatem suam ad illud usque tempus expectârit, citatque S. Augustinum lib. 9. de Trinitate ita scribentem: *Christus in quantum homo, non habet quòd det Spiritum sanctum, sed in quantum Deus; quando autem cum discipulis erat, videbatur esse quasi unus ex eis, ne ergo videretur quòd homo esset, qui daret Spiritum sanctum, ideo ipsum ante Ascensionem suam non dedit.* Eadem quoque fuit consideratio Carthusiani, dicentis, nequaquam convenisse, ut sanctissimum hunc Spiritum mitteret nisi postquam jam in throno Majestatis dexteræ Patris assideret: *Christus Rex noster tam excellenter dona distribuere non debebat, nisi cum reversus fuit ad patriam suam, & sedet in throno regni sui; deinde etiam, quia membra gratiâ tantâ adoranda non erant, nisi ipso capite glorificato.*

S. Tho. in Ioan.

Dion. Carth.

16. In hac missione, ut S. Thomas ex D. Chrysostomo à se citato, refert, hæresis confunditur Macedonianorum, qui Spiritum sanctum creaturam, Patrisque & Filii ministrum esse asserebant; hoc enim si verè ita esset: *Non esset sufficiens consolatio de recessu Christi, adventus Spiritus sancti*; id quod perspicuâ quadam similitudine illustrat: quia si Rex aliquis è regno discedens, non aliquem filiorum suorum, sed unum de servis & ministris suis in locum suum substitueret, is utique non ex æquo lo-

S. Tho. ibid.

locum, vel perſonam ſuam exhiberet: *Quia ergo Spiritus ſanctus æqualis eſt Filio, ideo Dominus eos per promiſſionem Spiritûs ſancti conſolatur*; neque enim ſine myſterio Dominus dicit: *Alium paraclitum dabit vobis*, ſed potius, ut inde clarè ipſum Filio coæqualem eſſe deduceretur.

17. Imperceptibile illud ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, mundo hactenus abſconditum fuerat, Deus autem illud ſuper Jordanem manifeſtè oſtendit, quando ſupra Verbum incarnatum vox Patris audita fuit, & Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit; manifeſtius autem in die Pentecoſtes declaratum fuit; at verò notandum hic eſt, quòd ſi Spiritus ſanctus eo veniſſet tempore, quo filius Dei nobiſcum etiamnum converſabatur in terris, facilè credi potuiſſet, ipſum à ſolo Patre procedere, & ab hoc ſolo de cœlis ad nos miſſum fuiſſe: nunc verò omne dubium penitus ceſſat, clarùmque eſt, eum quoque procedere à Filio; ſiquidem hic illum non ſolùm ſe miſſurum eſſe promittit, verùm etiam in cœlis jam conſtitutus, datam nobis promiſſionem promptiſſimè exequitur.

S. Tho. 18. S. Thomas ait: *Propter divini auxilii conditionem, quod maximè adeſt in neceſſitatibus, adjutor in opportunitatibus; quamdiu Chriſtus erat cum eis, ſufficiens adjutorium erat, ſed eo recedente, multis tribulationibus exponebantur, & ideo datus eſt eis ſtatim alius conſolator & adjutor.*

19. Porrò Chriſtus ſanctiſſimum hunc Spiritum opportuno tempore mittere voluit, eo nimirum, quo præſens aderat occaſio, ut ipſum quóque Deum eſſe in operatione tot miraculorum & portentorum, quæ Apoſtolis mediantibus operatus eſt, ſicut & admirabilem illis ſapientiam & ſcientiam infundendo, toti mundo manifeſtaret, ſiquidem efficit, ut qui idiotæ & piſcatores erant, totius gentiliſmi errores, Philoſophorumque & ſapientum ſectas, facili negotio confutarent atque convincerent.

S. Thom. 20. Eſt & aliud hujus rei myſterium, quod S. Thomas tetigit, nimirum Spiritum ſanctum à Chriſto, in cœlis ad dexteram Patris conſidente, miſſum eſſe, *propter unitatem Eccleſiæ conſervandam.* Porro S. Joannes nullum unquam miraculum feciſſe legitur, ne populus à Chriſti ſequela & diſciplina ſequeſtraretur, aut alienaretur, fieretque evidens, ipſum Præcurſore in ſanctitate majorem & ſuperiorem eſſe: *Diſcipuli autem ipſo Spiritu replendi erant, ut etiam opera majora facerent, quàm Chriſtus fecerat, cap. 14. Et majora horum facient; & ideo ſi ante Paſſionem fuiſſet eis datus, potuiſſet verti in dubium apud populum, quis eſſet Chriſtus, & ſic fuiſſet diviſio.* Ioa. 14. 12.

21. S. Auguſtinus ſuper eadem hæc verba in quodam ſermone hunc in modum diſcurrit: *Neque enim inſeparabilis eſt à Filio Dei Spiritus ſanctus, aut impotens erat ipſo præſente venire, à quo non poteſt omnino diſcedere. Sed quoniam diſcipulis adhuc infirmis, formam ſervi Dominus demonſtrabat in qua Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, cauſam verò ſervi, id eſt, carnem Domini carnales poterant intueri forma autem Dei, in qua non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, non poteſt niſi à ſpiritualibus cogitari, propterea dixit, ideo non poteſt ille venire, niſi ego abiero; tanquam diceret: quamdiu circa carnem meam occupatur veſter carnalis affectus, tamdiu meam divinitatem non ſuſcipit ſpiritualis veſter obtutus.* S. Aug. ſer. 188. de Temp.

22. Enimverò S. Bonaventura hiſce Chriſti verbis argumentum quoddam opponit, quod primâ quidem facie inſolubile eſſe videtur; dicit enim, Apoſtolorum erga Chriſtum Magiſtrum ſuum conceptus amor ordinatus erat, ergo receptionem Spiritûs ſancti in ipſis impedire non poterat. Præterea proximorum dilectio, dilectioni Dei nullum omnino ponit obſtaculum, imò potiùs eandem adauget. *Ergo multo minus dilectio Chriſti impediebat miſſionem Spiritus Apoſtolis.* Tertiò hanc propoſitionem iisdem opponit: *Dilectio naturalis non repugnat ſpirituali, dum ſit ordinata.* Veruntamen paulò poſt omnibus hiſce objectionibus cum S. Auguſtino reſpondet, dicens. *Quòd lacte, id eſt, Verbo carne facto erant contenti, ob magnitudinem conſolationis, quam habebant in ipſo Chriſto homine; non poſſunt filii ſponſi lugere, quamdiu ſponſus eſt cum illis; ergo ob vehementiam dilectionis, quam habebant in Chriſto homine quia erant conſolati corporaliter & ſenſibiliter, non erant elevati ad ipſum, in quantum* S. Bona. Mat. 9. 19.

Verbum æternum, & ideò non fuit Spiritus datus antequam ipſe abiret. Et ſi cognovimus, ſecundùm carnem (2. Cor. 5.) Chriſtum ſed nunc jam non novimus. Hæc pariter eſt Gloſſæ ſententia, dicentis: *Non quod poſitus in terra non poſſet dare,* (conſtat enim, quòd poſt reſurrectionem, *Inſufflavit in eos, dicens: Accipite Spiritum ſanctum*) *ſed quia illi non ſunt idonei accipere, niſi eum ſecundum carnem deſiſtant noſſe*; cujus rationem S. Thomas reddit, dicens: *Nam Spiritui ſancto, cùm ſit amor ſpiritualis, contrariatur amor carnalis.*

2. Cor. 5. 16. Gl. Iſſa. S. Thom. in Ioan.

33. S. Bernardus in ſermone quodam de Aſcenſione Domini, hanc inde elicit moralitatem: *Itane inviſa Paracleto præſentia Chriſti, aut contubernium Dominicæ carnis Spiritus ſanctus horrebat, quæ, ſicut Angelo prænuntiante, cognovimus, nec concipi quidem, niſi à ſuperveniente potuerit? Quid eſt ergo: Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet, niſi carnis præſentia veſtris ſubtrahatur aſpectibus, ſpiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit?* Hinc igitur conſideret unusquiſque, quàm ſint Spiritûs recipiendi incapaces illi, qui non ſacroſanctæ Chriſti humanitati, ſed lucris temporalibus, ſenſualibus, voluptatibus, aliisque ſimilibus appetitibus inordinatis tenaciter adhæreſcunt: *Qui huic ſterquilinio ſemper inhæret, qui carnem fovet, in carne ſeminat, carnem ſapit; quomodo audeat illam nihilominus conſolationem ſupernæ viſitationis, illam ſperare gratiam Spiritûs vehementis, quam, ut veritas ipſa teſtatur, ne cum ipſa quidem Verbi caro percipere ullatenus Apoſtoli potuerunt? Errat omnino, ſi quis cœleſtem illam dulcedinem huic tineri, divinum illud balſamum huic veneno, chariſmata illa Spiritûs miſceri poſſe hujuſmodi illecebris arbitratur.*

S. Bern. ſerm. 6. in Aſcen.

24. Idem quóque melliſluus Doctor in alio quodam ſermone, qui in ordine tertius eſt de Aſcenſione, eadem hæc verba ponderans, urgentiſſimum hoc adducit argumentum: *Si enim adhuc Apoſtoli carni Dominicæ inhærentes, quæ ſola ſancta, quia ſancti ſanctorum erat, Spiritu ſancto repleri nequiverunt, donec tolleretur ab eis: tu carnituæ, quæ ſordidiſſima eſt, & diverſarum ſpurcitiarum phantaſiis repleta, adſtrictus & conglutinatus, illum meraciſſimum ſpiritum te putas poſſe ſuſcipere, niſi carneis iſti conſolationibus funditus renuntiare tentaveris?* Spiritus ſanctus ab Eccleſia fons vivus ſolet appellari: *Fons vivus*; videmus autem quotidie, quòd, ſi aqua aliqua è terra ſcaturiens, in canalem quendam conſtringatur, & hoc modo conſtricta & coarctata, ſubtus terram deducatur, in tali caſu eadem aqua, quantum ſubtus terram deorſum deſcendit, tantundem poſtea contra inclinationem licet naturalem, in altum denuo exſurgat: at verò ſi pro pondere ſuo, quaqua verſum diſcurrere permittatur, in paludibus nonnunquam ſtagnans ſubſiſtat, ibidemque cum non modica ærîs jactura, & incolarum loci illius mortis periculo corrumpatur: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*; porro unusquisque noſtrûm, qui cor habet, ſimul etiam amorem habet; quòd ſi autem amor iſte in creaturas, in carnales delectationes in divitias, honores, vel alias ſimiles res terrenas feratur, in æternum nos deturbat præcipitium; at verò ſi amor iſte in amando creatorem & bona æterna uniatur & congregetur, *Fit in nobis fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Unde aureum eſt illud S. Gregorii monitum, dicentis: *Eſſe ſine delectatione anima nunquam poteſt; nam aut infimis delectatur, aut ſummis, & quantò majori ſtudio exercetur ad ſumma, tantò majori faſtidio torpeſcit ad infima.*

Rom. 5. 5. Ioan. 4. 14. S. Greg. l. 3. mor. c. 8.

25. Idem denique D. Bernardus ad id ſe reflectens, quòd ſcilicet ad recipiendum Spiritum ſanctum, opus fuerit, ut Apoſtoli corporali filii Dei præſentiâ adeo amabili, gratâ & acceptâ privarentur, hoc inde pro hominibus ſpirituali vitæ deditis, deducit documentum, & dicit: *Hoc eſt dicere, ſi non dederitis quod amatis, non habebitis quod deſideratis: Expedit vobis ut ego vadam, vos quoque de terra ad cœlum, de carne ad ſpiritum tranſlaturus.* Quisquis enim Spiritûs ſancti frui vult conſolationibus, huic neceſſium eſt, ut renuntiet omnibus carnis & mundi ſolatiis, & ideo ſæpedictus melliſluus Doctor S. Bern. eum qui continuò paſcitur glandibus, ad deguſtandum vitulum ſaginatum, aptum habere palatum nequaquam æſtimat. *Quomodo poteſt eſurire vel ſitire Chriſtum, plenus quotidie ſiliquis porcorum? Non potes bibere ſimul calicem Chriſti, & calicem dæmoniorum.*

S. Bern. ſer. 3. de Pentec. S. Bern. Epiſt. 2. ad Fulc.

Mit

Mittam eum ad vos.

Luc. *Burg.* *Alb. M.* 26. Porrò quonam modo hæc miſſio fiat, Lucas Burgenſis his verbis declarat: *Mitti ratione donorum, non naturæ; nec enim deſeret cœlum.* Albertus M. cauſam motivam exprimere volens, ob quam Chriſtus nobis miſerit Spiritum ſanctum, ſequentem adducit ſimilitudinem: *ſicut infanti aufertur mammilla matris, ut ad perfecta ſe extendat, & cibum in quo membra ſua roborentur, accipiat.* *Iſa. 28. 9.* *Iſaiæ 28. Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Pulſos à lacte, avulſos ab uberibus.*

Verſus 8.

Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de juſtitia, & de judicio.

Et cum venerit ille, arguet.

Hugo Card. 1. Quærit hoc loco Hugo Cardinalis, cur officium & munus iſtud non potius attribuatur Chriſto? Huic enim arguendi munus competere videtur. Primò, quia illi attribuitur ſapientia, *Sapientis autem proprium eſt arguere.* Secundò dicit idem Cardinalis: *Pater non judicat quenquam, ſed omne judicium dedit filio; Judicis autem eſt arguere.* Tertiò ei competit alium reprehendere vel arguere, cui competit munus Magiſtri; ſed hoc competit Chriſto, cujus munus eſt docere: *Vos vocatis me, Magiſter.* *Joan. 13. 13.* *Quartò, quia arguere videtur eſſe juſtitiæ ſeveritatis;* hæc autem Spiritui ſancto impropriè videtur convenire, utpote cujus fructus ſunt inter alios pax, patientia, benignitas, manſuetudo. Tandem omnes has difficultates reſolvit, & reſpondet: *Spiritus ſanctus dicitur arguere, ad innuendum, quòd pietate, miſericordiâ, benignitate debemus arguere.* *Iſaiæ 11. Egredietur virga de radice Jeſſe, id eſt, correctio de charitatis incendio.* *Exodi 32. Ponat vir gladium ſuum ſuper femur ſuum, &c. Occidat unuſquiſque, &c. id eſt arguat ex amore, ſicut argueret fratrem.* *2. Theſſal. 3. Nolite æſtimare ut inimicum, ſed corripite ut fratrem.* Alia verò ratio, quam adducit ex Gloſſa deſumpta, fuit; dicit enim: *Quia Spiritus ſanctus reddit nos tales, ut poſſimus arguere tria enim impediunt, ne aliquis habeat auctoritatem arguendi alium: immunditia, ignorantia, & timor; hæc amovet Spiritus ſanctus, quia purgat, illuminat &, corroborat.* Citatque authoritatem S. Gregorii, dicentis: *Superjectas ſordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent.* *Eccl. 34.* *Ab immundo quid mundabitur?* *Eccl. 34. 4.*

2. S. Auguſtinus hoc loco quærit, an Chriſtus aliquando mundum reprehenderit, an verò id ſolùm fecerit Spiritus ſanctus? *Nunquid autem Chriſtus non arguit mundum? An forte quia Chriſtus in Judæorum tantùm gente locutus eſt, mundum non videtur arguiſſe? Spiritus autem ſanctus in diſcipulis ejus toto orbe diffuſis non unam gentem intelligitur arguiſſe ſed mundum.* *S. Aug. in Cat.*

3. Hugo Cardinalis ait: *Item Spiritus ſanctus dicitur arguere, quia ille maximè te redarguit, in quo eſt gratia Spiritus ſancti,* citatque S. Gregorium, qui hanc expoſitionem ſequenti ſententia confirmat, dicens: *Quantò quis majoris gratiæ lumen recipit, tantò reprehenſibilem ſe eſſe cognoſcit, ſicut pulvis apparet in radio Solis, qui non apparet in umbra.* Unde S. Franciſcus ſe maximum totius mundi peccatorem eſſe cenſebat. S. Philippus Nerius ad Deum converſus, dicere nonnunquam ſolebat: *Ne nimium mihi, o Domine, confidas, quia fortè te traditurus eſſem;* item aliàs aliquando dicebat. *Nondum quidquam boni facere cœpi.* *Hugo Card.*

4. *Item,* inquit idem Cardinalis: *Spiritus ſanctus, cui attribuitur benignitas & amor, dicitur arguere, ad ſignificandum, quòd magnæ miſericordiæ & amoris eſt, quando Deus arguit nos, & corripit.* *Hebr. 12.* *Flagellat autem omnem filium, quem recipit.* *Hebr. 12. 6.*

5. Janſenius ad verbum hoc, *arguet,* melius intelligendum, diſtinctionem quandam adhibet, dicens: *Sciendum, verbum, arguet, dupliciter poſſe hic accipi, videlicet aut pro corripere, confutare, & arguere, quod ferè verbum illud apud nos ſignificat; aut pro certis argumentis demonſtrare & convincere; & quidem ſi priori modo accipiatur, tunc in ablativis peccato, juſtitiâ, & judicio, ſubaudienda ſunt adjectiva diverſa hoc* *Janſen. cap. 135.*

modo: arguet mundum de peccato admiſſo, & de juſtitia ſpreta vel neglecta, & de judicio item ſpreto & neglecto.

Lucas Burg. 6. Lucas Burgenſis ly *arguet*, ita interpretatur, ut idem ſignificet, quod *convincet, alios vero permanentes per vicaces; convincet enim, ſed non gaudebit, torquebit tamen conſcientiæ flagellis.*

7. Quæri etiam hoc loco haud incongruè poterit, qua ratione idem Spiritus, qui Paracletus, id eſt, conſolator denominatur: *Conſolator optime, dulcis hoſpes animæ, dulce refrigerium*, eodem quoque tempore dicatur arguere; ſed reſpondetur, reprehenſionem illam ad hanc conſolationem ordinari, ſiquidem culpam ab anima noſtra propulſando eidem gratiam ſuam inſerit; hæc autem eſt, quæ conſolationem nobis communicat & refrigerium.

Mundum.

S. Aug. in Cat. 8. S. Auguſtinus ait: Quis audeat dicere, quòd per diſcipulos Chriſti arguat mundum Spiritus ſanctus, & non arguat Chriſtus, cum clamet Apoſtolus: An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus? Quos itaque arguit Spiritus ſanctus, utique & Chriſtus; ſed dixit ille: Arguet mundum, quaſi dicat: Ille diffundet in cordibus veſtris charitatem, ſic enim timore depulſo arguendi habebitis libertatem.

S. Cyrill Alexan 9. S. Cyrillus Alexandrinus dicit, quòd Spiritus ſanctus animas electas, id eſt, Dei honorem & gloriam zelantes occupando, mundanos ſit reprehenſurus: *Tunc certè, tunc mundum, hoc eſt imperitos & infideles adhuc, & voluptatum ſtadiis affixos ipsâre arguet, condemnabitque ut peccatis obnoxios, ſuiſque vitiis immoraturos; mundi quippe appellatio ſignificat etiam eum, qui in voluptatibus perpetuò volutatur, & ab impuritate diabolica non recedit.*

Hugo Card. Hugo Cardinalis ait: *Arguet ergo mundum id eſt, facit hominem arguere in ſe, quod mundi eſt.*

Tolet. 10. Toletus Mundi nomine Judaiſmum, omneſque alios Deo infideles populos intelligit: *Mundum, id eſt, Judæos & Gentes, fidem Chriſti non habentes.* Lucas Burgenſis ait: *Omnis generis homines per mundum ſparſos replevit ille orbem terrarii, cùm ego ſolummodo in una mundi parte hominum ſaluti ſervierim.*

Luc. Burg.

De peccato.

11. Toletus Redemptorem noſtrum hoc verbo docere voluiſſe exiſtimat, quòd Spiritus ſanctus reprehenſurus ſit omnes illos, qui ſe ſive per legem naturæ, ſive per Moſaicam ſalvandos eſſe credebant: *Arguet, opinantes ſe non eſſe in peccato. nec indigere juſtitiâ Chriſti, ſed ſuam, quæ per legem Moyſi, aut per opera, quæ ſecundùm legem naturalem fiunt, ſibi ſufficere; exiſtimantes etiam, ſe ſuâ poteſtate diaboli non detineri, ſed liberos eſſe.* *Tolet.*

12. Albertus Magnus notat, quòd infidelitas per antonomaſiam peccatum dicatur: *Eſt enim hoc peccatum*, inquit, *quòd antonomaſticè eſt peccatum infidelitatis. Jerem. 2. Arguet te malitiâ tuâ, & averſio tua increpabit te; & vide quia malum & amarum eſt te dereliquiſſe Dominum Deum tuum.* Et quidem hujuſce infidelitatis malitiam, factæ per eum divinitatis ſuæ demonſtrationes notabiliter aggravant. *Excuſationem de peccato infidelitatis eorum habere non poſſunt;* quot enim ad divinitatem ſuam comprobandam miracula patraverat? quot figuræ & prophetiæ de ea verificatæ fuerant? unde illum Joannis cap. 9. textum adducit: *Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum; nunc autem quia dicitis, videmus, peccatum veſtrum manet.* Theophylactus eodem ſenſu verba illa exponit, dum ait: *Arguet mundum, id eſt, oſtendet eos peccatores, qui non credunt*; qui idem verba illa non ſolum de Judaiſmo, ſed de omnibus aliis terræ populis interpretatur: *Quando enim viderint per manus diſcipulorum, in ſpiritu egregia ſigna & miracula fieri, & neque ſic credent, quomodo non condemnatione digni, & peccato maximo obnoxii?* Fatendum quidem eſt, quòd dicere poſſint, (ita in perſona Chriſti loquitur) me, tametſi miracula patrantem fabri tamen & pauperis cujusdam mulieris filium eſſe: *Tunc autem incredulitas omni carebit excuſatione, Spiritu in nomine meo talia perficiente.* Chryſoſtomus ait: *Arguet & oſtendet eos ſine venia peccâſſe, non credentes in me, dum videbunt, Spiritus ſancti in donationem ineffabilem, invocato me, fieri.* *Alb. M.* *Joan. 9. 41.* *Jerem. 2. 19.* *Theoph.* *Chryſ. hom. 77. in Joan.*

13. S. Tho-

S. Thom. in Ioan. 13. S. Thomas ait: *De peccato quod comiserunt; annuntia populo meo scelera eorum*, hoc namq; fine Spiritus sanctus verbi Dei ministris & prædicatoribus Apostolicis præcipuè infunditur, & linguas eorum eloquentes efficit, ut reprehendant vitia, exaggerent peccati malitiam, illudq; pro viribus eradicare conentur; non verò ut laudem & applausum popularem sibi comparandum, memoriæ ingenii atque doctrinæ ostentationem faciant.

Et de justitia.

S. Thom. hic. Interl. Alcuin. 14. S. Thomas dicit: *De justitia, quam neglexerunt, justitiam non fecerunt.* Interlinearis ait: *De justitia, quam non imitantur.* Alcuinus verò dicit: *Arguet de justitia credentium, quia exemplum eorum sequi noluerunt.*

Alb. M. 15. Albertus Magnus verbum istud ad Christi refert exemplaritatem & profectionem: *De justitia, quam ego quidem feci, sed ipsi eam negaverunt.* *Rom. 10. 4.* *Rom. 10. Finis legis Christus ad justitiam omni credenti; &* *Ibid. v. 3.* *ibidem: Ignorantes Dei justitiam, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei non se subjecerunt.*

V. Beda. 10. Venerabilis Beda cavendum nobis esse monet, ne persuadeamus, quòd Spiritus sanctus nobis nostram improperaturus sit bonitatem & perfectionem: *Arguendum quisquam putabit & justum, propterea quia justus est? Absit; nam etsi aliquando justus arguitur, ideo recte arguitur, quia sicut scriptum est:* *Eccl. 7. v. 21.* *Non est justus in terra, qui faciat bonum, & non peccet; quocirca etiam cùm justus arguitur de peccato, arguitur non de justitia, quoniam & in illo, quod egimus, divinitus dictum:* *Eccl. 7. v. 17.* *Noli effici justus multùm, non est notata justitia sapientis, sed superbia præsumentis.* Valde considerabilia sunt illa S. Bernardi verba, qui in sermone quo- *S. Bern. serm. 21. in Para.* dam hunc adducens textum evangelicum: *Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quod dissimulat, de justitia, quam non ordinat, dum sibi, non Deo eam dat; de judicio quod usurpat, dum tam de se, quàm de aliis temerè judicat.*

Tolet. 17. Toletus dicit, quòd in ipso, quo mundus de incredulitatis suæ peccato redarguetur, simul etiam clarè convincendus sit, quòd per nullam aliam legem, quàm per Evangelicam salvari poterit: *Convincetur de vera justitia Christi, id est, neminem justum esse posse verâ justitiâ, quæ apud Deum justum facit, nisi per fidem Christi; hic enim est, qui morte suâ nobis justitiam comparavit, ad Roman. 3. Justitia Dei per* *Rom. 3 22.* *fidem IESU Christi in omnes & super omnes* *Ps. 96. 2.* *qui credunt in eum. Ps. 96. Revelavit in conspectu gentium justitiam suam.*

De judicio.

18. Interlinearis exponit: *De judicio, quod non timet.* S. Thomas ait: *Quod contempserunt.* Hugo Cardinalis dicit: *Peccatum fellit, justitiam omisit, ergo judicium damnationis incurrit.* *Interl. S. Thom. Hugo Card.*

19. Toletus Christum dicere voluisse censet, quòd Spiritus sanctus Christum esse supremum judicem, mundo sit manifestaturus: *Mundum de judicio convincere & redarguere nihil aliud est, quàm mundo ostendere & declarare, Christum esse judicem omnium vivorum & mortuorum, omnesque ab ipso in carne judicandos.* *Tolet.*

Versus 9.

De peccato quidem quia non crediderunt in me.

1. Rupertus Abbas Tuitiensis peccati nomine hoc loco transgressionem & inobedientiam primorum parentum intelligit, à quo quævis alia inordinatio originem suam habuit: *Omnis injustitia vel inobedientia veteris hominis.* *Rup. Ab.*

2. S. Augustinus infidelitatem intelligit: *Filios autem diaboli infidelitas facit, quod peccatum propriè vocatur, quasi solùm sit, si non exprimatur quale peccatum sit;* dæque exemplum in sancto Paulo, qui per antonomasiam vocatur Apostolus, ipseque solus hoc nomine & titulo intelligitur, nisi aliquid aliud in particulari addatur, aut specificetur. *S. Aug. l. 3. cont. duas Epist. Pelag. c. 3.*

3. Hugo Cardinalis aliquot motiva adducit, ob quæ peccatum reprehensibile existit: *Primò, propter rupturam fœderis in baptismo: Feriam vobiscum pactum sempiternum, quod nunquam debemus frangere; Secundò, propter inobedientiam, & contemptū in peccato; Tertiò, propter ingratitudinem;* *Hugo Card. Gen. 55. 3.*

Quartò, de vilitate peccati; Quintò, de immiſericordia ſui, quia per quodlibet peccatum interficit animam propriam; Sextò, arguit de contriſtatione Spiritus ſancti. Ad Epheſ. 4. Nolite contriſtare Spiritum ſanctum.

Eph. 4. 30.

Verſus 10.

De juſtitia vero, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me.

Alb. M. 1. Albertus M. ait: *De juſtitia, quam exhibet, & quam illi ſemper calumniati ſunt, dicentes: me Patri eſſe contrarium, arguet Spiritus ſanctus, quia ad Patrem vado;* ex eo enim, quòd in cœlos aſcenderit, dexteræque Patris aſſideat, ſatis conſtabit, quòd in cunctis operibus ſuis æterno Patri ſuo conformis per omnia fuerit.

Rup. Ab. 2. Rupertus Abbas ait: *Per juſtitiam, quam ſic deſignavit, dicens: Quia ad Patrem vado, omnis juſtitia vel obedientia novi hominis intelligenda eſt; de quibus utique, ſcilicet peccato & juſtitia mundum Spiritus ſanctus in eo redarguit, quia per prædicatores ſuos urgere non deſinit, ut exuant veterem hominem, & induant novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate veritatis.*

Theoph. 3. Theophylactus Chriſtum dicere voluiſſe opinatur, quòd Spiritus ſanctus eo ipſo, quo poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem, innocentiæ & ſanctitatis ejus perhibiturus eſt teſtimonium, ſimul etiam illatæ ipſi mortis declaraturus ſit injuſtitiam.

Chryſ. homi. 77. in Ioan. Hanc quoque rationem S. Chryſoſtomus adducit, dicens: *Ire ad Patrem erit argumentum, quòd irreprehenſibilem agebam vitam, ut non poſſint adhuc dicere, quia hic homo peccator eſt, & non eſt ex Deo.*

Dio. Cart. 4. Dionyſius Carthuſianus ideo illos reprehendendos eſſe dicit, quia ipſo ad Patrem aſcendente, illi bona opera omittebant, cum tamen eum jam in cœlo glorificatum potius magis venerari debuiſſent: *De juſtitia omiſſa ab eis arguit eos, quia ad Patrem vado, propter quod mihi glorificato, & ſuper omnes cœlos exaltato magis quàm antè obedire debuerant, cum vidiſſent atque audiſſent ſufficientia fidei argumenta.*

Hugo Card. 5. Hugo Cardinalis duas præcipuè cauſas obſervat, ob quas mundus eò quòd chriſtiana opera facere neglexerit, hanc reprehenſionem promeritus fuerit. *Prima eſt propter exemplum, quia ad Patrem vado per paſſionem & crucem, viam faciens ad glorificationem. Secunda eſt propter præmium, ad quod ivit per juſtitiam.*

S. Aug. ſer. 61. de verb. Dom. 6. S. Auguſtinus in quodam ſermone ſuo ſuper hæc verba hunc ferè in modum diſcurrit: *Cum in eo voluit nominare juſtitiam, quin ad Patrem vadit? num non juſtitia eſt etiam quod huc venit à Patre: juſtitia verò, quòd ad Patrem vadit? An quia miſericordia eſt quòd venit, ideo juſtitia eſt quòd vadit? ut & in nobis diſcamus impleri poſſe juſtitiam, ſi pigri non fuerimus prærogare miſericordiam, non quæ noſtra ſunt, quærentes, ſed quæ aliorum.*

Job. 31. 18. Prov. 3. v. 17. 7. In ſenſu morali Hugo verba illa ſic exponit: *De juſtitia, quam non fecerunt, vel omiſerunt, quod fit in præſenti, quando illuminatus aliquis per gratiam, arguit in ſe, quæ non fecit opera juſtitiæ: vel juſtitiam vocat opus cujuslibet virtutis generaliter; arguit ergo de juſtitia, quam non fecerunt per ſex cauſas. Primò, quia opera juſtitiæ conſona ſunt naturæ. Job. 31. Ab infantia crevit mecum miſeratio. Secundò, quia facilis eſt juſtitia Prov. 3. Væ ejus, væ pulchræ, &c. In mari rubro via ſine impedimento. Tertio, quia dulcedine reſperſa eſt juſtitia, & iniquitas amaritudine. Quartò, quia ad facienda opera juſtitiæ plures & fortiores coadjutores habemus, quàm ad faciendum malum. 4. Regum 6. Noli timere; plures enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis. Quintò, quia multis & manifeſtiſſimis Sanctorum exemplis manifeſtata eſt nobis juſtitia. Sextò, quia juſtitia fructuoſa eſt.*

4. Reg. 6. v. 16.

Verſus 11.

De judicio autem, quia Princeps hujus mundi jam judicatus eſt.

Janſen. 1. Janſenius intelligentiam horum verborum Chriſti à verſu octavo uſq; ad verſum undecimum intellectu & explicatu difficilem eſſe dicit: *Obſcurus admodum eſt hic locus, quod dicitur de tribus Spiritum redarguturum mundum, ita ut propter obſcuritatem ipſius, variè admodum à diverſis tractetur interpretibus.*

bus, & vix quisquam satisfacit studioso lectori.

Toletus. 2. Toletus per hoc Principis tenebrarum judicium, non intelligit illud, in quo ob suam arrogantiam & superbiam, ad ignes condemnatus fuit, sed aliud, illud mirum, per quod tyrannide & dominio privatus fuit, quo sibi universum quasi mundum per idololatriam subjecerat.

Theoph. Theophylactus aliud quoddam motivum adducit, dum ait: *Hoc est, etiam per hoc me justum, & à peccato immunem iterum ostendet me Spiritus, eo quòd rector mundi à me judicatus est & victus.* Judæi quippe ipsum calumniati fuerant, dicendo. *Dæmonium habes: In Belzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia*; dicere igitur hic Christus voluit, hoc totum falsum esse apparebit, dum dæmonem à me victum & debellatum esse videbunt. Eandem quoque expositionem Albertus Magnus his verbis adducit: *De judicio, quo me judicaverunt, injustè condemnantes*; idque evidenter probat, dicens: *Quia propter meum judicium, quo injustè ab eis condemnatus sum, princeps hujus mundi diabolus, qui in me extendit manus, cùm in me nihil juris haberet, jam judicatus est*; adducitque verba illa Joan. 1. v. 31. *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras*; & ideò declarat, quòd arguere hoc loco idem sit, quod manifestare, juxta id quod habetur ad Ephes. cap. 5. *Quæ arguuntur, à lumine manifestantur; & quia Spiritus hoc per Apostolos manifestat, tunc arguere dicitur, manifestat enim peccatum mundi, justitiam Christi, tantùm esse judicium diaboli.*

Alb. M. *Joan. 12* *Ephes. 5. 13*

S. Aug. in lib. quæst. vet. & novi testam. qu. 89. 3. S. Augustinus ait: *Videntes animas de inferis ire in cœlos, agnoverunt ad judicatum esse principem hujus mundi, & reum factum in causa Salvatoris, cùm, quæ tenebat, jure amitteret. Hæc quidem ascendente Salvatore visa sunt, sed superveniente in discipulos Spiritu sancto, palam aperteque manifestata sunt; vera enim correptio tunc fuit, quando post passionem resurrectionemque, ad testimonium Salvatoris, publicè à perfidis videbantur resurgentes mortui, claudi currentes, leprosi mundati, paralytici confirmati, cæci aspicere, surdi audire, muti eloqui. Hoc modo Spiritus sanctus arguit mundum, quia in nomine Salvatoris, qui reprobatus est à mundo, omnium curationum virtutes operatus est.*

4. Lucas Burgensis clarum & evidens devicti & prostrati Luciferi signum tradit, dum in persona Christi loquens, dicit: *In nomine meo vel solo signo crucis meæ, passim ubique ejicietur idolis, simulachris & templis expelletur hominum corporibus ac moribus, idque evidenter ac palam toto observante orbe terrarum.* Unde ad Colossenses dicitur: *Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ.* *Lucas Burg.* *Coloss. 1. 13.*

5. S. Thomas per mundum, homines mundanos intelligit, quorum dæmon caput est & dominus, *non creatione sed suggestione & imitatione. Job. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ*; hic ergo princeps *jam judicatus est, expulsus foras.* Qui idem Angelicus Doctor Christum hoc dicere asserit, ut omnem illis excusandi rationem præscindat, qui vehementiam & violentiam tentationis allegando se defendunt & excusant: *Quasi dicat: Excusari non possunt, quia expulsus est diabolus per gratiam & fidem Christi, & Spiritum sanctum à cordibus fidelium ita ut non tentet interius sicut antè, sed solum exterius per exercitationem permissus, & ideo resistere possunt ei, qui volunt adhærere Christo, de hoc ergo judicio mundus arguitur, quia à diabolo vincitur, resistere nolens; arguitur etiam mundus de judicio, quia sciens mundi hujus principem condemnatum esse, non evadet etiam ipse hoc judicium, sed cum suo principe judicatur, quoniam superbum atque impium imitatur.* *S. Th. in Joan. Iob. 41. 25.*

6. Dionysius Carthusianus de illo judicio exponit, ad quod omnes animæ præsentari debebunt; in hoc enim Spiritus sanctus homini, quòd illud neutiquam timuerit efficaciter exprobrabit: *De judicio divino, quod non timuerunt.* Et quidem quemnam omnis vitii, omnisque offensæ Dei causam esse existimatis? *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore*; sed unde id factum est? *Auferentur judicia tua à facie ejus.* S. Augustinus ait: *Puto, quod magna sit peccati pœna, metum ac memoriam perdidisse futuri judicii.* Hugo Cardinalis hæc Evangelii verba interpretans dicit: *Quod non timuerunt, & tamen timere debuerunt. Proponit causam timendi judicium, quia diabolo, qui erat pretiosissima creatura, non pepercit.* *Dion. Carth.* *Ps. 10. 5.* *Isa. 47. 5.* *S. Aug. serm. 25. de Temp.* *Hugo Card. in Ioan.*

7. Lucas Burg. quatuor illorum antecedentium versuum sensum in paucis hisce verbis *Lucas Burg.*

verbis reſtringit: *Summa eſt, quod Spiritus ſanctus convincet mundum, quod peccati ſit ſervus, juſtitiâ vacuus, & æternâ damnatione dignus, eò quòd non credat in Redemptorem, quin potiùs ſpreto eo, juſtitiæ doctore & auctore, adhæreat diabolo, hoſti à Deo damnato ac proſcripto.*

Verſus 12.

Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.

Multa habeo vobis dicere.

1. Equidem quidnam diſcipulis ſuis dicendum habuerit, certò quidem ſcire non poſſumus; veruntamen certum eſt, quòd in quadraginta illis diebus, quibus poſt ſuam reſurrectionem inter eos fuit commoratus, ipſis ſæpenumerò apparuerit, eosque de multis myſteriis, quæ antea ipſis non revelaverat, inſtruxerit: *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.* Lucas Burgenſis ait: *Quæ reſtabant Chriſto dicenda, videntur fuiſſe myſteria de partu virgineo, de deſcenſu ad inferos, de antiquanda lege, de vocatione gentium, de modo regendi Eccleſiam.*

Act. Ap. 2. v. 3. Lucas Burg.

Sed non poteſtis portare modo.

2. Quænam illa intelligentiam & capacitatem illorum ſuperexcedentia myſteria fuerint, Sanct. Thomas hiſce verbis declarat: *Fuerunt nimirum plena cognitio divinorum, quam non habebant tunc, putà æqualitatem Filii ad Patrem, & hujuſmodi. Item ſpiritualis intellectus omnium Scripturarum, quem tunc non habebant, ſed quando aperuit illis ſenſum, ut intelligerent: item paſſiones ac pericula, quæ paſſuri erant, quæ tunc portare non poterant, quia animi eorum imbecilles erant.* Dionyſius Carthuſianus cauſam hujus incapacitatis, exceſſivæ illorum triſtitiæ adſcribit: *Non poteſtis capere intelligere, retinere modo, quia inquieti, triſtes, & pavidi eſtis.*

S. Thom. in Ioan. Dionyſ. Carth.

3. S. Bonaventura ait: *Nondum erant idonei mori pro Chriſto*, prout experientia in S. Petro ſufficienter edocuit: *Loquitur ergo quòd non poterant portare pœnam mortis & martyrii pro Chriſto.*

S. Bona.

4. Lyranus hiſce verbis Spiritûs ſancti, reſpectu Apoſtolorum, veritatem & efficaciam demonſtrari obſervat: *Quæ conſiſtit in illuſtratione ipſorum de profundis & altiſſimis fideiſecretis, non poteſtis portare propter veſtram imperfectionem, & eorum arduitatem.*

Lyran. Eccl. 32. v. 6.

5. Sapientiſſimus Magiſter Chriſtus hiſce verbis quoque diſcretionem docet, quæ nobis neceſſaria eſt in erudiendis & docendis aliis: *Ubi non eſt auditus, non effundas ſermonem.* Conſiderabilia porro ſunt verba illa Macrobii, quæ in Saturnalibus tradit, ad inſtructionem illorum, quibus ex officio alios inſtruere incumbit: *Nil tam cognatum ſapientiæ, quàm locis & temporibus aptare ſermones, perſonarum, quæ aderunt, æſtimatione in medium vocatâ;* quod monitum parum curatur ab iis, qui verbum Dei nonnunquam per doctrinas theologicas & ſcholaſticas adeò ſublimes, & cum tali Rhetoricorum colorum ornamento ſubminiſtrant, ut auſcultatores illorum, ejuſcemodi dictionis incapaces, parum vel nihil inde proficiant.

Verſus 13.

Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis.

Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebo vos omnem veritatem.

1. Eccleſia in Feria quarta Pentecoſtes, loco primæ Collectæ hanc orationem ad Miſſam communiter legit: *Mentes noſtras quæſumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet, & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit Filius, veritatem.*

2. Albertus Magnus optimè nos monet ne videlicet omni veritati ediſcendæ intenti ſimus, ſed ſolùm illi, quam æternæ ſaluti noſtræ expedientem eſſe noverimus: *Omnem veritatem, ſaluti videlicet neceſſariam, quia alia veritas potiùs eſt vanitas, ſed in ſcientia, quæ ſecundum pietatem eſt, ſolida & ſimplex invenitur veritas.*

Alb. M.

3. Cajetan. pariter de fidei noſtræ veritate interpretatur: *Eccè fructus, quamvis ego multa taceam vobis dicenda, ille tamē ducet*

Caiet.

vos,

vos, non ſolùm in veritatem illorum multorum, quæ taceo, ſed etiam in omnem veritatem, intellige Chriſtianæ fidei.

Alcuin. 4. Alcuinus verba hæc non ſolùm de veritatum chriſtianarum intelligentia, ſed etiam earundem amorem exponit quem Spiritus ſanctus illis ſuggeret, ne in errorem aliquem, puritati fidei Catholicæ contrarium, incidat: *Quaſi diceret: Diffundet in cordibus veſtris charitatem, quæ vos omnem veritatem faciet amare, cujus magiſterio intùs edocti, proficiatis de virtute in virtutem.* Lyranus ita explicat ly *omnem veritatem, id eſt, neceſſariam ad ſalutem, non ſolùm pro perſonis veſtris, ſed etiam ad regimen Eccleſiæ, & fidelem inſtructionem.* Aureum profectò monitum eſt ab eo, qui in cœli empyrei academia edoctus, in reconditiſſima divinorum ſecretorum penetralia introductus fuit, (quia *audivit arcana verba*) nobis traditum, hic enim tametſi gentium Doctor eſſet, hoc tamen Romanis poſt ſe ſcriptum reliquit monumentum: *Dico per gratiam, quæ data eſt mihi, omnibus, qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem*; notandum quoque eſt, quòd non dixerit: *Docebit vos omnem ſcientiam, ſed omnem veritatem*, quia uti idem Apoſtolus alibi teſtatur: *Scientia inflat.*

2. Cor. 12. 4.

1. Cor. 8. 1

Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur.

Lyran. 5. Lyranus Chriſtum hoc Apoſtolis ſuis dixiſſe notat, ne ſibi Spiritum ſanctum ipſo ſuperiorem eſſe perſuaderent: *Eò quòd debebat docere eos de majoribus, ideo hunc errorem removet, dicens: Non enim loquetur à ſemetipſo, quia ſicut non eſt à ſe, ſed à Patre & Filio, ita nec à ſe loquitur, ſed quæcunq; audiet, quia ſuum audire, eſt ab eis procedere.* Unde S. Auguſtinus dicit: *Audire illius ſcire eſt, idem eſt & eſſe. A quo ergo illi eſt eſſentia, ab illo audientia, id eſt, ſcientia, quæ non eſt aliud, quàm eſſentia.* Albertus Magnus pariformiter hæc verba de eſſentiæ identitate declarat: *Audiet, videlicet per unitatem ſubſtantiæ, & proprietatem ſcientiæ, non loquitur à ſemetipſo, quia non eſt à ſemetipſo, ab ipſo audiet Spiritus ſanctus, à quo procedit; ab illo audientia, quod nihil aliud eſt, quàm ſcientia.*

S. Aug. in gloſſ.

6. Theophylactus de uniformitate dogmatum exponit, quia docturus eſſe dicitur conformiter ad ea, quæ Chriſtus prædicaverat: *Cùm enim dicit, quæcunque audierit, hoc ſignat, quod nihil docturus ſit extra ea, quæ Chriſtus docuit*, ad eundem modum, quo Filius pariter proteſtatus fuit, dicens: *Quæcunque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* *Theoph.* *Joan. 15. 15.*

7. Hugo Cardinalis ait: *Non loquetur à ſemetipſo, id eſt, non finget doctrinam novam, meæ ſcilicet contrariam, id eſt, certæ & veræ loquetur.* Unde idem Doctor ex hiſce verbis documentū quoddam deducit pro illis, qui nimium de ſcientia ſua præſumunt: *In quæ arguitur præſumptio illorum, qui nolunt audire, ſed jactant ſe de propria inventione.* *Hugo Card.*

Et quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis.

8. Alcuinus ait: *Cùm gaudia nobis patriæ cœleſtis ad memoriam reducit, cùm feſta illa ſuperna civitatis per donum nobis ſuæ aſpirationis innotuit, ventura nobis annuntiat, cùm nos à dilectione præſentium abſtrahentes, promiſſum in cœlis regnum noſtris cordibus deſiderii inflammat.* *Alcuin.*

9. Cajetanus verba hæc in ordine ad donum prophetiæ interpretatur, quod illis eſt communicaturus; quaſi diceret: *Non ſolùm vos Doctores reddet, ſed etiam Prophetas conſtituet.* *Cajet.*

10. Rupertus Abbas eandem habet conſiderationem, dum ait: *Ut non ſolùm Prophetarum docti auditores, ſed etiam futurorum ipſi cognitores, & Prophetis ſitis compares.* *Rup. Ab.*

11. Albertus Magnus exponit de bonis alterius vitæ, quorum Spiritus ſanctus illis cognitionem perfectam, & ardentiſſimum amorem infuſurus erat: *Non ſolùm futura in tempore, ſed magis æterna, ad quorum amorem inflammat, annuntiabit vobis intùs inflammando.* Per hoc æternæ beatitudinis deſiderium & notitiam, martyria intrepidi adibant, gaudebantq; & exultabant, dum illis crudeliſſimorum ſuppliciorū adeunda erat carnificina. Unde Tertullianus de ſanctis Martyribus ita ſcribit: *Nihil cruciantur in nervo, dum animus eſt in cœlo*; & ideo de ſancto Protomartyre Eccleſia ſancta canit: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt*, non quòd apes in iis mellis favum conſtruxiſſent, (*de petra* *Alb. M.* *Tertull. lib. ad Martyr. c. 2.* *Pſ. 80. 17*

petra melle ſaturavit eos) nec quòd ad lapidum duritiem inſenſibilis extiterit, ſed ut
S. Ambr. ſpiſt. 30. ſanctus Ambroſius ſcribit: *Infima iſta, ac ſeipſum Stephanus deſpiciebat, ita ut etiam propterea lapidum non ſentiret ictus, non conſideraret corporis vulnera.* At verò, inquies, quodnam erat hujus inſenſibilitatis motivum? *Oculus Chriſto affixus, & illi adhærens:*
Act. Ap. 7. 55. *Ecce video cœlos apertos, & Jeſum ſtantem à dextris virtutis Dei.* Cùm ex ſeptem filiorum Machabæorum poſtremus à duobus crudeliſſimis infeſtaretur perſecutoribus, crudelitate videlicet, & blandimentorum
2. Mach. 7. v. 24. lenocinio; ſiquidem Antiochus *affirmabat ſe divitem & beatum facturum, & amicum habiturum*; mater econtrà, ut conſtantiam illi ſuggereret, quid fecit? quid dixit? *Peto*
Ib. v. 28. & 29. *nate, ut aſpicias ad cœlũ & terram, & ita fiet ut non timeas carnificem iſtum*; quaſi dicere vellet: quòd ſi oculos tuos in terram defixeris, id eſt, conſideraveris, quam modicum ſit quod hic in terris deſeris, imò à quot ærumnis & miſeriis libereris: alia verò ex parte iiſdem oculis cœlum contemplatus fueris, nulla tibi inferri poterunt, quantumvis atrociſſima ſupplicia, quæ non libenter ſubeas & patiaris. Hanc autem à bonis terrenis omnimodam alienationem, & bonorum cœleſtium ardentiſſimum deſiderium Spiritus ſanctus Apoſtolis, cunctiſque aliis fidelibus, qui ſpiritum Apoſtolicum hæreditaturi erant, infundere, eoſque ad omnia adverſa fortiter ſuſtinenda animare
Chryſ. hom. 74. in Joan. debebat; Unde Chryſoſtomus de Apoſtolis ſcribit, eos ante Spiritûs ſancti adventum adeò fuiſſe pavidos & meticuloſos, ut ad primum armatæ turbæ aſpectum fugâ ſe ſubduxerint, imò ipſemet Petrus ad vilis ancillulæ interrogationem, Magiſtrum ſuum pluries negârit. *Qui prius timebant ac formidabant, poſt Spiritûs ſancti acceptionem in medium proſiliêrunt; hi ferrum, ignem, beſtias, pelagus, & ad omnem calamitatem ſe intrepidi expoſuerunt, ex luteis ferreos, & in cœlum erigens nullo humano affectui ſubjectos* B. Petrus Damianus pro evidenti ſigno,
B. Petr. Dam. ſer. de Spir. S. unde quis agnoſcere poſſit Spiritum ſanctum in anima operantem, poſuit deſiderium bonorum æternorum, alienum à bonis terrenis animum, & conſtantem in divino ſervitio fervorem: *Spiritus, qui ex Deo eſt, quas replet mentes, ad cœleſtia provocat, & expulſo torporis & negligentiæ frigore ad amorem divinum inflammat.*

Verſus 14.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Ille me clarificabit.

1. Lyranus efficaciam Spiritûs ſancti in ordine ad Chriſtum conſiderat, dicens: *Quæ fuit declaratio ipſius divinitatis, quæ manifeſta facta eſt per Spiritum ſanctum, Apoſtolis datum.* *Lyran.*

2. Chryſoſtomus ait: *Ille me clarificabit; quomodo? In nomine meo virtutem dabit; cùm enim adveniente Spiritu majora ſigna erant, oſtenſuri, ideo iterum æqualitatem indicat, inquiens: Ille me clarificabit; & quomodo? omnem veritatem dicet, etenim hoc ipſum teſtificatur, quod docebit veritatem.* *Chryſ. ho. 77. in Joan.*

3. Alcuinus ly *clarificabit*, de miraculis exponit, quæ Apoſtoli & diſcipuli, in omnes mundi partes diſperſi, in virtute hujus Spiritûs patraturi erant, propter quæ nationes & omnes populi Chriſti fidem amplecti & profiteri debebant: *Tot & tanta miracula in nomine Chriſti, fecerunt, quibus orbem totum ad fidem Chriſti converterent, tot ac tanta pro Chriſti nomine paſſionum certamina pertulerunt.* *Alcuin.*

4. *Non quidem in me*, inquit Albertus, *in quo clarificari ſecundùm deitatem non poſſum. ſed in vobis, quia me clarum oſtendet vobis. Act. Apoſt. 3. Deus glorificavit filium ſuum Jeſum.* *Alb. M.* *Act. Apoſt. 3. 13.*

5. Alcuinus ait: *Spiritus clarificavit Chriſtum, quia per eum tanta charitas in cordibus diſcipulorum accenſa eſt, ut abjecto timore carnali, effectum reſurrectionis ejus conſtanter prædicarent, qui paulò antè tempore paſſionis pavidi fugerant: Clarificat, dum charitatem in cordibus noſtris diffundit, & æternæ patriæ amorem inſpirat.* *Alcuin.*

Quia de meo accipiet.

6. Chryſoſtomus dicit, Chriſtum hiſce verbis inſinuare velle, quòd Spiritus ſanctus nulla in re ab illo diſcors erit. *Hoc eſt, in nullo à* *Chryſ. ho. 77. in Joan.*

lo à me dissentiet. Maldonatus ait: *De meo accipiet, id est, meo nomine veniet, nec aliam, quam meam doctrinam, quasi legatus meus vobis exponet.* Theophylactus hanc habet observationem, quòd videlicet Apostoli Magistrum suum jam antea dicentem audierint: *Unus vester est Magister Christus, ut ne existiment, quia unus Magister tu es, quomodo dicis nobis, & alium magistrum fore Spiritum? subdit: quia de meo accipiet, hoc est, ex his quæ novi, & ex mea scientia, vel de meo thesauro, qui scilicet Patris est.* Nazianzenus ita exponit ly *de meo accipiet*, id est, *meam essentiam divinam, meam voluntatem & scientiam.* Dydimus ita hac de re scribit: *Dans finis, non privatur his quæ tribuit, nec cum damno suo impartitur aliis; nec Spiritus sanctus accipit, quod antè non habuit, sic est intelligendus Spiritus sanctus à Filio accipere, ut unà cognoscatur dantis & accipientis substantia, sic & Filius à Patre accipit ea, in quibus subsistit.*

Maldon. Theoph. Naz. orat. de fide. Dydim. Alex. de Spir. S.

7. Cajetanus ait: *De essentia mea, de sapientia mea, de scientia mea; monstrat quòd Spiritus sanctus procedit ab eo.* Caiet.

DOMINICA V. POST PASCHA.

EVANGELIUM.

Joan. Cap. 16.

℣. 23 AMen, amen dico vobis: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* 24. *Usque modo non petistis quidquam in nomine meo; petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.* 25. *Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora, cùm jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis.* 26. *In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia rogabo Patrem de vobis.* 27. *Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amâstis, & credidistis, quia ego à Deo exivi.* 28. *Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* 29. *Dicunt ei discipuli ejus: ecce nunc palam loqueris, & proverbium dicis.* 30. *Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget, in hoc credimus, quia à Deo existi.*

Verſus 23.

Amen, amen dico vobis: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Amen, amen.

1. QUia hîc de promiſſione quadam agebatur tanti momenti, quanti eſt illud, in cœleſti ſignatura gratiæ datum omnium ſupplicationum noſtrarum favorabile reſcriptum, ideo de illa nobis infallibilem quandam dare voluit certitudinem, dicendo: *Amen, amen dico vobis*; *quaſi dicat*, inquit Lucas Burgenſis, *certiſſimos facio.* S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Cùm diſcipulos ad poſtulanda ſpiritualia dona hortaretur, ſimulque eorum fruendorum, ſi petierint, fiduciam traderet, addito Amen ad fidem confirmat.* Hugo Cardinalis verba hæc vim juramenti habere notat: *Quod eſt juramentum, ut de impetratione certi ſimus, quia dubitatio impedit orationem; poſtulet in fide nihil hæſitans*; ſimulque rationem reddit, cur *Amen* iſtud binâ vice replicaverit: *Bis dicitur Amen, propter duplicem certitudinem; homines enim in promiſſis ſolent dupliciter decipere: aut omnino non reddendo promiſſum, aut diminuendo; ſed Dominus quod promittit, ſolvit; quæ procedunt de labiis meis, faciam irrita; & etiam ultra promiſſa reddit.* Ezechiæ olim hoſtilem exercitum, Jeroſolymam nunquam ingreſſurum eſſe promiſit; nec tamen eò, quòd promiſerat, minimè contentus, in una eademque nocte per manum Angeli, in hoſtili exercitu centum octoginta quinque millium virorum ſtragem inſtituit; Salomon præter ſapientiam, quàm ſolam à Deo petierat, innumeris inſuper ab eo cumulatus eſt divitiis; unde veriſſimum ſemper manet, quod dicit Apoſtolus: *Ei autem, qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quàm fecimus.* Unde Eccleſia in Collecta, quæ in Dominica XI. poſt Pentecoſten legi ſolet, ita erat: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui abundantiâ pietatis tuæ merita ſupplicum excedis & vota.*

Lucas Burg. *S. Cyrill. Alex.* *Joan.* *Hugo Card.* *Jac. 1. 7. 6.* *Pſ. 88. 35.* *Eph. 3. 20*

2. Porrò Evangelium, quod Eccleſia nobis in hac feſtum Aſcenſionis præcedente Dominica proponit, myſticum planè eſt, & quidem Chriſtus in eodem Eliam imitari velle videtur; hic enim priuſquam in curru igneo in cœlum raperetur æreum, Eliſeo dixit: *Puſtula quod vis, ut faciam tibi, antequam tollat à te*; idem namque Chriſtus collegio Apoſtolico, & toti fidelium congregationi dicere voluiſſe videtur; & ideo non ſine myſterio, hoc ſequenti triduo tot inſtituuntur proceſſiones, in quibus per recitatas publicè Litanias, ſupplicationes & preces noſtræ ad divinam Majeſtatem diriguntur. *4. Reg. 2. 9.*

Dico vobis.

3. Valde conſiderabilis eſt illa circumſtantia, *Vobis*, hæc enim de orationibus ex audiendis infallibilis promiſſio, Apoſtolis facta fuit, qui in divinæ gratiæ poſſeſſione conſtituti, amici Dei erant; ac proinde dubium quoddam hoc loco controverti poſſe videtur, an ad hoc, ut intentum noſtrũ oratione mediante apud Deum obtineamus, neceſſarium nobis ſit in gratia nos poſitos eſſe; ſiquidem in S. Joanne ſcribitur: *Deus peccatores non exaudit*; quia tamẽ hoc ipſum cæcus ille nondum perfectè illuminatus, dixit, dicere quis non immeritò poſſet, plenam ei hac in parte fidem adhibendam non eſſe: & ideo in Pſal. 95. expreſſius dicitur: *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Scio equidem non defuiſſe Doctores opinantes, neceſſarium non eſſe ad hoc, ut preces noſtræ exaudiantur, ut ſimus amici Dei, quia infallibillitas orationis non fundatur in dignitate & merito orantis, ſed in divina miſericordia & promiſſione. S. Thomas citat S. Auguſtinum, Publicani exemplum adducentem, qui dixit: *Deus propitius eſto mihi peccatori*; & Chryſoſtomum, qui ſuper Matthæum ita ſcribit: *Omnis qui petit, accipit, ſive juſtus ſit, ſive peccator.* S. Thomas autem diſtinctionem quandam adhibet: in peccatore enim conſiderari poteſt natura, & hanc Deus amat: & culpa, quam Deus ſummo proſequitur odio; atque ideo ſi peccator in oratione ſua rem aliquam poſtulet ad peccatum ordinatam: *In hoc à Deo non exauditur ex miſericordia, ſed quandoque auditur ad vindictam; orationem verò peccatoris ex bono naturæ deſiderio procedentem* *Ioa. 9. 31.* *Pſ. 65. 18* *S. Thom. 2. 2. q. 83. a. 16.*

item

tem Deus audit, non quaſi ex juſtitia, quia peccator hoc non meretur, ſed ex pura miſericordia, obſervatis tamen quatuor præmiſſis conditionibus, ut ſcilicet pro ſe petat, neceſſaria ad ſalutem, pie & perſeveranter.

4. Certum nihilominus eſt, quòd, ad hoc ut oratio ſit efficax, ſuumque aſſequatur intentum, orantem in gratia eſſe expediat: *Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis*; & hæc dicta veritas à S. Joanne apertis verbis exprimitur, dum ait: *Quoniam ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, quod, quidquid petierimus, accipiemus ab eo.*

Pro. 28. 9.

1. Joan. 3. 21. & 22.

5. Conſiderari etiam hoc loco meretur, quòd hæc promiſſio facta fuerit toti collegio Apoſtolico, quod Eccleſiam ſeu univerſam fidelium congregationem præfigurabat; & hæc infallibiliter precum ſuarum obtinet intentum; unde D. Chryſoſtomus ait: *Deus frequenter reveretur multitudinem unanimem & conſentientem in precando, ut velut pudore victus, non audeat illis denegare.* Quæ proinde promiſſio in S. Matthæo expreſsè legitur, ſcripta his verbis: *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis eſt.*

Chryſoſt ho. 2. in 2 ad Cor.

Mat. 18. 19.

Si quid.

6. S. Auguſtinus in Catena citatus ait: *Hoc quod ait: ſi quid, non quodlibet intelligitur, ſed aliquid, quod non in beatæ vitæ comparatione ſit nihil.* Albertus Magnus quoque illud *ſi quid*, ponderat, & dicit: *Hoc eſt, ſi aliquid eſt, quod petitis, quia malum & vanum nihil eſt, bonum etiam temporale in ſe vanum eſt.* Hugo Cardinalis ſimiliter dicit: *Si quid, hoc eſt, aliquod, in quo oſtenditur, quid ſit petendum, ſcilicet vita æterna, quæ eſt quid, non temporalia, quæ nihil ſunt.* Quidquid eſt in hac univerſi mole, boni, pulchri, aut pretioſi, ſuper nihilo fundatur: *Appendit terram ſuper nihilum*, eò quòd cunctæ felicitates terrenæ purum quoddam nihil ſint, adeo ut Salomon, qui ſe jactaverat, dicens: *Omnia quæ deſideraverunt oculi mei, non denegavi eis*; poſtea tamen apertè faſſus fuerit: *In omnibus vidi vanitatem, & nihil.*

S. Aug. tr. 102. in Joan.

Alb. M. in Joan.

Job. 26. 7

Eccl. 2. 10

Ib. v. 11.

Petieritis.

7. Theophylactus obſervat, quod Dominus in procinctu conſtitutus, ut ab Apoſtolis ſepararetur, eoſdem prius per hanc promiſſionem de dandis in omnibus, quæ in nomine ipſius poſtulata fuerint, conſolari voluerit, quaſi diceret: *Non enim, quod ſeparar à vobis, exiſtimate vos à me relictos, ſed nomen meum majorem vobis fiduciam dabit, & gaudium veſtrum tunc erit pleniſſimum, cum accipietis omnes petitiones.* Idem quoque Albertus Magnus his verbis ſcribit: *Conſolatur diſcipulos, quòd promptus & paratus eſt ad exaudiendum omnes petitiones eorum; enimverò prudens lector hoc loco attendat, quòd Chriſtus dixerit: Si quid petieritis Patrem*, quia diſceſſurus ab eis per præſentiam corporalem, ut ſe daret in mortem, ab eaque reſuſcitatus, æternum Patrem ſuum in locum ſuum ſubſtituere voluit, promittitque hunc in nomine ſuo, id eſt, ex amore, quo erga eum fertur, eis favorabilem ſemper futurum eſſe.

Theoph.

8. Janſenius ſuper verbum illud: *Petieritis*, ſe reflectens, dicit: *Petere eſt deſiderare, & deſiderium actus eſt, non oris, ſed animi & voluntatis; non orant ergo, neque petunt Patrem, qui ore tantùm preces pronuntiant, & non etiam ex animo, id quod ore petunt, deſiderant, ſuum deſiderium elevatione animi in Deum & ardore declarando.* Etenim Deus non attendit ad labia quæ movemus, neque aures ſuas directas habet ad verba quæ proferimus, ſed ad intentionem & cor noſtrum reſpicit. B. Laurentius Juſtinianus oſtendere volens, quænam ſit vera oratio, dicit: *Talis oratio cordis eſt, non labiorum, nec enim precantis verba intendit Deus, ſed orantis cor aſpicit. Quid oratio prodeſt ſtrepitu labiorum, ubi eſt cor mutum?*

Janſen. c. 135.

B. Laur. Juſt. ligno vitæ c. 6.

9. S. Thomas optimè notat, quòd Chriſtus paucis hiſce verbis, ſeptem inſinuet bonæ orationis conditiones: *Prima eſt, ut petantur bona ſpiritualia, & hoc tùm dicitur: Si quid, quod eſt penitus terrenum, etſi in ſe ſit aliquid, comparatum tamen ad ſpiritualia, nihil eſt. Jerem. 4. Aſpexi terram, & ecce vacua erat.* Quodſi objicias ipſummet Chriſtum nos in oratione quotidiana docuiſſe,

S. Thom. in Joan.

Jer. 4. 23.

Luc.11.8. etiam bona petere temporalia, dicendo: *Panem noſtrum quotidianum da nobis.* Idem Angelicus Doctor reſpondet: *Temporale petitum relatum ad ſpirituale, jam eſt aliquid. Secunda conditio eſt, ut fiat cum perſeverantia, & quantum ad hoc dicit: petieritis, quaſi perſeverando.* Luc. 18. *Oportet ſemper orare, & non deficere.* 1. Theſſal. 5. *Sine intermiſſione orate. Tertia, quòd fiat cum concordia, cum dicit: petierit us, in plurali,* citatque mox inſinuatum ſancti Matthæi cap. 18. textum: *Si duo ex vobis,* &c. Nec non authoritatem gloſſæ in ultimum caput Epiſtolæ ad Romanos, dicentis: *Impoſſibile eſt, multorum preces non exaudiri.* Quarta conditio eſt: *Ut procedat ex filiali affectu, cùm dicit: Patrem; qui enim ex timore petit, non Patrem, ſed Dominum petit, vel hoſtem. Quinta eſt: Et fiat cum pietate, id eſt, cum humilitate: Reſpexit in orationem humilium, & non ſprevit precem eorum. Jacobi 4. Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis. Et quantum ad hoc, dicit: In nomine meo, quod eſt nomen Salvatoris. In quo nomine petit? Qui pertinentia ad ſalutem petit. Sexta, ut fiat tempore debito, & ideo dicit: Dabit; non enim oportet ſtatim deſiderii, ſi non accipiat, ſed proficiat dabitur, etſi, ut in congruo detur tempore, differatur, ut magis creſcat deſiderium: Tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Septima, ut petat proſe; unde dicit: Vobis, quia aliquando pro aliis non exauditur, contrariantibus eorum demeritis, pro quibus fit petitio;* Jerem. 7. *Tu ergo noli orare pro populo iſto.*

Pſ.18.18 Jac.4.3. Jer.7.16.

Patrem.

10. Non dicit *Deum*, ſed *Patrem*; neque dixit: *Patrem meum*, eò quòd jam Apoſtolos in oratione Dominica docuerat, ut Patrem in principio orationis ſub hoc titulo invocarent: *Pater noſter*; ſiquidem ut Apoſtolus poſtea ſcripſit: *Accepiſtis ſpiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba Pater.* Porro Author Imperfecti cauſam aſſignat, cur æternum Patrem ſuum à nobis Patrem non verò Deum appellari voluerit: *Patrem magis quàm Deum vult dici, ut nobis magnam fiduciam daret ad petendum, & ſpem largam ad impetrandum.* Chryſologus illa filii prodigi verba: *Surgam, & ibo ad patrem meum*, ponderans, dicit: *Quaſpe? qua fiduciâ? illâ qua Pater eſt; apud Patrem non intercedit extraneus, intus eſt in Patris pectore ipſe qui intervenit, & exorat affectus.* Idem Sanctus Pater in ſermone quodam de oratione Dominica ita ſcribit: *Cum Patrem poſtulat, multâ prece filius non laborat, ſicut enim petere cogit neceſſitas genitum, ita urget charitas genitorem.*

Matt.6.9 Rom.8. 15. Aug. Imp hom.14. Chryſol. ſerm.8. Luc.15. 18. Serm.71

In nomine meo.

11. Dionyſius Carthuſianus ait: *id eſt, per me Dei ac hominum mediatorem, per virtutem paſſionis meæ, & merita omnium, quæ pro humana ſalute aſſumpſi, feci ac pertuli; per incarnationem, converſationem, obedientiam, patientiam.* Sancta mater Eccleſia voluit, ut omnes orationes noſtras, quas coram tribunali Altiſſimi præſentamus, per merita Chriſti corroboremus, dicendo: *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, &c. Unde Cajetanus ait: *Novum modum petendi docet eos, quem hodie continuè ſervat Eccleſia, apponendo petitionibus, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum*, &c. Omnia opera noſtra, quantumvis innumera ſint & laboriola, nihil valent, nec quidquam ad ſalutem proſunt, niſi meritis filii Dei unita exiſtant. Fratres illi poſt mortem Jacob patris ſui, ejus niſi ſunt nomine, eò quod illud apud Joſephum efficax futurum eſſe exiſtimabant, ad juſtum contra illos conceptum furorem mitigandum, ne videlicet ob venditionem perſonæ ejus; ab ipſis turpiter & impiè factam, minium indignaretur. Toletus ait, *Eſt efficaciſſimus titulus hic impetrandi à Patre*, duaſque illius reddit rationes: Prima eſt, amor immenſus, quo Pater Filium diligit; ſiquidem apud nos valde etiam efficax eſt affectus, quo erga amicos propendemus, quorum licèt etiam abſentium conſideratione propenſos nos ad multas præſtandas gratias ſæpenumero experimur, & quidem ſi Deus Judæorum populo multos concedebat favores per antiquorum Patriarcharum merita invocatus, quantò magis illum nobis propitium futurũ fore ſperare poſſumus, dum ei per filii ſui merita ſupplicamus. Secunda ratio, quam adducit, fundatur in exi-

Dio. Car Cajet. Tolet.

eximia ſanctitate & meritis Chriſti : *Morte enim & paſſione ſuâ noſtram obtinuit redemptionem ; proque omnium culpis abundantiſſimè ſatisfecit, & omnium, quæ à Patre impetranda & petenda erant, ſolvit pretium.* Lucas Burgenſis in eâdem eſt opinione quòd ſcilicet loqui voluerit de meritis paſſionis, cui ſe eâdem nocte accingebat : *Juſtitiâ ſeu meritis meis, meritis, in quam incarnationis mortiſque meæ propoſitis, pro ratione & cauſa impetrandi per me, ut hominum mediatorem, qui promeruit hominibus ſalutem, dato pretio ſanguinis mei.*

12. S. Gregorius nomen Chriſti conſiderat, quod eſt Jeſus, idemque ſignificat quod *Salvator, Nomen filii Jeſus eſt, Jeſus autem Salvator, vel etiam ſalutaris dicitur ; ille ergo in nomine Salvatoris petit, qui illud petit, quod ad veram ſalutem pertinet ; nam ſi id, quod non expedit, petitur, non in nomine Jeſu petitur Pater.* Idem quoque Sanctus Auguſtinus his verbis dicit : *Non autem petitur in nomine Salvatoris, quicquid petitur contra rationem ſalutis* ; adducitque ſanctus Gregorius à Gloſſa citatus Apoſtoli exemplum, quod in contrarium huic Dominicæ promiſſioni objici poſſet ; ſi enim nobis per æternæ Veritatis verba promittitur, obtenturos non eſſe, quidquid in filii nomine ab æterno Patre poſtulaverimus, cur igitur Paulus tribus diſtinctis vicibus à fornicationis ſtimulo liberari petiit ; & tamen licèt à Deo auditus fuerit, exaudiri tamen non meruit, ſed reſponſum ei fuit : *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Nunquid ille tam egregius prædicator in filii nomine non petiit ? Quare autem non accepit quod petiit ? Quomodo ergo verum eſt, quia quidquid petierimus Patrem in nomine filii dat nobis Pater ?* Tandem verò per ſupradicta verba concludit : *Quia nomen filii Jeſus eſt*, &c. & dicit : *Paulus non exauditur, quia ſi liberaretur à tentatione, ei non prodeſſet ad ſalutem.* S. Proſper infirmi cujuſdam ſimilitudinem adducit, qui id à medico ſibi præſcribi aut indulgeri poſcit, quod ejus nequaquam expedit ſaluti : *Fideliter ſupplicans Deo pro neceſſitatibus hujus vitæ, & miſericorditer auditur, & miſericorditer non auditur, quid enim infirmo ſit utile, magis novit medicus, quàm ægrotus.* Promiſſio etenim Chriſti in noſtrum favorem ſemper adimpletur, nec oratio noſtra unquam in vanum cedit, ſed potius preces & ſupplicationes noſtræ favorabile ſemper reſcriptum obtinent ſi non prout petimus, ſaltem in quantum nobis utile & proficuum futurum erit. Unde ſanctus Bernardus ſerm. *De triplici modo orationis* ait : *Unum de duobus indubitanter ſperare poſſumus, quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nobis noverit eſſe utilius.*

13. Sanctus Cyrillus Alexandrinus hæc verba : *In nomine meo*, de acceſſu, quem mediante filio ad Deum habemus, exponit ; ſiquidem nullus alius modus ſupereſt, per quem aditus ad eum haberi poſſit : *Se nimirum mediante, & unà cum Patre largiente ; id enim ſignificat in nomine meo, nec enim aliter ad Deum & Patrem accedimus, quàm per filium, per ipſum quippe acceſſum habuimus in uno ſpiritu ad Patrem, ut ſcriptum eſt, proindeque ait : Ego ſum janua, ego ſum via, nemo venit ad Patrem, niſi per me.*

14. Rupertus Abbas ſimiliter poſtquam jam dictam obſervationem recenſuiſſet, nimirum quòd Eccleſia cunctas ſuas orationes his verbis terminare ſoleat : *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum*, &c. ſubjungit ſtatim : *Quia videlicet præter hanc nulla via, nullumque eſt aliud oſtium, ad quod reſpiciens efficaciter dicat : Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, ſolum hujus unigeniti filii Dei nomen, quod Jeſus Chriſtus, neceſſarium univerſæ orationis vehiculum, quo in cœlum directo curſu perlata conſiſtat ante Patris conſpectum, ſalutemque de ſinu ejus & gratiam, fugere valeat remiſſionis peccatorum.*

15. Theophylactus, ut hos qui temporalia tantùm bona à Deo petunt, reſipiſcere faciat, hoc ſalutari monito illos inſtruit : *Nullus ex his, qui mundana petunt, aut animabus damnoſa, in nomine Chriſti petit, ideo neque accipit ; nomen enim Chriſti divinum eſt ac ſalutare : quando autem quis petit quæ ad perditionem animæ pertinent, quomodo dicemus, illum in ſalutari nomine petere ?* Et ideo dum homo divitias à Deo poſcit, Deus illum non exaudit, quia illas novit illi futuras in laqueum diaboli ; dum etiam alius ab eo

Lucas Burg.

S. Greg. hom. 27.

S. Aug. tr. 102.

S. Greg. loc. cit.

S. Proſp. ſent. 212

S. Bern. ſerm. de tripl. modo orat.

S. Cyrill. Alex.

Joan. 14. 6.

Rup. Ab. lib. 12. in c. 16. Joan.

Theoph.

eo ſanitatem requirit, eandem minimè obtinet, quia ſcit quòd ſi ſanus eſſet, valetudinem ſuam carnalibus voluptatibus impenſurus eſſet; & ſic de aliis diſcurrendo univerſaliter, verum eſſe comperies, nihil eorum obtineri etiam inſtantiſſimè poſtulatum, quod ultimo fini, id eſt, ſaluti æternæ acquirendæ nequaquam utile eſt, ſed noxium.

Dabit.

Dion. Cart. 16. Advertendum eſt, quòd Salvator in tempore futuro loquatur. Unde Dionyſius Carthuſianus ait: *Dabit nobis, etſi non ſtatim, tamen tempore opportuno, etſi non id, quod petiſtis, tamen aliquid melius.* Quodſi enim à Principe aliquo ferrifodinam aliquam poſtularet, ille autem hanc tibi denegaret, ita tamen ut in locum illius aurifodinam, vel gemmæfodinam aliquam tibi concederet, te utique gratiam aliquam, eâ, quam petieras, longè excellentiorem accepiſſe diceres. Nonne? Idem ergo nobis frequenter apud Patrem cœleſtem in ſignatura gratiæ ſuæ evenit: cùm enim ipſe nos tanquam dilectos filios ſuos diligat, ideo dum nos pro præſenti vita felicitatem aliquam ab eo requirimus, ille autem certò ſcit, felicitatem illam (ſi nobis concederetur) futuram nobis velut enſem in manu furioſi alicujus, imò æternæ damnationis nobis futurum eſſe inſtrumentum, potius nobis miſerias, infirmitatem, paupertatem, aliaſque adverſitates immittit, eo quod nos regni cœleſtis hæredes facere, noſque de æterna beatitudine aſſecurare malit: *Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.* Unde Janſenius ait: *Non rectè petunt in nomine Chriſti, qui indigna petunt nomine Chriſti, qui præſentia bona, aut malorum præſentium depulſionem precantur abſolutè, & non ſub conditione ordinis ad Dei gloriam, aut propriam ſalutem.*

S. Aug. ibid. 17. Sanctus Auguſtinus ait: *Quædam autem non negantur, ſed ut congruo dentur tempore, differuntur.* Sic enim dum infirmus in maximo febrili æſtu conſtitutus aquam poſcit gelidam, hæc utique ei etiam iis, qui illius ſunt amantiſſimi, negatur, ſed ad ipſius ſalutem & utilitatem: at verò ſi uſque ad mali declinationem expectet, facilè ei indulgetur; ſiquidem tunc ei cedet in ſalutem & refrigerium. Et ideo Chryſoſtomus ait: *Si differt aliquando Dominus, non odio facit, nec te averſatur, ſed differendo diutius ſeſe conſervare vult, ſicut & patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud ſe detineant, quos deſides vident, deditâ operâ morantur aliquid daturi.* Chryſoſt. hom. de profect. Evang.

18. Janſenius ly *dabit*, ita explicat: *Nempè ſi rectè & debitè petierit*, adducitque textum illum Sapient. 6. *Qui cuſtodierint juſtitiam, juſtè juſtificabuntur*; nec non & illum ſancti Jacobi Apoſtoli locum: *Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis. Jam non rectè petunt, qui non pro magnitudine ejus, quem petunt, & rei quam petunt, ardenter, inſtanter, & reverenter petunt, quique non cum firma petunt fiducia.* Eccleſiaſticus dicit: *Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.* Et Deus apud Iſaiam dicit: *Cùm extenderitis manus veſtras, avertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaveritis orationem, non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Sanctus Gregorius quoque nos monet, dicens: *Virtus veræ orationis, eſt celſitudo charitatis, & tunc quiſque, quod rectè petit, adipiſcitur, cùm ejus animus in petitione nec inimici odio fuſcatur.* Sanctus Jacobus autem ſpem & fiduciam in oratione nobis inculcat, dicens: *Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans.* Unde Sanctus Baſilius ait: *Non rectè petiſti, quia ut dubitabundus, aut aliud agens petiſti.* Oratio quoque cum bonæ conſcientiæ rectitudine, & cum bonorum operum meritis conjuncta eſſe debet; unde Pſalmiſta dicebat: *Exaudi Domine juſtitiam meam*; & paulo poſt ſubjungit: *Intende deprecationem meam.* Sanctus Ambroſius verba illa Eccleſiaſtici: *Ante orationem præpara animam tuam*, declarans, dicit: *Ut quod oras, mores tui loquantur, fides adjuvet, opera commendent.* Beatus Laurentius Juſtinianus ſimilitudinem adducit vulnerati cujuſpiam, qui in vulneribus ſuis ferrum, quo ſauciatus fuit, ſecum confert: *Nullum medicamentum proficit, donec ferrum latet in vulnere; ita nihil prodeſt illius oratio, cujus*

Janſen. Sap. 6. 11. Jac. 4. 3 Eccli. 35. 21. Iſa. 1. 15. S. Greg. l. ho. 27. S. Jac. 1. 6. S. Baſil. in conſt. monaſt. c. 2. Pſ. 16. 1. ibid. Eccl. 18. 23. S. Ambr. exhort. ad virg. B. Laur. Juſtin. de lig. vitæ c. 4.

jus voluntas verſatur in ſcelere: & ideo ob mortificationis defectum ſupplicationes noſtræ ſæpe ſubſignaturam non fortiuntur; unde cùm ſancto Ignatio de quodam diceretur, quòd homo eſſet multæ orationis, ſive orationi multum addictus, is protinus ſubjungit, ſed non minùs mortificationi deditus fuit; ideo etiam Chryſoſtomus ait: *Efficaciſſimè rogat, qui ſeipſum illi, quem rogat, mortificatione crebrâ ſacrificat.* Adhæc orationes noſtræ conſtantes & perſeverantes eſſe debent; unde ſanctus Gregorius ait: *Virtutis pondus oratio non habet, quam perſeverantia non tenet.* Et ideo mirum non eſt, ſi ob harum aliarumque conditionum defectum, petitiones noſtræ nonnunquam non exaudiantur.

Chryſ. hom. 5. in Matth.

S. Greg. l. 34. Mor. c. 21

Vobis.

19. Hugo Cardinalis ad illos ſe reflectit, quibuſcum Salvator noſter tunc loquebatur, id eſt, ad Apoſtolos, & dicit: *Vobis Apoſtolis imitatoribus meis; in hoc oſtenditur, quales debent petere, credentes ſcilicet, & diligentes.* Et ideo Janſenius illis, qui ſe hac promiſſione defraudatos eſſe conqueruntur, reſpondet: *Obſervandum, quibus iſtud ſit dictum, Apoſtolis nempe, & in illis his, qui illis ſunt ſimiles.* Notandum quoque, quòd Redemptor noſter paulò poſt dixerit, illos ſumma cum facilitate ab æterno Patre ſuo impetraturos eſſe, quod ab illo periêrint, eo quod amer illos, quia ipſi amabant eum, & in eum credebant; ex quibus verbis motivum quoddam elicit reprellendi querimonias eorum, qui ſe non exaudiri lamentantur: *Qui ergo hac in parte ſimiles ſunt Apoſtolis, ad eos hæc pertinet promiſſio, non autem ad eos, qui Chriſtum avertuntur; unde Propheta: Voluntatem, inquit, timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet.*

Hugo Card.

Janſen.

Pſ. 144. 19.

Verſus 24.

Uſque modò non petiſtis quidquam in nomine meo; petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum.

Uſque modò non petiſtis quidquam in nomine meo.

1. Dionyſius Carthuſianus nihilominus conſiderat, diſcipulos Salvatori multas petitiones ſumma cum inſtantia propoſuiſſe: etenim ſanctus Philippus ei dixerat: *Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* Omnes quoque conjunctim hanc ei ſupplicationem paulò ante cœnam præſentaverant: *Adauge nobis fidem*; ſimiliter filii Zebedæi primas regni ſui ſedes ab ipſo poſtulaverant; ac demum dubium non eſt, quin orationem Dominicam, quam ab ipſo edocti fuerant, recitârint: *Quomodo ergo nihil petierunt in nomine Chriſti?* quærit Carthuſianus. Moxque reſpondet: *Dicendum, quod nullus petit in nomine Chriſti, niſi Chriſtum verè cognoſcat, eumque Salvatorem perpendat; Apoſtoli autem hucusque nullam fidei ſtabilitatem habuerunt de Chriſti divinitate, & de cæteris ejus myſteriis; propterea Chriſtus non negat ſe exoratum ab Apoſtolis, ſed quod nihil petierint Patrem in nomine ſuo, quia non rectè ſenſerunt de Chriſto in omnibus, præſertim quantum ad ejus divinitatem.* Quam eandem conſiderationem diu antè Rupertus Abbas poſuerat, dum ait: *Nondum perfectè noverant eum, licèt crederent vel confiterentur eum Chriſtum filium Dei vivi*; nondum enim myſterium redemptionis noſtræ, ipſumque Deum inter nos mediatorem eſſe, qui apud æternum Patrem ſuum cœleſtes nobis gratias impetraturus eſſet noverant: *Proinde nõ petierant quidquam hactenus in nomine ejus, ſiquidem nec ipſe hoc illis ante hanc horam ſuæ paſſionis mandaſſe invenitur, quamquam multa in pleriſque locis de orationis inſtantia ſit locutus.*

Dionyſ. Cart.

Ioan. 14. 8. & 9.

Rup. Ab. ibid.

2. Janſenius dicit: *Petere in nomine Chriſti, eſt petere cum invocatione nominis Chriſti, hoc eſt, potentiæ & meritorum ejus*; quomodo Deum hactenus nunquam rogârant, quia tametſi, dum hæc diceret, meri-

Janſen.

ta inexhausta haberet, nondum tamen tormenta passionis & mortis suæ passus fuerat. Lucas Burgensis dicit, Apostolos quidem à primis annis juxta usum & consuetudinem legis Mosaicæ orare solitos fuisse, estque verisimile satis, orationem quotidianam, quam Dominicam vocamus, eò quod ab ipsomet Christo ipsorum Magistro ipsis tradita fuisset, ipsis valde fuisse familiarem: Christus autem hîc dicere voluit: *Nihil hactenus orâstis in nomine meo, scilicet tanquam redemptoris vestri, & mediatoris inter Deum & hominem, id est, propositis Deo meritis mortis meæ pro causa impetrandi.*

Lucas Burg.

S. Greg. hom. 27.

3. S. Gregorius Christum hæc dixisse ait: *Si apertè diceretur, non petistis in nomine Salvatoris, quia nesciens quærere æternam salutem; pensate petitionis vestræ, videte si in nomine Iesu petitis, id est, si gaudia salutis æternæ postulatis; in domo enim Iesu, Iesum non quæritis, si in æternitatis templo importunè pro temporalibus oratis.*

S. Thom. in Cat.

4. S. Thomas verba hæc duobus modis exponit: *Vel quia in nomine meo non petistis, quod nomen, non, sicut cognoscendum est, cognovistis; vel non petistis quidquam, quoniam in comparatione rei, quam petere debuistis, pro nihilo habendum est quod petistis.* Etenim duo illi Apostoli germani fratres primas in ejus regno sedes postulaverant; & omnes alii ipsum rogârant: *Quis eorum videretur esse major?* aliaque similia, & tamen verissimum fuit quod dixit: *Usque modo non petistis quicquam*, id est, Jansenius ait, *in comparatione rei, quam petere debuissent, pro nihilo habendum erat quod petierant.*

Luc. 9. 46.

Jansen.

Petite & accipietis.

5. Quanta esset aulicorum vel subditorum potentissimi alicujus Monarchæ, qui omne id posset, quod vellet, felicitas, si talis Monarcha ipsemet ore suo unumquemque illorum invitaret & exstimularet ad favores & gratias ab eo postulandos, eisque per æternæ veritatis verbum promitteret dicens: *Et accipietis.* Quot memorialia & supplicationes in Principum temporalium tribunalibus in vanum porriguntur, nec unquam suum assequuntur intentum! imò advertendum hîc est, quod nulla prorsus inter verbum *petite*, & inter verbum *accipietis* sit distantia, ad denotandum promptitudinem, facilitatem & securitatem, qua exaudiendi sumus. Unde sanctus Ambrosius de verbis filii prodigi: *In se reversus. &c. dicam ei: Pater, &c.* Ita scribit: *Occurrit tibi, quia audit te intra montis secreta tractantem; & cùm adhuc longè sit, videt & accurrit.*

S. Ambr. in c. 15. Luc.

6. Quòd si dixerit: Promissionem hanc non videri infallibilem esse, eo quod multi id, quod postulant, minimè consequantur; Toletus per adductam sancti Augustini authoritatem respondet dicens: *Aliquando Deum exaudire petitiones nostras, dum negat & renuit facere, quod petimus, quod tunc fit, quando petimus ea, quæ putamus utilia nobis futura, sed revera non sunt, sed potiùs noxia, tunc concedere petita potius est punire, & fas nostræ intentioni & desiderio repugnare.*

Toletus.

7. Idem Toletus locum illum Joan. 15. citat, in quo eadem Sapientia incarnata, quæ modò nos invitat, dicendo: *Petite & accipietis*, dicit: *Si feceritis, quæ præcipio vobis, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.* Et ideo Tertullianus scribit, quòd usus ille, quo sub orationibus manus in altum extendere solemus, servetur in testimonium innocentiæ conscientiæ nostræ.

Joan. 15. 17.

Tert. in Apoc. c. 30.

8. Idem quoque Doctor observat, quòd verbum hoc *Petite*, sit præceptivum: *Præceptum Christi, Iussi enim ab eo petimus Patrem*; ad ea namque verba se reflectit, dum hoc dicit, quod sacerdos pronuntiare solet, priusquam in Missa orationem Dominicam recitet: *Præceptis salutaribus moniti, & divinâ institutione formati, audemus dicere: Pater noster, &c. Est enim promissio sancta nobis à Christo impetrandi à Patre.*

Toletus.

Ut gau-

Ut gaudium veſtrum ſit plenum.

Rup. Ab. ibid. 9 Rupertus Abbas Tuitienſis hæc verba de gloria paradiſi interpretatur: *In quo autem plenum eſſe poterit, niſi ut veniamus & appareamus ante faciem Dei? Omne namque gaudium mundi hujus deceptivum, & omnis riſus ejus erroneus eſt; ſolùm autem de viſione Dei, & riſus factei ejus præſentis plenitudinem habet, & in veritate eſt. Intra in gaudium Domini tui*, dicetur cuivis animæ electæ, quia ſtatus beatitudinis omnia bona, omniaque imaginabilia gaudia continet: *S. Anſel. c. 21. Soliloq. S. Bern.* *ibi erit, quicquid voles*, inquit S. Auguſtinus; & S. Bernardus ſermone de triplici genere bonorum dicit: *Beatitudo eſt, ubi nihil ſit, quod nolis, & ubi totum ſit, quod velis.* Cauſa autem, cur in cœleſti patria omne id futurum ſit, quod volumus, & deſideramus, eſt, quia Deus, qui objectum eſt beatificæ viſionis, idem animæ noſtræ unitus & conjunctus erit: *Quid ibi deeſſe poteſt, ubi Deus eſt, cui nihil deeſt?*

S. Bern. medit. 4 10. Sanctus Bernardus in hac valle lachrymarum conſtitutus, gaudium illud conſiderans, quo hodie in Paradiſo voluptatis perfruitur, dicit: *Delectabilis eſt Deus ad videndum, ſuavis ad habendum, dulcis ad perfruendum.* In viſione, comprehenſione, & fruitione animæ imperceptibilia & inexplicabilia gaudia experietur: *Apoc. 2. 17.* *Vincenti dabo manna abſconditum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Manna olim omnes in ſe ſapores continebat, *omne delectamentum*, intellectus autem creatus hoc mortali carne circumdatus ad illud capiendum pertingere nequit. Sanctus Bernardus de Deo dicit: *Ipſe per ſe placet, & per ſe ſufficit, quia totum in illo invenitur, quidquid deſideratur.* Regius Propheta David cum modico illo lumine, quod in ſtatu legis Moſaicæ de Paradiſi gloria habuit, calami ſui ductu nobis ſuavitatem & *Pſ. 35. 9.* gaudium illius exprimere volens, ait: *Inebriabuntur ab ubertate domûs tuæ, torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Melliſluus Bernardus ad gloriæ illius immenſitatem explicandam, ſimilitudinem alicujus ſtillæ aquæ, *S. Bern. de dilect. Dei, c. 7.* in vaſtum ambroſiæ & nectaris vel vini generoſiſſimi mare projectæ, adducit; hæc enim utique hiſce liquoribus permixta in illos tranſmutanda, primitivamque ſubſtantiam amiſſura eſſet. Unuſquiſque Cœlitum fruetur & perfundetur in cœlo gaudiis & beatitudine ſociorum ſuorum; imaginemini igitur vobis, quantum ibi futurum ſit gaudium, ubi tot ſunt Angelicorum ſpirituum, animarumque beatarum myriades, imò millionum milliones. Unde S. Anſelmus *S. Anſel. l. 6. de ſimilit. c. 71.* ait: *Quoniam unuſquiſque ſicut ſe alterum amabit, ſic de illius felicitate, ut ſua gaudebit; quot & quanta gaudia quiſque obtinebit, qui de tot & tantis beatitudinibus jubilabit!*

S. Thom. in Cat. 11. S. Thomas verba illa de gaudio ſpirituali, ad carnalis gaudii diſtinctionem explicat: *Hoc quod dicit gaudium plenum, non carnale, ſed ſpirituale gaudium eſt, & quando tantum erit, ut aliquid ei jam non ſit addendum, tunc erit plenum.*

Alcuin. 12. Alcuinus verba illa explicat de gloria: *Aſſi patenter dicat, non fluxa ſæculi gaudia, quæ & mœrore ſemper mixta, & dolore finienda ſunt; ſed illud ſingulare gaudium à Patre petite, cujus plenitudo nullo cujuslibet inquietudinis attactu minuatur, æternitas nullo unquam termino diſſolvatur.*

13 Advertendum hic eſt, quòd non ſolùm nos ad hujus gaudii conſecutionem poſtulandam invitet, verùm etiam id videatur præcipere, id quod cum illis verbis conſonat: *Quærite primùm regnum Dei*; & in oratione Dominica nos pariter ita orare præcepit; *Adveniat regnum tuum*; juſtiſſimam etenim id ipſum petendi habemus cauſam, ſiquidem Paradiſus pro nobis fabricatus eſſe noſcitur: *Poſſidete paratum vobis regnum*; & ad regnum iſtud conſequendum anima noſtra à Deo creata fuit: *Creaſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te.* In terris ad ſceptra & regna aſpirare crimen eſt læſæ majeſtatis; econtrà verò ad regnum Dei non anhelare, illudque non affectare, reos nos facit mortis æternæ, noſque ejuſdem Dei inimicos conſtituit. Obſervandum proinde eſt, quod ſapientiſſimus Magiſter noſter Chriſtus, poſtquam dixiſſet, juſſiſſetque, ut regnum illud immortale ante omnia, & præ omnibus aliis quæreremus, ne fortè ex eo, quòd prætenſio hæc hîc in terris inter nos pœnâ mortis, *Luc 12. 31. Mat. 6. 10. Mat. 25. 34.*

ut diximus, caſtigari ſoleat, timore aut metu mali alicujus ex illius regni immortalis prætenſione, nobis obventuri percellere-
Luc.12. 32. mur, protinus ſubjunxerit: *Nolite timere, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum*; Deus enim in nulla re adeò ſibi complacet, quàm quòd nobis regni hujus poſ-
Luc.12. 32. ſeſſionem concedat, & inveſtituram; *Complacuit*. Unde Rupertus Abbas ait: *Cùm dicit: Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum, illa tantummodo petenda eſſe innuit, quæ proficiant ad viſionem Dei, in quo ſolo plenitudo gaudii eſt.* Ad hunc ultimum finem omnes noſtræ ordinandæ ſunt petitiones, ad hunc, velut ad centrum omnia dirigenda ſunt deſideria, cogitationes & opera noſtra.

Rup. Ab.

Alcuin. 14. Alcuinus modum nobis tradit, quo gaudium iſtud indubitanter conſecuturi ſumus; dicit enim: *Stergo talia petendo perſtiteritis, procul dubio, quæ petitis, accipietis, ſi mores menti concordant petentis; parum enim utilitatis affert, bene orando ſuperna quærere, qui non deſiſtit, perversè vivendo, infimis implicari.*

Verſus 25.

Hæc in proverbiis locutus ſum vobis; venit hora, cùm jam non in proverbiis loquar vobis, ſed palam de Patre meo annuntiabo vobis.

Hæc in proverbiis locutus ſum vobis, venit hora, &c.

Lyran. 1. Lyranus Chriſtum rationem reddere voluiſſe dicit cur Apoſtoli poſt ejus reſurrectionem majorem & ſecuriorem apud æternum Patrem ſuum habituri ſint aditum: *Duo faciunt familiaritatem cum aliquo, ſcilicet, notitia ejus, & amor; poſt reſurrectionem autem, & Spiritûs ſancti receptionem Apoſtoli fuerunt perfecti in notitia & amore Dei, & hæc eſt cauſa quare fuerant ei magis familiares, quàm antè, & hoc eſt quod dicitur: Hæc in proverbiis locutus ſum vobis, quaſi dicat: ante paſſionem parabolicè & obſcurè locutus ſum vobis.*

Alb. M. 2. Albertus Magnus ait: *Docens vos de divino per humana; ſed venit hora, cùm jam in proverbiis non loquar vobis, ſed per internam Spiritûs acceptionem.*

Toletus. 3. Toletus hoc adimpletum eſſe dicit per illum, à Reſurrectione uſque ad Aſcenſionem computando, quadraginta dierum decurſum, in quo Collegium Apoſtolicum de Eccleſiæ ſuæ myſteriis plenè docuit: *Per illos quadraginta dies diſcipulos erudiens, perfectiùs autem in adventu Spiritûs ſancti.*

Alcuin. 4. Alcuinus verba illa de hoc Spiritûs ſancti adventu exponit, dicens: *Illam nimirum horam ſignificabat, qua is peractâ ſuâ paſſione ac reſurrectione Spiritus ſanctus erat gratiam daturus.*

Rup. Ab. 5. Rupertus Abbas ait: *Nunquid ex quo ſurrexit à cœna, proverbia ſive parabolas dixit, & non potiùs plano ſermone præcepta dilectionis, & hortamenta patientiæ dedit.*

Sed palam de Patre meo annuntiabo vobis.

Gloſſ. 6. Gloſſa verba illa de Spiritu ſancto intelligenda eſſe declarat, utpote qui diſtinctam illis de Deo Patre notitiam communicaturus eſſet: *Dato Spiritu faciam vos ſpirituales, ut certiſſimâ intelligentiâ mentis (etſi non ut in futuro) Deum videatis, & tunc palàm de Patre meo nuntiabo, ut ipſum, & me ejuſdem ſubſtantiæ intelligatis.*

Chryſ. hom. 76. in Joan. Act. Ap. 1. 3. 7. S. Chryſoſtomus per hanc illis dandam manifeſtationem, inſtructionem illam quam in quadraginta illis diebus, in variis apparitionibus illis miniſtravit, intelligit: *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei; etenim quadraginta dies & verſatus & locutus eſt cum eis, annuntians & exponens arcana Dei.*

Dionyſ. Carth. 8. Dionyſius Carthuſianus verba illa hunc ſenſum habere dicit: *Clariorem quàm antè dabo vobis notitiam Dei Patris, quod factum eſt in die Pentecoſtes.*

Lyranus 9. Lyranus verba illa de diſcurſibus, cum Apoſtolis ante Aſcenſionem ſuam habitis, exponens hanc illorum reddit rationem: *Erant enim magis capaces, quia habebant ſenſum apertum ad intellectum ſcripturarum, ut habetur cap. ultimo.* Porrò inter alia myſteria, inquit Cajetanus, de quibus illos ca-

Cajetan. techi-

techizavit, unum fuit ſanctiſſimæ Trinitatis: *Poſt reſurrectionem enim Jeſus inſtruxit diſcipulos aperte de myſterio Trinitatis inter alia, quæ docuit de regno Dei.*

S. Cyrill. 10. S. Cyrillus declara viſione explicat, quam in patria habituri ſumus: *Vel illud fortaſſe, quod poſt hujus mundi contractionem futurum eſt, quando clarè & apertè gloriam Dei videbimus, manifeſtiſſimam nobis de ſe cognitionem immittentis.*

S. Aug. tr. 102. 4. S. Auguſtinus in catena S. Thomæ ita ait: *In futuro ſæculo quid petituri ſumus, quando ſatiabitur in nobis deſiderium noſtrum; petitio namque alicujus eſt indigentiæ. Relinquitur itaque, ut intelligatur Jeſus diſcipulos ſuos de carnalibus vel animalibus ſe ſpirituales eſſe facturum.*

Verſus 26.

In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis: quia ego rogabo Patrem de vobis.

In illo die in nomine meo petetis.

S. Bon. 1. Expoſitio horum verborum à S. Bonaventura allata, hæc eſt: *Tunc verè cognoſcetis, quod ſit ut homo rogo Patrem, ut Deus tamen exaudio cum Patre, & ideo ſequitur: Non dico vobis, quia ego rogabo Patrem.*

Janſen. 2. Obſervat Janſenius, quòd Apoſtoli poſt Aſcenſionem preces æterno Patri in nomine Chriſti recommendatas corrigere cœperint: *Dico ergo in illo die, id eſt, illo tempore, quo à me Spiritu meo, perfectiori Patris donati fueritis cognitione, ex qua & mei cognitionem perfectiorem acceperitis, tunc in nomine meo petetis Patrem, quod modò non facitis, quod me non ſatis cognoſcatis, nec Patrem meum.* Cajetanus ad intelligentiam ſe reflectit Scripturarum, quam in die Reſurrectionis habituri erant: *Aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas,* vel etiam ad adventum Spiritûs ſancti, per quem ſibi acquiſituri erant perfectam divinæ filiationis cognitionem. Rupertus Abbas de hoc fortunato die ita ſcribit: *Illo die revelatæ gratiæ, die ſalutis, & acceptabili tempore, quando Spiritus ſanctus docebit vos omnem veritatem.*

Cajet. *Luc 24. 45.*

S. Bon. 3. S. Bonaventura aliam adfert expoſitionem, dum ita explicat: *Petetis, id eſt, petitum accipietis; vel petitis pro aliis, qui adhuc ſunt in miſeria:* adducitque locum quendam

S. Bern. S. Bernardi, qui cum defuncto fratre ſuo loquens ita eum affatur: *Quantò quis Deo conjunctior, tantò charitate plenior, nec quoniam Deum induiſti, curâ noſtri te exuiſti, ibi enim cura de nobis.*

Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.

Lyran. 5. Hæc verba Lyranus ita explicat: *Quaſi dicat: Non dico, quod ſit tunc vobis neceſſe habere interceſſorem medium in petitionibus veſtris, ſi, ut modò.* Apoſtoli ante Chriſti paſſionem omnem confidentiam ſuam in præſentia Magiſtri ſui corporali repoſitam habebant, poſtea verò divinæ Majeſtati in cœlum uſque porrexerunt: *Ideo Chriſtus per illa verba vult exprimere, quòd ſecurè poſſint hoc facere, propter familiaritatem Patris ad ipſos, unde ſimilis eſt modus loquendi, ac ſi dixiſſet Chriſtus Apoſtolis: Tantam familiaritatem habetis ad Deum, quòd per vos ipſos poteritis accedere ad eum, & impetrare: non tamen per hoc excludit ſuum adjutorium: ſed exprimit, cum quanta ſecuritate poterunt orare Deum;* adducitque S. Agathæ exemplum, quæ cum defacto in cœlis beata eſſet, S. Luciæ in terris etiamnum commoranti dixit: *Soror mea Lucia, virgo Deo devota, quid à me petis, quod ipſa poteris continuò præſtare matri tuæ?* quibus ipſa verbis ſuam pro ea interceſſionem ei non abnuit; *ſed exprimebat, cum quanta ſecuritate poſſet rogare Deum, & hoc modo Chriſtus loquebatur Apoſtolis ad exprimendam erga eos amicitiam Dei Patris.*

Toletus. 6. Toletus hiſce verbis expoſitionem quandam adhibet, parum à modo explicandi ipſius Lyrani differentem; obſervat enim, Chriſtum hiſce verbis Apoſtolos inducere voluiſſe, ut ſe ad Patrem ſuum æternum toto corde converterent, in eoque omnem fiduciam collocarent; & ne forte ſe ipſi reſponderent: tametſi à Patre omne id impetraverimus, quod ab eo in nomine tuo poſtularemus, & tametſi hac de re omnia myſteria clarè ſatis aperueris: *Tamen ad hæc de tuo diſceſſu dolemus, nim tu intercedere & rogare Patrem pro nobis poteris; Dominus ergo à diſcipulorum corde hunc præſentiæ*

tiæ ſenſibilis affectum omni ex parte removere ſtudens, adjicit: ita eos à Patre amari, ut ſi petierint in nomine ejus, non indigeant precibus ipſius. Veruntamen per hoc non dixit, quòd ſe nullâ ratione pro illis eſſet interpoſiturus, ſed tantùm illis innuit, quòd ſuâ deinceps interceſſione minimè indigebunt, ob amorem, quo Pater ipſius ad correſpondendum affectui, quem ipſi eius filio demonſtraverant, nec non & fidei, qua in ipſum crediderant, erga illos viciſſim impensè ferebatur.

Lucas Burg. 7. Lucas Burgenſis expoſitionem quandam adfert à prædictis duabus diverſam, dicit enim Redemptorem illis dicere voluiſſe: *Jungam preces meas veſtris, ad hoc ut vobis faveat Pater, & quod petitis, concedat, quaſi parum ex ſe ad vos exaudiendos propenſus ſit.*

Dionyſ. Cart. 8 Dionyſius Carthuſianus ſciſcitatur, qua ratione verba hæc intelligenda ſint, quia Chriſtus in eodem ſermone ait: *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum mittam vobis.* Præterea *ſine mediatore Chriſto, nullus habet acceſſum ad Deum, nec aliquid promeremur, nec exaudimur, niſi virtute & merito Chriſti.* Reſpondet, nonnullos quidem hanc adferre diſtinctionem: *Chriſtus rogat ut homo, ſed non rogat ut Deus*: ipſe tamen aliam rationem adducit, cur pro illis non ſit amplius rogaturus, tametſi in hoc eodem ſermone Deum pro illis rogarit dicendo: *Pater ſerva eos in nomine tuo, ſanctifica eos in veritate*; neque enim dicere voluit, quòd pro ipſis deinceps non amplius intercedet, ſed ſolùm potentiam illis indicare voluit, quam apud Patrem habituri erant: *Non ergo vult dicere, quòd nequaquam orabit pro eis, ſed quòd tantæ perfectionis & gratiæ erunt, quòd non indigebunt Deo reconciliari, ſed ei amantiſſimi erunt*; poſt adventum namque Spiritûs ſancti adeo confirmati erant, ut deinceps mortaliter nunquam peccârint; ac proinde dicit: *Preces illorum erant Deo placentes.*

Verſus 27.

Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia ego à Deo exivi.

Ipſe enim Pater amat vos.

Cajetani 1. Cajetanus exiſtimat, quòd, ex quo Chriſtus illos de amore, quo Pater ſuus eos proſequebatur, aſſecurare voluerit, ſimul ipſis hîc inſinuârit, quòd ejus apud Patrem interceſſione non indigeant: *Ut hinc intelligerent, ſeipſos non ſolùm diligi ab ipſo JEſu, ſed etiam à Patre.* *Janſenius.* Janſenius paterni hujus amoris qualitatem diſtinctiùs ſpecificat, dum ait: *Ultro & ſponte amat vos, & proinde non poterit nos ultro vobis tanquam amicis indulgere, quæ petetis eum.*

Rup. Ab. 2. Rupertus Abbas ita explicat, ut ſenſus ſit: *Id eſt, iſto rogatu meo ſibi reconciliatos jam habet amicos vos, & de filiis iræ fecit filios gratiæ ſuæ; unde hoc? quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia à Deo exivi.*

3. Quæri autem hoc loco poteſt: ſi ita eſt, quod ſcilicet Deus nos amet; cur de omnibus, quibus indigemus, non prævidet nobis, cur ab ærumnis & adverſitatibus nos non præſervat, aut liberat? Variis modis ad id reſpondetur. Primo enim dicere poſſumus, quod reverentia, quam Deo debemus, & ſuprema ejus Majeſtas à nobis exigunt, ut ei ſupplicemus, hocque orationis tributum, in devotionis & obſequii noſtri conteſtationem exſolvere debeamus; quod ſi enim mundi hujus principibus memorialia exhibeantur; quanto decentiùs eſt, ut apud hunc ſupremum Monarcham neceſſitates noſtras per ſupplicationes & memorialia orationum noſtrarum inſinuemus. Secundo, id è nobis exigit conditio noſtra, ut noſtram ab ipſo dependentiam, noſtramque, quam habemus illius indigentiam, per orationes noſtras agnoſcamus. Tertio noſtras preces exigunt & merentur momenta & pondera rerum, quas ab ipſo petimus, gratia nimirum & gloria. Quarto, quia in oratione cum ingenti merito & lucro noſtro præcipuè exercentur virtutes Chriſtianæ.

Quia

Quia vos me amâſtis, & credidiſtis, quia ego à Deo exivi.

4. Ecce tibi amoris, quo in Deum ferimur, nec non noſtræ in ipſum fidei remunerationem, nimirum quòd à Deo Patre viciſſim amemur: *Ipſe enim Pater amat vos, quia vos &c.* Dum amorem noſtrum creaturis impendimus, peſſimè eum collocamus, imo totaliter eum amittimus & perdimus; non verò ſic, quando eundem amorem in Deum dirigimus, hic enim per amoris divini, qui infinitus eſt, reciprocationem copiosè compenſatur. Dei erga nos affectum & amorem poſſidere, certum quoddam omnium deſiderabilium bonorum pignus eſt, quia, ut Ariſtoteles ait: *Amare eſt velle alicui, quæ bona putat.* S. Thomas de Villa Nova autem inter amorem noſtrum, & Dei amorem ita diſtinguit, dum ait: *Hoc namque inter amorem Dei & noſtrum diſtare ſolet, quod nos bonitatem in aliis diligimus, ſed eam illis diligendo minimè præſtamus: Deus autem quos diligit, diligendo optimos facit.* Amor Dei erga Apoſtolos, omnibus gratiæ & gloriæ bonis illos cumulavit. Veruntamen ſciendum eſt, Apoſtolos aliqua ſaltem ex parte ſe illo amore reddidiſſe dignos, quia amârunt Chriſtum, ejuſque amplexati fuêre fidem, id quod tot alii ex Judaiſmo minimè præſtiterunt. Optimè igitur S. Auguſtinus monet, dicens: *Aquam amoris tui fluentem in cloacvm, converte ad hortum.* Fons namque ille, qui aliàs in fœtidis paludibus ſtagnaret, ſi derivetur in hortum, herbas ibidem, flores & fructus progerminat, cùm aliàs ranas, & alia animalia pernicioſa & peſtifera producturus fuiſſet: ita quoque per quotidianam videmus experientiam, quòd amor, qui in creaturas, & in hæc bona terrena diſpergitur, ſerpentes in nobis generet vitiorum & peccatorum enormium; cùm tamen idem amor Deo impenſus omnigenis nos locupleret bonis virtutum, donorum & gratiarum cæleſtium.

Ariſtot. Rhet. 2. c. 4. *S. Thom. de V. la Nova ſer. de S. Ioan.* *S. Aug. in Pſ. 31.*

5. *Ego diligentes me diligo*, inquit Deus in Proverbiis; quomodo igitur Apoſtoli Patris ſibi amorem comparârunt, cùm tamen ipſi Chriſtum, non verò Patrem amaverint. Pro reſponſione notandum, quod Chriſtus dicat: *Ego & Pater unum ſumus: Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum; & manifeſtabo ei meipſum*; in Græco textu legitur: *Inſinuabo ei meipſum.* Amor igitur, quo erga unam ex tribus divinis Perſonis ferimur, omnibus æqualiter gratus exiſtit, nobiſque per ipſarum amorem reciprocum, qui ſecuriſſimum æternæ beatitudinis pignus eſt, abundè compenſatur.

Ioan. 14. 21.

Verſus 28.

Exivi à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

Exivi à Patre, & veni in mundum.

1. S. Bonaventura dicit: *Exivi à Patre, quia de illo eſt, in mundum venit, quia corpus oſtendit, quod de virgine aſſumpſit.* Albertus Magnus hiſce verbis hanc paraphraſin addidit: *Exivi per æternam generationem à Patre, & veni in aſſumpta carne in mundum, viſibilis factus mundo.* Toletus ita explicat: *Veni in mundum homo factus, & humilians meipſum uſque ad mortem.*

S. Bon. *Alb. M.* *Toletus.*

2. S. Thomas dicit quòd tam exitus à Patre, quàm ejus in mundum adventus localiter minimè ſit intelligendus: *Sicut exitus à Patre ab æterno non eſt localiter, ita nec adventus ejus in mundum eſt localis, quia cùm Filius ſit in Patre; & è converſo, ſicut Pater omnia implet, ita & Filius, nec eſt, qui localiter moveatur; dicitur ergo veniſſe in mundum in quantum naturam humanam aſſumpſit, quantum ad corpus, habentem originem ex mundo, non mutando locum.*

S. Thom. in Joan.

Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

3. S. Bonaventura citans authoritatem S. Auguſtini, dicit: *Reliquit mundum corporali diſceſſione, perrexit ad Patrem, hominis aſcenſione, nec mundum deſeruit præſentiæ gubernatione.* Albertus Magnus ait: *Relinquo mundum, non tamen relinquo carnem, quam aſſumpſi de mundo, & vado ad Patrem per Aſcenſionem.* Apelles Marcionis diſcipulus Chriſtum corpus aſſumpſiſſe docet, non phantaſticum, prout ejus credebat magiſter, nec

S. Bon. *Alb. M.*

nec ex vera carne, ut tradit Evangelium, ſed cœleſte, affirmans impiè, quòd Chriſtus in cœlum aſcendens corporis partibus depoſitis, purus remanſerit & aſcenderit ſpiritus: nobis autem ex fide certum eſt, quòd ſacratiſſimam ſuam humanitatem unà cum vulnerum cicatricibus ad dexteram uſque Patris contulerit, ut noſter eſſet apud æternum Patrem ſuum advocatus. *Aſcendit Chriſtus in cœlum*, inquit S. Bernardinus, *ſcilicet ut nos intromitteret in corporalem poſſeſſionem regni cœlorum, ut tam corpore quàm animâ glorificaremur in eo.* Et in alio quodam ſermone de Aſcenſione dicit: *Primus fructus Aſcenſionis eſt Patris exoratio. Unde ad Hebræos 9. Apoſtolus ait: Jeſus introivit in cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis; quot vulnera pro nobis ſuſcepit, tot linguas habet, quibus pro nobis apud Patrem intercedit.*

S. Bern. Sent. 3. ſer. 2. de Aſcenſ. art. 3. c. 1. ſer. 1. a. 2. c. 1. Heb. 9. 24.

4. Cajetanus ingeniosè notat differentiam in dicendo *Exivi à Patre, & reliqui mundum; non dixit: Relinquo Patrem, quia exivi à Patre, quod non reliquit Patrem, ita junxit ſibi carnem paſſibilem, quod non reliquit divinitatem communem ſibi cum Patre; mundum autem reliquit, quia converſationem hujus mundi, ad quam venerat, relinquebat.*

Cajetan.

5. S. Thomas hanc mundi relictionem exponit quoad diſceſſum corporalem, non verò quoad curam & providentiam: *Relinquo mundum, non ſubtrahendo ſuæ gubernationis providentiam, quia ſimul cum Patre ſemper mundum gubernat, & ſemper cum fidelibus eſt per gratiæ opitulationem, relinquit mundum ſubtrahendo ſe à conſpectu corporali mundanorum*; poſtea verò idem Angelicus Doctor, quo modo, & quo fine ad Patrem regredi diſpoſuerit, declarat, dum ait: *Et vado ad Patrem, quem nunquam deſeruerat; vadit autem, in quantum ſe obtulit Patri in paſſione; item in quantum per reſurrectionem, ſecundum quod homo transfiguratus eſt Patri in immortalitate; item in quantum in Aſcenſione aſcendit ad cœlos.*

S. Thom. loc. cit. S. Thom. in Joan.

6. Porrò in tribus hiſce Dominicis, Aſcenſionis feſtum præcedentibus, ſancta mater Eccleſia nos in prælectis nobis Evangeliis fideles ſuos ad vicinum hocce myſterium præparare ſatagit, ut unà cum Chriſto ſpiritualiter aſcendere poſſint; & quidem modum, quo id aſſequi poſſimus, his verbis tradit: *Relinque mundum*, hoc enim adimpleto & præmiſſo, conſequens eſt, quòd *vado ad Patrem*; unde bene S. Bernardus ait: *O homo, quanto magis ad mundum accedis, tanto longius à Deo recedis*; quantò enim per affectum & amorem noſtrum bonis hiſce terrenis adhæſerimus, tantò ad comparandum bona cœleſtia inhabiliores efficimur: *Amor meus, pondus meum, eo feror, quo unque feror*; & ideo ſi amor noſter terram versùs nos inclinet, in cœlum nos ſubvehere nequibimus; verùm quidem eſt, quòd quoadusque in carne hac mortali vivimus, mundum hunc omnino deſerere non poſſimus; attamen, ut S. Bernardus in celebri illo ſermone, quem ſuper illa verba: *Ecce nos reliquimus omnia*, conſcripſit, *Plus concupiſcentia mundi, quam ſubſtantia nocet*; neque enim bonorum temporalium poſſeſſio, ſed nimia ad illa affectio & cupiditas nos condemnat, quia, ut S. Auguſtinus ait: *Charitas venenum eſt, ſpes adipiſcendorum aut retinendorum temporalium, nutrimentum ejus eſt diminutio cupiditatis.*

S. Bern. ſerm. de miſer. humanæ

S. Bern. ſer. 16. nos reliq.

Verſus 29.

Dicunt ei diſcipuli ejus: Ecce nunc palàm loqueris, & proverbium nullum dicis.

1. Chriſtus aliàs quidem non niſi in parabolis cum diſcipulis ſuis loqui conſuevit, nunc verò apertè loquitur. Unde Dionyſius Carthuſianus hunc illorum verborum ſenſum eſſe dicit: *Proverbium nullum dicis, loquendo de exitu tuo à Patre, & adventu in mundum, ipſam veritatem nudè ſine parabola loqueris.*

Dionyſ. Cart.

Verſus 30.

Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, ut quis te interroget, in hoc credimus quia à Deo exiſti.

1. Rupertus Abbas diſcipulos hanc atteſtationem: *Scis omnia*, de increata & incarnata Sapientia edidiſſe dicit: *Venerabilis*, inquit, *& ſapientia Dei congrua hæc profeſſio eſt, quia dicitur: Nunc ſcimus quia ſcis omnia; omnia namque ſcire, ſolius eſt ſapientiæ ejus, cujus*

Rup. Ab.

jus non est numerus, quæ attingit à fine usque in finem fortiter, & disponit omnia suaviter, hæc enim sola scit omnia, & omnium scrutatur corda, & universas mentium cogitationes intelligit.

S. Cyrill. Alex. 2. S. Cyrillus Alexandrinus discipulos de illa scientia locutos fuisse dicit, per quam Christus eorum cogitationes & intentionem penetrabat: q. d. *Cùm occultas cogitationes agnoscas, & interrogationes, quas ipsi facturi eramus, præveneris, te exiisse à DEO credimus; mentis enim penetralia & cordis arcana perspecta habere, solius Dei est.*

Theoph. 3. Theophylactus in his verbis, discipulorum imperfectionem considerat, utpote qui tunc, non verò anteà dicebant: *Nunc scimus*, cùm tamen jam à multo tempore in ejus fuissent schola edocti: *Qui enim tantas audierant doctrinas, dicunt: Nunc scimus.* Dionysius verò Carthusianus in horum verborum expositione ipsos excusare velle videtur, quasi dixissent: *Nunc scimus per fidem & experientiam quandam, quòd scis omnia.*

Dion. Cart.

S. Thom. in Joan. 4. S. Thomas discipulos tria specialiter de Christo confessos fuisse considerat: *Doctrinæ videlicet claritatem, scientiæ certitudinem, & divinam originem.* Primùm quidem, quia dicunt: *Ecce nunc palàm loqueris, & proverbium nullum dicis.* Et verò, ut Angelicus Doctor optimè notat, si attentè omnia consideremus verba Evangelii præsentis, in nullo alio sacræ Scripturæ loco origo Christi adeò manifestè declaratur, quàm hic; siquidem ait: *Palam de Patre meo annuntiabo vobis: Exivi à Patre, & veni in mundum, & ideo credentes hanc promissionem, quæ dicit, palàm de Patre meo*, &c. *eit completam fuisse, ita ut non alia manifestatione indigeant, dicunt: Ecce nunc palàm loqueris.* Secundum verò, id est, scientiæ certitudinem confessi sunt, dicentes: *Nunc scimus, quia scis omnia, & quidem in superficie verborum satis evidens argumentum est certæ & perfectæ scientiæ, quando quis manifestat, quæ dicit, sed tamen hoc Apostoli dicunt, propter altam intentionem, quia scilicet Dominus scit omnia cordis eorum secreta, & de his quæ dubitant, satisfacit.* Divinam denique originem confitentur, quando manifestis verbis dicunt: *In hoc credimus, quia à Deo existi; scire enim omnia, & omnia secreta cordium, est proprium divinitatis.*

Dion. Cart. 5 Dionysius Carthusianus super illa verba: *Non opus est tibi, ut quis te interroget*, subjungit: *Quia tu nosti dubitationes, atque proposita cordium, unde non oportet tibi aliquid notificari.*

De Ascensione Domini in Tomo II. Promptuarii sacri per quindecim discursus fusè tractatur.

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

EVANGELIUM.

Ex Joan. Cap. 15. & 16.

v.26.  *Um veneris Paraclitus, quem ego mittam vobis è Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.* 27. *Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.*

1. *Hæc locutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini.* 2. *Abſque ſynagogis facient vos, ſed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* 3. *Hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.* 4. *Sed hæc locutus ſum vobis, ut cùm venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.*

Verſus 26.

Cùm venerit Paraclitus, quem ego mittam mittam vobis Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.

Cum venerit Paraclitus.

1. QUia Salvator noſter in hodierno Evangelio mentionem facit Spiritûs ſancti, quem Collegio Apoſtolico mittere claris verbis promittit, ideo ſancta Eccleſia hoc ipſum fidelibus hodie prælegi inſtituit, ut hac ratione fidelium corda ad eum dtgnè recipiendum diſponat & ordinet.

Rup. Ab. l.12. in Ioan. 6.15.

2. Rupertus Abbas Chriſtum tribus modis Spiritum ſanctum ſpecificâſſe notat: *Tribus diſtinctionibus hoc loco perſona vel majeſtas Spiritûs ſancti deſcripta eſt, videlicet quia Paracletus, quia Spiritus veritatis eſt, quia à Patre procedit. Paraclitum vocat, quia mittendus erat ad conſolandum & animandum Apoſtolos, cæteroſque fideles inter odia & perſecutiones.* Divino etenim hoc igne inflammati & accenſi in crudeliſſimis tormentorum carnificinis gaudebant & jubilabant; & ut ſanctus Thomas de Villanova ait: *Inter candentes prunas, & micantes gladios, inter ſtridentes feras & rugientes leones, inter laniantes ungulas lætabundi laudem & gloriam Chriſto decantabant.*

S. Thom. à Villa Nov. conc. de Pent. 1.

3. Hugo Cardinalis quoque gloſſat hoc verbum: *Paracitus, id eſt, conſolator, conſolatur nos in tribulationibus, nobis aſſiſtendo, refrigerium præſtando, iem mentem æleſti dulcedine inebriando* Dydimus ſimiliter cauſam inquirit, cur Chriſtus Spiritum ſanctum Paraclitum denominaverit; dicit enim: *Ab operatione nomen imponit, reddit enim à perturbatione alienos, & incredibile gaudium tribuit, ſempiterna enim lætitia in eorum corde verſatur, quorum Spiritus ſanctus habitator eſt.* Unde in ejus feſto ſancta mater Eccleſia canit: *Conſolator optime, dulcis hoſpes animæ, dulce refrigerium; in labore requies, in æſtu temperies, in fletu ſolatium.* Sanctus Thomas de Aquino in ſermone, quem de Pentecoſte habuit, tres modos, quibus Spiritus ſanctus nos ſpecialiſſimè conſolatur, his verbis

Hugo Card.

Dydimus l. de Sp. S.

S. Thom. ſer. de Pent.

verbis adducit. Primò ſcilicet *Cœleſtes conſolationes largiendo*, 1. ad Theſſal. 1. *In tribulatione multa cum gaudio Spiritus ſancti.* Secundò, *Dona charismatum in tribulationibus augendo: tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem; ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum.* Tertius modus, quo nos conſolatur, eſt: *Quanta ſint gaudia, quæ recipiemus pro iſtis modicis tribulationibus, demonſtrando. Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei, ſi autem filii & hæredes,* &c. *Exiſtimo enim, quòd non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.*

1. Theſſ. 1. v. 6.

Rom. 8. 16. Ibid. v. 18.

4. *Paracletus,* inquit Albertus Magnus, *qui & advocatus & conſolator, pro me advocabit in mundo.* Hugo Cardinalis ait: *Advocatus dicitur, ut ſciant, quòd vincent in cauſa contra Judæos.*

Alb. M.

Hugo Card.

5. Obſervandum eſt, quòd priuſquam Apoſtolis prædiceret: *Abſque ſynagogis facient vos,* &c. prius illis promittat Spiritum S. ad denotandum, quod primo nobis virtutem & gratiam ſuam conferat, auxilia item & conſolationes interiores ſpiritûs, poſtea verò nobis tribulationem immittat, cujus contrarium mundus facit, is enim primo nobis immittit adverſitates, in eodemque tempore nos planè deſtitit: *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.*

Ioan. 16. 2.

2. Cor. 1. 5

Quem ego mittam.

6. Albertus Magnus hiſce verbis hanc gloſſam addit: *Nec mitteret poſſet, niſi ab ipſo procederet.* Eandem quoque conſequentiam Toletus exinde deducit, ſcilicet quod per hanc miſſionem Spiritum ſanctum ab ipſo quoque procedere denotetur: *Si enim miſſus eſt à Filio, ab ipſo procedit.* Janſenius notat, quod Chriſtus hîc brevibus verbis ſanctiſſimæ Triados myſterium manifeſtet. *Notandum, Chriſtum paucis Trinitatis myſterium complexum, dum Spiritum dicit mittendum, ſe miſſurum, ſed à Patre.*

Alb. M.

Tolet.

Janſ. 6. 135.

7. Lucas Burgenſis verba hæc de Spiritu ſancto explicat, Apoſtolis inviſibiliter & in ſigno viſibili in die Pentecoſtes communicato: *Mittam, partim inviſibiliter in corda & animos veſtros, partim viſibiliter, præſertim in die Pentecoſtes.*

Lucas Burg.

8. S. Cajetanus bene obſervat, quòd Chriſtus Spiritum ſanctum prius à Patre mittendum dicat, nunc verò eundem à ſe quoque mittendum aſſerat: *Ut eandem operationem Patris & Filii, in quantum Deus eſt, intelligamus, ut indiviſa intelligamus opera Trinitatis. Ego, demonſtrat procul dubio Jeſum ſecundùm divinam naturam, ſolius enim Dei eſt mittere Spiritum ſanctum.*

Cajet.

9. Enimverò id, quod ſummam in nobis admirationem excitare debet, eſt circumſtantia & conjunctura temporis, quo Apoſtolis hanc promiſſionem præſtat, paucis nimirum horis ante paſſionem & mortem ſuam in celebri illo ſermone, in ultima cœna habito, adeoque tunc Chriſtus nobis ſe ærarium cœli aperturum eſſe promittit, ut inde nobis expromat, ſuperque nos copioſè effundat theſauros donorum & gratiarum Spiritûs ſancti, quando nos toti in eo occupati eramus, ut ad ipſum capiendum armaremus adverſus eum milites, patibula fabricaremus, decerperemus ſpinas, clavos acueremus, & ad eum caſtigandum texeremus flagella: tunc ille nobis nectar & ambroſiam promittebat paradiſi: quando nos ipſi fel præparabamus & acetum ad bibendum. Ita eſt, hic ſemper ſtylus fuit Chriſti, ut bonum nobis pro malo abundè redderet, nobiſque tunc vel maxima impertiatur beneficia, quando nos ipſi exhibemus rebelles & impios. Quod ſi promiſſio iſthæc ab æterno Patre & alio tempore facta fuiſſet, tantam nobis nequaquam cauſaret admirationem, nunc verò Chriſtus ipſe dicit: *Quem ego mittam,* & eo quidem tempore mittam, quo homo carnifices quærit ad me crucifigendum. Quando milites Syriæ impetum faciebant in Eliſeum, ut eum caperent, & necem illi inferrent, ipſe contra de illis, quos eis minimè advertentibus in Samaria recluſos, in ſua poteſtate habebat, aliam non ſumpſit vindictam, quàm quod egregium illis prandium ad eos reficiendos inſtruxerit: *Appoſita eſt eis ciborum magna præparatio*, ideoque typus fuit noſtri Redemptoris, qui eâdem die, qua ad eum capiendum egreſſuri erant milites: *In qua nocte tradebatur, accepit panem*, auguſtiſſimum illud inſtruxit ſacroſancti Corporis ſui convivium, eiſque dono

4. Reg. 6 22.

dedit theſaurum adeo inæſtimabilem, ut ne quidem ipſiuſmet Dei omnipotentia dare eis quiverit maiorẽ. Quandonam putas Dei filium præparâſſe aut deſignâſſe arborem illam, in qua redemptionis noſtræ exſolveret lytrum? Nimirum in eodem quaſi temporis momento, quo protoparentes noſtri ipſius legem prævaricando, tantò cum contemptu & ingratitudine ipſum offenderunt; tunc enim paradiſum terreſtrem obambulavit, ut arborem ſibi deſignaret & elegeret, in quam configi voiebat: *De parentis protoplaſti fraude factor condolens, quando pomi noxialis morſu in mortem corruit, ipſe lignum tunc notavit, damna ligni ut ſolveret.*

Vobis.

10. Valde conſiderabilis eſt hæc dictio, ſiquidem non Hebræis, non ſynagogæ, non idololatris Spiritum ſanctum promiſit, ſed Apoſtolis quia non omnes ſunt capaces & diſpoſiti ad eum recipiendum. Eiſdem dixerat: *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* In Ezechiele quidem Deum dixiſſe legimus: *Spiritum meum ponam in medio veſtri*, at verò notandum quòd immediatè ſubjungat: *Et faciam ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea cuſtodiatis*; clarius enim aut evidentius ſignum, unde Spiritum S. liberum in animam quampiam aditum habuiſſe agnoſcere poſſimus, dari nequit, quàm ſi eandem in divinorum præceptorum adimpletione zeloſam & ferventem eſſe conſpiciamus. B. Petrus Damianus in ſerm. de Pentecoſte ſanctè gloriatur: *Nos ſpiritum hujus mundi non accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt*; mox verò, qualis uterque ſpiritus ſit, diſtingit & declarat, dum ait: *Quis eſt autem ſpiritus mundi? Ille perfecto eſt, qui ſuadet, homines divina præcepta contemnere.* Propheta regius os ſuum ſe aperuiſſe, ſicq; ſpiritum recepiſſe profitetur, quod idem eſt ac ſi diceret, per ſervent iſſimam orationem me Spiritûs ſancti recipiendi reddidi capacem & dignum: *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum*, protinus autem ſubjungit: *Quia mandata tua deſiderabam.* Lucas Burgenſis dicit: *Vobis in ſolatium, conſilium & auxilium loco præſentiæ meæ corporalis.*

Ioan. 15. 3
Ezech. 36. 27.
Ibid.
B. Petr. Dam. ſer. de Pent.
Pſ. 118. 131.
Lucas Burg.

A Patre.

11. Id eſt, ut Theophylactus exponit, *approbante Patre, & ſimul mittente.* Interlinearis dicit: *Ecce quod Pater mittit.*

Theoph.
Interl.

12. S. Thomas ait: *Quia ſcilicet filius, quidquid operatur, habet à Patre.* Interlinearis Chriſtum dicere voluiſſe declarat, quòd Spiritum S. ex ſinu Patris miſſurus ſit, ad denotandum, quòd & ipſe à Patre procedens erat: *Ecce quod & Filius mittit à Patre, à quo ipſe eſt.* Toletus ait: *Hoc verbum explicat, ita Filium mittere Spiritum ſanctum, ut à Patre accipiat eſſentiam, qua unà cum Patre producat Spiritum ſanctum.*

S. Thom. in Joan.
Interl.
Toletus.

13. S. Joannes de adventu Spiritûs ſancti differens, ait: *Nondum erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus*; tunc autem glorificatus fuit, quando ad ſanctiſſimæ Triadis thronum aſcendit, adeoque dicere voluit, quòd tunc illum miſſurus eſſet, quamprimum ad Patris dexteram ſederet.

Ioan. 7. 39.

14. Conſiderari etiam hoc loco poteſt, quòd, ex quo Pater Filium in terras miſerat, eumque nos crucifixeramus, Pater juſtiſſimum motivum habuiſſe videatur, ut Spiritum S. ad nos mittere detrectaret, & tamen Filius in cœlum aſcendit, ibidem tanquam advocatus & mediator noſter Patrem placavit, eundemque ad ſanctiſſimum hunc Spiritum pro noſtra ſalute & conſolatione mittendum efficaciter permovit.

Spiritum veritatis.

15. Notat hoc loco S. Bonaventura, Chriſtum tertiam ſanctiſſimæ Trinitatis perſonam, non ſolùm Spiritum ſanctum, ſed etiam Spiritum veritatis appellâſſe: *Quia omnia certiſſimè novit.* Advertit tamen Cajetanus, quòd Spiritum S. in hac occaſione ſpiritum vocaverit veritatis: *Ad ſignificandum, quod erit Spiritus ſolius & totius veritatis eorum, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem æternam.* Enimverò Apoſtoli prædicationem Evangelicam, intra breve tempus, inter multas oppoſitiones & perſecutionum ærumnas, inſtituendam aggreſſuri erant. Meritò igitur, inquit Alcuinus, cœleſtis hujus Spiritûs mentionem fecit, tanquam Paracliti, & Spiritûs veritatis; *Ut & fiduciam habuiſſent prædicationis in ſpiritu veritatis, & conſolationem gratiæ in eodem ſpiritu.*

S. Bonav.
Cajet.
Alcuin.

16. Quid-

16. Quidquid Eccleſia nobis in libris ſacræ Scripturæ canonicis credendum proponit, & quæcunque eadem in materia fidei per ſuum paſtorem & fidei vicarium determinat, & fide divinâ credenda definit, illa omnia indubitata ſunt & certa, eò quòd præcipuus talis deciſionis author eſt Spiritus ſanctus, qui eidem tanta cum infallibilitate aſſiſtit, ut nunquam in materia fidei errare poſſit. Albertus Magnus ad textum illum Joan. c. 14. ſe reflectentibus dicitur: *Docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis*; ſubjungit: *Ideo hunc Spiritum accepiſſe, didiciſſe eſt omnem veritatem. Pſ. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam.* Per hanc etenim lucem Spiritus ſanctus intelligitur, ita enim in proſa, quam in die Pentecoſtes ad miſſam canimus, appellatur: *O lux beatiſſima.*

Alb. M. Joan. 14 26.

Pſ. 42. 3.

17. Porrò hic Spiritus veritatis ſe ſubitò poſt ſuum adventum experimentaliter manifeſtavit, quando Paganiſmi errores & ignorantiam, & prophanorum numinum falſitatem detexit, & gentiles, qui in confictis Jovis Saturni, & aliorum deorum ſimulacris ſuis patrem mendaciorum, dæmonem adorabant, ad ſinceram fidem permovit.

18. Chriſtianus omnis, qui veritatem diligit, & mendacium deteſtatur, & omnem fictionem & cordis duplicitatem abhorret, ſatis apertè in ſe Spiritum Dei eſſe oſtendit: econtrà verò quando aliquis mendax eſt, manifeſtum id eſt indicium, quòd dæmonem in eo habeat: *Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater ejus.* Super quæ verba S. Thomas ita ſcribit: *Ponit peccatum dæmonis contra Deum, quod conſiſtit in hoc, quòd avertit ſe à veritate, quæ Deus eſt, & primò oſtendit eum à veritate averſum; ſecundò oſtendit eum veritati contrarium.* Dæmon primus fuit inventor mendacii, cùm Deo, qui veritas eſt, *ego ſum via, veritas, & vita*; nec non Spiritui ſancto, qui Spiritus eſt veritatis, contrarius exſtat; quid mirum igitur, ſi mendax ſit, & fallaciſſimus deceptor? nihil ille aliud cogitat, nihil aliud molitur, quàm ut totum humanum genus fraudibus ſuis circumvenire, de ipere & ſeducere poſſit; hocque venenum nobis inſtillare latagit, de quo B. Laurentius Juſtinianus ita nos monet: *Quantum in mina[illegible]eus eſt, immortalem & æternam ve-*

Joan. 8. 44. S. Thom. ibid.

B. Laur. Juſt. de vita ſolit. c. 4.

ritatem, quæ Deus eſt, deſtruere moliuntur. hoc verò dum agunt, illam in nullo lædunt, illi nequaquam detrimentum inferunt, ſed ſe perimunt, quemadmodum in Sapientiæ volumine continetur; ſi enim hoc habet: Os quod mentitur, occidit animam.

Sap. c. 11.

19. Notat Janſenius, quòd Chriſtus Salvator noſter, poſtquam Spiritum ſanctum appellâſſet paraclitum, mox illum quoque vocaverit Spiritum veritatis: *Idque appoſitè, ut, quia illum dixit perhibiturum teſtimonium, oſtendat eum fide dignum.* Unde Chryſoſtomus ait: *Ille dignus fide erit, veritatis enim eſt Spiritus, propterea non Spiritum ſanctum, ſed veritatis appellat.*

Janſen.

Chryſ. hom. 46. in Joan.

Qui à Patre procedit.

20. Id eſt, ut inquit Toletus: *Conſubſtantialis eſt Patri*, qui & S. Ambroſium citat dicentem: *Ac ſi diceret: Spiritus hic paraclitus, quem mittam à Patre, non eſt creatura aliqua, ſed Patri & mihi conſubſtantialis.*

Tolet. S. Amb. l. 1. Spir. S. c. 16.

21. S. Chryſoſtomus: *Si procedit à Patre, omnia novit, ut ſit perfectus Doctor veritatis.*

Chryſ. hom. 76.

22. Lucas Burgenſis ly *procedit*, examinans, dicit: *Procedendi vocabula obtinuit in ſchola Chriſtiana*; adducitque authoritatem quandam Dydimi, lib. 2. de Spiritu ſancto, dicentis: *Procedit non ad alia tranſmigrans, non enim locorum fine clauditur, cùm ſit incorporalis; ſed manens in Patre, & habens illam in ſemetipſo, ſicut filius miſſus à Patre, non ſeparatur, nec diſtinguitur ab eo.*

Lucas Burg.

Dydim.

Ille teſtimonium perhibebit de me.

23. Toletus optimè obſervat, quàm ſit hoc teſtandi officium Spiritui ſancto aptum & congruum: *Si enim miſſus eſt à Filio, ab ipſo procedit, eum perfectiſſimè novit. 1. Cor. 2. Nemo novit quæ ſunt Dei, niſi Spiritus Dei, eſt autem hoc neceſſarium in eo, qui perhibiturus eſt teſtimonium de aliquo, ut ipſum optimè noſcat.*

Toletus.

1. Cor. 2. 11.

24. Ad hoc ut Apoſtoli, inquit Theophilactus, à prædicatione Evangelii & à novæ legis gratiæ promulgatione coram omnibus populis facienda ſe ſubducere non poſſent, dicendo: *Quomodo digni fide erimus? quis ad nos attendet? ideo ſubdit: Cùm autem*

Theoph.

autem venerit paraclitus, ille testabitur de me. Bono animo sitis, prædicatio non caritura est testibus, sed & Spiritus cum signis & prodigiis meis testabitur, fidelisque testis erit, est enim spiritus veritatis.

Rup. Ab. lib. 12. in Ioan. c. 15.

25. Rupertus Abbas Tuitiensis proinde ait: *Glorietur fides, exultet spes, gratuletur charitas, quia videlicet huic filio hominis, in quem credimus, in quo speramus, quem diligimus, non desunt Trinitatis testimonia, ne vacet ampliùs procacitati Judaicæ dicere: Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.*

Toletus.

26. Toletus convenientiam & necessitatem considerat, qua Apostoli testimonio Spiritûs sancti, ad testimonium suum corroborandum, opus habebant: *Magno & planè divino consilio factum est, ut testimonio à discipulis reddendo præmitteretur & promitteretur testimonium Spiritûs sancti.* Hic namq; divinus Spiritus per suum adventum è medio sustulit omne obstaculum, quod illos deterrere poterat, quò minus Christum, tanquam Dei filium & redemptorem mundo annuntiarent. Et quidem idem Toletus multa impediments adducit, quæ huic fidei admittendæ obstaculo erant. Primum enim erat, humilitas Christi, siquidem paulò antè à Judæis crudeli & infami morte interemptus fuerat, & ideo unicuique contemptibilis esse videbatur. Secundum, difficultas persuadendi, quòd is, qui paulò antè tanquam latro crucifixus fuerat, verus Dei filius esset. Tertium, erat periculum cui se exponebant, ne & ipsis mors similis subeunda esset, utpote qui ejus, quem totus Judaismus acerbissimo odio prosequebatur, sequaces & discipuli erant, maximè cùm ipsemet Christus ipsis perspicuis verbis prædixisset, quòd suam pro illo vitam daturi essent. Quartum, erat illorum ruditas & ad prædicandum illorum indoneitas, utpote qui vilibus natalibus oriundi idiotæ, illiterati profeossine abjecti erant, omnique authoritati, aut favorum humanorum subsidio destituti. Qua igitur ratione per universum tantum mysterium prædicare auderent? Et tamen omnes hæ difficultates, quantumvis aliàs humanitus insuperabiles, per hanc promissionem superabantur, & evanescebant: *Testimonium perhibebit Spiritus paraclitus veritatis, qui à Patre procedit, & quem ego vobis mittam. Primò quidem, ne videatur vobis vile & contemptum officium & testimonium, quod ille, qui a Patre procedit, & ipsi est consubstantialis, est perhibiturus. Rursus, ne timeatis, non posse vos arduam veritatem persuadere; ille enim Spiritus veritatis, qui omnia scit, qui quæcunque vult, docet, & persuadet, vobiscum & per vos reddet testimonium.*

27. Ad hoc ut testis aliquis plenè testificetur, ejusque depositio recipiatur, tria præcipuè requiruntur, scientia nimirum, integritas & authoritas; Spiritus sanctus autem omnium rerum scientiam habet: *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet.* Habet quoque integritatem, si quidem bonitas ei specialissimè adscribitur. Denique authoritatē habet, quia est Deus æquè omnipotens, & potestatis æquè supremæ, ac est illa, quam habent Pater & Filius, à quibus procedit. Sap. 1. 7.

Lucas Burg.

28. Lucas Burgensis dicit, quòd Spiritus sanctus divinitatem Christi testificaturus erat, per miram illam mutationem, quæ in Apostolis facta fuit: *Per vos enim subitò mutatos in viros alios, ex rudibus sapientes, ex infantibus disertos, ex idiotis loquentes linguis omnium gentium, ex imbellibus & meticulosis fortes & constantes redditos.* Denique idem Spiritus non solùm Apostolis, sed post hoc multis aliis dona sapientiæ, eloquentiæ, linguarum, prophetiæ, miraculorum, &c. communicavit, quæ omnia evidentia divinitatis Christi signa erant: *Contestante Deo signis & prodigiis*, inquit Apostolus, *& variis Spiritus sancti distributionibus.* S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Perhibebit autem testimonium, sed quomodo? operando nimirum in vobis & per vos miracula, testis erit justus ac verax divinæ meæ potestatis atque majestatis.* Hebr. 2. 4. S. Cyrill. Alex.

S. Thom. in Joan.

29. S. Thomas aliud quoddam Spiritûs sancti testimonium, intrepidum Apostolorum animum fuisse dicit: *Fiduciam eis præbente ad testificandum.* Matth. 10. *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus*, &c. Matt. 10. 20. Tolet.

30. Toletus conveniens fuisse dicit, ut Spiritus sanctus intervenire, ad hoc, ut Christus innotesceret mundo, quia Spiritus sanctus quodammodo causa fuit, quòd Christus hanc nostram sibi assumeret mortalem carnē, ut constat ex illo Joan. cap. 3. ubi dicitur: *Sic* Joan. 3. 16.

Deus

Deus dilexit mundum, ut filium ſuũ unigenitum daret; hic autem amor quo Deus mundum dilexit, eſt Spiritus ſanctus. Adhæc cùm Spiritus ſanctus per os Prophetarum locutus fuerit, ipſe utique fuit, qui Chriſtum omnibus ſuperioribus ſæculis promiſerat, quique eum, poſteaquam in terram veniſſet, omnibus donis & gratiis ſuis repleverat.

Act. Ap. 10.38. Act. Ap: cap 10. *Unxit eum Spiritu ſancto.* Quibus addi poteſt, Spiritum ſanctum, beatiſſimam Virginem divino hoc partu fœcundâſſe: *Incarnatus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.* Unde Toletus concludit: *Debuit ergo de ipſo poſt adventum teſtimonium reddere.*

Toletus.

Lucas Burg. 31. Lucas Burgenſis Chriſtum dicere voluiſſe inquit: *Teſtimonium perhibebit de me, quia ego ſum, & quàm iniquo odio illi me proſequantur; teſtabitur me eſſe Chriſtum filium Dei, ab ipſis quidē iniuſtè occiſum, à Deo Patre autem reſuſcitatum, exaltatum, atque ad dexteram ipſius in cœlis collocatum.*

Beda. 32 Beda quoque effectum hujus à Spiritu ſancto perhibiti teſtimonii, tot obſtinatorum & induratorum Hebræorum, ad fidem Chriſti converſionem fuiſſe notat, quem paulò antè crucifixerant: *Compuncti corde converſi ſunt, & tanti ſanguinis, tam impiè atque immaniter effuſi indulgentiam perceperant, ipſo redempti ſanguine, quem fuderunt tanquam diceret: Odio me habuerunt, & occiderunt videntes, ſi dtale de me teſtimonium paracletus perhibebit, ut eos faciat in me credere non videntes.*

Verſus 27.

Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

Et vos teſtimonium perhibebitis.

2. Enimverò tametſi videri potuiſſet, divinam Spiritûs ſancti de Chriſto factam atteſtationem debuiſſe ſufficere; attamen Salvator noſter humano quoque teſtimonio uti voluit, ab Apoſtolis perhibito, utpote qui oculati ſanctitatis ſuæ teſtes fuerant: *Ut concurrentibus undique*, Lucas Burgenſis inquit, *omnis generis teſtimoniis divinis & humanis opprimerentur refractarii Iudæi, & judice univerſo mundo damnarentur perfidiæ erga Chriſtum*; inexcuſabiles enim erant, neque ſe juſtificare poterant, dicendo, ſe illum non cognoviſſe, ac proinde tamquam rei projici merebantur, & derelinqui.

Lucas Burg.

2. Porrò Apoſtoli adimpleverunt, quidquid magiſter ipſorum Chriſtus eis prædixerat, ſiquidem uti in S. Joanne legimus: *Quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ, & vita manifeſta eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis.* S. Petrus pariter ait: *Hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam, cùm eſſemus cum ipſo, &c. Hunc ſuſcitavit Deus à mortuis, & hujus nos teſtes ſumus.* Et alibi in iiſdem Actibus Apoſtolorum legimus: *Virtute magnâ reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

1. Joan. 1. 1. *2. Pet. 1. 18.* *Act. Ap. 2. 32.* *Act. Ap. 4. 33.*

3. S. Auguſtinus ait: *Perhibuit Spiritus ſanctus perhibebitis & vos, quia enim ab initio mecum eſtis, poteſtis prædicare quod nôſtis, quod ut modo non faciatis, illius Spiritûs plenitudo non adeſt vobis, dabit vobis fiduciam teſtimonium perhibendi, charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt vobis, quæ utique Petro adhuc deſuit, quando mulieris ancillæ interrogatione perterritus, non potuit verum teſtimonium perhibere, ſed contra ſuam polli. itationem timore magno compulſus eſt ter negare, timor autem iſte non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem.* Idem quoque ſanctus Doctor comparationem inter S Petrum ante adventum Spiritûs ſancti, & eundem prout poſt Pentecoſten conſtitutus erat, his verbis inſtituit: *Quem negantem doluerat, ſtupeat prædicantem; ibi linguam illam videat ad fiduciam à diffidentia, & ad libertatem à ſervitute translatam, tot linguas inimicorum convertere ad Chriſti confeſſionem, quarum non valendo unam ferre, verſa fuerat in negationem. Quid plura? Tantus in illo fulgor gratiæ, tanta ſpiritus plenitudo apparebat, tanta de ore prædicanti pretioſiſſimæ veritatis pondera procedebant, ut ingentis multitudinis adverſarios interfectores Chriſti Iudæos, faceret pro illo paratos mori, à quibus ipſe illo formidabat occidi.*

S. Aug. tr. 29. in Joan.

4. Janſenius proinde hoc teſtimonium Apoſtolorum Spiritui ſancto attribuendum eſſe exiſtimat; ſiquidē miracula, quæ faciebant, in hujus ſancti Spiritûs virtute fiebant: *Teſtificabatur Spiritus per Apoſtolorum*

Janſen.

ora

ora de Christo, non enim ipsi erant qui loquebantur, sed Spiritus Patris, qui erat in eis.

Qui ab initio mecum estis.

Lyran. 1. Porrò hoc nequaquam ita intelligendum est, ut Lyranus notat, quasi Apostoli à primis annis vitæ ejus cum ipso fuerint, *sed ab initio prædicationis, quando incepit docere, & miracula facere* S. Thomas intelligendum esse dicit: *Ab initio prædicationis & operationis miraculorum, ut possint testari de visu & auditu.* S. Petrus quando electionem alterius Apostoli in locum Judæ faciendam proposuit, dixit: *Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Jesus, incipiens à baptismate Joannis,* &c.

S. Thom. in Joan.

Act. Ap. 1. 21.

Versus 28.

Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini.

S. Cyril. Alex. S. Cyrillus Alexandrinus dicit causam, cur Christus id, quod Apostolis evenire debebat, prædixerit, non fuisse; ne forsitan ipsos perterrefaceret, sed ut eos in fide sua solidius stabiliret. *Nec enim prædixi* (inquit in persona Salvatoris) *ut vim & robur mentis vestræ enervarem, sed neque, ut præmaturum vobis futurum malorum terrorem incuterem; sed ut anticipatam potiùs eorum vobis cognitionem traderem, quo duplicem hinc fructum reportaretis.* Explicat deinde, quænam ex hac anticipata prædictione utilitates in eos manare possint, videlicet primò, rememoran do id, quod vobis postea evenit, dia antè à Christo prædictum fuisse: *Manifestissimum certè fidei vobis erit argumentum; nam qui futura novit, quomodo non erit secundùm naturam Deus?* Alia utilitas, quam ex illa prædictione habetis, hæc erit, quòd vulnus præviſum & prædictum minùs dolebit: *Qui enim præparatus est, & aliquid sibi eventurum antea novit, leviori metu afficietur, & quodcunque grave esse videtur, facilè superabit, & inconcussum in ipsis laboribus animum est habiturus; præter spem enim aliquid pati, pungit acrius, quocirca Psalmistes ait: Paratus sum, & non sum turbatus.* Ex hac quoque præscientia, inquit idem Sanctus, alius natus est sequi effectus, nimirum quòd non solùm in fide divinitatis Christi confirmabuntur, verùm etiam viva quædam spes in illis suscitabitur, quâ se ab illo protegendos, & ab illis adversitatibus liberandos esse confidere possunt.

Ps. 118. 60.

2. Lucas Burgensis ly *scandalizemini* ita explicat, ut sensus sit: *Ut non impingatis, offendatis à fide in me, aut patientiâ exeidatis, vel ab officio testificandi de me desistatis.* Lyranus ait: *Scandalizare dicitur à scandalon græcè, quod significat impactionem pedis, per quam homo ruit, & ad similitudinem hujus in spiritualibus dicitur quis scandalizare in tribulatione, quando est ei occasio cadendi per impatientiam.*

Lucas Burg.

Lyran.

3. Albertus Maunus ita exponit: *Ut non conturbemini, cogitantes apud vos, quòd ex vocatione nihil, nisi passiones & mortes habeatis,* Porrò Apostoli ab illo tempore, quo à Redemptore nostro in ejus sequelam & disciplinam vocati fuerant, nil nisi paupertatem, persecutiones, probra, passiones & labores experti fuerant; unde operæ pretium esse videbatur, ut spem in illis excitaret, qua post ærumnas, consolationes subsecuturas esse confidere possent: *Post tempestatem tranquillum facis*; cujus spei signum edidederunt, quando ab eo scisciti sunt, dicentes: *Quando restitues regnum Israel?* Et tamen simul illis indicare voluit, necessum esse, ut ad hoc se præpararent, ut nimirum ab Apostolatu contradictiones, ærumnas carcerum, & supplicia tantùm reportent. Et ideo S. Petrus primis fidelibus, in quonam ipsorum ad fidem vocatio consisteret, his verbis intimavit: *In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Sciendum enim nobis est, quòd in sua ad cœlos ascensione, vestigia pedum suorum petræ illi, in qua stabat, impressa reliquerit; & quonam alio mysterio id factum esse putatis, quàm ut nobis insinuaret, necessum nobis esse, ut ejus vestigiis insistamus? *Ego sum via, veritas, & vita.* Et primò quidem nos monet, se viam esse, per quam nobis ad ipsum perveniendum est; deinde se veritatem & vitam æternam esse asserit: nihil enim viatori alicui majorem adferre potest consolationem, maximè illi, qui viam incognitam ingredi debet, quàm aliorum eandem viam tenentium

Alb. M.

Tob. 3. 22

Act. Ap. 1. 6.

Ioan. 14. 6.

tium videre veſtigia: omnes viatores ſumus, qui in hac vita præſente, per viam nobis ignotam, nec unquam uſurpatam, ad patriam cœleſtem proficiſcimur; Chriſtus autem per ſua veſtigia viam nobis oſtendit: *Paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* Unde S. Hieronymus, vel quiſquis Commentariorum ſuper Marcum author ex ſtit, dicit: *In monte Oliveti Chriſtus tenetur, & inde cœlos aſcendit, ut nos ſciamus, quia inde aſcendimus ad cœlos, unde vigilamus, & oramus, & ligamur.*

1 Pet. 2. v. 21. S. Hier. in Marc.

4 Porrò noſtra ad fidem vocatio, à tribulationibus & contradictionibus inſeparabilis exiſtit. Et ideo S. Auguſtinus ait: *Si putas, te non habere tribulationes, nondum cœpiſti eſſe Chriſtianus, & ubi eſt vox Apoſtoli: Omnes, qui volunt in Chriſto piè vivere, perſecutionem patiuntur. Si ergo non pateris pro Chriſto ullam tribulationem, vide ne nondum cœperis in Chriſto piè vivere.* S. Hieronymus optimè textum illū Apoſtoli ponderat, in quo dicit: *Nemo moveatur in tribulationibus iſtis, ipſi enim ſcitis, quod in hoc poſiti ſimus.* Quibus verbis S. Paulus eos, qui ad fidem Chriſti venerant, & legem profitebantur Evangelicam, conſolatur, ne ab obviis ſibi perſecutionibus, & ignominiis illatis deterreantur, eò quòd hæ infallibilis fidei & religionis noſtræ character & nota ſint: *Aſſi eis apertè dicat*, inquit S. Doctor, *quid in hoc tempore vulnera noſtra miramini, qui, ſi æterna gaudia quærimus, huc ad hoc venimus, ut feriamur.* S. Cyprian. Martyrum cor & animum in ſuppliciis, quæ patiebantur, erecturus, ita eos alloquitur: *Nec nova aut repentina ſunt, quæ nunc accidunt Chriſtianis, cùm boni & juſti ſemper, & Dei innocentiæ lege, ac veræ religionis timore devoti per preſſuras & injurias, & graves, & multiformes infeſtationum pœnes anguſti itineris difficultate gradiantur.* Chriſtus Apoſtolis ſuis dixerat: *Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur; non eſt major ſervus Domino ſuo.* Apoſtolus quoque de æterno Patre ita ſcribit: *Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui.* Et ideo B. Laurentius Juſtinianus ait: *Nemo ſervorum Chriſti ſibi adſcribat ad dedecus, ſi eaſdem, quas Dominus, perferat contumelias; non decet omnino, non decet Chriſtianum, opprobriis Chriſti eſſe exortem. Ipſum audi quid dicat: Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis, non eſt ſervus major Domino ſuo; non eſt unde queraris, ſi opprimaris à ſæculo, dum eadem ipſum perpeſſum fuiſſe cognoveris.*

S. Aug. in Pſ. 55. 2. Tim. 3. v. 12. S. Hier. S. Cypr. de exhortat. ad Mart Joan. 15. v. 20. Rom. 8. v. 29. B. Laur. Juſt. in faſc. divin. am. c. 11.

Verſus 2.

Abſque ſynagogis facient vos; ſed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.

Abſque ſynagogis facient vos.

1. Albertus Magnus dicit, Chriſtum indicare velle his verbis, quòd Judæi illos habituri ſint *tanquam excommunicatos & exleges.* Etenim Joan. cap. 11. refertur, illos jam ante legis condidiſſe decretum, quo ſtatuebatur, ut omnes, qui fidem & diſciplinam profiterentur Chriſti, è ſynagogis turpiter ejicerentur, vel idem futuri eſſent, acſi inter nos interdicti eſſent, & excommunicati. *Alb. M.*

2 S. Auguſtinus idipſum in Apoſtolorum laudem & præconium cedere interpretatur; dicit enim: *Quid enim mali erat Apoſtolis expelli de Judaicis ſynagogis, quaſi non fuerint inde exituri, etiamſi eos nullus expelleret? ſed voluit denuntiare, quia Judæi Chriſtum non fuerant recepturi, à quo iſti non fuerant receſſuri.* *S. Aug. tr. 63.*

3. Porrò Hebræorum ſynagogæ ſuccedere debebat Eccleſia; meritò igitur Apoſtoli ab illa fuêre excluſi, qui fundamenta & capita futuri erant Eccleſiarum Chriſtianiſmi, ſynagogam deſerendo; unde denominantur: *Eccleſiarum Principes; plantaverunt Eccleſiam ſanguine ſuo.*

4. Toletus dicit, quòd ex quo Chriſtus illis Spiritum ſanctum promiſerit, *cùm venerit paraclitus*, & ſubjunxerit: *Ut non ſcandalizemini*, videri meritò poſſit, Chriſtum illis econtrà debuiſſe Apoſtolos potius ad ſynagogas invitandos, & ab ea comitet excipiendos eſſe: *Quis non exſpectaſſet poſt promiſſum Spiritum ſanctum, tantæ potentiæ, & ſcientiæ, & bonitatis; & poſt verbum: Non ſcandalizemini, dicturum Chriſtum, in ſynagogis vos recipient, omnes ad vos proclives current, benevolentiâ & obſequio afficient.* Et tamen prædicit, promittit, imò quoad videtur, *Toler.*

tur, deſideat illis omnino contrarium: *Abſque ſynagogis facient vos, venit hora, ut omnis qui interficit vos*, &c. Cur autem id facit? *Multò aliter divina ſapientia de rebus judicat, quàm mundana, majus beneficium, & majus opus fuit, diſcipulos fortes facere in morte ſubeunda, & lætos aggredi pericula, & omnia hujus mundi bona contemnere, quàm impedire, ne occiderentur; illud Apoſtolos fecit beatos, non hoc; illud reges terræ facere potuerunt, non autem iſtud; plus igitur Spiritûs ſancti virtus ſplendet in morte contemnenda, quàm impedienda, in ſuſtinendis læto animo afflictionibus, quàm in avertendis.*

5. In præcedenti Evangelio Dominicæ V. poſt Paſcha, egregium legimus affectûs Dei Patris erga Apoſtolos teſtimonium; dicit enim ibidem Salvator noſter: *Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis.* Idipſum Chriſtus quoad ſemetipſum eiſdem dixit: *Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos*; at verò ubinam hæ paterni affectûs ſunt demonſtrationes? *Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis.* Imò non ſolùm Apoſtolis nullus reipſa fuit favor exhibitus, quin potiùs in ipſis adimpletum fuit, quod poſtea S. Apoſtolus ſcripſit, nimirum: *Ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt*, &c. Et quod ampliùs eſt, non ſolùm filius Dei graviſus eſt, videndo illos dilaniari, excoriari, crucifigi; verùm inſuper idem, licèt boni Paſtoris titulum ſibi vindicârit, de ſe tamen, quòd illos tanquam totidem innocentes oviculas, in ipſas luporum fauces adegerit, proteſtatus fuit, dum ait: *Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum.* Reſpondendum eſt igitur, totum hoc verum eſſe, ita tamen quòd illos Spiritu ſancto, veluti impenetrabili loricâ armatos, leonino quodam corde donârit, tantiſque paradiſi conſolationibus ac deliciis cumulârit, ut eoldem inter medios acerbiſſimorum tormentorum cruciatus jubilate & exultate fecerit, ut proinde ſacer textus de illis expreſsè dicat: *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati.* Hi ergo ſunt eximii illi favores & gratiæ, quas Deus dilectis ſuis Apoſtolis contulit. Priùs ergo dicit: *Cùm venerit paraclitus*, & poſtea præſagiendo ſubjungit perſecutiones & ærumnas, quibus pro ipſius nomine exagitandi deinceps erunt. Et ideo, ut Chryſoſtomus notat, non dicit Apoſtolis: *Ite in medium luporum, ſed, ecce ego mitto vos*, &c. *Timorem illorum uno ſermone abſtulit; Non dicit, ite: nec enim propria ipſorum met virtute mittebat eos; ſed, ecce, inquit, ecce ego mitto vos; infirmi quidem vos, ſed qui mittit, potens eſt.*

Joan. 16 v. 27. Joan. 15 v. 14. & 15. Heb. 12. v. 36. Matt. 10 v. 16. Act. Ap. 5. v. 41.

Chryſ. de Pent.

6. Etenim Apoſtoli, poſtquam à Chriſto in ejus Aſcenſione apertus eſſet paradiſus, univerſum genus humanum ad beatam æternamque vitam comparandam, animare & invitare debebant, ideoque opus erat, ut unicam hanc illi oſtenderent eò perveniendi viam, ſcilicet pati pro Chriſto, proque eodem torqueri, cruciari, & mori.

S. Amb. ſer. 14. de Naz. &c. Euſeb. Emiſſ. ho. in nat. Apoſt. Petri & Pauli.

7. S. Ambroſius de Martyribus dicit: *Nunquam hanc vitam tam conſtanter expenderent, niſi eſſe alteram incomparabiliter beatiorem, perfectâ definitione ſentirent.* Euſebius Emiſſenus eorum tormentorum, quæ ſervi Dei veritatis Evangelicæ luce illuminatiſſimi, ſuſtinuerunt, atrocitatem conſiderans, ait: *Clamat utique Chriſtianorum cordibus ſanguis piorum, ſanguis ſpiritualium bellatorum, quantum debeat amari Deus.* & paulò poſt ſubjungit: *Ut vel ſic intelligamus, quantum debeat deſiderari vita illa, quam per cruciatus, per vulnera, per intolerandos labores videmus inquiri, quam cognoſcimus pretio ſanguinis comparari.*

S. Cyrill. Alex.

8. S. Cyrillus Alexandrinus hanc perſecutionem, & mortis prædictionem, ad majus Apoſtolorum ſolatium, animique firmitudinem inſerendam, ordinatam fuiſſe his verbis aſſerit: *Vim & rationem ſermonis utiliter convertit ad præparandos & muniendos adverſus ingruentes caſus, animos; nam quod repentè ac præter ſpem ingruit, etiam conſtantem animum turbare poteſt, præviſum verò & certa ſpe exſpectatum, leviùs ferit.*

Venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.

9. Lyranus hæc verba duobus modis intelligi poſſe obſervat: nimirum vel de vero Deo, adeò ut Judæi perfidia ſua totaliter excæcati, ſe acceptum illi ſacrificium immolaturos eſſe, ſibi perſuaſerint, dum Apoſtolos ſævè ac crudeliter tractarent, mortemque eiſdem inferrent; quamvis ignorantis

Lyranus.

rantia isthæc illos excusare minimè potuerit; vel etiam intelligi potest de Diis gentitium, qui Christianos crudeliter dilaniando, & è mundi medio totaliter auferendo, se Jovis, Saturni, aut aliorum prophanorum numinum gratiam sibi acquisituros esse existimabant.

10. In Actibus Apostolicis quadraginta Judæi simul inter se conjurasse leguntur, quòd ex quo S. Paulum legi veri Dei contumaciter rebellem esse credebant, nec manducare vellent, nec bibere, donec eundem reipsa occidissent. S Lucas autem hanc historiam describens hac phrasi utitur: *Devoverunt se*, quia per hanc conjurationem se divini honoris zelo accensos esse probare voluerunt, prout ex illa, quam coram summo Sacerdote fecerunt, protestatione clarius liquet; dicebant enim: *Devotione devovimus nos*. Idem S. Paulus, etiamnum Saulus existens, magnum se apud Deum meritum comparaturum esse credebat, si Apostolos & discipulos Christi, crudeli, ut cœperat; persecutione infestaret. *Supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum; Saulus adhuc spirans minarum*, &c.

Act. Ap. 23. v. 12. *Ib. v. 14.* *Gal. 1. v. 13.* *Act. Ap. 9. v. 1.*

11. *Sed qualiter ait: Venit hora, in præterito?* quærit S. Bonaventura; & respondet, Christum ita locutum fuisse ob temporis brevitatem, quod illorum persecutionibus interjiciebatur; citatque S. Augustinum de gentilibus dicentem: *Quando persequebantur Apostolos gentes, arbitrabantur obsequium se præstare Diis suis, sed Judæi putabant obsequium se præstare Deo.*

S. Bonav.

12. Rupertus Abbas, verbum illud, *arbitretur*, examinans dicit: *Judices rem quamlibet suo judicio metientes, dicuntur arbitrari; revera inimici Christi, & Patris ipsius Dei interficiendo discipulos ejus, arbitrantur obsequium se præstare Deo, id est, judicabant, quamvis contra scientiam suam, sic placitum esse Deo, scilicet prætendendo quasi necessariam loci vel gentis causam*: ita enim in Christi condemnatione fecerunt, quando in causæ ejus discussione, inter se consilia agitarunt, dicentes: *Si dimittimus eum sic; venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.*

Rup. Ab. lib. 12. in Joan. c. 15. *Joan. 11. v. 48.*

13. Cajetanus observat, quòd, tametsi *mors est ultimum terribilium*, nihilominus *horribilius valde redditur, quod tanquam inimici non Deorum, qui dæmones sunt, sed veri Dei interfectio imminens pronuntiatur, usque adeò, ut inter religionis opera, quibus Deus colitur, habendum sit interficere vos*; at verò hoc, quod vel maximè Apostolos affligere poterat, erat, quod scribit Albertus Magnus: *Ut omnis, qui interficit vos, tanquam maleficos homines, & nocivos*; nimirum incarnata Sapientia Apostolis, qui ipsi dilectissimi erant, omnibus illis motivum aliquod consolationis relinquere voluit, qui hic in terris tanquam Deo rebelles & perversi, calumniis asperguntur, infamantur, & persecutiones patiuntur, licèt revera fideles ipsius servi sint, & magnâ vitæ sanctitate coram Deo effulgeant: *Beati estis, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.*

Cajet. *Alb. M.* *Matt. 5. v. 12.*

14. S. Cyrillus Alexandrinus ex eo, quòd tyranni se tantò majorem conciliaturos esse gratiam & amicitiam Dei credebant, quantò Apostolos magis torquebant, optimè ad quandam sævitiem, tormenta & persecutiones Apostolorum pervenerint: *Impietatem illorum eò processuram prædicat, ut summam in eos crudelitatem, pietatis erga Deum iter esse putent; eò improbitatis erumpet illorum audacia, ut mortem vobis intentare, cultûs divini loco habeant*: at verò Deus noster, de quo S. Augustinus ait: *Melius judicavit de malis bene facere, quàm mala nulla esse permittere*, persecutorum impietatem, & atrocissimam tormentorum carnificinam, in sublimiorem servorum suorum gloriam convertere novit, adeò ut in suppliciis, craticulis, equuleis, patibulis, haud secus ac in curribus triumphalibus exultârint. Unde de S. Laurentio S. Leo scribit: *Quid non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem transierunt triumphi, etiam instrumenta supplicii?* quantò tormenta atrociora erant, tantò magis in Martyribus resplendebat divinæ gratiæ efficacia, tantoque gloriosior erat palma, & pretiosior ac ditior, quæ capiti Martyris imponebatur corona. Unde S. Cyprianus ait: *Sic Sanctorum persecutio-*

S. Cyril. Alex. *S. Aug. Enchirid. to. 2. c. 25.* *S. Leo ser. de S. Laur.* *S. Cypr. de Epiph*

cutionibus tyrannus crudelis illuditur, qui, dum putat perdere, quos occidit, melioris vitæ ſtatum eis procurat, & quod ille in perditionem molitur, hi utuntur pro beneficio. Et Euſebius Emiſſenus de S. Blandina ſcribit: *Euſeb. Emiſſ. hom. 4. de S. Bland.* *Ecce prophanus hoſtis, nequaquam ei tantum prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit gladio*, & paulò pòſt ſubdit: *Quantas ſuſceperunt in corpore pœnas, tantas in ſpiritu perceperunt coronas.* Quis non videt tyrannos (nolentes, nec ſcientes quid facerent) Martyres pro fide & religione Chriſtiana dilaniando & cõbutendo Deo obtuliſſe ſacrificia, imò & holocauſta? Per ſanguinem, quem effundebant, ſimul Evangelium diffundebant per univerſam terram. Unde S. Hieronymus ait: *Cùm quis viderit, tantâ per ſeverantiâ ſtare Martyres, atque torqueri, & in ſuis cruciatibus gloriari, odor notitiæ Dei diſſeminatur in gentes, & ſubit tacita cogitatio, quòd niſi verum eſſet Evangelium, nunquam ſanguine defenderetur.*

15. Conſiderandum inſuper, quòd Chriſtus priùs mentionem faciat Spiritûs paracliti: *Cùm venerit paraclitus*, & paulò poſt tormenta prædicat, & martyrium, ad denotandum, futurum eſſe, ut, dum ipſi dilaniantur à carnificibus, Deus illos interiùs ſit confortaturus, eoſque glorificaturus in cœlo & in terra. Euſebius S. Romanum martyrem hunc in modum nobis deſcribit: *Euſ. Em. de S. Romano mart.* *Magnanimus & intrepidus, ferens ſecum in ore quidem judicium mortis, ſed in corde pretium immortalitatis. Quæ iſta rerum, & quàm ſtupenda diverſitas eſt? Corpus pro anima expoſiturus unus atque idem, & pœnæ ſecum cauſam portat & gloriæ, extrinſecus affligendus, intrinſecus coronandus.* Quænam, obſecro, cauſa fuit, quod Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos *Act. Ap. 2. v. 3.* deſcendens, capitibus eorum inſederit, *ſedit. S. Cyrill. Jeroſol.* *que ſupra ſingulos eorum?* S. Cyrillus Hieroſolymitanus dicit: *In ſpecie linguarum igne arum ſedit ſuper illos, ut novæ coronæ ſpirituales per linguas igneas imponantur capiti eorum*, ita tamen, ut diademata iſta tormentis & martyriis mediantibus ſibi acquirant.

16. Nullus adeò ſollicitè filio Dei inſervivit, aut erga eum adeò obſequioſus & obediens fuit, ſicut univerſum Apoſtolorum collegium; in eo namque ſi uſpiam alibi vera vigebat perfectio & ſanctitas vitæ, & tamen Apoſtolorum amantiſſimus magiſter, qui diſcipulos ſuos tenerrimè amabat, hodie illis remunerationis & præmii loco, ſtrages, ſupplicia & mortem annuntiat. Vult enim, ut exinde videamus quod, quantumvis quis divini honoris zelo exarſerit, aut præceptorum divinorum & Eccleſiæ, Evangelicorumque conſiliorum exactiſſimus executor fuerit, nõ tamen propter hoc honoribus, ſed potius ærumnis, Deo ita diſponente, ſubjacebit, Sanctus Bruno de mundi ſequacibus ſcribit, quod idem de electis quoque dicere poſſumus: *S. Bruno l. de ornatu Eccl. c. 8* *Hæc eſt ejus propria & ſingularis conſuetudo, ut, qui plus ei inſerviunt, & majora ac graviora tormenta ab eo petiantur; Quoniam acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* Eodem tempore, quo Sanctus Apoſtolus vas electionis declaratus fuit, paſſio quoque & mors illi intimata fuit: *Tob. 12. v. 13.* *Act. Ap. 9. v. 16.* *Ego oſtendam illi, quanta oporteat pro nomine meo pati.*

17. Quod ſi ſanctos Apoſtolos & Martyres cum Judæis pertinaciter incredulis, cumque impiis & ſceleraris idololatris comparaverimus, inveniemus quidem hos ſervis Dei ſemper fuiſſe ſuperiores, utpote qui ab illis miſerè dilamati & cruciati fuêre; veruntamen, ut bene ſanctus Auguſtinus advertit: *S. Aug. ſer. 78. de tempore.* *Mali ſerviunt bonis non obſequendo, ſed perſequendo, quomodo lima vel mallei auro, quomodo molæ ſerviunt tritico, quomodo in fornace aurificis palea ſervit auro, ubi ſine dubio palea conſumitur, aurum probatur.*

18. Enimverò certum eſt, Judæos minimè ſe excuſare potuiſſe, dicendo, quòd Chriſtum verum Meſſiam eſſe minimè agnoverint; ſiquidem ipſemet Salvator de ipſis dicit: *Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Et quidem divinâ diſpoſitione utique factum eſt, quod Pilatus malitiam eorum perſpicuè detexerit, prout Evangeliſta haud obſcurè indicat, dum ait: *Joan. 15. v. 22.* *Sciebat enim, quod per invidiam tradidiſſent eum.* Unde clarè licet celligere, quod verba illa Salvatoris: *Mat. 27. v. 18.* *Arbitretur ſe obſequium præſtare Deo*, idem ſignificent, acſi clariùs diceret: mundo perſuadere ſatagunt, ſe ad mortem Apoſtolis inferendam, per prætextum & zelum

& zelum Religionis moveri, cùm tamen revera in multis eorum adimpletum fuerit, quòd communiter dicitur : *Paſſione movemur, & zelum puramus*; & ideo meritò Deus lamentari de illis poterat dicendo: *Servire me feciſtis in peccatis veſtris* ; ſiquidem divini cultûs prætextu utebantur, ad invidiam & malignitatem ſuam calandam & abſcondendam. Et ideo S. Auguſtinus hæc eadem Evangelii verba gloſſando, eos reprehendit, dicens: *Obſequium ſe putant præſtare Deo, interficiendo famulos Dei. O error horrendus ! Itane ut placeas Deo, percutis placentem Deo, & templum Dei vivi te ferente proſternitur, ut Dei templum lapideum deferatur ?*

Iſa. 43. v. 24.

Verſus 3.

Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

Rup. Ab.

1. Rupertus Abbas Tuitienſis hæc verba de odio exponit, quo Judæi erga ipſum & Patrem ſuum æternum ferebantur, quaſi Salvator clariùs dicere vellet, hoc unicum futurum eſt perſecutionis in Apoſtolos movendæ motivum: *Ac ſi dicat ; Idcirco vos non ſolùm abſque ſynagogis facient, ſed etiam interficient, quia oderunt me, & Patrem meum ; cùm enim ſuprà dixerit: Nunc autem viderunt & oderunt me, & Patrem meum ; itemque : Nunc autem excuſationem non habens de peccato ſuo, non utique ignorantiam excuſat, ſed odium cognoſcere nolentium condemnat, dicendo: quia non noverunt Patrem, neque me.*

Chryſ. hom. 76. in Joan.

2. S. Chryſoſtomus, ut diſcipulos ad quamvis adverſitatem conſtanter tolerandam excitet, rationem ſatis potentem & efficacem in perſona Salvatoris, his verbis adducit: *Hoc vos ſatis ſoletur, quòd propter me & Patrem hoc patiamini ; ſi quis pro chariſſimis aliquid paſſus eſt, gloriatur ; ſi quis propter Deum quid tolerat, quam ſentire moleſtiam putandum eſt?*

Exod. 1. 8.

3. Per hoc verbum, *Noverunt*, agnitionem interpretari poſſumus: *Surrexit Rex, qui ignorabat Joſeph*, id eſt, ſe erga beneficia illi regno collata, gratum in ipſum non exhibuit: eodem modo de Judæis dicere poſſumus, qui immenſa à Deo recepta beneficia per ingratitudinem ſummam ſemper compenſârunt, prout ipſemet in principio prophetiæ Iſaiæ graviter conqueritur.

4. Unica cauſa, ob quam Deus adeò temere & faciliter offenditur, eſt, quia non cognoſcitur, non cognoſcitur autē quia lumē & notitia ejus planè negligitur. Si enim anima aliqua hanc notitiam haberet, utique eum mortaliter offendendo, adverſus eum non armaretur. Prima præda, quam Antiochus vetus inimicus infernalis, è templo Hieroſolymitano ſuſtulit, fuit candelabrum luminis : *Accepit candelabrum luminis*, ut exinde intelligeremus, quòd primum, quod dæmon facit, poſtquam in myſticum animæ noſtræ templum aditum accepit, hoc ſit, quòd videlicet hoc lumen notitiæ Dei ab eadem auferat; corvus pariter hanc habet proprietatem, quod mox, ut cadaver aliquod depaſcendum invaſit, oculos ejuſdem erutos devoret. De Protoparentibus noſtris, à tortuoſo ſerpente in ipſorum prævaricatione ſeductis, Spiritus ſanctus dicit quod, poſtquam in conſpectum Dei venerunt, *Aperti ſunt oculi amborum*, quia, ut optimè Origines meditatur : *Quos prius habuerunt perſpicuos animæ oculos, fruentes Deo & paradiſo, eos, ut opinor, propter peccatum clauſerunt. Lux obtenebreſcet*, inquit Job de homine Deo rebelli, *in tabernaculo illius, & lucerna, quæ ſuper eum eſt, extinguetur* ; quid autem ex hac obſcuritate tandem conſequitur, lapſus enormes in præcipitia horrenda, quia nullū deinceps eſt peccarū adeo enorme, quod non committat : *Et præcipitabit eum conſilium ſuum.*

1. Mach. 1. v. 23.

Gen. 3. 7

Orig. l. 7 cont. Celſ.

Job. 18. 7

5. Apoſtolus Hebræis veram perſonæ Chriſti notitiam defuiſſe exiſtimat : *Nemo principium hujus ſæculi cognovit, ſi enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Plurimas quidem habebant occaſiones credendi ipſum verè eſſe Dei filium, attamen in ignorantia & cæcitate ſua perſiſtere maluerunt, ut tantò liberiùs ſuam adverſus ipſum conceptam invidiam & malignitatem evomere poſſent, & ideo ignorantia eorum planè affectata fuit ; impoſſibile enim eſt, quòd qui divinitatis & majeſtatis illius ſupremæ lumen & notitiam habet, eandem offendere poſſit. Et hæc eſt cauſa, cur peccatum erroris & ignorantiæ

titulo appelletur; *Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris*: *delicta quis intelligit?* S. Ambroſius legit, *Lapſus*. S. Hieronymus vertit, *Errores*. Aquila habet, *Ignorantias*. Davidem, quæſo, tum in ſtatu peccati, tum in ſtatu gratiæ & amicitiæ Dei conſideremus: dum enim Regi huic adulterii peccato immerſo annuntiaretur totum ejus diſſipatum eſſe exercitum, & inter cæteros fideles ejus milites etiam occubuiſſe Uriam, cujus ipſe homicida fuerat, parum indè conturbationis perſenſit: *Non te frangat iſta res*; at verò quando Dei lumine illuſtratus pro vitæ ſuæ defenſione Saulem occidere poterat, non ſolùm id non fecit, ſed cùm regiæ veſtis limbum, ſeu fimbriam duntaxat præſcidiſſet, ſtatim *percuſſit cor ſuum, eò quòd abſciſſiſſet oram chlamydis Saul*: & ideo de ſtatu peccati, in quo erat loquens, ait: *Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*. Hugo Cardinalis circa illa verba: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, dicit: *Hoc lumen relinquit hominem propter peccata ejuſdem*. Semper mihi viſa ſunt valde admiranda illa Joſephi verba, quibus ſe dominæ ſuæ, cùm ad ſecum peccandum non tam exſtimulanti, quàm violenter cogere volenti, oppoſuit; ita enim eam alloquebatur: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua, nec quicquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, præter te, quæ uxor ejus es, quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Imitetur quælibet anima hanc Joſephi pro tuenda innocentia conſcientiæ ſuæ generoſitatem; proponat ſibi ob oculos immenſa & infinita, quæ à Deo Creatore & Redemptore ſuo recepit beneficia: reflectat ſe ad divinam ejus omnipotentiam, bonitatem, majeſtatem, juſtitiam, infinitatem, & æternitatem, omniaque alia divina attributa illius; hoc enim ſi ſeriò fecerit, certò experietur, quòd mox, ubi aliqua ei ipſum offendendi ſuggeſtio in mentem obvenerit, apud ſe in corde dicturus ſit: *Quomodo poſſum*, &c. Quantò enim hoc lumen majus fuerit, tantò major quoq; timor & reverentia erit, quam erga Deum homo concipiet.

Pſ. 24. 7. Pſ. 18 13. — 2. Reg. 11 v. 15. — 1. Reg. 24 v. 6. — Joan. 1. 9 Hugo Card. in Pſ. 37. — Gen. 39. 9.

Verſus 4.

Sed hæc locutus ſum vobis, ut cùm venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

1. S. Auguſtinus ait: *Hora eorum, hora tenebroſa, hora nocturna, ſed in die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & in die declaravit, quando nox Judæorum ſeparatum à ſe diem Chriſtianorum nullâ confuſione fuſcavit, & quando carnem occidere potuit, fidem tenebrare non potuit.* S. Aug. tr. 93. in Joan.

2. Porrò hæc futurorum eventuum ipſorum prædictio, non ſolùm eò ordinata fuit, ut ſe patientiâ obarmarent, ſed etiam, ut quam ex illis perſenſuri erant animi anguſtiam in eis, per eandem ſublevaret. Unde Albertus Magnus ait: *Continentia verborum Domini confirmat fidem in ipſum, & immobilitas cor à dictis, & facit, ut ea etiam, quæ ab hoſtibus fiunt, minus lædant*; adducit ſancti Gregorii authoritatem, dicentis: *Jaculæ præviſa minus feriunt, & nos tolerabilius mundi mala ſuſcipimus, ſi contra hæc per præſcientiæ clypeum præmunimur*. S. Cyrillus Alexandrinus ſimiliter ita ſcribit: *Optima & utiliſſima eſt illa prædictio, quæ gravium malorum metum præmollit, & quaſi jam ea expertos ad animi virtutem revocat, refrigeſcit enim quodammodo periculi æſtus antè præviſus, & lenius invadit.* Alb. M. — S. Cyrill. Alex.

3. S. Thomas prædictionem hanc ad duo præcipuè magnopere conduxiſſe ſcribit. Primò enim, dum in tribulationibus poſiti, ea, quæ iis à Chriſto prædicta fuerant, mente recoluerunt: *Cognoverunt ejus divinitatem, & magis confiſi ſunt de ejus adjutorio*. Secundò, ob præſcientiam, quam habuerunt de malis imminentibus, minus ex iiſdem perpeſſi ſunt afflictionis: *Sic ergo duplicè de cauſa, tribulationes prænuntiat, ad ſpem eorum ſublevandam de ejus adjutorio, & ad triſtitiam minuendam.* S. Thom. in Joan.

4. Hugo Cardinalis verba illa in hunc modum explicat: *Prædixi, ne ignoretis, & ut ab his etiam cætera credibilia æſtimetis, quia ego dixi vobis, ut credatis me eſſe Deum, qui hæc præſcivi, & ut ſit vobis conſolatio, ea præſciviſſe*. Tametſi enim illis perſecutiones & ſtrages tam ab Hebræis, quàm à Hugo Card.

Gen-

Gentilibus inferendas prænuntiârit, ſimul tamen eodem tempore illos conſolatus eſt, tum per anticipatam illam prædictionem, tum per communicatam illis de divinitate ſua, fidei certitudinem & ſecuritatẽ: *Fidelis Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere.* Mundus verò illius, quod benigniſſimus Salvator noſter præſtitit, omnino oppoſitum facit. Hic enim roſam exhibet, id eſt, gaudia, delicias & voluptates, quæ nobis blandiendo nos decipiunt; ſed ſpinas periculorum & adverſitatum, quas annexas habet roſa illa, abſcondit; Chriſtus econtra prædicit adverſa, at verò exitum promittit & prædicit favorabilem, & Spiritûs ſancti auxilium.

1. Cor. 10. v. 13.

5. Salvator noſter laborioſam & ærumnoſam Apoſtolorum vitam, horam appellat: *Ut cum venerit hora eorum*, &c. quia veriſſimum eſt, quòd ſi illa cum vita æterna & cœleſti beatitudine compatetur, omnis tribulatio, quantumcunque gravis, aut longa fuerit, brevis & momentanea eſſe unicuique videbitur: *Momentaneum & leve tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

2. Cor. 4. v. 17.

Videatur Promptuarii ſacri Tomus II. ibi namque benevolus Lector inveniet pro Feſto Pentecoſtes, viginti & unum diſcurſus; octo verò diſcurſus pro Feſto, vel Dominica ſanctiſſimæ Trinitatis.

DOMINICA I. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Luc. cap. 6.

v. 36. *Estote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* 37. *Nolite judicare, & non judicabimini; nolite condemnare, & non condemnabimini; dimittite, & demittemini.* 38. *Date, & dabitur vobis, menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuperefluentem dabant in ſinum veſtrum; eadem quoque menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis.* 39. *Dicebat autem & illis ſimilitudinem: nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foveam cadunt?* 40. *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, perfectus autem omnis erit, ſi ſit, ſicut magiſter ejus.* 41. *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui; trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras?* 42. *Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, ſine, ejiciam feſtucam de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo tuo, tunc perſpicies, ut educas feſtucam de oculo fratris tui.*

Verſus

Verſus 36.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.

Eſtote miſericordes.

Dionyſ. Cart. 1. DIonyſius Carthuſianus ita hanc virtutem definit: *Miſericordia virtus eſt, qua quis alterius miſeriæ condoleat*; diſtinguit autem duo genera miſeriarum, pœnæ ſcilicet, & culpæ, quarum hæc major eſt illâ: *Multò major miſeria eſt culpa, quàm pœna, ideo potiſſimùm miſericordes eſſe debemus, ſuccurrendo proximis, ut à peccatis ſuis purgentur, ipſos hortando, corripiendo, docendo, pro iis orando, & peccantibus etiam dum peccant in nos, condolendo, non mox indignando, aut iraſcendo, aut ulciſcendo.* Conſiderat Theophylactus ideò Chriſtum hanc virtutem ſpecialiter Apoſtolis inculcare voluiſſe, quia illos ad prædicandum Evangelium, in univerſum mundum miſſurus erat, ubi innumerabiles paſſuri erant perſecutores, multaſque recepturi ignominias, contumelias, & probra: *Si in perſecutione ſua dolentes, ad vindicandum eos, qui ſe offenderant, converſi fuiſſent, ſiluiſſentque, & non doluiſſent, extinctus utique fuiſſet ſol Evangelii*; hæc enim cauſa fuit, cur in patibulo crucis Patrem ſuum pro crucifixoribus reconciliandis orârit, ut ſcil. idipſum Apoſtolos facere, non verò inimicis ſuis iraſci doceret.

Theophl.

2. Nonnulli hoc monitum idem fuiſſe credunt cum illo, quod Matt. 5. v. 48. dederat, dum ait: *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt*, quia ad hoc, ut miſericordes fiant, perfecti & ſancti ut ſint, neceſſum fuit; unde ubi vulgata noſtra legit: *Pedes ſanctorum ſuorum ſervabit.* Cajetanus ex Hebræo vertit: *Pedes miſericordium ſuorum cuſtodiet*; ſiquidem magnâ opus eſt charitate, ut quis inimicis ſuis condonet injurias receptas, iiſque benefaciat, aut miſeriis alienis ſubveniat.

Matt. 5. v. 48.

1. Reg. 2. v. 9.

3. Dionyſius Carthuſianus ly *Miſericors* idem, quod in Hebraiſmo *Beneficus* ſignificare exiſtimat.

Dion. Cart.

4. Tolet. dicit: *Hoc in loco miſericordia dilectionem & beneficentiam complectitur.* Lucas Burgenſis ſimiliter ait: *Miſericordes, id eſt, benigni, benefici, humani, ad gratificandum faciles, ſcilicet erga omnes amicos & inimicos, bonos & malos, divites & inopes.*

Tolet.

Lucas Burg.

4. Albert. Magn. multos inſinuat modos, quibus hanc erga proximum virtutem practicare & exercere valeamus. *Primò in miſeros corporaliter vel ſpiritualiter viſcera compaſſionis effundendo. Secundò, miſeris de veſtris donando. Tertiò, ſi quid debet miſer, condonando. Quartò, miſeriam ejus, quantum poteſtis, portando. Quintò, miſerum à miſeria revocando. Sextò, ſi etiam redire non vult, ſed miſerias multiplicat, eum exſpectando. Septimò, revertentem ſine improperio benignè ſuſcipiendo. Octavò, quantum nobis eſt, multa, quibus miſeria ſua tegatur, largiendo. Nonò, etiam pœnam ſuam ſecum portando. Decimò, etiamſi aliud eſſe non poteſt, ſatisfactionem pro miſeris ſuſcipiendo.* Alb. Mag. In Luc.

Sicut & Pater veſter miſericors eſt.

6. S. Cyprianus legit: *Sicut Pater veſter miſertus eſt veſtri.* Pater enim æternus nos, utrumque in inferno pedem poſitum habentes, dæmonis mancipia eſſe, ligna, metalla & marmora, deorum loco adorare, & in tot aliis irreparabilibus miſeriis conſtitutos eſſe videns, compaſſione intimâ erga nos motus, pro noſtra redemptione & reconciliatione proprium filium ſuum nobis dedit, & in crucis patibulo affigi voluit. S. Cypr. ep. 52. ad Antonian.

7. Magnum profectò divinæ miſericordiæ conceptum & æſtimationem nobis ingerere debet illa Alberti Magni ponderatio, dicentis: *Qui nulli ſubjacet miſeriæ, qui eſt in cœlis, tamen pro ſolo pietatis effectu miſericors eſt, ſeipſum in noſtris miſeriis miſerabiliter conturbando, miſerias noſtras ſuſcipiendo; multa pro noſtris miſeriis à miſeris ſuſtinendo, ſua ſe nobis communicando, omnem noſtram miſeriam, ſi permittimus, abſtergendo; Joelis 2. Benignus & miſericos, patiens & multum miſericors, & præſtabilis ſuper malitia.* Alb. M. Joel. 2. 13.

8 S. Dorotheus ad hanc à Chriſto dilectiſſimis diſcipulis ſuis propoſitam invitationem ſe reflectens, ita ſcribit: *Non dixit, jejunate, ut Pater veſter cæleſtis jejunat; non dixit, pauperes eſtote, ut Pater cæleſtis inops eſt; ſed quid ait? Eſtote miſericordes, ſicut & Pater cæleſtis miſericors eſt; propriè enim virtus iſta imitatur Deum, ipſum exprimit & ſignificat* Chryſoſt. ſimiliter ait: *Nihil nos uſque ad ſimilitudinem Dei ſic effert atque extollit, quemadmodum libera, & benefica, & copioſa collatio.* S. Dorotheus doct. 13. Chryſ. hom. 36. in Matt.

7. Hu-

9. Hugo Cardinalis obſervat, quòd non fuerit diſcipulos ſuos hortatus ad ſapientiam vel potentiam Patris ſui imitandam: *Hoc enim libenter audiretur, ſed eſtote miſericordes.* Angelorum omnium pulcherrimus, qui Deo in potentia ſimilis eſſe voluit, eidem rebellis fuit; & ideo Didacus Stella ſuper hæc verba ita ſcribit: *Nec vult, ut ſimiles ei ſimus in ſapientia, ut voluit Eva, cui ſerpens dixit: Eritis ſicut Dii, ſcientes bonum & malum; nec vult, ut miraculis eum imitemur, nec in creatione & gubernatione mundi; in quo igitur? utique in miſericordia, hanc potiùs vult, quàm ſacrificium.* Utiliſſimum profecto nobis hac in re monitum S. Bernardus in ſerm. de S. Victore his verbis præſcribit, dum ait: *Tutius ſanè æmulanda ſolidiora, quàm ſublimiora, & quæ magis virtutem redoleant; ſtudeamus moribus conformari* (de Sanctis loquitur) *cui in mirabilibus ſimilari, etſi volumus, non valemus. Æmulemur in viro ſobrium victum, devotum affectum, manſuetudinem ſpiritus, caſtimoniam corporis, oris cuſtodiam, animi puritatem, ponere frænum iræ, modum linguæ, dormire parciùs, orare frequentius.*

Hugo Card. — Didac. Stell. hic — Gen. 3. 5. — S. Bern.

10. Albertus Magnus ait, Chriſtum ita nos hortari. *Ut notetur ſimilitudo, quia Pater cæleſtis nihil habet miſeriæ in ſeipſo, & ſic eſt nobis faciendum, ut alteri miſericordiam faciamus. Eccleſiaſt. 14. Qui ſibi nequam eſt, cui eſt bonus.*

Alb. M. — Eccli. 14. 5.

11. S. Bonaventura obſervat, quòd Chriſtus in hiſce verbis circumſtantiam quandam tangat, quam nobis in hujus miſericordiæ exercitio requirit: *Sicut Pater &c. quia ipſe non tantùm amicis, ſed adverſariis condeſcendit*, adducitque textum illum. Matt. 18. *Nonne oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Unde illam miſericordiam exigit, quam ipſe impendit*; nam ut S. Jacobus Apoſtolus ait: *Judicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam.*

S. Bonavent. — Matt. 18 v. 33. — Jac. 2. 13.

12. Theophylactus, Chriſtum nos per motivum aliquod valde efficax, ad hanc virtutem exercendâ obligare voluiſſe, conſiderat; dicit enim: *Aliâ neceſſitate nos urget; ſi diligitis eos, qui vobis benefaciunt, ſimiles eſtis peccatoribus & gentilibus; ſin diligitis eos, qui vobis malefaciunt, ſimiles eſtis Deo, qui eſt bonus ingratis & malis. Utrum igitur Deo, vel peccatoribus ſimiles fieri vultis?*

Theoph.

Verſus 37.

Nolite judicare, & non judicabimini; nolite condemnare, & non condemnabimini; dimittite, & dimittemini.

Nolite judicare.

1. Albertus Magnus duo judicii genera diſtinguit: *Eſt judicium rationis, & judicium juriſdictionis; judicium rationis eſt, quo facta noſtra, vel aliena apud nos diſcutimus*; hoc autem judicium iterum diſtinguit, & dicit, quòd judicium hoc (de quo ſolo hic ſermo eſt) fieri poſſit vel de nobis ipſis, aut verò de aliis: ſi de nobis ipſis fiat, jam conſcientiam teſtis loco habet: *Habet conſcientiam teſtem de facto, & de cauſa facti, & de intentione facti, & ideo in illo judicio optimè proceditur, & juadet tali judicio conſcientiam diſcutere Apoſtolus*, qui proinde Corinthios ita monet: *Quod ſi nos ipſos judicaremus, non utique judicaremur*; demum verò ad judicium, quod ſit de aliis, deſcendens monet: *Si facta aliena conſcientiæ curioſius inveſtigo, non debeo ante tempus judicare.* 1. Cor. 4. *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui &c. mihi pro minimo eſt, ut à vobis judicer, aut ab humano die, dies autem humanus eſt humanæ cognitionis illuſtratio, quæ ſæpe nebuloſa & fallax eſt; dies autem Domini eſt divinæ cognitionis illuſtratio & manifeſtatio.* Ut autē melius, quandonam judicium iſtud prohibitum ſit, intelligatur, conſiderandum eſt, quòd diſcurſus noſtri judicium, vel verſatur circa actiones, vel circa operantem, ſi opera evidenter culpabilia ſint, v. g. adulterium, furtum, vel alia peccata ſimilia, non eſt error, malum de illis formare judicium, ſimiliter tunc culpâ caret judicium malum de operante conceptum, ſi tamen actualiter peccet; cæterùm namque *Cavendum eſt, ne judicetur de permanentia in peccato, ut dicamus, quòd nunquam erit bonus, quia qui hodie eſt malus, cras fortè bonus erit.* Quòd ſi verò opera ad bonum vel malum indifferentia exiſtant, quale eſt, bona temporalia acquirere, cum muliere loqui, vel ſimilia: *Aut judicatur de opere, aut de operante? Si de opere, non debet fieri judicium humanæ diei, quia de opere nō judico, niſi de cauſa, vel intentione operis; ſicut ſi dicam, quòd temporalia ex avari-*

Alb. M. — 1. Cor. 11. v. 31. — 1. Cor. 4. v. 5. — Ibid. v. 3

tia congregat, & tenet, ut in delitiis vivat, & turpiter expendat, hoc eſt judicium temerarium & humanæ diei, quia opus non oſtendit malum; & de quolibet præſumendum eſt bonum, niſi probetur contrarium; ſimiliter autem ſi hoc modo judico de operante.

Tolet. 2. Toletus rationem reddit, cur ſapientiſſimus Magiſter noſter de hac materia judicandi alios, in præſenti Evangelio tractaverit; cùm enim dixiſſet eos, qui adoptivi ſunt filii Dei, ejus quoque exemplo miſericordes & compaſſivos eſſe debere, quid Deus ex motivo miſericordiæ ſuæ faciat, ut idipſum nos quoque facientes, perfectam erga proximos noſtros dilectionem nos habere probemus: *Deus hominem peccantem non ſtatim judicavit, nec uſus eſt ſua juſtitia adverſus eum, ſicut fecerat contra Angelos peccantes, quos ſtatim judicavit, & condemnavit; at vero hominum miſertus eſt, & ad pœnitentiam exſpectavit, & remedia ſalutis obtulit, filium enim ſuum in mundum non ad judicandum, nec ad damnandum, ſed ad ſalvandum miſit.* Joan. 3. *Non enim miſit Deus filium*, &c.

Joan. 3. 17. Lucas

Burg. in c. 6. Matth. 3 Lucas Burgenſis de quonam judicio Salvator noſter hic locutus fuerit, his verbis declarat: *Non agitur de publico judicio ſed privato, eoque non quovis, ſed temerario ac maligno, quo quis vel ſiniſtrè interpretatur alterius dicta, aut facta dubia, vel exaggerat delicta levia, vel divulgat crimina, vel calumniis impetit benefacta, vel deſperatæ ſalutis delinquentem judicat.*

Euth. in cap 7. Matth. 4. Euthymius ait: *Hic ſermo non ad eos, qui præſunt, dirigitur, ſeu ad ſubditos, monens, ne qui propria debet inſpicere, ac ſeipſos dijudicare inſpiciat aliena, ut dijudicent alios nam & Paulus dicit: ſi nos ipſos dijudicaremus, nequaquam dijudicaremur.* Hocque unum eſt ex motivis, quibus Janſenius ad nos ab hoc offendiculo deterrendos, utitur, dum ait:

1. Cor. 11. v. 31.

Janſen. c. 43. concord. *Quod conveniat eum ſua facta & dicta diligentius attendere, atque in his ſuos lapſus, errata & defectus perſpicere, ut non libeat ei aliena curioſius obſervare, aut obſervata carpere.*

5. Euthymius dicit: *Dirigitur quoque ſermo & ad eos, qui cum in majoribus offendant, condemnant eos, qui in pavis labuntur*; in cujus probationem conſiderat, quòd Dominus noſter paulò poſt ſubjungat: *Quid inſpicis feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt; non conſideras?*

Matt. 7. 3. Chryſoſtomus quoque hoc monitum iis datum eſſe dicit, qui alios de peccatis judicant levibus, cùm ipſi ad fauces uſque enormibus exceſſibus noſtrantur eſſe immerſi: *Cùm flagitiis abundent innumeris, alios de leviſſimis quibuſq; delictis totâ temeritate condemnant*; id quod Janſen. in Scribis & Phariſæis exemplificat, qui in cenſurandis aliorum levibus defectibus rigoroſiſſimi erant, cùm ipſi graviſſimorum præceptorum eſſent transgreſſores: *Ea calumniantes, quæ recta erant, ſiniſtrè interpretantes, quæ erant dubia, exaggerantes quæ erant levia, ſic & ingenio vulgi inter reliqua vitia penitiſſimè inſitum eſt, in alienis factis curioſum eſſe, eaque cenſere, a quo morbo ſuos docet hic Dominus deberi alieniſſimos.*

Chryſ. ho. 24. in Matth.

6. Porrò alios temerè judicare, idem eſt, quòd juriſdictionem ſoli Deo propriam uſurpare: *Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat, aut cadit.* S. Climacus quoque ait: *Judicare eſt impudens direptio divinæ dignitatis.* Et S. Job ait: *Nunquid faciem ejus accipitis? & pro Deo judicare nitimini?* quaſi vellet dicere, quod, dum alios judicare volumus, idem faciamus, ac ſi falcem noſtram alienæ meſſi immitteremus, officiumque præſumeremus exercere, quod ad Deum ſolùm ſpectat: *Quis enim hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Scrutans corda & renes Deus*, ad quorum diſcretionem & notitiam homo nunquam pertingere valet.

Rom. 14. 4. S. Clim. or. 10. Job. 13. 8.

7. Janſenius ejus, qui proximum judicare non dubitat, temerariam arrogantiam & injuſtitiam, a bb inconvenienti quodam deducere contendit, ſcilicet, quòd hoc ſit authoritatem talem in eum ſibi uſurpare, quam nec habet, quæque illi nulla ratione debetur: *Quod agnoſcere ſe debeat proximi ſui conſervum eſſe, non judicem*; unde enim nobis illa poteſtas venit, quod proximum noſtrum parem & æqualem nobis cenſurare, judicare & condemnare non dubitemus?

Janſen.

8. S. Jacobus ait: *Nolite judicare alterutrum fratres, qui detrahit aut judicat fratrem ſuum, detrahit legi*, quibus verbis pari paſſu de detractione & judicio temerario loquitur, quia per hoc, perſonam illam, quam judicamus, in conceptu noſtro famam, quàm apud nos habere debet eidem aufferimus, eumque infamamus.

Jac. 4. 11.

9. Toletus in decurſu hujus Capitis 6. S. Lu-

S. Lucæ; è quo præſens Evangelium deſumptum fuit, obſervat, quòd Chriſtus in eo, duo præcipuè impedimenta, quæ proximi & maximè inimicorum dilectioni opponuntur, ſubmovere voluerit, impatientiam videlicet & avaritiam, præter quæ, in hiſce verbis aliud quoddam obſtaculum è medio tollere intendit, nimirum judicium temerarium: *Hoc enim ſæpe cauſa eſt, ut inimicos multos nobis faciamus, qui verè non ſunt, dum dubia eorum verba & facta, quæ in bonam partem & in malam accipi poſſunt, ſiniſtrè interpretamur, ſæpeque decepti opinamur tales eſſe homines, quales non ſunt.* D. Chryſoſtomus in hujus peſtis deteſtationem, aptius ad propoſitum noſtrum loqui non poterat, quam dum ita de hoc vitio ſcribit: *Ob id Dominus hoc dilectionis venenum, quod amicitias interimit, & inimicitias multiplicat, fovet & auget, de medio tollit, dicens: Nolite judicare.*

Chryſ. ho. 11. in 1. ad Cor.

10. Porro bonitas & malitia operis ab intentione recta vel iniqua dependet, hæc autem ſoli Deo eſt manifeſta. Unde Gloſſa ait: *Sunt quædam media & incerta, quo animo fiant, quia benè & malè poſſunt fieri* (quæ verba ex Beda fuêre deſumpta, qui ulterius progreditur, dicens.) *De quibus temerarium eſt judicare, maximè ut condemnemus: horum veniet tempus, ut judicetur, cum Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtè cogitationes cordis. Duo autem ſunt, in quibus temerarium judicium cavere debemus, cùm incertum eſt, quo animo quidve factum ſit; vel cùm incertum eſt, qualis futurus ſit, qui nunc vel bonus, vel malus apparet.* Prudens ille Paterfamilias Evangelicus ſervis ſuis vetitum eſſe voluit, ne zizania ex agro eradicarent, cujus hanc rationem ſubjunxit: *Ne fortè colligentes zizania, eradicetis cum eis ſimul & triticum*; hæc enim inutilis herba, quoad apparentiam exteriorem, magnam habet cum tritico ſimilitudinem; hac autem prohibitione docere nos voluit ut ait S. Hieronymus, *Ne, ubi quid ambiguum eſt, cita ſententiam proferamus, ſed Deo judici reſervemus.* Notandum quoque eſt ad præſens propoſitum, quòd hi ſervi, utpote qui prudenti admodum & timorato Domino inſervibant, dum agrum zizaniis reſperſum viderent, neminem auſi fuerint in particulari, hujus infidelitatis & malitiæ arguere, malè de aliquo in particulari ſuſpicari, ſed tantùm in genere dixerint: *Inimicus homo hoc fecit*, neque enim majori cum modeſtia & circumſpectione loqui poterant. Optimè igitur S. Auguſtinus monet, dum ait: *Si ergo quiſpiam conqueſtus de ſtomachoſo junare noluerit, & tu id non credens, edacitatis vitio tribueris, temerè judicabis; non ergo reprehendamus ea, quæ neſcimus, quo animo fiant.* Quando S. Carolus Borromæus, in optimo ætatis ſuæ flore, eo tempore Eccleſiæ naviculam gubernantis Papæ nepos exiſtens, nocturno tempore è ſacro Palatio cum paucis quibuſdam egreſſus occultè & in perſonato habitu, Romam perambulabat, maligni homines idipſum videntes, & eum ex facie vel famulitio agnoſcentes pro innata ipſis malitia facilè de ipſo ſiniſtrè ſuſpicati, & judicium valde temerarium & iniquum de ipſo formare potuiſſent, & tamen ipſe ſolùm ut omnibus ignotus & occultus eſſet, in tenebris, collem Eſquilinum ſanctæ Mariæ majoris flexis genibus eo tempore conſcenſurus exibat.

Gloſſa.

Matt. 13. v. 29.

S. Hier. ib.

S. Aug. de ſerm. Dom. in monte l. 2. c. 18

Ib. v. 28.

11. Dionyſius Carth. aliud quoddam, hunc temerarii judicii ſcopulum fugiendi, motivum his verbis ſubminiſtrat: *Quoniam debiles ſumus in ratione, quia faciliter fallimur & erramus, pronique ſumus ad paſſiones; & vitia rectum judicium pervertentia. Mundaces filii hominum in ſtateris*, inquit David, *ut decipiant*; imò ut decipiantur, & ratio eſt, quia *homo videt in facie*; neque enim homo aliud, quàm ex apparentia & ſpecie exteriori ſibi objecta, judicium formare poteſt, quod tamen, ut ſæpe numero experimur, cum interiori hominis animo & intentione multoties minimè conſentit; Et ideo mirum non eſt, quod ſæpiſſimè, & ut plurimum decipiamur. Quis ſibi de generoſa illa Heroina Juditha, honeſtiſſima vidua non formâſſet iniquum conceptum, ſi quis illam rara pulchritudine decoram, mundo muliebri elegantiſſimè exornatã, pretioſiſſimis odoriferisque unguentis delibutam in medium uſque exercitum, imò in ipſa impii & laſcivi Holofernis belli Ducis tentoria penetrare conſpexiſſet? & tamen quantum unusquisque in ſuo judicio hallucinatus fuiſſet, exitus ipſe tandem comprobavit. Quis de S. Paphnutio Abbate, in habitu & ſpecie mercatoris, Thaidis meretricis domum ingrediente, & cum ea liberaliter converſante, ſiniſtrum aliquid non ſuſpicaretur? & tamen ut animam meretricis illius Deo lucraretur, domum illam adierat.

Dion. Carth.

Pſ. 61. v. 10.

1. Reg. 16 v. 7.

12. Porrò quàm facilè homines, maximè paſſione aliqua turbati, ad hunc ſcopulum allidant, idem Doctor Carthuſianus his verbis optimè demonſtrat: *Quod utique paſſionatis ſummè periculoſum eſt, & præſertim cavendum eſt eis, ne proni ſint judicare eos, ad quos minùs bene afficiuntur ſeu inclinantur.* Aſſuerus poſt conceptam adverſus Aman gravem indignationem, eundem ſuper lectulo Reginæ jacentem videns, protinus de ipſo temere judicare cœpit, quaſi in ejus conſpectu honeſtati Eſtheris Reginæ inſidiari moliretur; & tamen valde in eo errabat, ſiquidem is regiâ ſe gratiâ excidiſſe videns, dolore & cordis anxietate oppreſſus, præ nimio animi deficientis deliquio, in lectulum protinus etiam invitus corruit.

Dion. Cart. *Eſth. 7. v. 8.*

13 Janſenius ait: *Prohibetur judicium, quo quis hominem, quadam apertè mala committentem condemnat, velut deſperatæ ſalutis.* Contra quod Gloſſa hoc nobis tradit ſalutare monitum: *Neſcimus, qualis futurus eſt; nunc apparet malus, de cujus correctione deſperare, eumque quaſi abjectum reprehendere temerarium eſt.* Quis unquam credere potuiſſet de Saulo, quando eorum, qui S. Stephanum Protomartyrem lapidabant, veſtimenta cuſtodiebat: *Et erat ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini*, quòd is aliquando futurus eſſet Apoſtolus, & talis quidem, qui univerſum mundum ad ejuſdem Chriſti fidem converſurus eſſet?

Janſen. *Gloſſa.* *Act. Ap. 9. v. 1.*

14. Quòd ſi tamen in aliquo caſu obvio, ad aliquod de proximo formandum judicium urgeremur, id magna cum cautela & circumſpectione formandum erit. Deus olim in Levitico lepræ judicium per ſeptem dierum ſpatium ſuſpendi præcepit, etiamſi lepra manifeſtata eſſet; varios quoque ſummo Sacerdoti præſcripſit modos, quo ſe in hujus lepræ judicio, ab omni errore immunem faceret: *Omnia in figura contingebant illis*; nimirum per hoc inſinuare nobis voluit, quàm cauti & circumſpecti eſſe debeamus, quando nobis de lepra animæ proximi noſtri judicandum eſt: *Sunt homines*, inquit Oleaſter, *qui ea facilitate alios de malo judicant, ſi quæ in corde eorum ſunt, eo acumine viderent, quo Deus ſcrutatur renes & corda, quos locus iſte arguere videtur, qui non permittit Sacerdotem facilè hominem leproſum judicare, ſed prius multis diebus recludere, & judicium ſuſpendere.*

Lev. 13. v. 4. *Oleaſt. ibid.*

15. Multum quoque tribuendum eſt debilitati, aut ignorantiæ, vel inadvertentiæ illius, qui erravit: *Excuſat intentionem*, inquit S. Bernardus, *ſi non potes opus, puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum.*

S. Bern. ſer. 40. in can.

Et non judicabimini.

16. Dionyſius Carthuſianus ait: *Chriſtus multis periculis, & peccatis nos eripit, & præſervat, dum judicare nos prohibet.* Sententia eſt Spiritus ſancti, dilecto Chriſti diſcipulo ad calamum dictata quæ ſequuntur: *Qui non diligit, manet in morte*, judicium verò temerarium dilectioni proximi & charitati directè eſt contrarium; & ideo S. Bonaventura illud peſtem appellat, quæ ad cor uſque ſerpere non ceſſat. *O culta peſtis*, inquit, *ſed graviſſima, quæ Deum fugat, & fraternam lacerat charitatem*; nam ut Apoſtolus perſpicuis verbis dicit: *Charitas non cogitat malum*, & S. Petrus ſimiliter ait: *Charitas operit multitudinem peccatorum*; & ideo verâ animam aliquam charitate imbutam eſſe, hoc indicio manifeſtè declaratur, ſi nimirum alienos defectus obtegere, ſemperque in meliorem æquioremque partem interpretari ſatagat. Nam, ut Janſenius ait: *Fraternæ charitatis eſt aliena vitia occultare, eaque extenuare, dubia vero candide interpretari.* cui conſpnat Didacus Stella dum ait: *Charitas & miſericordia vetant, ne quid mali de proximis ſuſpicemur, neve fratres noſtros temerè judicemus, imò potius ſemper omnia potiori parti tribuamus.*

Dion. Cart. *1. Ioan. 3. v. 14.* *S. Bonav. in ſtim. amoris c. 10.* *1. Cor. 13. v. 5.* *1. Pet. 4. v. 8.* *Didac. Stell.*

17. Porrò exoſos Deo illos eſſe, qui ad temerè judicandum proximos ſuos proclives exiſtunt, ex illo ſacræ ſcripturæ teſtimonio liquidè ſatis apparet, in quo dicitur: *Et qui juſtificat impium, & condemnat juſtum, abominabilis uterque eſt apud Deum.* In lib. Num. c. 16. legitur, quòd quando Chore, Dathan & Abiron, aliique ipſorum complices adverſus Moyſen & Aaronem inſurrexerunt, judicando illos temerè, quaſi ex ambitionis motivo populum Dei non tegere, ſed tyrannide quadam ſibi deſpoticè ſubjicere vellent, dicentes: *Cur elevamini ſuper populum Domini?* Mox ut Moyſes cauſam ſuam coram Deo defenſurus in terram ſe proſtravit, terram ſub eorum pedibus dehiſcere, & hos temere adeò judicantes ad infernum uſque abſorbere cœpit. Sed inquies, cur divina juſtitia per adeo inſolitum & horrendum ſupplicium in illos animadvertit?

Prov. 17. v. 15. *Num. 16 v. 3.*

tit? S. Iſidotus ait: *Ob temeritatis audaciam.* Reprobi ſimiliter inter præcipua damnationis ſuæ capita temeraria judicia pariter recenſebunt: *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam.* Nam, ut S. Gregorius ait: *Stulti tantò intenſius de aliis judicant, quanto ſua profundius ignorant.* Et ideò S. Dorotheus optimè monet: *Curemus quo poſſumus ſtudio & diligentia, ſuſpiciones omnes à nobis abigere, nihil enim adeo hominem à Deo ſegregat, ut nullam vitiorum ſuorum curam habere curet, & ſcrutari ſemper, quæ nihil ad ſe attinent.*

S. Iſidor. *Sap. 5. v. 4.* *S. Greg. l. 4. mor. c. 1.* *S. Doroth. doct. 12.*

18. Didacus Stella judicium temerarium, radicē ſuam in malevolentia & odio habere dicit: *Hæc temeraria judicia reſiliunt ex odio & mala voluntate, nam ſolùm ob hoc, quia quis alium odit, vel invidet ei, vel etiam ex leviſſimis ſignis malè de illo judicavit, quia unicuique facilè perſuadetur id, quod deſiderat.*

Didac. Stell.

19. Apoſtolus dicit: *In quo judicas alium, teipſum condemnas, eadem enim agis quæ judicas.* Nemo eſt, qui neſciat, quam mitis & patiens Jacob fuerit, & tamen ſacer textus illum adverſus Laban iratum fuiſſe memorat: *Tumenſque Jacob cum furgio ait: quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti?* Sciendum eſt autem quòd Laban Jacobum de furto commiſſo ſuſpectum habebat, ideo univerſam ejus ſupellectilem ſcrutando, ſuſque deque inverterat, ideo Jacob adeò injuſtè ſe apud illum infamatum videns, in ſua ſe animi tranquillitate ita continere non poterat, quin graviter ei indignaretur. Unde Dionyſius Carthuſianus ait: *Juſtè indignans Jacob, quoniam contumelioſum ſuit, ita de furto impeti, & reprehendi & examinari.* Cur autem hic Laban adeo temerarium ſibi formavit judicium de viro hoc adeo irrepræhenſibili & ſancto, quem adeo ſibi fidelem tot annis expertus fuerat? nimirum quia homo vilis, idololatra, omnis timoris & notitiæ Dei, imò & conſcientiæ expers, avarus, rapiniſque & extorſionibus deditus erat, ac proinde omnes alios ſibi ſimiles exiſtimabat: *Si aliquis malus eſt,* inquit Didacus Stella, *ideo credit alios eſſe ei ſimiles; nam homo non potest melius de alio, quàm de ſeipſo ſentire.* Idē quoque notat Janſenius, dum ait: *Qui omnium cenſores ſe faciunt, & citra æquitatem, ii planè & aliorum judiciis iniquioribus ſeſe reddunt obnoxios;* ac proinde optimè Toletus obſervat, quòd quando Chriſtus dixit: *non judicabimini,* non voluerit per hoc dicere aut inſinuare, eos, qui non judicant, à judicio & tribunali Dei eximendos eſſe, quia certum eſt, quòd *omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti &c. Sed quod nunc dicitur, illud eſt; qui aliena facta aut dicta judicat, propria ſua ſi ſimilia faciat aut dicat, eo ipſo judicat, à Deoque ſuo proprio judicio judicabitur,* juxta illud S. Apoſtoli ad Romanos: *In quo judicas alium, &c.* Plerumque vulgus hominum ex ſuo animo, inquit D. Chryſoſtomus, *de aliis judicat, velut qui ſæpè inebriatur, non facilè credere poſſit, eſſe quempiam hominem ſobriè frugaliterque viventem; qui ſe ortis indulget, etiam pudicè viventes habet pro incontinentibus.*

Toletus. *2. Cor. 5. v. 10.* *Rom. 2. v. 1.* *D. Chryſoſt. ho. de David & Saul.*

20 Toletus ex adducta D. Chryſoſtomi & S. Auguſtini authoritate ita ſcribit: *Non ſolùm qui judicat alium, eum eſſe judicandum, ſed acriùs judicandum, juxta regulam, qua ipſe alios acriter judicavit.* Id quod Euthymius in expoſitione horum verborum ſuper caput 7. S. Matthæi expreſsè confirmat, dum ait: *Eâdem condemnatione, quâ condemnabis fratrem, condemnaberis & tu, hoc eſt, ſi levem ejus lapſum curiosè inquiſieris, etiam & tu condemnaberis, & levia errata tua anxiè diſquirentur, ac tempore tremendi judicii condemnabuntur.* Lucas Burgenſis ait: *Tale ſubeundum vobis erit apud Deum judicium, quali vos uſi fueritis in alios, exactum, ſeverum, rigidum, ſi exacti, rigidi, & ſeveri fueritis: contra ſi candidi fueritis, & benigni alienæ vitæ judices, Deum quoque erga vos candidum, & benignum judicem ſentietis.*

Toletus. *Euth. in c. 7. Matt.* *Lucas Burg. in cap. 7 Matth.*

21. D. Chryſoſtomus ſuper illa verba, *In quo enim judicio judicaveris judicabitur de vobis,* ſcribens advertit, quòd judicium temerarium, quod facturi de fratre noſtro ſumus, non ipſum, ſed nos condemnabit: *Non enim illum condemnas, ſed temetipſum, & facis tibi terribilius eſſe judicium.* Anaſtaſius Abbas montis Synai refert, quendam ſui Monaſterii Monachum fuiſſe, qui, dum à norma vitæ communis paulisper recederet, licentioſius nonnihil vivebat; Idem verò dum in articulo mortis conſtitutus, hilarem præ ſe faciem ferret ideoque ab Anaſtaſio, ad vitæ ipſius mores ſeſe reflectente, corriperetur, eidem intrepidè, Deum ſibi Angelum quendam ſubmiſiſſe, reſpondit, qui.

D. Chryſoſt. ho. 24. in Matth.

qui animam ſuam ſalvam futuram eſſe prædixit, eo quòd Deus in ipſo promiſſionem his verbis factam: *Nolite judicare, & non judicabimini; dimittite, & dimittemini*, adimplere & exequi ſtatuerit, tametſi enim partim propriâ culpâ ſuâ, partim ob malam ſanitatem, quâ ſemper affligebatur, à regulari obſervantia deflexiſſet, illis tamen, qui ob id illum pœnis debitis caſtigarent, malèque tractarent, ex animo id condonaſſet, nec unquam ſiniſtrum de illis habuiſſet judicium, quin potiùs id quod ſibi factum aut dictum fuerat, in meliorem ſemper fuiſſet interpretatus partem.

Luc. 6. v. 37.

Nolite condemnare, & non condemnabimini.

Tolet.

22. Toletus verba hæc in hunc ſenſum interpretatur, quòd videlicet Chriſtus per illa inſinuare voluerit, quòd non ſolùm dicta & facta aliorum alicujus culpæ inſimulare, aut ſiniſtrum de iis judicium ferre debeamus: ſed nec etiam pœnâ digna cenſere, quod eſt condemnare, ne eâdem pœnâ vos ipſos propter eadem dignos eſſe faciatis, qui enim alterius facta digna morte cenſet, ſua profectò eadem damnat pœna.

S. Aug.

23. S. Auguſtinus ſuper hæc verba ait: *Temeritas, qua punis alium, ipſa te punit, nocet ſemper iniquitas injuriam facienti.* Id quod in Phariſæo adimpletum fuiſſe perſpicuè videtur, qui ſe de bonis operibus ſuis jactans, Publicanum, qui eodem tempore in gratiam & amicitiam Dei repoſitus fuerat, temerè judicabat. Unde S. Auguſtinus ait: *Sic ſæpe judicandi temeritas nulli plus nocet, quàm ipſi Judici*, ille enim reprobatus & condemnatus abſceſſit, Publicanus autem juſtificatus in domum ſuam abivit.

S. Aug. l. 2. de ſer. Domin. c. 6. Luc. 18. v. 14.

Dimittite & dimittemini.

Hugo Card.

24. Hugo Cardinalis ait: *Dimitte injurias illatas vobis, & dimittetur vobis peccatum veſtrum à Deo, cui frequenter feciſtis injurias.* Cajetanus quoque de illatarum injuriarum remiſſione intelligit: *Dimittite offenſas & injurias veſtras offendentibus & injuriantibus vos*; additque præceptum hoc affirmativum eſſe, & conſequenter ſuo loco & tempore, ubi id poposcerit neceſſitas obligare: *Et conſulens quando expedit, etiamſi non oporteat: Adverte tamen quod in hoc præcepto claudantur duæ negationes, ſcilicet non habere odio offendentes & injuriantes; & non judicare privatâ poteſtate injurias & offenſas acceptas.* Quodſi verò præceptum ſtud adimplevimus, Chriſtus omnium offenſarum noſtrarum remiſſionem nobis quoque viciſſim promittit: *Mereberimini ut dimittantur vobis injuriæ, & offenſæ veſtræ.* Paulò ante nos æternum Patrem ſuum in miſericordia imitari juſſerat: at verò *Deus non ſolùm*, inquit Toletus, *non judicavit me, nec condemnavit mundum peccantem, ſed etiam dimiſit peccatum, veniamque præbuit, mittens ſuum filium ad ſalvandum? ad hoc igitur dimittendi exemplum nos quoque invitamur.*

Cajet.

Tolet.

25. Porrò quando Deus veniam & remiſſionem promittit: *Dimittemini*, non vult dicere, ut explicat idem Toletus, quod condonando nobis illatas injurias, peccatorum noſtrorum veniam abſolutè recepturi ſimus, abſque eo, quòd aliud quid faciamus, ſed hic eſt ſenſus illius: *Si eos pœniteat, facilè veniam impetrare, &, ut ad pœnitentiam convertantur, auxilium à Deo ipſo facilius obtinere.*

Videatur ſuper hæc verba Evangelium Feriæ ſextæ poſt Cineres.

Verſus 38.

Date & dabitur vobis; menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſuperefluentem dabunt in ſinum veſtrum; eâdem quippe menſurâ, quâ menſi fueritis, remetietur vobis.

Date & dabitur vobis.

Beda.

1. Venerabilis Beda verba hæc de illis, qui erga inimicos, beneficos ſe exhibent exponit: *Dimittere nos injurias, dare beneficia jubet, ut & nobis peccata dimittantur, & vita detur æterna; qua ſententia brevi, ſed eximia, cuncta, quæ latiſſimè quæ converſando cum inimicis mandaverat, comprehendendo concludit.*

Tolet.

2. Toletus ad prima hujus Evangelii verba reſpicit: quibus ad imitandam æterni Patris ſui miſericordiam invitabamur: *Eſtote miſericordes ſicut Pater cæleſtis; Hoc eſt quartum, quod ad imitationem, & ſimilitudinem Dei Patris, qui non ſolùm non judicavit, nec damnavit mundum peccantem, ſed dimiſit per miſericordiam, & adhuc beneficientia inexhauſta bona ei contulit, immenſaque largitate ſubvenit.* Unde idem Doctor, Chriſtum hæc verba non ſolùm de eleemoſyna, pauperumque ſubventione, ſed de omni alia re, ad

ad dilectionem ordinata intellexiſſe cenſet, *omne officium dilectionis & miſericordiæ complectitur. His enim Deus miſericordem & beneficum ſe exhibet.*

Lucas Burg. Hugo Card. 3. *Date proximis ea, quibus opus habent*, inquit Lucas Burgenſis, *& dabitur viciſſim vobis à Deo Patre, quod prodeſſe vobis queat, & beatos vos reddere.* Hugo Cardinalis ait: *Date pauperibus temporalia, & dabitur vobis à Deo vita æterna, oratione pauperum, quandoetiam cum vita æterna dabitur abundantia temporalis, cum expedit.* Lyranus hanc, quàm *Lyran.* recepturi ſumus remunerationem dilatat, & ad alia bona extendit: *Dabitur bonum naturæ, fortunæ, gratiæ, & gloriæ, dum tamen datio fiat ex charitate.* D. Chryſoſtomus quoad *D. Chryſ hom. 35. ad prop.* lucrum, quod pauperibus largiendo nobis comparamus, ita ſcribit: *Eleemoſyna eſt ars omnium quæſtuoſiſſima, vera & ſacra uſura eſt, in rebus prophanis crimen eſt, apud Deum laus eſt, da pauperibus, ut Deum habeas debitorẽ.* Sapiens ait: *Fœneratur Domino, qui miſe-* *Prov. 19. v. 17.* *retur pauperis.* Unica duntaxat uſura reperitur, quæ opulenta eſt & dives, & non ſolùm eſt permiſſa & licita, ſed Deus ipſe quoad uſuram lucrum ſe conſtituit debitorem. *S. Paul. ep. 12. ad ſeverũ.* Unde S. Paulinus ait: *Da ad uſuram pecunias tuas, ſed Chriſto, & ſalutaris uſura eſt*, quævis alia uſura pernicioſa eſt, ideoque ab omnibus legibus naturali, divina & humana proſcripta & condemnata. Porrò immenſæ fuerunt divitiæ mulieris illius, cujus in Pro- *Prov. 31. v. 29.* verbiis hiſce fit mentio: *Omnes filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es universas*; Nec eſt, quod dicat hic aliquis, facultates *Prov. 31. v. 13. & 19.* hujuſce viraginis fuiſſe hæreditarias; quia *quæſivit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum; digiti ejus apprehenderunt fuſum, panem otioſa non comedit*, quonam igitur modo ad tantam divitiarum exceſſivam copiam pertingere potuit?

4. Mercatura & negotiatio, qua ingentes haſce divitias ſibi comparavit, hæc fuit: *Guſtavit & vidit, quia bona eſt negotiatio ejus*; at verò, in quo hæc ejus negotiatio conſiſtebat? In erogatione facultatum ſuarum in eleemoſynam, in eo quòd prodiga in pauperes erat: *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem*; En igitur *D. Chryſ Pſ. 48. v. 3.* quàm verum ſit, quòd D. Chryſoſtomus ait: *Eleemoſyna eſt ars omnium quæſtuoſiſſima: Simul in unum dives & pauper*, inquit miſta, id quod in S. Franciſco adimpletum fuit; qui totum id, quod, licet mendicus exiſtens, habebat, erogando, Religionem ſuam tamen, quam inſtituit, omnibus bonis neceſſariis optimè proviſam habet, & habuit ſemper.

Menſuram bonam, & confertam; & coagitatam, & ſuperefluentem, dabunt in ſinum veſtrum.

5. *Menſuram bonam bonorum temporalium*, inquit Hugo Cardinalis, *ſecundo confertam bonorum naturæ; Tertiò coagitatam bonorum gratiæ. Quartò ſuperefluentem bonorum gloriæ in ſinum veſtrum, ô plena & ſecura poſſeſſio!* vel etiam in ſinum non tunicæ, ſed animæ; *ſinus animæ eſt intellectus, qui implebitur gloria viſionis apertæ, & affectus, qui implebitur lætitia delectationis perfectæ.* *Hugo Card.*

6. Dionyſius Carthuſianus exiſtimat, Sapientiam incarnatam nobis per hanc phraſim, abundantem illam recompenſationem voluiſſe deſcribere, quam recepti ſunt, qui charitatis & beneficentiæ Chriſtianæ operibus dediti erunt: *Per omnem hanc circumlocutionem inſinuatur, quòd ineffabiliter copioſa erit retributio operum charitatis, ac pietatis in cœlo, quæ retributio per menſuram exprimitur, quoniam præmium merito correſpondet, ac proportionatur.* S. Bonaventura *Dion. Cart.* *S. Bonav. in Luc.* dicit: *Ponit quatuor dictiones, ſecundùm quatuor conditiones beatitudinis*; Prima eſt in gaudio interno beatitudinis animæ, & denotatur per verba illa: *Menſuram bonam.* *Pſ. 102. v. 5.* Unde Pſalmiſta ait: *Tunc replebitur in bonis deſiderium tuum*; tunc enim anima beata una cum Petro dictura erit: *Bonum eſt nobis hic eſſe.* Secunda erit gaudium inferius, id eſt, glorificatio corporis, ſignificata per ly *confertam.* Tertia erit gaudium exterius, id eſt, conſortium Sanctorum, ac proinde additur *coagitatam.* Quarta gaudium ſuperius, quod in clara Dei viſione conſiſtit. Unde ſubjungit: *Superefluentem.* Merus hic *Iob. 19. v. 27.* eſt Doctoris Seraphici diſcurſus, qui addit: *Dabunt in ſinum veſtrum, id eſt, in animæ capacitatem ſtabilem & intrinſecam*; *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Lucas *Lucas Burg.* Burgenſis ait: *In ſinum veſtrum, id eſt, in vobis ipſis firmiter, æternumque à vobis ipſis poſſidendam, nam quod in ſinum nobis datum fuerit noſtrum, non facilè nobis perit, quippe quod ita teneamus, ut facilè ſit nobis in locum tutum transferre.* Toletus hoc lo- *Tolet.*

quendi

quendi modum, phraſin quandam Hebraicam eſſe dicit, idemque ſignificare, quod *dabitur vobis ipſis, non aliis pro vobis, taq; in recompenſationem veſtrorum operum; hæc enim duo ea locutio ſignificat, juxta illud Pſalmi: Redde inimicis noſtris ſeptuplum in ſinu eorũ.*

Pſ.78. v.12. Lyran.

7. Lyranus operum miſericordiæ præmium etiam in hac præſenti vita, præter bona æterna, inſuper ex naturæ & fortunæ bonis accumulandum eſſe opinatur: *Subditur, menſuram bonam, quantum ad bonu fortunæ & naturæ, ſicut ſanitas & hujusmodi, quæ etiam aliquando conferuntur propter opera pietatis;* per quotidianam namque experientiam, in multis eleemoſynariis videmus, quòd in hac quoque præſenti vita, proſperitatibus gaudeant: at verò quod æternam ſpectat, veritas eſt infallibilis, quòd, qui opera exercent miſericordiæ, pignus habituri ſint ſecuriſſimum, quòd cæleſti ſint præmiandi gloriâ, quâ de re præcunctis aliis ſecuriſſimi eſſe poſſunt, quia in examine & proceſſu, quem Chriſtus, dum in judicio tanquam judex conſidebit, formaturus eſt, ipſos ad dextram ſe collocare declarabit, ex eo præcipuè merito, quod ipſum cibarint famelicum, nudum veſtierint, &c. *Eſurivi enim & dediſtis mihi manducare, nudus eram &c. Itaque ut nobis commendet,* inquit Didacus Stella, *maximum illud præmium, & uberem retributionem, quam Dominus reddet eis, qui fuerint in pauperes miſericordes, illa verborum ambage utitur. Ideo in Proverbiis dicitur: De primitiis frugum tuarum da pauperibus & implebuntur horrea tua ſatietate.* Apoſtolus quoque dicit: *Qui parcè ſeminat, parcè & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet;* Et ideo curandum nobis non eſt, quòd is, qui beneficium noſtrum accipit, ſit pauper & mendicus, quia, ut Venerabilis Beda advertit, Chriſtus eſt, qui munus noſtrum accipit, qui etiam in perſona miſerabilis hominis illius, debitor noſter efficitur; Dicit enim præfatus Beda: *Huic ſimile eſt, quod alibi dicit: Ut & ipſi recipiant vos in æterna tabernacula; non dnim pauperes ipſi, ſed Chriſtus mercedem his, qui eleemoſynam fecere, redditurus eſt.*

Matt.25. v.35. Prov.3. v.9.& 10. 2.Cor.9. v.6. Beda.

8. Unde Chryſologus ait: *Manus pauperum eſt Gazophylacium Chriſti, quia quidquid pauper accipit, Chriſtus acceptat.* Nota eſt illa de S. Martino vulgata hiſtoria, quòd, dum ille etiamnum miles exiſtens, pauperi præ frigore rigeſcenti, militaris chlamydis ſuæ medietatem ex compaſſione Chriſtiana elargiretur, Chriſtus eandem coram toto cæleſti paradiſo ſpectandam præbens, dixerit: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veſte contexit, me,* inquit, pauperis nullam faciens mentionem. Idem Chryſologus ſuper illa verba: *Eſurivi, & dediſtis mihi manducare,* ait: *Non dixit: Eſurivit pauper, & dediſtis illi manducare; ſed eſurivi ego, & dediſtis manducare mihi. Ah quid agit amor pauperis, gloriatur in cœlo Deus, unde pauper erubeſcit in terra.* D. Chryſoſtomus ſimiliter ſcribit: *Pauper manum extendit, & accipit Deus:* Quotieſcunque igitur eleemoſyna datur, porrigiturque egeno, vitæ ſuſtentandæ ſubſidium, duo ſunt qui recipiunt, pauper ſcilicet, quem oculis corporeis videmus, & qui ei ſocius adſtat, Chriſtus, quem non corporis, ſed fidei oculo conſpicimus; ſiquidem Evangelica veritas eſt, ab ipſomet Chriſto ſub jurejurando promiſſa & confirmata: *Amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis miuimis, mihi feciſtis.*

Ibid. Chryſol. ſerm.14. Chryſ. to.6.de eleem. Matt.25 v.40.

Eâdem quippe menſurâ, quâ menſi fueritis, remetietur vobis.

9. Lyranus ait: *Quia ſecundùm quod opera pietatis ſunt majora, ita & retributio divina;* Hæc autem majoritas non ſecundùm exteriorem operis apparentiam dimetienda venit, ſed attendenda eſt intentio & affectus interior, quo tale opus charitatis pauperi exhibemus; Cujus exemplum in paupercula illa vidua videmus, quæ à Chriſto, qui ſcrutatur renes & corda, in duobus illis minutis prælata eſt opulentæ illi contributioni viri divitis, ſiquidem, ut S. Cyrillus in Gloſſa ait: *Non parvitatem oblati, ſed copiam effectus intuitus eſt Deus.*

Lyran. Marc.12. v.43. S.Cyrill.

10. D. Chryſoſtomus in cap. 7. S. Matthæi ſcribens, textum hunc de judicio temerario explicat, in cujus deteſtationem Chriſtus inprimis æternam comminatur condemnationem, dicens: *Nolite judicare, & non judicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini;* ac demum, ut ab illo nos dehortetur, mox aliud ſub jungit motivum, dicens: *In qua menſura &c.* Dicit igitur præfatus S. Doctor: *In quo enim judicio judicaveritis,*

Chryſ. ho.24.in Matt.

veritis, judicabitur de vobis ; non enim illum condemnas, ſed temetipſum profectò condemnas, & facis tibi terribilius eſſe judicium, cogiſque adverſus te diligentiſſimam fieri etiam de minimis ultionem.

Theoph. 11. Theophylactus à S. Thoma in catena citatus, ſequens movet dubium : *Si ſuperefluenter redditur, quomodo eadem eſt menſura? Ad quod dicimus, quod non dixit : in tanta menſura remetietur vobis, ſed in eadem, qui enim benefacit, benefiet ei, quod eſt remetiri eadem menſura, ſed ſupereffluentem menſuram dicit, quia millies benefiet ei.*

Cajet. 12. Cajetanus verba hæc de retributione tam gloriæ, quàm pœnæ, meritis vel demeritis uniuſcujusque proportionatæ intelligit ; Dicit enim : *Ne crederet puniendos aliquo ſupra condignum, declaratur, quòd menſurâ, quâ menſi fueritis benè vel malè operando, eadem proportionaliter ſit retributio tam pœnæ quàm præmii.*

S. Bonav. 13. S. Bonaventura idipſum de pœnis exemplificat, dum ait : *S. licet nocendo, vel malè agendo, ſive demerendo, remetietur vobis, juxta illud : Pro menſura peccati erit & plagarū modus ;* Et in Apocalypſi, *Quantum glorificavit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum ;* Et hoc eſt, quod comminatur Dominus Joel. 3. *Cito velociter reddam vicißitudinem vobis, ſuper caput veſtrum.*

Deut. 25. v. 2. Apoc. 18. v. 7. Joel. 3. v. 4.

14. Idem quoque Seraphicus Doctor, ut ſequenti reſpondeat objectioni, nimirum, quomodo verba illa : *Eadem menſura &c.* verificentur, cùm videamus culpam à nobis in breviſſimo tempore committi, pœnam verò, quæ ei correſpondet, æternam eſſe ; ſequentem adducit S. Auguſtini authoritatem, dicentis : *Non actus temporalis facit, ut peccatum mortale æternaliter puniatur, ſed circumſtantia illius in quem peccatur, qui cùm ſit æternus, implentibus mandata, præmia æterna promittit, peccantibus verò pœnam comminatur æternam.* Quodſi ulterius quis interroget, quænam ſit inter cogitationem & deſiderium ſive laſcivum, ſive vindicativum, vel inter verbum aliquod, vel aliud ſimile peccatum mortale, quod vix alicujus ponderis vel momenti eſſe videtur, & inter pœnam, quam annexam habet, quantitatis proportio ? Aptius illi reſponderi nequit, quàm per illa Pſalmiſtæ verba : *Delicta quis intelligit ?* neque enim intellectus aliquis ſive humanus, ad peccati alicujus gravitatem & pondus infinitum, cond:gnè ponderandum vel æſtimandum, valet pertingere.

S. Aug. l. 2. Ep. 49 t. 2.

Pſ. 18. v. 13.

3. p. q. 46. a. 2.

15. S. Thomas ait : *Peccatum habet quandā infinitatem, ex infinitate divinæ majeſtatis, tantò enim offenſa eſt gravior, quantò major eſt ille, in quem delinquitur ;* Quæ Angelici Doctoris propoſitio in dubium vocari nequibit, ſi ex una parte conſideretur, quòd homo peccatum committens, vilis ſit terræ hujus vermiculus : ex altera verò parte is, in quem peccatum illud committitur, Deus quidam ſit infinitæ & immenſæ majeſtatis, qui tamen hunc vilem hominem, ad ſummos honores extulit, maximiſque beneficiis affecit. Panygarola in oratione quadam, in laudem S. Caroli Borromæi habita, Sanctum hunc de peccato dicere ſolitum fuiſſe refert : Quid inveniri aut excogitari uſpiam poteſt Deo magis exoſum aut magis homini damnoſum, peccato ? Nunquid enim bonitas infinita id, quod malum eſt, infinito debet proſequi odio ? aut quomodo juſtitia infinita caſtigare poſſet peccatum pœnâ infinitâ, id eſt, æternâ, niſi illud infinito modo deteſtaretur ? Theologi communiter dicunt, pœnam, quâ Dei juſtitia unicum duntaxat mortale peccatum mulctare ſolet, *ſit citra condignum*, quia tametſi anima aliqua propter unicam cogitationem mortaliter peccaminoſam, viſione Dei mille millionibus ſæculorum in inferno privata fuerit, non tamen ideo vel minimam transgreſſionis ſuæ ſatisfactionem datura erit ; cujus ratio eſt, quia ſatisfactio valorem ſuum à dignitate perſonæ eam offerentis accipit, hæc autem cùm extra Dei gratiam, ut hoſtis illius, poſita ſit, ejus conſequenter ſatisfactio accepta non erit : ex alia verò parte offenſa gravitatem ſuam ex dignitate perſonæ offenſæ ſortitur, quæ in hoc caſu infinita eſſe noſcitur. Ad hæc certum eſt, quòd inter creatorem & creaturam, ſive inter Deum & hominem nulla prorſus ſit proportio, unde deducitur, quòd pœna, qualiſcunque, & quantumcunq; gravis, pro peccato, quantocunque tempore tolerata, ſemper ſit inferior culpâ, quia *infiniti ad finitum nulla eſt proportio.* Et inſuper alia hujus aſſertionis ratio, nimirum quòd damnatus per totam æternitatem eandem retineat perverſam voluntatem, in qua moritur, adeoque

cùm peccatum semper usque & usque duret, semper quoque vigebit ejusdem peccati supplicium. Denique impii semper voluissent vivere, ut Deum semper offendere possent, siquidem quoadusque vixerunt, actus suos peccaminosos nunquam per pœnitentiam revocarunt, ideoque justum est ut post mortem pariter semper castigentur, ut pœna culpæ respondeat.

S.Greg. l.4.dial. c.44. 16. S.Gregorius sequens movet dubium, priori difficultati valdè affine; Dicit enim: *Scire velim quomodo justum sit, ut culpa, quæ cum fine perpetrata est, sine fine puniatur?* Et respondet, rationem hanc pondus habituram esse, si Deus solum actum peccati non verò voluntatem, à qua præcedit, consideraret; actus enim finem habet, voluntas autem adeo est perversa, ut ab offensa nunquam vellet desistere: *Respondeo, hoc rectè diceretur, si districtus judex non corda hominum, sed facta pensaret; iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt, nam voluissent utique si potuissent, sine fine vivere, ut possent sine fine peccare; ad magnam ergo justitiam judicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.* His adde, quòd tametsi voluptas peccati momentanea fuerit, inde tamen non sequatur, quòd pœna similiter momentanea esse debeat, imò peccator tantò magis infinitum promeritus est supplicium, quòd Christianus existens pro unica brevissima voluptatula, *sciens & volens* se privare voluerit boni alicujus infiniti (quale Deus est & gloria ejus, quæ est *status omnium bonorum aggregatione perfectus*) gaudio æterno. Unde S.Augustinus ait: *Factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum.*

S. August. l.21 de civit. Dei. c.12

Versus 39.

Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt?

Theophyl. 1 Theophylactus verba hæc de illis exponit, qui cùm sint ipsimet mali, ad alios tamen temerè judicandos facillimi existunt: *Quasi dicat: Si tu alium judices, & ipse in eisdem peccas, nonne assimilaris cæco cæcum ducentis? quomodo enim ille à te ducetur ad bonum, cum & tu pecces.*

Interl. 2. Interlinearis ait: *Nunquid potest cæcus cæcum ducere, stultus stultum docere.* Glossa inquit: *Si contra violentum ira te excæcaverit, si contra petentem avarus eris, nunquid vitiata mente tua, vitium ejus curare poteris. Nec solum tibi injuriam fecit, sed etiam tu, qui ferre nescis, reus eris; sed si improbitas illius te tranquillum invenit, & ille pœnitebit, & tu de patientia coronaberis, quia cæcum vidente oculo, id est, sereno corde ad lumen ducere curasti.*

Gloss. ord.

Luc. Burg. 3. Lucas Burgensis pariter de malo exemplo hæc verba exponit, quod à nobis datum & à proximo notatum, non est dux vel comes ad securè ambulandum, sed potius lapsus & offendiculi manifesta occasio: *Imitatus exemplum tuum, non relinquet vitium, quod in te videret locum habere, vel ex alio in aliud, ex suo in tuum vitium incurret, & quo se tutius putabit ambulare duce te, eo certius peribit.*

Tolet. 4. Toletus observat verbum illud: *Dicebat*, quod imperfecti temporis expressivum est: *Insinuat Christum multa alia prædicasse, quæ Evangelista prætermisit, nec enim omnia, quæ Christus dixit, scripta sunt.* Verbis igitur prædictis Salvator Scribas & Pharisæos reprehendere voluit, qui cùm ipsi vitiosi & mali essent, alios in bonis moribus & vita virtuosa instruere satagebant.

Videatur Feria Quarta post Domin. tertiam Quadrag. v. 14.

Versus 40.

Non est discipulus super magistrum, perfectus autem omnis erit, si sit, sicut magister ejus.

Non est discipulus super magistrum.

Luc. Burg. 1. Lucas Burgensis ait: *Ineptus esse docetur alienorum vitiorum censor, si suorum est negligens.* Jansenius ita explicat: *Quasi dicat: Si igitur tu, qui Doctorem te aliorum præbes, ipse fueris in vitio, non est spes meliorem te posse fieri quem docere paras.*

S.Bonav. 2. Discipulus ordinariè magistro suo superior esse non solet, inquit: S.Bonaventura: *Qui ergo magistro subjacente cupit præesse, magistrum suum contendit præcedere. Unde Bernardus: Quoties hominibus præesse desidero toties Deum meum præire contendo, & tunc non sapio quæ Dei sunt; Qui vult aliis superesferri, ignorat doctrinam Christi, qui ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

Matth. 11.v.29.

Per-

Perfectus autem omnis erit, ſi ſit, ſicut magiſter ejus.

Dion. Cart. 3. Dionyſius Carthuſianus ait: *Id eſt, ſi ei aſſimiletur per imitationem, aut conformetur per æqualitatem, erit perfectus in certo gradu, ſtatu, ſeu ordine.*

Alb. M. 4. Albertus Magnus per hunc magiſtrum, noſtrum in via ſalutis directionem intelligit: *Hoc eſt, ductor & Doctor, qui magis perſuadet exemplo, quàm verbo.*

Cajet. 5. Cajetanus agit: *Reprehenduntur, qui volunt minus ſapere tam ſuper leges, quàm ſuper prælatos ſuos; non tam leges, quàm prælati magiſtri locum tenent.*

6. S. Bonaventura hæc verba de Chriſto, qui verè humilis fuit, exponit, dicens: *Chriſtus ſcilicet, qui non vult miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis.*

Verſus 41.

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras?

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui.

Beda. 1. Beda verba hæc adid, quod paulò ante Salvator dixerat, relationem habere dicit: nimirum, quòd cæcus alterius cæci dux eſſe non poſſit; *Id eſt, peccantem à peccatore caſtigari non poſſe præmonuit.*

S. Bonav. 2. S. Bonaventura per hoc nomen *Feſtuca*, levem quendam defectum intelligit, quem quis in aliis reprehendit, dum vitium aliquod valde enorme in ſeipſo emendare non curat: *Ideo addit: Trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras, id eſt, magnum peccatum.*

Theoph. Theophylactus ſimiliter dicit: *Modicum crimen in oculo fratris tui vides, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, id eſt, peccatum tuum maximum non advertis?* Quidem ulterius oſtendit, qualiter hoc in illis prælatis & Principibus verificetur, qui in levibus ſubditorum ſuorum transgreſſionibus caſtigandis ſeveri ſunt, cùm tamen ſuas quæ graves ſunt, impunè tranſire permittant.

Cajet. Cajetanus dicit: *Non eſt ſermo de videre, id eſt, ſcire, ſed de videre, id eſt, ponderare; damnantur enim, qui magni pendunt parva alio-rum crimina, cùm ipſi habeant magna.* In Græco textu habetur: *Quid autem curiosè & lynceis oculis intueris feſtucam in oculo fratris?* Chryſoſtomus idipſum in nonnullis exemplificat, qui ſe adverſus religioſos nonnunquam veſte aliqua ſuperflua indutos, valde ſe zeloſos exhibent; *Cum millies ipſi aliena diripiant, & quotidie avaritiæ crimen exerceant*; Dum nonnunquam religioſos refectione ſolito liberaliore ſe reſtaurare videntes, *accuſatores exiſtunt amari, ipſi quotidie rapulati ac temulenti, ignorantes, quod cum propriis admiſſis, hinc quoque ſibi congregent majus incendium, omnique ſemet-ipſos excuſatione denudent.* *D. Chryſ. ho. 24. in Matth.*

3. Interlinearis de illis exponit, qui proprios defectus non emendantes, aliorum defectus cenſura ſua divexant, aliisque improperant: *Non enim eſt prius idoneus Doctor aliis mederi, niſi prius ſe ſanaverit.* *Interl.*

Trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras?

Alb. M. 4. Albertus Magnus dicit, quòd, priuſquam alios dijudicemus, noſtræque cenſuræ ſubjiciamus, neceſſum ſit, ut de nobiſmetipſis ſeverum examen inſtituamus, juxta illud Eccleſiaſtici 31. *Intellige ea, quæ ſunt proximi tui ex teipſo, & niſi homo ex ſcipſo conſideret, non benè judicat proximum. Pſal. 16. De vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem.* *Eccli. 31 v. 18. Pſ. 16. v. 2.*

5. *Non quidem, quod trabs poſſit eſſe in oculo*, inquit Didacus Stella, *ſed ad ſignificandum periculum, quod ſequitur hominem exiſtentem in peccato; nam ſi quis feſtucam vel trabem in pede, vel manu, vel quavis alia parte corporis habeat, non eſt manifeſtum periculũ, in oculo autem graviſſimum eſt: ita dicendum de peccato, ſi ad eum conferatur, in quo eſt, quod quidem conſcientiam deſtruit.* Oculus non ſolùm non poteſt ſufferre intra ſe trabem, ſed nec paleam, nec minimum pulveris atomum, ſed ingentem inde patitur dolorem & tormentum, donec ejiciatur foras, & oculus ſerenetur: eodem quoque modo anima averſionem habere debet non ſolùm à peccatis gravibus & mortalibus, quæ in trabibus denotantur; verùm etiam à levibus, quæ per feſtucas, & nec quemvis minutiſſimum pulverẽ deſignantur, ſiquidem

dem etiam hæc pupillam offendunt; Unde optimè monet S. Bernardus: *Tu ne leve dixeris, in quo Deus offenditur*; Nequaquam cunctari debemus in liberanda anima noſtra à peccatis, maximè quando ſunt mortalia, imò averſio infinita, qua oculus omnia illa, quæ illum obſcurare poſſunt, abhorret, odium in nobis cujuslibet etiam minimæ offenſæ excitare debet. Unde Didacus Stella ait: *Obſervabis oculum tenerrimam eſſe rem, & vel levi re graviſſimè læsi, ita ut ſtatim lachrymas diffundat, & ſi feſtucam habet, nunquam quieſcit, donec illam foris ejiciat: multò ergo tenerior res eſt anima, & exiguo peccato offenditur & coinquinatur, & ſic juſti viri anima leves culpas flet, quaſi maxima ſint.*

S. Bern.

Didac. Stell.

6. Lucas Burgenſis indiſcretum quorundam zelum redarguit, qui in reprehendendis peccatis alienis ſeveriſſimi cenſores exiſtunt, proprios minimè conſiderantes: *Quare tam oculatus & curioſus es in cernendis atque arguendis aliorum vitiis, & cæcus indulgenſque in tuis, longè majoribus iis & gravioribus?*

Luc. Burg.

7. Impoſſibile quidem eſt, inquit Didacus Stella, quòd quis intra oculum ſuum trabem habeat, nec tamen id ſentiat aut animadvertit: Veruntamen ſi idipſum fortè aliquando fieri poſſet, idipſum mortui non verò vivi hominis argumentum eſſet: *Mirum eſt, ut non ſentias trabem, quæ eſt in oculo tuo, & credo id non ob aliud eſſe, quam quia mortua eſt anima tua; nam oculus mortuus facilè feſtucas ſuſtinet & trabes.*

Did. Stell.

Verſus 42.

Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, ſine ejiciam feſtucam de oculo tuo, ipſe in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, ut educas feſtucam de oculo fratris tui.

Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, ſine &c.

1. S. Bonavent. hiſce Chriſti verbis: *Aut quomodo potes dicere*, hanc gloſſam adjicit: Exterius ſcilicet ipſum alloquendo, quâ enim facie aliquis alium culpæ alicujus redarguere aut condemnare vellet, cujus ipſe longè magis reus eſſet? *Quaſi dicat: Non potes hoc rationabiliter dicere; poteſt enim tibi dici, qui alium judicans, teipſum non judicas, & illud: Medice cura teipſum; unde talis monitio merito potius deſpicitur, quam audiatur,* nam ut S. Gregorius ait: *Cujus vita deſpicitur, reſtat ut ejus prædicatio contemnatur.* Albertus Magnus quoque illum ex lib. 2. Reg. cap. 7. textum allegans: *Non ædificabis mihi domum, eò quòd vir ſanguinum es*, Gloſſam citat dicentem: *Sordes tergere non valet manus, quæ lutum tenet.* Nihilominus idem Seraphicus Doctor majoris claritatis causâ, hanc adhibet diſtinctionem, dum ait: *Attende autem, quod ſi Prælatus trabem habeat, non in oculo, hoc eſt, in publico, ſed in occulto, ille cū timore, tempore neceſſitatis corrigere poterit; ſi autem in propatulo, non debet uſurpare correctionem. Hodie major pars & trabem portat publicè in occulto, vel etiam jactat, & tamen feſtucas in oculis ſubditorum. pœnâ pecuniariâ plectunt, non educunt.*

S. Bonav.

S. Greg.

Alb. M. 1. Paral. 28. v. 3.

2. Toletus illis, qui tametſi ipſimet reprehenſibiles ſint, alios tamen corrigere præſumunt, his verbis reſpondet: *Hoc repellens Dominus,* inquit, *quomodo potes dicere: Sine ejiciam; qui enim trabem ſuam non conſiderat, difficillimè curabit alterius feſtucam ejicere. Corripiet me juſtus,* inquit David; ſic quoque Samuel, ſe judicem populi, & conſequenter in neceſſitate alios ſeverè reprehendendi poſitum eſſe videns, prius vitam ſuam propriam juſtificare, & inculpabilem oſtendere voluit, dicens: *Loquimini de me coram Domino, utrum bovem cujuſquam tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam munus accepi;* cui proinde omnes protinus innocentiæ & ſanctitatis ſuæ indubitatum perhibuere teſtimonium. At verò dicet fortaſſe aliquis, hanc Samuelis juſtificationem, non bene conſonare cum illo dicto Sapientis: *Juſtus prior accuſator eſt ſui*; ſed difficultas iſta protinus ceſſabit, ſi conſideretur Samuelem hoc feciſſe, quando jamjam aggreſſurus & exercitaturus erat correctoris officium. Unde Hugo Cardinalis ait: *Nota prudentiam Samuelis, ipſe volebat peccata objicere Judæis, & ideo prius ſe purgavit, & ita tutius potuit eos arguere.* S. Anſelmus ſuper illa verba: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, ita ſcribit: *Quia liberate alienos filios corripere poſſumus, & docere*

Toleſ.

Pſ. 140. v. 5.

1. Reg. 12. v. 3.

Prov. 18. v. 17.

Hugo Card.

S. Anſel. in 1. Reg. 12. v. 3.

qua

quæ recta ſunt, cùm nobis ſtatim, qui fuerit correptus, ingerere poteſt, ante doce filios tuos. Poſtquam Scribæ & Phariſæi adulteram in peccato deprehenſam, coram Chriſto adducentes eundem, an ſecundùm legis præſcriptum lapidanda eſſet, interrogarunt, Chriſtus iis affirmativè reſpondit, cum hac tamen annexa conditione, ut qui inter eos innocentior eſſet, primus in eam lapides jaceret, ubi S. Gregorius ait: *Ad aliena quippe peccata punienda ibant, & ſua reliquerant; revocantur igitur prius ad conſcientiam, ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant.* Quando patientiſſimo Jobo à propinquis amicis multa, licet falſa & ficta imputabatur malitia, patientiſſimus Propheta, id ægrè ferens in hæc ferè verba iiſdem reſpondit? *Quare perſequimini me, ſicut Deus?* Sed quiſnam hic eſt inquies, loquendi modus, quo Propheta illos, num eum ſicut Deus perſequi velint, interrogat? S. Gregorius hæc ejus verba hoc modo interpretatur: *Ac ſi aperiè diceret; ita me ex infirmitatibus meis affligitis, ac ſi ipſi de more Dei nihil infirmitatis habeatis.* Idem verò Eccleſiæ Doctor paulò ante de Deo noſtro dixerat: *Tantò omnipotens Deus juſtius aliena vitia percutit, quantò in ſemetipſo nihil habet vitiorum.*

Iob.37

Iob.19. 22.

S. Greg. l.14.c.24

3. Author imperfecti ait: *Quomodo fratri tuo dicis, id eſt, quo propoſito? Putas ex charitate cordis dicis, ut ſalves proximum tuum? Non, ſed ut te ſimules juſtum, ſi autem verè ex charitate cordis argueres proximum tuum, ut ſalvares, teipſum ante ſalvares; nunquid poſſibile eſt, ut benevolentior ſis altis, quàm tibi?* ac tandem concludit: quiſquis alios corrigere ſatagit, non prius mendans ſeipſum: *Certum eſt, quia alloquens in Eccleſia non alios vult ſalvare, ſed per bonam doctrinam malos actus ſuos celare.*

Auth. Imp. ho.18.

Hypocrita.

S.Bonav

4. S. Bonaventura ait: *Hypocritam vocat, talem judicem temerarium, qui in judicando alios oſtendit & prætendit zelum juſtitiæ, & ſeipſum non judicando, habet vitium intus latens ſuperbiæ; vel hypocritam vocat, qui exteriora ponderat, interiora negligit, quæ ſunt magis ponderanda.*

5. Cajetanus aliam adducit rationem, cur Salvator noſter eum, qui cùm in ſemetipſo ſit reprehenſibilis, aliorum vult eſſe cenſor & correctior, hypocritam vocet, quia reipsâ officium exereet hominis boni, integri & zeloſi, cùm cæteroquin malus ſit & impius: *Quia itaque officio ponderandi, & corrigendi alienos defectus agit virum bonum, & non eſt vir bonus, ideo hypocrita dicitur.*

Cajet.

6. Chryſoſtomus Dominum noſtrum his verbis indignationē ſuam indicare voluiſſe dicit, qua ab ejuſmodi cenſoribus eſt adverſus: *Hic iram vult monſtrare plurimā, quam habet in eos, qui iſta committunt.* Notat enim ſanctus hic Doctor, quòd Dominus noſter in aliis quoque occaſionibus, quando ſe ob gravem aliquam transgreſſionem exhibere voluit ſubiratum, ſemper ferè ſimilibus verbis fuerit exorſus, unde ſervi illius, cui decem millia talenta condonata fuerant, quique in conſervum & debitorem ſuum, qui centum ei denarios debebat, adeo crudelis extiterat, nequitiam & malignitatem indicare volens, dixit: *Serve nequam, &c. Ita hic quoque ait: Hypocrita, non enim pietatis eſt tam rigida hæc adverſus delicta ſententia, ſed inhumanitatis, & perſonam ſibi quidem dilectionis imponit, opus autem malitiæ implet extremæ, dum falſa proximo opprobria affigit, & crimina, & invadit locum magiſtri, cùm non ſit dignus tenere diſcipuli.*

Chryſ.

Ejici primùm trabem de oculo tuo

7. *Teipſum primò mundum oſtendas*, inquit gloſſando S. Cyrillus, *à magnis peccatis conſequenter conſules proximo modica committenti.* Idem quoque S Bonav. his verbis monet: *Circa hoc principaliter inſiſtendum, ut trabs, id eſt, grave peccatum de interiori oculo ejiciatur; Purificate corda duplices animo*, inquit Zachar. cap. 4. Et Eccleſiaſtici cap. 14. dicitur: *Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit; debet enim charitas eſſe ordinata, ut primò intendat ſibi, & poſt aliis.* Idem quoque Cajetanus obſervat, dum ait: *Ordinem damnat cæleſtis magiſter*; non enim delinquentem & transgreſſorem reprehendere vetat, ſed prius vult, ut unusquiſque ſemetipſum reprehendat: *Quia primum debes videre & purgare teipſum, & deinde videre & purgare alios.*

S. Cyrill. in cat.

S.Bonav

Zac.4.8.

Eccl.4.5

Beda. 8. Venerab. Beda per hanc trabem, odii paſſionem intelligit, quæ judicium & diſcurſum noſtrum obfuſcat: *Id eſt, primò abs te expelle odium, & deinceps poteris jam eum, quem diligis, emendare.*

D. Chryſoſtomus in Matth. 9. D. Chryſoſtomus dicit, Chriſtum hic nos exhortari, ut prius nos ipſos emendemus, & poſtea proximorum noſtrorum ſalutem procurare nitamur: *Nam & ſua unuſquiſque facilius cognoſcit, quàm utique cæterorum, & ſeipſum magis amat, quàm proximum; itaque ſi alterius curam gerens id facis, temetipſum ante curato, in quo & manifeſtius invenitur peccatum & grandius: ſin autem temetipſum contemnis ac deſpicis, liquet omninò, quòd fratrem tuum ipſe odio judices, non ſtudio diſciplinæ, nec emendare illum cupias, ſed notare.*

Beda. 10. Venerabilis Beda pulchrum nobis modum præſcribit, quo officium hoc reprehendendi alios, dum neceſſitas id exigit exercere utiliter valeamus: *Primo cogitemus, utrum taleſit vitium, quod nunquam habuimus, & ſi nunquam habuimus, cogitemus & nos homines eſſe, & habere potuiſſe: ſi verò habuimus & non habemus, tangat memoriam communis infirmitas, ut illam reprehenſionem aut obiurgationem non odium, ſed miſericordia præcedat.*

Et tu perſpicies, ut educas feſtucam de oculo fratris tui.

Toletus. 21 Toletus bene obſervat, quòd non ſolùm dixerit, *Perſpicies*, quia hoc etiam trabem in oculis ferentes facere poterant; ſiquidem hypocritæ & impii, Argi ſunt & linceos oculos habent in detegendis & cenſurandis aliorum peccatis: *Sed ejecta trabe perſpicies, ut educas, non ut dicas tantùm, ſed ut cum effectu educas feſtucam, id eſt, nunc erit utiliſſimum & fructiferum perſpicere feſtucam, & dicere fratri, ut ejiciat feſtucam; plus enim fit exemplo, quàm verbo, & verbum vires habet ab exemplo.* Quia verò Phariſæi idipſum non faciebant, ideo illos hypocritas appellavit. S. Apoſtolus poſtquam Timotheum hortatus fuiſſet, ut ſe exemplum præberet eorum operum, quæ aliis perſuadere aut præcipere volebat, protinus ſubjunxit: *Præcipe hæc & doce.* S. Gregorius argutè conſiderat, quod idem Apoſtolus ad Titum ſcribit, nimirum: *Hæc loquere, & argue cum omni imperio; cum imperio quippe docetur*, inquit, *quod prius agitur, quàm docetur.* S. Matthæus efficaciam prædicationis Chriſti commendare volens, dicit: *Erat docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi*, idque, quia ut S. Lucas teſtatur, *Cæpit Jeſus facere & docere.*

1. Tim. 4. v. 11. S. Greg. l. 23. mor. c. 7. Tit. 2. 15. Matt. 7. v. 29. Act. Ap. 1. v. 1.

De Feſto ſanctiſſimi Corporis Chriſti, in Tomo II. Promptuarii ſacri per decem diſcurſus fusè tractatur.

DOMI-

DOMINICA II. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Ex Lucæ Cap. 14.

v. 16. HOmo quidam fecit cœnam magnam & vocavit multos. 17. Et misit servum suum hora cœnæ dicere invitatis, ut venirent, quia jam parata sunt omnia. 18. Et cœperunt simul omnes excusare: Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam, rogo te habe me excusatum. 19. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excusatum. 20. Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non possum venire. 21. Et reversus servus nuntiavit hæc Domino suo; tunc iratus Paterfamilias, dixit servo suo: exi cito in plateas & vicos civitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc. 22. Et ait servus: Domine, factum est ut imperasti, adhuc locus est. 23. Et ait Dominus servo: exi in vias & sæpes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. 24. Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Versus 14.

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos.

Homo.

1. SI per eum, qui cœnam hanc magnam instituit, Filium Dei intelligamus, confestim dubium quoddam nascitur, cur hic Dei Filius homo appelletur; Lyranus dicit: *Homo appellatur, id est, Christus verus homo.* D. Chrysostomus considerat quòd Deus in aliis occasionibus justitiæ suæ rigorem demonstrare volens, vel ursò, vel pardo, vel leoni, &c. sese similem esse per Prophetas dicat: *Quando verò misericordiam exprimere vult, dicitur homo.* Similem quoque considerationem Didacus Stella super hæc verba scribens adducit, inquiens: *Homo hic vocatur Deus, quia benignè & misericorditer nos vocat, & allicit ad epulas vitæ æternæ.*

Lyran.

Chrys. in cat.

Didac. Stell. in Luc.

Quidam.

2. Hugo Cardinalis Salvatorem se hoc nomine appellasse censet ex sensu humilitatis & contemptu sui ipsius, & ad superbiæ nostræ confusionem: *Iste homo quidam, est Christus Dominus, qui homo vel hominis filius vult appellari, cùm tamen sit Deus & Dei filius, in confusionem multorum, qui cùm sint infertores genere, volunt tamen denominari ab accidente: cùm enim sint filii fabrorum, volant appellari nepotes Episcoporum, si aliquì sint in parentela.*

Hugo Card.

3. S. Bonaventura hanc dictionem, *Quidam*, encomii loco adjectam fuisse censet: *Christus dicitur homo quidam singulariter, conceptus sine virili semine, natus sine matris dolore, immunis ab omni peccato, & mortuus pro hominum peccato, de quo homine in Psalmo dicitur: Homo natus est in ea, ipse fundavit eam Altissimus.*

S. Bonav. in Luc.

Ps. 86. 5.

Fecit.

4. Valde considerabile & mysticũ est verbum istud, *Fecit*; ipse namque in propria persona, cœnam hanc præparavit, neq; curam aut executionem ejus, alteri commissam esse voluit; si enim per hanc cœnam gloria cælestis intelligatur, ipse illam fecit: expresè namque

namque dicit: *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam.* Porro de aliis operibus à Deo factis dicitur: *Fiat lux, fiat firmamentum; germinet terra*: at verò ubi de paradiſo pro nobis fabricato ſermo eſt, dicitur: *Verbo Domini cæli firmati ſunt*, ipſumq; nobis ſanguinis ſui pretio comparavit. Quòd ſi verò cœna hæc de Incarnatione interpretetur: *Homo factus eſt*, ad hanc perficiendam in propria perſona venit, neque enim ad genus humanum ſalvandum alios miſit, aut adhibere voluit. Denique ſi per hanc cœnam Sacramentum Euchariſtiæ intelligatur, quam in ultima cœna inſtituit, hic pariter ſemet ipſum reliquit; & ille ipſe eſt, qui magnam hanc cœnam præparavit; nec unquam ab ullo ſacerdote inſtruitur niſi id ab ipſo in ejuſdem Chriſti perſona fiat.

Luc. 22. v. 29.

Gen. 1. 3. Pſ. 32. 6.

Cœnam.

Lucas Burg. 5. Lucas Burgenſis per hanc cœnam, gloriam intelligit Paradiſi quæ ab initio mundi homini præparata fuit: *Convivium idcirco vocat, quia mentes hominum dulciſſima Dei viſione ſatiabit; cœnam autem potius, quàm prandium, quia in fine vitæ, mundiq; tanquam in fine diei ſic exhibetur, ut nulla alia refectio ſit eum ſecutura.* Lyranus pariter per cœnam, beatitudinem interpretatur: *Fecit cœnam, id eſt, ſtatuit cæleſtem beatitudinem, quæ vocatur cœna, eò quod eſt refectio ultima.* Enimverò Deus adeo eſt de ſalute noſtra anxius, tantaque cum aviditate nos regni ſui participes facere cupit, ut, quod nos ad illud nobis comparandum exſtimulet, genio & inclinationi noſtræ ſe per omnia accommodet, & adaptet, ideoque regnum cæleſte nobis ſub lauti convivii ſpecie repræſentat, idque non ſolùm hic, ſed in multis aliis occaſionionibus, quando de illo mentionem facit. Præter prædictum enim locum S. Lucæ in Iſaia vocat illud *Convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum. Satiabor*, inquit David, *cùm apparuerit gloria tua*, cujus proinde convivii figura, remota licet, fuit ſolemne illud Aſſueri convivium, quod ut ſacra Scriptura ait, ab illo inſtitutum fuit: *Ut oſtenderet divitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem atque jactantiam potentiæ ſuæ.*

Lyran.

Iſa. 25, 6. Pſ. 16, 15.

Eſt. 1, 4.

Theoph. 6. *Cœnam*, inquit Theophylactus, *quòd in noviſſimis temporibus; etenim ad veſperam ſæculi venit Dominus. Cœna eſt doctrina Evangelica*, inquit Hugo. Etenim lex Evangelica, lex nova & gratiæ fuit ad guſtandum ejus myſteria, ultimò loco inſtituta, in quo non lumine ſolis utimur, ſed lucernæ, id eſt, fidei; *Quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco.*

Hugo Card.

2. Pet. 1. 19.

7. Janſ. quorundam expoſitorum opinionē refert, qui per hanc cœnam, Incarnationem Verbi intelligunt: *Per cœnam magnam intelligunt quidam diſpenſationē Dominicam, per carnis ſuſceptionem in noviſſimis temporibus factam, convivium ſcilicet, quo in præſenti vita in noviſſima mundi ætate paſcuntur fideles, quod conſtat ex pane Verbi Evangelici, & variis Sacramentorum ferculis, & in his potiſſimum carne & ſanguine Domini.*

Janſen. c. 91. i concord.

Alb. M. 8. Albertus Magnus aliam adfert expoſitionem, quæ huic octavæ ſanctiſſimi Corporis Chriſti valde aptatur: *Cœna eſt Euchariſtia recepta ab altari, & hæc eſt ingratiæ ubertate, ex qua Euchariſtia nomen accipit, quæ bona gratia interpretatur.* Hæc fuit ultima cœna, quia fructus hujus fuit, ſanctiſſimi Sacramenti inſtitutio.

Gloſſ. ord. 9. Gloſſa per hanc cœnam ſuavitatem interiorem intelligi dicit, quam Deus animæ fideli, divinis ejus præceptis obedienti, communicare ſolet: *Verbum Incarnatum ſuavitatem internæ dulcedinis multis præparavit* de qua in Proverbiis dicitur: *Secura mens, quaſi juge convivium.* Sed quamobrem adeo pauci ex hac cœna participant? *Sed pauci veniunt, quia multi, qui per fidem ei ſubjiciuntur, malè vivendo ei continuo contradicunt.*

Prov. 15. 15.

10. Vulgatum apud omnes proverbium, quòd mundus nunquam alicui bonum prandium exhibeat, quin eidem peſſimam in fine cœnam apponat: econtra benigniſſimus Salvator noſter nonnunquam prandium electorum malum eſſe permittit, quia in fine ſapidiſſimam & liberaliſſimam cœnam iiſdem inſtruit. Didacus Stella ſuper hæc verba obſervat, quòd hoc à Chriſto præparatum convivium, cœnæ nomen retineat, non verò prandium vocetur, quia circa veſperam nobis apponitur; mundus econtra ad prandium, nunquam verò ad cœnam invitat: *Solet enim in hac vita ſuis amatoribus delitias præparare, ſed horæ cœnæ, hoc eſt, ſerò & hora mortis eorum relinquit illos ſame diſſolutos abire.* Baruch Propheta per os mundi de illius amatoribus dicit: *Nutrivi eos cum jucunditate, dimiſi autem illos cum fletu & luctu*, quia

Did. Stell.

Baruch. 4. v. 11.

quia quando tempus eſt captandæ quietis, *in puncto ad inferna deſcendunt*, eò quòd *duxerint in bonis dies ſuos*: Chriſtus e contra electis ſuis miſerias, tribulationes & ærumnas ſubminiſtrat, ſed in puncto mortis eoſdem conſolatur: *Requiem æternam donat eis Dominus; Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Chriſtus Apoſtolis ſuis cœnam legalem appoſuit, ac demum ſanctiſſimo corpore ſuo illos pavit, pedes eorum abluit, ſacerdotes ordinavit, celebrem ad eoſdem ſermonem habuit, in quo inæſtimabilia illis bona promiſit, & innumera alia bona iiſdem in ultima cœna contulit.

Ioan. 13. 1

Magnam.

11. Theophylactus per hanc cœnam, incarnationem verbi interpretatur, per quam noſtram fuit operatus ſalutem; huic autem merito titulum hunc, *Magnam*, impoſuit; *Magna autem cœna hæc, quoniam magnum eſt ſalutis noſtræ myſterium.*

12. Quodſi verò per cœnam hanc, ſanctiſſimum altaris Sacramentum intelligamus, convenientiſſimum certè fuit, quòd hoc cœna magna vocaretur, utpote quod in magna quadam civitate & totius Palæſtinæ metropoli, Hieroſolymis videlicet, in grandi quodam cœnaculo fuit inſtructum: *Invenietis cœnaculum grande ſtratum*; convivæ illius ſunt omnes fideles, qui in hac vita victuri ſunt; convivium quoque hoc perpetuum eſt, quia ad finem uſque mundi eſt duraturum. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi.* Hugo Cardinalis eum, qui convivium hoc apparuit, conſiderat, qui eſt *Rex magnus ſuper omnem terram.* Miniſtri ſunt Angeli, qui huic menſæ aſſiſtent; *Fercula appoſita magna ſunt, ſcilicet corpus & ſanguis Domini.* S. Auguſtinus ait: *Verbum illud, quo paſcitur Angeli ſempiternum, quod eſt æquale Patri, manducavit homo; ſæginantur ergo illo Angeli, ſed ſemetipſum exinanivit, ut manducaret panem Angelorum homo.*

Marc. 14. 15.

Matt. 28. 20.

Hugo Card.

S. Auguſt. in Pſ. 33.

13 S. Cyrillus quoque de hoc convivio ita ſcribit: *Conditor omnium atque gloriæ Pater paravit cœnam magnam in Chriſto peractam; Dei filius mortem pro nobis ſuſtinens, dedit nobis proprium corpus comedere.* B. Laurentius Juſtinianus agit: *Quid ſe magnus dare potuit?* Albertus Magnus dicit: *Magna dona Chriſti in hoc convivio, corpus dedit in cibum, ſanguinem in potum, animam in pretium, Deitatem in condimentum.*

S. Cyril. in Cat. Græc. B. Laur. Juſt. de conſt. connub. c. 24. Alb. M. diſſ. 1. 1. c. 1.

Magnam.

14. Magnam profectò per reſpectum ad cibum in eo præparatum Lucas Burgenſis dicit: *Magnam dixit, quia Deus quo nihil majus aut melius, cibi erit loco*; vel etiam ut Didacus Stella interpretatur: *Magna eſt, quia magnis, qui eam parat; Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis.*

Luc. Burg. Did. Stell. Pſ. 144. 3.

15. S. Thomas dignitatem & excellentiam perſonarum, quæ hanc cœnam præparant, conſiderat: *Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus, & ideo immenſam faciunt cœnam. Ratione etiam miniſtrantium, qui ſunt millia millium. Daniel. 7. Ratione etiam convivantium, qui erunt decies centena millia.* Quodſi aliquod inſtrueretur convivium, cui milliones Regum, Imperatorum, & Monarcharum accumberent, quàm eſſet hoc futurum magnificum & ſplendidum. Huic ſuper-næ delitiarum menſæ nulli alii accumbent præter eos, quorum capita fulgentiſſimis diadematibus coronata conſpicientur: *Ingredientur per portas civitatis ejus* (id eſt, Hieroſolymæ cæleſtis) *Reges & Principes.*

S. Thom. ſerm. in hac Dom. Dan. 7. 10. Jer. 17. 25.

16. Magna quoque eſt reſpectu amplitudinis, elegantiæ, & divitiarum cœnaculi, in quo hæc cœna inſtruitur: *O Iſrael, quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus, magnus eſt, & non habet finem.*

Baruch. 3. 24.

17. S. Bonaventura docet: *Verè magna & immenſa eſt iſta cœna, nam ſi mica una iſtius cœnæ non prævalet enumerari, multò minus abyſſus, & tota cœna poterit ab aliquo explicari.*

S. Bonav. ſerm. 1. in hac Dom.

18. S. Thomas ait: *Dicitur cœna magna propter ferculorum, quæ ibi dabuntur, copioſitatem; inebriabuntur ab ubertate domus tuæ*, inquit promittendo Spiritus ſanctus, *& torrente voluptatis tuæ potabis eos.* David quoque, qui tot ſceptris, coronis, lauris, & theſauris, cunctisq; aliis felicitatibus terrenis à Deo locupletatus fuit, dicit: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, quia ut de beatitudine teſtatur S. Auguſtinus: *Ibi erit, quidquid voles.* S. Thomas ait. *Fercula in vita æterna ſunt gau-*

S. Thom. ſer. cit. Pſ. 35. 9. Pſ. 16. 15. S. Aug. c. 21. ſolii.

gaudia, ibi erunt millia millium ferculorum, quia ut S. Anſelmus piè meditatur, ubi unuſquiſque beatitudine & gaudio fruetur aliorum: *O quot, ô quanta gaudia quiſque obtinebit, qui de tot & tantis beatitudinibus jubilabit?* Idem S. Thomas ad hujus cœnæ magnificentiam declarandam, perpetuitatem adjungit: *Nunquam terminabitur, nunquam à cœnando ceſſabitur, tota ſimul manducabitur.* Longè alio modo mundus nobiſcum agit, qui ſi aliquem nobis in ferculis guſtum exhibeat, id magnis noſtris ſumptibus facit, & quidquid apponit, ſubitò tranſit & & præterit, nunquam appetitum noſtrum ſatiat aut explet: *Famem patientur*; veriſſimum namque eſt, quod intimè ſuſpirando dicere ſolebat S. Auguſtinus: *Creaſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.*

S. Anſel. l. 6. de ſimil. c. 17

Pſ. 58. 7. & 5.

S. Aug.

Vocavit.

19. S. Bonaventura ait: *Benignus & miſericors Deus noluit eſſe ſolus in cœna gloriæ.* Sceptra & dominia hujus mundi nullos admittunt ingubernando collegas; imò tanquam criminis læſæ majeſtatis rei puniuntur, qui ad hoc regni participium ſive conſortium aſpirant; econtra verò Monarchia regni cæleſtis eos, qui ad hujus regni poſſeſſionem pro viribus non anhelat, æternæ mortis pœnâ affici. Didacus Stella optimè conſiderat, quòd Deus nos à prima ætatis noſtræ aurora, ad hanc cœnam vocet & invitet: *Vocat, cùm primum incipimus uſum rationis habere, nam ſtatim de cælo lux quædam deſcendit, quæ ad beatitudinem nos naturaliter inſtruit & invitat ad hanc cœnam.* Id quod per illum Davidis textum, in quo poſtquam David dixiſſet; *Multi dicunt quis oſtendit nobis bona?* Protinus reſpondet: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.*

S. Bonav ſerm. in hac Dom.

Did. Stell. in Luc.

Pſ. 4. 7.

20. Quod ſi Rex aliquis ſumptuoſum quoddam ſubditis ſuis appararet convivium, omnibuſque menſæ ipſius accubituris, regni ſui promitteret medietatem, utque unusquisque omnem adhibiturus eſſet diligentiam & ſtudium, ut ad illud admitteretur & tamen hic Rex æternæ gloriæ adeo eſt infortunatus, ut, tametſi nos ad guſtandam gloriæ ſuæ cœnam invitet, nos regni cæleſtis cohæredes facere deſideret, nihilominus ut ex hodierni Evangelii decurſu clarè ſatis videtur, omnes ad illud venire detrectent, omneſque ſe ab illo ſubducendi occaſiones ſtudioſè invitant, adeoque ipſe avidius nos ſuos commenſales habere deſiderat, quàm nos ad illud frequentandũ ſimus ultronei. Unde S. Gregorius ait: *Offert ergo Deus, quod rogari debuit, non rogare, dare vult, quod vix ſperari poterat, & tamen ſimul omnes excuſant.*

S. Greg. ho. 36. in Evang.

21. *Vocat nos Deus*, inquit S. Bonaventura, *cum muneribus prævenit, reſpondemus verò ejus voci vocationis, cùm dignè juxta percepta munera deſervimus.*

S. Bonav ſer. cit.

22. Albertus Magnus duas vocationes & invitationes diſtinguit, ſcilicet *Per verbum, & inſpirationem, & utroque iſtorum moderum vocavit.* S. Gregorius ait: *Ecce vocat per ſe, vocat per Angelos, vocat per Patres, vocat per Prophetas, vocat per Apoſtolos, vocat per Paſtores, vocat etiam per nos, vocat plerumque per miracula, per flagella, vocat aliquando per hujus mundi proſpera, vocat aliquando per adverſa*; demum verò inſtanter nos monet, ne his tam utilibus & proficuis vocationibus ſurdas aures præbeamus, *Nemo contemnat, ne, dum vocatus excuſat, dum voluerit, intrare non valeat.* Hugo Cardinalis ſimiliter hanc invitationem pluribus modis à Deo fieri docet, *ſcilicet per inſpirationem, prædicationem, flagella & beneficia.*

S. Greg. ho. 36. in Evang.

Hugo Card.

S. Greg. ibid.

23. Idem S. Gregorius dicit, quod eſſe invitatum ad mundum contemnendum, idem prorſus ſit, quod eſſe invitatum ad lautiſſimam hanc cœnam: *Cùm vos admonco ad contemptum ſæculi, invitare vos venio ad cœnam Dei.*

Multos.

24. S. Paulus in Epiſtola prima, quam ad Corinthios ſcripſit, de ſe ita dicit: *Omnibus omnia factus, ut omnes facerem ſalvos*, quod idem de Salvatore noſtro verè aſſerere poſſumus, de quo idem Apoſtolus hoc perhibet teſtimonium: *Hoc enim & acceptum coram Salvatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Natura quidem Angelica & humana ad fruendum hac cœna vocatæ fuerant, ſed magna utriuſque pars inde excluſa

1 Cor. 9. 22.

1 Tim. 2. 4.

cluſa fuit, & deinceps excludetur, idque ex culpa propria ipſarum, non verò ex defectu beneficentiæ divinæ.

S.Bonav in Luc. 25. *Multos vocavit ad fidem*, inquit S. Bonaventura, *quia de omni ſtatu, gente, & ætate vocat multos, ut oſtendat ſummam liberalitatem & benignitatem, ſed ideo paucos elegit, ut oſtendat judicii ſeveritatem.* Albertus Magnus omnes illos vocatos eſſe dicit, ad quos vox Dei pervenit: *Multos, quia omnes, ad quos pervenit ſermo auditus, & quibus lumen infunditur inſpirationis; in omnem terram exivit ſonus eorum; non eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.*

Janſen. 26. *Omnes*, ſcilicet *Judæos*, inquit Janſenius, *Judæorumque primores, tanquam honoratiores concives ſuos.* Lucas Burgenſis ait: *Honoratiſſimos quoſque & ditiſſimos civium ſuorum, id eſt, primarios ejus populi quem ſibi elegerat in populum peculiarem, videlicet Pontifices, ſacerdotes, levitas, ſcribas, Phariſæos, ſeniores Judæorum.*

Luc. Burg.

Verſus 27.

Et miſit ſervum ſuum horâ cœnæ dicere invitatis, ut venirent, quia jam parata ſunt omnia.

Et miſit ſervum ſuum.

Theoph. 1. Theophylactus, à Gloſſa citatus, per hunc ſervum, filium Dei intelligit: *Quis eſt ſervus ille? Is qui forma Dei aſſumpta filius Dei homo factus, & ut homo miſſus eſſe dicitur; attende, quomodo non dixerit ſervum, ſed cum articulo, ſervum ſuum; illum propriè dixit: Qui juxta formam humanam ei placuit, & ſervivit.*

Cajet. 2. Cajetanus de Angelis exponit, qui cœleſtis Regis ſervitores ſunt & Ephebi aulici: *Angelicum miniſterium ad incitandum homines ad cæleſte convivium.*

S.Bonav in Luc. 3. Sanctus Bonaventura per hunc ſervum, prædicatores ad Evangelicam gratiæ legem miſſos intelligit: *Servum ſuum; iſte eſt ordo prædicantium, qui cùm ſint multi, intelliguntur tamen nomine unius ſervi, pro unitate officii*; dicuntur etiam multi prædicatores unius, propter unitatem fidei & myſteriorum, quæ per univerſum mundum uni formiter annuntiaturi erant. Sic quoque apud Jeremiam, Prophetæ (qui antiqui teſtamenti prædicatores erant) ſervi appellati fuêre: *Miſi ad vos, omnes ſervos meos Prophetas.* *Jer.7.25*

Did. Stell. 4. Didacus Stella ſuper hæc verba ſcribens, duo ponderat; primum eſt, quòd is, qui illos miſit, eoſdem non ſolùm ſervos, ſed & ſervos ſuos eſſe profiteatur: *Servum ſuum, id eſt, catholicum, nam hæretici & ſchiſmatici non Dei, ſed diaboli ſunt:* Alterum eſt, quod dicitur: *Miſit illum, quia qui inutilia vel facta prædicat, licet Dei ſit & catholicus, non tamen miſſus eſt à Deo, ſed à proprio amore ac paſſione ductus.*

5. Poteſt etiam hoc loco conſiderari, quòd non milites, nec juſtitiæ miniſtros miſerit, ad inferendam illis violentiam, quia Deus cum ſuavitate vocat, quia cor & voluntatem noſtram deſiderat: *Voluntariè ſacrificabo tibi.* *Pſ.53,8.*

S.Greg. hom.36. 6. Sanctus Gregorius monet de debito reſpectu, qui huic ſervo à nobis eſt deferendus: *Per hunc ergo ſervum, qui à Patre familias ad invitandum mittitur, prædicatorum ordo ſignificatur; ſæpe enim ſolet evenire, ut perſona potens famulum habeat deſpectum; cùmque per eum Dominus aliquid mandat, non deſpicitur perſona loquentis ſervi, quia ſervatur in corde mittentis reverentia Domini.*

Hora cœnæ.

Gloſſ. ord. 7. Per hanc horam cœnæ Gloſſa finem mundi declarat: *Hora cœnæ finis ſæculi*; unde Apoſtolus: *Nos ſumus*, inquit, *in quos fines ſæculorum devenerunt*; *in hoc fine mittitur ſervus*, id eſt, ordo Prædicatorum ad invitatos per legem & Prophetas, *ut repulſo faſtidio ad guſtandum cœnam ſe præparent, quia omnia jam ſunt parata.* *1.Cor.10 11.*

Janſen. 8. *Veluti enim hora cœnæ erat*, inquit Janſenius, *& eſt, poſt Chriſti mortem, quando jam cælum reſeratum eſt, omnia redemptionis noſtræ myſteria propalata ſunt.*

V.Beda in Luc. 9 Venerab. Beda per hanc horam finem mundi interpretans, hanc inde deducit conſequentiam: *Si ergo jam hora cœnæ eſt, cùm vocamur, tantò minus debemus excuſare convivio Dei, quanto propinquaſſe jam cernimus finem ſæculi.*

Did. Stell. 10. Didacus Stella ait: *Hæc cœna eſt ſpatium*

tium viræ uniuſcujusque, qui Dominum inſpirantem, vel Prædicatorem, vel Confeſſorem audit docentem Evangelium, doctrinam catholicam.

11. Notanda hic eſt prudentia & circumſpectio hujus hominis, qui cœnam præparavit, ſiquidem ſervum ſuum ad convocandum invitatos tempore miſit congruo & opportuno, id eſt, *horâ cœnæ?* in quo nobis innuitur, quod Deus noſter vocationem & inſpirationes ſuas tempore & loco congruis & in talibus occaſionibus & circumſtantiis poſitis immittat, in quibus nos dummodo velimus, eiſdem patituros & reſponſuros, ac demum profectum reportaturos eſſe prævidet.

Dicere invitatis, ut venirent.

Dion. Cart. 12. *Id eſt*, ut Dionyſius Carthuſianus ſcribit. *Deum proximoſque amando, & juſtè ac timoratè vivendo, ad patriam beatorum inceſſanter appropinquare ſtuderent, nempe amando & juſtè agendo, non corporaliter tranſeundo veniunt, & propinquatur ad regnum cœleſte.*

Alb. M. 13. Albertus Magnus illud, *venirent*, non de progreſſu, qui ſit greſſibus corporis, ſed de progreſſu ſpirituali exponit: *Hoc eſt alloqui eos voluit de præparatione per pœnitentiam; veniunt, qui ſe per virtutem expediunt; non ſtant, qui ſemper in virtute proficiunt; ibunt de virtute in virtutem.*

Quia jam parata ſunt omnia.

Gloſſa. 14. Nam ut Gloſſa ait: *Chriſto immolato, jam introitus regni patet*; id Quod Patribus veteris Teſtamenti dici nequaquam potuit, quando nimirum ob cælum, undequaque firmiter clauſum, tanta ad habendum in cælos aditum difficultas erat, quo etiam tempore non habebant ſacramenta, quæ modò habemus, per quæ gratia, quæ ſemen eſt gloriæ ex opere operato confertur. Unde per hæc verba clarius dicere voluit, quod pro ſalute noſtra nihil amplius, neque in præſenti, neque in futura vita, faciendum ſuperſit, & ideo *omnia parata*, noſque in cæleſti nuptiarum triclinio anxiè exſpectat: *Ioa. 14. 2.* *Vado parare vobis locum; in domo Patris mei manſiones multæ ſunt*; in hac quoque vita innumera nobis ſubminiſtratur auxilia & ſubſidia, quibus ad aliam vitam acquirendam diſponamur & præparemur.

15. *Penſa num, ô homo*, inquit S. Bonaventura, *ſi tamen bona à Deo habes in menſa tua, in carcere, in exſilio; quanta bona habebis in menſa Dei, in regno?* Miſericors ille Pater Evangelicus, ut filium ſuum diſcolum, pœnitentem & reſipiſcentem lauto quodam exciperet convivio, vitulum ſaginatum coqui fecit: *Ad repellendum faſtidium noſtrum*, inquit Venerab. Beda, *jam parata ſunt omnia, quia ad abſtergendum mentis noſtræ teporem in cœna Dei, ille nobis ſingularis agnus occiſus eſt, qui tulit peccata mundi.* *S. Bonav. ſer. 3. in hac Dñ.* *Beda.*

16. Qualis quantuſque ſanctis veteris teſtamenti Patribus futurus fuiſſet jubilus, ſi felix hoc fauſtumque nuncium ſuis potuiſſent auribus percipere, nimirum *Quia jam parata ſunt omnia.* Didacus Stella ait: *Vocabantur quidem illi, ſed nondum omnia parata erant, quia Paſſio Chriſti nondum exhibita erat: O felix tempus, ætaſque beata, in qua Prædicatores dicere poſſunt, jam parata ſunt omnia; jam Chriſtus mortuus eſt pro nobis, jam ſuo ſanguine cœlos aperuit; jam cœlos aſcendit, & præparavit vobis manſiones in æterna beatitudine.* Hæcque ratio erat, cur Salvator Apoſtolis ſuis dixerit: *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis, dico enim vobis, quod multi, &c. Beatiores Patribus antiquis; qui jam cœnam præparatam invenietis.* *Didac. Stell.* *Luc. 10. 23.*

Verſus 18.

Et cœperunt ſimul omnes excuſare; Primus dixit ei: Villam emi & neceſſe habeo exire & videre illam, rogote, habe me excuſatum.

Et cœperunt ſimul omnes excuſare.

1. Albertus Magnus dicit: *Hic agitur de vocatorum ingratitudine.* Cajetanus ait: *Excuſare ſumitur hi pro recuſare*; ultrà namque oblatam invitationem acceptare renuebant, quia verò nullam idipſam abnuen- *Alb. M.* *Cajet.*

abſtuendi cauſam habebant, ideo oblatum hunc favorem manifeſtè à ſe repellere erubeſcebant, adeoque potiùs frivolam quandam excuſationem exc og tarunt. Albertus Magnus bene ponderat ly illud *Cœperunt*, ait enim: *Hoc autem in. ipiunt, quia ſemper in bo. pr catores ſunt novi.*

Alb. M

2 Conſideranda eſt hoc loco ſumma Dei noſtri cura & ſollicitudo, qua nobis convivis ſuis occurrere voluit; ipſemet namque nos in perſona propria invitat, deinde plùs unum, mox plures ſervos emittit, qui nobis ſignifi ent, omnia ad cœnam requiſita fercula parata eſſe; mittit eoſdem per vicos & plateas, imò & in vias & ſepes, ut magna cum anxietate nos quærant & rogent & tamen unusquiſque ſe ſubducit, & venire renuit; tùm tamen alia ex parte clarè nobis conſtet, quanta cum anxietate eundem Dominum olim ſub veteri lege requiſierimus: *Quæſivi, quem diligit anima mea; quæſivi illum, & non inveni; per vicos & plateas quæram, quem dili it anima mea, quæſivi illum, & non inveni.* Undenam obſecro hæc noſtra oritur mutatio & mentis ſocordia? S. Auguſtinus ait: *Unigenitus in ſinu patris antequam trabiam noſtræ carnis aſſumeret, quærebant eum deſiderantes, & non habebant, factus vero homo, tanquam vermis inter homines, homines quærit, & paucos invenit*; cujus equidem alia cauſa aſſignari nequit, quàm quòd Deus hoc tempore nimis ſe exhibeat ſalutis noſtræ avidum & cupidum nimiſque anxiè nos regni ſui cæleſtis deſiderer efficere participes factus enim homo ſimilis nobis, proprii ſanguinis ſui pretio nos redimere, ſeque ipſum nobis in cibum & potum dare non abnuit, indeque adeo nob s f.ctus eſt vilis & contemptibilis ut manifeſtè ſatis nos ipſum nihili facere oſtendamus. Etenim per experientiam videmus, quòd mundus illa tantùm deſiderare & æſtimare ſoleat quæ difficulter haberi poſſunt: talia verò, quæ in ſua habet poteſtate, communiter faſtidiat atque contemnat. Unde Venerab. Beda ait: *Offert Deus, quod rogari debuit, non rogatus dare vult, quod vix ſperari poterat, quia dignaretur largiri poſtulatus; contemnitur verò paratus, delitias refectionis æternæ denuntiat, & tamen ſimul omnes excuſant.*

Cant. 3. 12.

S. Auguſt. cont. Fauſtum.

3. S. Gregorius tu nobis clarè oſtendat, quàm ſit inconveniens tantam reſpuere invitationis gratiam, ſequenti utitur ſimilitudine. dicens: *Ponamus ante oculos mentis minima, ut poſſimus dignè penſare majora; ſi quiſpiam potens ad invitandum quemlibet pauperem mitteret, quid illi faceret, niſi de ſua invitatione gauderet? R ſponſum humile redderet, veſtem mutaret, ire feſtinaret*; unde per conſequentiam deducit, quàm ſit indignares, quòd Deus ad æternæ beatitudinis cœnam non invitans, tam frequentem apud nos patiatur repulſam: *Homo ergo dives invitat, & pauper occurrere feſtinat, ad Dei invitamur convivium, & excuſamur?*

Gregor. hom. 36.

4. Didacus Stella, poſtquam eandem ponderationem adduxiſſet in medium, tandem ſubjungit: *Miramur, vocat Deus ad cœnam, & venire recuſant; ſi vocaret ad labores, non mirum ſi nollent venire, ſed vocantur ad cœnam, & nolunt.*

Did. Stell.

5. S Bonaventura verba hæc de illis interpretatur fidelibus, qui ſolo nomine tales ſunt; operibus verò quibuslibet ſunt infidelibus deteriores: *Quia multi veniunt ad fidem, qui tamen nolunt pervenire uſque ad charitatem, propter vitiorum pronitatem, quam in excuſationis velamen aſſumunt.*

S. Bonav.

6 Theophylactus illa de Judæis explicat, qui Meſſiam recipere noluerunt: *Omnes enim Principes Judæorum detrectabant Regem habere Jeſum, & cœnam non meruerunt*, dixerunt enim manifeſtè: *Nolumus hunc regnare ſuper nos.*

Theoph.

Luc. 19. v. 14.

7. Gloſſa dicit: *Ideo excuſant, quia nemini interclud tur regnum, niſi quem ſuæ vocis profeſſio excluſerit: excuſat autem ſe omnis, qui plus terrena, quàm cæleſtia diligit, etiamſi ad cæleſtia ſe tendere dicat.* Enimvero tametſi honores, divitiæ, & quævis alia bona temporalia tanta cum difficultate comparentur, nihilominus homo ſe laboribus, curis & periculis innumeris libenter ſubjicit, quantumvis de illis conſequendis ſit incertus, imò cum evidenti æternæ ſalutis ſuæ detrimento per multas in hac vita toleratas ærumnas, certam ſibi comparat pœnarum infernalium æternitatem: Chriſtus autem cum infinita quadam cura & anxietate, bona nobis offert cæleſtia, quæ ſempiterna ſunt, nec aliud à nobis, niſi cor & voluntatem noſtram requirit: *Præbe fili mi cor tuum mihi*

Gloſſ. ord.

Prov. 23. v. 26.

mihi, nihil niſi amorem noſtrum ſibi rettribui poſtulat, & tamen *ceperunt ſimul omnes excuſare*. Porrò turpis hæc repulſa, quam Deus à nobis continuò patitur, eundem movet, ut cælum pariter & terram ad obſtupeſcendum ſuper hoc invitet, ſicut in
Iſa.1.v.2. principio Iſaiæ videtur: *Audite cæli, & auribus percipe terra; Filios enutrivi & exaltavi*, illos ad beatitudinis æternæ cœnam vocando, illisque regnum quoddam infinitæ Majeſtatis offerendo; *Ipſi autem ſpreverunt me*. Eandem quoque querelam repetit apud
Ier.2.13. Jeremiam, dum ait: *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas*, quo in loco pariter ſicut in Iſaia priùs cælos ad ſtuporem
Ibid. v. 12. concipiendum invitarat, dicens: *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer*; quid enim magis obſtupeſcendum excogitari poteſt, quàm quòd homo huic cœnæ, id eſt, menſæ Paradiſi cæleſtis, nectare & ambroſia mananti, terga vertat, ut fœtentes & putridas terræ lacunas & paludes conſectari poſſit. Audite Didacum
Did. Stell. Stellam idipſum egregiè ponderantem hiſce verbis: *Vocat mundus ad laborem, & omnes ſequuntur illum*: *Omnis populus ſecutus eſt Sebam, filium Bochri, pauci autem David*; *vocat*
2.Reg. 20.v.2. *mundus ut decipiat, diabolus ut torqueat, caro ut illudat, & omnes has ſequuntur. Chriſtus autem vocat ad cœnam, ut gaudeas & cœnes cum illo, & pauci ſequuntur. O ſi conſideraret peccator quod amittit, & quare amittat.*

8. Porrò in hac repulſa verificari videtur,
Pſ.48 13 quod Pſalmiſta ait: *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*. Enim verò ſi ante jumentum aliquod ex una parte favum mellis, ex alia verò herbam appoſueris & fœnum, videbis quòd illud calcibus evertet & diſperdet, ad fœnum verò & paleam manducandam, magno cum fervore appetitus mox ſe recipiet: eodem modo videmus, quòd homines mundani, qui palatum ex peccato corruptum habent, majorem in fœno & paleis, id eſt, in carnalibus voluptatibus, (*omnis caro fœnum*) guſtum habent,
Iſa.40.6 quàm quòd cœnam Chriſti, id eſt, gratiam & gloriam cœleſtem proſequantur & diligant. Legatur id, quod Sapiens Prov 7. v.6. & cap.9. v.15. ſcribit, & videbitur quàm prompti ſint homines ad acceptandum invitationes, ad voluptates mundanas, cùm tamen ex alia parte hic, ut Deus illos ad beneficia, imò ad beatitudinem vocat: *Ceperunt ſimul, &c.*

Primus dixit ei, &c.

9. Hugo Cardinalis in ſenſu allegorico, juxtà expoſitionem S Ambroſii, per primum, qui villam ſibi comparat, interpretatur Gentiles: *Immoderato affectu temporalibus inhiantes*. Per ſecundum verò, qui boves emerat, *Judæos, jugo legis oppreſſos, in qua lege ſunt quinque juga, id eſt, mandata decem, vel quinque libri Moyſis, qui duplicantur in ſpiritu & litera*. Per tertium, qui duxerat uxorem hæreticos intelligit: *Qui ſemper attendant rigorem fidei, ſicut mulier prima attentavit virum & ſeduxit*: Qui idem purpuratus Doctor hoſce verſus ad præſentem materiam aptiſſimos adducit. *Hugo Card.*

Uxor, villa, boves, cælum clauſere vocatis.
Mundus, cura, caro, cœnam clauſere renatis.

10. S. Auguſtinus ad hoc ſe reflectit, quòd S. Joannes de mundo loquens, his verbis ait *Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſæculi; ibi cepit, ubi Evangelium terminum poſuit; concupiſcentia carnis: uxorem duxi; concupiſcentia oculorum: quinque boum juga emi; ambitio ſæculi: villam emi.* *S.Aug: ſerm.33. de verb. Dom.*

Villam emi.

11. Non ſine myſterio, qui hoc dixit, primus eſſe dicitur: *Primus dixit ei*: ſiquidem per villam hanc ambitio denotatur, de qua S. Auguſtinus ait: *Dominari vitium malum vitium primum*: ambitio enim primum peccatum eſt, quod naturam tam angelicam, quàm humanam coinquinavit. *Notantur ſuperbi*, inquit Lyranus, *per dominum villæ emptum, quia ſuperbi volunt aliis dominari*. Ambitio politia humana, ſive ratio ſtatus potiùs jacturam admittit regni cæleſtis, quàm ut vel unicum terræ palmum amittat Principes ad dilatandos dominii ſui fines, *S.Aug.*

vel

vel ne illud amittant, armant exercitus, populum ſibi ſubditum aggravant, ſanguinis humani flumina effundere, totumque mundum ſuſque deque vertere non dubitant. Unde Hugo Cardinalis verba hæc ita exponit: *Villam emi, id eſt, appetitum dominandi habui; vel dominatum ipſum multo labore acquiſivi, vel pretio animæ meæ comparavi. Hanc villam emit Lucifer, quia pro dominatione, quam appetiit, regnum æternum amiſit.* S. Bonaventura quoque ad hanc ſe ſtultitiam reflectit, qua homines regno cælorum renuntiant, ut hic in terra dominari poſſint: *Ecce fatuitas maxima*, inquit, *quia quod prius eſt, eligitur, & quod melius recuſatur; eligitur enim villa, recuſatur regnum; eligitur dominium villanorum, recuſatur regnum cælorum.*

Hugo Card.

S. Bonav ſer. 1. in hac Dom.

12. In ſacris Canticis Sponſa cæleſtis dicit: *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Cùm igitur illis verbis anima ſancta cæleſtem ſponſum ſuum in villam invitet, quomodo ſubſiſtere poteſt, quòd villa huic cœnæ obſtaculum ponat? S. Auguſtinus dubium iſtud reſolvit, dicens: *In villa empta dominatio notatur, ergo ſuperbia caſtigatur; habere enim villam, tenere, poſſidere, homines ſibi in illa ſubdere, & dominari delectat.* Enimverò homo ille ad hanc villam comparandam, ad acquirendum dominium ſe totaliter eviſcerare debebat, adeo ut nihil ſibi, quod regno cœlorum comparando impenderet, reſiduum haberet, & hoc eſt, quod in illo reprehenditur; non enim honorum poſſeſſio damnatur, ſed ambitio; homo ille villam hanc non eo fine ſibi comparat, ut agros illos coleret, ſed ut dominaretur, ut in ſubditos tyrannidem exerceret. Motivum animæ illius, quæ in Canticis dilectum ſuum in villas & in agrum invitabat, erat, ut mundanorum negotiorum ſtrepitum effugeret, ut ſolitudini vacando Deo ſe per contemplationem arctius unire & conjungere poſſet. Unde obſervandum eſt, quod una & eadem res, quæ electis occaſionem præbet, ut ſe Deo arctius conjungant, ſeque gloriæ cæleſtis capaciores, digniores que efficiant, reprobis motivum præbeat, ut ſe ab eo, & à cælo magis elongent & ſeparent. Unde S. Auguſtinus in alio quodam propoſito dicit: *Aurum & argentum malis malum eſt; bonis, bonum; non quia eos bonos aurum & argentum facit, ſed quia bonos invenit, in uſumque bonum convertit.*

Cant. 7. 11.

S. Aug. ſer. 33. at.

S. Aug. ſerm. 12. de verb. Dom.

13. Lucas Burgenſis per hunc, illos denotari exiſtimat, qui affectu cordis ſui bonis hiſce terrenis ſuperfluè nimis immerſi vivunt, & æterna bona negligunt, qui proinde dum ut mentē ſuam rebus cæleſtibus applicent, monentur & invitantur, ex tali monitione proficere neſciunt, ſeu potius nolūt: *Hi beatitudinem cæleſtem ſæpe non contemnunt quidem prorſus, ſed negligunt, & poſſeſſionibus poſt habent, pluris habentes lucrum terrenæ poſſeſſionis, quàm æternæ felicitatis.* Gloſſa dicit: *Villa idem eſt, terrena ſubſtantia, ex tergo videre villam, qui ſola exteriora cogitat.* Deus olim in cacumine montis legem Moyſi daturus, præcepit, dicens: *Cavete, ne aſcendatis montem, ne tangatis fines illius, &c.* Cujus myſterium S. Gregorius exponens, ait: *Quid eſt, quòd cùm lex accipitur, populus à monte prohibetur, niſi quia, qui infirmis adhuc mentibus terrena deſiderant, conſiderare ſublimia non præſumant?*

Lucas Burg.

Gloſſa.

Exod. 19 v. 12.

S. Greg. l. 6. mor. c. 27.

Neceſſe habeo & exire & videre illam.

14. Hugo Cardinalis hanc neceſſitatem violentiæ ambitionis attribuit: *Ambitione cogente*, inquit, *quæ non poteſt coram Domino permanere, nec in cælo habitare; neceſſe habeo exire ab æternorum contemplatione, & mei conſideratione; omnis enim ſuperbus extra ſe eſt, quia ſupra ſe eſt*; pergitque idem Doctor oſtendere huic paſſioni proprium eſſe, quòd omnem in ambitioſo affectum & applicationem abſorbeat: *Hoc eſt enim ſuperborum, ſcilicet toto ſtudio laborare ad hoc, quod poſſint dominari.*

Hugo Card.

15. Advertendum eſt autem, quòd, quando villæ emptor ſe hoc modo excuſavit, jam hora cœnæ aderat, adeoq; aër conſequenter mox obtenebrandus erat, quo igitur modo ſe villam videre velle, dicere poterat? *Neceſſe habeo exire & videre illam.* Reſpondeo, hæc eſt multorum hominum mundanorum cæcitas, quòd priuſquam informentur, aut priuſquam aliquam periculorum, ærumnarum, laborum, quos dignitates ſemper annexos habent, notitiam acceperint, illos cæco quodam modo temere aggre-

aggrediantur. S. Hieronymus, poſtquam vitam S. Pauli primi Eremitæ ſcribendo abſolvit, in fine illius ſubjungit: *Cui ſi Dominus optionem daret, multo magis eligeret,* (de ſemetipſo in tertia perſona loquitur) *tunicam Pauli cum meritis ejus, quàm Regum purpuras cum regnis ſuis.* ſeu potius, ut contemplativus quidam ait, *cum pœnis ſuis.* Didacus Stella hic ait: *Obſerva hujus ſtultitiam non ſolùm in eo, quòd rem inutilem tam carè emit, ſed etiam in eo, quod priuſquam vidiſſet: emit enim, & poſtea exivit videre illam: quomodo autem emeret, ſi prius vidiſſet? Honores, divitias, voluptates, & quæcunque mundus dare nobis poteſt, priùs emimus, quàm videamus, nam ſi prius vidiſſemus, nullomodo à nobis emerentur.* Illa autem omnia cum laboribus, ſudoribus, periculis, & quod magis deplorandum, cùm diſpendio animæ, cum cæli, Dei, & noſtri ipſius graviſſima & irrecuperabili coëmuntur jactura.

S. Hier. in vita S. Pauli primi Erem. Did. Stell.

16. Avarus bonorum ſuorum inſtituebat enumerationem & ratiocinium, ut proturbaretur ad infernum: *Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, comede, bibe epulare*; ac proinde ei replicatum fuit: *Hac nocte repetent à te animam tuam.* Ubi ſanctus Ambroſius ait: *Nocte anima avari repoſcitur, quæ à tenebris incipit, & in tenebris perſeverat, avaro ſemper nox eſt.*

Luc. 12. v. 19. S. Ambr. de Nabuth. c. 4.

Rogo te, habe me excuſatum.

17. Gloſſa ait: *Humilitas ſonat in voce, dum venire contemnit, ſuperbia in actione.*

Gloſſa.

18. Didacus Stella ſapienter ponderat, quòd ab hac cæna tam hic, qui villam emerat, quam qui boves ſibi comparaverat, & qui uxorem duxerat, ſe ſubduxerint, non per aliquid, quod in ſeipſo peccaminoſum aut reprehenſibile erat, quia hæc omnia licitè fieri poterant, erantque cum gratia & amicitia Dei planè compatibilia; in quo igitur excuſationis ipſorum malitia conſiſtebat, qua ab hac cæna fuêre excluſi, vel per quam ſe gloria indignos reddiderunt? *Unde perſpicuè infertur, non ſolùm ea, quæ mala eſſe cognoſcimus, verùm etiam & illa, quibus huic mundo indulgemus, licèt bona videantur, ſi parcè eis non utimur, nos perpetuo à gloria cæleſti exterminari.* Unde ſi verùm fateri volumus, dicit idem author, nos Chriſtiani in majori ſumus periculo offendendi ad ultimum hunc ſcopulum, quia gravia & enormia adulteriorum, homicidiorum & latrociniorum crimina naturaliter exhorreſcimus, & ideo faciliùs cognoſcimus & declinamus. *Verùm hæc alia mala, quæ operta & palliata incedunt, & ſub prætextu boni, multo periculoſiora & faciliora ſunt, ut in ea incidamus. Certum eſt, faciliùs quemvis à re alienata ſe continere poſſe, quàm ſuis parcè & moderatè uti.*

Did. Stell.

19. Albertus Magnus S. Gregorii authoritatem adfert, dicentis: *Bene dicit: Rogo te, in voce humilitatem prætendit, ſed ſuperbiam exhibet in opere, dum venire contemnit.* Conſiderat inſuper, quòd multi inveniantur, de quibus Gloſſa advertit, quòd, *dum invitantur ad cœnam, ſervos Dei quidem rogant, ut orent pro ipſis, quia peccatores ſunt, ſed in emendatione operis & devotione ad cœnam Dei non veniunt.* Cajetanus *Rogo*, de interceſſione ſpirituum angelicorum, quam invocant, exponit: *Quanquam iſti habeant affectum inordinatum, commendant tamen ſe Angelis & Deo, tanquam putantes acceptandam eſſe excuſationem ſuam: unde & moriuntur, acceptis omnibus Sacramentis Eccleſiæ, tanquam jactantes ſe divinæ miſericordiæ.*

Alb. M.

Verſus 19.

Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excuſatum.

Et alter dixit: Juga boum emi quinque.

1. Lucas Burgenſis conſiderat, quòd aliquæ facultates in fundis conſiſtant ſtabilibus & immobilibus, aliæ verò in rebus aliis mobilibus, quibus apud Orientales armenta & greges annumerari ſolebant: *Quocirca & hic notantur avari, quales erant Judaica ſynagoga proceres.*

Luc. Burg.

2. *Excuſatio iſtius*, inquit Hugo Cardinalis, *refertur ad concupiſcentiam oculorum, unde curioſitas procedit*; conſiderat enim hic Doctor multos eſſe vanitati omnino deditos, qui omnia concupiſcunt, quæ illorum oculis objiciuntur & placent, qui à Deo ad æterna alterius vitæ bona invitati, ut plurimùm ſeſe excuſãt, utpote qui potiùs *ſolliciti*

Hugo Card.

ſunt

ſunt de his, quæ per quinque ſenſus adminiſtrantur, id eſt, de exterioribus, quæ curioſitatem faciunt, quàm de cœna æterna. Tales in cœna temporalium quaſi ſuos nutriuntur, & Dominicam cœnam faſtidiunt, canum cælo præferentes.

S. Aug. ſerm. 33. de verb. Dom.

3. S. Auguſtinus per hæc quinque juga boum, quinque ſenſus intelligit: *Quinque juga boum, ſenſus carnis hujus quinque numerantur; in oculis vijus eſt, in auribus auditus, in narribus odoratus, in faucibus guſtus, in omnibus membris tactus*; porro oculi, aures & nares unicuique homini duæ ſunt, qui proinde ſenſus tria paria, ſeu juga conſtituunt: *Et in faucibus, id eſt, ſenſu j ſtandi, geminatio quædam invenitur, quia nihil guſtando ſapit, niſi lingua & palato tangatur, voluptas carnis. quæ ad tactum pertinet, occultè geminatur, quia eſt & forinſecùs & intrinſecùs.* Redditque idem Anagogicus Doctor rationem, cur quinque ſenſus juga boum appellentur: *Quia per ſenſus iſtos carnis, terrena requiruntur, boves enim terram verſant, homines autem remoti à fide, terrenis dediti, nolunt credere aliquid, niſi ad quod ſenſu corporis perveniunt quinque partito, non, inquit, ego credo, niſi quod video.* S. Bonaventura dicit: *Intelligitur ſuperflua quinque ſenſuum operatio citra terrena.* Lyranus ait: *Intelliguntur cupidi, terrenis nimis intenti; finem ſuum ibi conſtituentes.* Dionyſius Carthuſianus eandem illis adhibet explicationem, dum ita ſcribit: *Per hunc ſecundùm intelligitur multitudo avarorum, qui ita circa terrenas divitias congregandas & conſervandas intenti ſunt, quòd ſpiritualium ac cœleſtium obliviſcuntur bonorum.*

S. Bonav ſer. in hac Dom. Lyran. Dion. Cart.

Eo probare illa.

Alb. M. Pſ. 80. 13 Prov. 1. 16.

4. Albertus Magnus inquit: *Benè dicit, Eo, quia continuò ivit proficiendo in pœnis per delectationem. Pſ. 80. Ibunt in adinventionibus ſuis. Prov. 1. Pedes eorum ad malum currunt.* Ecce tibi hîc adumbratam mundanorum ſtultitiam, qui potiùs propriis appetitibus ſerviendo, laborare & dæmonis mancipia effici, quàm Chriſti cœna, id eſt, divinæ gratiæ & rectæ ac innocentiæ gaudio (*ſecura mens quaſi juge convivium*,) frui volunt. Quamnam, dic ſodes, talis terram arando delectationem habere potuerat? aut nunquid lautiſſima illa cœna habiturus fuiſſet majorem? imò tametſi etiam ad jugum Chriſti portandum fuerit vocatus, ex hoc tamen ſe gravatum dicere non potuit; ſiquidem de hoc nobis ex fide & veritate evangelica, imo ipſiuſmet Salvatoris teſtimonio conſtat, dicentis: *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Qua de re optimè S. Gregorius ait, *Quid in hac vita laborioſius, quàm terrenis rebus effluere? aut quid quietiùs, quàm hujus ſæculi nihil appetere?* Didacus Stella ſuper hæc verba ita diſcurrit: *Chriſtus dicit: Tollite jugum enim ſuper vos; jugum enim meum ſuave eſt; hic autem, ne ſe ſubjiciat jugo ſuavi, humeris ſuis quinque graviſſima juga ſubit, quorum quodlibet gravius eſt centum Chriſti jugis. Diaboli quinque ſunt juga, quia nullus eſt ſenſus, quem ſibi diabolus ſubjicere non deſideret; dicit etiam, quòd emit ea, ego profectò gratis, & ſine ullo pretio humeris meis non ſuſciperem quinque talia juga, nedum emerem. Certè ſic eſt, quòd emimus cum diſpendio animarum noſtrarum divitias, honores, & delectationes hujus mundi, quæ nobis nihil aliud, niſi onus, dolores, ingentesque cruciatus afferunt.*

Mat. 11. v. 30. S. Greg. l. 18. mor. c. 28. Didaci Stell.

5. Sunt nonnulli adeo ambitioſi homines, ut, quidquid valent, quidquid poſſunt, id totum impendant & ſuperimpendant ad acquirendum honores, & officia, conſpicua quidem, ſed valdè laborioſa, ad comparandas ſibi fidelitias & voluptates, ſed tales, quæ roſæ quædam ſunt innumeris quaquaverſum ſpinis pungentiſſimis circumſeptæ. Quis non crediderit, avarum hunc hominem, ſuas eo præcipuè fine expendiſſe pecunias, ut ſe potiùs ab aratro & jugo ſubeundo eximeret, & tamen idem non unum duntaxat, ſed quinque jugis ſe ſubmiſit, ut ſtatim ad arandum & laborandum ſe reciperet? Thomas Morus, magnus ille regni Anglicani Cancellarius, ſimilium multorum hominum maturè conſideravit fatuitatem & mentis inopiam, tot labores & curas pro adeundo inferno ſubeuntium qui tamen ſi medietatem, imò multò minus earum, quas pro mundo ſuſtinent, pro Deo & anima ſua ſuſtinerent, ad gradus gloriæ valde eminentes aſcenſuri eſſent.

6. Idem Stella ſuper ly *Eo probare*, ita diſcurrit: *O homines modicæ fidei; non ſuf-*

Didac. Stell.

ficit, ut de ſapientia divina moveamini, quam nihil ſubterfugere poteſt? non ſatis eſt, hoc ab hominibus expertis dictum eſſe? omnes, quorquot mundo inſerviunt, aſſerunt, mundi jugum eſſe intolerabile: è contrario autem omnes, qui Deum colunt, jugum Domini ſuavisſimum teſtantur. Id quod lamentabantur mundani illi apud Sapientem, dicentes: *Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulavimus vias difficiles.* Sap. 5. 7.

Verſus 20.

Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non poſſum venire.

Et alius dixit: Uxorem duxi.

Lyran. S. Bonav in Luc. Eccl. 7. v. 27.

1. *Per hos* inquit Lyranus, *intelliguntur carnales & laſcivi.* S. Bonaventura pariter ait: *Hæc eſt concupiſcentia carnis, de qua Eccleſiaſtes: Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt: dicitur uxor, propter vehementem libidinis adhæſionem.* Enim verò nequaquam per hæc verba ſtatus damnatur conjugalis, ſed ut Lucas Burgenſis optimè advertit: *Notantur, qui in voluntate carnis immerſi, uxoris uſum cæleſti præferunt beatitudini; uxoribus malunt placere quàm Deo.* Idem quoque laudatiſſimus Author hac eadem occaſione egregiam quandam reflexionem in medium adducit, nimirum, quòd in hoc Evangelio non nominentur omnes illi, qui ab æterna gloria certò ſunt excludendi; ſiquidem nulla fit de adulteris, rapacibus, blaſphematoribus, aliiſque ſimilibus ſpecifica mentio, ſed nominantur. *Illi ſoli, qui humanis negotiis, ex ſuo genere licitis, ita ſe implicant, ut ab adeundo cæleſti convivio revocentur, ita ſuo vitæ genere ſe totos addicunt, & captivos tradunt, ut de cæleſtibus, in quæ tanquam finem reſpicere oportet, non ſint ſolliciti*: nimirum ſolus condemnatur affectus immoderatus, quo homo rebus hiſce temporalibus quantumvis aliàs licitis & honeſtis adhæreſcit, hic enim applicationem & cogitationes ad bona ſpiritualia & æterna totaliter impedit. *Qui habent uxores,* inquit Apoſtolus, *tanquam non habentes ſint, & qui emunt tanquam non poſſidentes, & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. præterit enim figura hujus mundi: res temporalis in uſu, æterna in deſiderio ſit, inquit Gregorius hom. 36. in hoc Evangelium.* 1. Cor. 7. v. 29.

2. Cajetanus eandem habet ponderationem dum âit: *Collige prudens Lector nullum iſtorum trium vacaſſe malo operi ex genere, ſed omnes & ſingulos præpoſuiſſe ſua [ſcilicet villam, juga boum, uxorem, convivio cæleſti*

3. Janſenius hoc loco dubium movet dicens: Ex quo matrimonium ab ipſâmet divina providentia ad genus humanum propagandum inſtitutum ſit, valde mirandum eſt, quomodo idem Deus illud, ingreſſui in regnum cælorum obſtaculum eſſe dicere poſſit, maximè ſub lege nova, in qua idem matrimonium Sacramentum eſt, conferens gratiam? Mox tamen hanc illius reddit rationem: *Quoniam multi per hoc non prolis fœcunditatem, ſed deſideria expetunt carnis, idcirco inquit Gregorius, per rem juſtam non incongruè ſignificari poteſt res injuſta.* Janſ. c. 91.

4. Didacus Stella ex his verbis humanam deteſtatur malitiam, utpotè quæ medicinam in venenum convertit: *Quid dicemus,* inquit, *de malitia humana, quæ eo proceſſit, ut omnia illa, quæ in ejus ſalutis medium & auxilium conceſſa ſunt, in cauſas condemnationis ſuæ converterit?* Etenim ſi nonnemineminem exhortari voluero, inquit idem Author, ut ſaluti ſuæ attendat, & ad bene ſibi de æternitatis beatæ ſecuritate ſibi conſulendum, in timore Dei vivat, ut ad cænam nuptiarum agni ſe præparet, ut Sacramenta frequentet, mox ſe quia uxorem duxit, id facere non poſſe reſpondebit. *O malum magnum, quod matrimonium, quod inſtitutum fuit ad cultum Dei, malitia humana mille incommodis in ejus offenſionem converterit ſæpenumero: uxor, quæ remedium eſt malorum incommodorum, alia quamplurima ſævitia ſua, ſumptibus, inſaniis, & cultibus cauſet: verùm ad hoc proficiet mariti prudentia, ut corrigat.* Did. Stell.

Et ideo non poſſum venire.

Janſen. 5. Ponderat hoc loco Janſenius alios duos invitanti ſe, reſpondiſſe: *Rogo te, habe me excuſatum*, hunc verò aperte & ſine ulla verecundia dixiſſe: *Non poſſum venire; per quem accipiuntur, qui voluptati carnis operam dant*, per hunc etenim, qui uxorem duxerat, ii, qui voluptatibus carnalibus immerſi vivunt, ſignificantur, qui proinde ſuam allegabat impoſſibilitatem. *Ut intelligamus, nihil ita obruere animum, ut laſciviam carnis, quæ faſtidium, imo oblivionem parit rerum divinarum.* Majorem verò terrorem mihi incutit Cajetani ſuper hæc verba: *Uxorem duxi*, expoſitio dicentis *Iſte carnalibus delectationibus, licitis tamen & honeſtis, ſubjectus, non rogat, ſed impotentiam veniendi pro ratione affert, quia animus carnalibus delectationibus deditus, tam eſt à ratione alienus, ut non roget rationem ſui haberi, omnino elongatur à ſpiritualibus, hoc enim ſonat: Et ideo non poſſum venire*; Unde ſic arguo: Quòd ſi voluptas carnalis, per viam matrimonii licita, ſed cum exceſſu quodam & ſuperfluitate tantùm uſurpata, ad cœnam cæleſtem aditum prohibet, quantò igitur majus obſtaculum delectatio carnalis illicita & divina lege prohibita cenſenda erit? Etenim luxurioſus eſt ænatis amoribus ſuis adeo fortiter adſtringuntur & illaqueatur, ut omnem ſalutis ſuæ ſpem ſibimetipſi detruncet: *Non poſſum*; alii quidem honeſtè ſe excuſarunt, non tamen impoſſibilitatem allegarunt, *Eph. 5. 5.* nec mirum, quia veridicus Spiritus ſancti calamus de homine carnali ſcribit: *Hoc autem ſcitote, intelligentes, quòd omnis fornicator aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti.*

6. Idemmet DEUS, qui hanc cœleſtis gloriæ cœnam præparavit, carnales homi- *Gen. 6. 3.* nes à Spiritu ſancto penitùs deſerendos eſſe, expreſsè profitetur; *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt*; quam veritatem utique tyrannus ille bene agnovit, qui S. Luciam martyrio affecit, qui proinde ad eam dixit; *Jubebo te ad lupanar duci, ut te Spiritus ſanctus deſerat.* In vita S. Franciſci Saleſii refertur, quòd is à Clemente VIII. Pontifice Maximo, qui eum eximium Dei ſervum eſſe ſciebat, monitus, cum evidenti vitæ periculo ſe Genevam, veram hæreſeos Calvinianæ ſentinam, in habitu perſonato receperit ut famoſum illum hæreſiarcham Bezam, ad veræ fidei agnitionem, & Eccleſiæ ſanctæ gremium revocaret, qui licet ab eodem viro ſancto de errore ſuo penitùs fuiſſet convictus, adeo ut veritatem Religionis Catholicæ clarè agnoſceret, nihilominus ſibi ad eandem relicto errore reverti, impoſſibile eſſe dixit; cùmque ab hoc Dei ſervo, qui pro ejus ad orthodoxam fidem tranſitu pontem aureum ſtraverat, cauſam hujus impoſſibilitatis edicere rogatus fuiſſet, is confeſtim ſpecioſiſſimam quandam juvenculam coram ſancto Præſule accerſivit, eamque unicam impoſſibilitatis reſipiſcentiæ ſuæ cauſam eſſe faſſus fuit; nec mirum, quia *Ubi cœperit quis luxuriari*, inquit *S. Amb.* S. Ambroſius, *incipit deviare à vera fide; ſedit* *ep. 36. ad* *populus manducare & bibere, & fieri ſibi* *Sabin.* *Deos poposcit.*

7 Hugo Cardinalis ait: *Excuſatio iſtius re-* *Hugo* *fertur ad concupiſcentiam carnis, iſte etiam* *Card.* *non rogat excuſari, quia ſolum peccatum carnis non palliatur in confeſſione.* Idipſum quoque S. Bonaventura ante Hugonem his *S. Bonav.* verbis ſcripſerat, dum ait: *Nec addit, habe* *in Luc. 1* *me excuſatum, quia ſolum peccatum carnis eſt, quod minimè palliat ſe ſub ſpecie virtutis, & minimè excuſatur.*

8. Idem quoque ſanctus & Seraphicus Doctor, illum verè mentitum fuiſſe oſtendit, dicens: *Quia talis, etſi ſit concupiſcentiæ ſervus, poteſt facere, quo facto habeat gratiam, per quam habeat poſſe domandi concupiſcentiam. Unde ad Rom. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus? & reſpondet continuò: Gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Hæc quoque ad Euchariſtiam Chriſti cœnam invitatio, ab eodem acceptata, ad diminuendum in eo concupiſcentiæ fomitem ſufficere po- *Zach. 9.* tuiſſet, quia ibi accepiſſet *Frumentum electo-* *v. 17.* *rum, & vinum germinans virgines.* Sic enim S. Auguſtinus, qui triginta trium annorum ſpatio huic carnalitatis ſuæ luto ad fauces uſque immerſus fuerat, puriſſimam S. Ambroſii vitam admiratus, ſcienſque, quòd in virtute hujus menſæ, Angelorum

puritatem adæquaret, poſt ſuam converſionem & ipſe hujus ejuſdem cænæ Euchariſticæ commenſalis factus, deinceps ad decrepitam uſque ætatem, puritatem & innocentiam ſuam baptiſmalem conſervavit.

S. Hier. in epit. Lucin. Bœtici. S. Amb. ſer. 19. in pſ. 118.

S. Hieronymus de hac myſtica cæna ita ſcribit: *Calore Spiritus ſancti exſiccat fontes libidinum*; hic etenim eſt ignis ille, qui panem hunc coquit cæleſtem. Unde S. Ambroſius ait: *In carne Chriſti, quæ noſtrarum æſtus refrigeravit cupiditatum, quæ compreſſit inſolentiam vitiorum, quæ extinxit ignes libidinum.* Et quidem ad hunc ignem in juvenibus extinguendum, in quibus concupiſcentiæ ardor, ratione annorum, aliorumque incentivorum, vehementior exiſtit, remedium iſtud vel maximè eſt neceſſarium. Unde ubi vulgata noſtra legit: *Panem Angelorum manducavit homo*; ex Hebræo legitur: *Panem juvenum*; quam equidem ſingularem Communionis frequentatæ virtutem eradicandi *obſcœnum amorem* S. Gregorius ſpecialiter agnovit.

Pſ. 77. 25

S. Greg. Nyſſ. in hom. 8. in Eccl.

Verſus 21.

Et reverſus ſervus nuntiavit hæc Domino ſuo: tunc iratus Paterfamilias dixit ſervo ſuo: Exi citò in plateas, & vicos civitatis & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos, introduc huc.

Et reverſus ſervus nuntiavit hæc Domino ſuo.

Hugo Card.

1. Hugo Cardinalis per hunc ſervum in ſenſu morali Prædicatores Evangelicos intelligit: *Poſt invitationem, id eſt, prædicationem, debet reverti ad Dominum per gratiarum actionem; & ad ſe, per ſui conſiderationem.* Quonam verò modo id exequendum ſit, his verbis declarat: *Debet reverti ad Deum, ut ſi, non ſibi attribuat fructum prædicationis: ad ſe verò debet reverti, ne de fructu ſuæ prædicationis ſuperbiat.*

Tunc iratus Paterfamilias.

Dion. Cart.

2. *Id eſt*, *Chriſtus*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *per tantam hominum ingratitudinem*; demum verò declarat, quòd ità non ſit paſſio, quæ Chriſto prædominari poſſit *ſecundùm ſuam Divinitatem, quantum ad paſſionum affectus, ſed quantum ad ſimilitudinem operis. Porro ira per zelum, quæ eſt appetitus vindictæ ſecundum rationis dictamen, fuit in Chriſto ſecundùm ſuam humanitatem.* Cajetanus per hanc Patrisfamilias iram, divinæ juſtitiæ effectus intelligendos eſſe dicit: *Ira Dei punitio eſt juſta*; vel etiam, ut Albertus Magnus advertit: *In hoc iratus dicitur Deus, quia ad modum irati & provocati facit, repellendo vocatos ad cœnam. Iraſcitur de peccatorum ingratitudine, & de laboris ſervorum ſuorum fruſtratione.* Lucas Burgenſis motivum hujus irati Patrisfamilias fuiſſe ſcribit: *Quòd ſua cœna deſpiceretur, & poſthaberetur rebus tam levibus; nihil æquè ad iracundium provocat DEUM, ut contemptus beneficiorum, quæ ultrò nobis offert.* Eodem tempore, quo populus Dei electus, cibo à Deo paſcebatur cœleſti: *Panem Angelorum manducavit homo*, idem mox carnes manducare deſiderabat; quas equidem Deus iratus iiſdem dedit, ſed caro nimis pretioſa carnis hoc ferculum illis conſtitit, ſiquidem divinæ vindictæ gladium in eoſdem protinus exſeruit: *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit per eos.*

Cajet.

Lucas Burg.

Pſ. 77. 29.

Pſ. 77. 31.

Exi citò.

Dion. Cart.

3. Dionyſius Carthuſianus ait: *Quia periculum eſt in mora, & ſine dilatione providendum eſt animarum ſaluti, quo verbo redarguuntur Prædicatores & Prælati ignavi, & tardi, qui facilio ceſſione prædicationem omittunt, aut differunt.* S. Bonaventura dicit: *Exitus iſte ad exercitium prædicationis, ſecundum illud: Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.* Ubi de ſalute animæ agitur, cunctandum non eſt, hoc enim eſt *Momentum unde dependet æternitas*; ideoque opus eſt præſentaneis uti occaſionibus & opportunitatibus, & quando anima ad Dei lumina & inſpirationes recipiendas diſpoſita eſt, nequaquam occaſiò illa negligenda erit.

S. Bonav. in Luc. Luc. 8. 5.

4. Albertus Magnus ait: *Exi ab intimo tuæ contemplationis ad ea, quæ ſunt circa proximum exterioris actionis.*

Alb. M.

5. Dida-

Did. Stellæ in Luc. 5. Didacus Stella hoc loco summam Dei nostri, nos tam humaniter invitantis admiratur bonitatem: *Quia non quomodocunque eos vocat, sed cito, & sine ulla mora; nunquam Deus piger est, ut nobis benefaciat, sed diligentissimus valdeque sollicitus, ut nos vocet, gratiamque suam concedat.*

In plateas.

S. Ambr. in Luc. 6. Sanctus Ambrosius ait: *Misit ad plateas, quia misit ad peccatores, ut de latioribus viis ad angustam viam venirent, quæ ducit ad vitam.* Hugo Card. Hugo Cardinalis ait: *Id est ad illos, qui sunt in via lata & spatiosa, quæ ducit ad mortem.* Deus nulla premitur majori sollicitudine, quàm ut peccatores pœnitentes ad mensam gloriæ suæ considere faciat; & hinc est, quòd Dei filius ad eos convertendos se recipiens ad nuptias se abire, laurisque epulis se reficiendum esse credebat; unde in conversione Zachæi ab eodem fuit invitatus ad prandium; in conversione Magdalenæ Pharisæi Simonis convivio accumbebat. Sanctus Matthæus conversus. *Fecit convivium magnum*; Ideo pariter de ipso dicebatur: *Cum publicanis & peccatoribus manducat.* Matt. 9. 11.

Dion. Cart. 7. Dionysius Carthusianus ait: *Per plateas quoque significantur multitudines hominum majores; vel notatur, qui in prosperis quasi in latitudine erant.*

Et vicos.

Gloss. 8. Glossa ait: *Mittit ad vicos, dum illos vocat, quos temporalium rerum coarctat inopia.* Hugo Card. Hugo Cardinalis eandem expositionem adducens, exemplificando subjungit: *Per eos, qui vocantur de vicis, moraliter intelliguntur illi, qui penuriâ necessariorum arctati, intrant claustrum, & ita ad Deum convertuntur.* Alb. M. Albertus Magnus rationem reddit, cur illi, qui in angustia bonorum temporalium sunt constituti, de via stricta vocari dicantur: *Quia vicus est via stricta inter domos, & sunt, qui in angustia sunt salutis, & expedientem se nullum habent, sicut quidam ex naturæ indagatione immortalem animam esse scientes, sed nescientes, quia justitiâ salvaretur anima, & ideo in arcto erant positi.*

9. Dionysius Carthusianus ait: *Per vicos, multitudines minores, quia non multis tantum, sed & paucis est prædicandum*; qui idem exstaticus Doctor aliam quandam expositionem subjungit, dum *Per vicos* intelligit, *qui in adversitatibus premebantur*; *per civitatem hoc loco significatur synagoga, quæ fuit aliquando civitas Dei, sicut nunc est Ecclesia.* Dion. Carth.

10. Voluit quoque Deus nobis insinuare, quòd, dum de nobis ad regni sui, per hanc cænam præfigurati possessionem & fruitionem, invitandis agitur, nullum habeat sive ad tempus, sive ad locum, sive ad personarum conditionem vel professionem, respectum, sed unumquemque admittat, tametsi ad ipsum ex plateis, vinculis aut sepibus veniat, imò tametsi sub tardam noctem accedat; nullus enim ab inde exclusus erit, nisi qui invitationem ad convivium spreverit & tenuerit. Unde S. Ambrosius ait: *Invitat pauperes, debiles, cæcos, quo ostendit nobis, vel quod nullum debilitas corporis exclusit à regno.*

Et pauperes.

11. S. Gregorius quænam convivantium genera ad hanc cænam Regis gloriæ admissa, imò quæsita fuerint, considerat, dum ait: *Peccatores superbi respuuntur, humiles eliguntur; hos itaque elegit Deus, quos despicit mundus, quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad semetipsum, & tanto celerius vocem Dei aliqui audiunt, quantò in hoc mundo non habent, ubi delectuntur.* Sanctus Ambrosius quoque dicit: *Quod rarius delinquat, cui desit illecebra peccandi.* Lyranus Principes synagogæ, scribas, Pharisæos, & alios populi primores, ob duritiem & infidelitatem suam ab hac cæna repudiatos fuisse dicit: *Pauperes autem & simplices, & publicani illius populi sunt vocati, ut patet in Apostolis.* S. Greg. hom. 36. Evang.

12. Sanctus Augustinus ait: *Non venerunt divites sani, quasi bene ambulantes, & acutè cernentes, multum de se præsumentes, & ideo desperatiores quanto superbiores; veniant mendici, quia ille invitat, qui propter nos pauper factus est, cum dives esset, ut illius paupertate mendici ditaremur.* S. Aug. serm. 34. de verb. Dom. 2. Cor. 8. 9.

13. Advertendum porro eſt, quod per hoc verbum, *pauperes*, non excludantur divites illi qui affectu & corde ab his terrenis bonis
Alb. M. alieni vivunt; unde Albertus Magnus ait: *Quem enim divites in villis & bobus contemnunt, oportet ut pauperes vocet, ſunt autem pauperes qui, quantumlibet divites ſint, tamen ſe in præſenti mendicos reputant, niſi æterna bona adipiſcantur.*

S. Bonav. in Luc. 14. Sanctus Bonaventura ait: *Ad literam pauperes admittuntur ad regnum cælorum* 1. *Cor.* 1. *Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit*; idem quoque ex mente ſancti Auguſtini per pauperes illos intelligendos eſſe ſubjungit, qui tales ſunt per virtutem: *Ut illos intelligamus pauperes, qui non confidunt de nimia opulentia, de quibus in Proverbiis dicitur. Et quaſi pauper, cum in multis divitiis ſit.*

1. Cor. 1. 26.

Prov. 13. 7.

15. Valde profectò peregrinum eſſe videtur, quòd convivii illius, cui ſublimiores cæli Dominationes & poteſtates inſerviunt, commenſales & convivæ futuri ſint pauperes fætentes & miſerabiles, quorum vel ſolus aſpectus nauſeam provocare poſſet; &
Luc. 1 53 tamen veriſſimum eſt, quod *Eſurientes re-*
Pſ. 21. 27 *plet bonis, ſaſtidioſos divites dimittens inanes:*
Hug. Card. *Edent pauperes & ſaturabuntur.* Et Hugo Cardinalis ait: *Quia non comedent eum ſpiritualiter, niſi pauperes contemptores divitiarum*; in theſauros Dei, ſive ad menſam illam æternalibus delitiis redundantem, illi ſoli admittentur, qui in hac præſenti vita præ nimia fame fuerint extenuati, humiles &
Lyran. contemptui habiti. Lyranus ait: *Per pauperes intelliguntur verè humiles, qui ſunt pauperes ſpiritu*, ut exponit Auguſtinus: *Beati pauperes ſpiritu, id eſt, non habentes inſtan-*
S. Greg. hom. 11. *tem ſpiritum.* Sanctus Gregorius tam illos, qui invitantem ad cænam repudiarunt, quàm alios, qui ad cænam admiſſi fuêre, peccatores fuiſſe notat, cum hac tamen differentia: *Peccatores ſuperbi reſpuuntur, ut pauperes humiles eligantur.*

Debiles.

16. *Id eſt*, inquit Lyranus, *nihil ſibi virtutis attribuentes*, quod ipſum ſanctus Bonaventura aliis verbis expreſſit, dum illos debiles dicit, *qui non confidunt de ſua virtute.* *Lyran.* *S. Bonav. in Luc.*

17. Albertus Magnus per hos debiles & infirmos eos interpretatur, qui omnem animi ſui vigorem divino ſervitio conſecrant: *Iſti ſunt, qui ad terrenos labores vires non habent, ſed ad ſpiritualia vires exhibent, & impendunt*: Pſalm. 55. *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam.* Et ſanctus Auguſtinus ait: *Veniant debiles, quia non eſt opus ſanis medico, ſed male habentibus.* *Alb. M.* *Pſ. 58. 10.*

Et cæcos.

18. *Per cæcos*, inquit Lyranus, *viſum ſibi ab illicitis reprimentes.* Sanctus Bonaventura ſimiliter in ſerm. 1. in hanc Dominicam, per cæcos intelligit *illos, qui oculos ſuos cruunt, & refrænaverunt, ne vanitatem mundi videndo, concupiſcerent.* Albertus Magnus verba illa Pſalmiſtæ adducit, dicentis: *Averte oculos meos ne videant vanitatem*; *cæci ſunt, ea, quæ fulgent in mundo, non videntes.* *Lyran.* *S. Bonav.* *Pſ. 118. 37.* *Alb. M.* *S. Bonav.* *S. Aug. ſerm. 37. cit.*

19 Sanctus Bonaventura ſuper Lucam ait illos intelligi *cæcos, qui non confidunt de ſua ſcientia.* *Pſ. 12. 4.*

20. Sanctus Auguſtinus ait: *Veniant cæci, qui dicant: Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte.*

21 Hugo Cardinalis cæcos illos hoc modo exponit, *id eſt, ſimplices & idiotas, qui lumen ingenii non habent, vel qui ſe reputant nihil ſcire.* *Hugo Card.*

Claudos.

22. Lyranus *per claudos* intelligit, *defectus proprios conſiderantes.* *Lyran.*

23. Hugo Cardinalis dicit: *Qui bona ſciunt, ſed mala faciunt, vel qui ſimul bona & mala faciunt.* S. Auguſtinus modum explicat, quo hi claudi ſe ad huic menſæ accumbendum adaptant: *Veniant claudi*, inquit, *qui ea dicant, Compone greſſus meos in ſemitis tuis.* *Hugo Card.* *S. Aug. ib.* *Pſ. 16. 5.*

24. San-

S. Bonav. 24. Sanctus Bonaventura illos intelligit *claudos, qui non confidunt de ſua rectitudine.*

Introduc huc.

Dion. Cart. 25. *Id eſt*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *ad regnum cæleſte perducere ſtude, prædicando, orando, exemplariterque vivendo.*

26. Conſiderari etiam hoc loco poteſt, quòd divites & potentes, propriâ culpâ ab hac cæna excluſi ſint, in eorumque locum pauperes, claudi & cæci ſubintroducti, ſicut tertia pars ſtellarum cæli propter ſuperbiam ſuam præcipitata fuit in abyſſum, & vilifſimum hujus noſtræ naturæ lutum ad Thronorum, Virtutum, Poteſtatum Dominationum, Principatuum, Cherubinorum, Seraphinorumque thronum fuit aſſumptum.

Lucas Burg. 27. Lucas Burgenſis ait: *Primoribus Judæorum ejicientibus Evangelium, & contemnentibus ſibi prædicatum regnum cælorum, oblatum eſt illud plebeis, & vulgaribus, idiotis, indoctis, contemptis, adeoque infamibus publicanis & peccatoribus; vel illis*, ut Titus Boſtrenſis ait: *Qui ex Judaica multitudine habebantur infimiores, vilibus nimirum piſcatoribus & idiotis.*

28. Quod ſi fortaſſe non nemo quærat, quo modo hi claudi cæci & infirmi ad huic convivio accumbendum ſeſe capaces reddiderint & dignos? Huic ſanctus Ambroſius reſpondet: *Qui vocantur ad cænam, prius vocando ſanantur, ſi claudus fuit, gradiendi facultatem, ut veniret accepit; ſi lumine oculorum privatus domum utique Domini, niſi refulgente luce, intrare non poterat.* Euſebius Emiſſenus quoque conſiderat, eos, qui antea pauperes fuerant, poſtquam tanquam commenſales huic cænæ accubuiſſent, divites factos eſſe & locupletes: *Invitati ad convivium Chriſti, divites & fortes facti ſunt, & interius illuminati, jam in via non errant, ſed recto tramite gradiuntur.*

S. Ambr. in Luc. Euſ. Em. hom. in hac Dom.

Did. Stell. 29. Didacus Stella Dei noſtri admiratur benignitatem, utpote qui omnes in cæli tabernacula recipit, ſuique regni participes efficit: *Neminem deſpicit, nulli claudit januam ſuæ miſericordiæ; non contemnit Dominus Æthiopem, aut Indum in Mexicum uſque delatum, nemoque eſt, quantumvis miſer & abjectus, qui illa pietatis viſcera aperta non inveniat*; etenim tametſi eorum, qui ab ipſo intimatam ad cænam invitationem rejecerant & contempſerant, ingratitudinem probe ſatis animadvertiſſet, attamen non deſtitit, quin alios pari pietate ad eandem invitaret: *Minimè defatigatus prorum ingratitudine, poſterioribus benefacere non deſiſtit, non exhauritur divina miſericordia tam citò ut perfidia & ingratitudo aliquorum, beneficia Dei in alios conferenda impediat.*

Verſus 22.

Et ait ſervus: Domine, factum eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt.

Gloſſ. 1. *Quaſi dicerent*, inquit Gloſſa: *Multos tales ex Judæis ad cænam tuam collegimus, ſed iſti locum convivii tui non implent, ſupereſt locus, ubi gentium numeroſitas ſuſcipiatur.* Major etenim populi Hebræi pars, ob quem ſpecialiter cæna hæc præparata & inſtituta fuerat, ſe excuſavit. & à Chriſti ſequela ſe ſubduxit, ac proinde opus erat, ut ad reſtaurandas Angelorum ruinas, populus quoque gentilis invitaretur, & hoc fine præceptum hoc à Domino datum fuerat.

Lucas Burg. 2. Lucas Burgenſis ſervi hujus, in congreganda tanta, quâ poterat gente, ſollicitudinem obſervat, quâ Domini ſui, quem ad habendos in cæna ſua multos commenſales avidiſſimum eſſe ſciebat, imperio ſatisfacere ſatagebat, *Neminem quantumvis abjectum, (quæ ejus humanitas eſt) ſua opera indignum habentis.*

Verſus 23.

Et ait Dominus ſervo: Exi in vias & ſepes & compelle intrare, ut impleatur domus mea.

Janſen. Lyran. 1. *In vias & ſepes, id eſt, extra Judæam*, inquit Lyranus, *diſcurrendo ad populum gentilem, ſicut fecerunt Apoſtoli.* Janſenius per illos, qui foris extra civitatem, per vias & ſepes congregati fuerunt, gentiles denotari, *Ad quos ſine lege Dei viventes vitam planè incompoſitam, & in viarum varietate errantes,*

tes, poſt Judæorum vocationem miſſi ſunt Apoſtoli.

Alb.M. 2. Albertus Magnus ait: *Viæ autem ſunt hic vocatæ omnis modus vivendi, quo quilibet ſine lege aliqua vixit, pro libitu ſuæ voluntatis.* Et quidem in haſce vias Doctor gentium egreſſus eſt, qui ad Corinthios 1. Epiſt. cap. 9. ita ſcribit: *His qui ſine lege erant, &c.* *1. Cor. 9. 21.*

S. Ambr. in Luc. 3. Sanctus Ambroſius dicit: *Per illos, qui vocantur de viis, ſignificantur illi, qui licet adhuc ſint extra viam, quæ ducit ad vitam, tamen quodammodo in viam ſe præparant; nam prope viam eſt, qui habet voluntatem benefaciendi.*

Gloſſ. 4. Gloſſa ita explicat: *Mittit ad vias, cum illos vocat, qui jam in bona voluntatis tramite conſtituti ſunt, nullis cupiditatibus temporalium occupati.*

Hugo Card. 5. Hugo Cardinalis optimè conſiderat, quòd prius invitarit illos qui ibant per vicos & plateas: *Inplateas & vicos civitatis,* poſtea verò miſerit invitatores quoque ad illos, qui in viis publicis & inter ſepes morabantur, ut exinde denotaret duo genera hominum, civium videlicet & ruſticorum: *Ut per illos, qui vocantur de vicis & plateis intelligantur Judæi, tanquam cives, id eſt, legem ac Prophetas, ac eloquia Domini habentes, per eos, qui de viis & ſepibus, intelligantur gentiles, quaſi inculti & agreſtes, id eſt legem & Prophetas, & eloquia Domini ignorantes.*

Et ſepes.

Gloſſ. 6. Gloſſa ita ſcribit: *Mittit ad ſepes, cum eos vocat, qui culta ab incultis ſecernunt, & incurſus arcent beſtiarum, id eſt, bona à malis diſtinguunt, & munimenta fidei adversùs diaboli tentamenta obtendunt.*

S. Bonav. in Luc. 7. S. Bonaventura per has vias & ſepes, quæ foris extra civitatem conſiſtunt, peccatores interpretatur: *Per vias & ſepes, quæ ſunt extra urbem, intelliguntur peccatores, qui ſunt extra Eccleſiæ unitatem.*

Alb.M. 8 Albertus Magnus per haſce ſepes, ſectas intelligit antiquorum Philoſophorum: *Sepes autem ſunt modi vivendi legibus & ſtatutis quaſi quibuſdam ſepibus obfirmati, ſicut antiquitus quidam vivebant in legibus Pythagoræ, quidam Solonis, &c.*

9. Janſenius per hos, ultimo loco vocatos, antipodas nationeſque magis barbaras & remotas vult poſſe intelligi: *Intelligendi quilibet obſcuri populi in extremis orbis angulis commorantes, ad quos deinde gradicatorum ordo extruſus eſt, & in finem uſque ſæculi extrudetur, quouſque impleatur electorum numerus.* Pro cujus meliori evidentia advertendum eſt, quòd hi non tam invitentur, quàm cogantur; *Compelle intrare,* quia priuſquam Religio Chriſtiana in multas novi mundi partes introduci poſſet, eaſdem per exercitus armatos, Principibus Chriſtianis ſubjugare neceſſum fuit. *Janſen.*

Et compelle intrare.

10. Dionyſius Carthuſianus monet, non eſſe abſolutè intelligendum, quòd Deus homini violentiam inferat, ſiquidem de homine certum eſt, quòd *Reliquit illum in manu conſilii ſui; itaque quod ait: Compelle intrare, non intelligitur de coactione abſoluta, atque omnimoda, quia ſic liberum arbitrium cogi non poteſt, nec Deus vult habere coacta obſequia, ſed aliquali & inductivâ.* Ex modo, quo Deus nonnullas animas convertit, inquit Cajetanus, videtur ſecundùm noſtrum modum judicandi, quòd Deus certo quodam modo cogat, adducitque Sauli exemplum, inquiens: *Conſidera converſionem Pauli, & videbis compellere intrare; ſi ſciremus, quibus viis Deus aliquos convertit, videremus pluries impleri, quòd compellantur intrare, non quod compellatur voluntas, ſed mutantia voluntatem talia ſunt, ut compellatur quis mutare voluntatem.* Lucas Burgenſis quoque modum declarat, quo arbitrii libertatem ſalvat, ipſaque anima per amabilem quandam & ſuavem violentiam à Deo inducitur: *Non quòd aliqui inviti adducantur, ſed quòd per hujuſmodi exteriora adhibita fiat, ut ex nolentibus reddantur volentes, gratiâ Chriſti intus cooperante.* Didacus Stella alios quoſdam modos, ab infinita illa ſapientia & pietate (quæ *vult omnes ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*) excogitatos nobis inſinuat. *Primò oſtendendo voluntati noſtræ tantum bonum, ut ipſa non poſſit non appetere illud. Secundo removendo*

Dion. Cart. *Eccli. 15. 14.* *Cajet.* *Luc. Burg.* *Did. Stell.*

& abſcondendo omne malum, & cum objectum voluntatis ſit bonum, tantum bonum poteſt voluntati repræſentare, ut non poſſit non amare illud, quod videt bonum, & iſto modo liberum hominis arbitrium ſubjicitur Deo, quod compellere voluntatem non eſt. Sanctus Auguſtinus ait: *Abſtrahantur à ſepibus, à ſpinis, ſed cogi nolunt; voluntate, inquiunt, noſtrâ, intremus.* Idem quoque ſanctus Pater bene obſervat, quòd hic Paterfamilias non juſſit, ut aliquam ad cænam frequentandam inferrent violentiam, ſed ſuppoſitâ hâc anguſtiâ, quâ inter ſepes & ſpinas anxii erant, ſequebatur, quòd invitati fiam eſſent ad cænam inclinaturi voluntatem: *Non hoc Dominus impetravit, coge,* inquit, *intrare, ſed foris inveniatur neceſſitas, naſcitur inde voluntas.*

S. Aug. ſerm. 33. de verb. Dom.

11. Non defuêre Expoſitores, qui hanc compulſionem de adverſitatibus ſunt interpretati, utpote quâ ſæpenumero reducimur ad pœnitentiam: *Hoc quoque notandum,* inquit Dionyſius Carthuſianus, *quòd Deus interdum vocat inſpiratione interna, interdum prædicatione externa, aliquando beneficiis, aliquando flagellis.* Quò etiam ſpectat celebris illa S. Gregorii ſententia, dicentis: *Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.* Gloſſa inſuper notat, quòd Paterfamilias hac ultima vice non juſſerit ſervo ſuo, ut invitaret, ſed dixerit: *Compelle intrare: Qui enim hujus mundi adverſitatibus fracti, ad Dei amorem redeunt, atque à præſentis vitæ deſideriis corriguntur, illi non niſi compulſi intrant.* Ejuſdem quoque ſententiæ Hugo Cardinalis fuit; dum ait: *Dominus quoſdam compellit, quos ſcili. et adverſitate vel infirmitate, vel paupertate, vel tentatione ad pœnitentiam vocat*; adducitque illud S. Auguſtini dictum. *Vel x neceſſitas, quæ nos ad meliora compellit*; Deus etenim interdum noſtris ſe opponit conſiliis & conatibus, vel, ut ſpem conceptam, aut longæ alicujus ſervitutis merita amittamus, efficit, ne proſperemur in hac vita: diverſa nobis in viam, quâ tendimus, impedimenta objicit, ne ad concupitam pertingere valeamus carnalem delectationem; vel etiam in pœnam illius incurabili nos infirmitate punit: *Sepiam viam tuam ſpinis*, ut à malis viis noſtris redeuntes & reſipiſcentes, ad hanc æternæ beatitudinis cænam aditum habere valeamus: *Imple facies eorum iguominiâ, & quærent nomen tuum Domine.*

Dion. Carth.

S. Greg.

Gloſſa.

Hugo Card.

Oſe. 2. 6.

Pſ. 82. 17

12. Adhæc S. Auguſtinus obſervat, quòd Paterfamilias quoad primos invitatos ſervis ſuis juſſerit: *Introduc huc*, non verò item quoad ultimos; ſed circa hos præcepit, dicens: *Compelle intrare; ta ſignificata ſunt Eccleſiæ primordia adhuc creſcentis, ut eſſent vires etiam compellentis.*

S. Aug. ſer. 204.

13. Verbum hoc, inquit Janſenius, *Indicat ardens deſiderium, & ſummam liberalitatem Domini, cupientis ſuas delitias quamplurimis communicare*, vult enim, ut ità dicam, vim nobis inferre ad recipiendos & acceptandos ejus favores & gratias.

14. Idem quoque in hiſce verbis denotatam eſſe conſiderat prædicationis Evangelicæ efficaciam: *Quæ effectura erat, ut Ethnici, qui belluino potius quàm humano more degebant, tam ſubitò, ac in tanta multitudine ad tantam Philoſophiam eveherentur, ut videri poſſint coacti, & vis quædam illis illata*, 1. Cor. 2. v. 4. *Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis ad Theſſal. 1. v. 5. Evangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantùm, ſed in virtute, & in Spiritu ſancto, & in plenitudine multa.* Motiva porrò, quæ illos conſtringebant ad credendum in Chriſtum, ſeu quod idem eſt, ad acceptandam hanc cænam, multa erant. Idem Janſenius ex illis multis pauca quædam enumerat, dicens: id factum eſſe: *In miraculorum operatione, in prædicationis & doctrinæ aſſiduitate & conſtantia, in vitæ ſyncertitate & integritate. Compulſio iſta*, inquit Albertus Magnus, *fit virtute veritatis*, noſtræ etenim fidei veritas valde evidenter apparebat. Unde Propheticum illud verificabatur oraculum: *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis*, huic quoque jungebatur legis, quæ annuntiabatur, intemerata ſanctitas: *Lex Domini immaculata convertens animas, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans parvulis.* Valde etiam efficax ad credendum motivum erat omnium prædicatorum Apoſtolicorum mutua inter ſe unio & concordia, exemplaritas item & heroicarum virtutum, quæ in illis eminebant, ſpecimina, & ſpecialiter unitas dogmatum, quæ omni in loco

1. Cor. 2. 4.

1. Theſſ. 1. 5.

Janſen.

Alb. M.

Pſ. 92. 5.

Pſ. 18. 8.

prædicabant ac denique sanguis qui passim ab innumeris effundebatur fidelibus, ad ejusdem, quam annuntiabant, fidei veritatem testificandam.

Dion. Cart. 15. *Compelle, &c.* id est, ut Dionysius Carthusianus explicat. *Quasi importunè, & per comminationis damnationis æternæ instiga illos, ut convertantur, prout ait Apostolus: Prædica verbum opportunè, &c. Argue, obsecra, increpa, &c.* S. Bonaventura pariter sic exponit: *Compelle comminatione æternorum suppliciorum, & offensione præsentium.*

S. Bonav in Luc. 2. Tim. 4. 2.

Theoph. 16. Theophylactus à Glossa citatus, eos, qui ad cœnam invitati erant, pauperes & egenos fuisse considerans, hoc inde elicit salutare monitum: *Docet nos parabola hæc simplicibus, pauperibus, & debilibus potius, quàm divitibus dandum; discimus & aliud, debere nos esse sacros & liberales ad pauperum susceptionem, atque etiam ita nolentes cogamus eos ut participes fiant bonorum nostrorum.* Discipuli qui in Emaus contendebant Salvatorem, quem pauperem peregrinum esse existimabant, invitarunt, ut se, unà cum ipsis manducando, reficeret: *Et coëgerunt illum dicentes: Mane nobiscum Domine;* Hujus autem hospitalitatis, eidem suavi quadam cum violentia exhibitæ fructus fuit, quia *Cognoverunt eum.* Ubi sanctus Gregorius ait: *Ex quo nimirum exemplo colligitur, quia peregrini ad hospitium non solùm invitandi sunt, sed etiam trahendi.*

Luc. 24. 29.

S. Greg. hom. 13. in Evan.

Ut impleatur domus mea.

S. Bonav serm. 2. in hac Dom. Pſ. 109. 6. 17. Sanctus Bonaventura ait: *Domus Domini implebitur, quando ruinæ Angelorum implebuntur. Psalm. Implebit ruinas;* citatque sanctum Bernardum, qui animas ad beatam hanc cœnam hisce verbis invitat: *Currite fratres, currite, nam non solùm Angeli, sed ipse creator Angelorum vos exspectat; nondum plena est domus, adhuc exspectantur, de quibus nuptiæ impleantur.*

Alb. M. 18. Albertus Magnus immensam Dei nostri ad communicandum bona sua æterna aviditatem, his verbis ponderat: *Hoc totum studium, tota cura est istius magni Patrisfamilias, ut bonis suis non solus perfruatur, sed multi. Psalm. 64. Replebimur in bonis domus tuæ.* *Pſ. 64. 5.*

Versus 42.

Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Dico autem vobis.

Alb. M. 1. *Hoc est,* ait Albertus Magnus: *Ego qui sum veritas hoc dico, unde alibi dicitur, quod juravit. Psalm. 94. Quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* *Pſ. 94. 11.*

Nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Lyran. 2. Non est hoc ita intelligendum, quasi nullus ex Judaismo futurus sit salvus, inquit Lyranus; *Sed quia pauci comparativè sicut communi modo loquendi dicitur: Nemo est in Ecclesia, vel in foro, quando sunt ibi pauci. Pauci simi enim de Judæis,* inquit Albertus Magnus, *gustaverunt, ita quod numerum inter vocatos non fecerunt.* *Alb. M.*

V. Bed. 3. *Valde est tremenda sententia,* inquit Venerab. Beda, *Ecce per se vocat, per Angelos vocat, per pastores vocat, aliquando per mundi hujus prospera vocat, aliquando per adversa;* ac tandem concludit, hoc nobis saluberrimum monitum tradens: *Nemo contemnat, ne, dum vocatus excusat, cum voluerit intrare non valeat;* nam in Proverbiis dicit: *Vocavi & renuistis, ego quoque in interitu vestro ridebo.* Multi sunt adeo impii homines, qui nonnunquam ad tantam perveniunt impudentiam, ut etiam ipsas res fidei in ludibrio habeant, rideantque illos, qui in timore Dei integerrimè vivunt; In eodem quoque Proverb. capite DEUS protestatur, dicens: *Tunc invocabunt me, & ego non exaudiam, mane consurgent, & non invenient me.* Stultæ Virgines Evangelicæ, magna quidem cum instantia & contentione

Prov. 1 23.

Prov. 1. 28.

ne precum, ad nuptias admitti rogabant, sed dictum illis fuit: *Nescio vos*, ostumque repererunt firmiter obseratum: *Causa est Janua.* Matt. 25 10.

4. Unum ex atrocioribus tormentis, quæ damnatis inferenda sunt, erit non solùm pœnarum infernalium atrocitas & æternitas, sed quod ab hac cælestis gloriæ cœna semper excluſi remanebunt; quam pœnam Isaias hisce verbis prædixit: *Ecce servi mei comedent, & vos esurietis; ecce servi mei bibent, & vos sitietis; ecce servi mei lætabuntur, & vos confundemini.* De iisdem quoque David scribit: *Famem patient ut canes.* De facto jam elapsi sunt anni mille sexcenti & amplius, à quibus dives epulo unicam duntaxat suspirat aquæ stillulam, quam tamen in æternum non obtinebit. Isa. 65. 13 Ps. 58. 7

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Ex Lucæ Cap. 15.

V. 1. *Erant appropinquantes ei Publicani & peccatores, ut audirent illum.* 2. *Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* 3. *Et ait ad illos parabolam istam, dicens.* 4. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam?* 5. *Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos, gaudens.* 6. *Et veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem, quæ perierat?* 7. *Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia.* 8. *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & evertit domum, & quærit diligenter, donec inveniat.* 9. *Et cum invenerit, convocat amicis, & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram.* 10. *Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei, super uno peccatore pœnitentiam agente.*

Verſus 1.

Erant appropinquantes ei Publicani & Peccatores, ut audirent illum.

Erant appropinquantes.

1. Ex quo, ut habet axioma à Spiritu ſancto Pſalmiſtæ dictatum, *Longè eſt à peccatoribus ſalus*, quomodo igitur ſanctus Lucas aſſèrere potuit: *Erant appropinquantes, &c.* Pſ.118. 15.

2. Salmeron ſuper hæc verba, ita reſpondet: *Ad Jeſum accedere, non eſt peccatoris, ut talis eſt, quemadmodum nec tenebrarum eſt accedere ad lumen, vel infirmitatis ad ſalutem.* Prius Deus peccatori, per gratiam excitantem & auxilia ſua, appropinquat, ut peccator ad ipſum appropinquare poſſit: *Quòd ergo venirent ad Jeſum, Dei trahentis erat, qui bonam naturam, & à ſe conditam, per ſpiritualem quandam ſuavitatem, & internam dulcedinem juvantibus Angelis, & ipſa lenocinante humanitate ad Jeſum invitabat.* Salmer. tr.25.t.7

3. In libro Judith dicitur: *Et nunc fratres, quoniam vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum.* Quis obſecro adeo futurus fuiſſet præſumptuoſus & arrogans, ut Deo irato milleniſque modis à nobis offenſo auderet appropinquare? maximè cum de ipſo legamus: *Circa cardines cæli perambulat*; ut igitur peccatoribus facile eſſet peccatorū ſuorū accipere veniam, diſpoſuit, ut appropinquemus ad ipſum, ad ſacerdotes, qui ipſum repræſentant, appropinquando. *Ne dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cœlum?* Ad hoc enim non adſtringimur. *Sed quid dicit ſcriptura? Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Etenim Deus noſter per peccatorum veniam vicinissimus nobis eſt, & proximè adſtat; in corde quidem, per viam contritionis, in ore verò per confeſſionem ſacramentalem: *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Judith. 8. 21. Job.22. 14. Rom.10. 10.

4. Hugo Cardinalis ait: *Appropinquantibus autem Chriſto, corde & corpore, veniam poſtulando, approprinquat & ipſe, gratiam infundendo.* Lyranus hanc approximationem fieri dicit, per conceptum à peccatore emendationis & reſipiſcentiæ propoſitum: *Ex propoſito emendationis vitæ.* Salmeron ait: *Appropinquabant peccatores Deo per pœnitentiam, & Chriſtus eis appropinquabat per gratiam.* Lucas Burgenſis monet, ne quiſpiam ſibi perſuadeat. Publicanos & peccares ad Salvatorem appropinquaſſe, veluti ad vitiorum & ſcelerum ſuorum fautorem: *Non acceſſerunt ad Jeſum, ut ad fautorem ſcelerum ac peccatorum ſuorum, ſed ut agroti ad medicum, ut ſanarentur.* Hugo Card. Lyran. Lucas Burg.

5. Sanctus Auguſtinus illos ad Salvatorem, per eius imitationem & ſimilitudinem appropinquaſſe dicit: *Proquinquare illi, eſt ſimilem illi fieri, recedere ab eo, diſſimilem illi fieri.* S. Aug. in pſ. 34.

Et.

6. Peccatores ſub tenebris in abyſſum inferni abeunt; peccata enim per tenebras figurantur. *Abjiciamus opera tenebrarum*, ad haſce autem tenebras depellendas neceſſarium eſt, appropinquare ad lucem illam, quæ eſt *lux vera, quæ illuminat omnem hominem*; ac proinde ſaluberrimè David monebat: *Accedite ad eum & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* Rom. 13. 12. Ioan.1.9. Pſ.33.6.

7. S. Jacobus Apoſtolus hoc quoque nobis ſuggerit conſilium: *Appropinquate Deo, & ipſe appropinquabit vobis*; quiſnam autem in hac appropinquatione modus obſervandus ſit, immediatè poſt declarat, dum ait: *Emundate manus peccatores, & purificate corda*; & quidem ly *corda*, hoc loco non vacat myſterio, ſiquidem neceſſum eſt, ut per dolorem & contritionem internam à nobis emundetur conſcientia, unde olim de quibuſdam populi ſui conquerebatur, per os Iſaiæ ita dicens: *Appropinquat populus iſte ore ſuo, cor autem ejus longè eſt à me.* In Zacharia legimus: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Jac.4. v.8. Iſa.29.13 Zach.1.3

8. Et quidem nos, qui ſumus peccatores in lege gratiæ, hanc habemus præ cæteris veteris legis peccatoribus prærogativam, quòd Chriſtus ſuum de facto ſanguinem fuderit, id quod illo tempore non ſum factum fuerat; & tamen ut S. Hieronymus teſtatur; *Abſque cruore Domini Jeſu, nemo appropinquat Deo.* S.Hier. cap.2.ad Epheſ.

Publi-

Publicani & Peccatores.

9. Ecce tibi ſocietatem, famulitium & comitatum, de quo ſingulariter ſublimis ille Monarcha gloriatur, in cujus femore ſcriptum legitur: *Rex Regum, & Dominus dominantium*; qui in eo ſuam præcipuè omnipotentiam manifeſtat, quòd titiones inferni in Seraphinos tranſmutet Paradiſi: *Glorificabit me beſtia agri, dracones, & ſtruthiones*, id eſt, ut Lyranus exponit: *Illi, qui ante converſionem beſtialiter & crudeliter vivebant.* Enormiſſimi peccatores tandem converſi, maius obſequium & gloriam attulerunt Deo, de quo nos eum Eccleſia Dei proteſtamur: *Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miſerando manifeſtas.* Et ideo Dei filius, ut ſuum de morte, peccato & inferno gloriosè reportatum triumphum, glorioſiorem efficeret, magiſque conſpicuum; latronem quendam converſum ſecum conducere voluit, quem præ cunctis aliis regni ſui participem effecit: *Hodie mecum eris in paradiſo; non conculcans paradiſum iſtius pietatis opere, ſed honorans*, ait S. Auguſtinus, *& illuſtrans: honor namque Paradiſi eſt, talem habere Dominum, qui etiam latronem dignum facere poſſit Paradiſo deliciarum*; & ideo ſceleratiſſimi peccatores tandem ad pœnitentiam reducti, regni ejus principes atque magnates exiſtunt.

Iſa. 43. 20. Lyr. ib. Luc. 23. v. 43. S. Aug. ſerm. 1. de cruc & latr.

10. Sciendum quoque eſt, quòd Chriſtus in hoc eodem capite, præter duas parabolas Paſtoris & mulieris, drachmam ſuam amittentis, aliam quoque tertio loco de filio prodigo adjiciat, idque, ut S. Ambroſius advertit: *Ut triplici remedio provocati, vulnera noſtra curemus, Deus Pater, Chriſtus Paſtor, mulier Eccleſia: Chriſtus ſuo corpore vehit, qui ſua in ſe peccata ſuſcepit; quærit te Eccleſia, recipit Pater.*

Ut audirent illum.

11. Ecce tibi finem, quem habuêre, qui ſequebantur Chriſtum, nimirum ut aures, & multò magis cor divinæ ejus voci, diviniſque inſpirationibus aperirent, non enim ſequebantur illum ad continuandam culpam, ſed ad conſequendam veniam: *Non ob curioſitatem audiendam, ut malli*, inquit Salmeron, *nec ob malitiam, ut caperent eum in ſermone, quemadmodum Phariſæi, ſed ut audirent ad ſalutem*: quem proinde finem adeò rectum Cajetanus in hominibus, antea impiis & ſceleratis, maximopere admiratur: *Sanctus finis*, inquit, *ac impertiendus omnibus.*

Salmer. ibid. Cajet.

12. Valde admirandos, in ordine ad impiorum converſionem, verbi Dei in ſacra Scriptura legimus effectus. Pſalmiſta inquit: *Miſit verbum, & ſanavit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum*; & apud Jeremiam Deus dicit: *Nonne verba mea quaſi ignis ſunt, & quaſi malleus conterens petras?* Famoſa eſt illa Poëtarum fabula, in qua refertur, quòd Amphion harmoniæ ſuavitate, ad ædificanda Thebarum mœnia ligna, ſilices & marmora poſt ſe traxerit: ſed ſolidior longè eſt veritas illa Catholica, qua civitatem Dei ex lapidibus, id eſt, animabus, lapidis inſtar in peccatis ſuis induratis, demum verò in virtute vocis Dei ad pœnitentiam reductis, ædificatam eſſe novimus: *Conſtruitur in cœlis vivis ex lapidibus*, canit de cæleſti Jeroſolyma ſancta mater Eccleſia. Et S. Petrus ait ad Chriſtum: *Verba vitæ æternæ habes*, quod liquidò ſatis, in hiſce viſum eſt verum eſſe Publicanis, ſiquidem hi in unico momento, ad unicam Chriſti vocem tranſmutati ſunt in Apoſtolos: *vidit hominem ſedentem in telonio & ait illi: Sequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum.* Similiter alius ille Publicanorum Princeps, ejuſdem Chriſti vocem vix audierat, dicentis: *Deſcende*, cùm ecce repentè factus eſt ſanctus, non ſolùm ipſe, ſed & univerſa familia ejus: *Hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt, venit enim filius hominis quærere, & ſalvum facere, quod perierat.*

Pſ. 106. v. 20. Jerem. 23. v. 29. Joan. 6. v. 69. Matt. 9. 9. Luc. 19. 9.

Verſus 2.

Et murmurabant Phariſæi & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Et murmurabant Phariſæi.

1. Phariſæi, totius univerſitatis populi Dei melior pars erant, ad eum ferè modum,

quomodo inter nos Religiosi, maximè reformati, esse solent, & tamen murmuratores facti sunt, & quidem quod maximè in iis repræhensibile erat, adversùs eum, qui verus Dei filius erat, murmurabant: *Posuerunt in cœlum os suum*, quia sanctissimum illius opus calumniabantur, quale erat, animas errabundas in statum salutis reducere. *Tanta hujus mali libido mentes hominum invasit*, scribit ad Celantiam S. Hieronymus, *ut etiam qui procul ab aliis vitiis recesserunt, in istud tamen, quasi in extremum diaboli laquem incidant.* De quibus proinde Chrysologus quoque dicit; quòd fuerint *Non minùs invidi, quàm superbi*; & quidem utraque hæc passio adeo eos excæcabat, ut intelligere nequiverint, quod murmur illorum simile fuerit, ac si quis murmuraret contra medicum, quòd visitet infirmum; vel adversùs divitem, eò quòd subveniat pauperi & egeno: *Malitiam de Dominica bonitate capiebant, de pietate Dei impii reddebantur, fiebant de Christi miseratione crudeles sumebant de cœlesti curatione languorem, & pœnitentium veniam vertebant Judicis in reatum.* S. Bonaventura malis proprium esse dicit, quòd per operum bonorum ab aliis patratorum conspectum, crescat eorum malitia: *Mors est impiis impietatem suam augere de visis operibus pietatis.*

Ps. 72. 9.

S. Hier. ad Cel.

S. Chrys. ser. 168.

S. Bonav. in Luc.

2. Lucas Burgensis hanc murmurationem apud populum, qui Christum sequebatur, clam contra eundem factam esse dicit: *Id repræhendebant, quod laudare oportebat, & gratulari peccatoribus pœnitentiam.* Didacus Stella eorum, qui indignitate positi sunt, proprium esse observat, quòd scopus sint, in quem aliorum murmurationes collimant, adducitque pulchram S. Hieronymi in prologo libri Job, authoritatem, dicentis: Nullus utique contra me murmuraturus esset: *Si fiscellam junco texerem, aut palmarum folia complicarem, sed qui munera ardua exercent, multorum detractionibus sunt obnoxii.*

Did. Stell.

3. Observat S. Ambrosius: benignissimum Salvatorem pati potiùs voluisse, ut Pharisaica malitia sinistrum de se illis conceptum imprimeret, quàm ut ipsemet à benefaciendo, & peccatoribus recipiendis desisteret: *Periclitari magis judicium, quàm affectum voluit.*

S. Ambr. l. 5. nc. 6. Luc.

4. Chrysologus superciliosis & passionatis hisce Pharisæis, ipsorum improperat ignorantiam & cæcitatem; dicit enim: *Pharisæus, non quales venerant, sed quales redibant, videre debuit; certè Paulum; quem persecutorem miserant, prædicatorem videant mox rediisse recipit peccatores Deus, sed Deus peccatores esse non sinit, quos recipit, peccator Deum non violat appropinquans, Deus peccatores sanctificat*; facilè decipimur murmurando de rebus vel factis, quæ pondere sanctuarii trutinata opera videntur esse virtuosa & meritoria; cui accedit alia ejusdem nervosi Doctoris in alio quodam sermone expressa sententia, dicentis: *Quo modicus nisi ad ægrotum? Ubi anhelus pastor, nisi ad ovem perditam? Qui pretiosam perdidit margaritam, loca squalida non dedignatur intrare.*

Chrysol. ser. 168.

Quia hic peccatores recipit.

5. S. Bonaventura ait: *Ad affabilitatem colloquii & familiaritatem convivii, in quo volebant ipsum redarguere, tanquam fautorem multorum, & contemptorem præceptorum.*

S. Bonav.

6 Salmeron distinguendo ostendit, quonam modo cum impiis licitè quis conversari valeat, nimirum non ut illos in peccatis foveat, nec cum periculo coinquinationis, qua ab eadem ipsorum pice inficiantur, hoc enim idem esset, ac si ab infirmo, qui curandus erat, ejusdem contrahatur infirmitatis contagium, multò minùs cum illis conversari quis potest, qui ab illis grave patitur scandalum: *At verò cùm talis quis est, ut non polluatur macula aliena, sed potius id agit, ut à macula contracta purget, & sine scandalo, profecto bene facit, & charitatem Evangelicam profitetur.* Sciendum tamen est, nequaquam convenire, ut quis se periculo exponat, qui minimè radicatus est in virtutum praxi & studio. Deus quidem populi sui malitiam penitissimè cognoscebat, dum Ezechielem ad illius correctionem submitteret: veruntamen eidem Prophetæ dixit: *Domus Israel attrita fronte est, ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum.* Sic quoque Jeremiæ, quem, ut conversando cum illis, eosdem converteret, ipsemet miserat, omnem perversionis & corruptelæ suæ metum

Salmer. ibi. t. 7. tr. 35.

Ezech. 3 v. 7. & 8

merum deponere juſſit dicendo: *Convertentur ipſi ad te, & tu non converteris ad eos.* Jerem. 15. v. 19. Ariſtippus ab antiquis Philoſophis quod in domibus hominum divitum & opulentorum, crebrò nimis videretur, objurgatus; Medicis domus illas crebrrimè viſitandas eſſe reſpondit, in quibus languent infirmi, tametſi illas ſine ullo contagionis contrahendæ periculo viſitent. etenim qui virtute & vitæ perfectione conſpicui ſunt, cujuſmodi illi eſſe debent, quibus animas ad pœnitentiam revocare *ex officio* incumbit, extra omne poſiti ſunt perverſionis periculum, eò quòd Deus illis tanquam protector potens aſſiſtat.

Cajet. 7. Ex hoc, inquit Cajetanus *Magna Jeſu comitas relata ad fructum verbi divini ſignificatur*; egregius namque fructus, quem Chriſtus ex prædicatione ſua reportavit, fuit peccatorum converſorum & pœnitentium ad eum confluens, & ab ipſo perbenignè recepta turba.

8. Inter alias cauſas, ob quas Redemptor potiùs ad Crucem affigi, quam aliud ſupplicium ſubire elegerit, una hæc eſt, ut ſcilicet brachia ſua ad peccatores excipiendos & amplectendos extenſa & latè expanſa haberet, nobiſque per hoc inſinuaret, quòd Iſa 59. 1. *Non eſt abbreviata manus Domini, ut ſalvare nequeat*; ſuper quæ verba Oleaſter ita ſcribit: Oleaſt. ibid. *Quæ enim major poteſt eſſe miſericordia, quàm manum ſemper extenſam habere ad levandum & dandum*; & quidem clavis in crucem ſuffigi voluit, ut illas ad nos recipiendos & amplexandos, ſemper haberet extenſas & apertas, eaſque utpote inclavatas, nunquam poſſet claudere.

Et manducat cum illis.

Chryſol. ſerm. 30 9. Chryſologus hic ait: *Venit ad convivium vitæ, ut ſecum faceret convivere mortuos*; porro Redemptor noſter poſt duas haſce parabolas, aliam protinùs ſubintroduxit de filio prodigo, qui à parente peramanter ſuſceptus, lauto inſuper convivio honoratus fuit: *Occidite vitulum ſaginatum.* S. Bernardus proinde ait: *Cibus ejus pœnitentia mea.* Quando Apoſtoli Chriſto in converſione Samaritanæ peccatricis laborandi, prandium in urbe Samariæ coëmptum attulerunt, ipſe manducare faſtidiens ſe excuſavit, dicendo: *Cibum habeo manducare, quem vos nescitis*; ubi D. Chryſoſtomus ait: *Hominum ſalutem hic cibum vocavit, oſtendens, quantum deſiderium habeat noſtræ ſalutis, ſi ut enim nobis concupiſcibile eſt comedere, ita ei ſalvare nos*, ac proinde nulla potuiſſent Chriſto apponi fercula deliciatiora aut lautiora, quàm illa, quæ eidem à Publicanis apparabantur. Unde Didacus Stella, tractans de Simone Phariſæo qui Chriſtum commenſalem ſuum habebat, ita ſcribit: *Phariſæus invitat Chriſtum, ſed ecce mulier ſtetit ad paſcendum, & epulandum Chriſtum*; ſed dices fortaſſè, ubi ergo ſunt miſſus & fercula? ubi cibi invenientur à Magdalena allati? nimirum *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus*, hæc erant paradiſi nectar & ambroſia, quam guſtabat: *Neque enim accubuit pocula ſoporata melle floribus odorata ſumpturus*, inquit Chryſologus, *ſed pœnitentis lachrymas ex ipſis oculorum fontibus potaturus*; *Dus delinquentium gemitus eſurit, ſitit lachrymas peccatorum.* Albertus Magnus ſuper hæc verba ſcribens, illum Pſalmiſtæ textum adducit: *In voce exultationis & confeſſionis ſonet epulantis*, quem ad propoſitum noſtrum adaptans, ſubjungit: *Qui exultat in converſione & pœnitentia peccatoris.*

Luc. 7. 38. Chryſol. ſerm. 93. Alb. M. Pſ. 41. 5.

Verſus 3.

Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens.

1. Dominus noſter, qui murmuratores illos acerrimè increpare debuiſſet, econtra injuriam ab iis acceptam diſſimulando, cæleſtem & ſalutem ſuam doctrinam iisdem communicavit: *Benignus Magiſter* inquit Albertus Magnus, *etiam ingratis inſerens ſuas illuminationes.* Joan 1. *Lux in tenebris lucet quando etiam tenebroſos illuminat.* Didacus Stella ſimiliter ad bonitatem divinam ſeſe reflectens, quæ bonum pro malo reddere voluit, ſimilem habet conſiderationem dum ait: *Diligenter conſiderandum, qualem, quantamque doctrinam Dominus noſter Chriſtus & Redemptor à Phariſæorum murmurationibus eliciat, quo enim malitia humana magis reſcit & augetur, eo divina miſericordia effuſius abundat.*

Alb. M. Joan. 1. v. 5. D. d. Stell.

2. Porro qualem Chriſtus in hujus parabolæ

S. Bern. ſerm. 11. in Cant. Luc. 15. v. 23.

Janſen. c. 94. conc. rabolæ propoſitione finem habuerit, Janſenius his verbis declarat, dum ait: *Ut intelligerent omnes, quanta cura peccatores ſint ad reſipiſcentiam invitandi, quantaque benignitate recipiendi, cùm reſipiſcunt.*

Verſus 4.

Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & ſi perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam?

Quis ex vobis homo.

Hugo Card. 1. Hugo Cardinalis exiſtimat, Chriſtum, ſapientiſſimum Magiſtrum noſtrum, hanc parabolam adduxiſſe in medium, non ſolùm ut peccatores animaret ad pœnitentiam, verùm etiam ut Phariſæorum faſtum & ſuperbiam reprimeret, utpote qui *Dicentes, proximos errare, dedignabuntur à via erroris eos revocare.* Hos igitur hac parabola perſtringit, in qua illis oſtendit, quænam eſſe debeat boni Paſtoris erga commiſſum ſibi gregem charitas & ſollicitudo; ſiquidem is reliquum gregem dimittit, ut ovem perditam recuperaturus inſequatur, eamque inventam & in humeros ſuos ſublatam, ad ovile perducit. *Qua ſimilitudine ipſis indicare voluit*, inquit Hugo *quod longè magis ipſi debent proximos errantes revocare.*

Hugo Card.

S. Bonav in Luc. 2. S. Bonaventura ſuper illa verba: *Quis ex vobis*, &c. dicit: *Homo iſte inter homines eſt Dei filius, oves iſtius hominis, ſunt rationales creaturæ.*

Qui habet centum oves.

Gloſſa. S. Greg. in cat. 3. Gloſſa in hoc numero centenario perfectionem agnoſcit: *Deus centum oves, id eſt, perfectum numerum habuit, cùm Angelorum & hominum ſubſtantiam creavit, ſed una periit, quando homo paſcua vitæ peccando reliquit.* Similiter S. Gregorius ait: *Una oves tunc periit, quando homo peccando paſcua vitæ reliquit; in deſerto autem nonaginta novem remanſerant, quia rationalis creaturæ numerus, Angelorum videlicet & hominum, qui ad videndum Deum conditus erat, pereunte homine erat imminutus: unde ſequitur: Nonne dimittit, &c. quia ſcilicet Angelorum choros reliquit in cælo. Tunc autem homo cælum deſeruit, cùm peccavit, & ut perfecta ſumma ovium integraretur in cælo, homo perditus quærebatur in terra.*

Hugo Card. 4. Hugo Cardinalis per hunc hominem, Filium Dei, hominem factum intelligit, cujus grex integer tum ex Angelis, tum ex nobis conflatur, qui omnes in hoc centenario numero congruè figuramur, utpote qui ſupra nonaginta novem adhuc unum complectitur. Porrò nonaginta novem oves, ſunt novem chori ſpirituum Angelicorum, qui numerum quendam innumerabilem conſtituunt; una autem reliqua, eſt natura humana: *Deſerti nomine ſignificatur cælum, quia ab Angelo peccante derelictum.* Ex his centum ovibus una deperiit, quando homo prævaricatus fuit; quæ ovis perdita ut inveniretur, filium Dei de cælis deſcendere neceſſum fuit: *Figuram Chriſti expreſſit*, inquit de hoc Paſtore Evangelico S. Iſidorus, *qui relictis millibus Angelorum in cælo, ovem, quæ perierat in Adam, ut bonus Paſtor, quæſitam in gentibus reperit, atque crucis ſuæ humeris ad paradiſum reportavit.*

S. Iſidor. in lib. allegor.

Theoph. in gloſſ. 5. Theophylactus per nonaginta novem oves, quæ ſub ducatu & cuſtodia Paſtoris ſtabiles permanſerunt, animas juſtas per ovem verò errabundam, peccatorem intelligit: *Juſtos dicit per oves nonaginta novem, & peccatorem per unam*; & quidem ſimilitudo iſthæc ob varias analogias aptiſſima ſanè eſt: etenim ovis perdita, per ſe ad ovile redire neſcit, neque viam, qua domum versùs eatur, ut alia animalia, novit, idem quoq; peccatori accidit, hic enim ex ſe quidem in peccatum labitur, & à via recta per devia & avia inter montium prærupta aberrat, ſe tamen in viam rectam denuò recipere ignorat, niſi Deus compaſſione erga eandem motus, auxilietur ei: *Exte perditio tua, tantummodo in me auxilium tuum; Erravi ſicut ovis quæ periit*, dicebat David in peccatum collapſus, *quære ſervum tuum.* Ovis, quæ à grege ſe diſgregat, multa pericula incurrit; ſiquidem per montium prærupta, arduaque præcipitia divagatur: idem quoque peccatori contingit, quia ut S. Gregorius ait: *Peccatum, quod pœnitentia non diluitur, ipſo ſuo pondere mox ad aliud trahit; abyſſus*

Oſe. 13. 9. Pſ. 118.

S. Greg. l. 25. mor. c. 9

ſus abyſſum invocat. Ovis perdita & errabunda valde periclitatur, ne lupis in prædam cedat, quippe quæ nec Paſtorem habet, nec canes, qui eam defendant, ipſaque de ſe inermis eſt & imbellis, utpote quæ nec cornua habet, ut taurus, nec ungues ut leo, nec ſicut urſus dentes, nec venenum habet, ſicut ſerpentes: eodem quoque modo peccator præda fit lupi infernalis; unde David ait: *Dixerunt inimici mei mihi, conſilium fecerunt in unum, dicentes: Deus reliquit eum, perſequimini & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat, Deus ne elongeris à me.* Præterea ſicut ovis perditur, quando aliarum deſerit ſocietatem: eodem modo anima ut plurimum à via bona deflectit, quando à bonorum conſortio recedit; ita S. Thomæ evenit, quando à Collegio Apoſtolico ſe ſequeſtravit; nec non & S. Petro, quando ſequebatur eum à longè, ſeque diſcurſibus & converſationi cum Caiphæ ſervis immiſcebat.

Pſ. 41. 8. *Pſ. 70. 10.*

6. Conſiderandum hîc eſt, quòd, tametſi nos à via recta declinemus, attamen benigniſſimus Salvator noſter, nos inter oves ſuas recenſere non dedignetur, quia ſalutis noſtræ ſpem ipſe nunquam deponit. Didacus Stella ait: *Diſcamus oves eſſe, ut Chriſtum habeamus Paſtorem.* Chriſtus autem non eſt Paſtor animalium immundorum, boum, leonum, vel aliarum ferarum ſimilium, ſed ovium tantùm. *Vide & tu, ut non ſis lupus per voracitatem, leo per rapacitatem, porcus per immunditiam, canis per mordacitatem, ſed eſto ovis per manſuetudinem, ſimplicitatem & obedientiam.*

Did. Stell.

Et ſi perdiderit unam ex illis.

7. Hugo Cardinalis pulchrè declarat, qualiter diſcretus & perbenignus hic Paſtor, majori erga unicam ſolam oviculam ſollicitudine prematur, quàm erga omnes; idque aptâ ſatis explicat ſimilitudine matris cujuſdam, quæ è decem filiis unum habet periculosè infirmantem: *Sicut mater decem habens filios, ſi decimus ægrotat, magis eſt ſollicita de eo, quàm de aliis novem, non tamen plus eum diligit; ideo diſtingue inter affectum charitatis, & effectum; non enim de affectu charitatis eſt, quòd de ægro magis eſt ſollicita, quin majori affectu diligat aliquos aliorum; de effectu tamen charitatis eſt, quia licet aliquos aliorum majori affectu charitatis diligat, charitas tamen id effi it, ut quia videt hunc ægrotantem, magis de eo ſit ſollicita.*

Hugo Card.

8. *Perditio ſit per peccatum*, inquit Albertus Magnus, *& per reatum, qui peccatum conſequitur, ad diaboli & inferni captivitatem.* Iſaiæ 53. *Omnes nos quaſi oves erravimus.* Euthymius ait: *Perditur rationalis ovis, cùm à divinis præceptis longè ſeparatur, invenitur autem, cùm per pœnitentiam reſipiſcit.* Salmeron hic optimè advertit, quòd hæc ovicula non per Paſtoris, qui vigilantiſſimus erat, negligentiam deperierit, quia *Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael*, ſed ex propria culpa amiſſa fuerit: *Perditio tua ex te Iſrael*; *Omnes nos quaſi oves erravimus*; *Et potiùs Deum homo amiſiſſe dici poteſt, cui infinitum eſt damnum; ille autem, etſi nos omnes pereamus, nihil perdit, Paſtor tamen hic adeo bonus eſt, ut celet iniquitates ovis, & in ſe ejus culpas tranferat.* Et ideo ſe ovem illam amiſiſſe ſimulat, neque illam per propriam culpam à grege ſuo aberraſſe dicit; unde ingens Dei erga nos amor colligitur, qui diſſimulat errores noſtros, eoſque abſcondit; *Charitas operit multitudinem peccatorum*: imò errores noſtros ſuper ſe ſumit, ſibique vendicat: *Peccata noſtra ipſe pertulit.*

Alb. M. *Iſa. 53. 6.* *Euthym.* *Salmer.* *Pſ. 120. 4.* *1. Pet. 4. 8.* *1. Pet. 2. v. 24.*

9. Dubium quoddam hoc loco naſcitur, ſcili. et cur Chriſtus univerſam naturam humanam, unius duntaxat oviculæ nomine, in ſingulari numero exprimat? *Dicitur homo una ovis*, inquit S. Bonaventura, *quia omnes ex uno homine proceſſerunt, in quo & peccaverunt*, juxta illud ad Romanos: *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit.* Chryſologus ſimiliter quærit *Quare non quatuor, quare non quinque, ſed unam?* De centum enim unam tantùm periiſſe dicit, cur non plures nec pauciores? *Ut oſtenderet non ex damno fuiſſe, ſed ex numero plus doloris, namque amiſſio unius totum diſiparverat centenarium numerum, totum ex dextera redegerat ad ſiniſtrum. Unus ſolus origo & cauſa fuit præcipitii & lapſus omnium aliorum.*

S. Bonav. in Luc. *Rom. 5. 12.* *Chryſol. ſ. 168.*

10. Ex hiſce verbis, imò ex totius hujus Evangelici decurſu, clarè ſatis deducitur, quanti Deus animas noſtras æſtimet; ſiquidem

dem pro unius ſolius ſalute, humanam operaturus fuiſſet redemptionem, ſi id neceſſù fuiſſet; & quidem hunc eſſe verum hujus parabolæ ſenſum ex eo ſufficienter colligitur, quod in S. Matthæo legimus, ubi poſtquam eandem Paſtoris ſimilitudinem Evangeliſta adduxiſſet, quòd ſcilicet ob unicam oviculam nonaginta novem oves deſeruerit, tandem concludit: *Sic non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis.* Janſenius quoque notat, quòd per ovem & drachmam, quæ in ſingulari numero perdita dicitur, non tota natura humana, ſed unus tantùm peccator intelligatur: *Quo ſatis ſignificatur per unam ovem, aut drachmam perditam ſe ſignificaſſe unumquemque peccatorem potiùs, quàm totam naturam humanam.* Tertullianus quoque ait: *Errat & una Paſtoris ovicula, ſed grex una charior non erat, una illa requiritur, præ omnibus deſideratur.* Non minori amore proſequebatur unam, nec minoris unam æſtimabat, quàm totum gregem, adeo unaquæque anima cauſam habeat, ſanctam quandam concipiendi vanam gloriam, dum videt quòd Deus, qui illam creavit & redemit, eandem quoque pari in pretio habeat, quo omnes Angelos beatos, vel quo omnes creatas animas. S. Thomas conſiderans ea omnia, quæ Deus pro omnibus ſimul operatus fuit, de anima ait: *Propter ſe ſolam quælibet anima reputat illa omnia eſſe facta*; eſtque hæc opinio conformis menti Apoſtoli, ad Galatas ita ſcribentis: *In fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*, ſuper quæ verba Os aureum diſſerens, hunc in modum exclamat, dum ait: *Quid facis ô Paule, cùm communia propriè tibi vendicas, quæque pro toto terrarum orbe facta ſunt, tibi facis peculiaria? Non enim dixiſti: Qui dilexit nos, ſed qui dilexit me?* Nunquid tu, ô Apoſtole, idem ipſe es, qui ad Rom. 8. ripoſti. *Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit?* Qui idem ad præſens propoſitum noſtrum optimè reſpondet, dicens: *Declarat hoc quoque par eſſe, ut quiſque noſtrum non minus gratias agat Deo, quàm ſi ob ipſum ſolum adveniſſet: neque enim recuſaturus erat, vel ob unam tantam exhibere diſpenſationem, adeo ſingulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem univerſum.* Hanc quoque veritatem S. Auguſtinus, ni fallor, meditabatur, quando ad Deum converſus, dicebat: *Ego ſum tui cauſa doloris, ego tua culpa occiſionis, ego tuæ mortis meritum, ego tuæ Paſſionis livor, tui cruciatus labor.* S. Bernardus quoque in ſermone quodam ſuper Cantica, id ipſum inſinuat, dicens: *Tradidit ſemetipſum pro me, quia eadem charitate, qua mortuus eſt pro omnibus, mortuus eſt pro ſingulis*: etenim ſi vel unicam ſolùm animam redempturus fuiſſet, non fuiſſet effuſurus vel unicam ſanguinis ſtillam minus eo, quem pro univerſo hominum genere effuderat, adeo ut cum Apoſtolo dici poſſit: *Eſt Deus omnia in omnibus.* S. Thomas ait: *Totum quod omnibus eſt impenſum, unuſquiſque debet ſibi adſcribere*; nec eſt quòd redemptionem omnibus communem fuiſſe dicas, quia unaquæque anima in particulari ex redemptione beneficium quoddam nacta eſt, adeo perfectum & integrum, ac ſi illius nullus præter ipſam alius factus particeps fuiſſet: *Quid enim intereſt, ſi & aliis præſtitit, cùm quæ tibi ſunt præſtita, ita integra ſunt, & ita perfecta, quaſi nulli alii ex his aliquid fuerit præſtitum.*

Mat. 18 v. 14. Janſen.

Tertull. l. de pœnit. c. 8.

S. Th. de beatit. opuſc. 63 c. 7.

Gal. 2. 20. Chryſ. ibid.

Rom. 8. 32.

S. Aug. c. 7. medit.

S. Bern. ſerm. 42. in Cant.

1. Cor. 15. v. 28. S. Th. 3. p. q. 1. a. 1. in reſp. ad tert.

Nonne dimittit nonaginta novem in deſerto?

11. *Hoc fecit unigenitus Filius Dei*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *dum cives cœleſtes, puta Angelicos ſpiritus in cœlo, quod homo deſeruit peccando, reliquit.* S. Bonaventura aliam aſſignat rationem, ob quam Paradiſum Dominus deſertum appellarit; dicit enim: *Quod deſertum fuit ab Angelis, & hominibus, & nullus jam ibi poterat introire.* Cajetanus ait: *Deſertum autem cœlum eſt ſeparatum omnino à turbis.* Albertus Magnus ait: *Deſertum eſt, ubicunque muni frequentia non eſt, in eis qui dicere poſſunt ad Philipp. 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Beda idem dicit: *Cur autem cœlum deſertum vocatur, niſi quòd deſertum dicitur derelium? Tunc autem homo cœlum deſeruit, cùm peccavit.*

Dion. Cart.

S. Bonav. in Luc.

Cajet.

Alb. M.

Phil. 3. 20.

12. Idem Venerabilis Beda obſervat, quòd in cœlorum deſerto nonaginta novem oves remanſerint, quando cœleſtis illis Paſtor, unam illam, quæ à grege declinarat, hîc in terris induſtriè ſectabatur, quia numerus creaturarum intellectualium, id eſt, Angelo-

Beda.

Angelorum & hominum, quæ ad fruendum Dei viſione creatæ fuerant, per hominis lapſum diminutus erat, ideoque *ut perfecta ſumma ovium integraretur in cælo, homo perditus quærebatur in terra.*

Et vadit ad illam, quæ perierat.

Dion. Cart. 13. *Non Angelum, non legatum miſit*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *ſed in propria venit perſona, aſſumptâ in unitate perſonæ naturâ humanâ, quæſivitque genus humanum, pro illius converſione, reductione, ſalvatione orando, prædicando, moriendo, miracula faciendo, Spiritum ſanctum mittendo, Apoſtolos, cæteroſque diſcipulos deſtinando; Eratis ſicut* 1. Pet. 2. 25. *oves errantes, ſed converſi eſtis nunc ad Paſtorem.*

14. Enim vero convenientiſſimè hoc loco quæri poteſt, quanam ratione boni Paſtoris prudentia, eiuſque erga gregem ſuum bonus affectus ſalvari poſſit, dum eundem in ſilva aliqua ſeu loco deſerto, mille periculis expoſitum deſerit, ut ovem unam perditam per tot adhibitos labores & ſudores quærere poſſit? Chryſologus ait: *Hæc parabola plus divinæ pietatis, quàm conſuetudinis humanæ loquitur, & exprimit veritatem. Magna relinquere, amare minora, Dei poteſtatis non cupiditatis humanæ, quia Deus & quæ non ſunt facit eſſe, & perdita ſic ſequitur, ut teneat ea quæ relinquit, & amiſſa ſic invenit; ut, quæ ſervata ſunt, non amittat; ergo non terrenus Paſtor ille, ſed cæleſtis.* *Chryſol. ſer. 168.*

S. Aug. in pſ. 128 15. Conſiderat S. Auguſtinus, hãc ovis perditæ induſtriam inquiſitionem, valde huic Paſtori arduam fuiſſe, ſiquidem hinc inde in corpore ſuo à vepribus & ſpinis diſcuſſus & laceratus fuit: *Propter ovem perditam Paſtor ejus nonaginta novem dimiſit in montibus, & eam quærens, Judæicis laceratus eſt vepribus.* Cajetanus ait: *Adventus ad quærendam ovem perditam, incarnatio eſt Filii Dei.*

Alb. M. 16. Albertus Magnus ly *Vadit*, ita in ſenſu morali explicat: *Vadit, paſſibus admonitionum, vocationum, promiſſionum, comminationum, viſitationum*, adducitque textum illum Ezechielis cap. 34. *Ecce ego ipſe requiram oves meas, ſicut viſitat Paſtor gregem ſuum.* *Ezech. 34. v. 11.*

Did. Stell. 17. Didacus Stella ad Paſtores & Prælatos Eccleſiaſticos ſe reflectens, efficax hoc ſtringit in illos argumentum: *Si Paſtor pro una ove errante tantum operæ ponit, ut rupes, montes & valles perturrat, quantum tu facere debet, quicunque animarum gerit, pro animæ ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatæ, Chriſtique ſanguine redemptæ?* S. Carolus id propria perſona per aſperas & vix pedem hominis ſuſtentantes, montium vias, manibus reptando, & in locis ſublimiſſimis, inter montium præruptas glacie & nivibus undique rigeſcentia, ut pedem in lubrica glacie figere poſſet, in calceis, ſubtus aculeis ferreis communitis, totoque corpore ſudore madidus, circuire Diœceſim ſuam ſolebat, ut perditam hanc oviculam ſtudioſè inquireret, quem proinde ſancta Eccleſia ſpeciali hoc encomio illuſtrat, quòd ſcilicet illum *Paſtoralis ſollicitudo glorioſum reddidit.* Idem quoque die quadam, Cardinalem quendam, Epiſcopali cura onuſtum, ad reſidendum in ſuo Epiſcopatu cohortans, cùm hoc ab eo retuliſſet reſponſum, pauculas illas animas, quas in Epiſcopatu ſuo recenſebat, à ſolo ipſius Vicario commodè & ſufficienter ſatis gubernari poſſe, dignam hanc tanto Prælato repoſuit ſententiam: Non ſolùm multa animarum millia, ſed etiam unica ſolùm anima, magni cujuſdam Paſtoris meretur præſentiam atque cuſtodiam. Porro inter alia honorifica epitheta & titulos, quibus ſapientia incarnata Epiſcopos & Prælatos Eccleſiaſticos condecoravit, etiam hic eſt, quo ſal terræ ſibi commiſſæ illos appellavit, dicens: *Vos eſtis ſal terræ*; ſal autem inter multas alias proprietates, quas habet, hanc quoque obtinet, quòd videlicet cibi alicujus, pro cujus condimento adhibetur, partes intimas penetret, quod tamen facere nequit, niſi totaliter prius in ſeipſo reſolvatur & colliqueſcat: eodem quoque modo Paſtor aliquis de numero illorum eſt, quales Chriſtus requirit, ad loca inacceſſa & alpeſtria diœceſis ſuæ penetrare & accedere debet, ut ovibus ſuis ibidem degentibus, doctrinæ, admonitionum, bonorum exemplorum, eleemoſynarum, aliorumque omnium, quæ ad ſpirituale & temporale gregis ſui bonum ſpectant, ſalutare condimentum adhibeat, ſemetipſum etiam, ſi ita poſtulaverit neceſſitas, per

L. 8. c. 3.

Matt. 5. 13

per labores, ſudores, curas & anxietates conſumendo, ſiquidem *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.*

Donec inveniat eam.

S. Bonav in Luc. 18 Deus etenim noſter pro ſalute animæ noſtræ laborare nunquam deſinit; unde S. Bonaventura ait: *Ad iſtam ovem, ſcilicet ad hominem ſalvandum, venit Deus, nec deſiſtit ab inquiſitione ante ſalutem*; & ideo, ut Salmeron ait, *Salmer. hiſce verbis ſignificatur perſeverantia quærendi.*

Verſus 5.

Et cùm invenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens.

S. Greg. Nyſſ. 1. S. Gregorius Nyſſenus opportunè circa hæc verba conſiderat, quòd benigniſſimus hic Paſtor, poſtquam oviculam hanc, propria culpa perditam invenit, eandem non caſtigarit, aut dirè tractarit, ſed ſumma cum benignitate exceperit: *Non punivit, non duxit ad gregem urgendo, ſed ſuper imponens humero, & portans clementer, annumeravit gregi*; & ideò ſaluberrimum eſt illud S. Ambroſii conſilium, quod omnibus, animarum regimini gerendo admotis ſuggeſſit, dum ait: *Qui ſtudet humanæ infirmitatis emendare vitia, ipſam infirmitatem ſuis debet ſuſtinere, & quodammodo penſare humeris, non abjicere, nam Paſtor ille Evangelicus laſſam ovem vexiſſe legitur, non abjeciſſe.* Chriſtus in hoc eodem capite S. Lucæ, filii prodigi, ut diximus, pro ſequitur parabolam, qui ſubſtantiam ſeu facultates ſuas cum meretricibus conſumpſerat, adeoque turpiter à Patre ſuo receſſerat, & tamen dum reſipiſcens ad Patrem revertitur, ne vel minimo verbo aſpero à Patre reprehenſus fuiſſe legitur, quin potiùs immenſo cum jubilo ab eodem receptus ſit, quia peccatoribus pœnitentibus pons ſternendus eſt aureus, ut a cedere auſint, & poſſint. Unde S. Ephrem ad præſens propoſitum noſtrum optimè ait: *S. Ephr. de pœnit. Cernis non primum, quod auſterum eſt, offerre peccantibus, verùm quod gratum ac placidum eſt, ſimulque ſuave ac facile, non mox jugum impoſuit, non temperantiam poposcit, non vigiliam demonſtravit, ſed à confeſſione ipſum appellavit, à levioribus duxit principia.* *Alb. M.*

2. Albertus Magnus per duos hoſce humeros, duo præcipua à Deo peccatoribus, in ſubſidium & fulcrum conceſſa, auxilia intelligit, ut iis innixi & ſuffulti, in pœnitentia firmiter perſiſtere poſſint. *Duo jumenta peccatorum, quorum unum eſt ſupportatio infirmitatum, & alterum eſt ſublevatio Sacramentorum: Ego quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis.* *Oſe. 11. 3.*

3. Didacus Stella Dei noſtri, in reducendis animabus in ſtatum ſalutis, longanimitatem conſiderans, idem eſſe exiſtimat, ovem hanc portare in humeris, quòd peccatores, donec emendentur, patienter tolerare: *In humeris portat, cum eorum mores & moleſtias patienter tolerat.* *Did. Stell.*

4. Redemptor noſter nondum lignum crucis conſcenderat, ideoque Paſſionem ſuam prædicendo, dicere voluit, quod omnia peccata noſtra humeris portaturus eſſet; unde Gloſſa ait: *Ovem in humeris poſui, qui humanam naturam ſuſcipiens, peccata noſtra ipſe portavit; unde humeri Chriſti, crucis brachia ſunt, illis peccata noſtra depoſuit, in illa nobili patibuli cervice requieſcit.* *Gloſſ. ord.* Cajetanus ait: *Impoſitio ovis in humeros, redemptio eſt humani generis in proprio corpore.* *Cajet.* S. Bonaventura authoritatem adducit S. Ambroſii, & dicit: *Humeri iſti, ut dicit Ambroſius, ſunt brachia crucis; in hos humeros ovem perditam impoſuit, quia ibi peccata noſtra portavit.* *S. Bonav in Luc.*

5. Porrò quanti unica duntaxat anima valeat, ab hac ove, quam hic paſtor humeris ſuis impoſuit, arguere licet. S. Bernardus ait: *Magnares anima, quæ Chriſti ſanguine redempta eſt*; quod coincidit cum illa D. Chryſoſtomi ponderatione, dicentis: *Unius animæ ſalus tanti eſt, ut ob hanc Filius Dei fuerit homo, tantaque patereatur.* Redemptor noſter verè eſt negotiator ille Evangelicus, qui bonas quærit margaritas, inventaque una dedit omnia ſua, ut eam ſibi comparet: *Inventa una pretioſa margarita, abiit, & vendit univerſa, quæ habuit, & emit eam*; Quodnam verò putas fuiſſe pretium, quod pro hac anima ſibi comparanda exſolvit? totum ſuum ſanguinem, animam denique & divinitatem ſuam, *Univerſa* *S. Bern. epiſt. 54. Chryſ. in gleſſ. ad c. 1. Act. Apoſt.* *Matt. 13. v. 46.*

qua

quæ habuit; huic animæ dat, quidquid habet, id eſt, regnum ſuum cæleſte, & ſemetipſum; neque hunc negotiatorem imprudentem, aut ſtatuum fuiſſe dicere poſſumus, ac proinde gemmæ hujus pretium aut valorem ignoraſſe: *Quia magnum*, inquit Sanctus Auguſtinus, *non dedit, ut parva daret, nec proparvo magna ſapiens dediſſet*, ipſe autem ſapientia increata erat: *Ipſe ſciebat quid eſſet in homine ſpirituum ponderator erat*. Pro hac igitur anima in patibulo crucis ſemetipſum donavit, pro ejus habitatione cælum creavit empyreum, humanitatem & divinitatem ſuam ei in cibum erogavit, ſanctiſſimam denique Triadem eidem in præmium & fruitionem æternam ceſſit: *Dedit univerſa quæ habuit*. S. Auguſtinus ad ſolos hujuſce Paſtoris humeros, diſcurſum ſuum adſtringens, dicit: *Nemo fallit redemptorem tuum, nemo circumvenit, nemo premit, egit hic commercium, jam pretium ſolvit, ſanguinem fudit; ô anima erige te, tanti vales.*

S. Aug. medit. c. 4. *Joan. 2. 25.* *Prov. 16. 2.* *S. Aug. in Pſ. 102*

6. S. Eucherius oviculam hanc, in cruentis & exulceratis Chriſti humeris poſitam conſiderans, inde animæ alicujus ingens pretium his verbis deducit: *In trutina ergo crucis non aurum vel argentum, non aliquid Angelicum, ſed ſemetipſum poſſus eſt author ſalutis appendi, ut homini, qui a ſtatu degenerave rat, naturæ ſuæ dignitatem vel ipſa oſtenderet pretii magnitudo.*

S. Euch. hom. 2. de ſymb.

7. Hæc redemptio noſtra, hoc emptionis noſtræ littum & pretium cum infinito Redemptoris noſtri jubilo exſolutum fuit: *Imponit in humeros ſuos gaudens.* Unde Baſilius Seleucus ait: *Sufficiens humeros, proprio labore oviculam curat laborantem, & gaudet ipſa fatigatione, ovis inventionem, ratus laſſitudinis eſſe levamentum.* Nicetas commentator Nazianzeni ait: *Noſtram naturam inventam minimè neglexit, ſed præinſigni honore complexus eſt, iiſdem enim humeris eam ſuſcepit, quibus & crucis lignum tulit*, adducitque illum ex Iſaiæ prophetia textum: *Cujus principatus ſuper humerum ejus; propoſito ſibi gaudio*, inquit Apoſtolus, *ſuſtinuit crucem; hymno dicto exierunt in montem Oliveti*; alii legunt: *Cantato*; tripudiabat & exſiliebat præ gaudio quando in horto ſanguinem ſudaturus, & à carnificibus & lictoribus capiendus, & vinculis ferreis onerandus, cænaculum egreſſus fuit. Et quidem in toto triginta trium annorum, quibus hic in terris nobiſcum vixit, nunquam cantaſſe Dominus noſter legitur, niſi quando jam in procinctu erat, ut amaram ſuam paſſionem inchoaret: *Exultavit ut gygas, ad currendam viam*; trad tori quoque dixit: *Quod facis, fac citius.* Adhæc quando ad iniquam hanc negotiationem complendam egreſſus fuit, præ lætitia exultans dixit: *Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo.* Denique, ut hic Romæ in multis vetuſtiſſimis Eccleſiis videtur, in ſpecie Paſtoris, oviculam in humeris ſuis deferentis, depingi & effigiari voluit, quaſi illam velut in triumpho portaret, deque noſtra redemptione gloriaretur & intimè gauderet.

Pſ. 18. 6. *Joan. 13. 31.*

Verſus 6.

Et veniens domum convocat amicos, & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem, quæ perierat.

Et veniens domum.

1. S. Bonaventura ait: *Domus iſta eſt Jeruſalem ſuperna.* Similiter Cajetanus exponit, dum ait: *Reditus domum, reſurrectio & aſcenſio eſt in cælum.* Dionyſius Carthuſianus ſuper illa verba Apoſtoli ad Epheſ. 4. v. 8. *Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem*, ita ſcribit: *Tunc convocavit, hoc eſt, ſibi occurrere fecit amicos & vicinos, hoc eſt, Angelicos ſpiritus.* De hac domo poſtea in ultima cænâ Apoſtolis ſuis dixit: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Idem Cajetanus ait: *Sic Chriſtus in die Aſcenſionis revertens, ſecundum naturam humanam ad cælum empyreum, de quo ait Apoſtolus: Quam ædificationem habemus ex Deo non manufactam.*

S. Bonav. in Luc. *Cajet.* *Dion. Carth. Eph. 4. 8* *Joan. 14. 2.* *2. Cor. 5. 1.*

Convocat amicos & vicinos, dicens illis.

2. Gloſſa ait: *Reparato homine, ad cælum redit Paſtor, ibi Angelorum choros invenit*; porro ſpiritus Angelicos, vicinorum & amicorum nomine appellat, quia adeo ei vicini exiſtunt, ut inter creaturam & creatorem, major unio dari non poſſit: *Qui amici, qui in ſtabilitate ſua voluntatem ejus continuo cu-*

Gloſſ. ex Beda.

ſtodiunt, qui vicini, & quia claritate viſionis ejus fruuntur. S.Bonaventura Angelos amicos appellari dicit, propter ſecretorum divinorum eis factam communicationem : *Ibi convocat Angelos, qui dicuntur amici, propter familiaritatem in cognoſcendo ſecreta, & vicini propter propinquitatem.* Salmeron ait : *Amicos quia habent idem velle & nolle cum eo, vicini verò dicuntur ob naturam Angelicam, quæ propinquior eſt Deo quàm humana.*

S.Bonav. Salmer.

Congratulamini mihi, quia inveni ovem, &c.

3. S.Gregorius motivum jubili cæleſtis hujus Paſtoris, per ſequentem conſiderat ſimilitudinem: *Sic agricola illam amplius terram amat, quæ poſt ſpinas, uberes fructus profert, quàm eam, quæ nunquam ſpinas habuit, & nunquam fertilem meſſem produxit.* Omnes labores & ærumnæ, ut Albertus Magnus obſervat, quas pro ove perdita, in ſecuritatem ſalutis reponenda, ſuſtinuerat, videbantur illi ſuaves: *Omnia facilia & parva reputavit, ut ovem perditam recuperaret, & quod Deus tantum reputavit, mirum & miſerabile eſt, nos pro minimo reputare, ut non tantùm oves, ſed etiam oves Chriſti non ſolùm perdamus, ſed etiam cum pelle, & carnibus, & oſſibus devoremus.*

S.Greg. hom.34. in Evan. Alb.M.

5. Idem quoque Venerabilis Præſul animadvertit, quòd lætitia hæc potius ex parte ovis inventæ, quàm ex parte Paſtoris eſſe debuerit, maximè ſi, quò ad myſterium loqui velimus, ſiquidem Pſalmiſta de Deo ait : *Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges: Hæc inventio ad utilitatem ovis eſt potius quàm Paſtoris; eſt enim inventa, quandò à periculo erroris eſt ſalvata.* Venerabilis Beda, ait: *Non dicit congratulamini ovi inventæ, ſed mihi, quia ſcilicet ejus gaudium eſt vita noſtra, & cum nos ad cælum reducimur, ſolemnitatem lætitiæ ejus implemus.* Hugo Cardinalis aliam rationem adfert, cur Paſtor potius quàm ovis inventa gaudeat, videt enim Deus noſter labores ſuos, in conſummationem ſalutis noſtræ adhibitos, optimè collocatos eſſe, eò vel maximè, cum ille ad hanc inventionem ſolus operatus fuerit, ovis autem activè ad eandem minimè concurrit : *Mihi, non ovi, quia ipſa ſuâ culpâ perdidit, ego meâ gratiâ ipſam inveni, & propterea ſalus noſtra gaudium ejus eſt.* Nullus Monarcha tantopere ob novum ſibi regnum paratum gaudet, quantùm Deus ob unicam animam ad pœnitentiam & vitæ converſionem perductam, quia anima regnum Dei eſt : *Feciſti nos Deo noſtro regnum : regnum Dei, quod eſtis vos? regnum Dei intra vos eſt.*

Beda. Hugo Card. Pſ.15.2. Apoc. 5.10. Luc.17. 21.

5. Poſtquam æternus hic Paſtor cum hac humanæ naturæ ovicula, è luporum infernalium faucibus erepta & redempta, aliàs verò in idololatriæ præcipitiis errabunda, in cœlos perveniſſet; Angelos confeſtim ad congaudendum invitat, quia eo fine illam ad cæleſte ovile perduxerat, ut per eam ruinæ Angelicæ inſtaurarentur, quòd beatis illis ſpiritibus ingens eſſe debebat cauſa lætitiæ. Adhæc, inquit S.Bonaventura : *Quaſi dans eis materiam congratulandi, de conſecutione tanti beneficii, & amoris charitativi, quem Deus oſtendit homini.*

6. *Ubi adnotandum eſt*, inquit Salmeron, *Deum ſingulari affectione adeo nobis eſſe affectum, ut bona noſtra, ſua eſſe exiſtimet.* Et quidem, ſi veritatem fateri volumus, quis de ſalute hujus animæ noſtræ plus eſt ſollicitus, noſne an verò potius Deus? Væ nobis, niſi Deus de nobis eſſet ſollicitus & anxius, ſiquidem major pars hominum ad quævis alia potius attendit, & cogitat, quàm de æterna ſua ſalute; ac proinde S.Cyprianus, ut nos propriæ ſalutis penitus oblitos, ab hoc exitioſo nobis lethargo excitet, *& ut pigros & deſides, & nihil circa fructum ſalutis operantes magis pudeat*, quoddam Chriſtum inter & dæmonem pro hac anima habitum certamen iiſdem ob oculos ponit : *Ponat unuſquiſque ante oculos ſuos, diabolum cum ſervis ſuis proſilire, plebem Chriſti, præſente & judicante ipſo, comparationis examine provocare dicentem: Ego proſtravi, quos mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella ſuſtinui, nec crucem pertuli, nec ſanguinem fudi, nec familiam meam pretio paſſionis & cruoris redemi, ſed nec regnum illis cæleſte promitto.* Summa animæ confuſio erit, quando clarè & evidenter videbit, quantum cæleſtis hic Paſtor pro ipſa ad cæli ovile reducenda, paſſus fuerit, & ſudaverit; ipſa verò, ut infernali lupo de perditione ſua gaudium & lætitiam

S.Cypr. de oper. & elem. in fin.

crea-

erearet, in inferni præcipitium uſque ab eo aberrare & diſcedere maluerit.

Verſus 7.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia.

11. Porro ſacri expoſitores verum nobis horum verborum ſenſum, per varias ſimilitudines conati ſunt declarare. Et quidem Cajetanus imprimis ait: *Nec propterea pœnitentia iſtius præfertur juſtitiæ illorum; ſed nova ratio gaudendi ſignificatur, non major*; ad eum modum, quod ſi quis imminens ſibi evaſiſſet mortis periculum; vel ſi infirmus aliquis priſtinam recuperaſſet ſanitatem, talis utique non præferretur illis, qui ſemper ſani remanſerant, ſed novam habet gaudendi materiam, quam is, qui continuò ſanus remanſit, non habet. *Cajetan.*

2. S. Gregorius militis cujuſdam ſimilitudinem adducit, ſicut enim is, qui poſt fugam reverſus, generosè & ſtrenuè pugnando, ſuum vincit inimicum, magis à duce ſuo diligitur, quàm alius, qui nunquam fugit quidem, ſed nec unquam aliquod generoſitatis ſuæ ſpecimen edidit, ita hic in præſenti. S. Cyprianus ait: *Non hoc ſic accipiendum eſt, quaſi Deo & Angelis ejus gratius ſit poſt lapſum redire ad pietatem, quàm citra lapſum perſeverare in innocentia, ſed ſcriptura ſuo more loquitur ſecundum affectus humanos*; quo loquendi modo, inquit ſanctus hic Pater, vult ut intelligamus, quàm grata Deo ſit converſio peccatorum: Atque interdum piorum hominum lapſus quamvis enormes, divina diſpenſatione vertentur in ſummum Eccleſiæ profectum, ut videre eſt in S. Petro negante, & S. Paulo, Chriſtianorum perſecutore, ſicut & in S. Maria Magdalena peccatrice, de quibus Eccleſia modò gloriatur & feſtivos eorum celebrat dies, non propter eorum lapſum, ſed ob reſurrectionem & reſipiſcentiam illorum, tanta cum fidelium utilitate peractam: *Quorum lapſus ceſſerunt in ſtabilimentum ac ſolatium domus Dei.* *S. Greg. hom. 34 in Gloſſ.* *S. Cypr. l. de duplici mart.*

3. Salmeron hanc difficultatem examinans, tandem concludit, quòd Deus non quidem plus animam aliquam diligat pœnitentem, quàm nonaginta novem innocentes, ſed magis de illius converſione gaudere dicatur, eò quòd novum illi inde accreſcat gaudii motivum: *Sed quod homo id, quod ſalvum habet, non deputat tanquam lucrum, nec habet quidquam novi, quo excitetur in gaudium, at qui perditum invenit, gaudet, quia denuo ſibi lucrari videtur.* Labor & cura, quâ res amiſſa quæritur, auget lætitiam tunc cum invenitur, tantòque ſtudioſius retinetur, quantò in ejus inquiſitione majores labores adhibuit, unde Chryſologus ait: *Semper qui-dem cum perdita reperimus, novum capimus cumulum gaudiorum, & eſt jucundius nobis inveniſſe perdita, quàm non perdidiſſe ſervata.* *Salm. ib. t. 6. tr. 35* *Chryſol. ſer. 168.*

4. S. Thomas in ſermone 2. in hanc Dominicam, dicit, ideo Deum magis gaudere de peccatore verè pœnitente, quàm de multis innocentibus: *Quia iſti frequenter magis negligentes ſunt, illi ſerventiores*, citatque S. Gregorium ità ſcribentem: *Plerumque, qui ſe oppreſſos nullis peccatorum molibus ſciunt, pigri remanent, & econtrario omnes ii, qui ſe illicita aliqua egiſſe meminerunt, ipſo ſuo dolore compuncti, in amorem Dei inardeſcentes, ſeſe in magnis virtutibus exercent, cunctaque difficilia ſancti certaminis appetunt, omnia mundi deſerunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis lætantur, ad cæleſtem patriam anhelant, & quia ſe erraſſe à Domino conſiderant, damna præcedentia lucris ſequentibus compenſant.* *S. Th. ſer. 2. in hac Dom.* *S. Greg. cit. à S. Th.*

5. S. Bonaventura ita hac de re ſcribit: *Non quia melior ſit peccator pœnitens, quam nonaginta novem juſti, ſed quia in redemptione humani generis, majora operatus eſt Deus, quàm in conſervatione totius multitudinis cæleſtis*, quia in remiſſione peccatorum, & juſtificatione eorundem, majorem omnipotentiæ, ſapientiæ & miſericordiæ ſuæ oſtentationem edit. *S. Bonav. in Luc.*

6. Gloſſa per nonaginta novem juſtos, ſpiritus angelicos, qui conſtanter in gratia Dei perſeverantes, non deviarunt, intelligens ita ſcribit: *Magis videtur impios juſtificare, quàm juſtos creare & conſervare, quia etſi utrumque æqualis potentiæ ſit, hic tamen majoris miſericordiæ, & majoris gaudii eſt motivum.* *Gloſſ.*

7. Paradiſus quidem majoris lætitiæ, quàm ſit illa, quam ex Dei fruitione & plena beatitudine percipit, incapax eſſe videtur, præ-

præterquam quòd intelligi vix poſſit, qualem homo, qui viliſſimus eſt vermis, jubilum Deo & Angelis adferre poſſit: *Quid eſt homo, quia innotuiſti ei, aut filius hominis, quia reputas eum? Homo vanitati ſimilis factus eſt*; & tamen idem ille Deus qui Paradiſum beatum facit, omneſque cælites vultus ſui viſione lætificat, expreſsè dicit: *Gaudium erit in cælo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm, &c.*

Pſ.143.3. Ibid.v.4

8 Enim vero quod Deus majoribus benevolentiæ ſignis pœnitentes quam innocentes proſequatur, Dominus noſter in hoc eodem capite unde præſens deſumptum eſt Evangelium, demonſtrare nititur in parabola filii prodigi, in qua videmus quòd Pater majores paterni affectus & benevolentiæ demonſtrationes exhibeat illi, qui poſt enormes exceſſus ſuos, reſipiſcens, & ſuperioris vitæ pœnitens ejus pedibus advolvebatur, quàm alteri, qui ſemper ſe erga illum exhibuerat morigerum, magnaque cum integritate & innocentia vixerat, qui pro nde lamentabatur, dicens: *Ecce tot annis ſervitio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi, & nunquam dediſti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer ſed poſtquam, &c.* Cui Pater reſpondit: *Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & revixit, perierat, & inventus eſt.* Chryſologus ab hoc Patre datum ordinem ſive præceptum conſiderat nimirum: *Cito proferte ſtolam primam & date, &c.* Quo fine enim, dicit jubet novas haſce, eaſque pretioſas adduci veſtes, iiſque eum indui? Ad ſignificandum, quòd pœnitentia innocentiam non ſolùm adæquet, verùm etiam longè quoad excellentiam ſuperet: *Videtis, quia delicta non videt vis amoris; paterna pietas contenta non eſt, innocentiam reparare ſolam, niſi priſtinum reſtituat & honorem*, at verò S. Ambroſius ſuper illa verba Pſal. 50. *Amplius lava me ab iniquitate mea*, excellentius quid hac de re ſcribit: *Plus acquiſivimus*, inquit, *qui plus peccavimus quia beatiores facit tua gratia, quàm noſtra innocentia.* Recepta eſt inter Theologos hæc concluſio, quòd ſcilicet non ſolùm merita, quæ antea per peccatum mortificata fuerant, per pœnitentiam denuo reviviſcant, verùm inſuper novi nobis ſanctificantis gratiæ gradus conferantur, adeo ut pœnitens majora ſibi ſanctitatis incrementa acquirat, quàm antea in ſtatu innocentiæ non habebat. S. Bernardus in oſculo forſitan, quod Pater filio ſuo prodigo impreſſit, modum obſervans, quem Deus olim animam primo homini infundendo ſervavit, ingenioſum hunc conceptum inde deducit: *Os ori applicuit, iterato ſpirans in faciem ejus ſpiraculum vitæ, ſed ſanctioris, quàm primò.*

Luc.15. 29. Ib.v.32. Chryſol. ſerm.3. Pſ.50.4. S.Ambr. S.Bern. ſerm.16. in Cant.

9. Qualis autem hæc pœnitentia eſſe debeat, Venerab. Beda hiſce verbis declarat: *Pœnitentiam agere eſt & perpetrata mala plangere & plangenda non perpetrare, nam qui ſic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut diſſimulat. Quid enim prodeſt ſi peccata quis luxuriæ defleat, & tamen adhuc avaritiæ æſtibus anheles? Aut quid prodeſt, ſi iræ culpas jam lugeat, & tamen adhuc invidiæ facibus tabeſcat?* S. Gregorius ſimiliter in hodierna Homilia ſuper hæc verba ita ſcribit: *Pœnitentiam ardenter agente, boviſque operibus inſudante, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui pigri remanent ad exercenda bona opera.*

Bed. S.Greg. hom. 34

10. Euthymius ly illud, *ſuper uno*, obſervans, dicit: *Gaudium erit non ſolum ſuper multis ſed etiam ſuper uno, id autem oſtendit, Deum vehementer ſitire cujuſvis peccatoris pœnitentiam.* Opulentæ illæ cortinæ purpureæ, quibus tabernaculum obtegebatur, & adornabatur, in minori numero erant, quàm cortinæ aſperæ & è rudi cilicio factæ: *Omnia in figura contingebant*, ad denotandum videlicet, quòd in cæleſtis gloriæ tabernaculo major ſit numerus animarum pœnitentium, quàm innocentum.

Euthym Exod. 26.1.

11. Venerabilis Beda ex hac parabola deducit quantum Deo accepti ſint, & quantùm ſibi paternam ejus gratiam & benevolentiam illi concilient, qui pro reducendis ad pœnitentiam animabus peccatricibus ſtrenuè operam ſuam impendunt: *Rem Deo cælitibuſque jucundiſſimam faciunt, qui inſtar ovium perditarum, quaſi os ad Deum conantur reducere, quod præcipuum munus obiit filius hominis, qui venit quærere & ſalvare quod perierat.*

V.Bed.

Verſus 8.

Aut quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat?

Aut

Aut quæ mulier habens drachmas decem.

Gloſſ. 1. Gloſſa per hanc mulierem, divinam Sapientiam intelligit quæ decem habebat gemmas, ſive drachmas, ſcilicet novem Angelorum choros, & naturam humanam: *Dei ſapientia decem drachmas habuit, cum homines Angelos ad ſuam imaginem creavit, ſed unam perdidit, cum homo à ſimilitudine creatoris receſſit.* Idem quoque ſcribit Lyranus, *Lyran.* qui tamen ultimis Gloſſæ verbis addit: *Perdita per peccata primorum parentum.*

2. Per hanc quoque mulierem, intelligi poteſt ſanctiſſima virgo Maria, quæ ad reinveniendam naturæ humanæ innocentiam, à prothoparentibus noſtris deperditam, vel etiam ad reinveniendam Dei à nobis amiſſam gratiam, accendit lucernam, id eſt, verbum æternum in virginali ſuo utero concepit, de qua David ait: *Lucerna pedibus* *Pſ. 118.* *meis verbum tuum*; totam quoque domum *105.* Dei ſuſque deque vertit, quando creator factus eſt creatura, homo Deus, quando virgo facta eſt mater, quando Verbum æternum vili alicui vermi unitum fuit, quando mulier quædam à Spiritu ſancto fœcundata concepit, tempuſque æternitati conjunctum fuit: *S. Bern.* *Longitudinem fecit brevem, latitudinem angu-* *hom. ſup.* *ſtam, altitudinem humilem, verbum infan-* *miſſus* *tem, panem eſurientem.* *eſt.*

Si perdiderit drachmam unam.

Hugo Card. 3. Hugo Cardinalis ait: *Per drachmam* *verò ſignificatur quælibet anima Dei imagine* *inſignita, quæ etſi per peccatum deturpatur,* *Interl.* *non tamen annihilatur.* Interlinearis ait: *Drachma eſt numerus certæ quantitatis, habens imaginem Regis*; ratio enim, cur anima in moneta repræſentetur, eſt quia ſicut hæc impreſſam ſibi habet Principis effigiem, à quo juſta eſt cudi, ita anima creata eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei illius, qui eam creavit. Unde Venerab. Beda ait: *Quia* *Bed.* *imago exprimitur in drachma; mulier drach-* *mam perdit, quando homo, qui conditus ad* *imaginem Dei fuerat, peccando à ſimilitudi-* *Alb.M.* *ne ſui conditoris receſſit*: Albertus Magnus dicit, quod drachmæ amiſſio. *Idem ſit, quod imaginis ad ſimilitudinem Dei creatæ deturpatio & perditio.*

Salm. t. 4. Salmeron hanc perditionem duobus *7. tr. 26.* præcipuè modis fieri poſſe notat: *Vel latro-*

nis dæmonis furto, vel negligentia ipſius drachmæ, quæ libertate prædita eſt, ut per ſe perire poſſit: Qui idem Author ſimiliter, quænam hæc moneta ſit, ita declarat: *Homo eſt peccator recedens à gratia, in quo imago Dei pulvere terrenorum operitur, luto carnis inquinatur, & inſcriptio divinæ gratiæ aboletur.*

Nonne accendit lucernam?

Gloſſ. 5. Gloſſa ait: *Dei Sapientia lucernam ad quærendum accendit, cum in carne apparuit, quia lucerna eſt lux in teſta, id eſt, Verbum in carne, quod ubi inter homines claruit, domum everrit, quia conſcientias hominum de ſtatu ſuo perturbavit, & ſic drachma reperitur, dum in homine, conditoris ſimilitudo reparatur.* *Janſen.* Janſenius quoque incarnationem Verbi per accenſam lucernam intelligendam eſſe exiſtimat: *Divinam ſapientiam per aſſumptam humanam naturam, quam luce ſuæ divinitatis implevit, & fugavit tenebras hujus mundi*, adeoq; adimpletum fuit illud, quod ſcriptum *Luc. 1. 79* eſt: *Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent*, ſiquidem per incarnationem, mundus lumine & notitiâ veri Dei illuſtratus fuit. *Beda.* Venerab. Beda quoque ait: *Accendit mulier lucernam, quia ſapientia Dei apparuit in humanitate.* Eandem quoque ſententiam Albertum Magnum tenuiſſe reperio, qui per hanc mulierem incarnatam interpretatur Sapientiam: *Alb.M.* *Lucernam accendit*, inquit, *quando incarnatione filii Dei, teſtam humanæ naturæ flammam ſuæ Deitatis implevit.*

6. S. Bonaventura per hanc lucernam, Evangelium intelligit, quod animabus, per peccatum perditis, annuntiatum, gratiâ denuo adinvenit: *Homo perditus, per lucernam Evan-* *S. Bonav.* *gelii invenitur, de qua in Pſalmo dicitur: Lu-* *ſer. 2. in* *cerna pedibus meis verbum tuum; adhuc cer-* *hac* *Dom.* *Pſ. 118.* *tè indiget lumine ſapientiæ, qui in tenebris cul-* *105.* *pæ perdidit drachmam animæ ſuæ.* Hugo *Hugo* Cardinalis per decem haſce drachmas, multas intelligit animas: *Has aliquis Prælatus* *Card.* *habens ſibi commiſſas, ad regendum, ſi perdiderit drachmam unam, id eſt, animam unam ſibi commiſſam, nonne accendit lucernam prædicationis, orando, meditando, ſanctè vivendo: oratio enim & ſancta converſatio, ac pia meditatio, accenſio eſt prædicationis, evertit domum ad literam, circuit parochiam ſuam prædicando,*

dicando, & quærit diligenter, donec inveniat eam, id eſt, reducat animam peccatoris; dicit inſuper, quòd in hac parabola, boni cujuſdam Prælati diligentia deſcribatur, ut ſcilicet ſollicitum ſe vel pro unius duntaxat animæ ſalute exhibeat, & ſubjungit: *Quid mirum? Dominus pro ea ſanguinem ſuum fudit.*

Alb. M. 7. Albertus Magnus per mulierem iſtam, Eccleſiam intelligit: *Hæc lucernam accendit, quando Prælatum ſicut Patremfamilias domus in teſta corporis, facit caſtitatis perſpicuæ, & in intellectu animæ, facit radiantem veritatis fulgore, & in mente & viſceribus facit pietatis & miſericordiæ oleo fluere, & in affectu, igne charitatis & zelo animarum*
Joa. 5. 35 *ardere. Joan. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens.*

Et evertit domum.

8. *Potius legendum eſſet*, inquit Janſenius, *evertit domum*; & quidem hanc opinionem quod ſcilicet ly *evertit* per ſcriptorum errorem fuerit adulteratum, Cajetanus expreſſius tenet, dum ait: *Errore ſcriptorum mutatum eſt r, in t, legendum eſt evertit, quod eſt purgare ſcopis*, quo etiam modo legit Lucas Burgenſis.

Janſ.

Cajet. 9. *Iſta domus fuit ſynagoga*, inquit Lyranus, *quæ fuit everſa, ut inveniretur natura humana.*

S. Greg. hom. 34. in Evang. 10. S. Gregorius ait: *Accenſa autem lucerna evertit domum, quia mox, ut ejus divinitas per carnem claruit, omnis ſe noſtra conſcientia confudit.*

Hugo Card. Prov. 6. 23. 11. Hugo Cardinalis per lucernam, prædicationem & doctrinam Evangelicam interpretatur. Unde in Prov. cap 6. dicitur: *Mandatũ lucerna eſt, & lex lux*; hæc accenſa eſt, quando lex gratiæ promulgata fuit; pergit poſtea ulterius explicare qualiter ſcopis domum expurgarit, & ſuſque deque verterit: *Domum autem evertit, quando corda hominum prædicando de peccatis ſuis turbavit, & ſic drachma reperitur, dum ſimilitudo Dei in homine reparatur.*

Alb. M. 12. Albertus Magnus, per domum conſcientiam intelligit: *Eſt domus conſcientiæ interioris, quam totam oportet everti in*
1. Cor. 4. 5. *compunctione & confeſſione* 1. Cor. 4. *Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit*
Orig. hom. 13. in Gen. *conſilia cordium.*

13. Origenes hanc drachmam non foris extra domum, ſed intus inventam fuiſſe obſervat: *Tu ergo ſi accendas lucernam, ſi adhibeas tibi illuminationem Spiritus ſancti, & in lumine ejus videas lumen, invenies intra te drachmam, intra te eſt collocata imago Regis cæleſtis*, ac proindeanima drachmam hanc perditam invenire volens, ex propoſito, & ex induſtria theſaurum hunc meditetur abſconditum, qui in fictili hoc vaſe carnis noſtræ includitur, conſideretque ſeriò animæ ſuæ propriæ nobilitatem, pretium, valorem & æternitatem. *Venite, audite, & narrabo* *Pſ. 65. 16* *omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.* hac enim ratione fiet, quod, tametſi eandem culpâ noſtrâ perdiderimus, eam nihilominus verâ quâdam pœnitentiâ mediante reinventuri ſimus, clarèque, quanti ſalus illius æterna æſtimanda ſit, intelligemus. Quodſi hic theſaurus à dæmone poſſeſſus fuerit, non quieſcamus, donec Deus viciſſim, repulſo dæmone, in illius poſſeſſionem fuerit immiſſus, evertamus domum noſtram, conſcientia examinetur, tollatur è medio omnis peccandi occaſio, iniqui reſcindantur contractus, reſtitutio fiat iniquè adempti honoris & facultatum, injuſtè ablatarum, omnes inimicis noſtris remittantur injuriæ, ſenſuſque rationi pleno jure ſubjiciantur. *Si aſcendero in lectum ſtrati* *Pſ. 131. 3.* *mei, ſi dedero ſomnum oculis meis, donec inveniam locum Domino*; neque ulla ratione hac in re cunctandum tibi erit: *Quærit diligenter donec inveniat.*

14. S. Hieronymus ad locum ſe reflectit, *S. Hier.* ubi drachma hæc, dum inveniretur, jacebat, nimirum inter ſordes & domus immunditias & ſtercora: *Drachma periit, ſed in ſtercore inveniri*; neque enim rerum terrenarum poſſeſſio cauſa eſt, quòd animam noſtram perdamus, ſed nimius ad bona terrena affectus, ac proinde optimè dicebat Apoſtolus: *Omnia arbitror ut ſtercora*, vel ut habetur in *Phil. 3. 8.* Græco *ut paleas*. Et ideo Chriſtus Redemptor memorabilia verba illa nobis tantopere inculcabat: *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detri-* *Matt. 16 26.* *mentum patiatur?*

15. Verba ſunt S. Bernardi ad uniuſcujuſque hominis animam directa; quæ ſequuntur, nimirum: *Erubeſce voluptatum inceſtos, quæ* *S. Bern. ſerm. 24. in Cant.* *de cælo es.* Per quotidianam eheu experientiam videmus qualiter hæc anima, per affectus ſuos hiſce bonis terrenis, voluptatibus, divi-

divitiis, honoribus totaliter immerſa hæreat. Artifex autem, qui hujus animæ habitationem manibus ſuis plaſmavit, tametſi illam de terra, quæ jacens quoddam elementum eſt, non vero ſtans formaverit, admirabili tamen artificio eandem cælum versùs erexit, quia *os homini ſublime dedit cœlumque tueri jubet, & erectos ad ſidera tollere vultus*; ſed quonam fine id factum fuiſſe putas? Nimirum, inquit idem ſanctus & melliſluus Doctor: *Ut decor limi deformitatem argueret animi*, animæque noſtræ continuo exprobraret, quod, quæ cœlo obtinendo creata fuit, quæque purus eſt ſpiritus, omnem ſuum affectum in terram declinet, cum tamen corpus licet ſit de terra plaſmatum, attamen quamdiu animatum eſt, facie tenus tum in cœlum, tum in artificem & creatorem ſuum, qui illud plaſmavit, erectum ſit & elevatum. *Erubeſce volutari in cœno.*

Berch. in verb. anima. 16 Berchiorius in ſuo Dictionario refert, quod ad Alexandrum Magnum lapis quidam allatus fuerit, ejus naturæ & conditionis, ut ipſe in una bilancis parte poſitus, alteri gravisſimo & ponderoſiſſimo corpori, imò vaſto cuidam monti in altera bilancis parte poſito præponderaret; quam tamen virtutem totaliter amittebat, quando eidem lapidi vel minimus pulveris atomus, aut minima palea ſuperimponebatur. Lapis porro iſte vera fuit lapidis iſtius pretioſi, id eſt, animæ noſtræ figura, quæ in ſemetipſa majoris eſt æſtimationis, valoris & pretii, quàm ſit totus mundus, quia tantundem valet, quantum Deus, ſiquidem de hac pretioſa margarita dicitur: *Matt. 13. 46.* *dedit univerſa quæ habuit, & emit eam*, quia Dei filius, qui eſt negotiator ille Evangelicus, ad eam ſibi comparandam ſemetipſum impendit, ex altera vero parte quilibet pulveris atomus, id eſt, unicus affectus terrenus inordinatus ad totum hunc valorem & pretium deſtruendum abundè ſufficit. Unde Chryſoſtomus ait: *Chryſ. ſup. Pſ. 48.* *Vis ſcire, quantum ſit pretium animarum noſtrarum? Redemturus eam unigenitus, non mundum dedit, non hominem, non terram, non mare; ſed ſuum pretioſum ſanguinem.*

Et quærit diligenter, donec inveniat.

17. Contra ponenda hoc loco eſt mulieris hujus diligentia, pigritiæ & ſocordiæ ejuſdem mulieris, qua antea pretioſam hanc gemmam perdiderat; de qua Origines ait: *Orig. ib.* *Mundavit domum ſordibus & immunditiis, quas longi temporis ignavia & hebetudo congeſſerat.*

18. Albertus Magnus ait: *Hæc diligentia eſt in diſcuſſione conſcientiæ, peccatorum, quas dicta lucerna illuminat, & vias, & actus, & cauſas, & circumſtantias peccatorum oſtendit, & ante oculos ponit.* *Alb. M.*

19 Enimverò pigritia & negligentia in via Dei, & in procuratione ſalutis animæ commiſſa, ſcopulus eſt, qui ſolus ſufficit ut ad eundem allidentes, naufragemur uſque in profundum inferni; ideo quando de cœlo ſermo eſt, dicitur: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Magnus ille Dei ſervus, Thomas de Kempis ait: *Promittit mundus temporalia & parva, & ſervitur ei aviditate magna: Chriſtus promittit ſumma & æterna, & tepeſcunt mortalium corda.* Quapropter ſufficeret utique, ſi ad comparanda bona æterna, & ad animæ ſalutem promovendam, eandem adhiberemus diligentiam & curam, quam ad terrena bona acquirenda impendere ſolemus, imò mediocritas dimidiæ curæ ad bona æterna acquirenda ſufficeret. *Matt. 11. 12.* *Thom. à Kemp. l. 3. de imit. Chriſt. c. 3.*

Verſus 9.

Et cum invenerit, convocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram.

1. Hugo Cardinalis ait: *Amicæ & vicinæ ſunt ſuperna ſeu Angelica poteſtates, quæ de vicino Deum contemplantur, & ei amicabiliter famulantur.* *Hugo Card.*

Verſus 10.

Ita dico: Gaudium erit coram Angelis Dei, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

Gaudium erit coram Angelis Dei.

1. S. Bonaventura hujus jubili in Angelis Dei hæc motiva eſſe dicit: *Quia deſtruitur culpa, reſtituitur juſtitia, confutatur damnum ſuperbiæ, efficax efficitur Angelorum cuſtodia, reparatur Eccleſia, placatur ira divina, & reſtauratur Jeruſalem ſuperna.* *S. Bonav. in Luc.*

Luc. Burg. 2 Lucas Burgenſis quoque, multos conſiderat eſſe poſſe ſtimulos, quibus curia cœleſtis ad gaudendum, propter pœnitentiam noſtram, permoveri poſſit: *Quare cœlestes gaudent de peccatore converſo? An quia ipſi erga homines benigni ſunt? Quod ait Euthymius: An quia peccator qui fuerat, ipſi ſimilis redditur, juſtus ac ſanctus? Vel quia numerus ipſorum reſtauratur? An quia dilatatur Dei gloria ac regnum?* & quidem tametſi omnia hæc motiva ipſos ad gaudendum de converſione noſtra exſtimulare poſſe concedat, attamen aliud quoddam motivum adducit in medium, quod opinione præ cæteris eſt maximè præcipuum: *Hæc omnia vera ſunt*, inquit, *ſed quæ huc potiſſimum ſpectat ratio eſt, quia ſciunt peccatoris converſionem, rem eſſe Deo gratiſſimam, qui omnes homines tenerè diligat, tanquam oves poſſeſſuæ, nec quemquam eorum perire velit.*

S. Th. ſer. 1. in hac Dom. 3. S. Thomas in quodem ſermone, qui in ordine primus eſt in hanc Dominicam, tres allegat cauſas hujus gaudii in Angelis. *Primò propter ſui miniſterii impletionem; ſunt enim miniſtri ut moneant nos ad pœnitentiam. Ad Hebr. 1. In miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis; ſecundò propter dæmonum confuſionem; tertiò propter Dei honorem.*

S. Bonav. 4. S. Bonaventura ſerm. 4. in hanc Dominicam, Angelos gaudere dicit. *Propter benevolentiæ & charitatis latitudinem; latitudo enim charitatis facit, quod tantum gaudet Angelus de bono proximi, quantum de proprio, quia ſuperna civitas non coangustatur multitudine deſiderantium, quia nulli diminuitur de ſuo proprio præmio; propter multitudinem præſidentium, imò inde cuilibet ſuæ gloriæ creſcit,* quia ut S. Auguſtinus affirmat, *Tantum unuſquiſque gaudebit de beatitudine alterius, quantum de ſuo ineffabili gaudio & quot ſocios habebit, tot gaudia habebit*; adeoque in commune cœli emolumentum cedit, quòd audeatur multitudo beatorum. *S. Aug. l. de ſpir. & anim.*

5. Proprium noſtrum intereſſe & commodum nos movere debet, ut nos Angelis exhibeamus obedientes & obſequioſos, quia hoc faciendo, operamur bonum noſtrum. *Angeli quia rationales*, inquit Gloſſa, *gaudent de reconciliato ſibi homine, quod intendit nos ad probitatem, ut agamus quod illis gratum ſit, quorum & affectare patrocinium, & offenſam timere debemus.* *Gloſſ.*

6. Hugo in eundem textum ſequens valde ſtringens facit argumentum, dicit enim: *Sed ſi Angeli ita gaudent de converſione unius peccatoris, quantò magis nos gaudere debemus, qui homines & peccatores ſumus.* *Hugo Card.*

Super uno peccatore pœnitentiam agente.

7. Albertus Magnus addit: *Condignam*, juxta illud Lucæ 3. *Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ, hoc eſt valde rarum*; adducitque S. Ambroſii teſtimonium, dicentis: *Facilius invenies, qui teneat innocentiam, quam qui condignam agat pœnitentiam; unum enim de mirabilibus Dei eſt, quod homo averſus revertatur, & quòd de faucibus inferni extrahatur ad ſinum Abrahæ, & tamen ſic, & eſt de glorioſis operibus miſericordiæ Dei.* *Alb. M. Luc. 3. 8.*

* * * * * * *

DOMI-

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Ex Lucæ Cap. 5.

v.1. *Cum turba irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipse ſtabat ſecùs ſtagnum Geneſareth.* 2. *Et vidit duas naves ſtantes ſecùs ſtagnum, piſcatores autem deſcenderant, & lavabant retia.* 3. *Aſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere puſillum, & ſedens docebat de naviculâ turcas.* 4. *Ut ceſſavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam.* 5. *Et reſpondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo rete.* 6. *Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum.* 7. *Et annuerunt ſociis, qui erant in aliâ navi, ut venirent & adjuvarent eos. & venerunt & impleverunt ambas naviculas, ita ut penè mergerentur.* 8. *Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Jeſu, dicens: Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.* 9. *Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant in captura piſcium quam ceperant.* 10. *Similiter autem Jacobum & Joannem filios Zebedæi, qui erant ſocii Simonis. Et ait ad Simonem Jeſus, noli timere, ex hoc jam eris homines capiens.* 11. *Et ſubductis ad terram navibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.*

Verſus 1.

Cùm turba irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, ipſe ſtabat ſecùs ſtagnum Geneſareth.

Cùm turba.

Prov. 3. 1 Matt. 22 v. 15. Interli. Gloſſ. ord.

CUm ſimplicibus ſermocinatio ejus; tametſi enim Scribæ, Phariſæi & Principes ſynagogæ, arrectis auribus illum auſcultarent, id tamen non alio fine faciebant, quàm ut verba ipſius ſuis poſſent cenſuris convellere. *ut caperent eum in ſermone.*

2. Interlinearis ait: *Conventus turbarum, fidem deſignat populorum.*

3. Gloſſa ordinaria ait: *Nec tempore, nec loco, turba à ſtudio ſanandi cohibetur; veſpertincumbit, & tamen ſequitur, ſtagnum occurrit, & turba urget.*

4. Didacus Stella populi hujus in audiendo Chriſtum devotionem magnam admirans dicit: *Non ſolùm in templo & in ſynagoga, intra mœnia civitatis audiebant verbum, ſed per montes ac deſerta properabant*; ac proinde noſtram nobis exprobrat pigritiam & deſidiam, per quam à divino verbo auſcultando nos continuò ſubducimus: *Nos juxta Eccleſiam habitantes, parum itineris ambulare nolumus.* Did. Stell.

5. Hugo Cardinalis varios declarat fines, ob quos multi ex hac turba concurrebant: *Quidam currebant, ut miracula nova viderent, hi curioſi, alii ut ſanarentur; hi providi, alii ut obſervarent; hi invidi, alii ut audirent, ſicut hic dicitur, hi ſtudioſi.* Hugo Card.

Irruerunt in eum.

6. Ex hoc Evangelio, ut S. Ambroſius notat,

S.Ambr. ſerm. 62 notat, ſatis manifeſtè colligitur, qualia & quanta Salvator noſter, ad uniuſcujuſque utilitatem, miracula operatus fuerit: *Deſ[i]bit tanta per eum bon[a] ficia in pop[u]lum fu[i]ſſe collata, ut provo[ca]ta hominum turba, ad audiendum illum magis irruerent, quàm rogarent, & medi[c]inam ſalutis non ſperarent per humilitatis gratiam, ſed per importunitatis injuriam, ita ut irruentes non reverentia Divinitatis parcerent.*

Janſen. c. 26. con[c]. 7. Janſenius in hoc verbo *Irruerent*, immenſam quandam Evangelicam prædicationem audiendi aviditatem, deſcriptam & expreſſam eſſe obſervat: *Notat Evangeliſta maximum turbarum deſiderium, audiendi verbum Dei*: Ex alia verò parte, Chriſti erga turbam hanc admodum benefici, vim mirè attractivam conſiderat, utpote, quem ſancta hæc turbæ importunitas, non offendit, ſed ſummo gaudio affecit, ut Evangeliſta inſinuat: *Chriſti benignitatem & ad docendum cupidos promptitudinem nobis commendat, dum enim teſtatur nihil offenſum improbitate urgent[i]s turbæ, ſed illorum deſiderio ſatisfacere volentem, navim conſcendiſſe.*

S. Ambr Serm. 11 8. S. Ambroſius inſuper ad ſpem harum turbarum ſele reflectit, qua ſe ab infirmitatibus ſuis ſanandas eſſe confidebant, unde ſinguli coram eo certatim ſe ſiſtere contendebant: *Hæc enim conſuetudo infirmantium, ut dum ſperant ſuis ægritudinibus medicinam ab importuna petitione non loco prohibeantur, non tempore, ſed quantò plus medetur ille, qui ſanat, tanto amplius ille importunus eſt, qui laborat.*

Ut audirent verbum Dei.

9. Ecce tibi hic clarè inſinuatam cauſam urgentis & copiosè confluentis turbæ: *Vehementi deſiderio movebantur*, inquit S. Bonaventura, *ideo irruebant, conſiderantes magis Domini bonitatem quàm majeſtatem: unde dicit quidam expoſitor: Magni meriti eſt apud Deum, deſiderium verbi Dei, quod ipſam quoque irreverentiam turbæ, irruentis in eum excuſat.*

S.Bonav in Luc.

10. Erant quidem alia quoque in unoquoque calcaria, quibus ad Chriſti ſequelam exſtimulabantur; nimirum Chriſti liberalitas, qui multa hominum millia, pauculis panibus & piſcibus miraculosè ſuſtentabat, miracula quoque, quæ ad dominum occurrentium utilitatem operabatur; inſignis denique, quem ſibi omnes de ejus ſanctitate & Divinitate formaverant conceptus, & tamen Spiritus ſanctus, qui *Sciebat, quid eſſet in homine*, hæc omnia præteriens, cauſam, cur turba tanta cum importunitate in Chriſtum irrueret, hanc fuiſſe dicit, *Ut audirent verbum Dei*; ſiquidem hoc præ quavis alia re, nos ad Deum debet attrahere. Unde S. Petrus ait: *Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes*; hoc unicum ad vitam beatam comparandam ſufficit. Porro Chryſoſtomus brevius quidem, ſed valde emphaticis verbis multos verbi Dei auſcultati fructus exponit: *Quomodo non admirabile hoc videtur, cùm ex tenera lingua ſermo profiliens mortem fugat, peccata diſſolvat, tenebras cæcitatis illuminat, & mutatione mirifica terram convertit in cælum?* Unde notandum, quòd in Pſalmo dicatur: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa*, quod quidem intelligi poteſt non ſolùm quoad energiam & efficaciam, qua illud miniſtri Evangelii inſinuant: verùm etiam de virtutibus, quas hi, verbum Dei cum fructu auſcultantibus, communicant, quia verbum Dei multas animabus noſtris virtutes inſerit.

Joan. 6. v. 69. Chryſoſt ho. 2. in laudib. Paul.

Pſ. 67. 12

Et ipſe ſtabat ſecùs ſtagnum Geneſareth.

11. *Ut, qui miracula fecerat in terra*, inquit S. Bonaventura, *faceret etiam in aquis.* In illis verò aquis multa ſtupenda miracula patravit, prout videre fuit in illa ad ſtuporem nimium copioſa piſcium captura, in tranquillitate illa maris ſubitanea, & in eo, quòd firmos in liquido mari ambulando greſſus fecerit.

S.Bonav in Luc.

12. Venerabilis Beda ait: *Stagnum, præſens ſæculum deſignat, Dominus autem non jam in ſtagno, quaſi in carne paſſibili; ſed ſecùs ſtagnum, quia in ea carne, quia paſſus eſt, ſtabilitatem perpetuæ quietis adiit.*

Bed. in gloſſ.

Verſus 2.

Et vidit duas naves, ſtantes ſecùs ſtagnum, piſcatores autem deſcenderant, & lavabant retia.

Et vidit duas naves ſtantes ſecùs ſtagnum.

Alb. M. 1. Albertus Magnus per duas haſce naves, duas denotari Eccleſias exiſtimat, quæ mutuis inter ſe nexibus conjungendæ erant, ſcilicet Eccleſiam Circumciſionis, & Gentilium Eccleſiam, utrumque enim populum inter ſe coadunavit. Idipſum quoque S. Bonaventura his verbis dicit: *Scilicet Eccleſiam de gentibus, & de Judæis; vel prima navis eſt innocentia, ſecunda pœnitentia.* Idem quoque Albertus dicit, ita ſcribens: *Innocentiæ & pœnitentiæ ſalutaris duas tabulas præparans.*

S. Bonav. ſerm. 2. in hac Dom.

Piſcatores autem deſcenderant.

Alb. M. 2. Qualiter hæc verba in ſenſu morali intelligenda ſint, Albertus Magnus optimè declarat, dum per hoſce piſcatores, Prælatos & Prædicatores intelligendos eſſe dicit, utpote quibus piſcatio impoſita eſt animarum. Jerem. 16. *Mittam eis piſcatores multos, & piſcabuntur eos*; h. à navibus deſcendunt, cùm ab utilitate proximi, cui per curam & prædicationem intendunt, ad conſiderationem ſui humiliter redeunt.

Jerem. 16. v. 16.

Et lavabant retia.

3. Dicat fortaſsè hîc aliquis: Ex quo per totam noctem piſcando ne vel minimum ceperint piſciculum: *Per totam noctem laborantes, nihil cepimus*, quo igitur fine retia lavabant quæ jam jam ſatis lota ex aquis extraxerant? *Omnia in figura contingebant.* Etenim Prædicatores Evangelici ſæpenumerò ſibimetipſis caulam adſcribere debent quòd nullum ex prædicationibus ſuis animarum lucrum reportent, quia retia ſua non lavant, id eſt, animam propriam ab omni vitio, imo ab omni culpæ nævo abluere & purificare non ſtudent.

4. Gloſſa ait: *Lata retia plicat, qui intermiſſo prædicandi officio, quod alios docuit, ille implere ſatagit.* *Gloſſa.*

5. Haymo Halberſtadienſis in alio ſenſu illud exponit, dicendo, quòd tunc piſcatores retia lavent, quando *Prædicatores ſanctæ Eccleſiæ, poſt expletam prædicationem lachrymis abluun, quod in prædicatione, aut fortè per jactantiam, aut negligentiam deliquerunt.* *Haym.*

6. Albertus Magnus hanc lotionem interpretatur, quoad defectus contractos ab illis, qui regimen animarum adminiſtrant: *Quæ ex cura paſtorali vel doctrina adhæret; debet autem lotio iſta maximè eſſe de tribus: à ſermone videlicet adulationis, à limo turpi quæſtus, & à turbatione inanis gloriæ.* *Alb. M.*

7. Lucas Burgenſis lotionem hanc in ſenſu literali exponit, dicens: *Lavabant à limo & cæteris ſordibus, quas nocturno uſu contraxerant, ut mundata complicarent, & reponerent in aliud tempus, nulla jam cum eſſet prædæ capiendæ ſpes*; at verò in hac eadem occaſione uſitatus divinæ providentiæ ſtylus mirè eluxit, hæc enim, quando ſecundùm modum diſcurrendi noſtrum procul à nobis remota eſſe videtur, tunc vel maximè eſt propinqua & vicina, plurimumque ſuperabundabat; ſiquidem *Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam; Juxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde.* *Lucas Burg.* *Luc. 5. 6*

Verſus 3.

Aſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere puſillum, & ſedens docebat de navicula turbas.

Aſcendens autem in unam navim.

1. Tametſi duæ tantùm naves ibi præſtò fuerint, Dominus tamen noſter non niſi unicam ſolam ingreſſus fuit, alia autem fortunam hanc nequaquam habuit: ut à ſacris ejus contingeretur aut calcaretur plantarum veſtigiis; id quod non ſine myſterio factum fuit. Albertus Magnus ait: *In unam, una eſt enim Eccleſia, uno ſpiritu vivificata, mota & communicata.* *Alb. M.* S. Ambroſius unam vacuam manſiſſe notat: *Una relinquitur* *S. Ambr. ſerm. 11.*

linquitur ad terram, inanis & vacua: altera producitur in altum onusta & plena: vacua enim synagoga relinquitur in littore, quia Christum cum Prophetarum amisit oraculis; onusta autem Ecclesia in cælum assumitur, quia Dominum cum Apostolorum doctrina suscipit.

Theoph. 2. Quæri hoc loco posset, cur dominus naviculæ istius se non opposuerit, quando Christum navem suam occupare vidit? Theophylactus respondet: *Dominum navis non reliquit irremuneratum, sed bifariam ei benefecit, quia & multitudinem piscium ei donavit, & discipulum suum fecit.*

Alb. M. 3. Albertus Magnus se ad ly *Ascendens*, reflectit, dicitque: *Quilibet Prælatus in consideratione sui debet esse humilis, in regimine autem debet ascendere culmen authoritatis;*

S. Aug. citatque authoritatem S. Augustini in Regula de communi vita clericorum, ita scribentis: *Honore coram vobis Prælatus sit vobis, timore coram Deo, substratus sit pedibus vestris, quo enim altior est in authoritate, eo debet esse humilior in sui consideratione.*

4. Sed dices fortassè, cur Sapientia incarnata Evangelium annuntiare volens, hoc usa est pergamo? cur non sublimiori aut excellentiori quadam usus est cathedra? Nimirum ut nos doceret, quòd nullus locus ad loquendum de Deo, seu divinum ejus verbum prædicandum improprius sit

Cajetan. aut inopportunus; unde Cajetanus ait: *Nullus locus ineptus ad docendum, quæ Dei sunt, censetur; modò in synagoga, modo in campo, modo de navi secùs stagnum prædicat*

Jansen. *Jesus.* Jansenius desiderium considerat, quod Christus habebat, tunc sine dilatione satisfaciendi populis istis ad prædicationem ejus audiendam avidè anhelantibus; unde dicit: *Illorum desiderio satisfacere volentem, navim conscendisse, è qua à tumultu & compressione populi liber, tranquillus docere, & meliùs audiri posset.*

Quæ erat Simonis.

S. Ambr. serm. 11. S. Ambrosius ait: *Ergo Petri navim eligit. Moysis deserit, hoc est, spernit synagogam perfidam fidelem assumit Ecclesiam;* alia navis propè terram inanis & vacua remansit, hæc verò in alium mare perducta fuit. Idem S. Ambrosius ait: *Synagoga remanet ad terram, quasi terrenis inhærens operationibus: Ecclesia autem in altitudinem revocatur, tanquam cælorum profunda Sacramenta discutiens.*

6. S. Bonaventura ait: *Navis Simonis est Ecclesia, Simoni commissa.* Jansenius non solùm hanc navis Petrinæ electionem considerat verùm etiam, quòd Simoni & non aliis dixerit: *Duc in altum*, & paulò post: *Noli timere, ex hoc jam eris homines capiens,* quæ omnia primarum ejus manifestè insinuabant: *Petri in Ecclesia prærogativam, & primatum à Domino dandum indicant, quodque primum ab eo faciendum esset rete evangelicum in mundo, & Ecclesia, cujus Petrus caput esset, deberet esse, quicunque jussu Domini rete esset jactatus.* S. Bonav. ser. 1. in hac Dom.

7. S. Bonaventura in Lucam ait: *Ipsum tanquam pauperem & humilem præeligendo, secundùm illud: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo?* S. Bonav. in Luc. Jac. 2. 15

Rogavit.

8 Toletus specialiter ponderat quòd benignissimus Salvator summa cum civilitate & modestia cum Petro egerit, eum scilicet rogando: *Rogavit: Potuisset quidem omnium Dominus imperare & compellere, sed suæ humanitatis & mansuetudinis voluit exemplum exhibere omnibus, præsertim majoribus, ut in iis, quæ à minoribus impetrare humanitate possunt, vim potestatis suæ deponant.* Toletus.

9. Enimvero quæri hoc loco potest, cur Salvator S. Petrum rogarit, ut à terra pusillum reducat, cùm tamen nec verbum quidem illi locutus fuerit, priusquam navim ejus ingrediens, possessionem illius acciperet? Idem Cardinalis cum S. Ambrosio respondet: *Cùm ab arruentibus turbis simotus in terra esse non posset, aspiciens in mari duas naviculas, unam Petri navim omni festinatione conscendit, ut importunitatis injuriam æquarum naturâ depelleret;* hæc autem subita festinatio ad hoc, ut navim ejus ingrediendi licentiam peteret, tempus ei non indulsit: jam verò intra navim constitutus, omnem defectum antecedentem, si tamen S. Ambr. serm. 11.

talis

talis commiſſus fuiſſet, hoc verbo *Rogavit*, emendat; hac tamen ratione admiſſa, potiùs dicendum videtur, hoc totum factum fuiſſe cauſa myſterii.

Dion. Carth. 10. Idem quoque verbum à Carthuſiano his verbis ponderatur: *Ex hoc oſtenditur maxima Chriſti dignatio, manſuetudo, & pietas quod Petrum pro tam parvare tam modeſtè, humiliterque rogavit, etſi præcipere potuit; docens Prælatos, ut promptiores ſint ad monendum, quàm ad præcipiendum, magisque cupiant diligi quàm timeri.* 1. *ad Theſſal.* 4. *Non dominantes, &c. Rogamus vos, & obſecramus in Domino.*

1. Theſſ. 4. v. 1.

S. Bonav in Luc. 11. S. Bonaventura quoque hanc eandem humilitatem admiratur, dum ait: *Nota hic humilitatem Domini, quia rogabat Petrum ſervum ſuum.* Qui idem teſtimonium citat S. Ambroſii advertentis, quòd Deus ſibi à nobis ſervitium præſtari velit, non per violentiam, ſed libera voluntate: *Coacta ſervitia Deo non placent, tum quia, ut dicit Seneca: Generoſus eſt animus, & facilius ducitur, quàm trahitur.*

Didac. Stell. 12. Didacus Stella in ea eſt opinione, quòd Salvator noſter non ſolum hac urbanitate uſus fuerit erga Petrum, dum illum, ut à terra puſillum reduceret, rogavit, ſed etiam quando navim ejuſdem conſcendit; tametſi S. Lucas idipſum non referat, qua in re nos docere voluit: *Nullum eſſe opus Deo acceptum, niſi ſit voluntarium; nam opus bonum ex dilectione penſatur, nam hilarem datorem diligit Deus; quantò plus dilectionis opus habuerit, tantò magis Deo erit acceptum & meritorium.*

2. Cor. 9. v. 7.

A terra reducere puſillum.

S. Bonav in Luc. 13. *Qui enim vult alios docere*, inquit S. Bonaventura, *debet interiori affectu terrena contemnere.* Quotquot enim animo ab his terrenis rebus magis alieno hîc in terris vixerunt, efficaciora ſemper fuerunt in prædicatione Dei inſtrumenta, innumerasque & admirabiles fecerunt animarum converſiones, prout in SS. Dominico, Franciſco, Bernardino Senenſi, & aliis videre licet: *Et ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahan ad me ipſum.* Sic quoque Apoſtolus, qui Gentium Doctor fuit, cuique totius mundi converſio attribuitur, hunc terrenarum rerum contemptum in ſummo gradu profeſſus fuit, dum ait: *Omnia arbitror ut ſtercora*; non veſtra ſed vos. De Apoſtolis quoque dicitur: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, idque, quia hæ turbæ Apoſtolicæ intus in animo ſuo omnibus erant terrenis cupiditatibus inanes & vacuæ. Nam, ut Hugo Cardinalis ait: *Tuba, per quam deſignatur Prædicator, non reſonat, niſi vacua, & prædicator debet eſſe vacuus per rerum terrenarum contemptum.*

Joan. 12. v. 32.

Phil. 3. 8

Hugo Card. in pſ. 44

Alb. M.

14. Albertus Magnus in ſenſu myſtico optimè dicit, doctrinam evangelicam tribus potiſſimum modis, à terra, id eſt, ab effectibus terrenis puſillum abduci; nimirum: *In ſenſu verbi, in converſatione audientis, & in affectu verbum capientis. In ſenſu verbi, quia novellus auditor profunda non intelligit, ſed ea, quæ juxta terrenas ſimilitudines dicuntur, melius ſapit; in converſatione, quia talibus non ſunt imponenda gravia, ſed levia, non multùm à converſatione civili elongata, & tunc melius portant; in affectu autem carnali non longè ſunt removendi, quin relinquantur eis temporalia, & ordinetur diſpenſatio;* Prov. 30. *Mendicitatem & divitias ne dederis mihi, tantùm victui meo tribue neceſſaria; Medio modo eundum eſt cum auditoribus.*

Prov. 30 v. 8.

Beda.

15. Venerabilis Beda ſimiliter hinc colligi dicit, quòd Prædicatores erga auditores ſuos mediocritatis viam tenere debeant; dicit enim: *Significat vel temperatè utendum verbo ad turbas, ut nec terrena eis præcipiantur, nec ſic à terrenis in profunda Sacramentorum recedatur, ut ea penitus non intelligant.* Ejuſdem quoque ſententiæ Hugo Cardinalis fuit, quòd ſcilicet non ſubitò prædicatores ſuis in ſermonibus auditores ſuos ad bona temporalia deſerenda hortari debeant; *Sed puſillum, hoc eſt, paulatim ab amore terrenorum retrahendi ſunt*: Præterea his verbis Chriſtus dicere voluit, quòd primò à rebus facilibus, minoriſque ponderis & momenti inchoandum ſit, ut ſic paulatim ad graviora deſcendere poſſint.

Hugo Card.

16. S. Gregorius ait: *Etiam à terra paulum reduci jubet, quam nec in altum duci, & tamen*

S. Greg. l. 17. moral. c. 14

tamen à terra præcipit removeri, profecto ſignificans, prædicatores ſuos rudibus debere populis nec alta nimis de cœleſtibus, nec tamen terrena prædicare.

Et ſedens.

Tolet. 17. Toletus ſeſſionis hujus myſterium his verbis enucleat: *Sedens autem docet, ut prædicationis gravitas, & docentis majeſtas indicentur.*

S. Thom. ſer. in hac Dom. 18. S. Thomas in ſenſu morali ita ſcribit. *Per naviculam intelligitur ſanctitas vitæ, in qua debet ſedere, qui alios vult docere.*

Did. Stell. 19. Didacus Stella dicit: *Sedit, ut non perfunctoriè, & velut aliud agens, ſed ſumma cura & maximo conatu infirmitatibus animæ tuæ medetur, admirabilis doctrinæ ex-excellentia.*

Ioan. 16. v. 13. 20 Conſiderandum quoque eſt, quòd Spiritus ſanctus, de quo Chriſtus Apoſtolis ſuis dixit *Docebit vos omnem veritatem*, quando ſuper illos deſcendit; ut ipſos Magiſtros, & Eccleſiæ faceret prædicatores, *ſedit ſuper ſingulos eorum*, idque, ut Theophylactus ait: *Quia orbis terrarum Doctores deſignabantur, & ordinabantur.* Dici quoque poteſt, per hanc Chriſti in navi Petri ſeſſionem, authoritatem & poteſtatem indicatam fuiſſe, quam ipſe ſuæ impertiebatur Eccleſiæ, omnes in rebus ad mores & dogmata fidei & Religionis Catholicæ ſpectantibus erudiendi, navis igitur cathedram figurabat D. Petri. Interlinearis ſuper præfatum locum Actuum Apoſtolicorum ſcribens, dicit: *Quòd ſedit, regia poteſtas eſt.* Oecumenius dicit, quòd ſeſſio illa erat *Stabilitatem ſignificans, dictio enim ſedit, idem ſignificat, quod permanſit*; & ideo per ſeſſionem illam monſtrare noluit, quòd doctrina illa, quæ in navi Petri annuntiabatur, futura eſſet ſtabilis, nec unquam defectura; quidquid enim Chriſtus prædicavit in Eccleſia, manet, manebitque deinceps in finem uſque ſæculorum. *Sedendi verbum*, (inquit pariter D. Chryſoſtomus in Acta Apoſtolorum,) *ſtabilitatem declarat.*

Act. Ap. 2. v. 3. Theoph. Interl. Oecum. Chryſ.

Docebat de navicula.

21. Quævis alia doctrina, quæ foris extra hanc navim prædicatur, poteſt eſſe ſuſpecta, ſolum illa, quæ ex hac navicula, id eſt ex cathedra D. Petri docetur, infallibilis ipſiſſimaque veritas eſt.

Did. Stell. 22 Didacus Stella ait: *Sedit docens in navicula Petri, ut inſinuet, ſe Eccleſiæ ſuæ ſemper aſſiſtere, quæ navi ula Petri eſt, nunquam derelinquit, ſemper eam docet & erudit. De navicula docet, ut inſinuet, neminem poſſe docere, qui extra naviculam Petri ſit, nam qui extra Eccleſiam docet, is non bene docet, ſed potius ſeducit.*

Luc. Burg. Matt. 4. v. 17. 23. S. Lucas quidem, quænam hujuſce prædicationis Chriſti materia fuerit, non exprimit nec declarat; Lucas tamen Burgenſis dicit: *Prima Chriſti concio, Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cælorum, Matth. 4. v. 17. diligentiſſimè obſervanda eſt; hæc enim eſt compendium & ſumma omnium Chriſti concionum.*

S. Ambr. ſer. 11. 34. S. Ambroſius Salvatoris noſtri admiratur benignitatem, utpote qui voluntati devotorum ſuorum condeſcendit, à quibus tametſi corpore procul remotus eſſet, mediante tamen ſalutari doctrina, quàm illis miniſtrabat, intimè conjunctus erat: *Videte miſeri ordinem Salvatoris, ſeparatur quidem ab hominibus corpore, doctrinæ tamen iis utilitate conjungitur, ubique miſeretur, ubique prodeſt; in terra poſitus, per tactus languores corporum ſanat; in mari conſtitutus, per doctrinam vulnera curat animarum.* Nazianzenus ait: *Cunctos condiſcendens, ut à profundis extrahat piſcem, hominem ſi ilicet, natantem in mobilibus rebus, & amaris hujus vitæ procellis.*

Naz. hom. de repud. in cat.

Turbas.

25 Hugo Cardinalis conſiderat, quòd non Principes ſynagogæ, non Scribas & Phariſæos docuerit, ſed populares S. Bonaventura ait: *Id eſt ſimiles & humiles, cum ſimplicibus ſermocinatio ejus; quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis.*

Hugo Card. S. Bonav. in Luc. Prov. 3. v. 32. Matt. 11. v. 25.

Verſus 4.

Ut ceſſavit autem loqui, dixit ad Simonem : Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam.

Ut ceſſavit autem loqui.

Tolet. 1. *Doctrinæ adjungit opera*, inquit Toletus; *quæ ad perſuadendum plus ponderis habent, & quos verbis non moverat, miraculo obſtupefacere facit.* Quatuor quidem facti ſunt in hoc Evangelio Chriſti diſcipuli, ſed, poſtquam præſens viderunt miraculum, non verò quando illum audierunt prædicantem. Et quidem hac in re utiliſſimum omnibus prædicatoribus poſt ſe reliquit documentum, (inquit idem, qui prædicator fuit Apoſtolicus,) *Ut poſt prædicationem otioſi non maneant, ſed ſanctis operibus vacent, ut, quod docuerunt verbo, confirment opere, & quos prædicatione non valuerunt ad virtutem excitare, vitâ ipſa extrahant.*

Did. Stell. 2. Didacus Stella, Chriſtum ſe ad miracula patranda accingere voluiſſe exiſtimat, ut veritatem confirmaret, quam prædicaverat: *Ut veracem eſſe oſtendat, quæ antea dixerat poſt prædicationem miraculum operatur, ſic & Apoſtoli profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Dixit ad Simonem.

Alb.M. S.Ambr. 3. *Cum mundi & maris cura committenda erat*, inquit Albertus Magnus; S. Ambroſius notat, quòd Salvator noſter omnibus quidem in plurali numero præceperit, dicens: *Laxate retia veſtra*; at verò in ſingulari numero ſoli Petro ſapientiſſimus Magiſter dixerit: *Duc in altum*; *Soli Petro dicitur: Duc in altum.* Porrò per hanc piſcationem in alto mari factam ſublimiſſimorum myſteriorum intelligentia denotatur; de hac nave idem ſanctus Doctor ait: *Eccleſia in altitudinem revocatur, tanquam cœlorum profunda diſcutiens.* Scribæ, Sacerdotes, & Doctores ſynagogæ literatiſſimi & expertiſſimi de Chriſto dixerunt: *Nonne hic eſt filius fabri?* *Matt.13 v.55.* Petrus, ad quem feliciſſima illa navicula ſpectabat, cui mandatum fuerat: *Duc in altum*, dixit: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, ad Empyreum uſque pervenit, *quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater cœleſtis.* S. Dionyſius Areopagita piſcatorem hunc, paulò ante ſimpliciſſimum idiotam glorioſo hoc titulo honorat, quo illum appellat *Antiquiſſimum Theologorum culmen.* Idem quoque D. Chryſoſtomus atteſtatur, dum ait: *Doctrina ſua inſtituit omnes, ipſe præcipuus Catechiſta habetur, & primus extitit verbi conciliator.* S. Ambroſius ait: *Eccleſia in altitudinem revocatur, tanquam cœlorum profunda Sacramenta diſcutiens, in illam ſcilicet altitudinem, de qua Apoſtolus ait: O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! Propterea dicitur Petro, Duc in altum, hoc eſt, in profundum diſputationis generationis divinæ; Quid tam profundum, quàm quod ait Petrus ad Jeſum: Tu es Chriſtus filius Dei vivi.* Idem quoque ſanctiſſimus Præſul alio loco in memoriam revocat id, quod Samaritana oppoſuit Salvatori, dum ait: *Puteus altus eſt; in arena erat, quando in ſynagoga erat; alta non erat aqua Judææ. Denique Samaritana & puteum altum putabat, dicens: Puteus altus eſt; unde dare mihi habes aquam vivam? non ergo ducere in altum poterat, quando cum Judæis credebat, qui etiam de puteo aquam haurire non poterant; ideo dicitur Petro: Duc in altum, id eſt, Duc in Chriſtum, altum enim eſt Chriſtus, de quo dicitur: Et tu Propheta Altiſſimi vocaberis.* *Matt.16 v.16.* *Ib. v.17.* *Dionyſ. Ar. l. de div. nom. c. 3.* *Chryſ. ho. 4. in Act.* *Rom. 11. v. 33.* *S. Ambr. ſer 42. in Dom. 3. poſt Pent.* *Lib. 3. de virgin.* *Joan. 4. 11.* *Luc. 1. 76*

4. Albertus Magnus per hoc altum mare, magnates & potentes ſæculi hujus, quod in mari ſymbolizatur: *Hoc mare magnum & ſpatioſum*, intelligendos eſſe dicit: *Altitudo maris eſt altitudo ſæcularis dignitatis, in qua ſunt Reges, Duces & Principes, qui ſe reti debent inclinare*, adducitque illum Iſaiæ textum, ubi prædictum fuit: *Gens & regnum, quod non ſervierit tibi, peribit, ſuges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis*; ac verò quando piſces groſſiores rete ingreſſi ſunt, alii quoque minores conſequenter ingrediuntur: *Tali piſcatione capti ſunt Conſtantinus & alii, qui Eccleſias fundaverunt.* *Alb.M.* *Pſ. 103. 25.* *Iſa. 60. 12.*

5. Venerabilis Beda notat, quòd Chriſtus priùs turbis illis prædicaverit, poſtea verò *Beda.*

verò retia in altum ut jacerentur, præceperit; ad denotandum, quòd Evangelium priùs annuntiandum sit populis vicinis, posteà verò extendendum ad loca remotiora magisque distantia: *Ut quod dicit idem Petro; Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam, ad remotiores gentes, quibus posteà prædicatum est, pertineat.*

Alb. M. 6. Albertus Magnus ait: *Spiritu præeunte, authoritate Scripturæ confirmante*; citatoque librum quendam, de animalibus tractantem, & dicit, quòd vastiores pisces in altissimo mari ut plurimùm commorentur: *Altum maris, altum intelligentiæ spiritualis, conversationis, contemplationis.*

7. Poterat quidem Dominus noster facere, ut copiosa illa piscatio in littore, ubi simul erant, non verò in alto mari fieret, quo etiam modo facta, miraculum emicuisset longè prodigiosius; at verò tunc discipuli nullum obedientiæ meritum habituri fuissent, tametsi enim paulò antè retia sua sine ullo prorsus fructu per totam noctem ejecissent: *Per totam noctem laborantes nihil cepimus*, nihilominus modò sine ulla contradictione, ad solùm Christi nutum, dum nondum illorum esset magister, eadem retia denuo in altum mare jacere non omittunt: *Captivantes intellectum in obsequium ejus*, redeunt ad altum mare suaque retia explicant, idque tempore diurno, quod ad piscandum inopportunius & minus commodum est nocturno; *Et concluserant*, &c.

8 Advertendum quoque est, quòd Petrus tunc præcipuè concluserit piscium multitudinem copiosam, quando Christus ei naviculam suam à littore in altum mare reducere præceperat, ubi validissimi spirabant venti, adeoque navicula ab undis & procellis periculosè jactabatur; quia quantò Ecclesia ampliùs à persecutoribus infestata fuit, tantò fidelium numerus in vehementiùs crevit. Unde S. Leo ait: *Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper dominicus ager segete ditiori vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.*

S. Leo ser. 1. in nat. Ap. Petri, &c.

Et laxate.

9. Cardinalis Toletus hoc loco interrogat quare Christus, postquam soli Petro dixerat: *Duc in altum*, postea omnes alios simul retia sua laxare jussit; & respondet, id duas præcipuè ob rationes factum fuisse, quarum hæc prima est & literalis, quia clavo sive temoni navis gubernando, unicus tantùm sufficiebat, qui navim in altum ducere poterat; at verò ad explicanda retia plures longè desiderantur: alia verò ratio mystica est: *Quia ducere navim, ad specimen regiminis spectat, significabatur autem solus Simon totius Ecclesiæ rector futurus; retia verò laxare ministerii est, quod ad multos spectat; unde in Ecclesia unum caput est, multi autem verbi prædicatores.* *Tolet.*

Retia vestra.

10. Priusquam ad copiosam illam piscationem faciendam dimitteret, illos primò verbum divinum attentè auscultare voluit: ut nos doceret, quòd omnia opera nostra tunc vel maximè prosperum sint habitura progressum, si devotio congrua, obsequium item & cultus divinus ejusmodi operibus præmissus fuerit: *Primùm quærite regnum Dei & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Ad hæc Salvator noster tunc piscationem quandam spiritualem instituere, id est, quatuor simul Apostolos uno tractu in in retia sua agere volebat; & ideo cùm illi piscatores essent, eosdem quoque piscatione mediante ad se pertraxit, *Condescendens enim hominibus*, inquit Chrysostomus, *sicut Magos per sidus vocavit, sic & piscatores per piscatoriam artem.* *Luc. 12. v. 31.* *Chrys. in cat.*

11. S. Ambrosius super hujusce piscationis instrumentis, retibus nimirum, ingeniosam quandam adfert considerationem; de industria igitur retibus uti voluit, quibus pisces vivi capiuntur, vivi manent; non vero talibus instrumentis, quæ mortem conciliare alicui possent: *Bene Apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non captos perimunt, sed reservant, & fluctuantes de infimis ad superna traducunt.* *S. Ambr. in cat.*

12. S. Bonaventura notat, quod Christus non rogando, sed imperando dixerit: *Laxate retia*, ut se Dominum & patronum maris esse *S. Bonav. in Luc.*

Pſ.8.8. eſſe declararet: *Imperando dicit, ut oſtendat, quod omnia ſubjecit Deus pedibus ejus, oves & boves, & pecora campi, volucres cæli, & piſces maris*; unde in principio Matutini canimus: *Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud.*

13 Memorandum quoque, quòd Salvator alia quadam vice alium diverſum, retia explandi modum, diſcipulis præſcripſerit, *Ioa.21.6* dum ait: *Mittite in dexteram navigii rete*, & ideo meritò inquirenda eſt hujus diverſitatis ratio. *S.Greg. hom.24. in evan.* S. Gregorius aptè ad hoc reſpondet, dum ait quòd piſcatio, quæ poſt reſurrectionem ejus facta eſt, numerum præfiguret electorum, non verò illa, quæ in hodierno Evangelio memoratur, de qua idem S. Pontifex ita ſcribit: *Illa piſcatio, in qua ſpecialiter, in quam partem rete mitti debeat, non jubetur, præſentem Eccleſiam deſignat, quæ bonos ſimul & malos colligit, nec eligit, quos trahat, quia & quos eligere poſſit, ignorat: Hæc autem piſcatio poſt Domini reſurrectionem facta, in ſolam dexteram miſſa eſt, quia ad videndam claritatis gloriam, ſola electorum Eccleſia pertingit, quæ de ſiniſtro opere nihil habebit.*

In capturam.

14. Per hoc verbum, utiliſſimum quoddam Evangelii miniſtris inſinuatur documentum, nimirum quòd facundiæ & doctrinæ ſuæ retia minimè extendere aut explicare debeant ad vanam oſtentationem, ſive ad acquirendos ſibi applauſus humanos, ſeu in adeiſcendam ſibi penes mundum, viri ingenioſi & ſapientis famam & conceptum, ſed finis illorum unicus hic eſſe debeat, ut animas Deo piſcari poſſint: *In capturam laxate retia*, ſecus enim ſi fecerint, adimplebitur in illis, quod Petrus ait: *Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus*; quod igitur Chriſtus Petro dixit: *Duc in altum*, idem quoque prædicatores Evangelici ſibi dictum eſſe cenſere debent; conari etenim debent, ut auditorum ſuorum mentes ad alterius vitæ bona, ad Dei notitiam, ad æternitatis & immortalitatis animæ conſiderationem, ad myſteriorum bonorumque cæleſtium amorem & intelligentiam erigere poſſint.

Verſus 5.

Et reſpondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.

1. *Quaſi dicat*, inquit Albertus Magnus, *congruum quidem ad capiendum tempus pertranſivit.* *Alb. M.* Lucas Burgenſis quoque notat, Petrum non ſine cauſa, hoctis mentionem feciſſe, quam nihil prorſus capiendo conſumpſerant: *Quæ ad capiendum opportunior eſt, quam dies.* *Lucas Burg.*

2. Sanctus Job, dicit: *Habui menſes vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi.* *Job.7.3* Hugo Cardinalis per hanc noctem, legem Moſaicam interpretatur, ut ſenſus ſit: *Per veterem legem laborantes, nomine noctis enim lex vetus intelligitur. Undè habetur Geneſ.1.* *Hugo Card.* *Poſuit Deus duo luminaria magna in firmamento cæli, ſcilicet luminare majus, ut præeſſet diei, id eſt, Chriſtum, ut præeſſet Evangelio: Myſticè ergo dicit Petrus: Per totam noctem laborantes, nihil cepimus, id eſt, cæremonialia inutiliter executi ſumus, nihil cepimus, id eſt, nihil duximus ad vitam.* *Gen.1.16*

3. Quamdiu ſine ulla Chriſti directione retia explicarunt, in vanum laborarunt, unde dicunt: *Nihil cepimus*, & tamen ſtrenuè laborarunt, *laborantes per totam noctem.* Multi quidem ſunt, qui verbum Dei miniſtrant, ſed independenter à Deo, quia vel ex propria inclinatione, vel ex alicujus lucri motivo, vel propter applauſum humanum, abſque eo quod vel ſemel de ſervitio Deo præſtando, vel de lucro animarum acquirendo cogitent; de his verè dici poteſt: *Per totam noctem laborantes, nihil capiunt.* Venerabilis Beda verba illa Pſalmi citat, in quibus dicitur: *Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam*; dicitque ex hoc textu clarè deduci, quàm neceſſum ſit ad hoc, ut per hoc adeo ſublime myſterium aliquis naſcatur profectus, ut Deus eidem ſuo favore aſſiſtat. Janſenius ait: *Significat eos, qui ſine juſſu & virtute Domini in docendo populos ſudaverunt.* *Beda Pſ.126 1.*

Did. Stell. 4. Didacus Stella ad hoc ſe reflectit, quòd in nocte illa, in qua inaniter laboraverant, Chriſtum ſecum non habuerint: *Ubi Chriſtus abeſt, ibi maximus labor & calamitas eſt,* Jer. 16. 13. *& advertendum, hunc laborem inutilem eſſe & inanem.* Deus olim populo ſuo per Jeremiam comminatus fuit: dicens: *Servietis* Matth. 11. 30. *diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die* Ibid. 28. *ac nocte.* E contra quando Deus nobiſcum eſt, omnis labor ſuavis eſt, & tolerabilis: *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve; venite ad me omnes, qui laboratis & onerati* Alb. M. Sal. §. 7. *eſtis, & ego reficiam vos.* Et ideo Albertus Magnus locum illum explicans ex lib. Sapient. cap. 5. *Laſſati ſumus in via iniquitatis;* ita ſcribit: *temporalia enim cum labore vix tamen acquiruntur, & raro cum timore, & quæ ſi ſine fructu poſſidentur, cum dolore præter voluntatem quotidiè perduntur.*

Bed. 5. Venerabilis Beda optimè conſiderat, quòd, tametſi quis magnis cum ſudoribus, laboribus, & ſumma cum induſtria Verbum Dei prædicet, per hoc tamen parum ſit profecturus, niſi Deus ex ſua parte, cor potius, quàm aures eorum, qui illum auſcultant, aperiat: *Niſi Dominus cor illuſtraverit auditorum, Doctor in nocte laborat.* De Lydia illa, quæ ſonoram illam Spiritus ſancti tubam, ſanctum Paulum inquam, audiendo, converſa fuit, ſanctus Lucas ſcribit: Act. Ap. 16. 14. *Cujus Dominus aperuit cor, intendere his, quæ dicebantur à Paulo*: quæ omnis perfectè cum eo conſonant: quod ſanctus S. Ambr. in Cat. Ambroſius dicit, dum hanc prædictorum aſſignat rationem: *Quia non hoc humanæ facundiæ opus, ſed ſuperna vocationis eſt munus.*

Nihil cepimus.

6. Hi, qui in infidelitatis nocte vivunt, & tamen vitam ſuam in moralium virtutum exercitio, boniſque moribus tranſigunt, prouti tot veteres fecerunt Philoſophi, pro ſalute æterna acquirenda nullum penitus fructum reportant, quia ſine fide in Chriſtum hæc omnia opera moraliter bona ad æternæ vitæ lucrum, nihil penitus conducunt: Heb. 11. 6 *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*; infideles enim de nocte, id eſt, in ignorantiæ & infidelitatis tenebris laborant.

7. Sunt quoque nonnulli, qui per totam præſentis vitæ noctem laborant, dum continuis tribulationibus, ærumnis, infirmitate, & paupertate exercentur & infeſtantur, & tamen nihil inde fructus aut emolumenti capiunt. Et ratio eſt, quia non habent patientiam, ſimiles cruces ſibi immiſſas à Deo proficiſci minimè conſiderant, ac proinde vel in deſperationem, vel ſaltem in gravem quandam rediguntur impatientiam, ſortemque à Deo ſibi aſſignatam deteſtantur, eidemque maledicunt: *Nihil capiunt.*

8. Quodſi verò hæc verba mundanis hominibus applicare voluerimus, certum eſſe comperiemus quòd *per totam noctem laborant*, utpote qui ſe pro bonorum temporalium lucro per totum vitæ ſuæ decurſum fatigant; hæc etenim bona temporalia, vel ad voluptates, vel ad divitias, vel ad honorum faſtigia reducuntur, pro quorum conſecutione plurimis quidem ſe homo ſudoribus & laboribus conficit, revera tamen nihil omnino capit; & quidem inprimis nihil homines de voluptatibus carnalibus capiunt, quia momentaneè tranſeunt; & ideo Tertullianus de nonnullis, quos poſt tranſactas voluptates conſcientia remordebat, eoſdem poſt decerptas roſas, ſpinarum puncturas ſentire, *Poſtque libidinum vaporata momenta, cælum ſuſpiraſſe* ſcribit: Imo verò de nonnullis illorum dici non poteſt: *Nihil capiunt*, quia ſæpenumero infirmitates piſcantur incurabiles, mortaleſque inimicitias contrahunt. Quodſi verò de divitiis ſermo ſit, Pſalmiſta de illis adeo clarè Pſ. 75. 6. loquitur, ut nullâ prorſus gloſsâ opus habeat; dicit enim: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis*, idemmet quoque Jobus affirmat, dum ait: *Dives cum dor-* Job. 27. *mierit, nihil ſecum auferret, aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet.* Similiter is, qui præ cunctis hominibus ſumma in terris proſperitate uſus fuit, in libro ſapientiæ proteſtatur manifeſtè dicens: *Divitias nihil* Sap. 7. 8. *eſſe duxi.* Denique ſi humanas conſideremus & examinemus dignitates, de his ſuperbus

Tertull. de habitu mulier.

perbus ille Aman, qui ab Aſſuero, centum viginti ſeptem Provincias ſub ſceptro ſuo numerante, ad ſupremum honorum culmen evectus fuerat, aperto ore fatetur: *Cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto:* Salomon quoque, qui ab ultimis mundi finibus potentiſſimas in ſui venerationem evocabat reginas, tandem concludit, dicens: *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere.* Et ideo Juſto Lipſio familiaria adeo ſemper fuere verba ſequentia, ut illa in ſepulchrali lapide incidi juſſerit, nimirum: *Humana cuncta fumus, umbra, vanitas, & ſcænæ imago, & verbo ut abſolvam, nihil.*

Esth. 5. 13

Eccl. 2. 11.

In verbo autem tuo laxabo rete.

9. Petrus ſe in virtute verbi Chriſti, retia ſua explicuiſſe proteſtatur, cujus proinde prompta obedientia, locupletiſſimâ remuneratione honorari metuit. Et ideo Didacus Stella ait: *Diſcamus à B. Petro protinus ut aliquid ex parte Domini fuerit præceptum, illud opere complere, nullâ factâ morâ; paruit, quamvis contra artem piſcandi præcepit, ſicque meruit innumerum piſcium multitudinem colligere.* Totâ nocte Petrus ſine fructu ullo ſudaverat, aſſiduiſque laboribus ſe confecerat: at verò Chriſto obediens, tempus antea inutiliter conſumptum fructuosè recuperavit & reſarcivit. Nimirum hoc facto Chriſtus oſtendere voluit: quòd homo ſine obedientia fruſtra laboret, ſiquidem ut plurimum propria voluntas nos omni apud Deum merito deſtituit: *At ſi obedientiæ mandato laboraveris, ingenti retributione dignus eris.*

Did. Stell.

10 Hugo Cardinalis ex Venerab. Beda & Ambroſio dicit, quòd *Retia ſunt verborum complexiones, & dicuntur quaſi retinentia; unde veræ Prædicatorum bene dicuntur, retia, quia in eis, quaſi quibuſdam laqueis capiuntur homines & tenentur.*

Hugo Card.

11. Didacus Stella ad idem myſterium, quòd ſcilicet per rete prædicatio Evangelica intelligatur, alludens, dicit, quòd ſanctus Petrus, dum ſe in verbo Domini retia ſuum ejeciſſe proteſtatur, ſimul quoque omnibus Prædicatoribus ſalutare monitum tradat: *Ne in Philoſophorum angustiis, aut Poetarum nugis retia prædicationis Evangelicæ laxent, ſed in verbo Chriſti, quod in ſanctis voluminibus abundat.*

Did. Stell.

12. Sanctus Antonius de Padua dicit: *In verbo Chriſti laxat rete, qui nihil ſibi, ſed totum illi tribuit.* Et meritò: *Non enim vos eſtis, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Idem quoque Didacus Stella expreſsè monet, dum ait: *Docet etiam prædicatores, ut laxent rete prædicationis in verbo Domini, non ad gloriam ſuam, neque ad quæſtum; non ad aliquod humanum deſiderium, ſed ad ſalutem eorum, qui capiuntur.*

S. Anto. Paduan. in Dom. 5. poſt Trin. Matt. 10 20. Did. Stell.

13. Sanctus Bonaventura quoque verba illa de prædicatione Evangelica exponit, dicit enim: *Non immeritò, quia ipſe dicit: Verbum meum, quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud.*

S. Bonav. in Luc. Iſa. 55 11

14. Albertus Magnus obſervat, quòd, priuſquam Petrus ſe in verbo Domini rete ejecturum eſſe diceret, jam de facto Chriſti prædicatio præceſſerit: *Jam cordibus per auditum verbi ſui præparatis*; unde deducit, quòd fruſtra laboret lingua dicentis: *Quia fruſtra laborat extra lingua Doctoris, niſi intus adſit gratia Salvatoris, & ideo piſces, qui ante ſermonem Domini retia Simonis ſe ſubduxerant, modo poſt verbum Domini, quaſi undique certatim venientes reti ſe certatim injecerunt, & hoc notat, cum dicit: In verbo tuo laxabo rete.*

Alb. M.

15. Per totam noctem fruſtra laboraverant atque ſudaverant: *Per totam noctem laborantes, nihil cepimus*, mox verò dum ad unicum Chriſti natum nihil aliud faciunt, quàm quòd retia explicent: *Concluſerunt, &c.* Ubi Didacus Stella ait: *Docemur autem, quod Chriſti potentiâ & virtute labor noſter, licet parvus, utiliſſimus eſt; omnis labor noſter, ubi Deus nobiſcum non operatur inutilis eſt; ubi Chriſtus aſſiſtit, glorioſus eſt fructus.*

Did. Stell.

Verſus 6.

Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, rumpebatur autem rete eorum.

Et cum hoc feciſſent.

1. Verbum hoc *feciſſent*, myſterio non vacat; poſtquam enim ſanctus Jacobus nos monuiſſet, dicens: *Suſcipite inſitum verbum,* quaſi idipſum non ſufficiat, protinus ſubjungit: *Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos, quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo, conſideravit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit*; Ideo ergo Petrus & alii, qui cum eo piſcabantur, ex audito Chriſti verbo profecerunt quia executi fuêre, quod illis per verbum Chriſti mandatum fuerat.

Jac. 1. 22

Jac. 1. v. 23.

Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam.

Alb. M.

2. *Salutaris concluſio*, inquit Albertus Magnus, *ad ſalutem concludi in rete Apoſtolico.* Eccleſiaſt. 6. *Injice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius cor tuum.*

Eccl. 6. 25.

Janſen.

3. Janſenius miraculum iſtud à Sapientiſſimo Salvatore noſtro ideo patratum fuiſſe exiſtimat, ut per illud in ſequelam ſuam piſcaretur quatuor illos Apoſtolos, de quibus in Evangelio fit mentio: *Voluit hos animare ad ſequendum ſe pauperem, ut ne meuerent inopiam, quod relictis omnibus pauperem ſequerentur, quando cum talem eſſe cognoſcerent, qui ſuo juſſu omnia poſſet.*

Toletus.

4. Toletus ſcribit, quòd in hac adeo copioſa piſcatione, immenſam animarum multitudinem denotare voluerit, quam evangelicæ prædicationis retibus ab Apoſtolis in omnibus mundi partibus explicatis & extenſis, piſcaturi erant.

5. Ex hoc facto, quàm Salvator noſter in compenſandis ſibi præſtitis obſequiis liberalis ſit, clarè perſpicitur, ſiquidem Petro mutuatæ ſibi naviculæ naulum ſive mercedem abundanter & copioſè ſolvere voluit; qua in re illos, qui ſub ſpe & arrha beneficentiæ ipſius ei ſerviunt, animare & inescare voluit, ſpecialiter autem ſe liberaliſſimum exhibet erga illos, qui prædicatione mediante animas errabundas ad ipſum reducunt.

6. Apoſtoli *Per totam noctem laborantes*, omnino defatigati erant, adeoq; ſomnoſummè indigebant per totum præteritæ noctis decurſum, ne vel unicum piſciculum piſcati fuerant: Et tamen Chriſtus illis mandat, ut in altum mare, ubi antea nihil ceperant, renavigarent, idque tempore diurno quod ad piſcationem ineptius eſt quàm nocturnum, & tamen quia ſine ulla contradictione obediverunt; ecce tibi remunerationem: *Concluſerunt, &c.* Quando ex propria voluntate piſcati ſunt, *nihil ceperunt.* Ita quoque multis aliis accidit, qui ſine ullo cum confeſſario prælabito conſilio, ſine ulla directione aut dependentia ab alio, imò & ſine vocatione Dei, vitæ auſteritates & rigores, aliaque pœnitentiæ opera in ſtatu religioſo vel ſæculari aggrediuntur, Deoque minimè grati ex ſtunt, quia ſpiritus & virtus obedientiæ illis deeſt. *Quare jejunavimus & non aſpexiſti; humiliavimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die jejunii veſtri, invenitur voluntas veſtra.* Iſa. 58. 3.

Rumpebatur autem rete eorum.

7. Gloſſa idipſum de hæreſum & errorum ſciſſuris interpretatur, quibus divaſtatur Eccleſia: *Rumpitur rete præ multitudine piſcium, quia modo cum electis tot reprobi intrant, qui ipſam Eccleſiam hæreſibus ſcindunt; rumpitur rete, ſed non labitur piſcis, quia Dominus ſuos ſervat, etiam inter perſequentium ſcandala.* Eandem ſententiam tenet S. Auguſtinus, dum ait: *Significat hominum carnalium multitudinem tantam futuram in Eccleſia, ut etiam diſruptione pacis, per hæreſes & ſchiſmata ſcinderentur.*

Gloſſ. ex Bed.

S. Aug. l. 2. q. 2. de qu. evang.

8. Quæri hoc loco haud incongruè poteſt, cur rete rumpatur hîc non verò in illa piſcatione, quæ poſt reſurrectionem facta fuit? *Cum tanta eſſent, non eſt ſciſſum rete.* Toletus per adductam S. Gregorii authoritatẽ reſpondet, dicens: *Hic præſens Eccleſia, quæ bonos*

Joan. 21. 11. Toletus.

bonos & malos complectitur, illic futura tantùm bonorum significatur.

Lucas Burg. 9. Lucas Burgenſis ne vel unum piſcem ex dirupto reti elapſum fuiſſe exiſtimat, adeò ut hic multiplicata miracula fuerint: *Nec tamen elaberentur piſces*: aliud verò miraculum fuit, quia *Piſces, qui ab hoc longè aberant, imperio Jeſu ſubitò adnatarunt, & in rete coacti ſunt; teſtimonium manifeſtum obedientiæ, quam rerum natura Jeſu exhiberet.*

10. Alius quoque hic conſiderari poteſt ſapientiæ & omnipotentiæ divinæ effectus, dum mediante reti quodam rupto & lacero, quale erat S. Paulus perſecutor Eccleſiæ. S Auguſtinus olim pertinaciſſimus hæreticus, Matthæus alias Publicanus Magdalena paulò ante meretrix, tot animas ad fidem notitiam ſui convertit.

Verſus 7.

Et annuerunt ſociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos, & venerunt & impleverunt ambas naviculas, ita ut penè mergerentur.

Et annuerunt ſociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent.

Tolet. 1. Toletus duas hujus rei cauſas adfert: Prima eſt, ut multi præſto eſſent, tanti miraculi oculati teſtes, ut ſic velocius divulgaretur & ſpargeretur per orbem; alia eſt propter myſterium, quod inde denotabatur: *Simul etiam ut ſignificaret Apoſtolos, in piſcatione hominum futura, multos etiam habituros comminiſtros. Eccleſia ergo Paſtores, cùm ipſi per ſe impoſito aut ſuſcepto oneri non ſufficiunt, alios, a quibus juvari poſſint, advocare debent.* Similem quoque ponderationem

Did. Stell. Didacus Stella habet, dum ſuper hæc verba ita ſcribit: *Quo facto docemur neminem in Eccleſia ſibi ſufficere, ſed alterum alterius operâ & ope indigere, ut ſic invicem nos adjuvantes humiliemur.* Qui idem Author ſimul ad illos ſe reflectens, qui à Petro in ſubſidium fuêre vocati hoc inde pro Prælatis Eccleſiaſticis deducit documentum: *Docet etiam Petrus Epiſcopos aut Prælatos Eccleſiæ, ne vocent in miniſterium & opem ſcurras aut ignaros, ſed viros Theologos & ſapientes, ſimiles Jacobo & Joanni.*

2. Albertus Magnus ſimiliter ex hoc facto iiſdem Prælatis valde profectuam elicit doctrinam: *Argumentum eſt hic, quòd cùm Prælatus per ſe rete trahere non valet, poteſt vocare alios, qui non ſunt de eadē navi, hoc eſt, de ſua Eccleſia, ut juvent illum,* adducitque Apoſtoli teſtimonium pariter & exemplum, ad Galatas ita ſcribentis: *Dexteras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, ut venirent per unitatem fidei, & adjuvarent eos verbo prædicationis, & curæ regiminis, & parte ſollicitudinis.* *Alb. M.* *Gal. 2. 9.*

3. S. Bonaventura in duobus locis ex hoc facto duo documenta deducit. Primum eſt: *Converſi ad Dominum, ſocios qui ſe traxerunt ad culpam, ſæpè retrahunt verbo vel exemplo ad pœnitentiam.* Et ſuper Evangelium Lucæ ſcribens, hanc habet conſiderationem: *Quia opera Dei revelare & confiteri honorificum eſt; unde dicit Author quidam: Nullius boni ſine ſocio jucunda poſſeſſio eſt,* adducitque illam ex Proverbiis ſententiam: *Frater qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas firma.* *S. Bon. ſer. 2. in hac Dom.* *Prov. 18. 19.*

Et venerunt, & impleverunt ambas naviculas.

4. Hugo Cardinalis ait: *Duæ naves, duæ ſunt vitæ, activa & contemplativa; activa intenta prædicationi, petit ſororis orationibus adjuvari; tunc enim proficit prædicatio quando Martha prædicat fideliter, & Maria orat inſtanter.* *Hugo Card.*

5. Albertus Magnus per has duas naves, duo intelligit præcepta charitatis: *Geminæ charitatis, in his duobus mandatis univerſa lex pendet;* id eſt, in dilectione Dei & proximi; hæ duæ naves nos per mare hujus ſæculi ad fortunata Paradiſi littora trajicere poſſe faciunt; vel etiam dicit idem: per illas intelligi poſſunt duo modi vivendi, *Actionis ſcilicet & contemplationis.* *Alb. M.*

Ut penè mergerentur.

6. Idem quoque Doctor obſervat Evangeliſtam non dicere illos fuiſſe de facto ſubmerſos, ſed in periculo fuiſſe ſubmerſionis: *Non enim mergitur Petri navicula, ſi ſæpe periclitetur aliquando.* Venerabilis Beda ex mente S. Pauli, quando hoc acciderit, declarat: *In noviſſimis diebus erunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes; nam mergi naves, eſt homines in ſæculum, ex quo* *Beda.* *2. Tim. 3. v. 2.*

elati per fidem fuerant, morum pravitate relabi. Idem quoque Paulus periculum ostendit, in quod illi, qui post habitum veritatis lumen & notitiam relabuntur, communiter incidunt: *Voluntariè peccantibus nobis post notitiam viam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia.*

Hib 10. v.26.

S. Ambr. in cat.

7. S. Ambrosius acutè observat, quòd S. Matthæus Petri naviculam inter undas fluctuasse dicat, S. Lucas verò eandem piscibus repletam fuisse asserat: *Ut & principia Ecclesiæ fluctuantis, & posteriora exuberantis agnoscas; non turbatur ista, quæ Petrum habet; turbatur illa quæ Judam habet; in utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus: illic turbatio, ubi modica fides; hic securitas, ubi perfecta dilectio.*

Versus 8.

Quòd cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum.

Procidit ad genua Jesu.

Lucas Burg.

1. Lucas Burgensis ait: *Intelligens præceptum Jesu admirando modo esse operatum, remque non agi casu, aut humanis viribus, sed virtute divina, quod nulli perspectius esse potuit, quàm ipsi piscatori exercitatissimo.*

Procidit ad genua Jesu.

2. Idem quoque S. Petrum ex hoc miraculo Divinitatem & omnipotentiam Salvatoris collegisse, observat, dum ad unicum & solum Christi nutum, adeò ingentem piscium multitudinem ad mortem in retia currere vidit: *Jesu excellentia hic perspecta, quod natura ipsa inanimatorum & animantium ipsum veneretur.*

Alb. M.

3. Albertus Magnus ait: *Fuit iste procubitus genuflexio exhibita in signum reverentiæ, & quod ab ipso esset ad altius promovendus.*

Mich. 6. 6 Matt. 27 v. 11.

Mich 6 Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu Deo meo. Qui se humiliat, exaltabitur. Enimverò Christum ulli unquam creaturæ præterquã S. Petro genua sua flexisse non constat, prùs enim ante ipsum, & postea ante alios Apostolos ipsum in ultima cœna genuflexum fuisse legimus; insuper quoque disposuit, ut deinceps omnes fideles, ad finem usquo sæculorum, ipsi quoque Reges & mundi Monarchæ sese pedibus S. Petri in persona summorum Pontificum, qui successive sedem ejus occupant, advolvant, seque reverenter coram illis prosternant. Porrò sublimis hic honos tot ante sæcula à Propheta Evangelico prædictus fuit: *Et erunt Reges nutritii tui, vultu in terram demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent.* *Isa. 49. 23*

4. Dionysius Carthusianus ait: *At verò sicut Petrus viso hoc signo, nihil meritis suis adscripsit, neque inaniter glortatus est, sed totum se humiliavit, & Christo gratias rependit, ejusque præsentiâ se fatebatur indignum: ita dum Prælatus aut Prædicator multos aut quosdam converterit; totum divinæ pietati attribuat, & gratias agens nullatenus extollatur, imò se indignissimum arbitretur, ut per eum Spiritus sanctus talia operetur, & Domino se prosternat.* *Dion. Cart.*

Exi à me, quia homo peccator sum.

S. Bonav. in Luc.

5. *Quasi diceret*, S. Bonav. *non sum talis, ut ego sim dignus esse simul tecum*; ex hoc namq; tam prodigioso miraculo Christi percepit omnipotentiam & Divinitatem, ideoque illi adeò propè ut assisteret, indignum se reputabat. Dionysius Carthusianus ait: *Ex magnitudine miraculosi effectus majestatem causæ pensavit; quia opposita juxta se posita clarius innotescunt, quò Petrus Christi virtutem excellentiamque magis attendit, eo propriam culpam ac parvitatem evidentius intellexit, atque humiliter fassus est.* Didacus Stella Petrum cum Gerasenis comparans, dicit: *Indignum seipsum Petrus judicavit Christi præsentia, non sic Gerazeni*; hi Salvatorem nostrum à se repellebant, eò quòd damna viderent, quæ ex eius præsentia in animalibus suis recipiebant: *Rogaverunt, ut discederet, propter porcos, quos amiserant; cognovit Petrus Christum, & ideò divino lumine illustratus seipsum agnovit & humiliat.* *Dion. Cart.* *Did. Stell.*

Lucas Burg.

6. Lucas Burgensis verum horum verborum sensum investigans, in persona Petri ita scribit: *Meam agnosco vilitatem, dum tua se mihi manifestat celsitudo. Quamvis Dei præsentiam assiduis votis exspectant homines quòd eo absente miseros se esse sentire cogantur,*

tur, neceſſe eſt tamen, ſimul atque apparet Deus, eos formidine percelli, imo exanimari metu ac pavore, donec ſolatium adhibeat, quia tunc ſentire incipiunt, quàm nihil ſint, quam viles & peccatis à Deo alieni, ac metuere proinde, ne ipſius ſanctitas præſens conſumat pravitatem ipſorum; ſicut enim quantò lumen majus eſt, tantò colores magis apparent, ita quoque quantò majorem de Deo, ipſiuſque ſanctitate & puritate notitiam habemus, tantò magis defectus noſtri, imò quilibet minimus imperfectionis nævus ſeſe conſpicuum omnibus exhibet. Unde Cajetanus ait: *Conferens peccata ſua cum ſanctitate, quam conſpiciebat in Jeſu, timet ſibi à propinquitate tam ſancti viri; ſacrilegium exiſtimabat proximitatem ſuam, advirum tam ſanctum.*

Cajet.

7. Vidua illa Sareptana, cui eminentiſſima Eliæ virtus perſpicua erat, filium ſuum, poſt hoſpitium, ſancto huic exhibitum, ad mortem uſque infirmari videns, ad eum dixit: *Quid mihi & tibi vir Dei? Ingreſſus es ad me, ut remmorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum?* Petrus itaque conſiderans, quòd Chriſti Divinitas, quædam ſuæ imperfectionis exprobratio eſſet, naviculæ ſuæ ſubmerſionem timebat, eò quòd ipſe peccator exiſtens, Sanctum ſanctorum in eandem recipiſſet. Toletus ait: *Se peccatorem agnoſcens, imminens ſubmerſionis periculum, quaſi pœnam proprii reatus arbitratus eſt, quia indignus peccator dignißimum ſuſcipiebat vectorem.*

3. Reg. 17 v. 18.

Tolet.

8. Advertendum quoque, quod quanto magis anima aliqua circa majeſtatem & excellentiam Dei illuſtrata fuerit, tanto quoq; majorem in ſemetipſa conceptura ſit erga eundem Deum timorem reverentialem Et ideo in Præfatione Miſſæ dicitur: *Quem laudant Angeli, adorant Dominationes: tremunt Poteſtates*; Angeli etenim, qui inter cæteros Angelos minus lumen habent, & ideo de illis ſolùm dicitur, quod divinam majeſtatem laudent: at vero Dominationes, quæ ſupremo Divinitatis throno vicinius appropinquant, eandem adorant, & coram illa ſe cernuas proſternunt; poteſtates denique quæ in ſublimiſſimo ſunt ordine coram Deo tremere dicuntur.

9. S. Antonius de Padua ſuper hæc verba dicit, quod *In hoc duo notantur; timor de peccatis: Exi à me, quia homo peccator ſum: ſpes de miſericordia: ad genua Jeſu procidit.* Enimvero dici communiter ſolet, quod ſæpe propter peccatorem quendam enormem naves perire ſoleant: at vero S. Petrus ſecurus eſſe poterat, ſuam nequaquam ſubmergendam fuiſſe, ſi quidem eum intra ſe continebat, qui *Tollit peccata mundi*; quique ipſi omnia peccata remittendi, & ita abſolvendi poteſtatem dederat: *Ideò autem hoc dicebat Petrus*, inquit S. Bonaventura, *quia videbat potentiam, & non percipiebat clementiam, quia dixit: Non veni vocare juſtos, ſed peccatores. Unde Auguſtinus ait: Ut piſcator loquitur Petrus, Deum, ac Dominum ſalutis ſecum habebat, & dicebat: Exi à me, ac ſi infirmus medico curare volenti, diceret: Recede à me, quia ægroto.* Idem quoque Seraphicus Doctor authoritatem citat S. Gregorii, qui laudabili quadam & ſancta repræhenſione S. Petrum his verbis aggreditur: *Imo ſi te peccatorem conſideras, oportet ut àte Dominum non repellas; mox verò in ipſius excuſationem proſequitur, dicens: ſed certè ſic humiliando non expellebat, ſed attrahebat. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?* Quonam præcipuè tempore Virgo ſanctiſſima Verbum æternum concepit, atque à Patris ſinu in virginalem uterum ſuum attraxit? Nimirum, quando ſemetipſam in nihilum ſuum vel maximè proturbavit, & intra ſe dixit: *Ecce Ancilla Domini*, tunc inquam proprium illum concipiendi tempus adfuit: *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum*: & ideo tritiſſima ſunt illa S. Bernardi verba: *Humilitate concepit.* Opportune quoque hic Publicanus ille occurrit, qui peccatis onuſtus, in quodam recondito templi angulo conſtitutus & humiliatus, oculos ſuos quâvis lacrymis madentes in cælum attollere non præſumpſit, de quo S. Bern. proinde præclaram hanc profert ſententiam: *Vim faciebat Publicanus ille regno cœlorum, qui cùm non auderet oculos ad cœlum levare, ipſum cœlum ad ſe potuit inclinare.* S. Petrus Chriſto propter peccata ſua, & quam de ſe præſumebat indignitatē ſuam appropinquare non audebat Chriſtus autem illum ſuum in terris Vicarium conſtituit, eique cœlorum claves conſignavit, hoc enim indicant verba illa, ut mox dicemus: *Et hoc jam eris homines capiens.*

6. poſt Trinit.

S. Bonav. in Luc. Matt. 9. 13.

Iſa. 66. 1.

S. Bern.

S. Bern. de 4. modis orandi.

S. Ant. Pad. ſer. in Dom.

10. Dionyſius Carthuſianus ait: *Chriſtum à ſe exire rogavit, non eum indignanter repellens, ſed ex profundiſſima humilitate honorans, nec tamen ſpiritualem ejus præſentiam ſeu gratiæ opem à ſe abeſſe optavit* Centurio miracula quidem Salvatoris experiri deſiderabat, ab illis tamen poſtulandis retrahebatur, eò quòd ſe illis experiendis indignum agnoſceret & ideò quamvis gratiarum ſuarum avidus & ambitioſus eſſet illum tamen ne domum ſuam ingrederetur, rogabat: *Hoc ex fide* (inquit S. Bonaventura) *& reverentia dicebat, ſi ut ille Centurio: Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum.* S. Auguſtinus ſimiliter dicit: *Si Centurio interius præſentem corde tenebat, cujus à ſuo tecto præſentiam honorifice revocabat.*

S. Aug. ſer. 64. in diverſ.

11. Ingenioſa pariter & pia eſt illa Didaci Stellæ meditatio dicentis: *Aſpectus Regum terræ, & eorum præſentia homines reddit ſuperbos, at Dei viſus & intuitus humiles.* Abraham, poſtquam Deus illum divino conſpectu ſuo dignatus fuit, eumque quàm maximè exaltavit & honoravit, protinus dixit: *Loquar ad Deum meum, cùm ſim pulvis & cinis.* Stellæ & planetæ quantumvis ſplendidiſſimi, quantò propius Soli appropinquant, tantò majus patiuntur lucis & claritatis deliquium. Unde S. Gregorius ait: *Sancti quanto magis Divinitatis interna conſpiciunt, tanto magis ſe nihil eſſe cognoſcunt,* adducitque præfati magni Patriarchæ exemplum, dicens: *Nuſquam quippe legitur, quod Abraham pulverem & cinerem ſe profeſſus eſt, niſi cum Dei habere meruerit collocutionem, ait enim: Loquar ad Deum meum, cùm ſim pulvis & cinis.*

Did. Stell.

Gen. 18. v. 27.

12. Petrus ait: *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum, & propterea factus eſt Eccleſiæ fundamentum,* inquit S. Chryſoſtomus, *nihil enim ſic eſt amicum Deo, quam ſi quis ſe minimis annumeret.* Ad hoc ut ædificium aliquod altius & ſublimius erigi poſſit, neceſſum eſt, ut fundamentum ejus profundius jaciatur, & ideò merito ſupremus hic Architectus Petrum, præ cunctis aliis Apoſtolis pro Eccleſiæ ſuæ fundamento elegit, eò quòd illum magis quàm alios in profundiſſima humilitate ſtabilitum eſſe novit. S. Ambroſius ait: *Admirabatur Petrus dona divina, & quò plus metuerat, magis præſumebat.* Verùm inquies fortaſſis quomodo per hunc ſanctum timorem, majorem concipere potuit fiduciam, & audaciam? Nimirum quia Sapientis ſententia eſt: *Beatus homo qui ſemper eſt paridus.* Et ideo S. Bernardi conſilium fuit, dicentis: *Anima ſecum referat impreſſa divina veſtigia, ipſa ſunt timor & ſpes; ille judicii, illa miſericordiæ repræſentans imaginem; meritò bene placitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia ejus.* Nazianzenus ad id pariter perſuadendum, valde aptam quandam adducit ſimilitudinem, dicens: *Dum ſecundo vento navigas, naufragium time, & tutior à naufragio eris, adjutorium ac ſocium tibi timorem adſciſcens.*

S. Ambr. in cat.

Chryſ. hom. 3. in Matth.

Prov. 28. v. 14.

S. Bern. ſer. 6. in Cant. Pſ. 32. 18

Naz. or. 40. in baptiſ.

13. Janſenius ad hoc ſe reflectit, quod tametſi navis in qua Petrus piſcatus fuerat, ſicut & retia pariter ejuſdem Petri propria fuerint ipſe quoque retia in mare ejeciſſet, ac demum piſcibus plenum ſibi attraxiſſet, omniaque feciſſet, quæ ad piſcationem illam neceſſaria erant, nihilominus tamen ne vel unius piſciculi capturam ſuis attribuerit laboribus, aut aſſiduitati, aut induſtriæ, ſed omnem piſcationis illius abundantiam & copioſam ſoli Chriſto adſcripſerit imò ſe peccatorem, & tanto beneficio indignum confeſſus fuerit: *Quo ſanè ſuo facto docuit, quid Apoſtolico Doctori ſit faciendum, ſi quando feliciter ſuccedunt opera prædicationis; tametſi enim ea peragatur humanæ vocis & induſtriæ miniſterio, tamen ſumma laudis totius uni Chriſto tribuenda eſt, cujus auſpiciis ſolvitur ad dicendum lingua, cujus ſpiritus afflat dicentis pectus, cujuſque occulta vis attrahit animos auditorum.* Lyranus in moralitate hujus hiſtoriæ ſcribit, quòd per Petrum, qui unà cum ſodalibus ſuis totâ nocte infructuosè laboraverat, ad Chriſti verò præceptum ad piſcationem rediens, ingentem illam capturam piſcium, in rete ſuum ire coegit; & tamen in ſe nihil niſi culpam & peccatum agnovit, dicens: *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum,* prædicator quidam Evangelicus prænotatus fuerit: *Qui propriæ innitens virtuti nihil proficit, ſed innitens divinæ virtuti, facit magnum profectum, & tunc à Domino confortatur dicente: Noli timere, ex hoc jam eris homines capiens.*

Janſ.

Lyran.

S. Ambr. l. 3. de Virg.

14. S. Ambroſius in alio quodam loco, enſum verborum illorum hoc modo exponit:

Vir

Vir ſapiens & gravis, in quo eſſet Eccleſiæ fundamentum, & magiſterium diſciplinæ, nihil utilius eſſe proſpexit, quàm ne ſecundantis operis extolleretur eventu; Et ideo exi, inquit, à me Domine, non rogat, ut deſeratur, ſed ne inſletur.

Verſus 9.

Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piſcium, quàm ceperant.

Gloſſ. 1. Gloſſa ait: *Excuſat Petrum, non ſtudio malitiæ ſed ex humano defectu hoc dixiſſe.*

Janſen. 2. Janſenius hunc ſtuporem nunquam præceſſiſſe exiſtimat, veluti typum & figuram admirationis illius, quâ mundus ob felices prædicationis Evangelicæ, & converſionis gentium progreſſus replendus & in ſtuporem adigendus erat: *Quis enim non obſtupeſceret, conſiderans, prædicatione paucorum, humilium, idiotarum hominum, tot millibus hominum ex univerſis orbis nationibus intra paucos annos fuiſſe perſuaſum, ut contemptis affectibus cognatorum, contempto diſpendio rei familiaris, ſpreto ritu paterno, contemptis minis principum, ſuppliciis, ac morte ipſa, ſimplicem Chriſti doctrinam ſequerentur, credentes, ea quæ humanis rationibus probari non poſſunt, ſperantes ea, quæ ſupra naturæ vires plene ſunt deſperanda?* Enimvero quidquid ad hanc adeo copioſam piſcationem, quæ totius mundi converſioni præludebat, concurrit, magnam ſecum ferebat admirationem atq; ſtuporem. Etenim populi, quibus prædicabatur, per tot ſæcula in falſorum Deorum ſuorum cultu nati, nutriti & habituati, & carnalibus voluptatibus boniſque & affectibus terrenis planè dediti erant; Ille verò populus, qui ſolus inter omnes totius terræ nationes, veri Dei fide & lumine illuſtratus erat, populus videlicet Hebræus, vitioſiſſimus erat, jamque veri Dei filium inter ipſos & ex ipſis incarnatum inter duos latrones, veluti latronem & ſicarium crucifixerat: Prædicatores ſi attendamus, hi piſcatores, laceri, nudi, illiterati, omnque Principum aut Magnatum favore deſtituti erant, imò ab ipſis probris afficiebantur & vituperiis: Si doctrinam, quam annuntiabant conſideremus, difficilis nimirum hæc erat, quàm ut ab intellectu, quantumvis perſpicaci, apprehendi poſſet; quid enim difficilius perſuaderi poterat, quam Trinitas perſonarum, & eſſentiæ unitas, Verbi æterni ex virgine quâdam facta incarnatio, Sacramentum Euchariſtiæ, & Chriſti nomini in eadem vera & realis præſentia, reſurrectio corporum mortuorum, & finale judicium; longéque difficiliora erant quæ voluntati proponebant, inſinuando eidem vitæ rigores & auſteritates corporales, bonorum, divitiarum & voluptatum contemptus, præcipiendo denique caſtitatem, humilitatem, & obedientiam. Præterquam quòd is, quem verum Deum, & Dei filium eſſe præjudicabant, homo quidam infami crucis ligno affixus, *Judæis ſcandalum, gentibus autem ſtultitia* & mera fatuitas erat. Meritò igitur D. Chryſoſtomus duodecim illorum piſcatorum victorias conſiderans, exclamat, dicens: *O rem novam atque inauditam in natura! Judæorum innumera millia Romani tunc vicerunt, atque ceperunt, & à duodecim viris nudis atque inermibus ſuperati ſunt, quæ oratio exponere poterit, tanti miraculi magnitudinem?* His addealiud non minus grande & obſtupeſcendum prodigium, videlicet quòd, tametſi duodecim illis piſcatoribus, omnium vitium conatu ſe non ſolùm Reges & potentiſſimi hujus mundi Monarchæ, verum etiam omnes idolorum ſacrificuli, Philoſophi, Oratores, omneſque alii totius terræ ſapientes oppoſuerint, nihilominus quod ſummè obſtupeſcendum eſt, inermes illi piſcatores breviſſimo in tempore *conſluſerunt piſcium multitudinem copioſam*, ſiquidem ut in eadem Homilia Chryſoſtomus ait: *Quæ res maximum argumentum omnipotentiæ Chriſti eſt, viginti enim annis, aut ad ſummum triginta ad omnes oras orbis Evangelium tranſcurrit.* Chryſoſt. ho. 76. in Matth.

3. Lucas Burgenſis ex his Evangeliſtæ verbis, qualis & quantus Petri timor fuerit, his verbis deducit: *Fuit metus religioſus is, quo correptus eſt Petrus, pertinens ad pietatem, non abſimilis eorum, qui caecutienti & obtuſa oculorum acie cum ſint, ſolem perfectiſſimè lucidum, & ſplendentem formidant, agnoſcentes ſeſe impares tantæ virtuti ſpectandæ.* Luc. Bur.

Verſus 10.

Similiter autem Jacobum & Joannem filios Zebedæi, qui erant ſocii Simonis. Et ait ad Simonem Jeſus: Noli timere, ex hoc jam eris homines capiens.

Noli timere.

S. Bonav. ſer. 2. in hac Dom.

1. *Non excludit*, inquit S. Bonaventura, *timorem reverentiæ & humilitatis, ſed puſillanimitatis.*

Beda.

2. Venerabilis Beda, ait: *Confortat Dominus timorem carnalium, animoſque fragilium conſolando erigit, ne quis vel de ſuæ conſcientiæ culpa tremens, vel de aliorum innocentia ſtupens, ſanctitatis iter formidet aggredi.*

Ex hoc jam eris homines capiens.

Luc. Burg.

3. Lucas Burgenſis ait: *Quod certè præſtitit triennio poſt, quando uno primoque jactu Evangelici retis, die Pentecoſtes piſcatus eſt tria hominum millia.* Doctor Seraphicus hæc verba conſiderans, ſermonem tertium, quem in hanc Dominicam ſcripſit, his verbis orditur: *Utinam ego miſer peccator hodie unum piſciculum, unum hominem Domino meo Jeſu Chriſto capere poſſem.*

S. Bonav.

Lyran.

4. Lyranus, qualiter hæc piſcatio intelligenda ſit, his verbis declarat: *Per ſanam doctrinam trahendo ad vitam beatam; verbum enim Dei hamo piſcatoris comparatur, quia ſicut hamus non capit piſcem, niſi ab ipſo capiatur, ſic nec verbum Dei capit hominem ad vitam æternam, niſi ipſum verbum mente ipſius capiatur.*

5. Quæri hoc loco non incongruè poterit, cur Deus Evangelii ſui primos prædicatores, arte & profeſſione ſuâ piſcatores eſſe voluerit? quod ſi dicas; id factum eſſe, ut ejus omnipotentia tantò magis per eos elucereſceret, dum ſcilicet Imperatores & mundi Monarchas per piſcatores ad ſe attrahebat; reſponderi mos poteſt, idem quoque ſecuturum fuiſſe, ſi Evangelium ſuum per ruſticos aut agricolas annuntiari diſpoſuiſſet. Pro reſponſione S. Ambroſius notat,

S. Ambr. l. 5. exa. c. 4.

quòd natura nullum habeat animal ferocius piſce, ſiquidem omnia alia animalia, quantumvis fera illa ſint & truculenta, arte tamen humanâ cicurantur & manſuefiunt, ſolus piſcis homini nunquam redditur familiaris; Inter ſe mutuo unus devorat alterum; Ecce tibi igitur in piſcibus prænotatos barbaros & paganos, qui falſa ſimulachra adorabant, hi enim intractabiles, feroces & crudeles erant, & tamen Deus illos, per horum piſcatorum apoſtolicorum retia, efficaciter ad ſe trahere novit.

Toletus.

6. Obſervat Toletus, quod ly *homines capiens* in Græco idem ſignificet quod *vivi capio*.

Janſen.

Janſenius idem quoque eſſe dicit, quod *vivum capere*: *Rectè intelligitur ſignificari, Petrum capturum homines, non quomodo hoſtis in bello hoſtes ſuos capere ſtudet, quos aut mortuos cupit capere, aut ad mortem & ſervitutem, ſed quomodo aliquis redimere ſtudens captivos de manu hoſtium, qui ceperunt eos.* S. Juſtinus legit: *Ad vitam capiens*, unde

S. Juſtin. mar. in q. gent. 40.

Joan. 6. v. 69.

S. Petrus de verbo Dei loquens, illud verbum vitæ æternæ appellavit: *Verba vitæ æternæ habes*, aut verò ſi ly *homines capiens* inſinuare vellet, quòd illos capturus ſit ad mortem, id intelligendum eſt, de morte quoad vitia, culpam, aut quoad vitam antea licentioſam & diſſolutam.

S. Anton Pad. ſer. in Dom. 5. poſt Trin.

7. S. Antonius Paduanus notat, quòd Salvator illa verba in ſingulari numero ſoli Petro dixerit: *Hoc ſpecialiter ad ipſum Petrum pertinet, q. d. Ex hoc quia fuiſti humilis, vitæ tuæ maculas erubeſcens, confeſſionem verecundia non reperimus ſed detecto vultu remedium quærens, eris homines capiens*; Multi quidem & alii mediante prædicatione & confeſſione Sacramentali animas ad vitam æternam piſcaturi erant, ſed dependenter à Petro: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?*

Rom. 10 v. 15.

Hugo Card. 2. Cor. 12 v. 14.

8. Hugo Cardinalis notat Chriſtum dixiſſe: *Eris homines capiens q. d. Non aurum, non argentum, non præbendas, non laudes hominum* 2. Cor. 12. *Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos*; Citatque Venerabilem Bedam dicentem: *Nondum in Apoſtolatum eligitur ſed prædicitur, quòd aliquando ſit eligendus.*

Verſus

Verſus 11.

Et ſubductis ad terram navibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

Theoph. 1. Theophylactus ait: *Admiremini Domini diſpenſationem, quomodo per propria & familiaria ſua quemque attrahit, ſicut Magos per ſtellam, ira & piſcatores per piſces.*

Dion. Cart. 2. Dionyſius Carthuſianus hoſce Apoſtolos trina vice ad Chriſti ſequelam vocatos fuiſſe dicit: *Triplex fuit Apoſtolorum iſtorum vocatio; una & prima ad ſolam Chriſti familiaritatem; Tertia ad Apoſtolatum.*

S. Bonav. ſer. 4. 3. S. Bonaventura in ſerm. 4. ad illa verba, *relictis omnibus*, ſe reflectens dicit: *Chriſti doctrina ab altitudine paupertatis ſumpſit exordium, & Evangelicæ perfectionis primarium fundamentum ſecuritate paupertatis firmiter collocatur.*

Chryſoſt. in cat. 4. Chryſoſtomus fidem & obedientiam horum diſcipulorum admiratur, dum ait: *Habentes enim opus præ manibus appetibilis piſcationis, cum audiſſent mandantem, non diſtulerunt, ſed relictis omnibus ſequebantur; talem enim obedientiam requirit à nobis Chriſtus, ut eam non prætermittamus, etiamſi aliquid valde neceſſarium urgeat.*

Dion. Carth. 5. Dionyſius Carthuſianus ait: *Relictis omnibus, quæ ibi habebant, videlicet navibus, & navium inſtrumentis, captiſque piſcibus, vel relictis omnibus hominibus, qui ibi tunc aderant;* quia in re utiliſſimum illis dederunt documentum, qui ſe Deo volunt conſecrare; ſi enim id verò & ſtabiliter facere intendant, non ſolùm illis mala vita præterita deſerenda eſt, verum etiam omnes illam denuo repetendi occaſiones, relinquenda ſunt prava conſortia, ludi, converſationes, ſubmovendi ſunt omnes libri prophani, omnes literæ amatoriæ, munuſcula aut effigies amaſiarum, & quidquid ſuſcitare in nobis poteſt peccatorum præteritorum reminiſcentiam, Circa illa verba: *Relictis omnibus,* S. Thomas ita ſcribit: *Duo ſunt nobis neceſſaria ad ſequendum; Primo, ut à bono commutabili avertamur, ipſum deſpiciendo: Secundo, ut ad bonum incommutabile convertamur, ipſum diligendo & imitando. Quatuor debemus relinquere; mundana contemnendo; conſanguineos propter Deum relinquendo; Corpus mortificando; Voluntatem propriam abnegando. In quatuor oportet imitari Chriſtum; In humilitate; Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde; In pietate: Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt; Tertio in charitate; Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem; Quarto in tribulationum aſperitate. 1. Petri 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus.* *S. Th. ſer. 2. in hac Dom.*



DOMI-

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Ex Matthæi Cap. 5.

v. 20. DIco enim vobis, quia niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. 21. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit judicio. 22. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio; qui autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit concilio; qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. 23. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

Verſus 20.

Dico enim vobis, quia niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

Niſi abundaverit.

Cajet. CAjetanus verbum illud, *abundaverit* conſiderans, ita ſcribit: *Dicendo, abundaverit, apertè monſtrat, à juſtitia noſtra comprehendi juſtitiam Phariſæorum, & aliquid addere ultra illam.* D. Chryſoſtomus, Salvatorem hoc loco non de illis ſcribis & Phariſæis, qui perverſi erant, ſed de illis, qui legis obſervantiſſimi erant, locutum fuiſſe exiſtimat: *Non iniquos appellat ſed eos, qui legis præcepta cuſtodiunt*; cujus efficacem & omnino convincentem ſubnectit rationem: *Neque enim illos, qui non cuſtodirent diceret habere juſtitiam.* Eandem quoque obſervationem Janſenius habet, dum ait: *Notandum, non comparari juſtitiam noſtram, cum hypocriſi Phariſæorum & ſcribarum, aut quovis alio eorum vitio, ſed cum eorum juſtitia, hoc eſt, virtute & æquitate, quam ex aliqua parte habebant.*

Chryſoſt hom. 16. in Matt.

Janſ. c. 20. cone.

2. S. Thomas quoque verbum illud, *abundaverit*, ponderans, illud mortuum & appetituum interiorum animæ noſtræ mortificationem denotare ſcribit: *Abundans autem juſtitia eſt, ordinans omnem motum animæ.* Juxta quam expoſitionem, Salvator noſter, dicere vult, quòd ad comparandam perfectionem & virtutes, Chriſtiano homini & nomini convenientes, rigores vitæ, & auſteritates corporales nequaquam ſufficiant, ideoque omnium loco paſſiones & inordinati animi paſſiones & appetitus ſtudiosè reprimi debeant. Unde tritum eſt in vita ſpirituali axioma: *Tantum proficies, quantam tibi vim intuleris.*

S. Th. in Matth.

Juſtitia.

3. Sciendum porro eſt, quod, ut D. Chryſoſtomus notat, lex Moſaica non ideo ad animas in cælum introducendas inſufficiens fuerit, quia illa in ſemetipſâ mala eſſet, ſed quia *perfectiorum utique mandatorum tempus advenerat.*

Chryſoſt ho. 16. cit.

4. Dionyſius Carthuſianus in ea eſt opinione, quod diſcurſus iſte ſolum ad Apoſtolos & Prælatos directus fuerit: *Ad eos, qui ex ſpeciali vocatione, profeſſione ſeu gradu ad perfectionem tenentur, ideo eorum non eſt circa com-*

Dion. Carth.

communia languere, quia nec ſufficit eis, ſed oportet ut vitam aliorum altâ puritate tranſcendant. Janſenius verò econtrà optimis rationibus, Salvatorem hiſce verbis univerſum populum Chriſtianum docere voluiſſe probat: *Rectius hæc ſententia intelligitur dicta toti populo, & omnibus Chriſtianis.* Janſen.

5. Porrò cur in nobis major virtus & perfectio eſſe debeat, quàm in illo populo, hujus divus Chryſoſtomus hanc reddit rationem: *Quia & ampliora ſunt præmia, & eminentior ſancti Spiritûs gratia, conſequenter requiruntur etiam majora certamina.* Nobis non promittitur ſicut illis terra lacte & melle manans, non longa vita nec proſapia numeroſa, non frumenti & vini, gregum item & armentorum copia, ſed totum quantum eſt cœlorum regnum nobis promittitur. Adhæc nos Chriſtiani majus penes Chriſtum debitum contraximus; nondum enim Salvator noſter, dum hæc verba protulit, ſuum etiamnum ſanguinem fuderat, quemadmodum deinceps ab ipſo pro noſtra redemptione factum fuit. Quòd ſi olim Hebræos manna pavit, nunc nos ſacramentiſſimo ſuo corpore ſacramentaliter nutrit; quòd ſi illis aquam è ſilice manare fecit, nobis à venis ſuis ſacratiſſimum ſanguinem ſuum, & è latere aquam, quæ ſanctiſſima fuêre Sacramenta, felici ſcaturigine propinavit: Illos à Pharaonis tyrannide, & ab Ægyptiaca redemit ſervitute, nos verò à barathro inferni, & jugo ſatanæ, ac proinde conſequens eſt, ut quantò à Salvatore noſtro majora beneficia recepimus, tantò quoque majori gratitudine eidem correſpondeamus. Chryſoſt. hom. cit.

6. Idem quoque D. Chryſoſtomus, quidnam per hoc nomen *juſtitia* intelligatur, his verbis declarat, dum ait: *Hic per juſtitiam, univerſam dicit profectò virtutem.* Chryſ. hom. cit.

7. S. Antonius de Padua ei, qui in hac juſtitia exercere ſe voluerit, quinque ſequentia adimplenda eſſe ſcribit: *Quinque tenetur exhibere: Deo honorem, ſibi ipſi cautelam, proximo dilectionem, mundo contemptum, peccatis odium.* S. Ant. Pad. ſer. in Dom. 6. poſt Trinit.

8. Hugo Cardinalis ait: *Dedit in nobis abundare virtus & gratia, in tantùm ut omnia obſtacula diaboli dirumpat.* Hugo Card.

Pluſquam Scribarum & Phariſæorum.

9. Horum qualitates Lucas Burgenſis ita deſcribit, dum ait: *Scribas Salvator hic nominat, quia Doctores illi erant legis; Phariſæi, qui præcæteris legis erant obſervantes uſque ad minutiſſima quæque.* Lucas Burg.

10. Chriſtus in variis ſacri Evangelii locis Scribarum & Phariſæorum hypocriſim, invidiam & malignitatem illorum reprehendit, quia ut Hugo Cardinalis ait: *Habebant exterius ſpeciem pietatis, veritatem ejus abnegantes.* S. Thomas hæc verba exponens, horum defectus detegit, dicens: *Quia juſtitia horum erat in præſumptione ſuæ actionis, & in judicio alterius*; addu:itque Phariſæi illius exemplum, qui in templo in conſpectu omnium, ſeſe de bonis operibus ſuis jactabat. *Secundò, quia erat in oſtenſione operis; non in rectitudine intentionis. Tertiò, quia erat in lotione, & exteriori munditia, non in opere. Quartò, in afflictione corporis per jejunia, & non in mandatorum obſervatione. Quintò, quia erat in minùtis obſervantiis, relictis gravioribus legis*; in ſequenti verò capite multa alia ipſorum vitia exponit, ſuoſque ne illos imitentur, Salvator hortatur, dicens: *Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Hugo Card. S. Th. in Matth. Matth.

11. Cajetanus inquit: *Juſtitiam majorem vocat, tum juſtitiam non ſolùm exteriorum operum, ſed internarum affectionum.* Scribæ enim, & Phariſæi omnem virtutem & perfectionem ſuam in exterioribus conſtituebant, & negligebant interiora; ſic etenim Phariſæus ille jejunabat, dabat decimas, templum frequentabat, vacabat orationibus, &c. interius verò in corde ſuo ſuperbus, elatus, & arrogans erat, de proximis ſuis temerè judicabat, eoſque contemnebat; *Judæi enim credebant*, inquit Lyranus, *per præcepta decalogi ſola exteriora prohiberi, non motum animi.* Idem quoque ſanctus Antonius de Padua ſcribit, dum ait: *Phariſæorum fuit, ut manus, non animus cohiberetur; unde credebant peccatum non eſſe in cogitatione, ſed tantùm in operatione*; quem proinde errorem Chriſtus in hujus Evangelii decurſu condemnat. S. Thomas ait: *Hoc* Cajet. Lyran. S. Ant. Pad. ibid.

dicitur discipulis, & per consequens omnibus, & extendendum est non solùm ad exteriorum motuum, sed etiam ad animi cohibitionem. B. Humbertus pariter ita scribit: *Pharisæorum ac Scribarum justitia erat tantùm à malo opere abstinere; voluit Dominus in hoc suorum justitias superabundare, ut non solùm ab opere, sed insuper à cogitatione satagerent revocare.* B. Humbert.

12. Fuit & alius eorundem error à Christo manifestatus, quia scilicet valde se exhibebant zelosos in reprehendendis aliorum, etiam Apostolorum transgressionibus levibus, videlicet quòd manus non lavent, dum panem manducant; quibus tamen Christus respondit: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* In quibus proinde adimpletum est, quod alibi Christus in Matthæo dixit, scilicet quòd sint *excolantes culicem, camelum autem glutientes*; superstitiosas enim majorum suorum traditiones, in propria inventione fundatas, pluris æstimabant, observabantque, quam à Deo scriptæ, & à Moyse promulgatæ, & per universalem acceptationem stabilitæ legis præcepta. Matt. 15. 3. Mat. 23. 24.

13. Hugo Cardinalis causam, cur Scribæ & Pharisæi nullam habuerint actuum internorum rationem, his verbis adducit: *In lege enim non infligebatur pœna pro peccato animi, & ideo non cohibebat animum; lator ejus purus homo fuit, non potens videre corda, lator verò Evangelii Christus corda vidit, & ideo punit utraque peccata, cordis scilicet & operis; debet autem justitia nostra in duobus abundare à Scribis & Pharisæis, scilicet in omnium præceptorum exteriorum observatione, & in interiorum, quorum neutrum faciebant*; illa enim præcepta solùm observabant, in quæ majorem habeant, ob interesse majus inde proveniens inclinationem; sed turpiter errabant, quia ut David attestatur: *Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.* Hugo Card. Ps. 118. 6.

14. Idemmet Hugo inquit: *Signa exteriora amplectabantur, unde in materialis templi ædificatione & ornatu, tota eorum intentio consistebat, quod non fuit nisi signum & pictura veri templi Dei, scilicet fidelis animæ, de cujus ornatu non curabant: erant ergo similes alicui imaginem Crucifixi honoranti, ipsum verò corpus Dominicum conculcanti.*

15. Porrò lex vetus in exigendis à legis transgressoribus pœnis valde rigorosa erat: *Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione.* Ab hoc autem rigore sex nova totaliter remisit; unde quando duo illi fratres ad conflagrandos igne Samaritanos illos, qui magistrum ipsorum injuriis affecerant, ignem evocare volebant: *Dominus ad eos conversus increpavit illos, dicens: Nescitis, cujus spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed salvare.* Et quidem qualisnam fidelium nove legis gratiæ spiritus sit, quem à singulis exigit, in hoc capite v. 39. luculentius insinuat, dum ait: *Audistis, quia dictum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente; ego autem dico vobis, noli resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam tollere, præbe illi & alteram; & ei qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Samaritanus ille, qui typus Christi erat, in vulnera miserabilis illius, qui genus humanum à Christo sanatum præfigurabat, oleum pariter & vinum infudit, volens per hoc alludere & insinuare, quòd lex Evangelica simul inter se conjunctum habeat rigoris & mansuetudinis spiritum. Exod. 21. 24. Luc. 9. v. 55. & 56

16. S. Gregorius dicit: *Quid est, plusquam Scribarum & Pharisæorum? Justitia Pharisæorum est, dicere, & non facere; Abundet justitia vestra super Scribarum & Pharisæorum, & ut & bona dicatis, & bene vivatis.* Lyranus super hæc verba: *Nisi abundaverit*, &c. pariter scribit sensum esse, *quasi dicat, ad salutem non sufficit bona doctrina, nisi adsit bona vita.* S. Greg. ho. 24. in Evang. Lyran.

17. Dionysius Carthusianus doctrinam quidem in Scribis laudat, non verò eorum opera, utpote doctrinæ minimè correspondentia: *Vera iter docuerunt, sed opera non corresponderunt doctrinæ*; atque ideo non salvantur, quia *non auditores legis justi sunt, Rom. 2. v. 13. sed factores justificabuntur.* Dion. Cart. Rom. 2. 13.

18. Magnam quoque considerationem dictio illa, *vestra*, meretur; per hanc enim Salvator noster nobis innuere intendit perfectionem & sanctitatem fidelium suorum in lege Evangelica propriam esse debere & intrinsecam, non verò ab aliis emendicatam & ideo dicit: *Justitia vestra*, quia Scribæ & Pharisæi, ad se & animas suas salvandas,

das, nimiam habeant in Patriarcharum ſuorum meritis confidentiam, propria negligendo: *Patrem habemus Abraham; ſemen Abrahæ ſumus*; & ideo Chriſtus illis aliquando dixit: *Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.*

Luc. 3. 9.

Ioa. 8. 39

Non intrabitis in regnum cœlorum.

Hugo C. 19. Id eſt, ut Hugo ait, *in Eccleſiam triumphantem*; atque ideo ex pœna ad majorem perfectionem non contendentibus impoſita, quanti momenti præceptum ſeu monitum illud ſit, facilè colligitur. Albertus Magnus ait: *intrare eſt continuis profectibus proficiſci; & ideo intrat, qui per minimorum obſervantiam continuè proficiſcitur ad profectum.*

Alb. M.

Verſus 21.

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit judicio.

Dictum eſt antiquis.

Cajet. 1. Id eſt, inquit Cajetanus, *patribus in Sinai, Exod* 20. Lucas Burgenſis ita exponit: *Priſcis patribus, qui legem ipſam per Moyſen à Deo acceperunt; vel audiſtis docente Scribas, ita docti eſtis.*

Non occides.

Cajet. 2. *Subjunge*, inquit Cajetanus, *privatâ authoritate, nam publicâ poteſtate licitum eſt occidere hominem, qui ſuo crimine meretur exterminari à præſenti vita*: Talis autem homicida, judicii reus conſtituitur, id eſt, meretur ut in juſtitiæ tribunali proceſſus contra ipſum inſtituatur.

Hugo C. 3 Hugo Cardinalis in hæc verba ſcribens, varia diſtinguit homicidiorum genera. *Nota*, inquit, *quod eſt homicidium voluntatis & odii*, 1. *Joan* 3. *Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Item oris; quidam enim interficiunt in ore gladii. Prov.* 5. *Lingua eorum quaſi gladius biceps. Prov.* 30. *Eſt generatio quæ pro dentibus gladios habet. Item operis: ut qui faciunt aliquid, propter quod non vivant. Item eſt homicidium ſcandali.* 1. *Cor.* 8. *Peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt.*

1. Ioan. 3. 15. Prov. 5. 4. Prov. 30. 14. 1. Cor. 8. 11.

Verſus 22.

Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio; qui autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit concilio; qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Ego autem dico vobis.

Cajet. 1. Cajetanus modum hunc imperativum loquendi ſpecialiter obſervat, dum ait: *Non dixit more Prophetarum: Dominus dicit; ſed monſtrans ſe legislatorem æqualem illi, qui dixit antiquis, ait: Ego autem non minor Deo, dico vobis.* Eandem quoque ponderationem S. Thomas his verbis affert: *In quo conſidera legislatoris poteſtatem? nullus enim antiquorum Prophetarum ita locutus eſt, ſed ſic. Hæc dicit Dominus, quia illi ut ſervi ea, quæ ſunt Domini, annuntiabant; hic autem ut filius, ea quæ ſunt patris, quæ etiam ſua ſunt; & illi conſervis prædicabant, hic ſuis ſervis legem ponebat.*

S. Thom. in cat.

2 Hugo Cardinalis Gloſſæ teſtimonio innixus exiſtimat, quòd Chriſtus per hanc phraſim & loquendi modum nos exſtimulare voluerit, ut ad ea, quæ dicturus erat, non ſeriò & attentè reflecteremus: *Dum ait: dico, magnam vim, & profundam intelligentiam cogitandi incuſſit, oſtendit, quomodo ſuperaddit, & non quæ prius mandaverat, abſolvit.*

Omnis qui iraſcitur.

3. Salvator noſter videns, quòd Scribæ & Phariſæi exiſtimarent atque docerent, quòd lex ſolummodo homicidium actuale & opere exteriori completum prohiberet, operæ pretium eſſe duxit: hunc errorem corrigere, declarando, quòd inſuper etiam ira, injuria, & odium vetitum ſit, eò quòd viam ad homicidium committendum pandant. Cùm igitur hoc ſub graviſſima pœna interdixerit, jure merito nunc quoque iram prohibet. *Qui enim iracundiam non cohibet*, inquit D. Chryſoſtomus, *quantò longius ab homicidio abſtinebit? & qui animi indignationem*

nem refrænat, quantò magis manus ſuas innoxias continebit? radix quippe homicidii iracundia eſt; qui igitur radicem abſcindit, multo facilius ramos ejus poterit amputare.

Hugo Card. 4. Hugo Cardinalis etiam conſiderat, quòd, poſtquam Chriſtus dixiſſet: *Dictum eſt antiquis; non occides*, protinus ſubjunxerit; *Ego autem dico: Omnis qui iraſcitur, plus impono, non iraſci.* Verùm dicat fortaſſe aliquis, inquit, quomodo huic Chriſti monito ſatisfacere quis poterit, quando appetitum iraſcibilem nobis connaturalem & congenitum eſſe conſtat? Et ideo idem Hugo ſubdit: *Ex hoc arguunt quidam, quòd manus Chriſti graviores ſunt, quàm Moyſis; ſed non eſt ſic, quia charitas adjuvat Sacramenta Evangelica, doctrina aperta, & magna promiſſa etiam data, quia antiquis promittebantur, & dabantur temporalia, Chriſtianis autem æterna.*

S. Hier. in cat. 5. Porrò ſatis hoc loco controverſum eſt, an legendum ſit: *Qui iraſcitur ſine cauſa*; an verò ſimpliciter: *Omnis qui iraſcitur.* S Hieronymus à S. Thoma in catena citatus ſcribit, quod in nonnullis codicibus legatur additum, *ſine cauſa*; *cæterùm in veris definita ſententia eſt, & irapenitus tollitur; ſi enim jubemur orare pro perſequentibus, omnis iræ occaſio tollitur*; *addendum ergo eſt, ſine cauſa, quia ira viri juſtitiam Dei non operatur.* Janſenius tamen, Chryſoſtomus Author Imperfecti, & alii verba illa *ſine cauſa*, addenda eſſe exiſtimant. Janſenius quoque ait: *In Græcis codicibus additur jam paſſim, temerè, vel ſine cauſa*, citatque S. Auguſtinum, qui in horum verborum expoſitione, ly *ſine cauſa*, addit, tametſi in lib. 1. Retractionum c. 19 verba illa in Græcis libris minimè reperiri dicat. Porrò Author Imperfecti non ſolùm illum, qui ex juſta cauſa iraſcitur, non peccare aſſerit, *ſed econtrà niſi irati fuerint, peccant*; cujus hanc reddit rationem: *Quia patientia irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolùm malos, ſed etiam bonos invitat ad malum; iracundia, quæ cum cauſa eſt, non iracundia eſt, ſed judicium.* D. Chryſoſtomus pariter per evidentes rationes, iram, utpote quæ naturalis quidam affectus eſt, non prohiberi probat, ſimul tamen modũ illam reprimendi & refrænandi tradit & præſcribit his verbis: *Non enim omnino illũ extinguit affectum.* ¶ *Primò quidẽ, quia impoſſibile eſt hominem paſſionibus liberari; deinde, quia multis utilis eſt affectus iſte, ſi illo videlicet opportunè ac ſcienter utamur*, adducitq; quoddam S Pauli exemplũ, qui dũ ſe adverſus Corinthios indignabundum exhibuit; eoſdem ab ingenti quodam malo liberavit. *Quodnam igitur opportunum eſt tempus iræ quando non ſcilicet noſmetipſos ulciſcimur, ſed cùm reprimimus erga alios inſolentes, cumque deſides increpatione convertimus. Quod verò importunum eſt tempus iræ? cùm ſcilicet, ut noſmetipſos vindicemus, iraſcimur*, citatque illud S. Pauli monitum: *Non noſmetipſos vindicantes chariſſimi* (ita ipſe legit) *ſed date locum iræ*; quando etiam de pecuniis litigamus, de quo idem quoque Apoſtolus nos monet, dum ait: *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? ſicut hic iraſci ſuperfluum & inutile eſt, ita ira illa & neceſſaria eſt, & commodiſſima, ſed plurimi econtrario faciunt: efferuntur quidem, cum ipſi aliquid patiuntur injuriæ, reſolvuntur verò, & omnino molleſcunt, cùm alios vel maximam afflictionem viderint ſuſtinere.* Idem quoq; S. Chryſoſtomus ſuper illa verba: *Iraſcimini & nolite peccare*, dicit, quòd liceat juſtè iraſci, idque duorum Apoſtolorum Petri & Pauli probat exemplo: *Paulus Elymæ ſuccenſuit, Act. 13. v. 8. Et Petrus Sapphiræ, Act. 5. v. 9. Iraſcitur pater filio, ſed ejus curam gerens: ille eſt qui temerè iraſcitur, qui ſeipſum ulciſcitur; qui autem aliena corrigit, is eſt omnium manſuetiſſimus.* Ad illum verò Jobi textum cap. 5. *Virum ſtultum interficit iracundia*, per adductam hanc S. Gregorii authoritatẽ reſpondet: *Sciendum eſt, quòd alia eſt ira, quàm impatientia excitat, alia quam zelus juſtitiæ format: illa ex vitio, hæc ex virtute generatur.* S. Thomas in catena, ſequentia citat ejuſdem Chryſoſtomi verba, dicentis: *Iracundia, quæ cum cauſa eſt, non eſt iracundia, ſed judicium: iracundia enim propriè intelligitur commotio paſſionis: qui autem cum cauſa iraſcitur, ira illius non eſt ex paſſione, ideo judicare dicitur, non iraſci.* Theophylactus ita legit: *Qui iraſcitur temerè, condemnabitur; ſi autem is qui iraſcitur, ratione juſtâ motus, & ut alium erudiat & ſpirituali zelo, non condemnabitur.* Mox verò quando teme-

Iac. 1. 20.

Author Imper. ho. 11. in Matth.

Chryſ. ho. 16. in Matth.

Rom. 12. 19.

Chryſ. in Pſ. 4.

Job. 5. 2.

Chryſ. in cat.

Theoph.

Janſen. temerè & ſine cauſa iraſcamur, declarat, dum ait: *Tunc autem temerè iraſcimur, quando propter opes, vel gloriam.* Janſenius Euthymium allegans ita ſcribit. *Non omnimodam abſtulit iram ſed intempeſtivam; dicitur autem opportuna, quæ ſumitur adverſus eos, qui contra Dei præcepta vivunt, quando non ad vindicandum nos, ſed ad utilitatem eorum, qui male vivunt, ex dilectione & amore fraterno iraſcimur cum congrua honeſtate.* Sic quoque non vitium, ſed virtus eſt ira illa, qua in noſmetipſos concitamur, corpori & ſenſualitati noſtræ, ejus exprobrando adverſus Deum, & rectæ rationis dictamen rebellionem, & ex juſta vindicta illud caſtigando, vel dum cum ſancta quadam indignatione appetitus & paſſiones inordinatas impugnamus, ut illas domemus, & diſciplinæ fræno coërceamus.

S. Anſel. in Matt. 6. S. Anſelmus hoc modo hac de re diſcurrit: ex quo lex Dei prohibet, ne homicidium ipſo opere committamus, Chriſtus verò inſuper vetet, ut ne vel corde illud patremus, videamus nunc, quædam vel qualis ira ſit, quæ prohibetur; & quidem inprimis quoad ſuggeſtionem ita diſtinguit: *Illa aut eſt exterior à diabolo, aut eſt interior ab ipſa carnis fragilitate, quæ utraque non eſt peccatum, ſed materia pugnandi & victoriæ; poſt ſuggeſtionem propaſſio eſt, id eſt, ſubitus motus eſt, qui eſt aliqua culpa, ſed venialis, ſine aliqua deliberatione boni vel mali, deinde ſequitur paſſio, quando non ſolùm habet motum, ſed etiam deliberat, quomodo faciat, & iſta eſt mors in domo; Deus prohibet paſſionis iram, quæ eſt ex deliberatione, quæ eſt criminalis.* Imò idem ſanctus Doctor probat, iram deliberatam, ſive etiam odium & deliberationem, quæ ex illa derivantur, quaſdam eſſe homicidii partes, ſive ſpecies: *Omnes motus ad nocendum fratri inter genera homicidii computantur, id eſt detractio, quæ eſt effectus odii & iræ, homicidium dicitur*, quod ipſum ex illis S. Joannis Apoſtoli verbis confirmat, dicentis: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* S. Thomas quoque, quænam ſit ira, quæ hîc condemnatur, his verbis declarat, dum verba illa: *Omnis qui iraſcitur*, hunc ſenſum habere dicit: *Quicunque motum malum ad nocendum proximo habuerit, & retinuerit.*

1. Jo. 3. 15 *S. Thom. in Matt.* *Aut. Imp. ho. 33.*

7. Author operis imperfecti ad hunc appetit im iraſcibilem, è cordibus noſtris eradicandum, utiliſſimam hanc habet obſervationem, dum ait: *Puto quod Chriſtus non tantum pro inimicis noſtris illa mandavit, quantum pro nobis, non quia illi digni ſunt, ut diligantur ab aliquo, ſed quia non ſumus nos digni, ut aliquem odiamus: ergo non tantùm jubet diligere inimicos, ut illos diligamus, quantum ut à nobis, quod malum eſt, repellamus.* Etenim ira corporis, mentis & animæ ſaluti pernitioſiſſima exiſtit; corporis quidem, quia ſanguinem accendit, & excitat bilem! *Zelus & iracundia minuunt dies*, id eſt, ut Hugo ibi explicat: *Dies vitæ præſentis, quoad iſteram*; præterquam quod conſequens ſit, ut qui iram præcipitem habet, injurias, rixas, inimicitias & ſtrages excitet; ira enim judicium, rationem & diſcurſum turbat & pervertit. Unde Doctor Angelicus hanc concluſionem ſtatuit: *Ira inter omnes paſſiones animæ maximè judicium rationis impedit*, & S. Gregorius ait: *Dum perturbata eſt mens, judicium rationis exaſperat, & omne quod furor ſuggerit, rectum putat.* Quòd ſi verò de animæ ſalute loqui velimus, conſtat nobis quòd Salvator dicat: *Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Et S. Jacobus dicit: *Ira viri juſtitiam Dei non operatur*; hæc enim inordinata paſſio omnibus Chriſtianis virtutibus obicem ponit. Unde S. Petrus Damianus ait: *Per iracundiam tota virtutum ſtructura collabitur*; & ideo obſervandum hic eſt quòd, poſtquam Chriſtus virtutum & perfectionis (quam in nobis majorem eſſe vult, quàm fuerit illa Scribarum & Phariſæorum) mentionem feciſſet, idipſum protinus in ira, injuriis & odio exemplificat, quæ dicit eſſe ſummè fugienda; cur obſecro non potius charitatem allegat, quæ vera eſt ſanctitatis & perfectionis anima? S. Bonaventura ait: *Sicut omnium virtutum incrementum pendet à charitate, ſic omnia vitia ſumunt incrementum ex furore iræ*; *unde Gloſſa ſuper illud: Vir iracundus ſuſcitat rixas, dicit ſic: Janua omnium vitiorum eſt iracundia, qua clauſâ virtutibus intrinſecus datur requies, & apertâ ad omne facinus armabitur.*

Eccl. 30. 26. *Hugo Card.* *S. Th. p. 2 q. 58. a. 3.* *S. Greg. l. 5. mor. c. 31.* *Jac. 1. 20.* *B. Petrus Da. ep. 17. l. 4* *S. Bonav ſer. 1. in hac Do. Prov. 15. 18.*

Fratri ſuo.

Janſ.c. 40. 8. *Itaque*, inquit Janſenius, *per dativum, fratri, ſatis ſignificatur, Dominum loqui de ira tali, quæ pugnat cum dilectione fraterna.*

Alb.M. 9. Porro quid per hunc frattem intelligi debeat, Albertus Magnus nobis his verbis pulchrè inſinuat, dicit enim: *Frater hic dicitur omnis conjunctus religione, & conformitate naturæ; & religione conjunctus dicitur actu vel potentiâ, quia licèt non ſit actu Chriſtianus, tamen poteſt fieri per gratiam, quam ſortè illi dabis Dominus, Malachiæ 2. Nunquid non eſt pater unus omnium noſtrum? Nunquid non Deus unus creavit nos? Quare ergo deſpicit unuſquiſque veſtrum fratrem ſuum?* S Thomas ait: *Fratri ſuo per naturæ commixtionem, vel per fidem, ſicut ſunt Chriſtiani.* S. Anſelmus dicit: *Bene dixit fratri: omnis enim homo frater eſt per primam regenerationem, & ſpiritualiter fidelis, per ſecundam, id eſt, per regenerationem.*

Mal. 2. 10.

S. Thom. in Matt.

S. Anſel.

Reus erit judicio.

Chryſoſt in cat. 10. D. Chryſoſtomus à S. Thoma in catena citatus, rationem reddit, cur iracundus judicii reus conſtituatur; dicit enim: *Ideo autem iræ judicium appoſuit, ut oſtendat, quod non eſt poſſibile, hominem omnino eſſe, ſine paſſionibus, ſed refrænare eas poſſibile eſt, & propterea determinatam pœnam non appoſuit, ne videretur prorſus iram cohibere.*

S. Bonav ſer. 1. in Dom. 5. poſt Tri. 11. S. Bonaventura conſiderat, quòd homo tribus modis, ſecundùm tria videlicet corporis inſtrumenta: *Cordis nimirum, oris, & manûs*, adverſus alterum iraſci poſſit: *Primo iraſcitur quis fratri perverſo judicio malignæ cogitationis in corde; ſecundo, duro verbo injurioſæ convitiationis in ore; tertio, prævo malefi io fraternæ læſionis in opere.* Omnes autem haſce offenſas Salvator noſter è medio ſublatas eſſe voluit: *Primam hanc interiorem cogitationem illicitam & commotionem removet, cùm dicit: Ego autem dico vobis: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio, quod intelligitur ſic: id eſt, plus addo quàm non occidere, ſcilicet iraſci; nam qui non iraſcitur, non occidit; ſecundo iraſcitur aliquis duro verbo injurioſæ convitiationis in ore; & hunc motum exteriorem removet, cùm dicit: Omnis qui dixerit fratri ſuo Raca, vel fatue, quod fit, quando motus interior prorumpit in vocem exteriorem.* Tertiò denique removet offenſam actualem, approbando hoc ipſum, quod jam olim prohibitum fuerat: *Non occides*; vel etiam prohibendo iram: *Nam tolle iram, & homicidium non fit.*

12. S. Thomas hæc Evangelii verba exponens, ſequens proponit dubium: *Quæritur, quare ita gravat peccatum linguæ?* Videmus etenim quòd manus longè magis proximo noſtro noceat, quàm lingua contumelioſa, reſpondetque cum Chryſoſtomo: *Omnis ſermo vanus, qui dicitur, immundo ſpiritu dictante profertur; vanum ergo dicentes, non tantùm ideo peccamus, quia aliquem lædimus, ſed quia locum damus in nobis immundis ſpiritibus agendi quod volumus*; quod quidem ſide ſermone vano aſſerat, quid de injuria dicemus? Porro ſancta mater Eccleſia, utpote de ſpirituali fidelium amantiſſimorum filiorum ſuorum ſalute ſummè ſollicita, varia nobis per anni gyrum proponit Evangelia, tum ut in virtutum Chriſtianorum exercitio nos erudiat, tum ut illos à vitiis removeat, idque aſſequi ſatagit ſive per propoſitum præmii objectum, ſive per pœnarum comminationem ſive per culpæ damna efficaciter repræſentata: in hodierno Evangelio autem ad id præcipuè connititur, ut vivaciter nobis imprimat peccati iræ, odii verborumque contemptum, vilipendium & injuriam proximo inferentium gravitatem.

S. Thom. in Matt.

13. S. Jacobus Apoſtolus, ut quantum ex unico tantùm verbo injurioſo damnum derivari poſſit, clarius exponat, aptiſſimâ quadam utitur ſimilitudine, dum ait: *Ecce quantus ignis, quam magnam ſylvam incendit, & lingua ignis eſt, univerſitas iniquitatis*; etenim unica ignis ſcintilla ad conflagrandam non ſolùm ſylvam, ſed totam mundi vaſtitatem ſufficit; in multis namque occaſionibus experientia docuit, quòd unicum verbum mordens & punctivum tales excitaverit rixas & diſſenſiones, ut per irreconciliabilia inde exorta bella civitatibus & provinciis integris totale illatum fuerit exterminium. Chryſoſtomus ait: *Dæmon undique nobis inſidias parare conſuevit, ſed facilius*

Jac. 3. 5.

Chryſoſt hom. 5. ad bapt.

cilius linguâ & ore peccante ; nullum enim æque illi congruum organum in miniſterium eſt interitus atque peccati ; nam inde nobis mors, inde lapſus, inde perditio, inde naufragium præparatur; enim verò dæmon ſpecialiſſimè ad charitatem in nobis extinguendam linguâ uritur, quia hac ſolâ extincta, deficit omnis virtutis bonique operis meritum, noſque inimici Dei conſtituimur, quæ omnia mediante verbo aliquo arrogante, iracundo & injurioſo aſſequitur. Et ideo S. Bernardus ait : *Levis quidem res ſermo, quia leviter volat, ſed graviter vulnerat ; leviter tranſit, ſed graviter urit ; facilè volat, atque adeo violat charitatem.* Et quidem quantum toti mundo damnum, vel unicum verbum injurioſum attulerit, ex eo facile colligitur, quod in Hiſtorico quodam legitur, qui imperii Ottomanici recenſet originem. Cum enim vivente Heraclio Imperatore, ob nimiam Officialium illius avaritiam, Saraceni, quos dictus Imperator ex Arabia, ſub ſuo exercitu ut militarent, tranſtulerat, pacta non reciperent militiæ ſtipendia, contigit, quòd dum illa ferventius ſollicitarent, theſaurarius Cæſareus irâ percitus contumelioſè illis, ſibi nullum prò ſuſtentandis canibus panem ſupereſſe reſponderit, quam illi contumeliam adeò acerbè tulerunt, ut omnes unanimiter hanc illis illatam injuriam juſtâ vindictâ proſequi decreverint; unde in Arabiam reverſi, Mahometem ſibi in generalem belliducem elegerunt, ſubque ſignis & imperio ejus irreconciliabiliter adverſus Cæſarem dimicando, illos tandem fecerunt victoriarum ſuarum progreſſus, quos etiamnum, licèt fruſtra, ingemiſcit & deplorat univerſus Chriſtianiſmus ; ecce igitur quam verum ſit, quòd parvus ignis magnam ſylvam incendit.

S. Bern. ſerm. de tripl. cuſt.

14. Porro obſervandum eſt, quod in hoc ſecundo loco, in quo mentio fit de judicio, judicium illud nequaquam in eodem ſenſu intelligendum ſit, quo in primo ibi namque ſermo eſt de judicio publico, quod ſervatâ juris formâ inſtituitur, in quo pro nde homicidæ poſt factum juris proceſſum condemnantur; hîc autem nomine judicii intelligendum eſt judicium Dei, quod iracundos pro qualitate transgreſſionis ſuæ condemnat, vel etiam, ut Paulus de Palatio ſcribit de judicio propriæ conſcientiæ intelligitur : *Quia enim avaritiæ & publicâ caruit offenſâ, eodem publico debet carere judicium, cum igitur te contra fratrem excanduiſſe contigerit, tute in judicium & examen revoca, ut videas, quo animo iratus fuiſti in fratrem, nam ſi peccaſti mortaliter, confeſſor judex erit.*

Paul. de Palat. in Matt.

Qui autem dixerit fratri ſuo Raca.

15. Hugo Cardinalis verbum hoc *Raca* exteriorem iracundiæ actum exprimere exiſtimat: *Id eſt, qui de motu in vocem damnationis prorumpit* : *Raca enim interjectio eſt, indignationem ſignificans proferentis.* S. Auguſtinus quoque idem verbum ſignificativum non eſſe advertit, ſed ſonum quendam contemptûs & vilipendii proximi expreſſivum quia etiam per actus & geſtus internos, contemptus exhibetur, aliisque ignominia & ludibrium inuritur. Lucas Burgenſis per eum, qui fratri ſuo Raca dicit, eum intelligit: *Cujus ira eruperit in vocem hujuſmodi, qua fratri ſuo exprobret vitium aliquod aut naturæ, aut fortunæ, neque enim verbum eſt, quod delictum exprimat, ſed ludibrium.* Unde & Albertus Magnus dicit: *Non ſonat aliquod crimen, ſed eſt ſignum indignationis cum contumelia, ſine criminis impoſitione.* Theophylactus dicit : *Significat idem quod tu, ut cum ad aliquem contemptum nobis dicimus, abi tu.* Et S. Hilarius ait: *Vacuitatis opprobrium eſt*; quod & S. Hieronymus confirmat, dum ait: *Hoc verbum propriè Hebræorum eſt, id eſt, inanis, vacuus, quem nos poſſumus vulgatâ injuriâ, abſque cerebro nuncupare.* Chryſoſtomus quoque ait : *Non grandis alicujus eſt verbum convitii, ſed magis de contemptu veniens impatientiaque dicentis, ut ipſi nonnunquam vel ſervulis, vel inferioribus quibuſque aliquid impetrantes dicimus, vade tu.*

Hugo Card. *S. Aug. de ſer. Dom. in monte c. 19.* *Lucas Burg.* *Alb. M.* *Theoph.* *S. Hilar.* *S. Hier.* *Chryſ. ho. 16. in Matth.*

Reus erit concilio.

16. S. Anſelmus ait: *Qui non ſolùm iraſcitur, ſed etiam in vocem indignationis prorupit, majorem pœnam promeretur.*

S. Anſel.

17. Chryſoſtomus obſervat, quòd tametſi hoc verbum nullius ſit expreſſivum gravis injuriæ, attamen id, quod minus eſt,

Chryſoſt ibid.

est prohibere voluerit, ut aditum perhiberet ad id, quod est gravius: *Misericors Dominus cum majoribus etiam minima quæque delicta pariter evellit, præcipiens, ut multo nobismetipsis & honorabilius utamur & cautius, ut per hæc majora quoque peccata auferantur.* Sanctus Hieronymus hujus comminatæ pœnæ rationem reddit, dicens: *Si pro otioso sermone reddituri sumus rationem, quanto magis de contumelia!*

S. Hier.

Lyran.

18. Lyranus considerat, quòd Salvator noster tres iræ gradus distinguat quorum primus est in corde *Omnis qui iratcitur.* Secundus est in lingua, mediante verbo aliquo contumelioso in confuso: *Qui autem dixerit Raca.* Tertius gradus est, quando ad injuriam apertè proceditur: *Qui autem dixerit: Fatue. Primus gradus est minoris culpæ, quàm secundus, & secundus quàm tertius; & ideo primo minor pœna determinatur, cùm dicitur: Reus erit concilio, quia minus est, quod judices debeant congregari ad determinationem pœnæ alicujus, quàm quòd jam sit adjudicatus, quod ponitur in secundo, cùm dicitur: Reus erit judicio, & hoc est minus, quam quod aliquis sit jam extremæ pœnæ determinatus, quod ponitur in tertio gradu, cùm dicitur: Reus erit gehennæ.*

19. In hac porro gradatione & gravitate supplicii Christus effectus iræ insinuare intendit, quæ in appetitum & desiderium vindicativum prorumpit, vel per verba injuriosa, tametsi illum ad homicidium perpetrandum non præcipitet; atque ad hoc significandum quadam Judæis familiari utitur metaphorâ, qui reis vel in judicio, vel in concilio supplicium decernere solebant.

Hugo Card.

Hugo Cardinalis in ea est opinione, quòd hæc tria in Evangelio nominata verba: *Judicium, concilium, gehenna*, pœnam significent inferni: *Sed quia secundum qualitatem culpæ variatur qualitas pœnæ, voluit Dominus nominum varietate varietatem pœnæ significare; minus est enim ira cordis, plus est Raca, id est, affectus iræ in vocem prorumpens; plus etiam est fatue, id est, certa expressio convitii, propter quam redditur aliquis infamis; primo judicium, secundo concilium, tertio gehenna debetur; judicium est, quando cum reo agitur, & adhuc locus defensioni conceditur; concilium dicitur, quando de sententia danda agitur inter judices; gehenna dicitur illatio pœnæ; grave est de culpa agere, gravius est sententiam dare, gravissimum est pœnam irrevocabiliter infligere.*

Qui autem dixerit, fatue.

20. *Id est*, inquit S. Anselmus, *qui convitio fratrem conturbaverit.* S. Hilarius dicit: *Piaculi magni periculum est, quem salem Deus nuncupaverit, eum contumelia insatuati sensûs lacessere.* Albertus Magnus hujus injuriæ gravitatem simili quadam consideratione examinat, dicens: *Non modicus furor est, quem Deus sale sapientiæ condivit, insatuatum dicere, ut dicit Glossa; fatuus dicitur, qui ex destituto regimine rationis sapore caret bonorum morum, & hoc est impositio magni criminis cum impleta voluntate nocendi.*

S. Anſel. S. Hilar. Alb. M.

21. Lucas Burgensis dictum illud, ad quamvis contumeliam, & injuriam gravem extendit: *Id est, cujus ira eo prorumpit, ut fratrem suum adhuc sceleris alicujus aut impietatis notet, eo enim pertinet convitium fatui; nam fatuus verè ac propriè est, qui vitam instituit non secundum legem Dei, à recta scilicet ratione alienam.*

Luc. Bur

Reus erit gehennæ ignis.

22. Paulus de Palatio hanc gehennam vallem quandam certi cujusdam hominis Hinon appellati fuisse scribit, quæ admodum amœna & delitiosa erat, quo in loco Gentiles ad honorem idoli Moloch, quod eo in loco adorabant, filios suos igne conflagrabant, ne autem parentes filiorum suorum audirent ploratus & ejulatus, eo quo cremebantur tempore, tympana, aliaque instrumenta musica circumstrepebant: *Dum puer ardebat, saltabant adstantes, & percutiebant tympana.* Hanc vallem Josias rex, ut magis abominabilem & exosam redderet, cadaveribus aliisque morticinis & immunditiis repleri jussit: ut igitur Salvator noster infernum demonstraret & circumscriberet, hujus vallis nomine usus fuit, non solùm ratione ignis, quo parvuli concremabantur, quique ibidem continuò ardebat; verùm etiam, quia ibi illud Jobi adimplebatur oraculum, *Tenent tympanum & citharam, gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

Paul. de Pal.

4. Reg. 23. 10.

Iob. 21. 12

23 S. Gre-

23. S. Gregorius ait: *Per gradus culpæ crescit ordo ſententiæ, quia in judicio adhuc cauſa diſcutitur, in concilio autem cauſa ſententia definitur, in gehennâ, ea, quæ de concilio egreditur, ſententia expletur.* S. Greg. l. 21. moral. c. 4.

24. Janſenius ſupra tres prædictos iræ & pœnæ gradus, ſimilem quandam conſiderationem habet; dicit enim: *Sciendum, Dominum in iſtis tribus gradibus iræ & reatuum attemperaſſe doctrinam ſuam ad captum ſimplicium; non enim ſemper minus peccat, qui tacitus irascitur, quam qui convitiis debacchatur ſed pro capite vulgi, per eum, qui tantùm irascitur, propoſuit exemplum iræ levis, quæ nondum decrevit ultionem; per Raca, iræ gravioris; & per fatue, iræ graviſſimæ citra homicidium, ſic quòd irascentem, dicit reum judicio; dicentem Raca, reum concilio; dicentem fatue, reum gehennæ ignis.* Janſen,

25. Quidam iſtud, inquit D. Chryſoſtomus, *Exaggeratione magis, ſive per hiperbolen dictum eſſe voluerunt*; eò quòd peregrinum illis, ſive inconveniens eſſe videatur, quòd unicum tantùm verbum aſperum & contumelioſum pœnâ ſit æternâ mulctandum; ſanctus tamen Doctor modum hunc loquendi non hyperbolicum, ſed veridicum eſſe exiſtimat, dicit enim: *Sed vereor, ne noſmetipſos his verbis omnino frivolis, vel potius infidelibus ſeducentes, ibi rebus ipſis ſupplicia extrema ſolvamus.* Ratio autem, quam S. Doctor reddit, & pondus contumeliæ, & gravitatem culpæ clarè demonſtrat; ſubjungit enim: *Noli aſpicere, quòd unum hoc verbum ſit, ſed quantum periculi habeat, expende: an ignoras inimicitiarum tempore incandeſcente irâ, animoque prorſus ardente, etiam minimum aliquid magnum aliquid videri? Hæc parvula & homicidia ſæpe pepererunt, & urbes ſæpe integras ſubverterunt.* Chryſ. ho. 16. in Matth.

26. Theophylactus eandem conſiderationem his verbis adducit: *Multi*, inquit, *hoc grave & durum eſſe putant, non eſt autem; nam qui fratrem ſuum ratione & prudentia privat, facitque ut in nullo differat à beſtiis, quomodo non dignus gehennâ? Etenim qui ſi commatis & contumeliis perſequitur, charitatem deſtruit, quâ deſtructâ ſimul omnes deſtruuntur virtutes, qui contumeliâ proximum afficit, dum charitatem dilacerat, & proinde ignis incendio dignus fuerit.* Theoph. Idem quoque motivum Chryſoſtomus tangit, dum hanc pœnam non per exaggerationem comminatam eſſe oſtendit: *Nihil enim ita ſtudet Deus, ut nos mutuis charitatis nexibus colligare, nihil enim quod ita omnem malitiam & pariat & firmet, ut interemptio charitatis.*

27. Inter ea bona temporalia, quæ homo maximi facit, unum, & quidem præcipuum eſt, honor & exiſtimatio, ſive fama bona, hæc autem per injuriam valde denigratur, unde Eccleſiaſticus infamiam appellat *Flagellum linguæ*, quia flagellum præter percuſſionem, ignominiam ſecum & infamiam adfert, cùm ſit proprium mancipiorum, & hominum viliſſimorum abjectiſſimorumque ſupplicium; unde illi, qui apud Jeremiam affectum quendam iracundiæ valde vindicativum exprimere volebant, dixerunt: *Venite percutiamus eos linguâ.* Job, qui generoſioris patientiæ prototypon fuit, conſtans quidem fuit, quando in omnium facultatum ſuarum ruina, nec non omnium filiorum ſuorum mors, & domûs ſuæ nuntiabatur exterminium, ſimiliter ſe à vertice capitis ad plantas pedum uſque à vermibus devorari heroica cum patientia ſuſtinuit; at verò, quando ludibrio & improperiis infeſtari cepit, nonnihil ſe impatientem exhibuiſſe viſus fuit: *Uſquequò affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus?* Vulnera quidem, ſive ulcera corpus perforabant, at verò injuriæ ad ipſam uſque animam penetrârunt; nam ut Origenes ait: *Sæpenumero qui corpus cruciamenta toleravit, non paſſus eſt verba.* Et ſanctus Ambroſius inquit: *Verborum ſuorum ſaxis lapidabant innoxium.* Eccl. 28. 21. Jer. 18. 18. Job 19 2. Origen. S. Ambr. l. 2. de intrep. Job. c. 3.

28. Univerſa lex Evangelica huic unico dilectionis præcepto innititur; unde dicitur: *Qui diligit proximum, legem implevit*, injuria autem charitati directè opponitur, quia dum proximum aſpernatur, vilipendit, & vituperat, ſuam diſſenſionibus & inimicitiis originem ſubminiſtrat, & quiſquis in haſce prorumpit, ab ira & furore ſe vinci permittit, eundemque in fratre ſuo ut plurimùm excitat. Unde beatus Laurentius Juſtinianus ait: *Principium amicitiæ eſt bene* Rom. 13. 8. B. Laur.

Juſt. de big. vitæ lib. 4. de char. c. 16.

bene loqui, & grande exordium inimicitiarum eſt, injuriari contumelioſè.

29. Obſervaſtiſne unquam, quandonam Spiritus ſanctus in toto vaſtiſſimo ſacræ Scripturæ volumine primam de gehenna, quæ idem eſt quod infernus, mentionem fecerit? Quot abominandi exceſſus in veteris Teſtamenti decurſu referuntur! Quàm levera à vindicativa Chriſti juſtitia illata leguntur ſupplicia! Et tamen Sapientia illa increata ad faciendam hujus nominis gehennæ mentionem non ſine myſterio eouſque exſpectavit, donec illam comminaretur in pœnam & ſupplicium injuriæ proximo illatæ, tunc enim omnium primò nominavit.

2. Reg. 5. 8.

30. Tritum in Iſrael proverbium erat: *Cæcus & claudus non intrabunt templum*; ex quo illos à Deo abjectòs & repudiatos fuiſſe colligitur, & tamen conſtat, quòd iidem cæci & claudi, juſſu patrisfamilias Evangelici (in quo filius Dei præfiguratus fuit) ad cœnam, quæ ſymbolum eſt gloriæ, invitati fuerint; & ideo ad intelligendã hujus dicti primam originem, unde procedit, ſciendum eſt, quòd in eodem monte Syon, in quo templum Domini fabricatum erat, fortalitium quoque à Jebuſæis gentilibus terræ Chanaan poſſeſſoribus fuerit erectum, illudque adeo firmiter munitum, ut, quia inſuperabile eſſe credebatur, alios ad illius cuſtodiam non adhibuerint præſidiarios, ut nonnulli opinantur, præterquam cæcos & claudos, eò quòd illud nunquam expugnandum fore credebant: hi autem Davidem illud invadere tentantem deriſerunt, multis affecerunt injuriis, & verborum contumelioſorum opprobriis: *Cæcos & claudos odientes animam David, edcirco dicitur in proverbio: Cæcus & claudus non intrabunt in templum*; quod idem eſt, ac ſi diceretur, illi, qui proximos ſuos probris & injuriis afficiunt, nullam cum Deo partem habebunt. De ſancto Eliſæo Propheta narratur, quòd dum die quadam in Bethel aſcendere vellet, multi illum inſecuti fuerint pueri: *Pueri parvi egreſſi ſunt de civitate, & illudebant ei dicentes: Aſcende calve: aſcende calve*; & quidem tametſi ſanctus hic Propheta adeo firmiter in virtutibus fundatus fuerit, utpote qui duplicem Eliæ ſpiritum hæreditatis loco, ab eodem acceperat, nihilominus opprobrium iſtud ægerrimè ferens: *Maledixit eis in nomine Domini.* Quàm verò Deus hanc maledictionem ratam gratamque habuerit, vel ex eo manifeſtè colligitur, quòd divina juſtitia, hac maledictione prolatâ, in eoſdem ſubitò animadverterit: *Egreſſi ſunt duo urſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros*; & quidem, non obſtante quòd eum non ob moralem quendam, ſed ob naturalem calvitici defectum, & in ætate, quæ omnis malitiæ & judicii incapax erat, deriſerint, Deus tamen illos ob hunc reatum tanta cum ſeveritate caſtigare voluit, ut eſſent in exemplum omnibus illis, qui ſe malitioſè ab ira & odio ſeduci permittentes, proximis impudenter injuriari, & contumeliis afficere non dubitant falla illis crimina imputando; hi enim longè majori ſunt digni ſupplicio: *Reus erit gehennæ ignis.*

4. Reg. 2. 23.

Ib. v. 24.

Verſus 23.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

Si ergo, &c.

1. Hugo Cardinalis obſervat, Chriſtum propter homicidium, ne ſcilicet illud committeretur, prohibuiſſe iracundiam in corde reconditam, multò magis verò illam, quæ tandem præ ſui vehementia in contumeliam prorumpit: *His tribus ſolet addi quartum, quod ex his ſolet naſci, odium ſcilicet, quod eſt ira inveterata.* S. Thomas eandem habet ponderationem, dum ait: *Hic prohibet iram inveteratam, ex qua odium naſcitur*, facitque juxta Rabanum, argumentum quoddam à minori ad majus: *Si non licet fratri ſuo irasci; multò fortius non licet detinere iram, unde naſcitur odium.*

Hugo Card.

S. Tho. in Matth.

Offers.

2. Porrò qualis illa oblatio ſit, quam Deus à no-

Pro. 23. 26. à nobis primo loco poſtulat, ipſemet Deus noſter expreſsè declarat, dum ait: *Præbe fili cor tuum mihi*; at verò ne cor vacuum eſſet, ideoque ejus oblatio minus ſibi eſſet accepta, illud ipſum à Spiritu ſancto repleri

Rom. 5. fecit: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*; quòd ſi verò hujuſce amoris ignis in corde noſtro extinctus fuerit, imò econtra fuerit peſſimâ odii amaritudine imbutum, Deus utique oblationem iſtam omnino ab-

Theoph. Chryſoſt. ho. 26. in Matth. ominabitur. Theophylactus ait: *Docet charitatem verum eſſe ſacrificium.* Chryſoſtomus pariter in perſona Dei dicit: *Sacrificium mihi eſt, fratrum reconciliatio.* Enimverò oblationes noſtræ Deo placere non poſſunt, ſi nos, qui illas offerimus, ei non fuerimus accepti, id eſt, ſi ejus fuerimus inimici: prorſus enim impoſſibile eſt amare ipſum, & amore ejus non amare proximum noſtrum; ſunt enim hi duo amores à ſe invicem indiviſibiles & inſeparabiles, unde per neceſſariam conſequentiam colligitur, quòd ſi nos Deo grati & accepti non ſimus multò minùs gratæ futuræ ſint noſtræ ob-

S. Aug. ſer. 16. de ver. Do. lationes; nam ut S. Auguſtinus ait: *Te quærit Dominus magis, quàm munus tuum; offers munus tuum, & tu non es munus Dei; plus quærit Chriſtus, quem redemit ſanguine ſuo, quàm quod tu inveniſti in horreo tuo.*

3. Ex celeberrimo illo Apoſtoli 1. Cor. 13. textu, larèſutis deductur, quòd nulla oblatio, nullum quantumvis bonum opus, licèt etiam martyrium eſſet, ſine amore & cha-

Tertull. lib. de or. c. 10. ritate Dei, ei grata eſſe poſſit. Et ideò Tertullianus bene ait: *Quid eſt, ad pacem Dei accedere ſine pace? Ad remiſſionem debitorum cum retentione. Quomodo placabit patrem iratus in fratrem?*

4. Janſenius obſervat, quòd Chriſtus Dominus noſter, qui proximum ſuum offendit, remedium præſcribere volens, non ſolùm ei præceperit, ut cum eo ſe denuo reconciliaret, ſed etiam ut pacem cum Deo renovaret: *Neceſſitatem ſatisfaciendi fratri offenſo demonſtrat ex diſplicentia divina, dum offenſam in fratrem docet eſſe impedimentum ad offerendum munus Deo, ut intelligamus non ſolùm in fratrem nos peccaſſe, ſed etiam in ipſum Deum, nec tamen poſſe nos noſtris ſacrificiis Deo reconciliari, quamdiu non fuerimus reconciliati fratri.* In Levitico, ubi de oblationibus agitur, inter alia ſcribitur: *Lev. 2. 11* *Nec quidquam mellis adolebitur in ſacrificio Domini*; mox verò aliud mandatum ſubjungitur, quo omnes oblationes ſa- *Ib. v. 13.* le conſpergi jubentur: *Quidquid obtuleris ſacrificii, ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo.* Similiter luminaria ad divinum ejus cultum ſpectantia, non ex cera (quamvis hæc materia luminarium nobiliſſima exiſtat) ſed ex oleo reſtaurari voluit: *Oleum ad lumina-* *Exo. 25. 6* *ria concinnanda, at verò omnia in figura contingebant*; mel etenim & cera fabricantur ab apibus, quæ vindictam appetentium figuræ exiſtunt: ſiquidem apium proprium eſt, quod ſi moleſtiâ aliquâ afficiantur, aculeis ſuis pungere ſoleant, eosdem in vulneribus poſt ſe relinquentes, tametſi poſt infixum vulneri aculeum mori debeant, ac proinde non ſolùm mel, ſed etiam ceram ab oblationibus ſuis repudiavit, & ſolum oleum adhiberi præcepit, eò quòd non ſolùm olivæ, quæ pacis ſymbolum eſſe noſcitur, fructus exiſtit; verùm etiam, quia liquor quidam eſt, qui quanto amplius in torculari calcatur, tanto ad commodum & utilitatem magis abundat: econtrà vero ſal unionis & concordiæ Symbolum exiſtit, ac proinde ſal fœderis appellatur. Et ideo in ſancto Marco quoque Chriſtum dixiſſe legimus: *Marc. 9. 49.* *Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos*; ad illud namque componendum, duo elementa inter ſe contraria, aqua videlicet & ignis inter ſe ſimul uniuntur, & in beneficium noſtrum in concordia mutua conſervantur. Deus quoque modum conſtituit, juxta quem altare erigendum erat; ſuper quo ſacrificium, ad hoc ut gratum eſſet, offerri debebat: *Ædificabis altare* *Deut. 27. 5.* *Domino Deo tuo de lapidibus, quos ferrum non tetigit*; parvi faciebat, quod cæteroquin lapides illi rudes, impoliti, nec ſecti, aut quadrati eſſent: *Offeres ſuper eo holocauſta,* *Ibi. v. 6.* *& immolabis hoſtias pacificas.* Non vult igitur Deus, quod lapides altaris illius ſuper quo illi noſtræ ſunt offerendæ oblationes, vel per umbram ferrum tangat, utpote quod diſcordiæ ſymbolum, iræ, odii, & vindictæ inſtrumentum eſſe conſtat. Unde

Orig. ho 12. in Ioſ. Origenes ait: *Ex lapidibus, quos ferrum non tetigit, qui ferrum pugnæ, ferrum belli, ferrum litium nunquam recepit, ſed ſemper pacificus fuit, ſemper quietus & mitis.*

Lyran. 5. Lyranus inquit: *Advertendum, quòd munus Deo oblatum non proficit ipſi offerenti, niſi ſit in charitate, charitatem autem non habet, niſi proximo læſo ab eo, velit ſatisfacere.*

S. Greg. l. 8. in Ezech. S. Gregorius ex his verbis arguit, quantum Deus odium deteſtetur proximi: *Hinc ergo perdite, quantum malum diſcordiæ, propter quod & illud abjicitur, per quod culpa laxatur.*

Munus,

Pſ. 115. 12. 6. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi,* inquiebat David, cognoſcebat enim, quod nihil boni Deo offerre valeamus, quin illud primò ab ipſo recepe-

Jac. 1. 17. rimus: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt*; quodnam ve-

1. Cor. 13. 13. Col. 3. 14. 1. Tim. 1. 5. rò inter omnia Dei dona majus eſt? *Major autem horum eſt charitas. Ad Coloſſenſes, v. 12. ſuper omnia autem charitatem habete.* 1. *ad Timoth.* 1. v. 5. *Finis præcepti eſt charitas*, hoc eſt donum: quod Deo in nobis præeunctis aliis placet: *Docet charitatem* (ut ſupra ex Theophylacto diximus) *verum eſſe ſacrificium.*

Chryſ. hom. 16. 7. Poſſumus etiam juxta D. Chryſoſtomum, oblationis vel muneris nomine, orationes & eleëmoſynas noſtras intelligere. *Munus & hoſtiam, orationem & eleemoſynam dico, quia enim & hæc ſacrificii inſtar obtinent. Audi Prophetam loquentem: Sacrificium laudis honorificabit me. Immola Deo ſacrificium laudis; itaque etiamſi oratio-*

Pſ. 49. 23 *nem cum tali offerat voluntate, melius eſt orationem relinquere, & ad reconciliationem fratris excurrere, & tunc oblationem conſequenter offerre.*

S. Ant. Padua in Dom. 6. poſt Trinit. 8. S. Antonius de Padua inquit: *Munus pœnitentiæ ad altare, id eſt, carnis macerationem, & ibi recordatus fuerit, quòd frater, in eſt, ſpiritus tuus habet aliquid adverſum te, id eſt, corpus affligens recordaris, quòd ſpiritus tuus aliquo vitio eſt maculatus, relinque munus tuum, id eſt, noli confidere de carnis afflictione, niſi prius mundaveris ſpiritum tuum ab omni immunditia.*

Tuum.

Alb. M. 9. Albertus Magnus hanc dictionem, *Tuum*, obſervat, indeque colligit, quòd oblatio, quam Deo facimus, & eleëmoſyna de noſtris facultatibus, deque noſtro juſto lucro fieri debeant: *Debet fieri oblatio & eleemoſyna de tuo.* Unde Sapiens in Proverbiis Prov. 3. 9 monet: *Honora Dominum de tua ſubſtantia*; ubi Hugo Cardinalis inquit: *Non de aliena,* Hugo Card. *ſed de tuis rebus bene acquiſitis, quia oblatio* ibid. *de alieno non placet Deo; hujuſmodi ſubſtantia triplex eſt; prima readditus Eccleſiaſticus; ſecunda proprium patrimonium; tertia, res acquiſita proprio labore. De prima ſubſtantia fit bona eleemoſyna, de ſecunda melior, de tertia optima.* S. Gregorius ait: *Quidquid in* S. Greg. *Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis* Regiſt. l. *Dei non placat iracundiam, ſed irritat.* Per 7. epiſt. hoc quoque donum & oblationem noſ- III. tram intelligi poſſumus nos ipſi; eſtque hoc ſacrificium, ad quod nos hortatur Apo- Rom. 12. 1 ſtolus, dum ait: *Obſecro itaque vos fratres, per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem fide*, inquit Hugo Hugo Cardinalis, *ſanctam ſpe, Deo placentem cha-* Card. *ritate.* Idem ſibi vult quoque hoc quod in Prov. Sapiens dicit: *De tua ſubſtantia, id eſt*, ut Gloſſa ait, *de teipſo, videlicet teipſum offerendo.* Hugo Cardinalis ait: *Notandum autem, quod unuſquiſque prius ſe debet offerre Deo, quàm ſua, nec placet Deo ſi ſua offert, & ſe Deo ſubtrahat, quod fit per iram.*

Ad altare.

S. Tho. in Matt. 10. *Munus tuum*, inquit S. Thomas, *id eſt, oblationem tuam ad altare materiale, vel munus boni operis ad altare, id eſt Chriſtum.* S. Bonav. ſerm. 2. in hac Dom. Sanctus Bonaventura per hoc altare myſticum, Chriſtum intelligit: *Sed heu multi hodie plus ad aliam & ſimilia offerunt, quàm ad altare: altare tuum Chriſtus eſt, quod in paupere, vel tua mente ubique invenies, ideo in omni loco ſacrificatur, & offertur* Mal. 1. 11 *nomini meo oblatio munda.* Ad hoc altare, id eſt, ſacratiſſimum Chriſti corpus multi Chriſtiani accedunt, non ut offerant, ſed ut oblationem recipiant, id eſt ut de hoc corpore pro nobis in cruce oblato

cibentur ; hi autem accedunt cum corde mundo, & ab omni odio & rancore purificato, quia priusquam hoc agno immaculato cibemur pectus percutientes , verba illa proferre solemus: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* Item post Canonem verba illa recitamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; ac proinde valde circumspectè cavere debemus ne mentiamur. Concilium Tridentinum de hoc sanctissimo altaris Sacramento tractans , hisce illud honorificis nuncupat epithetis: *Signum unitatis, vinculum charitatis , pacis & concordiæ symbolum.*

Conc. Tri. sess. 16. c. 8.

11. Salvatore nostro die quadam de Eucharistiæ futura institutione differente , Judæi inter se contendere cœperunt : *Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes : Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum* ? S. Augustinus circa illa verba, se non mirari dicit, quòd *litigabant, quoniam panem concordiæ non intelligebant, nec sumere volebant ; nam qui manducant talem panem, non litigant ad invicem, quia unus panis, unum corpus multi sumus , & per hunc facit unius moris habitare in domo.* Non sine mysterio Spiritus sanctus nobis insinuat , quòd manna , utpote hujus Sacramenti typus, per circuitum castrorum sive tabernaculorum militarium delapsum fuerit , non verò intra eadem : *Ros fecit per circuitum castrorum* , non eadem fuit ratio coturnicum , hæ enim etiam intra ipsamet castrorum tentoria capiebantur: *Manna apparuit insolitudine.* Unde Rupertus Abbas ait: *De castris igitur illis exeundum sibi est , quicunque hoc minutum, quod de tulit ros iste, colligere contendit* : Quisquis igitur ad hoc altare ascendere cupit , non debet in proposito duellandi subsistere , sed apage sint rixæ, procul absint arma. Quod si quis mihi opposuerit, sanctam matrem Ecclesiam hanc introduxisse consuetudinem , ut, quando cœlestis hic panis dispensatur, verbis militis, sive centurionis cujusdam, arma tractantis, Deum alloquamur. Hui ego respondeo quòd Ecclesia per hæc verba potius nobis insinuare voluerit, quanto odio Deus prosequatur omne illud , quod vel minimam odii vel hostilitatis umbram in se continet:

S. Aug. tr. 26. in Joan.

Rom. 12. 5.

Exo. 16. 13.

Rup. Ab. lib. 3. in Exod. c. 15.

Etenim centurio sive miles iste, non obstante quòd servus ejus , pro quo supplicabat, sub tecto ipsius ad mortem usque languidus jaceret, profundissima cùm humilitate dicebat: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum.* Et quidem verba hæc non solùm ex quodam modestiæ instinctu dicebat , sed quia interius illuminatus erat, ut cognosceret , nequaquam consentaneum esse , ut Christus, de quo Apostolus dicit: *Ipse est pax nostra*, in domum militis , seu potius in armamentarium quoddam ingrederetur , in quo præter milites & enses aliud nihil videre erat & ubi de nulla re alia agebatur, quàm de negotiis ad bellum pertinentibus. Unde Origenes in persona Centurionis ait: *Miles sum gladio accinctus, sanguinem fundens, ad prælium exiens, & ob id non sum dignus, ut intres sub tectum meum* , & re ipsa verè domum ejus ingressus non fuit, sed procul ab ejus domo constitutus, servo ejus sanitatem restituit. Quisquis igitur in dissensione cum proximo suo venit , & nihilominus ad hoc altaris Sacramentum accedere præsumit, dicat similiter, non jam ex motivo humilitatis, sed sincerè & verè: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum* ; siquidem *factus est in pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion.* In hoc pacis Sacramentum instituit: *ibi confregit potentias arcuum , scutum, gladium, & bellum.* S. Hieronymus hæc Evangelii verba trutinans, postquam hanc propositionem præmisisset : *Ignoramus sine pace communionem* , hoc inde argumentum deducit: *Si munera nostra absque pace offerre non possumus, quanto magis & Christi corpus accipere* ? D. Chrysostomus hæc verba : *Si offers munus tuum ad altare* , ponderans, omnes tam sacerdotes quàm laicos , in discordia cum fratribus suis viventes, ad aperiendum huic Christi monito aures suas, hisce verbis invitat: *Audiant hi, qui sacris certè mysteriis initiati cum inimicis ad communionem altaris accedunt ; audiant etiam illi, qui nondum initiati sunt, nam ad ipsos quoque habet aliquid sermo iste commune.*

Orig. ho. 5. in divers.

Eph. 2. 14.

Ps. 57. 3.

S. Hier. Epist. ad Theoph. 162.

Chrysost ho. 6. in Matth.

Et ibi recordatus fueris.

12. Albertus Magnus ait: *Recordatio non est actus memoriæ, sed reminiscentiæ, ut dicit Philosophus; reminiscentia autem est cum ra-*

Alb. M.

tione, & eſt diſcuſſio conſcientiæ ſecundùm vitam præteritam.

Paul. de Pal. 13. Paulus de Palatio ex his verbis fructum quendam deducit, quem percipimus ex oblationibus ſacris, quas Deo facimus: *Admonemur de his, quæ ad noſtrum ſalutem ſpectant*; etenim per ejuſmodi Deo factas oblationes Deus movetur, ut nos de rebus ad ſalutem noſtram pertinentibus erudiat: *Forſan enim non tibi in mentem veniſſet frater reconciliatio; at quia acceſſiſti ad offerendum munus, tuam Deus excitat memoriam*, *Pſ.27.16* adducitque Davidem dicentem: *Cogitabam ut cognoſcerem hoc, labor eſt ante me, donec intrem in tabernaculum Domini, & intelligam in noviſſima eorum. Igitur David non admonetur rei, quæ tam erat neceſſaria ſibi, niſi introiſſet in tabernaculum Domini.*

Quòd frater tuus habet aliquid adverſum te.

Hugo Card. 14. *Pro contumeliæ affectione.* inquit Hugo Cardinalis, *pro corporali læſione, pro famæ denigratione detrahendo, pro animæ læſione adulando, pro temporalium ſubtractione.* *S. Anſel.* S Anſelmus ita exponit illa verba, ut ſenſus ſit: *Si habes aliquam querelam contra te.* Et hoc ſenſu facile eſt, hoc Chriſti præceptum intelligere, nimirum jubetur, ut is, qui offendit, vel injuriâ aliquâ affecit proximum, vadat ad placandum offenſum, eumque ſibi reconciliandum. *S. Thom. S. Matt.* S Thomas autem conſiderat, quòd, ex quo Chriſtus in hoc præcepto non adjunxit, dicendo: ſi frater tuus habet juſtum motivum contra te, ideo præceptum hoc ita intelligendum eſſe quòd is, qui injuriam eſt paſſus, primus eſſe debeat in quærenda amicitia & reconciliatione illius, qui illum offendit: *Datur intelligere, quòd etiam ille, cui injuria facta eſt, debet quærere amicitiam.* Non enim Chriſtus dicit: ſi tu oderis ipſum, ſed ſi ipſe habuerit odium aliquod adverſum te, tametſi tu nullam habeas adverſus ipſum rancorem. Porro conſilium iſtud ſive præceptum primâ quidem facie durum & grave nimis nonnemini videri poterit, ſiquidem offenſus dicere poſſet: Ego ipſi offenſam acceptam ex animo condono, & amo ipſum; quòd ſi verò ille me odit, aut aliquam quoad me diſſicentiam habet, viderit ipſe quid agat, ego ab omni culpa liber ſum; at verò eo ipſo dum hoc dicit, gravi errore decipitur, quia revera in rancore ejus culpam habet, redditque ſe alienæ culpæ participem: dum enim eundem è corde ipſius eradicare valens, id ipſum facere renuit, ſignum eſt quòd eum minimè diligat, aliàs enim primo omnium loco, ſpiritualem animæ ipſius ſalutem amaturus eſſet: *Qui non diligit, manet in morte.* Et Apoſtolus ait: *Si fieri poteſt, quantum ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Regius quoque Propheta de ſe dicit: *Cum his qui oderunt pacem, eram pacifi cus.* Charitas etenim à nobis exigit, ut omni cum ſtudio proximum noſtrum placare, ejusque furorem mitigare conemur, humiliando nos coram ipſo, excuſando ipſum, omnemque ei debitam ſatisfactionem præbendo. *Dio. Car.* Dionyſius Carthuſianus citat divum Chryſoſtomum & Caſſianum, dicentes: *Ad charitatis perfectionem præcipuè pertinet, ut etiam ille, qui læſus eſt, ſtudeat adverſarium mitigare, non ſolùm dimittendo illatam injuriam, ſed blando ſermone cor ejus placando, quatenus de cætero ſincerum ad ſe affectum retineat; ſi enim poſſum alterius, quamvis injuriatoris, iracundiam, invidiam, perverſitatem ſanare, ejuſque animam à morte culpæ eripere, primo accedendo ad eum, & pacem reformando inter eum & me, & cùm non facio hoc, non videor eſſe perfectus in charitate Chriſti, qui pro iniquorum ſalute ſanguinem fudit, nec proximi, quem poſſum à tanto liberare periculo, humiliando meipſum.*

S. Hier. 15. S. Hieronymus l. 2. contra Pelagianos, de hac materia diſcurrens, dicit: Potuit quidem offenſus dicere, quòd nullum in ſe contra proximum, rancorem retineat: *Meæ eſt poteſtatis, ut non habeam aliquid contra fratrem meum; ut autem ille adverſum me habeat, in illius voluntate conſiſtit. Quid ergo faciam, ſi ille reconciliari noluerit? Obſecrem? flectam genua? ſed audire contemnet; an obtorto collo nolentem in jus amicitiæ trahem? Et quæ eſt major inimicitia, quem amicitias neceſſitate ſociare? neque enim dixit: Roga eum ut tibi reconcilie ur; ſed reconciliare primum fratri tuo, & ſic offeres munus tuum.* Faciendum nobis eſt, quidquid charitas nobis ſuadet & urget, neque ad quid amplius obligamur, neque ad impoſſibile tenemur.

16. Por-

1. Ioan. 3. 14. *Rom. 12. 18.* *Pſ.119.6.*

16. Porrò nos hoc præcepto Dominico ad quærendum & reconciliandum nobis fratrem noſtrum, qui nos offendit, exſtimulari, multorum eſt Expoſitorum opinio. Idem S. Doctor ſuper Matthæum ita ait: *Non dixit: Si tu habes aliquid adverſus fratrem tuum, ſed ſi frater tuus habet aliquid adverſus te, ut durior reconciliationis imponatur neceſſitas.*

S. Hier. in Matt.

17. Theophylactus quoque Chriſtum non dixiſſe conſiderat, quòd ſi proximus noſter aliquid adverſus nos habeat, ſive juſtum, ſive injuſtum, ſed abſolutè: *Sive enim juſte, ſive injuſte habeat, reconciliare. Et non dixit: Si habes tu contra illum, ſed ſi habet ille contra te, conare ut ipſum ad amicitiam reducas.*

Theoph.

18. D. Chryſoſtomus ait: *Neque addidit: Sive jure, ſive injuriâ, ſed ſimpliciter: ſi habuerit aliquid adverſus te; nam etiamſi jure ſuccenſeas, nontamen convenit odium diutius fovere & extendere; nam & Chriſtus juſtiſſimè nobis poterat iraſci, ſed tamen ſemetipſum pro nobis dedit immolandum.* Author Imperfecti ait: *Ne dicas, ille mihi notuit, non ego illi; ille mihi ſatisfacere debet, non ego illi; ſi pro gloria ſalutis meæ jubet te Dominus amicitiam facere, magis nocitus debet rogare, ut duplicem gloriam conſequaris; unam, quia nocitus es; alteram, quia prior rogaſti: ſi enim in illum nocuiſti, & ideo rogaſti, parcet tibi Deus, quod nocuiſti, quia prior rogaſti, tamen nullam habes mercedem, quia reus conſtituis rogaſti; ſi autem ille te læſerit, & prior rogaveris, magnam habebis mercedem.*

Chryſoſtho. 16. in Matth.

Aut. Imp hom. 11.

Relinque ibi munus tuum ante altare.

19. Lucas Burgenſis hoc loco quæſtionem hanc excitat, dicens: *Roget quis, an non abſurdum ſit, pluris fieri charitatis in proximum officium, quàm Dei cultum?* Ergone intermittendus eſt cultus divinus, ſeu oblatio ſacrificii, quæ ſublimior quidam religionis actus eſt, ut fratrem noſtrum nobis reconciliare & placare valeamus? Reſponſio autem, quam dictus Author ſubjungit, adeo eſt efficax, ut omnem prorſus intellectum convincat. *Reſponſio in promptu eſt*, inquit, *Dei cultum præcipuè in interna animi affectione, in charitate ſitum eſſe; tum verò in operibus externis, in ſacrificio, oratione, eleemoſyna, & ſimilibus, quare inprimis danda eſt opera, ut bene ſe animus habeat, & charitatem, quam à ſe depulit, revocet.* Nihil eſt, quod Deus in anima aliqua gratius & acceptius habeat, quàm charitatem & amorem erga ipſum & proximum, imò ſine hoc nihil omnino, quantumvis etiam id bonum ſit, Deo eſt acceptum. Unde Janſenius ait: *Advertenda hic mira Dei benignitas, qui, ut promoveat mutuam fratrum charitatem, unumaliquo liberſit, & ſui juris, nec ulli adſtrictus, ſuam gratiam vult pendere à fratris gratia, ita ut ſuam impartiri nolit, niſi fratris gratiâ impetratâ.* S. Hilarius quoque ſimilem habet conſiderationem, dum ait: *Reconciliatâ humanâ pace reverti in divinam jubet in Dei charitatem de charitate hominum tranſituros.* D. Chryſoſtomus continere ſe nequit, quin exclamet: *O admirabilem benignitatem, atque ineffabilem erga homines amorem Dei! honorem ſuum deſpicit, dum in proximo charitatem requirit, oſtendens, quoniam nec priora, quæ etiam comminatus eſt odio aliquo hominum, vel de cupiditate inferendi ſupplicii comminatur, ſed amore præcipuè. Quid enim his verbis mitius eſſe poſſit? quid lenius? interrumpatur, inquit, cultus meus, ut tua charitas integretur.* Theophylactus quoque idipſum ſcribit, dum ait: *Contemnit Deus proprium honorem tantùm ut nos diligamus.* Author Imperfecti eò ſe reflectit, ſcilicet quòd Deus obſequium & cultum ſuum nihili faciat, dum amorem & pacem inter nos mutuam nutrire poſſit: *Quaſi dicat ad illum: Vade, ego libenter contemnor, libenter honoris mei patior damnum, libenter exſpecto Dominus ſervos, tantummodo ut vos in amicitiam veniatis; vade ergo ut ſcias, quia plus diligo concordiam fidelium meorum, quàm munera, quia munera hominum nullum Deo faciunt lucrum, charitas autem illorum Dei gloriam operatur.*

Lucas Burg.

Janſen.

Chryſoſtho. 16. cit.

Theoph.

Aut. Imp hom. 11. in Joa.

Et vade prius.

20. Cur obſecro, non permittit illum prius offerre, cum adjuncta promiſſione, quòd deinceps ſe quoque cum proximo ſuo reconciliare velit? Quis grave ſacrilegium eſſe ignorat, ſacrificium imperfectum relinquere? Ecce tibi quanto cum ſtudio

&in-

& induſtriâ unionem & concordiam proximorum deſideret, dum potius ſacrificium imperfectum remanere, quam reconciliationem fraternam vel ad momentum aliquod ſuſpendi deſiderat.

21. Ingenioſa pariter & utilis fuit illa Janſenii ponderatio; obſervat enim, quòd *non dixit, reconciliare fratri tuo, priuſquam offeras munus Deo, ne tempus reconciliandi concedere videretur uſque ad tempus offerendi munus Deo, ſed ut ante omnia negotia, & quàm citiſſimè doceret incumbendum reconciliationi; niſi, inquit, offeras, & ibi recordatus fueris, vade,* &c. quod argumentum, quanta cum cura & ſollicitudine, priuſquam nos divino conſpectui præſentemus, reconciliatio fraterna curanda ſit, clarè demonſtrat: *Si enim divinum negotium, etiam cum in manibus eſt, intermittendum eſt, & poſthabendum reconciliationi fraternæ, multo magis alia negotia; & ſi tunc, dum quis ante altare recordatur offenſæ, recurrendum eſt ad fratris reconciliationem, multò magis id prius agendum erat.*

Aut. Imp loc. cit.

22. Author Imperfecti per hoc verbum *vade*, ind catam nobis intelligit vehementiam & velocitatem ſollicitudinis: *Feſtina ergo inimicum tuum prævenire ad amicitiam, ne forte te tardante, ille præveniat te ad rogandum, & rapiat de manibus tuis pietatis mercedem.* Porro quid ſit munus ante altare relinquere, donec fratrem noſtrum reconciliaverimus, Dionyſius Carthuſianus his verbis clarè demonſtrat; hoc enim idem eſt, ac ſi juberet, *non facere opera bona, niſi prius proponamus ire ad fratrem offenſum, quod utique propoſitum expedit ex quo ſtatim, cùm convenienter fieri poterit.*

Dion. Carth.

Leonit. in vita S. Jo. Eleemoſ.

23. In vita S. Joannis Eleëmoſynarii Patriarchæ Alexandrini refertur, quòd dum hic ſervus Dei in procinctu Miſſam celebrandi conſtitutus, Clericum quendam pravâ erga ſe voluntate inclinatum eſſe recordaretur, ipſe tametſi illum non læſerat, ſed potius ab ipſo graviter offenſus fuiſſet, ab altari diſcedens, eundem ſtudiosè requiſierit, eumque inventum, ſibique perfectè reconciliatum, in ſua ſocietate ad altare perduxerit, ſicque magno cum gaudio recitârit verba illa ex *Pater noſter: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Demum vero Author idipſum referens ſubjungit: *Deiferi quidam ſanctorum Patrum dixerunt, Angelorum quidem eſt nullatenus litigare, ſed in omnimoda & perpetua pace conſiſtere, hominum vero eſt altercari quidem, ſed ſtatim reconciliari; dæmonum autem eſt totum diem litigare, & totum diem tranſire irreconciliatum.* S. Apoſtolus ad Epheſios ſcribens, ſollicitudinem in hac materia adhibendam his verbis inſinuat: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Quod ſalutare Apoſtoli monitum S. Auguſtinus examinans nos rogat, ut, dum ab ira adverſus aliquem corripimur, operam demus, ne talis iracundiæ affectus radicem in nobis agat, neque illam cordi noſtro inviſcerari patiamur, quin potius eandem ante imminens noctis crepuſculum deponere ſatagamus. Qui idem ſanctus Doctor verba illa de ſole juſtitiæ Chriſto explicat, dicens: *Non ergo occidat ſol iſte ſuper iracundiam tuam, id eſt, non deſerat Chriſtus mentem tuam, quia non vult Deus habitare cum iracundia tua.* D. Chryſoſtomus ad id melius explicandum, ſimilitudinem adhibet Solis materialis, qui, dum multis cinctus vaporibus, occidit, pluvias minatur & tempeſtates; idipſum quoque ira facit, quando cum fratre ſuo minimè reconciliatus, ad ſomnum ſe nocturnum committit; in eo namque ita magis magiſque adaugetur, adeo ut aliud nihil machinetur aut cogitet, quàm diras ſe vindicandi rationes. Pergit idem S. Auguſtinus dicere, quòd ſi tempus iræ tuæ indulſeris *Occideris tu ab iracundia tua, quia ira tua inveteraverit, fit odium, cùm factum fuerit odium, jam homicidas es, omnis enim qui occidit fratrem ſuum, in tenebris manet; non mirum ſi ille jacet in tenebris, à quo occidit ſol.*

Eph. 4. 26.

S. Aug. ſer. 221. de temp.

Chryſoſt

24. S. Bonaventura S. Iſidorum citans dicit: *Qui ſibi fratrem tardius reconciliat, Deum placari ſibi tardius ſciat, fruſtra enim propitiari ſibi Deum credit, qui citò placari in proximo neglexit.*

S. Bonav. ſer. 3. in hac Dom.

25. Cajetanus obſervat, quòd Chriſtus non dixerit, ut fratrem ſuum, quantumvis longè diſtantem, conveniret reconciliationis causâ, ſed abſolutè locutus fuerit: *Inſinuatur per hoc præceptum affirmativum, neceſſitas reconciliationis fraternæ ante oblationem, ad hoc ut ſit accepta, & ſi ratio temporis permittit, cum executione exterioris itineris ad recon-*

Cajet.

reconciliationem fratris ; ſi verò prudentiæ ratio non admittit (puta quod relinquatur ante altare munus uſque ad reditum ex Perſide, ubi manet frater offenſus, ſicut cæterorum affirmativorum præceptorum executio exterior differri poteſt, & reconciliatio exterior. Denique circa adimpletionem & praxim hujus præcepti ita concludit: *Intelligitur, ſi ratio temporis permittit, quantum verò ad animam intelligitur abſolutè.*

Lyran. 26. Lyranus verbum hoc *vade* interpretari poſſe dicit, vel de corporis, vel de affectus greſſibus, ſi de corporis paſſibus intelligatur: *Debet fieri ſi commodè poſſit haberi ipſius fratris offenſi præſentia; ſin autem non poſſit, ſufficit ire ad eum pedibus mentis, quod fit, quando habet propoſitum ſatisfaciendi loco & tempore competenti.* Hugo Cardinalis ait: *Non pedibus corporis, ſi abſens eſt, ſed motibus animi, priùs quàm offeras.* S. Anſelmus quoque ita ſcribit: *Si præſens eſt, humiliare ei, & fac quod ad te attinet, ſi autem abſens eſt, promitte, & habeas bonam voluntatem, ut quàm citius invenies, humiliabis te illi, & bene pœniteas in corde tuo.*

Hugo Card. *S. Anſel.*

Reconciliari fratri ſuo.

27. Porrò ſacri Expoſitores reconciliationem iſtam pluribus modis fieri poſſe declarant. Nam Hugo Cardinalis dicit id fieri poſſe, *petendo ab eo veniam, vel ſi læſerit te, dimittendo ei rancorem cordis.* Albertus Magnus ait: *id fieri ſatisfaciendo ſi potes vel ſaltem petendo veniam, ſi aliter ſatisfacere non vales, ſi tunc reconciliari nollet offenſus frater, non ipſe ex tunc adverſus te, ſed tu inciperes habere aliquid adverſus eum.* *Hugo Card.* *Alb. M.*

28. S. Thomas per authoritatem S. Chryſoſtomi dicit: *Si cogitatu offendiſti, cogitatu reconſiliare; ſi verbis, verbis; ſi factis factis.* *S. Chryſ. cit. à S. Tho. in Matth.*

Et tunc veniens offeres munus tuum.

29. S. Hieronymus ſuper hæc verba, ſequens iſtud maximi momenti monitum tradit; Dicit enim: *Quamdiu illum placare non poſſumus, neſcio, an conſequenter munera noſtra offeramus Deo.* *S. Hier. in Matt.*

30. Albertus Magnus ſuper ly *veniens* ſe reflectens, dicit: *Accedendo ad Deum, qui priùs per odium fraternum receſſiſti. 1. Ioan. 2. Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo vadat, tunc offeres munus tuum, depoſito odio, & acceptabile erit, quia tunc eſt ſacrificium juſtitiæ, quando fueris juſtificatus. Pſal. 50. Acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.* *Alb. M.* *1. Joan. 2. v. 11.* *Pſ. 50. 21.*

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Marc. Cap. 8.



Um turba multa eſſet, nec haberent quod manducarent, convocatis diſcipulis, ait illis. 2. *Miſereor ſuper turbam, quia ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.* 3. *Et ſi dimiſero eos jejunos in domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt.* 4. *Et reſpondérunt ei diſcipuli ſui: Unde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine?* 5. *Et interrogavit eos: Quot panes habetis? qui dixerunt: Septem.* 6. *Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram: Et accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis, ut apponerent, & apposuerunt turbæ.* 7. *Et habebant piſciculos paucos, & ipſos benedixit, & juſſit apponi.* 8. *Et manducaverunt & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperaverat de fragmentis ſeptem ſportas.* 9. *Erant autem qui manducaverant, quaſi quatuor millia, & dimiſit eos.*

Verſus 1.

Cum turba multa eſſet, nec haberent quod manducarent, convocatis diſcipulis, ait illis.

1. Miraculum hoc, ab eo, quod Joan. c. 6. deſcribitur plane diverſum eſſe, ita certum eſt, ut de eo dubitari nequaquam poſſit. Id quod S. Hilarius ſuper Matthæi caput 15. ſerbens per varias evidentes rationes demonſtrat. Ibi namque Apoſtoli populo fameli o & defatigato, tametſi non niſi uno tantum die piſis adhæſiſſent, compatientes, à magiſtro ſuo, ut eum dimitteret, petierunt! Hic verò nihil dixerunt, tametſi multitudo hæc triduo integro Chriſtum ſine cibo ſecuta fuiſſet. Ad mare Tyberiadis quinque panes, & duo piſces fuêre diſtributi, collectæque ſunt duodecim cophini ciborum, reliquiis refertis: Hic autem ſeptem dividuntur panes & pauci piſciculi, impletæque ſunt reliquiis ſeptem ſportæ: Ibi ſederunt ſuper fœnum hic ſuper terram diſcubuerunt. In primo miraculo, cibati & ſaturati ſunt quinquies millenti homines, hic quatuor hominum millia paſta leguntur: Ibi panes hordeacei fuiſſe dicuntur: hîc autem ſecundùm ſacrorum interpretum communiorem opinionem panes tritícei fuerunt. Gloſſâ ex Victore Antiocheno dicit: *Ut Dominus, jam ante pro hac via populum ad fidem alliceret, eſcas multiplicaverat, ita tunc denuo idem ſignum inſtaurat: utrobique commoda occaſione quæ ſe offerebat, ad hoc uſus.*

S. Hilar. c. 15. in Matth.

Vict. Antioch. in gloſ.

2. Obſervandum eſt, quòd in primo miraculo S. Joannes dicat: *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur*; In hoc ſecundo miraculo S. Matthæus pariter dicat: *Acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecum mutos, cæcos, debiles, & projecerunt ad pedes, & curavit eos, ita ut turbæ mirarentur*, demum verò immediatè ſubjungit miraculum. Unde veriſſimum eſſe colligitur, quòd tribulationes ad Deum nos currere faciant: *Multiplicatæ ſunt*

Joan. 6. 2.

Matt. 15. v. 30.

Pſ. 15. 4.

ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt.

3. Multi utique ex hac turba Chriſtum ſecuti ſunt, quia ſe ab ipſo paſcendos eſſe ſperabant. Unde Salvator ipſemet ait: *Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſignа, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis, operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam*; ſic quoque hodie multi Chriſti diſciplinam amplectuntur, ut in hac vita temporaliter commodè vivant; qua ratione multi ſunt, qui ex nullo alio motivo religionem ingrediuntur quàm quia in ſæculo in angustiis & paupertate vivunt; Et tamen etiam hi, qui cum his & ſimilibus finibus Chriſtum ſequuntur, dummodo fines illi divinæ legi minimè ſint contrarii, eo ipſo, quo Chriſti veſtigia ſectantur, ſemper inde aliquod bonum percipiunt. *Joan. 6. v. 26.*

4. Veriſimile etiam eſt, quòd in tam ingenti multitudine & numero multi fuerint, qui Dominum ſecuti fuêre, ut ejus explorarent doctrinam, vel ut ad Phariſæorum inſtantiam, ejus obſervarent mores & vitæ converſationem, qui tamen poſtea benignitate & miſericordiâ ejus inescati apud eum permanſerunt, vitamque ſuam in meliorem frugem converterunt: ſic quoque perverſa quidam cum intentione Eccleſiam ingrediuntur, qui tamen poſtea verbum Dei audiendo, cor ſuum totaliter mutant, & ad meliora convertunt.

5. Albertus Magnus notat, quiſnam ille fuerit, quorum hæc turba tamdiu manebat, nimirum cum Salvatore: *Cum eo enim eſſe, eſt unum auctoris ſalutis, & ſine eo eſſe, eſt ſalutem perdere.* *Alb. M. hic.*

Nec haberent, quod manducarent.

6. Syriaca verſio legit: *Nec eſſet quidquam, quod ederent*; Lucas Burgenſis rationem reddit, cur nihil ſecum ſumpſerint ad manducandum: *Adeo omnium eos caperat oblivio, pro eo quo in Jeſum ferebantur ardore.* Idipſum pariter quotidie in multis contingit fidelibus, qui cum in ſæculo ſint divites, & commodè vivant, ſequelæ Chriſti ſe ſubjiciunt, religionemque auſteram ingrediuntur, abſque eo quòd vel minimum ſecum in militiam reportent, quia Chriſtum illis in omnibus providiſſimè proſpecturum eſſe ſciunt. *Luc. Burg. hic.*

7. Albertus Magnus ait: *Ecce neceſſitas, quæ inducit ad miraculum; ſuis nunquam in neceſſitate deeſt Dominus.* *Alb. M. hic.*

Convocatis diſcipulis ait illis.

8. S. Hieronymus Chriſtum, in hac cum diſcipulis inſtituta conſultatione, ſuperiores docere voluiſſe exiſtimat, nec ſua cum inferioribus conſilia communicare aut tractare dedignentur: *Ut magiſtris exemplum tribuat, cum minoribus atque diſcipulis communicanda eſſe conſilia*; Dicit enim Eccleſiaſticus *omnia fac cum conſilio, & poſt factam non pœnitebit.* S. Antiochus in quadam Homilia hoc nobis tradit documentum: *In quocunque negotio non mediocris operæ feceris pretium, remque Deo magnopere acceptam, ſi conſilium exſpectes: nemo inventur, qui non indignus ſit conſiliario, niſi Deus ſolus, penes quem eſt omnis ſapientia.* S. Petrus tametſi in eo, quod eſt alium in locum Judæ ſubſtituere Apoſtolum, independentem à quovis alio habuerit authoritatem, in hanc tamen electionem, alios quoque adhibere Apoſtolos operæ pretium eſſe duxit. Lucæ 22. v. 32 Chriſtus Petro dixerat: *Confirma fratres tuos*, & tamen *illud confidera*, ait D. Chryſoſtomus, *quàm Petrus agit omnia ex communi diſcipulorum ſententia, nihil authoritate ſua nihil cum imperio.* *S. Hier. in Matt. 11.* *Eccl. 32. v. 24.* *S. Antioch. hom. 83.* *Luc. 22. v. 32.* *Chryſ. hom. 3. in Acta.*

9. Hugo Cardinalis ex S. Hieronymo aliam hujus rationem reddit, dum ait: *Convocat diſcipulos ut doceat, vel ideo ut ex collocutione intelligat ſigni magnitudinem.* Idem quoque Lucas Burgenſis his verbis ſcribit: *Ut verbis ultro citroque datis ad miraculum ipſos redderet attentos*, nec immeritò, quia iam illos reprehenderat, quod alterius miraculi huic ſimillimi, quod in eodem hoc capite, juxta mare Tyberidis patraverat; tam facilè obliti eſſent. *Hugo Card.* *Lucas Burg. in Matt.*

Verſus 2.

Miſereor ſuper turbam, quia ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.

Miſereor ſuper turbam.

Abul. q. 103. inc. 15. Mat.

1. Abulenſis Chriſtum non rogatum, ſed ſponte propriâ, compaſſione motum fuiſſe dicit erga famelicam hanc multitudinem, utpote quæ ſancta quadam cum modeſtia & verecundia, hanc ob eo refectionem poſtulare non audebat, eo vel maximè quòd Chriſtum aliàs quoque hoc idem miraculum patraſſe ſciret: *Miſereor eis, quaſi dicat, ipſi non petunt panes, ſed erubeſcunt.*

Gloſſ. ib.

2. Gloſſa dicit: *Quia verus homo miſeretur & compatitur affectu humanæ fragilitatis.*

Cajet. in Matth.

Cajetanus ait: *Condolentia ſcilicet alienæ miſeriæ velut propriæ*; ſicut enim timorem & triſtitiam, ita quoque compaſſionem ſibi aſſumpſit, ut naturam ſe humanam aſſumpſiſſe probaret. Unde S. Anſelmus dicit: *Miſeretur ut homo.* Et Paulus de Palatio hac occaſione impletum eſſe dicit illud: *In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo*; *nihil enim magis eſt hominum quàm miſereri.*

S. Anſel. in Matt. Paul. de Pal. Philip. 2. 7. Janſ. c. 63.

3. Janſenius turbas illas Chriſtum ob utilitatem & intereſſe ſuum ſecutas fuiſſe obſervat, quia infirmis ſuis ſanitatem ab eo recipiebant: *Tamen miſereri ſe dicit turbæ, eò quòd triduo perſeverarent ſecum, quo docemur Dominum ita miſereri ſequentium ſe, cum in malum aliquod inciderint, ac ſi ab illis ipſe commodum aliquod reportaret, cum contra res ſeſe habeat.*

Pſ. 110. 5.

4. *Miſericors & miſerator Dominus eſcam dedit*; Etenim providentia illa, quâ DEUS cuncta viventia paſcit, quidam dicit poteſt compaſſionis effectus, quo erga illa fertur, dum ipſa fame languere conſpicit. Unde S.

S. Bonav. ſer. 1. in hac Dom.

Bonaventura illum Pſalmiſtæ textum adducit, quo dicit: *Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum*; *Cognovit figmentum noſtrum corporis non poſſe naturaliter diu ſubſiſtere, niſi continuis alimoniis ſuſtentetur.*

Pſ. 102. v. 14.

5. Valde conſiderabilia ſunt verba illa: *Eſcam dedit timentibus ſe: Quomodo miſeretur Pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe*, quia ut Paulus de Palatio ait: *Adverte, ſectatores Chriſti etiam in temporalibus non deſtitui*; David enim claris verbis atteſtatur, dicens: *Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.* Sciendum porro eſt, quòd, ut ex Matthæi cap. 15. colligitur, Apoſtoli paulo ante erga Chananæam compaſſione commoti, ſuam pro illa apud Chriſtum interceſſionem interpoſuerint, ac proinde jure merito quærat hic aliquis, quid ſibi velit, quòd iidem Apoſtoli tantam hominum multitudinem integro triduo famelicam videntes, nec quidquam ad compaſſionem moti fuerint, & ne verbo quidem neceſſariam illis proviſionem à Chriſto popoſcerint? Nimirum turbas haſce Chriſtum ſtrenuè ſequi videbant, & ideo ex quo Chriſti ſectabantur ſequelam, nequaquam illis quidpiam neceſſariorum defuturum dubitare poterant; quia *oculi Domini ſuper juſtos.* Adhæc idem David ait: *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra?* Magnates & Principes ſæculi hujus, oculos ſuos non attollunt, niſi in altum, id eſt, ſoli faſtui & magnificentiæ dediti ſunt, pauperes autem reſpicere, eorumque neceſſitatibus Chriſti exemplo, providere dedignantur; *Miſereor ſuper turbam, ſuper principes, ſuper potentes*, ſiquidem *eſurientes replet bonis, faſtidioſos divites dimittit inanes.*

Ibid. v. 13

Paul. de Pal. in Matth.

Pſ. 36. 25

Pſ. 33. 16.

Pſ. 112. 5.

Luc. 1. 53.

Salm. to. 6. tr. 31.

6. Salmeron Chriſtum hiſce verbis indicare voluiſſe exiſtimat, quòd non ad oſtentationem, ſed ex ſolo motivo pietatis ſe ad hoc miraculum patrandum accinxerit: *Significat ſe ex miſericordia agi ad edendum ſignum, non ad oſtentationem, vel populo delitias exhibendas, vel quia petierant*; *Deinde oſtendit radicem omnium beneficiorum ſuorum adverſus nos, nihil aliud eſſe, quàm puram miſericordiam.* Janſenius quoque Chriſtum *ad miraculum hoc profiliſſe ſcribit, coactum juſta miſeratione.*

Quia ecce jam triduo.

7. Quæ non obſecro cauſa fuit, quòd Chriſtus noſtræ tantopere compatiens egeſta-

egeſtati, tantam nihilominus multitudinem, per continuum triduum, fame vexari permiſerit, cùm tamen ipſe nos quotidianum panem noſtrũ poſtulare docuerit, dicendo: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie?* Chryſoſtomus ait: *Non in prima, neque in ſecunda die fecit, ſed exſpectavit, ut omnibus conſumptis, indigentia coacti, majori admiratione factum proſequerentur.* Deus enim divinam ſuam providentiam magis eluceſcere facit, quando humana totaliter defeciſſe cernitur, ideoque tunc vel maximè benefaciendo ſubingreditur, quando cunctam ſpem noſtram depoſuiſſe videmur. Ideoque in nuptiis tunc pridem de vino ſuo miraculoſo proſpicere cepit, quando vinum à ſponſis procuratum totaliter defecit: *Deficiente vino, vinum non habent*; Manna quoque tamdiu ſubmittere diſtulit, donec ex Ægypto elata farina, & cuncta alia vitæ annona fuiſſet conſumpta.

Luc. 11. 3

Chryſ. ho. 54. in Matth.

8. Sanctus Thomas ait: *Sed quare per triduum exſpectavit? Ne poſſent calumniari, quia refecti eſſent cibo, quem ſecum portaverant.*

S. Th. in Matt. c. 15.

9. Venerabilis Beda ait: *Turba triduo Dominum ſuſtinet, quando multitudo fidelium peccata, quæ perpetravit, per pœnitentiam declinans, ad Dominum ſe in opere, in locutione, atque incogitatione convertit.* Sanctus Anſelmus quaſi idem ſcribit, dum ait: *Quia in luce trinæ operationis bene poſita eſt, id eſt, cogitationis, locutionis, & bonæ actionis*; addit autem: *Et tamen in verbo divino enutriri & ſatiari deſiderat.*

Beda in Marc.

S. Anſel. in Mat.

10. S. Bonaventura dicit: *Scilicet dolore amaræ contritionis in corde, mœrore apertæ confeſſionis in ore, & labore condignæ ſatisfactionis in opere.* Eandem quoque conſiderationem S. Thomas adducit, dum inquit: *Triplicem actum ſignificari, ſcilicet cordis, oris & operis.*

S. Bonav. ſer. 1. in hac Do.

S. Tho. in Matth.

11. Hugo Cardinalis poſtquam eandem adduxiſſet diſtinctionem, ſubjungit: *Jejunium, oratio, eleemoſyna, cogitatio, locutio, operatio, cogitatio veri, amor boni deteſtatio mali, confeſſio, prædicatio, contemplatio.*

Hugo Card.

12. Albertus Magnus per hoc triduum, tres differentes ſtatus interpretatur: *Triduum, quo ſuſtinuimus Jeſum, fuit ſtatus naturæ, & legis, & Prophetarum.* Egregius ejusdem diſcipulus ſanctus Thomas Aquinas, pariter ait: *Triplex tempus ſæculi intelligitur, ſcilicet tempus legis naturæ, Moſaicæ, & gratiæ; vel per triduum mortis Chriſti; unde illi triduo ſuſtinent Dominum, qui conformaverunt ſe morti Chriſti.*

Alb. M. hic.

S. Thom. loc. cit.

13. Venerabilis Beda à Gloſſa citatus, ingentem hanc populi multitudinem, ſuos ad Salvatoris pedes infirmos ſtatuiſſe conſiderat, ut optatam ab eo aſſequerentur ſanitatem; ex quo ſequens myſterium deducit: *Turba ergo triduo Dominum, propter ſanitatem infirmorum ſuorum ſuſtinet, cùm electi quique fide ſanctæ Trinitatis lucidi, Domino pro ſuis ſuorumque peccatis, animæ videlicet languoribus, perſeveranti inſtantia ſupplicant.* S. Thomas eundem quoque ſenſum paucis licèt verbis inſinuat, dum ait: *Per triduum poteſtatis intelligere confeſſionem ſanctæ Trinitatis.*

Bed. hic.

S. Thom. loc. cit.

14. Sanctus Bernardus ad illa verba Exodi 3. verſ. 18. *Ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, ut immolemus Domino Deo noſtro*, ſe reflectens, illa in hac hiſtoria Evangelica adimpleta eſſe dicit, ideoque triduum hoc ſequenti modo diſtinguit. *Prima eſt dies timoris, dies declarans & illuminans tenebras tuas interiores, ſcilicet horrendum gehennæ ſupplicium demonſtrans, in quo ſunt tenebræ exteriores; ſecunda eſt pietatis dies, quâ reſpiramus in luce miſerationum; tertia eſt dies rationis, qua veritas innoteſcit, & hinc ſubemur jam diſcumbere, ut charitas ordinetur in nobis, & hinc aperit Deus manum ſuam, & implet omne animal benedictione.*

S. Bern. ſer. 1. ſuper hoc Evang. Exod. 3. 18.

Suſtinent me.

15. Sanctus Matthæus loco verbi *Suſtinent*, legit *Perſeverant*; ex quo colligitur, Chriſtum dicere voluiſſe, quòd perſeverantia, quâ illum hoc triduo ſecuti fuêre, unicum fuit liberalitatis ſuæ illis exhibitæ motivum; etenim ſatis eſt veriſimile, multos ex illa multitudine, prima die præ nimia ſui defatigatione ſubſtitiſſe, alios verò die ſecundo;

cundo; denique alios, in exordio diei tertiæ, ac proinde omnes illos à refectione Salvatoris fuiſſe excluſos: *Suſtinentes autem Dominum, ipſi hæreditabunt terram*; *id eſt*, ut Hugo Cardinalis ait: *patientes Dominum flagellantem; vel ſuſtinentes, id eſt, ſperantes in Dominum præmia differentem, hæreditabunt, id eſt, in æternum poſſidebunt terram viventium.* Agricola patienter exſpectare debet, donec frumentum ſit maturum, priuſquam illud granario ſuo inferat, aliàs enim ſi præmaturè & ante tempus ſuccifum fuerit, non niſi ad ignem ſervientem demeret paleam: Eodem quoque modo cæleſtis agricola Deus optimè novit, quando bonorum operum, meritorumque noſtrorum frumentum ſit maturum, & ideo tempus illud patienter præſtolatur priuſquam illud cæleſti horreo inferri faciat, noſtrorum interea eſt exſpectare, & patienter ſuſtinere, nec moleſtè ferre, quòd interea temporum & æris injuris, id eſt, hujus vitæ laboribus inceſſanter expoſiti ſimus, quin potius pœnitentiæ rigores perſeveranter continuare debemus. Unde S. Jacobus Apoſtolus dicit: *Ecce agricola exſpectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ſerotinum; patientes igitur eſtote, & confirmate corda veſtra, ecce judex ante januam aſſiſtit; ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt.*

16. Econtra Eccleſiaſticus comminatur, dicens: *Væ vobis, qui perdiderunt ſuſtinentiam*; ubi S. Gregorius ait: *Suſtinentiam perdunt, qui bona quæ inchoant, non conſummant. Te ſuſtinui tota die*, inquit anima illa ſancta, id eſt, per totum vitæ meæ decurſum. Generoſiſſima mulierum Judith, Oziam acriter reprehendit, eò quòd tempus determinatum Deo præfixiſſet, quinque nimirum dierum ſpatium, intra quod niſi Bethuliæ ab Holoferne obſeſſæ ſuccurreret, hoſtibus civitatem addixerat: *Non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam provocet, ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat, poſuiſtis tempus miſerationi Domini, & in arbitrium veſtrum, diem conſtituiſtis ei*; quod idem applicari nonnullis poteſt, qui in via Dei impatientes exiſtunt, nec perſeverant, eò quòd remunerationem ſibi ſubitò fieri vellent; nequaquam ita agendum eſt cum Deo, qui noſtram tolerantiam per perſeverantiam experiri ſatagit. Optimè igitur S. Auguſtinus inquit: *Suſtinere Dominum eſt, tunc accipere quando dabit, non tunc exigere quando vis, ut cum ſuſtinueris te, ut mutares vitam tuam malam, ſuſtineas illum, ut coronet vitam tuam bonam.* Ehem quot miles, vel aulicus aliquis faſtidia devorat, quot pericula & cordis anguſtias ſubit, ut gloriam aliquam mundanam, ſive munus aliquod honorificum, ad quod aſpirat, aſſequi poſſit? Quanto tempore perſeverat? *Suſtine* igitur *ſuſtentationes Dei*, monet Eccleſiaſticus, *conjungere Deo, ſuſtine, ut creſcat in noviſſima vitæ tua.* Pſalmiſta quoque ad id hiſce nos verbis animare contendit, dum ait: *Exſpecta Dominum viriliter age, & ſuſtine Dominum.* Devotæ hæ turbæ, de quibus hodiernum meminit Evangelium, longanimem in ſequela Chriſti habuerunt patientiam & perſeverantiam, ac proindè cum Iſaia dicere poterant: *Ecce Deus noſter iſte, exſpectavimus eum, & ſalvabit nos, iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, exultabimus & lætabimur in ſalutari ejus.*

17. Dionyſius Carthuſianus ait: *Per tres dies me tum permanſerant in ſolitudine, & ſub dio, in quo declaratur amor eorum ad Chriſtum & devotio ad doctrinam atque miracula ejus.*

18. Victor Antiochenus ſuper Marcum, motivum refert, quo Chriſtus ad proviſionem hanc turbis procurandam motus fuit: hoc enim fuit, *invicta plebis, quæ eum ſequebatur, perſeverantia*, quantam enim triduo illo ſuſtinuêre ſitim, famem, laſſitudinem, vigilias, dum per totam noctem ad uſque diluculi matutini ſerenum perſtitorunt, neſcientes, quis omnium horum finis eſſet futurus? S. Bonaventura ait: *Nulli condeſcendit divina miſericordia, niſi prius pro ejus amore patiatur amaritudinem penuriæ & pœnitentiæ, & in ea habeat longanimitatem perſeverantiæ*; Et paulò poſt in eodem ſermone ſubdit: *Illi impetrant beneficium à Deo, qui longanimiter & perſeveranter ſuſtinent eum.*

19. Quòd ſi quæras, quâ ratione factum fuerit, quòd in tanto tempore, nec de requie nocturna, nec de cibo, vel quâ vis alia

Pſ. 36. 9. Hug. Card. ibid.

Jac. 5. v. 7. & 6.

Eccl. 2. 16. S. Greg. l. 5. in 1. Reg. c. 13 Pſ. 24. 5.

Judit. 8. 13.

S. Aug. cit. à Lorin. in Pſ. 26. 14

Eccl. 2. 3

Pſ. 26. 14.

Iſa. 25. 9

Dion. Carth. in Matt.

Vict. Ant

S. Bonav. ſer. in hac De.

Lucas Burg. alia re neceſſaria vel ſemel quidem cogitarint? Reſpondet Lucas Burgenſis: *Totos adeo eos rapuit, & doctrinæ gratia, miraculorum tum ſplendor, tum utilitas, ut toto triduo nequiverint à Salvatore avelli, ne ſublevandi quidem neceſſitatis corporum gratia.* Conſiderandum inſuper, multos familias ſuas domi propriæ reliquiſſe, nec tamen de iis quidquam fuerunt ſolliciti. Chryſoſtomus Chryſo. ho. 54. in Matt. ponderat, quòd Apoſtoli alias in ſimili quadam occaſione Redemptori ſuggeſſerint ut populum illum à ſe dimitteret, ut quilibet vel domi ſuæ, vel alibi, de cibo ſibi proſpicere valeret; at verò in præſenti ne os quidem ſuum aperiunt, tametſi tres dies continuâ inedâ conſumpſiſſent. Reſpondet verò S. Doctor: *Quia multitudinem non nimiâ in ea vexari, ſed glorificare Deum in his, quæ facta erant, videbant.*

20. Obſervandum tamen eſt, quòd ſi turbæ aliquam in ſequendo Chriſtum tolerantiam monſtrarunt; Chriſtus quoque eandem egregiè erga illos exercuerit, tot curando illorum infirmos, tolerando laſſitudines, famem & quaſvis alias corporis ærumnas: Heb. 4. 15. *Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia.* Luc. Burg. *Hic mihi*, inquit Lucas Burgenſis, *conſidera non tantum populi ardorem, ſed & Chriſti Domini laborem, dies noctiſque tres continuò ſub dio ſubditum.* Turbæ propter intereſſe & emolumentum ſuum Chriſtum ſequebantur, quia infirmos eorum reſtituebat ſanitati, animaſque eorum ſanabat; non verò ſic Filius Dei; Pſ. 15. 2. *Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non leges.* Laboravi juſtificans, Jer. 6. 11 inquit lamentando apud Jeremiam, ſi paſſionis alicujus capax fuiſſet, eodem modo nunc, dum impaſſibilis in cælo degit, de eo aſſerere poſſumus, quòd pro ſalute noſtra ſuſtineat, indefeſſèque operetur & laboret.

Chryſ. ho 8. in Mat. 21. Chryſoſtomus alibi idem dubium movet, cur ſcilicet Apoſtoli de bono aliorum curando adeò ſolliciti, turbas haſce adeò famelicas videntes, mori non fuerint ad ſupplicandum magiſtro ſuo, ut illis provideret. Et reſpondet, quòd hac de re ſolliciti nequaquam fuerint, quia *Digni erant ſolicitudine Domini, qui tribus decibus exſpectaverant Dominum; ecce oculi Domini ſuper metuentes eum & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus* (inquit Pſalmiſta) *ut eruat* Pſ. 33. 10 S. Aug. ib. *à morte animas eorum, & alat eos in fame.* S. Auguſtinus quoque ſuper illa Pſaltir regii verba: *Timete Dominum omnes ſancti ejus, quoniam nihil deeſt timentibus eum*: ſtringens admodum ſtatuit argumentum, ad omnes eos, qui in timore Dei viventes, divino ſe ſervitio manciparunt animandos ut indefinenter divinæ ſe providentiæ committant: *Paſcebat te Deus*, inquit, contemnentem ſe, & deſeret timentem ſe? Continua & evidens teſtatur experientia, Religioſos, eoſque vel maximè qui reformatè vivunt adeòque arctiori in paupertate ſunt conſtituti præ cunctis aliis neceſſariis maxime abundare. Præceperat Deus olim, ut in menſâ tabernaculi continuò præſto eſſent duodecim panes, denominati *Panes propoſitionis*, qui duodecim tribus Iſrael præfigurabant, ad ſignificandum, quòd ad eorundem tribuum ſuſtentationem nullo unquam tempore defutura eſſet annona; unde Oleaſter ait: *Non vult Dominus etiam ad momentum, domum ejus eſſe ſine pane, ne cibus poſſet deficere, qui ſervivunt ei.* Sciendum tamen eſt, quòd idem Deus inſuper præceperit, ut dum panes illi mutabantur, eos ſacerdotes manducarent, ad denotandum, quòd, qui proximius Chriſtum ſequuntur, quique divino ejus cultui ſunt dedicati, præ cunctis aliis liberaliſſimè provideri à Deo ſoleant. Rupertus Abbas Tuit. conſiderat, quòd Salvator prohibuerit Apoſtolis, ne ulla ratione aurum, ſive argentum, aut cujuslibet generis monetam ſecum portarent: unde quærit, qua igitur ratione iis, qui ad propagandam Chriſti fidem, per totum mundum diſcurrere debebant, de victus & veſtitus neceſſitatibus provideri potuerit? Reſpondetque Venerabilis hic Abbas: *Si totus ferè mundus aliquando eſuriat, & pane indigeat, juſtum illum, cujus in corde domeſticum, ujus in more familiare eſt verbum Dei, non videbis deficientem; & verum eſt quod ſcriptum dicit: non interficiet Dominus famem animæ juſti* Pro. 10. 3 Mal. 3. 14. *Deus quondam apud Malachiam Prophetam, nonnullos reprehendit, qui adverſus Dei providentiam, blaſphemias evomebant dixiſtis, vanus eſt, qui ſervit Deo, & quod emolumentum,*

Exod. 25. v. 30. Oleaſt. ib. Rup. Ab. l. 8. & 9 Mat. 10. 9.

mentum, quia cuſtodivimus præcepta ejus? Sanctus Bonaventura dicit: *Videns turbam, præ ejus amore longanimiter pati penuriam, dignatus eſt eam gratis tam cibo corporali, quàm ſpirituali ſatiare.* Et ideò cœleſtis ille ſponſus S. Catharinæ ſponſæ ſuæ dixiſſe legitur hæc verba: *Cogita tu de me, & ego cogitabo de te;* illis etenim, qui nulla alteri rei adeò graviter incumbunt, quàm ut debitum Deo ſervitium ſuum exactiſſimè exequi poſſint, Deus viciſſim ſervire exactiſſimè, iiſque benefacere ſtudet.

S. Bonav. ſer. 1. in hac Do.

22. Regius Propheta de Deo noſtro ita ſcribit: *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit, &* tamen ecce tibi, qualiter omnes dies, imò minuta exactiſſimè ad remunerandum numerat, totumque tempus eorum, quo ipſum ſecuti ſunt adæquatè compenſas: *Triduo* inquit, *ſuſtinent me,* quemlibet greſſum pedum ipſorum accuratè numerat, quem pro ejus amore facimus: *Tu quidem greſſus meos denumeraſti;* non ſic faciunt principes terreni, qui ſervitia à ſubditis vel ſervis ſuis, ipſis exhibita adeò facilè obliviſcuntur, floccique faciunt. *Militia eſt vita hominis ſuper terram,* inquit Spiritus ſanctus, mox verò ſubjungit, *& ſicut mercenarii dies ejus;* ſiquidem *Cùm ſerò factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: voca operarios, & redde illis mercedem.* S. Gregorius ait: *Sancti viri quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot jam remunerationis ſuæ pignora inter ſpei cubiculum tenent.* Principes terreni vaſallis ſuis minimè compatiuntur, quando illos ſub annonæ caritate, bellorumque moleſtiis anguſtiari & ingemiſcere conſpiciunt: at verò Chriſtus, dum nos amore ſui laborare conſpicit, compaſſione erga nos tangitur; *Suſtinent me,* ac proinde, *Miſerior.*

Pſ. 89. 4.

Pſ. 118. 126.

Iob. 7. v. 1.

Mat. 20. 8.

S. Greg. l. 8. mor. c. 17.

23. Ingenioſa eſt illa Pauli de Palatio obſervatio, quâ Salvatorem apud ſanctum Matthæum dixiſſe notat: *Ecce jam triduo perſeverant mecum,* ſicut eſt in præſenti Evangelio: *Triduo ſuſtinent me. Profectò,* inquit, *multi videntur ſibi cum Chriſto perſeverare, at non cum Chriſto perſeverant, ſed cum ſua voluntate? latet hic morbus; credis te Chriſtum ſequi, at non illum, ſed tuum venaris, honores, opes, voluptates; porrò turba non diſcedit à Chriſto, etiam jejuna, etiam triduo non edens, etiam nihil remurmurans,* & tamen Pſalmiſta dicit: *Si non fuerint ſaturati, murmurabunt.* Victor Antiochenus ſcribit, quòd hæ quidem turbæ, Chriſtum non propter intereſſe ſuum ſecutæ fuerint, vel ut ab eo cibarentur, *Sed propter ſpiritualem eſcam,* concedit tamen in totâ hac multitudine nonnullos fuiſſe, qui hoc fine ad Chriſtum ſequendum movebantur.

Paul. de Pal.

Pſ. 58. 16.

Vict. Ant. hic.

Nec habent, non manducent.

24. Janſenius veriſimile eſſe exiſtimat, homines hujuſce multitudinis, aliquam quidem à principio proviſionem ſecum tuliſſe, hanc tamen ab ipſis paulatim fuiſſe conſumptam: *Non enim dicitur, non habent amplius quod manducent;* anguſtiabantur, quia locus deſertus erat, ubi præter ſtirpes & arbores ſteriles nihil videbatur; villæ quoque ac civitates, ad quas annonæ comparandæ causâ recurrere debuiſſent, procul aberant, præterquam quòd ita defatigati erant, ut atteſtante ipſomet Chriſto, qui *Sciebat quid eſſet in homine,* periculum fuerit, ne in via viribus deſtituti deficerent; ſed ecce tunc adimpletum, quod de Deo noſtro dicitur: *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione, & ſperent in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.* Videatur ad quaſnam anguſtias Samaria ab obſidione diuturna redacta fuerat, quando in ea matres filios ſuos manducabant, at verò tunc quando ab omni humano ſubſidio procul aberat, Eliſeus illi prophetando, prædixit: *In tempore hoc cras modius ſimilæ uno ſtatere erit.* Notare verba illa: *In tempore hoc,* id eſt, quo humana providentia deſperatiſſima erat. Porrò cauſa, ob quam Chriſtus miraculum iſtud patraverit, fuit, quia omnis deficiebat diligentia & induſtria humana, & tamen verè proviſionis neceſſitas urgebat. Theophylactus à ſancto Thoma in catena citatus ait: *Non ſemper circa alimenta, miracula faciebat, ne propter cibum ipſum ſequerentur, & nunc igitur hoc miraculum non feciſſet, niſi quia videbat, turbis periculum imminere.*

Janſ. c. 63.

Pſ. 9. 10.

Ibid. v. 11

4 Reg. 7. 1.

Theoph. in cat.

15. D. Chryſoſtomus turbæ hujus admiratur modeſtiam, quia *Quæ ob morborum curam*

D. Chryſ. ho. 34. in Matth.

curam ſuorum, non audebant panes petere, ipſe verò, qui miſericors, qui omnium curam gerit, etiam non petentibus præbet.

S. Paſch. li. de corp. & ſang. c. 20.

26. Ad hoc, ut panis Chriſti nòbis proſit, neceſſum eſt, ut ſimus jejuni atque ab omni alio pane abſtineamus. S. Paſchaſius cauſam ponderans, cur Eccleſia communicaturos, jejunos eſſe voluerit, dicit: *Verùm tamen quòd jejuni communicamus, ſatis providè, ut dum ſobrietas flagrat in corpore, dum omnis fervor carnis quieſcit, & omnis animi ſenſus, intelligentia & diſcernendi ratione fortius vigeat.* Et S. Bernardus ſcribit: *Quomodo poteſt eſurire vel ſitire Chriſtum plenus quotidie ſiliquis porcorum? Eſurientes*, in Pſalmiſta, *repleti bonis.*

S. Bern. epiſt. 2. ad Fulg.

Pſ. 106. 9.

27. Quòd ſi quæratur, qua ratione turba hæc vitam ſuam hoc toto triduo ſine ullo cibo ſuſtentare potuerit? Reſponſio in promptu eſt; in turba illa verificatum eſſe, quod Salvator noſter diu ante dixerat, nimirum: *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*: unde à multis ſacris Interpretibus deducitur, hoc triduo prædicationem Chriſti eidem alimenti loco inſerviiſſe: nam ut S. Ambr. ait: *Non poteſt, qui verbum ſequitur, panem deſiderare terrenum, cùm ſubſtantiam panis cæleſtis accipiat.* Lucas Burgenſis quoq; de Chriſto dicit. *Animos cæleſti ſermone paſcebat*: at verò inſuper neceſſum eſt, ut hoc paſcuum etiam ad corporum ſuſtentationem tranſmittatur: *Ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.* S. Bonav. obſervat, quòd non ſine myſterio, pro hoc pane diſpenſando Apoſtolos elegerit, quia prædicatores Evangelici ſunt, qui divini verbi panem miniſtrant: *Indigebat illa turba manducatione ſalutaris eruditionis, & de hoc dicit Chriſtus diſcipulus ſuis: Vos date illis manducare: ad Doctores ſive prædicatores dicit Chriſtus, ut ignorantes & eſurientes cibum cœleſtem, reficiant pane vitæ & intellectus, & potent aquam ſapientiæ ſalutaris.* Theophylactus multitudinem hanc potius ex verbo Dei, quàm ex panibus & piſcibus nutritos eſſe exiſtimat: *Magis ſpiritualibus & perfectis ſermonibus paſcuntur.* S. Ambroſius in alio quodam loco pariter ſcribit: *Quiſquis verbo Chriſti paſcitur, terrenum pabulum non requirit, nec enim poteſt panem ſæculi cupere, qui pane reficitur Salvatoris.*

Matt. 4. v. 4.

S. Ambr. l. 3. in Luc. c. 4.

Lucas Burg.

S. Bonav. ſer. 2. in hac Do.

Theoph. in Matt. 15.

S. Ambr. ſer. 73.

28. Enim verò quiſquis ſuperiorum temporum hiſtorias legit, reperiet utique, quòd Deus noſter ſuam erga ſervos ſuos providentiam vel maximè in deſertis & ſylvis probaverit, ubi major eſt annonæ penuria, & minor victualium copia. In Iſaia prædicitur: *Super vias paſcentur, & in omnibus planis paſcua eorum, non eſurient, neque ſitient*; at verò, dicat aliquis, viæ communiter ſunt ſteriles, & non fructificant, quomodo igitur Spiritus ſanctus in hiſce ſervos ſuos paſcendos eſſe dicit? Oleaſter ait: *Ubicunque ſunt ſervi Dei, ibi quæ ſibi ſunt neceſſaria habent; ne ergo timeas, in via Dei aliquid tibi deficere, quoniam viæ & montes tibi alimenta miniſtrabunt.*

Iſa. 49. 9

Oleaſt. ibid.

Verſus 3.

Et ſi dimiſero eos jejunos in domum ſuam, deficient in via; quidam enim ex eis de longè venerunt.

Et ſi dimiſero eos jejunos in domum ſuam, deficient in via.

1. Lucas Burgenſis ſuper hæc verba obſervat, hunc eſſe divinæ providentiæ communem ſtylum, aliàs à nobis inſinuatum, ſubveniendo, ad extremum uſque exſpectare: *Extremum exſpectavit prius, quam eis ſubvenit*, cujus etiam hanc rationem reddit: *Ut illorum conſtans fervor redderetur manifeſtus.*

Lucas Burg.

2. Albertus Magnus ex hiſce verbis varia nobis myſteria moralia explicat: *Significat, quòd niſi paſcamur gratia Dei in affectu, & verbo Dei in intellectu, & corpore Domini in Sacramento, quod deficiemus, quomodocunque in noſtro ſenſu in bonis naturalibus, & in bonis fortunæ abundemus. Pſal. 33. Divites egueruntſ, & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non deficient ullo bono.*

Alb. M.

Pſ. 33. 11.

3. S. Paſchaſius ait: *Ut, qui per fidem Chriſtum crediderant, verbo fidei deinceps alerentur in ſalutem*; ordo igitur idem eſt in ſermone

S. Paſch. l. 6. in Matth.

mone Domini, qui & inconſequenda gratia manet.

4. Ad debilitatem noſtram in hac vita, quamdiu viatores ſumus, ſuſtentandam, neceſſarium nobis eſt verbi Dei alimentum. Albertus Magnus ait: *Quia jam conſortis ſermonis virtutem habentes, poſtea ſeparati ſentirent defectum.* Venerabilis Beda ſuper Marcum clariùs ſcribit: *Myſticè*, inquit, *hoc miraculo deſignatur, quòd viam ſæculi præſentis aliter incolumes tranſire nequimus, niſi nos gratia Redemptoris noſtri alimento verbi ſui reficiat.* S. Petrus Chriſto de ejus verbo dixit: *Verba vitæ æternæ habes*; atque hoc verbum animæ noſtræ datum eſt in pabulum & nutrimentum: unde opus eſt, ut illud aſſiduè vel legamus, vel meditemur, vel auſcultemus. *Si quis ſermonem meum ſervaverit*, inquit Salvator, *non guſtabit mortem in æternum.*

Alb. M. in Matt. c. 15. Bed. hic. Ioa. 6. 69 Ioa. 8. 52.

5. Per hunc Chriſti panem, poſſumus quoque non ſolùm divinum ejus verbum, verùm etiam ſacratiſſimum corpus ipſius intelligere, cujus frequentia nobis in Communione vires ſubminiſtrat, ut perfectæ cujuſdam vitæ viam ac ſemitam ingredi & perficere valeamus. S. Hieronymus ait: *Non vult eos Jeſus dimittere jejunos, ne deficiant in via; periclitatur ergo, qui ſine cæleſti pane ad optatam manſionem pervenire feſtinat*; *unde & Angelus loquitur ad Eliam*: *Surge & manduca, quia grandem viam ambulaturus es.* De hoc Eliæ ab Angelis allato pane Gloſſa tractans, eundem de Euchariſtia exponit: *Ex quo patenter innuitur, quod cibus iſte Euchariſtiæ corporis & ſanguinis Chriſti manibus Angelicis defertur & refertur, per quem noſtra infirmitas relevatur.* Hic autem vigor in alio illo pane expreſſiùs elucescit, ex cujus manducatione idem Elias Propheta roboratus, quadraginta diebus & noctibus ad montem Horeb uſque ambulavit. B. Laurentius Juſtinianus quoque ab hoc ſubcinericio pane ad ſacramentum arguendo, deſcendit: *Quid panis Chriſti, qui eſt panis vitæ, rectè ſumentibus ſpiritualiter fortitudinis conferre valebit?* Eſtque hæc hiſtoria præſenti Evangelio admodum congrua, ſiquidem etiam Elias hoc pane cibatus, *Perrexit in deſertum*, in quo receſſu, animam quandam præfiguravit, quæ relicto mundo, ſe in Chriſti ſequelam & diſciplinam recepit; Angelus Eliæ dixit: *Grandis enim tibi reſtat via, ſcilicet*, ut Hugo Cardinalis ait, *à terra uſque ad cœlum, à miſeria uſque ad gloriam, ab exilio uſque ad patriam.* De hac adeo lubrica via optimè nos Paulus de Palatio monet dicens: *Ardua via & ſuper hominum viam, imò contra carnis viam, ubi ſæpè moventur pedes, penè effuſi ſunt greſſus noſtri, ubi locuſtis conflictandum eſt cum gygantibus.* Audite obſecro, quo nomine Tertullianus Eliam hoc pane, qui Euchariſtici figura fuit, nutritum & cibatum appellet, nimirum *Candidatum æternitatis*; quia tametſi hic Propheta etiamnum in terris commoretur, utpote ad dimicandum, ante judicii finalis diem, cum filio perditionis ſtudioſè hactenus reſervatus, ab hujus tamen noſtræ mortalitatis miſeriis totaliter eſt exemptus: *Immunitatem carnis edidit.* Sanctus Ignatius Martyr Sacramentum Altaris ſpecioſo hoc titulo; *Pharmacum immortalitatis, mortis antidotum*, honorat. S. Cyrillus Alexandrinus illum appellat *Cibum nutrientem ad immortalitatem.* S. Paſchaſius ex hoc Evangelii textu hanc eandem eruit mortalitatem: *Quos ne in curſu vitæ ſæcularis*, inquit, *id eſt, in opere præſentis ſæculi defectio labefactaret, vult cibo ſuo eos alere, atque ad pergendum totius itineris fortitudinem panis ſui virtute firmare.* S. Bonaventura ait: *Indigebat iſta turba manducatione ſacramentalis refectionis*; *Amen dico vobis*; *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, eſtam proprii corporis ſub ſpecie panis dedit fidelibus.* Regulis Propheta David aliquando lamentabatur, dicens: *Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum*, hujuſque ſui lamenti protinus ſubdit rationem: *Quia oblitus ſum comedere panem meum.* Ubi Caſſidorus ait: *Quemadmodum poterat de omiſſione conqueri panis corporalis, qui ſe jejuniis gaudebat affligi?* Credendum igitur nobis eſt, Davidem per ſpiritum propheticum de hoc Euchariſtico pane fuiſſe locutum, qui ſi per tempus aliquod intermittatur, anima mox flacceſcit, debilitatur, nec ad peccato & inimici tentationibus

3. Reg. 19. Gloſſ. B. Laur. Juſt. de caſto connub. c. 4. 3. Reg. 19. v. 7. Hugo C. Paul. de Pal. in Matth. Pſ. 72. 2. Tert. de reſurr. carn. c. 58. S. Ignat. M. in ep. 14. ad Eph. S. Cyr. Alex. l. 4 in c. 16. Joan. S. Paſch. l. 7. in Matt. S. Bonav. ſer. 1 in hac Do. Pſ. 101. 5. Ibid. Caſſid. ibid.

tionibus reſiſtendum, quidquam habet virium.

Bed. in Marc. 6. Venerabilis Beda ad animas illas, quæ ex vita quadam valde diſſoluta ad pœnitentiam ſunt converſæ, alludens, ita ſcribit: *Quia videlicet converſi peccatores in præſenti vitæ via deficient, ſi in ſua conſcientia ſine doctrinæ ſanctæ pabulo dimittantur.*

Alb. M. in Matt. 7. Albertus Magnus verba illa de præſentia divina exponit: *Separati à mea præſentia, quæ modo facit eos non ſentire defectum.* Idem quoque ſuper S. Marcum ſcribens, hanc aliam adducit conſiderationem: *Talis enim eſt*, inquit, *natura hominis, quòd abſtractus à ſe, & ad divina ſuſpenſus, defectus proprios non ſentit*; videmus enim quòd ii, qui in extaſim rapiuntur, famem & quaſvis alias paſſiones ſine ulla difficultate ſuſtinent, nec ullam ſentiunt dolorem aut pœnam, quia totaliter abſorpti ſunt in Deum; idem igitur his quoque turbis evenie-bat, utpote quæ ſe omni mentis conatu & ſtudio ad Chriſti prædicationem applicaverant: pergit demum idem Doctor, & ait: *Reverſus autem ad ſe ſentit, & tunc deficit.* *Iſ. 16. 15.* *Pſal. 16 Satiabor cùm apparuerit gloria tua, & ſi illa ſubducta fuerit, in inedia propria deficiam.*

Quidam enim ex eis de longè venerunt.

Bed. hic. 8. Venerabilis Beda verba hæc in ſenſu myſtico de gentilibus in comparatione ad Hebræos exponit: *Judæi, quicunque in Chriſto crediderunt, de prope ad illum venerunt, quia legis & Prophetarum erant literis edocti de illis; credentes verò ex gentibus, de longè utique venerunt ad Chriſtum, qui nullis paginarum ſanctarum monumentis de ejus erant fide præmoniti.* S. Auguſtinus quoque *S. Aug. ſer. 209. de temp.* in quodam ſermone ſuo ſimilem conſiderationem habet, dum enim verba illa: *Nec habent quod manducent*, examinat, ita ſcribit: *Quia gentes legem non habebant, id eſt, quinque libros Moyſi, non Prophetas, non prædicationem ſancti Joannis, quia gentes non per legem, ſed per fidem venerunt ad Redemptorem; longè erant gentes à Deo, errando per idola, & modo omnis qui peccat, longè eſt à Deo.*

adducitque Apoſtolos in exemplum, qui nec tum quidem, poſtquam miraculum hoc viderant, animum ſuum divinis myſteriis applicabant, adeo ut eos Salvator noſter in hoc eodem capite ſancti Marci increparit, quòd nullam fecerint reflexionem, nec recordati multùm fuerint miraculi illius adeo prodigioſi, quale illud in hodierno Evangelio recenſitum fuit. Porrò Iſaias de gentilibus prophetaverat, dicens: *Filii tui de longè venient.* *Iſa. 60. 4* Et quidem advertendum eſt quòd, ex quo Chriſtus illos in hoc Evangelio ex turba ſpecialim nominaverit, qui de longè venerant, conſequenter eo ipſo erga illos teneroris compaſſionis viſcera exhibuerit, quaſi propter hoſce ſpecialiſſimè ad miraculoſam hanc annonæ proviſionem procurandam motus & inſtigatus fuerit, benevolentiæ namque & longè maximæ exhibitæ fuerunt gentilibus, poſtquam à ſuis fuiſſet repulſam paſſus. In Iſaia de eadem gentilitate prædictum fuit his verbis: *Lauda ſterilis, quæ non paris, decanta laudem; quæ non pariebas, quoniam multi filii deſertæ, magis quàm ejus, quæ habet virum.* *Iſa. 54. 1.*

Alb. M. hic. 9. Albertus Magnus dicit: *Significat pœnitentes de regione longinquæ veniſſe*, ideoque S. Lucas de filio prodigo ejuſque nequitia loquens, ait: *Abiit in regionem longinquam.* *Luc. 15. 13* Venerabilis Beda ad hoc Chriſti dictum attentius ponderandum invitat, dicens: *Valde penſanda eſt pia ſententia, quæ proceſſit ex ore veritatis.* Qui enim procul ab omni ſenſualitatis macula immaculatus, ſine ulla commiſſa fraude vixit, ſeque ex propoſito & induſtria Dei ſervitio mancipavit, nequaquam de longinquo venit, *Quia per incorruptionem & innocentiam proximus fuit*; ſimiliter is, qui nullo ſcelere maculatus, nec ulla inhoneſtæ vitæ labe coinquinatus fuit, ſed ſolo vinculo conjugali ſeſe adſtrinxit, demum verò ab illo ſolutus, Deo ſe conſecravit, de longinquo veniſſe nequaquam eſt cenſendus, quia medio licito & honeſto fuit uſus: quinam ergo ſunt illi, qui de longè veniſſe dicendi ſunt? Nimirum multos peccatorum ſpecies, eaſque omnes valde enormes enumerat, ac demum concludit, quòd illi, qui

ſe ejuſmodi ſceleribus contaminarunt, tandem verò per veram pœintentiam ad Deum convertuntur, *Ad Dominum de longinquo veniunt, quantò enim quiſque plus in pravo opere erravit, tanto ab omnipotenti Domino longius receſſit. Dentur ergo alimenta eis etiam, de longinquo veniunt, quia converſis peccatoribus doctrinæ ſanctæ cibi præbendi ſunt, ut in Deum vires reparent, quas in flagitiis amiſerunt.* Ac proinde optimè S. Paſchaſius dicit: *Omnes, qui venerunt per fidem, niſi receſſerint à peccato, langueſcunt, & ut ita dicam, mortui ſunt, quia longè eſt à peccatoribus ſalus,* qui proinde ut ad reſiſtendum peccatis & tentationibus vigorem animi habere poſſint, pane Chriſti opus habent.

S. Paſch. l. 7. in Matth. Pſ. 118. ℣ 55.

Verſus 4.

Et reſponderunt ei diſcipuli ſui; unde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine?

Et reſponderunt ei diſcipuli ſui.

1. Victor Antiochenus Apoſtolis multum humani accidiſſe dicit, eò quòd cœli theſauris nondum fuerint locupletati eo modo, quo in die Pentecoſtes ditati fuêre: *Humanæ rationis ſuadetum conſulentes.* Enim verò hi diſcipuli paulò ante ſpectatores, imo cooperatores & inſtrumenta miraculi illius, ab eodem Magiſtro ſuo juxta mare Tyberiadis patrati fuerant, atque ideo ſummè mirandum eſt, quomodo tam ſubitò hujus tantæ beneficentiæ deponere potuerint memoriam, illiuſque totaliter oblivíſci? In hoc enim eodem capite legitur, quòd annona vitæ, alia vice deſtitutos ſe videntes: *Cogitabant ad alterutrum dicentes: Quia panes non habemus; Quo cognito ait illi Jeſus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoſcitis? nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? nec recordamini, quando quinque panes fregi in quinque milia, quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis?* Unde colligitur, quàm facilè beneficiorum Deo obliviſcamur. Janſenius aliter rem hanc ponderat, dum ait: *Vide ergò, quàm nihil externa omnia efficiant, cùm non docet intus ſpiritus Apoſtolis ſaltem perfectè datus, quia JESUS nondum erat glorificatus. Rom. 8. Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram.*

Vict. Ant. in Matth.

Marc. 8. v. 16. & 17.

Janſ. c. 63.

Rom. 8. 26.

2. Conſiderandum etiam hoc loco venit circumſpectio & prudentia hujus incarnatæ Sapientiæ, ſiquidem eos non tunc de hac diffidentia reprehendit, ſed meliorem præſtolata eſt occaſionem; etenim ut S. Iſidorus ait: *Plerumque princeps juſtus etiam malorum errores diſſimulare novit, non quòd iniquitati eorum conſentiat, ſed quòd aptum tempus correctionis exſpectet, quando eorum vitia vel emendare valeat, vel punire.*

S. Iſid. l. 3 ſentent. c. 50.

Unde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine?

3. Deus noſter hac diſcipulorum ſuorum diffidentiâ in augmentum gloriæ ſuæ uſus fuit, efficiendo, ut miraculum ſuum magis eluceſceret. Unde D. Chryſoſtomus ait: *Quod, quamvis ipſi ex imbecillitate dicebant, hinc tamen miraculum ab omni ſiniſtra ſuſpicione liberabant.* Euthymius rationem adducit, cur tam prima quàm ſecunda vice, miracula hæc in deſertis ſeu ſolitudinibus patrare voluerit: *In deſerto loco,* inquit, *longè à civitatibus ac vicis, ne turbis videatur à propinqua civitate aut vico cibos emere.* Salmeron inſuper hanc rationem adjungit: *Ut ſignificet Deum paſcere exiſtentes in deſerto religionis, ubi nec ſeminatur, nec metitur, & tamen Deus paſcit ſuos.*

Chryſ. ho. 54. in Matth. Euthym. in Matt.

Salm. t. 6. tr. 31.

4. Hugo Cardinalis teſtimonium adducit S. Ambroſii dicentis: *Non otioſis, non in civitate quaſi in ſynagoga, vel ſæculari dignitate reſidentibus, ſed inter deſerta Chriſtum quærentibus, cœleſtis gratiæ alimoniam impertitur.*

Hugo Card.

5. Paulus de Palatio ait: *Memento, Dominum paviſſe ſuos in utroque teſtamento, ſed non niſi in deſerto,* denotare nimirum volens, blanditias, quibus animas electas demulcere ſolet, tunc vel maximè in iis abundare, quando

Paul. de Palat.

quando in ſanctum ſolitudinis receſſum ſe
Oſe.2.14 recipiunt: *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem.*

6. Porro in hac multitudine gentilitas figurabatur, ex qua congreganda Eccleſia erat; hanc enim Iſaias ſolitudinis titulo ap-
Iſa.35.1. pellavit, dum ait: *Lætabitur deſerta & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit, germinans germinabit*; vocatur autem Eccleſia deſertum, quia paganiſmus à Deo derelictus erat: *Notus in Judæa Deus*, ſoli enim Hebræi veri Dei notitiam habebant; at verò quàm fertilis & delitioſa facta eſt hæc ſolitudo, poſtquam Dei filius in eam pedem intulit?
Ibid.v.2. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, ipſi videbunt gloriam Domini & decorem Dei noſtri.* Quot religiones viris ſanctis plenæ, quot cedri Libani in deſerto hoc myſtico germinarunt? Ægypti ſolitudines (licet illa alias pluſquam quodvis aliud regnum falſis numinibus dedita fuerit unde Poëta tandem, quòd cæpas & porcos etiam adoraret, hiſce verbis deridet: *O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis numina*) quis neſcit impletas eſſe Eremitis innumeris, & talibus hominibus, qui hîc in terris vitam duxerunt Angelicam, quique eminenti ſanctitate ſua, Dei illuſtrarunt Eccleſiam. Un-
S.Hier. in reg. monac. de S. Hieronymus ait: *O deſertum Chriſti floribus vernans! ô ſolitudo in qua illi naſcuntur lapides, de quibus civitas Regis magni conſtruitur.*

Hugo Card. 7. Hugo Cardinalis ait: *Myſticè prædicatores immittentes profectum Eccleſiæ dicunt: Unde nobis tanta facundia, ut tot millibus tanquam avidis auditoribus ſufficere poſſimus in hujus ſæculi deſerto?*

Verſus 5.

Et interrogavit eos: Quot panes habetis?

Dion. Cart. 1. *Non quaſi ignorans interrogat*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *ſed ut ex diſcipulorum reſponſione futuri miraculi magnificentia pateat.*

D.Chryſ. hom.54. in Matt. 2. D. Chryſoſtomus exiſtimat Chriſtum per hanc interrogationem illis in memoriam revocare voluiſſe aliud illud miraculum; ſiquidem quando illud operari voluit, ſimili quadam interrogatione uſus fuit: *Ut mentem eorum erigeret, ſimili quodam modò, ut prius, interrogavit, ut ipſo interrogationis modo & (ut ita d cam) velut interrogando, prioris miraculi recordarentur.* Unde imperfectionem ipſorum conſiderans, hanc deducit moralitatem: *Hæc ipſi ſcripſerunt, &*
Prov. 18.17. *tamen culpam ſuam, quamvis non parvam occultare noluerunt; juſtus*, inquit Sapiens, *prior eſt accuſator ſui.*

3. Lucas Burgenſis conſiderat, quod Chriſtus, ſe ob illorum diffidentiam indignatum
Lucas Burg. in Matt. fuiſſe, diſſimularit; *diſſimulans Chriſtus obli-vionem diffidentiamque ipſorum: habebant pro more diſcipuli, ex Chriſti, haud dubium, præcepto, ut commeatum aliquem ſecum ferrent.* S. Matthæus autem ſcribit: *At illi cogitabant intra ſe dicentes, quia panes non accepimus.*
Matt. 16.7.

4. Albertus Magnus ita in ſenſu morali
Alb.M. hic. exponit, *Acſi dicat, ſcrutamini ſecreta veſtrarum facultatum, & videte quid à Deo habeatis, hoc enim quantumcunque parvum ſit, cum adjutorio Dei ſufficiet.* 2 Cor.9. *Potens*
2.Cor.9. 8. *eſt Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, &c.* Salvator noſter etenim in turbas haſce etiam ſine panibus, vel de abundanter ſaturare poterat; at verò docere illos voluit, quòd etiam ex parte noſtra nonnihil poni deſideret; ſic enim dum viduæ illius eleemoſynariæ oleum multiplicare volebat, prius aliquid de oleo ejus vaſis imponi voluit, tametſi enim id, quod de noſtro damus, modicum ſit, ipſi tamen ad illud multiplicandum ſufficit, ipſeque quantitatem illius omnipotentia & beneficentia ſua largiflua ſupplet. Agricola ſeminat granum, arat, ſulcat & colit terram: At verò Deus eſt, qui ſemini vigorem ſubminiſtrat germinandi,
1.Cor.3. 7. eique benignas influentias immittit: *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.*

Qui dixerunt ſeptem.

5. Conſiderari hoc loco poteſt, ſatis eſſe veriſimile ipſoſmet Apoſtolos fuiſſe famelicos, utpote qui & ipſi toto hoc triduo jejuni remanſerant. Modicam igitur hanc ſeptem panum proviſionem penes ſe, in propriam ſui ſuſtentationem habentes, eandem tamen nequaquam ſuppreſſerunt, vel oc-

cultarunt, neq; ad veritatem manifeſtandam aut ad panes hoſce, quos ori ſuo proprio in ſumma neceſſitate ſubtraxerant, extradendos, ſe exhibuerunt vel minimum invitos, ſed prono & libenti animo eos manifeſtarunt & obtulerunt, idque ad ingentis uſuræ lucrum, ſiquidem, ut mox dicetur, adeo multiplicati fuerunt hi ſeptem panes, ut ſeptem aliæ ſportæ ex eorum fuerint reliquiis repletæ.

6. Obſervanda eſt hic parſimonia, quacum familia Chriſti vivebat; tametſi enim in locis extra hominum ſocietatem vel viciniam poſitis, degerent, in quibus nullam ſibi victus annonam comparare poterant, attamen pro duodecim viris ſuſtentandis non niſi ſeptem panes, & aliquos piſciculos ſecum aſportarant; & quod longè majorem meretur admirationem, diſcipuli hi majori ex parte piſcatores erant, qui proinde de piſcibus multis & bonis ſibi proſpicere poterant, præterquam quod tanquam ad labores aſſuefacti, majori reflexione opus habebant. Unde Lucas Burgenſis ait: *Vide, quam parcum commeatum & frugalem.* Præterea conſiderandum quod toto hoc triduo, quo magnam patiebantur inediam, nullus eorum vel modicum panis bolum tangere auſus fuerit, multo minus de refectione aut prandio inſtituendo inter ſe tractarint: *Nullâ præparandæ menſæ ſollicitudine tenebantur*, inquit D. Chryſoſtomus; *triduo jam in vaſtâ ſolitudine commorantes, ſeptem ſolummodo panes habebant.*

Lucas Burg.

Chryſoſt. ho. 54. in Matt.

7. Venerabilis Beda à Gloſſa citatus ait: *Myſterium eſt novi teſtamenti, in quo ſeptiformis ſpiritus gratia plenius creditur & datur.*

Bed. cit. à Gloſſ.

8. Paulus de Palatio ita ſcribit: *Placet per ſeptem panes intelligere Sacramenta Eccleſiæ ſeptem, & per paucos piſciculos, ſacramentalia pauca, quæ in Eccleſia ſunt inſtituta.*

Paul. de Pal.

9. Hugo Cardinalis ſuper S. Marcum hoſce ſeptem panes ſpiritualiter enumerans ita ſcribit: *Primus panis ſpiritualis paupertas, quæ neceſſariis contenta eſt. Gen. 39. Joſeph non quidquam aliud noverat, niſi, &c. Secundus panis eſt pœnitentiæ dolor: Fuerunt lachrymæ meæ panes die ac nocte. Tertius obedientiæ facilitas: Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me. Quartus miſericordiæ largitas: Frange eſurienti panem tuum, &c. Iſaiæ 58. Quintus abſtinentia, Pſalm. 36. In deebus famis ſaturabuntur. Sextus doctrina. Eccleſ. 31. v. 28. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Septimus Euchariſtia: Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi. Hæ ſunt ſeptem ſpicæ uberes, quæ Ægyptum à famis periculo liberant.*

Hugo Card. hic. Gen. 39. 6. Pſ. 41. 4. Joan. 4. 34. Iſa. 58. 7 Pſ. 36. 19 Eccli. 31. 28. Joan. 6. 41.

10. Idem ſuper S. Matthæum ſcribens, ſeptem alias panum qualitates diſtinguit: *Primus panis eſt, malæ vitæ ſollicita emendatio. Secundus vera & humilis confeſſionis accuſatio; Tertius pro commiſſo exceſſu jugis indignatio. Quartus timor anxius relabendi. Quintus amplius proficiendi. Sextus ſanctorum virorum imitatio. Septimus ſuorum malorum & aliorum punitio digna. Hi ſunt ſeptem gradus in ſcala, per quam in cœlum aſcenditur, ſeptem mortalium culpæ diluitur, ſeptiformis Spiritus gratia infunditur.*

1. Quod ſi quæras, cur Chriſtus in primo miraculo quinque panes, nunc vero ſeptem adhibuerit voluerit? Reſpondet Janſenius: *Deoperinde eſſe multos vel paucos, ex multo, ſive modico ſaturare, cum neceſſe fuerit.*

Janſen.

Verſus 6.

Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram, & accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis, ut apponerent, & appoſuerunt turbæ.

Et præcepit turbæ diſcumbere.

1. Salmeron hoc verbum, *diſcumbere*, ſeparatim conſiderat, & dicit: *Id eſt, ut quieſcerent, & non anxiè excruciarentur, ſed dormirent ſedato animo, & cogitatum ſuum in ipſum projicerent, quoniam ipſi eſt cura de nobis.*

Salmer. t. 6. tr. 31. 1. Pet. 5. 7

Super terram.

2. Albertus Magnus ait: *Omnia terrena ſibi ſubjicientes requieſcerent, non oppreſſi aliquo terreno affectu.* Eandem quoque ponderationem Theophylactus hic verbis adducit: *Diſcumbunt ſuper terram, quia omnibus terrenis ſuperiores ſunt, & calcant ea, ſicut & quinque millia ſuper fœnum diſcubuerunt, hoc eſt,*

Alb. M. in Matt. Theoph. in Matt.

S.Aug. ſer.209. de temp. *eſt, carnem & gloriam ſubjecerunt.* S. Auguſtinus quoque hanc inter hoc & aliud ſimile miraculum, differentiam notat, quòd alias ſuper fœnum, hic verò ſuper terram diſcubuerint. *Ibi ſuper fœnum diſcumbunt, hoc eſt mortificata opera carnis, quia omnis caro fœnum, ait Propheta, hic ſuper terram diſcumbunt, id eſt, opera terrena conculcant.* S. Thomas ſimiliter dicit: *Per fœnum temporalia ſignificantur; unde omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos agri.* Iſai.40 Conſiderat verò idem Angelicus Doctor, quòd prima refectio ſtatum veteris legis denotarit; hæc verò ſecunda, legis novæ Evangelicæ figura fuerit; in illâ homines ad felicitates reſpiciebant terrenas: In hac verò omnia hæc bona terrena conculcanda & contemnenda: *In veteri lege erat fundamentum ſuper temporalia, in nova ſolùm ſuper ſtabilitatem gloriæ; vel per fœnum ſignificatur, quod ſuper temporalia debemus ſedere; unde poſſeſſio non prohibetur, ſed dilectio ſive affectio.* 1. *Joan.* 2. *Nolite diligere ea quæ in mundo ſunt.* Ven. Beda, à Gloſſâ citatus, rationem, cur ſupra fœnum ſederit, aſſignat, dicens: *Quia per ſcripturam legis carnis diſſideria calcare, & comprimere jubemur, quæ eſt fœnum.* In refectione verò ſeptem panum, in qua lex nova denotata fuit, turbæ juſſæ ſunt ſedere in terra, quia *Ipſam quoque terram & facultates relinquere præcipimur.*

S.Thom. in Matth. Iſa.40.6 1. Joan. 2.15.

Paul. de Pal. 3. Porro ingenioſa eſt illa Pauli de Palatio obſervatio, quod videlicet exinde clarè ſatis colligatur paucos ex illa multitudine fuiſſe, qui pretioſis eſſent veſtibus induti, aliàs enim haud dubiè valde inviti fuiſſent ad ſedendum in terra: *Ut intelligas non multos ſapientes, divites, aut nobiles, è Chriſti pane manducare; vel certè ſi quis dives eſt, aut nobilis, divitias contemnat & nobilitatem, ut in novisſimo loco recumbat, & edere poſſit, ergo ad edendum panem hunc requiritur ea animi modeſtia, ut non te credas altiori loco dignum quàm humili terra.* Janſenius quoquo ſimilem conſiderationem habet illis præcipuè utiliſſimam, qui pane Chriſti cum profectu animæ ſuæ nutriri volunt: *Myſticè ſignificat, quid facere debeat, qui ſpiritualibus panibus Jeſu volet ſaturari, nimirum talem omni faſtu depoſito ſeipſum debere in terram dejicere, agnoſcendo quis ſit, & unde prodierit, ut conquieſcant in eo carnis cupiditates.*

Janſen.

4. Res profectò ſtupenda fuit, quòd in numero tot millium hominum plebejorum, qui ex triduana quadam inedia ſummè famebant nullus fuerit, qui adductis hiſce panibus tumultuaretur, aut cum importunitate inter primos pane donandos eſſe vellet, quando tamen unuſquisque (intentionem Chriſti, quam habebat panes hoſce per miraculum multiplicandi ignorans) rationabiliter timere poterat, ne forte ne micam ex illis participare poſſet, qui in modica quantitate erant, cum tamen de vitæ periculo ageretur, & in extrema neceſſitate, quidvis illis licitum eſſet Ecce tibi, quantum hi homines in tam brevi temporis ſpatio, & ex verbo, & ex ſequela, & ex præſentia, & bono Chriſti exemplo profecerint; omnes enim quietè & modeſtè conſederunt, ſumma cum modeſtia, & ſine querela, exſpectantes illud ſive modicum ſive multum, quod illis miniſtrandum erat.

Et accipiens ſeptem panes.

5. *Ut tactu manus,* inquit Albertus Magnus *fieret multiplicatus panis, & virtutem acciperet divini ſaporis & condimentum.* Alb.M. in Matt.

6. Nuſquam Apoſtolos ſe Chriſto oppoſuiſſe conſtat, dicendo hoſce ſeptem panes victus illis neceſſarii eſſe proviſionem; imò verbum hoc, *accipiens*, indicat, ipſos hoſce panes promptè dediſſe, eique ultro obtuliſſe: *Qui miſeretur in hilaritate: Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, hilarem enim datorem diligit Deus.* Theodoretus quoque ait: *Oportet animi alacritatem præcedere ſuppeditationem pecuniæ;* & ad Romanos: *Beneficentiæ adjungit Paulus hilaritatem rogationis, bonorumque communicationis, lucrum oſtendens, ſolent enim gaudere lucrantes.* Quod ſi ſe ad miraculum præcedens, ad mare Tyberiadis patratum, reflexiſſent, quando ex quinque panibus duodecim impleverunt cophinos, utique nunc ultro citroque & ſponte propriâ ſeptem hoſce panes ingenti cum lætitia obtuliſſent, propter ſpem ſimilis lucri ad eandem menſuram & proportionem conſequendi, at verò illius non recordabantur. Rom.12.8. 2.Cor.9.7. Theod. Hebr.13.16.

7. Hi panes in manibus Salvatoris multiplicati fuerunt, ut nos inde doceremur, quòd qui proſperum rerum ſuarum eventu videre deſiderat, eas in Dei manus, ſive in divi-

divinum ejus pleneplacitum remittere debeat? ei offerendæ ſunt facultates, ſibi, & quidquid pretioſius inter noſtra æſtimatur, hæc enim oblatio largiſſimè compenſabitur ab eo, qui à nullius ſe ſinit ſuperari obſequio. *Scio cui credidi*, dicebat Apoſtolus, *quia potens eſt, &c. Alii dividunt propria*, inquit Sapiens, *& ditiores fiunt.*

2. Tim. 1. 12. Prov. 11. 24.

8. Salmeron verba illa in ſenſu morali exponens, dicit: *Hoc fit, quando Chriſtus præſtat, ut prædicator verbum Dei manibus ſuis operando accipit, ut ita primus ipſe deguſtet, ejus cujus vitam deſpicitur, reſtat, ut prædicatio contemnatur.*

Salmer. t. 6. tr. 31.

9. S. Thomas in Commentario ſuo ſuper Matthæum, hæc verba Gloſſando ita ſcribit: *In quo ſignificatur, quod quidquid de ſpiritualibus adminiſtratum eſt aliis, primo fuit in Chriſto: Cœpit Jeſus facere & docere.*

S. Th. in Matth. Act. Ap. 1. 1.

Gratias agens.

10. S. Remigius, in Catena citatus, ait: *In eo quòd gratias egit, nobis reliquit exemplum, ut de omnibus donis, nobis cœlitus collatis, illi gratias referamus.* Vener. Beda idem, licet verbis diverſis elicit documentum: *Ut ad agendas ſemper Deo gratias informet, cum vel terreno pane carnem, vel animam cœleſti ſuperna gratia largiente reficimus.*

S. Remi. in Cat. ſuper Mat. Bed. hic.

11. Victor Antiochenus in hoc facto modeſtiam admiratur Salvatoris, qui divinam ſuam omnipotentiam abſcondere voluit, dum miraculum hoc patrando, ſtylum ſervis Dei communiter uſitatum, ſervare voluit: *Quaſi cæterorum hominum more virtutem & energiam circa id, quod propoſitum erat, à Deo accipiat, gratias illi agit, cum tamen ejuſmodi vim, non aliunde, ut ſancti viri ſolent, ſed à ſeipſo peteret.*

Vict. Ant. hic.

12. Albertus Magnus per hanc gratiarum actionem, efficaciam & virtutem intelligit, quam huic pani ad creſcendum & multiplicandum communicavit. Job. 1. *Operibus manuum ejus benedixiſti, & poſſeſſio ejus crevit in terra, quia quamvis parva ſunt, quæ ad manum habemus, hæc tamen Dei benedictione creſcunt.*

Alb. M. hic. Job. 1. 10

13. Gratias æterno Patri ſuo reddit, priuſquam operetur miraculum, quia gratitudo Deum obligat non ſolùm ad concedendum, ſed etiam ad multiplicandum & ſtabiliendum in nobis gratias & beneficia, quæ poſtulamus. Eſtius ſuper hæc Apoſtoli verba: *Primum quidem gratias ago Deo meo pro omnibus vobis*, ita ſcribit: *Præmittit gratiarum actionem, tum ad gratiam Dei in omnibus commendandam, tum quia gratæ recordatio bonorum acceptorum dignos efficit ad impetrandum ampliora.* Et ideo quiſquis ſubſtantiam ſuam multiplicari deſiderat, gratum ſe erga Deum benefactorem ſuum exhibeat.

Rom. 1. 8 Eſtius.

Fregit.

14. Albertus Magnus adducit textum illum Iſaiæ 54. *Frange eſurienti panem tuum*, nec non & illum Jerem. Thren. 4. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, id eſt, humiles, pauperes petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, quia noſtri temporis Sacerdotes & Abbates, & cæteri Religioſi, totum in ſe recolligunt, ut integrum recipiant, quod à Chriſto in multos eſt fractum.*

Alb. M. hic. Iſa. 58. 7 Thren. 4. 4.

15. Venerab. Beda aliud nobis hujus panis, Salvatoris manibus fracti, myſterium exponit, dum ait: *Quod autem fregit panes, quos diſcipulis daret, apertionem deſignat ſacramentorum, quibus ad perpetuam ſalutem nutriendus erat mundus; cum enim ait ipſe Dominus, & nemo novit filium, niſi Pater; neque Patrem quis novit, niſi filius, & cui voluerit filius revelare, quid niſi panem vitæ nobis per ſe aperiendum demonſtravit?*

Bed. in Marc. Matt. 11. 27.

16. Panis parvulis frangitur, ut proportionatum illi ætati nutrimentum adaptetur, ita quoque panem verbi Dei accommodare oportet ad diſpoſitionem & capacitatem auditorum. S. Gregorius Papa ait: *Pro qualitate audientium formari debet ſermo Doctorum, & ut ſua ſingulis congruunt.* Unde Gilbertus Abbas hunc in nonnullis defectum reprehendit, qui *Student magis alta quàm apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum ſui, non ipſorum ſalutem operantes.*

S. Gregi in Proam. ſuper 3. p. paſt. Gil. Abb ſerm. 27. in Cant.

Et dabat diſcipulis ſuis, ut apponerent.

17. Hanc quidem diſtributionem per ſeipſum facere poterat, ſed tamen Apoſtolorum, hac in re, operâ uti voluit, ut illos ad hoc miſericordiæ & charitatis opus applicaret,

ret, ad innuendum nobis, quod Religioſi, & maximè ſuperiores & Prælati Eccleſiaſtici, quales Apoſtoli erant, *Eccleſiarum Principes*, in obeundis perſonaliter miſericordiæ operibus nequaquam erubeſcere, aut ſe ab iis ſubducere debeant, ut ſuo bono exemplo alios ad faciendum animent. Præterea in quo hic panis Sacramenta, verbum Dei & alia dona ſpiritualia præfiguret, ſacerdotes, eos à Chriſto receptos populis miniſtrare & diſtribuere, atque nos inter & Deum mediatores eſſe debent: *Nos fecit miniſtros novi teſtamenti*, dicebat S. Paulus, *non litora, ſed ſpiritus*. Unde Venerab. Beda ait: *Quia ſpiritualis dona ſcientiæ tribuens Apoſtolis, per eorum miniſterium voluit Eccleſiæ ſuæ per orbem vitæ cibaria diſtribui.*

2. Cor. 3. 6.

Bed. in Marc.

Paul. de Pal.

18. Paulus de Palatio ſuper Matthæum ait: *Ut ſciamus, ſuæ voluntatis eſſe Sacramentorum frequentationem, nec enim à ſolis Apoſtolis panes edi voluit, ſed ab omnibus.*

Janſ.

19. Janſenius, qui per hunc panem, prædicationem Evangelicam, & ſacrarum Scripturarum expoſitionem intelligit, utiliſſimum tradit monitum illis omnibus, qui huic ſunt miniſterio dediti: *Admonet, quid facere debeant, qui panes Evangelicos populo ſunt propoſituri, nimirum à Chriſto illos accipiant conſecratos & fractos, & ejus juſſu populo apponant; ſunt enim, qui panem Scripturæ divinæ non ſecundum voluntatem Jeſu populo proponunt, ut, qui eam detorquent ad ſuorum errorum patrocinium, aut ad cupiditates & gratiam hominum, aut qui ſibi vendicant authoritatem diſpenſandi verbi Dei, & paſcendi alios.*

20. Conſiderari quoque hîc poteſt, quòd Chriſtus in manus Apoſtolorum ſuorum, qui omnes repreſentabant Eccleſiaſticos, hunc panem conſignarit, non ut illum ſibi retinerent, ſed *ut apponerent*, ſeu ut illum ſecundùm uniuſcujuſque diſtribuerent ætatem & neceſſitatem. Etenim hoc tempore multorum hic eſt error, qui redditus beneficiarios ſibi retinent, eoſdemque magnâ cum aviditate accumulant, non conſiderantes, quòd illos acceperint, ut tanquam fideles Chriſti miniſtri eoſdem diſpenſent. Notandum quoque eſt, Chriſtum huic diſtributioni per Apoſtolos factæ, præſentem adſtitiſſe, ſingulaſque eorum actiones vigilanti oculo conſideraſſe, non quaſi diſcipulis ſuis non ſatis fideret, ſed ut Paſtores Eccleſiæ ſuæ inſtrueret, quòd, tametſi ſpiritualibus & corporalibus gregis ſui neceſſitatibus nonnunquam non per ſeipſos immediate, ſed per conſtitutos ad id miniſtros proſpiciant, ipſi tamen in miniſtrorum actiones vigilanti oculo intendere debeant? ſiquidem Paſtores de animabus ſibi commiſſis diſtinctam Deo rationem reddere debent; ipſis immediatè dictum eſt: *Paſce oves meas, paſce agnos meos*, adeoque ipſi hanc obligationem contraxerunt, an verò ipſorum miniſtri.

Ioan. 21. v. 16. & 17.

Et appoſuerunt turbæ.

21. *Appoſitio notat*, inquit Albertus Magnus, *quòd unicuique ſibi competens collatum eſt*: Matth. 20. *Tolle quod tuum eſt, & vade; tuum enim eſt, quòd tibi ſecundùm capacitatem & uſum vitæ proportionatur, & ideo non apponitur parvulo, quod competit perfecto, nec competit ruſtico, quod clerico eſt proportionatum; nec militi expedit, quod artifici eſt debitum.* Matth 25. *Dedit unicuiq; ſecundum propriam virtutem.* Et quidem notandum eſt inſuper, quòd Evangeliſta non ſolùm dicat: *Appoſuerant*, ſed protinus addat: *Turbæ*: quia neceſſum eſt, ut dum hic panis verbi Dei miniſtratur, ad intelligentiam & capacitatem popularem adaptetur: Unde D. Chryſoſtomus; à vetula illa, ut ſexus ſui ignorantiæ condeſcenderet monitus, hac in re deinceps omnino ſe emendavit. S. Auguſtinus per Angelos illos, qui in myſtica illa Jacobi ſcala aſcendebant & deſcendebant, interpretatus eſt prædicatores: *Angeli Dei, boni prædicatores prædicantes Chriſtum, quomodo aſcendunt, & quomodo deſcendunt?* Adducitque S Paulum in exemplum, qui ad cælum empyreum uſque aſcendit, ubi ad divinorum arcanorum participium admiſſus fuit: *Audivit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui; Aſcendentem audiſtis? Deſcendentem audite: Non potui loqui vobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, quaſi parvulis in Chriſto lac, vobis potum dedi, non eſcam; ecce aſcendit, qui aſcenderat; quære quo aſcenderat? Uſque ad tertium cœlum; quære quo deſcenderit? Uſque ad lac parvulis dandũ.* Eccleſiaſticus hanc adducit ſimilitudinem: *Sic*

Alb. M. hic.

Matth. 25. 14.

S. Aug. tr. 8. in Joan.

ſolus ſedens ad opus ſuum, convertens, &c. Per hunc artificem Rabanus Prædicatores interpretatur, de quibus ait: *Doctrinam ſuam ſecundum qualitatem auditorum temperant, quia aliter admonendi ſunt ſapientes, aliter inſipientes; aliter fortes, aliter infirmi; aliter juvenes, aliter ſenes; aliter viri aliterque fœminæ.*

22. Notandum quòd incomparabiliter major fuit quantitas panis & piſcium quam diſtribuebant, illâ, quam habebant in manibus, ſemper enim annona illa magis magiſque multiplicabatur, ut hâc ratione intelligeremus, quòd in manibus eleemoſynariorum, id quod erogatur non ſolùm non deficiat ſed majora ſemper incrementa ſenſibiliter accipiat. Paupercula vidua illa dixerat quidem: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho*, hæc tamen omnia in filiæ refectionem & nutrimentum ſubminiſtrans mirum mox percepit & experta eſt incrementum: *Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.* Sic quoque Apoſtoli pauculos panes & piſciculos, quos in victum ſuum neceſſarium reſervatos habebant, ad Chriſti inſtantiam, turbis illis ſatiandis libenter erogarant, ſed ecce tibi ingens lucrum, quod inde reportant: *Sustulerunt quod ſuperaverat de fragmentis ſeptem ſportas*; Ad hæc Apoſtoli valde famelici erant, imò forſitan præ aliis vehementius famebant, quia laboraverant, & tamen veriſimile eſt, quòd omnibus aliis plenè ſatiatis ultima comederint, & forſitan ex panis & piſciculorum reliquiis victitarint, hanc indolem Chriſtus in omnibus ſuperioribus Eccleſiaſticis unice deſiderat, ut ſcilicet prius gregis ſui neceſſitatibus proſpiciant, & poſtea propriis: *Charitas non quærit quæ ſua ſunt*, non enim ſine myſterio, Chriſtus, priuſquam Petro diceret: *Paſce oves meas*, primò eum interrogavit: *Petre amas me?* S. Carolus Borromæus tempore peſtilentæ Mediolani graſſantis & atrociſſimè ſævientis, eo redactus eſt inopiæ & egeſtatis ut nec panis, nec denarius vel unicus ei in familiæ ſuæ ſuſtentationem ſuppeteret, quia omnia ſua in pauperes erogarat Deus tamen ei per miraculum abundè providit.

3. Reg. 17. 12.

2. Cor. 13. 5.

Joan. 21. 16.

Verſus 7.

Et habebant piſciculos paucos, & ipſos benedixit, & juſſit apponi.

Et habebant piſciculos paucos.

1. Apoſtoli piſcatores erant, ac proinde illis, tam in quantitate quam in qualitate, optima piſcium promiſſio deeſſe non poterat: At verò poſtquam ſcholæ Chriſti, quæ ſobrietatem & temperantiam prædicabat, facti fuêre diſcipuli divino ejus beneplacito ſe adaptabant, ac proinde non eſt, quod hanc in illis annonæ penuriam admiremur.

2. Albertus Magnus in ſenſu myſtico ait: *Tangit hic panis auxiliamentum, piſces enim dulces ſunt, piſciculi autem humiles, humilium dulces conſolationes, pauci verò ideo, quia raro & raptim per breve tempus in hac vita datur conſolatio divina.* Alb. M. hic.

3. S. Antonius de Padua ait: *Piſciculi ſunt paupertas, humilitas, patientia, obedientia, memoria paſſionis Chriſti.* S. Anton. Pad. ſer. in Dom. 7. poſt Trin.

4. Gloſſa Venerabilis Bedam citans, per hoſce piſces, præſentis temporis ſanctos intelligit: *Quorum ſcriptura fidem, vitam & Paſſion. ſ. continens, qui de fluctibus ſæculi erepti, & divina benedictione conſecrati, refectionem nobis, ne in hujus mundi excurſu deficiamus, vitæ ſuæ ac mortis ſuæ exemplo præbuere.* Gloſſ. ex Beda.

Et ipſos benedixit, & juſſit apponi.

5 Omnipotens creator in Geneſi poſt piſcium productionem, ſuam quoque iiſdem impertiiſſe benedictionem legitur: *Benedixitque eis, dicens, Crescite & multiplicamini.* Et ideo piſces, ut bene Ariſtoteles probat, præ cunctis aliis animantibus in majori numero multiplicantur, quanto igitur credibilius eſt, piſciculos hoſce etiam mortuos & ſuper prunis toſtos, per hanc Chriſti benedictionem fuiſſe multiplicatos. Unde Lyranus ſuper Geneſin ait: *iſta benedictio eſt ordinatio ad multiplicationem*, utpote profecta ab eo, de quo dicitur: *Cui omnia vivunt.* Gen. 1. 22. Ariſt. l. 3. de gener. animal. c. 11. Lyran. in Gen.

Verſus 8

Versus 8.

Et manducaverunt & saturati sunt. & sustulerunt quod superaverat de fragmentis septem sportas.

Et manducaverunt.

S. Ansel. in Matt. 1. S Anselmus super Matthæum scribens tempus observat, quod Christus ad hanc illis refectionem subministrandam expectare voluit, nimirum postquam ipsorum prius curasse infirmitates: *Notandum, quòd prius auferri debilitates, & postea cibat, quia prius removenda sunt peccata, postea anima verbo Dei nutrienda.*

Et saturati sunt.

Paul. de Pal. 1. Tim. 6. 8. 2. Ad hæc verba se reflectens Paulus de Palatio, inquit: *Saturati sunt, non ex pretiosis & curiosis, sed ex modestis & necessariis, scilicet pane & piscibus*: Et ideo Apostolus dicebat: *habentes alimenta, & quibus tegamur, hic contenti simus.* Ac proinde ex hujus textus occasione iis, qui perfectam vitam agunt, idem monitum dari potest, quòd vir quidam in vita spirituali illuminatissimus nonnemini dedit, qui cum nimis rigida sobrietate vitam suam agere solitus erat; cum enim hic nil nisi panem & hunc quidem parcissimè comederet, vir ille sanctus eum securum esse jussit, certissimam esse dæmonis tentationem, si quis se non ad sufficientiam pane nutriat; etenim de hisce à *Rom. 12. 1.* Christo cibatis turbis Evangelista dicit: *Manducaverunt, & saturati sunt; rationabile obsequium vestrum.*

Ps. 16. 15. 3. David, qui fuit homo secundum cor Dei, de se nihilominus protestatus est, dicens: *Satiabor dum apparuerit gloria tua*: quasi dicere vellet, nemo est, qui in præsenti vita satiari possit. Tritissimum est dictum illud S. Augustini: *Creasti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te*, quod omnino est verissimum; si enim de pane loquamur, quem nobis mundus, in quantacunque abundantia, subministrat, is in principio quidem valde nobis sapidus gratusque esse videtur, at verò protinus ejus experimur indigestionem: *Suavis est homini panis mendacii, & postea implebitur os ejus calculo*, non verò ita constitutus est panis Christi, de quo veridicus ille Spiritus sancti calamus scribit: *Panem præstitisti illis, omne delectamentum in se habentem.* Porrò illuminatissimi servi Dei sæpenumero de infusa cordibus eorum nimia cælestium consolationum superabundantia lamentari fuisse leguntur, adeo ut exclamarent: *Satis est Domine, satis est; prævenisti eos in benedictionibus dulcedinis*, dum hic in terris gloria cœlesti frui incipiunt, thesaurosque gratiæ, quæ semen est gloriæ, abundantissimè possident. Sanctus Paulinus dicit: *Nihil habemus nisi Christum, & videsi nihil habemus, qui omnia habentem habemus.* Sanctus Cyprianus illam nobis ab æterna veritate factam promissionem considerans: *Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis*; dicit: *Omnia promittit apponi, nam cum Dei sint omnia, habenti Deum nihil deerit, si Deo ipse non desit*; adducitque historiam Danielis in lacu leonum positi, qui à Deo pastus & cibatus fuit, dum interea circum ipsum sedentes feræ famelicæ mediâ morerentur: *Sic Danieli in leonum lacu, jussu Regia in luso, prandium divinitus procuratur, & inter feras esurientes homo Dei pascitur.* Porrò per leones denotantur impii: *Mater tua leæna*, mundi nimirum & dæmonis sequaces; hi *famem patiuntur ut canes*, nec quantâcunque temporalium bonorum abundantiâ contenti vivunt, cum tamen econtra servi Dei, licet mendici in summa consolatione & animi quiete vitam agant. Aman ille in summis Regis cujusdam & Monarchæ, viginti septem Provinciis dominantis, favoribus positus, summaque felicitate cumulatus, mirâ tamen inquietudine & afflictione torquebatur, eò quòd à Judæo quodam debitis sibi, ut credebat, non afficeretur salutationis honoribus, unde & dicebat: *Cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto.* Sanctus Augustinus quoque qui triginta & amplius annis, fraudulenti mundi sectatus fuerat consolationes & gaudia, tandem semetipsum his verbis alloquitur: *Heu spes caduca mortalium, sperans in pecunia in honore! Speras in aliquo amico potente?* Mox verò quàm debi-

Prov. 20. 17.

Sap. 16. 20.

S. Paul. ep. 5. ad Sever.

S. Cypr. tr. de or. Dom. Mat. 6. 33.

Dan. 14. 36.

Ezech. 19. 2.

Ps. 58. 15

Esth. 5. 13.

S. Aug. in ps. 36.

lis & fragilis hæc ſpes ſit, oſtendens, dicit : *In his omnibus cum ſperas, aut tu exſpiras, aut cum vivis, omnia pereunt, & in ſpe tua tum & ipſe deficis & cadis.* Solus Deus eſt, cui nihil unquam deeſſe poteſt, quem dum poſſidemus, habemus omnia : *Deus meus & omnia.* Corvi Eliæ Prophetæ, juxta torrentem Carith commoranti, bis quolibet die panem adferebant & carnes, & tamen unicus tantum panis · quem ei miniſtravit Angelus, tanto eum vigore corroboravit, ut in virtute ejus quadraginta diebus totidemque noctibus ad montem Horeb uſque ambulare potuerit ; quam quidam annonam rapaciſſimas haſce volucres ex menſa Achab regis ſurripuiſſe exiſtimant; hæc autem annonæ proviſio refectionem illam præfigurabat, quam nobis mundus ſubminiſtrat, quæ Prophetam ſatiare non poterat, ideoque eam bis in die reſumi opus erat; & revera ita eſt, bona hujus vitæ non ſatiant, nec hominis animo quietem & ſatisfactionem afferunt: Panis autem ſubcineritius ab Angelo miniſtratus, refectionem illam deſignabat quam Deus ſervis ſuis cælitus mittit: & hic eſt, qui verè ſatiat, ſatiat, quique vigorem præſtat & omnimodam ſatisfactionem. Unde ſanctus Thomas ait : *Oreb interpretatur menſa ; mons ergo iſte eſt mons menſæ Dei, & ſignificat ſatietatem cœleſtis gloriæ : panis itaque corporis Chriſti confortat & roborat nos, quadraginta diebus, id eſt, toto tempore præſentis pœnitentiæ, uſque ad montem & menſam Dei.*

4. Sanctus Paſchaſius hoſce panes non hordaceos, quales illi erant, qui juxta mare Tyberiadis erogabantur, ſed triticeos fuiſſe exiſtimat : *Triticei fuiſſe creduntur, ut alatur Chriſti Eccleſia grano frumenti.* De hoc convivio ſancta Dei Eccleſia canit : *In quo Chriſtus ſumitur, mens impletur gratiâ, & futuræ gloriæ nobis pignus datur,* quamnam homo ſatietatem deſiderare poſſet unquam, hac ſuperabundantiorem ?

5. Valde conſiderabilia ſunt illa Simonis de Caſſia verba, dicentis : *Si aliquis ab eo recedit jejunus, non eſt parcitas dantis, ſed negligentia non accipientis ; inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, torrente voluptatis tuæ potabis eos* ; in hoc igitur tota ſumma rerum conſiſtit, ut ſcilicet ad guſtandum de menſa ejus, appropinquemus, ac proinde David nos exhortatur, dicens : *Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus* : quodſi quis tibi craterem, vino præſtantiſſimo plenum oſtenderet, illudque laudaret, tu utique ſaporis excellentiam credere non poteris, niſi crateri eidem labia tua admoveris, *Dabo manna*, inquit Dominus Apocalypſi, ſed *abſconditum*, quia ſuavitas ſpiritualis non apparet exterius, nec ac aliis creditur, aut apprehenditur præterquam ab illis, qui eam experiuntur : *Nemo ſcit, niſi qui accipit* ; & ideo illi, qui maximè mortificantur, qui propriam ſuam abnegant voluntatem, qui ex puro Dei amore, paſſionibus & ærumnis ſe ultro ſubjiciunt, majores experiuntur ſpiritus conſolationes & ſuavitates. *Saturati ſunt*, ſed prius de illis ſatiatis dicitur: *Triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.* Procul ab omni mundi blandimento aberrant, in inculta quadam ſolicitudine degebant jejuni, & corpore pariter & mente Chriſti ſequelæ totaliter dediti. Unde Paulus de Palatio ait : *Satiantur in fine tridui, non in initio converſionis, & medio, ſed in fine ; deficere enim debet farina ex Ægypto adducta, ut guſtare liceat manna.*

6. Porrò quinam illi ſint, qui ad menſam Chriſti ſatiantur, Sanctus Anſelmus in ſenſu morali his verbis declarat : *Manducaverunt, cum verbum divinum audierunt, & mente ſuſceperunt ; & ſaturati ſunt, quando audita opere compleverunt* ; diffuſus verò Venerab. Beda idipſum exponit, cum ait: *Qui audientes verba Dei, & exempla intuentes, ad profectum vitæ correctioris per hæc excitari, atque aſſurgere feſtinant.* Hiſce, inquit ſanctus ille Pater, mirabiliter adaptatur dictum illud Pſalmiſtæ : *Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, & vivet cor eorum in ſæculum ſæculi*, quæ verba ad propoſitum noſtrum hoc modo exponit: *Audient humiles verbum Dei, & facient, & ad laudem non ſuam, ſed ſuperni largitoris cuncta, quæ bene gerunt, referent, unde meritò ad vitam interioris hominis æternam, utpote pane vitæ ſaturati pervenient*: econtra verò, inquit idem ſanctus Pater, reprobis comminando dicitur : *Comedent & non ſaturabuntur ; manducant*

S. Thom. opuſc. 58. c. 21.

S. Paſch. lib. 7. in Matth.

Sim. de Caſſ. l. 5. c. 4.

Pſ. 35. 9.

Pſ. 33. 9.

Apoc. 2. 17.

Ibid.

Paul. de Pal.

S. Anſel. in Matt.

Bed. hic.

Pſ. 21. 27

Oſe. 4. 10

ducant namque & non ſaturantur, qui panem verbi Dei audiendo deguſtant, ſed non faciendo quæ audiunt, nihil ex his internæ dulcedinis, quo cor ipſorum confirmetur, in ventre memoriæ recipiunt.

S. Paſch. lib. 7. in Matth. 7. Miſeram horum conditionem, S. Paſchaſius verbis deſcribit: *Infeliciter, qui manducant & non ſaturantur, qui panem verbi, quo vivit homo, audiunt & deguſtant, ſed non fide atque opere percipiunt, quæ audiunt.*

Et ſuſtulerunt quod ſuperaverat de fragmentis.

Theoph. 8. Conſiderat Theophylactus, quòd turbæ hæ contentæ fuerint manducando, nec quidquam eorum ex his, quæ ſuperaverant, ſecum ſumpſerunt, idque ad inſigne noſtrum documentum: *Diſce & hoc juxta hiſtoriam, quod debemus his, quibus indigemus, contenti eſſe, & nihil amplius quærere; ecce enim turbæ, quæ comederunt & ſaturatæ fuerunt, non acceperunt ſecum reliquias panum, ſed diſcipuli has guſtarunt, ſic igitur & nos uſu nobis congruo eſſe contentos docet.*

Vict. Ant hic. Eandem quoque obſervationem Victor Antiochenus habet his verbis: *Cæterum hactenus tantum benefactoris munere uſi ſunt convivæ, quatenus neceſſitas poſtulabat, nam etſi magna reliquiarum vis ſuperfuiſſet, nihil tamen inde ſecum aſportarunt; admonemur exemplo hoc percommodo rerum uſum ex neceſſitate ſpectandum & metiendum eſſe, nihil autem graviori neceſſitate ſeclusâ, propter habendi ſtudium ſubducendum.*

Septem ſportas.

9. Mirum eſt, undenam ſportas illas habuerint, qui in ſolitudine procul ab hominibus aberant. Lucas Burgenſis certo ſe definire non poſſe dicit, an aliqui ex hiſce turbis, illas ſecùm à principio habuerint, dum ſcilicet al quam ſecum proviſionem ad vendendum attulerunt: *An aliqui initio concurſus, cibum venalem ſportis huc attulerint, an una aut altera ſporta fuerit in familia Chriſti, an alia occaſione, non habeo quid definiam.*

Lucas Burg. in Matt.

10. Memorandum verò, eſt, quòd in alio miraculo quinque panum, duodecim cophini reliquiarum ſuperaverint, hic verò ex ſeptem panibus, ſeptem ſportæ reliquæ manſerint; & ideo ſanctus Ambroſius ſequens movet dubium: *Cur autem quinque millibus hominum plus redundat, quatuor millibus minus? Quia quatuor millia iſta triduo cum Chriſto fuerunt, & ideo ampliorem cœleſtis pabuli alimonium receperunt. Nec otiosè quæ turbæ ſuperſunt, à diſcipulis colliguntur, quia ea quæ divina ſunt, apud electos facilius poſſis, quam apud populos reperire; utinam mihi contingat audire: Collige, quæ ſuperſunt.*

S. Ambr. l. 6. in c. 9. Luc.

11. Enim vero hæc populi coadunata multitudo, congregationem figurabat fidelium; pro cujus probatione obſervandum, quòd Sapientia incarnata non dixerit: *Miſereor ſuper turbas*, in numero plurali, ſed *ſuper turbam*, ad denotandam Eccleſiæ unitatem, fidemque & dogmatum Evangelicorum uniformitatem; porro ſeptem hæ ſportæ reliquiis refertæ, ſeptem figurabant dona Spiritus ſancti, quibus Chriſtianæ religionis ſequaces locupletandi erant. Ideo ſanctus Hilarius ait: *Quod ſeptem ſportæ replentur, redundans & multiplicata ſeptiformis ſpiritus copia indicatur, cuique largiter exuberans.* Gloſſa quoque ait: *Septem ſportas Spiritus ſancti gratia ſeptiformi repleti, fiunt enim ſportæ de junco & palmarum foliis; juncus naſcitur ſuper aquas, palma victorem coronat; ſancti quoque ne ab humore æternitatis areſcant, in ipſo vitæ fonte ſe collocant, & æternæ retributionis palmam exſpectant.*

S. Hilar. c. 15. in Matth. Gloſſ.

Lyran. 12. Lyranus in moralitate hujus hiſtoriæ, per haſce ſportas dotes gloriæ intelligit, quas in altera vita recepturi ſumus. *Per ſeptem ſportas remanentes, ſignificantur ſeptem dotes, quæ reſervantur dandæ poſt hanc vitam, quæ ſunt clara Dei viſio, fruitio, tentio quantum ad animam, impaſſibilitas, ſubtilitas, agilitas, & claritas quantum ad corpus in reſurrectione.*

Versus 9.

Erant autem, qui manducaverant quasi quatuor millia & dimisit eos.

Erant autem, qui manducaverant, quasi quatuor millia.

S. Hier. in Gloss. S. Hilar. in c. 15. in Matth.

1. S. Hieronymus à Glossa citatus inquit: *Quatuor millia, annus novi Testamenti cum quatuor temporibus.* S. Hilarius ait: *Quod verò quatuor millia virorum congregantur, multitudo innumerabilium ex quatuor orbis partibus intelligitur.*

S. Aug. ser. 209. de temp.

2. S. Augustinus ad quinque millia alterius miraculi, & quatuor millia miraculi præsentis se reflectens, diversitatis seu differentiæ hujus hanc assignat rationem: *Ibi*, inquit, *quinque millia refecti, qui numerus pertinet ad Judæos, nam post Ascensionem Domini, loquente sancto Petro, quinque millia sunt baptizati: hic autem quatuor millia, hoc est, de tota terra omnes gentes à quatuor cardinibus cœli de septiformis Spiritus sancti gratia esse repletas in vitam æternam.* S. Anselmus ait: *Per quatuor Evangelia, quibus refecti sunt.*

S. Ansel. in Matt.

Et dimisit eos.

Luc. Burg.

3. Lucas Burgensis periculum considerat, quod Salvatori aliàs conciliaverat, quòd ipsi tanquam Regi acclamatum fuisset, dicitque eundem Salvatorem, ut ab hoc se periculo subducere, omnem regni umbram, vel etiam suspicionem fugere voluisse: *Ne si pergeret ipse illic hærere, novi aliquid ipse moliretur, ut nuper quando statuerant illum eligere Regem, nihil enim æquè movet hominum vulgus, ut sibi beneficium: aut certè ipse expectare videretur laudis aliquid vel gratiæ.* Albertus Magnus eandem rationem tangit, dum ait: *Semper Jesus refecta miraculose turbâ, licentiat illam, exemplum præbens fugiendi publicas laudes ex communi beneficio sequentes, & simul subtrahens Herodiadis invidiæ occasionem suspicandi in ipso quamcunque ambitionem.* Alb. M. hic.

4. S. Anselmus per hanc refectionem corporalem, prædicationem Evangelii intelligens, hoc prodivini verbi ministris inde elicit documentum: *Hi docet, quia prædicatores ministrato verbo vitæ populo, ipsi intra cubiculum cordis virtutum pomis debent refici.* S. Ansel. in Matt.



DOMI-

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Ex Matthæi Cap. 7.

℣. 15. *ATtendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* 16. *A fructibus eorum cognoſcetis eos; nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus?* 17. *Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit.* 18. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.* 19. *Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* 20. *Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* 21. *Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.*

Verſus 15.

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

JAm de facto cæleſtis agricola Chriſtus divini verbi ſui ſemen ſparſerat, priuſquam hoc nobis ſalutare monitum ſuggereret; at verò quia timebat, ne malignus calliduſque inimicus noſter ſua clam ſuperſeminaret zizania, ideo meritò nos vigilantes eſſe monet. S. Apoſtolus jam pridem quidem Epheſi, populos ſacratiſſima Evangelii doctrina imbuerat, copioſamque inter illos meſſem congregarat, ſed quia protinus ab illis diſceſſurus erat, ideo ſalutari hoc illos monito præveniebat, dicens: *Attendite vobis & univerſo gregi; ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipſis exurgent viri, loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe*; hos enim, qui aliis oves eſſe videbantur, S. Paulus lupos futuros eſſe prænoſcebat, gregem ſuum devorare conantes, *propter quod vigilate*, quod idem erat, quod *Attendite*. Unde Author imperfecti ait: *Sciens Dominus, quia non erant manifeſti gentiles, ſed abſconditi ſub nomine Chriſtiano, ideo non dixit: Aſpicite, ſed attendite; aſpicere enim eſt, ſimpliciter videre, attendere autem eſt, attentè conſiderare; ubi enim certa res eſt, & indubitabilis, aſpicitur, ubi autem incerta & dubitabilis, attenditur.* Paulus de Palatio monitum hoc ſpecialiter ad Epiſcopos directum eſſe exiſtimat, quò oculos apertos habere, valdeque circumſpecti eſſe jubentur, in eorum electione, quibus invigilandum eſt provido regiminis animarum: *His dicitur: Attendite, ne falſos Prophetas præficiatis, cavete, ne in re tanta, in qua ſumma rerum omnium conſiſtit, decipiamini, etiamſi qui præficiendus eſt, veniat ut ovis, examinetur, an ſit lupus rapax intrinſecus, id eſt, an quærat quæ ſua ſunt.* Hujus autem cautelæ pondus & momentum ex pretio & valore conjiciant animarum, qui aliorum regimini & directioni præficiuntur: *Quidni attendendum à falſis Prophetis, à quibus non corporis*

Act. 20. v. 28. & 29.

Auth. Imp. hom. 19.

Paul. de Palat.

poris imminet, ſed animæ, non temporarium periculum, ſed æternum.

S. Thom. in cat. 2. *Dicit attendite*, inquit S. Thomas, *quia firma tutela ſalutis eſt, ſcire quem fugias.* Obſervandum eſt autem, quòd non dixerit expreſsè, circa quid attendendum ſit ſed indefinitè dicat: *Attendite*, eò quòd per hoſce falſos prophetas vel intelligantur hæretici, vel hypocritæ, vel adulatores, vel perverſi ſodales & ſeductores, & ideo in omni re cavendum eſt, habendique ſunt ſuſpecti in verbis, in operibus, imo & in bonis ipſorum exemplis, & in quacunque alia re etiam bona, quia in talibus hæc omnia ad fraudem & dolum ordinantur.

A falſis Prophetis.

S. Hier. hic. 3. S. Hieronymus ait: *De omnibus quidem intelligi poteſt, qui aliud habitu ac ſermone promittunt, aliud opere demonſtrant, ſed ſpecialiter de hæreticis intelligendum eſt, qui videntur continentia, caſtitate, jejunio, quaſi quadam pietatis ſe veſte circumdare, intrinſecùs vero habentes animum venenatum, ſimpliciorum fratrum corda decipiunt.*

Aut. Imp hom. 19. 4. Author imperfecti verba illa de Doctoribus Eccleſiaſticis exponit, qui rectè quidem docent, ſed malè vivunt: *De veris Chriſtianis Doctoribus loquitur, qui Chriſtiani quidem ſunt, tamen peccatores ſunt.* Chryſoſtomus Chriſtum non de hæreticis hic loqui exiſtimat, ſed de illis tantùm, qui cùm ſint intoxicati & infecti interiùs, exteriùs tamen pietatem demonſtrant: *Qui cùm ſint vitæ pravitate corrupti, ſpecie tamen virtutis induti ſunt.* Idem Salvator noſter in alia quâdam occaſione apud S. Lucam, nos eodem verbo, *Attendite*, fermentum Phariſæorum fugere monet: *Attendite a fermento Phariſæorum*; quale autem hoc fermentum, protinùs declarat, dum ait, *quod eſt hypocriſis.* Non ſolùm Prophetæ nomen, ſed multò magis vultus externa ſpecies, & verba, noſtram ei conciliant devotionem; at verò tantò magis cavendus eſt, quanto fraudulentior eſt atque pernitioſior, dum ſub paſtoris forma, larvatus accedit, qui reverà eſt lupus; *intrinſecùs ſunt lupi.* Deus apud Iſaiam graviter conqueritur, dicens: *Verumtamen ſervire me feciſti in peccatis tuis*; hoc autem in hypocritis ad literam adimpletur, hic enim utitur Deo, Sacramentis, operibus pietatis, orationibus, jejuniis & quibuslibet aliis, ad cultum divinum ordinatis, ut iniquitatem ſuam ſub ſacra hac chlamyde occultet, alii, qui Deum offendunt, inſtrumentis quidem utuntur, ad iniquitates ipſorum adaptatis, verbi cauſa: vindicativus manus ſuas ſanguine alieno contaminat; avarus extorſiones facit, gulofus crapulam adhibet & ebrietatem: at verò hypocrita jejunat, corpus ſuum macerat, ſacramentaliter confitetur & communicat, ſeque totum Deo deditum eſſe ſimulat, ut tantò ſecuriùs ſe contra Deum armare poſſit, omnique eo, quod ad majorem eſt Dei gloriam ordinatum, in offenſæ ejuſdem fomentum abutitur; alii Deum in peccatis & transgreſſionibus præſentem eſſe nollent, at verò hypocrita ſemper vult Deo in fallaciis ſuis innixi, & quaſi ab eo portari, ut tantò ſecurius ei peccare liceat. Unde Chryſologus ait: *Fugiendum eſt virus peſtilentiæ cavendæ, quæ de remediis creat morbos, conficit de medicina languorum, ſanctitatem vertit in crimen, placationem facit reatum.* Chryſol. ſerm. 7. Quiſnam ille fanaticus error futurus eſſet, ſi pro ſalute corporis tui remedio aliquo indigens, in ipſius vicem ſumeres venenum; facit hoc ipſum hypocrita, ac proinde ſimilis eſt vaſi cuidam, in Pharmacopolio poſito, cui ſalutaris cujuſdam antidoti nomen eſt inſcriptum, cùm intus toxico plenum ſit: *De remediis creat morbos*; dum hypocritam convenis, credis utique, te ad virum quendam zelo divini honoris & ſalutis animæ tuæ accenſum accedere, cùm reverà peſſimus ſit, & ſanctitatem fingat, ut te pervertat.

Chryſ. ho. 24. in Matth. Luc. 12. 1 Iſa. 43. v. 24.

5. Porro major vel minor hujus vitii malitia, ſequenti ſimilitudine aptiſſimè declaratur, dum enim negotiator aliquis terram ſeu cretam frumento, aut aquam vino commiſcet, vel aliam ſimilem fraudem committit, nulli dubium eſt, quin talis proximo ſuo dolis ſuis plurimùm nociturus ſit: at verò, ſi pharmacopæus ad infirmum, præſcriptam à medico medicinam adferens, eidem artificioſè venenum immiſcuerit, utique illatum ab eo damnum longè

longè gravius & irreparabilius erit; nunquid ita eſt? eandem quoque circa hypocritas quoſdam reflexionem facere poſſumus; quod enim aliquis det eleemoſynam, ad captandam auram popularem, ad conciliandam ſibi perſonæ illius, cujus honeſtati inſidiari intendit, benevolentiam; aut verò quòd aliquis Sacramenta frequentet, devotioniſque exercitiis ſeſe occupet, ut boni Eccleſiaſtici nomen & famam ſibi acquirat, & ſub hoc nomine Epiſcopatū, vel aliā Prælaturam aut dignitatem acquirere poſſit, hoc malè fieri indubitatum eſt: ſed malitia hæc nullam habet cum perverſitate illorum proportionem, qui Sacramentis, quæ vera ſunt animæ medicina, abutuntur, ut ad majorem Dei offenſam, animæque propriæ perditionem, venenum ſuum tantò liberiùs effundere poſſint: ſicut enim nonnunquam talem ad Communionem accedere videbis, ne tibi de hoc vel illo malo ſuſpectus habebatur, vel ne bonum apud te aut alios conceptum & opinionem amittat, adeoque ſecurius dicere poſſit: *Sanctitatem vertit in crimen*, &c.

Qui veniunt ad vos.

Lucas Burg. 6. *Ex ſe ipſis*, inquit Lucas Burgenſis, *legitimènon miſſi*, de quibus Deus apud Jere-
Ier.23.21. miam loquitur, cùm ait: *Non mittebam pro-*
Alb.M. *phetas, & ipſi currebant.* Albertus Magnus
ait: *Veniunt ad vos, non enim exſpectant, ut*
Cajet. *requirantur, ſed ingrunt ſe.* Cajetanus ſimiliter inquit: *Ego non mitto illos, ſed ipſi ex ſe veniunt*; unde peſſimum ſignum eſt, dum quis ſe in myſterium aliquod intrudit, abſque eò quòd ad illud invitatus fuerit, aut
Rom.10. *v.15.* promotus: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?*

In veſtimentis ovium.

Tert.in gl.lin. de præſcrip. 7. Tertullianus à Gloſſa citatus ait: *Quænam ſunt iſtæ pelles ovium, niſi nominis Chriſtiani extrinſeca ſuperficies?* S. Thomas
S.Thom. in cat. inquit: *Oves Chriſtiani dicuntur, veſtimentum autem ovile eſt ſpecies Chriſtianitatis, & ſimulatæ religionis*; de his Apoſtolus ſcribit, quòd ſolo nomine, non verò ope-
2.Tim.3. v.5. ribus fideles exiſtant: *Habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus penitus abnegantes.*

8. Janſenius per haſce ovium veſtes, omne id intelligit, quod cooperari poteſt ad fingendam, & repræſentandam exteriùs virtutem & ſanctitatem, qualia ſunt miracula, jejunia, eleëmoſynæ, orationes, continentia, bonorum temporalium contemptus, frequentia Sacramentorum, & alia quæcunque, quæ ſanctitatem & integritatem præſeferunt. Sanctus Thomas ait: *Oves ſunt fideles; nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ; veſtimentū eorum ſunt jejunium, eleemoſynæ, quibus ſe tegunt*; his igitur veſtimentis ſe contegunt lupi, id eſt, homines mali, qui gregem Chriſti decipere, devorare, & pervertere intendunt. *Veſtimentis ovium*, inquit Cajetanus, *id eſt, in jejuniis, fletibus, vilibus, veſtibus, & aliis hujuſmodi exterioribus ſignis virtutum; hæc ſunt velut veſtimenta ovium Chriſti.*

Janſ. c. 43. conc.

S. Thom. in cat.

Cajet.

9. Pellis ovina delicata eſt, cùm ſit lanâ contecta, & ideo perverſorum præſignat blandimenta & fictiones. Unde Gloſſa Interlinearis dicit: *Cavete, ne vos dilanient blanditiis & ſimulationibus.* Obſervatio eſt ſancti Thomæ, *quòd nullares exterminat bonum, ſicut ſimulatio; nam malum ſub ſpecie boni celatum, dum non cognoſcitur, non cavetur.* Venenum enim in cibo delicato & ſapido alicui porrectum, faciliùs ſeſe in viſcera inſinuat. Sicut igitur pellis ovina accipitur in veſtem, aliorum oculos faſcinandos & decipiendos, & ad abſcondendum ſpeciem lupi, ita quoque jejuninm, orationes, omniaque alia opera ſancta ad occultandam hypocritæ malitiam & improbitatem ordinantur, qua bonos decipere nituntur. Unde ſanctus Cyrillus Hieroſolymitanus ait: *A pelle quidem manſueta induti, ſpecie probitatis decipiunt, pernitioſum verò impietatis venenum ex dentibus emittunt.*

Gloſſa Interl.

S. Thom. ibid.

Cyr. Ier. Cath. 4.

10. Janſenius lupum ab ove facillimè diſcerni dicit, tametſi enim lupus ovinâ ſe pelle induat; attamen quando ambo hæc animalia vocem ſuam propriam emittunt, facilè, quodnam illorum lupus vel ovis ſit, dignoſcitur: *Verùm quid facias, ubi lupus ovillo vellere, ovillâ voce ovem*

Janſ.

ſimulans irrepſerit in ovile, non ut ovis fiat, ſed ut crudeliùs oves laniat?

Paul. de Pal. 11. Paulus de Palatio procedit ulteriùs, ponderando, quid faciendum ſit, quando falſi Prophetæ non veſtem ovis, ſed paſtoris induunt, ut tanto ſecuriùs in grege ſtragem moliri poſſint: *At qui nos Domine ſi caverè hos lupos, veſte ovilla contectos, præcipis, quid faciemus, ubi non veſtem ferunt ſimplicium ovium, ſed veſtem afferant paſtorum? Quid enim grex faciet, ubi lupum mitrâ, baculo, & gremiali viderit decoratum? Facilè planè eſt lupum abigere, ubi ſe ovem eſſe diſſimulavit, ſed quæ ovis contra paſtorem inſurget? naturale ſiquidem eſt ovi, lupum horrere, paſtorem diligere; ſed ô ſtuporem Chriſtianorum! ô cæcitatem! non jam oves fugiunt lupos & leones, ovium vel paſtorum figurâ fallentes, imo ſequuntur & amant lupos.*

12. Experientia, prô dolor, ſatis demonſtrat, quòd multi lupi ovinâ ſe veſte contegant, id eſt, quòd multi mali, perverſi & vitioſi homines familiariter cum Religioſis & viris ſanctis converſentur, eoſque benignè recipiant, eleëmoſynas largiantur, illorum ſe orationibus recommendent, filiationibus Religionum ſpiritualibus ſe communiant, atque in ſanctorum advocatorum ſuorum interceſſionibus & devotionibus magnoperè confidant, ſed quonam putas fine id faciunt? ut in mala ſua vita continuent, ut in diſſolutionibus ſuis proſperati longiùs vivant, ut iniquas extorſiones, & inhoneſtas ſocietates & conſortia diutiùs continuare poſſint; devotionem & pietatem extrinſecùs exhibent, ſed non alio fine, quàm ut in impietate ſuâ longiùs perſeverare valeant.

Idem. 13. Paulus de Palatio ſuper hæc verba aliam quandam adducit ingenioſam obſervationem: *Veniunt*, inquit, *in veſtimentis, non in fructibus ovium; oves omni ex parte ſunt utiles, ſimplices, patientes, ſociabiles; iſti verò, qui veniunt ad vos, omni ex parte ſunt lupi, omni ex parte rapaces.* Non acquieſcit Deus exterioribus, ſed unà cum his ſimul vult, ut interiora exterioribus conformia ſint, & reſpondeant. Sanctus Paulus in principio epiſtolæ ad Romanos, ſervum Chriſti ſe appellat, & paulò poſt æternam Veritatem in teſtem invocando dicit: *Teſtis mihi eſt Deus, cui ſervio in ſpiritu meo*; quonam obſecro myſterio verbum hoc addit: *In ſpiritu meo?* Satis utique manifeſtum erat, eum totaliter divino ſervitio fuiſſe deditum; attamen ſubjunxit: *In ſpiritu meo*, ut Hugo Cardinalis opinatur: *Contra hypocritas, qui tantùm corpore ſerviunt*; & Sanctus Anſelmus ait: *Quia non per ſimulationem illi famulatum exhibeo, ſed quidquid foris bene erga ſervitutem ejus operor, hoc intùs in voluntate cordis ſimiliter facio.* Eadem prorſus eſt proportio inter virtutem veram & fictam, quæ cernitur inter naturam & artem; natura in productione hominis, à corde intimiori hominis parte incipit, poſteà verò ad omnes alias ejuſdem corporis partes, internas ac demum ad externas ultimo loco tranſit; ars autem interiora totaliter omittit & negligit, nec ad alia ſe applicat, quàm ſolùm ad exprimendam affabrè apparentiam exteriorem. Hujuſce igitur artis proprietatem imitantur hypocritæ, qui probam & bonam conſciëntiam, corporis puritatem, virtutes & actus animæ interiores nihili faciunt, imò contemnunt, & abominantur, & ſoli ſtudent perfectioni & auſteritati extrinſecùs apparenti: *Ut videantur ab hominibus*; *homo enim videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor*, Deus enim noſter primo omnium loco cor noſtrum quærit, & deſiderat: *Præbe fili cor tuum mihi*, & quævis anima in tantum Deo grata eſſe noſcitur, in quantum illa interiùs pulchra & ſpecioſa eſſe videtur: *Omnis gloria filiæ Regis ab intus*: ſecundo verò loco ſpecies exterior ab eodem requiritur: *In fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora ejus plena ſunt dolo*; quot ſunt, qui ſub quodam profundæ humilitatis pallio ſubtilem & latentem quandam abſcondunt & ſectantur ſuperbiam & arrogantiam! Aureum eſt illud animæ electæ ſuggeſtum à Deo monitum: *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum*; ecce tibi perfectionem & ſanctitatem internam: *Ut ſignaculum ſuper brachium tuum*; ecce tibi operum bonorum exteriorum correſpon-

Rom. 1. 9

Hugo C. ibid. S. Anſel. ibid.

1. Reg. 16 v. 7.

Prov. 23. v. 26.

Pſ. 44. 14

Eccli 19. v. 23.

Cant. 8. 6. Ibid.

ſpondentiam. Ad hoc, ut quis vera ovis eſſe cenſeatur, nec lana ſufficit, nec pellis, ſed inſuper fructus deſiderantur ovinæ naturæ correſpondentes, cujusmodi ſunt lac, partus, & ſimilia alia: ita in verè electis ſanctitas foris ſecùs apparens non ſufficit, niſi etiam vera & ſolida ſanctitas adſit, quæ verè ſit radicata in corde.

Intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.

14. Per hos illi denotantur, qui animas ſeducunt, quia lupi mortem gregi inferunt; ita enim Lucas Burgenſis de Doctoribus perverſis loquitur: *Sæ ſimulant arctæ viæ Doctores & ductores, cùm ad latam abducant; lata via autem eſt,* ut eſt apud ſanctum Matthæum, *quæ ducit ad perditionem.*

Lucas Burg.

Matt. 7. v. 13.

S. Ambr. 15. S. Ambroſius de hiſce lupis ita ſcribit: *Lupi beſtiæ ſunt, quæ inſidiantur ovibus, abſentiam aut deſidiam paſtoris explorant, ovium guttur invadunt, ut citò ſtrangulent; tum præterea, ſi quem priores hominem viderint, vocem ei quadam naturæ vi eripere memorantur.*

Verſus 16.

A fructibus eorum cognoſcetis eos; nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus?

A fructibus eorum cognoſcetis eos.

1. Joan. 4. v. 1. 1. Et ideo ſaluberrimum eſt illud ſancti Joannis monitum, dicentis: *Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, quoniam multi pſeudo-prophetæ exierunt in mundum.*

S. Bern. epiſt. 107. 2. Sanctus Bernardus ait: *Non ex foliis, neque ex floribus, ſed ex fructibus arbor bona malave dignoſcitur*; & quidem divus Chryſoſtomus hypocritas ſpecialiter ex verborum blandimentis dignoſcendos eſſe dicit: *Per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda.*

Janſ. 3. Janſenius hoc loco quærit, quonam modo hi falſi & ficti prophetæ, dum pelle ovinâ amicti comparent, dignoſci ab aliis poſſint, maximè cùm de abſconditis & internis homo judicare non poſſit? Et reſpondet, quòd, tametſi hi lupi ſe abſcondere & occultare molantur: *Tamen facilè deprehendi poterunt ex aliquibus eorum fructibus, quanquam non ex omnibus;* duò autem ſpecialiter conſideranda eſſe dicit, ſcilicet doctrinam quam docent, opera item & mores, quibuſcum vivunt. Circa doctrinam examinetur, an ſolida ſit, ut martellum ſuſtineat, ſitque ſacrorum Doctorum dogmatibus per omnia conformis: *Videndum, num conveniat cum recepta veritatis doctrina, ad quam tanquam ad lydium lapidem, omnium doctrina examinari & probari debet:* Opera autem diſcrimen hoc longè facilius & clariùs indicant. Lucas Burgenſis ait: *A fructibus cognoſcetis, opera ergo, & non verba diſcernunt inter filios Dei & filios diffidentiæ.* *Lucas Burg.*

4. S. Thomas ex adducto quodam Apoſtoli teſtimonio, malæ arboris fructus deſcribit: *Manifeſta ſunt opera carnis,* inquit Apoſtolus, *quæ ſunt fornicatio, immunditia, &c.* quo eodem in loco arboris bonæ fructus recenſere pergit dicens: *Fructus autem ſpiritûs eſt charitas, gaudium, &c.* Quòd ſi in ejuſmodi Prophetis hi fructus deprehendantur, inquit Albertus Magnus, *cognoſcimus eos eſſe veros Prophetas, eſſe bonas arbores: ſi autem fructus hos non videmus, attendamus diligentiùs, quia vel aliquid operum carnis, quorum ibi meminit Apoſtolus, vel ſaltem humana cupiditas, aut gloria, illorum fructus invenietur.* *S. Thom. in cap. Gal. 5. 19* *Alb. M.*

5. Sanctus Thomas in ea eſt opinione, quòd nemo fictionem ſuam ita abſcondere poſſit, quin ex aliquo ſaltem indicio facilè diſcerni queat: *Dicendum, quòd poteſt vix aliquis hypocrita ita eſſe compoſitus, quòd non appareat aliquid malitiæ, vel verbo, vel facto; quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.* Dionyſius Carthuſianus multa ejuſcemodi ſigna adducit: *Inveniuntur,* inquit, *vanè religioſi, non humiles, ſapientes in oculis ſuis, & proprii ſenſûs, non veraciter patientes, ſed plene privato ame-* *S. Thom. ibid.* *Prov. 27 v. 19.* *Dion. Cart.*

re, & aliquibus ſingularibus vitiis deformati.

Janſen. 6. Janſenius multa alia indicia conſiderat: *Si quis*, inquit, *vitam & mores eorum attentius obſervet, reperiet eos ſibi placentes, gloriæ ſitientes aſſentatores, invidos, maledicos & obtrectatores, nunquam & ventri deditos, & ſuis temporalibus commodis ſervientes, & omnino ſuum negotium agentes potiùs, quàm veritatis.*

Paul. de Pal. 7. Paulus de Palatio ad idem ſe reflectit, quod nos ſuperius circa illa verba: *Veniunt ad vos*, inſinuavimus; dicit enim: *Veniunt oſtentantes pellem ovinam, plenè eos dignoſcere docuit; ſiquidem veri Paſtores non ipſi venient, ſed mittuntur, neque veniunt ad nos, ſed lubentiùs ſe abſcondunt, neque oſtentant pellem ovinam, imò gaudent, ſi non ita pellis videtur*, adducitque Chriſti Magiſtri noſtri exemplum, qui ſe ab æterno Patre ſuo miſſum eſſe dixit: *Qui miſit me Pater*; & quando Apoſtolos ſuos miſit, dixit illis: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos; nemo aſſumit ſibi honorem, niſi vocatus & miſſus; at qui lupi ſunt, veniunt ex ſe, de quibus ſæpe dicit Dominus Jerem. 23. quòd eos ipſe non miſerit.*

Joan. 6. v. 25.

Jer. 23. 21

S. Thom. in cat. 8. Sanctus Thomas ejuſmodi perſonatas oves ex duobus præcipuè ſignis dignoſci poſſe dicit: *In his*, inquit, *quæ ſubito agenda occurrunt, quia in his, quæ cum deliberatione quis facit, cavet ſibi; item in tribulationibus. Eccleſiaſt. 6. Eſt amicus ſecundùm tempus, &c. Item manifeſtantur, quando non poſſunt conſequi quod volunt.*

Eccli 6. 8.

Hugo Card. 9. Hugo Cardinalis circa qualitatem fructuum multa conſideranda eſſe dicit: primò enim requiritur in fructu utilitas, unde ſalices & quercus arbores ſteriles appellari ſolent, quia fructus ipſarum nobis ſunt inutiles: *Quod eſt contra otioſos, qui ſenescunt & vagantur.* Debet quoque fructus integer eſſe, quia ſi intus verminoſus ſit, licèt forinſecùs pulcher & gratus eſſe videatur, non eſt bonus: *Quod eſt contra hypocritas, quorum exterius vita eſt pulchra, interiùs autem eſt vermiculoſa conſcientia, & plena nequitiâ.* Debet item fructus habere ſaporem, *id eſt, ordinabilis & ſociabilis in converſatione, quod eſt contra acedioſos.* Debet præterea eſſe ſanus, *ut nihil dicas, nihil agas, quod non ſit ad honorem Dei, & inſtructionem proximi, quod eſt contra diſſolutos.* Denique fructus diu durare & conſervari poſſe debet, & non ſolùm hyberno tempore: *Quod eſt contra luxurioſos, qui nunc florent, tunc ardebunt.*

10. Fructus bonæ arboris eſt, quando operatur conformiter illis, quæ docet alios. *Fructus prædicatoris*, inquit Paulus de Palatio, *ſunt opera ejus, maximè ſi, quæ dicit, facit*, adducitque illum Pſalmi verſum: *Pavit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos: id eſt, is prædicator verus eſt, qui in innocentia paſcit, quique paſcit in ea intelligentia & doctrina, quam manus ſuæ pepererunt, id enim eſt intellectibus manuum ſuarum, id eſt, operum*: falſi verò prophetæ econtrà facilè agnoſcuntur, quando benè dicunt, & malè operantur. Unde Euſebius Gallicanus inquit: *Qui in verbis non diſcernuntur, in operibus comprehenduntur.*

Paul. de Palat. Pſ. 77. 72.

Euſeb. Galli hom. in Dom. 8. poſt Pen.

11. Cajetanus quoque ſe reflectit ad verba illa: *A fructibus eorum*, & diſtinguit inter fructus, ut pateat, quinam ſint fructus eorum, dicit igitur, quòd frequens populi concurſus, converſio peccatorum ad pœnitentiam, prædicatione ipſorum cauſata, & alii effectus ſimiles non ſunt fructus eorum: *Iſti ſunt fructus fidei & devotionis audientium, & non propria Prophetarum; ſimiliter quæ dicuntur ex Moyſi & Prophetarum, non ſunt eorum, ſed cathedræ fructus, ſimiliter prophetare, & dæmones ejicere, & miracula facere vera in nomine Jeſu Chriſti, non ſunt fructus eorum, ſed gratiæ gratis datæ; ſtant enim hæ gratiæ cum peccato mortali, cum inimicitia eorum ad Deum, ut hoc capite Dominus ſubjungit.*

Cajetan.

12. Chryſologus per horum fructuum maturitatem, in confeſſione fidei perſeverantiam intelligit: *Flores multi multitudinem fructuum ponitentur, ſed examinati ventorum flabris, ad fructum paucisſimi perſeverant: ſic credentes in Chriſto multi in Eccleſia videntur in pace, ubi autem perſecutionis procella inflaverit, pauci Martyres reperiuntur in fructu.*

Chryſol. ſerm. 92.

13. Au-

Aut. Imp hom. 19. 13. Author Imperfecti ait: *Fructus hominis, eſt confeſſio fidei ejus, & opera converſationis ejus.*

Paul. de Pal. 14. Paulus de Palatio per fructus vermiculoſos intelligit profanitates, fabulas, ornamenta & colores Rhetoricos, ad guſtum & pruritum auditorum in prædicatione Evangelica ordinatos: *Verus à falſo Prædicatore, per verbum prædicationis ſuæ erit deſcernendus; verba veri prædicatoris ſunt gladius acutus, attingens ad diviſionem animæ & ſpiritus, non ſunt talia verba falſi prophetæ. Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua, id eſt, narrant velut fabulas, ex quibus guſtus dulceſcit, non ex quibus animus gladio penetrante diſcinditur.*

Heb. 4. 12.

Pſ. 118. 85

Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus?

Janſen. 15. Literalis horum verborum quis ſit ſenſus, optimè his verbis explicat Janſenius: *De malis hominibus ſæpe per ipſitur doctrina veritatis, Domino præcipiente de Scribis & Phariſæis: Omnia quæ dicunt, facite, ſecundùm vero opera eorum nolite facere,* contingit enim nonnunquam, quòd etiam vitis aliqua cum botris ſuis inter ſpinas cernatur plantata, & tunc conſilium eſt S. Auguſtini: *Botrum carpe, ſpinam cave*; decerpite uvas, ſed fugite puncturas; proficiatis ex veritate & dogmatibus, quæ auditis, non tamen imitemini perverſos ipſorum mores. Interlinearis ait: *Ut ſi ſuper eos pendeant vites, non tamen de eis, quæ non ſunt in vite.* Uva non eſt agnoſcenda ex ſepibus, tametſi iis nonnunquam implicita eſſe videatur; ita quoque ſi doctrinam audiatis bonam & ſanctam ab hominibus malis, illa non ipſis, ſed veræ viti attribuenda erit, quæ de ſe dicit: *Ego ſum vitis vera; ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæcunque dixerint vobis, ſervate & facite*; ſingularis enim cathedræ illius prærogativa erit, ſicut etiamnum cathedræ ſancti Petri privilegium, quòd ex illa ſemper veritas, nunquam verò falſitas prædicaretur, licèt per os hominum vitioſorum & hypocritarum. Janſenius ex adducta authoritate quadam S. Auguſtini declararet, quòd ſi nonnunquam

S. Aug. tr. 46. in Joan.

Interl.

Joan. 15. 1.

Matth. 23. 2.

Janſen.

is, qui malè vivit, prædicat'one & doctrinâ ſuâ ſit utiliſs, id non ſit æſtimandum opus ejus, ſed divinæ providentiæ: *Impii enim per divinam providentiam, legem Dei prædicantes, poſſunt eſſe audientibus utiles, cùm ipſi non ſint ſibi utiles; non ergo qui eos audiunt, & faciunt quæ ab eis dicuntur, de ſpinis colligunt uvas, ſed per ſpinas de vite legunt uvas, tanquam ſi manum aliquis per ſepem mittat, aut certè de vite, quæ ſepi fuerit involuta, uvam legat, non ſpinarum eſt iſte fructus, ſed vitis.*

16. Paulus de Palatio verba hæc de prædicatoribus Evangelicis exponens, dicit, qualis debeat eſſe uva, & quales ficus, qui proferendi ſunt, oſtenditque hoſce fructus à falſis prophetis ſperari non poſſe, eò quòd inſtar ſpinarum & ſtirpium ſteriles ſint & inutiles; idque explicat per hoc, quod de exploratoribus terræ promiſſæ legimus, qui prædictos fructus ſecum attulerunt: *Significantes, quòd prædicatores (qui exploratores noſtri ſunt) patriam cœleſtem vel de longè explorárunt, & inde afferunt verba & opera, quæ dulcedinem cœleſtem referant, afferunt charitatem quandam cœleſtem, quæ in uvâ ſignificatur, dulcedinemque cœleſtem (qualis in noſtro deſerto non invenitur) per ficum ſignificatam; ùm ergo oves ſentiunt in prædicatoribus paſtoribus cœleſte nonnihil, quale in hac terra non reperitur, indicium eſt prædicatoris Evangelici*; adducitque ſancti Pauli exemplum, qui ſanctè gloriabatur: *Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritûs, quaſi dicat: Non terrena locutus, ſed planè cœleſtia.* Et alibi: *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus.*

Paul. de Pal.

Num. 13. 27.

1. Cor. 2. 4.

17. S. Thomas ſuper Matthæum ait: *Per uvas, ex quibus fit vinum, intelligitur ſpiritualis lætitia, quia vinum lætificat cor hominis; per ficus dulcedo Eccleſiaſticæ pacis, quæ eſt charitas, hæc non poſſunt naſci de tribulis, id eſt, peccatoribus, quia ſpinas & tribulos germinabit ſibi.*

S. Thom. in Matt.

Gen. 3. 18.

18. Manifeſtum eſt per experientiam, quòd ericeus ſive procellus ſpinoſus, in autumno ſub arbore ficûs, unde maturiores fructus nonnunquam præmaturè decidere ſolent, ſicut & in vineis ſuper uvis decidu-

duis ſeſe volvendo & revolvendo, eoſdem fructus ſpinis ſuis, quibus toto corpore armatus eſt, tranſigere, & fœtibus ſuis ad depaſcendum adferre ſoleat, de quibus proinde verificatur, quòd *colligunt de ſpinis uvas, de tribulis ficus*; quod cùm experientiâ teſte veriſſimum eſſe conſtet, in ſenſu morali ſimile quid dici poterit de puncturis auſteritatum corporalium, ciliciorum, diſciplinatum, jejuniorum, vigiliarum, de mortificationibus item interioribus, de ærumnis & adverſitatibus, per ſpinas & tribulos denotatis; ex his namque in animas tribulatas ingens redundat ſuavitas, & conſolatio ſpiritûs. Unde David fatebatur dicens: *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Pſ.93.19

Aut. Imp hom. cit. 19. Author Imperfecti per uvam, Chriſtum intelligit quia ſicut botrus ex palo ſeu ligno ſuſpenſus hæret, multaque grana in ſe complectitur: *Sic & Chriſtus multos ſibi fideles per lignum crucis tenet adjunctos; ſimiliter & ſicut ficus multa grana uno tegmine tenet incluſa, ſic & multos fideles quodam dulci charitatis amplexu una tenet Eccleſia, & ſunt in ficu ſigna hæc, charitatis quidem in dulcedine, unitatis autem in conjunctione granorum, ſicut ſcriptum eſt: Deus, qui inhabitare facit unanimes in domo. In uva quidem eſt patientiæ ſignum, quia in torcular mittitur; gaudii autem in ſe, quia vinum lætificat cor hominis; ſinceritatis, quia non eſt aquâ permixtum; de his ſcriptum eſt: Fructus autem ſpiritûs: charitas, gaudium, &c.* Pſ.67.7. Gal. 5. 22. Dum autem declaraturus eſt, quinam ſpinæ dicendi ſint, ſubjungit: Tales eſſe hæreticos; unde colligitur, quòd proferre nequeant fructus Eccleſiaſticos: ſed quid proferunt? *Vulnera, tribulationes, & cætera mala*; ſicut enim ſpinæ quacunque ex parte contrectantur, nos vulnerant, manuſque noſtras cruentant, ita quoque ſervi dæmonis, quacunque ex parte conſiderantur, iniquitate pleni eſſe deprehenduntur, quod ſequenti modo variè exemplificat: *Si loquitur*, inquit, *in dolo loquitur; ſi tacet, malè cogitat; ſi irraſcitur, inſanit, ſi patienter agat, tempus exſpectat nocendi, & opportunitatem conſiderat, quando nocet; ſi malè agit, non erubeſcit; ſi bene facit, ad vanam gloriam propter homines facit; quomodo proferat bonum fructum, cujus radix diabolus eſt? ſub arbore bona & beſtiæ & animalia requieſcunt, ſub ſpina autem nullum animal requieſcere poteſt, niſi tantummodo ſerpentes.*

20. Spinæ certum ſunt ſymbolum peccatorum, quæ cor peccatoris per remorſum, & malæ conſcientiæ ſyndereſin transfigunt: *Converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina; ſpinas & tribulos germinabit tibi*, dictum eſt primo legis divinæ prævaricatori. Per dulcedinem & ſuavitatem uvarum & ficuum, quies & gaudium bonæ conſcientiæ denotatur, hoc autem ſpirituali gaudio nemo inter puncturas remorſuum, inter anxietates & perturbationes inordinatorum appetituum frui poterit. Unde aptè huc quadrat illa ſancti Auguſtini ſententia dicentis: *Quàm infelix eſt illa conſcientia toto lachrymarum fonte lugenda, quæ ſe ita malis operibus cruentavit, ut in eam non Chriſtus requieſcere, ſed diabolus incipiat dominari!* Pſ.31.4. Gen.3. 18. S. Aug. ſer.1. de temp.

21. Sanctus Anſelmus per haſce ſpinas quoque hæreticos interpretatur: *Lacerant & pungunt mentes hominum; uva eſt ſervor dilectionis, ſicut dulcedo bonæ converſationis; ſicut ergo de ſpinis non naſcuntur uvæ, neque de tribulis ficus, ſic nec hæretici ſervent in dilectione, nec ſtudent in bona operatione.* S. Anſel.

Verſus 17.

Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor malos fructus facit.

Sic omnis arbor bona bonos fructus facit.

1. S. Bonaventura dicit: *Bona arbor eſt bonus homo.* Luc.6.v.43. Sapientia incarnata ſimiliter hominem arbori aſſimilat. Matth.8. cæcus ille illuminatus dixit: *Video homines velut arbores.* Pſalmiſta quoque in Pſalm.1. hominem ſub eodem ſymbolo deſcribit, dum ait: *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum* S. Bonav. ſer. 3. in hac Dom. Matt.8. 24. Pſ.1.3.

ctum ſuum dabit in tempore ſuo. Radix ejus caput dici poteſt eſſe, truncus corpus, rami brachia cortex pelles, anima præcordia, viſcera bonorum operum fructus. Philoſophi antiqui, & inter illos Plato in ſuo Timæo, hominem arborem inverſam vocat, atque inſuper dicit, quòd boni radices ſuas cœlum versùs protenſas habeant, è contrà verò mali radices ſuas in terra profundè explicent, dum affectibus ſuis, hiſce bonis terrenis immerſi ſunt: *Conglutinatus eſt in terra venter eorum* Ad hoc ut arbor aliqua fructificare poſſit, & à ventorum furia nequaquam evelli queat, opus eſt ut radices ſuas profundè agat; quantò enim hæ profundius in terræ ſinum deſcenderint, tantò magis ramos ſuos protendet in altum: eodem modo quantò magis homo in humilitate ſtabilitus fuerit, tantò conſtantiùs omnes excipiet tentationum ventos, majoraque in virtutibus & perfectione incrementa ſuſcipiet. *Pſ.43.25*

2. Nam ut Guerricus Abbas de humilitate optimè ſcribit: *Humilitas eſt omnium radix, & ſeminarium, & fomes ac incentivum virtutum, & ipſa cumulus, & faſtigium cuſtodia & diſciplina; ab ipſa incipiunt, per ipſam proficiunt, in ipſa conſummantur.* *Guerr. Abb. de Parab. filii prod.*

3. Quantò radices arboris alicujus profundius ſub terra ſepultæ & reconditæ fuerint, tantò copioſius in arborem, humorem influent vitalem: detectæ verò radices faciunt ut arbores exſiccationis periculum incurrant: ita quoque quantò magis virtutes, dona, gratiæ, & opera bona ab oculis & applauſibus humanis occultantur, tantò aptiores erunt homines ad cœli beatitudines conſequendas: *Simile eſt regnum cœlorum theſauro,* ſed *in agro abſcondito*; unde ſanctus Iſidorus *Cælum à cælando* dici aſſerit. Iſaiæ 24. verſ. 16. *Secretum meum mihi.* Arbor in trunco difformis eſt & rudis, aſpero & hiſpido cingitur cortice, & tamen intus medullam habet, quæ tenera eſt, & delicata, quæ in omnes ſe arboris partes univerſim inſinuat, atque foliis viriditatem, colores vivaces floribus, fructibus ſaporem impertitur: eodem modo in homine, ſpirituali vitæ dedito, foris apparet pallor in vultu, auſteritas in vita exteriori, ſacco amictus, fune groſſo cingitur, nudis incedit pedibus, vivit abſtinenter, continuiſque ſe exercet rigoribus: interius verò laborat in ipſo divinæ gratiæ, ſerenitate gaudet bonæ conſcientiæ, vireſcit in corde ipſius ſpes æternæ retributionis, bona in eo florent propoſita, maturantur in ipſo Chriſtianarum fructus virtutum; per hujus quoque myſticæ arboris radicem intelligere poſſumus fidem, per truncum ſpem, per ramos in varias ſeſe partes protendentes, charitatem, quia ut ait Apoſtolus: *Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur,* &c. Per medullam intelligi poteſt recta intentio, per exteriorem corticem virtuoſa converſatio, actiones bene ordinatæ per folia, per flores bonum nomen, & fama bona, per fructus denique bona conſcientia. Ex unica duntaxat, radice humor tranſmittitur ad varios eidem inſertos ſurculos, qui varios producunt fructus juxta diverſitatem ſurculorum inſitorum; ita quoque charitas, quæ unica & ſola eſt inſtar radicis, intus in anima noſtra ad varios extenditur effectus virtutum. *Matth. 13. 44. Iſa. 24. 16.* *1. Cor. 13. 4.*

4. *Fructus autem ſpiritûs, charitas, gaudium, pax,* &c. Arbor non producit fructus ad propriam utilitatem, ſed pro aliis; nec illos ſibi retinet, ſed agricolæ ſuo liberaliter exhibet; & præter fructus, ipſum quoque ignorum ſuorum, ad ignis nutrimentum, participem efficit: hunc eundem effectum in bonis arboribus experimur, id eſt, in ſervis Dei, verâ charitate accenſis: *Charitas non quærit quæ ſua ſunt*; quidquid enim habent, & quidquid operantur, in boni communis utilitatem ſemper cedit, ac demum de omni opere ſuo gloriam Deo referunt. Arbor eadem cum tolerantia expoſita manet benignis temporum influentiis, qua tempeſtatibus, glaciei, pluviæ, aliiſque injuriis aëris: ita quoq; homo juſtus cum eadem ad divinam voluntatem conformitate excipere debet adverſa, qua proſpera, cúmq, eadem animi ſerenitate recipere debet contumelias, qua honores; infirmitates, qua ſanitatem; paupertatem qua divitias: *non contriſtabit juſtum quidquid acciderit ei.* Arbor ne ſterilis evadat cultura opus eſt, debentque ei amputari omnes illius rami exareſcentes, ac demum *Gal. 5. 22.* *1. Cor. 13. 5.* *Prov. 12. 21.*

rigari

rigari debet de tempore in tempus, ita quoque anima ad perfectionem contendens, continuâ indiget in virtutibus & in ſpiritu culturâ, patienterque ſuſtinere debet, ut mortificationis ferro ab ea reſecentur omnes affectus & appetitus inordinati, qui ab hac noſtra natura corrupta & depravata aliàs continuò pollulant, quia aliàs periculum eſſet, ne arbor ad nihil aliud utilis eſſet, quàm ut ligni inſtar in igne infernali perpetuò arderet, rigari quoque debet per bonorum æternorum meditationem, per librorum ſacrorum lecturam, perque veræ cujuſdam pœnitentiæ lachrymas, & amarum planctum.

5. Enimverò qualis hujus arboris bonitas eſſe debeat, ex ſupradicto Pſalmi loco facilè poteſt deduci; ibi namque dicitur: *Lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium ejus non defluet.* Pſ. 1. 3. Arbores enim juxta aquas plantatæ præ cunctis aliis faciliùs creſcunt, & eriguntur in altum, profundioreſque agunt radices, ideoque ſunt ſtabiliores; porrò propinquitas aquarum eſt frequentia ſanctiſſimorum Sacramentorum, hæc enim animas ſtabiliores efficit in virtutibus, fortioreſque reddit ad reſiſtendum cuivis vento tentationis, ac demum cœleſtia nobis deſideria imprimunt & affectus. *Fructum dabit. Fructum*, inquam, ait Hugo Cardinalis, *non verò ſolum germen cogitationis, aut florem propoſiti, aut folia verborum*; Hug. Card. ibid. neque enim bona voluntas, aut recta intentio ſufficit, quando ei ſimul correſpondere poſſumus bonis operibus. Notandum quoque, quòd Pſalmiſta dicat: *Fructum ſuum, in ſe ſcilicet*, ut idem Hugo ait, *non verò tantùm in aliis.* Matt. 16. 27. *Quid proderit homini, ſi mundum univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Prius enim homo applicare ſe debet ſaluti ſuæ, & poſtea ſtudere debet ſaluti alienæ. Præterea dicit: *Fructum ſuum*, quia quælibet arbor fructus producere debet, ſpeciei ſuæ correſpondentes; ſcilicet malogranatus malogranatos, ficus ficus, nux nuces. ad inſinuandum per hoc nobis, quòd quilibet propriâ vocatione debeat eſſe contentus, in quam Deus illum in hac vita collocavit, & ſecundùm illam intra ſphætæ ſuæ limites Chriſtianè operari; artifex mechanicus non debet vivere inſtar nobilis, ſæcularis non ut religioſus, nec econtrà: ſed hic vivere debet clauſtraliter, conjugatus intentus eſſe debet gubernandæ ſuæ familiæ, miles arti militari: cuilibet enim prædictorum cœleſtis ille agricola in ſuo ſtatu de mediis providit, quibuſcum æternæ vitæ fructus copiosè producere poſſit: *Quis eſt homo qui timet Dominum? legem ſtatuit in via quam elegit*; Pſ. 24. 12. in cunctis operibus timor Dei præcedat, moxque in omni vocatione videbitur abundantia operum ſanctorum: *Anima ejus in bonis demorabitur, ſemen ejus hæreditabit terram.* Ibi. v. 13.

6. Sanctus Bernardus obſervat, quòd hypocritæ non proferant fructum ſuum, quia tametſi quòd exteriorem apparentiam virtuosè operentur, illud tamen opus non eſt fructus, quia radix vitiata eſt, id eſt, intentio eſt perverſa, & hæc eſt, quæ operibus noſtris bonitatem ac meritum tribuit. *Dabit tempore ſuo. Tempus unuſcujuſque ad operandum*, inquit Hugo Cardinalis, *eſt præſens vita.* Hugo Card. ibid. *Joan. 9. Me oportet operari donec dies eſt, venit nox quando nemo poteſt operari.* Joan. 9. 4. *Dum tempus habemus*, inquit Apoſtolus, *operemur bonum.* Gal. 6. 10. Eſt nihilominus inter arborem & nos hæc differentia, quòd illæ certo tantùm anni tempore fructum reddant, non autem ſemper, nobis autem neceſſum eſt, ut per totum vitæ decurſum bene operemur, & fructum faciamus, fieri enim poteſt, quòd cœleſtis agricola veniat, & fructus à nobis requirat, quos ſi non invenerit, maledicet nobis, prout fecit arbori ficûs; & tametſi, ut Evangeliſta bene notat, tempus fructus producendi tunc non adeſſet, nihilominus illi maledixit, quia arbor illa hominis figura erat qui quovis tempore, & in quacunque ætate fructificare debet in vitam æternam. Arbor quantumvis à ferro ſuccidatur, puretur, & ſtercoretur, ideo tamen fructus proferre non deſinit, imò tantò copioſiores ſolet fructus adferre; ita quoque homo, quando vel maximè proſcinditur contumeliis, petitur opprobriis, tunc illi tempus adeſt aptiſſimum ad proferendum patientiæ, charitatis, manſuetudinis & humilitatis fructum: dum menſæ accumbimus, tempus eſt, ut ſobrii ſimus

S. Bern. de S. Bened.

ſimus ; quando conſpicitur neceſſitas & egeſtas proximi, tunc tempus eſt exhibendæ eidem compaſſionis ; in proſperitatibus tempus eſt temperantiæ ; in tribulationibus patientiæ ; in neceſſitatibus extremis firmæ & conſtantis in Deum fiduciæ : *Et ſic de ſingulis. Et folium ejus non defluet* : Alii legunt: *Non decidet* ; quia fructus, id eſt, bona opera, merita, imò etiam folia, per quæ intelligi poſſunt bona deſideria, non perdentur, ſed colligentur in cœli penuario : *Capillus de capite veſtro non peribit.*

Luc.21. 18.

7. S. Bonaventura ait : *Bonus fructus, bona vita ; fructûs autem bonitas probatur utilitate, multiplicatate, delectabilitate, durabilitate ; utilitas in retributione, multiplicitas in operatione ; delectabilitas in devotione, durabilitas in conſummatione & perſeverantia.*

S. Bonav. ſer. 3. in hac Dom.

8. Notandum eſt, hæc verba ab eo dicta eſſe, qui de ſemetipſo ait : *Pater meus agricola eſt* ; ad proinde advertendum eſt, quòd non dixerit in numero ſingulari : *Sic omnis arbor bona bonum fructum facit*, ſed in numero plurali, *bonos fructus*. Quæ ponderatio ab eodem ſancto Bonaventura facta fuit, quia textum illum Evangelicum. *In hoc clarificatus eſt Pater meus, ut fructum plurimum afferatis*, exponens dicit : *Parum curaret de arbore, quæ non afferret niſi duo vel tria poma : ſimiliter de agro non ferrente niſi duo vel tria grana : ſic & tu niſi vis contemni à Deo, non paucos, ſed multos bonorum operum fructus ferre debes : In omni bono opere fructificantes.*

Joan. 15. 1.

Mat. 7. 17.

Joan. 15. 8.

Coloſſ. 1. 10.

Mala autem arbor malos fructus facit.

9. Una ex præcipuis cauſis, cur arbor fructus vermiculoſos producat, aut putridos, eſt quia radix ejus infecta eſt ; eodem modo cauſa, cur omnia opera hominis ficti, hypocritæ & impii, apud Deum abominabilia ſint, ab eoque reiciantur, eſt, quia intentio, quacum illa fiunt, tametſi apparenter recta & Chriſtiana ſit, revera tamen fraudulenta, ficta, & perverſa eſt. S. Auguſtinus ait : *Non valde attendas quia homo facit, ſed quid, cùm facit, aſpiciat* ; hypocrita quidem bona facit, ſed ut alios decipiat, ut famam, & æſtimationem, & applauſum mundi ſibi comparet, ut ab hominibus colatur & veneretur, tanquam homo magnâ ſanctitate conſpicuus, non reſpicit ad Deum, nec ad divinum illius ſervitium, multò minus ad propriam animæ ſalutem. De Salamandra naturaliſtæ ſcribunt, quòd ſi veneno ſuo radicem contigerit arboris alicujus, omnes illius fructus perdat & deſtruat, omnemque foliis & floribus vigorem adimat : eadem eſt ſerpentis infernalis aſtutia, qua radicem intoxicare, id eſt, depravare intentionem nititur, hoc enim ſi præſtiterit, omnia ſe hominis merita depravaſſe novit ; nam ut S. Gregorius teſtatur : *Cum perverſa eſt intentio, quæ præcedit, pravum eſt omne opus quod ſequitur, quamvis rectum eſſe videatur.*

S. Greg. l. 1. Dial. c. 14.

Verſus 18.

Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere.

Non poteſt arbor mala bonos fructus facere.

1. Et tamen hoc non obſtante, experientia ſæpe docet, quòd etiam viri ſancti, imò etiam ſanctiſſimi, lapſi aliquando fuerint ; ſed ut ait Janſenius : *Facilis eſt reſponſio, per arborem bonam voluntas bona eſt intelligenda : per arborem mala voluntas mala, jam manifeſtum eſt, bonam hominis voluntatem mala non facere, nec contra malam voluntatem bona facere.* Arbor enim bona, ut Rabanus à Gloſſa & Hugone Cardinale citatus ait, idem eſt quod *voluntas bona*. Sanctus Hieronymus ſuper Iſaiam hunc textum commentans ait : *Non refert ad naturæ proprietatem, ut hæretici volunt, ſed ad mentis arbitrium. Denique infertur : Aut facite arborem bonam, & fructus ejus bonos ; ex quo perſpicuum eſt, unumquemque propriâ voluntate facere animæ ſuæ bonam vel malam arborem, cujus fructus varii ſunt.*

Janſ. Rabanus cit. S. Hier. in c. 35. Iſa.

2. Dionyſius Carthuſianus ait : *Non poteſt arbor bona, in quantum bona, malos fructus facere, ſic nec homo virtuoſus, ut talis, non poteſt facere opera mala, poteſt tamen ma-*

Dion. Cart.

Theoph. *lus fieri, & peccare.* Theophylactus rationem reddit, cur Chriſtus hominem arbori comparet: *Arbori confert hominem*, inquit, *eò quòd poteſt à ſterili peccato in virtutem inſeri.*

S. Hier. hic. Sanctus Hieronymus in exemplum Moyſen adducit ad aquas còntradictionis peccantem, Davidem adulterum, Petrum perjurium qui omnes arbores bonæ erant: E contra verò Jethro idololatra arbor mala erat, & tamen genero ſuo bona conſilia ſuggeſſit. Archior princeps Ammonitarum caulam populi electi apud Holofernem defendit; ſic quoque Judas al quo tempore virtuosè vixiſſe creditur: at verò idem ſanctus Hieronymus poſtea ad perſecutorem Eccleſiæ Saulem deveniens, ejuſque mutationem conſiderans, dicit: *Saulem, arborem malam eo tempore, quo perſequebatur Eccleſiam Chriſti, feciſſe poſtea fructus bonos, quando in vas electionis de perſecutore translatus eſt.* Unde concludit: *Tamdiu ergo bona arbor fructus non facit malos, quamdiu in bonitatis ſtudio perſeverat, & mala arbor tamdiu manet in fructibus peccatorum, quamdiu ad pœnitentiam non convertitur.*

S. Anſel. S. Anſelmus quoque in eadem eſt opinione, quòd ſcilicet per hanc arborem, ſive bonam ſive malam, intelligi debeat bona vel mala voluntas: *Per arborem malam mala voluntas, per bonam bona voluntas intelligitur; de mala ergo voluntate nunquam bona actio procedit.*

Author Imp. hom. 19. 3. Author Imperfecti reflexionem quandam habet, per quam hæc verba magis perſpicuè declarat: *Non dixit*, inquit, *arbor mala non poteſt fieri bona, neque arbor bona, mala; ſed malus non poteſt facere fructus bonos; id eſt, quamdiu malus eſt; ſi verò factus fuerit bonus, poteſt, ut unuſquiſque quod malus eſt, aut bonus, voluntatis ejus ſit, non naturæ.*

Dion. Cart. 4. Dionyſius Carthuſianus duas haſce propoſitiones, veras eſſe dicit *in ſenſu compoſito, non diviſo*; ſiquidem quamdiu anima aliqua in gratia & amicitia Dei conſiſtit, non poteſt facere opera demeritoria: pariter qui eſt in ſtatu peccati per aliquod tempus, non poteſt ſibi comparare meritum vitæ æternæ. Idem Author Imperfecti dicit: *Servus Dei non poteſt facere malum; & ſi videtur tibi, quòd aliquando malè fecerit, conſidera cautè ipſum malum ejus, & invenies eum ab intus eſſe bonum; nam eo propoſito bono, etiam quod videtur malum, bonum eſt, quia propoſitum bonum malum opus excuſat*; datque evidens exemplum in Moyſe, qui Ægyptio illi mortem intulit, verùm finis illius non fuit propriæ injuriæ compenſatio, ſed zelus vindicandi injurias, populo Dei ab injuſtis perſecutoribus illatas. De Jacob quoque legitur, quòd aliud linguâ protulerit, aliud verò ſenſerit in corde, quando ad Eſau faciem ejus ſibi vultui Dei ſimilem videri dixit: *Non ut eum deciperet, ſed ut eum compeſceret.*

Neque arbor mala bonos fructus facit.

5. Tametſi multa opera ex iis, quibus ſe hypocritæ impendunt, oculis noſtris bona eſſe appareant, revera tamen talia non ſunt. Unde Cajetanus ait: *Ideo Jeſus hoc dixit, ut intelligamus, quòd quæcunque opera bona ex ſuo genere, quæ procedunt à mala voluntate falſorum Prophetarum, non ſunt fructus boni, ſed mali, ita quod intelligamus etiam ipſa veſtimenta ovium, ſub quibus ſe occultant, fructus eſſe malos.* *Cajet.* Ex illo quoque Apoſtoli textu 1. ad Cor. 13. evidenter deducitur, unumquodque opus, quantumvis id ſanctum ſit, niſi à charitate informetur, invalidum eſſe. Porrò obſervandum eſt, quòd Chriſtus in numero plurali dicat: *Fructus*, quia tametſi nonnunquam multa opera apparenter virtuoſa faciant, attamen qui omnia bene conſiderat, in aliquibus illorum hypocriſis apparebit & dolus. Author Imperfecti ad diſcernendum ipſorum operationes, ſequens nobis tradit monitum; dicit enim: *Etſi videtur tibi facere bonum, conſidera cautè ipſum bonum, & invenies illud ab intus eſſe malum, nam quod ex propoſito malo fit, etiam bonum, malum eſt; nam bonum opus malum propoſitum non excuſat, malum autem propoſitum bonum opus condemnat.* *Author Imp. hom. 19.*

Verſus

Verſus 19.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

1. Hîce verbis Chriſtus falſis Prophetis, & omnibus reprobis duplicem pœnam comminatur; damni ſcilicet, per ly *excidetur*, quia ſicut arbor præciſa aut amputata, eo ipſo privata eſt vitâ vegetativâ ita reprobos à vita æterna in perpetuum proſcribit & exulat; pœna verò ſenſûs denotatur per verba ſequentia: *Et in ignem mittetur.* Unde Hugo Chryſoſtomi auctoritatem adducens, inquit: *Duæ ſunt pœnæ: excidi, & in ignem mitti; qui enim comburitur, etiam à regno excidituꝛ; multi gehennam horrent, ego verò caſum illius gloriæ multò majorem gehennâ pœnam eſſe ajo: Intolerabilis eſt gehenna, verùm etiam mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicit, quale eſt à beata illa gloria excidere, & odio Chriſti haberi.* Chryſ. ab Hugo cit.

2. Oſervanda hîc eſt cauſa, cur ferrum hujus arboris radici intimet, ut ligna cædat: *Quæ non facit fructum.* Porrò illi qui otioſi, negligentes, & in ſervitio Dei, nec non in arduiſſimo propriæ ſalutis negotio deſides ſunt, huic comminationi præ cunctis aliis maximè ſubjecti exiſtunt. Sanctus Bonaventura ait: *Illa arbor eſt origo mali operis, quæ eſt infœcunda*, adducitque id, quod Lucæ cap. 13. de illo, qui arborem ficûs ſterilem habebat, ſcribitur: *Per arborem illam poteſt intelligi, qui in operibus virtutis non ſe exercet, cui minatur Dominus ſuccidionem; ſuccide ergo illam, ut quid terram occupat?* Gloſſa ab eodem Seraphico Doctore citata, ſuper hæc jam dicta verba ita commentatur: *Terram occupat, qui locum quem tenet, bonis operibus non exercet, & exemplo pravitatis præſtat impedimentum cæteris, ne calore Solis tabeſcant.* S. Bonav ſer. 1. in Dom. 7.

3. Conſiderabilis quoque eſt hæc dictio: *Omnis arbor*, id eſt, ut Hugo Cardinalis ait, *Sine acceptione perſonarum.* Etenim Reges, qui multos in ſui defenſionem enumerant ferro armatos exercitus, hoc ferrum ſive ſecurim, quocunque etiam adhibito conatu arcere non poterunt, imò *Potentes potenter tormenta patientur.* Hugo C.

4. In Græco legitur in tempore præſenti, *exciditur*, ad denotandum, quòd reprobus alìquis in ira & indignatione conſtitutus, de facto *ſecundum præſentem juſtitiam*, uno pede cenſeatur infernum ingreſſus, mortemque non ſolùm corporalem, verùm etiam æternam, ſupra ſe ex tenuiſſimo quodam filo ſuſpenſam habeat, idque tantò magis verum eſt, quòd veriſſimum ſit, quòd *ſtimulus mortis peccatum eſt*, ac proinde ſanctiſſimus Chriſti præcurſor in deſertis Judææ voce quâdam & ſpiritu Apoſtolico clamabat: *Facite fructum dignum pœnitentiæ, jam enim ſecuris ad radicem bonorum poſita eſt? omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Ubi Hugo Cardinalis ait: *Securis eſt ſeveritas judiciaria, arbor eſt homo cujuſcunque conditionis, ſive religioſus, ſive ſecularis, ſive prælatus, ſive ſubditus; radix arboris vita hominis: ſecuris ergo eſt ad radicem poſita, quia ſententia judicis ad exturpandos infructuoſos funditus eſt præparata.* 1. Cor. 15. 56. Mat. 3. 8. & 10. Hugo Card. ibid.

5. Obſervandum quoque eſt, quòd increata illa Sapientia in Evangelio præſenti eâdem utatur phraſi, qua præcurſor ejus uſus fuerat, idque non ſine myſterio; num enim Salvatori noſtro alìi modi loquendi non ſuppetebant, idem documentum, eandemque comminationem nobis, aliis diffèrentibus verbis intimare aut inculcare poſſet? Hugo Cardinalis ait: *Hic ſugillantur prædicatores, qui dicta aliorum dedignantur dicere*; nimirum vult authenticare & ratificare hanc propoſitionem, & ideo illam, utpote in qua maximum momentum poſitum eſt, iiſdem ferè verbis repetit, ad inculcandum fidelibus ſuis tantò fortius ſtatum illum prorſus miſerabilem, in quo poſiti ſunt, qui extra Dei ſunt gratiam conſtituti: *Securis ad radicem arboris poſita eſt; excidetur, & in ignem mittitur.* Hugo C. Mat. 3. 10.

6. Conſiderandum quoque eſt, quòd abſolutè dicat: *Excidetur*, nullâ factâ mentione, quâ ferrum iſtud vibrabitur, non dicit, quòd ipſe exſcindet, quia *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum*; nos potius ſumus nobismetipſis inſtrumenta mortis non ſolùm temporalis, ſed Sap. 1. 13.

etiam æternæ : *Impii manibus & verbis accerſiverunt illam*, ſiquidem per ſenſualitatem, crapulas, rixas, alioſque exceſſus & delicta execrabilia, nobis ignem infernalem adſciſcimus, mortemque & juſtitiam non ſolùm divinam, ſed etiam nonnunquam humanam accelleramus.

7. *Excidetur*, inquit, in tempore futuro ; unde colligi poſſe videtur, quòd adhuc multum tempus reliquum ſit, donec hoc fiat, adeoque non opus ſit tantopere accelerare ad reddendum fructum, & faciendam pœnitentiam ; ſed decipitur quiſquis id ſibi verum eſſe perſuadet, quod verum eſſe patebit, ſi modum, quo ligna vel arbores cædi ſolent ; diligentius conſideremus ; dum igitur arbor aliqua cæditur, & in terram proſternitur, vel hoc fit, ut ex cæſa arbore trabes fiant, vel tabulæ in labores ſcriniariorum adhibendæ, vel ut ligna arboris cæſæ igni faciendo & nutriendo deſerviant. In primo caſu multæ haberi ſolent conſiderationes, nimirum ut lignum ſub ſtatu bonæ lunæ cæduum fiat, ut ſit rectum, ſolidum, miniméque carie aliquâ affectum : at verò ſi lignum igni tantùm ſervire debeat, quovis tempore id cædere licet, nec ullus ad prædictas conditiones habetur reſpectus : ſimili modo is, qui pro ædificio ſupremæ Jeruſalem in mente Dei deſtinatus eſt, ſive arbor illa, quæ in paradiſum cœleſtem aliquando transplantanda erit, magna cum circumſpectione à ſapientiſſimo illo totius mundi architecto cæditur, illa namque errare neſcia cœli providentia attendit, ut id non fiat, niſi in luna propriorum meritorum plena, ut nullus talis ſit peccati cariei obnoxius, ut fiat in tempore, quo talis conſtitutus eſt in divina gratia, & quando vel maximè onuſtus & plenus fructibus. *Lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & omnia quæcunque faciet, proſperabuntur.* Non verò idem fiet ſeu obſervabitur quoad reprobos, qui deſtinati ſunt ad flammas infernales : *Non ſic impii, non ſic, ſed tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.*

Pſ. 1. 3.

Pſ. 1. 4.

8 Poteſt quoque hoc loco alia fieri reflectio, nimirum quod aliquæ arbores cædantur non ut deſtruatur, ſed ut radici propinquius jungantur, vel ut inſerantur trunco, alieno, vel ut transplantentur ; quando verò radix ſimul amputatur, ſignum eſt, quòd tunc penitus extirpanda ſit, & tunc nulla ſupereſt ſpes ſive repullulandi, aut germinandi aut fructificandi. Et hæc eſt miſerrima illa reproborum conditio, qui poſtquam à ferro ſeu falce mortis præciſi ſunt, nullum ampliùs ſupereſt illos reparandi, aut in integrum reſtituendi remedium, nec ulla per totam æternitatem ſpes illis ſupereſt, ut redire poſſint ad ſtatum, in quo opera bona & pœnitentiam facere queant. *In ignem mittetur ; & in inferno nulla eſt redemptio. O lignum aridum*, exclamat S. Anſelmus, *& inutile, æternis ignibus dignum ! quid reſpondebis in illa die, cùm exigitur à te uſque ad ictum oculi, omne tempus vivendi tibi impenſum, qualiter fuit impenſum ?*

Joan. 15. 6.

S. Anſel. citat. à S. Bonav. ſer. 1. de Nativ. Chriſti.

9. Hugo Cardinalis ait : *Excidetur de numero filiorum, inter quos computatur in Eccleſia militante, in qua non eſt merito, ſed numero ; jam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt ; excidetur per excommunicationem, per mortem, per judicii examinationem.*

Hugo Card.

Verſus 20.

Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

1. Lucas Burgenſis ait : *Nam præter illationem, etiam confirmandi vim particula iſta habere videtur, id quod Euthymius docet, ut ne quis exciſionem, quæ frequenter haud conſpicua oculis eſt, ſigni loco datam intelligeret, repetit ſignum illud, quod dederat, vultque in eo perſiſti.* Etenim clariſſimum & indubitatum ſignum, unde horum hypocritarum dignoſci falſitas poteſt, eſt examinare opera eorum, quia nunquam adeò bene diſſimulare aut fingere poterunt, quin ſemper quales revera ſint, agnoſcatur.

Lucas Burg.

Verſus

Verſus 21.

Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.

Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum.

S. Anſel. 1. Quaſi diceret, inquit S. Anſelmus: *Ideo dico, quod à fructibus cognoſcendos eos, quia in verbis non ſemper cognoſcuntur homines, quia non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine,* &c. Hinc autem ſententiæ Chriſti, idem ſanctus Pater textum illum opponit Joëlis Prophetæ dicentis: *Omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit*; nec non textum ſequentem Apoſtoli, ſcilicet: *Nemo poteſt dicere Dominus Jeſus, niſi in Spiritu ſancto.* Reſpondet autem: *illud invocare, atque illud dicere non verbotenus accipiendum eſt, ſed ponderoſius intelligendum, juxta illud Pſalmiſtæ: Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate, verè invocat Dominum, qui facit ſe idoneum ſervum.*

Joel. 2. 32. *1. Cor. 12. 3.* *Pſ. 144. 18.*

Alb. M. 2. Albertus Magnus aliquas exponit conditiones, ad hoc requiſitas, ut quis Deum noſtrum dignè invocare poſſit: *Conficitur ex tribus,* inquit, *perfecta invocatio: ex devotione, ex fide cordis & confeſſione oris, & operis atteſtatione, & tunc perfecta eſt invocatio, aliter eſt mendax,* adducitque verba illa Pſalmi 77. *Dilexerunt eum in ore ſuo, & in lingua ſua mentiti ſunt ei, cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento ejus.*

Pſ. 77. 36.

S. Hilar. ibid. 3. S. Hilarius ſimiliter dicit: *Regnum cœlorum ſola verborum officia non obtineat, neque qui dixerit: Domine, Domine, hæres illius erit, quid enim eſt meriti Domino, dicere: Domine? nunquid Dominus erit, niſi fuerit dictus à nobis? Et quæ officii ſanctitas eſt, nominis nuncupatio, cùm cœleſtis regni iter, obedientia potiùs voluntatis Dei, non nuncupatio repertura ſit?*

S. Thom. à V. Il. Nov. conc. 3. corp. Chriſti. 4. S. Thomas de Villa Nova in quadam concione ſua de vanitate nonnullorum, qui devotis affectuoſisque verbis ſe totaliter Deo deditos eſſe profitentur, cùm tamen cor illorum ab eo ſit alieniſſimum: *Videns rimos in oratione jactantes: Deus meus, amor meus bonum meum, dulcedo mea, gloria mea, ſi adeſt, ſpiritus, verum dicis, aliàs ſine dubio mentiris, & veritas non eſt in te? nam Deus tuus venter eſt, & deſiderium tuum pecunia, aut honor tuus, aut libido, aut quodvis aliud temporale lucrum.*

S. Hier. ibid. 5. S. Hieronymus ait: *Ne his quidem accommodandam fidem, qui cum polleant integritate fidei, turpiter vivunt, & doctrinæ integritatem malis operibus deſtruunt, utrumque enim Dei ſervis neceſſarium eſt, ut & opus ſermone, & ſermo operibus comprobetur.* Theophylactus quoque una cum fide operum exercitium neceſſarium eſſe dicit: *Docet autem,* inquit, *nos ſi fidem abſque operibus habuerimus, nihil nobis eam perfuturam.* Quòd nos Chriſtiani nomine inſigniti ſimus, ſeveriſſimi ſupplicii inſtrumentum nobis erit, niſi conſequenter ad nomen operati fuerimus: *Nihil ſanè profuerit honorifica compellatio, ſi deſit debita obedientia, imò potius condemnabit, cùm arguat aut hypocriſim: aut infidelem ſervum, qui ore Dominum confiteatur, factis autem neget.* S. Gregorius in ſuis Moralibus idem nobis montum inſinuat, dum ait: *Quia enim nonnulli confitendo fideles ſunt, non vivendo, hinc eſt quòd voce Veritatis dicitur: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum;* rurſum ait: *Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Hinc Paulus ait: *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Cajetanus quoque verba hæc de illis exponit, qui nomine tantùm, non verò moribus Chriſtiani ſunt: *A ſi apertè dicat: Non omnis, qui profitetur integrè fidem meam, quantumcunque ſerveat exteriori cultu colendo me, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui fecerit voluntatem Patris mei.* In ſæculo illo, in quo Tertullianus vixit, gentiles Chriſtianis exprobrare ſolebant, quòd eſſent homines parci ſermonis, & tacturni, quibus tamen vetuſtus hic Pater mirabiliter reſponder, dicens: *Etſi eloquium quieſcat, ipſe habitus ſonat*, nimirum fidei ſuæ profeſſionem per modeſtiam, humilitatem, exemplarem vitam, morumq; integritatem, non verò per nomen nudum aut famam proteſtabantur; & hæ virtutes paganos longè efficacius ad

S. Greg. l. 33. Mor. c. 7. *Tit. 1. 16* *Cajetan* *Tertull. l. de pal. lio, c. 6.*

gremium perducebant Eccleſiæ, quàm verba ab ipſis prolata, ac proinde D. Chryſoſtomus ait : *Propterea ne gentiles fidem his, quæ à nobis dicuntur, accommodent, de actibus enim, non de ſermonibus noſtris futurorum volunt habere documentum.*

Chryſ. hom. 12. in Matth.

Gloſſa. 6. Gloſſa ait: *Licèt dicant: Domine, Domine, non continuò ſunt credendi, hoc autem dicunt, ut à nobis recipiantur; verè dicere: Dominus Jeſus, eſt in corde credere, ore confiteri, operibus atteſtari; nam unum ſine altero, negare eſt.*

7. Poteſt quoque hoc loco alia circa eadem verba inſtitui obſervatio, eaque utiliſſima, ad eliminandum multorum Chriſtianorum errorem, qui nimirum in exterioribus quibusdam devotionibus conſiſti, eam quæ magis neceſſaria & utilis eſt, negligunt, ſcilicet exactam divinorum præceptorum obſervantiam; multi enim bonitatem & ſalutem ſuam ſpiritualem repoſitam habent in recitandis ſpiritualibus officiis & roſariis, aut aliis precibus devotis, in jejuniis, aliſque operibus ſimilibus, absque eo, quòd ad omnium præceptorum Decalogi adimpletionem oculum ſuum dirigant; quot etenim ſunt, qui in peccatis & malâ vitâ, quam agunt, in certis quibusdam confidunt devotionibus, quas ad ſanctos Advocatos ſuos habent, non intelligendo, quòd non illis, ſed ſoli divinæ legis obſervantiæ promiſſa ſit æterna noſtra ſalus! *Hæc enim eſt charitas* 1. Joan. 5. 3. *Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus.* De populis Jabes Galaad legimus quòd à Naas Ammonite petierint: *Habeto nos fœderatos, & ſerviemus tibi*; ſed quodnam ab eo retulêre 1. Reg. 11. 1. reſponſum? *In hoc*, inquit, *feriam vobiſcum* 1. Reg. 11. 2. *fœdus, ut eruam omnium veſtrum oculos dextros*; hoc enim modo ſibi viam faciebat, ad faciendam in illis maximam ſtragem; eo ipſo namque, quo dextrum unicuique oculum eruiſſet ipſe in tenebris, ut dicitur, pugnaſſet, quia in prælio oculus dexter fuiſſet erutus, ſiniſter verò ſcuto manſiſſet contectus. S. Petrus Damiani per hunc Naasinimicum intelligi infernalem, cui multi ſponte propriâ ſubjiciuntur; dæmoni namque ſufficit, quòd nobis unicus tantùm remaneat oculus, ſcilicet ſiniſter: *Quia ſæpe malignus hoſtis conſentienti tibi, cuilibet reprobo homini, potiorem partem ſanctitatis ac lucidi operis, minorem verò artificioſâ quadam ſuæ calliditatis induſtriâ derelinquit, ut in eo quod tollitur, ſit occaſio damnationis, in eo quod remanet, de ſpe fiduciæ præſumatur, ut peccator ad pœnitentiam non recurrat.* Oculus dexter eſt divinæ legis adimpletio, in virtute cujus ad dexteram collocabimur: oculus ſiniſter externas denotat devotiones, jejunia ſcilicet diſciplinas, roſaria, vota certis quibusdam Sanctis & B. Virgini facta; per hæc namque multi ſe, licèt in peccatis habituatis perſeverent, tandem in fine vitæ ad pœnitentiam reducendos eſſe exiſtimant, ſed turpiter ſe deluſos & deceptos eſſe finaliter deprehendent, quia *in eo quod tollitur eſt occaſio damnationis.* Lamentabatur olim populus Dei Iſa. 58. 3. electus dicens: *Quare jejunavimus, & non aſpexiſti? humiliavimus animas noſtras, & neſciſti?* Enimverò ſat multos invenietis, qui omni Sabbatho in honorem Deiparæ Virginis in pane & aqua jejunant, alios qui Reſponſoria de S. Antonio de Padua quotidie recitant, alios qui hoſpitalia & oratoria aſſiduè frequentant, alii denique, qui peregrinationibus perpetuò vacant, & tamen ſe non experiri, quòd hæc omnia Deo accepta ſint, aut aliquem iis fructum pariant, lamentantur; vultis hujus rei veram cauſam noſſe? Deus ipſe reſpondet: *Ecce in die jejunii veſtri invenietur voluntas veſtra.* In præſenti Evangelio Chriſtus ſatis declarat, quòd primo loco & ante omnia deſideret, ut voluntatem æterni Patris ſui adimpleamus, in quo obſervantia divinæ legis conſiſtit: *In lege Domini voluntas ejus.* In miſe- Pſ. 1. 2. rabili illa Samariæ obſidione, in qua matres, fame cogente, eò redactæ ſunt, ut filios ſuosmet comederent, à toto populo Rex viſus eſt indutus cilicio: *Vidit que omnis po-* 4. Reg. 6. 30. *pulus cilicium, quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus. Et ait Rex: Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi ſteterit caput Eliſei ſuper ipſum hodie*; en eodemmet tempore, quo caro ſacrilegi hujus Regis cingebatur cilicio ſimul etiam jurat ſe occiſurum ſanctiſſimum illum optiméque meritum Prophetam qui in populo Iſrael erat; hæc eſt indoles & ſtylus multorum, qui *veniunt ad vos in* Matt. 7. *veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi* 15. *rapa-*

rapaces ; quot ſunt qui videntur quotidie devotè coronam Domini recitantes, quotidie Miſſam audientes, verbum Dei mira cum aviditate auſcultantes, in quibus tamen, ſi familiarem eorum, quam domi gerunt, converſationem conſideraveritis, quotidie ſimul videntur abominationes, ſenſualitates, commeſſationes, audiuntur maledictiones & blaſphemiæ, implacabilia nutriri conſpiciuntur odia.

Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.

Janſen. 8. Porro in quonam divinæ voluntatis adimpletio conſiſtat, Janſenius his verbis declarat : *Voluntas Patris, quam facere debet ingreſſurus regnum cœlorum, in duobus conſiſtit, nempe in fide filii Dei, & dilectione, quæ non poteſt eſſe ſine obſervantia externa mandatorum Dei.* Et ideo dicit ſanctum Joannem hæc duo ſimul conjunxiſſe, ſcilicet amorem & charitatem erga Deum, & ſanctæ legis ſuæ obſervantiam, dum ait: *Hoc eſt mandatum ejus, ut credamus in nomine filii ejus Jeſu Chriſti, ut diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis.* Multi ſunt, qui in nonnullis operibus confidunt, eisdemque cum indefeſſa quadam applicatione dediti ſunt, abſque tamen eo, quòd præcipuè divinorum præceptorum executioni inſiſtant. Populus Iſraëliticus arcam Dei in exercitu ſuo contra Philiſthæos pugnaturus circumtulit, ſperans hanc ſibi inſtar inexpugnabilis propugnaculi adverſus inimicum futuram eſſe, utpote à qua in variis occaſionibus immenſa beneficia acceperant, multaque in ſui defenſionem experti fuerant; ſed quid ſit? Non ſolùm Iſraëlitæ miſerè fuêre diſſipati & profligati, verùm etiam inæſtimabilis ille theſaurus, in quo unicum ſuum refugium repoſitum habebant, hoſtibus miſerè ceſſit in prædam. Vultisne hujus facti ſcire myſterium? Nimirum in arca iſta tabulæ cuſtodiebantur legis illius, quam Deus quondam populo ſuo dederat, ut ejuldem eſſet punctualis & exactiſſimus executor & cuſtos; at verò quænam erat iſthæc temeraria præſumptio, qua hi Iſraëlitæ, qui hujus legis enormiſſimi transgreſſores erant, ab hoc reconditorio legis auxilium & defenſionem ſibi futuram expectare & ſperare non dubitabant? qua fronte petere à Deo poterant. Tot ab hac arca protectionis beneficium experirentur, quando ipſi eandem ſumma cum irreverentia pedibus ſuis ſubjicerant, pretioſiſſimum, quem intra ſe claudebat, theſaurum, divinam ſcilicet legem conculcando? Optimè igitur Theodoretus ait : *Cur enim legem tranſgredientes, arcam ad auxiliandum traherent, quæ legem intus habet ſuam?* Idem quoque eſt multorum Judæorum error, qui cùm, utpote divinæ ejus voluntati rebelles, mortis æternæ rei, divinarumque legum tranſgreſſores, Deum graviter offenderint, gratiam & aſſiſtentiam ejus exterioribus quibuſdam devotiunculis ſibi conciliare ſatagunt, claram hanc & prorſus evidentem à Chriſto in hodierno Evangelio prolatam proteſtationem minimè attendentes : *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui fecerit voluntatem, &c.* Dæmon nihil æquè formidat, quàm ſolam divinorum præceptorum obſervantiam, de reliquo, quodvis aliud bonum opus ab hac diſmembratum ridet, & ludibrii loco habet. Unde ſanctus Antonius diſcipulos ſuos monens, dicit : *Pertimeſcit ſatanas rectè viventium vigilas, orationes, jejunia, manſuetudinem, humilitatem*, quibus in verbis advertendum eſt, quòd priùs præmittat hæc verba: *Rectè viventium*, & poſtea jejunia, orationes, & alia pœnitentiæ opera ſubjungat.

1. Joan. 3 23.

Theod. ib.

Alb. M.

9. Albertus Magnus ait : *In illud non intrabit, niſi per obſervantiam juſtitiæ, & legum ad ipſum regnum pertinentium.* Chriſtus Magiſter dum orationem quotidianam componens, nos regnum cœlorum petere docuit his verbis *Adveniat regnum tuum*, immediatè poſt nobis quoque modum illud acquirendi præſcripſit, protinus ſubjungens hæc verba : *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra*; nam ut ſanctus Thomas ait : *Cum dicimus : Fiat voluntas tua, oramus, ut impleamus mandata Dei*, neque enim alia eſt porta, per quam adultis in cœlum aditus

Matt. 6. 10.

ibid.

S. Th. 2. 17. op. 7.

aditus conceditur, quàm per præceptorum adimpletionem: *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Venantius Fortunatus ſuper eandem petitionem ita ſcribit: *Si verò quæritur, quæ ſit voluntas Dei, habes Dei præcepta, quæ per Moyſen Dei ſunt voluntate vulgata.* Et Pſalmiſta ait: *In lege Domini voluntas ejus.* Lucas Burgenſis ait: *Voluntas hic accipi videtur pro præceptis vitæ, & morum, de quibus hactenus Salvator egerat.*

Ven. Fortun. 2. or. Dom.

Pſ. 1. 2.

Luc. Bur.

10. S. Thomas textum illum S. Joannis adducit: *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo; nemo poteſt aſcendere, niſi deſcendat ut Chriſtus;* quibus verbis nos docet quonam modo nobis ad ejus imitationem aſcendendum ſit, nimirum condeſcendendo & alterius non verò noſtram voluntatem faciendo, ideo Joan. 6. ipſemet Dei filius proteſtatur dicens: *Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me*; unde oportet facere voluntatem Dei, 1. Theſſal. 4. *Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra*; unde dicebat David: *Doce me facere voluntatem tuam.* Idem quoque Salvator noſter alibi in S. Matthæo declarat, quantum ſibi placeat, dum nos æterni Patris ſui voluntatem facimus, dicit enim: *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.*

S. Thom. hic.

Joan. 6. 38.

1. Theſſ. 4. 3.

Pſ. 142. 10.

Mat. 12. 50.

11. Author Imperfecti ait: *Quæ eſt autem voluntas Dei, ipſe Dominus docet: Hæc autem voluntas ejus, qui miſit me, ut omnis, qui videt filium hominis, & credit in eum, habeat vitam æternam*; ergo voluntatem Dei facere, *hoc eſt, credere in Chriſtum.*

hom. 19. Joan. 6. 39.

12. Theophylactus ait: *Non dicit, qui ſemel facit, ſed qui uſque ad mortem facit.*

* * *
* *
*

DOMI-

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Ex Lucæ Cap. 16.

℣. 1. *Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.* 2. *Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris villicare.* 3. *Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco.* 4. *Scio quid faciam, ut, cùm amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.* 5. *Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?* 6. *At ille dixit: Centum cados olei; dixitque illi: Accipe cautionem, & sede citò, & scribe quinquaginta.* 7. *Deinde alii dixit: Tu verò quantum debes? qui ait: Centum coros tritici; ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta.* 8. *Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, quia filii hujus sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.* 9. *Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

Versus 1.

Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidem erat dives, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.

Dicebat autem & ad discipulos suos.

Lucas. Burg.

1. ID, quod præsenti narratur Evangelio, historiam nequaquam esse asserit Lucas Burgensis dum ait: *Fingit exemplum docendi gratiâ, quo majori cum gratia doceatur, ac facilius & jucundius in auditorum animos illabatur.*

S. Bonav hic.

2. S. Bonaventura multa in hac parabola attentè ponderanda monet: *Aliquid proponitur recogitandum, aliquid refutandum, aliquid ut formidandum, aliquid ut tolerandum, aliquid ut providendum, aliquid ut imitandum, & aliquid ut commendandum.* Cajetanus quidem parabolæ confitetur claritatem & evidentiam, sed subjungit: *Applicationis per singula difficilis, si non impossibilis est.*

Cajet.

3. Idem quoque S. Bonaventura magis præcipuos hujus parabolæ fines ad tria capita reducit. Primus est, ut hanc nobis imprimat vertiatem, quòd nos omnium bonorum temporalium non domini, sed dispensatores simus: unde dies aliquando veniet, in quo ad rogoriſſimam reddendam rationem vocabimur, ac proinde hæc parabola monitos non esse voluit, ut omni cum solicitudine & fidelitate iis utamur, idque per solius beneplaciti divini directionem ad hoc tendit, ut, sicut œconomus ille se à sua administratione amovendum esse præsentiens futuris suis necessitatibus curavit prospicere, dum sibi per bona domini sui mutuatarios obstrinxit, ut in tali casu eos habere posset beneficos ita; ita quoque nos, qui tandem aliquando omnibus hisce bonis temporalibus exuendos esse scimus, sollicti esse debemus, ut de bonis nobis prospiciamus æternis, quæ facilè consequi poterimus, si per bona illa, quæ Deus in hac vita nobis

S. Bonav

contulit, liberales fuerimus erga pauperes. Tertium caput, ad quod parabola præsens dirigitur quodque cæteris difficilius esse videtur, est: *Ut intelligamus, quod si dominus, iniqui dispensatoris passus dispendia, laudat dispensatoris prudentiam, quòd adversus Dominum quidem fraudulenter, sed pro se prudenter egerit; multò magis à Domino nostro, qui & ditissimus est, & nullum damnum potest justinere, & cujus præceptum est ut pauperibus benefaciamus, laudandi sumus, si bonis ejus nostræ dispensationi commissis ab ipso, ita in nostrum commodum utamur, ut per ea nobis paremus locum in æternis mansionibus.*

4. Porrò Salvator noster populi illius Hebræi, & specialiter Pharisæorum avaritiam & cupiditatem probè noverat, ac proinde illis in hac parabola ob oculos statuere nitebatur, quidnam illis, ut salvarentur, faciendum esset; & paulò pòst eandem parabolam, per aliam de epulone conceptam corroboravit, quam nonnulli veri cujusdam eventûs, qui reipsa accidit, historiã esse existimant: *Ut intelligamus: quia Pharisæi superbi & avari sunt*, inquit Glossa, *sicut penitentibus veniam, ita egentibus pecuniam negabant, ideo Salvator nunc ad illos, nunc illis audientibus ad discipulos de pietate verba facit.* Theophylactus ait: *Dominus hoc loco vult nos docere, ut bene dispensemus creditæ nobis divitiæ.*

Glossa. Theoph.

Homo quidam erat dives.

5. *Et quis erat homo iste, nisi Christus?* inquit Theophylactus, *quis dives, nisi ipse, qui in paupertate nostra totius creaturæ divitias possidebat? Hoc Judæis sæpius inculcabat, ut intelligerent quod ineffet ei locuples deitas, cui erat humana paupertas.*

Chrysol.

6. S. Bonaventura quoque hæc verba de Deo interpretatur, dum ait: *Intelligitur Deus Dominus omnium, dives in omnes, solus dives qui habet omnia.*

S. Bonav in Luc. Rom. 10. 12.

Qui habebat villicum.

7. Syriaca legit: *Magistrum, sive perfectum domûs, nam à domo regenda œconomus nomen refert.* S. Hieronymus ait: *Œconomus non tam pecuniæ, quam frugum, & omnium, quæ Dominus possidet, dispensator est.* Arabicus legit: *Administrator.*

S. Hier. qu. 6. ad Agla.

8 Quoad sensum spiritualem alt Chrysologus *Quem, nisi hominem? cui ad colendum mundum tota fuerat commissa possessio.*

Chrysol. ibid.

9. S. Bonaventura ait: *Hujus villicus est quilibet homo, qui habet aliquid sive dignitatis, sive divitiarum ad dispensandum.* S. Ambrosius inquit: *Ex hoc ergo discimus, non ipsos esse dominos, sed potius villicos alienarum facultatum.* Theophylactus quoque hanc inde deducit consequentiam: *Cùm non exercemus dispensationem rerum ad libitum Domini, sed ad proprias illecebras commissis abutimur, criminosi villici sumus.*

S. Bonav. S. Ambr. in cat. Theophl.

Et hic diffamatus est apud illum.

10. Hic dispensator, prouti ex decursu Evangelii deducitur, circumspectus & prudens erat quoad mundum. Unde verisimile est, quòd facultates domini sui clam rapuerit, & dissipârit; veruntamen *Nihil est opertum, quod non revelabitur, & occultum, quod non sciatur.* In judicio, quod circa animam instituendum erit, *Omnia nuda & aperta erant oculis ejus, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.*

Mat. 10. 26. Heb. 4. 13. 1. Cor. 4. 5.

11. Dionysius Carthusianus ly *Diffamatus* idem significare censet, quod *Accusatus. Diffamatio ista iniqui apud Deum seu Christum fit variis modis, testimonio quoque multiplici*; & quidem sex modos enumerat. Primus erit: *Per ipsam ineffabilem, & omnia intuentem sapientiam Dei*; unde apud Jeremiam protestatur, dicens: *Ego sum testis, & judex.* Secundus erit: *per Angelos bonos, qui zelo justitiæ coram Deo, opera hominum bona & mala proponunt.* Tertius erit: *Per Angelos malos.* Quartus *Per remorsum conscientiæ*; unde Apostolus ait: *Testimonium reddente illis conscientiâ.* Quinto, per evidentiam malorum operum, quæ manifestantur: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.* Sexto, *Querela egentium*; unde Sapiens ait: *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis.* Et S. Bonaventura dicit: *Tunc hic villicus apud Dominum diffamatur, quando clamor pauperum ascendit ad Dominum.* Similiter Interlinearis inquit: *Hæc accusatio fit, quando non exercet opera pietatis erga illos, quibus debuit.*

Jer. 29. 23. Rom. 2. 15. Gen. 4. 10. Prov. 11. 26. S. Bonav hic. Interl.

12 Albertus

Alb.M. 12. Albertus Magnus inter infamiam & diffamationem dicit: *Diffamatio eſt bona fama, vel mala, longè latèque diſperſa: & notatur in hoc ſapientia hujus patrisfamilias, quia non credidit contra illam, quem fidelem exiſtimavit, niſi prius longe latèque à gravibus perſonis fama diſpergeretur.*

13. At verò ſi per hunc Dominum, ut dictum eſt, Deus intelligatur, is aliorum relationibus non indigebat: *Eò quòd ipſe noſſet* *Ioa.2.25* *omnes, & quia opus ei non erat, ut quis teſtimonium perhiberet de homine, ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine.* Id quod etiam Chryſologum movit, ut diceret: *Ergo ille famæ credidit, famâ nuntiante cognovit? Abſit, ſed quia illa, quæ noverat, quæ pietate volebat, quærere tunc cœpit, quando accuſabat terra,* quamdiu vero publicè accuſatus non fuit fama illius conſuluit, abſque eo quod illa omnibus manifeſta faceret, charitas enim à nobis exigit, ut abſcondantur proximorum noſtrorum defectus. *Chryſol. ſer.125.*

S.Bern. hom.de villico. 14. S. Bernardus ait: *Hinc inſtruimur, non ſtatim debere dare fidem quibuslibet verbis, ſed ſi fic eſt, ut dicitur, prius adhibire cautelam.*

Quaſi.

15. Quodnam obſecro myſterium latet in adjecta hac dictione, *Quaſi?* cum enim ab ipſamet Sapientia incarnata prolata fuerit, opus eſt, ut aliquod in ſe myſterium contineat. Syriaca legit. *Ut qui profunderet.* Cajetanus vero vertit, *velut diſſipans.* eſtque proinde dictio quædam ambiguitatis & perplexitatis expreſſiva; perque eandem monemur quod non ſolùm data nobis à Deo dona, diſſipanda ſint à nobis vel quod non ſolùm mali eſſe debeamus, ſed inſuper eo modo teneamur, vitam & mores noſtros inſtituere, ut ne quidem pravi aliquid de nobis ſuſpicari quis poſſit. Unde S. Athanaſius hoc eſt ſalubertimum conſilium: *Omne quo-* *S.Athan. exhort. ad mon.* *gi poteſt tanquam poſſe credi, caveamus. ne in nullo famæ noſtræ vulnere ſerpat nata ab otio. ſine ſuſpicio, non tamen nobis fides facti, ſed poſſibilitas etiam relegenda mendacii.* Inter *1.Theſſ. 5.22.* alia documenta ab Apoſtolo Theſſalonicenſibus data, unum fuit hoc: *Ab omni ſpecie mali abſtinete vos*; ac proinde S. Bernardus ad *S.Bern. l.3.de conſid.* Eugenium ita ſcribit: *Sanè intereſt tuæ perfectioni, & malas res, & malas pariter ſpecies devitare, in altero conſcientiæ, in altero famæ conſulis*; neque enim ſolùm conſcientiam ſartam tectam conſervare debemus, verum etiam tenemur bono nomini, famæ & exteriori apparentiæ bonæ conſulere.

Diſſipaſſet bona ipſius.

16. *Diſſipatio eſt*, inquit Interlineatis, *vel quando malè congregatur, vel non bene expenditur.* S. Bonaventura ait: *Bona Dei diſſipat, qui temporalia iſta vel maximè retinet, vel malè accipit, vel malè diſpenſat. Omnia quæ habemus*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *dona ſunt Dei, & eorum diſſipatores potius, quàm poſſeſſores aut domini ſumus, utpote rationem de eis daturi.* Varia quoque diſtinguit bonorum genera, quæ à Deo recepimus: *Pretioſima Dei dona ſunt animæ rationales, Chriſti ſanguine liberatæ; quas diſſipat, qui pravis exemplis, falſis doctrinis, aut negligentiâ eas ad vitia trahit, aut trahi permittit, nec revocat, quod tantò ſceleratius eſt apud Deum, quantò extrinſecis rebus præſtantiores ſunt animæ immortales.* *Interl.* *S.Bonav hic.* *Dioni. Cart.*

17. Principium quoddam veriſſimum, dignumque quod ſerio præcipuè in hac parabola Evangelica ponderetur, eſt propoſitio illa, quam Doctor Seraphicus ſuper hæc verba enuntiat: dicit enim: *Bona temporalia ſunt, ut per hæc acquirantur bona æterna; cùm ergo hæc temporalia ſic habentur, quòd propter illa æterna perduntur, tunc abſque dubio diſſipantur; qui ergo hæc temporalia bona ſic expendunt, quod non quærunt in eis meritum ſalutis, ſed ſolatium carnis, temporalia non diſpenſant ad modum boni villici, ſed diſſipant ad modum filii prodigi*; adducitque textum illum Oſeæ, in quo Deus adverſus populum lamentatur his verbis: *Ego dedi ei frumentũ & vinum, & oleum, & argentum, multiplicavi ei & aurum, quæ fecerunt Baal, idcirco convertar, & ſumam frumentũ meum in tempore ſuo, & vinum meum*, &c. Didacus Stella ſimiliter, quanam in re hæc diſſipatio conſiſtat, his verbis ponderat: *Accepta*, inquit, *bona diſſipamus, quando his neque ad ipſius honorem, nec ad propriam ſalutem, ſed magis ad Dei offenſam, ad proximorum injuriam & ſcandalum, aut propriam perniciem abutimur.* Idem quoque, quo modo *S.Bonav in Luc.* *Oſe.2.8.* *Did. Stell.*

hic villicus bona animæ diſſipârit, his verbis declarat: *Diſſipavit bona animæ, quando omne ingenii acumen, animi induſtriam, artem, ſcientiam, memoriam, cogitationes, deſideria transfert ad vana, aut perpetranda accommodat ſceleribus. Diſſipavit bona corporis, dum fortitudinem ad vim alteri inferendam, ſanitatem ad turpia, pulchritudinem ad vana dirigit; exhibens per hæc & ſimilia membra ſua arma iniquitatis peccato; diſſipat bona temporalia, non ſolùm illicitè in comeſſationibus & ebrietatibus, luxuriis, pompis & vanitatibus, in veſtibus, in ſumptuoſis ædificiis, in equis & canibus nutriendis, in alea & ſimilibus conſumendo; ſed etiam cum proximorum injuria, per furta, fraudes, rapinas, uſuras, & per alias neſarias artes hæc acquirendo.*

Lucas Burg. 18. Lucas Burgenſis paucos inveniri dicit, qui non habeant de bonis temporalibus difficillimam reddere rationem, quomodo ſcilicet illa impenderint. *Multi divitiis, quas Deus illis conceſſit, abutuntur, rarusque aut nullus eſt, qui modum à Deo præſcriptum exactè teneat.* Pauci ſunt, qui illa ad eum finem dirigunt, ob quem nobis à Deo datæ fuêre, & cum illa animi moderatione & temperantia, prout convenit, cibus diſſipetur, ſi ad gulam impendatur; veſtitus, ſi ad luxum paretur; pecuniæ ſi expendantur, ubi non eſt neceſſe, & ſic diſcurrendo de aliis.

19. Præcipuè verò Eccleſiaſticis, qui redditibus perfruuntur beneficialibus, ſtrictiſſimam rationem reddere incumbit, quomodo illos expenderint. Unde Lyranus ait: *Maximè Eccleſiæ miniſtri, quibus tradita ſunt bona temporalia ad expendendum in pios operibus, frequenter conſumunt ea in illicitis & ſuperfluis, contra voluntatem Domini, tradentis talia eorum diſpenſationi.* In collegio Apoſtolico, in quo unus tantùm Apoſtolus eleëmoſynas tractabat & diſpenſabat, hoc avaritiæ & cupiditatis vitium facilè contraxit, eaſque diſſipavit; ac proinde S. Paulus di- 1. Cor. 4. 2 cebat: *Hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur*; quaſi dicat, rari ſunt, qui illas facilè diſpenſat.

Verſus 2.

Et vocavit illum, & ait illi: quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris villicare.

Et vocavit illum.

1. Quanam in re iſta hæc vocatio conſiſtat, Gloſſa Interlineatis his verbis declarat: *Vocat*, inquit, *quando incutit timorem æternæ damnationis.* Idem quoque S. Bonavent. dicit, ſed adjungit: *Hæc vox vocatur, qui ad conſiderandum futurum judicium excitatur, ubi arguetur non ſolùm ſecundùm famam, ſed ſecundùm conſcientiam; propter quod addit: Redde rationem*, &c. Idem quoque Seraphicus Doctor dicit, quòd Deus tanquam juſtus vivorum & mortuorum judex in caſtigando peccatore, per hunc adminiſtratorem bona domini ſui diſſipantem, figurato: *More cujuslibet juſti judicis tria proponit: primò præmittit citationem, ſecundo inſinuat citationem, poſtremò exigit ſatisfactionem. Citationis, præmiſſio, vocavit: incuſationis inſinuatio, quid hoc audio de te? ſatisfactionis poſtulatio, redde rationem villicationis tuæ.* Interl. S. Bonav. in Luc. Ser. 1. in hac Do.

2. Per hanc porrò vocationem non intelligitur illa, ad quam in puncto mortis ante tribunal Dei præſentabimur: *Sed ea, qua quis in vita præſenti divinitus admonetur, per inſpirationem angelicam ſeu divinam*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *per beneficia & flagella, per prædicationem hominum, & commiſerationes æternorum ſuppliciorum, ut cogitet quam ſuo tempore Deo de omnibus rationem reddere poſſit.* Eandem quoque obſervationem Salmeron adducit, dum ait: *Vocat ad pœnitentiam invitando, ſive per miniſtros ſuos & prædicatores clamando: Facite fructum dignum pœnitentiæ; ſive per ſyndereſis ſcintillam, ſemper ad optima deprecantis, quæ nunquam extinguitur, & ſola denuntiat omnium bonorum jacturam, vocat per infirmitates & neceſſitates corporis, ut famem, ſitim, laborem, dolorem, ſcabiem, & capitis canos, qui ſunt velut mortis inſtantis nuntii.* Dion. Cart. Salm. t. 7. tr. 29.

3. Cajetanus notat, quòd ex hoc verbo canoniſtæ deducant, quòd ſententia contra Cajet.

quem-

quemcunque illa pronuntiari debet præcipitanda non ſit, quin prius reus citetur & audiatur. *Hic commendatur*, inquit Albertus Magnus, *pater familias de juſtitia, quia licèt fama laboraret, contra eum, tamen noluit condemnare, niſi prius vocatum audiret.* Non debemus faciles eſſe, ad credendum primis accuſationibus, & priuſquam delicta aliorum propalemus, faciendum priùs eſt diligens & ſecretum examen, ut ſic in veritatis deveniatur notitiam. Unde Eccleſiaſticus ait: *Priuſquam interroges, ne vitupereris quenquam, & cùm interrogaveris, corripe juſtè.* Joſeph innocens exiſtens, in carcerem conjectus fuit, eò quòd Putiphar calumniæ, ab adultera conſorte ſua eidem impactæ, facilem nimis fidem adhibuit. Joſue à Gabaonitis deceptus fuit. David à Siba, rex Aſſuerus ab Aman, qui jam de facto totius Hebraiſmi ſtragem & interitum parari juſſerat. Populus quoque nimis faciliter ſenioribus fidem adhibendo circumventus fuit, & ideo in procinctu erat, ut lapides in Suſannam innocentem conjiceret; & ideò ad hoſce evitandos errores, leges judicia introduxerunt, in quibus per accuſationes, probationes, teſtes, examen, proceſſus, & defenſionis remedia proceditur.

Alb. M. *Eccl. 11. 7.*

Salmer. 4. Salmeron ait: *Traditur Dominus illum ad ſe vocare non præcipitans ſententiam, non ſtatim credens malum, tum ut interim omnes dati & accepti rationes præparet, tum ut locum habere poſſit ignominioſa bonorum Domini diſpenſatio.*

Chryſol. 125. 5. Chryſologus inquit: *Vocavit per Evangelium, & quid per Evangelium non agit? per quod mores arguit, occulta nudat, conſcientiam pandit, commiſſa caſtigat, dinumerat mala.*

Et ait illi: Quid hoc audio de te?

Exo. 23. 1 6. Inter alia monita, quæ Deus in antiqua lege tradidit, unum fuit: *Non ſuſpicies vocem mendacii*, vel ut Septuaginta vertunt: *Non ſuſpicies auditionem vanam*; non enim judex omnem accuſationem acceptare debet, ſed ſolùm illam, quæ juridicè probata fuit. Unde Philo ait: *Hoc legis caput mihi videtur quidam è Græcis legislatoribus deſumpſiſſe è ſacratiſſimis Moyſi tabulis, & interdixiſſe, ne de auditis feratur teſtimonium, quod, quæ quis vidit certa, judicanda ſunt, quæ verò audivit, non perinde firma.* Et ideo Nicodemus ait: *Nunquid lex noſtra judicat hominem, niſi prius audierit ab ipſo, & cognoverit quid faciat?*

Philo. de Jud. *Joan. 7. 51.*

7. Dionyſius Carthuſianus Salvatorem noſtrum in quatuor præcipuè punctis Prælatos his verbis inſtruere voluiſſe dicit: *Primò, ne peccata ſuorum diſſimulent. Secundò, ut veritatem famæ inquirant, nam ait: quod audio? Tertiò, ne accuſatores prodant, quia non ait: Ille vel talis mihi dixit, ſed audio. Quartò, ut articulum, de quo quis accuſatur & diffamatur, ſpecificent, melius enim poteſt ſe homo corrigere, dum ei exprimitur, in quo deliquit, aut excuſare, ſi innocens ſit.*

Dion. Carth.

8. Albertus Magnus Deum ſimilibus interrogationibus ſæpe ad cor loqui dicit: *Hanc allocutionem facit nobis Deus aliquando per inſpirationem cogitationis in corde, aliquando per flagellum, aliquando per beneficium, aliquando per doctorem extrinſecum.* Hanc eandem conſiderationem Didacus Stella ſuper hæc verba ſcribens, his verbis adducit: *Sic loquitur ad unumquemque noſtrum: Homo cogita, quis ſtatus tuus ſit; Chriſtianum te vocas, ſed vivis gentiliter, vita tua non reſpondet vocationi tuæ.*

Alb M. *Did. Stell.*

9. Cajetanus parabolæ hujus finem conſiderans, qui eſt, ut divites ad diſpenſandum bona temporalia, quibus abundant, inducantur, ut beatam per illa vitam acquirant, qua ratione ad id exſtimulari poſſint, his verbis oſtendit: *Cujus meritis* (de illorum divitum non nemine loquitur) *cùm à Deo diſcutiuntur vel per internam inſpirationem, vel per ægritudinem, vel per prædicatores, vel per aliorum exempla, quodammodo citatur ad reddendam rationem, qualiter uſus eſt divitiis, poteſtate, & reliquis hujuſmodi.*

Cajet.

Redde rationem villicationis tuæ.

10. Didacus Stella ait: *Attende te vel ſponte, vel aliquando invitum rationem redditurum, non domino terreno, ſed Deo; non de impenſis, ſed de bonis animæ, boniſque corporalibus, quæ tibi à Domino conceſſa ſunt, tunc dicetur tibi: redde rationem villicationis tuæ, quod fortè hodie ante Solis occaſum audies.*

Did. Stell. *Luc. 16. 2.*

Dion. Cart. 11. Dionyſius Carthuſianus hoc monitum quoddam fuiſſe dicit, quod nobis Chriſtus ſuggeſſit, ut ſemper ad rationes reddendas prompti ſimus; q.d. *Ad reddendum te præpara, & quomodo reddere poſſis, examina, jamque dum tempus merendi ſupereſt, coram Deo te pone, & quaſi ante ejus tribunal addactus eſſes, à te ipſo exige rationem diſpenſationis tuæ creditæ.* Chryſoſtomus ſæpe contingere dicit, quòd ad hanc rationem reddendam evocemur, quando de ea minimè cogitamus: *Quotidie talia nobis per effectus exclamat Deus, oſtendens nobis in meridie ſoſpitate fruentem, & priuſquam adveſperaſcet, exanimem, & alium inter prandia exſpirantem.*

Chryſoſt

12. Gloſſa ait: *Cogita dum vivis, qualiter debeas operari, ut evadas pœnas æternas.* Hoc fine Deus nos in præſentem vitam collocavit, ut negotiemur, & ex induſtria de arduo ſaluti noſtræ negotio cogitemus, videamuſque quomodo pœnas evadamus æternas. Prov. 3. 6 Sapientis monitum eſt: *In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe dirriget greſſus tuos.* Verùm experientia, cum ſumma infelicitate noſtra clarè ſatis demonſtrat, quòd major pars mortalium, quamdiu hæc vita durat nulli alteri rei minus ſe applicat, aut ſtudet, quam vitæ beatæ. Unde quidam venerabilis Dei ſervus miſeriam hanc hiſce conſiderabilibus verbis anxiè deplorat, dum ait: *Brevi tempori maximam curam, maximo tempori brevem curam impendunt*, niſi verius dicere velimus: *Nullam curam impendant.* Imò ſi quis majoris partis Chriſtianorum modum procedendi, & opera conſiderare velit, inveniet illos nulli alteri rei majorem dare operam, quàm ut ad æternæ perditionis barathrũ viam ſibi ſternant & aperiant.

S. Bonav. ſer. 2. in hac Dom. 13. S. Bonaventura varia bona diſtinguit, de quibus nobis exactiſſima eſt reddenda ratio: *Bona in corpore, vel in anima, vel in rebus tibi commiſſis, quorum non es hæres vel dominus, ſed villicus, debes ad voluntatem Domini diſpenſare; non ſolum rationem reddemus de bonis diſpenſatis, ſed etiam de lucris bonorum neglectis; quinque talenta ad lucrandum data ſunt nobis, naturæ, fortunæ, potentiæ, ſcientiæ, & gratiæ*: de bonis corporis nobis reddenda eſt ratio, quomodo illa adminiſtraverimus. Quinque corporis ſenſus, multarum nos transgreſſionum nos conſtituent, eò quòd oculos multis impuris & laſcivis prophanaverimus obtutibus, aures ad conſilia & documenta majorum, ad verbum Dei, ad exhortationes ſpirituales divinaſque inſpirationes obturatas; ad detractiones verò, maledicentias, & diſcurſus impuros habuerimus apertas; gula ad crapulas & ebrietates valde fuerit proclivis, ſicut & lingua ad murmurationes, injurias, obſcœnitates, impoſturas, & blaſphemias. De manibus quoque dici poterit: *Sanguine plenæ ſunt*, propter vindictas & extorſiones; de pedibus denique: *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem*, de quibus etiam Job ait: *Veſtigia pedum meorum conſideraſti*; vel ut Septuaginta legunt: *Uſque ad radices pedum meorum perveniſti.* Porrò regius Propheta David gratitudinem, qua ob recepta à Deo corporis dona obſtringebatur, probè agnoſcens, ad Deum converſus dicebat: *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*; at verò quot modò ſunt, qui ſanitate & robore corporis ad inordinatorum appetituum ſuorum ſatisfactionem abutuntur, longamque ſibi vitam procurant aut promittunt, ut in peccato diutiùs perſeverare poſſint! quot ſunt, qui corporis pulchritudine utuntur ad incentivum propriæ & alienæ concupiſcentiæ! *Bona in anima.* S. Auguſtinus finem, ob quem Deus animam noſtram ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creârit, fuiſſe dicit: *Ut factorem ſuum pro imagine cognoſcat, & proſimilitudine diligat*; at verò in illo Deo reddendo vitæ noſtræ ratiocinio examinabitur, quomodo aut qua ratione huic fini correſponderit. Ibi ei exprobrabitur, quòd in corde ſuo amorem quidem foverit ad ipſos quoque canes & equos, metalla auri & argenti, imò ad fœtidum quoddam ſcortum ſe extendentem, Deum verò, ejuſque ſanctam legem odio fuerit proſecutus, examinabitur quoque, quomodo vel quantum anima ex ſanguine filii Dei pro ejus ſalute effuſo, profecerit. Unde Euſebius Emiſſenus: ait *Si factorẽ fortè non credis, interroga Redemptorem.* Convincetur anima, quòd modicum quoddam intereſſe, ob momentaneam voluptatulam, ob parvum quendam

Pſ. 13. 3.

Job. 13. 27.

Pſ. 58. 10.

S. Aug. l. de ſpir. & anima.

Euſeb. Emiſſ. homil 2. de Symb.

dam reſpectum humanum, eundem ſanguinem pretioſum pede ſæpe concuſcârit. Apoſtolus ait: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*; in ſacroſancto enim Baptiſmatis lavacro Deus divinarum gratiarum, donorum, & amoris ſui theſauros in animam noſtram copiosè infudit, & tamen in eo præter odium, invidiam, hypocriſin, ſuperbiam, iram, & effrænem quandam concupiſcentiam, omneſque alias paſſiones & effectus inordinatos, nihil reperietur, convincetur homo, quòd in animæ ſuæ ſinu gratiam & amicitiam alicujus hominis, vel ſordidæ cujuſdam mulierculæ pluris fecerit & æſtimaverit, quàm Deum creatorem, redemptorem, & glorificatorem ſuum. Ibi manifeſtum fiet, quòd ingenium, prudentiam, ſcientiam, & ſapientiam, quibus Deus animam dotavit, ut plurimum fictionibus, fraudibus, laſcivorum librorum compoſitionibus, politiæ mundanæ, ſive, ut vocari ſolet, rationi ſtatus quæ Evangelicæ legis obſervantiæ ut plurimum opponitur, cavillationibus quoque, & ex ambitionis intereſſe, aliorumque mundanorum motivo committendis & machinandis in proximum injuſtitiis impenderit. Tertium caput, propter quod examinandi ſumus, reſpicit *bona mobilia tibi commiſſa.* Præceptum, non verò conſilium Evangelicum continent in ſe verba illa: *Quod ſupereſt, date eleemoſynam.* Et quidem ut ad illius adimpletionem & executionem nos tantò efficaciùs exſtimularet, expreſsè declaravit, quòd, quidquid dandum eſſet pauperi & egeno, id totum ipſemet in perſona recepturus, idque ipſum in judicio finali publicè coram toto mundo proteſtaturus eſſet: *Quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*; & tamen quamnam innumeri homines adducturi ſunt rationem, quando ipſis in faciem exprobrabitur, quòd panem & alia alimenta lautiſſima avibus, & aliis ſimilibus animalibus non tantùm liberaliter, ſed & prodigè erogârint, & tamen filium Dei in homine paupere, fame perire, & præ frigore toto corpore contremiſcere permiſerint, cùm tamen veſtes pretioſas ex lana exquiſita, imò & ex ſerico confectas, in armariis tineæ corrodendo diſperderent? Quid reſpondebit, dum ei objicietur, quòd reſtitutionem rei alienæ cum tam notabili proximi damno in multos annos uſque differit; quòd litem illam adeo injuſtam tanto tempore, præter omne fas & nefas, mordicus proſecutus fuerit; quòd denique tot cum proximo ſuo egeno inierit illicitos & uſurarios contractus? Quarum à S. Bonaventura adductum examinis inſtituendi caput eſt, quia *rationem reddemus de lucris bonorum neglectis: Servus, qui cognovit voluntatem domini, & non fecit, plagis vapulabit multis.* Arbor illa à Chriſto maledicta fuit, non quòd fructus vermiculoſos, & interius corruptos protulit, ſed quòd nullos in ea fructus bonos repererit, ideo ſolùm ad ignem condemnari meruit: *Succidite, ut quid etiam terram occupat?* Quod futuri erunt, qui tanquam arbores ſteriles & inutiles in flammas conjicientur infernales, ex eo ſolùm, quòd ex auxiliis, quæ Deus pro ſalute & profectu ipſorum illis tam copiosè ſubminiſtravit, nihil omnino profecerint? Tritiſſima ſunt illa S. Gregorii de quinque talentis differentis verba: *Lectio, inquit, ſancti Evangelii ſollicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo recepiſſe aliquid cernimur, ab auctore mundi gravius inde judicemur; cùm enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum*; quantò enim majora futura ſunt auxilia, quæ pro ſalute noſtra, & pro noſtro in divino ſervitio, ſpirituali profectu recepimus, tantò quoque examen Dei ſtrictiùs & rigoroſius futurum erit; ac proinde S. Auguſtinus pientiſſimè meditatur, dum ait: *Tot judicibus inops adſtabo quot meme præceſſerunt inopere bono; tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene vivendi exempla; tot convincar teſtibus, quot me monuerunt ſermonibus & actionibus. Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis.* Et ideo ſollicitudo, cura, & circumſpectio, quam mundani homines habuerunt, ne illos vel minimi lucri temporalis occaſio præteriret, conferetur cum negligentia & pigritia noſtra, qua uſi ſumus circa bona ſpiritualia & æterna.

Luc. 11. 41. *Matt.* 25. 40. *S. Greg. hom.* 9. *in Evan.* *S. Aug. c.* 4. *me-dit.* *Luc.* 16. 8.

14. Salmeron ait: *Reddenda eſt ratio de bonis commiſſis, & malis admiſſis; liber to.* 7. *ſcriptus proferetur, in quo totum continetur.* *Salmer.* 29.

tur A primo inſtanti, quo rationis uſu dotati ſumus, ad uſque ultimum vitæ ſpiritum, invenientur in ampliſſimo illo divinæ memoriæ volumine exaratæ illæ quadraginta, ſexaginta, octoginta annorum omnes cogitationes, deſideria, opera, eorumque omiſſiones cum omnibus ſuis circumſtantiis temporis, loci, numeri, finis, intentionis. S. Auguſtinus ait: *Objiciet nobis in faciem, omnia quæcunque fecimus, in qua die, in qua hora peccavimus, & quid facere debuimus.* Tunc veriſſimum eſſe cognoſcetur, quod David ſcribit: *Comprehenderunt me iniquitates meæ, multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei.*

S. Aug. ſer. contra Judæos & Arrian. Pſ. 39. 13

15. Lyranus ait: *Quia de omnibus tibi traditis Deus exiget rationem uſque ad minimum quadrantem.* In vita S. Odonis Abbatis refertur, quòd monachus quidam in mortis agone conſtitutus, coram tribunali Dei præſentatus fuerit, ideoque ſe ſodalium ſuorum Aſcetarum lectum ejus cingentium, orationibus efficaciter recommendaverit, dicendo: *Modo raptus ſum ad judicium, ubique protulit accuſator humani generis contra me de miris pœnis ſæculum plenum, quas colligere ſecundùm conſuetudinem nolui, & de menſa occiderunt.* Ac proinde ex hoc ſtringens quoddam faciamus argumentum, dicendo: *Si in ignem mittetur, qui eſurienti non dedit panem ſuum, putas, ubi mittendus eſt qui tulit alienum?* Porro S. Bernardus rationem reddit, cur judicium Dei adeo futurum ſit rigoroſum; dicit enim: *Qualem putas neceſſe eſt hominem inveniri, qui repudiati locum Angeli ſortiatur?* cùm enim homo in cœlis inter Angelos ſedere debeat, opus omnino erit, ut pietatem quandam Angelicam ſibi comparârit. Deus per os Davidis ait: *Cùm accepero tempus, ego juſtitias judicabo* Circa quæ verba S. Bernardus ait: *Quid faciet de injuſtis judiciis, qui ipſas quoque juſtitias judicabit? Verendum eſt, ne ſub tam ſubtili examine multa noſtræ juſtitiæ, quæ putabantur, peccata appareant.* Examinabit enim finem, intentionem, modum, quo virtuosè operati ſumus, an ſcilicet id factum ſit propter vanam gloriam, vel ex hypocriſi, vel propter fines humanos. Item an opera noſtra fecerimus cum negligentia & deſidia: quia *maledictus qui facit opus Dei negligenter.*

Lyran. in vita S. Odon. l. 1.

S. Aug. ſer. 31. ad fratres. S. Bern. ſerm. 2. de ver. Iſa.

Pſ. 74. 3. S. Bern. ſer. 54. in cant.

Jer. 48. 10.

16. Salmeron ait: *Reddenda eſt ratio de pretioſa temporis merce*, quod optimè cum eo conſonat, quod apud Jeremiam legimus: *Vocavit adverſum me tempus*, q.d. ad trutinam tempus illud vocabitur, quod Deus nobis ad ſaluti noſtræ cooperandum indulſit. In judicium & rigidum illud examen comparebunt anni, menſes ſeptimanæ, dies, horæ, minuta, & momenta. Et ideo S. Bernardinus optimè monet dicens: *Vide peccator tempus pretioſitatem, quia modicotempore poteſt homo lucrari veniam, gratiam, gloriam; malè verò expenſum obligat ad tormentum æternum: ſi talis mercantia ad infernum portaretur, ſolum tempus dimidiæ horæ ad pœnitendum, emerent illud pro mille mundis ſi poſſent.* De Religioſo quodam Claravallenſe legitur, quòd dum orationi incumberet, animam quandam audiverit horribili cum ejulatu clamantem; qui cùm Deum rogaſſet, ut quid clamor iſte ſignificaret, ſibi revelaretur, audivit prædictam animam damnatam ſe eſſe aſſerentem, cumque nomen ſuum edidiſſet, ſubjunxit: *Inter omnia tormenta, quæ patior, unum eſt, quod & alios damnatos maximè movet ad planctum, quando recordamur gratiæ Salvatoris nobis exhibitæ, & contemptæ, & maximè quod tempus indultum nobis ad pœnitendum amiſimus, in cujus tam brevi horula tantam miſeriæ ordiam potuiſſemus conſecuti fuiſſe.*

Salmer. *Thren.* *S. Bern. Sent. t. 1. ſerm. 13. a. 3. c. 4.* *Specul. exempl. in v. Temp.*

17. Idem Salmeron Eccleſiaſticos alloquitur, utpote quibuſcum rigoroſiſſimum examen inſtituetur: *A ſanctuario meo incipite.* *Reddenda eſt ratio de animabus fidei tuæ creditis, & de ingreſſu in eccleſiam, quam adminiſtras, de miniſterio verbi Sacramentorum, quo oves paſcuntur, de perſonali reſidentia, quam debes ovibus tuis, de fructibus eccleſiaſticis, quorum eras non dominus ſed deſpenſator.* S. Bernardus in hac materia adeo rigidè procedit, ut ſcribere non dubitârit: *Quicquid præter neceſſarium victum, & ſimplicem veſtitum, de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.*

Salm. ib *Ezech. 9. 6.* *S. Bern. epiſt. 2.*

18. Quid ad hæc omnia in noſtram excuſationem reſpondere poterimus? *Omnis iniquitas oppilabit os ſuum.* Quòd ſi opponere tentaveris, dicendo: *Memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, te confurabit* Apoſtolus dicens: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat, non ego, ſed gratia Dei mecum.* Quòd ſi

Pſ. 106. 42. *Job. 10. 9* *Phil. 4. 13*

te

te excuſaveris per tentationes & validos inimici infernalis inſultus, quod ſcilicet hi viribus tuis longè exſtiterint ſuperiores, mendacii te idem Apoſtolus redarguet, dicens: *Fidelis Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere*; Et quidem ut D. Chryſoſt. in propoſito de Chriſto diſſerens, de hoc tentatore optimè advertit: *Perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.* Plurimum quidem aſtutiis & viribus ſuis confidis, nobisque per noſtram cooperationem indubitate prævalet, at verò ut illos proſternere & diſſipare poſſimus, ejuſque fraudes nobis detegantur & manifeſtentur, datus eſt nobis Angelus noſter cuſtos. Forte te excuſare contendes, dicendo, quòd mala aliorum exempla, pravique ſodales te ſeduxerint: at verò cur oculos tuos non conjeciſti in exempla bonorū, cur aures tuas non porrexiſti tot prædicatoribus, qui in pulpitis pro te vehementer ſudarunt, ut te in viam bonam ſalutis reducent? Item ſuperiorum tuorum ſeu bonorum amicorum, item Confeſſariorum & tot aliorum ſalutaribus admonitionibus atque conſiliis? Dices forſitan, quòd hæc tua natura corrupta, malæ inclinationes, appetitus & concupiſcentia carnalis, ſui vehementia te prævaricari fecerint: *Vidio aliam legem in membris meis, captivantem me in lege peccati*: at verò Deus tibi paternè de tot innumeris proſpexit auxiliis, quibuſcum debilitatem & fragilitatem hujus carnis ſuſtinere poſſes; uti quoque poteras jejuniis, macerationibus & caſtigationibus, oratione, vigiliis, uſu & frequentia Sacramentorum, & præcipuè Sacramenti altaris, ſicut & librorum ſacrorum aſſiduâ lectione; cur igitur hæc omnia adhibere neglexiſti? Denique forſitan poſtremò ad Dei confugies miſericordiam, quæ infinita eſt, atque ad veniam & indulgentiam proniſſima & facillima? Ita quidem eſt, ut dicis, illam tamen tibi promittere non vales, niſi ſolum quamdiu duraverit hæc præſens vita, ſiquidem poſt illam, *jam non poteris villicare.* S. Paulus proinde ait: *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? an ignoras, quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Magna quidem eſt Dei miſericordia, ea tamen tibi promittitur, ad hoc ut te emendes, non verò ut majorem tibi audaciam ſubminiſtret ad perſeverandum in culpa; ideoque ſi illâ abuſi fuerimus, eaque nobis oblata non utamur, ſed negligamus illam, væ nobis: *Secundùm duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ revelationis juſti judicii Dei*, Unde S. Bernardus nos monet, dicens: *Theſaurizas tibi theſauros iræ, pro prorogatis miſericordiæ theſauris, quos contemnis, & evacuas in te miſericordiam Dei.*

1. Cor. 10. v. 13.

S. Hier. in c. 4. Matth.

Rom. 7. 23.

Rom. 2. 4

Rom. 2. 5

S. Bonav. ſer. de tripl. miſeric.

Jam enim non poteris villicare.

19. S. Bonaventura poſtquam hæc verba: *Redde rationem villicationis tuæ*, ita expoſuiſſet, ut ſenſus ſit: *Cogita dum vivis, qualiter debeas operari, ut evadas pœnas æternas*, ſubjungit: *Jam enim non poteris villicare, tempore enim mortis non poteris operari ad ſatisfaciendum.* Chryſologus ait: *Quare? quia venit finis vitæ, tempus mortis.* Eccleſiaſticus ait: *Nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas*; Et Job inquit: *Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt*; Chriſtus ipſe apud Joannem ait: *Venit nox, quando nemo poteſt operari.* Devotâ certè & ſeriâ meditatione digna ſunt verba illa, quæ S. Thereſia ſuis inculcare conata fuit, dum filias ſuas ſanctimoniales tria hæc continuo perpendere & meditari juſſit, ſcilicet: *Unicam eſſe animam, unicam eſſe vitam, unicam gloriam*; niſi in hac præſenti vita degentes, operati fuerimus, terminatâ hujus vitæ periodo, nullum deinceps tempus per omnem æternitatem redibit. Igitur *meminerimus unicam eſſe vitam.*

S. Bonav.

Chryſol. ſer. 125.

Eccl. 9. 10.

Job. 14. 5

Joa. 9. 4.

20. Hic Dominus, qui adminiſtratorem hunc ad rationes reddendas evocavit, anteactam ipſius malam adminiſtrationem, cenſuumque ſuorum ab illo factam diſſipationem probè ſatis noverat, & tamen advertendum eſt, quòd non in præſenti, ſed in futuro tempore ei intimaverit verba hæc: *Non poteris villicare.* Chryſologus ſuper hæc verba: *Quid hoc audio de te?* rationem illius reddit, dicens: *Cognita velut audita imputat, quia in reum non vult accelerare ſententiam, & convictum penes ſe velut accuſatum convenit, qui judicium geſſit venia ſic præire*; benigniſſimus enim Deus noſter peccatores per ſuam longanimitatem lucrari ſumma cum ſolicitudine ſatagit: *Exſpectat Domi-*

Chryſol. ſer. 125.

nus, ut miſereatur noſtri. Jeremias iram, quam Deus adverſus animam in civitate Jeroſolymitana præfiguratam concepit, his verbis inſinuat: *Cogitavit Dominus diſſipare murum filiæ Syon;* ſed quonam modo id exequi contendit? *Tetendit funiculum ſuum.* At verò quis eſt qui neſciat, quod funiculus, non quando ædificium aliquod ſubvertitur & diſſipatur, ſed quando erigitur, tendi ſoleat? Omnino ita eſſe fatendum eſt; ſed notandum, quòd uno eodemque tempore, quo Deus ſe alicui animæ iratum exhibet, illius non exterminium, ſed ædificationem intendat, eandemque in ſalutis ſtatum reducere cogitat; quando enim nos animas Dei ad mortem tendere cogitamus, eaſdem ad vitam potius æternam dirigi tandem deprehendimus, quia *non vult mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat*; Et ideo David dicit: *Ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus.* Unde Chryſologus quoque ait: *Rationem exigit, non ut petat, ſed ut relaxet; petit, ut petatur; petit hic, ne petat ibi; petit in ſæculo, ne petat in judicio.*

Thren 2. 8.

Pſ.29.6.

Chryſol. loc.cit.

Verſus 3.

Ait autem villicus intra ſe: Quid faciam, quia Dominus meus auffert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubeſco.

Ait autem villicus intra ſe.

Chryſol. ibid.

1. Chryſologus ait: *Quærit intra ſe conſilium, qui foris, unde ſibi jam ſuccurret, non habebat, pungit cor ſuum, ſtimulat mentem ſuam, & omnia vexat interna, ut ad ſe pœnitentiam, quam pro ſe dare poſſit, extorqueat.*

Deut.32. v.29.

Et in ſermone ſequenti dicit: *In ſe reverſus, quid facere deberet, interrogat.* In Deuteronomio monitum quoddam legimus, propoſito noſtro valde opportunum. *Utinam ſaperes & intelligeres*, quanam verò in te ſapientiam & intelligentiam illam repoſitam eſſe velit, verbis illis ſtatim ſequentibus declarat, dum ſubdit: *Et noviſſima provideres.*

Cajet.

2. Cajetanus ait: *Ecce effectus divinæ comminationis, redire ad ſeipſum, & recogitare, ut provideat vitæ ſuæ æternæ*; Et ideo Didacus Stella inquit: *Scrutare conſcientiam tuam intrate.* Filius ille prodigus, quando ſub paternæ obedientiæ jugum redire conſtituit, prius ſe intra conſcientiam ſuam recollegit; *In ſe reverſus*; quantò enim rigoroſiores fuerimus in accuſandis nobiſmetipſis, noſtrasque iniquitates ſevero quodam examine vindicaverimus, tantò Deum noſtrum in judicio mitiorem erga nos eſſe experiemur; Unde S. Gregorius ait: *In hoc mentis noſtræ judicio, tantò citius abſolvimur, quantò nos diſtinctius reos tenemus.*

Did. Stell.

Luc.15. 17.

3. Albertus Magnus dicit: *Hic tangitur providentia, in qua laudatur villicus, non enim laudatur de iniquitate, ſed de providentia ſui; intra ſe, apud ſe futura ſibi convenientia pertractans, & diſponens.* Pſal. 76. *Meditabor nocte cum corde meo.*

Alb.M. Pſ.76.7.

4. *Apud ſe*, inquit Lucas Burgenſis, *id eſt, apud animum ſuum*; Delictum etenim ſuum negare non audebat, quia nimis facile erat, ut habito reſpectu ad redituum recepta & expoſita, commiſſa iniquitate evidenter convinceretur: *Obmutescens igitur anxiusque cogitabat cum animo ſuo*; Ideoque hoc nobis documentum poſt ſe reliquit, ut, dum nos conſcientia noſtra remordet, & ſceleris alicujus commiſſi redarguit, in conſcientiæ ſinum ingrediamur, ſalutique noſtræ conſolamus & proſpiciamus: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ; Domine ſic vivitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & vivificabis me.* Quo facto, vide, quisnam inde protinus ſubſequatur fructus: *Tu autem eruiſti animam meam, ut non periret, projeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.*

Iſa.38.15

Iſa.38.17

Quid faciam?

Chryſol. loc.cit.

5. Ubi Chryſologus ait: *Semper homo bona facere tunc cupit, quando mors faciendi tempus ademit.*

6. Non ait: *Quid dicam*, ſed *quid faciam?* quia arduum æternæ ſalutis negotium, plus ab operibus dependet, quàm à verbis, & ideo potius manus, quàm lingua operi admoveri debet. Didacus Stella ait: *Non dixit: Quid dicam, ſed quid faciam, ſciens, quia apud Deum plus valent opera virtutis, quàm verba facunda, juxta illud Apoſtoli: Non in ſermone eſt regnum Dei.*

Did. Stell.

1.Cor. 4. v.20.

7. Conſiderari quoque hoc loco poteſt, quòd negotium hoc nulli alteri commiſerit, ſed

ſed veluti proprium ſumma cum ſollicitudine ſibimetipſi vendicarit, ad corrigendum nonnullos, qui interceſſionibus Sanctorum, aliorumque ſervorum Dei orationibus nimium confiſi, ipſimet pro animæ propriæ ſalute nec quidquam laborant. Idem quoque Stella obſervat, quòd Dominus villico huic dixerit: *Redde rationem villicationis tuæ: propriæ enim vitæ tuæ, factorumque tuorum, non alienorum reddaturus es rationem Deo; uniuſquiſque enim reddaturus eſt de factis propriis rationem.*

Quia Dominus meus auffert à me villicationem.

Lyran. 8. Lyranus dicit: *Quia aliquando contingit, quòd divites hujus mundi, malè conſumentes bona ſibi tradita, timore mortis ducuntur ad pœnitentiam, & ad cogitandum de futura.*

Fodere non valeo.

Beda. 9. Beda hæc verba de impoſſibilitate ſatisfactionis & pœnitentiæ pro peccatis noſtris exponit, poſtquam homo ad præſentis vitæ terminum pervenit: *Ablata quippe villicatione fodere non valemus, quia finita hac vita, in qua tantùm licet operari, nequaquam ultra bonæ converſationis fructum, ligone devotæ compunctionis licet inquirere.*

Dion. Carth. 10. *Fodere non valeo, id eſt,* inquit Dionyſius Carthuſianus, *dura pœnitentiæ opera exercere non queo, abſtinendo, me flagellando, flendo, & vigilando.* Per ligonem, quæ cum ſudoribus & labore terram verſat, intelligitur auſteritas corporalis; Divites verò hac prærogativâ gaudent, quòd in vicem auſteritatum corporalium cælum ſibi per eleemoſynas acquirere poſſint.

Cajet. 11. Cajetanus dicit, quòd villicus hic, ſe vitam ſuam fodiendo aut mendicando ſuſtentare non poſſe, dicens, difficultatem inſinuet illorum, qui ſibi vitam æternam per abſtinentiarum & orationum merita concedendam eſſe ſperant, quando extra præſentis vitæ tempus ſunt conſtituti: *Verè cùm comminatio mortis adeſt, jejunare non valemus & orare erubeſcimus, conſcii malè actæ totius vitæ, nulla enim ſuppetit ratio, quod excudiamur.*

Mendicare erubeſco.

Alb. M. 12. Albertus Magnus notat, mendicationem, erubeſcentiam quidem & confuſionem conciliare homini illuſtrioribus natalibus oriundo, & in delitiis & commoditatibus educato: *Erubeſcentia eſt mendicare*; veruntamen conſiderat, quòd dives ille epulo finita ſua adminiſtratione, id eſt, vita præſenti terminata, à paupere Lazaro in ſinu Abrahæ feliciter degente, ſtillam aquæ mendicaverit, tametſi irritæ preces illius fuerint, imò jam mille ſexcenti & amplius anni ſunt elapſi, à quibus eandem continuò repetit petitionem, nec tamen quid unquam obtinebit: *Deſtituta villicatione nemo mendicanti dabit, ex quo dives epulo à Patre miſericordiarum Abraham, guttam aquæ obtinere non potuit.*

Dion. Cart. 13. *Mendicare erubeſco, id eſt,* inquit Dionyſius Carthuſianus, *adverſa æquanimiter ferre non poſſum, ſeu alios ad intercedendum pro me precari verecundor, niſi & ego ipſe aliquid boni agam, & temporalia tribuendo, merear ſpiritualia mihi rependi ſuffragia*; Quæ expoſitio optimè convenit cum illa, quam hiſce verbis adhibet Lyranus dum ait: *Quia verecundum debet eſſe hujus mundi divitibus, petere à pauperibus, & religioſis ſuffragia ſpiritualia, & non rependere eis in temporalibus bonis.* *Lyran.*

Didac. Stell. 14. Didacus Stella ait: *Deum errare, ſeu alios, ut pro me intercedant, requirere pudet, quia perſeverare in oratione non poſſum, coram autem Deo, qui peccata mea agnoſcit apparere non audeo, præ confuſione & verecundia delictorum meorum.*

Chryſol. 15. Chryſologus verba illa interpretatur de confuſione judicii, in quo anima rea examinanda & condemnanda erit: *Confuſionem futuri judicii pertimeſcit, in quo jam non pœnitendi tempus eſt, ſed pœnarum, & ubi reus plus de conſcientia, quàm de gehennæ erubeſcit incendio.*

16. Porrò hæc erubeſcentia & pudor, quo multi in mortificationibus & exercitiis ſpiritualibus ſuffunduntur, plurimos, quotidianâ experientiâ teſte, tetrahit ab operibus bonis & virtuoſis. Angelicus Doctor illa verba S. Pauli: *Non erubeſco Evangelium,* *Rom. 1. 16* exponens; cauſam declarat, cur illi, qui

baptizantur, in fronte quoque ſacro Chriſmate deliniantur & cruce ſignentur : *Inde eſt*, inquit, *quòd baptizati liniuntur Chriſmate in fronte ſigno crucis, ubi eſt ſedes verecundiæ, ne ſcili et Evangelium erubeſcant.* S. Bonaventura ſuper illa Chriſti verba, apud S. Lucam: *Qui erubuerit me, hũ filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum*, exemplum adducit S. Pauli, dicentis: *Non erubeſco Evangelium, virtus enim Dei eſt*, potius erubeſcere debemus vilitatem peccati, juxta illud : *Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?*

D.Th. Luc.9. 26. Rom.6. 21.

Verſus 4.

Scio quid faciam, ut, cum amotus fuero à villicatione recipiant me in domos ſuas.

1. Lucas Burgenſis dicit: *Secretò apud ſe loquens ſeipſum intelligit* ; in conſilium advocat omnes animæ potentias, ad conſultandum negotium maximè arduum, quod præ manibus habebat, negotium nimirum ſalutis æternæ ; Etenim dum homo in manifeſtis hæret gravibuſque periculis, ad interceſſionem Sanctorum recurrit, fiunt vota, manus ad eleemoſynas erogandas extenditur, optima firmiter concipiuntur propoſita, ita quoque hic villicus neceſſitate & animi anxietate coactus, faciebat. Unde Lyranus circa hæc verba ita ſcribit: *Quia bona temporalia eis diſtribuam, ut, cum amotus fuero, recipiant me in domos ſuas, id eſt, per eorum ſuffragia & merita recipiar in beata vita:*

Lucas Burg. Lyran.

Verſus 5.

Convocatis ita ſingulis debitoribus Domini ſui, dicebat primo : Quantum debes Domino meo;

Convocatis itaque ſingulis debitoribus, Domini ſui.

1. Albertus Magnus hic ait : *Ecce ejus, quod definivit, per opus impletio ; multi enim ſunt qui optimè conſiliantur, & non faciunt per opus, hic autem & prudens fuit in conſilio, & efficax in opere.*

Alb.M.

Quantum debes Domino meo?

2. Lucas Burgenſis œconomum hunc, quantitatem, quam hi debitores Domino ſuo debebant, optimè ſciviſſe oſtendit, ideoque interrogat quamobrem illos de quantitate debiti exponenda requiſierit ? Et reſpondet, id œconomum *non quod ignoret rogaſſe ; apud quem cautio ſervabatur, ſed ut ille confeſſus debitum, intelligat, quantum hic œconomus beneficii ſibi præſtet, dimidium debiti remittens.*

Lucas Burg.

3. Albertus Magnus in ſenſu morali per hoc debitum, peccata interpretatur, hæc enim in oratione Dominica ſive quotidiana, debita appellantur : *Dimitte nobis debita noſtra. Hæc quæſtio ſit in confeſſione de peccatis. Unde Matth. 6. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, hoc enim debitum miniſter debet diſcretè requirere.*

Alb.M. Matt.6. v.12.

4. Chryſologus aliam ponderationem adducit, dum ait: *Reddendæ rationis tempore, plus ardet in fraude, quàm tempore villicationis anhelavit in luxu* ; Si enim antea, priuſquam ad villicationis ſuæ rationes reddendas poſtularetur, bona Domini ſui diſſipavit, nunc illa multò amplius diſperdit, dum debitoribus Domini ſui condonat in quantitate notabili, quod ſuum non erat. Unde clarè ſatis verum eſſe videtur, quòd *abyſſus abyſſum invocat.* Aut verò ſi illum excuſare velimus, dicendo, idipſum feciſſe, quia periclitabatur fama ejus, quæ longè ſuperioris ordinis eſt, quàm bona temporalia, cur non potius dicimus, quòd, ex quo omnem honoris & reputationis ſtimulum, imò & quemvis conſcientiæ remorſum perdiderit, omnia ſibi licita eſſe exiſtimaverit? Unde benedicitur : *Diffamatus eſt*, quia quando quis eò pervenit, ut bonam famam & exiſtimationem inter homines amiſerit, tunc impudens & inverecundus fieri incipit, adeo ut nullus ſit exceſſus adeo enormis, quem non committit. Unde Chryſologus ait : *Auffertur pudor, violatur innocentia, verecundia tota ſepelitur ; Impius cum in profundum venerit, contemnit.*

Chryſol. ſer. 126. Pſ.41.8. Chryſol. Prov.18.

Verſus

Verſus 6.

At ille dixit : *Centum cados olei* : *dixitque illi* : *Accipe cautionem tuam, & ſedecito, & ſcribe quinquaginta.*

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis literalem horum verborum ſenſum declarans, hunc illorum ſenſum eſſe dicit : *Scito remiſſos tibi opera mea reliquos quinquaginta cados, & poſtquam amotum me videris a munere diſpenſatoris, memineris hujus mei erga te beneficii.*

Rup. Abb. l. 8. de oper. ſpir. S. c. 21. 2. Rupertus Abbas Tuitienſis moralem horum verborum ſenſum ita exponit: *Accipe cautionem tuam : ſingulis dicit ; accipe cautionem tuam, quod eſt dicere : tantùm tibi caveas, ut de cætero emendes.*

Dion. Carth. 3. Dionyſius Carthuſianus ad ly, *Cito*, ſe reflectens, dicit : *Celeriter enim agenda ſunt opera, præſertim miſericordiæ, ſicut enim hilarem, ita & celerem datorem diligit Deus, & qui cito dat, bis dat ; neſcit dare, qui dare tardat, propter quod aſſerit Auguſtinus : Et temperàt & meritum, qui pauperem moleſtâ morâ ſuſpendit.*

Verſus 7.

Deinde alii dicit : Tu verò quantum debes ? Qui ait : centum coros tritici, ait illi : accipe literas tuas, & ſcribe octoginta.

Verſus 8.

Et laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, quia filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.

Et laudavit Dominus villicum iniquitatis.

Bed. 1. Venerabilis Beda, in hac parabola non omnia nobis imitanda eſſe monet: *Non omnia*, inquit, *debemus ad imitandum ſumere ; non enim aut Domino noſtro facienda eſt in aliquo fraus, ut de ipſa fraude eleemoſynas faciamus, aut eos, a quibus recipi volumus, in tabernacula æterna, tanquam debitores Dei, & Domini noſtri fas eſt intelligi, cùm juſti & ſancti ſignificentur hoc loco, qui eos introducunt in tabernacula æterna, qui neceſſitatibus ſuis terrena bona communicaverint*, de quibus ut idem Beda notat, Salvator noſter pariter dicit, quòd ſi quis ex amore ipſius, alteri calicem aquæ frigidæ dederit, mercedem & remunerationem ſuam minimè ſit amiſſurus ; tandem idem venerabilis Abbas concludit, id dictum eſſe, *Ut intelligamus, ſi laudari poteſt ille à Domino, cui fraudem faciebat, quantò amplius placeant Domino Deo, qui ſecundùm ejus præceptum illa opera faciunt ?*

Did. Stell. 2. Didacus Stella ſententiam ſuam ſequenti ſimilitudine, à Prædicatore deſumpta deducit, qui, ut auditores ſuos ad orationem, & alia opera bona facienda exſtimulet, iiſdem dicit: *Ecce fures & latrones vigilant to a noſte, ut furentur & prædentur cum periculo vitæ ſuæ, cur ergo tu non vigilabis ad orationem & bona opera, ſpe æternæ mercedis ?* Talis enim prædicator fures laudat, non de latrociniis, quæ committunt, ſed de ſollicitudine, vigilantia & aſtutia, quam furando adhibent. Similiter adducit aliud exemplum mulieris cujuſdam, quæ ſe adornat, ut alios ad ſui concupiſcentiam exſtimulet, indeque per conſequentiam deducit, quantò magis nos ſolliciti eſſe debeamus, ut animas noſtras ſanctis ex ornemus virtutibus, ut Deo ſponſo noſtro placeamus : *Non laudatur modus quem habuit, nec media accipiens aliena*, exemplo nobis eſſe debet, inquit, de hoc villico, ſed prudentiæ, qua neceſſitatibus ſuis proſpexit.

Janſ. c. 95. concord. 3. Janſenius obſervat, quòd dum Salvator noſter hunc villicum laudat, laus illa non ſuper fraudem, ſed ſuper aſtutiam & promptam inventionem, quam ad medendum & conſulendum indemnitati ſuæ excogitavit: *Non quod fraudem commiſiſſet, ſed quod prudenter feciſſet ſibi proſpiciens in futurum*, ſicut quando ſcelus quoddam ab alio aſtuto & ingenioſo, cum ſtratagemate & inventione patratum admiramus, non delictum commendamus, ſed ingenium : *Quemadmodum cùm audimus ab aliquo patratum facinus, ſed ingeniosè, etſi damnemus fructum, laudamus tamen ingenium, dolemuſque eum aut alios non in aliis rebus melioribus tale ingenium exercere, quod & hic Salvator quaſi agrè ferens ſubjecit, quia filii hujus ſæculi prudentiores*, &c.

Gloſſ. ibid. 4. Gloſſa ait: *Non de fraude, ſed de prudentia, quamvis peccantem laudat, unde licèt villicus aliqua habeat in ſe vituperabilia, prævidendi tamen modus poteſt in exemplum bonorum trahi;* adducitque ſerpentis exemplum, qui abominabilis eſt ratione veneni, quo mortem homini conciliat, & tamen alia ex parte illum nobis proponit Chriſtus, ad imitandam ejus prudentiam: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*, quia ex naturali quodam inſtinctu, ut caput ſalvet, totum reliquum corpus læſionis periculo exponit: *Sic villicus iſte deteſtandus eſt, quia fraudem commiſit, ratione cujus villicus iniquitatis dicitur: & laudandus eſt, quia prudenter ſibi contra periculum remedium adinvenit.* Matth. 10. v. 16.

5. Lyranus idem exemplificat in divitibus, qui nequaquam laudari merentur, quòd ſubſtantiam ſuam in rebus illicitis prodigant, *Sed de hoc, quod prudenter ſe convertunt ad diſtribuendum bona in piis operibus, ut per hoc provideant ſibi in vita futura, quia ſola eleemoſyna eſt comes defunctorum, ut dicit Auguſtinus.*

Theoph. Antioch l. 3. com. 6. Theophylus Antiochenus ex his verbis, pro Paſtoribus & Prælatis Eccleſiaſticis, inſignem quandam inſtructionem deducit, dicens: *Hanc comparationem Salvator villico juſtitiæ, id eſt, Epiſcopis dedit, ut quomodo Domino ſuo fraudem fecit, ut haberet, unde poſtea viveret, ita Epiſcopi non omnia peccata ulciſci debeant, ſed locum pœnitentiæ reſervare eis conveniat, cùm præſertim ipſe Dominus dixerit; Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur à vita ſua, & vivat; ideo autem laudavit Dominus fraudatorem domini ſui, ut ejus ſequentes exemplum, non omnia debita exigamus.*

Quia prudenter feciſſet.

Orig. in cat. Gen. 3. l. 7. Origenes in catena S. Thomæ citatus, ſenſum, quo hæc prudentia intelligenda eſt explicans, textum illum Geneſeos adducit, ubi dicitur: *Serpens erat callidior*, vel ut ſeptuaginta legunt: *Prudentiſſimus erat, ubi prudentiam non virtutem dicit, ſed aſtutiam, ad mala inclinationem habentem, & ſecundùm hoc dicitur, quod Dominus laudavit villicum, quia prudenter egiſſet, hoc eſt, callidè, & forſitan quod dixit, laudavit, non ſecundum veram commendationem, ſed abuſivè dictum eſt.*

Luc. Burg. 8. Lucas Burgenſis inquit in textu dici: *Prudenter, pro eo, quod eſt induſtriè, callidè, nec enim virtus prudentia eſſe poteſt, quæ cum injuſtitia conjuncta eſt: porro rarus inveniatur Dominus, qui hujuſmodi induſtriam laudet, conjunctam cum tanto damno ſuo, ſed ponit Chriſtus virum prædivitem & liberalem, qui hujuſmodi jacturam parvi faciat, magiſque delectetur ingenio diſpenſatoris, ſolerter ſibi providentis, quàm contriſtetur de damno, quod hinc ipſe patiatur.*

Cajet. 9. Cajetanus alium ſenſum inſinuat, quo Chriſtus hoc nomen prudentiæ dici poteſt intellexiſſe: *Appellatur prudentia, non recta ratio abſolutè, ſed recta ratio ad ſuam utilitatem.* Chryſologus ait: *Meruit laudem Domini ſui, quia in chyrographis non fraudem molitus eſt, ſed ſalutem.* Chryſol. ſer. 126.

Quia filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.

Chryſi. ib. 10. Chryſologus verba illa de populo gentili & Hebræo explicat: *Ita intelligendum eſt, quia qui erant filii ſæculi quondam, id eſt, gentiles, nunc electi ſunt Dei, & qui erant filii Dei, hoc eſt, Judæi, nunc in filiis ſæculi ſunt relicti; in regeneratione ſua, quâ renati ſunt, non quâ nati ſunt; ſcribantur hæc, inquit, in generatione altera; altera hæc eſt generatio quærentium Dominum.* Pſ. 101. 19. Pſ. 23. 6.

Janſen. 11. Janſenius ait: *In generatione ſua; perinde eſt, ac ſi apertius verti poſſet, in genere ſuo, hoc eſt, eo modo, quo tales dicuntur prudentes. Senſus ergo eſt, quod filii hujus ſæculi, ſuo modo prudentiores ſunt, & callidiores ad proſpiciendum ſibi de iis, quæ ad præſens ſæculum pertinent, quàm filii lucis ad curandum ea, quæ ad vitam illam pertinent, quam ipſi ſpectant, non quod illorum prudentia ſemper vineat horum prudentiam, ſed quod ut plurimum ſic fiat.*

12. His verbis ſibi invicem opponit homines mundanos, hominibus ſpiritui & perfectioni Chriſtianæ deditis, & hos filios lucis, illos verò filios ſæculi appellat. Idem Janſenius ait: *Benè autem opponit filios lucis, filiis hujus ſæculi, ſignificans ſæculum hoc tenebroſum eſſe, & filios ejus eſſe filios tenebrarum, quod ad exaggerationem & reprehenſionem*

henſionem noſtræ oſcitantiæ facit, quod eis, qui luce donati ſunt, major conveniebat penden-tia, quàm his, qui tenebrarum ſunt filii. Vene-

Bed. in cat. rabilis Beda eandem diſtinctionem & di-verſitatem adducit, quæ eſt inter electos & reprobos: *Filii ſæculi, & filii lucis vocantur, quomodo filii regni, & filii perditionis, cujus enim unuſquiſque agit opera, ejus cognominatur & filius.*

Luc. Burg. 13. Lucas Burgenſis de filiis lucis ita ſcri-bit, qualitates illorum exponendo: *Hominibus qui luce divina quoad animos, menteſque illuſtrati diligunt lucem, id eſt, Deum, juſtitiam, virtutem æternam vitam, & quæ luce digna ſunt, faciunt*; de quibus Apoſto-

Eph. 5. 8. lus ad Epheſios ſcribit: *ut filii lucis ambulate.*

Cajet. 14. De filiis ſæculi ſcribit Cajetanus: *Hoc eſt, habentes pro fine, quæ ſunt hujus ſæculi, tanquam ex fine, qui eſt pater & principium in moralibus, ideo filii hujus ſæculi hebraico more dicuntur.* Didacus Stella ad hoc ſe re-

Did. Stell. flectit, quòd Sapientia Incarnata, non dixe-rit ſolùm, *Prudentiores*, ſed ſimul adjunxe-rit: *In regeneratione ſua, hoc eſt, in negotiis & ſæcularibus rebus pertractandis*, ſiquidem ut plurimum in iis, quæ emolumenta & negotia temporalia & politica attinent, argi quidam ſunt, talpæ verò in iis, quæ cul-tum & æternam animæ ſalutem ſpectant.

Lyran. Lyranus rationem reddit, cur mundani in his rebus terrenis ſagaciores & callidiores ſint, quàm ſpirituales in rebus ad Deum ſpectantibus: *Magis*, inquit, *aſtuti ſunt, & fervidi in temporalibus negotiis agendis, filiis lucis, id eſt, quam homines ſpiritualibus de-putati ſint in negotiis ſpiritualibus*, id quod experientia in multis verum eſſe demon-ſtrat, ejuſque has adducit cauſas: *Corruptio naturæ, per quam homo pronior eſt ad malum, quàm ad bonum. Quia bona terrena ſunt ſen-ſibilia, & ideo fortius movent animum, quia bonum non movet, niſi ut cognitum*, adducit-que authoritatem S. Auguſtini aſſerentis: *Inviſa diligere poſſumus, incognita autem nequaquam; ſenſibilia autem bona ſunt magis cognita, quam ſpiritualia, quia ſenſibilia ſunt cognita per experientiam ſenſus, illa autem ſolùm per fidem.*

Luc. Burg. 15. Lucas Burgenſis ait: *Verba ſunt Chri-ſti, occaſione laudatæ prudentiæ iniqui hujus villici, exprobrantis filiis Dei ſocordiam ſuam,* & ly *Prudentiores*, interpretatur: *Sagaciores, ſolertiores, induſtrii.* Cajetanus exercitium *Cajetan.* ſeu practicam hujuſce propoſitionis veri-tatem facit agnoſcere: *Ut plurimum enim vera eſt, innumeras enim verſutias & aſtutias exercent filii hujus ſæculi pro hac vita, quas filii lucis ignorant, ſimpliciter gradientes in luce divinæ gratiæ.* Salmeron de hoc œcono- *Salmer.* mo ſcribens, ingenioſam quandam obſer-vationem adducit, nam circa illa verba: *Con-vocatis ſingulis debitoribus Domini ſui*, dicit: nunquid ſufficiebat, quòd ex debitoribus eos præcipuè à debitis ipſorum exoneraret, qui illi familiariores erant, vel à quibus ma-jorem ſperare poterat gratitudinem? Cur igitur omnes vocavit? Difficilius enim erat in multis, quàm in paucis hoc delictum te-nere ſecretum, præterea omnes vocando, culpam ſuam notabiliter aggravabat, latro-cinia & furta ſua per hanc injuſtam debi-torum Domini ſui diminutionem multipli-cando: at verò prouti hic Doctor acutè notat, non ſolùm omnes accerſivit, ſed ſin-gulos ſeparatim: *Non ait omnibus, & ne om-nes ſimul vocaret, & non æqualiter remitte-ret, ut hic fecit, aliquis fraudem detexiſſet ex his, cui minus donaret.*

16. Euſebius Emiſſenus ait: *Prudentiores* *Euſeb.* *ſunt illi in malo, quàm iſti in bono, vix enim* *Emiſ. ho.* *inveniuntur aliqui ſancti, qui tantam pruden-* *in Evan.* *tiam habeant in acquirendis bonis æternis, quantam calliditatem iſti habent in acqui-rendis bonis temporalibus: pro eis enim die no-cteque vigilant, laborant, anguſtiantur.* Sol-lertior & vigilantior fuit Judas in tradendo Chriſtum, quàm Petrus, Jacobus, & Joan-nes erant vigilando, in ejus defenſionem: *Sic non potuiſtis una hora vigilare mecum?* *Matt. 26* De aulico quodam apud Senecam ſcribitur, *v. 40.* quòd interrogatus, quid faciendo in aula conſenuerit? Reſponderit: *Injurias accipien-do, & gratias agendo*: multi quidem virtuoſi homines reperientur, qui ſe de acceptis in-juriis non vindicabant, pauci verò, qui ac-ceptas injurias per gratiarum actionem re-munerent. Quis unquam inter bonos repe-riatur, quantumvis etiam is ſpiritualis fue-rit, qui tot artibus & adinventionibus in gra-tia Dei proficere ſatagat, quot aulicus adhi-bere ſolet, ut gratiam ſibi & favorem apud Principem ſuum adaugeat, cui inſervit? Salmeron ait: *Mali pro ſuis cupiditatibus ex-*

ſatu-

ſ.curendis magis ſunt induſtrii & potentes, quam ſancti & juſti pro Dei gloria illuſtranda. Hanc injuriam Deus noſter non videtur tolerare poſſe, quin in hiſce verbis lamentetur, dum videt, quòd mundus, dæmon & peccatum ſequaces habeat, ad comparandam ſibi æternam perditionem longè ſolertiores & ſtudioſiores, quam ſint ſervi ſui, quibus quoddam ſempiternæ beatitudinis regnum promittit. Unde Lucas Burgenſis ait: *Hoc præcipuè reſpicit Chriſtus, turpe eſſe docens, impios in ſuo genere plus ſapere, & certius ſibi providere, cum agatur de rebus levibus & perituris, quàm juſtos in ſuo genere, ubi de rebus æternis quæſtio eſt, & comparandis præſidiis, vitæ immortalis.* Quòd ſi diviti alicui mercatori lucrum aliquod præſentetur, illud amplecti conſilium, quod ei offertur, non differt in diem ſequentem; & ideò S. Ambroſius ait: *Si aurum tibi offeratur, non mihi dicis, cras veniam, ſed jam exigis, nemo differt, nemo ſe excuſat; redemptio animæ offertur, & nemo feſtinat?*

Lucas Burg.

S. Ambr. ſer. de Elia & jejun.

12. S. Iſidorus obſervat, quòd mundus in omnibus profeſſionibus vel ſtatibus, homines habeat ſolertiores, magiſque indefeſſos & induſtrios qui ſudant, ſtudent, cunctiſque ſe periculis exponunt, nec tamen aliud habent objectum, pro quo obtinendo id faciunt, quàm gloriam mundanam, vel emolumentum aliquod, vel propriam aliquam ſatisfactionem, aut voluptatem: *Omnis ars ſæculi hujus ſtrenuos amatores habet, & ad exequendum promptiſſimos*; milites, mercatores, aulici, & qui turpes ſectantur amores quantum laborant, quantum ſtudent, ut fines ſuos aſſequi poſſint? Mox verò differentiæ illius, quæ inter ſectatores ſæculi hujus & ſervos Dei intercedit, rationem ſuperius inſinuatam ſubjungit, nimirum id fieri, *Quia præſentem habent operis ſui remunerationem*, quod in militia Chriſtiana non item accidit: *Pleroſque habet Deus ſectatores languidos, tepidos, pigritiæ inertiâ congelatos; hoc proindè fit, quòd labor eorum non pro præſenti, ſed pro futura remuneratione defertur.* Thomas de Kempis in aureo libello ſuo ita ſcribit: *Promittit mundus temporalia & parva, & ſervitur ei aviditate magna: Chriſtus promittit ſumma & æterna, & tepeſcunt mortalium corda.* Quando populus Iſraeliticus in Exodo contra Aaronem ſe-

S. Iſid. l. 2. de ſummo bono. c. 10.

Thom. à Kemp. l. 3. de imit. Chriſti c. 3.

erigens, tumultuabatur, cumque violenter quaſi ad fundendum illis idolum quoddam aureum perurgere contendebat, dicens: *Fac nobis Deos*, non conſtat, ipſum tanquam divini honoris propugnandi zelotem ſe illis oppoſuiſſe, quin potius inaures, & monilia aurea ad effectum fundendi idolum ab iis propoſcit. Cajetanus id Aaronem per ingenioſam quandam inventionem feciſſe dicit, ut ab hac ſua ſollicitatione deſiſteret: *Ut diſſenſio dom ſtica in qualibet domo oriretur, reluctantibus mulieribus & pueris*; ſperabat enim fore, ut, dum ſe his ornamentis & auro privare debebant, omnes ad unum repugnarent; ad verò ſpes illum valde fefellit, quia certatim unuſquisque in iis adferendis primus eſſe contendebat; quia quando de idolis noſtris fabricandis agitur, profuſi & prodigi ſumus, neque ullus ſumptuum impendendorum habetur reſpectus: at verò dum aliquid in ſubſidium neceſſitatis proximi, vel ad cultum Dei erogandum venit, nec pecunia adeſt, nec conſilium occurrit illius accipiendæ.

Exo. 32. 1

Cajet. in Exod.

17. Porro ſagacitatem & aſtutiam, quæ virtuti Chriſtianæ & ſpiritui opponitur, in Michol Davidis conjuge aptè delineatam videmus; hæc enim cùm de corporali conjugis ſui vita ſalvanda agebatur, ſtatuam quandam; ex pannorum ſcrutis affabrè effingere, eique vultum adjicere novit, adeò pulchrè confictum, ut Davidis faciem ad vivum exprimeret, eamque ſtatuam intra lectum poſuit, veluti altum obdormientem: at verò quando idem Rex ex ſpeciali pietatis & religionis motivo, ante arcam Domini ſalutare cepit, quantum ob hunc digniſſimum divini obſequii actum adirata fuit? Quàm acriter illum reprehendit? *Deſpexit eum in corde ſuo*; imò in verba imperii adversûs illum erupit: *Quaſi ſi nudetur unus ex ſcurris.*

2. Reg. 6 v. 16. ibid. v. 20.

Verſus 9.

Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Facite vobis amicos.

1. Hi amici, quos nobis comparamus pau-

pauperes ſunt, inquit S. Bonaventura: *Divitiis temporalibus nobis amicos facimus, cum eis in temporalibus ſubvenimus*, juxta illud Prov 9. *Divitiæ addunt amicos plurimos.* Didacus Stella lucrum conſiderat, quod nobis conciliamus, dum hanc amicitiam ſectamur: *Quid vilius*, inquit, *iſtis terrenis rebus; Tamen iſtis cæleſtia poſſumus emere, & amicos in æterna beatitudine comparare, ſed omnem curam adhibemus in amicitiis potentium & divitum conciliandis, Chriſtus tamen oppoſitum docet, videlicet ut pauperum amicitias quæramus*; redditque rationem quandam, quæ efficax eſt, noſque convincit; quia videlicet per amicitiam & benevolentiam Regum & Magnatum mundi hujus, tantum lucrari non poſſumus, quantum per amicitiam pauperum, tametſi idipſum mundus non credat, ſiquidem hoc ad quod nos Reges & Monarchæ terreni ad ſummum exaltare poſſunt, eſt, ſi nos in partem Regni ſui admittant; at pauperes efficiunt, ut integrum nobis acquiramus regnum cælorum: *Recipiunt nos in æterna tabernacula.*

S. Bonav. ſer. 4. in hac Do. Pro. 19. 4 Didac. Stell.

De Mammona.

2. Cajetanus vocabulum iſtud Chaldaicum eſſe ſcribit, quo tamen Syriaca lingua pariter utitur, & divitias ſignificat: Lyranus tamen ſcribit: *Mammon eſt nomen dæmonis, tentantis de divitiis malè acquirendis, & ideò nomen ejus ad divitias ſignificandas derivatur.* Idem quoque Dionyſius Carthuſianus his verbis dicit: *Mammona eſt nomen diaboli, de divitiis malè acquirendis, ſeu expendendis, aut avarè conſervandis tentantis.*

Cajet. *Lyran.* *Dion. Cart.*

Iniquitatis.

3. Janſenius advertit, quòd Chriſtus divitias hoc titulo appellarit, *Mammona iniquitatis*, quia ut S. Hieronymus: *Qui ad Hedib. ſcribit, omnes divitiæ de iniquitate deſcendunt, & niſi alter perdiderit, alter non poteſt invenire*; ac tandem veriſſimum ſibi ſemper videri propoſitionem illam dicit, *Dives aut iniquus, aut iniqui hæres.* Et ideò Eccleſiaſticus dicit: *Fili ne in multis ſint actus tui, & ſi dives fueris, non eris immunis à delicto.* Salvator noſter divitias ſpinis ſimiles eſſe dixit; quia ſub illis ſerpentes, buffones, ſcorpiones aliaque venenoſa animalia latitant, ad denotandum, quòd omnia vitia ut plurimum apud divites invaleſcant, & ſicut ſpinæ nullum manui apertæ dolorem conciliant, ita in pugno conſtrictæ carnes manus transfigunt & perforant: eodem modo bona temporalia, aurum & argentum in manu Eleemoſynarii cujuſdam, & liberalis hominis poſitum, nullum illi damnum affert, ſed potius utilitatem, in manu verò avari conſtitutum conſcientiam poſſidentis multis vulneribus lethiferis transfigunt.

Janſ. *Eccl. 11. 10.*

4. Lucas Burgenſis dicit Salvatorem noſtrum non ſine myſterio divitias appellaſſe *Mammonam iniquitatis*, quin potius multas ob cauſas hoc eis nomen indidiſſe. *Primo, quia non ſine iniquitate collectæ ſunt, & innocentes congregari vix poſſunt.* Unde Apoſtolus in una epiſtolarum ad Timotheum, dicit: *Qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.* Secunda ratio eſt: *Quia non ſine iniquitate aſſervantur*; unde idem Apoſtolus ad Epheſios, avaritiam appellat *Idolorum ſervitutem.* Præterea *Non ſine iniquitate ferè expenduntur, materia cùm ſint omnis iniquitatis, & irritamenta malorum; adhæc, quia mendaces & fallaces ſunt, fallunt enim poſſeſſores ſuos, quibus felicitatem, omneque bonorum genus promittunt.*

Lucas Barg. *1. Tim. 6. 9.* *Eph. 5. 5.*

5. Dionyſius Carthuſianus quoque divitias hoc titulo: *Mammona iniquitatis*, vocari dicit: *non quòd in ſeipſis ſint malæ, & vitioſæ, ſed multis de cauſis tales dicuntur. Primò, quia multorum vitiorum ſunt materia atque occaſio, propter quod ait Valerius: Dives currit ad libitum, corruit ad illicitum ſecundo, quia communiter iniquè acquiruntur, avarè ſervantur, illicitè expenduntur.* Tertiò verò loco aliam quandam, etiam ab aliis ſacris Expoſitoribus adductam rationem tangit, dum ait: *Inſuper divitiæ dicuntur iniquitatis, quaſi inæqualitatis, quia inæqualiter poſſidentur, & non æquè retinentur, quia quod quis ultra neceſſaria vitæ ſibi reſervat, nec proximorum neceſſitati communicat, Mammonæ iniquitatis cenſetur.*

Dion. Cart.

6. S. Thomas in ſumma ſua, eandem expoſitionem tradit, dicens: *Mammona iniquitatis, id eſt, inæqualitatis*; bona enim hoc tempo-

S. Th. 2. 2. q. 32. art. 7.

temporalia, ingentl'cum inæquitate inter homines diſtributa conſpiciuntur, ſervato, tamen in omnibus divinæ providentiæ ordine, qui errare neſcit, ut videlicet divitias ſuas dives pauperi cõmunicet, & per hanc communicationem, cœlum lucretur: pauper verò per mendicitatis & verecundiæ ſuæ, quam eleëmoſynam petendo patitur, patientem tolerantiam, vitam quoque æternam
Mat. 5. 3. & ipſe acquirat: *Beati pauperes*, quæ prima eſt inter reliquas beatitudines. Unde S. Auguſtinus: *Plus tibi dedi, habere unde pauperi dares, pauperi non dedi ob hoc, ut te probarem, non quia ambobus non habui unde darem, ſed per pauperem volui te probare.* S. Bonaventura ait: *Inique, id eſt, non æquè diſpenſantur, cùm indigni plus vel minus abundent; vel quilibet, ut dicit Gloſſa, Mammon perdet, ut per eas deperdantur homines.* Cajetanus quoque eandem reflexionem his verbis facit: *Divitiæ in genere, appellantur divitiæ iniquitatis, hoc eſt, inæqualitatis, eò quòd inæqualiter diviſæ ſint, ita quod non à vitio, ſed à relatione inæqualitatis appellantur divitiæ injuſtæ, ſeu iniquæ? poſſunt nihilominus à vitio injuſtitiæ denominari, eò quòd raræ vel nullæ ſunt divitiæ, in quarum congregatione, ſeu converſatione non intervenerit peccatum, vel habentium, vel miniſtrorum.* Diviſio bonorũ temporalium ab initio facta, injuſta utique, rationique naturali contraria futura fuiſſet, ſi ideò inæqualitas admiſſa fuiſſet, ut *Unus eſuriret, alius ebrius eſſet*; pauperes, qui majorem & numeroſiorem generis humani partẽ conſtituunt, per hanc diviſionem facultatum illarum, quas de *Jure naturali* cum omnibus illis hominibus habebant communes, bonis illis ſine conſenſu & tyrannicè ſpoliati fuiſſent, niſi illis aliquod ſuper bona divitum jus fuiſſet relervatum, nunc verò in tantum illi abundant, & pauperes in egeſtate vivunt, in quantum divitibus hæc ſuper divitias illorum impoſita eſt penſio & obligatio, ut hos de bonorum ſuorum ſuperfluis ſuſtentent, adeò ut ſubſtantia terrena ad dives quoſcunque cum hoc vinculo & obligatione
S. Baſil. ſer. 2. in avar. dicit. tranſeat. S. Baſilius ait: *Si fratris, temporalia bona tibi divinitus proveniſſe, an injuſtus eſt Deus, inæqualiter nobis res tribuens? Cur tu abundas, ille verò mendicat? Niſi ut tu bonæ diſpenſationis merita conſequaris, ille verò patientiæ braviis decoretur?* Inæqualitas divitiarum in profectum deſervit ſalutis æternæ, dum dives per miſericordiam & fidelem facultatum ſuarum diſpenſationem pauperibus ſubveniunt, hi verò per patientiam ſibi acquirunt cœlum. Idem ſanctus Doctor alibi quaſi idem dicit: interrogat namque divitem, undenam ſuas habuerit divitias: *Si à caſu dixeris provenire, impius es, cùm eum non agnoſcas, qui te condidit, nec ei qui dedit, gratiem rependas*: ſi verò illas à Deo tibi datas eſſe fateatis, quonam fine illas tibi datas eſſe exiſtimans? *Non enim injuſtus eſt Deus, quia ea, quæ ſunt ad communem victum inæqualiter diviſerit; cur ergo tu dives es, & ille pauper? Profecto non ob aliam cauſam, niſi ut tu benignitatis & fidelis adminiſtrationis mercedem recipias, ille verò patientiæ præmiis honoretur.* Ho. con. avar.

7. Advertendum hoc loco eſt, quod Lucas Burgenſis in horum verborum expoſitione ſcribit *Quomodocunque iniquè dicantur divitiæ, vitium ab hominibus eſt, ipſâ naturâ cùm ſint bonæ*; ac proinde Chriſtus illas intitulavit *Mammonæ*, quo nomine ſimulacrum quoddam marmoreum, ligneum; vel metallinum, aut fictile exprimitur, quod tamen non eſſe iniquum eſt, ſed propter impietatem & errorem eorum, qui illi adorationem & cultum latreuticum exhibent: *Iniquum eſt, non in ſe, ſed errore eorum, qui pro Deo illud colunt, & exſpectant ab eo, quod Dei eſt dare horum error idolo, illorum vitium divitiis iniquitatem adgenerat.* Albertus Magnus ſimiliter ait: *Nec ſunt iſtæ divitiæ, niſi iniquis, qui in eis conſtituunt ſibem, atque copiam beatitudinis ſuæ, à juſtis verò cùm hæc poſſidentur, eſt quidem iſta pecunia, ſed non ſunt illis divitiæ, niſi cæleſtes & ſpirituales.* Lyranus quoque hunc errorem detegit, dum ait: *Dicuntur mammona iniquitatis, quia frequenter ad iniquitatem inducunt & implicant, non tamen pro ſe, ſed ex abuſu hominum*; qui idem teſtimonium citat S. Ambroſii, dicentis: *Sicut divitiæ impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adjumenta virtutis.* Lucas Burg. Alb. M. Lyran.

8. Hugo Cardinalis advertit, quòd multi dictum hoc Chriſti pro ſuo arbitrio exponentes, facillimè ſe in barathrum perditionis præcipitare poſſunt, dum ſibi ex his verbis licitum eſſe arbitrantur furari, ut dari eleëmoſyna poſſit, & ideò ait: *Non eſt intelligendum de mammona iniquitatis, id eſt, pecunia inique* Hugo C.

inique acquiſita, & injuſto titulo poſſeſſa, ſed intellige de mammona iniquitatis, id eſt, de divitiis, quæ ſolent facere iniquos, id eſt, ſolent eſſe materia iniquitatis: vel poteſt ſic exponi, de divitiis inique acquiſitis, vel iniquè retentis, eas reſtituendo. Eadem eſt interpretatio Lyrani, dicentis: *Poteſt exponi de divitiis, iniquo affectu, vel malo actu acquiſitis, de quibus tamen poteſt eleemoſyna fieri.* Exemplum eſſe poteſt in mercede proſtibuli: *Dare enim talia pauperibus, eſt facere ſibi amicos de mammona iniquitatis, id eſt, de divitiis iniquo actu, vel affectu acquiſitis*; unde utiliſſimum quoddam ſuggerit monitum, ut eleemoſynã à reſtitutione diſtinguere ſciamus: *Si injuſto titulo acquirantur, vel poſſideantur divitiæ, de eis non debet dari eleemoſyna, ſed eſt reſtitutio facienda*: Eleemoſyna autem facienda eſt de divitiis malè acquiſitis, quando illæ nullam habens annexam obligationem reſtituendi. Unde Cajetanus quoq; advertit, non eſſe faciendas exterſiones aut rapinas, ſub prætextu voluntatis dandi eleemoſynam: *Quoniam repugnat divinis præceptis, eleemoſynæ ſacrificium offerre de rapina.*

Lyran.

Cajet.

Ut, cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

9. Invitamur hoc loco, ad trutinandum pondus hujuſce ab æterna & prima veritate, & Patris ſapientia prolatæ propoſitionis: ait enim Janſenius: *Expendenda autem eſt expreſsè vis & pondus hujus ſententiæ Dominicæ, quæ nulla alia efficacior eſſe poteſt ad eleemoſynæ commendationem, ad quam homines ſunt tardiſſimi.* S. Gregorius notat, hæc verba valde eſſe efficacia ad deprimendam illorum ſuperbiam, quæ ob ſuas eleemoſynas efferuntur & turgeſcunt: *Si enim eorum amicitiis æterna tabernacula acquirimus, dantes proculdubio penſare debemus, quia patronis potius munera offerimus, quàm egenis dona largimur: qui itaque nunc temporale ſubſidium pauperi tribuit, ab eò poſtmodùm perpetuo recepturus, ut ita dicam, quaſi ad frugem terram excolit, quæ quod accepit uberius reddit.* Theophylactus quoque hujus ſollicitudinis prærogativam conſiderat, dum ait: *Æterna tabernacula pauperibus in Chriſto conſtituta ſunt, in quo poſſunt recipere eos, qui hic ipſis, amicè de bonis; quæ ſunt Dominica largiuntur: felix permutatio, cùm temporalia permutant æternis.* S. Bonaventura eleemoſynam non gratis, ſed ad uſuram dari conſiderat: *Ecce non gratis pauperi eleemoſynam tribuiſti, ſed hoſpitium æternum tibi conduxiſti.* Citatque S. Auguſtinum, cujus hæc præclara verba adducit: *Præbe tectum, & accipe cælum; præbe calicem aquæ frigidæ, accipe torrentem voluptatis æternæ.* Lucas Burgenſis Chryſologum adducit, lucroſiſſimam ingenioſiſſimamque nos docentem Alchimiam; dicit enim: *Ars artium peritiſſima eſt eleemoſyna, non enim domus nobis fabricat luteas, ſed vitam æternam impendit.* Quærit autem hic Lucas Burgenſis: *Quomodo pauperes recipiunt in cœlum amicos ſuos divites? Imperio, aut auctoritate abſoluta in cœlum recipere, ſolius Dei & Chriſti eſt; quod autem pauperum causâ & gratiâ facit Deus, hoc ipſi facere dicuntur; pauperum autem cauſa in cœlum recipit, non rarò propter preces & interceſſionem eorum quamplurimè facit, ſive illi in terra adhuc agant, ſive in cœlo.* S. Auguſtinus rationem reddit de modo, quo pauperes benefactores ſuos in paradiſum intromittunt: *Non propria poteſtate quaſi gratificando recipiunt, ſed promiſſione & permiſſione illius, qui eos conſilio præmoniut, ut ſibi amicos facerent, & qui ſeipſum paſci, veſtri, hoſpitio recipi, viſitari in unoquoque minimorum ſuorum liberatoris bonitatè dignatus eſt*; ac tandem S. Auguſtinus pro concluſione, doctrinam quandam adfert utiliſſimam, maximèque neceſſariam divitibus, ad hoc ut pauperibus, clauſis oculis divitias ſuas concredant, tametſi hi etiam ab æterna beatitudine reprobati eſſent: *Ergò ſi fortè pauperes, quibus benefactum fuerit, ipſi à morte excluſi fuerint tabernaculis æternis, Chriſtus ipſe propter eleemoſynam, rectâ piaque mente exhibitam, recipiet.* Et ratio eſt, quia Chriſtus ſe hanc eleemoſynam directè & immediatè recepiſſe declarat, dicens: *Mihi feciſtis*; ipſe pro paupere fidejubet, ſeque obſidem facit, vel ut Janſenius ait: *Sibi imputat factum, quod illis impenditur.*

Janſ.

S. Gre. l. 21. mor. c. 14.

Theoph.

S. Bonav. ſer. 5 cit.

Lucas Burg.

S. Aug. l. 2. q. Evang. c. 38.

Matt. 25 v. 40.

Janſ.

10 Idem Janſenius notat, quàm divites ad augendum & amplificandum reditus ſuos, avidi ſint & cupidi: *Cum divitiis homines ferè quærant ſibi facere quæſtum, & lucrum augere, oſtendit, quâ ratione ſibi per eas maximè proficere poſſint, non in aliquot annos ſed in perpetuum.* Divitiæ naturâ ſuâ inſtabi-

les ſunt, ſed ecce tibi illas in ſempiternum ſtabiliendi modum, quo ſervato illas nunquam perdere poſſis. Adhæc tametſi divitiæ *Mammona iniquitatis* appellentur, attamen *Oſtendit Dominus, quomodo juſtitiam illam nobis vertere poſſimus injuſtitiam.*

11 Sanctus Patriarcha Abraham, tres illos viatores ſub tabernaculi ſui tectum recipere omni conatu ſtuduit; ſed nota modum, quem hac in re obſervat: *Domine*, inquit, *ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum*, videtur potius æquum fuiſſe, ut viatores illi charitati ſe Abrahæ recommendarent, quàm ut ipſe ſollicitaret illorum gratiam. Oleaſter ait: *Docet nos non gratiam facere pauperi, cum hoſpitio recipiendo ſed majorem accipere, ſi ſe illi à nobis recipi permittant.* Ita verè Abrahæ contigit, prout ab immenſis, quæ in retributionem impenſæ illis hoſpitalitatis accepit, beneficiis facilè deduci poteſt. Unde Chryſoſtomus ait: *Mercatura, negotiatio que tua cœlum eſt, da panem & accipe paradiſum; parva da & magna ſuſcipe; da mortalia, & accipe immortalia.* In vita S. Joannis Eleëmoſynarii Patriarchæ Alexandrini refertur, quod cum die quadam Epiſcopum quendam, cui nomen Troilus erat, ad eleëmoſynam erogandam invitaſſet, is potius ex verecundia, quam non dando ſubiiſſet, quàm ex interno pietatis inſtinctu, mox triginta libras in pauperes diſtribuit; cujus tamen ipſum paulò poſt vehementer pœnituit, adeò ut præ mœrore animi in febrim incidens, lecto aliquamdiu affixus fuerit; quòd S. Joannes intelligens, eundem domi ſuæ viſitans, ſubridendo affatus eſt, his ferè verbis: Nolo ut eleemoſyna à te præteritis diebus erogata, in tuum videatur data fuiſſe diſpendium, ſed meis illam rationibus adſcribe, à me tibi reſtituendam, ipſe enim Patriarcha eum ad faciendam charitatem illam exſtimularat, eò quòd eleemoſynarius illius pro illo tempore nihil ſecum pecuniarum haberet, quas erogare poſſet; præcepit igitur illas triginta libras eidem reſtitui, quo facto Troilus Epiſcopus protinus convaleſcere, & è lecto ſe recipere viſus fuit; ſanctus verò Patriarcha apocham quandam ſeu chyrographum ab eo expetiit, in qua ſe præmium illud quod pro eleemoſyna erogata â Deo recepturus fuiſſet, pleno jure Patriarchæ cedere confiteretur; quod ille chyrographum cùm Patriarchæ expediviſſet, ſequenti nocte viſionem quandam à Deo habuit, in qua pulcherrimum illi & opulentiſſimum ob oculos palatium ſtatuebatur, cujus frontiſpicio inſcriptum erat: hæc eſt domus, in qua deinceps in ſempiternum requieſcet Troilus Epiſcopus, quam ille ſcripturam cùm lætis oculis conſpexiſſet, ſubitò ibidem gravis quidam vir ſenatorii ordinis compluribus aliis comparuit, qui deleta ſcriptura præfata, hunc præfato palatio titulum inſcribi juſſit: Hæc eſt domus, quam ſibi Joannes Epiſcopus Alexandrinus triginta libris comparavit; evigilans autem Epiſcopus, totamque rei ſeriem ſancto Patriarchæ enarrans, protinus reſipuit, & ex avaro magnus deinceps factus eſt Eleemoſynarius.

Gen. 18. 3.

Oleaſt. ibid.

Chryſ. ho. 9. de pœnit.

* * * * * * * *

DOMI-

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM.

Ex Lucæ Cap. 19.

v. 41.  *T appropinquavit, videns civitatem, flevit ſuper illam: dicens 42. Quia ſi cognoviſſes & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. 43. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique. 44. Et ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quòd non cognoveris tempus viſitationis tuæ. 45. Et ingreſſus in templum cæpit ejicere vendentes in illo & ementes, dicens illis. 46. Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis eſt, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. 47. Erat docens quotidie in templo.*

Verſus 41.

Ut appropinquavit; videns civitatem, flevit ſuper illam.

Ut appropinquavit.

1. NOn ſolùm greſſu corporis, inquit Hugo Cardinalis, *ſed etiam compaſſionis affectu, ſed inutiliter, quia civitas non appropinquavit illi per pœnitentiam.* Didacus Stella ſimiliter conſiderat, quòd, tametſi Deus noſter animæ noſtræ, peccatis immerſæ, appropinquet per gratiam ſuam, nos tamen ab ipſo procul abeamus per noſtram obſtinationem: Singulis diebus Deus appropinquat ad peccatores, in ſceleribus & vitiis obſtinatos, ac ſuæ gloriæ lumine irradiat eos, cum tamen miſerrimi & obcæcati, inſpirantem & ſalubertimè exhortantem non recipiant.

Hugo Card.

Did. Stell.

Videns.

2. S. Bonaventura hunc Chriſti obtutum non ſolum corporis, ſed etiam pietatis ſuæ radium quendam fuiſſe ſcribit: *Non tantum oculis corporis, verum etiam aſpectu pietatis. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cælo in terram aſpexit, ut audiret gemitus compeditorum &c.*

S. Bonav. hic.

3. S. Antonius de Padua hæc duo verba: *Videns flevit*, conjunctim conſiderat, ac proinde exclamat dicens: *O anima, ſi videres, fleres; ſed quia non vides, ideo non fles.*

S. Anto. Pad. ſer. in Dom. 10. poſt Pent.

4. Didacus Stella felicem Jeroſolymam futuram fuiſſe dicit, niſi hoc Chriſti aſpectu abuſa fuiſſet: *Felix illa quidem, ſi hac viſione non fuiſſet abuſa, non enim ſolet ex Dei intuitu ſequi perditio, ſed ſalus;* adducitque Zachæi & Matthæi exemplum, quos Deus ſuo aſpectu dignatus fuit: *Miſertus eſt eis, & eos convertit; cæterum cum Chriſtus hunc intuitum nihil civitati profuturum videret, ſuper eam miſericordiâ commotus, lachrymatus eſt.*

Did. Stell.

Flevit.

5. S. Bonaventura adhoc ſe reflectit, quòd Chriſtus tribus ſolum vicibus, juxta ſacræ Scripturæ teſtimonium, pro nobis fleviſſe legatur: *Nota quod Chriſtus legitur ter fleviſſe pro nobis, ſuper Lazarum ſuſcitandum, ſuper Jeruſalem, ut hic, & in cruce, ex quo fuit*

S. Bonav. hic.

pietas Christi perfectissimè manifesta ad nos. Contemplativi quidem, ipsum quoque in infantia flevisse meditantur, sed hoc est illius ætatis proprium; Quando Lazarum ad vitam revocavit, plorabant quoque circumstantes, & verò solemni usu receptum est, quòd parentes & amici defunctos suos defleant: & ut dicit Apostolus: *flean cum flentibus.* In cruce pariter quid mirum est, ipsum lachrymas effudisse, quando in ea simul totum suum effudit sanguinem. *Clamore valido & lachrymis exauditus est*, præterquam quòd dolorum, quos patiebatur, atrocitas hasce lachrymas naturaliter producere poterat: at verò summè mirandum est, quòd nunc ploret, quando tota Jerosolyma festiva cum olivis & victoriosis palmis & acclamationibus ad ejus se triumphum accingit; ac proinde fletus hujus rationes examinare necessum est

Hebr. 5. 7.

6. Enimverò Evangelium nos de causa tristitiæ Christi, dubios aut anxios esse nequaquam permittit; Causa etenim fuit civitatis illius ruina & excidium, quod videbat adeo illi esse propinquum: *Res observatione digna*, inquit Lucas Burgensis, *quod Romani eodem in loco in montem Oliveti castra ponerè, & eodem ferè die proximo ante Pascha civitatem obsidere cœperunt, quo Jesus prædixit, ac deflevit visa excidium.*

Lucas Burg.

7. Lyranus per civitatem hanc sanctam in sensu allegorico, sanctam Ecclesiam intelligit. *Civitas hæc est Ecclesia, quæ tempore Antichristi sic angustiabitur, & prosternetur, quòd pauci audebunt se Christianos profiteri.*

Lyran.

8. Albertus Magnus ait: *In medio suæ exultationis, quando cum ramis excipiebatur, flevit civitatis excidium, quod meruit in sua passione.* Et hæc est causa, inquit idem Magnus Præsul, cur Ecclesia in Dominica Palmarum, post repræsentatum hunc triumphum solita sit legere in memoriam hujus planctus, passionis historiam. Hugo Cardinalis postquam hanc eandem considerationem exposuisset, subjungit: *Nec solum introductum est hoc in Ecclesia, propter Dominici facti repræsentationem, sed etiam ut per ipsum moraliter nos instruat Ecclesia, quòd, in quantacunque gloria sit aliquis, non est gaudendum, quia extrema gaudii luctus occupat.* Et hoc est mysterium, ob quòd in summorum gaudiorum culmine constitutus, quando in sua transfiguratione, gloriam, quâ fruebatur in anima, transmisit ad corpus, ad temperandam lætitiam, & excessivum illum cordis jubilum, pœnosam & amatam mortem sibi reduxit ad memoriam: *Dicebant excessum ejus, quem completurus erat*; ut nos doceret, quòd in medio lætitiæ, doloris non sit deponenda memoria. *Risus dolore miscebitur.* Dionysius Carthusianus ait: *Edocemur, ne in die bonorum immemores simus malorum, neque in die nos extollamur honoris.* Considera, qualia fuerunt totius populi illius obsequia, honores, & acclamationes festivæ, & ex alia parte Salvatoris nostri moderationem: *Nequaquam inaniter motus est, sed futura intuens mala, ad compassionem & lachrymas est inductus.* Indeque pro omnibus illis, qui in prosperitatis temporalis culmine positi sunt, ut le hoc deducit documentum: *Si ergo quandoque aliqua corporalis arridet prosperitas, aliquis honor sive promotio, tunc magis ad interiora nostra redeamus, vereamur, ne forte in vita hac recipiamus bona transitoria pro mercede futurâ.* Vult quoque per hunc fletum nos docere, quòd dum ab hoc mundo in sublime evehimur & promovemur, tristandum potius nobis sit, quàm gaudendum, quia nimia serenitas ingentes communiter minatur adversitates; naves pretiosis mercibus onustæ facilius merguntur in dulcibus fluminum vadis, quàm in maris aquis falsis. Prævidebat Salvator noster, quòd illud populare *Euge Euge*, faustæque illæ ejusdem populi acclamationes: *Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel*, tandem eâdem septimanâ in opprobria & contumelias, nec non in tumultuosos illos clamores, quibus vociferebantur: *Tolle, tolle, crucifige eum*, terminandæ essent. *Beati, qui nunc fletis*, inquit Salvator; Non dixit nos beatos in gaudiis & prosperitatibus humanis, sed beatos nos appellavit in lachrymis. *Si quid patimini propter justitiam, beati. Qui beatum dicunt*, inquit Isaias, *ipsi te decipiunt*; ac proinde S. Augustinus dicit: *Mundus iste periculosior est blandus, quàm molestus; & magis cavendus, cum illicit diligi, quàm cum admonet, cogitque contemni.* Nunc cum in triumphum Christus educitur, plorat: at verò eâdem septimanâ, dum ad patibulum

Alb. M. hic.

Luc. 9. 31

Prov. 14. v. 13.

Dion. Cart. ser. in hac De.

Matth. 21. v. 9.

Joan. 19. v. 15.

Luc. 6. 21

1. Petr. 3. v. 14.

Isa. 3. 12.

S. Aug. ep. 144.

eductu

eductus fuit, lætus & hilaris exſtitit: *Hymno dicto exierunt in montem Olivi* ; Cœnaculum egreſſus eſt, cantans: quia alii legunt: *Hymno cantato. Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* Devotas illas mulieres flere prohibuit: *Filiæ Jeruſalem nolite flere ſuper me.* Per hunc quoque planctum nobis inſinuare voluit, quàm parvi faceret mundi hujus applauſus & honores, ut illorum vanitatem, & quibus ſubjacent, pericula nobis inſinuaret; Lucas Burgenſis ait: *Flevit autem inter gaudia & fauſtas acclamationes populi, oſtendens adverſas inſidias Phariſæorum quàm non bis efferret ſe, aut extolleret ſe (quanquam non judicaret cohibendas) quin multo magis corde ſibi eſſet civitatis ſalus.*

Matth. 26. v. 30. Hebr. 12 v. 2. Luc. 23. v. 28. Lucas Burg.

9. Equidem admiratione dignſſima eſt hæc Salvatoris erga populum hanc adeo ingratum & rebellem exhibita compaſſio, quia cum ab illo in hoc triumpho tanquam filius Dei & promiſſus in lege Meſſias agnitus & honoratus fuiſſet, eâdem ſeptimanâ ipſum mortis reum eſſe exclamavit, ejuſque poſtulavit crucifixionem. Euthymius ait: *Humano more Chriſtus præ immenſa ſua bonitate defl t, etiam hinc oſtendens, qualia haberet erga ingratos viſcera.* Olim per os Davidis prædixit: *Si oblitus fuero tui Jeruſalem, obliviono detur dextera mea; adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, ſi non præpoſuero Jeruſalem in principio lætitiæ meæ*; Experientiâ atteſtante videmus, quod magis ſoleamus lætari de adverſis, quæ illis qui nos injuriis & contumeliis infeſtant eveniunt: Dei filius autem, qui ſcholam illam in terra plantavit, in qua interalias virtutes manſuetudinem nobis ſpecialius inculcatam animis noſtris eſſe voluit: *Diſcite à me, quia mitis ſum*, non ſolùm de hujus civitatis humicidæ ſui excidio non fuit gaviſus, verum inſuper eandem defl vit, ad inſinuandam nobis, quàm inimicis exhibere debemus charitatem. Unde Cornelius Janſenius ait: *Diſcendum, quod & nos exemplo Chriſti, ex animo dolere & plangere debeamus impiorum cæcitatem & perditionem, etiamſi ſint inimici, eorumque perditionem deplorandam, magis quàm mala, quæ ab eis nobis inferuntur*; *quando David deſlevit mortuum Saul & Abſalon*; *ſic & Jeremias prævidens vaſtitatem populi Judaici.* Carthuſianus quoque dicit, quòd Chriſtus in hiſce lachrymis ardentiſſimam ſuam, erga hunc populum & civitatem ſibi reoelles, eluceſcere fecerit charitatem: *In qua ſceleratiſſimi, crudeliſſimi, ac ingratiſſimi hoſtes ſui, e quibus paulo poſt fuerat morte acerbiſſima atque turpiſſima occidendus, non odio, indignatione, impatientia, aut iracundia motus eſt contra eam, ſed ex ineffabili charitate & pietate condoluit eis tam vehementer, quòd prorupit in lachrymas. Hoc exemplo docemur non ſolùm amicis, ſed etiam inimicis noſtris charitativè ac piè condolere, ſubvenire, & pro eorum ſalute lachrymas fundere.*

Euthym. Cornel. Janſſer in Dom. 10. poſt Pent. Dion. Cart. ſer. in Do. 10. poſt Pen.

10. Lucas Burgenſis Chriſtum per hunc planctum, veritatem humanæ naturæ indicare voluiſſe exiſtimat: *Flevit ut homo, ſed ita ut fletum non invitus pateretur, ſed ſponte ſibi ipſe impetraret*, nec fletus hic in ipſo paſſio, ſed propaſſio quædam fuit.

Lucas Burg.

11. Notandum eſt autem, quòd S. Lucas non ſolum ipſum flevi ſſe ſcribat, ſed ſubjungat, ipſum fleviſſe ſuper civitatem: *Videns civitatem, flevit ſuper illam*, quaſi diceret, deflevit illius ingratitudinem, obſtinationem & contumaciam, & præcipuè inſtabilitatem, quam erga ipſum exhibuit, quia tametſi ipſi lumen & notitiam divinitatis ſuæ impertitus fuiſſet, ipſaque eidem quoque fuiſſet cooperata, prouti triumphus hodiernus, voces, honoris & cultus erga ipſum eximii demonſtrationes clarè ſatis demonſtrant, in hac tamen cooperatione modico tempore conſtans permanſit, ſed eâdem ſeptimanâ ſe ad execrabiliſſimum ſceleris in ipſum commiſſi exceſſum ſeduci permiſit, qualis nunquam ab humana malitia commiſſus fuiſſe legitur, qualis fuit ejus crucifixio? Verè miſeria iſthæc lachrymis etiam ſanguineis deploranda erat: *Sicut lumen ejus, ita & tenebræ ejus*; *Melius erat illis non cognoſcere viam juſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum converti ab eo*, ac proinde ſuper populum illum cælitus immiſſum eſt horrendum illud ſupplicium, cujus præſens meminit Evangelium, & meritò ſiquidem Apoſtolus ait: *Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam exſpectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios.*

Pſ. 138. 12 1. Petr. 2 v. 21. Hebr. 10 v. 26.

12 Gloſ-

Gloſſ. 12. Gloſſa ait: *Plorat ſuper civitatem, ut miſericors, nolens perdi eos, qui in illa ſunt, propter facinus contra ſe; oſtendit itaque viſcera miſericordiæ per fletum*; Longanimitas & patientia, inquit eadem Gloſſa quâ triginta quinque annis, comminatum civitati ſupplicium immittere diſtulit, ſatis quantum pœnitentiam illorum deſiderarit, oſtendit. Unde S. Ambroſius haſce lachrymas ad aliud quoddam propoſitum adducens, ita ſcribit: *Jeruſalem flevit, ut quia ipſa flere nolebat, Domini lachrymis ad veniam perveniret, ipſe nos flere vult, ut evadere poſſimus.* S. Bonaventura quoque ita nos monet: *Flente Domino pro nobis, omnes cum ipſo flere debemus.* Unde & motiva nobis inſinuat, propter quæ flere debemus: *Flendum eſt*, inquit, *pro culpa, ut ignoſcatur; pro gratia, ut obtineatur; pro miſeria, ut evadatur; pro patria, ut ad eam veniatur.* Didacus Stella quoque planctum nobis pariter perſuadere nititur, in ſatisfactionem peccatorum noſtrorum: *Ad noſtram eruditionem diſcamus, quantum propria ſcelera plorare debeamus, cum ita ille deploret aliena, flet Chriſtus noſtra peccata, flet hominum ſtoliditatem & ruinam.* Verum enimvero advertendum eſt, quòd tametſi in primo loco pro redemptione populi illius non ſolùm lachrymas, ſed & ſanguinem effuderit, uttumque tamen horum inutile fuerit, ſed culpa ipſius, dum in cæcitate & obſtinatione ſua pertinaciter permanſit, cum tamen veriſſimum ſit axioma illud: *Qui creavit te ſine te, non ſalvabit te ſine te.*

S. Ambr. l. 2. de pœnit. c. 6.

S. Bonav. ſer. 1. in hac Dom.

Did. Stell.

13. Qui Chriſtum in ſepulchro Lazari lachrymantem viderunt, hanc inde deduxerunt conſequentiam: *Ecce quomodo amabat eum.* Apoſtolus quoque ait: *Scripſi vobis per multas lachrymas, ut ſciatis, quàm charitatem habeam abundantiùs in vobis.* Neque enim dari poterat ardentis amoris & compaſſionis, qua Salvator populum hunc proſequebatur, manifeſtius & evidentius ſignum, quam videre flentem pro illo ipſum Deum, illum inquam, qui facie ſua lætificat & beatificat paradiſum, idque in ſupremo apice glorioſiſſimi illius triumphi, quo fuerat exceptus. Unde Cajetanus ad malignos Phariſæos converſus ait: *Vide Phariſæi, quàm charam habeat Jeſus hujusmodi gloriam, inter tot honores ſedens ſuper aſinam flet, non extollitur, non magnifacit honores, qui fletum non continet compaſſionis*, plus etenim de calamitatibus quas populo illi imminere prævidebat, contriſtabatur, quàm gaviſus fuerit de honoribus & triumphis, quibus idem populus illi applaudebat.

Joan. 11 v. 36. 2. Cor. 2. v. 4.

Cajet.

14. Dubium quoddam hoc loco moveri poteſt, quomodo ſcilicet ſimul ſtare poſſit, quòd idemmet Deus, qui exterminium civitatis illius deplorat, illud ipſum poſtea eidem populo immiſerit: at verò facile huic dubio reſpondetur, adhibita ſimilitudine amantiſſimi alicujus Patris, qui percutit & caſtigat filium, quem amat, vel medici alicujus, qui palatum infirmi nauſeabundis potionibus amaricat, dietis rigidiſſimis corpus illius affligit, illudque ſecat & urit, & hæc omnia non in infirmi pernitiem, ſed in perfectam ejuſdem ſanitatem & commodum præſtat; Plorat igitur Salvator propter populi illius iniquitates & culpas, ſed ex motivo juſtitiæ, eaſdem debita pœna caſtigare non omittit: Judex contra reum, ſententiam mortis pronuntiat, quamvis aliunde ob naturalem benignitatis indolem ſe minimè ad eandem ſententiam exequendam carere exoptet: Deus quidem piùs eſt & clemens, nec tamen intermittere poteſt, quin etiam exerceat juſtitiam, utpote quæ divinum & neceſſarium eſt illius attributum; hoc tamen non obſtante facit ut quoad poſſibile fuerit, magis in eo reluceat clementia, ſitque juſtitia ſemper ſuperior, quâ erga nos fertur, miſericordia. Eandem difficultatem Rupertus Abbas Tuitienſis movet, dum ait: *Flevit ſuper illam, & tamen non liberavit eam, ut non circumdarent eam inimici*, reſpondetque protinus, quòd tanquam juſtus judex ſcelera caſtigare debebat: *Non poſſum à meipſo facere quidquam* (in perſona Chriſti loquitur) *videlicet ut faciunt injuſti judices*; Dum divinæ juſtitiæ ſuæ enſem vibrat, vult ut nihilominus cognoſcamus verum eſſe, quod ſanctus Tobias de ipſo dixit: *Non enim delectaris in perditionibus noſtris*; Ad deplorandam Jeroſolymæ calamitatem & excidium, ipſemet in perſona propria contriſtatur, dolet, amaro eſt animo, & in copioſiſſimas reſolvitur lachrymas, & ut hujus populi indomabilem duritiam pretioſo

Rup. Abb. in cap. 1. Nahum.

Tob. 3. 22

tioſo ſuo ſanguine emolliat, eâdem ſeptimanâ, eundem ex omnibus venis ſuis copioſè effundit: at verò dum illum de facto vult caſtigare, Titium cum Romano exercitu ex longinquis regionibus in eos immittit, ut haberet reſipiſcendi tempus ſufficiens & opportunum. Janſenius in ſermone quodam in hanc Dominicam, ait: *Ex hoc fletu & verbis iſtis Domini diſcendum nobis, quod Dominus non gaudeat, ſed planè doleat interitum impiorum, ut verè per Prophetam dixerit; Nolo mortem peccatoris, &c. Et ſubjicit velut lamentando: Convertimini, convertimini à viis veſtris peſſimis.* Lucas Burgenſis ait: *Opportunè magnoque conſilio fletum adhibuit, ſuæ de excidio civitatis prophetiæ, ut fidem ſibi conciliaret majorem*; Idem quoque authòr progreditur ulterius ad ponderandum in hoc fletu aliud quoddam myſterium; nimirum quòd per hunc quoque indicare velit, quod ipſimet incolæ Jeroſolymitani hujus ſui ſupplicii & excidii ſint fabricatores, tametſi illud, quantum eſt ex parte ſua, ſibi diſpliceat, in cujus ſignum, amarè illud ipſum deflebat. *Ut conſtaret non voluntatis ipſius eſſe, ut periret, quie contra viſceribus miſericordiæ (quæ per fletum oſtendit, ait Theophylactus) eam amplecteretur.* Se quidem iratum oſtendit, *iraſcentur*, at verò ſimul, quam ſit à nobis caſtigandis alienus, licet ſimul ſit juſtus, declarat Propheta dum ait: *Ut faciat opus ſuum, alienum opus ejus, ut operetur opus ſuum, ab eo peregrinum eſt opus ejus.*

Janſen. loc. cit. *Lucas Burg.* *Iſa. 28. 21.*

15. Gloſſa ait: *Quod Dominus ſecundum hiſtoriam ſemel fecit, hoc quotidie per electos ſuos in Eccleſia agit; plangit reprobos, qui neſciunt, cur plangantur, ſed exultant in rebus peſſimis, qui, ſi damnationem ſuam prævideren, ſeipſos cum electorum lachrymis plangerent.* Civitas illa iniquitatum pleniſſima, animam peccatis immerſam denotabat, quæ idipſum deflere non curat, imò potius læta & hilaris in miſerabili hoc ſtatu eſſe conſpicitur. Unde Albertus Magnus ait: *Tantò plus flevit, quantò illa minus doluit.* Quiſquis animæ alicujus extra Dei gratiam conſtitutæ miſerabilem ſtatum penitus conſiderat, fatebitur utique illam dignam eſſe, quam ipſe Redemptor lachrymis ſuis deploret, ſiquidem nec dari, nec imaginatione concipi poteſt ſtatus aliquis infelicior & deplorabilior, quàm ſit peccatoris, mortali peccato obnoxii ſtatus.

Gloſſa. *Alb. M.*

16. Origenes à S. Thoma in Catena citatus, ait: *Fletur autem & noſtra Jeruſalem, quòd poſt peccata circumdant eam inimici, id eſt, ſpiritus nequam.* Nullus unquam credidiſſet, quòd Deus ille, qui unico tantùm verbo univerſam hanc mundi machinam produxit: *Dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit & creata ſunt*, tot ab oculis & multò plures à corde lachrymas effuſurus eſſet, ob mœnium civitatis illius deſolationem. S. Bernardinus de Senis in ſermone quodam de *dignitate animæ*, ait: *Multi quippe & magni theſauri in mari, & alibi amiſſi ſunt, millequè civitates combuſtæ ſunt, atque deſtructæ, & tamen non legimus pro eis Chriſtum flevisſe, ſed pro anima ſola; Hæc civitas animam myſticè præfigurat.* Cui conſonat, quod ſanctus Antonius de Padua in eandem ſententiam pariter ſcribit; Dicit enim: *Non flet civitatem terrenam ſolùm, ſed principaliter animam; non ruinam lapidum, ſed virtutum.* Deflebat peccata animæ, utpote quæ expianda reſtabant toto ſuo pretioſo ſanguine. Chryſoſtomus ait: *Quoniam de ſuis non habebat quid lugeret, hoc pro aljenis agebat.* At verò dices; Ex quo damnum hoc Jeroſolymam concernebat, ad ipſam potius pertinuiſſe videtur, ut fleret, ſuoque fletu divinam juſtitiam placaret, cur igitur Chriſtus alienam ruinam & excidium deplorat? Nimirum, ut per hoc denotaret, ſumma ſe cura & ſollicitudine pro animæ noſtræ ſalute urgeri, cujus hæc civitas figura quædam erat. Væ nobis, niſi ipſe pro nobis ſollicitudinem geret. Unde in paſtore illo præfiguratus fuit, qui, poſtquam perditam recuperaſſet oviculam, vicinos ad ſecum gaudendum, ſibique congratulandum invitavit, oſtendens per hoc, bonum & profectum animæ noſtræ ab ipſo veluti bonum proprium æſtimari, utpote quæ tanti ipſi conſtitit. Lazari quatriduani fœtens cadaver animæ in peccato habituatæ typus erat, refert autem S. Joannes, quòd

Orig. in cat. *S. Bern. ſerm. de dign. animæ. ar. 3. c. 1.* *S. Anton Pad. loc. cit.* *Chryſoſt hom. 66. ad popul*

quòd Christus, priusquam illud resuscitaret, sæpius fleverit: *Vadit ad monumentum, ut ploret ibi; infremuit spiritu, & turbavit semetipsum; lachrymatus est Jesus*; Neque mirum alicui videri debet, quòd Salvator noster pro una anima fleverit, qui pretiosissimi sanguinis ipsius pretium considerat, quod pro illius redemptione impendit. Unde S. Bernardus ait: *Flevit super illam; Nec solùm flevit, sed etiam occidi se permisit, ut pretiosissimi sanguinis sui pretio eam redimeret.*

Joan. 11. v. 31. Ibid. v. 33. S. Bern. c. 3. med.

17. Habemus etiam in hoc Salvatoris fletu aliud quoddam utilissimum documentum, nimirum lachrymas nostras utiliter collocandas & impendendas esse, non ad deplorandum hujus vitæ incidentes ærumnas, neque ob temporalium bonorum jacturam, sed ad deplorandam jacturam bonorum spiritualium. *Beati qui lugent*, inquit D. Chrysostomus, *non mortuum, non jacturam, sed peccatum*, quia ut Petrus Cellensis ait: *Sterilis est omnis effusio lachrymarum, quæ non effunditur propter regnum cælorum.*

Chrys. ho 22. ad popul. Pet. Cel. de pane lugentium c. 12.

18. Optimè S. Cyprianus quoad nos confiderat, quod videlicet sæpe ob mortem alicujus amicorum nostrorum contristemur, econtra verò propter mortem animæ nostræ sæpe numero rideamus & lætemur: *Si quem ex tuis charum mortalitatis exitu perdidisses, ingemiscere dolenter, animam tuam miseram perdidisti, spiritualiter mortuam, & non acriter plangis?* quot enim sunt, qui potius *lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis*? Enimverò Deus noster hujus nostræ naturæ corruptæ, fragilis, adeoque ad ejus offensam proclivis optimè conscius, ad peccatum expiandum & perpetuâ liturâ delendum, de unico hoc nobis remedio prospexit, nimirum de compunctione & fletu, nos autem illum non ad peccatum delendum, sed potius ad quævis alia exigui momenti negotia adhibemus. Didacus Stella ait: *Docet lachrymis esse diluenda peccata, utpote quæ cæterorum vulneribus aptissima sint medicamenta, & nihil aliud præstent, quàm commissa peccata abolere*; Qui idem pius author in ordine ad fletum, aliam quandam habet ingeniosam observationem; Dicit enim, quòd tametsi lachrymemur, dolendo ob amicorum vel parentum mortuorum jacturam, vel ob quamcunque aliam rem perditam, certum sit quòd nihil horum per hoc recuperaturi simus: *At si Deum graviter offendisti, lachrymis offensum tibi reconciliabis, obliteratisque peccatis omnibus amissam gratiam recuperabis, hic est lachrymarum usus, hic scopus ad quem sunt dirigendæ.* Idem quoque Author ponderat, quòd Christus non ob mœnium desolationem fleverit, sed propter tot animarum in iniquitatibus contumacium perditionem: *Non diruendos quidem muros, non subvertenda Jerusalem ædificia deplorat Dominus, sed cæcitatem civium ejus, & animarum interitum & jacturam.*

Did. Stell.

19. Dionysius Carthusianus in quodam sermone suo existimat, voluisse Christum Dominum instituere Prælatos, ut animarum sibi commissarum damna spiritualia deplorent: *Fletus iste spectat ad aliorum Prælatos, & Patres, & superiores, ut subditorum & sibi commissorum vitia lugeant.*

Dion. Carth. ser. 2. in hac Do.

Versus 42.

Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

Quia si cognovisses & tu.

1. Id est, inquit Cajetanus, *si cognovisses malatibi superventura, fleres*; *supple, quæ modo frueris bonis, quæ sunt ad pacem tuam, bonis temporalibus*; *alter sensus est*: *si cognovisses, quæ ad pacem tuam* (*hoc est, mea gesta, meum adventum, mea bona, quæ sunt ad veram pacem*) *quæ modo sunt absconditaab oculis tuis internis.*

Cajet.

2. Didacus Stella sermonem hunc Christi interruptum esse observat: *Adverte, quod Christus hæc verba scissa, & absque profecto integræ orationis sensu protulit, nobis significavit ingentem animi dolorem, ob quem vox hæsit faucibus, & lingua perfectè pronuntiare & exprimere sensum suum non potuit.* Verbum igitur æternum, Sapientia Patris, is inquam, *qui linguas infantium facit disertas*, de quo ipsi quoque infideles fatentur, quòd *nunquàm sic locutus est homo*, modò perfectè verba enuntiare & eloqui nescit? Ecce tibi quo-

Did. Stell.

Sap. 10. v. 21. Joan. 7. v. 46.

quousque tristitia illius & dolor ascenderint, qui ob animarum perditionem, & propter supplicia, quæ divina justitia super illos immissura erat, illum affligunt.

3. Volebat Christus hisce verbis dicere: Si tu me tanquam verum Messiam agnovisses, si aures prædicationi meæ adhibuisses, si ad pœnitentiam, ad quam toties te invitavi, recipisses, *nequaquam perires*, inquit, *Euthym.* Euthymius: Si scires imminens tibi excidium, inconsolabiliter fleres, tuamque invidiam, malignitatem & ingratitudinem deploreres.

S. Bonav. ser. 2. in hac Dom. 4. S. Bonaventura post illud: *Et tu, subaudit, fleres: quadruplex cognitio tem ser homo ad fletum debet provocare; si enim agnosceres in transgressione, peccati fœditatem, retributionis æquitatem, redemptionis charitatem, resolutionis sive mortis calamitatem, bene flere deberes.* Anima, quæ cognoscendo assequitur, quid sibi velit offensa Dei, vel peccatum mortale, continere se nequit, quin illud defleat detestetur. Peccata vocantur opera tenebrarum: *Rom. 13. v. 12.* *Abjiciamus opera tenebrarum*, quia ut plurimum committuntur absque cognitione Dei offensi, sine reflexione ad culpæ gravitatem; qui in obscuro ambulat, facilè cespitat & offendit. Observandum quoque est, quòd huic civitati Christus non improperet directè ejus transgressiones, sed solam ignorantiam: *Quia si cognovisses & tu*; quia major pars animarum condemnatur, eò quòd hoc lumen non recipiat, vel quòd notitiæ huic seu lumini, quod Deus illi communicabat, minimè correspondeat; siquidem ipse quidem *Ioan. 1. 9* *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, *Ioan. 3. 19.* sed malum nostrum est, quod *dilexerunt homines magis tenebras quam lucem*; Argi sumus in rebus, bona temporalia spectantibus at verò cùm de salute animæ, aut de bonis æternis agitur, in obscuro & in tenebris ambulamus. Vix confusum illud chaos productum fuit; *Gen. 1. 2.* *Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi*, cum ecce vox illa auditur: *Gen. 1. 4.* *Fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem quod esset bona, & divisit lucem à tenebris*: Porro homo extra gratiam Dei constitutus, unum pedem ori abyssi infernalis immisit, estque jam secundùm præsentiam justitiam condemnatus; Sed quid demum fit? *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*; quia misericors Deus lumen & agnitionem nobis infundit miserabilis illius status & periculi, in quo sumus, divinam suam gratiam nobis offert, ut hac mediante nos erigere valeamus, imprimis nobis lumen rationis & conscientiæ remorsum, ac tandem sua nobis submministrat auxilia, ad evadendum barathrum perditionis, sed nos hæc omnia surdâ aure excipimus: *Qui malè agit, odit lucem*, & ideo majoris facimus peccatum, quàm ipsum Deum & salutem æternam. Dionysius Carthusianus ait: *Si cognovisses in seriam & eversionem tibi imminentem, fleres, quæ modo infeliciter exæstata lætaris, quia propriam perversitatem non pensas, & pœnas tibi debitas, atque instantes non prævides.* Hæc causa est desolationis innumerabilium animarum, quòd scilicet se non applicent ad trutinandum cum pondere sanctuarii, gravitatem peccati, amissionem Dei & regni cælestis, æternitatis bonorum, ideoque incidimus in æternitatem pœnarum.

Ps. 4. 7.

Joan. 3. 20.

Dionys. Carth.

Et quidem in hac die tua.

5. Lucas Burgensis ait: *Significat jam die seu tempus extremum adesse, quod alterno Dei consilio ordinatum fuerit in salutem Jerosolymæ, quod si elabi sineret hanc opportunitatem, fore ut imposterum salutis janua ei præcluderetur.* S. Apostolus nos hortari volens, ut Deo ad pœnitentiam & vitæ emendationem nos vocanti & invitanti, fideliter correspondeamus, de diebus & momentis semper loquitur, dicens: *Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies salutis*; Omni diluculo diurno in matutino hæc verba recitamus: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Et ideo valdè periculosum est, pœnitentiam de die in diem procrastinare, cùm tempus vitæ nostræ non ab incertis annis aut mensibus, sed per dies & momenta tantum, quibus vivimus, metiri debeamus. Pro cujus meliori elucidatione necessum est, ut veritatem quandam catholicam penitius intelligamus. Dicit igitur Salvator noster: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*, hæc autem tractio fit operâ & interventu Spiri-

Lucas Burg.

2. Cor. 6. 2.

Joan. 6. v. 44.

tus ſancti, hic autem, non quando nos volumus, ſed *quando* ipſe *vult ſpirat*, & ideo hic nobis inſpirationes ſuas immittit, quando ſibi placet, non verò ad libitum noſtrum; Unde væ uobis, ſi ipto cœleſtem hunc ventum ſp rante, nos affectuum & cordis noſtri vela non explicemus ad illum recipiendum, ſiquidem manifeſto nos periculo exponimus, ne forte aliquando vento hoc emanente, in ſicco hæreamus, & in profundum inferni uſque naufragari cogamur. Et ideo Janſenius in ſermone quodam, ſuper præſens Evangelium conſcripto, inter cætera ait: *Nunc noſtra dies eſt, in qua ea curare poſſumus, quæ ad pacem pertinent; Venient alii dies, qui non noſtri erunt, ſed divinæ remunerationis, quando qui oblatas modo ſalutis occaſiones non ſunt amplexi, tradentur inimicis ſuis, dæmonibus ſcilicet torquendi.*

Janſ. loc. cit.

6. Porrò de quo die Salvator noſter loqui intenderit, quando dicit: *In hac die tua.* Dionyſius Carthuſianus his verbis pulchra ad propoſitum noſtrum declarat, dum ait: *Id eſt, in tempore iſto brevi atque celerrimè tranſeunti, in quo non Dei honori, ſed propriis vanitatibus vacas, quæ ad pacem tibi, id eſt, ea quæ habes ad carnalem temporalem & fallacem tuam pertinene pacem, quia divitiis, delitiis & honoribus jam abundas, nec ab hoſtibus infeſtaris.* Didacus Stella quoque hæc verba: *In hac die tua* de felicitate temporali, quâ Jeroſolyma tunc de facto gaudebat, interpretatur: *Et quidem in hac die tua, ſcilicet qua lætaris & gaudes, & tibi, & non Deo vivis, quare tua dicitur dies, & non Dei*; nihil enim aliud tunc meditabatur, nec ad aliud ſe ad applicabat quàm ad lætitiam, voluptatem & temporalem ſibi procurandam felicitatem, & ideo ſuper Jeroſolymam immiſſæ ſunt ingentes illæ miſeriæ & calamitates, & flagella divinæ juſtitiæ. Eccleſiaſticus dicit: *Sicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aves laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis ex templo ſupervenerit*; quaſi diceret: Sicut piſces læti circumnatant, mox ut acceperunt ſimul cum hamo eſcam, & ſicut aves accepto grano illis objecto, feſtivè ſaliunt, & volitant, non attendentes ſeſe eſſe ad mortem captivas: Eodem quoque modo major pars hominum, dum in ſummo ſunt gaudiorum gradu, morti æternæ & dæmoni cedunt in prædam, idque eo præcipuè tempore, quando ſe vel maximè adhuc gaviſuros eſſe ſperabant. S. Gregorius proinde optimè hac de re ſcribit, dum ait: *Benè autem peritura animæ ſententia, quæ ſubditur, convenit, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abſcondita ſunt oculis tuis; ſuum hic diem habet anima perverſa, quæ tranſitorio gaudet in tempore, cui ea quæ adſunt, ad pacem ſunt, quia dum rebus temporalibus lætatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate reſolvitur, dum nulla futuræ pœnæ formidine terretur, pacem habet in die ſua, quæ grave damnationis ſuæ ſcandalum in die habebit aliena; ibi enim affligenda eſt, ubi juſti lætabuntur, & cuncta quæ modo ei ad pacem ſunt, tunc in amaritudinem rixæ vertentur, quia rixari ſecum incipiet, cur damnationem quam patietur, non expavit, cur à proſpiciendis malis ſequentibus oculos mentis claſit.*

S. Greg. ho. 39. in Evang.

Dion. Cart. enarr. in Evang. in Dom. 10. poſt Trin.

Did. Stell.

Eccl. 9. 12.

Quæ ad pacem tibi.

7. Didacus Stella obſervat: *Quòd hæc dies vitæ hujus data eſt nobis ad pacem, ut ſic poſſimus pacem æternam nobis comparare*: modus autem hanc pacem in hac præſenti vita comparandi, in divinorum præceptorũ adimpletione conſiſtit, de qua Pſalmiſta ait: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Idem quoque Stella alium quendam diem conſiderat, dicens: *Exſpectemus item diem aliam, in qua Chriſtus in tribunali ſedebit, & puniet, quòd nunc in die gratiæ & pacis diſſimulat; Hi igitur duo dies attentiſſimis animis ſunt conſiderandi; Horum dierum alter Dei, alter hominis eſt.*

Did. Stell.

Pſ. 118. v. 165.

8. Lucas Burgenſis unà cum Euthymio notat, quòd hic Chriſti loquendi modus interruptus ſit: *Defectivus eſt ſermo*, inquit Euthymius: *conſueverunt enim flentes, verba præ affectus vehementia abrumpere.* Porrò hæc verba ſimul conjunguntur,

Lucas Burg.

tur, cum verbo cognoviſſes, & ideo in Syriaco textu legimus: *Nempe ſi tu noſſes ea, quæ ſunt ad pacem tuam, vel ſaltem ipſo die tuo!* Pacis nomine intelligitur proſperitas, ſalus, felicitas & animi & corporis. Medium autem, quo Jeroſolyma & totus illius populus ad fruendum hac pace, uti poterat, erat fides in Chriſtum, ipſum videlicet tanquam verum Meſſiam recipiendo & agnoſcendo. *Jam quæ ad pacem Jeroſolymæ facerent, ex quibus pendebat tota illius felicitas, erant fides in Jeſum Chriſtum, & prædicationis ejus ſuſceptio.*

9. Cùm igitur Jeroſolyma figura ſit animæ alicujus, quæ extra Dei gratiam poſita, illius inimica exiſtit, neceſſe eſt, ut, ſi pace gaudere velit, patulas aures porrigat, cunctis incitatoriis & inſpirationibus cæleſtibus, ipſam ad reſipiſcendum & verâ pace fruendum exſtimulantibus: *Non eſt pax impiis, pax eſt, & non eſt pax*; Etenim quando anima in peccato mortali conſtituta, eouſque malitiæ provenit, ut remorſum, ſyndereſim & inquietudinem malæ conſcientiæ amplius non ſentiat, ſignum eſt, quòd ad ſummum uſque iniquitatis verticem pertigerit, nam *impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.* Vera autem pax in ſerenitate rectæ cujuſdam conſcientiæ conſiſtit: *Gratia vobis & pax*, ubi enim regnat gratia, ibi & pax dominatur, & econtra bellum eſt, ubicunque eſt peccatum, unde David ait: *Viam pacis non cognoverunt*, illiuſque rationem reddit: *Quia non eſt timor Dei ante oculos eorum.*

Iſa. 48. 22.

Prov. 18. 3.

Rom. 1. 7

Pſ. 13 3.

Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.

Dionyſ. Carth. Bed.

10. *Hoc eſt, adverſa tibi imminentia nunc te latent*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *quia & mihi, ea tibi pronuntianti credere aſpernaris.* Venerab. Beda ſimiliter civitatem illam adeo lætam & jucundam nequaquam futuram fuiſſe ſcribit, ſi imminentia ſibi infortunia prævidere potuiſſet: *Si enim cordis ejus oculis mala quæ imminerent, abſcondita non eſſent, lætia in præſentibus proſperis non fuiſſet.* Pars quædam ſupplicii eſt animæ alicui impiæ irrogandi, ſi in hac vita ad alterius vitæ pœnas clauſos habeat oculos, ita ut ſeriam ad illos reflexionem minimè faciant; tunc enim ſenſibus & appetitibus inordinatis fræna omninò laxant. Unde Didacus Stella ait: *Hæc mala ventura abſcondita dicit ab oculis tuis, quapropter multi ſecurius peccant, & patientia Dei ita abutuntur, ut occultò pejores indies effecti, in conſuetudinem peccati dilabantur.*

Did. Stell.

11. Dionyſius Carthuſianus in eandem incidit ponderationem, dum ait: *Ex longanimitate & patientia Dei audentius peccant, & deteriores redduntur, in conſuetudinem peccati ruentes*; Ubi textum illum Eccleſiaſtici adducit, dicentis: *Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque timore ullo filii hominum perpetrant mala.*

Dion. Carth.

Eccl. 8 11

12. Albertus Magnus per hanc abſconſionem, inconſiderationem intelligit; quaſi diceret: *Quia non conſideras ea, ita culpabiliter claudis oculos; & putas te ſemper in peccatis pacem habituram*: at verò tantò pœnoſior & acerbior mors erit, quantò anima per affectum ſuum hiſce bonis & delectationibus mundanis tenacius adhæreſcit: *O mors quàm amara es*, inquit Eccleſiaſticus, *memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis.*

Alb. M.

Eccl. 41. 1.

13. S. Gregorius ait: *Perverſa quippe anima rebus præſentibus dedita, in terrenis voluptatibus reſoluta, abſcondita ſibi mala ſequentia quia prævidere futura refugit, quæ præſentem lætitiam perturbant, dumque in præſentis vitæ oblectationibus ſe deſerit, quid aliud, quàm clauſis oculis ad ignem vadit: Unde benè ſcriptum eſt: In die bonorum, ne immemor ſit malorum.*

S. Greg. hom. 39. in.

Eccl. 11. v. 27.

Verſus 43.

Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coanguſtabunt te undique.

1. Janſenius in ſermone quodam ſuper hoc Evangelium, ex ſeveritate ſupplicii illius, quod de urbe Hieroſolymitana Deus ſumpſit, nos pœnarum infernalium atrocitatem conſiderandam his verbis invitat: *Diſcendum, quam grave & intolerabile ſit futurum gehennæ ſupplicium, cùm temporale Jeruſalem excidium, tantùm præviſum à longè, Chriſto excuſſerit lachrymas.* Horror etenim hujus excidii tot lachrymabilibus & funeſtis

Janſen. ſerm. 19. hic.

eventibus conjunctus, omninò videri posset incredibilis, nisi relatus & conscriptus esset ab Historico veridico & teste quodam oculato, qualis Josephus Hebræus fuit, inter cujus plures, quos scripsit libros, ille, qui de excidio Jerosolymitano ab ipso conscriptus fuit, per specialem omnis erroris expertem cæli providentiam, non sine evidenti miraculo, ab innumeris occurrentibus periculis illæsus & intactus, ad hæc usque tempora ingenuè conservatus & custoditus fuit, ut eorum, quæ illius excidii tempore ipso præsente & spectante acciderunt, veridicus testis esset; nec sine mysterio Deus ita disposuit, ut testimonium hoc ab Hebræo ederetur, ne, si Historicus ille è Christianorum numero fuisset, suspecta tederetur historiæ ab eo conscriptæ veritas, eò quòd haud irrationabiliter timeri potuisset, ne supplicia Judæis in vindictam Redemptoris nostri ab ipsis crucifixi irrogata, hyperbolicè nimis & exaggerativè conscripta fuissent. In decursu igitur quadraginta annorum post Christi crucifixionem à Cæsare Romanorum constituti Judeæ Præsides, Pilatus, Festus, Felix, Florus, Albinus & Cestius universum Judaismum certatim augariaverunt, & per continuas multiplicatasque indies extorsiones, injustitias, strages, & inauditas crudelitates in tantum exagitarunt, ut ex desperatione jugum subjectionis, quo ab Imperio Romano coërcebantur conati fuerint excutere, non obstante quòd illos, utpote toti mundo imperantes, viribus longè superiores esse evidenter agnoscerent. Porrò Titus Imperator in persona propria cum exercitu validissimo in Judæam se contulit, omnesque civitates Judæis subjectas primitus sibi subjugavit, in quibus præter illos, qui per gladios & ignes, aliasque hostilitates exercitas occubuerant, multi sibi ipsis, uxoribus quoque & filiis necem violentam intulerunt, alii verò inter montium prærupta, alii in mare sese præcipites egerunt, ne à Romanis in captivitatem abducerentur. Disposuit quoque vindicativa Dei justitia, ut, quemadmodum Judæorum populus Jerosolymis Paschali tempore tumultuosè clamaverat: *Tolle, tolle, crucifige*; ita quoque idem populus eodem tempore, in eadem civitate à Romanis cingeretur obsidione, à quibus tres Judæorum milliones acerbissimis fuêre occisi suppliciis, siquidem, ut annales Ecclesiastici testatum faciunt, tantus fuit Judæorum crucifixorum numerus, ut plantandis seu erigendis crucibus, nec ligna amplius supperetent, nec locus aut situs. Fames qua cruciebantur, adeo erat ingens & valida, ut stercora equina, calceorum & cingulorum coria, & animalium detractas pelles & excrementa, velut delicias manducare cogerentur; imò mater quædam ex violentia famis filium suum proprium ad ignem torrere & manducare coacta fuit. Per ensem & alia mortis inferendæ instrumenta integer hominum millio, seu myrias deleta fuit, & centum hominum millia in continuata urbis obsidione; qui ab anno ætatis decimo septimo & ultra vivi remanserunt, positis ad collum catenis, vincti & onusti, tanquam mancipia ad metallifodinas Ægypti abducti fuêre; qui verò septemdecim annis minores erant ad numerum nonaginta millium veluti mancipia venditi, & in varias mundi partes fuerunt dispersi; multi autem fuerunt reservati, ut in falsorum numinum festivitatibus, feris leonibus & ursis in theatris objicerentur. Militibus, qui necessitate suadente ad exercitum transiêre Romanum, tanquam avaris & ingluviosis, postquam aurum iis devorandum ingessissent, sub specie illud denuo, quando inutile corporis pondus deponebant, recipiendi, in una nocte plusquam bis millibus, venter apertus, indeque omnia interiora crudeliter extracta fuêre. Hæc civitas quondam à Melchisedech Rege, ante bis mille, sexcentos & septuaginta annos, ante dictam obsidionem ædificata, tribus cincta erat fortissimis mœnium loricis, & plurimis hinc inde propugnaculis communita; tertii verò ordinis mœnia civitati propinquiora, nongentis turribus fortificata conspiciebantur, præter quas tres aliæ turres erant, quæ sui altitudine, invicta fortitudine & structura sine stupore videri à nemine poterant, adeo ut Imperator, qui civitatem hanc ejusque munitiones ante desolationem viderat, Deum contra Jerosolymam pugnasse dixerit, siquidem alias impossibile fuisset, ut per ullam militarium machinarum vim expugnari potuisset. Ruptis denique & in

in terram proſtratis prædictis mœnibus, præfatus Imperator, terræ adæquari juſſit omnes ædificiorum moles, adeò ut vix lapis alteri lapidi cohæſerit, ut adimpleretur propheta Salvatoris dicentis: *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.* Templum tandem poſtquam igne conflagraſſet, ſicut & omnes domus civitatis dirutæ & deſolatæ fuerunt, ac ſolo adæquatæ, adeo ut, quemadmodum ſupradictus Hiſtoricus Joſephus Hebræus refert, ſi, qui urbis locum, in quo ſteterat, tranſeundo reſpiciebant, juraſſent, nullam unquam eo in loco hominum ſtetiſſe habitationem.

Quia venient dies in te.

Did. Stell. 2. Didacus Stella inquit: *Adverte, quod, quando loquebatur Chriſtus de pace peccatorum, & de tempore vitæ præſentis, in numero ſingulari dixit: In hac die, ſed quando locutus eſt de pœna & calamitate ventura, dixit, dies in numero plurali; hinc intelliges, quàm brevis ſit felicitas mundana, quàm verò longus cruciatus, utpote ſempiternus.*

Alb. M. 3. Albertus Magnus tandem aliquando diem illum venturum eſſe dicit, in quo impius oculos ſuos aperiet, ad cognoſcendam ingentem, cui infixus hæret, miſeriam: *Venient dies, in quibus claro lumine aperientur tunc oculi tui per pœnam, quos modo claudit culpa;* id namque impiis illis evenit, qui in libro Sapientiæ dixiſſe leguntur: *Sap. 5. 6.* *Ergo erravimus à via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis; laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, viam autem Domini ignoravimus;* hæc tamen agnitio, ut pote ſera nimis, inutilis fuit, quia tempus faciendi pœnitentiam fructuoſam jam dudum evanuerat.

Et circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & anguſtiabunt te undique.

Ven. Beda. 4. Venerab. Beda per hoſce inimicos ſpiritus intelligit infernales, qui bellum gerunt adverſus myſticam animæ noſtræ Jeroſolymam: *Qui unquam ſunt humanæ animæ majores inimici, quàm maligni ſpiritus? Qui hanc à corpore exeuntem obſident, quam in carnis amore poſitam deceptoriis delectationibus fovent, quam vallo circumdant, quia ante mentis ejus oculos, reductis iniquitatibus, quas perpetravit, hanc ad ſocietatem ſuæ damnationis trahentes coarctant;* in quonam verò ſpiritualis hæc obſidio conſiſtat, qua anima, ut in inimici redigatur poteſtatem circumdata eſſe conſpicitur, ſequentibus verbis declarat, dicens: *Maligni ſpiritus animam coanguſtant undique, quando eis non ſolùm operis, verùm etiam locutionis, atque inſuper cogitationis iniquitates replicant, ut, quæ prius ſe per multa dilataverit in ſcelere, ad extremum de omnibus anguſtietur in retributione.*

5. Dicere quoque poſſumus, in hiſce verbis inſinuari anguſtias, quibus impii in judicio finali futuri erunt obnoxii, quando nimirum juſtitia vindicativa Altiſſimi omnes creaturas contra rebelles ſuos armabit: *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum;* *Sap. 5. 18* tunc reprobus nullum poterit repetire diverticulum ad iram Dei effugiendam: *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades; ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* *Pſ. 138. 9* Quòd ſi convertat ad cælum, illud fulminibus contra ſe armatum eſſe deprehendet; ſi ad terram reſpiciat, hæc ignem copioſum evomet: ſi ſe in ſpeluncis abſcondere nitatur, præcipitabitur in occultas voragines; ſi anxiè amicos inquirat, qui illum adjuvent, dæmonibus occurrit. Hugo Cardinalis S Gregorium adducit, dicentem: *Quomodo anguſtæ viæ erunt utique reprobis? Superius erit judex iratus; ſubtus horrendum chaos; à dextris peccata accuſantia; à ſiniſtris infinita dæmonia ad inferna trahentia; intus conſcientia urens, foris mundus ardens. Miſer peccator ſic deprehenſus quo effugiet? latere enim impoſſibile; apparere intolerabile; ſi quæris, quis te accuſet, dico totus mundus, quia offenſo creatore, omnis creatura habet perditum odio.* *Hugo Card.*

Verſus 44.

Et ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt; & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quòd non cognoveris tempus viſitationis tuæ.

Et

Et ad terram proſternent te.

S. Bonav. hic. 1. S Bonaventura hæc verba in ſenſu myſtico de peccatore exponit: *Hoc*, inquit, *ſpiritualiter contingit, contrà quemlibet peccatorem, manentem in proſperitate temporaliter, qui primo circumdatur in infirmitate, coangustatur in infirmitatis aggravatione, ad terram proſternitur in morte, & prorſus evertitur in incineratione*; Idem quoque Seraphicus Doctor in ſerm. 3. in hanc Dominicam ita ſcribit: *Coangustabitur anima corporis infirmitate, judicis ſeveritate, dæmonis crudelitate, proſternetur corporaliter in ſepulchro, ſpiritualiter in inferno.*

Beda. 2. Venerab. Beda ait: *Tunc anima per cognitionem reatus ſui ad terram proſternitur, cùm caro, quam vitam ſuam credidit, redire ad pulverem urgetur. Tunc in morte filii illius cadunt, cùm cogitationes illicitæ, quæ modo ex illa prodeunt, in extrema vitæ ultione diſſipantur, ſicut ſcriptum eſt: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.*

Et non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.

Luc. Burg. 3. Id eſt, inquit Lucas Burgenſis, *lapidem lapidi cohærentem funditus deſtruent*; Et meritò in lapidibus quoque puniuntur, cùm enim antea lapides è terra ſuſtuliſſent manibus, ut illos in Chriſtum jacerent; ecce nunc proportionatum crimini ſupplicium illis immiſſum: *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.*

Gloſſ. 4. Gloſſa ait: *Cum Jeruſalem modo ſit conſtructa extra portam, ubi Dominus crucifixus erat, apparet illam ex toto deſtructam fuiſſe.* Dionyſius Carthuſianus inquit: *Hoc eſt, funditus te ſubvertent*, illudque per exaggerationem dictum eſſe exiſtimat, ſubjungit nihilominus, quòd, poſt hanc deſolationem, cùm nonnulli Hebræi, qui ad ſe ſalvandos in ſpeluncas ſe receperant, redeuntes, domus nonnullas & ædificia denuò erigere cepiſſent, Romani Ælium Adrianum, qui poſtea Imperator factus eſt Romanorum, iſtuc miſerint, *à quo civitas Jeruſalem fuit tunc omninò ſubverſa, ita ut non remaneret lapis ſuper lapidem.*

Orig. in cat. 5. Origenes, qui per inimicos, Jeroſolymam obſidentes & deſtruentes, ſpiritus intelligit infernales, animam noſtram, quamdiu in peccato mortali vivit, arctâ obſidione circumvallant, ſubjungit: *Circumdant eam inimici, id eſt ſpiritus nequam, & immittunt in circuitum ejus vallum, ut obſideant eam, & lapidem ſuper lapidem non relinquant, maximè ſi poſt multam continentiam, ſi poſt aliquot annos caſtitatis, victus quis fuerit, & blandimentis carnis illectus, patientiam pudicitiamque amiſerit. ſi fuerit fornicatus, lapidem ſuper lapidem non relinquent in eo, ſecundùm illud: Non recordabor primarum juſtitiarum ejus.*

Lyran. 6. Lyranus in ſenſu morali ita ſcribit: *Secundùm ſenſum moralem iſta civitas eſt anima peccatrix, quæ vallatur in morte, & angustiatur à ſpiritibus malignis, & ejus filii proſternuntur, id eſt, cogitationes ejus, quibus promittebat ſibi longam vitam, honores, divitias, & hujuſmodi, fruſtratur.* Quæ doctrina optimè concordat cum verbis illis Gloſſæ: *Perverſus cùm perverſionem adjicit, quaſi lapidem ſuper lapidem ſtruit, ſed cùm anima ad ultionem rapitur, talis cogitationum conſtructio diſſipatur, & hoc ideo, quia non cognovit tempus viſitationis ſuæ.* Gloſſ.

Eò quòd non cognoverit tempus viſitationis tuæ.

Dionyſ. Carth. in Dom. 10. poſt Trin. ſerm. 1. Luc. 1. 68 7. *Id eſt*, ut Dionyſius Carthuſianus inquit, *Chriſti adventum, acceſſum, & converſationem ejus in te*; Pro ejus expoſitionis confirmatione textum illum Cantici Zachariæ adducit: *Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ*; Atque hinc eſt, inquit idem Carthuſianus, quod Deus per Iſaiam lamentetur: *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognovit, populus meus non intellexit.* Iſai. 1. 3.

Cajet. 8. Cajetanus ait: *His verbis cauſa pœnæ ſignificatur culpa cæcitatis, quæ non cognovit tempus, hoc eſt, quo Jeſus illam viſitavit perſonaliter, cum tot evidentibus & claris teſtimoniis, quod ipſe eſſet Meſſias.* Lucas Burgenſis dicit: *Viſitationis tuæ, quo in viſceribus miſericordiæ Dei ex alto te viſitavit oriens.* Luc. Burg. Titus Boſtrenſis ſimiliter per hanc viſitationem Chriſti Incarnationem intelligit: *Tempus viſitationis*, inquit, *illud vocat, quo ipſo* Tit. Boſt.

ipſo è cœlo delapſus eũ viſitavit, multaq; inter viſitandũ divina documenta tradidit, ac plurima tandẽ ſtupenda miracula in eo patravit.

9. Deus noſter apud Iſaiam Prophetam, huic tantoperè à ſe dilectæ civitati proteſta-
Iſa.49.15 tur, dicens: *Nunquid obliviſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui: ecce in manibus meis deſcripſi te, muri tui coram oculis meis ſemper.* Profectò amatus ille planctus & lachrymæ, quas deſolationem civitatis illius prævidens, effudit, clarum ſatis & evidens indicium erant, quod invitus admodum ejus ruinam videbat: præterea divinæ juſtitiæ flagellum, non tantùm una ſeptimana, nec uno menſe aut uno duntaxat anno, ſed quadraginta annis ſuſpendit, imò mediante S. Jacobo Minore Apoſtolo, civitatis illius Epiſcopo, qui quòd ei ſimillimus eſſet, frater illius cognominatus fuit, quotidie hunc populum per plurium annorum decurſum ad veræ fidei agnitionem, & vitæ reſipiſcentiam inducere conatus fuit; in aëre itẽ viſa ſunt portenta, per aëreas illas regiones diſcurrentia, nimirum juxta muros viſa ſunt applicari machinæ currules militares, integrique conſpecti ſunt in aere diſcurrentes armatorum diverſorum exercitus; prius quoque igneus belli furor in Galilæa, cunctiſque aliis circumvicinis Provinciis, cum totali earum exterminio accenſus fuit; ac tandem immenta DEI miſericordia ordinatum fuit, quòd Romani illis pacta obtulerint mutuæ pacis & concordiæ, at verò ut Deus per eundem Prophetam juſtè lamentatur, dicens: *In vanum*
Iſa.49.4 *laboravi, ſine cauſa & vanè fortitudinem meam conſumpſi*, quia intellectus ſui oculos aperire ſemper detrectarunt, nec eum filium Dei & Meſſiam ipſorum cognoſcere aut profiteri voluerunt, ac proinde hac notitia & agnitione deſtituti & privati, in prædam facti ſunt mortis corporalis, ac demum etiam æternæ, ſiquidem Catholica veritas eſt, quod S. Joannes claris verbis aſſerit, dicens: *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti*
Ioa.17.3. *Ieſum Chriſtum.* Et quidem quantò ejus pietas illos exſpectando longanimior fuit, tantò deinceps juſtitia ejus in illis caſtigandis fuit rigidior.

10. Porrò viſitatio hæc nihil aliud fuit; quàm populi illius per fidem & agnitionis Divinitatis ejus facta illuminatio: *Benedictus* Luc.1.68
Dominus Deus Iſrael, quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ, viſitavit nos oriens ex alto; Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedent, ſed quia obſtinati & contumaces oculos ſuos huic lumini clauſerunt, ideo ex hujuſce agnitionis defectu, in profundiſſimum præcipitati ſuerunt barathrum impietatis, cui ſimile in terra nunquam viſum fuit, nimirum in veri Dei infamem crucifixionem; ſiquidem ut S. Paulus teſtatur: *Si cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*; & hæc præcipua 1.Cor.2. 8.
cauſa eſt, ob quam innumerabiles animæ perduntur, quia ſcilicet lumini, quod Deus illis inſpiravit, minimè operibus & converſatione correſpondent. Unde benè Carthuſianus monet, dicens: *Videamus, ne & nos* Dion. Carth. loc.cit.
tempus viſitationis noſtræ parvi pendamus, obliviſcamur & ingrati reddamur. Huic viſitationi invenitur ingratus, qui ſecundùm exigentiam ſuæ vocationis, non eſt ſollicitus dignè Deo converſari, cui addere poſſumus, *qui non eſt ſollicitus Deo obedire*, neque enim dum à Deo vocamur, vocationem illam ſurdis auribus excipere, nec obedientiam luminibus & auxiliis, quæ Deus pro ſalute noſtra nobis offert, debitam ſuſpendere & differre debemus, quia ſi hoc lumen perdiderimus, in tenebras utique corruemus ſempiternas. S. Gregorius ait: *Parvam quamque animam* S. Greg. ho.39. in Evang.
omnipotens Deus multis modis viſitare conſuevit, nam aſſiduè hanc viſitat præcepto, aliquando autem flagello, aliquando verò miraculo, ut ea vera quæ neſciebat, audiat, & tamen adhuc ſuperbiens, atque contemnens aut dolore compuncta redeat, aut beneficiis devicta, malum quod fecit, erubeſcat, ſed quia viſitationis ſuæ tempus minimè recognoſcit, illis in extremo vitæ inimicis traditur, cum quibus in æterno judicio, damnationis perpetuæ ſocietate colligatur.

11. Hugo Cardinalis ad animam, pec- Hugo C.
catis immerſam & contumacem, decurſum ſuum convertit, quæ prius modis à S. Gregorio inſinuatis à Deo viſitata eſt: *Viſitat enim mittèndo Prædicatores*; per hos enim illis manifeſtè oſtendit miſerabilem ſtatum, in quo vivit: Item obligationes, quibus ad reſtituendam famam aut facultates ad remittendum has vel illas injurias, ad reconciliandum ſe cum proximo, ad reſcindendum uſurarios contractus, ſive ad

faciendam & erogandam pauperibus eleë moſynam Deo obſtringitur, & væ illi, ſi huic ei à prædicatore communicato lumini non correſpondeat, ut decet: *Aliquando viſitat flagello, quia grandinat vineas, & necat armenta, ut & ipſi reſipiſcant*, fames enim, annonæ charitas, aut aeris noxia intemperies, viſitationes Dei ſunt, volentis, ut poſt tot perpeſſa adverſa, tandem aliquando emendaremur, diſceremuſque deinceps bene noſtros collocare reditus & meſſes, non verò eaſdem in vitiorum noſtrorum fomentum adhibere. *Viſitat flagello*, id eſt, vel per damnoſum valde naufragium, vel per debitoris alicujus fortiſſionem, perſecutionem, infirmitatem mortalem, vel per alios modos, quibus nos percutit, ut reſipiſcamus. *Viſitat miraculo*, dum illis quoque utitur ad magis excitandam in nobis fidem noſtram, noſque exſtimulandos ad majorem devotionem, punctionem & gratitudinem.

Verſus 45.

Et ingreſſus in templum, cœpit ejicere vendentes in illo & ementes, dicens illis.

Et ingreſſus in templum.

Dion. Carth. 1. Non ſine myſterio, mox ut Jeroſolymam ingreſſus erat, abiit in templum, ſed id fecit, ut Dionyſius Carthuſianus ait: *Primò, quia ut ipſemet dixit: In his quæ Patris ſui erant, oportebat eum eſſe. Secundò, propter noſtram ædificationem, ut ſcilicet civitatem quamcunque ingrediendo, primo intremus Eccleſiam, adoremuſque Dominum. Tertiò, ut abuſiones, quæ erant in templo, corrigeret, & zelum Dei atque juſtitiæ nos habere doceret contra peccata.*

Cœpit ejicere vendentes in illo & ementes.

S. Bonav hic. 2. *Attendendum*, inquit S. Bonaventura, *quod Dominus ſtatim poſt annuntiationem excidit Jeruſalem, intravit ad templum purgandum, ut oſtendat, quòd maxima cauſa deſtructionis ejus fuit peccatum Sacerdotum.* Hanc eandem ponderationem diu ante S. Bonaventuram, his verbis in venerabili Beda expreſſam legimus: *Qui enarravit mala venturæ, & protinus templum ingreſſus eſt, ut de illo vendentes & ementes ejiceret, profectò innotuit, quia ruina populi maximè ex culpa ſacerdotum fuit.*

3. Gloſſa aliud tangit motivum: *Dum ementes & vendentes percutit*, inquit, *oſtendit, unde radix perditionis proceſſit*, quaſi dicere vellet eo ipſo, quo in loci illius ſacri profanatores, flagellis & verberibus animadvertit, manifeſtè ſatis indicavit, quòd flagella iræ Dei ſuper civitates & populos, per totalem illorum deſolationem & exterminium ex bellis, vel aliis infortuniis exortum, exonerentur & immittantur, ob irreverentiam & profanationem Eccleſiarum. Enimverò paulò ante imminens Jeroſolymæ excidium, amaris lachrymis defleverat, unde ſatis colligi poterat, quod illud ab ea, quantum erat ex parte ſua, amotum eſſe cuperet; ac proinde Jeroſolymam ingreſſus, ſubitò ad radicem mali ſe recipiens, profanatores è templo expellere, eoſque ſeverè percutere cæpit, ut deinceps emendarentur, divinamque juſtitiam amplius non irritarent; experientiâ etenim teſte, ex eventibus, qui hactenus acciderunt, clarè ſatis liquet, quòd bella, deſolationes & flagella iræ Dei ſeveriora & atrociora ſemper adverſùs illos extiterint, qui cultum divinum profanè & irreverenter tractârunt. Salvator noſter apud S. Matthæum ait: *Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto; qui legit intelligat; tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes.* Nimirum ambabus vicibus, quibus hoc exterminium prædixit ſpecialem hujus peccati mentionem facit, utpote quod præ cunctis aliis peccatis, ruinas publicas & irreparabiles civitatibus accerſit & ſuperinducit. *Matt. 24. v. 15.*

S. Bonav in Luc. Ier. 11. 19 4. S. Bonaventura ait: *Licet eſſet manſuetus in tolerando injuriam propriam, ſecundùm illud: Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, tamen in ulciſcendo injuriam divinam fuit ſeverus judex.*

Beda. 5. Porrò quinam hi in templo vendentes, in ſenſu myſtico fuerint, Venerabilis Beda his verbis declarat: *Vendentes in templo ſunt, qui hoc, quòd quibuſdam jure competit, ad præmium largiuntur.*

S. Bonav ibid. 6. S. Bonaventura ait: *In hoc autem quod Dominus ejecit ementes & vendentes, oſtendit ſe maximè damnare in clericis avaritiam, & potiſſimum Simoniam.*

Verſus

Verſus 46.

Scriptum eſt: Domus mea domus orationis eſt, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.

S. Bonav. in Luc. 1. S. Bonaventura verba illa ad Sacerdotes directa fuiſſe aſſerit, non verò ad negotiatores, quia animalia ſua eò conduxerant. *Hoc dicitur ipſis Sacerdotibus*, mox verò quomodo domus Dei in ſpeluncam latronum convertatur, his verbis declarat: *Tunc autem domus Dei fit ſpelunca latronum, quando contra voluntatem Chriſti contrectatur patrimonium Chriſti crucifixi, hoc eſt enim furari & latrocinari, quando publicè fit.*

2. Idem quoque Seraphicus Doctor ly illud: *Vos autem*, egregiè ponderat, dum ait: *Ideo ſpecialiter dixit: vos, quorum erat eam purgare, & in ſanctitate cuſtodire.* Olim Deus per os Davidis lamentabatur, dicens: *Si*
Pſ. 54. 13. *inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique; & ſi qui oderat, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo:*
Ib. v. 14. *tu verò homo unanimis, dux meus, & notus*
Id. v. 15. *meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum conſenſu;* tan-
Ib. v. 16. dem verò ſeveriſſimum ipſis ſupplicium comminatur, dicens: *Veniat mors ſuper illos, deſcendant in infernum viventes*; quaſi diceret: ſi Hebræi, idololatræ, aut Mahometani loca ſacra profanarent, tolerabilius longè eſſet, quàm quòd Chriſtiani id faciant, qui innumera à Deo beneficia in ejus domo recipiunt; imò verò reverentia, quã infideles illi idolis ſuis & dæmoni in Moſchæis ſuis, ſumma cum devotione exhibent, condemnabit, quàm maximè fideles, qui Eccleſiis majorem non deferunt reſpectum, quàm ſi publica eſſent proſtibula.

Gloſſa. 3. Gloſſa in ſenſu ſpirituali ait: *Domus Dei eſt conſcientia fidelium, quam facit ſpeluncam latronum, qui relicta ſimplicitate ſanctitatis illud meditatur agere, unde proximum poſſit ladere innocentem.*

Verſus 47.

Et erat docens quotidie in templo.

S. Greg. in cat. 1. S. Gregorius optimè hoc loco conſiderat, quòd, tametſi populi illius ingratitudinem probè cognoſceret, maximiſque à ſacerdotibus in templo afficeretur injuriis & contumeliis, hoc tamen non obſtante à Dei verbo illis miniſtrando deſiſtere noluerit: Redemptor verò noſter prædicationis verba nec indignis, nec ingratis ſubtrahit, unde poſtquam rigorem ejiciendo perverſos tenuit, donum his gratiæ oſtendit, nam ſubditur: *Et erat docens*, &c.

2. Jam paulò ante ex authoritate Gloſſæ oſtendimus, quòd Sapientia Incarnata Chriſtus Magiſter noſter, poſt prædictam Jeroſolymæ devaſtationem, in templum ſe protinus contulerit, ut illius profanatores caſtigaret: *Oſtendit unde radix perditionis proceſſerit*; quia ruina illa à templi profanatione procedebat; idem verò nunc dici poſſe videtur de prædicatione ipſius, quæ hanc prædictionem protinus ſubſecuta fuit, quòd nimirum cauſa exterminii ipſorum fuerit, quia divino ejus verbo aures præbere faciles & patulas detrectabant, atque ideo ſubitò illis indefeſsè prædicare cœpit. Jeremias c. 8. vaticinabatur, quòd oſſa ſacerdotum, Regum, Prophetarum, omniumque aliorum è ſepulchris ſuis eruenda, & vel in aërem cineres, aut verò in ſterquilinium oſſa & carnes eorum projiciendæ eſſent, mulieres quoque eorum dandæ eſſent alienigenis, quodq; civitas illa ſeveriſſimis à Deo caſtiganda eſſet ſuppliciis: ſed quam putas ob cauſam illud futurum erat? *Verbum enim Domini projecerunt.* Ecce tibi unicum tot miſeriarum immittendarum motivum. Idemq; quoq; Propheta ex ore Dei loquens ait: *Si non audieritis me, ut audiatis ſermones ſervorum meorum quos ego miſi ad vos, & nos audiſtis, dabo domum iſtam ſicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis Regibus.* Unde clarè & evidenter deducitur, quòd ſalus, ſtabilimentum & felicitas populorum, ex auditu pariter & reali executione auſcultati Verbi Dei unicè dependeat; ac proinde Salvator noſter exterminium hoc ab Jeroſolyma removere cupidus, ad ultimum uſque diem ab hoc miniſterio Evangelico non deſiſtebat, dummodò ipſi prædicationi ipſius aures præbuiſſent, & ad eum converſi fuiſſent. Eodem ſæculo, quo B. Laur. Juſtin. Venetiis vivebat, Reſpublica Veneta in magnis erat anguſtiis ob bella & controverſias, quas cum Mediolanenſibus habebat; accidit autem, quòd dum nobilis quidam in Corfu profectus

Gloſſa.

Ier. 26. 6

In ſpecul. exempl.

ſanctum quendam ibi degentem Eremitam conveniſſet, ab eo quis tandem hujus calamitatis publicæ finis futurus eſſet interrogarit; cui ille ſe quandam à Deo revelationem habuiſſe reſpondit, hanc nimirum, quòd Deus urbi Venetiarum graviter offenſus eſſet, eò quòd incolæ illius divinum ejus verbum ſpernerent, & valde invitis auribus auſcultarent, ideoque ipſam in cinerem protinus redigendam fuiſſe, niſi ſe per ſuam pro hac urbe ad Deum effuſam, orationem, B. Laurentius Juſtinianus interpoſuiſſet: *Si populus meus audiſſet me, pro nihilo forſan inimicos eorum humiliaſſem, & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.*

Quotidie in templo.

Dion. Carth. 1. Id eſt, ut Dionyſius Carthuſianus ait, de illo, & duobus aliis diebus ſequentibus, quia in feria quarta in Bethaniam abiit, unde Judas ab eo ſanguinem ipſius Judæis venditurus receſſit: *Itaque Chriſtus Paſſioni inſtans à prædicationibus & ſanctis increpationibus non ceſſavit, quo docemur, ne timore mortis, aut cujuſcunque incommodi ceſſemus à ſpiritualibus actibus debitis; per quod etiam quorundam increpatur pigritia, qui dum ſenescunt, exponunt ſe otio & corporali quieti, dum adhuc gregi ſibi commiſſo, ac aliis multis poſſint prodeſſe; imò tunc cum majori reverentia audirentur: advertant hi, quod ait Salvator: Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

Matt. 10. v. 22.

4. Poſſumus quoque dicere, quòd verbum Dei quotidianus ſit animæ noſtræ panis, teſte S. Auguſtino, qui ait: *Panis noſter eſt verbum Dei, quod quando audis, aut quando legis, manducas: quando jam recogitas, ruminas.* S. Ambroſius conſiderans, quòd populus Hebræus à mane uſque ad veſperam Moyſi aſſiſtens, eum attentis auribus auſcultarit: *Aſſiſtebat Moyſi à mane uſque ad veſperam*, ad nos Chriſtianos converſus, noſtram reprehendit pigritiam, dicens: *Moyſe uſus eſt populus Judæorum quotidie in ſermonibus ſuis, à mane uſque ad veſperam, tu Chriſtiane dormis, cui magiſter eſt Chriſtus?* In eodem Exodi libro habemus, Moyſi præceptum fuiſſe: *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*; cùm igitur veriſſimum ſit illud S. Pauli axioma: *Omnia in figura contingebant illis*, hoc utique præceptum figura quædam fuit illius, quod in Eccleſia ſua fieri poſtulabat; nimirum ut Sacerdotes quotidie & continuò præparati eſſent, ad frangendum fidelibus quotidianum divini Verbi panem. Unde Venerabilis Beda in hujus textus expoſitione, de illis ſcribit: *Cunctis Eccleſiam intrantibus, refectionem verbi cœleſtis offerunt, qui rectè propoſitionis panes vocantur, quia in propatulo ſemper eſſe debet univerſis ſermo ſalutis, nec unquam in Eccleſia deeſſe oportet piis auditoribus verbum conſolationis.* Baronius in Tomo primo Annalium Eccleſiaſticorum, de illis congregationibus loquens, quas primitivi fideles, ſecundùm formam ab Apoſtolo in Epiſtola ad Corinthios præſcriptam inſtituebant, declarat, quòd opera S. Philippi Nerii, & inſtituti ab ipſo fundati, optimus ille & ſalutaris uſus Romæ introductus fuerit, quo verbum divinum quotidie cum inſigni fructu & utilitate animarum annuntiatur, dum ad mediæ horæ ſpatium lectio quædam ſpiritualis præmittitur, & poſt hanc quatuor diſcurſus inſtituuntur, quorum quilibet etiam ad mediam horam pariter extenditur, idque cum maximo & continuo auditorum profectu.

Exod. 25. v. 30.

Beda.

S. Aug. ſer. 3. in pſ. 36.

S. Ambr.

* * *

DOMI-

DOMINICA X.

POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Lucæ Cap. 18.

V. 9. *Dixit autem ad quosdam, qui in se confidebant tanquam justi, & aspernabantur cæteros, parabolam istam.* 10. *Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, unus Pharisæus, & alter Publicanus.* 11. *Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus.* 12. *Jejuno bis in sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo.* 13. *Et Publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum levare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* 14. *Dico vobis, Descendit hic justificatus in domum suam ab illo, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.*

Versus 9.

Dixit ad quosdam, qui in se confidebant tanquam justi, & aspernabantur cæteros, parabolam istam.

Dixit ad quosdam.

Alb. M. 1. ALbertus Magnus modum considerat, quo horum, ad quos parabola ista dirigebatur à Christo mentio facta fuerit: *Ad quosdam nomine indignos,* Ps. 15. 4. *propter malum meritum ipsorum. Psalm. 15. Nec memor ero nominum eorum per labia mea.*

Salm. 80. 7. 80. 32. 2. Salmeron Christum illos prudenter & ex singulari charitate non nominasse dicit: *Prudentiæ fuit, neminem in singulari notare, fugienda est enim fratris infamia.* Nullus ex malignis perversisque Pharisæis in Evangelio speciatim nominatus fuisse reperitur, bene autem nomen proprium exprimebatur, quando de aliquo ex melioribus mentio incidebat, ut videre est in Nicodemo, Simone leproso, & aliis similibus.

Qui in se confidebant tanquam justi.

3. Arias legit: *Ad quosdam persuasos in seipsis, quod essent justi.* S. Bonaventura ait: *Tunc confidit in se quis tanquam justus, quando se justum reputat ex suis operibus.* S. Bonav. hic.

4. Salmeron notat, quòd hæc confidentia, quam de nobismetipsis concipimus, nos utplurimum fallat & decipiat: *Experientiâ teste,* inquit, *à nullo magis homo, neque frequentius, neque forte periculosius decipitur, quàm à seipso;* atque hinc est, quòd, ut idem Author notat, sanctus Chrysostomus librum illum scripserit, cujus titulus sive inscriptio est: *Nemo læditur nisi à seipso.* Salm. ibi.

5. Theophylactus ad hoc se reflectit, quod Theoph.

quòd quia ſuperbia inter cunctas alias paſſiones majorem in humana corda tyrannidem exercet, ideo Salvator noſter haud immeritò eandem præ cæteris ab iiſdem cordibus profligare contendat: *Eſt autem ſuperbia Dei contemptus, quoties enim aliquis non Deo ſed ſibi aſcribit bona quæ facit, quid eſt aliud quàm Dei negatio?* Contra illos igitur, qui in ſeipſis confidunt (opera ſua non Deo, ſed ſibi ipſis attribuendo, & inſuper proximos ſuos contemnendo) hanc parabolam proponit, *oſtendens, quòd quamvis juſtitia approximet Deo, ſi tamen aſſumat ſuperbiam, ad infimum dejicit hominem.*

Hugo Card. 6. Conſiderabilis eſt hoc loco dictio illa, *tanquam*, quia ut Hugo Cardinalis obſervat: *Non erant verè juſti cùm nullam haberent juſtitiam, quia non habebant humilitatem, ſine qua nihil placet Deo.*

Eccl. 9. 1 7. Æternæ & primæ veritatis propoſitio eſt, quòd *neſciat homo, utrum amore an odio dignus ſit*, niſi deſuper revelationem habuerit. Imò S. Paulus à Deo, qui mentiri nequit, indubitatam habebat prædeſtinationis ſuæ promiſſionem: *Vas electionis eſt mihi iſte*, idemque jam ad tertium uſque cælum raptus fuerat, ubi, ſecundùm quod ſcholæ aſſerunt, oculos ſuos in divinam eſſentiam defigere licuit, per modum tranſeuntis, & tamen præ timore nimio totus contremiſcebat, unde dicit: *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne reprobus efficiar.* Non quidem ſua ipſum mordebat conſcientia, *nihil mihi conſcius ſum, & tamen hoc non obſtante, protinus ſubjungebat, ſed non in hoc juſtificatus ſum.* Quamnam putas, ex mente S. Gregorii, eſſe differentiam inter eos, qui ſub ſignis militaribus militant, & alios qui ſub vexillo crucis apud Deum ſua merentur ſtipendia? Hæc nimirum, quia milites nullo timore angunt ur, at verò Chriſtianis ſemper de ſuis viribus diffidendum eſt: *In timore Domini*, inquit Sapiens, *fiducia fortitudinis.* Petrus qui Chriſtum non hominis tantum, ſed etiam Dei filium eſſe confeſſus fuerat, eundem poſtea ſæpius turpiter & protervè negavit, proteſtandoque dixit: *Non novi hominem*; cujus quidem præcipitii cauſa fuit, quia ſibi ipſi nimium confidebat, adeo ut in ſui comparatione ſuos aſpernaretur alios Coapoſtolos. Unde S. Ambroſius ait: *Lapſus eſt, quia dixit, etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor, quis alius jure de ſe præſumat?* Theophylactus quoque ait: *Idcirco permiſit illum Chriſtus cadere, ut doceat, ne quis in ſeipſo confidat, ſed in Deo.* Et quia ter ſe ſuum ſecuturum eſſe magiſtrum temerè jactavit, ſeque quovis alio eidem fideliorem futurum eſſe ſtultè promiſit, Deus juſtè ipſum non ſemel tantùm, ſed trina voce negare permiſit, in pœnam trium errorum quos commiſit, tum nimium ſibi ipſi confidendo & promittendo, tum aliis ſe præferendo, illoſque contemnendo, tum Chriſto fidem adhibere renuendo.

Act. Apoſt. 9. v. 15.

8. Mundi hujus innavigans mari ſcyllam inter & charybdin pertranſire debet, ſi portam attingere deſiderat: per medias diffidentiæ & confidentiæ anguſtias tranſiliat, neceſſum eſt, ſi enim in alterutram, quamcunque demum, partem declinaverit, naufragium patietur. Unde Tertullianus inquit: *Qui præſumit, minus veretur, minus præcavet, plus periclitatur, timor fundamentum ſalutis eſt, præſumptio impedimentum timoris; utilius ergo, ſi ſperemus nos poſſe delinquere: ſperando enim timebimus, timendo cavebimus, cavendo ſalvi erimus.* Confidendum eſt, ſed non inutiliter; diffidendum eſt at iterum certos inter limites: dum plus nimio diffidit Cain, in deſperationem incidit, dicens: *Maior eſt iniquitas mea, quàm ut veniam promerear.* Talem Phariſæus ille de ſe deque ſuis meritis præſumptionem habebat, ut crederet cælum ſe capite contingere, dum pedibus eſſet in inferno.

Tertull. l. de cultu fœm.

Gen. 4. 13.

Et aſpernabantur cæteros.

9. Arias legit: *Nihil facientes cæteros.* Dionyſius Carthuſianus ex hoc Phariſæorum, quo reliquos omnes aſpernabantur contemptu, falſas minuſque ſolidas eorum deducit fuiſſe virtutes, inquiens: *Denique ipſa eorum aſpernatio oſtendit, quòd verè juſti non erant.* Pro cujus confirmatione ſancti Gregorii adducit authoritatem, dicentis: *Vera juſtitia compaſſionem habet,*

Dion. Carth.

habet, falſa dedignationem, quamvis & juſti ſoleant rectè peccatoribus de dignari: ſed aliud eſt, quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quòd zelo diſciplinæ.

10. Minatur Spiritus ſanctus, per os Iſaiæ Prophetæ, condignam contemptoribus hiſce pœnam, nimirum: *Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſpernetur? cum fatigatus deſieris contemnere, contemneris.* Quorum mores fuſius porro idem proſequitur Carthuſianus, diſcurſu ſequenti, *Nec in vero ſpiritualis vitæ fundamento ſe figunt, ſed religioſiores cupiunt apparere, & cùm carnales ſint, ſpirituales ſe aëſtimant.* De quibus proinde loqui voluiſſe exiſtimat ſanctum Apoſtolum Judam, in illo Epiſtolæ ſuæ textu: *Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos animales, ſpiritum non habentes.*

11. Quemadmodum nulla eſt infirmitas corporalis, quæ ita affligit unum, quin non etiam quemcunque poſſit invadere alium (utpote qui omnes ex una eademque fragili & corruptibili compingimur maſſa) ita pariter nulla datur animæ alicujus macula talis, quam non poſſit quæcunque contrahere alia & de facto contractura ſit, niſi Deus ſpeciali auxilio & gratiâ ſuâ tum aſſiſtat tum præſervet. Nullus omnino à nobis deſpiciendus eſt, maximè in rebus ſpiritum concernentibus; non ſolùm quia virtutis, amoris aut gratiæ divinæ, in proximi anima latentis, theſaurus abſconditus eſt ab oculis noſtris, ſed etiam, quia neſcimus, quid tandem in illa, à nobis contempta, anima Deus operari velit. Contingit quandoque, quòd domum quis intret ſculptoris, videnſque projectum in terra ſaxum aut lignum parvum, credat, illud igni deſtinatum eſſe, ut comburatur; ſed longè aberrat, de uno namque formabitur crucifixus, de altero verò
Luc. 3. 8. ſtatua v. g. ſancti Franciſci. Ita pariter *potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Si quis noſtrum ambos illos in prætorio Pilati vidiſſet latrones, qui Chriſto crucifixi ſunt, quis credidiſſet unquam, quòd alteruter illorum præ ſancto Joanne Baptiſta, præ ſancto Petro, præ dilecto diſcipulo, imò præ ipſâ ſanctiſſima Virgine & Matre Dei, introitum habiturus eſſet in Paradiſum, juxta illam æternæ veritatis vocem: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Luc. 23. v. 43. Quando filius Bernardoni exercebat mercaturam, cumque coætaneis ſuis ad libitum divagabatur, quis talem in eo præſumpſiſſet exitum, qualem tandem, omnipotentiâ & ſapientiâ divinâ mediante, nactus eſt. Non contemplemur ſublimem in equo Apoſtolum, quando erat *adhuc ſpirans minarum & cædis, in diſcipulos Domini*; ſed miremur proſtratum in terra, & dicentem: *Domine, quid me vis facere?* Act. Apoſt. 9. v. 1.

12. Erant equidem familiaria S. Philippo Nerio verba iſta: *Spernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeipſum, ſpernere ſe ſperni.* Sed immediatè iis ſubjungere ſolebat: *Hæc ſunt dona ſuperni.*

13. Ut bonorum à nobis factorum operum merita tuta conſervemus, non ea magni faciamus neceſſum eſt, quia *cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Servi inutiles ſumus.* Luc. 17. v. 10. Proximos noſtros, & in meritis & in amicitia divina ſuperiores nobis reputare debemus. Unde optimè nos admonet S. Gregorius verbis ſequentibus: *Perit omne, quod agitur, ſi non ſollicitè in humilitate cuſtoditur.* S. Greg. l. 19. mor. c. 17.

Parabolam iſtam.

14. Hæc verba Albertus Magnus ita interpretatur: *Hoc eſt, ſimilitudinariam hiſtoriam, & tamen ſæpe verum facit in rei veritate.* Alb. M. Ejuſdem pariter opinionis fuit Lucas Burgenſis, ſcilicet potuiſſe hunc caſum verè contigiſſe. Unde ait: *Reſpondeo, facilè fieri potuiſſe, fuiſſe rem gratam Jeſu cognitam, eâ quâ omnia noſſet ſcientiâ.* Lucas Burg.

Verſus 10.

Duo homines aſcenderunt in templum, ut orarent, unus Phariſæus, & alter Publicanus.

Duo homines.

1. Bene conſiderando eam, quæ inter duos hoſce intercedit diſparitas, videmus utique non potuiſſe majorem inter eos dari inæqualitatem: alter namque tantam præſeferebat perfectionem, quaſi jam ipſam ſanctitatis eminentiam attigiſſet; alter verò tam ſe impium eſſe proteſtabatur, ut nec ſupercilia ſua ſurſum elevare auderet: nihilominus totum id, quod in Phariſæo eminebat, vitium erat, & econtra quidquid apparebat in Publicano defectus, vera & ſumma virtus erat. Ecce quam facilè decipiamur; bonitas namque & malitia operis, in intentione & fine operantis, quem nos non videmus, non verò in apparentia externa conſiſtit.

Aſcenderunt.

Hug. Card. 2. Hugo Cardinalis tradit, quòd *ſeptem erant gradus, per quos aſcendebatur in templum.* Ezech. 4. *per quos ſignificantur ſeptem dona Spiritus ſancti.* Templum porrò, ut Lyranus obſervat, in alto monte ſituatum erat.

Alb. M. 3. Albertus Magnus inquit: *Oratio, ut dicit Damaſcenus, eſt aſcenſio intellectus in Deum; & ideo omnem orationem oportet aſcendere.*

In templum, ut orarent.

S. Bonav. hic. 5. S. Bonaventura, utriuſque hujus, in templum aſcendentis finem, bonum dignumque laude fuiſſe advertit, inquiens: *Ad hoc enim debemus in templum conſcendere, ut oremus.* Citatque pro confirmatione ſui, ſancti Auguſtini ſententiam, *S. Aug.* dicentis: *Nemo in oratorio aliquid agat, niſi illud, ad quod factum eſt, unde & nomen accepit. Propterea Dominus eos, qui in templo non orabant, ſed mercabantur, ejecit non ſine aſperitate verborum.* Eandem in *Salm. to. 7. tr. 32.* præſenti nobis doctrinam tradit Salmeron, ſcilicet quod Eccleſiam, orandi gratiâ frequentare debeamus: *Non ad negotia, vel ad pompæ oſtentationem, ad aſpectus vel obſcœnos & laſcivos; ut plerique faciunt.* Quando judicabimur de peccatis noſtris, quibus loca ſacra contaminavimus, hi nobis duo objicientur, Phariſæus ſcilicet & Publicanus; licet enim ille admodum impius, hic verò uſque ad collum immerſus eſſet negotiationibus & commerciis, uterque tamen uno eodemque fine Eccleſiam adiit, ſcilicet *ut orarent:* ad confuſionem Sacerdotum, quibus in faciem exprobrabat Chriſtus: *Nolite facere domum meam, domum negotiationis.* *Ioan. 2. 16.*

Unus Phariſæus, & alter Publicanus.

5. Dionyſius Carthuſianus ait: *Phariſæi erant religioſi Judæorum, ſicut nunc Monachi Chriſtianorum; erantque Phariſæi ab aliis in habitu, in obſervantiis multis, cultu Religionis diſtincti; propter quod dicebantur Phariſæi, id eſt, diviſi, eratque ſecta eorum inter Judæos celebris.* Idem omninò ſanctus Bonaventura docet & ſuperaddit, quòd *Phariſæus apparenter bonus erat; Publicanus erat patenter malus, quia Publicani dicebantur exactores vectigalium publicorum.* Non ſolùm hi omnibus erant exoſi, ſed inſuper exiguæ aut nullius reputabantur eſſe conſcientiæ, quia, ut Albertus Magnus ait, officia & exactiones illæ *vix aut nunquam juſtè exercentur, ſemper tamen ſunt cum violentia & oppreſſione.* Inſinuat inſuper idem author differentiam, quæ inter hoſce duos non modò, quo ad ſtatum & apparentiam externam, ſed etiam quo ad ipſam rei veritatem intercedit, in hæc verba: *Quia Phariſæus per arrogantiam, ſuam juſtitiam tabefaciebat, & Publicanus per pœnitentiam ſuam injuſtitiam expurgabat.* *Dionyſ. Carth.* *S. Bonav. hic.* *Alb. M.*

6. Simon de Caſſia, ſequentem ſuper hæc verba diſcurſum inſtituit: *Erant iſti duo, ſed neque voluntate aut intentione coibant in unum; alter ſibi placens, alter ſibi per omnia diſplicens; ſed ſibi placens,* *Sim. de Caſſ. l. 6. 6. 25.*

Deo

Deo displicens factus erat; & sibi displicens Deo humilitate placebat. Sanctus Ambrosius in commentario Psalmi 118. scribit, quod Salvator noster hosce duos in templo orantes, ad nostram nobis instructionem proponat, ut nimirum *doceret, etiam si bona cætera habeat, quod magis superbus offendat, quàm humilis, qui nullâ virtutum dote subnixus est.*

S. Ambr. in ps. 118. ser. 3

Gloss. 7. Glossa in sensu allegorico verba illa explanat, inquiens: *Pharisæus populum Judæorum designat, qui ex justificationibus legis extollit merita sua, & superbiendo recedit: humiliatus Publicanus gentilem, qui longè à Deo positus peccata confitetur, & lamentando appropinquat Deo, & exultatur.*

Versus 11.

Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deo gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti adulteri, velut etiam hic Publicanus.

Pharisæus stans.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgensis literalem horum verborum sensum sequitur, dicitque in antiquo templo Jerosolymitano moris fuisse, ut homines stantes orarent: *In illo templo veteri ferè moris erat stare; nam, quamquam nunc in genua, nunc etiam in faciem procideretur, tamen quia non poterat id esse continuum, quamdiu Religionis officia durarent, stabatur ferè à viris, cùm commoditas sedendi nulla esset.* Soli Regi & summo Pontifici intra templum sedes ponebatur. Nihilominus idem Author denique, juxta communem expositorum opinionem, à sensu literali ad spiritualem transiens, concludit, Christum hisce verbis, superbiam Pharisæi insinuare voluisse; und ait: *Cæterum fieri potest, ut hic notetur Pharisæi arrogantia.* Idem documentum

Lyran. affert Lyranus: *Stans: ecce jactantia, quia stabat, ut ab aliis videretur orare.*

Alb. M. Albertus Magnus inquit: *Stans orabat, cùm procumbens & pronus debuisset orare.* Eadem est sen-

Hugo C. tentia Cardinalis Hugo, dicentis: *Ipse situs corporis exprimit elationem mentis, id est superbiam.*

Salm. ib. Salmeron idem dogma sed expressioribus verbis adducit, dum inquit: *Stabat plus mente elatus, quàm corpore; currit impius erecto collo contra Deum.* Imò juxta opinionem Basilii Seleuci, tanta fuit hujus Pharisæi superbia, ut crediderit, se capite cœlum contingere. *In nubes seraptum iri propemodum sperabat, ut & in cælo cum Deo colloqueretur.* Eandem penitus atque explicitam horum verborum interpretationē facit Theophylactus, dum ait: *Ostendit autem Dominus, ut per stationem, superbiam ejus & humilitatis inopiam cognoscamus, humilis enim viri est, & aspectu humiliari, hic autem & habitu gestuque superbus agnoscitur.* Bene equidem pariter de Publicano dicitur: *Stans autem Publicanus*; sed propter ea, quæ sequuntur verba, scilicet: *Nec audebat oculos ad cælum levare.* Ex quibus verbis idem author sequens deducit documentum: *Satio ejus*, nempe Publicani, *incurvata erat*, hujus verò, scilicet Pharisæi, *extento collo.*

Basil. Seleuc. orat. 35.

Theoph.

Hæc apud se orabat.

Beda. 2. Venerabilis Beda curiosè contemplando animalia illa, quæ nobis in Ezechiele repræsentantur, plena oculis ex omni circumquaque parte, mysterium illud ad sequentē traducit moralitatem: *Corpora quippe animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est, bona desiderabiliter providens, mala solerter cavens: sed nos sæpe dum aliis rebus intendimus, fit ut alia negligamus; & ubi negligimus, ibi procul dubio oculum non habemus.* Moxque exemplum subjungit hujus Pharisæi, inquiens: *Ecce Pharisæus ad exhibendam abstinentiam, ad impendendam misericordiam ad referendas Deo gratias, oculum habuerat: sed ad humilitatis custodiam non habebat: & quid prodest, quòd contra hostium insidias penè tota civitas cautè custoditur, si unum foramen apertū relinquitur, ubi ab hostibus intretur?* Non reprehenditur Pharisæus, quod Ecclesiam frequentarit, quòd orationibus, eleemosynis aut jejuniis vacet, neque quod Deo gratias agat, sed quia in his & similibus inaniter & jactabundè sibi complacuit; hoc namque agendi modo, omnia sua irritavit merita & exosa Deo reddidit opera: Appositè ad intentum nostrum Optatus Mil. dicit: *Meliora sunt peccata cum humi-*

Opt. lib. 2. contra Donatist.

militate, quàm innocentia cum ſuperbia.

Hugo C. 3. Hugo Cardinalis inquit : *Apud ſe, tanquam ſibi placens.* Adducitque authoritatem ſancti Gregorii, dicentis : *Oratio* *S. Greg.* *hominis placentis ſibi, non aſcendit ad Deum.* Cujus rationem plenius dilatat ſanctus Ba- *S. Baſil.* ſilius in hæc verba : *Cum preces ejus debuiſ-* *l. 1. ho. 22* *ſent ad cœlum aſcendere, inanis meritorum gloriatio eum deprimebat & faciebat, ut apud ſe eſſet.* Similitudinem porrò idem Author adducit, deſumptam à fumo, qui dum exitum non reperit, ſurſum ſe erigit, tectumque petit, poſtea verò deorſum relapſus, circumſtantium oculos excæcat. Ita pariter *oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit :* *Eccli. 35.* *21.* Superbi verò, faſtuoſi & arrogantis, qualis erat hujus Phariſæi, ne quidem templi fornices penetrare poteſt, imò non tantùm cælos non petit, ſed etiam in ſe ipſa ſuffocata, precatorem ſuum ſpiritualiter excæcat, ut arrogantiam & præſumptionem ſuam, qua ſe inaniter ſupra ſe extollit, Deoque inimicum conſtituit, non recognoſcat. *Chryſ.* Chryſoſtomus porrò citatus in *in Cat.* catena, docet, quòd ſuperbia orationem non ſolùm non in cælos aſcendere faciat, ſed etiam cælo vicinam retrahat, & in abyſſum præcipitet. *Hæc igitur faſtus inflatio ab ipſis cœlis poteſt deprimere non caventem, humilitas vero & ab ipſa abyſſo reatuum, hominem ſublimare; hæc enim pra Phariſæo Publicanum ſalvavit, latronem ante Apoſtolos in paradiſum duxit.*

Gloſſ. ex Theoph. 4. Gloſſa dubium movet in præſenti, quare ſcilicet reprehendatur & probetur Phariſæus, ob eum, quem formavit bonorum operum ſuorum catalogum, cùm tamen Job, idem faciendo laudatus fuerit. Sed facilis eſt difficultatis ſolutio, ſi bene conſideretur, quod hypocryta Phariſæus totum hoc fecerit ſine cauſa ex motu arrogantiæ, & ſola magni nominis ſanctæque famæ conſequendæ intentione: *Job verò, prementibus ſe amicis, & gravius incumbentibus, quam calamitas ipſa, diſentibuſque, quòd per peccata, illa ſit paſſus, compulſus eſt enumerare ſua opera, idque per gloriam Dei, neſcilicet homines à recto virtutum curſu exciderent; nam ſi com-* *periſſent homines, peccata fuiſſe, quæ fecerat Job, ac propter illa paſſum, caviſſent ne eadem facerent; factique inſuper fuiſſent oſores, inhoſpitales, immiſericordes & injuſti, hæc enim erant omnia opera Job.*

5. Negat Guilibertus Abbas', veræ orationis nomen competere illi, quam Phariſæus inſtituit precationem : *Phariſæe non* *Guilib. Abb.* *rogas,* inquit, *ſed prope aſtanti Publicano* *ſer. 33.* *injurias irrogas.* Proinde acutè advertit *in Cant.* Janſenius, Chriſtum non ſine myſterio *Janſ.* dixiſſe : *Hæc apud ſe orabat.* Quæ verba *c. 99.* author ille ita explicat : *Benè ſanè apud ſe oraſſe dicitur, quia non orabat apud Deum, qui ejus orationem non audivit nec approbavit.*

6. Oratio illa Phariſæi, ut Lucas Bur- *Lucas* genſis ſcribit, continebat gratiarum actio- *Burg.* nem, & ideo ex hac parte bona rectaque erat; ex alia verò parte omnino reprehenſibilis, tum quia ordinabatur ad inanem ſui ipſius jactantiam, tum quia nihil petebat nec ſupplicabat Deo, cùm tamen hæc ſit principalior orationis pars, quæ proinde ab aliquibus Magiſtris ſpiritualibus definitur, quòd ſit *Petitio decentium à Deo.* At verò *nihil Phariſæus petit à Deo, non remiſſionem peccatorum, vel illorum, ſine quibus hæc vita à juſtis non dicitur, non augmentum virtutum, non perſeverantiam.* Idem attigit ſanctus Auguſtinus, dicendo : *Tanquam ſu-* *S. Aug.* *perbus & inflatus reprehenditur; non quia* *ſer. 36.* *de verb.* *Deo gratias agebat, ſed quia velut ſibi nihil* *Dom.* *addi cupiebat.*

7. Conſiderat Albertus Magnus, hanc à *Alb. M.* Phariſæo orationem, inſtitutam fuiſſe, conformiter inclinationi propriæ, & ideo ex hac parte etiam vitioſam fuiſſe; docente Apoſtolo, ut in orando non appetitum proprium, ſed impulſum ſpiritus ſequamur: *Nam quid oremus, ſecundùm quod oportet,* *Rom.* *neſcimus; ipſe autem ſpiritus poſtulat pro no-* *26.* *bis, gemitibus inenarrabilibus; & ideo non hæc orare debuit, quæ ſibi videbantur; nam & Paulus pro ſtimulo petiit. 2. Cor. 12. & non exauditus fuit.*

8. Dionyſius Carthuſianus etiam Pha- *Dion.* riſaicæ hujus orationis fallaciam diſcoope- *Carth.* rit,

tit, inquiens : *Orat ſimulatoriè magis quàm verè : Oratio enim eſt devota elevatio mentis in Deum cum impetrandi affectu : atque, ut ait Gregorius, orare, eſt in compunctione amaros gemitus ex corde, non compoſita verba ſonare.*

9. Chriſtus Dominus, *ipſe ſciebat, quid eſſet in homine*, utpote *qui ſcrutatur renes & corda*, & ideo ſcienter hoc Phariſæo affirmare poterat, quod *orabat apud ſe* : circa quæ denique verba ita diſcurrit Al-
Alb.M. bertus Magnus : *Reprehenditur, quòd apud ſe orabat, non apud Deum; apud ſe enim orat, qui ſe, & quod ſibi placens eſt, orat.* *Rom.* 15.
Rom. 15. 1. *Non debemus nobis placere : apud Deum habet orationem, qui totam ſuam petitionem Deo committit.*

Deus, gratias ago tibi.

Lucas Burg. 10 Lucas Burgenſis ait : *Verbis agnoſcens Dei bona & gratiam, reipsâ placet ſibi in illis, non ſecus ac à ſeipſo haberet, & diligentiâ ſuâ aſſecutus eſſet.* Non ſolùm gloriatur de bonis operibus ſuis, & de ſanctitate, in ſeipſo temerariè ſumpta, ſed etiam in iiſdem ſibi complacet : *Non tam Deum laudans, quàm ſeipſum, ſpecie gratiarum actionis, ad ſe laudandum abutens, idque cum aliorum contumelia.*

Janſ. 11. Quærit Janſenius, quo juſto motivo reprehendantur hæc Phariſæi verba, utpote quibus non tantùm Deo gratias agit, ſed etiam eidem attribuit quidquid in ſe recognoſcit boni? Ipſemet autem Doctor reſpondet in hæc verba : *Non reprehenditur, quia Deo gratias egit, ſed quia gratias agendo & malè ſibi placuit, & alios præ ſe ſuperbè contempſit : Sic enim ſibi placuit, ut in ſua gratiarum actione, ſuas tantùm laudes commemoraret, & ob quaſdam virtutes ſe juſtum eſſe confideret, adeo ut nihil ſibi ad complimentum, petendum putaret.*

Gal. 6. 3. 12. Textum illum Apoſtoli : *Si quis exiſtimat aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit* ; *opus autem ſuum probet unuſquiſque* : Hugo Cardinalis transfert ad diſcurſum Evangelii hodierni, dicitque : *Duæ ſunt partes juſtitiæ, ſcilicet declinare a malo & facere bonum ; iſte Phariſæus ut perfectè juſtus appareat, de utraque gratias agit* ; quò ad primam ſiquidem partem, quæ jubet fugere malum : *Declinat à malo* : dicit : *Non ſum ut cæteri hominum, raptores, injuſti, &c.* Quo ad ſecundam verò, quæ præcipit : *Fac bonum* : Etiam ait : *Jejuno bis in Sabbatho, &c.* Sed mentiebatur, nullas Deo agebat gratias, quia *qui in uno offendit, factus* *Jac.* 2. 10
eſt omnium reus. Id quòd doctè proſequitur Albertus Magnus his verbis : *Qui penitus deſtitutus eſt, de quo gratias agit? Sicut enim ingratus eſt, qui de percepto munere gratias non agit de hoc, quod nunquam percepit.* Optatus Milevit. ly *Deus gratias ago tibi.* *Alb.M.* *Opt. Milevit. lib. 2. contr. Parm.*
Ita interpretatur, quaſi Phariſæus diceret : *Gratias tibi Deus, quia nihil peccavi, & non habeo, unde ignoſcas.* Opera quidem ejus, quantùm ad externam apparentiam bona erant, ſed perverſa animi intentio, illa omnino inutilia & prorſus culpabilia efficiebat, ita ut in præſenti verè adimpleatur illud Chriſti monitum : *Venient ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* *Mat.* 7. 15. Optimè Phariſæo competit ille Iſaiæ textus, dicentis : *Quaſi pannus menſtruatæ, univerſæ juſtitiæ noſtræ* : quia *Iſa.* 64. 6
ubi non eſt charitas nec gratia Dei, etiam exſpirat omne meritum, nec ullum ibi opus Deo gratum aut acceptum eſſe poteſt, quia ſuperbis nunquam datur gratia cœleſtis. Adducit porrò Dionyſius Carthuſianus diverſas hujus Phariſaicæ arro-
Dion. Cart. gantiæ cauſas, inquiens : *Multiplici laboravit ſuperbiâ. Primò, quia etſi omne bonum cognovit eſſe à Deo, bona tamen ſua ſibi à Deo præſtita æſtimavit, non ſolùm ex divina clementia, ſed etiam pro ſua induſtria ſive juſtitia : Secundo ; quia etſi verbis gratias egit, tamen mente ad ſeipſum reflectebatur, videre cupiens & laudari ; imò & de ſua gratiarum actione vanitatem concepit. Tertiò ; quia de bonis ſuis ſuper alios inſipienter ſe extulit : Quartò, quoniam alios temerè judicavit & ſprevit.*

13. Sanctus Bernardus aliam ſubjun-
S. Bern. de grad. humilit.

git hujuſce malitiæ rationem, dicens: *Gratias agit, non quia bonus, ſed quia ſolus; non tam de bonis, quæ habet, quàm de malis, quæ in aliis videt.* Unde deducitur, ne minimam quidem in hoc Phariſæo fuiſſe charitatis ſcintillam; cujus arrogantem de ſeipſo conceptum, & nimiam, de ſuorum meritorum bonorumque operum abundantia, præſumptionem reſpicit illa ſancti Paulini ſententia: *Quod juſtitiæ ædificabat, ſuperbia deſtruebat.* Didacus Stella ſibi perſuadet, Phariſæum hunc multa admiſiſſe peccata, quæ omnia ſupprimit in ſilentio: *Celavit Phariſæus peccata, quæ confiteri debuerat; & bona, ſi quæ fecerat, patefacit: Qui enim ſana membra medico oſtendit, & vulnera tegit, nunquam curari poterit, imò potius quotidie pejus habebit.* Applicat denique author ille ſimilitudinem hanc ad illos, qui magnâ ſui apud alios geſtiunt comparare æſtimationem, & paſſim haberi volunt, tanquam homines juſti & ſancti, propter ea, quæ in publico faciunt opera bona. Quorum proinde genium hiſce verbis deſcribit: *Poſtquàm facta ſunt*, ſcilicet opera bona, *illis, quos latere putant, illa referunt, ut inde ab illis, quibus illa referunt, æſtimentur.*

S. Paul. Epiſt. 58. Did. Stell.

14. Aliud quoddam argumentum, Phariſæi hujus impietatem evincens, elicit idem author ex illo textu Proverbiorum: *Juſtus prior eſt accuſator ſui*; dicitque: *Juſtus in principio accuſator eſt ſui & ſic oportebat, ut iſte faceret; tamen à ſuis laudibus incipit.*

Prov. 18. 17.

15. Lucas Burgenſis docet Phariſæum hunc, modum, debitam dignamque laude gratiarum actionem inſtituendi, nimirum: *Si ſincerè Deo gratias agat, cognoſcens, ſe Dei gratiâ, ſine meritis ſuis à ſceleribus, quæ paſſim inter homines regnant, præſervatum fuiſſe, & non inſultet peccatori præſenti, ſed miſereatur ejus, & conjunctim cum eo oret.* Non diſplicet Deo, quòd recognoſcamus ea, quæ ab ipſo recipimus bona, utpote qui ſuper omnia, vitium deteſtabitur ingratitudinis, ſed in eo offenditur, quòd homo per collata ſibi à Deo beneficia, non ſolùm Deo placere non ſtudeat; ſed iis inſuper abutatur ad offenſam ſui benefactoris, ad illuſionem & conceptum proximi.

16. Gloſſa Interlinearis talem ex prædictis deducit conſequentiam; ſi reprehenſione dignus fuit, qui cum faſtu & arrogantia gratias Deo egit, quantò majorem reatum contrahet, & graviori dignus erit ſupplicio, qui divinam oppugnaverit gratiam? *Si reprehenditur, qui ſuperbè gratias agit? quid ergo ille, qui impugnat gratiam?*

Gloſſ. Interlin.

Quia non ſum ſicut cæteri hominum.

17. Sanctus Bernardus ait: *Nondum de ſuo trabem ejecerat, & feſtucas in oculis fratrum enumerat.* Si namque contra hunc Phariſæum, proceſſum formare luberet, reperiremus utique ipſum multorum reum criminum omni vacuum merito, nulliis bonis cumulatum operibus.

S. Bern. de grad. humil.

18. Juxta ejuſdem ſancti authoris judicium: *Si amittitur humilitas, virtutum congregatio non niſi ruina eſt.* In hoc autem Phariſæo ne vel unicum ſuberat humilitatis veſtigium; cui meritò culpæ exceſſum Lucas Burgenſis exprobat, verbis ſequentibus: *Se criminibus & peccatis abſolvere, alios omnes onerare, temerariæ atque arrogantis ſuperbiæ eſt.* Perpendit Cajetanus, quòd quidem Phariſæus rationabiliter admodum fecerit, Deo gratias agendo, propter omnimodam à rapinis, adulteriis, injuſtitiis, aliisque vitiis immunitatem (*quemadmodum divinæ gratiæ munus eſt, quidquid non delinquimus*) ſed in eo turpiter aberravit, quod in ſuperbia, tanquam unico ſibi propoſito fine, *reſpexerit ad ſe, relatum ad alios, quod eſt officium ſuperbiæ, quod eſt ſingularitatis tumor; ex relatione ſcilicet ad alios, ſe præferre.* Nullum denique in hoc Phariſæo ſpiritum aut virtutem fuiſſe, patet ex eo, quòd nulla ſit virtus ſine humilitate, ſed juxta intenſionem aut remiſſionem humilitatis, deficiat aut proficiat quæcunque virtus. Unde Eccleſiaſticus inquit: *Quantò major es, humiliate in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.*

S. Bern. Ep. 41.

Luc. Burg.

Cajet.

Eccli. 3. 20.

19. San-

19 S.Propheta Job, veſte Veritate æternâ, nullum ſibi ſuper terram habebat æqualem in ſanctitate: *Conſideraſti ſervum meum Job, quod non ſit ei ſimilis in terra?* Nihilominus ipſe proteſtabatur, dicens: *Si juſtificare me voluero, os meum condemnabit me, ſi innocentem oſtendero, pravum me condemnabit: etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea.* Rationem adducit Salmeron, quare ſervi Dei ſe nominent peccatores, prout legitur de S.Franciſco, qui ſe maximum mundi peccatorem compellabat. Nimirum, *tum quia tales ſunt ex natura ſua, tum quia latere poteſt aliquod occultum delictum.* Juxta quem diſcurſum, inquit Lucas Burgenſis: *A peccatorum numero ſe eximit; quando etiam ii, qui ſanctitate excellunt, agnoſcere debent, multis ſe adhuc peccatis eſſe obnoxios.*

Job.2.3. *Job.9. 20.* *Salmer.* *Lucas Burg.*

20.Summa perfectionis & ſanctitatis non in ſola mortalium, ſed in omni inſuper poſſibili, plenaque peccatorum venialium fuga conſiſtit. Unde aptiſſimè Salvianus ait: *Perfectiſſimæ & ſinceriſſimæ ſanctitatis volens cultores ſuos facere Salvator, juſſit ab eis cautiſſimè etiam minima ſervari.* Qui mundi hujus innavigant mari, non ab Aquilonatibus ſolùm ventis ſubvertuntur, ſed ſæpe etiam, dum in occultas rupes impingunt, naufragi fiunt: unde rogabat Pſalmiſta: *Ab occultis meis munda me Domine.* Sentit Chryſoſtomus, Phariſæum magis venialia, quam ſua mortalia conſideraſſe peccata; quia nimirum *Elias*, ſcilicet mortalia, *natura ſponte averſatur, hæc autem hac ipſa re, quia parva ſunt, deſides reddunt; unde ex parvis maxima ſunt, negligentiâ noſtrâ.* Hic equidem Phariſæus, (ſi verbis ejus credimus) adulteria, latrocinia & injuſtitias fugiebat, ſed alia interim ſpiritualia & occulta peccata minimè declinabat, prout ex dicendis patebit.

Salvian. l.3.de Provid. *Pſ.18.13.* *Chryſoſt hom.47. in Mat.*

21. *Bellum ſanè*, inquit Baſilius Seleucus, *gratiarum actionis exoratum: mundi crimination & judex, & mortis ſententiam in omnes ferens: non ſicut cæteri.* S.Auguſtinus quærit: *Quid eſt, cæteri homines, niſi omnes, præter ipſum? Ego, inquit, juſtus ſum, cæteri peccatores.* Idem proſequitur S.Baſilius, dicens: *O exprobraturus intonuit, non habet juſtum alterum in terra, ego tibi ſolus virtutum theſaurus; deſerta ſit a juſtitia terra, niſi hanc ego calcarem.* Severiùs omnibus hæc Phariſæi verba diſcutit Didacus Stella, inquiens: *Expende arrogantiſſima verba non ſum ſicut cæteri hominum; cum ſe ſolum bonum credat, quodammodo male de Deo ſentit, quia credit quod Deus in uno ſolo divitias poſuerit, & quod alius non ſit bonus, niſi ſibi.* S Bonaventura præſenti loco accommodat textum illum libri Regum, ubi Elias ſe in medio idololatrarum conſtitutum videns, lamentabatur: *Derelictus ſum ego ſolus*: cui Dominus reſpondit: nequaquam; ſeptem namque millia adhuc ſupererant eorum, qui non curvaverant genua ante Baal. Ex quibus Seraphicus Doctor hujuſmodi deducit conſequentiam, in confuſionem Phariſæi: *Hic autem cùm ſit in immenſum Eliâ inferior, non ſolùm ſe dicit ſtum, verùm etiam cæteros aſſerit peccatores.*

Basil. Sel.ora. 35. *S.Aug. ſerm.36. de verb. Dom.* *Did. Stell.* *S.Bonav in Luc.*

22. Docet nos genium noſtrum regius Pſaltes inquiens: *Mendaces filii hominum in ſtateris, ut decipiant.* Adjungamus nos: *Ut decipiant ſeipſos.* Verè namque ſeipſum fefellit Phariſæus jactans: *Non ſum ſicut cæteri hominum*: volenſq; ſeipſum ab humana conditione eximere; cui proinde viriliter ſe opponit Chryſoſtomus in hæc verba: *Quomodo ſententiam de omnibus hominibus, cùm te jactas, dediſti, ut diceres: quia non ſum ſicut cæteri homines? Si homo es, cæſibus plenus es: ſi homo es, pugnas cum ſarcina carnis, cum voluptatibus ventris, cum avaritiæ cupiditatibus; ſi homo es, ſenſus tui impugnantur deſideriis: agnoſce miſer, quia caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem; hæc enim invicem ſibi adverſantur, ut non ea, quæ vis, facias. Quomodo ergo non es ſicut cæteri homines, cùm teipſum non videas quid ſis?* Veriſſimum ſtatus & conditionis noſtræ judicium tulit Propheta Job; aſſerens, nullum omnino hominem de ſua coram Deo puritate & innocentia gloriari poſſe: *Ecce qui ſerviunt ei, non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit pravitatem; quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea.*

Pſ.61.10 *Chryſoſt in pſ.39.* *Job.4. 18.*

23.S.Bonaventura Phariſæum hunc mendacii arguit, *quia dicebat ſe non eſſe peccatorem*, adducitque illud S Joannis teſtimonium, proteſtantis: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: falſum ergo dicebat, quia ſe ſolum dicebat juſtum.* Bene advertit

S.Bonav hic. *1. Joan. 1. 8.*

S. Bernardus, Davidem, licet vir esset secundùm cor Dei, neutiquam tamen communi humanitatis & mortalitatis nostræ conditione se majorem reputasse: *Non se excipit à communi miseria, ne excipiatur à misericordia; Pharisæus exsufflat misericordiam, dum dissimulat miseriam; Propheta affirmat tam de omnibus, quàm de se: Omnis homo mendax, Pharisæus infirmat de omnibus, præter se, non sum, inquiens, sicut cæteri hominum.* Citat Albertus Magnus authoritatem Aristotelis, dicentis appositè ad rem nostram: *Qui non est sicut homines, aut aliquid melius est omni homine sicut Deus; aut aliquid vilius omni homine, sicut bestiæ.* Ex quibus verbis S. Archiepiscopus hanc adversus Pharisæum elicit consequentiam: *Deus iste non fuit, ergo in bestiam est conversus: de hoc igitur stultus gratias agit.*

S. Bern. de grad. humil.

Alb. M. Aristot.

24. Admonuerat Christus Scribas & Pharisæos, dicens: *Attendite, ne justitiam faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis:* hic verò in conspectu omnium, & quidem apparenter tantùm, bonis operibus vacabat. Iterum, præceptum noverat datum: *Cùm facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis:* nihilominus ille non in synagogis, sed in medio templi coram copiosa hominum multitudine, in præsentia omnium, elata voce, sua deprædicabat jejunia, eleemosynas, orationes & quæcunque alia bona. Longè oppositum Virgini Eustochio S. Hieronymus suasit, dicens: *Cùm facis eleemosynam, Deus solus videat: cùm jejunas, lætus sit facies tua: vestis nec satis munda nec sordida, & nulla diversitate notabilis: nec satis religiosa velis videri, nec plus humilis, quàm necesse sit, ne gloriam fugiendo quæras.* Rationem, quare Christus apud S. Matthæum tanta cum instantia, totque multiplicatis verbis inculcare volebat Judæis, ut opera sua bona absconderent ab oculis mundi hujus, insinuat S. Bernardus, dum ait: *Ne coram orantibus laus humana orationis furetur fructum, frustretur effectum.* Mirabile videtur esse præceptum, quod Dominus dedit Moysi dicens: *Duo Cherubim utrumque latus propitiatorii tegant, expandentes alas, & operientes oraculum.* Ad quid hoc, cur duo Cherubin alis suis oraculum cooperient, ex auro purissimo conflatum? Respondet Oleaster, quia *summus benefactor est, & nihilominus tectus: ut te doceat benefacere, & nolle videri in bonis operibus.* Dona Dei semper occultare, nunquam propalare debemus, citra urgentem majoris Dei gloriæ aut boni animarum nostrarum casum. Unde S. Augustinus ait: *Quando suadet necessitas gloria Christi, vel ad id urget pia utilitas proximi, modo illa dona Dei agnoscant, & illa humiliemur.* In commentario textus illius evangelici: *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito:* acutè observat S. Bernardus, Christum non dicere quomodocunque: *Simile est regnum cælorum,* id est gratia divina, (*nam regnum Dei intra vos est,*) *thesauro,* sed insuper addere: *abscondito.* Quia nimirum *necesse est abscondere interim, si quid habemus boni.* Quibus porro idem Sanctus aliam superaddit, proposito nostro accommodatissimam, absconsionis seu occultationis circumstantiam, dicens: *Necessaria est hæc absconsio non solùm ante oculos aliorum, sed etiam multò magis ante te ipsum.* Thesaurus, quem sibi innumerabilium meritorum comparavit S. Paulus, testis est irrefragabilis, verissimè eum dixisse: *Abundantius illis omnibus laboravi:* majorem bonorum operum collectam fecerat, quàm omnes Apostoli simul, nihilominus *tantum abest,* ut vanam in iis gloriam consectaretur, quin potius omnia ea perpetuæ tradiderit oblivioni, *Quæ retrò sunt obliviscens.* Quantò plus meriti nobis comparavimus, tantò vigilantius insidias inimici præcavere debemus nam prædatores & piratæ pretiosioribus semper inhiant & insidiantur mercibus. Unde S. Prosper ait: *Vigilant tentatoris insidiæ, ut ubi proficit devotio, subrepat elatio: & ut homo de bono opere in se potius, quàm in Domino glorietur.* Quapropter nos admonet S. Augustinus, deducta similitudine à gallina, ovum enitente, ut videamus: *Ne nobis contingat, quod gallinis, quæ, mox ut ova pepererunt, clamore suo Dominos excitant, qui ova edita illis auferant.*

Matth. 6. v. 1.

Ibid. v. 2

S. Hier. l. 2. Epi. 17. ad Eustoch.

S. Bern. serm. 86 in Cant.

Exod. 25. v. 20.

Oleast. ib.

S. Aug. in ps. 102

Mart. 13. v. 44.

S. Bern. serm. in ps. 90.

Luc. 17. v. 21.

1. Cor. 15. v. 10.

Phil. 3. 13

S. Prosp. epist. 84.

S. Aug. in ps. 102

25. Salmeron subtilem quandam serpentis infernalis prodit astutiam: nimirum quòd *sæpe dæmon sinit opera bona & multa homini perficere, quo magis postea de illis superbiens confundatur.* S. Gregorius huic discursui historiam interserit Eleazari, qui elephantem

Sal. to. 7. tr. 32.

phantem quidam invaſit & occidit, ipſe nihilominus ſub ejus beſtiæ cadentis mole ſepultus, exſpiravit: *Elephantem ferientes ſtravit, ſed ſub ipſo, quem exſtinxit, occubuit: quos ergo iſte ſignificat, quem ſua victoria oppreſſit, niſi eos, qui vitia ſuperant, ſed ſub ipſis, quæ ſubjiciunt, ſuperbiendo ſuccumbunt?*

S. Greg. l. 18. mor. c. 17.

Phil. 3. 13.

26. Ipſemet de ſe Apoſtolus proteſtatur: *Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe, unum autem, quæ retrò ſunt, obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor bravium ſuperna vocationis.* Proſequitur, & tandem concludit, quòd omnes perfectionis amantes idem ſecum ſentire debeant: *Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.* In hujus textus gloſſa S. Auguſtinus doctrinam adducit, præſenti propoſito noſtro apprimè faventem, dum ait: *Nemo dicat, ſufficit, juſtus ſum; ubi dixerit: ſufficit, ibi hæſit.* Attende Apoſtolum, cui non ſufficit; ille currit, tu hæſiſti? ille dicit ſe nondum comprehendiſſe tu de perfectione gloriaris? quoties de progreſſu ſpirituali agitur, toties nos curſum ſpiritualem incipere, nobis perſuadeamus oportet. non aliter quàm ſi hodie primum ſcholæ Chriſti pedem inferremus. Irridet proinde idem S. Doctor alio in loco Phariſæi ſtultitiam, dicens: *Nihil ſibi addi cupiebat; ergo jam plenus es, jam abundas, non erit, quare dicas: dimitte nobis debita noſtra.*

Ibi. v. 15.

S. Aug. in pſ. 69.

S. Aug. de verb. Dom. ſerm. 36.

27. Hugo Cardinalis animadvertit, quòd Phariſæus Publicanum ſibi ob oculos poſuerit, eum inter & ſe comparationem inſtituendo: *Ecce Phariſæus conſiderat, quæ non habet; hinc præcipuè oritur in nobis ſuperbia, quia conſideramus quæ nos habemus bona, & quæ alii non habent, cùm è contrario fieri deberet.* Juſtam profectò habemus cauſam humiliandi nos, dum videmus, quòd Deus alios donis & gratiis ſuis locupletet, alios non; cùm tamen omnes, quotquot ſumus, ex eadem compacti maſſa, iiſdem ſubjiciamur miſeriis, filii unius ejuſdemque patris: & nos utique pariter cum reliquis derelicti eſſemus, ni ſi benigna & benefica Dei manus liberaliter ſuſtineret nos. Gloſſa quatuor numerat ſuperbiæ differentias: *Quatuor ſunt ſpecies tumoris, cùm vel quis bonum quod habet, à ſe habere æſtimat; aut ſi datum à Deo credit, pro meritis datum putat; aut cum jactat ſe habere, quod non habet; aut cùm deſpectis cæteris, appetit ſingulariter videri habere, quæ habet: hæc Phariſæus peſſimè laborabat.* Dives avarus, ut cupiditatem ſuam reprimat, in eos oculorum ſuorum aciem defigere debet, penes quos bonorum temporalium paritas & ſpiritualium viget abundantia: attamen ut intentum ſuum aſſequatur, non quoslibet horum, ſed eos præcipuè contemplari debet, qui majorem habent virtutum, meritorum, ſpirituſque copiam: ſi igitur talis ſe cum antiquo, in Chriſti ſchola exercitato comparaverit, magnum utique ſe peccatorem agnoſcet.

Hugo Card.

Gloſſa.

28. Euſebius Gallicanus de hoc Phariſæo loquens fert judicium: *Odibile fecerat ſacrificium orationis ſuæ, fœtore jactantiæ*: ſibi nimirum per vanam gloriam attribuendo, quod Dei donum erat. Unde S. Auguſtinus ait: *Dum coronat Deus merita tua, non coronat niſi dona ſua.* Abutebatur Phariſæus ſibi à Deo conceſſis beneficiis, ad ipſiuſmet Dei offenſam, fur ſacrilegus, dum ſibi appropiavit laudem & gloriam, ſoli Deo debitam, & proximum contempſit, quem Deus tanti facit, ut amorem ejus ſui comparet dilectioni æqualem, dicens: *Secundum ſimile eſt huic.*

Euſ. Gal ſerm. 6. de orat.

S. Aug. in pſ. 98

Mat. 22. v. 39.

29. Didacus Stella oſtendit, quòd hic Phariſæus actum quidem orationis præſtulerit, ſed in rei veritate plus non intellexerit, quid faceret, quàm ſtultus aliquis, qui eleemoſynam oſtiatim collecturus, & collum ſuum aureis circumdaret monilibus & pretioſis corpus induceret veſtimentis, credens, hæc ſibi fore media ad majorem in proximorum animis excitandam compaſſionem cùm potiùs laceras debuiſſet induere veſtes, & ſua manifeſtare vulnera: *Eodem modo nos in oratione, ſi volumus Dei miſericordiam flectere, non virtutes, ut Phariſæus hic, oſtentemus, ſed potiùs cum Publicano peccata fateamur: nam quemadmodum ægrotus, qui à medico ictus, puriorem ſanguinem emittit, & groſſiorem retinens deficit; ille vero, qui puriori retento, inutiliorem foras projicit, convaleſcit: ſic peccator, qui bona ſua prædicat, & mala tacet, ſalute caret; ille autem vivit, qui bonis non omiſſis quid mali habet, humiliter coram Deo medico ſapientiſſimo exponit.*

Did. Stell.

30. Super hæc omnia declarat Phariſæus ſe

se omni privatum charitate, quandoquidem coram tanta multitudine in templo publico peccata Publicani propalavit, ampliavit, exaggeravit, eos distrahendo defectus per ora vulgi, quos ipse non sciebat, & temerarium insuper formando judicium, affirmativum, in materia gravissima, qualis est bona fama & salus animæ; judicavit namque Publicanum omni Dei gratia destitutum esse, & hominem pessimæ vitæ, non obstante veridico incarnatæ Sapientiæ testimonio: *Descendit hic justificatus in domum suam.*

Salm. to.7.tr. 32.

31. Salmeron plures hujus Pharisæi enumerat defectus, inquiens: *Peccavit etiam in enumerandis vitiis & virtutibus; nec enim omnia vitia complexus est, non enim dixit: non sum superbus, aut aliorum contemptor, aut propriæ nitens prudentiæ & justitiæ. Nec omnes virtutes recensuit; non enim cum jejunio & decimis, addidit: servo humilitatem & charitatem ad proximum.*

Raptores, injusti, adulteri.

Salmer.

32. *Et tamen ignorabat,* (prosequitur Salmeron) *quòd ipse esset verè raptor, opinionem sanctitatis furtosa rapiens:* id quod proprium est hypocritarum. *Injustus etiam erat, quia alienum servum sine cognitione & discussione causæ judicabat atque damnabat. Adulter verò, quia gloriam bonorum operum, quàm sibi Dominus ut propriam vendicaverat & retinuerat,* (ipso dicente: *gloriam meam alteri non dabo*) *quasi alieni thori invasor usurpat.*

Isa.42 8

Velut etiam hic Publicanus.

Did. Stell.

33. Didacus Stella tantam Pharisæi detectatur injustitiam & impietatem verbis sequentibus: *Proximum non auditum priùs, nullis testibus, nullis indiciis temerè damnabat, digitoque ostendens Publicanum trahebat in exemplum accusationis suæ, in quo ipsius perspicuè cernitur impietas, quia non modo se justificabat, sed etiam alios vituperabat.* Ponderat Jansenius, Publicanum non modò iniquè egisse, quia omnes despexit homines, & quibuslibet in genere se prætulit peccatoribus, sed etiam & vel maximè, quia in individuo diffamavit Publicanum, qui cum eo ascenderat, oraturus in templo. *Condemnans eum* (inquit Jansenius,) *cujus cor non novit; imò in quo pœnitentiæ & correctionis signa advertere potuisset, quia vidit templum Dei ingredientem, externisque gentibus pœnitentiam præferentem, ut ob id meritò non solùm à condemnatione ejus abstinere debuisset, sed & provocari ad spem correctionis ipsius, & communem pro ejus correctione, & Dei indulgentia precationem.* Considerat Lucas Burgensis, quòd quidem Publicanus omnibus notus erat ratione officii sui; unde credi poterat promiscuè, Publicanum iisdem inforduisse vitiis, quibus id hominum genus conspurcari solet; *tamen cum in templo orantem, & religionis officio vacantem inspiceret, sperare debebat ejus emendationem.*

Jansen.

Lucas Burg.

34. S. Bonaventura mentem, quam in hisce verbis Publicanus habuit, explicat sequentibus: *Quod non dixit, Publicano compatiendo, sed potius despiciendo & irridendo.*

S. Bonav. hic.

35. Salmeron denique ostendit, Pharisæum calumniosa & contumeliosa lingua sua omnes ferisse absentes: *Non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri;* à quibus postea ad præsentem Publicanum contumeliosus graditur. *Non contentus cæteros traducere absentes, etiam in præsentem injurias esse voluit, illumque aculeo linguæ suæ vulneravit: imprudenter judicabat de Publicano, cùm rectè de illo sentire deberet; præsertim cùm ad deprecandum divinam misericordiam in templum veniisset, erat etiam bene de illo cogitandi causa, eo quòd longè esset, & verecundo vultu, & percutiendo pectus, preces ad Deum effunderet.* Eandem cum S. Bonaventura sententiam nobis scriptam reliquit Cajetanus, dicens: *Præfert se Publicano, religionis officio vacanti, & hoc despectivè, dicendo: hic Publicanus.*

Salmer. to.7. tr. 32.

Cajet.

Versus 12.

Jejuno bis in sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo.

Jejuno.

1 Ecce manifestam hujus hypocritæ malitiam qui orationibus, jejuniis, eleemosynis, aliisque bonis operibus vacat, meritorio vitæ æternæ intuitu, sed amore præsumptionis,

nis, vanæ confidentiæ & propriæ æſtimationis conſequendæ. *De dono Dei Phariſæus*, (inquit Euſebius Gallicanus) *nimis ſibi ſecurus, præſumptionis reportavit offenſam*, dum ſcilicet eo [illegible]tur ad contemptum & deſpectum aliorum. S. Chryſologus in hunc modum Phariſæi inconſtantiam exprobrat: *Enataſti jejunii pelagus, & in ipſo portu jejunii naufragaſti, qui non comparaſti lucrum, ſed mercatus es [illegible]tatem, qui de Dei credito humanum negotium perfeciſti.* Si Phariſæus hoc ſibi concreditum Dei donum bene impendiſſet, vitam utique lucrifeciſſet æternam, qui eo ad vanitatem, gloriam inanem & ſtultam de ſe conceptam præſumptionem abuſus, debitum contraxit pœnæ æternalis.

Euſeb. Gall. ſer. 6. de orat. S. Chryſ. ſer. 7.

2. S. Ambroſius hanc, quam Phariſæus inſtituit, jejuniorum, eleemoſynarum & orationum enarrationem, non mendacem, ſed veram fuiſſe exiſtimat: *Sed omnis, qui ſe exaltat, etiamſi vera dicat, offendit. O quantum crimen ſuperbia, ut et ſi etiam adulteria præferantur?* Ulterius Salvianus progreditur, dicens: *Nos hoc ſolùm malis noſtris addere poſſumus, ut nos innoxios judicemus.* Verè namque crimen æſtimationis propriæ, vitium ſuperbi faſtus & conceptus de ſuiipſius perfectione & ſanctitate tam exitioſum eſt, ut evacuet, annihiletque omnia bonorum operum noſtrorum merita: & ideo crimen illud S. Baſilius nuncupat, *dulcem ſpiritualem operum ſpoliatricem, jucundum animarum noſtrarum hoſtem, tineam virtutum.* Stimulum ad hoc præſumptionis vitium penitùs exterminandum, non imbecillem nobis ſubminiſtrat illa S. Petri Damiani doctrina: *Affectantes laudes hominum in ſemetipſis, diſſipant fructum laborum, cùmque ſe oſtendere alienis oculis appetunt, ante divinæ majeſtatis intuitum, damnant omne, quod agunt.*

S. Ambr. ſer. 3. in pſ. 118. Salv. l. 2. de provid. S. Baſil. c. 11. conſt. monaſt. S. Petr. Dam. in vit. S. Barbatiani.

3. Didacus Stella è converſo Phariſæum mentitum fuiſſe aſſerit, dicendo: *Jejuno*, quia tamquam Camaleon, cui ventus in cibum ſervit, ille ſe flatu vanæ gloriæ ſaginabat: *tamen non abſtinebat à vento vanæ gloriæ, quo paſcebatur.*

Did. Stella.

4. Gravis & enormis multorum error eſt, ſibi perſuadentium, quòd ſuis jejuniis, eleemoſynis, orationibus, aliiſque ſimilibus operibus bonis tantam in vivendo ſibi redimant libertatem, ut ſine timore vindictæ divinæ, ſolutum aliis ſuis cupiditatibus frænum laxare poſſint: audiant illi, ſibique factum exiſtiment illud S. Hieronymi ad Celantiam monitum: *Quid autem prodeſt extenuari abſtinentiâ corpus, ſi animus intumeſcat ſuperbiâ? quam laudem merebimur de pallore jejunii, ſi invidiâ lividi ſimus? quid virtutis habet non bibere, & irâ atque odio inebriari?* Veriſſimum & notatu digniſſimum eſt illud S. Chryſoſtomi ad populum Antiochenum loquentis effatum: *Honor jejunii non ciborum abſtinentia, ſed peccatorum fuga.* Quod in conſideratione Phariſæi jejunantis, & Publicani non jejunantis, ſed peccata ſua deteſtantis, latius proſequitur, inquiens: *Phariſæus ille jejunavit, ſed poſt jejunium illud aſcendit inanis; Publicanus non jejunavit, & Phariſæum jejunantem præceſſit, non jejunans; ut diſcas, quòd jejunii utilitas nulla, niſi & reliqua omnia conſequantur.*

S. Hier. l. 2. ep. 20. Chryſ. hom. 3. ad pop.

Bis in ſabbatho.

Alb. M.

5. *Semel*, (inquit Albertus Magnus,) *ad oſtentationem, & ſemel ad avaritiam.*

6. Ex verbis illis evincitur, Phariſæum hunc opera ſupererogationis feciſſe, ſuumque ſæpe corpus maceraſſe: Veruntamen *Nonne hoc eſt magis jejunium, quod elegi? diſſolve colligationes impietatis.* Videtur equidem legem hanc adimpleſſe Phariſæus, ſi teſtimonio ejus proprio credimus, dicentis: *Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, injuſti, adulteri. Frange*, ſubjungit Iſaias, *eſurienti panem tuum.* Neque in hoc ſe defeciſſe gloriatur, inquiens: *Decimas do omnium, quæ poſſideo.* At quam exigua hæc erant plurimorum pauperum ſubſidia! Quanto horrore Chriſtus inanem jejunii oſtentationem & vanam ejus apparentiam perſequatur, deducitur ex illo S. Matthæi textu: *Cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, ſed patri tuo, qui eſt in abſcondito.* Econtra Phariſæus in medio templi, elatis quaſi tubis, coram omni populo ſua declamabat & publicabat jejunia. Vide ſuſius Evangelium Feriæ quartæ Cinerum.

Iſa. 58. 6.

Matt. 6. v. 17.

Decimas do omnium quæ poſſideo.

Theoph.

7. Theophylactus inſigne quoddam, huic

huic jejunio & eleemosynæ innixum, attingit punctum, verbis sequentibus: *Est & alius profundior sermo, nam contra adulterium gloriabatur de jejunio: à delitiis enim petulantia. Contra rapinam & injustitiam proferebat dationem decimarum omnium, quæ possidebat: tantùm, inquit, contrarius sum rapinæ & injustitiæ, ut etiam, quæ mea sunt, expendam.*

S. Bonav. in Luc. Prov. 27 v. 2.

8. S. Bonaventura scribit Pharisæum hoc loquendi modo voluisse coram mundo probare, se virum esse consummatæ sanctitatis & virtutis: *Quasi diceret: perfectam justitiam servo, & erga me ipsum & erga Deum, quia carnem macero jejunando, & pietatem ad Deum servo, reddendo decimas; & hæc duo sunt, quæ maximè placent Deo: sed suam justitiam per vanam gloriam fœdat. Prov. 27. Laudet te alienus, & non os tuum.* Quàm porrò Pharisæus in decimarum solutione exactus fuerit, probat Jansenius discursu sequenti:

Jansen. c. 99.

Omnium, quæ possideo: Non tantùm quemadmodum vulgus, frumenti, vini & olei, sed etiam omnium quæ possideo, decimans etiam mentam, rutam, cyminum, & minutissima quæque. Apud S. Matthæum Salvator noster protestatur, quòd bona hypocritarum opera suâ destituantur mercede. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Id quod evenit

Matt. 6. 5.

Pharisæo, evenietque omnibus ejus sequacibus, quia inanem mundi gloriam venantur; quos S. Augustinus ab impio cursu retrahere satagens, ita præmonet: *Qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non defendetur ab hominibus judicante te, nec eripietur damnante te.* Mare altum quandoque sulcare incipit vento proprio, pretiosis onusta navis mercibus, haud dubia de portu: sed ecce dum minimè sperat in præsens naufragii periculum incidit, subitòque omnes thesauri, quibus abundabat, submerguntur. Quis eam pirata spoliavit, quæ tempestas avertit? Unica rupes occulta totius mali causa est. Ita pariter multæ sunt animæ, inæstimabilibus oneratæ mercibus, cælestium donorum, gratiarum, virtutum & meritorum, quæ in maris hujus mundi navigantes ad portum cælestem tendunt, sed in ipso cursu, dum ad superbiæ scopulum impingunt, subitò naufragæ in infernum miserrimè corruunt. Unde appositè S. Nilus ait:

S. Aug. l. 10. conf. c. 36.

S. Nilus erat. 7. de vana glor.

Inanis gloria est veluti scopulus sub aqua latens, ad quem si navem alliseris, periisti.

9. *Insistamus orationi*, (monet Chrysologus,) *vacemus jejunio, serviamus misericordiæ.* In tribus hisce manifestum est, hallucinatum fuisse Pharisæum, defecit enim in tertio, scilicet eleemosyna: pro cujus intelligentia notandum, eleemosynam misericordiæ titulo condecorari, quia ubi non est compassio & charitas in proximum, nullum est eleemosynæ meritum, (*si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*) In corde autem Pharisæi ne minima erat charitatis in proximum scintilla, quia omnes despiciebat & illudebat, peccata etiam Publicani coram omnibus propalabat, formato insuper judicio temerario pessimo, quia de peccato damnabat eum, *qui descendit justificatus in domum suam.* S. Bonaventura de Pharisæo, gratias Deo agente, ita discurrit: *Gratias agit non tam de bonis quæ habet, quàm de malis quæ in aliis videt.*

Chrysol. ser. 43.

1. Cor. 13. v. 3.

S. Bonav

10. In judicio extrema Pharisæus multos videbit in inferno damnatos, raptores, homicidas, injustos, adulteros; è converso plurimos obstupescet in cœlesti gloria conspicuos, qui in vitæ suæ tempore, abstinentias, jejunia, orationes, eleemosynas frequentarunt, & nihilominus se inveniet reprobatum, non obstante, quòd dicta tum mala declinarit, tum bona practicarit: ecce tibi fructum hypocrisis. *In Pharisæi spiritu,* (inquit S. Gregorius) *dolus fuit, quia magis videri, quàm justus esse optavit*: vanâ gloriâ omne ejus extinguente meritum: *Per superbiam, si quæ in eo fuerant, minuit merita, qui humiliari contemnens, auxit peccata.* Non ex apparentia externa, sed ex fine & intentionis rectitudine discerni debet, si opera cujuscunque meritoria sunt apud Deum; unde S. Augustinus monet: *Non valdè attendas, quid homo faciat; sed quid, cùm facit, aspiciat.* Tota externa Pharisæi perfectio in hisce duobus polis volvebatur Davidicis: *Declina à malo, & fac bonum*: nihilominus totus Deo exosus erat, quia teste S. Gregorio: *Cùm perversa est intentio, quæ præcedit, pravum est omne opus quod sequitur, quamvis rectum esse videatur.*

S. Greg. in ps. 2. de pœn.

S. Aug. in ps 511

Ps. 36. 27.

S. Greg. l. 1. dial. c. 14.

Versus 13.

Verſus 13.

Publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cœlum levare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori.

Publicanus.

1. Id eſt, publicis negotiis intentus, (dicit Lyranus) quæ de communi curſu implicant ad peccatum: de quibus David loquitur, inquiens: *Statuerunt oculos ſuos declinare in terram.* Attamen notandum, quare Publicanus oculos ſuos versùs terram defixos habuerit, nimirum ex impulſu humilitatis, non temporalium bonorum cupiditatis amore.

Lyran. *Pſ.16,11.*

A longè ſtans.

2. Albertus Magnus in præſenti exemplum adducit S. Petri, divino Magiſtro ſuo ita reſpondentis: *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.* Quantumvis enim Publicanus totus lucris & negotiationibus immerſus eſſet, nihilominus aliqualem habebat ſpiritus illuſtrationem: *Sciebat, quod David dixit; Longè à peccatoribus ſalus; hanc indignitatem ſui etiam à longè ſtans oſtendit.*

Alb.M. *Luc.5.8.* *Pſ.118. v.155.*

3. S. Bonaventura ait diſcurrit: *Perfectæ humilitatis infinuationem exprimit, quantum adgeſtum, motum & verbum.* Propria illi ſuiipſius vilipenſio & deſpectus divinam attraxit miſericordiam; quia *oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur; & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat, & Dominus non elongabit.* Hanc humilitatis ſuæ profunditatem Publicanus ipſo loci ſitu prodebat, quem proinde ita laudat Albertus Magnus: *Hanc indignitatem ſui, etiam loco longè ſtans oſtendit; & cùm longè eſſet, tamen ſtetit, & non in faſtu proceſſit ſicut Phariſæus; ſtans autem à peccato ſurrexit, & rectitudinem juſtitiæ apprehendit.*

S. Bonav in Luc. *Eccli.35. v.21.* *Alb.M.*

4. Super hiſce in verbis Didacus Stella divinæ bonitatis & ſapientiæ magnitudinem, quæ de malo bonum elicere novit: *Expende Dei bonitatem atque ſapientiam, qui de peccato, quo nihil pejus eſſe poteſt, humilitatem educit.* Vipera quidem veneno ſuo interficis, nihilhominus idem virus beneficio artis medicinæ, in remedium ſervit contra venenum & mortem: ita pariter *Initium omnis peccati ſuperbia; & per peccatum mors;* at hoc non obſtante, infinita Dei pietas & amor, mediante ſuâ gratiâ, ſuperbiam, crimina & abominabiles impii hujus exceſſus, tanquam materiam adhibuit & fontem compunctionis, pœnitentiæ, emendationis & humilitatis; in quo verificatum fuit illud Apoſtoli dictum: *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit & gratia.* Didacus Stella ſequenti utitur ſimilitudine: *Ille artifex eſt admiratione dignus, qui non modo aurum vel argentum optimè omnium celaret, ſed etiam ſcoriam ipſam in aliquod opus eleganter converteret. Eodem modo Deus ſe habet in animarum noſtrarum ſalute fabricanda, ſiquidem non tantùm virtutum metallo, verùm etiam peccatorum noſtrorum ſcoria nos illuſtrare contendit.*

Did. Stell. *Eccl.10. v.15.* *Rom.5. 20.*

5. Gloſſa dicit: *Sicut humilis non audet appropinquare, ut ad eum Deus appropinquet:* Benè quidem S. Jacobus conſulit omnibus: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Nihilominus Publicanus, ut Deo appropinquaret in templo, ultimum locum occupat, reputans ſe indignum, qui vel pedem Eccleſiæ inferat; cujus ratio facti plena eſt, ſciebat enim, quòd quantò quis profundius ſe coram Deo humiliat, ſuamque indignitatem agnoſcit & confitetur, tantò abundatiorem Dei gratiam & amicitiam ſibi lucretur. Et ideo Gloſſa ait: *Non aſpiciat, ut aſpiciatur.*

Gloſſa. *Jac.4.8.* *Gloſſa.*

6. Tres in hoc Publicano, cuicunque verè pœnitenti peccatori neceſſarias, diſcutit conditiones Janſenius, dum ait: *In quo notantur tres ſuo ordine conditiones, omni verè & dignè pœnitenti neceſſariæ & ſufficientes; quarum prima eſt, propriæ indignationis agnitio, & quæ ex illa naſcitur, ſuiipſius dejectio & erubeſcentia.* Hæcque eminuit in Publicano, dum proprio ſuiipſis abſorptus vilipendio, in remoto angulo ſubſtitit, non audens ſupercilia ſua erigere ſurſum: *Cenſens oculos indignos viſione ſuperna, ut qui maluiſſent bona terrena ſperare & quærere.* Secunda conditio, quæ reſpicit Publicanum percutientem pectus ſuum, & dolor & interna de commiſſis peccatis pœnitentia. His ſuperaccedit tertia, nimirum *ne ex indignitatis*

Jans.

conſideratione in conſiderationem prolabatur, adjungeris prædictis conditionibus debet, bonam de divina benignitate confidentiam.

7. Aliam ſuper hæc verba conſideratio-
S. Aug. ſerm. 36. de verb. Dom. nem adducit S. Auguſtinus, inquiens: *Quid miraris, ſi Deus ignoſcit, quando ipſe agnoſcit? à longè ſtabat, ſed eum Dominus humiliatè reſpicit.* Zachæus non ſolùm Publicanus, ſed & Publicanorum caput erat: *Princeps Publicanorum*: homo totus uſuris & lucris deditus; nihilominus in domum ejus ſeipſum
Luc. 19. 9 Chriſtus invitat, dicitque illi: *Hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt.* Tam ardentem au-
Ibid. tem Chriſti in ſe amorem, S. Bonav. teſte,
S. Bonav Zachæus ſola ſua meruit humilitate: *Hunc aſpiciebat, quia ſtatura puſillus erat.* Loquitur S. Doctor de hac humilitatis virtute, immediatè namque ſubjungit: *Excelſus enim Dominus humiliatè reſpicit.* De noſtro ſimiliter Publicano infallibile habemus æternæ Veritatis aſſertum. *Deſcendit juſtificatus in do-*
Hildeb. epiſt. 17. *mum ſuam*: quia *Inclinatio humilitatis*, verba ſunt Hildeberti, *aſcenſio eſt beatitudinis.*

Nolebat nec oculos levare ad cœlum.

Janſ. 8. Janſenius ly *Nec* accuratius examinans, dicit: *Nec oculos ſignificare videtur, quòd multò minus manus in cœlum levaverit, & ex oppoſito ipſum Phariſæum, non oculos tantum, ſed & manus in cœlum confidenter jactaſſe.*

Lucas Burg. 9. Lucas Burgenſis docet ly *Nolebat*, idem eſſe, quod *Non audebat, pudebat. Memor, quàm variis atque indignis Deum offendiſſet, ut aſpiceretur non aſpiciebat, ait Auguſtinus.*

Theoph. 10. Theophylactus dicit: *Verebatur oculos in cœlum attollere, indignos judicans, qui ſurſum ſpectarent, quia volutrant videre bona terrena & illis frui.*

11. Evidenter ex hiſce verbis deducitur, quanta in humilitate fundatus fuerit Publicanus, plenus affectibus illis, quorum ſacra
1. Eſdr. 9. v. 6. Scriptura meminit, dicens: *Deus meus confundor & erubeſco levare faciam meam ad te, quoniã iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt.*
Lyran. Lyranus nimiam Publicani modeſtiam & timorem obſtupeſcens, inquit: *Ecce Dei timor, quaſi non eſſet dignus, appropinquare nolebat, nec oculos ad cœlum levare; ecce pudor, quaſi pro peccatis præteritis non audens cœlum aſpicere.*

12. Albertus Magnus quendam Eccle-
Alb. M. ſiaſtici textum præſenti diſcurſui applicans, ita diſcurrit: *Domine pater, & Deus vitæ meæ,*
Eccl. 23. v. 4. *ne relinquas me in cogitatu illorum, ſuperborum ſcilicet; extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, ſciebat, quòd ſignum fornicantis à Deo animæ, eſt in extollentia oculorum.*

13. Advertendum autem, quòd tunc vel maximè non ſolùm oculos, ſed & cor ſurſum elevare dignus fuerit, quando minimè ſe dignum reputabat *Quod perfectum eſt*, in
Beda. quit Beda, *ut cœlum poſſet ad ſe inclinare.*
S. Bern. Unde & S. Bernardus ſcribit: *Vim faciebat regno cœlorum Publicanus ille, qui, dum non auderet oculos ad cœlum levare, ipſum cœlum ad ſe potuit inclinare.* Eia propter oculorum
Gen. 29. v. 31. defectum minuſque egregiam formæ pulchritudinem ſterilitatem à Rachele ſorore ſua deſpiciebatur, ſed eam humilitas prole fœcundavit, cui nomen impoſuit Ruben: *Vocavitque nomen ejus Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam.* In cujus loci gloſſa S. Victor ita diſcurrit: *Rectè eo nato,*
Rich. à S. Vict. de præpar. ad contem. c. 8. *mater ejus exclamat: Vidit Deus humilitatem meam, eò quòd nunc veraciter incipiat videre & videri; Deum agnoſcere, & à Deo agnoſci.* Phariſæus in conſpectu omnium, vilipendebat & aſpernabatur Publicanum, at hic interius tamen majori accendebatur amore Dei, juxta quem ſenſum explanat Hugo Cardinalis illa Pſalmiſtæ verba: *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.* Quantò ſubli-
Hugo C. Pſ. 10. 2. mius cum defectu Publicani ſe erigebat Phariſæus, tantò profundius ſeipſum deprimebat in conſpectu Dei Publicanus, ſe indignum reputando, qui vel oculos in cœlum elevaret; at hæc ipſa tanta humilitas, efficax ad cœleſtem lucem recipiendam medium fuit; tunc *Circumfulſit eum lux de cælo.* Dicit quidam Propheta regius: *In lumine tuo*
Pſ. 35. v. 10. 11. *videbimus lumen*; *prætende miſericordiam tuam ſcientibus te, & juſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde*: ſed immediatè ipſum horum acquirendorum medium ſubjungit his verbis:
v. 12. *Non veniat mihi peſ ſuperbiæ.* Quaſi diceret: Modus lumen & notitiam Dei acquirendi, ſola eſt humilitas.

Sed

Sed percutiebat pectus ſuum.

14. Non levem hæc pectoris percuſſio exigit diſcuſſionem, ſummè commendata fidelibus omnibus, de qua Albertus Magnus ita ſcribit : *Percuſſio pectoris eſt unum de delentibus peccatum, & maximè venialia.* *Alb. M.*

15. S. Auguſtinus ita explicat: *Tundere autem pectus, quid eſt niſi arguere, & evidenti pulſu occultum caſtigare peccatum* : id quod iiſdem pene verbis expreſſit Cajetanus, inquiens : *Fit in ſignum redargutionis cordis.* Juxta teſtimonium Chriſti, qui *ſcrutatur renes & corda*, omnia peccata ex corde procedunt : *Ex corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ*; omnis prævaricationis ſcaturigo, voluntas noſtra eſt. Et ideo S. Zeno ait : *Suas peccatrix conteſtans ſecundùm Domini dictum, à quo procedunt univerſa genera peccatorum, pectus crebro percutiens, quodammodo cor ſuum manu veretundiæ caſtigat.* S. Bonaventura ponderans verba illa Regis Davidis: *Percavi vulvæ*: Quandoquidem ſcilicet numerato populo deſuper vidit evaginatum divinæ juſtitiæ gladium, ita diſcurrit: *In hoc quòd pectus percutitur, oſtenditur, cor introrſus ſupplicio dignum, in cujus rei ſignum dicitur: Percuſſit David cor ſuum.* Janſenius etiam hiſce expoſitionibus adhærens, ait : *Veluti reprehendens cor ſuum, quòd admiſſorum criminum origo illi fuiſſet & cauſa; pectoris enim percuſſio, interioris pravitatis ſeria eſt redargutio.* *S. Aug. ſerm. 8. de verb. Dom.* *Cajet.* *Matt. 15. 19.* *S. Zeno ſerm. 1. in Pſ. 13.* *S. Bonav. in Luc.* *2. Reg. 24. 10.* *Janſen.*

16. Theophylactus tunſionis pectoris aliud motivum adducit, inquiens: *Cor videlicet propter malas cogitationes, ſi ut excitet, quod obdormierat.* Sæpius enim impii, nec remorſum peccati, nec ſuæ perſentiſcentes ſyndereſin conſcientiæ, in peccatorum ſuorum letargo ſepulti vivunt, & ideo, inquit Theophylactus, percutiebat *cor quodammodo pungens & excitans.* Aliter Salmeron explicat, dum ait: *Quo verbo innuitur contritio & dolor cordis, de admiſſis peccatis, juxta illud: Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, deinde innuitur cor, ſedes peccatorum omnium, ac propterea dignum plagis.* Quibus immediatè idem author eandem ſubjungit, quam modo à Theophylacto audivimus rationem: Scilicet *cor percutit, ut quaſi dormiens a ſomno excitetur.* *Theoph.* *Salmer. to. 7. tr. 32.*

17. Hugo Cardinalis in hac pectoris tunſione, tres inſignes obſervans circumſtantias, inquit: *Eſt ibi laſio, per quam ſignificatur contritio, & ſonus, per quem ſignificatur confeſſio, & manus appoſitio, per quam ſignificatur ſatisfactio : ha ſunt tres partes pœnitentiæ, quæ eſt via redeundi ad Deum.* Eaſdem conſiderationes S. Albertus Magnus inſtituit ad unguem. *Hugo Card.*

18. Conſiderandum verò occurrit, non dici: *Percutiebat corpus*, ſed *pectus ſuum*, quia præterictum, corporis afflictivum, inſinuatur inſuper mortificatio appetituum internorum per pectus, ut doceamur, macerationi externæ conjungendam eſſe mortificationem ſimul internam, ſi pœnitentiam noſtram ſtabilem, Deoque gratam & meritoriam eſſe deſideremus. Unde S. Leo inquit : *Tanto fit rationalis animæ purgatior, quantò fuerit ſubſtantia carnis afflictior.* Præmittit quidem S. Doctor macerationem corporalem mortificationi internæ, ita tamen, ut in **reciproco** & mutuo fundentur ſubſidio ; cujus etiam opinionis fuiſſe videtur Richardus à S. Victore, qui vitia carnalia à ſpiritualibus diſtinguens, ita nos admonet: *Contra hos utroſque animæ hoſtes oportet ſanè fortiter dimicare, & alii quidem conterendi ſunt corporis afflictione, alii autem cordis contritione affligendi.* *S. Leo ſer. 1. de jejun.* *Rich. de S. Vict. in pſ. 70.*

Dicens : Deus, propitius eſto mihi peccatori.

19. *Oratio brevis verbis*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *ſed magna virtute, modica quantitate, ſed plena ſententiâ, quæ de fonte pectoris Chriſti proceſſit.* Si præſens Evangelium ſolùm parabolam continet, dicendum eſt, verba illa ab increata & incarnata Sapientia Chriſto adinventa & dictata eſſe, ut doceat animetque peccatores omnes ad pœnitentiam. Lucas Burgenſis ita ſcribit : *Paucis utitur verbis, & penè ſolis duobus, quorum uno peccatorem ſe confitetur, altero veniam petit, verbis brevis oratio, (nec enim multiloquio demulcetur Deus) ſed perſonæ congrua.* Neque ullam reddit rationem, quia confuſio, pudor & dolor interrumpere *Dionyſ. Carth.* *Lucas Burg.* *Mat. 6. 7*

amant loquelam, ita ut homo dum peccata ſua vere plangit, plus ſuſpiriis & ſingultibus quàm linguâ ſuâ ſermocinentur.

Janſen. 20. Janſenius diverſas in hac precaria Publicani formula obſervat virtutes: *Nihil aliud quàm miſericordiam petit, & talem miſericordiam, quâ Deus reconcilietur; nulla prætendit merita, nullas adfert excuſationes in peccatis, ſed liberè ſe peccatorem confitetur.*

S. Bonav. 21. S. Bonaventura duas potiſſimùm Publicani virtutes in hac oratione relucere aſſerit: *Nota hic breviſſimam orationem & efficacisſimam, quia in hac orans, ſeipſum humiliat & Deum exaltat.*

Sal. to. 7 tr. 32. 22. Salmeron, inſiſtens ſententiæ Chryſoſtomi *hom. 15. in Act. Apoſt.* exiſtimat, Publicanum audiſſe improperia Phariſæi: *Tuliſſe tamen animo patienti, & ita probrum convertiſſe in laudem ſuam, coronam & emendationem; tanta eſt virtus patientiæ & humilitatis, quæ ſignum fuit veræ ſuæ pœnitentiæ & juſtificationis.* Utiturque illo Pſalmiſtæ textu: *Pſ. 64. 4.* *Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos, & impietatibus noſtris tu propitiaberis.* In huius Publicani laudem doctè exclamat Baſilius Seleuc. *O Publicanum, clementiæ mercatorem! Non deſiiſti vectigal poſcere, dum Chriſtum ipſum, vectigalem feciſti.* Terrena & temporanea commercia ſua in cæleſtes & ſpirituales mutat negotiationes. Ponderat in præſenti S. Auguſtinus, & ad invicem comparat merita, operaque bona Phariſæi & peccata Publicani, ſic tandem concludens: *Enumerationi meritorum præfertur confeſſio peccatorum.* Audiens namque Publicanus illatas ſibi à Phariſæo ſuperbo injurias & inſultus, intuitu meritorum unius & offenſarum alterius, ſeſe humiliare compungi, veniamque petere debebat, ſine ulla vindictæ apparentia, juxta illud Chriſti documentum: *Matt. 6. v. 12.* *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*

Baſil. Seleuc. or. 35. *S. Aug. l. de S. Virgin. c. 32.*

23. Albertus Magnus obſervat, Publicanum non dixiſſe, *mihi peccanti*, ſed, *peccatori*, quibus nimirum verbis, ſe in peccatis habituatum inſorduiſſe, proteſtatur: *Ut ſe accuſet, non dicit: peccanti, ſed peccatori, qui ex habitu & conſuetudine ſe peccatorem confitetur.* Id quod Pſalmiſta ſpectaſſe *Pſ. 24. 11* videtur, cùm diceret: *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.* Putari quidem poſſet, ſatius Publicanum facturum fuiſſe, ſi peccatorum ſuorum veniam imploraturus, eadem minuiſſet; at ille nihilominus prudenter illa aggravat, probè memor, quòd juxta quantitatem miſeriæ, menſura obtingat miſericordiæ divinæ: *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit & gratia.* Notanda porro eſt *Rom. 5.* dicta Davidicæ orationis formula, non enim deprecativè ſed imperativè, culparum ſuarum veniam urget, dicens: *Propitiaberis*; nec ſine myſterio, quia qui verè pœnitens, ſinceruſque peccatorum ſuorum oſor, divinam pietatem implorat, jus obtinet exigendi & conſequendi illam, divinâ clementiâ hanc omni veraciter pœnitenti peccatori, indulgente prærogativam, ut non tam flagitet, quàm potius præcipiat.

24. Phariſæus de ſuis inaniter præſumebat operibus bonis, at Publicanus de divinâ ſolidè confidebat miſericordiâ, non obſtante peccatorum mole: id quod Salmeron *Salmer.* tali proſequitur diſcurſu: *Nec tam paucis oraſſet, ſi non multum confiſus fuiſſet de Dei benignitate; oratio ſanè verbis brevis, ſed ſenſu & efficaciâ magna, quam Dominus ob id expreſſit, ut diſcamus & nos modum preces noſtras ad Deum fundendi; maximè cùm à Domino, parabolam confingente, ſit excogitata, quâ nihil aliud, quàm miſericordiam reconciliationis petit.*

Verſus 14.

Dico vobis, deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam ab illo; quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Dico vobis.

1. Quaſi Chriſtus proteſtari vellet, inquit Lyranus, *Fideliter dico vobis.* Rem non exaggero per comparationem ſuperbiæ Phariſaicæ & pœnitentiæ Publicani, ſed ſicut res in veritate ſe habet denuncio; eſtque hoc non Evangeliſtæ, ſed ipſiuſmet increatæ Sapientiæ quæ mentiri neſcit, & de qua ſcribitur, quòd *alta à longe cognoſcat.* *Lyran.* *Pſ. 137. 6.*

Deſcen-

Descendit hic justificatus in domum suam ab illo.

Lyran. 2. Lyranus verba illa ita interpretatur; *Descendit hic de domo Dei, quæ erat in monte justificatus ab illo, id est, præ illo, remanente in fœtibus suis.* At juxta mentem Hugonis Cardinalis: *Ab illo*, idem est quod, *plus quam ille.* Cujus majoris justificationis causam nos docet S. Bonaventura, inquiens: *Dominus plus pensat unam humilem supplicationem peccatoris pœnitentis, quàm innumerabiles actiones alicujus justi de se præsumentis.* Pharisæus quidem multis bonis, iisque sanctis abundabat operibus, scilicet elemosynis, jejuniis, orationibus & gratitudine erga Deum, sed hæc omnia unicum conspurcabit vitium superbiæ; unde S. Paulinus ait: *Quod justitia ædificabat, superbia destruebat; ille in corde contrito, sui accusator accipitur, & obtinet veniam de confessis peccatis propter gradum humilitatis, sancto illo Pharisæo (quales Judæi sancti sunt) reportante; sarcinam peccatorum de jactantia sanctitatis.* Eandem penitus sententiam de damnosissimo præsumptionis & complacentiæ propriæ crimine, tulit S. Chrysostomus, inquiens: *Etsi quis innumera bona fecerit, virtutemque omnem absolverit; si tamen magnum quid de se sentit, maximè omnium miserabilis est & miser.* Qui idem S. Doctor in alio quodam loco, similitudinem instituit duarum navium, quarum prima pretiosis onerata mercibus, Pharisæi designat bonitatem & spiritualitatem: altera verò vacua & dissuta Publicanum peccatorem figurat. *Vis tibi dicam, quantum bonum sit superbia; & quantum malum arrogantia? Venerunt duæ naves, habentes onus, ambæ portum ingressæ sunt, sed Publicanus pulchrè in portum appulit, Pharisæus autem naufragium perpessus est; ut disceres, quantum malum sit animi tumor.* Præsumptio hæc in malatia seu tranquillitate maris denotatur, quia sicut hæc majorem debito confidentiam & securitatem nautis ingerendo, eosdem in præsens periculum præcipitat, ita pariter, qui gradiens per viam Domini, abjectatur à superbia, in extremo periculo versatur. Et ideo fortè notanter dicitur: *Pharisæus stans,* quasi Christus docere vellet, hunc à Pharisæo electum esse corporis situm, ut contra omnem se casum firmaret; sed turpiter aberravit, juxta quod scriptum est: *Qui se existimat stare, videat ne cadat; cum metu & tremore salutem vestram operamini.*

Hugo Card. *S. Bonav. in Luc.* *S. Paul. Ep. 58.* *Chrysost. ho. 31. in Gen.* *Hom. 4. de verb. Isa.* *1. Cor. 10. 12.* *Phil. 2. 12.*

5. Nimiam divinæ misericordiæ abundantiam obstupescens Jansenius, ait: *Observandum, quanta sit Dei benignitas, qui tam brevi oratione, tamque parvâ pœnitentiâ superatus, mox pœnitentiam in gratiam recepit, & rursus, quanta sit apud Deum humilitatis vis.* Didacus Stella, sollicitè consideratâ, Publicani humilitate, plurimis oneratâ peccatis, hujusmodi tandem discursum adducit: *Si humilitas cum peccatis tantùm valet, ut etiam Pharisæi sanctitatem superet, quid effecisset eadem humilitas cum pietate conjuncta? Si arrogantia adeo mala est, ut sanctitatem vincat, si fuisset cum peccatis aliis copulata, quid egisset?*

Jansen. *Did. Stell.*

4. Chrysostomus, Publicanum nimiâ suâ sufferendis Pharisaicis contra se insultibus patientiâ, misericordiam sibi divinam promeruisse existimat, dicens: *Accepit probrum & abluit probrum, agnovit peccata & deposuit peccata, & criminum accusatio facta est illi criminum remissio, quot labores erant Publicano subeundi, jejunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua egenis impertiendo, longo tempore in sacco & cinere sedendo, ut illa tam multa peccata posset deponere? At nunc cùm nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatem; ac probra, convitiaque Pharisæi, qui videbatur illum contumeliâ afficere, pepererunt justitiæ coronam, idque sine laboribus, sine sudoribus, & absque longi temporis mora.*

Chrys. ho. de Dav. & Sal. t. 5.

5. *Pro anima tua ne confundaris dicere verum* (docet nos Ecclesiasticus) *est enim confusio, adducens peccatum; & est confusio, adducens gratiam & gloriam.* Publicanus hic non solùm se peccatorem profiteri non erubescit, sed suis etiam verbis & actibus enormem se & maximum reum esse protestatur, indignum, qui oculos sublevet in cælum, dignum, qui omnes à Pharisæo patiatur insultus. Aft hæc tanta confusio, qua se exinanivit publicanus, gratia eundem plurima locupletavit, & tam apud homines quàm Deum, in terris & in cælis, in gloria

Eccli. 4. v. 24. & 25.

S. Ambr. lib. 2. de offic. c. 18

gloria ſublimavit ; unde S. Ambroſius ait : *Multùm verecundia placet, multum conciliat gratia apud Deum ; nonne hæc prætulit Publicanum & commendavit eum, qui nec oculos audebat ad cælum levare ?*

Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur ; & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Did. Stell.

6. Acutè advertit Didacus Stella, Chriſtum tertiò hujus ſententiæ meminiſſe in Evangelio, ſcilicet Matt. 23. Luc. 14. & hodie : Sancta mater Eccleſia, à Spiritu S. edocta, tertiò pariter per annum, in tribus evangeliis eandem nobis doctrinam inculcat : neque mirum, quia in Chriſti, ſapientiæ æternæ & increatæ ſchola, nulla erat lectio frequentior aut crebrior, quàm hæc : *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Cujus tamen aliam rationem, & moralem quidem ipſe Stella tradit, inquiens : *Ad innuendam triplicem humilitatem, cordis ſcilicet, oris & operis.*

7. Lyranus denique hanc adducit ſimilitudinem, à ſtatera deſumptam : *Sicut enim in ſtatera materiali, una parte depreſſa, altera elevatur, & econverſo ; ſic in ſtatera divinæ juſtitiæ decretum eſt, ut, qui elevantur per ſuperbiam in præſenti vita, deprimantur per pœnam confuſibilem in futura, & è converſo, qui ſe humiliant in præſenti propter Deum, in futuro ad gloriam elevabuntur.*

* * * *
* * *
*

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Marc. Cap. 7.

v. 31. EXiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. 32. Et adducunt ei ſurdum & mutum, & deprecabuntur eum, ut imponat illi manum. 33. Et apprehendens eum de turba ſeorſim, miſit digitos ſuos in auriculas ejus, & exſpuens, tetigit linguam ejus. 34. Et ſuſpiciens in cælum, ingemuit & ait illi : Ephata, quod eſt, adaperire. 35. Et ſtatim apertæ ſunt aures ejus, & ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè. 36. Et præcepit illis, ne cui dicerent : Quanto autem eis præcipiebant, tanto plus prædicabant. 37. Et eò amplius admirabantur, dicentes : Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

Verſus 31.

Verſus 31.

Exiens à finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galileæ, inter medios fines Decapoleos.

Exiens de finibus Tyri.

PRobè equidem noverat Salvator noſter, populum gentilem ſibi in fide eſſe deſponſandum, juxta illud propheticum dictum: *Sponſabo te mihi.* Sciebat ex eo coadunandam fore fidelium ſuorum multitudinem; nihilominus ut omnem declinaret præcaveretque Judæorum ſuſpicionem & murmur, tranſeunter tantùm beneficia impertiit gentilium diſtrictibus; Unde Theodoretus ait: *Confeſtim revertitur.* Id quòd etiam, diverſis licet verbis inſinuat Theophylactus, dicens: *Non moratur diu in gentilium locis, ſed ſtatim tranſit, ne daret occaſionem Judæis dicendi, quòd prævaricaretur legem, gentilibus ſe miſcens.* Quia enim ut Matthæus refert, filiam Chananeæ, quæ gentilis erat, ſanaverat, ideo, ne Hebræis occaſionem præberet cauſandi, quòd in gratiarum ſuarum diſtributione, erga illos partialis eſſet, parcus verò erga ſe, de induſtria, quævis ad illum adducta infirmorum genera ſanare voluit; qua in re etiam docere voluit, ut ex Chriſtiana charitate omnem ex parte noſtra removeremus à proximis noſtris occaſionem murmurationis & ſcandali, ne fortè ſiniſtrum alias de nobis ſibi forment conceptum.

Oſe.2.20

Theod.

Theoph.

Matt.15. 22.

Dion. Cart. ſer.1. in Evang.

2. Dionyſius Carthuſianus, civitatem hanc divitem & opulentam fuiſſe obſervat, prouti ex Ezechielis cap. 26 v. 27 colligitur. Verba Dionyſii ſunt: *Quæ fuit urbs antiqua ac opulenta, & olim clariſſima*; ac proinde, Redemptorem noſtrum in ea modico tempore demoratum fuiſſe mirum non eſt, quia divites communiter ejus ſunt indolis, ut licet nonnunquam in timore Dei vivere incipiant, in eo tamen ut plurimùm minimè perſeverent: *Incraſſatus, impinguatus dereliquit Deum.*

Deut.32. 15.

3. Eſt porrò & alia ratio, cur civitates halce adeo citò deſeruerit, nimirum ne diſcipulos ſuos alicui perverſionis exponeret periculo, utpote qui Spiritus ſancti adventu mediante, in gratia nondum confirmati fuerant: *Cum perverſo perverteris.*

Pſ.17.27

Venit per Sidonem.

4. Gloſſa Interlinearis ait: quod *Tyrus anguſtia, Sidon venatio interpretatur*; Et ideo Albertus Magnus ait: *Tranſiens ut venator animarum, quia Sidon venatio interpretatur*; etenim nulla eſt ad animas capiendas melior occaſio; quàm dum inter adverſa anguſtiantur: *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerraverunt.*

Interl.

Alb.M.

Pſ.15.4.

Ad mare Galileæ inter medios fines Decapoleos.

5. Erat hic diſtrictus regio quædam, quæ ut Venerab. Beda aſſerit, decem ſinu ſuo civitates complectebatur. *Regio decem urbium trans Jordanem ad Orientem.* Interlinearis in illis verbis: *Ad mare Galileæ, fluctuoſam volubilitatem* notat, per ly *Decapoleos, mandata Decalogi* intelligit.

Beda.

Interl.

6 Haymo Halberſtadienſis quoque dicit: *Per decapolim deſignantur Judæi propter decalogum legis: Per mare Galileæ deſignantur gentiles, qui timidi erant: Veniens Dominus in mundum relinquit Judæos, qui de præceptis legis erant imbuti, & venit ad tumentia corda gentium: ut gratiam ejus, quam Judæi amittebant non credendo, gentiles reciperent credendo.*

Haym.

Verſus 32.

Et adducunt ei ſurdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum.

Et adducunt ei.

1. Lucas Burgenſis optimè hoc loco notat, quòd S. Marcus ex ingenti miraculorum à Chriſto patratorum multitudine, quam S. Matthæus c.15.v.30. recenſet, inſigne hoc miraculum præ cæteris deſcribendum ſuſceperit, quod proinde per multas circumſtantias in præſenti evangelio recenſet: *In quo ſingularibus Jeſus uſus eſt agendi modis.*

Lucas Burg. hic.

modis. Idemque Author haud procul à vero abeſſe exiſtimat, quòd omnes alii, hujus tam inſignis miraculi fama attracti & permoti, ad Salvatorem convolârint.

2. Salmeron notat, quòd ſecundùm aliorum Evangeliſtarum contextum, homo iſte non ex defectu aut vitio naturæ, ſed dæmonis opera, ſurdus & mutus effectus fuerit, quia obſeſſus erat: *Propterea meritò deductus fuit ad Jeſum, cum per ſe venire non potuiſſet*; ex quo enim homo ille ſurdus & mutus, figura quædam erat peccatoris habituati, utique impoſſibile erat, ut ad Deum recurreret, niſi is ei manum porrigeret, divinoque eum auxilio ſuo præveniret, inſpirando nimirum & movendo ſervos ſuos, ut pro eo orarent: *Nemo poteſt venire ad me, niſi* Ioa. 6. 44 *Pater qui miſit me, traxerit eum.* Miſer hic homo tametſi Chriſtum continuò miracula patrare ſciret, ad ejus tamen divinam beneficentiam implorandam ne pedem quidem movit; peccatori namque proprium eſt, potiùs à Deo ſuo fugere, & ſalutem ſuam declinare. Admiranda eſt hominum illorum charitas, qui ſine ulla remuneratione, hunc mutum & ſurdum ad Chriſtum perducunt, Iac. 5. 20. quia ut S. Jacobus Apoſtolus ſcribit: *Qui converti fecerit peccatorem, ſalvabit animam ſuam à morte*; ſicut enim dæmones nihil aliud adeo ſollicitè moliuntur, quàm ut eaſdem animas à Deo ſeducant: Ita ex alia parte hi, qui Dei ſequaces exiſtunt, nihil adeo curant, quàm ut eaſdem animas ad Dei ſervitium allicere ſatagant. Quot ſunt, qui peccatis ſuis immerſi, utique ſe emendarent, & vitiorum ſuorum ſordibus emergerent, ſi Chriſtiana fidelium charitas illos ad audiendum Dei verbum, & ſpiritualium exercitiorum frequentationem perduceret, ſicut illos mundanorum perverſitas ad ludos, recreationes, malas & lubricas ſocietates, aliaſque profanas recreationes ſeducere nititur.

Salmer.

3. Obſervandum hîc quoque eſt differentia, quæ inter Centurionem & Regulum ex una parte, & hunc ſurdum ex alia intercedit; neque enim Centurio ſervum ſuum, nec Regulus ſuum filium ad Chriſtum adduxerunt, ſed tam Dominus, quàm Pater pro infirmis ſuis Salvatori noſtro ſupplicationes ſuas obtulerunt: At verò hic ſurdus & mutus perſonaliter ad Chriſtum adductus fuit. Et ratio eſt facilis, quia tam filius Reguli, quàm ſervus Centurionis inhabiles erant, ut Chriſtum accederent, tanquam moribundi enim ſeſe movere haud quaquam poterant; hic autem, licet ſurdus & mutus eſſet, pedibus tamen ſuis progredi poterat; ex qua proinde differentia docemur, quòd Deus, ut nobis ſuas impertiatur gratias, illam ſaltem à nobis cooperationem exſpectet, quæ nobis poſſibilis eſt, atque conveniens. Unde Chryſoſtomus ait: *Conſidera, quando quod in nobis eſt, offerimus, largiter divinam operationem conſequimur.* *Chryſ. ho. 53. in Gen.*

4. Enimvero Salvator noſter, utpote ex itinere defatigatus, licet refectione quadem & refocillatione indigere videretur, ejus tamen loco, illi non ſolùm hic mutus & ſurdus, ſed ut S. Matthæus ſcribit, innumeri alii ab eo ſanandi infirmi adducuntur, quia optima & gratiſſima, quam Chriſtus habere poterat, refectio, hæc erat, quòd ſe ad benefaciendum animabus noſtris impendere poſſet, prouti in occaſione occurrentis ad puteum Samaritanæ videre licet, quando ex itinere laſſus, famelicus & ſitibundus dixit, ſapidiſſimum & gratiſſimum cibum eſſe, animæ illius peccatricis converſionem.

Surdum.

5 Per hunc miſerabilem virum, aurium ſurditate laborantem peccator denotatur, peccatores enim, ut Dionyſius Carthuſianus ait: *Surdi vocantur, quoniam verba ſalutis, aut omnino non audiunt, aut ſi ea corporaliter audiunt, non tamen ſecundùm eadem converſantur, ſed in ſuis permanent peccatis.* *Dion. Cart. ſer. 2. in hac Do.* Idem quoque Doctor obſervat, quòd Chriſtus ſæpius dixerit: *Qui habet aures audiendi, audiat*, quo loquendi modo Chriſtus non vult dubitare, quin illi, quibuſcum loquebatur, revera audirent, ſed inſinuare vult, quòd non cum fructu debito audiant, eique, quæ audierunt, non exequantur: *Inſinuat eos, qui verba Dei non audiunt per ſalubrem effectum, per obedientiam & conſenſum, aures cordis non habere, ideoque ſpiritualiter ſurdos eſſe.*

6 Quidam Evangelii S. Marci interpres, hanc ſurditatem de illis exponit, qui admonitiones & conſilia ſalutaria inviti auſcultant; *Angelus de Paſ.*

tant: *Surdus, non habens auditum D i, eſt, qui non vult audire bonum, ſpit aures ſpiri s, & negot orum multitudine, ne audiat legem.*

Salm.ii. 7. Salmeron ſurditatem hanc tunc dignoſci poſſe obſervat, quando quis ſtrepitum ſeu rumorem quendam aut ſonum, quantumvis vehementem, ſurdus non audit: *Surdus eſt, qui vehementem ſonum vel clamorem non percipit; talis eſt peccator, qui ſeipſum ignorans, non audit verbum ſyndereſis, & vermis conſcientiam rodentis, & arguentis de peccato; quæ pœna graviſſima eſt; & propterea ab inferno non aberit.* Verbum Dei animæ vita eſt, ſicut aër reſpirantis corporis:

Ioa.6 64 *Verba, quæ ego lo utus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Sed ſuas ſæpe anima aures voci divinæ occludens, mortem æternam irremediabiliter occurrit.

Alb.M. 8. Albertus Magnus exiſtimans, hunc hominem à diabolo obſeſſum fuiſſe, hanc ſurditatis ejus cauſam adducit: *Quia aures arma iniquitatis peccato exhibuerat, ideo diabolus in auribus fecerat ſurditatem, & maximè à verbo Dei audiendo.*

Salm. 9 Salmeron addit: *Surdus præterea eſt, qui Deum præcipientem aut promittentem non audit, aut qui Deo comminanti, & pœnas gehennæ proponenti aures non præber.* Teſte Chriſto, manifeſtum reprobationis cujuſcunque animæ eſt ſurditas hæc ſpiritualis:

Ioa.8.47 *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.*

Et mutum.

Dion. Carth. ſer.2.ſi. 10. Per hunc hominem, ſurdum ſimul & mutum, Dionyſius Carthuſianus illos deſignat peccatores, qui confeſſionem, ſuorumque peccatorum accuſationem negligunt: *Qui ſua peccata ſinceriter confiteri non curant, item qui ab orationibus & laudibus Dei repeſcunt.*

Alb.M. ſer.6.in hac Do. 11. Per mutum Albertus Magnus eos intelligit, qui quidem diſcurrere norunt, ſed nihil ſermonis divini aut ad ſalutem pertinentis important: *Mutus eſt etiam peccator, quia non invocat Deum cum affectu, quamdiu delectatur in peccatis, os enim habent multi peccatores, & tamen rarò loquuntur bonum, ſed malum.*

Salm. 12. Salmeron porrò per hunc mutum, dicit figurari ſpiritualem animæ averſionem, qua ille à peccatorum confeſſione teſe ſubtrahit: *Mu us eſt peccator, qui non confitetur, ob dæmonem, qui ut fortis armatus poſſidet caſtrum cordis, & portam, per quam eſt expellendus, claudit.* Motiva autem, quæ hujuſmodi hominibus confeſſionem odioſam reddunt, eoſque mutos efficiunt, idem author adducit ſequentia: *Pudore infandorum criminum, & impunitatis pollicitatione, & ſpe longioris vitæ, & confeſſionis ſuo tempore faciendæ, tanquam peſſulo quodam claudit oſtium,* ſcilicet diabolus.

13. Prædictus idem Author in ſenſu morali tria alia adducit mutorum genera, ad rem noſtram accommodatiſſimè: *Mutus eſt, qui Deum non confitetur coram hominibus, qui taciturnitate ſua permittit irrogari proximo, quem loquendo arcebat, qui delinquentem ex ignorantia non inſtruit vel corrigit.* In quo ſenſu longè ante compellavit reprehenditque Propheta Iſaias ſuperiores & prælatos illos, qui taciturni nimium ad omnia obmuteſcunt ſuorum vitia: *Canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes.* *Iſa.56. 10.*

14. Surditas hominem elinguem reddit, qui ſurdus loquelam addiſcere nequit, inque hoc aſtutia ſe prodit diaboli, primo homines reddentis ſurdos, ne divinam vocem aut inſpirationes internas auſcultent, poſtea autem eorundem occludentis ora, ne vel peccata ſua confiteantur, vel orationes frequentent, vel de divinis ſermones inſtituant: Unde Janſenius inquit: *Surdus iſte & mutus deſignat eum, qui nec aures habet ad audiendum ſermones Dei, ſed obturatas habet in modum aſpidis, adversùs ſapientis incantatoris vocem, nec linguam habet ad confeſſionem propriæ turpitudinis, ac divinæ miſericordiæ & bonitatis, ſed tantùm ad obtrectationes, maledicentiam, ſtultiloquia; & id genus, ita loquitur quidem, ſed non rectè.*

15. Dionyſius Carthuſianus in hocce miſero peccatorem contemplatur in criminibus habituatum: *Præcipuè conſuetudo parva efficit mentem mutam & ſurdam.* Id quod ſanctus Auguſtinus ſibi, tanquam triginta & plurium annorum inſordidato peccatori applicans, exclamat: *Va ſur-* *Dion. Cart. ſer. in hac Do.*

ditati illi, quando non audiebam te, intonaſti deſuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei, rupiſti ſurditatem meam, & audivi vocem tuam.

16. Hugo Cardinalis in ſenſu allegorico miſerum hunc ita repræſentat: *Surdus & mutus eſt genus humanum; quod in Adam eſt ſurdum per inobedientiam, & mutum à confeſſione laudis divinæ, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris; peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras juſtitias meas?* Præcipuè autem author ille in præſenti Eccleſiaſticos redarguit negligentes in officiis ſuis & diſciplina ſæcularium, quos vi muneris ſui erudire tenentur: *Specialiter ſurdi ſunt clerici, quia verbum Dei audire nolunt, & muti, quia prædicare nolunt, nec in Eccleſia cantare.*

Hugo C. *Eccli.15.9.* *Pſ.49.16*

17. Eandem nobis allegoriam tradidit Beda, inquiens: *Obſurduit namque homo ab audiendo vitæ verbo, poſtquam mortifera ſerpentis verba contra Deum tumidus audivit; mutus à laude conditoris effectus eſt, ex quo cum ſeductore colloquium habere præſumpſit.*

Bed. ho. in hac Dom.

18. Albertus Magnus in hoc ſurdo & elingui conditiones notat peccatoris, juxta illud Davidis, de adulterio profitentis, teſtimonium: *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum*: Quæ ita proſequitur: *Peccator quamdiu in peccatis eſt, ſurdus eſt, quia non audivit cum effectu clamorem vocationis divinæ, quâ nos vocat ad pœnitentiam.* Unde meritò Deus eundem Pſalmiſtam lamentatur in hæc verba: *Laboravi clamans, rauca facta ſunt fauces meæ.*

Alb.M. ſer.66.in hac Do. *Pſ.37.14* *Pſ.68.4.*

19. S. Thomas tres à quocunque peccante contrahi docet infirmitates; nimirum *Primò cæcitatem, per mentis obtenebrationem*, Sophon. 1. *Ambulabunt ut cæci, quoniam Domino peccaverunt.* Et Eph. 4. *Tenebris obcæcatum habentes intellectum. Secundò ſurditatem, per inobedientiæ rebellionem. Tertiò mutitatem propter peccatorum ſuorum occultationem.* Job. 20. *Cùm dulce fuerit in ore ejus malum, abſcondit illud ſub lingua.*

S.Thom. ſer. in hac Do. *Soph.1. 17.* *Eph.4. 18.* *Job.20. 12.*

Et deprecabantur eum.

20. Rationem ſollicitè diſcutit Dionyſius Carthuſianus, quare hæc pia & devota turba miſerum iſtum hominem ad Chriſtum portarit, proque eo ſupplex facta fuerit, dicitque: *Per hoc ſpiritualiter datur intelligi, quod mente ſurdi ſeu vitioſi, per ſeipſos ſe non valent accedere, cum non ſint in charitate, quæ ſola ducit ad Deum.* In quorum confirmationem, adducit S. Auguſtinus exemplũ, quem hæreticum, vitæque diſſolutæ deditum, ſanctiſſima ejus mater vi & efficacia orationũ ſuarum ad S. Eccleſiæ ſinum reduxit: *Deus frequenter confert aliquibus gratiam, meritis & precibus aliorum, utpote ſanctorum in cælo triumphantium; ac devotorum in terris adhuc militantium.* Salmeron mutum hunc interceſſionem aliorum neceſſariam habuiſſe docet, utpote qui ipſe linguæ beneficio deſtitutus eſſet: *Habentes uſum linguæ, deprecabantur pro eo, ut intelligant juſti, qui uſum linguæ liberum habent, & gratiâ valent apud Deum, ſe intercedere debere pro neſcientibus vel potentibus deprecari, id eſt, pro peccatoribus.*

Dion. Cart. ſer.2.in hac Do. *Salm.to. 6.tr.30.*

21. Albertus Magnus autem diſcurrit: *Hæc eſt interceſſio aſtantium, quæ ſanctæ Eccleſiæ interceſſionem.* Jacob. 5. *Orate pro invicem, ut ſalvemini; multum enim valet deprecatio juſti aſſidua.* Benigniſſimus Deus unicum omnium malorum noſtrorum remedium nobis aſſignavit orationem, quam proinde turba hæc ex charitatis viſceribus, ut miraculoſam miſeri illius ſanitatem impetraret, liberaliter impendit: gaudet Deus impertiri nobis beneficia ſua, ſed non ſine prævia oratione noſtra; ſi namque turba hæc ex precibus & inſtantiis ſuis non ſuppleſſet defectum muti, nunquam ſanitatem ejus extorſiſſet: at prô dolor, peccatores multi in tantam Dei ſuæque ſalutis oblivionem venêre, ut nunquam à peccatorum ſtatu recederent, niſi aliorum precibus ſuffulcirentur.

Alb.M. hic. Jac.5.

22. Horum damnationis impatiens, ferventiſſimus ille ſalutis animarum zelator; ſanctus Joannes, ita quemlibet interpellat Chriſti fidelem: *Hæc eſt fiducia, quam habemus apud eum, quia quandocunque petierimus*

1.Ioan. 5. 13. & 14.

ſecun-

ſecundum voluntatem ejus, audit nos; & ſcimus, quia audit nos, quidquid petierimus: qui ſcit, fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Ubi Janſenius ita ſubſumit diſcurſum: *Docemur in efferentibus, quid valeat aliena fides & oratio, & quam ſolli citudinem debemus his maximè, qui ſibi non ſufficiunt.*

Janſ. in hac Do.

Chryſ. 2. Cor. 1. 9.

23 Chryſoſtomus ponderans illa Apoſtoli verba: *Ut non ſimus fidentes in nobis; ſed in Deo, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem ſperamus, quoniam & adhuc eripiet; adjuvantibus & vobis in oratione pro nobis*: ita ſcribit: *Deus frequenter reveretur multitudinem unanimem & conſentientem in precando, ut velut pudore victus, non audeat illi denegare.*

Salmer.

24. Salmeron moralem horum verborum ſenſum adducens, ex prædictis verbis debitum elicit Advocatorum, ut ſcilicet adimitationem horum ſpontaneorum bajulorum & oratorum, ipſi quoque ex charitate, pauperum cauſis & negotiis patrocinentur: *Advocati etiam & Judices agant cauſas pauperum, qui loquela deſtituuntur, & jus ſuum vel non intelligunt, vel proponere non valent.* Porro Gloſſa Interlinearis per hoſce deprecatores, ſedulosque interceſſores, intelligit *Patriarchas vel Prophetas, incarnationem Domini deſiderantes.*

Ut imponat illi manum.

Matt. 9. 18. Marc. 6. 5.

25. Archiſynagogus filiæ ſuæ reſuſcitationem à Chriſto imploraturus. *Impone*, inquit, *manum tuam ſuper eam, & vivet.* Iterum S. Marco teſte, Chriſtus *infirmos impoſitis manibus curavit.* Hancque illius petitionis cauſam in turba præſenti fuiſſe exiſtimat

Salm.

Salmeron, quia *ita viderant, Jeſum alios hujuſmodi infirmos curaſſe*: nihilominus ad ſenſum moralem tranſiens, docet, quòd hæc religioſæ turbæ ſupplicatio ut intentum aſſequeretur, ſequentibus debuerit eſſe veſtita conditionibus: ut imponat illi manum, non

Job. 19. 21. Pſ. 118. 173. Pſ. 144. 16.

tantùm ſiniſtram timoris, (de qua Job: *Manus Domini tetigit me*,) ſed etiam manum dexteram amoris, de qua dicitur: *Fiat manus tua ut ſalvet me.* Et rurſus: *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*; manum etiam Sacerdotis, miniſtri Dei, cui dictum eſt: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*; Sacerdotis enim maximè eſt, manus imponere ſuper ægros, ut bene ſe habeant.

26. Præclaram aliam ex hiſce verbis doctrinam deducit idem author, dicens, noſtrarum quidem partium eſſe, pro ſalute proximi intercedere & ſupplicare; at ſolius Dei manum imponere, id eſt, ſalutem conferre. *Fac quod tu potes; & Deus præſtabit, quod tu non potes: niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.* *Pſ. 126. 1.*

Sim. de Caſſ. l. 5. c. 25.

27. Denique Simon de Caſſia ingenioſum ſimul & moralem circa hæc verba inſtituit diſcurſum inquiens: *Habet autem quidem cultus myſterii & moralis, quòd manus expetitur imponenda; ut eadem manus ſit plaſmans & liberans: Manus tuæ Domine fecerunt me & plaſmaverunt me.* Neque enim incredibile eſt, turbam hanc, cæleſti ſuggerente ſpiritu, cognoviſſe, quòd Chriſtus verus eſſet creator, poſſetque corpus hoc defectuoſum ſanare; reſtituendo illi omne id, quo ipſum inimicus infernalis ſpoliaverat, nam teſte Dionyſio Carthuſiano: *Factus fuit talis à dæmone, ipſum poſſidente, qui uſum linguæ & aurium impedivit in eo; unde in Matthæo legitur: Tunc oblatus eſt dæmonium habens, cæcus & mutus.* Notandum verò, nullam ab hac turba fieri mentionem reddendi auditus aut loquelæ, ſed tantùm *deprecabantur, ut imponat illi manum*; quaſi dicerent: Profitemur, te ipſum illum eſſe, de quo S. Propheta David teſtatur: *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmaverunt me totum in circuitu.* Cognoſcebant utique hanc eandem eſſe manum, quæ S. Zachariæ, S. Joannis Patri loquelam reſtituit: *Etenim manus Domini erat cum illo; apertum eſt os Zachariæ.*

Dionyſ. Carth. in Mat. Matt. 12 22.

Pſ. 118. 73.

Luc. 1. 66

Verſus 33.

Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas ejus, & exſpuens tetigit linguam ejus.

Et apprehendens eum de turba ſeorſum.

1. Græcus textus habet: *Cùm ſeduxiſſet eum de turba ſeorſum.* Multæ porro ſunt

horum verborum interpretationes, factæ à Doctoribus & ſanctis Patribus. Dionyſius Carthuſianus ideo miſerum hunc ſeparatum fuiſſe à turba exiſtimat, eò quòd Chriſtus hanc judicarit indignam, quæ miraculum videret, ob nimiæ vitium curioſitatis: *Quia turba fuit indigna videre iſtud miraculum, quoniam forſitan ex curioſitate optavit aliquod rarum videre.* Euthymius ait: *Cognoſcens, multitudini quoſdam eſſe immixtos, qui reprehenderent.* Theophylactus verò *ideo factum* cenſet, *quia non erat arrogantiæ ſectator, qui ſe humiliaverat uſque ad noſtram inopiam.* Quocum coincidit illa Chryſoſtomi doctrina, inquientis: *Ut divina miracula non faceret manifeſtè, inſtruens nos vanam gloriam ejicere & tumorem; nihil enim eſt, ex quo aliquis ſic miracula operetur, ſicut ſi humilitatem colat, & modeſtiam ſequatur.* Idem punctum attingit Janſenius in illis verbis: *Nolens miraculum manifeſtè facere, ne videretur popularis laudis affectator.* Vel tandem etiam cum Theophylacto dicere poſſumus: *Ut plurimùm noluit coram multitudine miracula facere, niſi propter videntium utilitatem.* Cognovit indubiè Chriſtus majorem hujus turbæ partem, nullum ex miraculo publico habituram eſſe emolumentum, & ideo omnem declinaturus offenſæ occaſionem, in locum ſecretiorem receſſit.

Dionyſ. Carth. in Evan. *Euthym.* *Theoph.* *Chryſoſt in cat.* *Janſen. ſerm. in hac Do.*

2. *Omnia in figura contingebant.* Unde Euſebius Gallicanus in hac turba multitudinem dicit ſignari vitiorum: *Hæc enim turba, de qua hic homo à Domino trahitur, vitiorum eſt multitudo, qui de hac turba non trahitur à Domino, non ſanatur.*

Euſ Gal. hom. in Dom. 12 Pentec.

3. Alia inſuper hujus receſſus ratio dari poteſt: figurabat namque, ut diximus, hic mutus & ſurdus peccatorem, multa vitiorum conſuetudine depravatum; & ideo Chriſtus eum ſanaturus, ſingulari cum induſtria à turba ſequeſtravit: *Ad deſignandum*, verba ſunt Dionyſii Carthuſiani, *quòd ſpiritualiter muti & ſurdi ſecretè admonendi ſint atque dolendi, ne ex humano rubore retrahantur ab advertentia & pœnitentia.*

Dion. Cart. hic.

4. Beda in homilia hujus Dominicæ ſequentem nobis tradit moralitatem: *Prima namque ſalutis ſpes eſt, quemlibet aſſuetos vitiorum tumultus, turbaſque deſerere.* Gloſſa Interlinearis *de ſtrepitu mundi* intelligit, ut gloſſa ordinaria habet: *Seorſum à turbulentis cogitationibus, & actibus inordinatis, ſermonibuſque in compoſitis educitur, qui ſanari meretur.* Ratio autem, quare Deo adhæſurus, ſuæque ſaluti conſulturus, ſe neceſſariò à mundo ſequeſtrare debeat, hæc adducitur ab Hugone Cardinali: *Qui vult ſanari à peccatis, debet tumultum mundi evitare, quia corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Quod idem inſinuat Dionyſius Carthuſianus, dicens: *In hoc datur intelligi, quòd eos, quos Deus à vitiis curat & ſalvat, oportet prava vitare conſortia, atque à communi hominum, per latam perditionis viam ambulantium converſatione diſcedere.*

Gloſſ. ord. *Hugo Card.* *Dionyſ. Carth. ſerm. 2. in hac Dom.*

5. Albertus Magnus dicit: *Tunc homo per Jeſum à turba ſeorſum educitur, cùm illa fugit & reſpicit, quæ amatores mundi frequentare conſueverunt.* Pœnitentiam enim acturi de exceſſibus præteritis, per aliam nos viam gradiamur oportet, fugiendo impoſterum omne illud, quod hucuſque occaſio exſtiterat offenſæ. *Neque ullatenus ſalvari putandus eſt*, ait Beda, *quamdiu quis inordinatis motibus adhærere, ſupervacuis verbis delectari, turbulentis cogitationibus non timet devaſtari. Mundus, quod ſuum eſt, diligit.* Impoſſibile eſt, nos in vana vitæ libertate degentes, Chriſtum ſequi. Paralyticus evangelicus 38. annis inceſſanter avebat in probaticam piſcinam intromitti, at alii magis induſtrii ſemper prævenientes, ſpem ejus eludebant; idem poſtea à Chriſto ſanatus, juſſuſque lectum portare, reprehenditur ab inimicis objicientibus: *Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum.* De alio ſimiliter paralytico teſtatur S. Lucas, quòd, ut Chriſto iſteretur, tectum ſolvi neceſſum fuerit: *Aſcenderant ſuper tectum, & per tegulas ſubmiſerunt eum ante Jeſum.* Cujus facti neceſſitatem ipſemet S. Evangeliſta ſubjungit, nimirum: *Non invenientes, qua parte illum inferrent præ turba.* Cæcus lumen flagitans oculorum ſuorum, à turba pariter objurgatur: *Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret.* Zachæi affectum, deſiderantis videre Salvatorem, præpedebat populi multitudo: *Quærebat videre Jeſum, quis eſſet, & non poterat præ turba.* Quid multis? certo certius eſt, ipſa experientia teſte, ſemitam mundi contrariari illi, quæ eſt via Dei & ſalutis no-

Alb. M. ſer. 66. in hac Dom. *Bed. in hom. Joan. 5. 19.* *Joan. 5. 10.* *Luc. 5. 19* *Luc. 18. 39.* *Luc. 19. 3.*

Beda in Marc. noſtræ. *Prima ſalutis ſanua eſt*, ait Beda, *infirmum apprehendente Domino de turba ſeorſum educi.* Hancque ipſam ſequeſtrationis & à turba receſſus cauſam fuiſſe oſtendit: *De turba ſeorſum eduxit, cum mentem pectatis languidam, viſitatione ſuæ pietatis illuſtrans, à conſuetis hujus vitæ converſationis moribus avocat, atque ad ſequenda præceptorum ſuorum itinera provocat.*

Sal.to.6 tr.30. 1.Cor.15. 3. 6. Salmeron dicit: *Opus eſt, ut ſeparetur à turba, id eſt, ab occaſione peccandi, cujus una maxima eſt pars, mala ſocietas, de quo Apoſtolus: Corrumpunt bonos mores colloquia prava.*

7. Propterea etiam advertendum eſt, quòd Chriſtus digitos ſuos ſurdi auriculis intromittens, qui idem ſpiritualiter ſuas ei divinas illuſtrationes impertiebatur, nos docere voluerit, opus eſſe dicta ſequeſtratione, ſi eum, ipſiuſque dona cum animarum noſtrarum fructu recipere velimus: & ideo S. Auguſtinus ſe ad Deum converſurus, totumque cor ſuum illi reſeraturus, divinis gratiis doniſque cæleſtibus recipiendis inidoneum ſe exiſtimavit, niſi in ſolitudine degeret, omni proſcripto ſodalitio: *Solitudo enim mihi*, inquit, *ad negotium flendi aptior ſuggerebatur.* Id quod atteſtatur & Spiritus in verbis illis: *Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus.* Hugo de S. Victore quærit: *Quid eſt, quòd ſemper loquitur in ſecreto Deus?* ſibique ipſi reſpondet: *Niſi quòd nos ad ſecretum vocat.* Semel quidem iterumque in Canticis Canticorum ſponſa (figura dilectæ Deo animæ,) deprædicatur, nobiſque tanquam ſublime cæleſtium donorum & gratiarum faſtigium repræſentatur, at eo tantùm tempore, quo inimica multitudini ſola in deſerto reperſa fuit: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris?* Et iterum: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens?* Admiranda illa ſacræ Apocalypſeos myſteria ſancto Joanni non alibi quàm in ſolitudine exhibita fuêre: *Abſtulit me in deſertum.* Eandem in receſſu gratiam experiebatur anima illa, quæ dicebat: *Cognovit te in deſerto, in terra ſolitudinis.* Hiſce addere placet illud S. Auguſtini, de ſanctis Monachis, deſertum incolentibus ſcriptitantis teſtimonium: *Deſertiſſimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, qui puris mentibus inhæſerunt.* Imò teſte Angelico Doctore, conſervandæ cordium noſtrorum puritati & munditiæ, receſſus ſervit neceſſarius *Propter puritatem cordis ſolitudo eſt ſectanda.* Orientalium ditiſſimus multorumque Dominus populorum Propheta Job de ſeipſo aſſerit: *Requieſcerem cum Regibus & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.* Quæ verba interpretans S. Gregorius, exiſtimat Primates illos veras ſibi ædificaſſe ſolitudines, ubi, in medio licèt mundi, interque alios ſubſiſterent, ita nihilominus vitæ ſuæ rationem inſtituebant, quaſi extra mundum ſoli degerent, ſine ullo temporalium bonorum affectu: *Ædificant ſolitudines, id eſt, de corde ſuo terrena deſideria expellunt, & ſeipſos à tumultu mundi, quantum poſſunt, elongant, ut ſoli ſint & idonei loqui cum Deo.*

S.Aug.l. 8.conſeſ. c.12. *Oſe.2.14* *Hugo de S.Vict. l. 4.de arca.c.4.* *Cant.3. 6.* *Cant.8.5* *Apoc. 17.3.* *Oſe.13.5* *S.Aug.l. 2.de moribus Eccleſ.* *S.Th.2.2 q.188. a.8.* *S.Greg. l.4.mor. c.28.*

8 Doctè advertit Lucas Burgenſis, quòd Chriſtus miſerum hunc priſtinæ ſanitati reſtituturus, duxerit: *Extra turbam populi, non tamen extra populorum ſuorum & eorum, à quibus offerebatur conſortium.* Quia ſicut antiquorum perverſorum ſodalium conſortium pernitioſum eſt reſpicienti, perque viam pœnitentiæ ad Deum redeunti, ita è converſo ſummè eidem utilis eſt & neceſſaria bonorum, piorumque converſatio, ut per exemplarem eorum vitam, ſanctaſque admonitiones ſtabiliatur in bonis: *Cum Sancto ſanctus eris, cum viro innocente innocens eris.* *Luc. Burg.* *Pſ.17.26*

Miſit digitos ſuos.

9. *Miſit verbum ſuum*, inquit Pſaltes regius, *& ſanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum.* Potuiſſet Chriſtus unico verbo, imò uno ſimpliciſſimo voluntatis ſuæ actu hunc afflictiſſimum Sanare, prout mundavit leproſum, dicens: *Volo, mundare; & confeſtim mundata eſt lepra ejus.* Quemadmodum & in filio viduæ didicimus factum: *Adoleſcens, tibi dico, ſurge.* Ad quid igitur hunc ſurdum & mutum ſanaturus, tanta adhibet media? In quem finem primò turbam inducit, ut intercedat pro infirmi liberatione, deinde ipſe manu apprehenſa, eum à multitudine ſequeſtrat, poſtmodum digitos in aures ſurdi immittit, linguamque muti ſaliva ſua conſpergit, cur tandem elevatis

Pſ.106. 20. *Mat.8.3* *Luc.7. 14.*

ſurſum

ſurſum oculis ingemiſcit: Sapientia increata miraculum hoc dictis circumſtantiis inſigniti voluit, ut doceremur, eam in negotiis ſalutis noſtræ non tantùm operari & deſudare, quantum poteſt ex parte ſua, ſed cognoſceremus inſuper inſuperabilem propemodum difficultatem illam, quæ ſe offert in converſione inveterati cujuscunque peccatoris, qui ad omnes, tot inſpirationibus internis, tot tribulationibus & pœnis, tot Prædicatorum monitis & minis replicatas. Dei voces ſurdaſter obduruit in auditu cordis ſui. De quo dicitur: *Multo labore ſudatum eſt, & non exivit de ea*, ſcilicet peccatoris inveterati anima, *nimia rubigo ejus.* In Hebræo textu dicitur: *Non exivit rubigo abominationis & obſtinationis.*

Ezech. 24.22.

10. Aliam inſinuat rationem Salmeron hiſce verbis: *Ut oſtenderet ſe ita ſalutis æternæ mediatorem eſſe, ut velit ſalutis adjumenta non negligi, ſed ſuſcipi debere.* Poſſet equidem Deus, vi ſapientiæ & omnipotentiæ ſuæ, perfectam operari ſalutem noſtram: quia *non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum*: at ita negotium diſpoſuit, ut velit à nobis etiam applicari media & inſtrumenta, à ſe hunc in finem provide ordinata; verbum ſcilicet Dei, orationes, frequens Sacramentorum exercitium & ſimilia alia. Subjungit idem author aliam adhuc in loco citato cauſam hujus facti, dum ait: *Ut oſtenderet, quàm grave ſit & difficile, eum hominem revaleſcere, qui neque bona audit, neque bona loqui poteſt, & ad hoc malum non naturali quodam defectu, ſed dæmonis malitia pervenit.*

Sal. to. 6 tr. 30.

Luc. 1. 37.

11. Victor Antiochenus opinatur, Chriſtum hoc digitorum ſuorum attactu ſignificare voluiſſe miraculoſam & ſupernaturalem ſacratiſſimæ ſuæ humanitatis virtutem: *Infert digitos in aures ejus, cum ſolo verbo miraculum patrare voluerit, quo corpus modo, qui verbis exprimi nequit, ipſi unitum, animaque intelligenti ac rationabili informatum, divinæ virtutis vim & energiam obtinere commonſtret.* Eadem eſt ſententia Dionyſii Carthuſiani dicentis Chriſtum hoc feciſſe, *ad innuendum, quòd divinitas ſua operabatur per corpus ſuum, & corporis membra, tanquam per inſtrumentum proprium animatum conjunctum.*

Vict. Antioch. in Marc.

Dion. Cart. in Evang.

12. Salmeron ex hoc digitorum Chriſti tactu, laudabiliſſimum elicit, inque Eccleſia frequentatum SS. Reliquiarum uſum: *Ut ad infirmitates noſtras ſublevandas, doceret nos, quæ ſancta ſunt vel ad Martyrum reliquias ſpectant, vel quæ per Eccleſiam, benedictionem & ſanctificationem habent, adhibere.*

Salmer. ibid.

13. Albertus Magnus aliud in hiſce digitis contentum docet eſſe myſterium: *Digiti iſti ſignificant virtutem operativam, qua cuncta condidit per potentiam, ſapientiam & bonitatem; Iſa. 40. Qui appendit tribus digitis molem terræ.*

Alb. M. in Marc.

14. Devota hæc turba, afflictiſſimi hominis efflagitans ſanitatem, non duas, ſed unam tantummodo manum Chriſti imponi rogat: *Deprecabantur, ut imponeret illi manum.* Sed Deus noſter, qui, ſancta matre Eccleſia teſte, *abundantiâ pietatis ſuæ, merita ſupplicum excedit & vota:* non una, ſed duabus infirmum ſanat manibus: *Mittit digitos ſuos.* Euthymius dicit: *Unum quidem manus dextera in dexteram aurem, unumque ſiniſtræ in ſiniſtram, propter anguſtiam & profunditatem auditus, ut hunc aperiat.* Inſuper conſiderandum occurrit, quòd Chriſtus eodem, quo fuit modo à turba rogatus, infirmum ſanarit, quod etiam ab eodem ſapientiſſimo Salvatore factitatum eſſe advertit S. Ambroſius, in ſanatione leproſi; quemadmodum enim hic obteſtabatur, dicens: *Si vis potes me mundare.* Ita pariter Chriſtus unico *Volo* eum ab omni infirmitatis malo eripuit, dicendo: *Volo, mundare:* unde dictus Eccleſiæ Doctor ita concludit: *Illud mirabile, quòd eo ſanavit, quo fuerat obſecratus.*

Euthym

S. Ambr. l. 5. in Luc.

15. Hi digiti Chriſti, juxta communem interpretum expoſitionem, dona ſignificant & gratias Spiritus ſancti, qui Patris digitus nuncupatur ab Eccleſia: *Dextræ Dei tu digitus.* Similiter & à Chriſto: *Si in digito Dei ejicio dæmonia.* Unde Hugo Cardinalis ait: *Idem appellatur digitus & ſpiritus; manus filius, digitus Spiritus ſanctus, à quo diverſa dona quaſi junctura.* Myſteriosàm hanc digitorum cooperationem adhibebat Chriſtus, non modò quòd miſer ille à diabolo, qui mediante Spiritu ſancto fugatur, obſeſſus eſſet, ſed etiam perpetrandi cauſa miraculi, ad oſtendendum ſcilicet effectum ejusdem Spiritus Sancti, quem magi Ægyptiaci coram Pharao.

Luc. 11. 20.

Hugo Card. ibi.

Pharaone, licet invitì, profitebantur dicentes: *Digitus Dei eſt hic.* Gloſſa Interlinearis per digitos intelligit, *verba Spiritus.* Gloſſa ordinaria dicit: *Digiti, qui in aures mittuntur, verba Spiritus ſancti, de quo dicitur: Digitus Dei eſt hic.* Beda ita diſcurrit: *Miſit digitos ſuos in auriculas, cùm dona Spiritus ſancti, aures cordis ad intelligenda ac ſuſcipienda verba ſalutis aperit.* Dona illa cæleſtia aures, adaperiunt cordis ad audiendam Dei vocem, intellectum illuſtrant luce Veritatis æternæ, noſque divinis inſpirationibus obedientes & dociles efficiunt.

Exod. 8. 19. Gloſſ. Interl. Gl. ord. Bed. in Marc.

16. Ad ſanandum peccatorum mutum & ſurdum, teſte D. Thoma, requiruntur digiti: *Neceſſaria eſt donorum & gratiæ Spiritus ſancti ſuſceptio*: citatque pro ſe illum Gloſſæ textum: *Digitos in auriculam mittit, cùm per Spiritum ſanctum aures cordis, ad intelligenda & ſuſcipienda verba ſalutis aperit.*

S. Thom. ſer. in hac Do.

17. Dionyſius Carthuſianus in hiſce digitis virtutem contemplatur diſcretionis: *Quia per digitos, ratione articulationis & diſtinctionis ipſorum, ſignificatur diſcretio.* Advertant hic omnes illi, quibus ex vi officii, mutos & ſurdos ſpirituales curare, animalque in peccatis inveteratas, ad pœnitentiam reducere incumbit: Ad aperiendum autem aures interiores hominis, ſpiritualiter ſurdi, diſcretio magna exigitur.

Dion. Cart. in Marc.

18. Quare porrò Chriſtus digitos potiùs quàm manum ipſam huic myſterio adhibuerit, diverſæ ab expoſitoribus variis, eæque morales adducuntur rationes: *Digitis potiùs quàm manibus aures aperiuntur*, (inquit Angelus Paz.) *quòd durioribus Chriſti operibus, videlicet pœnitentiâ & anguſtiis, nec non moleſtiis, quæ impœnitentem involverit, meliùs à vitiis homo retrahatur, quàm præmiis & mollioribus, quæ in carnoſitate manuum deſignantur; digiti enim per oſſa aſperiores ſunt.* Non eſt, cur animum deſpondeamus in adverſis & tribulationibus, aut quando cum Rege Iſraël de perſecutione & ſubjugatione informamur per Michæam; omnia namque hæc ordinat Deus ad recludendas aures cordis noſtri, clauſas cæteroquin vocibus divinis, ut tandem adverſitatibus compulſi, auditum præbeamus veritati, qui nequibat extorqueri in proſperis.

Angelus de Paſ. in Marc.

19. Albertus Magn. pariter in digitis ſupplicia conſiderat juſtitiæ divinæ: *Per digitos, qui per articulos diſtinguuntur, quid aliud intelligitur, niſi diſcreta ſententia Dei, quam in extremo judicio profert contra omnes operarios iniquitatis, per quam unuſquiſque recipiet, prout in corpore geſſit, ſive bonum ſive malum. Neceſſe habes, ô peccator, ut Dominus hos digitos ſuos in aures tui cordis immittat, ut videlicet quaſi jam ſuo tribunali aſſiſtas, contra te æternæ damnationis ſententiam proferendam pertimeſcas.*

Alb. M. ſer. 66. in hac Do.

In auriculas ejus.

20. Salmeron verba hæc peccatori applicans, necdum juſtificato, eum aures aſininas habere affirmat: *Auriculas autem aſini habet homo animalis, nondum juſtificatus; ante fidem enim non credit, nec intelligit, nec ſapit, quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi.* Adducit porrò author idem illum Actuum Apoſtolicorum textum: ubi prædicante Athenis Apoſtolo, multi dixiſſe leguntur: *Quid vult ſeminiverbius hic? Ejuſmodi auriculis percipit, de quibus Apoſtolus: A veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur; & ut iſtorum dicuntur auriculæ, ita virorum juſtorum dicuntur aures, quia jam ſunt curatæ à ſurditate, quibus ſapiunt divina.*

Salmer.

Act. Ap. 17. 18. 2. Tim. 4. 4.

21. Interrogaverit fortè quiſpiam, quare increata & incarnata Sapientia primo loco ſurditatem curare voluerit? Ad hoc reſpondet Angelus de Pas: *Incipit ab auriculis curatio hujus, quia vim totam ſanan in eis poſuerat, & robur fortitudinis ſuæ in ſurditate hominis collocarat; quamdiu enim homo reſpuit audire verbum Dei, eſt ſub dæmone.* Præterquam quòd infallibilis ſit S. Apoſtoli ſententia: *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Et iterum: *Fides eſt ex auditu.* Nihilominus per digitos intelligendo Spiritus ſancti dona & gratias, quis non videt, quòd ut cooperemur iis, prima omnium neceſſaria ſit ſpiritualis auditus noſtri reſtitutio? *Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* Aures noſtræ patulæ & apertæ maneant oportet vocibus & verbis divinis, ſi digitorum Dei operationem in nobis experiri affectemus: *Spiritus ubi vult, ſpirat, & vocem ejus audis.*

Ang. de Paſ.

Hebr. 11. 6. Rom. 10. 17.

Pſ. 94. 8.

Ioan. 3. 8.

Et exſpuens.

22. *Sputum quoque capitis & oris Domini,*

inquit Beda, *verbum eſt Evangelii, quod ex inviſibili divinitatis arcano ſumptum, viſibile mundo, ut ſanari poſſit, miniſtrare dignatus eſt.*

Beda in hoc. hujus D m.

23. Dionyſius Carthuſianus in hac ſaliva ſapientiam deſignari docet: *Quia per ſalivam, ſine qua verba formari non poſſunt perfectè ſapientia figuratur, ſine qua nemo rationabiliter loquitur: exſpuit ergo & tetigit linguam ſurdi ac muti, ad inſinuandum, quod, qui mutus eſt à prolatione verborum cæleſtium ac ſalubrium, rectè & meritoriè loqui non poteſt, niſi divinâ ſapientiâ perfundatur; propter quod orat Apoſtolus, ut detur ſibi ſapientia in apertione oris.*

Dion. Cart. in Marc.

24. S. Antonius de Padua ita explicat: *Saliva dicitur, dum eſt in ore; dum projicitur, ſputum; ſputum namque Dei eſt ſapor divinæ ſapientiæ, quæ dicit Eccleſ. Ego ex ore Altiſſimi prodivi.*

S. Ant. de Pad. Dom. 11. poſt Trin. Eccli. 24:5.

25 Theophylactus porrò Chriſtum in hoc ſputo, divinitatis ſuæ effectus declarare voluiſſe perpendit: *Ut oſtenderet omnes partes ſanctæ carnis ſuæ ſanctas ac divinas eſſe, adeo ut & ſputum ſolveret vinculum linguæ; tametſi ſuperfluitas ſit omne ſputum, ſed in Domino admirabilia erant & divina omnia.*

Theoph.

Tetigit linguam ejus.

26. *Tetigit digito*, inquit Lucas Burgenſis, *ſaliva tincto*: non intra muti fauces ſpuebat Chriſtus, ſed decentiori uſus methodo, linguam ejus uno alterove digitorum madefacto attigit. Interpretando porrò in digitis Spiritum ſanctum, in ſaliva autem ſapientiam, planum eſt nos doceri, ſapientem ſermonem non obtineri ſine Spiritu ſancto, hic enim eſt, qui nos modum docet diſcurrendi de rebus divinis, bene loquendi de proximis, alioſque pios & virtuoſos frequentandi ſermones. Nullum corporis noſtri membrum tanta refrenatione indiget, quanta unica lingua, quia *mors & vita in manu linguæ.* Unde S. Chryſoſtomus ait: *Lingua omnium malorum cauſa ſi negligatur, quemadmodum bonorum, ſi in ea ſtudium & cura ponatur.* Sapienter proinde etiam ſancta Eccleſia in hymno, ad Primam recitari ſolito; ordinavit, ut quotidie in principio diei à Deo flagitemus chriſtianam vitæ noſtræ innocentiam: *Deum precemur ſupplices, ut in diurnis actibus nos ſervet à nocentibus.* Veruntamen ad hoc conſequendum, immediatè ſubjungitur: *Linguam refrænans temperet.* Si enim irrefrænata & diſſoluta fuerit, evidens eſt, nec eam digito Dei tactam, nec à ſpiritu animatam eſſe. Exhortatur nos equidem Apoſtolus dicens: *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum.* At in ſolo linguæ abuſu hanc contriſtationem conſiſtere docet, dum parum ante præmittit: *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quid bonum ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Tanta etenim verborum obſcænorum, injurioſorum, maledicorum, blaſphemorum & ſimilium eſt impietas, ut ipſum Spiritum ſanctum, ſi cæteroquin doloris & afflictionis capax eſſet, cruciaret.

Lucas Burg.

Prov. 18. 21. Chryſ. in pſ. 140

Eph. 4. 30.

Ib. v. 29.

27. Chryſoſtomus ita nos omnes adhortatur & ſingulos: *Os habes ſpirituale ob ſignatum Spiritu ſancto; cogita, quæ eſt oris tui dignitas; cogita, quâ mensâ ſignatum ſit os tuum, quæ contingat, quæ deguſtet.* Hæcq; inter alias non infima aſſignatur ratio, quare Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos in linguæ figura deſcenderit, nimirum ad ſanctificandam linguam omnium noſtrûm: unde quidam illorum verborum, (*diſpertitæ linguæ,*) interpres ita diſcurrit: *Linguarum renovatio neceſſaria erat; alioquin nullum eſt membrum, quo plùs peccetur; ſic econtra nullum membrum ſalubrius bonâ linguâ.* Id quod & Salmeron proſequitur, dum ait: *Nullum in homine membrum erat, quod Spiritus ſancti gubernaculis magis indigeret, quàm linguas; linguam enim nullus homo domare poteſt.* Sed, ſicut Sapiens docet, frænum ejus in manu Domini ſituatum eſt: *Hominis eſt, animam præparare, & Domini gubernare linguam.* S. Antonius de Padua ſequentem linguæ noſtræ conſiderationem adducit: *Lingua eſt membrum frigidum, natat enim in humido, & ideo malum inquietum, plenum veneno mortifero, quo nihil frigidius; ideo Spiritus ſanctus in linguis igneis apparuit, ut linguas linguis, ignem veneno mortifero opponeret.*

Chryſ. hom. 14. ibid.

Ioan. Ferus in Act. Ap. Salm. in Act. Jac. 3. 8.

Prov. 16. 1.

S. Ant. Pad. ſer. in die Pentec.

28. In lingua inſuper ſenſum guſtus, ſaporis diſcretivum, reſidere, nemo eſt, qui neſciat; quam ob cauſam Dionyſius Carthuſianus ait: *Quòd enim peccator à verbis ſalutaribus obmutueſcit, hinc oritur, quòd ea, quæ Dei ſunt ſibi non ſapiunt, ſicut teſtatur Apoſtolus:*

Dion. Cart. ſer. 3. in hac Do.

1.Cor.2. 14. *ſtolus: Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei, nec guſtat, quàm dulcis eſt Deus, nec cœleſtia & æterna bona deſiderat, ſed tota ejus affectio eſt ad carnalia & terrena; dum dono ſapientiæ anima perfunditur,* (quia ſcilicet Chriſtus eam ſalivâ, divinæ ſapientæ ſuæ ſymbolo attigit,) *protinus audit, quid loquatur in ea Dominus Deus; & incipit loqui ea, quæ Dei ſunt, & ſalutem concernunt, & tunc carnalia & caduca ei deſipiunt.* Manifeſtum eſt hujus rei in S Auguſtino exemplum, qui ad Deum converſus, *loquebatur rectè*: uonfutando ſcilicet hæreſes, fidem propugnando catholicam, ſuos corruptos emendando mores, & evangelium prædi-

S. Greg. ho 10. in Ezech. cando Unde S. Gregorius in homilia officii hodierni matutinalis dicit: *Saliva ex ore Redemptoris, ſapientia in eloquio divina.* Quæ profectò eloquentia in ejus tum lingua, tum calamo admiranda emicuit, qui prius adinſtar muti & ſurdi languebat.

S. Ant. Pad. ſer. in Dom. 11 poſt Trin. 29. S. Antonius aliam hujus myſterii rationem attingens, ait: *Exſpuens ergo, linguam muti, ut loquatur, tangit; cùm omnia dura guttura ad peccata ſua confitenda, ad verba ſapientiæ proferenda, contactu ſuæ pietatis informat.*

Lucas Burg. 30. Lucas Burgenſis naturalem hujus, mediante ſalivâ, tactus rationem adducens, inquit: *Quia balborum lingua, præ oris ſiccitate, palato, faucibuſque adhæreſcere, eamque ob cauſam difficulter, quod vult, eloqui videtur, humectabat ſalivâ ſuâ Jeſus hujus linguam, per ſalivam enim lingua mobilis ac volubilis redditur.*

Verſus 34.

Et ſuſpiciens in cœlum, ingemuit: & ait illi: Epheta, quod eſt, adaperire.

Et ſuſpiciens in cœlum.

1. Inſigni, circa hujus afflicti ſanationem, gloſſa utitur Cajetanus, inquiens: *Inter ſpeciales modos, quibus quandoque uſus eſt Jeſus ad curandum, admiratione dignus eſt, cum tot circumſtantiis, nullâ neceſſitate, ſed ſolæ voluntate adhibitis.* Infirmum enim à turba ſequeſtrat, linguam mutam attingit & aures ſurdas, ſalivam adhibet, lachrymas effundit, oculos ſurſum elevat. Rationem autem horum omnium prædictus author adducit ſequentem: *Ad ſupplendum quæ deerant ex parte aliorum ad eſſi cacem ordinariæ poteſtatis, quæ appellatur gratia curationum.* Non enim volebat Chriſtus, juxta ejuſdem authoris ſententiam, ſua ſolita poteſtate & abſoluta authoritate, circa hoc miraculum uti, ſed ea tantùm, quam Apoſtolis ſuis delegarat, hæc verò diſpoſitionem exigit in eo qui ſanandus eſt. Advertendum eſt inſuper nihil Chriſtum aſſcribere ſurdi hujus fidei aut devotioni, neque turbæ peccantis zelo, præſertim cùm & hæc non exiguum imperfectionis ſuæ ſpecimen de ſe ediderit, petendo manuum impoſitionem, & conſequenter neſcii, Chriſtum unico voluntatis ſuæ actu oblatum curare potuiſſe. Ex quibus omnibus author citatus tale nobis elicit documentum: *Undique ergo deficiente, ſupplet Jeſus gemitu, ſuſpectione in cœlum, & applicatione propriæ carnis & ſputi, tanquam ſancta inſtrumenta adhibendo; nam ſancta erant omnia, quæ Jeſu erant: & inſtruxit per hoc diſcipulos, ad ſupplendum quandoque orationibus & adhibitione ſacrarum rerum, ea quæ deſunt ex parte aliorum.* Eadem planè eſt Janſenii traditio, ſcribentis: *Fortè etiam offerentium fides fuit imperfecta, & nihil de fide & devotione hujus ſurdi apparet.* Et ideo Chriſtus defectum hunc ſuppleturus, tot annectit miraculo circumſtantias: *In hunc uſum ſunt inſtituta Sacramenta Eccleſiaſtica, ut per ea ſupplereturquod alioqui deeſt fidei & devotioni hominum, atque in ipſo baptiſmatis Sacramento, à Chriſto facto, deſumpta ſunt ex antiqua traditione, ſimiles cæremoniæ his, quæ Chriſtus hic legitur ſervaſſe, ut & baptizandi aures & nares, ſputo digitis impoſito contingantur, & dicatur ei: Epheta, quod eſt, adaperire.* Janſ. ſer. in ha. De

Cajet. in Marc. 2. Ex hoc ultimo Chriſti in cœlum ſuſpicionis motu, ſequentem Albertus Magnus deducit moralitatem: *Docet nos ad cœlum dirigere intentiones noſtras, cùm aliquid voluntus impetrare.* Adducitque illum ſacræ Scripturæ textum: *Cùm ignoramus, quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Alb. M. in Matt. 2. Paral 20. 12.

3. Aliam moralitatem ſuggerit in catena citatus Beda: *Suſpexit quidem in cœlum, ut inde mutis loquelam, inde auditum ſurdis,* Beda in cat.

inde cunctis infirmitatibus doceret medelam esse quærendam, conformiter illi S. Jacobi Apostoli asserto: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum.* Iac. 1. 17.

4. *Gemere nos docuit*, (S. Antonius de Padua inquit, & ante eum S. Hieronymus,) *& in cælum thesaurum nostri cordis erigere.* S. Ant. de Pad. ser. in hac Do. Salmer.

5. Convenientiam maximam fuisse perpendit Salmeron, quòd Christus cælum respexerit, ad instructionem scilicet nostram: *Opus est, ut Christus respiciat in cælum, (id est, respicere nos faciat,) omnia Deo tribuendo, & gemere etiam nos efficiendo, ut sic tandem dicat aperire, ô homo, quantum ad intellectum, videndo cuncta, quæ sub Sole sunt, esse meram quandam vanitatem & afflictionem spiritus.* S. Ignatius de Loyola fixis in cœlum oculis sæpiùs exclamare solebat: *O quàm mihi sordet tellus, dum cælum aspicio.*

6. Dionysius Carthusianus scribit; *Per quod docuit nos, in omni tribulatione & angustia ad Deum confugere*; data nobis in exemplar castissima Susanna, quæ cùm velut adultera ad mortem lapidanda duceretur, & in conspectu flagitiosorum, perversum contra eam testimonium perhibentium senum: *Flens suspexit ad cœlum, erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.* Nec inaniter, subitò namque Deus miraculosè innocentiam ejus prodidit, dum in defensionem Susannæ, Danielis pueri intellectum erudivit, linguam fœcundavit. Imo hæc naturalis prævaluit inter nos agendi methodus, quòd scilicet in majoribus adversitatibus & incommodis nostris, in cœlum oculos & animum sublevemus, imploraturi auxilium supernum. Dion. Cart. ser. 3. in hac Do. Dan. 13. 15.

7. *Ipso quidem respectu in cœlum*, inquit Jansenius *significans virtutem sanandi se habere à Deo, atque ab illo quærendâ omnem medelam.* Non est, cur animæ nostræ salutem aliunde, quàm ab hoc Protomedico cœlesti speremus, de quo scriptum novimus: *Magnus de cœlo venit medicus, quia magnus in terris jacebat ægrotus: ut, ubi nobis speranda salus*, inquit Beda, *& qua compunctionis vel lachrymarum fit devotione quærenda ac perenda, significet.* Jans. ser. in hac Do. Beda ho. in hac Dom.

8. Nos insuper cælum intueri ad imitationem Christi necessariò deberè, notat Albertus M. *Necessarium est nobis, ut ad imitationem Jesu, in cælum suspicientes ingemiscamus; ille autem in cœlum suspicit, qui divinam patientiam & longanimitatem devotus attendit, & per hoc Deo gratias agit.* Alb. M. ser. 66 in hac Do.

Ingemuit.

9. Fortè ratione difficultatis, quam inperpetrando miraculo experiebatur, suspiravit & planxit, Carthusianus interrogat? respondetque: *Non utique, sed ex compassione, qua non solùm præsenti infirmo, sed universis condoluit, qui dæmonum dominatione premuntur.* Quam eandem Christi ingemescentis rationem adducit Jansenius: *Ipso gemitu significans, quàm miseretur humana natura, quæ tum à dæmonibus, tum ab aliis infirmitatibus, variis modis impetitur propter peccati transgressionem, ac gemendi nobis præbens exemplum, cùm pro nostra, nostrorumque salute, superna pietatis subsidia invocamus.* Dion. Cart. in Marc. Jans. ser. in hac Do.

10 Profundebat ab oculis lacrymas Christus, quia surdus iste peccatorem figurabat quemcunque, in peccatis obstinatum & contumacem: quid igitur mirum, si pro unius animæ aberrantis salute planctus multiplicet, quandoquidem pro redemptione ejusdem, omnem paulò post venarum suarum sanguinem erat effusurus? Omnia illa operabatur sacrosancta humanitas, ut unum sanaret miserum, peccatoris inveterati figuram; manibus apprehensum segregat à turba, digitis attingit linguam & auriculas, profunda è corde eructat suspiria, voce mysteriosa, salutisque operativa edebat verba; ut doceremur, tantum ab eo præstitum esse, quantum sciret, quantumque conferre posset subsidii, ad surditatem nostram sanandam, & duritiam cordium emoliendam. *Ad ostendendum*, inquit Dionysius Carthusianus, *quàm difficilè sanaretur anima, spiritualiter surda ac muta*; quo fine author ille Lazari exemplum adducit, in quo inveterata in peccatis anima designatur, Inque cujus resuscitatione Christus pariter spiravit & flevit. Dion. Carth. in Marc.

11. Beda Jansenio assentitur, dum inquit: Beda in cat.

Inge-

Ingemuit, non quia ipsi opus esset cum gemitu aliquid petere à Patre, sed ut nobis gemendi daret exemplo, tum vel pro nostris, vel nostrorum reatibus proximorum, superna pietatis præsidia invocamus.

12. Plangentibus nobis ad imitationem Christi, incunctanter sublevatur malum surditatis & mutitatis nostræ; attamen ut, quid plangere sit noverimus Albertum Magnum audiamus: *Ille ingemiscit, qui magnitudinem & diuturnitatem scelerum suorum considerans, super his verâ contritione gemit & dolet; & sic hinc ex Dei gratia contingit, quòd aures ejus aperiantur, & lingua ejus referatur, ut rectè loquatur.* *Alb. M. serm. 66 in hac Dom.*

13. Beda doctam quandam aliam hujus gemitus rationem subinfert, dum ait: *Suspiciens in cælum ingemuit, ut nobis, qui à cælestibus gaudiis per terrena oblectamenta discessimus, ad hæc per gemitum & suspiria insinuaret esse redeundum.* *Bed. ho. in hac Dom.*

14. Dici insuper potest Christum ingemuisse, quia usum linguæ, multorum instrumenti peccatorum, restituturus erat, quâ proinde homo ille postea ad beneficii injuriam fortè abuteretur: quantumvis enim incarnata Sapientia, *bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui*, nostra nihilominus malitia sæpissimè collatis in nos à Deo bonis & beneficiis abutitur, id quod S. Jacobus præcipuè de lingua asseverare voluisse videtur dum ait: *Linguæ universitas iniquitatis.* Proinde & S. Chrysostomus scribit: *Dæmon undique nobis insidias parare consuevit, sed facilius linguâ & ore peccante: Nullum enim æque congruum illi organum, in ministerium est interius atque peccati; nam inde nobis mors, inde lapsus, inde perditio, inde naufragium præparatur.* Poterat meritò Christus reformidare, ne diabolus, qui primitus linguæ beneficium impederat postea eandem sanitate recuperatâ fortiter instigaturus esset atque animaturus ad loquacitates peccaminosas, prout legitur in vita sancti Vincentii Ferrerii, ad hunc enim S. virum vice quâdam Valentiæ, in ipsâ nimirum S. Joannis Baptistæ nativitate, coram innumerabili populo concionaretur, misera eaque muta adducitur fœmina, quæ à S. Vincentio interrogata, quid vellet, articulatiter respondit: *Panem & linguam ô Domine*: Cui sine mora sanctus: *Panem quotidianum, dum vexeris, habebis, officium linguæ non impetrabis; tu verò gratias age divinæ bonitati, quæ tibi negat obsutura; lingua tua nisi sic esset ligata, esset mordacissima, animæ corporisque interitum allatura.* *Matt. 7. 37.* *Luc. 3. 6.* *Chrysost. hom. 5. ad Bapt.*

Et ait illi: Ephetha, quod est, adaperire.

15. Discutit Jansenius hunc præsentem in Christo imperativè loquendi modum: *Qui se, suspiciendo in cælum & ingemiscendo, verum hominem ostendit, jam & divinâ se præditum potestate declaravit, cum imperativo ujus verbo: dixit: Ephetha, quod est, adaperire.* Quibus in verbis idem Author insuper Salvatoris nostri omnipotentiam admiratur, utpote qui uno verbo duo operatus fuerit miracula: *Unâ vocula communi, & per se nullius momenti tantum effecit, ut duo simul mala aufferret, hæc enim dictio, quæ aperire significat, non ad aures tantùm referri debet, sed etiam ad linguam, quæ hebraicâ phrasi dicitur aperiri.* Isa. 32. *Aperta est lingua mutorum.* Id quod de Zacharia sancti Joannis patre, etiam Evangelista asserit: *Apertum est illi os ejus & lingua ejus.* *Jansen. concord. c. 62.* *Isa. 35. 6* *Luc. 1. 46.*

16. Beda existimat ab hisce Christi cæremoniis, illas dimanasse, quas Ecclesia in collatione baptismatis adhibere consuevit. *Unde credo mos increpuit Ecclesiæ, ut sacerdotes illius his, quos percipiendis Baptismi sacramentis præparant, prius inter cætera consecrationis exordia, de saliva oris sui, nares tangant & aures, dicentes: Ephetha. Salivam quidem oris sui gestum, quo initiandi suos, supernæ sapientiæ designant, per tactum vero narium, ut abjectis delectationibus noxiis, solum Christi semper amplectantur odorem.* *Bed. ho. in hac Dom.*

17. Optimum incolumitatis nostræ indicium est, quando patulis auribus vocem Dei excipimus, consequens enim inferri potest, simul etiam Deo recluſas esse cordium nostrorum januas: *Oves meæ vocem meam audiunt.* Et ideo cælestis paranymphus in unicum à dilectissima sua sponsa efflagitabat: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Ecce tibi *Jo. 10. 27* *Cant. 5. 2*

multiplices divinæ bonitatis affectus & appetitus, quibus rapitur trahiturque erga animam, ſuum ei cor aperientem, in cujus figura reſpondit ſponſa illa: *Surrexi, ut aperirem dilecto meo.* Surrexit fores cordis ſui reſeratura, & ideo nuncupatur amica, ſoror, columba pura & immaculata. *Ibid. v. 5.*

Verſus 35.

Et ſtatim apertæ ſunt aures ejus, & ſolutum eſt vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè.

Et ſtatim.

1. Sine mora, ſine dilatione, aperiuntur aures, & ſolvitur linguæ vinculum, ut doceamur, ſine ulla temporis interruptione ſumma cum ſollicitudine, imperio obedire vocis divinæ. *Juſſum verbi illicò ores ſecuta eſt,* inquit Victor Antiochenus, *hæc dicit, unaque cum verbo miraculum in opus abiit.* *Vict. Antioch. in Marc.*

Apertæ ſunt aures ejus.

2. Obſervat Albertus Magnus quod aures ſurdæ ab Evangeliſta nominatæ fuerint termino diminutivo, nunc verò completo: *Quæ prius erant auriculæ, modo factæ aures, quia audiunt.* *Alb. M. ibid.*

3 Cauſam aſſignat Salmeron cur Chriſtus primo auditum, exinde verò loquelam reſtituerit: *Primò aures ſunt liberatæ, deinde lingua; primò enim diſcendum eſt, ut poſtea rectè loqui valeamus: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.* Ut porro in diſcurſibus de Deo inſtituendis proficiamus & perficiamur, primò omnium aures noſtras patifaciamus oportet, ſermoni & voci divinæ, quâ prædicationes Evangelicas & exhortationes ſuſcipiendo, quâ inſpirationibus internis aſſentiendo: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* *Sal. to. 6 tr. 30.* *Jac. 1. 19.* *Pſ. 84. 9.*

4. Simon de Caſſia ſentit debuiſſe propheticum illud Iſaiæ oracului adimpleri: *Tunc verò aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut cervus, claudus; & aperta erit lingua mutorum.* Hugo Cardinalis dicit: *Prius audit homo, poſtea loquitur.* Quibus ſubſervit illud ſapientis monitum: *Qui prius reſpondet, quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat.* Quem rerum ordinem ſe quoque inviolabiliter obſervaſſe, teſtatur Regius vates hiſce verbis: *Inclinabo in parabolam aurem meam*; quo facto mox ſubjungit: *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam.* *Simon de Caſſ. l. 1. c. 25.* *Iſa 35. 5.* *Hugo Card.* *Prov. 18. 13.* *Pſ. 48. 5.*

Et ſolutum eſt vinculum linguæ.

5. S. Bonaventura in ſenſu morali ita diſcurrit: *Vinculum, quo diabolus animam ligat, eſt peccatum, quo peccator ligatur, pedibus per pravum affectum, manibus per iniquum tactum, collo per nocivum verbum, linguâ per indebitum ſilentium.* *S. Bonav. ſerm. 3. in hac Dom.*

6. S. Thomas pariter ſenſum ſequens moralem, ex hac hiſtoria ſalutem elicit exhibetque peccatoris, diſcurſu tali: *Pœnitentia operatio, quæ conſtat in tribus, primò in cordis dolore (ſuſpirans in calum, ingemuit) ſecundo in oris confeſſione (& ſolutum eſt vinculum linguæ ejus) vinculum linguæ ſolvitur peccatoris, cùm peccatum confitetur; tertiò in mandatorum Dei & ſacerdotis adimpletione (& apertæ ſunt aures ejus) aures peccatoris aperiuntur, cùm præcepta Dei & ſacerdotis adimplendo & ſatisfaciendo obedit.* *S. Thom. ſerm. in hac Do.*

Et loquebatur rectè.

7. *Quomodo enim non rectè loqueretur*, ſubſumit Victor Antiochenus, *rectèque audiret, cùm naturæ opifex id expleret, quod natura deerat?* *Vict. Antioch. in Marc.*

8. S. Bonaventura à ſenſu literali ad ſpiritualem tranſiens, ait: *Quòd fit, quando homo non declinat cor ſuum ad verba malitiæ, adexcuſandas excuſationes in peccatis; ſed confitetur humiliter & apertè omnia peccata ſua.* Quod idem non diſſimilibus omnino verbis documentum ex hoc textu deducit Sanctus Antonius de Padua, inquiens: *Rectè loquitur, qui peccatum & circumſtantias peccati cum propoſito non relabendi, plenariè confitetur.* *S. Bonav. ſerm. 2. hic pſ.* *S. Anto. Pad. hic*

9. Hæc loquelæ rectitudo, juxta ſancti Ambroſii doctrinam, tunc verè poſſidetur, quando ſermocinari novimus cum prudentia Chriſtiana, id eſt, ſuo tempore & loco: *Ideo ſurdo illi & muto, aures & labia tetigit.* *S. Ambr. in pſ. 40*

Domi-

Dominus in Evangelio, ut sciret, quid audiret in mysterio, quod etiam loqueretur, & quando loqueretur. Neque enim otiosè scriptum est: *Dominus dedit mihi linguam eruditionis, ut scirem, quando oporteat sermonem dicere: Scire ergo debes, quid audias; scire, quid loqui debeas; scire etiam, quando loqui debeas.*

Ps. 50. 4

Ezech. 3. 10.

10. Sanctus Gregorius in commentario horum verborum (*Filii hominis omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade ad filios populi mei, & loqueris ad eos*) ita discurrit: *Vigilanter intuendum est, quòd voce Domini ad Prophetam dicitur, ut prius sermones ejus audiat, & postmodum loquatur; audimus enim verba Dei, si facimus; & tunc ea proximis rectè loquimur, cum prius ipsi fecerimus.* Cui consonat pariter & illud S. Antonii de Padua, dicentis: *Rectè loquitur, qui quod prædicat, opere attestatur.*

S. Greg. ho. 10. in Ezech.

S. Ant. de Pad. ibid.

1. Aliter Dionysius Carthusianus hanc loquelæ rectitudinem interpretatur, dicens: *Sic qui spiritualis visus illustrationem, interiorumque aurium apertionem à Christo sortitur, loquitur rectè, id est, justè, sapienter atque salubriter, prout monet Apostolus: Sermo vester semper in gratia, sale conditus sit.*

Dion. Carth.

12 Beda hanc rectitudinem ad unam succinctè loquendi methodum reducit: *Ille solus rectè loquitur, qui linguam tactu sapientiæ, ad loquendum instituit.* Custodia denique linguæ principalissimum est salutem assequendam medium, Sapiente attestante: *Qui custodit os suum, custodit & animam suam.*

Beda.

Prov. 21. 23.

13. Psalmista, vir secundùm cor Dei, docet nos omnes, quomodo ad perfectionis apicem conscenderit, dicens: *Dixi custodiam vias meas.* At ecce, quam in custodiendis sensibus methodum servavit, quam ingressus est viam, ut nec ad dextram nec ad sinistram devius declinaret; Ipsemet respondet: *Ut non delinquam in lingua mea, posui ori meo custodiam.* Lingua, juxta Anatomistarum traditionem, duas habet venas, quarum altera fertur ad cor, altera ad cerebrum hæcque est causa, quare multiplex è sola lingua eliciatur notitia tam malorum quàm bonorum signorum alicujus infirmitatis.

Ps. 38. 2.

Verè equidem excellentissimo ejus artifici dici meritò dici potest: *Omnia in sapientia fecisti;* cujus manus fabricarunt nos: *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmaverunt me totum.* Placet porrò ex hoc prælibato sensu literali ad moralem transire, *quia omnia in figura contingebant.* Altera igitur harum venarum seu nervorum ad cerebrum ascendit, ubi sedem habet intellectus; hæcque designat materiam linguæ omnimodè moderatam, rectèque dispositam esse debere, tam in discursu quàm ratione, imò & in corde; quia *ex abundantia cordis os loquitur.* Unum inter cætera, manifestum virtutis ac malitiæ indicium in anima, est lingua, plus minusque custodita: *In lingua sapientia dignoscitur, & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati.* Tritum est Socratis effatum, qui juvenis cujusdam mores experturus, ajebat: *Loquere, ut te videam.* Confirmat hoc ipsa incarnata sapientia, dum inquit: *Bonus homo de bono thesauro cordis sui, profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum; ex abundantia enim cordis os loquitur.* Aliam adhuc eamque ingeniosam linguæ considerationem adducit Chrysostomus: *Deus enim velut muro duplici voluit circumdari, nam dentium tegmine & labiorum custodiâ continetur, ut verba improvidâ garrulitate proferantur.* Natura duas quidem nobis aures, sed unam tantùm impertiit linguam, ut scilicet industriè auscultemus, at cautè & sobriè loquamur; docti insuper de Apostolo, ut *sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum;* Nam teste Ecclesiastico: *Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.*

Iob. 10. 8

Matt. 12. 34.

Eccl. 4. 29.

Luc. 6. 45.

Chrysost. hom. ad Bapt.

Iac. 1. 19

Eccli. 19. 5.

Versus 36.

Et præcepit illis, ne cui dicerent; quantò magis autem eis præcipiebat, tanti plus prædicabant.

Et

Ei præcepit illis, ne cui dicerent.

1. Calumniabantur Phariſæi, Chriſtum aucupandis popularibus inhiare applauſibus; exhibiturus igitur, juratum ſe eſſe omnis obſtinationis & vanæ gloriæ hoſtem, præceptivè inhibet patratum à ſe miraculum populari. *Ut teſtes ex hoc præcepto fierent*, inquit quidem Author, *contra calumniatores, qui dicerent: Tu teſtimonium perhibes de teipſo, teſtimonium tuum non eſt verum, ego gloriam meam non quæro.*

Angel. de Pas in Marc. Ioan. 8. 13 ibi. v. 50.

2. Albertus Magnus dicit id Chriſtum præcepiſſe: *Non præcepto obſervationis ſed inſtructionis, ad humilitandum in magnis factis, exemplo Domini, ne cui dicerent, & per hoc non facere bona ſua diſcerent.*

Alb. M. hic.

3. Aliam Theophylactus moralitatem adducit, inquiens: *Docemur hoc loco, quòd, quando benefacturi ſumus, ne plauſus vel celebritates ex beneficiis quæramus: Cum autem beneficia acceperimus, ut benefactores, licèt ipſi recuſent, laudemus & prædicemus.*

Theoph.

Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant.

4. Quò perfectius, quantum eſt ex parte noſtra, omnes virtutes, bonaque opera noſtra, modeſtiæ & humilitatis inſtinctu occultare ſtuduerimus, eò ampliùs ad majorem gloriam ſuam, proximorum utilitatem, & excellentiorem noſtri ipſius profectum ac meritum eadem propalare intendit: præterquam quod tritum ſit axioma, quia honor ſequitur fugientem.

3. Turbam hanc velut devotam, ſuoque benefactori gratam, docet eſſe laudandam Janſenius: *Nihil peccaverunt, ſed potius id fecerunt, quod debuerunt; ut enim eſt hominis verè benefici, non exigere laudem aut gratiam aliquam pro beneficio; ita grati eſt hominis hoc impenſius referre gratiam, quò, qui beneficium dedit, nullam exſpectet gratiam.*

Janſen. ſerm. in hac Do.

6. Advertit optimè Angelus de Pas hanc turbis perhibitionem non obiter à Chriſto ſed induſtriè inculcatam fuiſſe, ideoque ſæpius reiteratam: *Quantò magis eis præcipiebat, non leviter aut ſemel præcepit, facti ſilentium obſervari, ſed iterum atque iterum, ac vehementi commutatione indixit taciturnitatem.* Quo agendi modo *nos inſtruit, non ſequitur velle latere & occultari facta noſtra, ſed ex animo; & maxima cum diligentia opus abſcondere, ne nos vanagloriæ exponamus, qui ad eam proni ſumus. Tanto magis plus prædicabant*, dicit idem Author, *quia tantò magis Deus è cælis præcipiebat, qui humilia reſpicit in cælo & in terra, ipſoſque exaltat.*

Ang. de Pas hic.

Verſus 37.

Et eò ampliùs admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit; & ſurdos fecit audire & mutos loqui.

Bene omnia fecit.

1. Angelus de Pas hujuſmodi rationem reddit, quare Chriſtus omnia feciſſe diceretur bene: *Quia Deus, qui bonus per eſſentiam cum ſit, perfecta ſemper operatur; unde vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Sed opponet fortè quiſpiam illud Pſalmiſtæ lamentum: *Circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus*: Quis enim videt, omni ex parte in hac lachrymarum valle quanta in dies & pœnæ & culpæ inundent diſpendia? Huic objectioni ſatisfacit celebre illud ſancti Auguſtini axioma, dicentis: *Deus melius judicavit de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permittere.* Et alibi pariter: *Neque enim Deus omnipotens, cum ſummè bonus ſit, ullo modo ſineret mali aliquid eſſe in operibus ſuis, niſi uſque adeo eſſet omnipotens & bonus, ut bene faceret etiam de malo.* Unde Joſeph à fratribus ſuis in Ægyptum venditus, profitebatur dicens: *Vos cogitaſtis de me malum, & Deus vertit illud in bonum.* Duplex eſt, ut diximus, in orbe malum, culpæ ſcilicet & pœnæ, primum gravius ſecundo; illud ſanctus Bernardus dum ſollicitè diſcutit, magni perhibet eſſe originem boni: *Miro quodam modo ipſum peccatum etiam in juſtitiam cooperatur, & humiliores*

Angel. de Pas. Gen. 1. 31

Pſ. 39. 13

S. Aug. Enchir. c. 3. 25. Et lib. 14 de civit. Dei c. 11

Gen. 50. 20.

S. Bern. ſerm. 2. ſup. Pſ. qui hab.

liores efficimur & cautiores. Hujus porrò multiplices fructus pauciſſimis hiſce verbis ſubtiliter concludit Apoſtolus: *Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.* Mala enim pœnæ, cum amore & patientiâ Chriſtianâ tolerata, directam nobis in cœlum viam planant.

2. Tim. 2. 12.

Salm. to. 6 tr. 30. S. Bonav ſer. 4. in hac Do.

2. Ly *bene* variis veſtit circumſtantiis Salmeron: *Bene omnia fecit, potenter, ſapienter, juſtè, miſericorditer, ſuaviter, opportunè omnia fecit.* S. Bonaventura *Tò omnia* examinans, dicit: *Omnia per ipſum facta ſunt;* Auguſtinus: *Per quem factus eſt Angelus, & per ipſum factus eſt vermiculus unde omnes Reges, & Pontifices & Imperatores, de tota potentia ſua non poſſint creare unam muſcam.*

3. Nequaquam de nobis verificari poteſt: *Bene omnia fecimus.* Utpote qui collatis in nos à Deo beneficiis, qui tempore, ſanitate, juventute, ingenio, ſenſibus, divitiis, tribulationibus & infirmitatibus abuſi fuimus, cùm tamen Deus hæc & illa conceſſerit, tanquam profectus & ſalutis noſtræ media, ſacramenta, bona conſilia, pia exempla, & omnia alia, ſaluti noſtræ cælitus deſtinata, auxilia flocci æſtimantes, *malè omnia fecimus*: quapropter ſupplicemus ei, ut mala convertat in bonum, quia *potens eſt de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.*

Mat. 3. 9

4. *Quod certè eloquium in ſolum Deum competit,* ait Janſenius, *nemo enim mortalium, qui bene omnia fecit; quia non eſt juſtus, qui non peccet:* Unde Eccli. 30. *Opera Domini univerſa, bona valde.*

Janſ. ſer. in hac Do.

Et ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

5. Doctè animadvertit Dionyſius Carthuſianus, ſanctum Marcum non meminiſſe hujus in ſurdo & muto perpetrati miraculi, cum omnibus illis circumſtantiis & perſonis, cum quibus illud nobis repræſentat ſanctus Evangeliſta Matthæus, hic enim alios inſuper tum ſurdos & mutos, tum cæcos & mancos annectit: *Sed Marcus ſcribit de uno, cujus oratio ſolemnius facta eſt, & multa myſtica figuravit, eratque mirabilior quia in uno homine tria ſigna ſimul facta vidēntur; dum obſeſſus liberatur, ſurdus auditum, & mutus loquelam recuperat.*

* * *

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Cap. 10. Lucæ.

v. 23. *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.* 24. *Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ vos auditis, & non audierunt.* 25. *Et ecce quidam legis peritus surrexit, tentans illum & dicens: Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo?* 26. *At ille dixit ad eum: In lege quid scriptū est, quomodo legis?* 27. *Ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deū tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua; & proximum tuum, sicut teipsum.* 28. *Dixitque illi: Rectè respondisti; hoc fac & vives.* 29. *Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum: & quis est meus proximus.* 30. *Suscipiens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt, semivivo relicto.* 31. *Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eâdem viâ, & viso illo præterivit.* 32. *Similiter & levita cùm esset secus locum & videret eum, pertransiit.* 33. *Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum, misericordiâ motus est.* 34. *Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum, & imponens illum in jumentum suum, duxit in stabulum, & curam ejus egit.* 35. *Et alterâ die protulit duos denarios & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe; & quodcunque supererogaveris, ego cùm rediero, reddam tibi.* 36. *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?* 37. *At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum: & ait illi Jesus: Vade, & tu fac similiter.*

Versus 23.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.

Beati oculi, qui vident.

1. TExtus ille contrariari videtur alteti, quem à sancto Joanne allegatum, & à Christo pronunciatum novimus, nimirum: *Beati oculi, qui non viderunt & crediderunt.* Difficultatem hanc Toletus resolvit, considerans, sanctum Apostolum Thomam, negando se credituram nisi videret, intendisse visionem, velut indicem & conditionem, sine qua non fidei suæ; quia ut primùm ipse Magistrum suum vidit, illicò eum resurrexisse credidit; & ideo inibi Christus præponit illos, qui credunt absque eo, quòd à sensu visus ad credendum inducantur. In præsenti autem Evangelio: *Simpliciter & absolutè, consideratur aspectus & præsentia Christi; hoc autem fuit insigne beneficium & privilegium, nec ob eam præsentiam, discipulorum fides minor fuit; nam etsi Christum viderunt, ipsum tamen Messiam*

Joan. 20. 29.

Tolet. hic.

Meſſiam & Dei filium eſſe non viderunt, ſed crediderunt.

S. Cyril. Alex. in cat. 2. Sanctus Cyrillus Alexandrinus per ly *videre* non ſemper viſionem ſtrictè dictam, deſignari docet: *Illud autem ſcire convenit, quia videre non ſignificat actum oculorum, ſed mentis recreationem in præteritis beneficiis; puta, ſi quis dicat: Iſte vidit bona tempora, id eſt, gaviſus eſt in bonis temporibus, ſecundùm illud: Videas bona Jeruſalem.* Multi quidem Judæorum oculis ſuis viderunt Chriſtum, ſed non crediderunt in eum nec quidquam ipſis in redemptionem profuit adventus & præſentia Chriſti. Albertus Magnus in perſona Chriſti, quinam videndo Salvatorem beati ſunt, oſtendit inquiens: *Beati ſunt, qui ſic me exterius aſpiciunt, quod interius divinitatem per fidem in me, exterioribus miraculis intelligunt.* Dionyſius Carthuſianus dictam viſionem tam de corporali quàm & ſpirituali ſimul intelligendam eſſe exiſtimat: *Prædicta intelligenda ſunt de viſu & auditu interiori, conjuncto viſui atque auditui exteriori.*

Alb. M.

Dion. Cart. hic.

Quæ vos videtis.

Cajet. hic. 3. Advertendum eſt, Chriſtum non dicere tantùm & ſolitariè: *Qui vident*; ſed incunctanter adjungere: *Quæ vos videtis.* Duo autem, prout Cajetanus conſiderat, videnda erant in Chriſto, docente & miracula perpetrante: Primum omnibus tam bonis quàm malis commune: ſcilicet contemplari miracula & viſibilem humanitatis ſpeciem; Secundùm, bonorum tantummodo oculorum objectum erat, vivâ fide credentium, ipſum eſſe promiſſum in lege meſſiam filium Dei & Salvatorem mundi. Utriuſque hujus objecti differentiam prædictus Author ſequenti aſſignat diſcurſu: *Non dicit beatos oculos, qui vident primum (cum hoc viderint etiam multi iniqui) ſed qui vident utrumque; propter hoc enim limitando dixit: Quæ vos electi & boni videtis:* Vos ſcilicet Apoſtoli mei, quibus *datum eſt noſſe myſterium regni Dei.* De qua felicitate Didacus Stella ita diſcurrit: *Erat quædam beatitudo, videre hominem illum, quem ſciebant verum Deum eſſe, in quo omne bonum noſtrum poſitum eſſe agnoſcere-*

Luc. 8. 11

Didac. Stell. hic.

mus. Beatos profectò hi diſcipuli ſe proclamare poterant, utpote qui præſentiâ fruebantur ſacroſanctæ Redemptoris noſtri humanitatis, intra quam pretioſiſſimus divinitatis, paradiſum beatificantis theſaurus ſeſe occultabat. Beati utique erant ob cæleſtem Chriſti converſationem; unde majori cum veritate, quàm Apoſtolus Paulus, dicere poterant: *Converſatio noſtra in cœlis eſt.* Sanctus Petrus Chriſtum quâdam vice alloquens, dicebat: *Verba vitæ æternæ habes: At diſcipuli pignus poſſidebant beatitudinis; quia hæc eſt vita æterna; ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*

Phil. 3. 20.

Ioa. 6. 69

Ioa. 17. 3.

4. Iterum ſeſe longè fortunatiſſimos exiſtimare poterant, quia jam tum novæ legis gratiæ & evangelicæ primitiis fruebantur, cum admirabili incremento, & maximâ ad legem Moſaicam differentiâ. Beatos dicebat Regina Saba Salomonis famulos: *Beati viri tui & beati ſervitui, qui ſtant coram te, & audiunt ſapientiam tuam:* ſed *Ecce plus quàm Salomon hic.* Videtur in præſenti verificari potuiſſe, quod olim, in diverſo licet propoſito, populus Hebraicus aſſeruit: *Heu quis victurus eſt, quando iſta faciet Dominus?* Induſtriè hanc legis gratiæ prærogativam nobis expreſſit Didacus Stella hocce ſermonis compendio: *Videmus peccatum primorum parentum per Chriſti mortem abolitum, Deum factum patrem noſtrum, fratrem noſtrum; vade & dic fratribus meis: Advocatum habemus apud Patrem; cœlum nobis patet, non fecit taliter omni nationi.* De antiqui teſtamenti patribus dici poteſt, quòd *Viderint per ſpeculum in ænigmate, nos autem facie ad faciem, gloriam Domini ſpeculantes.* Totus olim mundus, parvo excepto Judææ diſtrictu, per tot ſæculorum intervalla, genibus flexis dæmonia falſaque ſimulacra adorabat; at hodie fidei noſtræ Catholicæ triumphat veritas; hodie propheticum verificatur dictum: *Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis:* Partim tot figurarum & prophetiarum adimpletione, partim tam frequenti miraculorum confirmatione & dogmatum ſoliditate, ut nihil dicam de irrefragabili

3. Reg. 10. 8.

Matt. 12. 42.

Num. 24. 23.

Did. Stell.

1. Ioan. 2. 1.

1. Cor. 13. 12.

Pſ. 92. 5.

millium aliorum ſignorum evidentia. Ipſi iidem Hebræi, qui præ omnibus terrarum populis, veri Dei cognitionem habebant, intolerabilibus & innumerabilibus intricati erant cæremoniis, ritibus & præceptis, ſuſtinentes *ſarcinam*, ut inquit ſanctus Auguſtinus, *innumerabilium obſervationum.* Nos verò ſuave duorum præceptorum, amoris ſcilicet Dei & proximi, jugum portamus; nobis in ſtatu legis evangelicæ abundans confertur gratia negata Hebræis, præceptorum gravitate obrutis: *Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt.* Illis dicitur: *Accepiſtis ſpiritum ſervitutis in timore*: Nobis autem: *Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater.* Neque mirum, quia nos *non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ.* Ipſi per multorum ſeriem ſæculorum, graves ſufferentes Moſaicæ legis jugum, poſt vitam hanc, æternam in ſinu Abrahæ retributionem exſpectabant; nos verò, qui ultima laboris hora vineam Dominicam intravimus, indilatè beatitudinis denarium obtinemus. Dixerit meritò quilibet Chriſtianus: *In loco paſcuæ ibi me collocavit; ſuper aquam refectionis educavit me.* Populus Hebræorum manna recreabatur cœleſti, nos ſanctiſſimo Chriſti corpore; illis miraculosè aqua fundebatur de petra duriſſima, nobis Dei filius ſanguinis flumen ducit è venis propriis, *ut lavaret nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Iſraeli Deus in hæreditatem dedit Palæſtinam, at nobis regnum cælorum. Conſiderate vos denique ipſimet nimiam aliorum auxiliorum ad ſalutem noſtram cælitus hodie ſubminiſtratorum abundantiam, beneficiorum immenſitatem & emiventiam, ſacrificiorum & ſacramentorum majeſtatem, bonorum exemplorum frequentiam, interceſſionum ſanctorum efficaciam, librorum ſacrorum & ſpiritualium pretium, reliquiarum & indulgentiarum theſauros, verbi divini diſſeminationem, precum fervorem, & alia hujuſmodi, quæ Deus legi evangelicæ clementer impertivit.

S. Aug. ſer. 9. de verb. Domini.

Ioa. 1. 17.

Rom. 8. 15. ibid.

Gal. 4. 31.

Pſ. 22. 2.

Apoc. 1. 5.

Verſus 24.

Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ vos auditis, & non audierunt.

Dico autem vobis, quod multi Prophetæ & Reges, &c.

1. In ſancto Matthæo dicitur: *Multi Prophetæ & juſti.* Gloſſa ait: *Prophetæ & juſti, à longè gloriam Domini viderunt per ſpeculum in ænigmate, ſed Apoſtoli præſentem Dominum habentes, & ab ipſo, quæ volebant, interrogantes, non per Angelos, vel varias viſionum ſpecies, docebantur.* De iiſdem ſanctis Prophetis & Patriarchis Hugo Cardinalis dicit in perſona Chriſti: *Voluerunt videre, quæ vos videtis, oculo corporali, ſcilicet me miraculà facientem.* Urgebat Moyſes: *Mitte, quem miſſurus es.* Inſtabat David: *Inclina cœlos & deſcende: oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.* Clamabat Iſaias; *Mitte agnum Domine, Dominatorem terræ.* At Chriſtus omnibus his ſanctis Patriarchis & regi, pauperes & contemptibiles elegit piſcatores. Unde Didacus Stella ait: *Obſervandum, quàm parum valeat, coram oculis Dei, vel Regem eſſe vel Prophetam, vel Principem, vel Magnatem, divitem aut potentem, qui oculos conjicit in pauperes piſcatores contemptos judicio mundi; & hos in ampliſſimas dignitates elevat, potentes verò dejicit.*

Matt. 13. 7. Gloſſ.

Hugo Card.

Exod. 4. 13.

Pſ. 143. 5.

Pſ. 79. 4.

Iſa. 16. 1.

Did. Stell. hic.

2. Beda eodem & juſtos & Reges nomine nuncupari advertit, cujus rei ſequentem tradit rationem: *Ipſi enim ſunt Reges magni, qui tentationum ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe noverunt.* Rupertus Abbas Deum Abrahamo dicere notat: *Ponam te in gentes, regeſque egredientur ex te; Reges hic rectè accipiuntur*, inquit Author ille, *qui apud ipſum pro fidei merito noti ſunt, de quibus ipſe in evangelio: Dico enim vobis, quòd multi, &c.*

Bed. in Cat.

Rup. Ab. l. 5. in c. 17. Gen. v. 6.

Andi-

Audire, quæ vos auditis, &c.

S. Bonav. in Luc. 3. S. Bonaventura dicit: *Hoc enim erat maximum beneficium, audire Deum loquentem, non per creaturam, ſed in propria perſona, quod commemorans Apoſtolus, ait: Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens in Prophetis, noviſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.* *Heb. 1. 1.*

4. Sciendum nos non minori hodie privilegio frui quàm ipſi olim diſcipuli viſibiliter divina Chriſti præſentia gaudentes, fruiti fuêre; nobis namque ipſemet expreſsè dixit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus.* *Matt. 28. 20.* Et nos corporalem ejus præſentiam in ſanctiſſimo Altaris Sacramento veneramur: audierint illi ſenſibilem loquentis vocem, nos eam indies in Evangelio excipimus, & per ſervos ejus de quibus ipſe atteſtatur: *Qui vos audit me audit.* *Luc. 10. 16.*

Verſus 25.

Et ecce, quidam legisperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens: Magiſter quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?

Et ecce quidam legisperitus.

S. Amb. ibid. Gloſſa. 1. S. Ambroſius hoc eum colore depingit: *Verba legis tenens, vim legis ignorans.* Gloſſa pariter malitiam hujus legisperiti inſinuans, dicit: *Legis dator, qui ſine fide in lege jacebat.*

Surrexit.

Alb. M. in Luc. 2. Albertus Magnus ly *Surrexit*, potiùs literaliter, quàm ſpiritualiter interpretans, ait: *Inter alios demonſtrabilis videbatur, ſurrexit in ſignum majoris elationis, in altum ſuperbiæ cor erexit*; reliquis arrogantior & petulantior Chriſtum aggreſſus eſt.

Gloſſa. 3. *Surgit ut ſtet*, inquit Gloſſa; *ſtat, dum magiſtrum vocat, ſed & ſtando tentat Deum, tacendo quod erat.*

Tentans illum.

S. Cyril. in cat. 4. Citatus in catena S. Cyrillus, multos tunc temporis fuiſſe docet, qui inſtigante contra Chriſtum invidia & malitia, totam paſſim percurrerint Judæam, Chriſtum accuſantes, quòd & legem Moſaicam mutilem eſſe prædicaret, & nova dogmata diſſeminaret: *Volens ergo legisperitus ſeducere Chriſtum, ut aliquid contra Moyſen loqueretur, adeſt tentans eum.* Lyranus authoritatem Bedæ citans, exiſtimat legisperitum de vita æterna interrogaſſe, ad obſervandum, ſi quid fortè Chriſtus contra Moyſen loqueretur: *Et ideo Chriſtus, per verba Moyſi reſpondendo, confudit eum, per hoc oſtendens, quòd deriſores fidei Catholicæ ſint confutandi ab illis, qui ſciunt & poſſunt, per illud, quod tenent indiſcuſſè.* Gloſſa tradit, quòd legisperitus ille *Occaſionem tentandi accipit ex verbis domini, ubi dicit: Gaudete, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* *Lyran.* *Gloſſ.*

5. Lucas Burgenſis ſenſui literali adhærens, ait: *Tentans, experiri volens, an eſſet aliquid à lege alienum reſponſurus, (id enim ex Domini reſponſione manifeſtum fit,) ut quaſi apoſtatam, & impiæ defectionis auctorem exagitaret.* *Luc. Burg.*

6. Didacus Stella tum hujus, tum multorum aliorum impietatem Doctorum repræſentat verbis ſequentibus: *Peritum ſe judicabat, & non quærebat ut diſceret, ſed ut tentaret, ſicut eſt mos literatorum ſuperborum; adverte, quemadmodum legis periti, Doctores & ſapientiores, ſint capitales inimici Chriſti, & qui priùs eum & ſuam doctrinam perſequuntur; nulla eſt gens tam peſtifera & iniqua, quàm literati.* Modificat autem propoſitionem hanc ſubjunctis immediatè verbis: *Ut literati, qui depravatam habent conſcientiam*; adducitque exemplum in Luthero, quod extendere poteris ad plurimos alios hæreſiarchas. *Did. Stell.*

Magiſter.

7. Albertus Magnus dicit: *Magiſtrum vocat, ut dicit Chryſoſtomus, cujus non vult eſſe diſcipulus.* *Alb. M.*

Quid faciendo.

8. Solidè hæc verba ponderat Dionyſius Carthuſianus: *Quid faciendo, id eſt,* *Dionyſ. Carth.*

quibus operibus promereri potero & ſortiri beatitudinem æternam? Sciebat itaque, quòd non loquendo duntaxat, ſed etiam operibus virtuoſis inſiſtendo, obtineatur felicitas. Hugo Cardinalis ita diſcurrit: *Non dicit, qualiter diſputando, aut qualiter loquendo vel audiendo; cùm tamen hæc bona ſint: ſed bona operatio neceſſaria eſt ad ſalutem, ubi eam neceſſitas non excludit; non enim auditores legis, ſed factores juſtificabuntur.* Unde juxta doctrinam Toleti, legis ille peritus verbis hiſce, multorum confutavit, hodieque confutat hæreſin, credentium & docentium, ad ſalutem ſufficere, ſolam ſine bonis operibus fidem: *Hic non ſola fide contentus, interrogat: quid faciendo, vitam æternam poſſidebo?* quare & S. Jacobus Apoſtolus, poſtquam præmiſiſſet: *Si quis perſpexerit in lege,* mox proſequitur, dicens: *Factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.* Eadem eſt Alberti Magni doctrina, inquientis: *Totum meritum in faciendo conſiſtit principaliter, & parum in dicendo vel docendo, niſi conjungatur & opus.*

9. Notiſſima eſt quoque illa apud S. Matthæum, Salvatoris noſtri proteſtantis ſententia: *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt.* Sanctus denique Jacobus Apoſtolus in epiſtola ſua canonica, ubi fusè hac de materia tractat apertum hujuſce veritatis teſtimonium perhibet, dicens: *Fides ſine operibus mortua eſt.*

Hugo Card.

Rom. 2. 13.

Toletus.

Jac. 1. 25.

Alb. M. hic.

Matt. 7. 21.

Jac. 2. 26.

Vitam æternam.

10 Exiſtimat Toletus, populum hæbraicum notitiam habuiſſe non ſolùm remunerationis & bonorum temporalium, quæ Deus præceptorum ſuorum profeſſoribus & obſervatoribus promiſerat, ſed etiam æternorum, prout legitur in libro Tobiæ, qui ad ſuarum ſolatium ærumnarum, dicebat: *Filii Sanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Similiter & in Eccleſiaſtico legimus: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Et apud Danielem: *Evigilabunt alii in vitam æternam.* Ad hæc erat nos inter & populum iſtum differentia, quòd illi in Chriſtum crederent venturum, nos in præſentem; quòd illi poſt mortem in ſinu Abrahæ exſpectare debuerint reſerationem regni cæleſtis, uſque ad Chriſti adventum; nobis autem, mox poſt noſtrum ex hac vita tranſitum, pateat ad cælum aditus.

Tolet.

Tob. 2. 18

Eccli. 24 31.

Dan. 12. 2.

Poſſidebo.

11. Hugo Cardinalis hac ſuper voce ita diſcurrit: *Per quod notat, vitam æternam eſſe hæreditatem hominum, jure hæreditario poſſidendam, non in præſenti, ſed in futuro.* Didacus Stella docet, hoc verbo nobis ſignificari, beatitudinis permanentiam & ſtabilitatem: *Poſſidebo, ait; quia æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio.*

Hugo Card.

Did. Stell.

Verſus 26.

At ille dixit ad eum: in lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?

In lege quid ſcriptum eſt?

1. Si Scripturam ſacram non ſola manu, ſed & attento corde pervolverimus, viam ſalutis æternæ in ea reperiemus: *Scrutamini ſcripturas, in quibus vos putatis vitam habere:* id quod diu ante præmiſerat Sapiens: *Mandatum lucerna eſt, & lex lux.* Didacus Stella ſentit, incarnatam Sapientiam hoc reſponſo voluiſſe docere nos, in Scripturis ſacris inveniri omne id, quod nos credere & operari neceſſum eſt, pro poſſeſſione vitæ æternæ conſequenda: *Ex Scriptura diſcere nos oportet, quid ſperandum, quid metuendum, fugiendum, acceptandumque ſit; omnis enim Scriptura divinitùs inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* In ſacræ & ſpiritualis lectionis encomium, Chryſoſtomus ita diſcurrit: *Perſpicuum eſt, ſpirituali lectione animam ſanctificari, & gratiam Spiritus ſancti affatim infundi.* Veruntamen opportuniùs ad rem noſtram, alio quodam in loco docet, quòd *Scripturarum lectio, cælorum eſt reſeratio.*

Joan. 5. 39.

Prov. 6. 23.

Did. Stell.

2. Tim. 3. 16.

Chryſ. hom. 31. in Joan.

Hom. 3. in ver. Iſa.

2. Hæc interrogatio Chriſti convenientiſſimè

tiſſimè nobis deſervire debet, in materia quacunque dubia; ut igitur omnem in operando vel omittendo præcaveamus errorem, ita eos ipſos alloquamur: *In lege quid ſcriptum eſt?* Eſtne hæc actio mea conformis legi divinæ & charitati proximi? redundatne in aliorum perniciem? eſtne ad majorem Dei gloriam ordinata? &c.

Quomodo legis?

Hugo Card. 3. Meritò, inquit Hugo Cardinalis, *modum legendi quærit Dominus à magiſtro legis, innuens, non eundem modum legendi inesse omnibus magiſtris; quidam enim legunt legem, ſed docent ore tantùm;* citatque textum illum, quo Salvator noſter ſedentes in cathedra Moyſis, Phariſæos radarguit: *Dicunt & non faciunt. Alii legunt, ſed docent manu tantùm, ut ſimplices, juſti & bonæ mulieres, quorum vita, magiſtra eſt multis, & efficacius docent, quàm magiſtri.* Cujus rei veritatem confirmat illo S. Bernardi teſtimonio, dicentis: *Efficacior eſt prædicatio exempli quàm verbi; alii legunt, ſeu docent ore & manu, ut magiſtri, qui faciunt quod docent: hoc tertio modo non legebat iſte magiſter legis; ideo quærit Dominus: quomodo legis? id eſt, quomodo doces diſcipulos tuos, qui adhuc neſcis, per quid venitur ad vitam?*

Matt. 23. 3.

S. Bern.

4. Interrogationem hanc: *Quomodo legis?* ad multos alios Doctores dirigi poſſe, inquit Didacus Stella, qui in ſcholis cum ingenti diſcipulorum concurſu præſident: *Legiſne, ut diſcipulis proficias, an ſolùm, ut ſapientem te jactes & oſtentes? quia inter Doctores Iſrael, qui publicè legebant, nullus erat, qui hoc adimpleret. Dixit Iſaias: Ubi eſt literatus? ubi eſt legis verba ponderans?*

Did. Stell.

Alb. M. 5. Albertus Magnus aliter commentatur, dicens: *Hoc eſt, ad quem intellectum legis? quaſi dicat: Multi errando legunt Scripturas.*

S. Greg. l. 20. mor. c. 8. 6. At juxta S. Gregorii mentem, per verba illa ingens reprehenditur legentium error: *Quidam non quærunt in lectione ea, unde ad virtutem eruditantur, ſed ea, unde ſingulariter eruditi appareant.* Quapropter fructuoſum nos docet libros ſacros legendi modum S. Auguſtinus, dum ait: *Optimè uteris lectione divina, ſi eam tibi adhibeas ſpeculi vice, ut ibi velut ad imaginem ſuam anima reſpiciat, ut vel fœda quæque corrigas, vel pulchra plùs ornes.*

S. Aug. epiſt. 149

Verſus 27.

Ille reſpondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua; & proximum tuum ſicut teipſum.

Ille reſpondens, dixit.

1. *Dixit quod legerat*, ait gloſſa, *ſed non implevit, quod ſcriptum erat; quia in præſentia habebat Deum, quem diligere debebat; ſed hunc, magiſtrum non Deum vocat.*

Diliges.

2. Convenientiſſimè inquit D. Thomas, conſtitutum fuiſſe homini præceptum, de amando Deum: *Cùm per charitatem dirigatur homo in ultimum finem, ac ad ea diſponatur, quibus ipſum aſſequitur, conveniens fuit, de divina dilectione aliqua dari præcepta.* Et ideo S. Apoſtolus nos docet, quòd *finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* Imò omnia Decalogi præcepta ad Dei aut proximi amorem ordinantur.

S. Th. 2. 2. q. 44. a. 1.

1. Tim. 1. 5

Dominum Deum tuum.

3. Didacus Stella diverſas conglomerat rationes, ob quas Deus à nobis amari debet: *Diliges, quia eſt Deus; diliges, quia Dominus, diliges, quia tuus: diliges illum propter ſe: diliges propter ſua, & diliges propter te: ex omni parte diligendum ſe exhibet Deus, quia bonus, quia delectabilis, quia utilis.*

Did. Stell. hic.

4. Ly *Tuum* accuratè ponderat Albertus Magnus, dicitque eſſe tuum: *Qui te jure creationis & redemptionis poſſedit* Deut. 32. *Dominus Deus tuus, qui poſſedit, fecit & creavit te; vel tuus, qui ſe tibi dedit ad votum & uſum.*

Alb. M. hic. Deut. 32. 6.

Ex toto.

S.Bon. hic. 5. S.Bonaventura docet: *Ad perfectum modum diligendi Deum requiritur, quòd referamus in ipſum omnes cogitationes, omnes affectiones & omnes operationes.*

6. Tribus terminis ſcholaſticis, (comparativè finaliter & appretiativè,) hanc noſtram Deum ex toto corde diligendi obligationem elucidare placet. Primò igitur Deus ex toto corde *comparativè* amandus eſt à nobis, id eſt, tanto Deum amore proſequi oportet, ut nullam, ne minimam quidem cordis noſtri partem poſſideat inimicus, diabolus ſcilicet, mundus vel peccatum. Proinde S.Baſilius ait: *Hoc quod ex toto dixit, diviſionem in alia nullam admittit, qui autem amicus eſt Dei perfectus, ei totam animam tribuit.* Id quod etiam hiſce verbis S. Chryſologus docet: *Quidquid eſt cordis, quidquid mentis, quidquid virtutis humanæ, ita Dei amore vult poſſideri, ut homo mundanus non haberet, quod violaret affectus.* Secundò *Finaliter* quia Deus, tanquam objectum, ſcopus & terminus omnium cogitationum & operationum noſtrarum, affectu & voluntate noſtra perfecta diligi debet; ipſe ſit centrum oportet, ad quod tanquam ad finem ultimum, omnes dirigantur & actionum & intentionum noſtrarum lineæ, præponendo ipſum omnibus rebus aliis, tam integrè & perfectè, ut potiùs omnium aliorum, quàm unius Dei gratiæ & amicitiæ jacturam facere ſtatuamus. Tertiò tandem *appretiativè*, id eſt, tantus debet noſtri eſſe in Deum amor, ut omnia alia nihil æſtimemus in comparatione Dei, ut totum cor & voluntatem noſtram nulli rei alteri, quàm divinæ obedientiæ adimplendæ implicemus; ut diligamus eum amore non ſolo concupiſcentiæ, ſed & amicitiæ, id eſt, non propter intereſſe aut commodum quodcunque, nobis inde reſultans, ſed quia ipſe in & ſecundùm ſe, omni amore dignus eſt. Noſtrum hoc divini amoris debitum paucis expreſſit Victor Antiochenus, inquiens: *Homo tanto Dei amore flagrare debet, ut nihil prorſùs in ullam animæ facultatem irrepere ſinat, quòd ſuam erga Deum dilectionem excludat, aut diminuat, aut alio transferat; ſed in omnibus illi ſoli, magis magiſque aſſiduè placare ſatagat, nec alteri perſonæ aut rei creatæ, niſi per Deum.*

Vict. Antioch. in cap.16. Matt.

7. Albertus Magnus bene advertit in præſenti, nihil nobis impoſſibile præcipi, non enim hac lege Deus ad majorem ſui amorem nos aſtringere quærit, quàm nos ipſi impertiri poſſimus pro viribus noſtris: *Tangit dilectionis quantitatem, juxta poſſibilitatem diligentis, & non ſecundum valorem rei dilectæ, quia ſecundùm hunc non eſt creatura, quæ poſſit diligere; ſed ſic ſe diligunt ad invicem Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.*

Alb.M. hic.

8. Docet Toletus hanc amoris totalitatem tunc poſſideri: *Quando ſic diligimus Deum, quod omnes partes noſtras ejus obſequiis accommodamus.* Harum autem partium diſtinguit & aſſignat quatuor: *Mens ſeu intellectus, voluntas ſeu affectus, quæ dicitur cor; ſenſus ſeu pars ſenſitiva, in qua appetitus ſenſitivi ſunt, & ſenſus, quæ appellatur anima; corpus, diverſa & multa membra habens, quod ſignificatur per vires ſeu virtutem: qui ergo ex Dei amore omnes has accommodat Dei ſervitio, & implendæ ejus legi, is diligit mente, corde, anima & viribus.*

Toletus

Corde tuo.

9. Dubitaverit fortè quiſpiam, an & qualiter Deum corde diligere poſſimus; quia *Diligere non eſt actus corporis*: cor autem membrum eſt corporis non potentia animæ. Huic difficultati reſpondet S. Thomas: *Convenientior nobis præcipitur, ut Deum diligamus ex toto corde, id eſt, ut tota noſtra in Deum referatur voluntas; dilectio eſt actus voluntatis, quæ hic ſignificatur per cor; nam ſicut cor corporale eſt principium omnium corporalium motuum; ita etiam voluntas, & maximè & quantum ad intentionem finis ultimi, qui eſt objectum charitatis, eſt principium omnium ſpiritualium motuum.* Progreditur Angelicus Doctor oſtendere, quo ſenſu verba illa ſequentia, (*ex tota anima, ex totis viribus*, &c.) intelligenda ſint. *Tria ſunt principia actuum, quæ moventur à voluntate; intellectus, qui ſignificatur per mentem; vis appetitiva inferior, quæ ſignificatur per animam, & vis executiva*

S.Th.2.2 q.44. a. 5.

tiva exterior ; quæ ſignificatur per fortitudinem, ſeu virtutem ſive vires : præcipitur ergo nobis, ut tota noſtra intentio feratur in Deum, quod eſt ex toto corde ; & quòd intellectus noſter ſubdatur Deo, quod eſt ex tota mente ; & quòd appetitus noſter reguletur ſecundùm Deum, quod eſt ex tota anima ; & quòd exterior actus noſter obediat Deo, quod ex tota fortitudine, vel virtute ſeu viribus Deum diligere.

S. Aug. l. 1. de doctr. c. 22. S. Auguſtinus cordis nomine cogitationes intelligi judicat : *Ex toto corde, ut omnes cogitationes tuas, ex tota anima, ut omnem vitam tuam, ex tota mente, ut omnem intellectum tuum in illum conferas, à quo habes ea, quæ confers.*

S. Greg. Nyſſ. ib. cit. à S. Thom. S. Gregorius Nyſſenus, citatus à Thoma, dicit in corde animam vegetativam, in anima partem ſenſitivam, & in mente ſignari intellectivam : *Quia hoc, per quod nutrimur, ſentimus & intelligimus, debemus ad Deum referre.*

10. In prima fronte nihilominus, præceptum hoc diligendi Deum ex toto corde ; impoſſibile adimpletu videri poſſet, quantumcunque enim Deum in hac vita amemus, attamen cor noſtrum naturaliter aliis inſuper occupatur affectibus : pro hujus difficultatis enodatione, Doctor Angelicus duos diſtinguit modos, ſecundùm quos intelligi poteſt, quòd Deum ex toto corde

Ib. art. 4 noſtro diligamus : *Uno modo, id eſt, ut totum cor hominis ſemper actualiter in Deum feratur, & iſta eſt perfectio patriæ ; alio modo, ut habitualiter, ita ſcilicet, quòd nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat, & hæc eſt perfectio vitæ.*

Dion. Cart. 11. Dionyſius Carthuſianus ita verba illa *ex toto corde* interpretatur : *Id eſt, ex tota voluntate, ſeu toto voluntatis deſiderio & affectu ; per cor deſignatur voluntas quoniam ſicut cor eſt primum movens, & cætera membra movens, ſic voluntas per charitatem primò vivificatur, & cæteras animæ movet vires.*

Hugo Card. 12. Hugo Cardinalis autem cordis nomen intellectui cujuſque noſtrûm attribuit, qui tantus, quantus eſt, Deo ſubjectus eſſe debet : *Id eſt, ex toto intellectu ; ut omnis intellectus tuus ſubditus ſit intellectui de Deo ;* citatque pro ſe illam S. Bernardi gloſſam : *Ex toto corde ; id eſt, ſapienter.*

Ex tota anima tua.

13. *Videlicet*, ſcribit S. Thomas, *ut omnis noſter appetitus reguletur ſecundùm Deum.* Eadem planè eſt interpretatio Dionyſii Carthuſiani, dum inquit : *Id eſt, ſecundùm potentias animales & ſenſitivas, ut ſenſus interiores & exteriores, appetitusque ſenſitivus, tam concupiſcibilis quàm iraſcibilis, rationi ac legi divinæ ſubdantur : atque ſecundùm Deum, & ut exigit ejus dilectio, ad charitatiſque effectum expedit, refrænentur ac dirigantur.* *S. Thom. ibid. a. 5.* *Dion. Carth. hic.*

14. Hugo Cardinalis diverſa interpretatione uſus, per amorem totalem animæ perfectam intelligit voluntatis noſtræ ſubjectionem ad Deum : *Ex tota anima, id eſt, tota voluntate, ut omnis voluntas tua ſubdita ſit voluntati divinæ* : utitur autem illa ſancti Auguſtini ſententia : *Ex totâ animâ, id eſt, tota voluntate ſine contrarietate ; ibi voluntas ſe totam colligit, ubi ei nihil eſt contrarium* : citat pariter S. Bernardum, dicentem : *Ex tota anima, id eſt, dulciter.* *Hugo C.*

Et ex omnibus viribus tuis.

15. Objectionem facit in præſenti Dionyſius Carthuſianus, inquiens : *Jam de viribus, per cor & animam deſignatis, mentio facta eſt ; cur ergo nunc addit, ex omnibus viribus tuis ?* Reſpondetque ipſemet objectioni dicens : *Ut intelligatur quantum ad executionem & uſum virium in exterioribus operibus, quatenus etiam illa viriliter, ad Dei honorem, cum diſcretione agantur, ut ait Apoſtolus : Rationabile obſequium veſtrum.* *Dion. Cart.* *Rom. 12. 1*

16. Hugo Cardinalis cunctas haſce vires in unaquaque dicit exigi potentia : *Ex totis viribus totius cordis, ex totis viribus totius animæ, ex totis viribus totius mentis, ex toto corde, quia Dominus ; ex tota anima, quia Deus ; ex tota mente, quia tuus.* *Hugo C.*

17. *Id eſt*, dicit S. Thomas, *ut omnis Deo noſter ſubdatur exterior actus.* *S. Thom. art. 5.*

Et ex omni mente tua.

Hugo Card. 18. Hugo Cardinalis dicit, diligere Deum ex omni mente, idem esse ac si jubereris: *Ut omnes operationes propter Deum factas.* At *Dion. Cart.* Dionysius Carthusianus glossam instituit sequentem: *Id est, toto intellectu & intentione, ne in intellectu sit error, aut intentio charitati Dei repugnans.*

S. Aug. cit. ab Hug. 19. S. Augustinus, à Cardinali Hugone citatus dicit: *Ex tota mente*, id est, memoria sine difficultate vel sine oblivione; tota mente, ut omnes sensus tui Deo vacent, intellectus, cogitatio, sapientia, memoria. S. Bernardus, ab eodem Hugone allatus, inquit: *Tota mente, id est, fortiter.*

S. Thom. art. 5. 20. Juxta D. Thomæ interpretationem: *Ex tota mente, id est, ut noster intellectus Deo subdatur.*

4. Reg. 10. 30. 21. In libro quarto Regum, laudat Dominus Jehu, Regem Israël: *Egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo, fecisti.* Nihilominus paulò pòst dicitur de eodem: *Jehu non custodivit, ut ambularet in lege Domini Dei, in toto corde suo, non enim recessit à peccatis Jeroboam.* Considerans sollicitè Jansenius hunc sacræ Scripturæ locum, sequentem elicit doctrinam: *Ille non diligit Deum ex toto corde, qui non studet omnia ejus præcepta adimplere.* Tandem verò immediatè præmissa sacri Evangelii verba, hoc præclaro illustrat discursu: *Itaque præceptum hoc sic explicari poterit: Diliges, &c. Hoc est, non tantùm timeas Dominum Deum tuum, sed etiam diligas, idque non tantùm lingua & verbo, (quemadmodum de quibusdam dicitur: Dilexerunt eum in ore suo, cor autem eorum non erat rectum cum eo,) sed etiam ex corde, neque corde diviso aut remisso, sed corde toto, integro & perfecto; quod ut verè præstes, ante omnia requiritur, ut perpensa Dei erga homines bonitate, summaque ejus æquitate & perfectione animadversa, sic toto affectu in illum, tanquam in summum bonum feraris, ut nihil illi in amore præponas, aut in amoris societatem aut æqualitatem admittas, sed illum præ omnibus ames, reliqua verò propter illum, aut saltem non contra ejus voluntatem aut præceptum.*

Jans. conc. c. 81.

Ps. 77. 36

Et proximum tuum, sicut teipsum.

22. S. Thomas convenienter admodum, præcepto amoris divini, aliud de dilectione proximi mandatum in lege subjunctum esse docet, conclusione sequenti: *Propter Dei dilectionem convenienter homini mandatum fuit, ut proximum suum sicut seipsum diligeret, id est, sanctè, justè & veraciter.* Duo porrò, ut idem Angelicus Doctor advertit, hoc in præcepto nobis exhibentur: *Diligendi ratio, & dilectionis modus; ratio diligendi ex eo, quòd proximus nominatur, propter hoc enim ex charitate diligere debemus alios, quia sunt nobis proximi, & secundùm naturalem Dei imaginem, & secundùm capacitatem gloriæ. Modus dilectionis, cùm dicitur: Sicut teipsum, non ut sibi æqualiter diligat, sed similiter sibi; & hoc tripliciter: primò ex parte finis, ut diligat propter Deum, sicut seipsum propter Deum debet diligere, ut sic fit dilectio proximi sancta: secundo ex parte regulæ dilectionis, ut non condescendant proximo in aliquo malo, sed solùm in bonis, sicut suæ voluntati satisfacere debet homo, solùm in bonis, ut sic sit dilectio proximi justa. Tertiò ex parte rationis dilectionis, ut scilicet non diligat aliquis proximum, propter propriam utilitatem vel delectationem, sed eâ ratione, qua velit proximo bonum, sicut vult sibi ipsi, ut sic dilectio proximi fit vera; nam cùm quis diligit proximum, propter suam utilitatem vel delectationem, non verè diligit proximum, sed seipsum.*

S. Th. ib. art. 7.

23. Didacus Stella nimiam & excessivam quasi docet esse Dei sollicitudinem, quâ proximi nobis dilectionem inculcare conatur, hanc enim associat, & qualem quodammodo cum amore sui præcepit: *Ab eodem fonte & radice uterque provenit.* Imo charitatem proximi tenacius quasi, cordibus nostris imprimere voluisse videtur, quia, ut idem Author benè advertit, Deus tractans de more sui, in prima tabula, duobus rem totam absolvit præceptis; at in secunda, ubi agit de amore nostri in proximum, ad duplo plura, sena scilicet sese extendit mandata.

Did. Stel. hic.

24. *Ad commendandum hanc dilectionem*, inquit Seraphicus Doctor, *voluit hic.*

S. Bonav.

Deus,

Deus, quòd naſceremur ex uno patre Adam, quòd redimeremur eodem ſanguine, ſcilicet Jeſu, quod remuneraremur eadem mercede.

25. Tres principaliter proximum amandi modos nobis exhibet Dionyſius Carthuſianus verbis ſequentibus: *Verè, ordinatè & ſpiritualiter, optando ei bona gratiæ in præſenti, & bona gloriæ in futuro.* Dion. Cart.

26. Proſequitur exinde idem Author, explanando ly *Sicut teipſum*, dicitque: *Id eſt, propter Deum, & ob æternam felicitatem; videlicet quia Deus præcepit, & quia ad ejus imaginem factus eſt proximus tuus, & quoniam Deus eſt prima cauſa & ratio totius amabilitatis.*

27. Ingeniosè inſuper Janſenius advertit, nobis non præcipi à Deo: *Diliges proximum tuum, quantum teipſum; quia ordo naturæ & charitatis, de qua ſcriptum eſt: Ordinavit in me charitatem,) habet, ut plus me quam proximum diligam; ſed dicitur: ſicut teipſum, hoc eſt, eo modo, quo teipſum diligis.* Adhibetque Author tres præmiſſos in paragr. 22. proximum diligendi modos, à S. Thoma traditos. Janſ. c. 81. Cant. 24

28. Differentiam propemodum exiguam, in duobus hiſce Deum & proximum diligendi præceptis agnoſcere videtur Chryſoſtomus, dum ait: *Attende, qualiter ferè cum eodem exceſſu poſtulat utrumque præceptum; de Deo enim ait: toto corde tuo: de proximo, ſicut teipſum: quod ſi diligenter conſervaretur, nec ſervus eſſet, nec liber, nec victor, nec victus, nec dives, nec pauper.* Chryſ. in cat.

29. Utiliſſimam denique prædictus textus ſuggerit omnibus nobis doctrinam, non magis ſpeculatione, quàm praxi indigam. Præcipit igitur Salvator noſter, ut amemus proximos, ſicut noſmetipſos, ſed experientia teſte, omnes & ſinguli ſeipſos amant, nullo etiam obſtante perſonæ propriæ defectu, nec iracundia, nec paupertate, nec ignorantia aut opprobrio; nullum nos propriæ naturæ aut moris vitium ab hac noſtri ipſius dilectione avellere poteſt: ergo pariter obligati ſumus amare proximos noſtros, licèt diverſos habeant defectus, nullamque à nobis benevolentiam promereantur; amandi ſunt ex obedientia proximi quicunque, quia præcipit Dominus, quia ita beneplacitum eſt in conſpectu Dei; diligendi ſunt proximi, quia omnes conſanguinei noſtri, qui naturam habent nobiſcum communem, etiamſi moribus fortè, gratia aut fortunâ diſcrepent.

30. Eam porro, quæ inter utriuſque hujus præcepti adimpletionem differentia intercedit, aſſignat Toletus, dum ait: *Præceptum diligendi Deum non impletur ſine gratia & charitate, cùm enim Deus diligendus ſit ſuper omnia, qui ſic Deum diligit, à Deo diligitur, & charitas Dei manet in eo; at proximi dilectio etiam impleri poteſt ab exiſtente in peccato, quia non diligitur ſuper omnia, & ad diligendum eum, etiamſi diligatur propter Deum, ſatis eſt diligere Deum modo aliquo.* Tolet.

Verſus 28.

Dixitque illi: rectè reſpondiſti; hoc fac, & vives.

Dixique illi: rectè reſpondiſti.

1. Laudat ſapientiſſimus Magiſter hanc præclaram legisperiti reſponſionem, idque jure meritiſſimo, quia *velut epilogus legis totius ſunt*, inquit Toletus, *hæc duo mandata.* Unde & apud S. Matthæum Dominus proteſtatur, dicens: *In his duobus mandatis univerſa lex pendet.* Præterquam quòd nos Apoſtolus doceat: *Plenitudo legis, eſt dilectio.* Tolet. Matt. 22. 40. Rom. 13. 10.

2. *Perfectum iter*, (ſcribit Gloſſa, appellans ſuper Chriſtum reſpondentem,) *vitæ cæleſtis oſtendit; dum legisperito, de dilectione Dei & proximi ſcripta proponenti, reſpondit: rectè reſpondiſti.* Obſervat autem Didacus Stella, legisperitum de nullo opere bono, ſed de ſola reſponſione à Chriſto commendatum fuiſſe, unde ſequentem elicit moralitatem: *Multorum verba laudabilia ſunt, opera autem non ſic; pius eſt quorundam ſermo, ſed opera iniqua; cælum non emitur ſermone polito & compoſito, ſed ſanctis & juſtis operibus.* Suam hoc dicto legisperitus non exiguam probavit ſcientiam, utpote qui tam appoſite reſpondit, ut ab ipſamet Sapientia divina laudari meruerit: Gloſſ. Didac. Stell.

ruerit: ſed quid illi proderat, ſiquidem iniquo & perverſo animo accesſit ad Chriſtum, tentaturus? Quid proderit in extrema mortis hora eloquentem fuiſſe, quid egregium concionatorem, ſi conſcientiam malè ſanam habuerit?

Hoc fac & vives.

Sal. to. 7. tr. 16. 3. Exiſtimat Salmeron, Chriſtum hoc ſermonis nexu, voluiſſe exprobrare legis pretio, quòd opera ejus non correſponderent verbis: *Quaſi diceret, dicis & non facis, qui me proximum odiſti & tentaſti; plus enim plerique amamus de pietate diſputare, quàm in via pietatis ambulare.* Idem ex *Hugo C.* hiſce verbis documentum elicit Hugo Cardinalis, dum inquit: *Quaſi dicat, hoc doces ſed non facis, ſi vis vivere vitâ æternâ, hoc fac & vives. Unde quod dicit Dominus: rectè reſpondiſti, non factum ejus, ſed reſponſum laudavit, ſicut multorum verba laudabilia ſunt, ſed facta vituperabilia.*

Cajet. 4. Ingenioſam denique horum verborum gloſſam nobis exhibet Cajetanus dicens: *Non cogita, non dic, non ſcribe, ſed fac, nec dixit hæc, ſed hoc, quoniam unum ſine altero fieri nequit.*

Verſus 29.

Ille autem volens juſtificare ſeipſum dixit ad Jeſum: & quis eſt proximus meus?

Ille autem volens juſtificare ſeipſum.

1. Sentit Janſenius, hunc loquendi modum ordinariè ab hiſtoria ſacra in ſiniſtram partem accipi, ſiquidem apud eundem Evangeliſtam, Phariſæos Chriſtus reprehenſurus, inquit: *Luc. 16. 15.* *Vos eſtis, qui juſtificatis vos coram hominibus.* Ex quibus evidens deducitur hujus propoſitionis ſenſus nimirum: *Juſtificare hic poſitum eſt, pro declarare & oſtendere juſtum, quemadmodum enim ſuperiori reſponſione ſe declaraverat doctum, Domino approbante ejus reſponſionem, ita jam ſe voluit monſtrare etiam juſtum.* Voluit equidem hic legisperitus ſuam oſtentare virtutem, & ſufficientem ad alios in dilectionis præcepto inſtruendos ſcientiam, ſimul & inſinuare, quod debitam hujuſce præcepti praxin in ſemetipſos noſſet exercere.

Gloſſ. 2. *A Domino laudatus*, inquit Gloſſa *in ſuperbiam prorupit; ponit namque ſe nullum habere proximum, hoc eſt, nullum exſtare, qui ſecundùm exactam juſtitiæ rationem cum illo conferri queat.* Ejuſdem quoque ſententiæ fuit Iſidorus Peluſiota, qui in hujus faſtuoſi doctoris perſona ita infit: *Oſtende mihi aliquem, qui tam magnus ſit, ut poſſit mecum comparari.* *Iſid. Peluſ. l. 4. ep. 173.*

Lyran. 3. Notat Lyranus, dupliciter verba illa explicari poſſe: primò, quòd voluerit ſemetipſum juſtificare quantum ad apparentiam; ſecundò, quantum ad ſubſtantiam, quòd ſcilicet in rei veritate deſideraverit intelligere à Chriſto, quis eſſet ſuus proximus, ut dictum in eo præceptum adimplere poſſet. Hujus porro perplexitatis cauſa ex eo videtur oriri, quia nimirum initialiter ad Chriſtum acceſſerat, perverſa eum tentandi intentione; *ſed poſtea Chriſti verbis compunctus fuit, & ideo dixit ei Chriſtus: Non longè es à regno Dei.* *Marc. 12. 34.* Ex quibus innoteſcit, quàm ſit utilis ad Chriſtum appropinquatio, licèt primordialiter perverſæ innitatur intentioni; multi namque ſæpè Eccleſiam adeunt, alio quàm devotionis aut divini verbi audiendi fine, Deus interim multoties corda eorum tangit & compungit. Eandem quoque ſuſtinet opinionem Toletus, dum ait: *Toſequitur interrogare, non ut ante, nam prius tentans interrogavit, nunc verò auditâ Chriſti reſponſione ac ſuiipſius commendatione, animum mutavit & iterum interrogavit, volens juſtificare ſeipſum, id eſt, animo & ſtudio incumbendi juſtitiæ, & benè operandi; ſicque quæ ignorabat, à Chriſto explicari petit.* *Toſet.* Conſonat huic Toleti ſententiæ, illa ſuper eundem textum ſcribentis, ſancti Bonaventuræ gloſſa: *Id eſt, adjuſtitiam præparare, quod fit per fidem & intelligentiam veritatis.* *S. Bonav. hic.*

Et quis eſt proximus meus?

Cajet. 4. Juxta Cajetani ſententiam : *Putavit ille appellari proximos , ſolos veros juſtos aut*
Toletus. *Iſraelitas.* Attamen plenius elucidat Toletus , quænam ſincera veriorque exſtiterit hujus ſcribæ intentio. *Particula ET, ſcilicet; & quis eſt meus proximus, argumentum ſignificat, quaſi diceret : Dixiſti quid faciam , ut vitam æternam poſſideam , dic etiam & declara, quis ſit meus proximus.* Huic porro inſtantiæ occaſionem dediſſe videtur, tum Judaicarum opinionum circa hujus præcepti explicationem diverſitas, tum multiplex ſacræ Scripturæ textus, ubi proximus modò ſub amici , modò ſub ſocii nomine exprimitur. Interim ex hiſce omnibus prædictus Author ſequens elicit argumentum : *Non fuit ſine fructu Domini commendatio , quâ dixit : Rectè reſpondiſti ; mutavit enim animum hominis, & extentante convertit in ſtudioſum voluntatis divinæ implendæ.* Ecce tibi fructum benignæ affabilitatis ad omnes etiam ad impios : quam ob cauſam meritò Apoſtolus ait: *Rom. 2. 4.* *An ignoras, quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.*

Dionyſ. Carth. 5. His non obſtantibus , Carthuſianus probare nititur, illam legisperiti interrogationem malitioſo animo factam fuiſſe ; intelligens enim hic ſcriba, quòd juxta Chriſti ſententiam & doctrinam, dilectioni proximi ipſe etiam inimicus inferendus eſſet: *Putavit eſſe contra legem Moyſi , quia Judæi quamplurimum per proximum non intelligebant niſi Judæos , & cæteros reputabant alienos.* Si igitur Chriſtus dixiſſet, nomine proximi intelligendum eſſe quemcunque hominem, illico accuſaſſet eum tanquam legis transgreſſorem ; ſi verò Chriſtus per proximum, ſolummodo denotari dixiſſet , populum hæbraicum, jactaſſet ſe utique legisperitus de plena legis obſervantia , utpote qui nullum non amaret gentis ſuæ hominem: *Sed ut Salomon loquitur, fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum; unde & Chriſtus ſapientiſſimus ſic reſpondet, quod inſidiatorem propriâ rurſus reſponſione concludit.*

Prov. 1. 17.

S. Cyrill. in Cat. 6. Eandem cum Carthuſiano opinionem ſuſtinet ſanctus Cyrillus , citatus in Catena : *In hoc, quod quærit : Quis eſt meus proximus , vacuus à dilectione proximi oſtenditur; cum non æſtimet aliquem ſibi proximum eſſe , & per conſequens à dilectione divina; quoniam cum fratrem non diligat , quem videt , non poteſt Deum diligere , quem non videt.*

Verſus 30.

Suſcipiens autem Jeſus, dixit : Homo quidam deſcendebat ad Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones , qui etiam deſpoliaverunt eum , & plagis impoſitis abierunt, ſemivivo relicto.

Suſcipiens autem Jeſus.

S. Bonav hic. 1. Aliqui interpretes legendum exiſtimant : *Suſcipiens.* Unde S Bonaventura inquit : *Surſum aſpiciens, in quo oſtendit, quod, qui vult intelligere veritatem , debet ſurſum aſpicere, unde emicat verum lumen : Fons Sapientiæ, & verbum Dei in excelſis.* Sed contra hunc legendi modum pugnat Janſenius, dum ait : *Male legitur aſpiciens, legendum ſuſcipiens*: Prout etiam habent tam exemplaria antiqua, quàm editio vulgata.

Eccli. 1. 5 *Janſen.*

Luc. Burg. 2. Bene Lucas Burgenſis advertit, quòd Chriſtus *conſcius erroris , quo laborabat* legisperitus, non requiſierit ab eo , ut ſuum circa præcepti illius intelligentiam, ediceret ſentimentum ; *Verùm ipſe ſuſcepit reſpondendi partes, quod quæſtio utilis eſſet, & legisperitorum circa eam error merito confutandus.*

Homo quidam deſcendebat.

S. Bonav ſerm. in Evang. 3. Sanctus Bonaventura in hoc deſcenſu ruinam in peccatum deſignari exiſtimat, dicens : *Quatuor miſerias incurrunt homines cum peccant ; cæleſti gratia privantur (deſcendebat ab Jeruſalem* per Jeruſalem namq; intelligit viſionem pacis ſeu cælum , juxta illum Iſaiæ textum : *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Secunda miſeria eſt, quòd *dæmonibus ſubjungatur*, deſignata in ly *Incidit in latrones.* Tertia conſiſtit in exſpoliatione : *bonis gratuitis exſpoliantur* : Et ideo dicitur: *Qui exſpoliaverunt eum.* Quar-

ta notatur in illis verbis: *Vulneraverunt eum*: inducatque quòd peccatores *in bonis naturalibus vulnerantur*. Salmer. to.17. tr.16. Observat Salmeron, Christum dicere in præterito imperfecto: *Descendit*; cum tamen hæc Christo dicente, descensus jam consummatus fuisset; cujus dicti hanc esse dicit rationem: *Semper enim humana natura ad malum labilis est*. Albertus Magnus ait: *Descendit, quando peccato consensum dedit*. Alb. M. hic. Lyranus denique hunc textum moraliter interpretatur de homine, in peccatum corruente, dum inquit: *Intelligitur de peccatore, descendente a statu justitiæ in peccatum mortale, qui spoliatur à dæmonibus, donis gratiæ, & vulneratur in donis naturæ, & relinquitur semivivus, quia tollitur ab eo vita gratiæ, remanente vita naturæ*. Lyran.

Ab Jerusalem in Jericho.

Lyran. 4. Lyranus aliquorum citat opinionem, existimantium, hanc nudam esse parabolam alii autem econtra, taliter in rei veritate accidisse credunt, quia inter Jerusalem & Jericho quoddam erat desertum, in quo viatores sæpius spoliabantur & occidebantur; ubi etiam Rex Sedecias ab hostibus profugus, captus fuit. 4. Reg. 25. 5. Ab his idem Author ad sensum moralem digrediens, ait: *Per Jerusalem status virtutis designatur, & ideo per hominem descendentem ab Jerusalem in Jericho, peccator designatur, qui incidit in latrones, id est, dæmones spoliantes eum gratuitis, & in naturalibus vulnerantes*.

Simon. de Cass. l.3. c.10. 5. *Descensus ab Jerusalem*, verba sunt Simonis de Cassia, *aversio est a pace, & virtute, à quiete, à templo sacramentorum Dei*. Per civitatem Jericho, instabilitas signatur mundi, per Jerusalem verò constantia virtutis & perfectionis: Ps. 121. 2. *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem*. Qui ergo descendit de statu hoc, id est, qui velut instabilis virtuti Christianæ non adhæret, sed peccata repetit in mundum regreditur, is nulli non se exponit periculo. Quamdiu sponsa, de qua in Canticis Canticorum, sequestrata resedit, meritò dicere poterat: Cant. 1. 15. Can. 2. 5. Can. 8. 10. *Lectulus noster floridus; fulcite me floribus; ego murus & ubera mea sicut turris*; tamdiu sine metu & pavore, quieta delitescebat; sed quam primum suo se loco movere statuit, perque urbem divagari cepit (Symbolum animæ, quæ à secessu suo ad latam mundi viam regreditur, primarumque conversationum & occasionum impetum sectatur) tunc subitò in miserias & planctus, inque armatas incidit cohortes: Cant. 5. 7. *Inverunt me custodes, qui circumeunt civitatem, percusserunt me & vulneraverunt me, tulerunt pallium meum*, S. Hieronymus, alludens ad hunc sacræ Scripturæ locum, in quadam epistola sic ait: S. Hier. Ep. 7. ad Lætam. *Loquatur ipsa electa: Introduxit me Rex in cubiculum suum, nunquam exeat foras, ne inveniant eam qui circumeunt civitatem, & non percutiant & vulnerent*. Juxta SS. Augustini & Bonaventuræ sententiam, ille de Jerusalem in Jericho descendens, pessimèque in via habitus protoparentem nostrum designat; unica autem tanti adversùs eum supplicii & severitatis origo, solus fuit unius pomi gustus, ideo hic descendit de Jerusalem, dum pectum ejus aggravavit, & interni luminis intensio, & magna tum Dei tum offensæ divinæ notitia. Vix admirati satis potest Oleaster, quomodo Deus tanta mansuetudine usus sit erga tot enormes peccatores, latronem in cruce, Magdalenam & alios similes, contra Adamum verò tam rigoroso usus est processu: Oleast. in c. 2. Gen. *Mirum valde videtur, quòd tam leve, ut videtur, delictum tam gravis pœna sequatur*. Huic Author ipse objectioni satisfacit, dicens: *Ubi simul adverte mali conditionem, ut non solum factum sed cognitum noceat*. Dicere nequaquam poterant cum Apostolo: *Ignorans feci*. 1. Tim. 1. 13. Non prima prævaricatrix Eva vocata fuit, ut rationem redderet erroris sui sed ipse Adamus primò citatur: *Adam ubi es?* Gen. 3. 9. Neque sine mysterio, quia ut quidam interpres scribit: Quò majorem scientiam & cognitionem divinæ majestatis quis acceperit, eò strictiorem reddet rationem, juxta illud: Joan. Ferus ibid. *Servus sciens voluntatem Domini sui & non faciens, vapulabit multis*. Quando juxta ordinationem divinam civitas Jericho funditus destructa fuit, Josue superiori motus instinctu, *Maledictus*, dicebat, *vir coram Domino, qui suscitaverit & ædificaverit civitatem Jericho*. Josue 6. 26. Quorsùm tanta adversùs civitatem illam divini furoris indignatio? Respondet in sensu

Dion. Carr. ſenſu morali Dionyſius Carthuſianus: *Per Jericho intelligitur unaquæque prava & vitioſa ſocietas, quæ incepari & corrigi dedignatur; qui Jericho ſuſcitat atque ædificat, id eſt, qui vitia ſæcularia renovat, & mundanas ſocietates fovet, maledictioni ſubjicitur.* Quotquot derelicta via timoris Domini, civitati Jeruſalem tergus vertunt, reduces in Jericho, id eſt, qui priora ſua deſideria prava & diſſolutiones ſectari incipiunt, hos omnes divinæ maledictionis fulmen ferit. Sed ecce novum ſalutis noſtræ myſterium; incidit in latrones, ſpoliatus, vulneribusque propemodum attritus fuit, qui à civitate ſancta receſſit, qui templo valedixit, qui veram religionem deſeruit, ſemel jam ſibi revelatam; non tamen è converſo quidquam mali illatum eſſe legitur ulli illorum, nec in latrones incidiſſe ſcribuntur, qui à Jericho in Jeruſalem aſcenderunt; in quod ingeniosè advertit Lucas Burgenſis, natione Judæus ſive Iſraëlita, adeoque Jeroſolymita. Homo quicunque mundanus, plus luminis non habens, quàm ut per obſcura gradiatur viarum, in malo utique ſtatu verſatur; attamen minus divinam irritat juſtitiam, quàm cæteri, qui in ſchola Chriſti vel veterani ſunt, vel alioquin non ex fragilitate aut ſubreptione, ſed *exogitato conſilio* delinquunt: Hoſce ultimos tremenda illa reſpicit Apoſtoli ſententia: *Hebr. 10 26.* *Voluntariè enim peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia.* Exemplum ſit nobis terribilis illa adverſus Heli comminatio: *1. Reg. 3, 14.* *idcirco juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus ejus; victimis & muneribus uſque in æternum.* At quæ ſodes, tantæ divinæ indignationis ratio? utique non alia, judicio meo, quàm quòd non ſolùm ſacerdos, ſed & ſummus Pontifex eſſet: *Pſ. 138. 12.* *Sicut lumen ejus, ita & tenebræ ejus;* *1. Reg. 4 18.* *cecidit de ſella retrorſum, & fractis cervibus mortuus eſt.* Notat Origenes caſum hunc mortalem *Orig. homil. in lib. Reg.* fuiſſe, quia accidit in loco ſacro: *Talis eſt ergo iſte locus, ubi eſt Heli; pro peccato enim retrorſum cadens, exſpiravit: & nunc ſi quis retrorſum corruerit à fide & veritate, neceſſe eſt ut cadat & continuo moriatur.*

Hugo Card. 6. Hugo Cardinalis deſcenſum illum moraliter interpretans, dicit: *Deſcendebat à divitiis in paupertatem; à proſperitate in adverſitatem; hoc quotidie fit, quia rota fortunæ continuò volvitur; & quidam deſcendunt, & alii aſcendunt.*

Incidit in latrones.

S. Aug. cit. in Cat. cont. Pelag. 7. *Id eſt*, dicit ſanctus Auguſtinus, *in diabolum & Angelos ejus, qui per inobedientiam primi hominis, humanum genus exſpoliaverunt, morum ſcilicet ornamentis.* Idem ſanctus in alio quodam loco, per hunc viatorem, qui in latrones incidit, intelligendo pariter protoparentem noſtrum, ita ſcribit: *Lib. 2. q. Evang.* *Incidit in latrones, id eſt, in poteſtatem Angelorum noctis, qui ſe transfigurant in Angelos lucis, ſed perſeverare non poſſunt; in quos non incideret, niſi ejus mandatis, cæleſtis levius ſe feciſſet obnoxium.*

S. Bern. Ep. 236. 8. Sanctus Bernardus in quadam epiſtolarum ſuarum, per hos latrones deſignari ſcribit, dæmones, mundum & carnem, inimicos & capitales hoſtes noſtros: *Incidit in latrones, id eſt, in diaboli manus, carnis illecebras & gloriam ſæculi.*

Salmer. to. 7. tr. 16. 9. Rationem verò, ob quam ſpiritus infernales, nuncupentur latrones, hanc nobis aſſignat Salmeron: *Latrones iſti (qui à latendo dicuntur, quoniam transfigurant ſe in angelos lucis) dæmones ſunt; qui in cælo divinitatem ſibi uſurpari conati ſunt, gloriam etiam & divinos honores, ab hominibus tribui per idololatriam ſibi contendunt.*

10. Singularis divinæ pietatis providentia, ut viator ille in hoſce prædones incideret, effecit; ſi enim uſque Jericho, maledictam à Deo civitatem, tranſiiſſet, præſens indubiè ſalutis animæ ſuæ diſcrimen incurriſſet, quis autem neſcit, majus eſſe animæ quàm corporis pretium? Hic autem penes Deum agendi modus, frequens eſt, ſcilicet quòd ſæpe, gradientes nos cum auguſtiis, infirmitatibus, carceribus, jacturis bonorum temporalium & ſimilibus invadat & proſternat, ut majora infirmitatis & mortis ſpiritualis diſpendia avertat.

Hugo Card. 11. Moralem alium ex hiſce verbis diſcurſum elicit Hugo Cardinalis, inquiens: *Incidit in manus medicorum quoad infirmitatem.*

tem, & in manus divitum quoad paupertatem, in manus advocatorum, quoad adversitatem. Alii medicorum curæ, alii divitum potentiæ, alii Advocatorum se debent committere protectioni: *Sed omnes, id est, divites mundi, id est, & medici, & advocati, latrones sunt; quia divites pauperes spoliant & opprimunt, similiter medici infirmos spoliant pecuniâ & occidunt; similiter advocati omnes, quot possunt, spoliant, & pauperes & divites.*

Qui etiam spoliaverunt eum.

12. Quænam porro hæc spolia fuerint, Salmeron his verbis declarat: *Gratuitis & divinis donis, quæ interna animæ vestimenta sunt, ut gratiâ adoptionis, sapientiâ infusâ, justitiâ originali, immortalitatis veste, tunicâ fidei, fasciâ spei, quæ constringit pectus, togâ charitatis, cingulo castitatis, inauribus obedientiæ, armillis bonorum operum, & pallio patientiæ.* Salmer. to. 7. tr. 16.

13. Consideretur igitur ingens animæ cujusdam in peccatum mortale prolapsæ, & in Satanæ potestatem redactæ calamitas & miseria, spolium verò & lucrum, quod ex illa sibi vendicat, in eo consistit quod illam omnium bonorum operum meritis exuat, quæ sibi per totum plurium annorum decursum sibi comparaverat: *Si averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem, nunquid vivet? Omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur,* inquit Deus apud Ezechielem. Ezech. 18. 24.

Et plagis impositis abierunt.

14. Dionysius Carthusianus universo humano generi, per prothoparentum nostrorum transgressionem, quatuor præcipuè vulnera inflicta fuisse dicit: *Quatuor vulnera animæ ex originali peccato, videlicet malitiam, id est, pronitatem ad mala, in voluntate; ignorantiam in intellectu, infirmitatem in irascibili, concupiscentiam in concupiscibili.* Dion. Carth.

S. Bonaventura dicit: *vulneraverunt eum in naturalibus*: natura etenim nostra in donis naturæ sauciata permansit, siquidem contraxit cæcitatem in intellectu, in voluntate odium, oblivionem in memoria, malam in sensibus nostris propensionem, superbiam in supercilio, mentis inverecundiam in fronte, in oculis invidiam, curiositatem inauribus, in lingua libertatem. Salmeron ulterius hæc vulnera recensendo progreditur: *Vulnus*, inquit, *suscepimus in corde tristitiæ, in ventre gulæ, in renibus libidinis, in pedibus pigritiæ & instabilitatis, in manibus avaritiæ & rapacitatis; omne caput languidum, & cor mœrens, à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas, vulnus, & livor, & plaga tumens,* inquit Isaias. S. Bonav. in Luc. Salm. Isa. 1. 5. 6

17. Albertus Magnus: *Dæmones homines vulnerant criminibus & peccatis, peccata namque plagæ & vulnera sunt animæ*; imò peccatum non solùm animæ mortem adfert, quod est certissimum, sed & vitam corporalem pariter abbreviat: *Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas.* Nullum reperitur venenum quantumvis mortiferum, quod ipsimet serpenti illud in viscera suis deferenti mortem conciliet, solum peccatum adeo est pestilentiale venenum, ut temporalem corpori, æternam verò mortem animæ acceleret: *Corpus & animam perdit in gehennam.* Alb. M. Eccli. 21. 4. Mat. 10. 28.

16. Albertus Magnus considerat, quòd unusquisque nostrum per hæc vulnera pro priam in rectè operando experiatur debilitatem & difficultatem: *Patet omnibus, qui niti voluerint ad bonum, & difficultatem sentiunt.* Alb. M. in Luc.

Et abierunt.

17. Albertus Magnus in sermone quodam in hanc Dominicam dicit: *Dæmones vulneribus tam diversi modè inflictis, abeunt, peccatore semivivo relicto.* Quomodo verò intelligendum sit, quòd dæmones à peccatore discedant, sequentibus verbis declarat: *Per hoc quod abeunt,* inquit, *intelligitur, quòd dant peccatori spem, & præsumptionem longioris vitæ*; multi enim voluptatem in peccatis suis esurientes, malæ conscientiæ remorsum & synderesim minimè sentiunt, nec propriorum vulnerum, quibus sauciati sunt, non percipiunt dolorem, idque quia longam vitam ipsorum futuram esse somniantes, nullum æternorum suppliciorum timorem habent. Alb. M. hic. serm. 67

18. Salmeron hunc dæmonis discessum ad tempus tantùm fieri dicit, quia hominem suis suggestionibus & tentationum insultibus infestare ad certum aliquod tempus desinunt: *Dicuntur abiisse ad tempus, cessantes ab actu tentandi; abierunt enim seu victores captæ* Salm. ibid.

præda,

præda, ad allos ſeducendos & ſpoliandos. Sanctus Auguſtinus dicit: *Abierunt non ceſſando ab impietate, ſed occultando inſidias.* S. Aug. in Gloſſ.

19. Idem quoque aliam ex his verbis quoad fugacitatem voluptatum, moralitatem deducit: *Significatur etiam*, inquit, *quam citò præterеat peccati voluptas*; adducitque textum illum Sap. 5. *Quid nobis profuit ſuperbia, aut divitiarum jactantia? tranſierunt omnia illa tanquam umbra: Eſi autem pertranſeat peccati voluptas, remanet tamen vulneris ſignum, ut meritò conferatur api, quæ comedentibus mel ſuum relinquit aculeum, dum fugit.* Sap. 5. 8.

Semivivo relicto.

20 S. Bonaventura ſupradictæ explicationi inhærens, ſcilicet per hunc deſpoliatum hominem noſtrum intelligi protoparentem qua ratione hoc dictum intell gendum ſit, his verbis declarat: *Reliquerunt ſemivivum*, inquit, *quia ſubtractâ ſimilitudine Dei, ad quam creatus eſt homo, remanſit ſola imago, ut verè poſſit dici illud: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis.* S. Bonav. in Luc. Pſ. 48. 21

21. S. Auguſtinus ait: *Abierunt ſemivivo relicto, quia immortalitatem exuere, ſed rationis ſenſum abolere non poſſunt, quin homo ſapere, & Deum poſſit cognoſcere.* Idem quoque S. Doctor à Gloſſa relatus, in alio ſenſu ita exponit: *Habet finalem motum, id eſt, liberum arbitrium vulneratum, & ad æternam vitam, quam perdiderat, redire non ſufficiebat, & ideo jacebat, quia vires ei propriæ ad ſurgendum non ſufficiebant, ut ad ſe ſanandum, medicum, id eſt, Deum requireret.* S. Aug. in Gloſſ.

22. Theophylactus à Gloſſa citatus conſiderat, quòd, quia ex corpore & anima compoſiti ſumus, è quibus anima immortalis, corpus verò mortale exiſtit, ideo ſemivivus dicitur homo poſt peccatum, *ita ut meditas hominis morti ſuccumbat*, quia anima mortem ſibi æternam conciliat: *Per peccatum mors.* Albertus Magnus de peccatore ita ſcribit: *Poſtquam ſe dæmonibus ſubjecit per conſenſum & peccati actum, ſtatim anima ejus morte ſpirituali trucidatur, & nihil in eo vivum relinquitur, niſi corpus tantum.* Theoph. Alb. M.

Versus 31.

Accidit autem, ut Sacerdos deſcenderet eâdem viâ, & viſo illo præteriit.

1. *Perſona pertranſiens cum duritia*, inquit S. Bonaventura, *fuit legalis juſtitia, quæ nec miſericordiam, nec medicinam præſtabat.* S. Auguſtinus pariter in eundem ſenſum allegoricè ita ſcribit: *Sacerdos & Levita qui tranſeunt, ſacerdotium & miniſterium veteris figurant teſtamenti, ubi vulnera languentis mundi monſtrantur, ſed non curantur.* S. Bonav. in Luc. S. Aug. in Gloſſ.

2. Senſum horum verborum moralem Lyranus adducit, dum ait: *Sunt Eccleſiæ mali miniſtri, curantes tantùm de levatione pecuniæ, & non ſanatione culpæ.* Hugo Cardinalis nimiam tum Sacerdotis, tum Levitæ, miſerabili adeo ſpectaculo non commotorum inhumanitatem, promptæ ſchiſmatici ſive Samaritani, ejuſque ſæcularis charitati comparans, dicere non veretur: *Judæi naturaliter avari ſunt, & clerici avariores; quaſi conſueti ſemper accipere, & nunquam dare.* Salmeron ſimiliter Eccleſiaſticorum redarguens tenacitatem, dicit: *Arguuntur, quòd minus ſint miſericordes, & tenaciores in ope præſtanda, cum tamen bona clericorum ſint pauperum, & non ſolùm debeant occurrentibus egenis alacriter ſubvenire, ſed etiam ipſos pauperos & egenos delitеſcentes inquirere, & quoad poſſunt, eorum inopiam ſublevare, & propterea eorum inunguntur manus, dum ſacris initiantur, ut miſericordiâ affluant.* Lyran. Hugo C. Salm. to. 7. tr. 16.

3. Deceptionem hujus populi Lucas Burgenſis diſcutit, utpote qui pietatis & miſericordiæ opera, in quibus principalis ſalutis ratio conſiſtit, pertranſeant, ſolis ſacrificiis & legalibus obſervantiis: *Notat hic ac perſtringit Salvator feram ſacerdotum Judaicorum inhumanitatem, fidentium ſacrificiis & cæremoniis, quod verò præcipuum eſt, charitatem crudeliter negligentium.* Lucas Burg.

4. Albertus Magn. per hunc vulneratum graviterque faucium, peccatorem intelligens, qui in dæmonum manus incidit, omnibusq; bonorum operum meritis exutus fuit, nimiã redarguit in hoc pertranſeunte ſacerdote inclementiam, indicem eorum, qui ad Alb. M. in Luc.

ſanandas in anima peccatorum plagas, nullo charitatis inſtinctu moventur: *Multi etiam noſtrorum Sacerdotum non curant ſauciatos in peccatis, ſed paucula illa (quæ à dæmonibus relicta ſunt) temporalia tollunt, & peccatorum vulnera non curant, per ſinceram Sacramentorum exhibitionem.*

5. Diverſas hujus facti, eaſque ſingulas notatu dignas examinat circumſtantias Toletus, dicens: *Nota verba, quibus Dominus hujus prætereuntis crudelitatem exprimit; Sacerdos enim erat, cui ex officio ac dignitate incumbebat miſericordiam facere; rurſus deſcendebat, eâdem viâ, ſicut ille miſer deſcenderat, ſi unus aſcendiſſet & alter deſcendiſſet, poterat modo aliquo Sacerdos ſe excuſare à ſubveniendo, nimirum ne iter ſuum interrumperet aut reverti cogeretur. at non ſic fecit; deſcendebat enim, ſicut ille percuſſus, poteratque Sacerdos ſecum illum ducere ſine itineris detrimento; rurſus etiam vidit, ſi enim non vidiſſet, culpa non eſſet.* Toletus.

6. Sacerdos hic, qui pariter de Jeruſalē, civitate ſancta, ad maledictam à Deo urbem Jerichontinam deſcendebat, à templo profugus; clericos illos & malos deſignabat Eccleſiaſticos, quorum major & irreparabilior ſolet eſſe caſus, quia de loco corruunt eminentiori: at verò *corruptio optimi peſſima*: & ideo omni ſe charitate, compaſſione & humanitate deſtitutum eſſe demonſtrat.

7. Sollicitaverit forſitan nonnemo, quare ſolus ille miſer viator, non verò ſacerdos aut Levita in hac ſolitudine ſpoliatus fuerit, cum tamen omnes tres per eandem graderentur viam? reſponderi poteſt, prædones illos ſacerdotalis & leviticæ dignitatis reſpectum habuiſſe, licet hi tali ſe prærogativâ verè indignos præſtiterint, utpote qui bonorum Eccleſiaſticorum partes nequaquam adimpleverunt.

Viſo illo prætervit.

8. Si Sacerdos caſum hunc maturâ conſideratione diſcuſſiſſet, indubiè ad compaſſionem animum ſuum inclinaſſet, veraciter agnoſcens, nullam eſſe miſeriam tantam humanam, in quam non omnes & ſinguli, niſi divinitus præſervemur, cadere poſſimus; hac utique cogitatione motus tale ſauciato illi auxilium tuliſſet, quale ſibi in ſimili neceſſitate conſtituto præberi optaſſet. Interpres quidam ſupra illum ſacræ Scripturæ textum (*prætereuntes blaſphemabant*) ita diſcurrit: iſti in monte Calvariæ carnifices, dicuntur *bene prætereuntes, quia ſi ſtetiſſent, nunquam blaſphemaſſent.* Ita pariter dico ego: Sacerdos hic viator bene dicitur præteriens, quia ſi ſtetiſſet, miſericordiam cum proximo feciſſet. *Mat. 27. 39.*

9 Suppoſito, quòd hic vulneratus peccatorem deſignet, juſto Dei judicio à Sacerdotibus deſtitutus & derelictus fuit, in pœnam etenim acediæ præteritæ in Sacramentis aut impiè ſuſceptis aut omnino neglectis, ſæpe ſæpius permittit DEUS, ut, quando maxima eſt Sacramentorum ſuſcipiendorum neceſſitas, ſcilicet in mortis articulo tunc Sacerdotes prætereant, id eſt, infirmus Sacramentis à Sacerdote conferendis omnino deſtituatur; nec immeritò, quia per tot vitæ veſtræ annos, *vocavi & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret; deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: ego quoque in interitu veſtro ridebo & ſubſannabo.* Sciendum inſuper, miſerum hunc ab illis ipſis deſtitutum fuiſſe, qui vi officii ſui præ omnibus aliis obligabantur auxiliatrices ei manus præbere; ut ſciamus, nos pariter juſto DEI judicio, ut primum per opera mala ei renunciaverimus, ab eoque receſſerimus, ab illis etiam derelinquendos eſſe, à quibus maximam præ omnibus aliis poteramus ſperare in tribulationibus opem; præterquam quòd omnis anima, concitata madverſus ſe habens iram DEI, odibilis ſit creaturis omnibus. *Prov. 1. 26.*

10. Diſtinctam à prioribus rationem adducit Hugo Cardinalis, quare nimirum alii viatores ſimiliter non inciderint in horum prædonum manus: *Fortè in ſocietate erant & ille ſolus; propter quod dicitur: Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe.* Ex quibus in rem noſtram hæc deducitur moralitas, quòd ſcilicet omnes, qui rectè & ſecurè per viam ſpiritus incidere geſtiunt, bonum debeant habere ducem, & non dirigere greſſus ſuos juxta proprium arbitrium. *Hugo C. Eccl. 4. 10.*

Verſus

Verſus 32.

Similiter & Levita cùm eſſet ſecus locum, & videret eum, pertranſiit.

Gloſſa. 1. *Sacerdos*, ait Gloſſa, *Dei legem annuntiat; deſcendit quidem lex per Moyſen in mundum, & nullam ſanitatem contulit; deſcendit Levita, qui typum oſtendit Prophetarum, ſed & hic nullum ſanat, quia lex peccata arguit; ſed pertranſit, quia indulgentiam non largitur.*

2. Levitæ olim erant, quales hodie apud nos ſunt Diaconi. Ecce tibi effectum pravum, quem in iſto Levita, perverſum cauſavit Sacerdotis exemplum: *Similiter & Levita*; noſtra enim depravata indoles, malis potius quàm bonis trahitur exemplis, præſertim ſi à Superiorum exceſſibus dimanent. Proinde Lucas Burgenſis ait: *Qualis Sacerdos, talis & Levita, minor ſequitur majoris exemplum.* Aggravatur porrò horum duorum defectus ex eo, quia ſcilicet uterque cultui divino dedicatus, debitum habebat charitatis & compaſſionis erga proximum, maximè eo tempore, quo ejus exercitium ſine ſæcularium ſcandalo intermittere non poterant; veruntamen *ſicut lumen eorum, ita & tenebræ.* Iterum uterque de natione Hebraica oriundus erat, uterque de civitate veniebat Jeroſolymitana, ubi prædicabatur & explanabatur lex illa charitatis, Moyſi à Deo data, de bove proximi è lacu extrahendo; ſi enim Dominus voluit ſubveniri proximi cujuſcunque bovi, fortè fortuito in foſſam cadenti, quantò verius præceperit ſubſidium ferri agonizanti, & inſuper ab omnibus deſtituto homini? Ad rem noſtram S. Bonaventura ita diſcurrit; *Et hoc erat magis reprehenſibile in Sacerdotibus & Levitis, quàm in aliis perſonis, propter quod dicitur: Miſericordiam volui, & non ſacrificium; unde iſte legisperitus dicitur dixiſſe: Diligere proximum tanquam ſeipſum, majus eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis.*

Lucas Burg.

Pſ. 138. 12.

S. Bonav. hic.

Matt. 9. 13

Salm. ib.

3. Ly *pertranſit* Salmeron ad imitationem Gloſſæ, in ſenſu allegorico ita interpretatur: *Dicuntur Sacerdos & Levita viſo illo præteriiſſe, quippe per legem cognitio tantum peccati & infirmitatis habita eſt; at per illam neque peccati remiſſio, neque ſanitas collata eſt. Per legem notus caſus Adæ, ſpoliatio donorum ac vulneratio, remedium tamen ſperandum erat ab uno Chriſto; namque impoſſibile erat, ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.*

Verſus 33.

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ſecus eum, & videns eum, miſericordiâ motus eſt.

Samaritanus autem quidam.

1. Autumat Janſenius, non ſine magnæ rationis pondere Chriſtum Samaritani ingeſſiſſe mentionem, utpote cum tota ſua gente exoſi apud Hebræos: *Præ omnibus gentibus Judæi maximè* (Samaritanos) *averſabantur, ſicut & illi Judæos, ut à Samaritano minimè expectanda videretur tanta humanitas Judæo homini exhibita.* Ex quibus Didacus Stella hanc elicit moralitatem, quod ſcilicet in pietatis & miſericordiæ operibus erga proximum nunquam attendendum ſit, cujus nationis aut indolis, quorum meritorum aut demeritorum ſit homo ille, cui beneficium confertur: *Tantùm præoculis eſt habendus proximus, & ejus neceſſitas; Samaritanus charitatem exercet cum ſuæ nationis & gentis inimico, ut diſcas proximò in neceſſitate ſubvenire, etiamſi de te malè locutus fuerit, &c.* Concludit denique diſcurſum cum hac, neceſſaria ſcitu, diſtinctione: *Officium juſtitiæ eſt, inquirere qualis unuſquiſque ſit, miſericordiæ verò dolere & miſereri pauperis & proximi inopiæ.*

Janſ.

Didac. Stell.

2. Albertus Magnus in diverſis hujus Samaritani citandis encomiis ſeſe occupat, ex una parte conſiderando beneficia ab eo in vulneratum collata, & inde ex altera parte totidem in particulari ad utilitatem noſtram educendo moralitates. Primum erat, quòd ſubitò ad miſericordiam & compaſſionem commotus fuerit, utprimùm eundem miſerum hominem vidit: *Igitur & nos, quia peccatorum vulneribus ſanciati*

Alb. M. ſer. 67. hic.

ſumus, rogare primò debemus Dei filium, creatorem noſtrum, ut circa nos miſericordiâ moveatur. Secundum conſiſtebat in eo, quòd acceſſerit & adhæſerit ei, ut extremâ miſeriâ laboranti ſuccurrere poſſet; ita nos pariter Salvatorem noſtrum rogare debemus, ut appropinquet nobis cum miſericordia ſua, prout jam olim per aſſumptionem humanitatis noſtræ viſitavit nos. Tertium conſiſtit in infuſione vini in vulnera: *Rogandus eſt, ut vinum ferventiſſimæ contritionis vulneribus animarum noſtrarum infundat.* Quartum relucet in affuſione olei: *Supplicandum ei, ut oleum internæ conſolationis, vino contritionis effundat.* Quintum conſtituit alligatio vulnerum: *Libenter ſuſtinere debemus, ut alliget vulnera noſtra ligaminibus præceptorum ſuorum.* Sextum eminuit in aſſumptione infirmi ſuper jumentum: *Jumentum Domini eſt crux, tunc jumento ſuo nos imponit, quando nos reminiſci facit & imitari amaritudinem paſſionis ſuæ.* Septimum correſpondet in conductione ad hoſpitium, per quod figuratur Eccleſia: *Tunc ducit nos in ſuum hoſpitium, quando participes facit omnium bonorum, quæ fiunt in Eccleſia per devotionem electorum*: *Particeps ego ſum omnium timentium te.* Pſ. 11. 63. Octavum ſe extendit ad charitatem illam, quâ impellente curam ejus habere geſtiit: *Tunc curam noſtri agit, cum facit nos proficere de bono opere in aliud bonum opus; curam circa nos per hoc oſtendit, quòd nos Sacerdotibus Eccleſiæ committit, qui Sacramenta nobis ad ſalutem corporis & animæ fideliter adminiſtrent.*

3. Potuiſſet equidem Samaritanus ſub apparenti prætextu, fauciatum hunc ſubterfugere, dicendo: *Non contuntur Judæi cum Samaritanis.* Judæi nauſeant & fugiunt nos; nequaquam conveniens eſt, ut appropinquem ei, qui me & nationem meam odio & horrori habet; excuſare ſe inſuper poterat, addendo: auxiliari tibi non ad me, ſed ad Levitam & Sacerdotem pertinet, qui non tantùm Eccleſiaſtici, ſed & compatriotæ tui ſunt, qui eandem pariter tenuerunt viam, ſi illi te dereliquerunt, conſequens videtur, quòd adinſtar beſtiæ mori merearis. Perpendit haſce circumſtantias ſanctus Ambroſius, dum ait: *Non mediocris iſte Samaritanus, qui eum, quem Sacerdos, quem Levita deſpexerat, non etiam ipſe deſpexit.* S. Ambr. l. 7. in Luc. Potuiſſet etiam Samaritanus, ſub prætextu periculi, cui ſe exponebat, ſubducere; reſtabat ſiquidem in eo deſerto, cum præſenti in eoſdem prædones incidendi timore, maximè cùm auxiliaretur illi, de quo ſuſpicari poterat, quòd fortè magnus eſſet horum aſſiſinorum inimicus, à quibus proinde inimicitiæ potius, quàm ſpoliorum cupiditatis inſtinctu taliter afflictus eſſet; has inter anguſtias magiſque reluxit admiranda Samaritani virtus.

4. Plurimum huic nos Samaritano debemus, ratione tot ſalutarium dogmatum, quæ nobis in heroica hac operatione poſt ſe reliquit: *Edocemur*, inquit Didacus Stella, *neminem deſpicere, & ſemper vivere ſancto quodam timore & humilitate; ſiquidem coram Deo pluris æſtimantur charitatis & pietatis opera, quàm literæ, ſapientiæ & religionis habitus; Deus autem dignitates aut perſonas non ſuſcipit, ſed perfectos charitate.* Did. Stell. Levita quidem & Sacerdos Samaritano excellentiores erant in dignitate, eruditione & doctrinâ; at Samaritanus utrumque vincebat in charitate. Docuit nos Samaritanus ille, quod opera miſericordiæ non ſuperficialiter, aut per modum cæremoniæ, ſed ex toto corde, omnique cum induſtria proximo ſint impendenda: non enim ſufficiebat Samaritano appropinquaſſe ad vulneratum, vulnera alligaſſe, de via amoviſſe, jumento impoſitum ad hoſpitium duxiſſe, ſed inſuper pecuniis ſuis oleum, vinum & hoſpitium ei comparavit; imò ad reddendos ſtabulario ſumptus ſeſe obligavit, ſi quos fortè, ſe abſente, circa ejus curam facturus eſſet. Ex quibus idem Author talem elicit doctrinam: *Docetur etiam, ut non ſolùm interno animi affectu moveamur, ſed etiam ut ipſis operibus adjuvemus; hic motus miſericordiæ eſt: pariter tamen manus liberales extendit; multi ſunt divites, qui miſericordia intus moventur, loculos tamen claudunt.*

5. S. Gre-

S.Greg. paſt.p.2. admo. 29.

5. S.Gregorius, docet ſæculares mundanóque homines, in operibus charitatis perfectiores eſſe, ad condemnandum nos, qui divino ſervitio conſecrati, plúsque luminis, adepti ſumus: *Pleramque actione ſæcularium vita continentium confunditur, cùm illi ultra habitum aſſumant opera, & illi juxta ordinem proprium non excitant corda.* Samaritanus hic ſine lege vivens, eos condemnat, qui legem indebitè prædicant. Adhibet porrò Author hunc Iſaiæ textum: *Erubeſce Sidon, ait mare; quaſi enim per vocem maris ad verecundiam Sidon adducitur, quando per comparationem vitæ ſæcularium atque in hoc mundo fluctuantium, ejus, qui munitus & ſtabilis cernitur, vita reprobatur.* Didacus Stella hócce nobis documentum reliquit: *Oportet nos diſcere, qui alios ſanctiores haberi volumus, quíque profeſſi ſumus, ſublimiorem vitæ ſtatum, ne fortè militibus & publicanis deteriores evadamus.* Ecce Levitam & Sacerdotem, qui non tantùm de civitate, ſed etiam de templo ſancto deſcendebant, in charitatis & miſericordiæ operibus illicò deficiunt, nolentes miſerrimo auxiliari ſæculari, quem ſchismaticum Deóque inimicum & adverſarium eſſe arbitrabantur.

Iſa.23.4

Did. Stell.

6. Huic textui alia innititur ejusdem Authoris ſententia, dicentis, paucos admodum eſſe, qui datum de operibus miſericordiæ, aliisque bonis actionibus præceptum, debitè adimpleant: *Docet locus iſte, quàm pauci ſint, qui veram regulam & normam proximi ſervent, & præceptum charitatis adimpleant: ex tribus unus ſolus miſericordiâ utitur; hoc enim devenimus, ut illa tempora feliciora fuerint, quàm hæc, quibus crudelitas & impietas erga proximos exercetur.*

7. Hic opportunus, ex ſingulari providentia divina, factus miſero illi ſuccurſus docet nos, quòd Deus nullum omnino deſtituat aut derelinquat, imò quòd omni exſpirante auxilii ſpe, maximè ipſe & viciniſſimè præſto ſit, ut patet in præſenti; pertranſierant enim illi ſinè compaſſione ulla, qui præ cæteris ad miſericordiam proximo exhibendam obligati erant, & ecce Dominus ſtatim cor Samaritani ad miſericordiam inclinavit: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt; potens eſt DEUS de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Iſrael.* Tunc divinam nobis opem viciniſſimam ſpondere poſſumus, quando videtur eſſe ſolitò remotior: *Juxta eſt Dominus iis, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalvabit.* Lippomanus ait: *Ubi omnis ſpes deſinit & humanum auxilium, tunc adeſt divinum.*

Luc.19. 40.

Luc. 3.8.

Pſ.33.19

Lipp.in c.2.Exo.

8. Sanctus Bonaventura ſenſui inſiſtens allegorico, ita ſermocinatur: *Perſona ſubveniens ex miſericordia, rectè intelligitur Chriſtus, quia Samaritanus interpretatur cuſtos, ipſe autem eſt, de quo in Pſalmo: Niſi Dominus cuſtodierit civitatem. Et Iſai. Cuſtos quid de nocte? Hic venit ſecus vulneratum, quia in ſimilitudinem hominum factus, & in ſimilitudinem carnis peccati; adhibuit medicinam, & hoc per gratiam Sacramentorum, in quibus fiunt inunctiones ſanantes vulnera peccatorum; adhibuit etiam vehiculum, ſcilicet per gratiam virtutum & donorum, per quam vehimur in ſtabulum Eccleſiæ, ſecundum illud: Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, & hoc quidem fit in ſtabulo Eccleſiæ; unde ſubditur: Elegi abjectus eſſe in domo DEI mei.*

S.Bonav hic.

Pſ.126.1

Iſa.21.11

Pſ.83.6.

Ibid.v.11

9. Lyranus in ſenſu morali per hunc Samaritanum, prædicatores interpretatur & Confeſſores: *Samaritanus autem eſt prædicator & confeſſor, motus ex charitate, alligans vulnera ſauciati per ſanum conſilium, infundens oleum miſericordiæ, & juſtitiæ vinum, & imponens illum in jumentum, quia non ſolùm mente præbet auxilium, ſed etiam prout poteſt corpore, quod eſt animæ jumentum, & ducit in ſtabulum Eccleſiæ, ubi datur pabulum verbi DEI, & Sacramenti Euchariſtiæ.*

Lyran.

10. S.Hieronymus, Salvatorem noſtrum parabolæ huic, non ſinè magni ratione momenti, exemplum Samaritani admiſcuiſſe advertit, inquiens: *Dicit, Samaritanum in hac parabola poni pro ſigno & miraculo, quod malus benefecerit.*

S.Hier. epiſt. ad Aglaſ. q.5.

Iter faciens, venit ſecus eum.

11. *Quia ſe propter nos conſtituit viatorem*, inquit Salmeron, *& hæc fuit potiſſima ſui itineris cauſa, (ac non fortuita, ut fuit Sacerdotis & Levitæ) nempè ut quæreret, & ſal-*

Salmer.

Luc. 19. 10.

& ſalvum faceret, quod perierat. Sanctus Thomas ſimiliter de Chriſto hunc textum explicans, ait: *Chriſtus propter nos homo factus eſt, vitæ præſentis iter arripuit.*

S. Thom. ſerm. in hac Do.

Et videns eum, miſericordia motus eſt.

12. Hanc parabolam, vel fortè hiſtoriam, licèt Chriſtus principaliter recenſuerit, ad oſtendendum, quis ſit proximus noſter, nihilominus etiam juxta mentem Lucæ Burgenſis: *Hic plane docemur, non ſolum quis ſit proximus noſter, verum etiam, quo diligendus modo; primum enim omnium requiritur affectus miſericordiæ & condolentia animi, ut exiſtimemus aliorum calamitates ad nos pertinere.* Citat autem hic Author illum ſancti Apoſtoli textum: *Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti, & laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes.*

Hebr. 13. 3.

Verſus 34.

Et appropians, alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum, & imponens illum in jumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam ejus egit.

Et appropians.

1. *Propiùs accedens*, ait Janſenius, *per ſuam nobiſcum converſationem, olim loquens Patribus in Prophetis, noviſſimè locutus eſt nobis in filio; in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* S. Auguſtinus p. riter de Chriſto interpretatur, dicens: *Compaſſionis noſtræ ſuſceptione finitimus, & miſericordiæ collatione vicinus.*

Janſen. c. 81. concord. Hebr. 11 Baruch. 3. 38. S. Aug. in gloſſ.

2. Lucas Burgenſis fuſius nobis explanat, in quo conſiſtat illa ad proximum approximatio: *Manum admovet, vulnera obligat, & quod neceſſitas poſcit, quodcunque poteſt, ipſe facit, omnia quæ habet, miſero uſibus concedit.* De jumento ſuo deſcendit, & ſaucium ei ſuperimponens, ipſe pedeſter graditur: *Neque impenſis, neque laboribus parcit, jam abſens quàm præſens provident egenti.* Hæc & ſimilia imitando, verè appropiamus proximo noſtro.

Lucas Burg.

Alligavit vulnera ejus.

3. Multa nos fortuitò aſſcribimus eventui, quæ tamen omnia infallibilis DEI providentia taliter futura ordinat, prævidet & proſpicit, id quod in hoc quoque Samaritano adimpletum fuiſſe, docet Origenes: *Ut autem ſcias, quod juxta providentiam DEI, Samaritès iſte deſcenderit, ut curaret eum, qui inciderat in latrones, manifeſtè doceberis ex eo, quod ſecum habebat alligaturas, ſecum oleum, ſecum vinum.* Inſpiraverat Samaritano DEUS, ut omnia illa ſecum portaret, quæ in ſubſidium miſeri illius neceſſaria deſerviebant, & ſine quibus in vaſta illa ſolitudine mortuus eſſet: *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Non defuit qui Samaritanum hunc operibus miſericordiæ vocandi conſuetudinem habuiſſe, piè contemplaretur, ideoque illas ſecum faſcias deportaſſe. Vel etiam dicere poſſumus, in præſenti locum habuiſſe illud Domini præceptum: *Scindite corda veſtra:* Motivo ſcilicet miſericordiæ & compaſſionis erga proximum ſita namque de Samaritano dicitur: *Miſericordiâ motus, appropians alligavit vulnera ejus.* q. d. Non habens alias ſecum faſcias, nec linum, rupit, diviſit laceravit proprium, quod in dorſo portabat induſium, ut alligaturas haberet in medelam vulnerum proximi ſui.

Orig. hom. 34. in Luc.

Pſ. 146. 3.

Ioel. 2. 13

4. Inſigne ex hoc Samaritani facto pietatis documentum elicit Didacus Stella, inquiens: *Docemur, ut vulnera & ulcera pauperum non ſint nobis tædio, nec faſtidium nobis generent, quemadmodum multis, qui, ut illa non videant, oculos & capita retorquent; Samaritanus appropians alligavit, nam ſi perfecta charitate es munitus, propriis manibus pauperem debes tangere & alligare, Chriſtum ſequens percuſſum & vulneratum, ut animæ tuæ vulneribus ipſe mederetur.*

Did. Stell.

5. S. Thomas ita interpretatur: *Sacramentorum ad ſalutem peccatorum inſtitutio, alligavit vulnera ejus.*

S. Thom. ſerm. in hac Do.

6 Sanctus Bonaventura autem in hac vulnerum ligatura, obſervantiam exiſtimat denotari

S. Bonav. ſer. 3. in hac Do.

notati præceptorum: *Nota, quòd Dominus ligaturis, ſcilicet decem præceptis, hominem ligat ſicut vulneratum, ne in vulneribus moriatur.*

Salmer. 7. Salmeron in ſenſu morali verba illa de protoparente, & corrupta natura noſtra explanans, inquit: *Hoc fuit alligare, non quidem auferre, ſed comprimere concupiſcentias, illaſque ut vinci poſſint, mitigare; atque hoc præſtitit per legem novam, vim ligandi habentem, nam lex à ligando dicitur; vincula illius ligatura ſalutaris.*

Janſen. 8. Janſenius pariter quidem de Chriſto, ſed cum alio ad eum reſpectu exponit. *Mox cæpit obligare vincula noſtra vinculo doctrinæ & gratiæ ſuæ.* S. Auguſtinus denique ita diſcurrit: *Alligavit vulnera ejus, peccata redarguendo cohibuit.*

S. Aug. in gloſſ.

Infundens oleum.

S. Ambr. l. 7. in Luc. 9. Sanctus Ambroſius mentem ſuam ad diverſa, quæ Samaritanus adhibuit, remedia extendit, inquiens: *Multa medicamenta medicus habet iſte, quibus ſanare conſuevit; ſermo ejus medicamentum eſt, alius ejus ſermo conſtringit vulnera, alius oleo fovet, alius vinum infundit; conſtringit vulnera auſteritate præcepti, fovet remiſſione peccati, ſicut vino compungit denunciationes judicii.*

S. Thom. loc. cit. 10. Ad chariſmata ſancti Spiritus locum hunc transfert ſanctus Thomas: *Gratiæ ſpiritus ſancti infuſio, infundit oleum.* Videtur autem Angelicus Doctor illa Eccleſiæ reſpicere verba, quibus Spiritum ſanctum nominat unctionem ſpiritualem: *ſpiritalis unctio.*

Salmer. 11. Effectus & proprietates olei diſcutiens Salmeron, per liquorem iſtum intelligit gratiam divinam: *Oleum etiam ad uſum lucis, & ad unguendum luctatores, & ad cibos, quos edimus, præparandos, ſolet deſervire; & talis eſt divina gratia, Chriſti ſanguine empta, quæ illuminat contra ignorantiam, & adjuvat contra imbecillitatem, & dulceſcere facit cordibus noſtris præcepta DEI.*

Et vinum.

S. Aug. in gloſſ. 11. Sanctus Auguſtinus utriuſque hujus liquoris infuſionem in ſenſu morali ita interpretatur: *Infundit oleum, dum pœnitentibus tribuit ſpem, dicens: pœnitentiam agite, quia appropinquat regnum cœlorum; infundit vinum, dum peccantibus terrorem pœnæ incutit Dominus, dicens: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.*

S. Greg. p. 2. poſt c. 11. 13. Sanctus Gregorius pariter à ſenſu literali ad moralem tranſit, dum inquit: *Per vinum mordeantur vulnera, per oleum foveantur, miſcenda eſt lenitas cum ſeveritate; ſit rigor, ſed non exaſperans; ſit zelus, ſed non immoderatè ſæviens; ſit pietas, ſed non plus quàm expediat.*

S. Chryſ. in hom. Luc. in hoc Eva. 14. Chryſoſtomus etiam vini & olei conſiderationi intentus, in vino ſanguinem contemplatur Redemptoris: *Vinum, id eſt, ſanguinem paſſionis & oleum chriſmatis, quibus & delictorum vulnera curantur, & ſanctificationis tutela præſtatur, ut indulgentia daretur per ſanguinem, ſanctificatio conferretur per chriſmatis unctionem.*

Salmer. 15. Salmeron non omnimodò diſſimilem à Chryſoſtomo diſcurſum format, dum per duos hos liquores, effuſum pro nobis Chriſti ſanguinem intelligit, dicens: *Quatenus dolorem & timorem incutit, vinum eſt, quia de beneficiis DEI etiam timendum, & quo majora, eo magis trepidandum eſt nobis, ne ingrati inveniamur; eſt ergo vinum, quatenus pœnitentiam elicit, & obedientiam legis, & imitationem ſuæ mortis à nobis exigit; oleum verò lenit eſt, quatenus remiſſionem peccatorum, & ſpem vitæ æternæ, & amorem, atque in adverſitatibus conſolationem & patientiam tribuit.*

Janſen. 16. Divinum hunc Samaritanum oleo & vino convenientiſſimè inſtructum eſſe perpendit Janſenius, dum ait: *Oleum & vinum, quæ ſolus ille ſecum in via aſſumpſit, ac nobis infundere potuit, hoc eſt, gratiâ & chariſmatibus ſpiritus ſancti, ac ſui ſanguinis effuſione nos curans; hæc enim rectè per oleum & vinum quis intellexerit; in quibus etiam duabus materiis, omnia penè Sacramenta, quibus curamur, conſiſtunt.*

Et imponens illum in jumentum ſuum.

S. Aug. in gloſſ. 17. Juxta Sancti Auguſtini ſententiam: *Jumen-*

Jumentum caro ipſius eſt, ſcilicet Chriſti, *in quâ ad nos venit, in quam ſaucium imponit, quia peccata noſtra portavit in corpore ſuo, imponi jumento, eſt in ipſam incarnationem credere.*

Theoph. in cat. 18. Theophylactus etiam, nomine jumenti corpus deſignari exiſtimat, dicentis: *Impoſuit in ſuum jumentum, hoc eſt, in corpus ſuum; membra namque ſua nos fecit, & participes corporis ejus.*

S. Ambr. ibid. 19. S. Ambroſius dicit: *Jumento imponit, dum peccata noſtra portat, & pro nobis dolet; homo enim jumento ſimilis factus eſt.*

Salmer. 20. Obſervat Salmeron in itinere ſuo non qualecunque animal, ſed notanter jumentum conduxiſſe: *Jumentum à juvando, quaſi juvamentum; & ſignificat innocentiſſimam carnem Domini, quam aſſumpſit, ut eam ſacrificaret pro delictis noſtris, & in qua onera peccatorum noſtrorum portaret.*

Duxit in ſtabulum.

S. Aug. l. 2. q. Evang. 21. *Stabulum eſt præſens Eccleſia*, inquit S. Auguſtinus, *ubi reſiliuntur viatores, in æternam patriam redeuntes; impoſitus jumento in ſtabulum ducitur, quia nec niſi baptizatus, niſi corpori Chriſti adunatus Eccleſiam intravit.*

Lucas Burg. 22. Lucas Burgenſis inſiſtens ſenſui literali, negat, nomine ſtabuli accipiendum eſſe ſtabulum ſtrictè dictum, ſed *Diverſorium, hoſpitium, quod pandochion græcè dicitur, quaſi quorumvis ſuſceptaculum, latinè ſtabulum à ſtando, quòd viatores ex itinere feſſi, illic ſtent.* Eandem quoque opinionem ſuſtinet

Alb. M. hic. Albertus Magnus, dum ait: *Ecce beneficium hoſpitalitatis, ſtabulum à ſtando dicitur; & ſignificat Eccleſiam, in quam pœnitens introducitur per pœnitentiam.*

Et curam ejus egit.

S. Aug. ibid. 23. Circa hæc verba Sanctus Auguſtinus conformiter prædictis, ita ſermocinatur: *Curam egit, ne ager præcepta, quæ acceperat, dimitteret.*

Verſus 35.

Et alterâ die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: curam ejus habe, & quodcunque ſupererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi.

Et alterâ die protulit duos denarios.

S. Aug. ib. 1. *Sed non vacat Samaritano*, inquit S. Auguſtinus, *diu in terris degere, redeundum erat, unde deſcenderat; itaque altero die, id eſt, poſt reſurrectionem ſuam, quando amplior æternæ lucis ſplendor, quam ante paſſionem effulſit in mundo, protulit duos denarios, id eſt, duo teſtamenta, in quibus æterni Regis nomen & imago continetur.* S. Bonaventura ad quantitatem ſolutionis ſe reflectens,

S. Bonav. hic. ait: *Parvum pecuniam protulit, quia fortaſſis parvam habebat, ſecundùm illud:*

Tob. 4. 9. *Quomodo potueris, iſto miſericors; ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum impertiri ſtude; & quia quamvis modica eſſet pecunia, magna tamen erat ſubveniendi voluntas, ideo jubetur: curam illius habe, & quodcunque ſupererogaveris, &c.*

Salmer. 2. Salmeron ex hoc duplici denario obligationem & debitum elicit Prælatorum & ſuperiorum Eccleſiaſticorum: *Præpoſitis ad benè gubernandum dedit duos denarios, id eſt, poteſtatem Verbi & Sacramenti, vel intelligentiam novi & veteris Teſtamenti, quæ eandem DEI imaginem referunt, & ſecundùm quam, Eccleſiam regere debent, vel dilectionis DEI & proximi præcepta, ſine quibus nemo benè gubernat.*

Et dedit ſtabulario.

S. Aug. ibid. 3. S. Auguſtinus per ſtabularium Apoſtolos intelligens, dicit: *id eſt, Apoſtolis dedit, quia tunc illis ſenſum aperuit, ut intelligerent ſcripturas.* Origenes quoque ſtabularium vocat *Eccleſiæ præſidem, cui diſpenſatio credita eſt.*

Orig. hom. 34. in Luc.

Et

Et ait : curam illius habe.

Salm. 4. *Hoc dictum eſt*, ait Salmeron, *Petre, & in illo, & per illum, in conſecratione, omnibus Epiſcopis dicitur* : Quamdiu divinus Samaritanus ipſe nobis præſens aderat, vulneribus peccatorum noſtrorum ſanandis ſollicitè invigilabat : *Joa.17.12* *Cùm eſſem cum eis, ego ſervabam eos uſque ad diem reſurrectionis, ſive aſcenſionis ; nam ille eſt dies alter à paſſione, & tunc protulit duos denarios, quos dedit ſtabulario ſive hoſpiti, hoc eſt, Petro Apoſtolorum Principi, & Eccleſiæ Paſtori, cui ad literam poſt reſurrectionem data eſt tanquam Paſtori, cura ovium Chriſti ; & in eo intelligendus eſt omnis ordo Prælatorum.* Conſiderat, quòd ſæpius per fragilitatem noſtram in priora peccata relabamur, & conſequenter iterum à latronibus infernalibus ſpoliemur : propterea *Congruum erat, ut tantæ ſapientiæ medicos ſpirituales relinqueret.* Inſignem horum verborum contemplationem nobis poſt ſe ſcriptam reliquit, in epiſtola ad Eugenium Papam, S. Bernardus inquiens: *S. Bern. lib. 4. de conſid.* *Audiſti, curam illius habe, non cura, vel ſana illum ; verum dixit, quidam: non eſt in medico, ſemper relevetur ut æger ; fac tu quod tuum eſt, nam DEUS quod ſuum eſt, abſque tua ſollicitudine & anxietate curabit.*

Et quodcunque ſupererogaveris, ego cùm rediero, reddam tibi.

S. Aug. in Gloſſ. 5. S. Auguſtinus hujuſmodi deſuper diſcurſum format: ſupererogat Apoſtolus, cùm dicit : *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do ; ſupererogat, cùm non utitur poteſtate accipiendi neceſſaria : rediens in judicio reddet, dicens : quia ſupra pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.* Notandum verò occurrit, Samaritanum hoſpitio certum dediſſe duorum denariorum pretium, pro laboribus tranſactis ; at pro impendendis certam indefinitè promiſiſſe ſatisfactionem: *Quodcunque ſupererogaveris* : ratio differentiæ hæc eſt, quæ fiunt præceptorum adimplendorum gratiâ, ſuam habent limitatam mercedem ; at opera ſupererogationis merces manet indefinita & illimitata. Differentiam porrò, quæ inter hæc præcepti & conſilii opera intercedit, hanc nobis tradit Salmeron : *Erogat, qui ſibi talenta credita diſtribuit, ſupererogat, qui amplius, quàm accipit, impendit, id eſt, qui præceptis Chriſti adjungit Eccleſiæ mandata, & illa pro tempore, & loco, & perſonarum ratione conſtituit, quo melius ſerventur Divina & Evangelica decreta, præſcriptiſque Domino adjungit conſilia.* *Salmer.*

6. Neque obiter conſideranda erit hæc in ſubventione miſeri, tanta Samaritani liberalitas, nullum enim ſanationis aut ſollicitudinis definit pretium, ſed : *Quodcunque ſupererogaveris* ; non obſtante, quòd de natione oriundus eſſet, veræ religioni inimica : ecce tibi eleemoſynarum, etiam à malis ſæcularibus factarum utilitatem, dum tales Dominus gratioſè illuminat, & in veræ cognitionis viam reducit. *Lyran.*

Verſus 36.

Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe, qui incidit in latrones ?

1. Iſidorus Peluſiota pluribus docet, quis in præſenti per proximum intelligendus fuerit : *Proximitas natura æſtimatur non virtute, ſubſtantia non dignitate, compaſſione non loco, curationis modo, & non loci perpetuitate ; illum namque arbitrare proximum, qui tui maximè indigeat, & ſponte tuâ ad auxilium ei ferendum accede.* *Iſid. Peluſ. lib. 4. ep. 123.*

2. Hanc quæſtionem format ſapientiſſimus magiſter, volens ut Samaritanus ex hiſce tribus deſignet eum, qui verè illius vulnerati proximus fuiſſe, dicendus ſit, quatenus ita ore proprio ſe ipſum condemnet, ſuamque reprobet opinionem, vi cujus tenebat, ſolos ſuæ nationis homines, Judæos ſcilicet, proximos denominandos eſſe. Et ideò Salmeron ait: *Dominus hac parabola indicat, proximum non concludi Judaicæ gentis anguſtiis, ſed quemlibet hominem hac appellatione comprehenſum eſſe.* *Salm.*

3. Advertit Theophylactus, ipſum, qui legiſperito loquebatur, eundem fuiſſe, qui noſtram coagelaverat naturam: *Salvator,* *Theoph.*

quoniam conditor ipſe erat, ſciens nos omnes unam creaturam, non operibus neque dignitatibus, ſed naturâ definit proximum; omnes enim inquit, qui ejuſdem naturæ ſunt, proximi sui ſunt. Scriba autem nec Sacerdotem, nec Levitam, hujus vulnerati proximos cenſebat eſſe compellandos, ratus proximitatem non à perſonarum dignitate, non à nationum diverſitate, neque à prudentum ſcientia, ſed à dilectionis præcepto derivandam eſſe: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, ideoque reſpondere coactus fuit: *Qui fecit miſericordiam.*

Lucas Burg. 4. Contra quem pariter militat hæc Lucæ Burgenſis doctrina: *Ratio proximi in communi hominis natura fundatur, hominem enim hominis causâ creavit DEUS, cunctoſque inter ſe ita devinxit; ut ſe mutuò diligere juvareque teneantur, nullo habito reſpectu juſtitiæ, amicitiæ, generis, patriæ, nationis, aut quorumvis aliorum.*

Verſus 37.

At ille dixit: Qui fecit miſericordiam in illum: & ait illi Jeſus: Vade, & tu fac ſimiliter.

At ille dixit: qui fecit miſericordiam in illum.

S. Ambr. hic. 1. *Non enim cognatio*, inquit S. Ambroſius, *facit proximum, ſed miſericordia; quia miſericordia ſecundùm naturam; nihil enim tam ſecundùm naturam, quàm juvare conſortem naturæ.*

S. Bonav hic. 2. S. Bonaventura hâc ſancti Ambroſii ſententiâ propriam ſtabilire nititur, dum ait: *Patet, quòd proximitas magis attenditur penes naturalem dilectionem & compaſſionem, quàm penes carnalem cognationem.*

Salmer. 3. Accommodè ponderat Salmeron, hunc legiſperitum contra propriam etiam voluntatem ſuam, compulſum fuiſſe ad veritatem edicendam: *Tanta eſt vis veritatis, ut ex ore hoſtium, etiam capitalium interdum prorumpat.* Tales autem erant inimici adverſum Judæos Samaritani.

Et ait illi JESUS: vade, & tu fac ſimiliter.

Alb. M. hic. 4. Epilogum hunc Albertus Magnus ſequenti illuſtrat doctrina: *Vade potius profectu virtutis, quàm paſſu pedis; Fac, non doce tantùm, ſed ad opus convertere; ideo enim Levit. 1. præcipitur: os turturis in ſacrificio ad aſcellas retorqueri, ut os doctrinæ verbi ad opus retorqueatur.* *Lev. 1. 17*

* * * *
* * *
*

DOMI-

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Cap. 16. Lucæ.

v. 11. *DUm irent in Jeruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galliæam.* 12. *Et cùm ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt à longe.* 13. *Et levaverunt vocem, dicentes: JESU præceptor miſere noſtri.* 14. *Quos ut vidit, dixit: ite, oſtendite vos ſacerdotibus; & factum eſt, dum irent, mundati ſunt.* 15. *Unus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus eſt, egreſſus eſt, cum magna voce magnificans DEUM.* 16. *Et cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens; & hic erat Samaritanus.* 17. *Reſpondens autem JESUS, dixit: nonne decem mundati ſunt, & novem ubi ſunt?* 18. *Non eſt inventus, qui rediret & daret gloriam DEO, niſi hic alienigena.* 19. *Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te ſalvum fecit.*

Verſus 11.

Dum iret in Jeruſalem, tranſibat per mediam Samariam & Galilæam.

Cùm iret in Jeruſalem.

1. RAtionem, quare præſens nobis exhibeatur hiſtoria, aſſignat Gloſſa ſequentem: *Poſt parabolam, quâ invitat Dominus ad humanitatem & perſeverantiam in diverſis officiis DEI, reprehenduntur ingrati de impenſis beneficiis.* Gloſſa.

2. Miraculum iſtud Chriſtus perpetravit itinerans, quia ſcilicet *Pertranſit benefaciendo & ſanando omnes.* Aliquam porrò cauſam, quare Chriſtus in ipſo actuali itinere dictam ſanationem operari voluerit, hanc nobis moralem tradit Didacus Stella: *Ut ſignificaret, virtutem tam frequentem eſſe faciendam, ut, etiamſi in itinere, & obiter ſeſe occaſio obtulerit, bene operemur.* Act. Ap. 10. 38. Didac. Stell.

Per mediam Samariam & Galilæam.

3. Dionyſius Carthuſianus, ſenſum ſecutus moralem, per Jeruſalem (quæ viſio pacis interpretatur) ſignari docet cœleſtem Beatorum patriam; per Samariam (quæ dicitur cuſtodia) vitam activam, in obſervantia præceptorum ſituatam; per Galilæam denique; (quæ tranſmigratio nominatur) vitam intelligit contemplativam, quæ ſpiritualiter à bonis viſibilibus ad inviſibilia tranſit: *Qui ergo ad ſupernam cupit pertingere patriam, primò ſe in actibus exerceat vitæ activæ, deinde in actibus contemplativæ, ad quam ducit vita activa, ſicut ad habitaculum janua.* Dion. Carth.

4. S. Antonius de Padua ordinem diſcutiens hujus itineris in ſenſu pariter morali docet debere omnes, quotquot Jeruſalem intrare geſtiunt, primò per Samariam & Galilæam tranſire, idque non ſine myſterio: quia *Samaria cuſtodia, Galilæa tranſmigratio, Jeruſalem viſio pacis interpretatur; qui præcepta cuſtodit, ad virtutes tranſit, ut ſic in Jeruſalem ire poſſit.* S. Ant. Paduan. ſer. in Dom. 13. poſt Pent.

5. *Samaria*, dicit Sanctus Bonaventura, *cuſtodia interpretatur, quæ debet eſſe in actio-* S. Bonav. hic.

actione : Custodi pedem tuum, ingrediens domum DEI.

Hugo C. 6. Hugo Cardinalis de cordis & sensuum custodia intelligendum esse existimat: *Ideò per mediam Samariam & Galilæam transit* JESUS, *dum vadit in Jerusalem, quia quilibet, volens pervenire ad cœlestem beatitudinem, oportet, transmigrando mundum, custodiam cordis & sensus habeat.* Perpendit idem insuper Author, quòd hic Christi transitus duplicem nobis, præceptorum scilicet, ac consiliorum exhibeat semitam: *Hic ostenditur duplex via ad vitam æternam, una communis, quæ est omnium, hæc est Samaria, id est, præceptorum; alia est semita, quæ est perfectorum, & hæc est Galilæa, id est, adimpletio consiliorum; interpretatur enim transmigratio facta, quod competit perfectis, qui de præceptis ad consilia servanda transmigrant; per hæc duo siquidem itur in Jerusalem.* Ad-

Prov. 3. 21. ducitque Author illum Sapientis textum: *Custodi legem meam atque consilium meum (ecce Samaria & Galilæa) & erit vita animæ tuæ (ecce Jerusalem) quod autem dicitur per mediam, significat, quòd non tota vita danda est activæ, nec tota contemplativæ; sed medium inter utramque tenendum est; sic Moyses modo in valle cum populo, modo in monte cum Domino.*

7. Quare Christus in Samaria non subsi-

Didac. Stell. terit, sed potius transisse dicatur, causam adducit Didacus Stella, quia scilicet Samaritani gentiles erant. *Transibat, non permanebat: docens nos, quòd non morandum est inter malos; ideò transibat etiam, ne Judæos scandalizaret, multùm cum gentibus conversans.*

Versus 12.

Et cùm ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui stetérunt à longè.

Et cùm ingrederetur quoddam castellum.

S. Ant. Pad. ibid. 1. S. Antonius de Padua per hoc castellum in sensu allegorico mundum intelligit, quem Christus ingrediens, obvios habuit leprosos decem, id est, totum genus humanum, in decem leprosis figuratum: *Quia contra decalogum peccaverat, & adeo lepra iniquitatis respersum erat; ideo clamabat: JESU præceptor miserere nostri: salutem vocavit & misericordiam postulavit genus humanum, & Dominus utrumque fecit.*

Occurrunt ei.

2. Occursum hunc non casualem aut fortuitum, sed *Excogitato consilio*, ordinatum esse, docet Lyranus: *Quia audierant famam de mirabilibus Christi.* Ly autem *Occurrerunt*, industriè ponderat Didacus Stella, inquiens: *Occurrere, prodire obviam est; nemo ad DEUM vadit, nisi prius DEUS ad eum veniat: ipse nos quærit, illis occurrit.* Lyran. Did. Stell.

3. Præclaram hujus occursus, in ingressu Christi in castellum, facti moralitatem Albertus Magnus verbis assignat sequentibus: *JESU castellum ingredienti occurrunt; ille JESU occurrit, qui hoc firmiter credit, quòd JESUS ad judicium in mundum veniet, & quod in sua carne resurget, & coram DEO judice stabit, vel vitæ æternæ, vel mortis perpetuæ sententiam auditurus.* Alb. M. ser. 68. in Dom. 13. post Pent.

4. Lucas Burgensis eandem cum Lyrano horum verborum considerationem instituit, dicens: *Occurrerunt non casu, sed studio, postquam audivissent, quòd JESUS illuc erat transiturus; cujus potentiam cum benefaciendi promptitudine conjunctam, fama noverant.* Lucas Burg.

5. Advertit præterea idem Author inimicitias ad invicem & odia exercuisse Judæos & Samaritanos, quo fine Salvatori objiciebat Samaritana illa: *Quomodo tu Judæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* Unde & S. Joannes subjungit: non enim *Coutantur Judæi Samaritanis.* Alia etiam vice quadam ex eodem in Judæos odii impetu, in facie Christi portas ei civitatis occluserunt Samaritani: hi tamen non obstantibus, in societate reliquorum Judæorum, unus quoque comparet hodie Samaritanus, omnesque concorditer ac unanimiter sese Christo repræsentant: *Non solùm morbi communio eos inter se conciliaverat, sed & commune studium sanitatis, ut simul omnes quasi facta manu, Christi benevolentiam expugnarent.* Joan. 4. 9.

6. Insignissimum salutis promovendæ documentum nobis tradunt hi leprosi, ut scilicet ad eorum imitationem, nullas siquamus præterlabi, quæ salutis nostræ sese offerunt occasiones, id quod Dida-

Did. Stell. Didacus Stella pariter advertit, dum ait: *Docemur, ſummam ſollicitudinem circa ſalutem noſtram adhibere, ne remedium differentes, occaſionem ſalutis conſequendæ amittamus.* Stabant igitur eo loco prompti, ubi perdere non poterant Salvatorem, quia ſcilicet neceſſario iſtac tranſiturus erat; imò ne à Salvatore præventi, omni deſtituerentur ſpe ſanitatis obtinendæ, ante viam occuparunt, quam Chriſtus transiret, aut caſtellum intraret, quia ipſis loca ab hominibus inculta ingredi prohibitum erat, ne inficerent alios. Optimè profectò hi leproſi cognoſcebant, quanti referat, bonas nunquam perdere occaſiones & ſocietates.

Decem.

S. Bonav ſerm. 1. in hac Dom. 7. *Sunt peccatores, decem mandatorum transgreſſionibus vitioſi*, inquit S. Bonaventura.

S. Thom. ſerm. in hac Do. 8. At S. Thomas per decem hoſce, decem intelligit peccatorum turmas: *Decem leproſi poſſunt ſignificare decem genera peccatorum; primus infidelis; ſecundus blaſphemator & detractor; tertius guloſus; quartus avarus; quintus ſuperbus; ſextus ambitioſus; ſeptimus hypocrita, vel vanè glorioſus; octavus luxurioſus; nonus homicida; decimus obſtinatus & deſperatus.* In hoc deinque diſcurſu ſanctus Angelicus Doctor ſingulis eorum in particulari applicat certos ſacræ Scripturæ textus, in quibus diverſæ illæ lepræ ſpecies exprimuntur.

S. Anton Pad. ſer. cit. 9. S. Antonius de Padua hunc denarium leproſorum numerum ad omnes porro peccatores extendit; quia quotquot ſunt, *quinque lepræ generibus, & in quinque locis reſperguntur.* Utiturque quodam Levitici textu, cujus mentionem faciemus infra, ubi varietatem infectionis lepræ diſtinctè aſſignabimus. *Vide* §. 12.

Marc. 14. 3. 10. Decem hi denique leproſi in Scriptura ſacra expreſſi videntur, ſi utrumque Teſtamentum perluſtremus. Primus quidem in Naaman Syro, idololatra, quem ſanavit Eliſæus. Secundus in Simone Phariſæo, contra Magdalenam murmurante, cujus lepram manifeſtat S. Evangeliſta Marcus corporalem, ſanctus verò Lucas ſpiritualem, dum ejus animam de Chriſti divinitate anticipitem in hiſce verbis repræſentat: *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret quæ & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.* Tertius denotatur in Rege Ozia, qui dum miniſterium ſacerdotale arroganter uſurpare præſumpſit, frontem ſuam leprâ infecit. Quartum deſignat Maria, ſoror Moyſis, leprâ percuſſa in vindictam murmuris contra fratrem excitati. Quintus indicatur in ipſo Moyſe, cujus manus è ſinu extracta ad inſtar nivis, plena lepræ incanduit, manus nimirum illa, qua flagellaturus erat univerſam terram Ægypti, & occiderat Ægyptium, Hebræo inſultantem. Sextus perhibetur in Giezi, qui dum avarè inhiaret muneribus, quæ Dominus ejus ſpreverat, ſe ſuosque poſteros indelebili lepræ macula conſperſit. Quatuor reſidui enumerantur lib. 4. Reg. cap. 3. qui de Samaria orti, nocte ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum: per hoſce decem leproſos ſignificantur omnes præceptorum decalogi tranſgreſſores. *Luc. 7. 39.*

Viri.

Alb. M. hic. 11. Congruè hoſce omnes *viri* nomine condecorari animadvertit Albertus Magnus: *Omnes iſti, qui ad Deum veniunt, ſunt viri, virilem animum induentes, quia ſpem, fidem habentes, ad Salvatorem viriliter venerunt.*

Leproſi.

S. Ant. de Pad. ſer. cit. 12 S. Antonius de Padua multiplicitatem & varietatem hujus leproſæ infectionis, è Levitico compendioſè elicuit, dicens: *Lepra coloris candidi, lucidi, obſcuri, rufi & pallidi,* quibus in differentiis diverſa poſtmodum docet ſignari vitia: *Candida lepra hypocriſis & ſimulatio religionis; lucida, ambitio tranſitoriæ dignitatis; obſcura, immunditia fornicationis; rufa, rapina & uſura; pallida, invidia alienæ felicitatis.*

Salmer. to. 6. tr. 38. 13. Contemplatur Salmeron Chriſtum petiiſſe Jeruſalem, ut ſuum ibi ſanguinem ſpargeret, totumque humanum genus à peccati lepra mundaret: *Ibat ad paſſionem Dominus, in qua quaſi leproſus reputatus eſt,*

ſanaturus ſpiritualem omnium hominum lepram, qui ex Adam nati, lepram peccati contrahunt.

14. Gloſſa in hiſce leproſis ſolos ſcribit deſignari hæreticos: *Leproſi ſunt hæretici, qui quaſi varios colores habentes, eodem tempore varias ſectas nunc falſitatis, nunc veritatis permiſcent in eadem prædicatione.*

Hugo Card. 15. Hugo Cardinalis poſtquam dixiſſet, in hiſce decem leproſis deſignari decem præceptorum transgreſſores, poſtea ſubdit: *Per lepram ſignificatur peccatum*; nec immeritò, multi namque ejus infectionis effectus proprii ſunt culpæ. S. Antonius de Padua in ſenſu morali, eas corporis partes principaliter diſcutit, in quibus lepra ſe maximè prodit: *In capite, in barba, in corporis cute, in veſte, & in domo. Lepra in capite, eſt immunditia in cogitatione; in barba, iniquitas in manifeſtatione; in cute, inhoneſtas in converſatione; in veſte, diſſenſio in fide Chriſti, vel imprudentia in virtutum operatione, vel executione; lepra in domo, eſt diſcordia in congregatione.*

S. Anton Pad. ſer. cit.

Hugo Card. 16. Hugo Cardinalis lepræ & peccati effectus ad invicem comparat, inquiens: *Lepra hominem fœtidum facit, & ſanis intolerabilem; ſic peccatum hominem fœtidum facit, & juſtis abominabilem*: juxta id quod apud Oſeam legimus: *Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt.*

Oſe. 9. 10

17. Proſequitur idem Author: dicitque: *Lepra deformat hominem, & membrorum officio venuſtateque privat; ſic peccatum deformat hominem interiorem.* Ad dignoſcendam hujus deformitatis enormitatem, non abs re fuerit contemplari Luciferum, primitus Angelorum pulcherrimum in paradiſo, in loco creationis ſuæ; poſtea verò admiſſâ prævaricatione, dæmonium ignobiliſſimum. Accommodè autem deformitatem, à peccato ortam, internam eſſe, aſſerat Author, dicendo: *Deformat hominem interiorem*; anima etenim peccans dæmoni ſe mancipat, omnibusque donis, Spiritûs ſancti gratiis, & bonorum operum meritis ſe privat; nihil autem hujus turpitudinis in oculos incurrit externos.

Hugo Card. 18. *Lepra facit hominem æſtuare, ſic peccatum.* Carni noſtræ pruritum imprimit, & inquietum impii caloris incendium hunc autem effectum tam in corpore, quàm in anima operatur, unde Propheta ingemiſcit: *Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. Mare quoque ipſum* (inquit S. Ambroſius) *temporum vicibus ſolet fluctuare; at vero caro noſtra ſemper exæſtuat, ſibique ipſi tempeſtas eſt.*

Iſa. 57. 20. S. Ambr. l. 1. de Interpel. Job.

19. *Lepra quantò reprimitur ſtudioſius, tanto tandem ebullit turpius; ſic peccatum quanto diutius occultatur, tanto turpius apparebit in die judicii coram Deo*; quantò hodie ſollicitius prævaricationes noſtras tenebris involvere nitimur, tantò frequentius eaſdem Deus innoteſcere faciet, non ſolùm in judicio finali, ſed etiam in vita præſenti.

Hugo Card.

20. *Lepra per totum corpus diffunditur, ſic peccatum per totum corpus, ad modum cancri.* Peccatum multis afficit corpus infirmitatibus, animæ potentias corrumpit & debilitat, intellectum excæcat, voluntatem contumacem reddit & obſtinatam, cor divinis vocibus & inſpirationibus occludit; quid multa? *Corpus & animam perdit in gehennam.*

21. *Leproſus ſitim patitur, nunquam eſt ſatietas pariter in peccando.* Inſatiabilis peccatorum cupiditas non ſenſualitate, non divitiis, non honoribus, non poteſt deliciis exhauriri ullis.

S. Bonav hic.

22. *Lepra*, inquit S. Bonaventura, *affligit gravamine infirmitatis.* Peccatum pariter verme & malæ conſcientiæ remorſu peccatorem anguſtiat & diſcruciat; nulla carpitur roſa, niſi innumeris circumdata ſpinis. Proinde dicebat Pſalmiſta: *Labor in medio ejus & injuſtitia.*

Pſ. 54. 11

Hugo Card.

23. *Lepra contagioſa eſt, alios inficiendo.* Ita peccatum ſubitò malum aliis exemplum præbet, ſumuſque proclives admodum ad ſpiritualem hancce lepram contrahendam, quæ indubiè cauſa unica fuit, cur leproſis converſatio aliorum interdiceretur: hunc nobis effectum repræſentat Spiritus ſanctus in illis Pſalmiſtæ verbis; *Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, factum eſt illis in ſcandalum.*

Pſ. 105. 35. S. Bon. ibid. Dionyſ. Carth. ſerm. 3. in hac Dom.

24. S. Bonaventura dicit: *Lepra privat ſolatio ſocietatis.* Id quod fuſius proſequitur Dionyſius Carthuſianus, dum ait: *Sicut lepra effi-*

efficit hominem ita affectum, contagiosum & fœdum, quod à communi hominum conversatione dividatur, atque seorsim habitare compellitur; sic omne peccatum mortale privat hominem communione fidelium, facitque coram Deo excommunicatum.

Lev.13. §2. S.Bonav ser.1. in hac Do.

25. Revocans in memoriam Sanctus Bonaventura illum, quem Dominus in cap.13. Levitici ordinem & præceptum statuit de comburenda leprosi veste, sequentem ex hac lege elicit moralitatem: *Præcipitur, vestem leprosam igne comburi; sicut vestis munda est consuetudo bona, ita vestis leprosa est consuetudo vitiosa, quæ debet igne comburi, comburetur igne gehennæ.* Peccator etenim inveteratus, impœnitens moritur quamplurimum: si verò, dum vivit, seriâ quadam consideratione ignem illum infernalem in corde suo succendisset, divino indubiè amore cor suum inflammasset.

2. Leprosis etiam lex data fuerat, ut in lateribus seu femoribus vestes portarent dissutas, ut ab aliis dignosci, & agniti vitiari possint; præterea capite discooperto incedere jubebantur, ad docendum nos moraliter nullum esse malum, quod magis Deus execretur, minusque toleret, quàm si leprosus spiritualis inter alios compareat in habitu sano, in fictione scilicet & hypocrisi.

S. Bern. ser.3. de Pasch.

27. Septem enumerat S. Bernardus lepræ spiritualis species: duas docet reperiri in corde, voluntatem scilicet & opinionem propriam: duas in ore, laudem nimirum sui ipsius & verba impatientia: tres residuas in corpore, quarum prima est indulgentia sensuum, secunda luxus & pompa vestium, tertia consistit in injusta bonorum temporalium professione & usu.

Dionys. Carth. ser.3. cit.

28. *Sicut lepra facit hominem civiliter mortuum*, scribit Dionysius Carthusianus, *ita quòd ad actus vitæ civilis & socialis ineptus est & mortuus: sic morale peccatum facit Deo spiritualiter mortuum, id est, ad omnem actum vitæ æternæ meritorium, Deoque placitum, prorsus ineptum.*

29. Digna insuper notatu alia circa lepram sese offert consideratio, quòd scilicet infirmitas hæc nullo artis medicinalis beneficio curetur; unde S. Bonaventura inquit: *Lepra est morbus miserabilis calamitatis, quia aufert remedium artis; tales desolati recursum habere debent ad patrem misericordiæ.* Ita similiter peccatum nullo remedio aut industriâ sanatur humanâ, sed pro sublevanda hac lepra spirituali ad Deum necessariò recurrendum est.

S. Bonav hic.

Qui steterunt.

30. Causam hujus stationis duplicem nobis literalem subindicat Lyranus, dum ait: *Tam propter Christi reverentiam, tum quia non debebant appropinquare sanis hominibus, ne eos inficerent.* *Lyran.*

31. Albertus Magnus duas alias ex hisce verbis elicit moralitates, dum ait: *In quo duo notantur, rectitudo voluntatis, & humilitas,* circa rectitudinem voluntatis, ponderatly *Steterunt*, inquiens: *Qui stat, immobilis est, per quod significatur status talis, quod ulterius non processerunt in peccatis, ne morbus cresceret in eis.* Eandem hanc duplicis moralitatis doctrinam ipse pariter Hugo Cardinalis nobis tradit hisce verbis: *Quod autem dicitur: steterunt, in bono accipitur, id est, peccatis suis finem imposuerunt, per positionem autem corporis, quæ recta & erecta est in stante, duo rursus significantur, scilicet voluntatis rectitudo & cordis, per intentionem ad cœlum directio & erectio.* *Alb.M. hic.* *Hugo Card.*

A longè.

32. Albertus Magnus in quodam supra hoc Evangelium sermone ita discurrit: *Ille à longè stat, qui se humiliat, & Christum judicem sperando formidat, in hoc enim notatur spes, quod steterunt, timor in hoc innuitur, quod steterunt à longè, tanquam non audente propius accedere.* *Alb.M. ser.68.*

33. Sanctus quoque Bonaventura hunc sequestratum leprosorum situm, humilitati eorum ascribit, dicens: *Non accesserunt tanquam superbi præsumptuosè, sed tanquam humiles reverenter.* Utiturque Publicani exemplo, de quo dicitur: *Publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum levare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Propitius esto mihi peccatori.* Ubi *S.Bonav. ser.4. in hac Do.* *Luc.18. 13.*

Glossa

Gloſſa ita ſcribit: *A longe ſtat ſicut humilis, non audet appropinquare, ut Deus ad ipſum appropinquet.* Licèt interdicti, & à conſortio aliorum proſcripti eſſent, ſciebant nihilominus ex altera parte, quòd, ſicut ſol radios ſuos non conſpurcet, etiamſi eos ad ſordes & cloacam deſtinet; eodem quoque modo nulla poſſit infirmitas contrahi ab eo, de quo ſcriptum legitur, quòd ſit *candor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula: virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Sed ſtabant à longè, non ex ſolo humilitatis inſtinctu, ſed ex propriæ utilitatis amore, certi, quòd hoc agendi modo ad gratiam Chriſti conſequendam magis, magisque ſe diſponerent, ac de optato eventu nihil dubitare poſſent: *Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu?*

Sap. 7. 26. Luc. 6. 19. Iſa. 66. 2.

34. Sanctus Bonaventura hac leproſorum motus humilitate, in eos invehitur, qui, licèt indignos ſe ſciant, nihilo tamen minus ſacroſancto Salvatoris noſtri corpori, ſub ſpecibus ſacramentalibus contento appropinquare non verecundantur: *Si leproſi non audebant appropinquare ad Jeſum, ſed à longè clamabant; quomodo leproſi hodie in animabus audent appropinquare, & non ſolùm appropinquare, imò etiam tangere corpus Chriſti, cùm lepra animæ multò abominabilior ſit leprâ corporis.*

S. Bonav. loc. cit.

Verſus 13.

Et levaverunt vocem, dicentes: Jeſu præceptor miſerere noſtri.

Et levaverunt vocem.

1. Non aliud mihi Evangeliſta inſinuare velle videtur, quàm quòd leproſi iſti quàm diligentiſſimè, cum ferventi & zeloſa oratione Domino ſupplicarint. Ita namque apud Iſaiam pariter legimus: *Domine in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrinæ tuæ eis; ſicut quæ concipit, cùm appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis; ſic facti ſumus à facie tua Domine.* Quod idem clariſſimis verbis exprimit Regius Vates, dum ait: *Clamaverunt ad Dominum, cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.*

Iſa. 26. 16. Pſ. 106. 6

2. Conſequenter ex hiſce planum eſſe evincit Janſenius, quòd, quantò ſecundùm ſubſtantiam corporalem à Chriſto remotiores eſſent tantò ei viciniores facti ſint per vocem & ſupplicationem ſuam? *Proculſtantes, voce ſublevatâ acclamaverunt Domino; & loco quidem proculſtant, oratione tamen propè fiunt. Propè eſt Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate.*

Janſ. c. 74. concord. Pſ. 144. 18.

1. Juxta Alberti Magni doctrinam: *Ille ad Deum vocem levat, qui per pœnitentiam & juſtitiam ad Deum clamat.*

Alb. M. ſ. r. 68.

4. Quantumvis decem numero vociferentur, clamarentque leproſi, nihilominus juxta Evangeliſtæ teſtimonium, non *levaverunt voces*, ſed *vocem*. Supra quod ſe reflectens Lucas Burgenſis, ſequens hoc nobis præclarum tradit documentum: *Vocem, unâ voce, unam omnium cauſam eſſe declarant, non proſe quiſque, ſed omnes pro omnibus orantes*, quod eſt veriſimile, eos ex induſtria feciſſe, quo magis & numero & communi causâ, quaſi conjunctis viribus, factâque velut conſpiratione quadam, Chriſtum ad miſericordiam commoverent.

Luc. Burg.

5. Optatum hujus clamoris exitum contemplans, vocem eorum ad benigniſſimas Chriſti aures pertigiſſe oſtendit, inquiens: *Audit clamorem Jeſus, fiducia teſſera, nec ſurdâ pertranſiit aure, ſed mox convertit oculos ad illos; felix clamor, qui facit attentum & aſpicientem Dominum.*

Janſen.

Dicentes: Jeſu.

6. Super quæ ita commentatur S. Bonaventura: *Commendantur quantum ad devotum præconium laudationis, invocando principium humanæ ſalvationis* (nomen ſcilicet Jeſu) *non eſt aliud nomen ſub cœlo datum, quo oporteat nos ſalvos fieri.* Rupertus Abbas ſuper illa verba: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, ita diſcurrit: *Solum hujus unigeniti Filii tui nomen, quod eſt JESUS, neceſſarium univerſæ orationis eſt vehiculum; quo in cœlum directo curſu perlatæ, conſiſtat ante Patris*

S. Bern. ſer. 4. in hac Do. Act. Ap. 4. 12. Io. 16. 23 Rup. Ab. ibid.

tris conſpectum, ſalutemque in ſinu ejus, & gratiam ſugere valeat. S. Gaudentius ponderans illa Evangelici paralytici verba: *Jeſus, qui me ſanum fecit*: ita ad rem noſtram ſermocinatur: *Sciebat utpote Hebræus, nomen Jeſus ex virtute deſcendere ſanitatis; ille ergo*, inquit, *fecit me ſanum, cujus & nomen ſalus eſt.*

S. Gaud. in lect. evang. Ioa. 5. 11.

Præceptor.

7. Non ſolo Jeſu ſeu Salvatoris, ſed & Magiſtri titulo compellabant Chriſtum leproſi: *Jeſu præceptor.* Unde Venerabilis Beda infit: *Bene, ut ſalventur, Jeſum præceptorem nominant, quia enim in ejus verbis ſe erraſſe ſignificant, hunc ſalvandi humiliter præceptorem vocant.* Loquitur Author de hæreticis, hos enim paulò antè per leproſos intelligendos eſſe dixerat: *Qui ſcientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris.*

Beda ho. in hac Evang.

8. Exiſtimat Hugo Cardinalis, voluiſſe leproſos hac formulâ ſuam accuſare divinorum præceptorum tranſgreſſionem: *In hoc, quòd præceptorem vocant, de præceptorum tranſgreſſione ſe accuſant, quòd decem præcepta ſumus tranſgreſſi, & propter hoc facti ſumus leproſi; miſerere noſtri, curando à lepra peccati.*

Hugo C.

9. Reputari poſſent convenientius egiſſe ſi Chriſtum titulo & nomine medici compellaſſent, non verò Magiſtri; quia ſanitatem non doctrinam quærebant: veruntamen quia *neſcimus quid petimus*, ideo magiſtrum nominarunt. q. d. *Dominus ſcit quid opus ſit nobis*, (dicit quidam Interpres modernus) *quid nos deceat, quid ad ſalutem neceſſe ſit, quare meritò eum præceptorem ac magiſtrum omnia ſcientem vocant.* Iterum dicere licet, quòd convenientiſſimo Chriſtum titulo inſignierint, quia ut ipſemet apud S. Joannem atteſtatur: *Vos vocatis me Magiſter & Domine, & bene dicitis: unus eſt Magiſter noſter.* In hoc porro titulo Magiſtri, ſimul nomen includebatur Chriſti & Salvatoris. Lucas Burgenſis Theophylacti teſtimonium in præſenti adducens ait: *Amplius aliquid hac voce ſignificari exiſtimat Theophylactus, quàm Doctorem, nempe Dominum, curatorem, id quod eſt putare illum, prope Deum; id præſefert & vox latina præceptoris, proprie enim Domini eſt præcipere.* Poteſt eſſe, quòd eum denominarint *præceptorem à præcipiendo*; id quod Centurio etiam his volebat inſinuare verbis: *Die tantùm verbo, & ſanabitur puer.* Unde ipſemet Chriſtus alium quendam ſanaturus leproſum dicebat: *Volo, mundare.*

Rom. 8. 26.

Ioa. 13. 13

Lucas Burg.

Mat. 8. 8

10. Optima hæc ad ſaluti animæ noſtræ implorandum divinum auxilium, jaculatoria deſerviet oratio: *Jeſu*, id eſt *ſalvator præceptor* (hoc verbo precamur, ut nos in rebus ad ſalutem æternam ſpectantibus erudire dignetur: *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu*) *miſerere*: vox iſta divinam pro nobis ſollicitat pietatem, ut ſcilicet miſeriis noſtris tam ſpiritualibus quàm corporalibus compati dignetur.

Miſerere noſtri.

11. Hanc leproſorum ſupplicam Dionyſius Carthuſianus ſequenti amplificat diſcurſu: *Id eſt, compatere, & (opatiendo) ſuccurre nobis infirmis; præterea quantò ratio mali amplius competit malo culpæ, quàm malo pœnæ, tantò plus exoremus tolli à nobis peccata, quam corporalia incommoda; ſed heu multi plus dolent ac deflent mala exteriora corporalia & caduca, quàm interiora, ſpiritualia & æterna, quorum valde obſcuratus internus oculus.* Experientiâ quotidianâ teſte multi quidem in neceſſitatibus & tribulationibus ſuis temporalibus ad Deum recurrere ſciunt, at pauci in ſpiritualibus.

Dion. Carth. hic.

12. Albertus Magnus ita infit: *Petunt miſericordiam, oſtendentes patentem eſſe miſeriam.* Quæ omnia ſedulo advertamus oportet, non dicere leproſos: ſana nos à lepra, ſed tantùm: *miſerere*; oſtendentes ſuam hoc in puncto cum divina voluntate conformitatem, quia nimirum *nos ipſi neſcimus quid oramus.* Lucas Burgenſis talem hæc ſuper verba format diſcurſum: *Brevis, ſed ardens oratio; non dicunt, quæ in re capiant, Jeſum ſui miſereri, quia manifeſta miſeria ipſorum erat.* Eodem modo Janſenius ſermocinatur, dum ait: *Non explicant, qua in re miſericordiam ſibi exhiberi poſtulent; tantum miſericordiam ejus implorant, nihil dubitantes, quin ſi tantùm*

Alb. M. hic.

Lucas Burg.

Janſ.

tùm misereretur illorum, & vellet & posset eos curare, quantumvis multi essent, & inveterabilis esset eorum morbus. Neque eleemosynam urgent, dum Magistrum compellant.

Sal. to. 6. v. 38. 13. Diversas hujus supplicæ circumstantias discutit Salmeron; primò namque: *Brevis est hæc precatio*; deinde, *dulcis, humilis, spiritualis, communis, & confidentiæ plena.* Brevis est, quia quatuor tantùm continet verba, sed ea verba virtutis magnæ; dulcis est, dum incipit à suaviſſimo *Jesu* nomine, quod est *melos in aure, mel in ore, jubilus in corde; psallite nomini ejus, quoniam suave.* Fuit humilis, dum se Christi, tanquam Magistri & Præceptoris substravit nutibus: spiritualis erat, quia misericordiam non justitiam, gratiam non debitum, pietatem non denarios aut eleemosynã sollicitabat, communis erat omnibus decem, unâ mutuâque inter se voce precantibus, prout monet S. *Jac. 5. 16.* Jacobus Apostolus: *Orate pro invicem, ut salvemini.* Quantumvis unus inter eos schismaticus esset, quippe Samaritanus, nihilominus eum, tanquam proximum suspiciebant reliqui, nequaquam ipsum à communis Salvatoris misericordiam excludentes, quo in facto veraciter hoc charitatis præceptum adimpleverunt: *Charitas non quærit* *1. Cor. 13. 5.* *quæ sua sunt.* Prærogativam porrò hujus universalis & communis peccatoris, ex ipsis placuit assignare Salmeronis verbis dicentis: *Generalis oratio gratior est, & ex auditione dignior apud Deum, qui vult omnes homines salvos fieri: fuit confidentiæ plena, quia dixerunt: Jesu præceptor, id est, salvans solo præcepto & imperio, & cui parent dæmones & morbi.*

Versus 14.

Quos ut vidit, dixit: ostendite vos sacerdotibus, & factum est dum irent, mundati sunt.

Quos ut vidit.

1. Omnia bona & beneficia nobis præstita ab hoc benigniſſimo Salvatoris intuitu originem trahunt, quem supplex implorabat obtutum Psalmista, cum postularet: *Ps. 118. 132.* *Aspice in me, & miserere mei.* Albertus Magnus inquit: Visio Dei est processus hominis gratiæ ad illuminandum tenebras infirmitatum *Alb. M. in Luc.* & peccatorum. De cujus visionis utilitate ita sermocinatur Jansenius: *Ejus intuitus sic provocatus non potest non esse salutaris, & exhibere implorantem beneficium; quos ut vidit, non oculis tantùm corporeis, sed oculis etiam misericordiæ suæ.* Afflictus quidam alius, *Luc. 9. 38* *respice*, dicebat Salvatori, *in filium meum* non expulsionem urgebat dæmonis, nec recensendis immorabatur ludibriis, quæ inferebant rebelles spiritus; sed tantùm: *Respice*, *Tit. Bost. hic.* quam supplicam hoc extollit præconio Titus Bost. *Sapiens mihi hic videtur esse, non enim dixit Salvatori: fac hoc vel illud; sed respice, hoc enim sufficit ad salutem.*

Dixit: ite.

2. Dionysius Carthusianus, adhibitâ *Dion. Carth.* Chrysostomi authoritate nimiam Christi admiratur in agendo modestiam: *Non dixit, jubeo vos sanari, aut curo vos; sed ostendite vos sacerdotibus: ut doceat nos, omnem ostentionem superbiamque vitare; ne magno agamus, aut agere cupiamus propter hominum admirationem, applausum, seu laudem.*

3. Ponderat equidem Christus lepram hanc unico mundare verbo, quemadmodum illi leproso præstitit, cui dicebat: *Volo,* *Matt. 8. 3.* *mundare.* Ad quid igitur leprosis præcipit templum adire? *Ite*, &c. Respondet Didacus Stella: *Voluit Dominus istos probare, & ut salutem suo proprio labore, & obedientiâ & merito consequerentur.* Audito hoc Christi præcepto potuissent leprosi hæc aut similia objicere: quo fine templum adibimus, quid in eo faciemus, quid nobis cum sacerdotibus ante munditiem? antè iis nos sistere non possumus, quam sanati sumus nec inepte forsan, nulla enim à sacerdotibus sanatio sed solùm ab iis requirebatur judicium, ut scilicet sententiam ederent, si hic & ille à lepra mundatus esset, & consequenter aliorum sanorum commerciis iterum se ingerere posset: *Quid ad sacerdotes ibimus? nec mundare nos possunt, neque sanitatis nostræ testes esse, quoniam immundi sumus; siquidem non potuit præsens nobis mederi, quid faceret absens? Inutilis est labor, ne eamus; hæc potuissent dicere, at fides vera & simplex non disputat, non ratiocinatur.* Volebat sapientiſſimus Magister non solummodo fidei, obedientiæ, fiduciæ & promptitudinis horum lepro-

leproſorum ſpecimen capere, ſed & inſuper tam excellentes eorum virtutes univerſo mundo manifeſtare : *Niſi hi fuiſſent humilit fide præditi* (inquit Janſenius) *cogitare potuiſſent: ut quid nos mittis necdum curatos ad ſacerdotes ? ſemel enim illi nobis adjudicaverunt lepram, nec quidquam ipſi de lepræ morbo dubitamus, contractam autem ſemel lepram illi nequaquam tollere poſſunt, ſed tantùm pro curata ſacrificium offerre ; fruſtra ergo nos mittis ad illos, cùm nec illorum judicio nobis opus ſit, nec illorum legis expiatio impendi poſſit ; nihil autem tale cogitant, ſed ſimplici humilique præditi fide, certò confidebant, ſe ideo mitti ad ſacerdotes, quod, antequam ad illos pervenirent, mundandi eſſent.* Plena erant, & ſuperplena corda eorum fide ſincera, perfectè ſperantium in omnipotentia Chriſti, & firmiter confidentium ſe inter gradiendum ſanandos fore : *Quia aliàs non iviſſent*, ſubjungit Salmer. *ne a ſacerdotibus cum opprobrio pellerentur.* Unde concludit Janſ. *Hactenus quidem declaratur, omnibus iſtis decem parem fuiſſe fiduciam; at ſequentia oſtendunt, non parem omnibus fuiſſe gratitudinem.* Quamdiu duravit lepra, omneſque decem communi affligebantur infirmitate, tamdiu ad unum omnes, viros ſe præſtabant, orationis, fidei, devotionis, obedientiæ exercitia frequentantes, uſque eo omnes ſimul obſequioſi, inque Chriſtum reverentes erant ; ſed vix receperant ſanitatis beneficium, & ecce ſubitò omnes, unico Samaritano excepto, terga vertunt, & in bono deficiunt : ex quibus duo hæc eliciuntur ſalutis noſtræ documenta ; primum, quòd pauciſſimi ſint, qui in bono perſiſtant ; ſecundum, veriſſimum eſſe, quòd ſtante precandi, Deum ſollicitandi, nosque illi commendandi neceſſitate, plurima faciamus propoſita bona, vota eleemoſynas, & opera bona alia ; at ſuppreſſa procella adverſitatis, omnium obliviſcimur bonorum.

Janſ. c. 7. concord.

4. Deus noſter ut ſuas nobis conferat gratias, & mirabilia operetur, noſtram ſæpiſſime etiam exigit cooperationem, id quod in præſenti docet Lucas Burgenſis, dum ait : *Dicendum eſt, Jeſu verba tacitam continere promiſſionem, ſi id facerent, ſi obedirent, irentque ad ſacerdotes, mundandos eſſe. Si ire recuſaſſent* (verba ſunt Didaci Stellæ) *aut contradicendo, aut obtemperando, nunquam ab infirmitate mundati fuiſſent: vides ergo, planè Dei voluntatem eſſe, ut omnes laboremus, quantum in nobis ſit, ne ejus auxilium caſſum reddamus.* Hebræi in deſerto læſi à ſerpentibus, liberationem quærebant & medelam ; at Deus non aliud illis præſcripſit ſanitatis remedium, quàm intuitum ſerpentis ænei : *Qui aſpexerit eum vivet* ; non quaſi illud ſimulachrum æneum talem in ſe habuerit ſanandi virtutem, ſed quia, ut notat Abulenſis, nolebat Deus ulli læſo priſtinam ſanitatem, niſi eum præcepto ſuo probaſſet obedientem : *Cùm ipſe ad ſanitatem conſequendam aliquid ſpecialiter definiſſet agendum.*

Lucas Burg.

Didac. Stell.

Num. 21. 8.

Abul. ib.

Oſtendite.

5. Oſtendere, in præſenti idem ſonat, quod ſincerè & integrè conſcientiam noſtram ſacerdotibus, ad ſanandam peccati lepram deputatis, aperire ; *quia*, ut bene inquit Albertus Magnus, *curari non poteſt, qui medico non oſtendit vulnera. Prov. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur.* Id quod probè cognovit, inque praxin reduxit Regius Pſaltes, unde inquit: *Delictum meum cognitum tibi* (*Deus*) *feci, & injuſtitiam meam non abſcondi.* In quem locum S. Gregorius ita commentatur : *Ille delictum cognitum facit, qui non ſolùm quod fecit, annuntiat, ſed etiam omnem peccati cauſam & originem narrat.* In tribunali divino prorſus diverſum accidit ab eo, quod in tribunalibus judicum temporalium contingere ſolet ; in his enim reus, quantum poteſt, condemnationem fugere, crimenque abſcondere conatur : in eo autem, in confeſſione dico ſacramentali, quò perfectius crimina ſua peccator detegit, eò de indulgentia & remiſſione ſecurior evadit. Petrus Bleſenſis contemplans illa Jobi verba : (*Dixi : confitebor adverſum me injuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei*) ſequentem format diſcurſum : *Si peccatum tuum aperias, dicit Dominus, ego illud operio ; ſi agnoſcis, ignoſco ; ſi accuſas, excuſo ; ſi te judicas & condemnas, te nec judico nec condemno.* Confeſſionem ſacramentalem hic prædixit verbis Oſeas Propheta: *Tollite*

Alb. M. hic.

Prov. 28. 13.

Pſ. 31. 5.

S. Greg.

Petrus Bleſ. in c. 1. Job. Pſ. 31. 5.

Oſ. 14.

te vobiſcum verba, convertimini ad Dominum, & dicite ei: omnem auſer iniquitatem, reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Impropria equidem videri poſſet hæc ſimilitudo, quæ enim inter victimas & ſacramentalis confeſſionis verba proportio? nihilominus reſponderi poterit, quòd, ſicut olim in peccatorum expiationem, ſacrificium facturi utebantur victimis, ita nos hodie loco victimarum adhibeamus verba, unde verſio Chaldaica habet: *Afferte vobiſcum verba confeſſionis*; cui verſioni inſiſtens S. Hieronymus ait: *Placabilis Deo hoſtia, eſt pura confeſſio.* Eſt una propoſito noſtro principaliter deſerviens, in victimis offerendis circumſtantia hæc eſt: quòd ſcilicet omnes aperiebantur, ut cuncta eorum paterent interiora, nec quidquam horum lateret; ita pariter ut confeſſio noſtra Deo ſit accepta, intima debemus pandere cordium noſtrorū ut confeſſarius omnes in conſcientia noſtra cogitationes, fines, intentiones, imaginationes, & ſimilia perfectè videre & legere poſſit.

S. Hier. in Oſe.

Vos.

6. Accommodè proſequitur diſcurſum noſtrum S. Antonius de Padua, dum ait: *Oſtendite vos, non per alios; peccaſti enim per te, ideo per te debes te oſtendere.* Quam tamen veritatem diu antè in hiſce verbis expreſſit S. Auguſtinus: *Præcepit Dominus mundatis, ut oſtenderent ora ſacerdotibus, docens corporali præſentiâ, confitenda peccata; dixit enim: Ora monſtrate; & omnes non unus pro omnibus, ut, qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis.*

S. Ant. Pad. ſer. in hac Dom.

S. Aug. l. de ver. & falſ. pœn. c. 10.

Sacerdotibus.

7. Etiamſi Chriſtus probè noſſet horum ſacerdotum malitiam, & improbam, quam contra eum, lacrumque Evangelium, quod prædicabat & docebat, exercebant inimicitiam debito tamen eos recuſat privare reſpectu; unde Salmeron ait: *Docet reverentiam præſtare Sacerdotibus, utcunque Sacerdotes impii fuerint.* Hoc facto inſtruit nos Chriſtus, ut ſemper cum debita ſubmiſſione veneremur Superiores noſtros, ad quos principaliter ſpectat formare judicium & ſententiam de ſubditorum ſtatu.

Salm.

8. Dionyſius Carthuſ. leproſos ad ſacerdotes ablegari docet: *Ob poteſtatis clavium commendationem; ſacerdotium enim novæ legis eſt, mundos ſeu pœnitentes admittere, immundos & impœnitentes excludere.* In figura hujus à Domino præceptum & ordinatum fuit in Levitico, ut leproſi ſeſe iſterent ſacerdotibus in lege ſcripta: *Quæ judicare debebant* (inquit Lyranus) *utrum talis eſſet verè curatus*; quod fuſius proſequitur Lucas Burgenſis, dum ait: *Ad Sacerdotes ſpectabat lepræ judicium, nec poterant, qui ſemel leproſi judicati fuerant, hominum ſocietati reſtitui, niſi judicati à Sacerdotibus liberi; & oblato ſacrificio expiati: ita Chriſtus & jus ſuum ſacerdotibus relinquebat, & teſtes atque approbatores eos faciebat ſui miraculi.*

Dion. Carth. hic.

Lev. 14. 2

Lucas Burg.

9. Inſigne quoddam aliud ex hac, ad ſacerdotes factâ ablegatione, documentum elicit Dionyſius Carthuſianus inquiens: *Quamvis Deus veraciter pœnitenti ſtatim indulgeat, vult tamen, ut peccator ſuo confeſſori confiteatur, & vultum conſcientiæ ſuæ ei planè humiliterque oſtendat.* Eandem etiam nobis doctrinam tradidit Lyranus in his verbis: *Quia licèt peccata dimittantur, in confeſſione tamen tenetur ea homo confiteri.*

Dion. Carth.

Lyran.

10. Aliam hujus ad ſacerdotes miſſionis cauſam idem author fuiſſe, debitum oblati ſeu ſacrificii, ad quod vi præcepti legalis obſtringebantur leproſi mundati: *Pro ſua emundatione tenebantur offerre ſacrificium, determinatum in lege, legalia autem tunc curſum ſuum habuerunt, unde & Chriſtus ea ſervavit.* Circumcidi, in templo præſentari, & paſcha celebrare voluit; pro ejuſdem igitur legis obſervantia, licèt interitui jam vicina eſſet, hodie quoque leproſos ad ſacerdotes ablegat, id quod Salmeron advertit, dum ait: *Diligenter conſidera, quàm difficulter Chriſtus aliquid de lege veteri remiſerit, non enim venit legem ſolvere, ſed adimplere.* Præclarum aliud Eccleſiaſtico politicum, in horum verborum conſideratione documentum nobis exhibet Didacus Stella: *Docuit etiam Chriſtus hoc facto, non tantùm antiquos mores ab Eccleſia uſitatos, ſed etiam humiliter legibus, moribus & conſuetudinibus in Republica receptis & uſi-*

Salm.

Didac. Stell.

uſitatis, nos ſubjiciamus & conformemus, etiamſi obligati non ſimus.

Salmer. 11. Opinatur porro Salmeron, id Chriſtum feciſſe : *Ut ſe majori virtute præditum, quàm lex & vetus ſacrificium, facto ipſo oſtenderet; nam illi quidem lepram cognoſcebant, ſed mundare non poterant.* Præcipit Chriſtus leproſis, ut ſacerdotibus ſe ſiſtant quaſi jam tum eo ipſo momento, precationis ſuæ effectum obtinuiſſent: *Loquitur perinde,* ait Didacus Stella, *ac ſi tam petitionem illorum ſuſſet executus; loquitur eis, ac ſi jam eſſent mundati.*

Did. Stell.

Hugo Card. 12. *Tres partes pœnitentiæ,* ſcribit Cardinalis Hugo, *hic tanguntur; Ite; contritio cordis, qua ſi anima à peccato recedit, ad DEUM accedit: Confeſſio, per Oſtendite, vos: Satisfactio, per Dum irent.* Ejuſdem quoque opinionis eſt S. Antonius de Padua cum hac tamen differentia penes ſatisfactionem : *In ſacerdotibus, operis ſatisfactio.* Debebant namque Sacerdotes oblationem facere pro mundato : *Sacerdotibus, à quibus pœnitentia injungitur, ideo per ipſos ſatisfactio figuratur.*

S. Anton Pad. ſer. cit.

Alb. M. ſerm. 68 13. Albertus Magnus quatuor inſignes bonæ confeſſionis conditiones colligit ex hac delegatione : *Prima eſt, ut ſit humilis; unde non dicit : equitate, ſed ite : Secunda, quòd ſit nuda & ſui accuſatoria; unde ait : oſtendite vos : tertia & quarta, quod ſit diſcreta & frequens; unde ſubdit: Sacerdotibus, quaſi diſcretis & bonis, ſacerdotes enim dicuntur, quaſi ſacri duces; in hoc etiam, quòd pluraliter ait, innuitur, quòd debet eſſe frequens.*

Et factum eſt, dum irent, mundati ſunt.

Et factum eſt, dum irent.

14. Priuſquam templum attigiſſent aut ſacerdotibus ſeſe ſtitiſſent, gratiam obtinent ſanitatis; cujus rei tres nobis aſſignat rationes Dionyſius Carthuſianus : *Primo ad declarandum Chriſti pietatem atque potentiam; ſecundo ne virtute ſacrificii legalis aut ſacerdotum, putarentur curati, tertio ad commendandum meritum fidei & obedientiæ leproſorum iſtorum, qui juxta Chriſti præceptum, protinus ire cœperunt, ſeque curandos firmiter crediderunt; melior quippe eſt obedientia quàm victima.*

Dion. Cart. ſerm. 1. in Evan.

1. Reg. 15. 22.

15. Ingeniosè obſervat Didacus Stella, leproſos, dum crederent, mundatos non fuiſſe bene tamen poſtea, quando fidei ſuæ obedientiam adjunxerunt præceptis Chriſti, ſuoſque greſſus inviolatæ divini mandati obſervantiæ conſecraturnt, euntes, ut juſſi fuerant ad ſacerdotes, licet non neſcirent, nullum infectionis ſuæ remedium à ſacerdotibus ſperari poſſe: *Non fuerunt liberati, quando crediderunt tantùm, ſed quando credentes obtemperarunt, ut intelligamus, quod animam non mundat ſola fides, ſed fides, quæ obedientiam conjunctam habet.* Ita Didacus Stella.

Did. Stell.

Mundati ſunt.

16. Albertus Magnus hanc ipſis mundi- tiem obtigiſſe ſuſtinet, *merito obedientiæ, quia ſimpliciter obediverunt; ſignanter oſtendendo, quòd in contritione cum voluntate obediendi, peccatores mundantur ante confeſſionem & receptionem junctæ pœnitentiæ.*

Alb. M. hic.

17. Certum ſimul & facilem ſpiritualis lepræ expellendæ modum nos docet S. Bonaventura, inquiens: *Qui vult carere leprâ vitiorum, debet ſacerdotem quærere.* Nec obſtat, leproſos, ante ſanatos eſſe, quàm coram ſacerdotibus comparerent, quia nihilominus obligati adhuc erant ſiſtere ſe ſacerdotibus, illorumque ſententiam præſtolari & oblationem. Unde Sanctus Antonius de Padua exclamat: *Ecce quanta DEI miſericordia, quæ in ſola contritione animam mundat à peccatis, ita tamen quòd firmum propoſitum habeat confitendi.*

S. Bonav. ſer. 1. in hac Do. 13.

S. Ante. de Pad. ſerm. in hac Do.

18. In via, non in templo Chriſtus leproſis ſanitatem contulit: *Ne virtute legis* (inquit Carthuſianus) *ſacrificiique legalis aut ſacerdotum, putarentur mundati, ſed ſolâ poteſtate divinâ.*

Dion. Cart. hic.

19. Perpendit Lucas Burgenſis, leproſos hoſce, quando audierant ſibi dici à Chriſto: *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus.* Cum admiratione nihilominus contemplatos fuiſſe in malè olentibus corporibus ſuis, putridas propriæ ſcabiei plagas; qui licet inſuper certi eſſent, nullam ſacerdotes habere

Lucas Burg.

bere ſanandi poteſtatem, attamen ſine omni contradictione & replica promptiſſimè, quò mittuntur, vadunt, credentes ſe ante purificandos fore, quàm ad ſacerdotes perveniant: *Eo quod fruſtraneum eſſe non poterat verbum JESU; quare non urſerunt, ut, priuſquam ab ipſo diſcederent, mundarentur; ſed certò perſuaſi, ſe JESU virtute mundandos, vel tandem ſimpliciter obedierunt, fide ducti iter arripuerunt, templum versùs; dum pluris ipſis eſſet tacita Chriſti promiſſio, quàm præſens morbi ſui intuitus.*

20. Salmeron ex hac inter gradiendum impetrata ſanitatis gratia, ſequentem elicit moralitatem: *Chriſtus eſt, qui liberat à morbis corporeis, nobis euntibus, id eſt, quod in nobis eſt, facientibus.*

Verſus 15.

Unus autem ex illis ut vidit, quia mundatus eſt, regreſſus eſt, magnâ voce magnificans DEUM.

Unus autem ex illis ut vidit, quia mundatus eſt.

Salmer. 1. Hunc loquendi modum, ita interpretatur Salmeron: *Non quòd alios non planè curaverit, aut ſe mundatos non viderint, ſed quòd non omnes viderunt, hoc eſt, non omnes agnoverunt, nec ex æquo ponderarunt, à quò tantum beneficium accepiſſent, unde videre, hoc loci aptè & tempeſtivè pro agnoſcere accipitur.*

Dion. Cart. ſer. 1. in Dom. 14. 2. Dionyſius Carthuſianus ly *vidit* in ſenſu explicat literali, inquiens: *Vidit per experientiam & corporalem intuitum, corpore ſuo ſubito mirabiliter immutato, in colore & diſpoſitione, priſtinoque ceſſante dolore.* Putat porro hic author, veriſimile eſſe hunc leproſum eodem tempore, ſimul etiam ab interiori animæ lepra liberatum fuiſſe: *Quia ut creditur, Chriſtus verus DEUS, cujus perfectæ ſunt opera, quos corpore curavit, ſpiritualiter quoque ſanavit ab omni culpa mortali.*

Lucas Burg. 3. Lucas Burgenſis tradit incertum eſſe, an Samaritanus hic ad ſacerdotes iverit Hebræorum in Jeruſalem, an verò ad ſuos in Samariam: *Alius opinantibus ipſum proſelytum fuiſſe, aliis non.* Janſenius pulchram nobis rationem aſſignat, quare ex decem unus tantùm beneficentiam Chriſti cum gratiarum actione recognoverit: *In quo ſanè facto, tanquam typo quodam demonſtratum eſt; primò, ex multis vocatis & evangelicum beneficium percipientibus, paucos electos fore, deinde, noviſſimos fore primos, ac primos contra noviſſimos.* *Janſen.*

4. Lyranus inter decem, unicum duntaxat reducem, ut benefactori grates referat, contemplans, ait: *Hoc autem dicitur ad ſignificandum, quòd pauci ſunt reſpectivè, qui grati ſunt de beneficiis largitatis divinæ.* Quamdiu dignitatis gradum aut quodlibet beneficium aliud affectamus, nos humiliare, ſubmittere & recommendare novimus, ſed deſideratis & quæ in voto erant, obtentis, ſubitò memoria excidit benefactorum. *Lyran.*

5. Objecerit forte quiſpiam, quare Samaritanus iſte templum non adierit pro explendo ſacrificii debito; huic reſponderi poteſt, Samaritanum ſuæ nequaquam defuiſſe obligationi, utpote qui ſacratiſſimæ Salvatoris humanitatis templo ſacrificium dedicavit, multò pretioſius illo, quod lex præcipiebat.

6. Gloſſa ſenſum ſecuta allegoricum, ita ſcribit: *Unus autem egreſſus, ſignificat unius Eccleſiæ devotam in Chriſto humilitatem, qui cadens ad pedes ejus gratias agens, quia repreſſis præſumptionis cogitationibus, quàm ſit infirmus, videt, nihil virtutis ſibi tribuit, bona quæ agit de miſericordia intelligit, unde & Samaritanus, id eſt, cuſtos denominatus, qui ita bona, quæ accepit, DEO tribuit, ut cum pſalmiſta dicere poſſit: fortitudinem meam ad te cuſtodiam.* *Gloſſ.*

Regreſſus eſt, cum magnâ voce magnificans DEUM.

7. Albertus Magnus in hoc Samaritani facto, octo nobis ſcribit exhiberi virtutes. Prima eſt, *iſtius ab ingratis diviſio*; ſecunda, *beneficiorum ſibi impenſorum, (ut videt quia mundatus eſt) recognitio*: tertia, *ad beneficium regreſſio, regreſſus eſt*; quarta, *vocis in laude magnificatio*: quinta, *magnifica benefactoris prædicatio*; ſexta, *caſus, in faciem*

cium adoratio; ſeptima, *ad pedes Chriſti humiliatio*: octava, *gratiarum de beneficio accepto exhibitio.*

Salmer. 8. Adverſit Salmeron, quòd, ſicut Samaritanus ante eum reliquis omnibus, vocem ſuam elevaverat in prædicando (*levaverunt vocem ſuam, dicentes: JESU præceptor miſerere noſtri*) ita nunc pariter elevet eam ad gratificandum: *Si magna voce petiit, cum eſſet leproſus, majori jam ſanatus debuit clamare, ob fidem magnam & devotionem, qui acceſſerat, ad plura obligatur ſanus, quàm infirmus.*

S. Anto. de Pad. ſer. cit. 9. Sanctus Antonius de Padua ſenſum ſecutus moralem, eundem ferè cum gloſſa citata diſcurſum inſtituit, dum ait: *Redit, in faciem cecidit; ille reverſitur, qui nihil virtutis ſibi attribuit, bona, quæ agit, ac miſericordia intelligit, in faciem cadit, quæ agit, de miſericordia intelligit, in faciem cadit, qui de perpetratis malis erubeſcit.*

Verſus 16.

Et cecidit in faciem, ante pedes ejus, gratias agens; & hic erat Samaritanus.

Cecidit in faciem, ante pedes ejus.

Titus in cat. 1. Citatus in catena Titus Boſt. hujus in faciem caſus cauſam aſſignat, inquiens: *Cecidit, ex procubitu & ſuppliciatione fidem ſuam ſimul cum benevolentia pandens.*

2. Non poterant leproſi ſanis appropinquare, quomodo ergo hic audet ad Chriſti pedes ſe proſternere? Reſpondet idem author; *quia aederat illi appropinquandi fiduciam ſuſcepta purgatio.* Aliam hiſce verbis moralitatem adducit Salmeron: *Prius, cum eſſet leproſus, longè ſtetit, quia longè à peccatoribus ſalus,* mundus approp nquat JESU, qui habitat in cordibus juſtificatorum. *Pſ.118. 115.*

Bed. ho. in Evan. 3. Venerabilis Beda in ſenſu ſpirituali, hujus, in faciem procumbentis Samaritani modeſtiam ita interpretatur: *Cadit in faciem quia ex malis, quæ ſe perpetraſſe meminit, erubeſcit, ibi enim cadit homo, ubi confunditur.*

Hugo Card. 4. Hugo Cardinalis aliud, in hoc humilitatis actu occultatum, propalat myſterium, dum ait: *ante pedes JESU cadit, qui ejus divinitatem & humanitatem credit, qui ſe infirmum recogneſcit, qui nihil ſibi attribuit, ſed quidquid habet, ab eo ſe habere intelligit: vel ante pedes cadit, qui beneficium ſuæ mundationis Chriſti paſſioni attribuit.*

5. *Qui in faciem cadit* (ſcribit Gloſſa) *videt quo cadat, qui retro cadit, non videt: boni ergo in faciem cadunt, quia humiliant ſe in his viſibilibus, ut ad inviſibilia erigantur.* *Gloſſ.*

Gratias agens.

6. Hanc Samaritani gratitudinem Titus Boſtrenſis ſequenti proſequitur encomio: *Reverſus gratiam agnovit, & gratiarum retulit actiones, ſanitatem ſtabiliens, ne forte inquiens, per ingratitudinem, recidivam patiatur.* *Tit. in cat.*

7. Neſcimus equidem, an Samaritanus ille ad templum Jeroſolymitanum ſe contulerit, ad ſacrificium offerret, ſeu pro ſe offerri faceret à lege præſcriptum; aſſeverat nihilominus Tertullianus, eum orationis faciendæ gratiâ, illa tranſiſſe, proinde ſcribit: *Hunc non iviſſe niſi ad templum, ut faceret orationem, ſed tanquam Chriſtianum factum, ad Chriſtum, tanquam ad verum templum & verum ſacerdotem redi iſſe, ut veram oblationem offerret, & hoſtiam pacificam gratiarum actionis & laudis:* quod quàm divinæ Majeſtati gratum ſit & acceptum, ipſamet per os Pſalmiſtæ proteſtatur, dicentis: *Sacrificium laudis honorificabit me.* *Tertul. l. 4. contr. Marcio.* *Pſ. 49. 23.*

8 In ſacrificio quotidiano incruento, quod divinæ Majeſtati ſpeciatim offertur in ordine ad munditiem conſequendam à peccatorum noſtrorum lepra, conſuevit Eccleſia hoſtiæ conſecrationi, oblationi & communioni ſeu Agni immaculati, Chriſti Redemptoris participationi aliud præmittere laudis & gratiarum actionis ſacrificium, in præfatione dicendo: *Gratias agamus Domino DEO noſtro,* reſpondente miniſtro: *Dignum & juſtum eſt:* Repetit ſacerdos: *Verè dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere.* Ad quod regius nos Vates allicit atque exhortatur, dicens: *Immola DEO ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.* Ad hujus porro *Pſ. 19. 14*

con-

continuam praxin frequentandam ſtimulos forte non remiſſos addet præclara hæc ſancti Auguſtini ſententia : *Quod eſt autem ſacratius laudis ſacrificium, quam in actione gratiarum? & unde majores agendæ ſunt gratiæ DEO, quàm pro ipſius gratia, per JESUM Chriſtum Dominum noſtrum?* Philo Judæus tractans de victimis ad Judæorum ſacrificia adhiberi & offerri ſolitis, ad rem noſtram ita accommodè ſcribit : *Quantùm aurum præſtat lapidibus, tantùm acceptior eſt, DEO, ſuffitus gratiarum actionis, quàm mactata victima.* Plurimùm equidem DEO placebant antiquæ legis ſacrificia, attamen quodcunque gratius ei erat, ſacrificium laudis; unde à Pſalmiſta introducitur hunc in modum loquens : *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo?* q.d. Non ego arietes, tauros veſtros, non alia quæcunque ſimilia animalia eſurio : quid ergo? immediatè reſpondet Pſalmiſta: *immola DEO ſacrificium laudis* : quod alibi confirmat, dicens : *Laudabo nomen DEI cum cantico, & magnificabo eum in laude, & placebit DEO ſuper vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.* q.d. Non alteri DEUS, præterquam ſacrificio laudis famelicus inhiat, quodcunque aliud DEO offertur, illi gratum eſt, ſed iſto ſemper inferius.

S. Aug. l. 1. cont. adverſ. leg. c. 18.

Philo. li. de vict.

Pſ. 49. 13

v. 14. Pſ. 68. 31 & 32.

Et hic erat Samaritanus.

9. Exiſtimat Lyranus, hunc non fuiſſe originè Hebræum, ſed aliquem eorum gentium & idololatrarum, qui olim in Samariam ad loca illa inhabitanda ablegati fuerant à Rege Aſſyriorum, qui multos, propriis ſedibus exturbatos ſibique mancipatos gentiles, in regnum hoc tranſtulit, ubi primitus Judæi habitabant : cui favere videtur ille, per ipſum Lyranum adductus, ſacræ ſcripturæ textus: *Iſti Samaritani partim colebant idola, partim DEUM, & Judæi non communicabant cum eis, ſicut nec cum aliis gentibus, ut habetur Joannis 4.* Evidentius tamen pro hac doctrina militat quædam Lucas Burgenſis traditio, ita ſcribentis : *Erant Samaritani plerique, omnes genere Babylonii, aut ex aliis hujuſmodi gentibus oriundi, quos Salmanaſar, Rex Aſſyriorum, adduxerat, & collocaverat pro filiis Iſrael.*

Lyran.

4. Reg. 17.

Luc. Burg.

10. Quomodo verò hæc leproſi Samaritani inter reliquos Judæos commixtio acciderit, idem author ex diſcurſu elicit Evangelico, reflectens ſe ad priora illa Evangeliſtæ, de Chriſto loquentis, verba : *Tranſibat per mediam Samariam & Galilæam*: meminit Evangeliſta Samariæ, *ut oſtenderet, quâ occaſione contigerit, Samaritanum admixtum fuiſſe Judæis.* Miraculum iſtud in finibus accidit Judææ, proximè conterraneis Samariæ, *idque quod multi volunt, poſt quam negatum fuit JESU hoſpitium, in uno Samaritanorum vico*; de quo S. Lucas Evangeliſta ſcribit in hunc modum : *Intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi; & non receperunt eum.* Occluſerant illi quidem portas Chriſto in faciem, nihilominus Salvator injuriæ immemor, uni eorum ſanitatis beneficium impertiit, qui fide, humilitate & gratitudine ſuâ redimere quodammodo conatus fuit injurias & ignominias, Chriſto à nationalibus ſuis illatas. Nimiam hanc Chriſti patientiſſimi beneficentiam Salmeron nobis contemplandam proponit in verbis ſequentibus: *Et ſi verum eſt, Dominum in hac profectione expulſum fuiſſe, miram Domini benignitatem licet contemplari, qui cum ingratis & expellentibus eum, beneficiis vincire certabat, atque hæc eſt DEI vindicta.*

Luc.

Salmer. ibid. to. 6 tr. 38.

11. In hoc Samaritano adimpleri crediderim illud Apoſtoli axioma, de antiqui teſtamenti eventibus diſcurrentis: *Omnia in figura contingebant illis.* Ita quondam docuit S. Bonaventura, inquiens : *Erat Samaritanus ad expreſſiſſimam figuræ & ſignificationis; iſte enim, quia Samaritanus & Alienigena, ſignificat gentiles ad cultum DEI redeuntes, ſicut etiam iſta mulier Samaritana.*

S. Bonav. in Luc.

12. Theophylactus hoc loco bene conſiderat, neminem ſe quò minus DEO ſe conſecret, excuſare poſſe, ſive ex parte vocationis ſuæ, ſive ex parte natalium ſuorum, quibus eſt oriundus, ſive ob quemvis alium ſimilem reſpectum : *Hinc diſcere quis poteſt*, inquit, *quod nihil cuiquam obeſt, ad hoc ut DEO placeat, etiamſi maledicti generis ſit, modo bonam voluntatem habeat*; (*Aſſyrii enim erant Samaritani*) *ut nullus gentilis deſperet, ut nullus de ſanctis parentibus glorietur.*

Theoph.

13. Porro alii novem Judæi erant, ſolùm hunc

hinc Chriſtus advenam & peregrinum appellat: *Hic alienigena*, atque ideo hic Samaritanus in comparatione ad alios, tantò majori erat laude dignus. *Quia*, ut Albertus M. ait, *cùm non eſſet illuminatus doctrinis Prophetarum, & pauca miracula vidiſſet, tamen fide fultus redivit.*

Alb. M. in Luc.

Lyran. 14. Lyranus rationem, cur alii ad Salvatorem reverſi non fuerint, his verbis affirmat: *Quia decepti à ſacerdotibus, quibus ſe repræſentaverunt, qui doctrinæ Chriſti & miraculis detrahebant, ſecundùm eorum informationem, attribuerunt ſuam ſanationem, obſervantiæ legis, & non virtuti Chriſti, licet à principio fideliter & devotè petiviſſent ab eo ſanari.*

15. Quantùm verò ad ſenſum moralem idem Author ait: *Samaritanus qui cuſtos interpretatur, namilli ſunt grati DEO, qui ſe cuſtodiunt à peccati recidivo.*

16. Bene hic Samaritanus dicitur, inquit Hugo Cardinalis, *id eſt, cuſtos donorum Dei, quæ bene cuſtodivit, quod totum DEO, nihil ſibi attribuit.* Unde pulchrè obſervat, Salvatorem noſtrum tria præcipuè in Samaritanis commendare, ſcil. facilitatem, quâ ſe ad ipſum convertebant, lumini & notitiæ, quam eis de ſua Divinitate communicabat, fideliter cooperando, prouti in muliere illa Samaritana videre licet. Deinde compaſſionem & miſericordiam illorum erga proximum, ſiquidem, ut præcedenti Dominicâ dictum fuit, Samaritanus vulneratum illum à ſacerdote & Levita Jeroſolymam aſcendentibus, neglectum & derelictum, adhibito vino & oleo curavit, Denique gratitudinem, quia hic præ cunctis aliis per debitum gratiarum & laudum repenſum tributum, benefactorem ſuum ritè agnovit.

Hugo Card.

Verſus 17.

Reſpondens autem JESUS, dixit: Nonne decem mundati ſunt? & novem ubi ſunt?

Nonne decem mundati ſunt?

1. Primâ quidem facie Salvator noſter hoc loquendi modo hæc beneficia & miracula, leproſis hiſce exhibita, iis exprobraſſe videtur. Et tamen Didacus Stella ait: *Non eſt mos DEI, exhibita beneficia improperare, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; ſed ingratitudo noſtra illum quodammodo cogit.*

Did. Stell.

2. Obſervat Janſenius ex hiſce Chriſti verbis innoteſcere, cum tam præſentia quàm abſentia intueri, utpote qui ſanitatem à novem quoque aliis abſentibus recuperatam eſſe teſtabatur: *Declarat ſe cognitorem ſecretorum, dum & reliquos mundatos ſignificat, & cujus quiſquis gentis eſſet, ſe cognoſcere demonſtrat.*

Janſen.

Et novem ubi ſunt?

3. *Non quærit de novem* (inquit S. Bonaventura) *velut ignorans cujuslibet perſonam, ſed reprobans ingratitudinem & irreverentiam; ſicut quærebat Dominus: Adam ubi es?* Ejuſdem eſt opinionis Albertus M. dum ait: *Ecce quod ingratos ad gratiarum actionem requirit.* Hugo Cardinalis ita diſcurrit: *Non quærit ex ignorantia, quia omnia, antequam ſint, novit; ſed hoc ipſo myſticè inſinuat, quia ingratos ignotos reputat.* S. Antonius de Padua eundem ſenſum diverſis verbis exprimit, dicens: *Ingratos quaſi ignotos, ubi ſunt inquirit, in quo inſtruimur, pro beneficiis collatis Domino gratias referre.* Nullum profectò reprobationis judicium evidentius, quàm quando DEUS negat, ſe noſſe animas noſtras, prout dicebat fatuis virginibus: *Amen dico vobis, neſcio vos*: quodque omnibus in extremo die judicii, improperabit impiis: *Nunquam novi vos, diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Mirum videri poſſet, cur maximo ingratitudinis vitio nullam lex humana pœnam ſtatuerit; at ejus rationem Seneca adducit, ſolo lumine naturali colluſtratus, dum inquit: *Ingratitudinis vitio nullam ab humanis legibus pœnam conſtitutam eſſe reperimus, quia tanta eſt ejus iniquitas, ut ſola DEI juſtitiæ rigidiſſimæ relinquatur punienda.*

S. Bonav. hic. *Gen. 3. 9* *Alb. M. hic.* *Hugo Card.* *S. Ant. de Pad. ſerm. in hac Do.* *Matt. 25. 12.* *Pſ. 6. 9.* *Senec. Ep. 52.*

4. Dionyſius Carthuſ. & Didacus Stella dubium ſuſcitant in præſenti, quomodo ſcilicet, cum omnes novem reliqui etiam in corpore & anima (prout communiter fieri amabat) per Chriſtum ſanati fuerint, ſe nihilominus ingratos adeo & beneficiorum immemores exhibuerint? Reſpondentque authores ipſi cum Lyrano, reſiduos novem à ſacerdotibus ſeductos & perverſos fuiſſe. *Seducti ſunt*, inquit Carthuſianus, *& ingrati effecti & recidivi.* Quod clarius explicat Didacus Stella, dum ait: *Exiſtimo, quod novem illi decepti ſunt à ſacerdotibus, ne credc.*

Dion. Carth. Did. Stell.

crederent, quòd à Chriſto eſſent mundati, ſed à DEO, propter legis obſervationem ; invidebant enim ſacerdotes Chriſto & doctrinæ ejus, & ubicunque poterant, detrahebant ; horum perſuaſionibus decepti, exciderunt à fide : curatio autem Chriſti etſi præſtaret ſalutem animæ non tamen confirmabat eos in gratia, ita ut non poſſent iterum labi in peccatum, ut iſti fecerunt.

Salmer. 5. Quærit Salmeron, quare Salvator, qui *ſciebat, quid eſſet in homine*, gratias ſuas iis impertierit leproſis, quorum ingratitudinem prævidebat ? reſpondetque: *Dicendum, Dominum libenter contuliſſe beneficium, quia rogarunt, & quia Dominus gratiam ſuam non impertitur, intuitu futurorum bonorum operum, & ut oſtendat, ſe in nos omnes diffundere dona gratiæ ſuæ, etiamſi illis noſtro vitio abutamur.*

S. Bern. ſer. cont. ingrat. 6. S. Bernardus intui horum novem gratitudinis vitium perſtringens, ſequentia ſalutis noſtræ multiplicat documenta: *Bene ſiquidem oraſſe, obſecraſſe, poſtulaſſe leguntur, qui levaverunt vocem, dicentes : JESU, fili David miſerere noſtri, ſed defuit eis gratiarum actio. Multos quoque videmus uſque hodie, ſatis importunè petentes, quod ſibi deeſſe cognoverint, ſed paucos admodum novimus, qui dignas ſuper acceptis beneficiis gratias agere videantur. Non reprehenſibile, quòd inſtanter petimus, ſed planè petitioni negat effectum, quòd invenimur ingrati ; & forte hoc etiam clementia videtur, ingratis negare quod poſtulant, ne contingat nobis, ut tanto gravius de ingratitudine judicemur, quanto magis accumulatis beneficiis ingrati probabimur exſtitiſſe.*

7. Ex contextu præſenti intenſa colligitur Samaritani in proximum charitas ; non enim aliquorum ſociorum detrahit ingratitudini, non eos accuſat, quod ſuas ſe in ædes receperint, quòd admonitiones bonas à ſe datas ſurdâ aure contemſerint ; veriſimile namque eſt, Samaritanum omnes adhortatum fuiſſe, ut, ſicut unanimiter gratiam petierant, ita & concordi voce pro collatis beneficiis grates referrent : in his omnibus doceamur, nunquam proximum noſtrum culpare, quamdiu accuſationem aut reprehenſionem ejus licitè ſubterfugere poſſumus.

8. Veriſimile equidem mihi eſſe videtur, Samaritanum hunc apprimè à DEO illuminatum fuiſſe, quandoquidem ipſa increata ſapientia tantis eum laudibus extulit, quas cum principaliter meruerit per animi ſui gratitudinem & debitam beneficiorum recognitionem, diſcurſum terminare placuit hocce egregio gratitudinis encomio, quod S. Bernardus, de virtutis iſtius fructibus & effectibus tractans, adducit: *Felix, qui ad ſingula gratiæ dona redit ad eum, in quo eſt plenitudo omnium gratiarum, cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, ut majora adhuc accipere mereamur.* *S. Bern. ibid.*

Verſus 18.

Non eſt inventus, qui rediret & daret gloriam DEO, niſi hic alienigena.

Non eſt inventus, qui rediret & daret gloriam DEO.

1. Admiratus hunc Chriſti ſermonem Salmeron, tandem duplicem aſſignat hujus exprobrationis cauſam inquiens : *An voluit vendere beneficium? an eget DEUS laude noſtra? an non regula eſt, benefacientes obliviſci beneficii impenſi, ſicut beneficium accipientis eſt, ſemper recordari? ſed voluit eos redire, non propter ſe ; ſed primo propter DEUM, cui omnis debetur gratiarum actio & laus pro beneficio : deinde propter alios, ut conſtaret de beneficio per Chriſtum accepto, non per legem ; & ut gratum animum oſtendentes, majora beneficia perciperent, nempe doctrinam fidei, ut Samaritanus.* *Salmer.*

2. Ex hiſce rerum circumſtantiis Didacus Stella non difficulter elicit & tribulationis utilitates & proſperitatis diſpendia, adverſitates namque ad DEUM nos trahunt, à quo felicitatis retrahit ubertas : *Docemur ex hoc loco, quantum profit animæ ſaluti omnis fortuna adverſitas, quantum verò obſit proſperitas ; ſic enim leproſi dum infirmitate detinebantur, orabant DEUM & clamabant, at poſtea quàm ſanitatem conſecuti, DEI auxilio amplius non indigere ſibi viſi ſunt, ſtatim dolorem cum memoria beneficii ſimul depoſuerunt.* *Did. Stell.*

3. Ex

3. Ex hac unius ſolius Samaritani redeuntis & ad Chriſti pedes ſeſe proſternentis gratitudine, Dionyſius Carthuſ. hanc elicit tremendam adverſum ingratos ſententiam : *Per quod figuratum eſt, quod pauciſic confitentur, quando recidivunt; ſicque Chriſto reddunturingrati & pereunt, imò plus inquinantur, quàm ante.*

Dion. Cart. ſer. 3. in hac Do.

4. *Ecce* (inquit Albertus M.) *exprobratio ingratitudinis & acceptatio gratiæ agentis.* Eandem reliquorum, qui omnes Judæi erant, à lepra mundatorum ingratitudinem, S. Bonaventura hâc juſta perſtringit reprehenſione: *In quo manifeſtè oſtenditur Judæorum ingratitudo, quia cùm eſſent novem, nullus ex eis rediit, ſed ſolus iſte Samaritanus, qui unus erat & ſolus; in quo intelligitur electio gentium & reprobatio Judæorum.* Genti huic innata videtur in Deum ingratitudo, de qua manifeſtè in perſona Domini lamentatur Iſaias Propheta, in principio libri ſui exclamans : *Audite cœli, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt*: poſtquam autem in hac juſtiſſima indignatione, terræ & cœli audientiam requiſiviſſet, ecce ſubnectit illico cauſam commotionis ſuæ, ſcilicet: *Filios enutrivi & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me.* Neque hoc contentus inſuper oſtendere ſatagit hanc electi ingratitudinem non modo à gentilibus & quibuſcunque aliis naturæ humanæ participibus, ſed ab ipſis etiam irrationabilibus beſtiis condemnari : *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſraël autem me non cognovit.* Proinde jure merito ſeveriſſimum illis intentat ſupplicium: *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis*; neq; hæ nudæ fuêre minæ, miſerrimum exitu probante earũ effectum, dum populus Hebræus duplicata & æternæ reprobationis, & temporalis per ſæcula omnia exterminii, ſine ſpe conſolationis, incurrit diſpendia. Nec eſt, ut ſupplicia hæc ingratitudinis judaicæ flagitio exceſſivè improportionata reputemus, quia *quantò majora beneficia hominibus ſunt conſtituta* (verba ſunt Auth. imperfecti) *tantò majora peccantibus judicii ſunt præparata.*

Alb. M. hic.

S. Bonav in Luc.

Iſa. 1. 2.

Ibid.

v. 3.

v. 4.

Auth. imperf. ho. 1. in Matt.

5. *Cùm obticeſceret*, inquit Lucas Burgenſis, *Samaritanus non ſolùm gratus, ſed etiam modeſtus, qui venerat ſuo functurus officio, non accuſaturus alios, JESUS reverſus ab illo ad diſcipulos ſuos ac turbam, inquit: non eſt inventus, niſi hic &c.* Ex quibus agnoſcitur nimia gratitudinis prærogativa & meritum, utpote quam Filius DEI non tantum in conſpectu collegii Apoſtolici, ſed & coram univerſo mundo tantopere deprædicavit.

Lucas Burg.

6. Advertit præterea idem author omnes hoſce leproſos Chriſti præceptis ſele obedientes exhibuiſſe, verinamque ſimile eſt, eos adiiſſe templum, ut ſe ſacerdotibus ſiſterent; ſed aberrarunt in eo; debebant etenim; ſuſpensâ aliquantiſper ad templum profectione, cum Samaritano redire ſubitò, gratias acturi benefactori ſuo pro collato ſanitatis beneficio, & poſtea Jeruſalem versùs, iter ſuum repetere, *Atqui puduit eos ad JESUM redire, & publicè fateri ſe leproſos fuiſſe, cum mallent quàm minimè ſciri, & morbi memoriam quam primum exſtingui, gloriam DEI ſuæ verecundiæ poſthabentes; quare taxat eorum ingratitudinem Chriſtus, quòd divinam erga ſe beneficentiam clam habere, & tantum DEI beneficium celare ſtuduerunt.*

7. In præſenti porrò non obiter notandum occurrit quod ingeniosè advertit Janſenius, ſcilicet nullam à Chriſto gratiarum actionem, ſed ſolam DEI gloriam ſollicitari, non obſtante, quòd Samaritanus tributum exſolverit gratitudinis: *Dominus tantùm meminit gloriæ DEO datæ, nullâ factâ mentione gratiarum actionis ſibi redditæ; quo ſatis ſignificavit, ſe unicè DEI patris ſui gloriam quærere ac à nobis quærendam eſſe non autem ſe ſpectaſſe hominum applauſus & laudes, ſibi tanquam homini attributas*: non dicit: *Qui rediret & daret gloriam mihi, ſed DEO*: omnes namque Chriſti actiones majores ſpectabant DEI Patris gloriam. In quo denique illa gratiarum actio, quàm nos Deo debemus, ſituata ſit, hoc laconico quidem, ſed obſervatu digniſſimo documento inſinuat Chryſoſtomus : *Hoc eſt referre gratias DEO peccata ei propria confiteri.*

Janſ.

Chryſ. ho. 3. in Matth.

Niſi hic alienigena.

8. Juxta opinionem Lyrani: *In hoc ſignificatum*

Lyran.

ficarum fuit, quòd gentiles venturi erant devotè ad Chriſti fidem, Judæis remanentibus in ſuo errore.

Lucas Burg. 9. Optimè in præſenti commentatur Lucas Burgenſis, hæc nimirum Chriſti verba non deſpectum ſed commendationem potius & laudem continuiſſe Samaritani: *Alienigenam vocat JESUS, non contemptus causâ, ſed ut reliquorum culpam amplificet, quod is DEO gloriam dederit, à quò id munus, quàm à cæteris exſpectandum fuerat.* Multi homines mundani, à DEO beneficia conſecuti, majorem ſæpe ſæpius ei gratitudinem exhibent perfectiuſque communicato ſibi cœlitus lumini correſpondent & cooperantur, quàm alii, divino cultui quomodolibet dedicati; propterea tantam ſibi famam comparârunt Zachæus, Chananea, Centurio, Magdalena & plurimi alii, præterquam quòd in ſtatera divina pluris valeat, & moroſus ponderet unum etiam hominis ſæcularis opus bonum, quàm multa religioſorum. An non actus plurimos, eoſque heroicos omnes vita nobis exhibet ſancti Martini, ab eo, quâ Monacho quâ Epiſcopo exercitos? quanta recenſet miracula, quot exhibet virtutes, quot obſtupenda enumerat merita? nihilominus ſancta Mater Eccleſia inter omnes, unicum ſolummodo præ reliquis ſuſpicit, deprædicat, nobiſque repræſentat generoſitatis actum, quo chlamydem militarem diviſit mediam, ut pauperis nuditatem operiret, quod factum præ omnibus aliis ipſe etiam cœleſtis Paradiſus hoc extulit encomio: *Martinus adhuc catechumenus hâc me veſte contexit.* Quæ obſecro hujus unius virtutis tot inter innumeras alias prærogativa tantam ſibi in terris & in cœlis laudem aſſcivit? Ratio in promptu eſt; actus hic à S. Martino exercitus fuit in ætate, vocatione & perfectione, jurata quaſi pietatis & compaſſionis hoſte; tunc temporis Martinus caſtra ſequebatur, aut militum mos eſt, aliena potius rapere quàm propria largiri; pauperem citius ſpoliare, quàm de ſuis ditare; præterquam quòd pro eo tempore Martinus necdum Chriſtianiſmo imbutus fuerit, nec in lege evangelica informatus. Eandem penitus virtutem exhibet nobis hodie Samaritanus, in comparationem Hebræorum; de quo non inconvenienter aſſeveraverim illud quod de S. Martino affirmat S. Hieronymus, ad Exuperium ſcribens: *Quis non diligat eum, qui ſub paludamento & habitu militari, agat opera Prophetarum?* *S. Hier. ad Exup*

Verſus 19.

Et ait illi: ſurge, vade, quia fides tua te ſalvum fecit.

Ait illi: ſurge, vade.

1. *Ait illi, confortans eum* (ſcribit Albertus Magnus) *ad perſeverantiam.* Initialiter equidem omnes decem viros ſe præſtiterant egregios, vivam præferentes fidem, devotionem, incorruptam voluntatis ſuæ in divinam, reſignationem; humilitatem, obedientiam, fiduciam maximam & ſummam in Chriſtum confidentiâ; ſed ſanitatis gratiâ obtentâ, omnes ſubitò decem, unico excepto, beneficiorum immemores & ingrati, terga vertunt, benefactorem deſerunt, malignique & perverſis Phariſæorum adhærent ſuggeſtionibus: ecce tibi egregium noſtræ in virtute inſtabilitatis & inconſtantiæ exemplar, qui exilem prô dolor moram trahimus in bono opere inchoato. *Alb. M. in Luc.*

2. Idem Author ly *vade* ita interpretatur: *Vade proficiendo ad DEUM & proximorum ædificationem.* Jure ſanè meritiſſimo præcipit Chriſtus Samaritano, ut vadat; quia ſchola Chriſti diſcipulus effectus, & ex Samaritano in fidelem converſus (*fides tua te ſalvum fecit*) intelligere & ſcire debebat neceſſariò, non ſufficere ſaluti fidem ſine progreſſu in operibus bonis; appoſitè Salmeron ad rem noſtram inquit: *Nec fides ſola eſt, ſed conjuncta cum obedientia, eundo ad ſacerdotes, & gratiarum actione, cum reditu & humilitate, in caſu ante pedes Chriſti & prædicatione gloriæ DEI.* *Luc. 18. 42.* *Salm. to. 6. tr. 38.*

3. Tandem ex hiſce verbis Lucas Burgenſis evidenter deducit, Chriſtum non ſibi ſed fidei Samaritani miraculum aſcribere: *Fidei Samaritani non ſibi adſcribit JESUS miraculum, non quòd ipſe non fuerit præcipuus auctor (nam hoc ipſum ferebat Samaritani fides) ſed quòd fides fuerit cooperata, præparans Samaritanum & capacem reddens tanti beneficii.* *Lucas Burg.*

DOMI-

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Matth. Cap. 6.

v. 24. NEmo poteſt duobus Dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet: non poteſtis Deo ſervire & mammonæ. 25. Idcirco dico vobis: ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini: nonne anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm veſtimentum? 26. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metuunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa; nonne magis vos pluris eſtis illis? 27. Quis autem veſtrum cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? 28. Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. 29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis. 30. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei? 31. Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 32. Hæc enim omnia gentes requirunt, ſcit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. 33. Quærite ergo primùm regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.

Verſus 24.

Nemo poteſt duobus Dominis ſervire, aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet, non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.

Nemo poteſt duobus Dominis ſervire.

Alb. M. ſer. 69. in hac Dom. 1. Cor. 6. 20.

ALbertus Magnus variis in quodam ſuper hoc Evangelium ſermone adductis motivis, probare allaborat, hominem obligari ad ſervitium divinum. *Servilis conditio. Ipſe enim de limo nos plaſmavit, charitſſima emptio ſuo pretioſo ſanguine, de poteſtate diaboli nos redemit: empti enim eſtis pretio magno, impenſi ſervitii recompenſatio, omnia quæ fecit in carne, quaſi quædam ſervitus fuit propriæ promiſſionis obligatio: promiſimus enim in Baptiſmo, quòd ei ſervire deberemus. Quotidiani boni erogatio: quotidie enim beneficia Dei recipimus, quo meritò deſervire debemus. Æternæ mercedis expectatio,* eſt motivum ultimum.

2. Sæpe equidem, ipsâ experientiâ teſte, duobus dominis ſerviri, obſequiumque præſtari poteſt; nihilominus indubitata remanet concluſio à Chriſto facta & ſtabilita, veruntamen in eo ſenſu, quo ſacri Interpretes eam exponunt: igitur Interlinearis habet: *Duobus dominis inter ſe diſſidentibus.* Cajetanus verò: *Quatenus duo ſeu diverſi ſunt*; ſeu ut Dionyſius Carthuſianus ſcribit: *Non ſubordinatis, ſeu contrariam voluntatem habentibus.* Pariter & Albertus Magnus docet: *In quo notatur dominii diverſitas: duo domini conveniunt in legibus & præceptis.*

Gloſſ. Interli. Cajet. in Matt. Dion. Carth. Alb. M. hic.

3. Efficaciſſimum, maximè conveniens & rationale motivum, quare Deus totale & ad-

æquatum ſibi à nobis ſervitium exhiberi prætendat, abſque eo quòd ulli alteri rei adhæreamus, hoc ipſum eſt quod S. Gregorius aſſignat dicens: *Quia Deus totum hominem condidit, habere eum communem cum adverſario ſuo non dignatur.* Quod corporis noſtri fabricam concernit, in ea divinas operationes admiratur Tertullianus, nobiſque contemplandas proponit, dum ait: *Recogita illi totum Deum occupatum eſſe ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, & ipsâ imprimis affectione, quæ lineamenta ductabat,* animam noſtram ex propriis, ut ita dicam, præcordiis eduxit: *Inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viventem.* Denique proprio ſanguine hominem redemit, ſuo ſacratiſſimo corpore nutrivit, manſionem ei in paradiſo fabricavit, hacque ratione exigit, ut nullus præter Deum, Creatorem & Redemptorem noſtrum, cordis ſibi noſtri Dominum uſurpet.

S. Greg. in c. 7. l. 1. Reg.

Tertull. de reſur. car. c. 6.

Gen. 2. 7.

4. *Ego ſum Dominus Deus tuus zelotes*, quondam Iſraelitis dicebat legislator ſupremus, hodieque nobis ingeminat; zelotypus eſt Dominus in amore noſtro, totum vult, conſortem neſcit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,* &c. Docet S. Auguſtinus, quare Deus animam noſtram ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creavit, nimirum ut homo tantus, quantus eſt, ad Deum converſus, *Factorem pro imagine cognoſcat, & proſimilitudine diligat.* Ipſum ſe Dominus ſponſum nuncupat animæ: *Sponſabo te mihi,* non ob aliam utique cauſam principaliorem, quàm ut ſciamus & certificemur, eum velle totius cordis, totiusque amoris noſtri Dominum neque: ratio deficit, propter quam Deus ſibi ſoli hocce dominium & cordium noſtrorum principatum reſervet, & amoris noſtri conſortem recuſet: cor noſtrum adeo exile eſt, & ideo non poteſt tantam intra ſe continere amoris intenſionem, ut dignè diligat objectum adeo diligibile & amore tanto dignum, quale eſt: conveniens igitur decenſque fuerit, ut ſaltem illi ſoli, quantùm poſſumus, cor noſtrum patefaciamus, cum excluſione cujusque alterius, maximè verò inimicorum ejus, mundi ſcilicet, dæmonis, & ſenſûs ſeu carnis noſtræ. Docuit nos hujuſce rei veritatem Iſaias Propheta, quando vice quadam, metaphoræ intentus certæ alicujus conſortis, alteri præterquam ſoli ſponſo, aditum ad ſe permittere volentis dicebat: *Coangustatum eſt enim ſtratum, ita ut alter decidat; & pallium breve utrumque operire non poteſt.*

Exod. 20. 5.

Deut. 6. 5.

S. Aug. l. de ſpir. anim.

Oſe. 2. 19

Iſa. 28. 20.

5. Dictam interciſi & mutilati amoris incompoſſibilitatem claro hoc diſcurſu exprimit Lyranus: *Cor hominum non poteſt ſimul capere Deum & diabolum; ſed ſuſcepto diabolo per peccatum, exit Deus; ſuſcepto Deo per charitatem, exit diabolus.* Præcepta Dei & dæmonis ſeu mundi contrariantur ſibi invicem, vexillaque & inſignia erigunt ſibi mutuo inimica & repugnantia, unde Gloſſa ſcribit: *Cùm regnum Dei & diaboli diſſideant inter ſe, in utroque nemo poteſt ſimul militare; unde qui baptizantur, diabolo abrenuntiant, & ejus operibus.* Omnis mundi Maxima præceptis & conſilius contrariatur evangelicis, Deus namque præcepit: *Diligite inimicos veſtros*; at lex militaris & duelli infamem proſcribit illum, qui non reddiderit pugnum pro pugno, gladium pro gladio: Mundus ſolos ſuſcipit & magnificat potentes, divites, & in dignitatibus conſtitutos, ſchola Chriſti ſolos æſtimat humiles, pauperes, & in hac vita contemptos: hæc autem quis non videt maximè inter ſe repugnare? Quare denique inter ſe concordari nequeant ſimul in eodem ſubjecto, hanc rationem adducit Cajetanus: *Quia diverſa jubentibus ſi quis ſponte ſervit, unum diligit, alterum vero odio habebit; amor enim unius contrarii, odium eſt alterius.*

Lyran.

Gloſſ.

Cajet.

6. Per duos dominus Dionyſius Carthuſianus Deum & mundum ſeu carnem intelligit, dicens: nemo poteſt ſervire *Deo & mundo, Deo & carni propter quod dicit Apoſtolus: ſi hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.* Similiter & Gloſſa per reſpectum ad Deum & mundum explicat: ſcribens: *Quaſi dicat, non poteritis ad oculum hominum agere, & ex his Deo placere.* Aſt objecerit fortè quiſpiam, multos viros ſanctos Principibus ſerviiſſe, vero Deo inimicis, in curia Neronis multos fuiſſe Chriſtianos teſtatur ipſe Apoſtolus, inquiens: *Saluant vos omnes ſancti, maximè autem qui de domo Cæſaris ſunt.*

Dion. Carth.

Gal. 1. 10

Gloſſ.

Phil. 4. 22.

S. Se-

S.Sebaſtianus Diocletiano Imperatori, Daniel Regi famulabatur Nabuchodonoſori, & nihilominus omnes iſti ſimul etiam unius veri Dei cultores & ſervierant ſed facilis eſt ad objectionem reſponſio, cum diſtinctione ſuperius allata: non abſolutè, ſed in tantùm Deus prohibet ne hominibus ſerviamus, in quantum horum leges divino contrariantur famulatui, & transgreſſioni favent præceptorum ejus; ideoque per Vicarium ſuum hoc omnibus nobis edictum promulgari fecit: *Subditi eſtote in omni timore Dominus, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.* 1.Pet.2. 18. Quis obſecro major veri Dei inimicus erat, quàm Rex ille ſacrilegus in Babylonia, & nihilominus Danielem, quem in aſſiduo ſervitio ſuo occupatum habebat, non ſuum, ſed Dei famulum nuncupat, dicens: *Daniel ſerve Dei. Ipſum non ſuum,* ait Theodoretus, *ſed Dei ſervum appellat.* Dan.6. 20. Imò non ſervum duntaxat Dei, Danielem nominat, ſed & perpetuum, inquiens: *Deus tuus, cui tu ſervis ſemper.* Voluit equidem Spiritus ſanctus hanc veritatem ex ore ſacrilegi illius Regis denunciari & confirmari, ut quicunque Dei ſervus, licèt principibus aliis ſæcularibus externum obſequium impendat, nihilominus eodem etiam tempore cor, affectum, voluntatem, aliaſque potentias ſuas liberè in Dei ſervitium & obſequium ſeſe dirigere poſſe noverit: & ideo quicunque de numero horum, quando ex una parte lex, gratia & amicitia urget divina; ex altera verò edicta & leges Principum jubent contrarium, non fidei Deo datæ, ſed favoribus, theſauris, dignitatibus, ſtatui ſuo, prætenſioni omni & ſimilibus quibuscunque prompti renunciant ſeque fideliſſimos illius Monarchæ ſervos perhibent, in cujus fæmore ſcriptum: *Rex regum,* &c. Tales ſe heroës probarunt Moyſes Pharaoni, tres pueri Nabuchodonoſori, S.Sebaſtianus Imperatori Diocletiano, dicentes cum Apoſtolo: *Obedire oportet magis Deo quàm hominibus.* Act.Ap. 5.29.

7. Ab ipſo etiam Apoſtolo hanc dominicam doctrinam ſtabilitam eſſe didicimus, dum ait: *Non poteſtis menſæ Dom ni participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* 1.Cor. 10.21. Et iterum: *Quæ convenio Chriſti ad Beli?* 2.Cor.6. 15. *aut quæ ſocietas luci ad tenebras?* Neſciunt in eodem ſimul templo dimorari Dagon & Arca: propè equidem novit aſtutus ſerpens, maximam Chriſtianorum partem pro aliquo ſaltem tempore vitæ, de felicitatis æternæ ſecuritate procuranda cogitare, & ideo ut illos ab hujus finis conſecutione divertat, ecce tibi ejus dolum & fraudem, qua pleroſque infatuat; cùm enim Deum, totum cor noſtrum velle ſciat, juxta illud: *Fili mi, præbe cor tuum mihi;* Prov.23 26. ipſi conſilium falſæ illius matris præponit, ſcilicet: *Ne mihi, nec tibi, ſed dividatur;* 3.Reg.3. 26. quæ hiſtoria 3.l.Reg.c.3. fusè narratur Ambabus Rex, ut in veræ genetricis notitiam veniret, dixit: *Afferte mihi gladium, dividite infantem vivum in duas partes, & dimidiam partem alteri.* Et ecce protinus hac ſententiâ prolatâ, utra earum vera mater eſſet, innotuit: *Commota ſunt quippe viſcera ejus ſuper filio;* & ideo Salomoni ſupplex facta, dixit: *Obſecro Domine, date illi infantem vivum.* Contrà altera fraudulenta mulier exclamabat: *Nec mihi, nec tibi, ſed dividatur.* S. Bernardus de noſtro erga Deum amore tractans hanc adducit hiſtoriam, per eamque denotari dicit, quòd Deus totum cor, totumque affectum noſtrum deſideret, ideoque illum inter creaturas dividi pati nequeat; dæmon verò conſilium illud mulieris pravæ: *Nec mihi, nec tibi ſed dividatur,* proponat. Paulus de Palatio ſuper Eccleſiaſtici textum: *Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus,* ita ait: *Bona mater integrum, non diviſum vult filium, licèt quæ ſe matrem fingebat, divida filium optaret: ita Deus integrum cor, non diviſum vult,* quia pater illius eſt. Idem Eccleſiaſticus ait: *Væ peccatori terram ingredienti duabus viis;* horum autem multi ſunt, ii nimirum, qui uno eodemque tempore, Deo & mundo ſervire volunt, de quibus Oleas ait: *Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt.* S. Auguſtinus quoque dicit: *Væ duplici corde, qui in corde ſuo partem faciunt Deo, partem diabolo.* Sic Ananias & Saphira ex una parte Deum venerati ſtudebant, dum aliorum ardentium Fidelium exemplo, ſe hæc omnia bona terrena deſeruiſſe ſimulabant, magnam illorum partem, poſt emiſſum paupertatis votum ad Apoſtolorum pedes deferebant; veruntamen non omnia tulerunt, ſed bonam ſibi facultatum ſuarum portionem fraudulenter

S.Bern. de dilig. Deo. *Eccl.3. 29.* *Paul.de Pal.* *Eccli.2. 14.* *Oſe.10.2* *S.Aug. tr.7.in Joan.*

refer-

reſervarunt ; unde à S.Petro magna cum ſeveritate puniti, ante ejus pedes mortui occubuerunt ; quia nimirum præfigurabant illos, qui, ut Deo ſe conſecrent, mundum quidem relinquunt, ita tamen ut uno pede in ſæculo remaneant id eſt, aliquâ affectûs & cordis ſui parte, vel divitiis, vel honoribus, aut ſimilibus aliis adhæreſcunt. S.Gregorius de Nicodemo, qui, ne diſcipulus Chriſti ſe eſſe manifeſtum fieret, nocturno tempore Chriſtum conveniebat, tractans, eum *nocturnum Dei cultorem* appellat, & alibi de eodem dicit: *Ille dimidiat tantùm ex parte Chriſtum amans Nicodemus*; hic autem valde ſe emendavit, quando Chriſtum in cruce extenſum vidit, tunc enim omni poſtpoſito timore mundano, iis ſe junxit, qui Chriſtum è cruce deponentes, ſepulturæ mandarunt. Apud Sophoniam Deus comminatur, dicens: *Diſperdam de hoc loco reliquias Baal, & nomina adituorum cum ſacerdotibus, & eos, qui adorant ſuper tecta malitiam cœli, & adorant & jurant in Domino, & jurant in Melchon*; quæ verba S.Hieronymus in ſenſu morali exponens dicit: *Hi ſunt, qui ſæculo pariter & Domino putant ſe poſſe ſervire.*

S.Greg. Naz. orat. 42. Orat. 16 Soph. 1. 4 S.Hier. ibid.

8. Gloſſa ait: *Quidquid facis, vel amore Dei, vel ſervitute diaboli facis.* S.Bonaventura autem magnam oſtendit inter duos hoſce Dominos diſſimilitudinem, inquiens: *O quam diſſimiles ſunt iſti duo Domini, Deus & diabolus; primus ſuaviſſimus, ſecundus crudeliſſimus; alter remunerat ſervos ſuos cum corona, alter cum gehenna; Deo ſervitur vigilando in cuſtodia contra diabolum, diabolo ſervitur dormiendo in negligentia contra Deum; Deo ſervitur aſcendendo de virtute in virtutem uſque in cœlum, diabolo deſcendendo de vitio in vitium uſque in infernum.* Tandem S.Doctor efficaci argumento diſcurſum concludit, dicens: *Cum igitur certum ſit, neminem duobus dominis ſervire poſſe, repudiemus diabolum, & ſerviamus Deo ſoli: Præparate corda veſtra, & ſervite illi ſoli.*

Gloſſ. S.Bonav. ſer. 1. in hac Do. 1. Reg. 7. 3.

9. *Nemo poteſt ſervire vitiis & virtutibus* (inquit Interlinearis) Gloſſa autem ordinaria dicit: *Nemo poteſt ſimul in cœlo & in terra theſaurizare.* Lucas Burgenſis conſiderans, quòd Chriſtus Deum & divitias, tanquam duos nobis imperantes ad invicem comparet, ita dicit: *Conſtituit Deum & divites tanquam duos Dominos, non quòd divitiæ ſint aliquis Dominus, ſed quòd non ſecus, ac ſi eſſent magnus aliquis Dominus, aut certi Deus, ita omni ſtudio, totoque conatu illis ſerviatur colligendis, adaugendis, aſſervandi ita cor illis apponatur, ita ſpes in eis figatur, & felicitas conſtituatur* (*quam etiam ob cauſam Apoſtolus avaritiam, idololatriam appellavit*) *res certè indigna, ut rei inanimi, terrenæ, vili, quæ ſervire homini debeat, homo ſubfit, obtemperet, obſequatur rationalis, libera, nobilis creatura.*

Gloſſ. interli. Gloſſ. ordin. Lucas Burg. Ephes. 5.

Aut enim unum odio habebit,

10. Advertit S.Thomas in diſcurſu de diabolo, nunquam fieri amoris mentionem, unde dicit: *Odio habebit, id eſt, diabolum, & non dicit: Diliget, quia diabolus naturaliter diligi non poteſt.* Eandem quoque obſervationem habet S.Anſelmus, dum ait: *Non dicit: diabolum diliget, nullus enim eſt adeo nequam, qui diabolum ament*; *ſed aliquid diligit, propter quod ejus imperium patitur*; id quod declarat exemplo cujuſdam verbi gratiâ, qui erga ancillam mali cujuſdam domini amore captus, ejus moleſtiam & crudelitatem libenter patitur, non quòd dominum illum diligat, ſed in tantum illi ſervit, in quantum inter domûs ſuæ familiares habet ancillam, quam diligit: *Sic aliquis ſuſtinet ſervitium diaboli*, inquit Sanctus Thomas, *propter divitias.*

S.Th. hic S.Anſel. hic.

Et alterum diliget.

11. *Deus enim*, inquit S.Thomas, *naturaliter diligitur.* Unde Hugo Cardinalis quoque notat, quòd nulla creatura Deum propriè odio habere poſſit: *Nulla creatura Deum odit affectu, etſi effectu; nec etiam diabolus odit Deum, in quantùm Deus eſt, ſed in quantùm puniendus eſt; & ſicut latro non odit judicem, quia homo, ſed quia judex & vindex.* Dionyſius Carthuſianus quoque S.Auguſtinum citat, dicentem: *Nullius vere conſcientiæ poteſt Deum odiſſe*; & quidem tametſi Chriſtus de Judæis dicit: *Nunc autem viderunt*

S.Thom. Hugo Card. S.Aug. citat. à Dionyſ. Carth. Joan. 15. 24.

runt & oderunt me; & Pſalmiſta: *Nonne qui*
Pſ.138.21 *oderunt te Domine, oderam?* & alibi: *Superbia eorum qui oderunt te, aſcendit ſemper.*
Pſ.73.23 Carthuſianus tamen ad hæc loca reſpondet, hâc adhibita diſtinctione: *Conſiderando*
Carth. *Deum ſecundum ſe, & ut cauſam rerum; nemo eum odit; conſiderando verò eum ut punitorem & prohibitorem delectationum & ſenſualium, multi ipſum oderunt.*

Aut unum ſuſtinebit.

Alb.M. hic. 12. Albertus Magnus motivum conſiderans, ob quod jugum & tyrannis dæmonis à mundanis & impiis adeo patienter toleratur, dicit mundanum id facere, *aut ob timorem mundanum, quia timet amittere, quod ſub eo manet: aut propter timorem humanum, quia timet ſeparari à concupiſcentiis ſuis.*

S.Aug. l.2.de ſer.Do. 13. S. Auguſtinus legit: *patietur*: quia ut impius effreni appetituum deſiderio ſatisfacere poſſit, libenter ſe indignis tyranni infernalis verberibus ſubjicit; aut verò ut delectatione ſenſuali frui poſſit, reputationis, facultatum & ſanitatis jacturam, nec non depoſitâ omni verecundiâ, ſe ab omnibus vilipendi, & digito monſtrari haud invitus patitur.

Et alterum contemnet.

Paul.de Palat. 14. Paulus de Palatio ly *ſuſtinet* moleſtiis & infeſtationibus, quas impius à diabolo patitur, ly verò *contemnet*, Deo aſcribendum eſſe dicit: *Impius*, inquit, *diabolum ſuſtinet & Deum contemnit; pars illa unum diligit, referenda eſt ad juſtos, pars verò altera: unum ſuſtinebit, debet referri ad peccatores, jam miraculi loco eſt quòd homo ſuſtinere velit dæmonem, quem cæli ſuſtinere nequiverant, nec ſuſtinere poterat infernus*, juxta illud
Iſa.14.9. Iſaiæ: *Infernus ſubter conturbatus eſt in occurſum adventus tui.*

Dion. Cart. 15. Dionyſius Carthuſianus ait: *Non dicit; alterum odio habebit, ſed contemnet, videlicet Deum; quia ſecundum Auguſtinum etiam illi, qui non ſerviunt Deo, non odiunt eum ſed ſpernunt.* In quonam verò hic contemptus conſiſtat, idem ecſtaticus doctor his verbis
S.Aug. loc.cit. declarat: *Contemnit, id eſt, non timet Deum, qui ſuæſi de ejus bonitate ſecurus eſt.* S. Auguſtinus ait: *Non dicit, odit, ſed contemnit; nullus enim naturaliter odit Deum, ſed præter voluntatem, ejus præcepta contemnit.*

16. *Nota*, inquit Hugo Cardinalis, *quòd dicit: Contemnet non odiet; omni enim peccato mortali contemptus eſt.* Hugo C.

Non poteſtis Deo ſervire & mammonæ.

17. Ad hanc æternæ veritatis proteſtationem S. Hieronymus omnes avaros, ut oculos mentis aperiant, invitat, dicens: *Audiat hoc avarus, audiat, qui cenſetur, vocabulo Chriſtiani, non poſſe ſe ſimul divitiis Chriſtoque ſervire*; notat autem idem S. Doctor, Chriſtum hîc non de illis loqui, qui divitias poſſident, ſed de eis, qui illis ſerviunt, illarumque ſe mancipia faciunt: *Non dixit; qui habet divitias, ſed qui ſervit divitiis, qui enim divitiarum ſervus eſt, divitias cuſtodit ut ſervus; qui autem ſervitutis excuſſit jugum, diſtribuit eas ut Dominus.* Ad quod probandum Divus Chryſoſtomus ſanctorum illorum Patriarcharum Abrahæ, Jobi & aliorum exemplum adducit, qui divites quidem, non tamen divitiarum ſervi erant: *Job erat quidem dives, non tamen pecuniæ ſerviebat, ſed habebat divitias, iiſque ut congruit, imperabat, nec erat famulus earum ſed Dominus.* Enim verò in quonam divitiarum ſervum eſſe conſiſtat, Janſenius his verbis declarat: *Servit eis*, inquit, *qui animum ſuum illis apponit, qui earū gratiâ facit ferè, quidquid facit, qui ab eis pendet & felicitatem ſuam hinc ſperat, qui, cum recta ratio dictat, non expendit eas in Dei gloriam, in ſuam & proximi utilitatem, qui per fas & nefas congregat.* Author Imperfecti eandem diſtinctionem, quæ eſt, inter, habere vel ſervire iiſdem, ponderans, dicit: *Si habes divitias, & divitiæ illæ non te faciunt ſuperbum aut violentum, ſed, ſecundùm quod potes, das impotentibus, Dominus es divitiarum tuarum, non ſervus quia non te divitiæ tuæ tenent, ſed tu divitias tuas: ſi autem divitiæ tuæ ſuperbum te faciunt aut violentum, & conſtrictus avaritiâ, nomini aliquid præſtas tunc ſervus es divitiarum tuarum non dominus, quia divitiæ tuæ te tenent, non tu divitias tuas.* S.Hier. hic. Chryſ. ho.22.in Matth. Janſ. c.42. concord. Author Imp. hom.16.

18. Porro impoſſibile eſſe, ut quis Deo ſimul & divitiis ſerviat, Carthuſianus evi- Dion. Cart.

denter probat, dum ait: *Qui enim Deo ſervit, præfert ſpiritualia & æterna ſenſibilibus & tranſitoriis; qui verò divitiis ſervit, præfert caduca cæleſtibus*; quonam verò modo hominem divitiis ſervire contingat, idem Doctor declarat, dicens: *Divitiis ſervire, eſt inordinato earum affectu ligari, in eis finem ponere, cupiditatis vitio ſuperari atque ſubeſſe, à quo autem victus eſt, ejus & ſervus eſt.*

S. Bern. ſer. 31. in cant.

19. S. Bernardus de avaro ſcribit: *Terrena eſurit ut mendicus, fidelis contemnit ut Dominus.* Lyranus dicit: *Ille, qui in piis operibus divitias expendit, non ſervit divitiis, ſed magis divitiæ ſerviunt ſibi, quia iis utitur, ſicut inſtrumentis ad opera virtutum*, adducitque authoritatem S. Ambroſii, dicentis: *Sicut divitiæ ſunt impedimenta reprobis, ita probis ſunt adjumenta virtutis.*

Lyran.

Chryſ. ho. 39. in Joan.

20. Divus Chryſoſtomus ad contrarietatem, quæ Deum inter & argenti ac auri cupiditatem verſatur, ſe reflectens, dicit: *Contraria Chriſto præcepit, ſiquidem Chriſtus dicit: da indigentibus; mammona: rape ab indigentibus; ille: pius eſto & manſuetus; hæc: crudelis & immanis.* Idem quoque in alia quadam homilia ſuper hæc Evangelii verba; ita ſcribit: *Hoc loco, & animo prorſus toto perhorreſcamus & corpore, intelligentes iſtud, quod Chriſtum dixiſſe memoravimus; ex adverſo ſcilicet Deum aurumque conſiſtere & componi; ſi igitur iſtud ſono quoque ſermonis horribile eſt, quantò eſt horribilius, cùm ipſis operibus, tyrannis auri Dei timori præfertur.*

ho. 22. in Mat. cit.

Verſus 25.

Idcirco dico vobis: ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori veſtro, quid induamini; nonne anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm veſtimentum?

* * *
* * *
*

Idcirco dico vobis.

1. Albertus Magnus ad perſonam loquentem ſe reflectens, illorum verborum ſenſum eſſe dicit: *Qui ſolus ſcio, veritatem eorum, quæ Deo beneplacent, quæ nemo ſcit niſi cui revelo, ego qui ſecreta patris ſcio, dico vobis.*

Alb. M. hic.

Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ.

2. Divus Chryſoſtomus finem nobis exponit, quem benigniſſimus Salvator in hoc evangelio habuit, nimirum *ut tyrannidem cupiditatis peſſundet.* Paulus de Palatio conſiderat, quanta cum ſollicitudine Chriſtus peſſimam hanc cupiditatis radicem omnium malorum originem è fidelium ſuorum cordibus eradicare ſatagerit: *Radix omnium malorum cupiditas*, dicit enim, *Chriſtus multa expendit, cupiens ſollicitudinem temporalium à nobis evellere, quia ſollicitudo eſt acus, quâ filum in animam ingreditur; ex ſollicitudine quidem, divitiarum amor, ex amore apponitur cor, ex corde appoſito ingreditur cultus & obſequium mammonæ, Deo vero contempto.*

Chryſ. loc. cit.

3. Sollicitudinis definitionem, Tullio auctore, hanc nobis ſcriptam reliquit Lucas Burgenſis: *Sollicitudo, Cicerone definitore in 4. Tuſculanarum eſt ægritudo cum cogitatione.* Lyranus de anxietate & cura tractans, quæ divitiis cumulandis inſudat, per eam alterari & perturbari probat hominem, non modo in exterioribus ſed & interioribus. Plus docet S. Antonius de Padua, dum evincit hanc ſollicitudinem, mortalem eſſe animæ noſtræ infirmitatem, dicit enim: *Sollicitudo mentem perturbatam diſtrahit, diſtractam dividit, diviſam diabolus rapit, & ſic animam interficit.* Author Imperfecti operis ſollicitudinem appellat deſperationis filiam, inquiens: *Sollicitudo deſperationis filia, quia deſperatio ſollicitudinem generat.* Reprobatum ſollicitudinis vitium Cajetanus ita delineat: *Eſt dubia anxia mens; provenit ſiquidem ex nulla aut modica fide divinæ providentiæ circa nos.*

Lucas Burg.

Lyran.

S. Ant. Pad. ſer. in hac Dom.

Author Imp. hom. 26.

Cajet.

S.Th.2. 2.q.55. a.6. 4. S. Thomas in ſumma, ſollicitudinis effectum hujuſmodi aſſignat : *Sollicitudo importat ſtudium quodam adhibitum ad aliquid conſequendum* : oſtenditque à Chriſto non diligentiam, non laborem , ſed ſolam prohiberi anxietatem ; proinde Cajetanus *Caj.hic.* ait : *Non dicit ; ne operemini , ne laboretis , ſed : ne ſollicitemini, quia non prohibetur labor ſed ſollicitudo.* Advertite, inquit idem author, non dicere Chriſtum : nolite campos & agros colere aut frumentum in granaria comparare , more volucrum ; nequaquam : *Non hoc dicit, nec intendit Jeſus.* Id *Author Imp. ho.16.* quod fuſius proſequitur Author operis imperfecti, dicens : *Solliciti eſſe vetamur, laborare autem jubemur ; ſic enim & Dominus loquens ad Adam, non dixit. Cum ſollicitudine facies tibi panem, ſed cum labore & ſudore Gen.3. 19. faciei tuæ , ergo non ſollicitudinibus ſpiritualibus , ſed laboribus corporalibus acquirendus eſt panis.* S. Anſelmus hanc duplicis *S. Anſelm.* ſollicitudinis adducit diſtinctionem : *Duæ ſunt ſollicitudines ; alia eſt rerum, alia ex vitio hominum, ex rebus ipſis oritur ſollicitudo, quia panem habere non poſſumus , niſi ſeminemus & laboremus ; hanc ſollicitudinẽ non prohibet, quia Dominus ait : In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Conceditur ergo nobis providentia & labor ; ſed eſt quædam ſollicitudo ex vitio hominum ſuperflua, quando ipſi deſperantes de bonitate Dei , frumentum plus quàm eſt neceſſarium , reſervant, & dimiſſis ſpiritualibus, illis intenti ſunt.* Eodem penitus modo *Gloſſ.* diſcurrit Gloſſa, dum ait : *In ſudore vultus tui paratur panis , ſed labor eſt exercendus , ſollicitudo tollenda eſt mentem perturbat dum timet , ne aut poſſeſſa diſpereant , aut elaborata non contingant.*

S.Thom. art.cit. 5. Doctor Angelicus ſequentem ſtatuit concluſionem : *Temporalium ſollicitudo illicita eſt, ſi ea, ut ultimus finis quærantur, & ſi ad ea inquirenda ſuperfluum ſtudium adhibeatur, vel nimium in his timeamus, ne nobis in neceſſitate deficiant.* Evincens autem argumentum, quod multi pro fine habeant bonorum temporalium acquiſitionem, deducitur inde , quando ſcilicet eos plus terrenis quàm cæleſtibus bonis comparandis inſudare videmus : accommodè ad intentum noſtrum Albert. M. explicat quomodo ſemen *Alb.M. hic.* bonum ſuffocetur à ſpinis, in quibus Chriſtus nimiam , circa bonorum temporalium poſſeſſionem, ſollicitudinem deſignavit. *A ſollicitudinibus & divitiis ſuffocantur ſi ; hoc, quod verbum inter ſpinas cadens, ſollicitudinibus & curis ſæculi ſuffocatur , & non fert fructum, hæc que ſollicitudo eſt , quando tanta habetur cura mundanorum, quod lucra humana præponuntur divinis.* Eandem quoque diſordinationem inſinuat Paulus de Palatio, *Paul.de Palat.* inquiens : *Quod Dominus damnat hoc loco, id eſt, quòd temporalia quæras, æternorum oblitus , ita curare hæc qua videntur , ac ſi nihil eſſent æterna.*

6. Prædicta verba interpretans S. Auguſtinus , Chriſtum inferre voluiſſe dicit : *Ut non iſta intueantur & propter iſta faciant , quidquid in evangelii prædicatione facere jubentur.* Alia ratio , ſollicitudinem bonorum temporalium repræhenſibilem eſſe demonſtrans, à S. Thoma aſſignatur, dicente : *Propter ſuperfluum ſtudium, quod appenitur, propter quod homo à ſpiritualibus , quibus principalibus ſervire debet, retrahitur.* Noviſtis utique cauſam, propter quam lux obſcuretur & offuſcetur in eccliſi ; nimirum quia terra inter ſolem & lunam ſeſe interponit : ita pariter bonorum temporalium anxietas, quæ ſeſe Deum inter collocat & animam noſtram, magnam cordium noſtrorum inducit cæcitatem , plurimamque lucem & bonorum æternorum deſtruit notitiam ; exemplum capite ſimilitudinis in ſpeculo, huic namque offuſcato & obvoluto oppoſita nulla imprimitur imago , ita paritur intellectus noſter, terrenis involutus negotiis & curis , imaginem nequit recipere hominis cœleſtis. *Non explodit operari*, dicit Theophylactus , *ſed ſeipſos totos curis tradere & negligere Deum, hoc eſt, quod prohibet.* Concluſionem Janſenius diſcutit evangelicam, quæ ſollicitudinem inculcare nititur omnibus nobis acquirendi regni cæleſtis , unde manifeſtè deducitur quænam ſollicitudinis ſpecies à Chriſto condemnetur ; dicit itaque : *Satis ſignificat , qualem ſollicitudinem prohibeat , nimirum quòd impedimentum præſtet ne quis regnum Dei & juſtitiam ejus quærat. quemadmodum oportet.* Motivum tertium , propter quod ſollicitudo iſta prohibeatur, indicat idem S. Thomas ; nimirum *ex parte timoris ſuperflui, quando ſcilicet aliquis timet, ne faciendo, quod debet, neceſſa-*

Theoph. hic. Janſ. c.42. concord.

ria ſibi deficiant. Unde Lucas Burgenſis explicans, de qua Chriſtus ſollicitudine loquatur, ſcribit: *Sollicitudinem vetat immodicam illam & anxiam, quâ totus in hoc eſt homo, ut de rebus vitæ neceſſariis ſibi proſpiciat, nihilque Deo commendat, nihil divinæ providentiæ relinquit, tanquam id ſolus ipſe curare & poſſit & debeat.* S. Thomas ſupra illa Apoſtoli verba; *Nihil ſollicita*: ita commentatur: *Sollicitudo quandoque importat diligentiam quærendi, quod deeſt, & hoc eſt commendabile, & opponitur negligentiæ: quandoque anxietatem animi cum defectu ſpei & timore de obtinendo id, circa quod ſollicitatur, & hanc prohibet.* Hæc noſtra in Deum diffidentia, duos in nobis malos cauſat effectus; primus conſiſtit in eo, quòd homo neceſſitatibus ſuis provideat ſuperfluè cum quodam mentis angore & vitio, dum ſcilicet ſub hoc neceſſitatis ſupplendæ prætextu, prædam ſe facit avaritiæ; ſecundus eſt, quòd nimirum puſillanimitas iſta, adeo omnem nobis ſufferat affectum & occupationem, ut nihil de animæ ſalute, nihil de bonis æternis acquirendis cogitare libeat.

Lucas Burg. *S. Th. ad Phil. 4. v. 6.*

7. Paulus de Palatio ita Salvatorem mirabundus interrogat: *Quid Domine, num providentiam damnas? num prudentiam humanam à tuis expellis?* Reſpondetque multipliciter ipſe author; primò, quòd Chriſtus in præſenti ſuos alloquatur Apoſtolos & diſcipulos, per totum terrarum orbem, evangelii prædicandi & devulgandi causâ ablegandos: *Qui cum ſarcinam verbi divini ubique ferre debeant, liberi à curis eſſe debent*, ne penuriam timentes ab officio prædicationis abſtineant: Secundò id Chriſtum omnibus etiam dixiſſe, affirmare poſſe exiſtimat, volens namque Dominus ex cordibus noſtris nimiam eradicare anxietatem, & bonorum temporalium cupiditatem, incurvatas verſum terram mentes noſtras ſurſum in in cœlum retorquere ſatagebat: *Similiter fecit Dominus, ac faciunt, qui virgam recurvam, in rectum flectere contendunt, in diverſam partem, eam reflectentes; ita Dominus à cura ſecularium rerum, omnino nititur corda noſtra divellere, ut vel hâc ratione minus illas curemus.* Tertia reſponſio ejuſdem authoris eſt, in tantum à Chriſto prohiberi bonorum temporalium ſollicitudinem, in quantum hæc obſtaculum eſſe poteſt in ſervitio divino; præmiſerat enim Dominus: *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire, Deo & mammonæ; non igitur vos veto ſollicitos, veto tamen, ſi hæc ſollicitudo mammonæ ſervire coegerit.* Quarta ſolutio eſt, hoc Chriſti dictum, vim ſolius habere conſilii, nullam præcepti, non enim ex verbis Chriſti evinci poteſt grave aut ſupplicium aut pœnam æternam contra facientibus deſtinatam eſſe: *Non enim damnationis verba aliqua profert, ſed dulcedinis, & cum nimis durè loquitur, ita dicit: Modicæ fidei; et modica fides non eſt mortalis* in quinto tandem & ultimo reſponſo, declarat author, quænam ſollicitudo à Chriſto fuerit improbata, quæ non; dicitque: *Sollicitus dicitur, qui à ſollicitudine ſua remedium pendere putat; at, qui nihil omittit operæ quò minus aſſequatur, quod optat exſpectans tamen operæ ſuæ ſucceſſum à Deo, ut jactavit verè cogitatum in Domino, & hæc eſt conditio piorum.* S. Bonaventura hanc compendioſam ſimul & nervoſam adhibet interpretationem: *Reprehenditur Chriſtianorum ſollicitudo, avaritia non providentia.*

Paul. de Palat. *S. Bonav. ſir. 1. in hac Do.*

8. Multis ex circumſtantiis, bonorum temporalium ſollicitudinem, vitioſam fieri poſſe & reprehenſibilem probat Janſenius: *Primò, ſi præpoſtero ordine, pro quibuſdam rebus ſimus ſolliciti*, ut ſi quis concionaretur, victûs lucrandi gratia. *Secundo, ſi ſit ſuperflua, ut ſi pro pluribus ſimus ſolliciti*, quàm neceſſitas vel honeſtas perſonæ poſtulaverit; tertiò, ſi ſit præoccupata ut ſi hodie nobis providere vellemus de iis, quæ tempore futuro neceſſaria erunt, ſuoque commodè tempore comparari poſſunt. *Quartò, ſi ſit anxia & timida, ut, dum quis variis in ſeipſo diſtrahitur cogitationibus, de futuro operationum & laborum ſuorum eventu, metuens anxiè, ne non conſequatur, quod erit vitæ neceſſarium.*

Janſ.

9. Euthymius ex hiſce Chriſti verbis tale format argumentum: Si Chriſtus nobis ſollicitudinem prohibet etiam in neceſſariis; *quam ſperabimus veniam, cum de his etiam, quæ neceſſaria non ſunt, anxii ſimus?*

10. Dionyſius Carthuſianus hanc nobis ſalutarem in præſenti facit admonitionem: *Nolite ſolliciti eſſe cum inquietudine mentis*

tit, impediente pacem internam & libertatem cordis in eo.

Quid manducetis, neque corpori veſtro, quid induamini; nonne anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm veſtimentum?

11. Juxta mentem ſancti Thomæ, Chriſtus hoc diſcurſu, ſorti velut argumento utitur, ut à nobis nimiam non modò ſuperfluarum ſed neceſſariarum rerum ſollicitudinem tollat; quaſi proinde Chriſtus diceret, inquit Angelicus Doctor: *Qui dedit majora, dabit minora; ſed Deus dedit animam & corpus, ergo qui dedit hæc, ſervabit ea.* S. Th. hic. S. Anton Pad. ſer. cit. Sanctus Antonius de Padua dicit: *Qui formavit carnem alimentis egentem, quomodo non etiam alimenta præſtabit?* Vult quaſi Chriſtus nobis in memoriam revocare, ſcribit S. Auguſtinus, longè excellentiora & quocunque tum nutrimento, tum veſtimento pretioſiora, à Deo nobis in creatione donata eſſe, animam ſcilicet & corpus: *Meminerimus, multò ampliùs nobis Deum dediſſe, quando nos fecit, & compoſuit ex anima & corpore, quàm eſt alimentum & tegumentum; quorum curâ nos duplicare cor non vult, nonne,* inquit, *anima plus eſt, quam eſca? ut tu intelligas, cum, qui dedit animam, multò facilius eſcam eſſe daturum, & corpus, quàm veſtimentum.* S. Aug. l. 2. de ſer. Dom. 6. 22.

12. Ad eam porro, quæ in præſenti fieri poſſit, objectionem, in caſu ſcilicet, quo hæc promiſſio non adimpleretur, ita reſpondet Gloſſa: *In his promiſſis veritatis nemo dubitet*; at immediatè ſubdit: ſit homo, quod eſſe debet. Gloſſ.

13. Perpendendus Albertus Magnus, animam & corpus ex mero Dei dono & liberalitate, ſine labore, ſine cura & induſtria noſtra, nobis conceſſum eſſe, ita concludit: *Ergo multò magis addet ea, quæ propter animam & corpus creavit; ſcit, quia ſine victu & veſtitu eſſe non poſſunt, & omnia propter hominem creavit.* Alb. M. Idem quoque nobis ſcriptum reliquit Theophylactus in hæc verba: *Qui majus dedit, nempe animam & corpus ipſum formavit, non dabit alimentum & indumentum?* Theoph.

14. Paulus de Palatio nos in ſenſu morali inſtruit, prius animæ, poſtea corporis cibum quærendum eſſe: *Si anima eſt plus quam eſca, quærite prius cibum animæ, quàm indumentum; quærite primùm vitam æternam corpori, quàm veſtem; potiorum enim potior debet eſſe cura.* Paul. de Palat.

15. Nihilominus appoſitè obſervat idem author, Salvatorem, cujus hæc ſunt verba, ipſummet eſſe animarum noſtrarum cibum & veſtimentum, proinde ità Dominum compellat, inquiens: *Sed libet te Domine interrogare; Tu ipſe dicis, ego ſum panis vitæ, tu igitur eſca animæ es.* Joan. 6. 48. *Et Paulus dicit: Induimini Dominum Jeſum Chriſtum tu igitur veſtis noſtra es: ſi igitur anima eſt plus, quàm eſca, num eſt anima potior quàm tu? imo ei ſi corpus eſt veſte melius, eritne melius te, qui corporis noſtri veſtis es? An dedignaris minor nobis eſſe? planè ſicut placuit tibi miniſter noſter eſſe, & inter nos verſari, non ſicut qui major eſt, ſed ſicut qui miniſtrat, & ita placuit hâc ratione minor videri, quòd cibus & veſtitus noſter eſſes.* Rom. 13. 14. Luc. 22. 27.

Verſus 26.

Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cæleſtis paſcit illa; nonne magis vos pluris eſtis illis?

Reſpicite volatilia cæli.

1. Obſervat author operis imperfecti, Chriſtum duo feciſſe argumenta, alterum à majori ad minus: & alterum à minori ad majus; primum erat: *Quomodo ſi animam dedit, eſcam non dabit? ſi corpus plaſmavit, veſtimentum non providebit?* ſecundum fundatur in præſenti avium comparatione: *Si avibus præſtat alimentum, hominibus non præſtabit? ſi illæ non laborantes inveniunt eſcas, homo non inveniet, cui Deus dedit & operandi ſapientiam & fructificandi ſpem? Omnia enim animalia Deus propter hominem fecit, hominem autem propter ſe, ſi ergo animalibus miniſtrat propter hominem, hominibus non miniſtrabit propter ſeipſum? quanto pretioſior hominis creatio, quàm animalium: tantò major ſollicitudo Dei de hominibus, quàm de animalibus.* Aut. Imperfect. hom. 16.

2. Ingeniosè advertit Lucas Burgenſis, Luc. Burg.

ſapientiſſimum Magiſtrum notanter dicere: *Volatilia cæli, ad differentiam volatilium, quæ domi aluntur humanâ curâ, addit : cæli.*

Paul. de Pal. 3. *Rubore ſuffundor* (verba ſunt Pauli de Palatio) *hoc Domini verbum audiens.* Ergone homo, creatura adeo nobilis, ut omnes aliæ creaturæ etiam aves, illi ſubjectæ fuerint (*Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves, volucres cæli & piſces maris*) ad imaginem Dei creatus, hiccine ad volucres, tanquam ad magiſtras diſcipulus ablegatur? *Reſpicit volatilia. Conſolabor tamen meipſum; is enim qui me reſpicere volatilia juſſit, ideo juſſit, ut, dum ad volatilia cæli oculos erigo, ad cælum erigam, imò ad Deum potius, qui multo locupletius me docebit, quàm ipſa volatilia.* Perpendit inſuper Author, Chriſtum non ſine magni ratione momenti ſolam cæleſtium, nullam terreſtrium animalium mentionem facere: *Ne ſcilicet dejiciens ad beſtias oculos terram ſpectarem, & à terrenis oculi detinerentur.*

Theoph. 4. *Potuiſſet afferre in exemplum*, ait Theophylactus, *Eliam & Joannem, & meminit avium.* Chryſoſtomus pariter & ipſe ſeduló diſcutit, quare nos hodie Chriſtus non ad homines, abunde à Deo proviſos, ſed ad volucres ableget pro doctrina capienda? & tandem dicit: *Dignum eſt, docentis ſapientiam magis magiſque mirari, qui cùm hominum proponere poſſet exempla, & Moyſen & Eliam, & Joannem cæteroſque proferre, qui eorum ſimiles, de victu non fuerunt ſolliciti, ut magis audientium conſcientias verberaret, de irrationabilium illos ſecuritate commonuit.* Denique etiam rationem adducit author, cur Chriſtus noluerit horum ſanctorum exempla adhibere, nimirum ne cauſam haberemus excuſandi nos: *Nondum ad eorum virtutis cacumena aſcendimus.*

Chryſoſt hb. 22 in Matth.

Alb. M. hic. 5. Curioſam aliam propoſitionem ſeu quæſtionem format Albertus Magnus, quare ſcilicet tot inter animalia, ſolas Chriſtus nobis contemplendas exhibuerit aves, cujus rei diverſas ipſe rationes adducit: *Primò, quia cibus volatilium magis ſparſus & incertus eſt, quàm aliorum animalium, propter quod natura dedit eis alas ad volandum, & pedes ad ambulandum*; Ratio ſecunda authoris eſt, quia aves minùs cæteris animalibus, intentæ ſunt colligendis & concurvandis alimentis: *Quoniam & greſſibilia faciunt theſauros, ſicut mus montanus, & reptibilia, ſicut formica; ſed volatilia omnino ſunt ſine ſollicitudine.* Tertia, quam adducit, moralis eſt, deſumpta ex S. Ambroſio. *Quia per altitudinem volatus, magis volatilia ſpiritualibus & contemplativis viris aſſimilantur.* Advertit quoque Lucas Burgenſis, proponi à Chriſto leones, elephantes, urſos & ſimilia animalia, quibus divina providentia victum abundè diſpoſuit; *ſed animalium minima, quæ cantui ferè vacantia, & veluti obiter cibum ſumentia, maximè à ſollicitudine libera videntur.* Specificè porrò, juxta S. Lucam, Chriſtus corvos in medium adduxit: *Conſiderate corvos, quia non ſeminant, neque metunt, quibus non eſt cellarium neque horreum, & Deus paſcit illos; quantò magis vos pluris eſtis illis?* quid hoc rerum? Non oculos noſtros columbæ, non aquilæ, non phœnici, ſed avi rapaci & deformi, peccatoris prototypo, intentos eſſe deſiderat Chriſtus: *Quis præparat corvo eſcam ſuam, quando pulli ejus clamant ad Deum, eò quòd non habeant cibum?* Aſſolent corvorum patres & matres, in nido exiſtentes, hunc morem & naturalem habere inſtinctum: quòd, quando vident pullos ſuos ovis excluſos, in plumis diſcolores, eos deſerant tanquam adulterinos, neque ipſos pro fœtibus ſuis agnoſcere velint, uſque dum nigreſcant; tam diu igitur Deus illos ſuſtentat, eorum curam habet, vel ſuppeditando rorem cæleſtem, ut aliqui volunt vel aliâ viâ iis providendo: *Qui dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum invocantibus eum*; alii ſcribunt, nutriri eos ex vermiculis, quos Deus intra ipſum nidum gignit facit; alii credunt ſuſtentari ex fruitione circumvolantium muſcarum: ſit ut ſit, ſaltem modi iſti non ſunt ad invicem incompatibiles, id ex evangelica nobis veritate conſtat, quia Deus providet eis, at quantò magis benigniſſima ejus manus providebit nobis? qui *aperit manum ſuam &c.* Unde S. Cyprianus ait: *Volucres Deus paſcit, & paſſeribus alimenta divina præſtantur, & quibus nullus divinæ rei ſenſus eſt, eis nec potus nec cibus deeſt; tu Chriſtiane, tu Dei ſervo, tu operibus bonis dedito, tu Domino tuo charo aliquid exiſtimas defuturum?* S. Hieronymus comparationem inſtituens aves inter & animam Chri-

Lucas Burg.

Luc. 12. 24.

Pſ. 146. 9.

S. Cypr. l. de ope. & elem. c. 4.

Chriſtianam, tale format argumentum: *Quòd ſi volatilia abſque cura & arumnis, Dei aluntur providentia, & cras non erunt, quantò magis homines, quibus æternitas promittitur?* In parabola de ſemine evangelico Chriſtus per aves deſignari docet dæmones; quo ſuppoſito, quærit Paulus de Palatio, quomodo hæ aves (ſpiritus infernales paſcantur à Deo? Reſpondet autem, quòd, quando diabolus licentiam petit à Deo, cruciandi Jobum, & obtinuit; intrandi immunda Gereſanorum animalia, & aſſecutus eſt; decipiendi Prophetas Regis Achab, & impetravit, quòd tunc, inquam, dæmones paverint. *Dominus fecit voluntatem eorum; clarum vero eſt, quòd, cùm facit, quæ illi cupiunt, velut paſcit eos; audi nunc valentiſſimum Chriſti argumentum: ſi dæmones etiam, hoſtes Dei, Deus ipſe facit, non defraudans eos à deſideriis ſuis, quantò potius paſcet vos ſibi amicos & ſervos.*

6. Conſideratione digniſſima, quædam circa præſens punctum doctrina ſeſe offert Dionyſii Carthuſiani dicentis: *videmus tamen, quod multæ aves congregant victum in nidos, quemadmodum ergo volatilia pergunt ad grana & colligunt ea, ſecundùm naturalem inſtinctum, ita hominibus committitur labor & providentia, non ſollicitudo inquieta & anxia, vel avaritia.* Docet inſuper (quod etiam Cajetanus advertit) voluiſſe Chriſtum hac ſimilitudine nos inducere ad imitationem avium, *ſimilitudine proportionali, ut, quemadmodum volatilia paſcuntur à Deo faciendo, quod in ſe eſt, ſcilicet eundo ad locum, ubi eſt cibus, omittendo officia incompetentia illis & excedentia vires eorum, ut ſunt metere, ſerere & hujuſmodi, ita homo faciat, quod in ſe eſt, ſua exerceat officia, omittendo ſollicitudinem.*

7. Lyranus differentiam tradit, quare natura avibus, loco veſtium, aſſignavit plumas & quadrupedibus pelles; cur etiam in defenſionem brutorum aliis roſtrum, aliis cornua, aliis ungulas, aliis ſuppeditavit dentes, at verò ſolum hominem, nudum producat & inermem? Reſpondetque: *Quia in talibus* (in brutis) *non eſt niſi natura ſenſitiva, quæ eſt ad unum determinata, & ideo de talibus potuit eis ſufficienter providere, quæ eſt de ſe determinata ad unum; ſed loco hujus homo habet intellectum, per quem poteſt cogitare diverſas artes & modos, faciendi ſibi veſtes, & arma, & manus ad ornandum talia, & ideo oportet hominem de talibus ſollicitari; quia tamen homo rationalis eſt, ideo iſta ſollicitudo debet eſſe moderata ſecundùm regulam rationis rectæ; & talem ſollicitudinem hic non excludit Salvator, cum ſit pars prudentiæ; aliter ſequeretur, quod homo tentaret Deum, ſi exſpectaret ab eo conſequi omnia neceſſaria, omittendo, quod debet fieri circa hæc opera humana.* Non dicit de avibus Chriſtus; *non volant, non canunt*, ſed: *non metunt, ſerunt, non congregant in horrea*: quia non hoc ſecundum, ſed primum earum eſt officium, ita pariter non vult nos Deus otioſos, ſomnolentos & remiſſos (*homo* enim *naſcitur ad laborem, & avis ad volatum*) ſed omni cordium anxietate exutos, & à ſollicitudine liberos: *ſollicitudo* autem, inquit Lyranus, *quæ hic prohibetur eſt de ordinata & ſuperflua, per quam poſtponuntur bona ſpiritualia.*

8 Notandum eſt, volucres ſemente potiſſimum nutriri agrorum, unde & nos paſcimur; ſed ecce diſcrepantiam: nunquam illis nutrimentum deficit, at nobis frequentiſſimè, non obſtante quâcunque improbâ etiam ſollicitudine noſtrâ: quæ juſta hæc rerum diſpenſatio? nos ſudamus, & penuriam patimur; illæ quieſcunt incuriæ, & abundant. Reſpondet Ambroſius: *Illis idcirco elaborati pabuli uſus exuberat, quòd communes ſibi fructus ad eſcam datos, ſpeciali quodam neſciunt vindicare dominatu; nos communia amiſimus, cum propria vindicamus.* Defectum hunc noſtra cauſat in Deum diffidentia & cupiditas.

9. Per hæc volatilia S. Antonius de Padua, intelligit contemplativos: *Sunt ſancti pennâ contemplationis in aere ſuſpenſi, qui ita à mundo ſunt remoti, ut jam in terris nihil agant, nihil laborent, ſed ſola contemplatione jam in cælis degant.* Proſequitur textum idem ſanctus, oſtenditque, qualiter iſti contemplativi à Deo nutriantur. *Paſcit compunctione lachrymarum, amaritudine gemituum, deſiderio æternorum; paſcit, dum eis imprimit paupertatem & humilitatem incarnationis ſuæ, dolorem ſuæ paſſionis; paſcit dulcedine contemplationis & cæleſtis viſionis ſuavitate.*

Quoniam

Dion. Carth.

Cajet.

Lyran.

Lyran.

Iob. 5. 7.

S. Ambr. in c. 12. Luc.

S. Anton de Pad. ſer. in hac Do.

Quoniam non ſerunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cæleſtis paſcit illa.

Paul. de Pal. 10. Paulus de Palatio, in quonam robur hujus argumenti principale verſetur, declarat, dicens: *Efficacia rationis eſt; ſi volatilia, quæ non ſeminant, paſcuntur, quanto magis vos paſcemini, qui ſeminatis, metitis & in horrea convehitis?* Sed potentior alia accedit ratio, ſequentibus innixa Chriſti verbis: *Et pater veſter cæleſtis paſcit illa.* Quid equidem ſentietis de Rege, qui unico ſibi filio & regni ſucceſſori, quem ut pupillam oculorum ſuorum diligit, ſumptuoſiſſimum conſtruxiſſet palatium, & inſuper de viridariis, aurifodinis, hortorum deliciis, muſicæ ſuavitate, & omni denique cauſa deſiderabili, eidem providiſſet, excepto pane, an non ſtultum diceretis patrem, qui filium hunc dilectiſſimum fame enecaret, quem tantis aliis & deliciis & divitiis repleverat? quo obſecro fine cratibus ferreis incluſit feras, qui vivariis piſces, peramplis volucres caveis, quorſum tot deliciarum conſtruxit hortos & loca in filii gratiam, ſi menſam illius non modò abundantibus inſtruere deliciis, ſed & neceſſariis privare velit. Ita pariter dicite, ſodes, cur Deus tot produxit animalia, tot fecit germinari herbas, quo fine tantam rerum omnium comeſtibilium multitudinem & varietatem ſupped tavit? *Ut ſint vobis in eſcam; Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves &c.* Unde Chryſologus inquit: *Chryſol. ſer. 69.* *Quidquid cæli micat, radiat & ſplendet ornatus, quidquid terra flagrat in floribus, ſapit in fructibus, in amantibus gaudet, noſtro amore factum, noſtræ addictum eſt ſervituti.* Axioma notum eſt philoſophicum: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis.* Et ideo ſi illum, cujus modò mentionem fecimus, quotidie mane quis videret, propriâ manu alaudis, falconibus & equis cibos miniſtrantem, omnique cum ſollicitudine & diligentia, dies ſingulos annonam diſtribuentem feris in ſuis cuſtodiis, & piſcibus in piſcinis; dubitari non poſſet illum paſſurum eſſe, ut, filius, cujus amore & affectu prædicta animalia tanta cum cura & providentia paſcit, fame periret? *Aperis tu manum tuam & implesomne animal benedictione,* inquit David; & hæc adeo in cunctis animabus paſcendis liberalis, & aperta manus ſoli homini claudetur, cujus cauſâ Deus creavit, quidquid in terra pulchri aut boni conſpicitur?

Pſ. 144. 16.

11. Notat Janſenius Chriſtum, quando alimenti meminit volatilium, non dicere: Pater earum ſed pater veſter illa paſcit: *Non enim dicit; & Deus paſcit ea; ſed pater veſter, & cæleſtis, cum dicit; & pater veſter; ſignificat Deum, qui volatilia paſcit, cùm illorum tantùm ſit Dominus non pater, multò magis nos, quorum etiam pater, eſt paſturus; cum proprium patris officium ſit, filiis alimenta proſpicere.* Neque propterea quòd Chriſtus hunc patrem noſtrum vocet cæleſtem, diffidentiam aliquam aut timorem concipere debemus, quaſi verò eo ipſo minus diligens & providus futurus ſit in ſuſtentando nos, miſeros terræ vermiculos; nequaquam: *Cum nec indignum ſe putet, providentiam ſuam extendi ad volatilia. Sicut miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe.* Eandem Janſenii doctrinam ipſe quoque Albertus Magnus nobis exhibet, dum ait: *Pater veſter, non illorum; quia non ſunt ad imaginem ejus, neque habent ſpiritum adoptionis filiorum, & ideo minor cura eſt ei de eis, quàm de ſanctis. Nunquid de bobus curæ eſt Deo? an propter nos, utique ſcriptura hæc dicit.*

Janſen. *Pſ. 102. 13.* *Alb. M. hic.* *1. Cor. 9. 9.*

Nonne vos pluris eſtis illis?

12. Subtiliter ponderat Chryſoſtomus argumenti hujus robur, in una ſtateræ parte locando creaturas omnes irrationales, in altera verò hominem: *Multam quippe hic ſermovim continet; ut oſtenderet, quanto genus humanum Deus honore cumulaverit, quantam etiam eorum curam gerat ſalutis; ac ſi diceret: Vos, quibus rationalem animam dedit, corpuſq; formavit; vos, propter quos fecit omnia, propter quos miſit prophetas, legemque conſtituit, propter quos bona operatus eſt innumera, propter quos etiam unigenitum filium ſuum dedit.* Lyranus etiam particulam illam *vos*, pondere probans ſanctuarii, ait: *Nonne vos, id eſt, natura humana eſt majoris ponderis coram Deo? quia animalia facta ſunt propter hominem, finis autem*

S. Chryſ. hom. 23. in Matt. *Lyran.*

autem nobilior eſt his, quæ ſunt ad finem. Fateor equidem, Deum in principio mundi, prius beſtiis, deinde nobis paſtua & alimenta aſſignaſſe, unde licet primâ fronte deduci poſſe videatur, magis Deo curæ fuiſſe beſtias quàm homines, contrarium tamen docemur à S. Ambroſio, qui difficultatem hanc movet & reſolvit his verbis: *Fortè mirentur aliqui, quòd prius peccatori pabulum, quàm cibus homini ſit creatus, in quo profundum Dei conſilium debemus advertere, quòd etiam minima quæque non negligat; ſicut in evangelio Sapientia Dei dixit: Reſpicite volatilia cæli.* At quis non videt, horum animantium alimenta ad noſtras delicias ordinata fuiſſe? In tantùm enim liberalitas & providentia divina, ſuam ſuper beſtias manum extendit, paſcua impertiens; in quantum noſtræ ſerviunt autſervire ordinatæ ſunt commoditati, voluptati, neceſſitati & veſtitui.

S. Ambr. l. 3. exam. c. 4.

Verſus 27.

Quis autem veſtrum cogitans, poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam, cubitum unum?

1. *Si rem tantillam,* inquit Lucas Burgenſis, *veſtra ſollicitudo non poteſt augere nonnihil ſtaturam corporis, quomodo poterit corpus in vita ſervare, quanta vis annonæ, opumque anguſta copia, niſi aſpiret providentia Dei?* Bene autem notandum eſt ly *cogitans*, quod juxta Interliniarem nihil eſt aliud, quàm *ſua ſollicitudine & ſagacitate.* Proinde hoc Gloſſæ capiamus & exequamur conſilium: *Illi autem curam regendi corporis relinquite, qui illud ad hanc menſuram fecit pervenire.*

Lucas Burg. *Interl.* *Gloſſ. ord.*

2. In his quoque verbis illos primariò redargui autumat Cajetanus, qui bonis ſibi temporalibus comparandis ſolliciti inſudãt, ut vitam ducant longam, quam in penuria timent abbreviandam. *Contra hunc timorem affert Ieſus rationem ex effectu cibi, in naturali motu augmenti, ſcilicet, quod ſicut vana eſt omnis cogitatio humana circa effectum cibi in motu augmenti) nullus enim quantumcunque cogitando, poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum) ita vana eſt omnis ſollicitudo circa effectum cibi in medio nutritionis; quantumcunque enim provideas de cibo & potu, non propterea potes adjicere ad dies vitæ tuæ annum tuum.* An quiſquam in congregandis & coacervandis divitiis ſollicitior fuit divite illo, qui dicebat: *Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos?* Et nihilominus audit ſibi dici: *Hac nocte repetent à te animam tuam.* *Cajet.* *Luc. 12. 16.*

3. Chryſoſtomus in hæc verba ita commentatur: *Ex quo etiam iſtud oſtendit, quia corpus ipſum non tam alimoniâ ſui excreſcat, quàm providentiâ conditoris.* *Chryſ. ho. 12. in Matth.*

4. Author operis Imperfecti ex illis præmiſſis talem deducit conſequentiam: *Si ergo cogitando, medicam partem corpori veſtro addere non poteſtis, quando cogitando ſalvandi eſtis in toto?* *Author Imp. ho. 6.*

5. Voluit Chriſtus hiſce verbis nimiam ex cordibus noſtris eradicare ſollicitudinem in veſtimentis, quia, ut inquit, ſanctus Anſelmus, talem Chriſtus formavit diſcurſum: *Si in corpore nihil addere poteſtis, ſed ſolus Deus totum facit, nolite ſolliciti eſſe pro indumento corporis, quia qui corpus fecit, veſtiet, corpus mediante tamen providentiâ hominum, per quam operatur, & dat, quando vult & quantum vult.* Ad eandem pariter conformitatem Beda dicit: *Ac ſi dicat; illi ergo relinquite curam tegendi corporis, cujus curâ factum eſſe videtis, ut tantæſtuturæ corpus habeatis.* *S. Anſelm.* *Beda in Matt.*

Verſus 28.

Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant neque nent.

Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis?

1. Curioſè advertit Janſenius Chriſtum dum meminit veſtimenti, non adducere comparationem volatilium, quæ tamen neutiquam defuiſſet, imò plurimum fortè ſerviiſſet; pavones enim, cygnos, ſimileſque aves alias, diverſis iiſque venuſtis natura exornavit plumis; hoc tamen non obſtante, Chriſtus ſolam adhibet ſimilitudinem florum: Rationem facti hanc Author inſinuat: *Ut ex variis rebus exempla deſumens,* *Janſ. c. 42.*

& viliora etiam proferens, in quibus Dei providentia elucet mirè, efficacius ſollicitudinem excuteret.

Lyran. 2. Alium ex hoc Salvatoris diſcurſu, commentarium deduxit Lyranus, hiſce verbis expreſſùm: *Ponit duplex exemplum; primum accipitur de eo, quod eſt intra hominem ſcilicet magnitudo corporis, quam Deus dat homini ſine ſollicitudine ſua*; ideoque Chriſtus dicebat, non poſſe nos per omnem etiam poſſibilem induſtriam noſtram, ſtaturæ noſtræ veljunius digiti quantitatem ſuperaddere: *Cum ergo veſtimentum competat majus vel minus homini, ſecundùm quantitatem corporalem, & quantitas datur ei ſine ſollicitudine ſua, per conſequens & veſtimentum conveniens, abſque ſollicitudine ſuperflua; ſecundum exemplum accipitur de eo, quod eſt extra hominem, ſcilicet ex terra naſcentibus.*

Conſiderate lilia.

Theoph. 3. *Non ſolùm per aves ratione carentes admonet, ſed & per lilia, quæ marceſcunt* (inquit Theophylactus) *nam ſi Deus illa ſic ornavit, quamvis nulla neceſſitas exigat, quantò magis penuriam noſtram in veſtibus ſupplevit?*

S. Hier. hic. S. Hieronymus florum venuſtatem, omnia artificia humana excedentem, hocce nobis expreſſit in diſcurſu: *Et revera quod ſericum, quæ Regum purpura, quæ pictura textricum poteſt floribus comparari? Quid ita rubet ut roſa? Quid ita candet ut lilium? Violæ verò purpuram nullo ſuperari murice, oculorum magis quàm ſermonis judicium eſt.*

S. Nilus in Aſcetico. 4. S. Nilus à ſenſu literali ad moralem tranſiens, ita de lilio diſcurrit: *Animus perfectus ab omni eſt ſollicitudine vacuus, impius ſollicitudinibus teritur; de animo perfecto dicitur: Lilium eſt inter ſpinas, hoc namque inter curas tranquillè degentem indicat; lilium enim & in evangelio quietem animum, ac minimè ſollicitum ſignificat.* Juxta Chriſti doctrinam, ſollicitudines quidem ſpinæ ſunt, ſed anima perfecta in medio nihilominus harum degere novit ſine punctura aut læſionis diſcrimine; vivere nam multos novimus in mediis auri argentique theſautis, veruntamen ita innoxiè, ut nullum ils affectum impendant, nec internam animi quietem ullatenus propterea interturbari ſinant.

Agri.

Lucas Burg. 5. Id eſt, juxta Lucæ Burgenſis traditionem: *Agreſtia, quæ paſſim in agris occurrunt, hæc enim omnem decorem ſuum acceptum referunt uni Deo; hortenſia videri poſſunt aliquid humanæ curæ debere.* Videtur Chriſtus hoc loquendi modo, differentiam inſinuare voluiſſe providentiæ divinæ, diverſimodè proſpicientis iis, qui ſine curis degunt in ſolitudinibus, & iſtis, qui intra civitatem viventes, abundantiam bonorum temporalium ſibi ſollicitè anxièque procurant. Quemadmodum enim lilia ſilveſtria diuturniorem vigorem & colorem conſervant, quàm domeſtica, quæ liberalioris figuræ & delicatioris ſunt complexionis, ita pariter experientiâ teſte, Deus longam eorum diſponit & conſervat vitam qui ipſius ſe providentiæ totaliter commiſerunt, quales ſunt religioſi & ſervi alii fideles, qui ſe à turbis & curis ſequeſtrarunt, econtra autẽ qui, terrenis bonis accumulandis anxiè invigilant, vitam plurimùm ſortiuntur brevem & afflictam; id quod Pſalmiſta nobis non obſcurè expreſſit, inquiens: *Non eſt inopia timentibus eum, divites eguerunt & eſurierunt; inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.* *Pſ.33.10.*

Quomodo creſcunt, non laborant neque nent.

Lyran. 6. *Sine ſollicitudine eorum*, ait Lyranus, *& ſecundùm quantitatem ſuam à Deo veſtiuntur; propter quod dicit: Non laborant, ſcilicet adornandum ſe, neque nent, id eſt, filant ad faciendum ſibi veſtimentum, & tamen optimè veſtiuntur.* In cujus probationem exemplum adducetur Salomonis.

Author Imp. hom. 16. 7. Author operis Imperfecti ſcribit: *Dicendo; non laborant, viros confortat; dicendo autem; neque nent, mulieres, quoniam virorum vita ſeminationibus, mulierum autem lanificio ſuſtentatur.*

* * * *
* * *
*

Verſus

Verſus 29.

Dico autem vobis; quod nec Salomon in omni gloria ſua, coopertus eſt, ſicut unum ex iſtis.

1. Variant Authores in aſſignanda ratione, quare Chriſtus Salomonis potius, quàm cujuſcunque alterius exemplum adduxerit; Janſenius exiſtimat id ideo factum, quia nimirum Salomon apud Judæos iſtos, cum quibus Chriſtus loquebatur, fuerat glorioſiſſimus inter Reges, & celeberrimus in ore omniũ: *Omnis pulchritudinis amator & ſtudioſiſſimus inquiſitor, ut atteſtatur de ſeipſo in Eccleſiaſte.* Lyranus dicit, quòd licet potentiſſimus fuerit, tamen in omni hac ſua majeſtate ad veſtitum adeo eximium & nobilem, qualis liliorum eſt, pertingere nequierit: *Quia licet ars imitetur naturam, tamen opera artis non aſſequuntur perfectionem operum naturæ.* Nullus unquam tinctorum æqualem potuit cum natura exprimere viriditatem; optimè Lucas Burgenſis inquit: *Rerum naturam; quæ à Dei providentia eſt, hominum cura & induſtria imitari poteſt, aſſequi non poteſt.*

Janſen. *Lyran.* *Lucas Burg.*

4. Admirabundus interrogat Paulus de Palatio, quomodo tantus Rex, tot gemmarum coruſcus varietate, ne uni quidem agreſti lilio comparari potuerit. *Quid? non erat pulchrior Salomon, gemmis fulgens & auro, quàm vile lilium agri? Regina Saba videns veſtes Salomonis & ſervorum ejus, præ admiratione ſtupet, nec in ea eſt ſpiritus; num amiſit ſpiritum, lilia conſiderans? jam ſi Salomon ſapientiſſimus erat, cur non potius ex liliis veſtem contexuit, quàm ex gemmis & auro?* Quis eſt, qui non pulchrius aurum dicat quàm lilium? Reſpondet ipſemet Author, & difficultatem cum S. Ambroſio ſolvit, dicente avarorum oculos potius in aurum quàm in ſolem ferri, non quaſi aurum ſole pulchrius eſſet, ſed quia ipſi aurum magis quàm ſolẽ appetunt: *Si tibi oculi eſſent ſani, in lilio ſpectares Dei artificis manum, in veſte aureæ manum hominis.* At alia ejus reſponſio clarior, dum inquit: *Oculos fecit nobis cupiditas, quibus, non quæ verè ſunt pulchra, credamus, ſed quæ apparent.* Communis ille in terris agendi modus, ut juxta mundi opinionem conſuetudinem, jocus prævaleat rebus ſeriis & deceptio veritati.

Paul. de Palat.

3. Bene conſiderat Janſenius hanc factam de Salomonis gloria & lilio comparationem, non deſervire tantummodo ad reprimendam in nobis ſuperfluam de veſtitu ſollicitudinem: *Sed etiam ad comprimendam hominum in veſtitus elegantia ſuperbiam, quid in ea enim ſuperbit homo, cum à viliſſimis floribus longè in decore ſuperetur, à quibus etiam glorioſiſſimus Salomon ſuperatus eſt?* Eandem multo ante tempore conſiderationem inſtituit Chryſoſtomus, nos ſalutariter admonens, ut veſtium luxum & pompam pro nihilo reputemus: *Quandoquidem pulchritudo florum & decor varius herbarum, ipſumque omnino fœnum amictu tali invenitur pretioſius; cur igitur ex his in ſuperbiam mentis erigeris, in quibus* perfacile de te obtinet etiam herba victoriam? Lucas Burgenſis flori huic potentiam opponens Salomonis, *vide*, inquit, *ut omnem mundi gloriam unico agri flori poſtpoſuerit.*

Janſ. *Chryſ. hom. 24.* *Lucas Burg.*

Verſus 30.

Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quantò magis vos modicæ fidei?

Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, &c.

1. Sanctus Thomas dicit, Salvatorem noſtrum hiſce verbis herbam conſiderare, in fœnum degenerantem, eumque hoc modo arguere: *Si omnibus providet, providebit & nobis, qui potiores ſumus quoad dignitatem ſubſtantiæ, quia non ſuper iſta ſumus: itaque ad durationem, quia nos æterni quoad animam: illud verò hodie eſt, & cras in clibanum mittitur; item quòd ad finem, quia homo eſt propter beatitudinem, fœnum verò propter uſum hominum, qui producit in montibus fœnum & herbam ſervituti hominum.*

S. Th. in Matth.

2. Author Imperfecti Chriſtum argumentum à minori formaſſe dicit: *Si flori-*

Auther Imp. in hom. 16.

bus ſic occurrit, qui ſic nati ſunt, ut tantummodo videantur & pereant, homines verò negliget, quos ſic creavit, ut non pro tempore videantur, ſed ut in perpetuum ſint.

Alb. M. hic. 3. Albertus Magnus ſuper hæc verba, tres conſiderationes adducit: *Oſtendit*, inquit, *curam patris ad fœnum parvum ex tribus; ex natura, cùm dicit; ſi enim fœnum, quod parvi eſt momenti; ſecundo ex loco, cum dicit; agri, ui nulla cuſtodia adhibetur, ſed decerpendum omnibus exponitur: Tertiò ex utilitate; quia dicit: Quod hodie eſt & cras in clibanum mittitur.* Unde ſenſus verborum Chriſti eſt: Si creator fœnum agri, quod aliàs adeo contemptibile eſt veſtit, quantò magis curam habebit de nobis, qui ad imaginem & ſimilitudinem ejus creati ſumus; quorum cuſtodiæ Angelicos ſpiritus deſtinavit, quos denique ad vitam ordinavit æternam.

Paul. de Palat. Cant. 2. 2. 4. Porro quænam illa ſint lilia, & qui fœni nomine intelligantur, Paulus de Palatio in ſenſu morali his verbis declarat: *Apertum eſt, lilia campi pios ſignificare, ſicut contra fœnum ſignificat impios; ſponſa enim dicitur lilium, & omnis caro fœnum;* unde idem Author dicit: Non fuiſſe adeo conveniens Chriſti argumentum, ſolùm dicendo, quòd liliis, id eſt, ſervis ſuis de veſtimentis proſpiciat, magnam verò argumento ſuo efficaciam addidiſſe, dicendo quòd etiam fœnum veſtiat, id eſt, providentiam ſuam etiam ad impios extendat. Siquidem æternæ veritatis verbum eſt, quòd *ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, pluit ſuper juſtos & injuſtos*; quòd ſi igitur impiis benefacit, quantò major cura ei erit, ne ſervos ſuos derelinquat.

Iſa. 40. 6

Matt. 5. 45.

Quantò magis vos.

Janſen. 5. *Pronomen vos*, inquit Janſenius, *hic eſt honoris demonſtrativum, q. d. longè magis vos veſtiet, qui eſtis pretioſa ejus poſſeſſio propter quos totum mundum, & omnia quæ in eo ſunt, condidit, quos non creavit, ut in brevi tantùm tempore, ſubſiſteretis more liliorum, ſed ut in æternum cum ipſo vivatis.*

Gloſſ. 6. Gloſſa ex his verbis efficacem quandam rationem tangit contra eos, qui quo ad rerum neceſſariarum proviſionem, Deo diffidunt, dicit enim: *Quòd ſi nec de his fidentes ſumus, quomodo inviſibilia ſperabimus? Permodica fides eſt, quæ nec de minimis certa eſt.*

Modica fides.

Alb. M. 7. *Hoc eſt*, inquit Albertus Magnus: *Modica fiducia, qui parva de patre cæleſti præſumitis*; qui idem objectioni, quæ hic moveri poſſet, nimirum multos nonnunquam mortuos fame, omnique victu & veſtitu neceſſario deſtitutos, licet in gratia & amicitia Dei conſiſterent, reſpondet: *Quando inſtanter ea, quæ ſunt militiæ Chriſtianæ, exercemus, etſi tunc deſunt neceſſaria, diſpenſatio patris cæleſtis eſt, vel ad probandam noſtram patientiam, vel ad purganda delicta.*

Verſus 31.

Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

1. Ex phraſi loquendi, quâ Chriſtus hîc utitur, clarè cognoſcitur, quænam hîc ſollicitudo condemnetur. Unde Janſenius ait: *Satis ſignificat, quam ſollicitudinem & curam prohibeat, timidam ſcilicet & anxiam, quæ hujusmodi cogitationibus, ſeu continuis quibuſdam æſtibus hominem exagitat.* *Janſ.*

2. Sanctus Thomas quatuor ſollicitudinum genera, de bonis terrenis acquirendis, nobis evitanda eſſe docet: *Primò, ut in eis finem non conſtituamus, neque ſerviamus propter neceſſaria victus & veſtitus; ſecundo ut non ſollicitemur de temporalibus, cum deſperatione divini auxilii; tertiò, ne ſit ſollicitudo præſumptuoſa, ut ſcilicet homo confidat, ſe neceſſaria vitæ per ſuam ſollicitudinem poſſe procurare abſque divino auxilio; quartò per hoc, quòd ſollicitudinis tempus præoccupat, quia ſcilicet de hoc ſollicitus eſt nunc, quod non pertinet ad curam præſentis temporis, ſed futuri, unde dicit: Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum.* *S. Th. 1. 2 q. 108. a. 3. ad 5.*

3. Ex illis verbis: *Quid manducabimus aut quid bibemus?* anxietas deducitur, quâ nobis pro

pro futuro tempore providere ſtudemus, cui ille opponitur Matthæi textus: *Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum.* S. Thomas in quodam Summæ ſuæ articulo diſputat, *an quis debeat eſſe ſollicitus futurorum*, ubi quidem prima facie videri poterat, ipſum affirmativè reſpondere debuiſſe, ſiquidem Sapiens nos monet, dicens: *Vade ad formicam, & conſidera vias eius.* Ad hæc, ſollicitudo in providendo & perſpiciendo futuris pars eſt prudentiæ & Joannis 12. Chriſtus ipſe in collegio Apoſtolico eleemoſynarum cuſtodiam Judæ manibus concredidit, & tamen S. Thomas hanc ſtatuit concluſionem: *Debet quis temporalibus deditis de futuris ſollicitari, non autem præter tempora debita*, juxta illud: *Omni negotio temporis eſt opportunitas; quod non ſolùm*, inquit S. Thomas, *in exterioribus operibus, ſed in exteriori etiam ſollicitudine locum habet*: quodlibet enim tempus propriam ſibi ſollicitudinem vendicat; in æſtate de meſſe, in autumno de vindemia curatur, quòd ſi quis eo tempore, quo ex meſſe allatum frumentum in granarium deportatur, de vindemia anxius eſſet, *ſuperfluè præoccuparet futuri temporis ſollicitudinem*, quæ vitioſa eſt, & in evangelio reprehenditur. Cæterùm, quòd ſervi Dei futuras neceſſitates prudenter prævidentes, iiſdem conſulant, non condemnatur: *non ergo Dominus improbat, ſi quis humano more iſta procuret, ſed ſi quis propter iſta, Deo non militet*; idem Angelicus Doctor eandem ſollicitudinem ex aliis quoque capitibus reprehenſibilem eſſe dicit dum ait: *Eſſet inordinata futurorum providentia vel ſollicitudo, ſi quis temporalia, in quibus datur præteritum & futurum, tanquam fines quæreret; vel ſi ſuperflua quæreret, ultra præſentis vitæ neceſſitatem, vel ſi tempus ſollicitudinis præoccuparet.*

Matt. 6. 34. S. Th. 2. 2. q. 55. a. 7. Prov. 6.

Theoph.

4. *Comedere & bibere*, inquit Theophylactus, *non prohibet; dicere autem quid comedemus, prohibet, ſicut dicunt divites veſperi: quid comedemus mane? Vides, quòd delicias & luxum prohibet.*

5. Cyprianus ad illa Dominicæ orationis verba ſe reflectit, quibus Dei filius non æternum Patrem pro regno ſuo conſequendo rogare docet: *Adveniat regnum tuum*, poſt hanc verò poſitionem, ſtatim ſubjungere præcipit: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*; at verò inquies: cur hanc petitionem tanta cum limitatione præſcribit, ut ſcilicet victum corporalem quotidianum de die in diem poſtulemus, atque inſuper addit: *Hodie.* Reſpondet igitur: *Diſcipulus Chriſti diurnum debet cibum petere, nec in longum deſideria petitionis extendere*, & ratio eſt, quia qui nos, quò ad conſecutionem regni cæleſtis avidos oſtendimus in præcedenti petitione, ſuſtentationem hujus vitæ præſentis, quæ à cæleſtis regni poſſeſſione nos impedit, non niſi de hora in horam petere debemus: *Contrarius ſibi fit & repugnans, ut quæramus in ſæculo diu vivere, qui petimus, velociter regnum Dei advenire.*

Matt. 6. 10. S. Cypr. l. de ora. Dom.

6. Ex alia quoque ratione cavendum eſt, ne inquietemur, petendo à Deo per diffidentiam neceſſaria pro tempore futuro; quia ut D. Chryſoſtomus ſuper illa verba, (*panem noſtrum quotidianum, &c.*) dicit, *ut nequaquam illos ulterioris diei cura contereret, cujus enim diei ſpatium viſurum te eſſe neſcis, quam ob cauſam, illius ſollicitudine torquearis?* S. Gregorius Nyſſenus dicit: *Pulchra eſt adjectio dictionis hodie, ut diſcas per ea, quæ dicis, quòd diaria ac quotidiana ſit vita hominis.*

Chryſoſt. ibid. S. Greg. Nyſſ. de orat Do.

Verſus 32.

Hæc enim omnia gentes inquirunt; ſcit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis.

Hæc enim omnia gentes inquirunt.

1. Ad depellendam à nobis hanc anxiam curam, efficax ſanè motivum eſt, quod hic adducit, dum illam ad gentes pertinere ait: Gloſſa dicit: *Quid ergo amplius habet à gentili, cujus infidelitas animum ſollicitat, & curis vitæ hujus fatigat? Gentes hoc faciunt, quibus de futuris cura non eſt, ſed filiorum eſt quærere regnum.* Dionyſius Carthuſianus hujus rationem reddit, dum ait: *Cum ſollicitudine animi gentiles inquirunt, qui divinam providentiam vel negant, vel non attendunt, præſertim quo ad hæc inferiora*, dicentes illud pſalmi: *Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo*; atque ideo omnem curam ſuam in hujus præſentis vitæ felicitatibus procurandis poſitam habent: *Cùm meliora ac veriora bona ignorent*, inquit Janſenius, *iſta potiſſimùm inquirunt, à quorum moribus diſſimillimos eſſe convenit eos, qui in filios ſunt adoptati, Dei cognitione jam donati, & ad cæleſtia bona vo-*

Gloſſ. Dion. Carth. Pſ. 72. 11 Janſ. c. 42.

Alb.M. *vocati, Gentes,* inquit Albertus Magnus, *quæ ignorant Deum.* idem præter hanc gentium cæcitatem & ignorantiam, aliam insuper ipsorum detegit stultitiam: *Putant, hominem non ad aliud creatum, nisi ut suâ industriâ hic ad tempus vivat.* Author Imperfecti alium ipsorum errorem revelat, dicens: *In rebus humanis fortunam esse credunt, non providentia, neque judicio Dei vitas suas gubernari æstimant, sed incerto duci eventu, ideo meritò timent, meritò solliciti sunt & desperant; quasi qui neminem habeant gubernantem.* Paulus de Palatio ait: *Qui nihil habent in cælo, nihil mirum, si toti quærant terram.*

Aut. Imp hom. 16.

Paul. de Palat.

2. Est & alia ratio, cur gentiles adeo sint anxii in consectandis bonis terrenis, quia scilicet deos habent surdos & mutos: *Aures habent & non audient, os habent & non loquentur*; insensibilia sunt simulachra, ligna vel marmora, oculos habent, sed non vident & ideo illis, qui in seipsis confidunt, providere aut prospicere non possunt; ac proinde opus est, ut, qui illos adorant, propria industria sibi consulant, absque eo, quòd de ipsorum subsidio ferendo confidere possint: Deo autem nostro proprium est, esse beneficum: *Qui dat omnibus affluenter*, & ideo meritò arbori, fructibusque onustæ, in medio silvarum positæ assimilatur: *Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios.* Imaginemini vobis in horrido quodam deserto vos constitutos esse, meris spinis & vepribus obsito, quarum hæc vos pungat & vulneret illa vestes discerpat & laceret, unica verò arbor adsit, quæ dulcissimos suos vobis fructus offerat; enimverò evidens ratio, per quam dii gentium se deos non esse clarè insinuabant, hæc erat, quia non solùm non dabant, sed avari & cupidi erant recipiendorum munerum & oblationum: quot farinæ mensuras, quot carnium moles idolum illud Beli apud Danielem quotidie requirebat? idolum Moloch continuò vociferabatur: *Afferte, afferte,* non sic Deus noster qui ut nos beneficentiis suis locupletet, manus suas continuò apertas habet Rupertus Abbas Tuitiensis ait: *Quid est aliud hoc dicere, nisi ac si dicatur: Eritis enim gentibus similes, quorum Deus venter est, si sollicitudini huic, quam interdico, postponitis Deum.*

Ps. 113 6.

Jac. 1. 5.

Cant. 2. 3

Rup. Ab. lib. 6. in Matth.

3. Valde considerabilis est dictio illa: *Hæc omnia*, idololatræ enim beatitudinem suam in hisce terrenis bonis collocabam: *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud; boves eorum crassæ; non est ruina maceriæ, neque clamor in plateis eorum; beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* *Ps. 143. v. 13. & 6.*

Scit enim.

4. Rupertus Abbas inquit, non sufficit, quòd sciat, opus est insuper ut velit: *Scit, inquam, & bene scit, quid enim ille nesciat?* Dic mihi, si nosti, quænam est patrem inter differentia & Principem? hæc nimirum, quia hic communitatis curam habet, ut scilicet penes populum annonæ sit abundantia, ut non desint lana, linum aut sericum pro vestibus, pro domiciliis ædes congruæ, hospitalia pro recipiendis infirmis item providet, quidquid necessum est pro vita civili & politica; particularium verò personarum curam nullam habet, qualem pater gerit erga filium, uxorem, servum & alios familiæ suæ domesticos, & talis est sollicitudo & providentia Dei nostri. Unde S. Augustinus ait: *O tu bone omnipotens Deus, qui sic curas unumquemque nostrum, tanquam solum cures, & sic omnes tanquam singulos;* idque Deo facillimum est quia distinctam habet omnium necessitatum nostrarum notitiam: *Scit, quia his omnibus indigetis: alta à longè cognoscit.* Eandem quoque considerationem, quòd scilicet Deus fixis nos oculis semper aspiciat, idem Augustinus alibi docet, dum ait: *In toto tempore, eorum me simul semperque consideras, ac si nihil aliud considerare habeas, sic super custodiam meam stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velit.* *Ibid. v. 11* *S. Aug. l. 3. conf. c. 11.* *Ps. 137. 6* *S. Aug. solil. c. 14.*

5. Jansenius mysticum hunc loquendi modum ita ponderat: *Quæ certè sententia magnam habent energiam, nam ad hoc ut quisquam positâ sollicitudine, totum se alicujus providentiæ committat, nihil aliud requiritur, quàm ut certus sit de illius providentia ac potestate, & scire illum suas necessitates*, omnes autem hæ circumstantiæ in Deo nostro concurrunt, quia de amore Dei in nos dubitare nobis non licet, quia pater est, nec potentia ejus in dubium revocari potest: denique de ea, quam habet necessitatum nostrarum notitiam, nulla est controversia: *Scit enim, quia his omnibus indigetis.* *Jansen.*

Pater

Pater veſter.

6. Ecce tibi, qualiter Chriſtus æternum genitorem ſuum nobis in patrem aſſignet, non vocat illum patrem ovium, nec plantarum, nec aliarum creaturarum ſed ſolùm noſtrum, & tamen licèt ovium pater non ſit illas tamen quotidiè nutrit; longè igitur majorem curam de nobis habebit, quorum ſe patrem eſſe declarat, maximè cùm *pater* à paſcendo dicatur. Chryſoſtomus ait: *Non dixit, novit Deus, ſed pater veſter, ut eos profecto ad ſpem certiorem vocaret; ſi ergo eſt pater veſter, & pater talis, nequaquam patietur deſpici à ſe filios, mala ultima ſuſtinentis, quando ne homines quidem patres hoc aliquando patiuntur.* Janſenius dicit: *Quis autem invenitur pater, qui non ſubventurus eſt filiis, cùm eorum neceſſitates agnoſcit, & in ipſius poteſtate eſt, ſubvenire? quòd ſi talis omnino reperiri poſſet apud homines, non convenit tale quid ſuſpicari de patre cæleſti, quinquòd cæleſtis ſit; longè vincit bonitatem cujusvis patris terreni.*

Chryſoſt hom. 23. in Matt.

7. Speciale nobis fidelibus in lege evangelica factum eſt privilegium, quòd nempe in filios à Deo adoptati ſumus; unde Salvator noſter in principio orationis dominicæ nos illum patrem appellare docuit; & verè pater eſt, imo ut Tertullianus ait: *Tam pater nemo, tam prius nemo.* S. Bonaventura dicit: *Adhuc vivit, qui Judæos quadraginta annis in deſerto, nec ſerentes nec metentes pavit, & eiſdem quadraginta annis non ſunt attrita veſtimenta eorum; quare ergo timent Chriſtiani, quando ita liberaliter procurantur Judæi;* certè illis conditione inferiores eſſe non poſſumus, ſiquidem, ut idem Seraphicus Doctor ait: *Qui tibi dat ſeipſum, quomodo non daret tibi cibum?* Cura hæc paterna circa nos, ad eum uſq; apicem aſcendit, ut ſacratiſſimum corpus ſuum nobis in alimentum, & ſanguinem ſuum in potum liberaliter porrigat.

Tertull. de orat Dom. S. Bonav ſerm. 2. in hac Dom.

8. Quis neſcit, juſtam quemcunque filium prætenſionem habere, exigendi à patre alimenta vitæ ſuæ? ideo igitur Chriſtus, dum patrem ſuum, noſtrum eſſe affirmat, nos omnes docere vult, petite ab eo audacter panem veſtrum, dicentes: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Non dixit ut ſupplicaremus, ſed ut imperativo modo quaſi extorqueremus: *Panem noſtrum da nobis;* non hortatur nos Chriſtus ut panem ejus, ſed noſtrum quæramus, quia ex nunc filii ſumus, & conſequenter juſtam habemus à patre, quæ noſtra ſunt, ſive nobis debita, prætenſionem exigendi. Bene obſervat Euthymius, Chriſtum dixiſſe: *Scit enim pater veſter, non dixit: ſcit Deus, ſed ſcit pater veſter, quo maximam habeant fiduciam, ex quo enim pater eſt, & talis pater, filios deſpicere non poterit, & pati, ut rerum neceſſariarum indigentia deſiciat; cùm neque terreni patres id ſuſtineant, ſed his omnibus ſcit indigere, dabit utique.* Propoſitio eſt Chriſti fortiſſima & indiſſolubilis ad extorquendam ſummam à nobis in Deum confidentiam, tanquam ad patrem in omnibus neceſſitatibus noſtris: *Quam tibi exiſtimas eſſe cauſam ſollicitudinis, magis eſt cauſa ſecuritatis, quia enim hæc neceſſaria ſunt, ideo magis fidere oportet, quis enim pater etiam neceſſaria filiis denegabit?* Bene Chryſologus admonet: *Superfluus eſt ô homo, iſte, qui te exagitat timor; nam Creatoris ad prandium tota concurrit & advolat creatura:* nequaquam de fideliſſimo conviva diffidamus. *Cum ſe patrem noſtrum dicit, noſtri ſibi piam curam comprobat non deeſſe.*

Euthym

Chryſol. ſerm. 68

Quia his omnibus indigetis.

9. Novit cæleſtis Pater, inquit Lucas Burgenſis ſcit ille: *Quid, quantum, quamdiu, biſce omnibus, cibo, potu & ſimilibus.*

Luc. Burg.

10. Paulus de Palatio ly *indigetis*, diſcutiens, Chriſtum in eo nos docere voluiſſe ſcribit, quod poſtmodum Apoſtolus prædicaturus, nimirum: *Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus; igitur viri pii his ſolis indigent; verè Deus pater eſt eorum, qui victu & veſtitu contenti ſunt, reliqua contemnentes.*

Paul. de Palat.

1. Tim. 6. 8.

Verſus 33.

Quærite ergo primùm regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

Quærite.

1. *Hic apertè oſtendit, iſta non eſſe petenda,* ait gloſſa, *tanquam bona noſtra, etſi neceſſaria; regnum autem Dei petendum eſt, & in eo finis noſter eſt ponendus.*

2 In terris deorſum illi agendi modus eſt, ut, qui ad regna aſpirant, læſæ majeſtatis rei condemnentur ad mortem; ſed contrarius mos obtinuit nos inter & Deum, omnis enim & ſolus ille inimicus Dei eſſe denuntiatur, pœnaque æternâ dignus, qui non

ambit

ambit nec conſequitur regnum ejus : hoc enim ſupremus artifex pro nobis fabricavit: *Poſſidere paratum vobis regnum a conſtitutione mundi: Complacuit patri veſtro dare vobis regnum*, idem quoque regnum quotidie à patre ſuo petere nos docuit, eſt noſtrum velut debita nobis hæreditas: *Adveniat regnum tuum.* Similiter quia ſemen gloriæ & beatitudinis eſt divina gratia, & hæc regnum illud animabus noſtris infudit : *Regnum Dei intra vos eſt*: hinc eſt, quòd nos regnum illud non cum formidine aut timidè, ſed potiùs audacter, quaſi modo imperativo petere-
Pſ.26.4. mus: *Adveniat regnum tuum.* Pſalmiſta ait: *Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.* S. Chriſti Præcurſor in primo ſuo ſermone, de hoc regno thema ſuum deſumpſit:
Matt. 3. 2. *Appropinquavit regnum cælorum*: quo etiam themate in prima ſua concione uſus fuit, imo quocunque ibat, primo omnium loco,
Matt. 4. 23. hoc regnum annuntiabat : *Circuibat Jeſus totam Galilæam prædicans & docens Evangelium regni*, prima enim vice, qua Apoſtolos
Matt. 5. 2. & 3. docuit, ut Matth. 5. legitur: *Aperiens os ſuum docebat eos, dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*; & ſic deinceps octo beatitudines proſecutus fuit, poſt reſurrectionem ſuam, quadraginta diebus in terra commoratus, nihil adeo cordi habuit, quàm ut ſuos in hujus regni deſiderium accenderet: *Per dies 40. apparens eis, & loquens de regno Dei.*
Act. Ap. 1. v. 3.

3. Divus Chryſoſtomus optimè conſiderat, creatorem in hac mundi machina fabricanda, modum obſervaſſe contrarium illi, quo alii architecti uti ſolent : *Deus præter humanum morem ſuum perficiens ædificium priùs cælum extendit, poſtea & terram ſubſternit, priùs culmen, poſtea fundamentum*: id quod Spiritus Sanctus, qui Spiritus eſt veritatis, in primis ſacræ Scripturæ verbis teſta-
Gen. 1. 1. tur, inquiens: *In principio creavit Deus cælum & terram*, nec incongruè, nam ſicut in quavis fabrica erigenda, pro fine non fundamenta habemus, ſed tectum & interiora domus penetralia, quæ nos ab aëris inclementia tuentur & defendunt, ita quoque Deus, dum hanc totius univerſi fabricam erigeret, oculos noſtros non in terram, quam velut exilii noſtri locum produxit, dirigi voluit, ſed in cælum, quod in perpetuam manſionem noſtram creavit. Cælum Empyreum inter omnia creata primum opus fuit, quod ab omnipotentis dextra manavit, ut inde cognoſceremus, hoc habitationem noſtram eſſe debere, non terram, imò ad hoc, ut amorem & affectum noſtrum ab hac terra averteret, Spiritus ſanctus immediatè prædictis verbis ſubjunxit: *Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Quare putas, incarnatam Sapientiam nos docuiſſe in oratione quotidiana, priùs regnum cæleſte petere : *Adveniat regnum tuum*, poſtea verò panem, id eſt, bona temporalia ſollicitare: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie?* certè non ob aliam cauſam, quàm ut nobis indicaret, cælum à nobis præ quavis alia re, omni cum cura proſequendum & quærendum eſſe, & poſtea illa, quæ terrena ſunt. *Gen. 1. 2.*

4. Paulus de Palatio ſuper hæc verba ita ſcribit: *Nihil dici potuit excelſiùs, quàm regnum Dei, ut neſcias, quid mirere priùs, aut Dei largitatem, qui in regnum ſuum, hominem adſciverit; aut hominis ſtuporem, qui ad tantam promiſſionem languet, nihilque movetur.* Etenim hæc eſt miſera hominum conditio, quòd, cùm de terrenis regnis acquirendis agitur, totus mundus ab iis ſuſque deque vertatur, imo pro uno terræ palmo aſſequendo ſæpè cælo renuntiare non dubitent. Creator, licèt in campo Damaſceno corpus è terra plaſmaverit, attamen dum illud ſpiritu oris ſui animavit, animam ad gloriam conſequendam creatam, ei infundendo, corpus illud cælum verſùs elevatum eſſe voluit, modo nimirum aliis animalibus contrario, quæ faciem ſuam terram verſùs directam habent. Audite obſecro, quàm graviter idipſum S. Bernardus hominibus exprobret: *quid indecentiùs, quàm curvum recto corpore tenere animum? perverſa res eſt & fœda, luteum vas, quod eſt corpus de terra, oculos habere ſurſum, cælum libere ſuſpicere, cælorumq; luminaribus oblectare aſpectus, ſpirituale verò cæleſtemq; creaturam, ſuos econtra oculos, id eſt, internos ſenſus atq; affectus trahere in terram deorſum.* *Paul. de Palat.* *S. Bern. ſerm. 24 in Cant.*

Primum.

5. Certum quidem eſt, quòd, ex quo de terra plaſmati ſumus, atq; in hoc exilio corpus hoc mortale per neceſſarium victum & amictũ nutrire & tegere debemus, bonis hiſce temporalibus indigemus; attamen error

& in-

& inordinatio noſtra in eo conſiſtit, quòd prius bona terrena, & poſtea (forſitan etiam nec poſtea quidem,) cœleſtia quæramus. S. Auguſt. ſuper illa verba: *Sperate in Domino, multi dicunt, quis oſtendit nobis bona?* dicit: *Ea tantùm diligenda ſunt bona, quæ ad interiorem hominem pertinent, cæteris autem ad neceſſitatem tantùm utendum, non ad gaudium perfruendum eſt.* Terram Deus noſtris ſubſtravit pedibus, ut conculcaremus, magiſq; eam oderimus: in ejus centro infernum collocare voluit, cùm ſit elementum omnium infimum: quæ igitur eſt hæc inordinatio noſtra, quòd illam cælo præferamus?

S. Auguſt. Pſ. 4. 6.

B. Humbert. 6. B. Humbertus ait: *Natura ordinem hic pervertit: qui terram ſuper omnia dilexit, quam inter elementa creator rerum, infimam ordinavit.* *Gloſſ.* Gloſſa inquit: *Cùm dicit primùm, ſignificat hoc poſterius non tempore ſed dignitate; illud petendum eſt, hoc propter illud neceſſarium; ergo primùm quærite regnum Dei, id eſt, præponite omnibus cæteris rebus.*

Hugo C. 7. Hugo Cardinalis tria bonorum genera diſtinguit: *Æternum, ſpirituale, temporale: primum eſt maximum bonum, ſecundum minus, tertium minimum; dicit ergo. Quærite primùm, id eſt, primò vel principaliter primum, quod eſt inter alia primum; regnum Dei hoc unum cum ſollicitudine eſt quærendum; quærite, id eſt, adquærendum attendite.* Idipſum diu ante S. Anſelmus ſuper eadem verba ſcripſerat, dum ait: *De temporalibus non debetis eſſe ſolliciti, ſed de cæleſtibus, & hoc eſt, quærite regnum Dei ſicut principale, ſicut illud quod finis eſt, ad quem tenditur, quærite hoc primum, id eſt, præponite cæteris rebus regnum Dei.* *S. Anſel. hic.* *Janſ.* Janſenius ly *primùm* ita exponit, ut ſenſus ſit: *Ante omnia, non tempore ſed dignitate, hoc eſt, maximè & præcipuè quærite*: modum quoque id adimplendi ſubjungit, dum ait: *Quod tum fit, cùm ita regnum Dei præponimus cæteris rebus, ut reliqua ad vitæ hujus ſuſtentationem neceſſaria non quæramus, niſi propter regnum Dei.*

8. Scala Jacob bona hæc creata nobis repræſentat, ſecundùm varios hominum gradus, ſicuti igitur ſcalam hanc Angeli quidam deſcendebant, quidam aſcendebant, ita quoque bonis hiſce temporalibus homines utuntur, ſecundùm varios ipſorum ſtatus, vocationes & profeſſiones; ex hominibus enim alii ſpectant ad vitam activam, alii ad contemplativam; alii ſcientiis, alii laboribus inſudant, alii Reipublicæ, alii familiæ regimini incumbunt. In hujus autem ſcalæ gradibus figurantur honores, divitiæ, ſanitas, amicitia, ſalus animæ, & quidquid à creatore boni vel pulchri productum fuit, ſed ubi pro Deo in hac ſcala locum inveniemus, in qua ejus parte ipſum locabimus? pro reſolutione hujus notandum, quòd Jacob Deũ in ſupremo ſcalæ vertice viderit. *Dominum innixum ſcalæ*; quòd ſi ſcalam hanc aſcendere, & naturæ, fortunæ ac gratiæ donis frui velimus: felices erimus: ſi tamen primum in hac ſcala locum Deo dederimus, non verò illum ſcalæ pedibus ſubſtraverimus, non prohibemur bona hæc temporalia quærere, ſed hæc regno Dei anteponere. *Gen. 28. 13.*

9. Regius Vates optimè nos docet quænam nobis eſſe debeat hac de re ſententia, dum ait: *Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* S. Bonaventura ait: *Creatura non ob aliud pernitioſa eſt amatori, niſi præponitur creatori.* *Pſ. 72. 25.* *S. Bonav. ſerm. 2. in Dom. 3. poſt Pent.*

Regnum Dei.

10. Non jubet, ut regna terræ quæramus, ſed regnum Dei nos quærere præcipit, illa enim inſtabilia ſunt, & ſicut cum anxietate, ſollicitudinibus & difficultatibus inſuperabilibus acquiruntur, ita pariter cum inquietudinibus & perturbationibus continuis poſſidentur. Innocentius III. qui id, quod reipſa expertus fuit, ſcribit, cùm de contemptu mundi tractat, ita diſſerens: *Sed eſto, quò ſublimetur in altum, ſtatim curæ ſuccreſcunt, ſollicitudines cumulantur, vigiliæ producuntur*; verò quidem eſt, purpuram propriam eſſe Regum veſtem: at verò, ut S. Ambroſius ait: *Quid purpuram memorem, quæ Regum amictus imbuit?* ſanguis quo hæc lana tingitur, ex piſce exprimitur, qui non niſi inter procelloſas maris undas capitur, in quibus Magnatum ſollicitudines denotantur: *Aquarum eſt igitur, quod in Regibus adoratur, aquarum eſt ſpecies illa, quæ fulget*: nullus eſt pannus, qui blattis & tineis magis ſubjectus ſit quàm purpura, ut inde doceamur, quòd ſceptra & imperia magna annexa habeant faſtidia, inquietudines, anxietates: at verò in eo, quod eſt regnare cum Deo, anima ſuam invenit quietem. ſuum *Inn. III. l. 2. c. 29.* *S. Ambr. l. 5. ex. am. c. 2.*

gaudium & omnimodam ſatisfactionem in hoc regno habet. Trita ſunt illa Sancti Auguſtini verba : *Creaſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te*; tunc, & non priùs Eccleſia quietem animæ annuntiat, quando primum huic regno pedem intulit, tunc primùm dicit : *Requieſcat in pace.* Mundi hujus dignitates appetitum noſtrum non ſatiant, ſed potiùs magis magiſque accendunt. David, qui ex ſtatu pauperis paſtoris ad ſupremos honores aſcendit, regnumque non modò Iſraëliticum, ſed & plurium aliarum provinciarum ſibi comparavit, confeſſus eſt, ſe minimè contentùm fore, donec ipſi in beatum illud regnum aditus concederetur : *Ps.16.15.* *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.*

Et juſtitiam ejus.

Janſ. 11. *Eſt autem juſtitia Dei*, inquit Janſenius, *quia coram Deo juſti ſumus per fidem & mandatorum Dei operationem.* Hugo Cardinalis ait : *Hugo C.* *Quærite oratione & opere & juſtitiam ejus ; ecce bonum ſpirituale, quod eſt via ad regnum.*

Cajet. 12. Cajetanus ait : *Non poſſumus verè quærere regnum Dei, niſi ſimul quæramus juſtitiam ejus, hoc eſt, ea quæ ſunt debita ſecundùm regnum ejus.*

13. Experientia nos ſemper quotidiana docet, quod illi, qui ſervitio Dei totaliter vacant, ejuſque obſequio penitùs ſe dodunt, in cunctis neceſſariis meliùs ſemper proviſi ſint, quàm illi, qui in ſua induſtria & anxietate confiſi, bona ſibi temporalia accumulare ſtudent, veritas eſt enim in pluribus *Pſ.36.25.* Scripturæ locis repetita : *Junior fui, etenim ſenui*, inquit David, *& non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem*; idem *Pſ.32.18.* pariter alibi dicit : *Ecce oculi Domini ſuper* *& 19.* *metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia ejus, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* Apoſtolorum Princeps populos fideles, Deo totaliter deditos animaturus, ne de divina ejus providentia *1.Pet.5.7* diffiderent, his eos verbis hortatur : *Omnem ſollicitudinem veſtram projicientes in eum, quia ipſi eſt cura de vobis.*

S.Bern. Senenſ. 14. S. Bernardinus S. Franciſci ſequaces conſiderat, qui maximam & omnem poſſibilem paupertatem profeſſus fuit, eamque per inviolabilem obſervantiam, inſtitutæ abſe Religioni impoſuit, & dicit : *Sui ſequaces ſunt quaſi omnia habentes, & nihil poſſidentes : omnes laboratores & mercatores & artifices laborant pro fratribus Minoribus ; nam qui mille mundos ſpernit, donatur mille mundis.*

15. Salvator, priuſquam nos panem in ratione dominica petere docuit, Deum à nobis patrem priùs appellari voluit : *Pater noſter, qui es in cælis*, ut nos tanquam veros ejus filios exhiberemus : *Si ego pater, ubi eſt* *Mat.6.9* *honor meus ?* Et ideo mox nos ipſi laudum & gratiarum tributum ſolvere docuit : *Sanctificetur nomen tuum :* item ſanctã ejus legem adimplere : *Fiat voluntas tua* : ſiquidem *Mal.1.6.* *in lege Domini voluntas ejus* : hùncque ordinem in dicta oratione ideo ſervavit, ut ſciremus, tunc nos bona temporalia fiduciaſſimè petere, nobiſque promittere poſſe, ſi innocentes, legis obſervantes, Deique timore imbuti fuerimus. *Pſ.1.2.*

Et hæc omnia adjicientur vobis.

16. Myſterio non vacat ly *adjicientur*. Ly- *Lyran.* ranus ait : *Non dixit, dabuntur, ſed adjicientur, ut diſcas, quòd præſentia nihil ſunt ad magnitudinem futurorum.* S. Gregorius eadem *S.Greg.* verba ponderans, dicit : *Qui enim non ait : da-* *l.15.mor.* *buntur, ſed adjicientur, profectò indicat, aliud* *c.20.* *eſſe, quod principaliter datur, aliud quod ſuperadditur, quia enim nobis in intentione æternitas, in uſu verò temporalitas eſſe debet, & illud datur & hoc nimirum ex abundantia ſuperadditur.* Idem quoque Sanctus majori hominum parti inordinationem ſuam exprobrat, quòd ſcilicet ſollicitè petant, quod eſt acceſſorium, neglecto eo, quod eſt principale : *Et tamen*, inquit, *ſæpè homines, cùm bona temporalia poſtulent, æterna verò bona non requirant, petunt quod adjicitur, & illud non deſiderant, cui adjiciatur.*

17. Hugo Cardinalis pœnam & ſupplicia, *Hugo C.* ob id nos manentia, ob oculos nobis ponens dicit : *Adjicientur non dabuntur, inquit ne putentur æquiparanda regno vel virtutibus, & non dicit, quærenda eſſe, ne putentur terminus eſſe humanæ vitæ ; adjicientur adjectivo modo, non ſubſtantivo : væ autem illis, qui faciunt de adjectivo ſubſtantivum.*

18. Ch yſoſtomus ſimilem ferè obſerva- *Chryſ.* tionem circa hæc verba habet : *Non dixit*, *hom.23.* inquit, *dabuntur, ſed adjicientur, ut ſcilicet diſceretis horum, quæ in præſenti dantur, nihil*

eſſe

eſſe omnino magnum, ſi futurorum magnitudini comparentur, & idcirco ne quidem illa juſſit.

19. S. Anſelmus Chriſtum primò dixiſſe obſervat: *Scit Pater veſter, quia his omnibus indigetis*, ac proinde non dixit: quia neceſſitatem noſtram ſciens, *ideo ipſe ſponte adjiciet*; *nota, quòd dicat, adjicientur, id eſt ſuperapponentur, quia non ſunt munus principale, ſed ſuperadditamentum*: denique idem S. Doctor concludit, Chriſtum nobis inſinuare voluiſſe, quonam in conceptu & æſtimatione bona hæc terrena nobis habenda ſint; *ne petantur ut principalia, ſed ut viativum, quo ſuſtentantur homines in via.*

S. Anſel.

20. Reliquum eſt, ut ad objectionem quandam reſpondeamus, quæ nonnullam prima facie difficultatem ſecum ſubinfert; etenim Carthuſianus ait: *Nonne aliqui Martyres fame extincti ſunt, & multi juſti maximas patiuntur penurias?* S. Thomas authoritatem S. Auguſtini adducens, dicit: *Objicit Auguſtinus de Paulo, quia dicit: In fame, & ſiti, & nuditate laboravi.* Paulus de Palatio ad eundem Paulum ſe reflectens, dicit: *At quis Paulo regnum Dei quæſivit vehementiùs? hæc cum vident imperfecti, potius ſollicitudini ſuæ ſe committunt, quàm promiſſioni divinæ*; verùm enimvero omnes, quæ à ſacris Interpretibus ad prædicta loca adhibentur rationes, pro intento noſtro efficaciter concludunt. S. Thomas cum S. Auguſtino reſpondens, dicit: *Sicut medicus aliquando abſtrahit cibum & potum infirmo, ut curet eum, ſic Dominus, qui habet providere, permittit hominem pati, vel ut curetur, (ſi curanda ſint aliqua,) vel ut alii exemplum recipiant.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Sæpenumerò ſubtrahuntur prædicta electis, ad eorum probationem, & copioſius meritum.* Janſenius aliam adducit ponderationem, ſeria conſideratione dignam, præcipuè ad conſolationem illorum, qui licèt divino ſervitio totaliter ſint dediti, nihilominus ex paupertate ſua anguſtiati lamentantur; dicit igitur hic author: *Non promittuntur temporalia, niſi tanquam adjutoria ſalutis; proinde cum Deus illa ſubtrahit, quod ſic expedire ſaluti quorundam judicat, non promiſſionem ſuam irritam facit, ſed diverſa ratione eandem ſalutis eorum curam gerit*, adducitque ſimilitudinem alicujus, qui, ut infirmum jumentum ſuum ſanet, pabulum ei tollit aut diminuit, nec tamen ob id judicandus eſt modicam illius curam habere, ſed potiùs manifeſtum prodit ſollicitudinis indicium, qua ſanitatem ejus procurare ſatagit. Paulus de Palatio quæri, panis dicendus ſit ſapidior & ſubſtantioſior: *Quis dicet cibum habere, an is, qui cum cibo, quem habet, dolet, an qui cum cibo, quo caret, gaudet? planè cibus quæritur, ut animus cibo contentus ſit, qui igitur fame contentus eſt, is magis habet, quàm qui cibo contentus eſſe neſcit. Hæc eſt igitur divina providentia, ut, ſi regnum quæras, aut cibus tibi adjiciatur, aut (quod eſt cibo majus,) animus ſcilicet ſuâ ſorte contentus*; quibus igitur Deus non dat panem, patientiam donat, & in egeſtate lætitiam. Tale erat donum S. Paulo communicatum, dum ait: *In omnibus inſtitutus, ſum, & ſaturari & eſurire, & abundare & penuriam pati*; unde idem author ſubjungit: *Da tu mihi hunc animum, & ego regias opes tibi relinquo.* Inter alias ſimilitudines una eſt, quæ præſenti propoſito noſtro ſpecialiter deſervit: *Beati, qui eſuriunt & ſitiunt. Et Luc. 6. Beati, quia tunc ſaturabimini.* S. Paulinus panem illum nunquam hominibus deeſſe poſſe oſtendit, qui de ſemetipſo dicit: *Ego ſum panis vivas, quid igitur à me famem metuis, ſi fidem habes? Panis tuus tecum eſt, ſi verbo Dei paſceris, non deſiderabis eſcam ventris*: & paulò pòſt ſubjungit: *Nihil habemus niſi Chriſtum, & vide, ſi nihil habemus, qui omnia habentem habemus.*

Dion. Cart. S. Thom. in Mat. Paul. de Palat. S. Thom. Dion. Cart. Janſ. Phil. 4. 12. Mat. 5. 6. Luc. 6. 21 S. Paul. ep. 5. ad Serv.

* * * *
* * *
*

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Cap. 7. Lucæ.

v. 11. IBat in civitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli ejus & turba copiosa. 12. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ, & hæc vidua erat, & turba civitatis multa cum illa. 13. Quam cum vidisset Dominus, misericordiâ motus super eam, dixit illi: Noli flere. 14. Et accessit & tetigit loculum; hi autem qui portabant, steterunt; & ait: Adolescens, tibi dico, surge. 15. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. 16. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes: quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam.

Versus 11.

Ibat in civitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli ejus, & turba copiosa.

Ibat in civitatem, quæ vocatur Naim.

Sal. t. 6. l. 21. 24.

SAlmeron mysticam miraculorum Salvatoris seriem considerat, quia ne fortè aliquis opponere posset, quòd lepram, morbum natura sua incurabilem, verbo & tactu mundare, miraculum sit non valde considerandum, ideo paulò pòst miraculum edidit longè excellentius, servum Centurionis moribundum, etiam procul absentem, solo vocis suæ imperio sanando; denique, ne quis calumniari posset, quòd si hic mortuus fuisset, nequivisset illum revocare ad vitam, præsens operatus est miraculum, viduæ filium mortuum resuscitando: *Et hoc minimè rogatus, ut ostenderet sè Dominum vitæ & mortis.*

Jans. t. 46.

2. Jansenius *Naim* civitatem quandam parvulam fuisse scribit, adeoque filii Dei admiratur benignitatem, qui hoc prodigium edidit: *Volens etiam hanc, quamvis humilem & obscuram, præsentia sua, doctrina & miraculis illustrari.*

Haymo.

3. Haymo in sensu morali dicit: *Naim motus vel commotio* interpretatur, & ideo modum significat, qui mari assimilatur, quod in continuo motu existens, agitur à ventis, & continuò subjacet fluxui & refluxui: *Hoc mare magnum.* In hac sensuum & appetituum nostrorum commotione, animæ ad mortem usque infirmantur: *Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest.*

Ps. 103. 25. Isa. 57. 20.

Corn. à Lap. in Luc. Joan. 4. Hugo Card.

4. In textu Hebraico, ut videre est apud Cornelium à Lapide, Naim idem est, quod *jucunda, decora, delectabilis*, in hoc igitur loco extinctus est hic juvenis, quia deliciæ & voluptates ut plurimùm magnes quidam sunt infirmitatum, tam corporalium quàm spiritualium; sic filius Reguli ad mortem infirmabatur in Capharnaum, quæ dictio juxta Hugonem Cardinalem interpretatur: *Villa consolationis & pinguedinis*, & per hanc *denotatur causa morbi, id est, peccati, scilicet abundantia temporalis.* Et ideo quod Apostolus de vidua quadam dixit, nos quoque qualibet anima Christiana asserere possumus: *Quæ in deliciis est vivens, mortua est.*

1. Tim. 5. 6.

Et

Et ibant cum eo diſcipuli ejus.

Alb. M. hic. 5. Albertus Magnus inquit: *Ut exfactis Domini exemplum acciperent, ut apud Dominum pro petentibus intercederent.* Debebant ipſi etiam diſcipuli, poſt Chriſti in cælos aſcenſionem, ad imitationem magiſtri ſui, variis mundi partibus veſtigia imprimere beneficentiæ & prodigiorum ſuorum, à ſe patrandorum: vel etiam cum Salmerone dicere poſſumus: *Ut ſtellæ quædam nobis ſolem ſequi videntur, ita diſcipuli Chriſtum; &* *Salmer. ibid.* *Prov. 13. 20.* *ut dicitur in Prov. Qui cum Sapientibus graditur, ſapiens erit.*

Alb. M. ſer. 70. 6. *Diſcipuli ejus*, ait Albertus Magnus in ſenſu ſpirituali, *ſunt omnis congregatio beatorum.*

Did. Stell. hic. 7. Didacus Stella ſcribit: *Obſerva, quòd prius eunt diſcipuli, & ſtatim poſt illos turba multa, & non id myſterio vacat, nam quando Prælati Eccleſiæ priores Chriſtum ſequuntur, ſtatim poſt illos ſequuntur ſubditi & inferiores.*

Et turba copioſa.

Lyran. 8. Lyranus tradit, Chriſtum ab hac ſequaci voluiſſe ſtipulari multitudine, ut ipſa hujus miraculi ſpectatrix & teſtis oculata fieret. *Gloſſ.* Gloſſa in eodem quoque ſenſu ait: *Multi cum Domino, & multi cum vidua, ut viſo miraculo multi Dei laudatores & teſtes fierent.*

Dionyſ. Carth. in Dom. 16. poſt Trin. in Evang. Salmer. 9. Dionyſius Carthuſianus in turba viros, mulieres, pueros & ſenes fuiſſe notat; *nam propter Chriſti ſapientiam, eloquentiam, ſanctitatem, & præcipuè propter incomparabilem excellentiam ſuam in operationibus miraculorum, plurimi ſequebantur eum.* Salmeron aliquos illorum, Chriſtum ſecutos fuiſſe exiſtimat, ut ſanarentur ab infirmitatibus ſuis, alii ut ſe per ſequelam ſuam gratos exhiberent pro beneficiis receptis, alii per ejus ſapientiam, alii per curioſitatem allecti: *Et Chriſtus omnes virtute ſua trahebat, ut teſtes eſſent tanti miraculi, & ſuſcitarentur in anima ſpiritualiter.*

Verſus 12.

Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris ſuæ, & hæc vidua erat, & turba civitatis multa cum illa.

Cum autem appropinquaret portæ civitatis.

1. Hoc miraculum juxta portas urbis patrare voluit, ut tantò facilius propagaretur, olim enim juxta portas publici celebrabantur mercatus, confidebant judices, cauſæ agitabantur, ipſaque tribunalia aperta erant.

Bed. in Gloſſ. 2. Venerabilis Beda à Gloſſa citatus in ſenſu allgorico ait: *Cum verbum caro factum, gentilem populum per portas fidei ad cæleſtem Jeruſalem induceret, ecce Judaicus populus minor propter perfidiam, defunctus effertur, quem mater Eccleſia, nil in mundo quaſi proprium poſſidens, multis populorum turbis circumſepta, pio affectu plorat, & ad vitam piis lachrymis revocare laborat.*

Did. Stell. 3. Didacus Stella in ſenſu morali dicit: *Portæ civitatis appropinquat, quia porta, per quam egreditur mors, ingreditur vita, nam conſenſu voluntatis mortuus es in peccatis, & eodem conſenſu reſipiſcere debet, & idcirco ſine contritione, poſtquam peccaſti, ſalvus fieri non potes.*

4. Venerabilis Beda pariter in ſenſu morali, per hanc portam ſenſus noſtros intelligit, quibus mediantibus aditum in animam habet mors ſpiritualis. *Porta civitatis quâ defunctus efferebatur, puto aliquem deſenſibus eſſe corporeis, qui enim ſeminat inter fratres diſcordias, qui iniquitatem in excelſo loquitur, per oris portas extrahitur mortuus.*

Ecce.

S. Anto. de Pad. ſerm. in ſer. 5. Paſch. 5. Sanctus Antonius de Padua ait: *Nota, quòd ecce eſt adverbium admirationis,* *Dion. Cart. in Luc. 7* Dionyſius Carthuſianus, licet ad aliud propoſitum, dicit: *Ecce ait Evangeliſta, ideſt,*

id est, advertite, considerate, attendite, etenim compassione dignum spectaculum erat, videre exstinctum juvenem quendam matris viduæ unicum filium, in optimo annorum flore deferri ad sepulchrum; ecce ubi nostræ terminentur delectationes? ætas floridissima, parentum deliciæ, spes familiæ, in feretro clauduntur omnia.

6. Videatur etiam, Evangelistam hac dictione dicere voluisse, eventum hunc inexspectatum fuisse, veruntamen quod nobis casus videtur esse fortuitus, sapientiæ Dei, divinæ est providentiæ scopus. Titus Bostrensis ait: *Factum est hoc non casu, sed summo judicio summaque sapientia*, etenim Christus in hoc itinere, unum intendebat resuscitare corporaliter, sed spiritualiter innumeros, prout ex ultimis evangelii verbis colligitur.

Tit. Bost.

Defunctus.

§. 9. Tametsi ut omnes sacri Doctores communiter attestantur, filius Dei, quoad in terris nobis convixit, multis defunctis vitam restituerit, *tres* attamen *mortuos*, inquit S. Augustinus, *invenimus à Domino resuscitatos visibiliter, millia invisibiliter, mortuos autem quot visibiliter suscitaverit: quis novit?* de tribus tamen mortuis solùm distinctam in Scripturis memoriam remanere voluit; nimirum de Lazaro filia Archisynagogi & hoc filio viduæ, hunc foris extra domum suscitavit, filiam in domo, Lazarum in sepulchro; *Omnia in figura contingebant*, in his namque defunctis, varii eorum qui spiritualiter pereunt, status repræsentantur Sanctus Augustinus ait: *Sicut tribus gradibus ad peccandum pervenitur, suggestione, delectatione, consensu; ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, & facto, & consuetudine, tanquam tres mortes; una quasi in domo, id est, cum in corde consentitur libidini, altera jam prolata quasi extra portam, cum in factum procedit assensio: tertia, cum vi consuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro jam patiens: quæ tria mortuorum genera, Dominum suscitasse, quisquis Evangelium legit, agnoscit.* Sanctus Ambrosius ait: *Adam de terra portatur à quatuor elementis, unde homo constat*, hæc enim quatuor omnem hominem in via hujus præsentis vitæ, portant ad mortem; hæc enim vita nostra nihil est aliud, quàm continua mors quædam. Sic enim Apostolus eam nominat, dum ait: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus.* Idem Sanctus Ambrosius ait: *Ista regio plena est mortuorum, quia plena delictorum, meritoque dictum est: Relinque mortuos sepelire mortuos suos: An non mortuorum hæc regio, ubi umbra mortis, ubi porta mortis, ubi corpus est mortis?* Sanctus Augustinus similiter in confessionibus suis dicit: *Vitam beatam quæritis in regione mortis? Non est illic, quomodo enim beata vita, ubi nec vita?*

S. Aug. l. 1. de ser. Do. c. 23.

Rom. 7. § 24.

S. Amb. de bon. mort. c. 9.

S. Aug. l. 4. conf. 12.

S. Ambr. l. 5. in Luc.

8. Enimverò effrenes appetitus nostros illos esse, qui nos ad sepulchrum portitores deferunt, sanctus Ambrosius his verbis evidenter demonstrat: *Quid enim aliud, nisi quasi in quodam feretro, hoc est, supremi funeris instrumento jacemus exanimes, cum vel ignis immodicæ cupiditatis exæstuat, vel frigidus humor exundat, vel pigra quadam terreni corporis habitudine, vigor habeatur animorum, vel concretâ nostræ spiritus labe, puræ lucis vacuus mentem alit? Hi sunt nostri funeris portitores.*

S. Ambr. in Gloss.

Efferebatur.

9. Ex hoc verbo, Judæos sepulchra sua extra civitatem posita habuisse deducitur, unde Salmeron ait: *Pondera autem verbum efferebatur, est enim efferre extra ferre; nam olim defuncti extra domum & civitatem, tam gentiles quàm Judæi sepeliebantur*; ne videlicet ex putrefactione cadaverum, habitatio hominum inficeretur; opportunus igitur hic locus est meditandi, hujus corporis nostri putridam saniem, quod ab anima derelictum nihil est aliud, quàm saccus quidem stercorum, seu mucor sterquilinii, ad agrum impinguandum elatus. Ecce ubi hujus carnis deliciæ terminentur, quam ne suis voluptatibus & delictis privemus nos Dei inimicos reddere parum curamus, siquidem *Sapientia carnis inimica est Deo.*

Salmer. to. 6. c. 24.

Rom. 8. 7.

10. *Effertur mors corporis extra domum ad tumbam tumulandæ*, inquit Albertus Magnus, *fœtore corrumpat appropinquantes; quoti-*

Alb. M. hic.

quotidianâ enim experientiâ videmus quòd etiam proximè ſanguine conjunctorum & chariſſimorum cadavera, è domibus elata, ad cæmiteria ſubitò efferantur; & ne fætore ſuo alios inficiant, lacero cuidam involvantur linteamini.

11. Idem Albertus ait: *Effertur, ut tuam moveat miſericordiam publica miſeria*, uſitatæ ſunt in Eccleſia, ſolemnes mortuorum exequiæ, quas numeroſæ religioſorum turbæ per vias publicas, ardentes manibus ſuis faces portantes aſſociant, dum interea cadaver in edito loco, in conſpectu omnium expoſitum reponitur, omnibus conſpiciendum; hacque ratione non modò compaſſionem excitet precesque & ſuffragia fidelium ab omnibus expoſcat, verum etiam ut omnes præſentes moneat, ut attentè videant & conſiderent, quis ſit finis deliciarum, divitiarum & honorum, qui tantopere
Pſ.145.4 nos alliciunt & ſeducunt: *Exibit ſpiritus ejus & revertetur in terram ſuam, in illa die*
Pſ.9.8. *peribunt omnes cogitationes eorum, periit memoria eorum cum ſonitu*; cum ſonitu enim & ſtrepitu campanarum, omnis illorum memoria evaneſcit. Porro antiquorum gentilium finis, qui Magnatum & Regum cineres, in modica quadam urna collectos, ſuper excelſas moles, mauſolæa, pyramides vel columnas collocabant, hic erat; ut ad illorum conſpectum omnis à mortalium cordibus pelleretur ambitio, videndo, quis eſſet deſideratarum dignitatum & monarchiarum finis, nimirum modicus pulvis, isque in ſummitate ventorum ludibrio expo-
Pſ.1.4. ſitus: *Tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.* David poſt omnes ſuas victorias, poſt tot theſaurorum poſſeſſiones, poſt tot regnorum comparationes, tandem concluſit: *Gloriam meam in pulverem deducam.*

Alb.M. ſerm.70 12. Albertus Magnus in ſenſu morali inquit: *Per defunctum, qui ad portas civitatis effertur, quilibet peccator intelligitur, cujus peccata ad hominum notitiam pervenerunt, manifeſtè quippe peccare, eſt portari ad portam civitatis.* Juxta Bedæ porro ſententiam elatio hæc *ſignificat hominem lethali criminum funere ſoporatum, eandemque inſuper mortem, non cordis adhuc cubili tegentem, ſed ad multorum notitiam, per locutionis operisque indicium propalantem.*

Filius unicus.

13. S. equidem Lucas, qui eadem cum perfectione calamum tractavit & penicillum, vivacius nunquam ſingulas hujus hiſtoriæ circumſtantias nobis repræſentare potuiſſet, verbis ſingulis ſuum habentibus annexum myſterium S. Bonaventura inquit: *S.Bonav. hic.* *Major etiam erat luctus, quia erat unigenitus, de quo ſit planctus tantò amarior, quanto erat charior.* Virilis non imbecillis ſexus erat, *S. Greg. Nyſſ. l. de orat.* quia ut ſanctus Gregorius Nyſſenus inquit: *Jam nuptiale tempus advenerat, ſtirps vigebatur generis, ramusque ſucceſſionis, baculus ſenectutis, & ætatis incrementum.* Præterquam quod mares nomen & familiam ſuam ſuſtentent & propagent, fæminæ verò ad alias diverſas transferantur familias. Lucas *Lucas Burg.* Burgenſis ſcribit: *Unigenitus, quod amplius eſt quàm unicus, nullus enim alios unquam liberos genuiſſe ſignificatur, nec facile alius luctus major eſt eo, qui eſt de morte unigeniti,* id quod idem Author probat ex illo Jeremiæ *Ier.6.26* textu: *Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum.* Et Zachariæ 12. *Ut doleri ſolet in Zach.12. 10.* *morte unigeniti.* Aliam materni doloris cauſam obſervat Salmeron, inquiens: *Erat unicus ſeu unigenitus, nam quando plures ſunt, amor ſpargitur, & uno mortuo, non tam vehementi dolore diſtruciantur parentes, quia manent alii.* *Salmer.*

14. D. Chryſoſtomus in epiſtola quadam *S.Chryſ. ad Olym.* ad Olympiam ita ſcribit: *In adoleſcentibus majus eſt naturæ incendium, major concupiſcentiæ tempeſtas, infirmior conſilia, ratio quæ vitia gubernat, infirmior.* Didacus Stella, quoque juvenilem hanc ætatem ad mortem ſpiritualem contrahendam, faciliorem eſſe conſiderat, dum ait: *Blandè & cum indulgentia in deliciis fuerat nutritus, quia filius erat, quæ mundanæ voluptates ad mortis ſepulturam plurimos deferunt.*

15. Defunctus hic adoleſcens, id eſt, *Did. Stell.* juvenculus erat in pulcherrimo annorum flore conſtitutus, ſua quoque gaudebat libertate, utpote per mortem patris, à paternæ ſubjectionis jugo liberatus; & tametſi

metsi matrem haberet, nullum tamen ab ea patiebatur materni o us imperii, quod vel inde colligitur, quia ipsa vidua erat, à qua proinde teneri amabatur, adeoque in lacu, butyro, lacte & melle redundante nutriebat in summis vivebat delicis, voluptatibus, omnisque generis recreationibus, certatim ipsum cingebat omnium civitatis illius adolescentum turba, qui post mortem etiam illum amabant, qui ad tumulum usque illum sequebantur, imò aliqui putant, ipsum familiaritatem quandam minus honestam iniisse cum Magdalena, nobilissima Castelli Magdalici Domina & Patrona; & tamen quo omnes hæ humanæ felicitates in fine clausæ fuerunt? *Ecce defunctus offerebatur, &c.* Unde meritò cum sancto Ephrem dicere possumus: *Ubi juventutis flos & pulchritudo? Ubi venustus ille genarum color?* Quisnam ipsum felicia & fortunata victurum fuisse sæcula non credidisset? At verò verissimum semper est illud axioma Apostolicum: *Cum dixerint: Pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus.*

S. Ephr. de ult. spirit. c. 40.

1. Thes. 5. 3.

16. Sanctus Joannes olim equum vidit pallidum & extenuatum: *Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors*; num fortè equum hunc, eò quòd adeo languidus esset, lento gressu processisse existimabitis? Ita quidem aliquis credere potuisset, magno tamen errore deceptus: hic enim equus calcaribus agitabatur, atque ideo gressus suos accelerabat; mors quidem juvenum secundum naturalem complexionis, ætatis & temperiei cursum, in truncando vitæ filo ad senectutem usque tardare deberet; at verò si præter omnium exspectationem, citius eundem obruat, id culpâ illorum accidit, eò quòd mortem sibi accelerent, calcaria lateribus illius addendo; quænam autem esse putas hæc calcaria? *Stimulus mortis peccatum est*, etenim inordinationes & dissolutiones, quas frequentant, quia juvenes ad voluptates carnales, ludos & rixas, hastiludia & quosvis alios excessus propensiores sunt, mortem illis opinione velocius accelerant. Bene igitur monet Ecclesiasticus; *Ne impiè agas multum, ne morieris intempore non tuo.* Jacob Patriarcha morti vicinus, Josepho filio, sibi assistenti, Rachelis matris suæ mortem in memoriam revocavit dicens: *Mihi enim, quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan, in ipso itinere, erat que vernum tempus, & sepelivi eam juxta viam Euphrate.* Hic utique Patriarchæ discursus in agonia, non sine mysterio, Josepho propositus fuit; per hunc voluit monere filium suum, quòd, licet ipse in ætate decrepita moreretur, non tamen exinde sibi magnam de morte procul absente securitatem promitteret, siquidem mater ejus in optimo ætatis flore, ex hac vita migrasset, idque *in ipso itinere*, id quod multis quoque hodie accidit, qui priusquam designatum sibi scopum assequantur, in medio prosperrimæ fortunæ cursu deficiunt: Moriebatur Rachel, quando tempus vernum erat, quando flores pullulare incipiebant; his enim vita humana congruè assimilatur: *Tanquam flos agri sic efflorebit. Sepelivi eam juxta viam Euphratem*, hæc enim civitas, omnium rerum abundantissima & delicioſissima erat, & tamen mortua fuit, priusquam eò pertingeret, quia *in ipso itinere* mortua fuit. Ita quoque multis accidit: *Cum dixerint: Pax & securitas, &c.*

Gen. 48. 7.

Ps. 102. 15

1. Thes. 5. 3.

1. Cor. 15. 56.

Eccl. 7. 18.

Matris suæ.

17. Hanc circumstantiam ita discutit Salmeron: *Erat unicus matri suæ; non patri suo defuncto, nam fœminæ ardentius amant quàm viri, quia novem mensibus gestant, cum dolore pariunt, proprio lacte nutriunt, est etiam plus certa de prole, quod sit filius suus, quàm pater.* Eandem quoque reflexionem fecit Toletus, inquiens: *Majori enim ac vehementiori dolore afficiuntur matres, quàm patres, filiorum amissione.* Albertus Magnus scribit: *Quæ ferventiorem in eo habuit amorem, quæ necessariorem jam habuit robustam prolem; in quantum unicus, totus in eo matris fuit affectus.*

Salmer.

Toletus.

Alb. M. hic.

18. Quis dubitat, matri huic summam fuisse de filii salute curam & sollicitudinem; omnemque ab ea, mediis abundantissimis, commoditatibus, impensis & servitiis, possibilem pro filii conversatione diligentiam adhibitam esse? Nihilominus illis

illis potentior ęvaluit infirmitas & mors; *Ni-*
Pſ.126.1 *ſi enim Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* Tres Chriſtus ſuſcitavit mortuos, quorum perpetuam fieri voluit in æternitatis annalibus memoriam, omnes tres nobiles, divites & juvenes fuêre; Lazarus namque reliquis ſenior, 30. tantùm annos habebat in reſuſcitatione ſui. Evangelica ſingulorum hiſtoria per anni circulum, tribus diſtinctis diebus in Eccleſia prælegitur, ſed hujus ſpecialiter juvenis tertiò fit mentio per annum. Primò in feria quinta Dominicæ quartæ Quadrageſimæ, ſecundò in feſto S. Monicæ, tertiò hodie; id quod ſancta mater Eccleſia non alio fine facit, quàm ut nobis jugĕ inculcet mortis memoriam, quia dum minimè præſumimus, dum ſanitati, teneræ ætati, commodis, complexioni & ſimilibus confidentes, mortem procul à nobis abeſſe credimus, ecce in foribus adeſt: utique nulli non notiſſima eſt iſta æ-
Luc. 12. 40. *ternæ veritatis admonitio: Quâ horâ non putatis, filius hominis veniet.*

Et hæc vidua erat.

Toletus. 19. Toletus ait: *Vidua erat, quod multa comprehendit; primò, quia non erat ei ſpes filios recreandi, tantaque levamen orbitatis aſſumendi; ſecundo, unigenito mortuo nomen viro non ſupererat ſuper terram; tertiò, hæreditas ab ejus ſtirpe tranſibat; quartò, reliquiæ carnis*
2. Reg. 14. *ejus peribant.* Iiſdem quoque verbis & diſcurſibus coram ſapientiſſimo Davide uſa
Eccl. 35. 17. fuit Tecuitis, docente nos Eccleſiaſtico: *Non deſpiciet* Dominus *preces pupilli, nec viduam.* Aliam hujus rei cauſam aſſignat Albertus Magnus, inquiens: *Ideo ei robuſta proles erat valde neceſſaria, non tam pro filio, quàm vice mariti, protectore domûs & familiæ.* Confiderat Cajetanus, quod, licèt ex Evangelicæ hiſtoriæ contextu deduci non poſſit, an juvenis ille conjugatus fuerit nec ne, ex ætate nihilominus colligi videatur, eum necdum matrimonio junctum fuiſſe: *Ea ætate apparet, quòd non relinquebat matri nepotem.* Veriſimile etiam videtur, viduam hanc concluſiſſe ſecum in ſtatu perſiſtere viduali, ſine
Salmer. tranſitu ad ſecundas nuptias. Unde Salmeron ſcribit: *Vidua erat, nam uxorata ſpem concipiendi habuiſſet alium: ſolent etiam viduæ ſeſe conſolari de morte mariti præſentia filii relicti.*

20. Didacus Stella inquit: *Et ob id non mi-* *Did. Stell.*
nores habita à Domino, nam coram oculis Domini potius æſtimatione ſunt digni, qui à mundo deſtituuntur, quàm qui potentes ſunt. Tibi *Pſ.10.14.*
derelictus eſt pauper, ait Pſalmiſta, *orphano tu eris adjutor.* Quot perfectionis ſummæ & ſanctitatis ſuæ merita, eaque omnia eminentia generoſa Judith Deum oratura allegare poterat, & tamen ut ipſius omnipotentiam ad ſe in generoſo illo, quod moliebatur, facinore juvandam inflecteret, ſolùm illi vidualem ſtatum ſuum propoſuit: *Subveni, quæ-* *Judith 9.3.*
ſo Domine Deus meus, mihi viduæ; nam ut D. Chryſoſtomus ait: *Non parva vis lacryma-* *Chryſ. ho. 69. in*
rum viduæ eſt, ſed ipſum cœlum poſſunt aperire. *Joan.*
Joab, ut Davidis animum ab Abſolone planè averſum ad impertiendam ei paternam benedictionem inflecteret, potentius inſtrumentum invenire non potuit, quàm viduæ cujuſdam ei propoſitas preces, quæ ſe deſotam & afflictam fingebat: *Lugere te ſimula,* *2. Regi 14. 2.*
& dic: heu mulier vidua ego ſum, &c. Ubi Abulenſis ait: *Vocat ſe viduam, ut ſignet ſe eſſe perſonam miſerabilem, & moveatur facilius* *Abul. q. 10.*
Rex ad miſerendum. Eccleſiaſticus quoque *Eccl. 35.*
ait: *Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendunt uſque ad cœlum.* Elias & Eliſæus ad pauperculæ viduæ inſtantiam, prodigioſiora patrârunt miracula, quàm unquam in veteri teſtamento à Prophetis, ſanctiſque Patriarchis patrata fuiſſe legantur. S. Petrus pariter Tabitham viduam reſuſcitavit.

21. Eccleſia à Spiritu S. edocta, in feſto S. Monicæ hoc Evangelium legit, eò quòd in hac matre vidua, ſancta hæc mulier ſpiritualem filii ſui mortem deplorans, ejuſque converſio ad vivum exprimatur. S. Chryſologus *Chryſol. ſer. 19.*
de anima peccatis immerſa ita ſcribit: *Fit in corporis ſepulchro vivo funus animæ jã ſepultæ.* Et S. Ambroſius ait: *Quis eſt tumulus tuus* *S. Amb. l. 5. in Luc.*
niſi mali mores? Sancta mater Eccleſia quæ per viduam figuratur, teſte Hugone Cardinali, dicente: *Vidua eſt Eccleſia, quæ à ſponſo ſuo peregrinatur in terra, de qua in Pſalmo: viduam ejus benedicens benedicam;* *Pſ. 131. 15.*

hæc, inquam, Eccleſia tanquam ſpiritualis vidua pro animarum in peccatis viventium reſuſcitatione continuas Deo offert preces, ut à peccati morte reſuſcitentur.

22. Sæpe contingit, quòd viduarum filii educentur malè, cujus ratio eſt, quia filii non illum erga ipſas reſpectum & timorem concipiunt, qualem paternæ authoritati deferre ſolent; præterquam quòd illæ hos nimis amantes, ſeveræ diſciplinæ rigoribus raro manum admoveant, quod tamen ad hujus ætatis fervores refrænandos unicè eſt neceſſarium, fierique poteſt talem hanc matrem fuiſſe, quam proinde Deus punire volens, filium mori permiſit; at verò quia Deus benignus & miſericors eſt, *mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit*, ideo ad ipſum in vitam revocandum commotus fuit, idque non modo in filii reſuſcitati, ſed & matris omniumque circumſtantium utilitatem. 1. Reg. 2. 6.

Et turba civitatis multa cum illa.

Tolet. 23. Toletus manifeſtum nobilitatis & opum hujus juvenis ſignum fuiſſe exiſtimat, quòd ab univerſa civitate certatim concurrente ad tumulum deductus fuerit: nam *hæreditas pinguis ad alienos devolvebatur unico hærede defuncto.*

Alb. M. hic. 24. Albertus Magnus ad hunc populi concurſum, qui ſupra modum numeroſus erat, ſe reflectens, conſiderat, multos aſſociaſſe Salvatorem, alios verò defuncti hujus feretrum: *Turba catervatim ruit ad miranda facta Domini; unde multi hic erant cum Domino, multi cum vidua; iſti mirabilia cernere cupientes, hi autem compaſſionis affectu miseram viduam proſequentes.*

Luc. B. 25. Lucas Burgenſis illorum temporum morem fuiſſe autumat, ut multi nimirum ad hoc miſericordiæ opus convenire conſueviſſent: *Obſerva*, inquit, *morem funeris, ut amici notique comitarentur, nec abeſſet mater, qui mos non tantùm exhibiti mortuo honoris officium fuit, verum etiam pietatis opus Deo gratum, cui placent talia pietatis officia.* Ac proinde ecce tibi hiſce retributam remunerationem, qui huic adeò grato Deo operi incubuerunt, nimirum præſentes eſſe meruerunt huic miraculo, ipſumque ſalutare Dei videre & audire. David multis benedictionibus cœleſtibus cumulavit illos, qui Saulis cadaver ſepulturæ mandaverant: *Benedicti vos à Domino*, inquit, *qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum; & nunc retribuet vobis quidem Dominus miſericordiam & veritatem, ſed & ego reddam gratiam.* Tobias huic exercitio operam ſuam impendens adeo placuit Deo, ut ad recipiendam copioſam hujus in mortuos impenſæ pietatis retributionem, merita operis illius in cœlis ante thronum ſuum per Raphaëlem Archangelum voluit præſentari. Tres illæ devotæ Mariæ, quæ Redemptorem ſecutæ ſunt ad ſepulchrum, hanc ſibi inde meruerunt prærogativam, ut primæ fuerint, quibus poſt ſuam glorioſam reſurrectionem viſibiliter appareret. 2. Reg. 2. 5. Tob. 12.

26. Enimverò Abulenſis obſequium & ſervitium, quod defunctos ad ſepulchrum comitando præſtatur, ex alio capite commendat: *Cum quis benefacit homini præſenti, à quo poteſt recipere vicißitudinẽ, non eſt admirandum; cùm autem benefacit mortuo, à quo non poteſt recipere retributionem, eſt magis admirandum.* Abul. in cap. 12. Gen. 6. 24.

Verſus 13.

Quam cùm vidiſſet Dominus, miſericordiâ motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere.

Quam cum vidiſſet Dominus.

1. Regius Propheta ad perpetuam memoriam conſcribi voluit, quòd filius Dei ſuum in terram defixiſſet oculorum obtutum: *Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit Dominum; quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cælo in terram aſpexit*; ſed quænam fuit hujus aſpectûs utilitas? *Ut audiret gemitus compeditorum, ut ſolveret filios interemptorum, ut annuntient in Sion laudem Domini, & laudem ejus in Jeruſalem*; quæ omnia in caſu hoc noſtro adimpleta fuerunt: ſiquidem hic Chriſti, viduam ſuſcipientis obtutus ſerenat triſtitiam omnem, deſolatæ viduæ deterſit lachrymas, ejuſque filium à morte libera- Pſ. 101. 19.

liberavit; ac denique cauſa fuit hujus admirationis, quâ miraculum hoc ad ejus gloriam, circumſtantes in Sion & Jeruſalem divulgarunt, acclamantes: *Propheta magnus, &c.*

Janſ. 6. 46. 2. Janſ. ait: *Cujus occurſus & obtutus ſemper felix eſt & fauſtus.* In regione Gereſinorum demoniacis illis occurrit duobus, eoſque confeſtim ſanavit: in Petrum & Andræam oculos ſuos defixit, & ſubitò ex piſcatoribus Apoſtolos fecit; intuitus eſt Levi Publicanum, & ex menſa collibyſtica ad Apoſtolatûs dignitatem evexit; vidit paralyticum in piſcina, eumque ſanavit; oculum ſuum in cæcum natum conjecit, eumque protinus illuminavit; reſpexit in atrio Petrum, qui illum negaverat, eumque ad pœnitentiam induxit: *ſic & modo occurrens viduæ, eamque flentem videns, miſertus eſt ejus.*

Dion. Cart. enarr. in Evang. in hac Dom. Dionyſius Carthuſianus ait: *Cùm non ſolùm exterioribus oculis eam inſpexiſſet, ſed & interioribus oculis ſuæ ſapientiæ ac miſericordiæ ejus mœrorem penſaſſet.*

Miſericordia motus ſuper eam.

3. Idem Carthuſianus legit: *Ei compatiens*; hujuſque compaſſionis aliqua in benigniſſimo Domino motiva conſiderat, quorum primum eſt, quia hujus matris filius erat; ſecundò, quia erat illi unicus; tertiò, quia vidua, à marito ac demum etiam à filio derelicta erat; quartò, quia eo tempore mortuus fuerat, quando in ætate ad prolem generandam ſufficiente conſtitutus erat; quintò, quia labores & moleſtias, in ejus educationem, multis annis adhibitas, ſimul omnes infructuosè amiſerat. Salmeron in textu Græco legi notat: *Ex intimis viſceribus miſertus eſt illi.* Porrò qualiter hæc miſericordia intelligenda ſit, Lucas Burgenſis declarat, dicens: *Eſt miſericordia, alienæ miſeriæ in cor proprium admiſſio.*

Salm. to 6. 11. 24. Lucas Burg.

Tolet. 4. Toletus duo in miſericordia ponderari poſſe conſiderat: nimirum voluntatem ſubveniendi alienæ miſeriæ, & hæc ad ſuperiorem animæ portionem pertinet; deinde triſtitiam, quâ cor ob eandem miſeriam afficitur, eaque in portione ſenſitiva reſidet, & hæc eſt, quæ ad ſubventionem præſtandam nos movet: *Hunc Chriſtus ſicut & reliquos effectus pro ſua voluntate aſſumebat, quod nobis commune non eſt, quibus affectus frequenter in noſtra poteſtate aut voluntate non ſunt; dicitur igitur miſericordiâ commotus, quia non modo voluit ſubvenire, ſed etiam dolorem & compaſſionem in ſe excitavit de viduæ paſſione ac miſeria.*

Dion. Cart. hic. 5. Dionyſius Carthuſianus exiſtimat, quòd motivum hoc miſericordiæ & pietatis Chriſti, fuerit potiùs in ordine ad periculum animæ quàm corporis hujus juvenis: *Quia adoleſcentes ſolent eſſe ad mortem minùs diſpoſiti, eò quòd homines in illa ætate conſueverunt eſſe laſciviores, inſtabiliores, & minùs experti.*

Baſil. Seleuc. or. 10. 6. Baſilius Seleucus hanc miſericordiam attribuit lachrymarum & planctûs efficaciæ divinæ pietatis attractivæ: *Viduæ lachrymæ*, inquit, *unigenitum Jeſum traxerunt ad reſtituendam unigenito vitam.* Toletus ait: *Lachrymæ matris filio impetrarunt vitam.* Unde divus Chryſologus hanc deducit conſequentiam, nimirum Deum noſtrum in neceſſitatibus & calamitatibus publicis, multò magis ad fletum & pœnitentiam Eccleſiæ ſuæ flectendum eſſe: *Si enim ad unius viduæ lachrymas temporales ſic motus eſt Chriſtus, ut ex oculis ſtillantium dolorum fluenta reſtingueret, ut reſuſcitaret corpus, vitam reduceret: quid modo faciet, quando inardeſcit viribus ſuis ad Eccleſiæ ſuæ lachrymas diuturnas, ad ſanguineos ſponſæ ſuæ ſudores? nam per ſupplicantem Eccleſiam lachrymas fundit juges, per Martyres ſacrum ſanguinem fudat, donec unicum ſuum, hoc eſt, populum Chriſtianum de mortali feretro Chriſtus æternæ vitæ reddat.*

Tolet. S. Chryſ. ſer. 103.

Tolet. 7. Toletus Chriſtum ad compaſſionem motum fuiſſe dicit, non ob mortem filii, ſed matris afflictionem & miſeriam, quam ex hac jactura patiebatur: *Compaſſus eſt Chriſtus ratione humanæ naturæ, viduæ lachrymis ac calamitati, non filii, qui ab hujus ſæculi calamitatibus ereptus fuerat.* Lucas Burgenſis pariter ait: *Non miſertus filii, qui miſeriis mundi fuerat ereptus, ſed matris, inter mundi miſerias fluctuantis.* *Luc. B.*

8 Idem quoque conſiderat, Chriſtum in hac occaſione non expectaſſe, donec ad

faciendum hoc miraculum, & mulierem conſolandam rogaretur: *Non continet gratiam ſuam, donec rogaretur, quemadmodum aliàs, ſed omnium preces antevertens, matri nihil tale exſpectanti, ultro beneficium confert, ſolâ movente miſericordiâ; tanta eſt ejus ad ſublevandum hominum miſerias promptitudo.*

Janſen. 9. Janſenius aliud quoddam punctum tangit, quod etiam Toletus conſiderat, dicens: *Perfectam miſericordiam Dominus hic exhibet, dum & in corde movetur miſericordiâ, & verbis eam conſolatur, & ipſo facto miſeriam viduæ ſublevare ſtudet.* Toletus pariter ſcribit: *Hæc enim eſt miſericordia perfecta, quæ non tantum cordis compaſſione, nec ſolis verbis continetur, ſed effectu ſimul ac opere auxiliatur; Chriſtus autem tria voluit adhibere, ut nemo imitatione careret; qui enim nec verbo, nec opere miſereri poteſt, habet quod imitetur in Chriſto, ut ſolo corde compatiatur; & qui poteſt etiam verbo, id ſi faciat, Chriſto ſimilior erit; ſimillimus tamen, ſi etiam effectu.* *Tolet.*

Dixit illi: Noli flere.

S. Bonav. hic. 10. S. Bonaventura ait: *Quia miſericordia latens in affectu apparet in effatu. Dixit, Noli flere, benigno ſermone eam conſolando.* Albertus Magnus ait: *Ecce conſolationis affatus;* adducitque illud Iſaiæ cap. 66. *Quomodo ſicut mater blanditur, ita ego conſolabor vos.* Et Jerem. 31. *Queſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis.* *Alb. M. ibid.* *Iſa. 66. 13.* *Jer. 31. 16.*

Did. Stell. Eccli. 22. 10. 11. Didacus Stella hoc loco ſequens movet dubium: *Quomodo dicit, ut non fleat, cùm Sapiens dicat: Super mortuum plora, quoniam defecit lux ejus. Et Eccleſiaſticus inquit: Fili in mortuum produc lachrymas.* Adducitque exemplum ipſius Chriſti, qui in morte Lazari flevit; ſed ad hanc difficultatem ex ſacris expoſitoribus facilè reſponde tur. Beda dicit: *Deſiſte quaſi mortuum flere, quem mox vivum reſurgere videbis.* Et Janſenius pariter ait: *Non enim deflenda erat mors ejus, qui mox majori cum gloria & lætitia matris erat victurus.* *Eccl. 38. 16.* *Beda hic.* *Janſen.*

12. Fletus eſt pretioſiſſimus theſaurorum in terris, ſiquidem cum univerſo auro Peruano, vel unius duntaxat peccati mortalis contractum debitum ſolvere non poſſumus, cùm tamen per modicum fletum, & unicam lachrymam innumera debita, quæ penes divinam juſtitiam contraximus, exſolvere valeamus. Unde Simon de Caſſia ait: *Nil plangendum hominibus, quam peccatum, ſolum enim peccatum juſtam habet materiam deplorandi. Vult fletum Deus fieri pro ſpiritualibus malis, non autem pro corporalibus damnis.* *Sim. de Caſſ. l. 5. c. 13.* Oppertunè propoſito noſtro ſerviunt verba illa Chryſoſtomi: *Beati qui lugent non mortuum, non ſacturam, ſed peccatum.* Quid ſi aquam aliquam haberes, quæ ad curandam oculorum infirmitatem nonniſi à magno quodam Principe comparari poſſet, nonne magna foret ſtultitia, ſi eâdem ad pedes lavandos uteretis? Fletus, qui ex motivo ſupernaturali funditur, donum eſt Altiſſimi, quem is nobis ad ſanandas animæ infirmitates concedit: quæ igitur eſt noſtra ſtultitia, quòd illum pro rebus temporalibus, de quibus Apoſtolus ait: *Omnia arbitror ut ſtercora?* Jeremias cap. 9. Deum mulieribus Jeroſolymitanis præcepiſſe refert: *Docete filias veſtras lamentum, & unaquæque proximam ſuam planctum.* Mirum ſanè præceptum, quòd quis alium ad fletum erudire jubeatur, quando hic à paſſione internâ, non verò ab artificio humano derivatur; nimirum Deus vult, ut finem & motiva illas doceant, ob quæ plangere debeant, & quam in rem hoc tanti valoris pretium adhibere. Petrus Cellenſis de pane lugentium ait: *Sterilis eſt omnis effuſio lachrymarum, quæ non effunditur propter regnum cœlorum.* Chryſoſtomus in perſona Chriſti loquens ait: *Illas ego requiro lachrymas, quæ non oſtentationi proficiant, ſed compunctioni.* *Chryſoſt. hom. 22. ad pop.* *Phil. 3. 8* *Jer. 9. 20.* *Petr. Cell. l. 12* *Chryſoſt hom. 6. in Matt.*

13. Eſt & alia ratio, ob quam Sapientia incarnata moveri potuit, ut matrem hanc flere prohibuerit, ea nimirum, quam tangit Apoſtolus, inquiens: *Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent; ſi enim credimus quòd Jeſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt per Jeſum, adducet cum eo.* Unde ſanctus Ambroſius ait: *Flere prohibet eum, cui reſurrectio debebatur.* Janſenius autem aliam conditio- *1. Theſſ. 4. 12.* *S. Ambr. hic.* *Janſen.*

ditionem adjungit, cur flere prohibemur, dum inquit: *Christus dolet ob spem resurrectionis, mortem amicorum non deflendam immoderatè*; & Dacus Stella pariter ait: *Non prohibet pias lachrymas, sed immoderatas; deinde non plorandi sunt illi, qui in Christo moriuntur.* S. Augustinus de morte suæ matris tractans, dicit: *Neque enim decere arbitramur, funus illud quæstibus lachrymosis, gemitibusque celebrare, quia his plerumque solet deplorari quædam miseria morientium, aut quasi omnimoda exstinctio; at illa nec miserè moriebatur, nec omnino moriebatur.* S. Hieronymus ad S. Paulam ob mortem Blesillæ ita scribit: *Lugeatur mortuus, sed ille quem gehennæ susceperit.* S. Bernardus de morte fratris sui ita scribit: *Videmus mortuos quotidie plangere mortuos suos, fletum multum & fructum nullum, plorantur damna gloriæ carnis, vitæ præsentis commoda, sed plorandi, qui ita plorant.* Idem in transitu Malachiæ notabilem hanc scribit sententiam: *Triplex in morte congratulatio est, homines, ab omni labore, & peccato, & periculo liberari.* Et verò si in transitu ab hac vita in aliam, nullam haberemus aliam consolationem vel lucrum, multum profectò ponderandum esset illud, quo dicimur per mortem *A peccato liberari; laqueus contritus est, & nos liberati sumus*: siquidem ut S. Augustinus notat: *Inter casus ambulamus, si vitrei essemus, minùs casus timeremus.* At verò ut S. Job ait: *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis*; etenim homo in hac lachrymarum valle vivit, imò agonizat, cinctus undequaque ærumnis innumeris. *Circumdederunt nos mala, quorum non est numerus.* Idem S. Augustinus ait: *Quid est diu vivere, nisi diu torqueri? amas ergo istam vitam, ubi tantùm laboras?* Sanctus Hieronymus in epist. ad Nepotian. dicit: *Defiderandus est tibi quasi absens, non quasi mortuus, ut illum exspectare, non amisisse videaris; non tam plangendus est, qui hac luce caruerit, quàm gratulandum ei, qui de tantis malis evaserit.* Dato casu, quòd hic juvenis mortuus, damnatus fuisset; (etiam ex hoc capite posito, quòd diutiùs supervivendo non fuisset emendatus) magnum ejus lucrum fuit, quòd mortuus sit juvenis, quia diutiùs vivendo plura sibi ligna, id est, plura peccata ad ignem infernalem adaugendum accumulaturus fuisset: *Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum*: quòd si opposueris, inquit Chrysostomus, quòd si hic juvenis in ætate maturâ mortuus fuisset, reducendus utique fuisset ad pœnitentiam; respondeo: *Si pœnitentiam essent acturi, DEUS cui omnia patent, non antequam eam egissent, ipsos rapuisset*; ita de impiis loquitur.

Did. Stell. *S. Aug. l. 9. confes. c. 12.* *S. Hieron. in obitu Blesillæ.* *S. Bern. serm. 26 in cant.* *Ps. 123. 7* *S. Aug. serm. 1. de verb. Domini.* *Job. 14. 1* *Ps. 39. 13* *S. Aug. serm. 13. de verb. Dom.* *S. Hier.* *Apoc. 18. 7.* *Chrysost. hom. 32. in Matt.*

Versus 14.

Et accessit & tetigit loculum; hi autem, qui portabant, steterunt; & ait: Adolescens tibi dico, surge.

Et accessit.

1. Quæret fortassè quispiam, cur Christus non potius cadaver reduci jussit, ut à multitudine sequestratus, citra omnem publicum applausum, domesticos inter parietes, miraculum occultè operaretur, aut quare ipsemet ad locum se non contulit sepulchri, prout in resuscitatione Lazari accidisse novimus? Huic propositioni ita S. Ambrosius respondet: *Puto, quòd in eo quoque pietas Domini declaratur, quia vidua mater unici non patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur.* Aliud nihilominus etiam hæc acceleratio nobis perhibet documentum, nimirum omnem exterminandam esse remoram & dilationem, ubi de animâ agitur, è morte peccati in vitam gratiæ reducendâ, deque laqueis diaboli eripiendâ. Tertiam præterea hujus anticipationis rationem Chrysologus hisce exprimit verbis: *Ut anticiparet sepulchrum, ut corruptionem suspenderet & præveniret fœtorem, & ante mortuo vitam redderet, quàm tota mortuus jura mortis intraret.*

S. Ambr. l. 6. in c. 8. Luc. *Chrysol. serm. 63.*

Et tetigit.

2. Præmiserat paulò ante Centurio, Salvatorem alloquens: *Dic tantùm verbo, & sanabitur puer meus*, qua igitur de causa, cùm cæteroquin solo verbo resuscitare posset, hodie accedit, tumbamque attingit? S. Cyrillus respondet: *Ideo autem non solo verbo*

Matt. 8. 8. *S. Cyril. in l. at.*

peragit miraculum, ſed & feretrum tangit, ut cognoſcas efficax eſſe ſacrum Chriſti corpus ad humanam ſalutem, ac proinde ſancta Mater Eccleſia eam introduxit conſuetudinem, ut, dum Euchariſtia diſpenſatur, dicatur: *Sanabitur anima mea.* Titus Boſtrenſis ait: *Ob id autem loculum tetigit ſeu feretrum, quia voluit, ut hinc diſceremus, corpus Chriſti DEI noſtri, corpus vitæ eſſe, ejuſdemque carnem, unigeniti Filii DEI virtutique cuncti potentis carnem.* Theophylactus hujus ſacratiſſimæ humanitatis, velut evidentis contra putredinem & corruptionem antidoti efficaciam conſiderans, dicit: *Quoniam enim caro ejus facta eſt propria verbi omnia vivificantis, propterea vivifica eſt, & ipſa tollit mortem & corruptionem.*

Tit. Boſtr. Theoph.

3. Porrò cauſa, quoad ſenſum litteralem, cur feretrum tetigerit, fuit, ut curſum firmaret & ſiſteret eorum, qui defunctum portabant; unde Evangeliſta ſubjungit: *Hi autem, qui portabant, ſteterunt.* Quantùm verò ad ſenſum ſpiritualem, intelligere nos voluit, quòd ærumnæ & tribulationes ut plurimum curſus ſiſtant præcipites noſtratum diſſolutionum, noſque ad vitam gratiæ redire faciant; etenim per tactum manus DEI, adverſitates ſymbolicè ſignificantur. Unde Job dicebat: *Manus Domini tetigit me;* tunc enim aures & maximè cor voci DEI aperitur, dum adverſitates nobis immittuntur.

Job. 19. 21.

Loculum.

Gloſſ.

4. Gloſſa de hoc feretro ita ſcribit: *Loculus, quo efferitur, ſecura deſperati peccatoris eſt conſcientia, quem ferri ſepeliendum; vel immunda deſideria, vel adulantium blandimenta, quæ quaſi ager terræ peccantes obruunt; ſed Domino peccatoris conſcientiam tangente, futuri metu judicii turba carnalium voluptatum, & injuſtarum laudationum coercetur, & mens adſe reverſa, DEO ad vitam vocanti occurrit.*

Hugo Card.

5. Hugo Cardinalis quoque per hoc feretrum, conſcientiam impii intelligit; *Quam Chriſtus tangit ſimpliciter, ſcilicet flagello adverſitatis, verbo prædicationis, & gratia inſpirationis.* Similiter Albertus Magnus ait: *Loculum, id eſt, conſcientiam peccatoris tangit, quando ei metum extremi judicii incutit.*

Alb. M.

6. Janſenius, ſancti Ambroſii authoritatem, dicentis hanc viduam figuram eſſe ſanctæ Eccleſiæ, adducens, ſubjungit; *Populum juniorem jam amiſſum & mortuum, & ligno concupiſcentiæ, quod primò mortem invexit, ad inferni velut ſepulturam delatum, Chriſto, in mundum adveniente, recepit, poſtquam lignum Dominus tetigit*; idemque ſanctus Ambroſius ait: *Spem reſurgendi habebat mortuus, quia ferebatur in ligno, quod etſi nobis ante non prodierat, tamen poſtquam JESUS id tetigit, proficere cæpit ad vitam, ut eſſet indicio, ſalutem populo per crucis patibulum refundendam.*

Janſen. S. Ambr. l. 5. in Luc.

7. Theophylactus ait: *Loculus mentis eſt corpus, tacto corpore Dominus ſuſcitat mentem*; quòt enim ſunt, qui per infirmitates corporales reducuntur ad pœnitentiam. Carthuſianus ait: *Chriſtus electis compatiens animabus, accedit & corpus tangit per infirmitatem, & tribulationem multiplicem.*

Theoph. Dion. Cart. ſerm. 3. in Dom. 16.

Hi autem, qui portabant, ſteterunt.

8. Manifeſta jam facta fuerat miraculorum Chriſti fama, ac proindè mirum non eſt, hoſce curſum ſuum firmâſſe; veriſimile eſt etenim illos ſpem concepiſſe reſuſcitationis defuncti; unde ſanctus Bonaventura ait, ipſos ſtetiſſe, miraculum exſpectantes, ſecundùm quod ipſi Jobo dicitur: *Auſculta hæc Job; ſta & conſidera mirabilia.* Similiter Carthuſianus ait, illos ſtetiſſe. *Sperantes defunctum eſſe ſuſcitandum, quia fama miraculorum Chriſti devenit ad eos.*

S. Bonav. hic. Job. 37. 14. Dion. Cart. ſerm. in Evang.

9. Albertus Magnus inquit: *Hi portitores literaliter ſunt homines, naturaliter, ut dicit Gloſſa, ſunt elementa, moraliter, peccati ſunt affectiones & paſſiones*; quænam verò ſint mala culpæ, ita declarat: *Mala peccati, delectatio, præſumptio impunitatis, ſpes longioris vitæ, ſpes futuræ pœnitentiæ, hi ſtant, quia falſis ſpebus nos decipiunt.*

Alb. M. hic.

10. Quot ſunt illorum, quorum curſum diſſolutionum ſuarum, niſi Salvator per mortem ſuſpectæ & laſcivæ familiaritatis, per facultatum jacturam, per æmulorum licèt injuſtam perſecutionem, per immiſſam infirmitatem mortalem ſiſteret, utroque ſe

pedo

pede in infernum præcipites factos esse conspicerent. Unde singularis DEI misericordia est, dum pravorum consiliorum iis scopum detruncat, malasque vias, quibus deducebantur ad mortem, per immissos obices & impedimenta divertit. Unde idem Albertus ait: *Tunc stant, qui prius mortuum ferebant, quando scilicet peccator compunctus, per timorem conteritur, & desistit à peccatis, quæ eum prius ad puteum gehennæ portabant.*

Alb. M. in Do. 16 post Trin.

11. Quinam verò illi portitores fuerint, Venerabilis Beda, in sensu morali, his verbis declarat: *Qui sepeliendum portant, vel sunt immunda desideria, quæ hominem rapiunt in interitum; vel lenocinia blandientium sunt venenata sonorum*; mali enim sodales, ut plurimum nos ad præcipitium, & nonnunquam ad corporis & animæ mortem perducunt. *Domino lo ulum tangente, funeris bajuli steterunt, quia superni formidine judicii attacta conscientia, & carnalium sæpè affluentium voluptatum, & injustè laudantium turbam coercent.*

Beda hic.

12. Didacus Stella finem considerans, quem Christus feretrum tangens, habuit; nimirum ut portitores illius, ut diximus, firmarentur, hanc inde elicit moralitatem: *Nos ipsos tangit*, inquit, *atque castigat, ut à peccatis cessemus; mihi crede, quòd omne malum tibi eveniat ex eo, quod gradum sistere nequeas; ùm ad peccandum pergis, inspiratione aliquâ DEUS te vocat, & alieno ictu te tangit; vide quid faciat, finem peccati prospice; Consideravi vias meas, & converti pedes meos in testimonia tua.*

Did. Stell. Pſ. 118. 59.

13. Hinc quoque utilissimum confessariis educitur documentum, ut videlicet priusquam dicant, *Surge*, id est antequam dicant: *Absolvo te*, prius cursum sistant peccatorum, id est occasionem proximam peccati è medio tollant, curentque, ut filum malæ conversationis detruncetur, ut ita securos se reddant, executioni revera mandanda esse bona proposita. Albertus Magnus ad DEUM conversus, hanc ei porrigit supplicam: *Tange lo ulum, vel corpus, aut conscientiam per correctionem, stent portitores, occasiones, & opportunitates peccandi.*

Alb. M. in Do. 16 post Trin.

14. Carthusianus cadaver hoc à multis portitoribus in sensu spirituali deferri dicit: *Primus portator est amor peccandi, & voluptatis; secundus spiritualis laboris, seu exercitii virtuosi ac pœnitentiæ; tertius præsentis vitæ prosperitas, & temporalium affluentia rerum; quartus, immoderata confidentia de misericordia DEI*; post hos, plures quoque alios insinuat portitores, quales sunt: *Fiducia longioris vitæ, consideratio culpæ alienæ, dilatio divini judicii, adulatio ministrorum.*

Dion. Carr. ſer. 1.

15. S. Antonius de Padua 4. elementa moralizans, quibus unusquisque nostrum ad sepulturam portatur: *Nota*, inquit, *quod peccator à 4. elementis, unde constat, portatur, à terra portatur, quando terrena solum cogitat: statuerunt oculos suos declinare in terram; ab aqua, quando luxuriam cogitat. Effusus es*, inquit ad Ruben, *sicut aqua, ne crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Ab aere portatur, quando omnia pro laude humana facit; ab igne, quando irâ accenditur.*

S. Ant. Padua. ſerm. in Dom. 16 Trin. Pſ. 16. 11 Gen. 49. 4.

Et ait.

16. Didacus Stella inquit: *Vocavit hunc adolescentem ille, de quo Apostolus scribit, quod vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt; ille qui habet clavem mortis & inferni; Dominus mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit.*

Did. Stell. Rom. 4. 17. Apoc. 1. 18.

17. Titus Bostrensis in catena citatus, dicit, Christum noluisse se in hujus adolescentis resuscitatione, similem exhibere Eliæ, qui mortem viduæ Sareptanæ deflevit; neque Elisæo, qui super extinctum pueri cadaver, ut illud vivificaret corpus suum contraxit, & incurvavit; nec tandem S. Petro, qui prius orationem instituit, quàm Tabitham resuscitaret: *Sed ipse est, qui non entia velut entia vocat, qui mortuos ut vivos alloqui potest.* Sanctus Bonaventura ait: *Quæ quidem est vox imperans & potens mortuos suscitare ratione suæ virtutis, secundùm illud: Dabit voci suæ vocem virtutis; & rectè, quia dixit Augustinus: Nemo tam facilè dormientem excitat in lecto, quàm facilè Christus revocat de sepulchro.* Pergit idem Seraphicus Doctor oſten-

Titus in cat. 1. Reg. 2. 6. S. Bonav. hic. Pſ. 67. 34.

oſtendere, quòd omnipotenti voce ſuâ uti voluerit, ad denotandum certiſſimum eſſe, quod de ſemetipſo dixit: *Principium, qui & loquor vobis. Dirigit hunc ſermonem ad mortuum, non modo, ut excitativum, ſed ut auditûs reparativum.*

Joan 8. 25.

Luc. Bur.

18. Lucas Burgenſis ait: *Alloquitur mortuum tanquam vivum, ut DEUS, cujus ſolius vocem mortui poſſunt audire, qui ut Apoſtolus ait: vivificat mortuos.*

Rom. 4. 17.

Adoleſcens.

19. Ex quo Lazarum reſuſcitandum, nomine ejus proprio appellavit, cur non quoque eundem ſtylum in præſenti ſervavit? Simon de Caſſia inquit: *Non nomine proprio, ſed ætate eum nominans, ab inferis revocat, innuens, quòd ætas eſt aliquando in culpa: Fervet in juvenibus ſanguis, cùm depravatur ad omnia.*

Simon de Caſſ. l. 5. c. 13.

20. Hugo Cardinalis duas affert rationes ob quas mortuum hunc, adoleſcentem appellarit: *Primò ut innuatur, quòd inveterati in peccatis vix reſurgunt.* Prov. 22. *Adoleſcens juxta viam ſuam etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea. Secundò ut oſtendatur, quòd peccator per peccatum ſit adoleſcens: Renovabitur ut aquilæ juventus tua.*

Prov. 22. 6.

Pſ. 102. 5.

21. Veruntamen à ſenſu literali præſcindendo, in ſenſu myſtico dicere poſſumus, quòd omnis peccans & ſpiritualiter moriens ſit juvenis: ſiquidem in eo non viget prudentiæ & judicii maturitas, ideòque peccata huic ætati propria committit, quia in annis & complexione ſua nimium confidit.

Alb. M.

Albertus Magnus ait: *Vocavit Chriſtus adoleſcentem, nomine juvenilis ætatis, quæ cauſa multis eſt incontinentis & fluxibilis vitæ.*

Sap. 2. 6

Fruamur creaturâ tanquam in juventute celeriter; ubi in Græco legitur, *Adoleſcentula.*

Did. Stell.

Didacus Stella in juvenibus errorem quendam obſervat, quo freti, ad æternam perditionem currere ſolent; *quia ſuæ proſapiæ & juventuti innixi, ſe vitiis & delectationibus tradunt, putantes, ſe poſtea pœnitentiam acturos.*

22. Experientia quotidiana docet, quòd DEUS in primis vitæ annis ſæpe nos vocet, ut in ſancto ejus timore vivamus, & dum per fragilitatem in defectum vel errorem aliquem prolabimur; ſubitò nos per divinam vocem ſuam, tam internam, mediantibus inſpirationibus, quàm externam per prædicatores, confeſſarios, parentes & bonos amicos, ad reſurgendum nos excitat, & in vitam revocatos, divinæ ſuæ gratiæ nos denuò reſtituit.

Tibi dico.

23. Salmeron ait: *Tibi dico, ut eadem omnino anima ſignificetur; quia identitas hominis, ut philoſophi loquuntur ab identitate formæ eſt.*

Salmeron. 6. tr. 24.

24. Baſilius Seleucus hoc loco quærit: *Cur addidit illud, tibi? Simpliciùs enim dictum fuiſſet; heus mortue ſurge.* Et reſpondet, *Salvatoris vox alios fuiſſet etiam virtute ſua mortuos reſuſcitatura; ideò adjecit illud tibi, ut ad eum tantummodo mortuum, gratiæ ſuæ vim explicaret.*

Baſil. Sel. or. 10.

25. Albertus Magnus myſticum hunc loquendi modum ponderans, ait: *Eſt vocis hujus perpenſa benignitas & poteſtas: benignitas in hoc, quod nominat eum ex nomine ætatis; poteſtas, quòd ad ipſum ſicut ad audientem dirigit ſermonem.* Adducit autem illum S. Joannis textum: *Sicut pater ſuſcitat mortuos & vivificat, ſic & Filius, quos vult, vivificat. Non ſecit*, inquit Cajetanus, ſicut Elias & Eliſæus, *precando aut incumbendo ſuper puerum: ſed imperando ſolo verbo, non tangendo etiam adoleſcentem, ſolum enim loculum tetigit.* Eandem quoque conſiderationem Lucas Burgenſis habet, qui & rationem reddit, cur ita fecerit: *Jubet*, inquit, *& morti imperat, oſtendens quod non alienâ, ſed ſuâ poteſtate utitur; quæ æqualis ſit Patri, & vitæ ac mortis imperium obtineat, non minus quàm Pater.*

Alb. M. hic.

Joan. 5. 21.

Surge.

26. *Reſonant hæc verba majeſtatem*, inquit idem Author, *nec aliam quam divinam.* Albertus Magnus in ſenſu ſpirituali ait: *Surge, id eſt, ſurſum te age, ad æterna deſideranda*, reflectitque ſe ad illum Apoſtoli textum: *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo; ſi autem eſt vita in Deo, non de cætero jaceat in pulvere, ſed erigat ſe ad alta.* Idem Author in ſermone quodam

Alb. M. hic.

Coloſſ. 3. 3.

ſupra

ſupra hujus Dominicæ Evangelium, ſequentem aliam adducit moralitatem: *Tunc JEſus peccatori mortuo imperat, ut reſurgat, quando videlicet ei robur gratiæ adminiſtrat; gratia quippè DEI dat homini vires, ut poſſit reſurgere.*

Ser. 70.

Dion. Cart. enar. in Evang. in Dom. 16.

27. Exiſtimat Carthuſianus, hunc adoleſcentem primò vitiis deditum fuiſſe, at reſuſcitatum à Chriſto, ſuos illicò malos mores, perverſoſque greſſus correxiſſe: *Credo, quod adoleſcens iſte reſuſcitatus, ſtatim ſanus & fortis proceſſerit, Chriſti namque opera ſuerunt perfecta; hinc creditur Chriſtus adoleſcentem iſtum, etiam ſpiritualiter ſuſcitaſſe, id eſt, à vitiis, ſi quæ habuit, emendaſſe.*

S. Ant. Pad. ſer. in Dom. 16. Trin.

28. Sanctus Antonius de Padua ex his & ſequentibus verbis, aliud documentum elicit, hoc expreſſum diſcurſu: *Hic eſt rectus ordo redeundi ad vitam; peccator debet ſurgere primo à peccato, per ipſius abominationem & delectationem; ſecundo debet ſedere, id eſt, ſe humiliare in cordis contritione; tertiò loqui in confeſſione, & ſic Dominus reſtituet eum matri ſuæ, id eſt, Spiritûs ſancti gratiæ.*

Verſus 15.

Et reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ.

Et reſedit, qui erat mortuus.

1. Mortui ſuas voci divinæ aures præbent, & obedientiam, nos contra vivi, noſtras recludimus, divinæque voluntati repelles perſiſtimus: *Mortui audient vocem filii DEI,* inquit S. Joannes, *& qui audierint, vivent.*

Joan. 5. 25

S. Bern. Joan. 6. 64.

S. Bernardus de fructibus & utilitatibus, ex audito verbo DEI reſultantibus, diſcurrens, ita ſcribit: *Licèt mortuus in peccato, ſi audieris vocem filii DEI, vives; ſermo enim, quem loquitur, ſpiritus & vita ſunt.* Miſiſſe quondam DEUS Ezechielem in campum, plenum oſſibus mortuorum, quæ poſtquam quam Propheta circumcirca curiosè contemplari juſſus eſſet, tandem interrogatur à Domino: *Fili hominis, putaſne vivent oſſa iſta?* Reſpondit Propheta: *Domine DEUS tu noſti*; præcepit autem illi Dominus, dicens: *Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis: oſſa arida audite verbum Domini*: quid hoc myſterii? oſſa hæc nec aures ad audiendum, nec intellectum ad apprehendendum, nec memoriam ad conſervandum, neque cor habebant ad aperiendum; an non igitur fruſtranea hæc erat Ezechielis prædicatio? Nequaquam: *Hæc dicit Dominus oſſibus his: Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & vivetis, & dabo ſuper vos nervos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnẽ, & ſcietis, quia ego Dominus.* Hæ ſunt glorioſæ divini Verbi, victoriæ, hæ ſacræ illius metamorphoſes, in momento ad vitam gratiæ revocare calvariam mortuam, id eſt, peccatorem durum & obſtinatum. *Saul ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini*, ſubitò ut Chriſti vocem audit, factus eſt vas electionis, & ſonora Spiritus ſancti tuba: *Factus eſt ſonus prophetante me*, inquit Ezechiel, *& ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, & unumquodque ad junctu ram ſuam; & ecce commotio; & ſteterunt ſuper pedes ſuos exercitus grandis.* Sanctus Auguſtinus ſuper textum illum ſancti Joannis ſupra citatum, ſcribit: *Verbum Incarnatum illis verbis non intendiſſe loqui de hora illa ultima, quando nimirum in die finalis judicii, In juſſu & voce Archangeli, & tuba DEI deſcendet de cælo, & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi*; ratioque eſt, quia tempus illud adhuc futurum eſt, de hoc vero tempore dicitur: *Et nunc eſt.* Ergo intelligitur de animarum in peccato mortuarum reſurrectione, quòd ſcilicet ad vocem & verbum divini Verbi ad gratiam reſurgent.

Ezech. 37. 3.

V. 4.

V. 5.

V. 6.

V. 7.

S. Aug. tr. 19. in Joan.

1. Theſſ. 4. 15.

Joan. 5. 25

2. S. Bernardus hunc eundem effectum in reſuſcitatione Lazari conſiderat, qui etiam in virtute vocis Chriſti ad vitam rediit, ſi-cut & hic juvenis; *Ut oſtendatur, quòd in verbo DEI animam vivificante eſt veritas in voce, charitas in magnitudine, & poteſtas in clamore.* Sanctus Ambroſius ad rem noſtram ita ſcribit: *Quis eſt iſte tumulus tuus, niſi mali mores? Tumulus tuus perfidia eſt, tumultus tuus guttur eſt; ſepulchrum patens eſt guttur eorum. Ab hoc ſepulchro te liberat Chriſtus, ab hoc tumulo ſurges, ſi audias verbum DEI.*

S. Bern. to. 2. ſer. 9.

S. Ambr. l. 5. in Luc.

3. Eſt etiam hoc loco obſervandum, quod inter ly *Surge & reſedit*, nihil ne quidem breviſſimum temporis ſpatium intercedat; unde Titus Boſtrenſis ait: *Incunctanter autem erectus eſt, cui ſunt mandata directa, divina enim poteſtas eſt irrefragabilis, nec ullam moram admit.* Unde docemur, quòd, dum de reſurrectione mortui à morte peccati, ad vitam gratiæ agitur, nulla prorſus debet dilatio interponi: *Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* Apoſtolus autem (qui ſubitò & ſine mora, divinæ voci obedivit, ideoque ſanctè gloriatur, quòd *Continuò non acquievit carni & ſanguini*) hanc noſtram vocanti DEO debitam obedientiam arctius conſtringit, ad unicum duntaxat, *Nunc*; quia dicit: *Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies ſalutis.*

Tit. Beſt. in cat.

Pſ. 94. 8.

Gal. 1. 16

2 Cor. 6. 2.

4. Titus Boſtrenſis ubi ſupra, literalem quandam rationem adfert, cur adoleſcens iſte ſe ſedendum & loquendum erexerit; dicit enim: *Reſedit & locutus eſt mortuus, ne cui ſe undùm externam tantùm faciem, & non verè reſuſcitatus videretur; ſiquidem ſedere & loqui, veræ exſuſcitationis argumenta ſunt; corpus enim exanime, neque ſedere, neque loqui poteſt.*

Tit. Boſt.

5. Simon de Caſſia hanc ſeſſionem de interna inordinatorum appetituum ad rectam rationem compoſitione interpretatur *Reſedit*, inquit, *ad ſedem rationis, & ad judicium ejus internè reverſus eſt.*

Simon de Caſſ. l. 5. c. 15.

6. Venerabilis Beda ait: *Reſidet quippè qui erat mortuus, cum interna compunctione reviviſcit peccator.* Albertus M. quoque verba illa, de peccatore exponit, qui ad pœnitentiam reducitur: *Tunc mortuus ſe erigit*, inquit, *& ſedens loquitur, cùm peccator per ſpem veniæ ſe levat ad cœlum; & tunc ſedens loquitur, quando peccata ſua diſcretè & integrè confitetur.* Idem quoque Doctor in oratione, quam in hanc Dominicam contexuerit, ad Deum converſus, ita eidem ſuplicat: *Dic animæ jacenti in peccatis, ut reſideat per bonam voluntatem, incipiat loqui per confeſſionem, ſurgat per bonam operationem, redde illum matri ſuæ gratia nutrici, ut ſtet per ſtabilitatem.*

Bed. hic.

Serm. 70

7. S. Bonaventura ſimiliter per hanc ſeſſionem, contritionem intelligit animæ alicujus pœnitentis: *Reſedit per contritionem, cœpit loqui per confeſſionem, redditus eſt matri Eccleſiæ per ſatisfactionem.* Haymo autem: *Seſſio humilitatem ſignat, reſidet peccator, cùm incipit pœnitentiam agere, cum humilitate deflet, quidquid deliquit aut cogitando, aut loquendo.*

S. Bonav. hic.

Haym. ib.

8. Advertendum eſt autem, quòd non ſubitò ambulare cœperit, ſicut filia Archiſynagogi, ſed inferetro ad ſedendum ſe erigens, cæperit loqui, ad denotandum quòd peccatores, qui ab inordinatis paſſionibus & appetitibus ſuis ad barathrum deferuntur perditionis, quando reſipiſcunt, ſenſim & paulatim malos ſuos mores & vitam reformant; primò enim vitam, id eſt, divinam gratiam recipiunt, & poſtea affectu à peccato alienati, malas deſerunt & inhoneſtas converſationes, ſeque à malis conſuetudinibus paulatim expediunt; tametſi enim juſtificatio in momento fiat, perfectio tamen & reformatio gradatim acquiritur: *Ibunt de virtute in virtutem.*

Pſ. 83. 8.

9. S. Lucas de hoc juvene dicit, *Reſedit*: S. Matthæus autem de filia Archiſynagogi inquit: *Surrexit*; item S. Joannes de Lazaro ait: *Prodiit ligatus.* De quo differenti modo ſe poſt reſuſcitationem habendi, S. Bonaventura ita loquitur: *Nec enim vacat myſterio, quòd puella in ſua ſuſcitatione dicitur ſurrexiſſe: adoleſcens ille reſediſſe. Lazarus verò ligatus manus & pedes prodiiſſe. Per puellam enim mortuam in domo, intelligitur peccatum cogitationis: per adoleſcentem in porta, peccatum operationis: per Lazarum in ſepulchro, peccatum conſuetudinis: & ſecundùm quòd peccata ſint graviora, majores relinquunt ſequelas; ideo qui ſolùm cogitatione peccavit, vivificatus continuò ſurgit, & parva remanet difficultas; qui verò opere peccavit, vivificatus ſedet, quia adhuc pronitas remanet, qui autem in conſuetudine peccavit, vivificatus ligatus eſt, quia habet magnam pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum.*

S. Bonav. ſer. 4. his.

Et cœpit.

10. S. Marcus planctum S. Petri, ob Salvatorem ſuum negatum, deſcribere volens, præ aliis Evangeliſtis ſpecialiter utitur hoc verbo: *Et cœpit flere*, qui modus loquendi utique myſterio non vacat, per hunc enim indicatur, quòd SS. Apoſtolorum Princeps,

Marc. 14 72.

ceps hunc quidem amarum fletum tunc inchoaverit, illum deinceps profecuturus, usque ad ultimum vitæ ſuæ ſpiritum: eodem igitur modo nos in præſenti aſſerere poſſumus, hunc juvenem mox ut in feretro revixit, ut ſe erga benefactorem ſuum, gratum exhiberet, linguam ſuam ad promendum debitas DEO laudes, & gratiarum actiones tunc quidem laxare cæpiſſe, ita tamen ut deinceps, quoadusque vixit, eandem linguam ſuam in annuncianda, deprædicandaque divina omnipotentia & pietate, nunquam deſiterit adhibere.

Loqui.

Salm. t. 6. tr. 24.

11. Salmeron hoc loco quærit, quis fuerit hic diſcurſus, ſive quæ verba juvenis hic reſuſcitatus protulerit; hæc enim Evangeliſta ſub ſilentio tranſiit: *Quidam meditantur ſit dixiſſe: Venite, & audite, & narrabo (omnes qui timetis DEUM) quanta fecit DEUS animæ meæ*; vel: *caſtigans caſtigavit me Dominus, & morti non tradidit me*; vel: *dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me; non moriar, ſed vivam, & narrabo opera Domini*: vel illud Pſalmiſtæ: *Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* Sanctus Bonaventura inquit: non eſt dubium, quin loqueretur verba divinæ laudis, quod quidem non eſt mortuorum, ſed viventium; ſecundùm illud Pſalmi: *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum.*

S. Bonav hic.

Pſ. 113. 17.

12. Idem Seraphicus Doctor differentiam conſiderat, quæ inter hunc juvenem & alios reſuſcitatos intercedit; nam *Suſcitatio puellæ probatur manducatione, quia juſſit dari illi manducari, Lazari, ambulatione, Sinite abire; Adoleſcentis, locutione, reſpicit manducatio actum vegetabilis, ambulatio actum ſenſibilis, locutio actum rationalis.*

Alb. M. hic.

13. Albertus Magnus in ſenſu ſpirituali, benè loquendi rectitudinem nos docet: *Rectè loquitur*, inquit, *qui in oratione cum DEO, in DEUM percipit loquentem, in prædicatione & collatione de DEO loquitur, & in laudibus divinis magnalia refert DEI.*

14. Quòd ſi experientiam facere velimus, an anima aliqua verè ex ſtatu peccati, & vitæ diſſolutæ ad DEUM converſa ſit, certius aut melius judicium habere non poſſumus, quàm ſi attendamus, de quo loquatur, vel qui ſint illius diſcurſus S. Bonaventura, quis hic defunctus ſit, in ſenſu morali declarat, dicens: *Mortuus per tranſgreſſionem peccati, juſtificatur per contritionem, loquitur per confeſſionem, & per DEI laudem, vel quæcunque utilia, & ædificatoria verba.* Mox ut juvenis hic vitam recepit ad DEI gloriam, inſtrumentum illud adhibuit, illicò, de quo Sapiens ſcribit: *Mors & vita in manu linguæ*; hæc enim mortis cauſa eſt, ſi eâ malè utamur, innumerabilium verò bonorum origo ſi rectè ea cum hoc juvene uſi fuerimus, qui eam ad referendas DEO laudes expedivit, qui unius filius eſt, ob quem illam ab artifice ſupremo accepimus. Unde D. Chryſoſtomus ait: *Animam nobis inſpiravit, & linguam dedit, ut ſua in nos beneficia animis percipientes, exhibeamus, & pro viribus gratias agamus.*

S. Bonav ſer. 3. in hac Do.

Prov. 18 21.

Chryſ. hom. 28. in Gen.

15. S. Auguſtinus pariter de hoc eodem fine nos monet: *Lingua ad benedicendum & laudandum creata eſt.*

S. Aug. de ſalut. doc. c. 24

Et dedit illum matri ſuæ.

16. Veriſimile quidem eſt, tametſi Evangeliſta idipſum non exprimat, quòd hic juvenis è feretro deſcendens, ad pedes Salvatoris ſeſe proſtraverit, atque ad ſequendum illum, toto vitæ reſiduo, illudque in ſervitium & obſequium ejus, impendendum devotiſſimè obtulerit, dicendo fortaſſe: *Sequar te, quocunque ieris*, attamen benigniſſimus Dominus, qui à principio, vi compaſſionis in matrem, miraculum hoc ediderat, ipſum eidem matri conſignare voluit, ad docendum nos, quòd non ob proprium intereſſe aut commodum, ſed ſolùm ad ſuam erga nos benignitatem & charitatem exercendam operatus fuerit.

17. Adoleſcentem hunc ſuæ genitrici reſtituit, ut oſtendat, quanti vidualem ſtatum æſtimet. Sanctus Bonaventura notat, Chriſtum, huic viduæ occurrentem, ſumma cum benignitate, in ſuo ſe itinere firmaſſe,

S. Bonav loc. cit.

atque ex induſtria ad illam cordialiter conſolandam compoſuiſſe, jubendo, ut à lachrymis abſtineret, & effulas extergeret: *Videns*, inquit: *hodiernâ die oculo divinæ pietatis, mulierem viduam dolentem & flentem de morte unigeniti filii ſui, ut omnes alios exemplo ſuo ad pietatem ſubventionis provocaret, dignatus eſt eam dulciter alloqui & conſolari, dum ei reddit filium vivum, à mortuis reſuſcitatum.*

Alb. M. hic. Albertus Magnus ait: *Quem enim ſuſcitando ſuam fecerat, ſecum ducere vel aliter ad obſequia ſua deputare poterat; ſed viduæ miſertus, omni ſolatio deſtitutæ, dedit eum matri.*

Lucas Burg. 18. Lucas Burgenſis Chriſtum huic juveni dextram porrexiſſe exiſtimat, ut illum ad deſcendendum è feretro, quod in ſublimi erat, adjuvaret: *Ecce defunctus efferebatur: data dextera*, inquit, *juſſit DEUS, ut ſurgeret in pedes, & de feretro deſcenderet, duxitque eum ad matrem, cujus commiſeratione eum ſuſcitaverat; & dedit matri*; fuitque donum iſtud adeò matri gratum, ut acceptius illi dari non potuerit: *Verè donum erat JESU, qui non fuerat niſi per JESUM recuperabilis.*

Janſ. Janſenius pulchrè notat, quòd inter alios à Chriſto ſuſcitatos defunctos, hujus ſolius revivificatio ex propriæ compaſſionis motivo proceſſerit: *Miſericordiâ motus*, neque enim pro illius ſuſcitatione ab ullo ei ſupplicatum fuit; ſicuti in aliorum ſuſcitatione contigit: *Hoc demonſtravit Chriſtus, ſe viduarum maximè eſſe conſolatorem, ac earum lachrymis poſſe commoveri.* Sancta Monica ſancti Auguſtini mater vidua, non modò ob corporalem mariti mortem, ſed longè magis ob ſpiritualem filii interitum, maximè afflicta, pro ejus converſione amariſſimè flebat, dumque ſe die quadam, Epiſcopi cujuſdam orationibus, ſe & filium ſuum, ſumma cum ſollicitudine recommendaſſet hic eam conſolatus eſt, dicendo:

S. Aug. l. 3. conf. c. ult. *Fieri non poteſt, ut pereat filius tantarum lachrymarum.*

Hugo Card. 19. Ad myſterium confugit Hugo Cardinalis, inquiens: *Datio filii defuncti matri ſuæ, eſt reconciliatio pœnitentis cum Eccleſia*; quæ etiam Alberti Magni opinio fuit, dum ait: *Significat in facto, quod ſuſcitatus ſpiritualiter matri Eccleſiæ per reconciliationem eſt reſtituendus & Sacramentorum communioni, ut ſicut ſcandalizando ab Eccleſiæ gremio per peccatum receſſit; ita ſatisfaciendo, ad Eccleſiæ Sacramenta revertatur.*

Haymo ſimiliter dicit: *Redditur matri peccator, cùm per miniſterium Sacerdotum pœnitentiâ peractâ, paci ac unitati Eccleſiæ ſociatur.* *Haym.*

20. Sic quoque filii, quos Elias & Eliſæus ad vitam revocarunt, propriis conſignati ſunt matribus, non verò ab illis in ſuam adſciti ſocietatem, idque ut omnem vanæ gloriæ & applauſus humani umbram evitarent & quidem licèt filius DEI huic vanæ gloriæ tentationi non fuerit ſubjectus, omnem tamen auram popularem fugere voluit, ſecus enim unuſquisque hos ab ipſo ſuſcitatos diſcipulos demonſtraſſet.

21. Ipſe etiam Salmeron perpendit ly *Dedit*, inquiens: *Expende verbum dedit, quia adoleſcentulus ille jam Chriſti potius erat, quàm matris, ideo non dixit: reddidit; quem poterat ſub jure ſibi retinere; ſi enim redemptus redimentis eſt, multò magis ſuſcitatus ſuſcitantis.* *Salmer.* Subtiliorem nihilominus ejusdem verbi conſiderationem habet Lucas Burgenſis, dum ait: *Dedit, ut quemadmodum prius obediret, & opem ferret matri.* *Lucas Burg.*

Filiam pariter Archiſynagogi ſuſcitatam, curæ & educationi tradidit paternæ, hunc adoleſcentem maternæ, neutri libertatem, neutri licentiam annuit vitæ, independentem ab inſpectione parentum, quia ætati illi lubricæ diſciplinâ opus eſt atque obedientia; ideoque de Lazaro, triginta annorum & plurium, dicitur, tanquam de viro maturo: *Solvite & ſinite abire.* *Joan. 11. 44.* At inquies fortaſſe, an non perfectior evaſiſſet hic adoleſcens in ſchola Chriſti, quàm in domo materna? Reſpondeo, utique, nihilominus eum Chriſtus matri reſtituit, ad docendum nos, curam parentibus, & onus grave impoſitum eſſe circa proles, ut ſcilicet has bonis informent moribus, obſervantiam doceant præceptorum divinorum, & in timore DEI educent, certi, ſe ad ſtrictiſſimam rationem reddendam coram DEO obligatos eſſe, juxta quod ipſis præcipit Apoſtolus dum ait: *Educate illos*, ſcilicet filios, *in diſciplina & correctione Domini*; *Eph. 6. 4.* quibus tamen præmittit illam, quàm filii parentibus obedientiam præſtare tenentur, jubet

Ibid.v.1. jubet enim : *Filii obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim juſtum eſt, honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, ut bene ſit tibi, & ſis longævus ſuper terram*; ut namque parentes facilè & ſine labore multo bonam filiorum educationi diſciplinam impendant, filios hortatur Apoſtolus, & obligat, ut debitam parentibus præſtent reverentiam & obedientiam, idque non modò ſub formidine pœnæ, ſed & ſpe certâ præmii.

22. Veriſimile eſt, matrem hanc, tenero nimis filii amore abſorptam, utpote quem unicum unicè dilexerat in multis diſſimulâſſe filii diſſolutionibus & inſolentiis, huic ætati propriis, ne ſcilicet reprehenſione ſuâ affligeret eum; ſed ecce præſentem in foribus, maternæ conniventiæ pœnam, filii mortem, quia *ſtimulus mortis, peccatum eſt.* *1.Cor. 15.56.* Poſtquam verò divina Chriſti benignitas ei filium redivivum reſtituit, ſine dubio priorem defectum inſigni ſollicitudine & filialis educationis debitâ curâ compenſavit. S. Auguſtinus patris ſui hæretici negligentiæ ſuum imputat errorem, dicens: *Cum intea non ſatageret pater meus, qualis eſſem tibi, dummodo eſſem deſertus, aut deſertus potius à cultura tua Deus*; ex altera verò parte gratiam commendat Deo ſibi præſtitam in ſollicitudine matris, quæ filii ſaluti intentiſſima, non de bonis ei temporalibus, ſed de ſalute æterna providere ſatagit; id quod Sanctus ipſe hiſce lachrymoſis expreſſit verbis pietate plenis, de matre loquens: *Non à te aurum & argentum petebat, nec aliquid mutabile & volubile bonum, ſed ſalutem animæ filii ſui.* Apoſtolus ſcribit: *vidua eligatur, non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis teſtimonium habens.* Quibus verbis Apoſtolus aliarum viduarum regimini eam vult præfici, quæ virtuoſæ vitæ ſanctorumque operum famam habet; at verò interrogari poſſet Apoſtolus unde hanc bonitatis & perfectionis vitæ ſolliditatem liceat colligere, cui ipſe reſpondet: *Si filios educaverit*, q. d. tunc de prudentia, maturitate & ſanitate alicujus viduæ optimè quis & ſecurè præſumere poterit, ſi filios ſuos bene & honeſtè educaverit.

Lib.5. Conf.c 9 *1.Tim.5. 9.*

23. Moveri hoc loco poteſt quæſtio, qua de cauſa Sapientia incarnata, cùm aliàs poſt patrata ſua miracula illos, quibus benefecerat, monere ſolita fuerit, caverent ſibi, ne in priſtina relaberentur peccata, ſic enim paralytico dixit: *Ecce ſanus factus es, jam noli amplius peccare*; cæcum quoque natum poſt illuminationem interrogavit: *Tu credis in filium Dei?* nihil tamen horum dixerit, ſive in Lazari, ſive in filiæ archiſynagogi, ſive denique in hujus adoleſcentis reſuſcitatione; nulli enim horum aliquod futuræ emendationis monitum dedit? Ratio eſſe poteſt, ad hoc, ut quis ſe contineat, ne in peccata priſtina relabatur, aut pravos mores ſuos reformet, ſufficiens motivum eſſe poterit, quòd vel ſemel mortem facie tenus conſpexerit, aut deguſtarit, nam ut Sapiens ait: *Memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.* *Joan.5. 14.* *Joan.9. 35.* *Eccl 7. 40.*

Verſus 16.

Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam.

Accepit autem omnes timor.

Toler.

1. Toletus miraculum iſtud tres præcipui effectus produxiſſe conſiderat: *Primò, hominum aſtantium corda ad reverentiam quandam erga Deum, à quo illud proficiſcebatur, impulit, quæ reverentia dici ſolet in Scriptura. Secundo, magnificabant Deum, nam ex reverentia cordis provenit laus oris. Tertio, confeſſi ſunt miſiſſe Deum magnum Prophetam.*

Dionyſ. Carth. enar. in Evang. in Dom. 16. Trin. Janſen.

2. Qualis autem hic ab iis conceptus timor fuerit, Carthuſianus his verbis declarat: *Fuit timor reverentiæ & admirationis, grandem conſolationem & jucunditatem habuit admixtam, non timor afflictionis ac deſolationis.* Janſenius quoque dicit: *Fuit timor, non quo malè ſibi à Domino metuerent, ſed qualis naſci ſolet ex ſtupore magno, dum nova aliqua & inſolita res accidere videtur.*

Salmer. 3. Salmeron ex verbis ſequentibus deduci poſſe exiſtimat, quòd reſuſcitatio corporea juvenis ſecum ſpiritualem circumſtantium reſuſcitationem traxerit: *Sequitur reſurrectio ſpiritualis eorum, qui interfuerunt miraculo, & primò impleti ſunt timore non tantùm admirationis & reverentiæ, ſed etiam potentiæ Chriſti, ex quo magnificabant Deum, ut omnipotentem, & miſerorum conſolatorem, & magnifica ejus opera prædicabant.*

Beda. 4. *Quantò deſperatior animæ mors ad vitam revocatur, tantò plures eodem corriguntur exemplo*, inquit Venerabilis Beda.

Et magnificabant Deum.

5. Idem quoque Sanctus ait: *Quo gratior in eis Domini pietas apparuit, eò certior cunctis pœnitentibus ſpes ſalutis apparuit.*

Dicentes, quia Propheta magnus ſurrexit in nobis.

Salmer. 6. Salmeron illos ad eum ſe Prophetam retuliſſe exiſtimat, de quo Moyſes tanquam populo Dei promiſſo loquitur, Deuteronomii 18.

Et quia Deus viſitavit plebem ſuam.

7. Hoc dixerunt, quia jam tot tranſierant ſæcula, à quibus Deus ſe populo & Synagogæ ſubventurum eſſe promiſerat, ut meritò ipſum eorum oblitum fuiſſe exiſtimare potuerint, niſi tantum Prophetam ad illos miſſum, ex hoc miraculo conjicere potuiſſent. Unde Janſenius ait: *Si Dominum turba fuiſſe Chriſtum credebat, viſitaſſe dicunt plebem ſuam, quòd promiſſa ſua in populo Judaico jam complere cœperit.* Janſ. Salmeron quoque dicit: *Intellige, vel quòd longo tempore non mittens Prophetas, populi ſui videbatur oblitus, vel quòd per ſeipſum nunc viſitavit, qui olim viſitavit per alios.* Salmer.

8. Albertus Magnus dicit: *Ecce beneficii recognitio, illius nimirum, de quo Lucas: Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos oriens ex alto; & Pſalm. 105. Viſita nos in ſalutari tuo.* Alb. M. hic. Luc. 1. 78 Pſ. 105. 4

* * *

DOMI-

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Lucæ Cap. 14.

V. 1. *CUm intraret Jesus in domum cujusdam Principis Pharisæorum sabbatho manducare panem, & ipsi observabant eum.* 2. *Et ecce quidam homo hydropicus erat ante illum.* 3. *Et respondens Jesus dixit ad legisperitos & Pharisæos: Si licet sabbatho curare?* 4. *At illi tacuerunt; ipse verò apprehensum sanavit eum, ac dimisit.* 5. *Et respondens ad illos dixit: Cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbathi?* 6. *Et non potuerunt ad hæc respondere illi.* 7. *Dicebat autem & adinvitatos parabolam, intendens, quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos.* 8. *Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honorarior te sit invitatus ab illo.* 9. *Et veniens is, qui te & illum invitavit, dicat tibi: Da huic locum; & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere.* 10. *Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco, ut, cùm venerit qui te invitavit, dicat: Amice ascende superius, tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.* 11. *Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.*

Versus 1.

Cùm intraret Jesus in domum cujusdam Principis Pharisæorum sabbatho, manducare panem, & ipsi observabant eum.

Cùm intraret Jesus in domum cujusdam Principis Pharisæorum.

S. Cyril. in cat. D. Th. Lucas Burg.

QUamvis malitiam Pharisæorum Dominus cognosceret, inquit S. Cyrillus, *fiebat tamen eorum convivæ, ut prodesset præsentibus per verba & miracula.* Et Lucas Burgensis ait: *Nullius conversationem reserebat Jesus, ut omnes lucrifaceret, imò quo aliquam utilitatem nisi iis adferret, familiarem & quasi domesticum se illis exhibebat;* neque enim domum illam ingressus, quia cibo opus haberet, sed animarum salute provocatus, inquit Tertullianus: *Curæ erat ei animarum utilitas, & propterea ingressus est; potuissent enim vel ex doctrina & sermone, vel ex ostensione miraculorum utilitatem percepisse, si voluissent.*

Did. Stell. hic.

2. Causam scisciatur Didacus Stella; propter quam Princeps hic non fuerit proprio nuncupatus nomine, sicut & Simon Leprosus suo fuit appellatus; respondetque hanc esse causam, quia scilicet ille Christum invitaverat ut accusaret eum, utque facta & dicta ejus censuraret: *Illorum nomen, qui non casu, aut fragilitate humanâ, sed sicut dæmones ex invidia & malitia, & proprio motu peccant, Deus oblivisci tur,* juxta illam per os Psalmistæ factam intentationem: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Ps. 15. 4.

Sabbatho

Sabbatho manducare panem.

Salmer. to.6.tr. 42. 3. Bene obſervat Salmeron, Chriſtum in omnibus, ad quæ invitatus fuit, conviviis, ſuas munificè diſpenſaſſe gratias. In nuptiis in Cana Galilææ aquam mutavit in vinum: ædibus Zachæi donum impertiit ſalutis æternæ: *Hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt*; convivio Matthæ lautiſſimas præmiſit, quas Mariæ ſorori ejus ded t, divini verbi ſui delicias; diſcipulis, cum invitantibus in Emaus, lumen & notitiam ſui donavit: *Cognoverunt eum in fractione panis.* In præſenti denique ampla chariſmata contulit, quæ idem Author proſequitur his verbis: *In domo iſtius Principis doctrinam tradit humilitatis contra ambitioſos, deinde docuit, non eſſe contra legem in ſabbatho benefacere; qua in re viri ſpirituales inſtruuntur, ut pro temporalibus, quæ accipiunt, reddant ſymbolum ſpirituale in doctrina, aut precibus, aut ſacrificiis, quod gratorum hominum eſſe ſolet.*

Luc. 19. 9.

Luc. 24. 35.

4. Calumniabantur Phariſæi de Chriſto, dicentes: *Ecce potator vini. Expende Chriſti bonitatem* (inquit Didacus Stella) *convivium Phariſæorum acceptat, ſua poſtponens propter nos: non curat de his, quæ de ipſo dicuntur, ut curet nos, tantùm diligit ſalutem noſtram, ut, quamvis ſciat illos eſſe murmuratores, etiam cum detrimento honoris ſui veniat ad convivium, ſciens, quòd obſervabant eum.* Documentum ſcilicet nobis dare voluit, ut in beneficiis proximo, ſervitiis Deo, & bonis præſtandis animæ noſtræ, omnes aſpernemur reſpectus humanos, neque ullis nos moveri ſinamus obtrectantium dictis.

Did. Stell.

Et ipſi obſervabant eum.

5. Invitatio hæc non benevolentiæ, ſed malitiæ innitebatur, juxta Lyranum dicentem: *Videtur, quòd iſte invitavit malitioſè, & non ex devotione.* Idemque Evangeliſta ſubdit: *Et ipſi obſervabant eum, attendentes, ſi inter epulas aliquid diceret, aut facere, unde poſſent eum accuſare.* Sed ecce majorem porro Principis Phariſaici malitiam, ut enim invidiæ & nimii contra Salvatorem livoris exceſſum pateſaceret, ſiniſtrâ non modò Chriſtum intentione invitavit, ſed & plures alios, ſtrenuos impietatis ſuæ adjutores ad idem convivium adhibuit. Unde Carthuſianus dicit: *Obſervabant, quomodo in verbo aut facto poſſent reprehendere eum, præſertim an aliquid contra feſtivitatem ſabbathi ageret; Chriſtus nempe, ut ait Bernardus, in verbis paſſus eſt obſervatores, in dictis contradictores, in tormentis illuſores, de quibus illuſoribus Chriſtus ait in Pſ. Qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in unum.* Dicit autem S. Marcus expreſsè ſingularem eos in hac obſervatione reſpectum habuiſſe ſui ſabbathi: *Obſervabant eum, ut, ſi quid diceret aut faceret contra religionem ſabbathi, accuſarent.* Inter cæteros etiam S. Antonius de Padua docet, non intendiſſe Phariſæos Chriſto convivium, ſed inſidias parare: *Id eſt, inſidias intendebant, vel calliđe advertebant, ſi ſabbathum ſolveret*; quo ſine hunc ſanctus Doctor citat Pſalmi verſiculum: *Obſervabit peccator juſtum, & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.* Credidetim hoſce Phariſæos de illa fuiſſe ſecta, de qua regius Vates inquit: *Loquuntur pacem de proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum*, qui ut malitiam ſuam contegant, Chriſtum ſpecioſè invitant. *Manducare panem* (inquit Albertus Magnus) *fuit, quantum ad exterius, cauſa invitationis; interius autem erant calumniatores peſſimi; ſub pallio honeſtatis quærentes mordere Chriſtum.*

Dion. Cart.

Marc. 3. 2.

S. Anto. Pad. ſer. in Dom. 17. Trin.

Pſ. 36. 12.

Alb. M. hic.

6. Advertit S. Bonaventura ſanctum Lucam non ſpecificè, ſed indefinitè dixiſſe, quòd obſervarent convivæ Chriſtum: *Non dicit in quo, ut inſinuet, quòd obſervabant verba & miracula ad arguendum*; id quod fuſius hiſce verbis explanat Didacus Stella: *Obſervabant quomodo manducabat, obſervantes quoties biberet, utrùm comedat carnem nec ne; & ſi manducet, helluonem; ſi non manducet, hypocritam eum vocare poſſint.* Unde S. Bonaventura concludit: *Hæc obſervatio procedebat ex malitia inſidiante, contra quod dicitur: Ne inſidieris & quæras impietatem in domo juſti.* Enimverò convivia lapis lydius eſſe ſolent ad explorandam convivarum virtutem vel defectus; cùm enim tunc tempus ſit lætitiæ, ſpiritu opus eſt, ut quis ſo intra ſobrietatis & continentiæ limites conſervet,

S. Bonav hic.

Did. Stell.

Prov. 24. 15.

Lyran.

ſervet, præterquam quòd, ut dicitur, *in vino veritas eſt.*

7. Nemini ignotum eſt illud floris emblema, ex quo apis mel, aranea venenum ſumit, hac animatum epigraphe: *Hinc mel, hinc venenum.* Chriſtus de ſeipſo dicit: *Ego flos campi*, ac proinde boni, miracula, virtutes, exemplaritatem vitæ ejus obſervantes, ſalutem ſibi inde adſciſcebant æternam, maligni autem Phariſæi livore ac furore magis magiſque accendebant. Sæpe quidem contingit, quòd in perſona virtuoſa multa videantur ad imitandum bona exempla; at verò cùm omnes ex maſſa hac contaminata plaſmati ſumus, ſemper quoque in ea aderit defectus, quem proinde mali ſumma cum diligentia notant, omniumque oculis palam faciunt, ut plura ejuſdem, quæ laudem merentur, bona obfuſcare poſſint; præterquam quòd adeo lyncea ſit malorum impietas, ut veſtigia impreſſa videant, ubi nullus unquam fixit pedem.

Cant. 2. 1

8 Felices, ſani, & fortunati fuiſſent Phariſæi illi, ſi ad hoc, ut illuminarentur, rectaque cum intentione ſuos in ſolem juſtitiæ defixiſſent oculos, utpote qui omnium operationum noſtrarum exemplum pariter & prototypon erant; in ipſo omnia ejus obſervanda ſunt verba, ſiquidem omnia, innumera in ſe continent myſteria & ſacramenta: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Omnes item illius actiones, quia omnia opera ejus ad noſtram ordinantur doctrinam & eruditionem.

Pſ. 118. 105.

9. Salmeron Chriſtum hanc parabolam ad ipſorum inſtructionem & doctrinam propoſuiſſe obſervat: *Quæ in re*, inquit, *melius & ſalubrius eos obſervavit, qui ſe obſervabant*; ſiquidem illis occultas eorum paſſiones detexit, præterque ad eas ſanandas tradidit remedium.

Salm. to 7. tr. 22.

Verſus 2.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.

Et ecce quidam hydropicus.

1. Salvator noſter, de quo S. Joannes dicit: *Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine*, Phariſæos de ipſo, in ſabbatho hydropicum curante, ſcandalizandos eſſe probè quidem ſciebat non tamen ideo ſanitatem reſtituere diſtulit. *Non hoc conſideravit Dominus*, inquit Theophylactus, *quomodo non offenderet ipſos, ſed quomodo ſanaret eum; oportet enim nos, ubi magna proſpectat utilitas, non curare inſpicientes qui ſcandalizantur.*

Joan. 2. 25

Theoph.

2. S. Lucas ambiguos nos relinquit, an non homo ille à Phariſæis inſtigatus fuit ad Chriſtum eo in loco conveniendum, ut experirentur, an Chriſtus per ejus curationem, ſabbathi obſervantiam violaturus eſſet, an verò ab infallibili Dei providentia ad illum directus fuerit, ad malignos illos corrigendos. Lucas Burgenſis hanc difficultatem movet, nonnullorumque opinionem fuiſſe dicit, illum ex induſtria Chriſtum acceſſiſſe; quòd S. Cyrillus autem ac Euthymius contrarium opinentur; ipſe verò ſuam hiſce verbis ſubjungit ſententiam: *Certè hydropicus hic vel domeſticus fuit illius Principis, Jeſum invitantis, vel notus familiæ ipſius*; quidquid hac de re verum ſit, hoc ſaltem conſtat, hunc hominem exiguæ fuiſſe exiſtimationis, appellatur enim *homo quidam.* Unde Salmeron at: *Dicitur ergo quidam ignobilis, & ex eorum numero, quibus utpote derelictis plus benefaciebat Chriſtus.*

Lucas Burg.

Salm. to 6. tr. 42.

3. Janſenius per hunc hydropicum, peccatorem in communi intelligendum eſſe dicit: *Quem exuberans terrenarum rerum, in quibus nunquam ſatiari homo poteſt, deſiderium aggravat, ac per diſſolutam & lubricam vitam graviter laborat*, vel etiam in ſpecie peccatorem aliquem certo cuidam vitio deditum hydropicus denotat. Carthuſianus hujus infirmitatis miſerias, ſeptē adaptat vitiis capitalibus, dicens: *Septem ponuntur proprietates hydropici, per quas ſeptem peccata capitalia denotantur: prima, eſt tumor corporis & membrorum, per quem ſignificatur ſuperbia, juxta illud Job: Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus? ſecunda, eſt expreſſio ſpirituum, per quam ſignificatur invidia, quæ aliorum laudabilia comprimit, ne pandantur: tertia, eſt ardor ſitis, quæ ſignificat avaritiam: quarta, eſt indigeſtio humorum, quæ iram ſignificat: quinta, eſt pigritia ſeu tarditas pedum, per quam notatur acedia: ſexta, eſt genitalium inflatio, qua ſignificatur luxuria.*

Janſ. c. 41.

Job. 15. 13.

Septima in authore deficit, quod utique typographorum errori tribuendum eſt.

Beda. 4. Venerabilis Beda per miſerabilem hunc hominem eum, qui carnalibus vitiis immerſus eſt ſpecialiter præfigurari dicit: *Proprium eſt hydropici, quantò magis abundat humore intrò nato, tanto amplius ſitire; & ideo rectè comparatur ei, quem fluxus voluptatum carnalium exuberans aggravat.* Gloſſa etymologiam hujus nominis exponit: *Hydor*, inquit, *aqua, inde hydropis, morbus aquoſus ſubcutaneus, de vitio veſicæ natus, cum inflatione turgente, & anhelitu fœtido*; quæ omnes circumſtantiæ hominibus ſenſualibus & carnalibus imprimis accommodantur. Oſeæ 4. dicitur: *Comedent, & non ſaturabuntur*; quinnam autem cibus ille eſſe poterit, qui manducatus non modò famem non compeſcit, quin potiùs vehementiorem ejus excitat appetitum? cibus hic carnales ſunt voluptates: *Interl.* *Fornicati ſunt, & non ceſſaverunt*; ubi Interlinearis habet: *Vires fornicationum deficiunt, ſed deſiderium ardeſcit.* Hugo Cardinalis ſuper illa Geneſeos verba: *Biennium enim eſt quòd fames eſſe cœpit*; in ſenſu ſpirituali, hanc famem à pomo illo principium ſuum ſumpſiſſe dicit, quod Protoparentes noſtri manducarunt; imo Hugo famem illam non ſolùm inde non extinctam, ſed & auctam fuiſſe ſcribit: *quia ſæculi voluptates non ſatiant, ſed eſuriem provocant.* Portò motivum Adami hunc fructum amordentis fuit, *ne contriſtaret deliciaſ ſuas.* Tritum eſt illud Poëtæ metrum: *Quò plus ſant potæ, plus ſitiuntur aquæ*; per aquam verò idem Hugo carnales voluptates interpretatur; unde ſuper illud Pſalmi: *Forſitan aqua abſorbuiſſet nos*, ita ſcribit: *Per aquam poteſt intelligi carnalis voluptas, quæ multos abſorbet.* S. Hieronymus ab Hugone in commentario ſuper Oſeam citatus dicit: *Voluptas inſatiabilis eſt, & habita famem non ſaturitatem parit; dumque ſitim ſedare cupit, ſitis altera creſcit*; eſtque ſitis ſimilis illi, qua febricitantes laborant (S Ambroſius enim dicit: *Febris noſtra libido eſt, febris noſtra luxuria eſt*) qui ut exceſſivi caloris ardorem, quo viſcera eorum aduruntur temperent, ingentem aquæ quantitatem potant, nec tamen ſitim reſtinguunt, ſed potiùs adaugent: ſic quoque fabri ferrarii carbones vehementiùs ignite volentes, eoſdem aquâ conſpergunt. Unde S. Gaudentius ait: *Stupri aſſiduitas luxuriam carnis non cohibet, ſed accendit, dicente Propheta: Omnes fornicantes velut ardens clibanus, corda eorum*; & Sapiens ait: *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: Affer, affer*; ubi Salonius per duas haſce ſorores, luxuriam & avaritiam interpretatur, quæ amboæ in hydropi ſi denotantur. Et quidem Euſebius Emiſſenus in ſpecie de luxuria ita ſcribit: *De luxuria creſcit illecebra, & perennitas perditio plus delectat, quia perditio tranſacta non ſatiat, ſed ſuo uſu magis exercetur vitiorum cupiditas, quàm finitur, ac ſolum ſectatorem ſuum nunquam conſumenda conſumit.*

S. Gaud. to. 2. bibli. tr. 13. ad Neoph. *Prov. 30 15.* *Euſeb. Emiſſ. ho. 3. de Epiph.*

5. Beda ſimiliter per hydropiſin avaritiam figuratam eſſe agnoſcit, dum ait: *Hydropicus quò amplius biberit, amplius ſitit, & omnis avarus ſitim multiplicat, quo cùm ea quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat.* Lyranus ſimiliter ait: *Per hydropicum, qui, cum plus bibit, plus ſitit, ſignificatur cupidus & avarus, qui cùm plus acquirit, ad acquirendum amplius inardeſcit; creſcit amor nummi quantum pecunia creſcit; & iſte ſtat ante Jeſum, cum convertitur ad Deum; paratus acquiſita diſpenſare ad honorem divinum, & ſic recuperat ſanitatem, quia de cupiditate mutatur in liberalitatem.* Chryſoſtomus ſe ad illum juvenem reflectens, qui audiens Chriſtum ſibi dicentem: *Vende omnia quæ habes*; dorſum eidem obvertit, in divitiarum contemptum ſubjungit: *Nunquam magna voce prædicare ceſſabo, acceſſione pecuniarum cupiditatem habendi, magis atque magis adeo inflammari, ut rerum copia creſcente, paupertas quoque augeatur.* Nazianzenus hanc cupiditatem ejus naturæ ſcribit, ut nullos ſibi limites præfigi patiatur, unde hiſce eam terminis circumſcribit: *Ut neſciat fines & cancellos appetendi plura.* Ideóque S Auguſtinus avaro cuidam dixit: *Et habes, & concupiſces, & plenus, & ſitis, morbus eſt, non opulentia.* Virgilius quoque vitium iſtud famem appellat: *Auri ſacra fames.* S. Hieronymus illa Iſaiæ verba: *Repleta eſt terra argento & auro, & non eſt finis theſaurorum ejus*, ponderans dicit: *Non quòd theſauri finem non habeant, ſed quod poſſidentium animus non impleatur.*

Beda. *Chryſ. ho. 46. in Matt.* *Mat. 19. 21.* *Naz. or. 10.* *S. Aug. ſer. 5. de ver. Dom.* *Iſa. 2. 7.* *S. Hier.*

Erat

Erat ante illum.

Lyran. 6. Lyranus ex authoritate S. Cyrilli, hydropicum hunc ob metum Phariſæorum, à Salvatore ſanitatem ſuam non poſtulaſſe dicit, ſed ſolùm ſe ei præſentaſſe, ut per hoc, compaſſione dignum ſpectaculum, miſericordiam ejus imploraret: *Non petebat à Chriſto ſanari, timore Phariſæorum, ſed ſolùm ſe oſtendebat, ut Chriſtus eum videns, ejus miſereretur*; optimum enim ad flectendam in noſtrum beneficium pietatem divinam, medium eſt, ut ipſi tanquam benigniſſimo patri ærumnas noſtras manifeſtemus, ac demum ipſum pro ſuo beneplacito facere ſi-
Pſ.37.10. namus: *Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.*
Pſ.68.17 *Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſe-*
Did. Stell. *ricordia tua.* Didacus Stella quoque ait: *Omne noſtrum bonum in hoc conſiſtit, ut nos coram Deo conſtituamus, quoniam ipſe eſt, qui ſanat omnes infirmitates noſtras.*

Cajet. 7. Cajetanus hydropicum hunc ſanitatem à Chriſto petere auſum non fuiſſe dicit: *Timebat forte offendere Phariſæos, petendo curationem ſabbatho; præſentavit ſe tamen conſpectui Jeſu, petens facto, ut ſe curaret.* Sal-
Salmer. meron ipſum à Phariſæis edoctum fuiſſe credit, ut ſe ante ipſum collocaret, ad experiendum, an ipſum curando ſabbathi obſervantiam tranſgrederetur, ut ipſum accuſandi occaſionem acciperent: *Non audens ſanitatem petere, ſive quòd ſic fuerit à Phariſæis inſtructus, ſive quòd ipſos metueret Phariſæos, ne tum ipſe, tum Dominus, ut violator ſabbathi accuſaretur; ſed voluit ſtare ante eum, corde exoptans beneficium, & credens naturam imbecillem, & egeſtatem ipſam poſſe poſtulare; & videntur omnia ſic à Phariſæo illo diſpoſita, quo poſſet illum in maſſam inducere*; ratio autem, quam adfert, eſt, quia is caput & princeps Phariſæorum erat, Chriſtumque non ſine cauſa in ſabbatho ad convivium invitarat, *& deditâ operâ hydropicum admiſerat, & ita calumniandi occaſionem meritò haberet.*

8. Equidem quòd infirmum hunc ante cœleſtem protomedicum introduxerint, opus quoddam erat, magnam præ ſe compaſſionem referens, at finis perverſus, quo ad hoc inducebantur, opus illud demeritorium conſtituebat, adeoque ob finis malitiam reprehenſibiles erant; ſic quoque multi ſunt, qui virtuosè operantur, nec tamen ullum inde recipiunt meritum, quia à vanitate aliiſque finibus & reſpectibus humanis ſe induci patiuntur.

9. Theophylactus ait: *Hydropicus eſt omnis, qui per diſſolutam vitam & lubricam animâ ſuâ graviter agrotat, qui & Chriſto indiget: ſanabitur planè qui ante Chriſtum fuerit, cogitans ſemper, quomodo ab ipſo videatur, minimè peccabit.* *Theoph.* Clemens Alexandrinus in ſuo *Clem. Alex. l. 1. Pæd. c. 6.* Pædagogio modum nos docet, quo à via recta & bona deviare nunquam poterimus: *Hac ſolùm ratione fit*, inquit, *ut quis nunquam labatur, ſi Deum ſibiipſi ſemper adeſſe exiſtimet.* Omnia quidem opera virtuoſa, qualia ſunt audire, legere, meditari verbum Dei, frequentia Sacramentorum, bona ſocietas, exempla ædificatoria, jejunia, noſtrique corporis macerationes & caſtigationes, optima ſunt ad benè vivendum media, chriſtinámque innocentiam conſervabunt; at verò ex mente Clementis Alexandrini, actualis & continua cogitatio præſentiæ Dei, ad hoc unicum eſt & indubitatum remedium, *hac ſolùm ratione fit, &c.* Unica cauſa tot exceſſuum, quos perverſi homines committunt, eſt, quia Deum ipſos non vi-
Job.22. 14. dere credunt: *Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat*; ac proinde in quodvis præcipitium labuntur: *Non eſt Deus in conſpectu ejus*, ait David, ideoque immediatè ſubjungit: *Inquinatæ ſunt viæ illius in*
Pſ.10.5. *omni tempore.*

Verſus 3.

Et reſpondens JESUS dixit ad legiſperitos & Phariſæos: Si licet ſabbatho curare.

Et reſpondens JESUS,

1. Juxta doctrinam Lyrani, reſponſum *Lyran.* hoc Chriſti ad diſcooperiendas occultas eorum cogitationes ordinatum fuit, unde ait: *Non ad verba, quia quæſtio ſibi non proponebatur,*

nebatur, ſed ad cogitationes Phariſæorum, quoniam cogitabant curationem in ſabbatho illicitam eſſe. Hoc porro ex loco Didacus Stella ſequens elicit documentum morale: *Docet hic locus, cogitationes noſtras à Deo videri, quod cùm ita ſit, audiamus Iſaiam: Auferte malum cogitationum veſtrarum.* S Bonaventura pariter ait: *Reſpondebat ad eorum cogitationes, quas videbat & audiebat.*

Iſa.1.16.

S.Bonav hic.

Si licet Sabbatho curare.

2. Dionyſius Carthuſianus ait: *Non quaſi ignorans, hoc quærit, ſed ut illorum errorem corrigeret; taliter enim curare, eſt opus divinum & charitativum, à vacatione Dei nequaquam impediens, ſed ad divinæ poteſtatis contemplationem, ad divinæ pietatis amorem & laudem vehementer accendens tam eum qui curatur, quàm omnes qui adſunt aut audiunt, niſi omnino perverſi invidique conſiſtant.*

Dion. Carr.

3. Notatu inprimis digniſſima eſt hæc Chriſti malitioſos reprehendentis modeſtia; ſciebat equidem Chriſtus eos conveniſſe, ſeque invitaſſe, ut calumniandi, ſibique inſidiandi caperent anſam, ideoque hanc eorum malitiam publicè jure merito manifeſtare potuiſſet; at prælegit hac interrogatione malignitatem hujuſcemodi occultare. Salmeron ſentit, Chriſtum dicere voluiſſe: ſcio equidem præcepta decalogi, quòd ſanctificationem ſabbathi præcipiant, & dilectionem proximi cum operibus charitatis; ſed *jam offert ſe occaſio, ut benefaciam miſero juxta præceptum Dei, & offert ſe ſabbathi religio; utrum ergo negligendum? ſi ſanavero hydropicum, arguar violati ſabbathi; ſi abſtinebo, arguar violatæ charitatis;* ſanavit autem infirmum, ad docendum nos omnes, quia charitas rebus omnibus præferenda eſſet; proſequitur porrò ipſe Author diſcurſum, inquiens: *Diſcamus ex hac Domini hiſtoria, ſabbathi diem non alia ratione magis ſperè coli, quam operibus charitatis & pietatis.* Duabus denique de cauſis Chriſtum munificentiæ & liberalitatis ſuæ exercitia in ſabbatho ſpecialiter frequentaſſe docet Hugo Cardinalis, inquiens: *Opera charitatis facere ſine ſabbathi violatione, Dominus in ſabbathis libentiùs & frequentiùs docebat & curabat; primò, ut plures lucrifaceret, quia tunc plures conveniebant; ſecundò, propter ſpirituale ſabbathum, ad quod docendo & ſanando invitabat.*

Salm.to 6.17.42.

Hug. C.

Verſus 4.

At illi tacuerunt; ipſe verò apprehenſum ſanavit eum, ac dimiſit.

At illi tacuerunt.

1. *Quia quidquid dixiſſent,* inquit Hugo Cardinalis, *contra eos eſſet; ſi enim dicerent, quòd licet, quare ergo obſervant? ſi non licet, quare ergo peccata ſua curant?* Eandem quoque expoſitionem hiſce verbis adducit Cajetanus: *Timentes, contra ſe militare utramque reſponſionis partem; nam dicentes, quòd licet, loquerentur contra ſuam obſervationem; dicendo verò, quòd non licet, timebant confundi à Jeſu, ut de facto evenit.*

Hug. C.

Cajet.

2. Abſenti, quantum poterant, detrahebant Salvatori, omnia de eo effutientes mala, in cujus præſentia ne verbum proferre audent; unde Salmeron ait: *Qui in turba ſimpliciori magnas excitabant tragœdias, præſente Chriſto vix debeant contra mutire;* eſt profectò hæc ipſa omnium modernorum maledicentium & detractorum conſuetudo.

Salmer.

Ipſe verò apprehenſum ſanavit eum.

3. Didacus Stella tempus obſervat, quo Chriſtus hydropicum ſanavit, in ſabbatho ſcilicet, ſuperſtitioſè à Phariſæis celebrari ſolito, unde hoc elicit documentum, & ſalutis noſtræ monitum: *Docemur, apud Chriſtum nullum locum aut tempus eſſe importunum impertiendi proximis opera miſericordiæ; quare nec melius unquam, nec cùm majori merito feſta ſanctificamus, quàm cùm opera miſericordiæ exercemus.* Hoc Chriſti factum, quid in ſabbatho liceat vel non, clarè demonſtrat, juxta mentem Salmeronis, dicentis: *Docet quid liceret ſabbathis, nec æquum eſſe, ut propter impiorum calumnias à benefaciendo ceſſemus, & præſtare impios offendere, quàm miſeros negligere.*

Didac. Stell.

Salm.

4. No-

Gloſſa. 4. Notat Gloſſa, Chriſtum coram Phariſæis primò perpetrare miraculum, exindè verò invehi in avaritiæ vitium, ut reprehendat, reoſque illos demonſtret cupiditatis & avaritiæ, utpote qui ob proprium intereſſe, ſabbata dieſque feſtivos violabant, perverſi legis interpretes: *Levit.23 v.7.21. 28. 35. 36.* *In ſabbato enim non à bonis, ſed à malis operibus feriandum eſt; unde dicitur: Omne opus ſervile non facietis in eo, id eſt, peccatum; ſic in æterna requie à malis tantummodo feriabitur, non à bonis. Vitium, quod iſte in corpore, Phariſæi geſtabant in mente, & ideo coram ipſis curatur corporaliter, ut hoc exemplo diſcant ſpiritualiter curari.*

5. Hæc inter curioſa ſeſe ingerit quæſtio, cum ſcil. Chriſtus alia quadam vice paralyticum ſanaturus interrogarit: *Joan. 5.6.* *Vis ſanus fieri?* Cæco pariter proponit: *Luc.18. 41.* *Quid tibi vis faciam?* Ut denique diverſis aliis infirmis mederetur, ſupplicatum ei fuit vel ab ipſis immediatè ægrotis, vel ab aliis perſonis devotis; at in præſenti, ut S. Cyrillus advertit, ex neutra parte fit ſollicitatio aut interrogatio: *S. Cyril. in cat.* *Solum aſtabat, ut ex aſpectu miſertus ejus, ſanaret eum, quòd Dominus cognoſcens non poſtulat ab eo, ſi velit ſalvus fieri, ſed protinus eum ſanavit.*

6. At inquies fortaſſe, cur Chriſtus corpus, vel putridum potius illius hydropici cadaver contingere voluit, ſi abſque tactu ſanare potuit? Huic Lucas Burgenſis ita reſpondet: *Lucas Burg.* *De induſtria utitur attactu manus, ut aliquid faceret, quo Phariſæis inſultis, ſabbatum violatum videri poterat.* Albertus Magnus autem, ad ſenſum confugiens ſpiritualem, opinatur, tactum hunc conſtitiſſe in quadam compaſſione Chriſti ad hydropicum: *Alb. M. hic.* *Apprehenſum charitate & miſericordia*: quo ſenſu in Jeremia prædictum eſſe ſubjungit: *Jer.31. 3.* *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans; apprehendit tamen etiam manu, ut oſtenderet, quòd virtus Deitatis exiret de carne propter nos aſſumpta*, inquit idem Author. Contra noſtram denique hydropoſin ſpiritualem, contra, inquam, vitia ſenſualia, remedium non ſubſtat aliud efficacius, quàm ſacratiſſimum Chriſti corpus, quod dicitur: *Vinum germinans virgines.* *S. Greg. Nyſſ. ho. 8. in Eccl.* De cujus Sacramenti effectibus diſcurrens S. Gregorius Nyſſenus, inter alios effectus hunc quoque aſſignat, quòd ſcilicet *Obſcœnum amorem* exterminet è cordibus & corporibus noſtris; ſimiliter & S. Hieronymus: *S. Hier. in ep. Lucin.* *Calore Spiritûs ſancti exſiccat fontes libidinum.* S. Ambroſius etiam de ejuſdem ſacroſancti Sacramenti utilitatibus agens, ſanctum Auguſtinum virtute corporis Chriſti mirabiliter ſe in virtute ſtabiliſſe docet, dum ait: *S. Ambr. ſer. 19. in pſ. 118* *In carne Chriſti, quæ noſtrarum æſtus refrigeravit cupiditatum, quæ exſtinxit ignes libidinum, &c.*

7. Sanctus Antonius de Padua in quodam ſermonum ſuorum, hanc circa præſentia verba adducit moralitatem: *S. Anton Pad. in Dom. 17. Trin.* *Dominus apprehendit peccatorem, cum infecta manu miſericordiæ ſuæ, eum à profundo vitiorum eruit:* item in quodam Dominicæ 17. poſt Trinitatem diſcurſu Albertus Magnus inquit: *Alb. M.* *Ad hoc, quod hydropicus à Domino curetur, tria requiruntur; primò, quod ante appareat; ſecundo, quod eum Dominus apprehendat; tertio, quòd ſanet ac dimittat.* Porro in apprehenſione illa & collocatione hydropici ante Chriſtum, ſentit idem ſanctus, deſignari benignum divinæ miſericordiæ obtutum, quo Chriſtus hunc miſerum intuitus fuit; poſt quem requiritur, ut Chriſtus utrâque manu infirmum tangat, ſi hic ſanari velit: *Neceſſe eſt, ut Dominus eum duplici manu apprehendat, videlicet manu miſericordiæ & manu juſtitiæ.*

8. Sanctus Bonaventura Chriſti contemplatur benignitatem, corpus immundum & fœtidum propriâ manu clementer attingere non ſubterfugientis, unde dicit: *S. Bonav. hic.* *In hoc, quod apprehendit, apparet ejus humilitas, quia non dedignatur tangere infirmitates.* Didacus Stella ait: *Did. Stell.* *Poterat unico verbo ſanare, ſed propria manu hominem horridum, fœtidum tangit; non ſic qui proximos infirmos non ſolùm non curant, ſed nec tangere aut videre volunt, avertentes caput & oculos, ne illorum ulcera videant.* Oceano Hieronymus ſcribens, opera miſericordiæ commendat, in quibus ſeſe occupabat Fabiola, quæ prima Romanarum matronarum erexit hoſpitalia, in quibus manu propriâ iis potiſſimùm deſerviebat, quibus fœtor adhærebat ulcerum major; deindè ipſe ſanctus Doctor hanc pro nobis doctrinam ſubjungit: *S. Hier. de Epitaphio Fabiolæ.* *Ille, quem deſpicimus, quem videre non poſſumus, ad cujus intuitum nobis vomitus erumpit, noſtri ſimilis eſt, de eodem noviſcum*

biſcum formatus eſt luto, iiſdem compactus elementis, quidquid patitur, & nos pati poſſumus; vulnera ejus exiſtimamus propria. In vita ſanctæ Eliſabethæ, Reginæ Ungariæ traditur, quòd, cùm hæc vice quadam à ſuis ſollicitaretur, ut fœtores declinaret hoſpitalium, ſubridendo reſponderit: quantam ô ſodales, ſecuritatem poſſidebimus ſalutis noſtræ in die judicii, ibi nobis judex dicet: *Infirmus eram, & viſitaſtis me.* Noſque id ipſum verum eſſe dicemus; cur igitur mihi, ut ab infirmis nauſeabundis me ſubducam, perſuadere nitimini? Quo audito erubuerunt, omnesque certatim ejus exemplo, ſancto huic & pio miniſterio ſeſe applicarunt. In vita magni illius ſervi DEI, Camilli de Lellis, fundatoris religionis miniſtrantium infirmis, legitur, quòd die quadam medico Crucio obviam factus, ab eoque, quo iret, interrogatus, reſponderit; ſe ad pulchrum quoddam viridarium floribus plenum, & à caſtello ſancti Angeli non procul diſſitum (hoſpitale Sancti Spiritûs innuere volebat) perluſtrandum concedere; dicere etenim ſolebat: non credo, quòd in mundo ſit hortus florum, quamvis fragrantiſſimorum, qui adeò me recreare poſſit, ſicut hoſpitalium fœtor. *Lib. 3. c. 4.*

Et dimiſit eum.

Salmer. 9. Salmeron ait: *Sanum ac lætum juſſit abire, partim ut inceſſus, motuſque abeuntis teſtaretur reſtitutionem ſanitatis, partim ne ipſo apud ſe detento ad oſtentationem uti videretur.*

S. Anton Padua. ſer. cit. 10. S. Antonius Paduanus in ſenſu ſpirituali ita ſcribit: *Dominus peccatorem converſum tunc dimittit, cùm eum ab omni vinculo culpæ, & pœnæ, & tentationis diabolicæ liberum in gaudium ſinit abire.*

Verſus 5.

Et reſpondens, ad illos dixit: cujus veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum, die ſabbati?

1. Quæſierat ante, num in ſabbato infirmum curare liceat, quia verò nullus reſponderat, reſtituit à hydropico ſanitate, per hoc, quod adduxit exemplum, actionem ſuam & miraculum patratum juſtificare & defendere voluit: *Dixit, oſtendendo illud eſſe licitum & bonum,* inquit Lyranus, *per exemplum animalis bruti, cujus periculo licitum eſt ſuccurrere in ſabbato, etiam ſecundùm ipſos, & multò fortiùs ſuccurrendum eſt homini, propter quem facta ſunt animalia bruta, & qui factus eſt ad imaginem DEI.* Et quidem ad illos convincendos aptius adducere exemplum non poterat; unde Gloſſa ait: *Competenti exemplo ſolvit quæſtionem, ut oſtendat, eos ſabbatum violare in opere cupiditatis, qui eum violare arguunt in opere charitatis.* Janſenius ſapientiſſimum Magiſtrum illis verbis duos feciſſe ictus obſervat, non enim per hanc adductam ſimilitudinem rectè ſe operatum fuiſſe, ſolùm oſtendere voluit, *Sed exemplo propoſito ſimul etiam notat illorum & præpoſteram religionem, & avaritiam, ut qui in eo, quod, ſi opus erat dicendum, tantùm fuit opus charitatis, arguerent eum violare ſabbatum, cùm in ſimili opere cupiditatis non judicarent ſe violatores ſabbati,* quod argumentum fortiter ſtringebat, atque indiſſolubile erat; unde Carthuſianus ait: *Si licet brutis die ſabbati cum grandi labore ſuccurrere, cur non potius licet homini ægro ſanitatem ſupernaturaliter dare die ſabbati, præſertim cùm iſtud fiat tam abſque labore, imò facillimè?* S. Bonaventura quoque hoc argumentum ponderat, etenim Phariſæi bovem aliquem, etiam in die feſto, in puteum vel foſſam aliquam collapſum, ſine ſabbati violatione, laborando, foras extrahere licere putabant: *Si ergo ſalus hominis præferenda eſt ſaluti aſini & bovis, manifeſtum eſt, in curatione hominis ſabbatum non ſolvi; & eſt argumentum à majori;* porrò feſtum per opus ſervile profanatur, ſiquidem ita jubetur: *Omne opus ſervile non facietis in eo*: quis autem dubitat, quin ſervilius opus ſit, aſinum quendam è foſſa eximere, quàm ſolo manus tactu infirmum curare? Etenim quæ exinde à ſancto Bonaventura deducitur conſequentia, manifeſta eſt; dicit enim: *Si ergo ille non ſolvit ſabbatum, qui bovem de ſovea extrahit, multò fortius nec ille, qui hominem ſanat; nam ſi opus avaritiæ non ſolvit, ergo nec opus miſericordiæ; cùm opus avaritiæ ſit ſervitutis, opus miſericordiæ, libertatis.* *Lyran.* *Gloſſ.* *Janſen. c. 16.* *Dion. Cart. enar. Evang. in Dom. 17 Trin.* *S. Bonav. hic.* *Lev. 23. 7.*

2. Hugo

2 Hugo Cardinalis ſuper ly *Extrahet*, inquit, *non animali, ſed ſuæ avaritiæ conſulunt*, neque id admittebant ex motivo charitatis, ſed avaritiæ, ne ſcil. utilitatem, ex tali animali provenientem amitterent.

Did. Stell. 3. Utiliſſima eſt illa Didaci Stellæ ponderatio, ſcil. Chriſtum Phariſæorum petulantiam, ſolâ ſuâ auctoritate compeſcere potuiſſe: *Poterat ſolâ ſuâ auctoritate compeſcere illos, & confundere; ſed docuit, quod danda eſt ratio dictorum & factorum proximis, etiamſi minoris conditionis exiſtant.*

4. Idem quoque obſervat, quòd, licèt juxta mundanorum ſtylum valde inconveniens videri potuerit, quòd, qui ad prandium invitatus erat, hoſpitem ſuum convinceret & confunderet, nihilominus inquit Stella: *Obſerva, quod propter epulas non deſinit Chriſtus dicere veritatem, non facit more adulatorum, qui ut ventri conſulant & gulæ ſatisfaciant, ad placidum loquuntur magnatibus.*

Gloſſa. 5. Gloſſa in ſenſu allegorico notat, Chriſtum bovis & aſini mentionem feciſſe: *Ut vel ſapientes vel hebetes, vel utrumque populum ſignificet; ſcil. Judæum, preſſum jugo legis; & gentilem nulla ratione domitum, ſed ſtolidum & brutum, quos omnes à puteo concupiſcentiæ demerſos extrahit: Omnes enim peccaverunt, & egent gratiâ DEI.*

Rom. 3. 23.

Hugo Card. 6. Hugo Cardinalis per hanc foveam vel puteum in ſenſu morali, barathrum carnalis concupiſcentiæ interpretatur: *Myſticè per aſinum ſtultus quilibet, per bovem ſapiens deſignatur; per puteum ſignificatur luxuria, ſeu carnis concupiſcentia*; juxta illud: *Fovea profunda eſt meretrix: aſinus ergo & bos in puteum cadit, quia tam ſapiens, quàm ſtultus aliquando in luxuriam ruit*, uti in exemplo Salomonis patet: *Quid autem eſt faciendum, cùm ceciderit bos vel aſinus in puteum? Non eſt ibi dimittendus, ſed continò extrahendus*, tametſi enim egreſſio à peccatis in nullo peccato deferenda ſit, ſpecialiter tamen id verum eſt in peccato carnis, hujus enim peccati, quando habituatum eſt, cura eſt difficilis, imò quaſi impoſſibilis.

Prov. 23. 27.

Did. Stell. 7. Didacus Stella contra Prælatos negligentes ita lamentatur: *Si aſino, aut bovi jacenti ſuccurritur, quantò magis homini? At nunc multi Prælati majorem curam gerunt de equis & mulis, quàm de animabus ſubditorum.*

8. Per jumentum in puteum lapſum, animam in peccatum mortale collapſam intelligere poſſumus: *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Per puteum Pſalmiſta ſtatum culpæ præfigurat; unde hanc à DEO gratiam poſtulabat: *Neque urgeat ſuper me puteus os ſuum*; ſicut ergo jumentum deorſum in fundum uſque cadit, ita anima ad profundum uſque inferni collabitur. Item ſicut jumentum nullo modo per ſemetipſum è puteo egredi poteſt, ſed ne eſſum eſt, ut alius compaſſione motus illud eximat, ita & anima per ſe & propriam voluntatem in peccatum quidem labi poteſt, inde verò nequit reſurgere, niſi DEUS illi potentem divinæ gratiæ ſuæ manum porrigat: *Perditio tua*, inquit DEUS, *ex te, tantummodo in me auxilium tuum.* Enimverò ex ly *Continuo extrahet*, utiliſſimum quoddam dogma elicere poſſumus, ſcilicet quòd à peccato ſubitò ſine dilatione reſurgere debeamus, cùm DEUS ad id nos adjuvare non deſinat, quia *Facienti, quod in ſe eſt, DEUS non denegat gratiam.* Etenim ruſticus eſt, cui jumentum in foveam cecidit, vel Princeps, cujus in eam collapſus eſt equus, illa exindè eximere, & ab omni periculo eripere non deſinunt. Quæ igitur eſt noſtra dementia, quòd, cùm anima noſtra *ſecundùm præſentem juſtitiam*, ad barathri infernalis portas vicinata conſiſtat, nos tamen inde eam eruere de hora in horam, de die in diem, de ſeptimana in ſeptimanam, de menſe in menſem, de anno in annum differamus. Ad eruendum animal noſtrum nos intereſſe excitat, nec tamen nobis de anima cura eſt, ut eam à pœnarum æternitate eruatam, beatæ reſtituamus æternitati: ſi quis ex capillo ſupra ardentem fornacem ſuſpenſus, in hoc momento ab ignis periculo evadere poſſet, illéne rogabit, ut ſubſidium offerens, in mane uſque alterius diei exſpectet? Nos uno quaſi pede in inferno conſiſtimus, vita quoq; noſtra ex filo ſuſpenſa hæret, quæ ergo tanta erit ſalutis noſtræ æternæ negligentia, ut

Pſ. 48. 21.

Pſ. 68. 16.

Oſe. 13. 9.

noſtram

noſtram inde liberationem, in diem craſtinum differamus?

S. Amb. de Elia & jejun. 9. Forte valdèque ſtringens argumentum eſt illud, quod S. Ambroſius in magnam animæ in DEUM credentis, confuſionem efformat: *Si aurum tibi auferatur, non mihi dicis; cras veniam, ſed jam exigis, nemo differt, nemo ſe excuſat; redemptio animæ offertur, & nemo feſtinat?* Cùm de voluptatibus conſectandis agitur, his nine dilationem frenum laxamus; ſic filia Herodiadis dicebat: *Marc. 6. 25.* *Volo ut protinus des mihi in diſco caput Joannis*; voluptuoſi quoque & diſſoluti juvenes in libro Sapientiæ dicere non verebantur: *Sap. 2. 8.* *Coronemus nos roſis, antequam marceſcant; utamur creatura tanquam in juventute celeriter.* Nunquid igitur perverſorum damnanda eſt ſollicitudo, qua ſuum uſque in infrenum accelerant præcipitium, econtrà verò ad cœlum acquirendum, ad evadendum orcum adeò pigri exiſtunt: *Naz. or. in S. Bapt.* Nazianzenus ait: *Ad ſcelus quidem & ad fraudem tardus eris, celer autem ad ſalutem, pariter enim in viro ſunt promptitudo ad vitium, & procraſtinatio ad ſalutem.*

Verſus 6.

Et non potuerant ad hæc reſpondere illi.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis perpendit, quòd, licèt Phariſæi convicti & confuſi fuerint, adeò ut reſpondere non potuerint, Chriſtum tamen hydropicum ſanaſſe, approbare noluerint; imò ex hoc facto deinceps occaſionem illum magis calumniandi ſumpſerint, utque fidem ejus apud plebem minuerent, ipſum velut publicum legis transgreſſorem proclamarint, dicentes: *Joan. 9. 16.* *Non eſt hic homo à DEO, qui ſabbatum non cuſtodit, hoc licèt ſciret JESUS, non tamen omiſit hominis hujus ſanationem, exemplo ſuo docens, non eſſe omittenda opera bona, propter perverſorum ſive calumniam, ſive ſcandalum.*

Salmer. tr. 42. 2. Salmeron de efficacia argumenti à Chriſto facti, ita ſcribit: *Hujus argumenti tanta vis erat, ut ne contra hiſcere auſi fuerint Judæi; nam ſi licet ſabbatis aſino aut bovi benefacere, cur non liceat homini benefacere, ad imaginem & ſimilitudinem DEI creato.*

Verſus 7.

Dicebat autem & ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos.

Dicebat autem ad invitatos parabolam.

Lucas Burg. 1. Nomen parabola, hoc loco, ut Lucas Burgenſis advertit, non accipitur propriè, ſed idem eſt, quod doctrina vel inſtructio: *Parabolam, id eſt, doctrinam, qua à vana gloria ad humilitatis ſtudium eos revocaret.*

2. Licèt Chriſtus menſæ aſſideret, in qua homines mundani de rebus ſæcularibus, non de divinis differere ſolent, ipſe tamen prandium illud, diſcurſibus & documentis ſpiritualibus & ſalutaribus condire voluit, qui laudabilis uſus hodie ad religioſos tranſiſſe conſpicitur, qui refectioni corporali ſpiritualem aſſociant, id eſt, ſacram aliquam & devotam lectionem. Theophylactus à *Theoph.* Gloſſâ, citatus ait: *Vides cœnas Chriſti, quales ſint, nempe in utilitatem animæ, ut non in ſatietatem ventris vertantur*; idemque bonos effectus ponderat, qui ejus opera in hac menſâ reſultarunt: *Ecce ſanavit hydropicum; docet Phariſæos, quòd bonum ſit, in ſabbato benefacere, ut poſtea videns eos de primo accubitu tumultuari, ſanet & hanc affectionem, quæ non à parva ſed magna, & vix effugabili cauſa incipit, inani inquam gloria.*

Salmer. to. 7. tr. 22. 3. Salmeron notat, quòd Chriſtus veritatem illis dicere non omiſerit, licèt cæterò quin tempus & locus inopportunus eſſet: *Vide, quam longè fuerit Dominus JESUS ab omni adulandi ſpecie, quod vitium etſi omnibus ingenere fugiendum eſt, iis maximè vitio verti debet, quorum intereſt, impiis ſuas impietates exprobrare.* Unde Apoſtolus Timotheum monet: *2. Tim. 4. 2.* *Inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa.*

Janſen. 4. *Quoniam autem ſciebat Dominus*, inquit Janſenius, *hoc facto offenſos animos Phariſæorum, ut poſt ſanatum corpus, mederetur & mentibus, pravis judiciis infectis, reſpondens adcogitationes illorum, dixit &c.*

Apo-

Apoſtolus proinde monet: *Si eſuriet inimicus tuus, ciba illum; hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus*: qualis autem hic cibus eſſe debeat, qui inimicis noſtris ſubminiſtrandus eſt ſcil. quod nō de corporali ſed ſpirituali cibo intelligendum ſit, hiſce ſequentibus verbis declarat: *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum; & redde pro malo bonum*; id quod Chriſtus hoc loco egregiè præſtitit, etenim Phariſæi, capitales ejus inimici erant, qui mortem ejus anxiè deſiderantes, ad epulas illum invitarant, ut eum accuſare & calumniari poſſent; ipſe verò pro malo bonum reddere voluit, quia ſicut huic hydropico, tanta cum benignitate corporalem reſtituit ſalutem, ita quoque per hanc parabolam & diſcurſum, hoſce inimicos ſuos à ſpiritualibus ipſorum infirmitatibus curare intendit.

Rom. 12. 20.

Ibid. 21.

Janſ. 5. Janſenius cauſam reddit, cur S. Lucas diſcurſum hunc parabolam vocet, cùm tamen potiùs moralis quædam doctrina fuerit; dicit ergo: *Ideo parabolam vocat, quod ſub hoc ſermone, quo ad civilem quandam in conviviis ſervandam modeſtiam, ad literam hortatur; docere Dominus voluerit, ſectandam ſemper & ubique humilitatem, & ſui depreſſionem, fugiendam verò ſui exaltationem, quod per hanc fit, ut quis plerumque ab hominibus ſemper aut à DEO humilietur; per illam verò contrafiat, ut quis à DEO & hominibus exaltetur.*

Did. Stell. 6. Didacus Stella Chriſtum hoc exemplo miniſtros verbi DEI inſtruere voluiſſe dicit: *Obſervandus eſt locus iſte præconibus verbi DEI, ut non illicò verbum veritatis ſubtrahant, ubi vel animo peſſimo vel capiendi ſtudio, quoſdam ſibi auditores ſenſerint adeſſe; ſperantes, ut ſicut Chriſtus multos dolo venientes virtute ſui verbi ad pietatem convertit, ita per ſuos id poſſe præcones*; adducitque Jeremiæ exemplum, qui cùm à populo, prædicationem ejus ſurdis auribus excipiente, deridetur, habereturque indignè, à prædicatione deſiſtere ſtatuerat; cui tamen DEUS contra præcepit, dicens: *Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant & convertantur unuſquiſque à via ſua mala, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis.*

Jer. 26. 2. & 3.

Intendens, quomodo primos accubitus eligerent.

4. Lyranus hæc verba non modo de primo & honoratiori in epulis ſolemnibus accubitu, ſed de quavis alia à nobis quæſita ambitioſè dignitate interpretatur, dicens: *Primus accubitus eſt quælibet electio vel poſtulatio, ſeu promotio ad aliquam dignitatem, ad dignitates enim ſe nullus debet ingerere, ſed alios meliores ſe præponere, quantum eſt in ſe; aliàs invitator principalis ſcilicet DEUS, à quo eſt omnis poteſtas, dejiciet eum à ſua dignitate, ſaltem ſpiritualiter, ſententia damnationis, aliquando enim dejicit tales pœna temporali depoſitionis: autem refugiens, ſicut faciebant patres antiqui, ut Gregorius, Ambroſius & ſimiles, tandem ex obedientia ſuſceperit, & ex charitate fraterna, ea bene uſus fuerit, tandem cœleſtem gloriam obtinebit, ideo ſubditur, Erit tibi gloria.* *Lyran.*

8. Eſt autem hoc loco notandum, quòd venenum vel maximè in ly *eligerent*, conſiſtat, non enim honorum poſſeſſio condemnatur, ſed eorundem inordinata ambitio: *Attende diligenter*, inquit Salmeron, *quod non ait: intendens, quomodò in primis recubitibus ſederent, ſed quia primos accubitus eligerent; periculum enim eſt in eligendo ſeu affectando, non ita in ſedendo; multò enim ſupremum locum, à faſtu alieniſſimi occupant; multi ultimo loco ſedent, qui ſibi & meritis ſuis vix ſufficere putant, vel honeſtiſſimum & primarium locum.* *Salmer. loc. cit.*

9 Didacus Stella pariter, culpam non in ſublimi faſtigio, ſed in ambitioſo prætendentium affectu conſiſtere, hoc evidenti concludit diſcurſu: *Neceſſe enim eſt, ut ex multis unus ſupremum locum habeat; etſi Papa, Rex, Epiſcopus aut Prælatus ſedeat in loco eminentiori, hoc non damnat Chriſtus. ſed hac appetere, ambire & eligere condemnat.* Nihilominus citra omne dubiū, grandior exſurgit in prætendente culpa, majorque reatus, ſi dignitatem ambiat, ad quam ſe omnino inhabilem novit, nullis inſuper præcedentibus meritis; quem ambiendi genium Albertus Magnus ex præſenti Evangelii textu elicit, inquiens: *Eligerent, hoc eſt, ſine merito virtutis acciperent cathedras honoris & dignitatis, propria voluntate, non vocati ad eas authoritate ſupe-* *Did. Stell.* *Alb. M. hic.*

S. Cyril. in cat. *ſuperioris* ; quos ambitioſorum cœtus tanquam temerarios ſugillat. S. Cyrillus à ſancto Thoma in catena citatus, dum ait: *Proſilire promptè ad honores, qui nobis non conveniunt, indicat nos temerarios eſſe, & noſtra facta vituperio replet.*

Verſus 8.

Cùm invitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit invitatus ab illo.

Cùm invitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco.

Cajet. 1. Cajetanus verba hæc Chriſti ſecundùm ſenſum non literalẽ, ſed ſpiritualem ad Phariſæos directa fuiſſe opinatur, dicens: *Manifeſtè apparet, quòd ſequens doctrina (quæ ſecundùm literam morale ſonat documentum) aliò tendat, quàm ad docendum, morem ſervandum, circa accubitus in convivio.* Tandem verò Author concludit, Chriſtum hæc dixiſſe, ut eam nos doceret, quæ ſuperbos pœna, & humiles maneat honor: *Ecce quò tendit parabola ad pœnam ſuperbiæ, & præmium humilitatis.* Salmeron quoque ſimilem diſcurſum facit, dum ait: *Loco parabolæ à Chriſto introducuntur celſiora, & majora myſteria, quàm ipſe cortex prima facie polliceatur.* Deinde oſtendendo impoſſibile eſſe, quòd conſilium, ultimo loco occupando adimpleri poſſit, eò quòd ſemel illo occupato, qui ſupervenit, fruſtra ultimum locum quæreret: *Imò jam non minus pugna eſſet, nec minor ambitio, in altimo loco occupando, quàm in primo; nam cùm locus poſtremus ut honorabilior habeatur, jam multi propter eo, non quia ultimus ſit, ſed quia dignior & honorificentior, contenderent; & ſic occupare ultimum locum ſuperbiæ eſſet, non humilitatis.* Denique ſubinfert, verba illa non tam de ſeſſione corporali in hoc ultimo loco, intelligenda eſſe, quoad effectum, quàm quoad affectum: *Debet hoc præceptum ſedendi in ultimo loco, intelligi ſecundùm animi præparationem, id eſt, oportet ſincero animo non ambire prima ſubſellia.*

Salm. loc. cit.

Hugo Card. 2. Hugo Cardinalis in ſenſu myſtico, per invitationem ad nuptias, noſtram vocationem ad fidem intelligit: *Id eſt, cùm vocatus à Chriſto per inſpirationem vel prædicationem exteriorem, unitati Eccleſiæ ſociatus fueris, non diſcumbas in primo loco, id eſt, non te extollas præ cæteris, de ſcientia vel de meritis gloriando,* quin potiùs, ut in humilitate perſeveres, conſiderandum eſt, primum locum donum DEI eſſe, nóſque illum minimè promeruiſſe; imò tantò plus locus primus timendus, & cum tremore à nobis accipiendus eſt, quod neſciamus, an obligationibus illius ſatisfacturi, in eaque ſimus perſeveraturi ad finem uſque.

Salm. ib. 3. Salmeron præſumptuoſam hanc in primo loco ſeſſionem, quoad myſterium de Lucifero explicat, ſecundò de protoparente noſtro, tertiò verò de quovis alio ambitioſo & elato homine: *Videtur hæc parabola primò petere damonem, deindè Adamum, tertiò quemvis ſive dæmonis ſive Adæ diſcipulum, & in ſuperbia imitatorem*; porro de Lucifero in Iſaia ſcribitur: *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra DEI exaltabo ſolium meum*; & in Ezechiele: *DEUS ego ſum, ego feci memetipſum.* Subjungit verò Salmeron, *ſed venit honoratior illo, Chriſtus DEUS & homo; cum imperio, per ſe & per Michaëlem cum exercitu ſuo præliantem, dictum eſt ſatanæ: da huic locum; quis enim ſicut Dominus DEUS noſter. De loco ejectus eſt, & capit cum rubore noviſſimum locum tenere.* Iſaias quoque ſuperbo huic ſpiritui dicit: *Ad infernum detraheris, in profundum laci.*

Iſa. 14. 13. Ezech. 28. 2. Iſa. 14. 15.

Ne fortè honoratior te ſit invitatus ab illo.

Hugo C. 4. *Id eſt, DEO invitanti gratioſior*, inquit Hugo Cardinalis, *ſi invitatus, id eſt, ad fidem vocatus à DEO, qui omnes vocat, aut per inſpirationem, aut prædicationem, aut flagellorum viſitationem, aut per viſitationem beneficiorum; tunc cùm te extuleris, id eſt, meliorem te cæteris reputaveris, veniens is, qui te & illum invitavit, id eſt, DEUS, qui corda ſingulorum & merita intelligit, juxta illud: Spirituum ponderator eſt Dominus: dicat tibi interiùs occultè, vel exterius manifeſtè, ſæpè enim DEUS videns aliquem de ſe præſumentem, & ſe aliis præferentem, per miſericordiam ei intimat, quo ille, cui ſe præfert, ei præferendus eſt, ut revocet eum ab errore ſuo.*

Prov. 16. 2.

Verſus

Verſus 9.

Et veniens ìs, qui te & illum invitavit, dicat tibi: da huic locum, & tunc incipias cum rubore novisſimum locum tenere.

S. Bonav. hic

1. S. Bonaventura ait: *Qui nos invitavit, eſt Chriſtus, qui venit ad nos, vel per inſpirationem, vel per mortem, vel per finale examen.*

Eccl. 3. 20.

2. Cedere locum ſuum, inquit Gloſſa, eſt habere de ſe conceptum, quovis alio inferiorem, *Id eſt, intellige te minorem, & alios majores te & meliores: Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram DEO invenies gratiam; & tunc, id eſt, quando cognoveris meliora de aliis, quibus te priùs meliorem putabas, incipies cum rubore novisſimum locum tenere, id eſt, tunc confunderis, quia te aliis prætuliſti.*

Tit. Boſt.

3. Titus Boſtrenſis modeſtiam nobis inſinuat, omnemque à cunctis dignitatibus, animi alienationem: *Ille cordatus eſt, qui, cùm primæ ſedis honorem iure mereatur, adeò illum non affectat, ut ultrò quoque aliis deferat, quare magnum præclaramque donum eſt, animus modeſtus ſuaque ſorte contentus.*

4. Ecce mirabiles ſuperborum & arrogantium metamorphoſes, ecce incredibiles ſcenæ mutationes, quæ in hoc ſæculo quotidie videntur, qui enim in primo loco conſiſtebat, cum rubore deponitur & contemnitur

Pſ. 36. 35

in ultimo: *Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani, & ecce non erat*

Pſ. 72. 18.

in alio quoque pſalmi loco dicitur: *Deſeciſti eos, dum allevarentur.* Quantò enim amplius in altum aſcenditur, tantò eſt vicinius præcipitium: mundi honor & gloria fumo comparatur; de ſuperbis namque David ait:

Pſ. 36. 20.

Deficientes, quemadmodum fumus deficient; fumi autem proprium eſt, quòd quantò ampliùs extollitur tantò plus rarefiat, deficiat & evaneſcat. Unde S. Gregorius ait: *Fumus aſcendendo deficit, & ſeſe ailatando evaniſcit; ſic videlicet fit, cùm peccatoris vitam præſens felicitas comitatur, quia unde oſtenditur, ut alius ſit, inde agitur, ut non ſit.*

S. Greg. l. 11. regiſt epiſt. 5.

5. *Cum rubore novisſimum locum tenere,* idem eſt, quod in honoribus contemni: *Gloriam ſapientes poſſidebant*, inquit in Proverbiis Sapiens, *ſtultorum exaltatio ignominia*; Regius Vates, qui quænam ſit dignitatum humanarum conditio, quovis alio perfectiùs intellexit, ita inquit: *In circuitu impii ambulant, ſecundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.* Pagninus legit: *Cùm exaltati fuerint, vilitas eſt filiis hominum*, dum enim indigni coram omnibus extolluntur, imperfectiones & vitia illorum magis apparent, cum proprio eorum ludibrio & vilipendio. De horum numero erat ille à ſancto Bernardo adductus: *Eò deformior, quò illuſtrior; nunquid poteſt civitatis ſupra montem poſitæ deſolatio occultari, aut latere fumus lucernæ exſtinctæ ſuper candelabrum?* Ingenioſa profectò eſt illa ambitioſorum ſimilitudo, quâ illi, qui ſine meritis ad honores fuêre evecti, è quibus poſtea rotâ fortunæ inverſâ dejiciuntur, currui Ezechielis comparantur, qui quatuor diverſas facies referebat. Prima eſt leonis, ſiquidem ſuperbus tanquam leo, terribilem ſe omnibus facit, & continua febri illa inardeſcit, de qua S. Ambroſius ait: *Febris noſtra ambitio eſt*, ſecunda facies eſt aquilæ, quia ad inſtar aquilæ, eò uſque extollitur, ut, qui hactenus amici ejus & noti fuerunt ab oculis ipſius diſpareant, dum illos agnoſcere erubeſcit, quia ab ea dignitate decidens ad priſtinum eſſe hominis revertitur: quarta denique eſt bovis, quia tunc vel maximè inſcitiam ſuam manifeſtam eſſe facit; unde ab unoquoque contemnitur. Quiſquis honoribus dignus eſt, nec tamen illos prætendit, ſed per obedientiam ad eorum poſſeſſionem evehitur, in omni ſtatu ſive privato, ſive publico, in honore & reverentia ſemper ab omnibus habetur, cujus contrarium indignis accidit, de quibus Salvianus dicit: *Quid eſt aliud principatus ſine meritorum ſublimitate, niſi honoris titulus ſine homine, aut quid dignitas indigno, niſi ornamentum luto?*

Prov. 3. 35.

Pſ. 11. 9.

S. Bern. l. 2. de conſid. c. 7.

Ezech. 1. 6.

Salvian l. 4. de provid.

6. Didacus Stella per illos, qui primas ſedes occupant, abſque eo, quòd ad illas vocati fuerint, aut invitati, tales intelligit, qui in dignitates ſemetipſos per vim intrudunt, contra quos valet illud Apoſtoli axioma, quod, utpote clarum, nullo gloſſemate indiget, nimirum: *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à DEO,*

Did. Stell.

Hebr. 5. 4.

ſanquam Aaron. Evidens enim indignitatis
Hebr. 5. 4. alicujus ſignum eſt, ſi qui nullum ſuperioritatibus & prælaturis congruum meritum habet, eaſdem nihilominus ambiat, procuret & mediis illicitis quærat. Ac proinde S. Bernardus cum Eugenio Papa de iis ſubjectis deliberans, quæ ab Eccleſiaſticis dignitatibus excludi merentur, hæc ei monita ſuggerit: *Sanè huic negotio non ſe ingerat rogans; conſilio non prece agendum eſt, alius pro alio, alios fortè & pro ſe rogat, pro quo rogaris, fit ſuſpectus, qui ipſe rogat pro ſe, jam judicatus eſt, nec intereſt, an per ſe an per alium quis rogat.* Sufficit igitur de aliquo ſcire, quòd ſit ambitioſus, quod vel per ſe vel per alium honores & dignitates conſectetur; hoc, inquam, ſufficit, ut quis ſine temeritate aliquem honoribus indignum eſſe judicare poſſit. Arrogans nimis præſumptio eſt, ſi quis credat, ſe adeò validos habere humeros, ut Epiſcopatûs alicujus onus ritè ſuſtinere poſſit, de quo Concilium Tridentinum teſtatur, quòd ſit *Angelicis humeris formidandum*, quodque S. Auguſt. appellat *periculoſiſſimum miniſterium*, S. Paulinus *ſacram molem*. Ad hoſce feriendos calamum ſuum acuit S. Bernardus, inquiens: *Miror audaciam plurimorum, quos videmus de ſuis vineis non colligere niſi ſpinas & tribulos, vineis tamen dominicis etiam ſe lingerere non vereri*, quos proinde latronum titulo mactat, ſiquidem Chriſtus ait: *Qui non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro: fures ſunt & latrones, non cuſtodes neque cultores.* Contra hos Deus ipſe, per os Oſeæ, exprefsè proteſtatur, dicens: *Ipſi regnaverunt, & non ex me.* Ubi S. Gregorius ait: *Ex ſe autem, & non ex arbitrio ſummi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquam divinitus vocati, ſed ſua cupiditate accenſi, culmen regiminis rapiunt potiùs quàm aſſequuntur, quos tamen internus judex & provehit & non agnoſcit, quia quos permittendo tolerat, per judicium reprobationis ignorat.*

Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 1. de reform.
S. Aug. ep. 146.
S. Paulus epiſt. 6.
S. Bern. ſerm. 28. in cant.
Oſe. 8. 4.
S. Greg. 1. part. c. 8.

Verſus 10.

Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in noviſſimo loco, ut, cùm venerit, qui te invitavit, dicat tibi: amice aſcende ſuperiùs, tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus.

Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in noviſſimo loco.

1. Salmeron Chriſtum his verbis ſemetipſum ad vivum delineaſſe exiſtimat, utpote qui in myſticis hiſce nuptiis ultimum ſemper locum obtinuit; *quia natus in præſepi, per incarnationem exinanitur, in vita non habuit, ubi caput ſuum reclinaret, & inter Apoſtolos erat tanquam miniſter, unde dictum eſt illi, Amice, in quo mihi bene complacui, aſcende ſuperius, nempe reſurgendo à morte, & aſcendendo in cœlum, & ſedendo à dextris virtutis DEI, hoc eſt, occupando primum locum convivii, de quo Apoſtolus: Propter quod & DEUS exaltavit illum, & donavit illi nomen &c. Ex tunc fuit illi magna gloria coram ſimul diſcumbentibus &c.* Salm. loc. cit. Phil. 2. 9

2. Hugo Cardinalis hæc verba de noſtrî ipſiusmet contemptu exponit; *te minorem omnibus reputando, hoc non faciunt, qui in Eccleſia appetunt dignitates prælationum, aut in cloiſtro ſe reputant ſanctiores, aut in ſcholis ſapientiores, volendo audiri & nunquam audire.* Hugo Card.

3. Salmeron hîc quærit, quidnam aliquis in casu, quo ultimus locus occupatus fuerit, facere debeat, an certare cum illo debeat, ut ipſum ex infimo loco repellat? reſpondetque negativè: *Quia, ut ait Baſilius, non minus ordinem & pacem perturbat & ambitioſum eſt, certare pro ultimo loco atque pro primo.* Quòd ſi autem ulterius quæſieris, quomodo igitur præceptum Chriſti impleri poſſit, reſpondetur, *potes corde ſedere, te viliorem & inferiorem cæteris æſtimando.* Citatque dogma authoris imperfecti, ſcribentis: *Quod jubet nobis in ultimo loco Dominus recumbere, non ſolùm ſic jubet, ut corpore in noviſſimo jaceamus, ſed etiam animo, ut noviſſimos nos eſſe omnium judicemus; nam ſine cauſa loco ſe humiliat, qui corde ſe præfert, unde non vituperat eos, qui primo loco recumbunt, ſed eos, qui amant primos diſcubitus, ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum*: qui enim in primo loco & in prima ſede confident, ſe eâ indignos eſſe exiſtimare debent; multi in ſublimi ſedent, qui, ſi in arbitrio illorum ſtaret, pedibus aliorum, ſcabelli loco ſervirent. S. Carolus ſæpius ſe privatum ſacerdo- Salmer. Author Imperf. hom. 43.

cerdotem esse malle protestatus fuit, ut majori cum sollicitudine pro lucro & servitio animarum in pagis, vicis & locis alpestribus laborare posset; multi econtra in loco infimo sedent, qui tamen in corde suo magnam primam loca occupandi ambitionem fovent. Sanctus Antonius de Padua ait: *Magna superbia, in nuptiis, id est, JESU Christi Ecclesia, in primo loco, id est, dignitatis excellentia velle discumbere.* *S. Anton Pad.*

Salmer. 4. Salmeron per hasce nuptias in alio sensu, eucharisticas intelligit, pro quibus hoc nobis suggerit documentum: *Caveamus nobis a primo loco, aut cæteris nos certiores existimare, vel quod frequentius, vel cum majori sensibili devotione communicamus, sed per omnia indignos nos tanto cibo habeamus, & ex corde dicamus: Domine non sum dignus, ut intres &c. qui enim hoc sentit, ut dicit, dignus* *Jac. 4. 6* *est fructu tanti cibi; quia DEUS superbis resistit, humilibus autem dat gratiam; & huic dicetur: amice ascende superius.*

S. Bern. Sen. to. 4 serm. 16. 5. S. Bernardus ait: *Novissimus locus mors est*, ac proinde si hujus cælestis panis substantiâ frui, agnique nuptiis, cum animarum nostrarum fructu, accumbere volumus, mortem meditemur. Subcinericius Eliæ panis hujus Sacramenti symbolum fuit; de hoc autem Hugo Cardinalis ait: *Panis* *3. Reg. 19. 6.* *Hugo Card. ibid.* *subcinericius est memoria mortis, quæ multùm reficit animam*; Salvator noster institutionem sanctissimi Sacramenti, per triginta trium annorum spatium, usque ad noctem, quæ mortem ejus præcessit, distulit: *Qui pridie quàm pateretur, accepit panem &c.* Ut illis, qui eo cibandi essent, tantò vivaciùs, non modò memoriam passionis suæ, sed simul etiam vitæ nostræ finem imprimeret, cum institutum sit, velut unicum itineris ad cœli patriam instituendi viaticum; ac proinde magnum utique convivium hoc fructum conferet, si, qui ad illud accedunt, se novissimè & postremò ad illud accedere sibi persuadeant.

Loc. cit. serm. 15. 6. Idem quoque S. Bernardinus ait: *Locus novissimus est paradisus*, quisquis igitur in se omnem fastum & pompam mundanam reprimere, omnemque cujusvis dignitatis ambitionem deponere voluerit, in paradisi gloria cælorumque regno se ponendum contempletur.

7. At verò si per novissimum locum, prout in hujus sancti sententia diximus, mors intelligatur, hæc pariter unicum est medium, ad depellendam à nobis omnem mundanorum honorum vanitatem: *Quia non est respectus* *Ps. 72. 4* *mortis eorum, ideo tenuit eos superbia.*

Ut cùm venerit, qui te invitavit, dicat tibi: amice ascende superius.

8. Hugo Cardinalis hisce verbis hanc adhibet paraphrasin: *U. cum venerit in morte* *Hugo Card.* *vel ad judicium, vel quotidie per inspirationem, qui te invitavit, dicat tibi: amice qui amaris & amas semper, ascende superius, in præsenti ad majus meritum, in futuro ad majus præmium*, quoadusque enim in hoc mundo vivimus, ad majores meriti gradus ascendere conari debemus: *Ibunt de virtute in virtutem,* *Ps. 83. 8.* *videbitur DEUS Deorum in Sion.* S. Bernardus, ut nostram confundat hac in re pigritiam, hominum mundialium nobis proposuit insatiabilitatem, in explendis suis cupiditatibus & appetitibus, sive honores spectes, sive facultates aut voluptates: *Nonne ipsorum insatiabilia desideria arguunt nos negligentiæ & tepiditatis; pudeat certè spiritualium nos bonorum minus cupidos inveniri*; existimo profectò, quòd si in cælites cadere tristitia posset, illam non aliunde orituram, quàm quia hic in terris majora sibi merita non compararint, ut ad eminentiorem ascendere possent gradum beatitudinis. *S. Bern. epist 341*

9. Lucas Burgensis locum illum adducit *Prov.* Sapientis: *Ne gloriosus appareas coram* *25. 6.* *Rege, & in loco magnatorum steteris, melius* *Lucas* *est enim, ut dicatur tibi, ascende huc, quàm ut* *Burg.* *humilieris coram Principe*; qui idem author paulo post valde considerabilem subjungit sententiam, dicens; *Veræ est gloriæ, quæ datur, non quæ ambitur.* S. Antonius Paduanus *S. Ant.* ad ly *amice* se reflectens, ait: *Ex humilitate* *Padua.* *amicum te agnoscit, qui ex præsumptione te* *loc. cit.* *postposuit*; sed quid mirum, siquidem ut Didacus Stella ponderat: *Deposuit potentes* *Did.* *de sede, & exaltavit humiles; eos, qui sponte* *Stell.* *sua mundi honores & gradus contemnunt, ex-* *Luc. 1. 52* *tollit DEUS, deprimens ambitiosos.*

10. Ecce igitur tibi modum, quo exaltari & magnificari possis, si nimirum tibi

vilescas, atque ad infimum usque tuî ipsius conceptum te contemnas; unde Isidorus Pelusiota ait: *Qui virtutes suas magnas reddere cupit, ne eas magnas esse existimet, & tunc magnæ erunt.* Moyses Ægypti totius regnum repudiavit, seque digniorem esse censuit, qui ligonem tractaret, aut aratrum duceret, quam sceptrum; qui servili cingeretur veste, quàm regio amiciretur paludamento: sed quid Deus noster fecit? Non solùm eundem ad sublimissimam dignitatem, qualis erat data ipsi in totum populum suum potestas & imperium, evexit, sed etiam illum suum in terris locum tenentem, imò deum Pharaonis esse voluit: *Constitui te deum Pharaonis.* Ubi S. Ambrosius ait: *Fugiendo potentiam potentior factus est, factus est enim in deum Regi Pharaoni;* quos Moyses non adhibuit conatus, ne ad munus illud promoveretur, balbutientem se & ineptum ad omnia protestando; ex qua reluctantia Origenes hoc elicit documentum: *Bonum est, non prosilire ad eas quæ à Deo sunt, dignitates & principatus, & ministeria Ecclesiæ, sed imitari Moysen, & dicere cum eo: Provide alium quem mittas; neque enim ad principatum Ecclesiæ venit, qui salvari vult.* Sceptrum imperii, quod Dominus Moysi in manus dedit, virga illa prodigiosa fuit: at verò quare eandem in serpentem mutari fecit, hoc enim animal super terram serpendo repit; notandum igitur, quòd virgam non priùs in serpentem transformavit, nisi postquam eadem in terram projecta fuit, ad insinuandum, eos rectè regere & gubernare, nisi qui in honoribus ad terram se prosternere norunt, id est, qui ex honoribus, quibus præfulgent, non efferuntur in superbiam, sed se ad instar aliorum, homines, & ex communi Adæ massa efformatos esse agnoscunt. Deus quoque eidem Moysi de Josue dixit, qui ei in gubernatione populi successurus erat: *Dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ,* ubi Oleaster aptè ad propositum nostrum legit: *Dabis ei de dejectione, vel projectione tua,* ac proinde advertendum est quòd illa Moysis in terram humiliatio & projectio idem sit, quòd ejus exaltatio & glorificatio, siquidem idem significat, *Gloriæ tuæ, quod dejectionis tuæ;* Moyses enim in solitudine adeo renuit principatum, ut projectus ad illum videri posset. Enim verò quanta cum renitentia magnus ille populi Dux Josue, cui spiritus ille communicatus fuit, post mortem Moysis in illam se dignitatem collocari permisit? Etenim eodem in loco priùs dicitur: *Tolle Josue virum, in quo est Spiritus Dei,* ubi Abulensis ly *Tolle* notans ait: *Tolle significat ductionem quandam non voluntariam, in qua significatur quòd Josue non petierit istum principatum, nec appetebat, sed solùm ex mandato Dei assumpsit.* David de sua ad regnum assumptione discurrens, hocce Dominum alloquitur humilitatis & submissionis discursu: *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adjuvisti me huc usque?* Ecce tibi qualem regno adeò copioso & opulento, quale Israel erat, titulum imposuerit, nimirum *Hucusque*: & quidem ex ly *Adduxisti* patet, ipsum jussum esse ascendere superius, eo quòd in ultimo convivii loco se collocarat, quando dicebat: *Quis sum ego, & quæ domus mea?* Item: *Quem persequeris,* dicebat Sauli, *canem mortuum?* atque hoc motivo, Dominus nuptiarum commotus, ipsum primum locum conscendere jussit; unde Samuel jussu Dei Sauli dixit: *Quæsivit Dominus sibi virum juxta cor suum.* Ubi S. Gregorius ait: *Quia electi viri ad honoris primatum non ex ambitione veniunt, sed coacti perducuntur, benè dictum est, & præcepit ei, ut esset Dux. q. d. in honorem prælationis non per ambitionem, sed coactus ascendit.*

Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.

11. *Id est,* inquit Hugo Cardinalis, *in eâdem fide manentibus, vel eandem lectionem audientibus, vel in eadem beatitudine quiescentibus; qui omnes cum admiratione glorificabunt te, prius humiliatum, dicentes: Mihi autem nimis honorati sunt amici, Deus, nimis confortatus est principatus eorum.*

12. Videmus per experientiam ambitiosos & superbos, qui per fas nefasque dignitates venantur, omnibus abominabiles esse, omniumque censuræ subjacere; econtrà verò, qui eas justè merentur, & tamen fugiunt, & consequenter inviti ad easdem promoventur, corda, voluntates, & laudes omnium sibi comparare, maximeque ab omni-

Isid. Pelus. ep. 373.

Exod. 7. 1.

S. Ambr. in Ps. 118 oct. 8.

Orig. ho. 6. in Isa.

Num. 27. 20.

Oleast. ib.

Num. 27. 18.

Abul. q. 41.

2. Reg. 7. 18.

1. Reg. 24. 15.

1. Reg. 13. 14.

S. Greg.

Hugo Card.

Ps. 138. 17.

omnibus in ejuſmodi gradibus conſtitutos æſtimari & honorari. Unde Laurentius Juſtinianus exclamat dicens: *O ſancta humilitas, ſola in tuis vilis oculis, tuo te condemnas judicio, quantum Deo amabilis es! quàm chara! quàm dignitate ſublimis! quàm dives meritis! tu omnium te noviſſimam credens, cæteros honorabiliter antecedis; dum deſcendis, aſcendis; dum gloriam fugis, acquiris; dum latere cupis, efficeris manifeſta: ſine tuo detrimento proficis, ſine elatione præes.*

B. Laur. Juſtin. de triumph. Chriſti c. 3.

Verſus II.

Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Quia omnis, qui ſe exaltat.

1. Valde conſiderabile eſt ly *Qui ſe exaltat*; non enim dicit: *Omnis qui exaltatur*, ſed *qui ſe exaltat*, indicando ambitioſos, qui in honores ultrò ſe ingerunt & intrudunt; vel qui in proſperitatibus evaneſcunt, & ſuperbi evadunt; vel qui alios contemnendo, nimium de ſeipſis præſumunt. Didacus Stella etiam ad idem veroum ſe reflectit, dicens: *Non dicit: omnis qui exaltatur, ſed omnis qui ſe exaltat: quia multi ſunt exaltati, qui ſunt juſti; ſed ait: Omnis qui ſe exaltat, id eſt, exaltat ſeipſum, ambiendo honores & dignitates; non poteſtas, ſed elatio in crimine eſt.*

Did. Stell.

Humiliabitur.

2. *Hoc dicitur ſecundùm divinum judicium*, inquit S. Thomas, *non ſecundùm humanam conſuetudinem, ſecundum quam plures concupiſcentes honores, conſequuntur; alii vero ſe humiliantes, inglorii remanent*; hoc eodem caſu Carthuſianus quoque hæc verba explicat, intelligens illa de confuſione æterna: *Humiliabitur humilitate pœnali in futuro, tantò confuſibilius atque pœnalius à Chriſto, omnium judice, quantò ſe nunc magis extulerit, niſi per veram pœnitentiam ſeipſum in hac vita humiliaverit*: etenim loca magis eminentia, quotidianâ experientiâ teſte, iræ cœli magis ſubjiciuntur; ſiquidem divinæ juſtitiæ fulmina ſibi attrahunt; id quod clarum eſt indicium, quòd quò dignitates ſunt ſublimiores & præcellentiores, tantò eos, qui in ipſis ſunt poſiti, majorem contra ſe ob multas transgreſſiones, Dei provocare furorem; utpote in quibus etiam non nunquam ii, qui perfectiſſimi & ſanctiſſimi ſunt, periclitantur. Unde Tertullianus ait: *Saul bonus præ cæteris, livore poſtea everſus; David vir bonus ſecundùm cor Domini, poſtea cædis & ſtupri reus eſt: Salomon omni gratiâ & ſapientiâ donatus à Domino, ad idololatriam a mulieribus inducitur*; ex quibus præmiſſis hæc deducitur conſequentia, ſcilicet paucos admodum eſſe, qui in culmine locisque altis & elevatis poſiti, non patiantur vertiginem & cadant; *ſolt Dei filio ſervabatur, ſine delicto permanere*: & tamen notandum eſt, quòd & ipſe non quidem ob periculum, quod potuiſſet incurrere, ſed ad noſtram inſtructionem in Regem eligi detrectaverit, dumque ſibi omnia regna terræ præſentarentur, ſe illorum Dominum eſſe, aut dominum habere negavit, imò expreſsè proteſtatus eſt, dicens: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*; ut per hoc nobis innueret, quanto ſint imperia & honores ſubjecti periculo, quamque vicini æternæ ſalutis jacturæ. Judas à Deo ad ſublimem Apoſtolatûs dignitatem vocatus fuit; Saul pariter in Regem violenter quaſi eſt unctus, quia ne exaltaretur, ſeſe abſcondit; & tamen inquit S. Baſilius: *Si, qui delatam ſibi gloriam acceperunt, condemnati ſunt: ſine controverſia, qui ultro ſibi non delatam acquirunt, graviſſimo ultra quàm dici poteſt, judicio plectentur.*

Tertull. de præſcrip. c. 3

Joa. 18. 36.

Et qui ſe humiliat, exaltabitur.

3. *Id eſt*, inquit Carthuſianus, *qui veram humilitatem ſuerit amplexatus, propriam parvitatem & defectuoſitatem penſando, ſe culpando, ſeq; coram Deo dejiciendo & proſternendo, & ejus miſericordiam jugiter implorando.*

4 Advertendum quoque eſt, quòd ſimiliter de humili dicatur: *Qui ſe humiliat*; non verò, *qui humiliatur*; quia virtus humilitatis debet eſſe voluntaria & interna: ſi enim humilem eſſe ab aliis dependeret, quomodo unquam hanc virtutem conſequi poſſemus aliis invitis? Jam enim in noſtra

non

non ſoret poteſtate? at verò non eſt ita, omnino enim dependet à nobis, ac proinde cùm honor & gloria, ad humilitatis & proprii contemptûs proportionem incrementa accipiat, certi & ſecuri ſimus quòd, quantò magis nos humiliaverimus, tantò quoque magis exaltandi ſimus: non ita accidit ſuperbo, in cujus manu non eſt honorari vel æſtimari, cùm honores ab ipſo prætenſi ab aliena pendeant voluntate, ac proinde diſficile illis eſt, ut fines ſuos aſſequi poſſint; verùm enimverò valde in hac materia notandum eſt ſequens utile documentum, nimirum quòd nonnunquam ſub profunda quadam humilitate tegi poſſit inſignis ſuperbia, tunc ſcilicet, quando quis ideo ſe abjicit & contemnit, ut magis ab aliis æſtimetur, ac proinde Albertus Magnus ait: *Humilitas eſt virtus, qua homo veriſsimâ ſui cognitione ſibiipſi vileſcit.* S. Bernardus quoque nos docet, quòd tunc verè nos humiles ſimus, quando omnibus virtutibus verè ornati, omnibus nos virtutibus deſtitutos eſſe exiſtimamus: *Magna & rara virtus profectò eſt, ut magna licet operantem, magnum te neſcias, & manifeſtam omnibus, tuam te ſolum latere ſanctitatem; mirabilem te apparere & contemptibilem reputare; hoc ipſis virtutibus mirabilius judico.* S. Hieronymus in Epiſtola 4 de S. Paula ait: *Quanto plus ſe dejiciebat, tanto magis à Chriſto ſublevabatur; latebat & non latebat, fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem quaſi umbra ſequitur, & appetitores ſui deſerens, appeti contemptores.* Mundus, qui cor & oculos ſuos in dignitates defixos tenet, eaſque æſtimat, omnique conatu venatur, obſtupeſcit & admiratur illos, qui, cùm nimiles dignitates habere poſſint, eaſdem nihili æſtiment. Salutare proinde eſt illud D. Chryſoſtomi monitum: *Si gloriæ amatores, tam fugias & habebis: nihil enim æquè ſolent admirari homines atque eum, qui non ſuſtinens celebrari, omnia iſta contemnit.* In ſacris pariter & profanis hiſtoriis minimè celebrantur, qui honores quæſiêrunt, & oblatos libenter amplexati ſunt; bene tamen illi, qui omnia, ne eos acciperent, quæſiêrunt effugia; hæc repulſa in ſummam cedit gloriam eorum, qui ſe ab iis omnino alienos eſſe probarunt. Aurea proinde eſt illa S. Bernardi ſententia: *Humilitas in honore, honor eſt ipſius honoris, & dignitas dignitatis, omnis dignitas ipſo dignitatis nomine indigna eſt, ſi humilitas dedignatur.* Idem quoque melliſluus Doctor ad Chriſtum ſe reflectens, qui, priuſquam ad dextram Patris ſederet, *deſcendit primo in inferiores partes terræ*, imò in ipſam inferni abyſſum, dicit: *Ego autem credo, eum in hoc ipſo, quòd deſcenderit, aſcendiſſe; ſic enim oportebat Chriſtum aſcendere, ut nos aſcendere doceremur; cupidi quidem ſumus aſcenſionis, exaltationem concupiſcimus omnes, nobiles enim creaturæ ſumus, & magni cujuſdam animi, ideoque altitudinem naturali appetimus deſiderio;* at verò idem S. Doctor paulò poſt, modum aſcendendi nos docet, qui ſimilis debet eſſe illi, quo Chriſtus aſcendit, qui priùs ſe humiliavit: *Qui altè vadit*, inquit, *cadit potiùs quàm aſcendit, quia ſola eſt humilitas quæ exaltat, & per humilitatem ad ſublimitatem aſcenditur, quia hæc eſt via, & non alia præter ipſam.*

Alb. M. ſerm. in Dom. 3. Advent.

S. Bern. ſerm. 13 in Cant.

S. Hier. in Epitaph. S. Paulæ.

Chryſoſt ho. 17. ad Rom.

S. Bern. ſer. 34. in Cant.

ſerm. de Aſcenſ. 4



DOMI-

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Matthæi Cap. 22.

v. 35. INterrogavit eum unus ex eis legis Doctor, tentans eum. 36. *Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege?* 37. *Ait illi Jeſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* 38 *Hoc eſt maximum & primum mandatum.* 39. *Secundùm autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* 40. *In his duobus mandatis univerſa lex pendet & Prophetæ.* 41. *Congregatis autem Phariſæis, interrogavit eos Jeſus, dicens:* 42. *Quid vobis videtur de Chriſto, cujus filius eſt? dicunt ei: David.* 43. *Ait illis: Quomodo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* 45. *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus eſt?* 46. *Et nemo poterat ei reſpondere verbum, neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.*

Verſus 35.

Interrogavit eum unus eis legis Doctor, tentans eum.

1. POſtquam Saducæi, qui ſecta quædam hæreticorum erat, animæ immortalitatem & corporum reſurrectionem negantes, Salvatorem priùs per ludibrium de dubio quodam interrogaſſent, ipſi verò ex reſponſione à Domino data, cum magno circumſtantium applauſu obmutuiſſent, invidi Phariſæi ſimul congregati, tentare conati ſunt, ut ejus per hoc apud vulgus comparatam dignitatem & fidem diminuere poſſent, ipſum velut ignorantem convincendo, eò quòd ſperarent, ipſum ad quæſita eorum reſpondere non poſſe, ſagaciſſimum ex toto ſuorum numero, in hunc finem elegerunt, qui eum ſubtili quadam interrogatione propoſitâ aggrederetur. Janſenius putat, Phariſæos feſtivum exhibuiſſe gaudium, eò quòd Saducæi, ipſorum adverſarii, à Chriſto confuſi & convicti eſſent, licèt plurimùm ipſis diſpliceret fama & exiſtimatio, quam Redemptor noſter exinde penes populum ſibi conciliarat: *Invidiâ quâdam contra Dominum citati, convenientes in unum, conſultaverunt inter ſeſe de quadam quæſtione, etiam à ſe Domino proponenda, ut ſi fortè ad eam non aptè reſponderet, minueretur apud populum admiratio prudentiæ ejus, & majorē apud populum ipſi conſequerentur honorem & laudem.*

Janſ. 6. 118.

2. Scriptura ipſorum multos numero congregatos fuiſſe refert; Carthuſianus quoque ſcribit: *Venerunt multi ſimul, ut multitudine vincerent, quem ratione non poterant*; veruntamen ex toto numero unum tantùm elegerunt, qui Chriſtum aggrederetur; quem verò in hoc conſilio finem ſpectarint, Anſelmus egregiè dirigit, dum ait: *Dicunt apud ſe: loquatur unus pro omnibus, & omnes loquamur per unum, ut, ſiquidem vincit, omnes videamur vinciſſe, ſi autem victus fuerit, vel ſolus videatur confuſus.*

Dion. Carth. in Dom. 18. Trin.

S. Anſel.

3. *Ex immodica invidia accedit tentans*, ait Theophylactus, *quia enim viderant Saducæos confuſos, & laudatum Dominum ob ſapientiam*

Theoph.

accedunt tentantes, ſi apponat aliquid mandato primo, quaſi legem corrigens, ut inveniant contra ipſum anſam; ac proinde qui benefactori ſuo grati eſſe debebant, ipſum pro viribus ſunt perſecuti; ſciendum eſt etenim, Chriſtum Phariſæis gratius præſtare non potuiſſe obſequium, quàm faſtum Saducæorum, adverſariorum ſuorum reprimendo, eóſque confundendo, ac proinde grati erga ipſum eſſe debuiſſent, & tamen ex propria invidia ſtimulati, magis contra ipſum exaſperati fuêre, quia Chriſtum laudem & exiſtimationem inde apud populum retuliſſe viderunt; eſt enim invidi proprium, ex præſtitis ei beneficiis magis irritari, livoremque adversùs alterius honorem & gloriam concipere; imò ut D. Chryſoſt. ait, *multò magis aliena gloria offendit invidos, quàm proprium damnum,* omnem proinde rumpunt gratitudinis legem; prout in Saule apparet clarè, qui licèt tot à Davide beneficia acceperat, ſpiritumque malignum, quo obſeſſus erat, ab eo depulerat, & tamen ſuo malo obnoxius manere mallebat, quàm bona & gratias Davidi à Deo collatas, in eo aſpicere.

Chryſ. hom. 22. Ioan.

Author Imp. hom. 42.

4. Author imperfecti varias nobis in memoriâ revocat, Chriſto à Phariſæis ſæpè malitiosè propoſitas interrogationes, quæ tamen in noſtram ceſſerunt utilitatem: *Iudæi diverſis interrogationibus Chriſtum tentantes, ſibi quidem acquiſiverunt interitum, nobis autem providerunt ſalutem, nam verba Chriſti illis profecerunt ad confuſionem nobis autem ad ædificationem.*

Janſ.

5. Janſenius conſiderat, quantùm ſe Phariſæi ab invidia excæcari permiſerint, utpote qui ſe aliàs ſæpiùs ab illo confuſos fuiſſe recogitare non poterant; unde ait: *Hæc tum gloriæ Chriſti invidia, tum propriæ gloriæ & oſtentationis cupiditas eos excæcavit, ut non viderent ſpem eorum vanam eſſe & impudentem;* jam enim, ut S. Hieron. advertit, ſæpè à Chriſto rejecti, & in conſiliis ſuis deluſi fuerant; quando tributi denarium ad eum attulerunt, jam quoque paulò ante audierant, qualiter Saducæi in ſuis ei propoſitis interrogationibus turpiter convicti & confuſi fuiſſent, ideóque *Debuerunt ex hoc moveri, ne ultrà molirentur inſidias, ſed malevolentia & livor nutrit impudentiam.*

S. Hier.

6. Quis non ſperaſſet futurum eſſe, ut qui ad verbum divinum & verum juſtitiæ Solem tam propè accedebant, illorum eſſent diſſipandæ inſcitiæ & cæcitatis tenebræ? *Accedite ad eum & illuminamini;* at inter ipſos & divinam hanc lucem, terra ſe interpoſuit invidiæ, malignitas ſcilicet & perverſa intentio, quâ adversùs eum ferebantur: interrogare, ut ſciamus & diſcamus, opus eſt laudabile & ſanctum: at verò interrogare, ut malignemur, res eſt diabolica; quænam, obſecro, cauſa eſt, cur veram ſapientiam non addiſcamus? *Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes?* nimirum, quia cor purum & rectum non habemus, quod ad diſcendum omnino requiritur: *Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.*

Pſ. 33. 6.

2. Tim. 3. 7.

7. Sanctus Thomas illos excuſari potuiſſe exiſtimavit, eò quod quæſtionem hanc non fine maligno propoſuerint, ſed ſolùm ut doctrinæ Chriſti veritatē experirentur; unde ait: *Sciendum, quòd aliqui tentant in eo, quòd non ſunt certi:* nam quòd Eccleſiaſticus ait: *Qui citò credit, levis eſt corde; iſte igitur cùm multa audiſſet de Chriſto, voluit experiri ſi talis eſſet, & hæc tentatio non eſſet mala;* nihilominùs Gloſſa Interlinearis ly *Tentans eum*, per hanc exponit paraphraſin: *Non ſcire deſiderans.* Lyranus pariter ait: *Tentans, capere ſcilicet in ſermone;* pro alia verò parte authoritatem citat S. Marci, referentis, Chriſtum illi reſpondiſſe: *Non longè es à regno Dei.* Ubi Gloſſa ait: *Potuit fieri, ut, qui tentans venit dominico reſponſo converſus ſit,* & Lyranus ipſe ſcribit: *Dicendum, quòd iſte in principio venit malâ intentione cum aliis, ſed poſtea auditâ Chriſti reſponſione verâ, pœnituit, & Chriſti reſponſionem approbavit, dicens: Magiſter in veritate bene dixiſti; & tunc Chriſtus videns ejus pœnitentiam intulit: Non longè es à regno Dei.* Theophylactus pariter ait: *Principio quidem venit tentans, deinde reſponſo Chriſti emendatior factus.* Pari quoque modo hodie ſæpè fit, quòd quis prædicationis evangelicæ audiendæ cauſa ſiniſtra cum intentione Eccleſiam adeat, vel ob curioſitatem, vel ut vanis ſe objectis delectet, vel ut prædicatorem derideat, & tamen Deus cor ejus tangat, eumque ad veram compunctionem perducat.

Prov. 3. 32. S. Thom. in Mat. Eccli. 19

Gloſſ. Interl.

Marc. 12. 34. Gloſſ. ord. Lyran.

Verſus

Verſus 36.

Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege.

Magiſter.

Author Imp. hom. 43. 1. Author imperfecti hunc Phariſæum epitheto quodam compellat, per quod ei duplicitas & malignitas ſatis aperitur; vocatur enim ab illo *ſimpliciſſimus interrogator, & maligniſſimus inſidiator*: finis enim interrogationis ad reſponſi à Chriſto dandi cenſuram tendebat, quod ut à Chriſto faciliùs obtineret, adulatione viam ſibi ſternit: *Laudat*, inquit *Alb. M. in Matt.* Albertus Magnus, *ut decipiat incautum*; cæterùm verò, nullum habebat à Chriſto aliquid diſcendi, ſed potiùs eum decipiendi deſiderium. Unde ſanctus Anſelmus ait: *S. Anſel.* *Magiſtrū vocat, cujus non vult eſſe diſcipulus, & non ſcire deſiderans, ſed tentans.*

Quod eſt mandatum magnum in lege?

Dion. Cart. in Evang. ſer. 1. in Dom. 18. Trin. 2. Dionyſius Carthuſianus tempus indicat, quo Chriſto hæc interrogatio facta fuit, nimirum primo die, poſtquam illi cum olivis & palmis obviam proceſſerunt. Beda in hujus evangelii homilia notat, ex hiſce verbis argui poſſe, quòd inter Scribas & Phariſæos non ſatis convenerit, quod eſſet primum & præcipuum legis præceptum. Carthuſianus ſuper Matthæum perpendit, quod triplicis generis præcepta lege comprehenſa fuerint, nimirum *moralia, judicialia & cæremonialia, & in quolibet genere mandatorum iſtorum erant gradus diverſi, ſeu ordo dignitatis.* S. Hieronymus dicit, hanc interrogationem eò ſpectaſſe, ut quodnam præcipuum inter alia præceptum eſſet, inveſtigarent: *Non de mandatis interrogat*, inquit, *ſed quod ſit primum mandatum, magnumque, ut, cùm omnia, quæ Deus mandavit, magna ſint, quidquid ille reſpondeat, occaſionem habeat calumniandi.* Lyranus exiſtimat, quòd Scriba hic *credebat, quòd ſtatim reſponderet de mandato primo primæ tabulæ. Non habebis Deos alienos, & tunc habuiſſet contra eum de præcepto charitatis, quod eſt majus.* Beda diverſitatem refert opinionum, *quibuſdam hoſtias & ſacrificia laudantibus, aliis verò majori auctoritate, fidei & dilectionis opera præferentibus*, & Salvator ipſemet in S. Marco de hoc præcepto dilectionis expreſsè declarat, dicens: *Majus eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis.* Hugo Cardinalis per adductam D. Chryſoſtomi authoritatem, Phariſæum hunc imprudentiæ arguit dicens: *De magno mandato interrogat, qui nec minimum obſervat, ille debet interrogare de majori juſtitia, qui jam minorem complevit.*

Marc. 12. 33. Hugo Card.

Verſus 37.

Ait illi Jeſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.

Ait illi Jeſus.

1. Hoc loco non importunè quæri poteſt, cur Salvator ad hanc interrogationem reſponderit quam ex malignitate & animi livore propoſitam eſſe ſciebat, maximè cùm in hoc eodem cap. verſu 19. cum indignatione aliqua iiſdem reſponſum dederit, dicendo: *Quid me tentatis hypocritæ?* Janſenius ait: *Interroganti non dedignatus eſt reſpondere, tum ob fructum quem providebat hinc etiam in tentatore Scriba proventurum; tum quòd magiſterii ejus profeſſio non ſinebat eum ſilere, aut reſponſum declinare, ne, qui magiſtrum ſe quotidie in templo exhibebat, videretur ignorare id, quod in primis Doctorum eſt cognoſcendum.* Non deſunt, qui credant, hunc legislatorem bono fine interrogaſſe, licèt ab invidis conſodalibus, quorum perverſæ intentionis minimè conſcius erat, ſollicitatus fuerit, ipſumque præ cæteris tanquam virum magis ſimplicem, & ſolum, tanquam interrogationis inſtrumentum, ſelectū ab illis fuiſſe, ac proinde benigniſſimū Salvatorem, (qui *ſciebat quid eſſet in homine*,) ei reſpondiſſe ipſiuſque deſideriis ſatisfeciſſe; obſervari quoque hoc loco poteſt, quòd, tametſi malo ac perverſo animo & intentione acceſſiſſet, Chriſtus tamen ejus reſipiſcentiam ac emendationem prævidens per hanc reſponſionem ſuam, neceſſarium ad eam auxilium ſubtrahere noluit; præterquam quòd inſuper dicere poſſimus. Chriſtum reſpondendo, utile dare voluiſſe documentum iis, qui in hoc alto & ſublimi

Matt. 22. 18. Janſen.

verbi divini miniſterio, & in animarum eruditione ſucceſſuri erant ; nimirum ut contemptui & injuriis recipiendis parati eſſent, nec tamen ob id à proſequendo animarum ſervitio deſiſterent. Unde Theophylactus ſuper illa Matthæi verba : *Beati eſtis , cùm maledixerint vos*, inquit, *Adipſos ápoſtolos ſe convertit, oſtendens, quòd maximè proprium ſit Doctoribus opprobria audire.*

Matt. 5. 11. Theoph. ibid.

Diliges.

2. Deus noſter ſolùm à nobis amorem requirit, prætereaque nihil : *Præbe fili mi cor tuum mihi* ; neque enim petitionem aliquam homini proponere poterat, quæ ad unumquemque magis eſſet adæquata , aut conſummata magis aut magis facilis, aut lucroſa minùs, quàm amoris noſtri petitionem ; ſi enim eleemoſynam peti ſſet, hanc fortè pauper, ſuam dicere potuiſſet excedere facultatem ; ſi popoſciſſet jejunium, excuſaſſent ſe operarii ; ſi orationem, excepiſſet infirmus ; ſi animarum converſionem, ideota dicere potuiſſet, ſe neceſſario ad eam talento carere , ſed quis ſe, quò minùs amet , excuſare poterit ? quidquid rerum Deo donetur, in ipſius poſitum eſt poteſtate & dominio, ſola noſtra excepta voluntate, cùm ipſe nobis illius ceſſerit dominatum , quiſquis cor illi donat , omnia tribuit, quid igitur faciliùs eſt, quàm amare.

3. Verùm quamobrem Deus hominem per rigidum præceptum ſub damnationis æternæ pœna ad amandum aſtringere voluit ? num fortè in dubium revocare poterat, ne illum non amaret , aut ne cor adeo ingratum haberet, ut erga Deum ſuum , qui ejus & creator, & redemptor, & benefactor eſt, quique ei quoddam æternæ beatitudinis regnum præparavit , omnis expers eſſet amoris ? profectò ſumma , quæ excogitari poteſt, hominis confuſio eſt, quòd cuivis affectui versùs omnes creaturas locum cedat, ſoli verò Deo creatori ſuo eundem exhibere negligat : quodque ipſos etiam equos, canes & alia vilia animalia diligamus, Deum verò non amemus. Oleaſter perpendens , quòd petra in deſerto , imperantis Moyſis voci obediens, aquas criſtallinas limpidasque copioſè profuderit, exclamat, dicens : *Omnia inſenſata dant Deo ſuo & creatori, quid quid ab eis poſtulaverit , etiamſi id ſua natura non habebant ; ſolus homo negat Deo ſuo, quod Deus ab eo petit , nempe amorem & præcordia ſua, ſorreus & plus quam lapideus es , ſi dante petra aquas Deo & populo , tu non des Domino Deo tuo cor tuum.* Evangelica veritas eſt, quòd *charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*, ideoque excuſare nos non poſſumus, dicendo, divinum amorem cordi noſtro minimè fuiſſe infuſum, ut per illum diligamus Deum ; ſed quanti hunc divinum nobis infuſum amorem æſtimavimus ? nimirum illum pro mundi amore ab inimico infernali è cordibus noſtris eripi permiſimus, nam, ut Lyranus ait, *cor hominum non poteſt ſimul capere Deum & diabolum , ſed ſuſcepto diabolo per peccatum, exit Deus ; ſuſcepto Deo per charitatem, exit diabolus.*

Oleaſt. ib. Rom. 5. 5 Lyran.

4. Enimverò quantam præceptum hoc in ſe felicitatem habeat, Deus ipſe in Deuteronomio perſpicuis verbis declarat, dum ait : *Mandatum hoc , quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt , neque procul poſitum , nec in cœlo ſitum , ut poſſis dicere : quis noſtrum valet ad cœlum aſcendere , ut deferat illud ad nos ? neque trans mare poſitum , ſed juxta te eſt, in corde tuo.* Quid obſecro , amore facilius aut delectabilius excogitari poteſt ? S. Bernardus ait : *Ubi amor eſt, labor non eſt , ſed ſapor.* Id quod S. Auguſtinus pulchrè in venatore & piſcatore exēplificat, qui propter guſtum, quem in capta præda experiuntur, nulla prorſus ſentiunt laborum incommoda : *Nullo modo ſunt oneroſi labores amantium, ſed & ipſi delectant , in eo, quod amatur , aut non laboratur , aut & labor amatur, vide, quàm pudendum ſit, ſi delectat labor , ut fera capiatur, & non delectet , ut Deus acquiratur ?* Divus Chryſoſtomus excellentiam, qua charitas omnibus aliis virtutibus ſupereminet , his verbis conſiderat : *Charitas cum lucro voluptatem ingentem habet , laborem nullum , cùm cæteræ virtutes conjunctas moleſtias habeant.*

Deut. 30. 11. S. Bern. ſer. 85. in Cant. S. Aug. l. de bono viduit. c. 22. Chryſ. ho. 32. in 1. ad Cor.

5. S. Joannes, qui divini amoris ſecretarius fuit, efficaciſſimum ad Deum amandū nobis ſuggerit motivum, dum ait ; *Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos.* Deus eodem infinito & increato amore, qui

1. Joan. 4. 19.

Num. 20 11.

qui eſt Spiritus ſanctus, quocum Pater & Filius ſe invicem amant, eodem inquam, nos viliſſimos terræ vermiculos amare dignatur; nam ut S. Thomas ait: *Pater & Filius diligentes Spiritu ſancto, & ſe & nos.* Ad hæc Deus prius nos amavit, cum tamen in nobis nihil inveniret niſi defectum, miſeriam & malitiam, & quidem in eminentiſſimo amoris gradu nos dilexit: *Propter nimiam charitatem ſuam, quâ dilexit nos.*

S.Th.p.1. q.32.a.2

Eph.2.4

Pſ.115 12.

6. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Motivum efficax amoris eſſe ſolent beneficia, quibus cumulamur, ac proinde mittamus obſecro in bilancem innumera à Deo, naturæ, fortunæ ac gratiæ recepta beneficia, nec non & gloriæ, quæ in altera vita nobis promiſſa ſunt. Ex parte verò altera, nihilum noſtrum ponderemus, & certè inveniemus, nihil in facultatibus noſtris, gratiarum actionis loco ſupereſſe quàm amorem; hoc ſolo vices gratas rependere poſſumus. Imò ut Richardus ait: *Non ſolum contulit nobis bona ſua; ſed & pertulit pro nobis mala noſtra,* & ideo, ut S. Ambroſius ait, unde pretium illud deſumere poterimus ad exſolvendum infinitum debitum, quo Deo obſtringimur? *Væ mihi, ſi non dilexero; reddamus ergo amorem pro debito, charitatem pro munere;* & quidem uno eodemque tempore, quo huic debito ſatisfacimus, novum nobis lucrum comparamus, ita ut cum Euſebio Emiſſeno aſſerere poſſimus: *Salubri jucundoque commercio & accipientis lucrum & tradentis augmentum eſt.* Certum porro eſt, cor noſtrum ſine amore eſſe non poſſe, neceſſariò enim alicui objecto, ſuo affigitur amore, ac proinde ſpecialiſſimum Dei beneficium eſt, quòd ipſe nobis, ut noſtrum in ipſum amorem dirigamus, præcipere dignatus ſit. Scaturiens aquæ fonticulus ſi deorſum naturaliter decurrere ſinatur, ſtagnabit in locis paluſtribus, ibique corrumpetur, &, præterquam quod aërem inficiet, animalia inſuper venenoſa producet: At ſi in aquæductibus & canalibus conſtringatur & uniatur, non perditur ſed tali arte cælum versùs extollitur, amœniſque horrorum plantis irrigandis deſervit; & ideo S. Auguſtinus ait: *Aquam amoris tui fluentem in cloacam, converte ad hortum,* etenim ſi affectum noſtrum ad creaturas & ad nos ipſos amandos liberè vagari permiſerimus, quot transgreſſionum amor proprius nos reos efficiet! At verò ſi illum in Deum transferamus, fiet in nobis *fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Amor noſter, juxta Dei præceptum ritè ordinatus, inæſtimabilis valoris gemma eſt, per quam, gratiam & gloriam ſecurè acquirimus; hanc gemmam prudens ille negotiator, de quo in Evangelio ſcribitur: *Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas,* infinita cum cura inquiſivit. S. Auguſtinus ait: *Hæc eſt charitas, quæ ſola ſufficit: Vis ſcire, quàm ſollicitè hanc gemmam perquiſierit? Dedit omnia ſua, & comparavit eam;* pro hoc amore noſtro ſibi conciliando, quidquid in terra & in cælo, pulchri & boni habet, imò ſemetipſum nobis largiſimè donavit; cui igitur hanc adeo pretioſam margaritam vendemus, non illi, qui eam ingratus accipit, flocci facit, & quod pro illa prætendat, in facultate ſua non invenit, nunquid igitur juſtum eſt, ut eam illi Deo extradamus, *in quo ſunt omnes theſauri;* at verò quo putas fine Deus hoc cor & amorem noſtrum à nobis expoſcit? Non alio fine, quàm ſolùm in noſtrum, non verò in ſuum lucrum: *Præbe cor tuum mihi; ego diligentes me diligo; mecum ſunt divitiæ & gloriæ, ut ditem diligentes, & theſauros eorum repleam.* B. Felix Capucinus matronam quandam Romanam, catellum ſuum miris blanditiis delinientem, religioſè reprehendit, dicens: ô te felicem, ſi amorem, quo beſtiolam hanc proſequeris, in Deum dirigeres, quantò ampliori lucro, tibi remunerandus foret.

Rich. de 4. grad. violentæ char.

S. Amb. l.6. in Luc.

Euſ. Em. hom. 4. in Epiph.

S. Aug. hom. in Pſ. 31.

Matt.13. 45.

S. Aug. tr. 5. in ep. Joa.

Prov.8. 17. &c.

7. Aliud quoque magni ponderis lucrum, Deum amando, nobis comparamus, nimirum immenſum & infinitum omnium criminum noſtrorum debitum exſtinguimus, nobiſque eodem tempore, eóque breviſſimo eminentiſſimos perfectionis & ſanctitatis gradus adiſcimus, prout in Magdalena experti ſumus, quæ peccatis onuſta, & velut titio infernalis, Phariſæi domum ingreſſa fuit: *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix.* Egreſſa autem eſt ab omnibus peccatis, tam quò ad culpam, quàm quò ad pœnam, plenisſimè abſoluta atque

insuper ad sublimissimam divinæ gratiæ dignitatem ascendit, idque solùm in virtute illius: *Dilexit multum.* Unde D. Chrysologus ait: *Conspicimus non solùm caruisse in peccatis, sed ad totum sanctitatis verticem pervenisse,* quia ut etiam sanctus Augustinus scribit: *Charitas est mors criminum, vita virtutum.*

Chrysol. serm. 94

S. Aug. de laud. charit.

8. S. Joannes omni adhibitâ immensâ suâ sapientia, ad hujus divinæ dilectionis fervorem nos excitare studens, nobilius adinvenire motivum nequit, quàm ut assereret, quòd amor eâ virtute polleat, ut nos unum idemque cum Deo efficiat, nosque cum Deo quasi identificet: *Deus charitas est, qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et S. Augustinus ait: *Amando Deum, efficiuntur Dei.* S. Franciscus, qui filius mercatoris, humilibúsque natalibus ortus & idiota erat in hac amoris schola eousque profecit, ut quidam in carne Seraphinus & viva Dei effigies factus fuerit, cui Christus, ut sibi similior esset, vulnera sua impressit. Unde S. Bonaventura de illo ait: *Amor in eandem imaginem Christi, transformavit amantem Christum.*

1. Joan. 4. 16.

S. Aug. serm. 24 de tem.

S. Bonav. c. 13 vitæ S. Franc.

Dominum.

9. Paulus de Palatio ait: *Omnes rationes brevissimè Christus adduxit; diliges Dominum Deum tuum; si Dominus est, & se amari jubet, parendum illi est: Si Deus est, omnium bonorum thesaurus est; si tuus est, ama quod tuum est; quod esse poterat majus incitamentum quàm Deus tuus?* Sigillatim hæc motiva examinemus.

Paul. de Pal. in Matt.

10. Sufficeret dicere, quòd cum amare Deum, præceptum sit, ad culpam mortalem nos obligans, id solum sufficiat, ut ei obediamus. S. Augustinus ait: *Quid minaris, nisi faciam, ingentes miserias? Parvane est ipsa miseria, si non amem te?* Authoritas Domini in servum. Principis in subditum, puellæ in suum amasium, illos ad res difficiles & arduas tentandas astringit & calcaria adhibet: ergone igitur minoris in hominem potentiæ erit authoritas & imperium illius Domini, in cujus fæmore scriptum est: *Rex regum & Dominus Dominantium*, ad hoc ut ipsum ad rem tam utilem, honestam, convenientem, facilem & debitam, sicut est amare Deum, exstimulet. S. Hieronymus ad Celantiam scribit: *Quid unquam tam superbum, quid tam ingratum videri potest, quàm adversus jus vivere voluntatem, à quo ipsum vivere acceperis? quàm illius præcepta despicere, qui ideo aliquid imperat, ut causas habeat remunerandi? Neque enim obsequii nostri Deus indiget, sed nos illius indigemus imperio;* idem quoque huic proposito nostro applicare possumus, ille enim Deus, qui in cælo empyreo Seraphinos amore ardere facit, nequaquam indiget, ut à vili illo terræ vermiculo, imo luto affectum ejus per præceptum adeo firmiter inculcatum, adeóque rigoroscè cond tum, non in suam sed illius utilitatem & delectationem exposcat, & tamen *Imperat, ut causas habeat remunerandi; neque amoris nostri Deus indiget, sed nos illius indigemus amore.* S. Joannes, qui usque ad decrepitam ætatem, majoribus semper auctus fuerat sapientiæ incrementis, excellentioribusque divinorum mysteriorum radiis illustratus, discipulis suis salutare aliquod documentum ab ipso instanter poscentibus, dixit: *Filioli diligite:* hujúsque dicti solidam mox subjungit rationem: *Præceptum Domini est.* Omnes, etiam insensatæ creaturæ, per illius potentiæ, quam scholæ obedientialem appellant, instinctum, creatori suo promptissimè obediunt & obsequuntur; sic enim Deus igni præcepit, ut caloris sui activitatem in fornace Babylonica suspenderet, & protinus obedivit, eidem quoque elemento præcepit, ut contra naturalem indolem suam, supra infimes illas civitates deorsum descenderet, & sine mora dilapsus est: Ergone præcipiens, ut ignis amoris sui in corde hominis accendatur, quod alio fine non creavit, quàm ut amet, in eodem inveniet resistentiam?

S. Hier. in Ep. 20

11. S. Augustinus efficacem quandam rationem assignat, ob quam à nobis ex toto corde, & ex omnibus viribus nostris amari desiderat. *Ut omnes cogitationes tuas & omnem vitam tuam, & omnem intellectum in illum conferas, à quo habes ea, quæ confers.* Quando Deus hunc mundum creavit, totq; plantis, herbis, fructibus, animalibus &c. exornavit, hæc omnia in hominis potestatem redegit: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus:*

S. Aug.

Ps. 8. 8.

At

At verò in ſignum Dominii ſui ſuper hominem, eidem, ne ex certo quodam pomo manducaret, præcepit; eodem modo dicere poſſumus, quòd, quidquid boni aut pulchri in hoc mundo creavit, totum poteſtati hominis ſubſtraverit, ità tamen, ut tanquam Dominus & patronus hominis, loco tributi ſervitutis, cor, id eſt, amorem ei ab eo popoſcerit.

12. Verum enimvero ad hunc amorem in nobis magis excitandum, ſtimulus vehementiſſimus eſſe debet, conſiderare, quòd ſuprema illa Altiſſimi Dei majeſtas, quam *adorant Dominationes, tremunt poteſtates*, in objectum amoris ſe homini offerre non fuerit dedignata, quòd ſi enim Monarcha aliquis vilem aliquam ancillam Æthiopiſſam, nigram & deformem, ad ſuas invitaret nuptias, nunquid favor ille exceſſivus & ſine exemplo futurus eſſet? Quænam autem hominem inter & Deum eſt proportio? longè minor certè, quàm inter Monarcham & dictam ancillam: *Homo putredo, & filius hominis, vermis.* Et tamen Deus homini deſponſari unicè deſiderat: *Sponſabo te mihi*; quòd ſi à nobis amari ſolùm dignatus fuiſſet, nunquid idipſum ſingulare fuiſſet privilegium; at verò dum nobis, ut eum amemus, præcipit, in quo æſtimationis loco nos habeat, evidenter oſtendit. Quando unquam lutum iſtud præſumptionem adeo temerariam concipere potuiſſet, ut ſe cum Deo uniret, eidemque intimè aſtringeret? S. Bernardus notat, quòd Deus per hoc præceptum, nobis *Auſum dedit, & verecundiam depulit, & movit affectum.* Hoc motivo S. Auguſtinus aſtrictus fuit, ut Deum interrogaret: *Dic mihi per miſerationes tuas Domine Deus meus, quid tibi ſum ipſe, ut amari te jubeas à me, &, niſi faciam, irafcaris mihi?* Ad quod aliud nihil reſponderi poteſt, niſi quòd alibi in meditationibus ejus legitur: *Amor Majeſtati oculos clauſit.*

Job. 25. 6. *Oſe. 2. 19.* *B. Bern. ſer. 84. in Cant.* *S. Aug. l. 5. conf. c. 29.* *In medit.*

13. Quo fine unuſquiſque principum gratiam, primaque in curiis ipſorum loca ſibi comparare ſatagit? Nimirum ut beneficiis pinguioribus comuletur, locupletur, honoretur, authoritate polleat, & pro natis occaſionibus, favores & gratias, pro ſe vel pro aliis ſollicitare & impetrare poſſit. Ecce igitur tibi utilitatem, quæ in hominem, ex ſupremæ illius majeſtatis amore redundat, per hunc enim, ejus tibi concilias gratiam, dominus omnis boni efficeris, dominium obtines in creaturas, ad divinum ejus tribunal, familiarem tibi aditum ſternis, ut, quidquid vis & deſideras, impetrare valeas. Bene igitur ſanctus Auguſtinus monet: *Ama unum bonum, in quo ſunt omnia bona, & ſufficit; ibi eſt, quidquid amatis, quidquid deſideratis*; majores ſancti, qui apud Deum potentiſſimi exiſtunt, ſemper ſunt illi, qui plus eum amant, qui proinde præſtare poſſunt, quidquid volunt.

S. Aug. l. de ſpir. & anima c. 64.

Deum.

14. Paulus de Palatio ait: *Si Deus eſt, omnium bonorum theſaurus eſt*, quod tametſi verum ſit, non deſunt tamen & alia motiva, ut eum ſub hoc titulo diligamus, ac proinde ſciendum eſt, quòd in S. Marco, ubi hæc eadem hiſtoria refertur, Chriſtus reſpondiſſe legatur: *Primum omnium mandatum eſt; audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt*, ac demum ſubjunxiſſe: *Diliges Dominum Deum tuum, &c.* Quæro igitur, quæ ſit cauſa, cur Chriſtus hunc Deuteronomii textum, in quo de unitate Dei fit mentio, memorarit? In alio quoque ejuſdem libri loco pariter proteſtatur, dicens: *Videte, quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me.* Pro reſponſione notandum, quòd, quia gentiles plures adorabant Deos, conſequenter affectum & amorem ſuum inter multos dividere & diſpertiri debebant; nos autem unum tantùm Deum habemus & agnoſcimus, ut totum cor totumque amorem noſtrum ipſi ſoli dedicemus, abſque eo, quòd eum in alios diſpergamus. Unde Theodoretus ait: *Ex hoc loco docemur, non ſcindere dilectionem.* Apoſtolus quoque hanc veritatem Corinthios docuit, dum ait: *Nobis unus Deus pater eſt, ex quo omnia*: id ipſum diu ante Pſalmiſta præmiſerat, inquiens: *Cognoſcant, quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram.* q. d. Ubi ab hoc ſolo Deo omnia quæ habemus bona, & non ab aliis provenire agnoverimus (*pater eſt, ex quo omnia*) conſequenter cum ab ipſo ſolo beneficiis affecti ſimus, in ipſum ſolum

Paul. de Pal. *Marc. 12. 29.* *Deut. 32. 39.* *Theod. in c. 6. Deut.* *1. Cor. 8. 6.* *Pſ. 82. 19.*

ſolum quoque benevolentia & amor noſter tendere debebit.

Gen.1. 27. 15. *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creavit illum.* Porrò quem Deus hac in re finem intendebit, Sanctus Auguſtinus explicat, dicens: *Ut factorem ſuum pro imagine cognoſcat, & pro ſimilitudine diligat*; quòd ſi ſaxum aliquod, quod aliàs ex alpeſtri quadam rupe pendebat, à celebri quodam ſculptore elaboratum, in ſtatuam redigeretur Salvatoris, ſubque hac figura, adorationis honores reciperet, illud utique ſi ſenſum haberet, magnum conteſtaretur amorem & gratitudinem erga illum artificem, à quo venerabilem adeo ſpeciem & figuram recepiſſet; quid homo ante ſui creationem aliud erat quàm lutum: *Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me.* Cui ut Ambroſius bene conſiderat, Deus noſter illam creans, eo præcipuè fine, divinitatis ſuæ imaginem impreſſit, *ut tanto ardentiùs amaret conditorem, quantò mirabilius ſe ab eo conditam intelligeret.*

S. Aug. l. de ſpir. & anima.

Job. 10. 9.

S. Ambr. l. de animæ dig. c. 1.

16. Et quidem amor, quo Deus à nobis diligendus eſt, minimè debet eſſe vulgaris & communis, ſed vero & vivo Deo optimè proportionatus, de quo Baruch ait: *Hic eſt Deus noſter, non æſtimabitur alius ad eum*, unde omnibus rebus creatis præferendus eſt. Sanctus Franciſcus de Saleſio de amore divino tractans, varietatem declarat affectuum, paterni ſcilicet, fraterni, filialis, conjugalis, amicitiæ & aliorum ſimilium, qui omnes particularibus adaptantur ſubjectis, ita ut ad alios ordinari non poſſint, qui enim Dominum ſuum ſolo diligeret amore fraterno, ſuo utique debito non ſatisfaceret, & qui ſervum diligeret ut filium, amor ejus utique impertinens eſſet, amor enim, inquit ipſe, ſe habet inſtar honoris, & ideo ſicut hi ſecundùm dignitates & gradus differentes diverſificantur; ita pariter ab invicem differre debent amores, adeoque amor Dei, Deo conformis eſſe debet, nec eſt confundendus cum aliis aliorum affectibus, nec pari loco habendus, quia Deus objectum & bonum eſt incomparabile & infinitum.

Bar. 3. 36.

S. Fr. Sales l. 4. p. 2. c. 6.

Tuum.

17. Deus totus noſter fieri voluit, ut omnium noſtrûm amorem ſibi tantò magis lucraretur: Idque in incarnatione factum fuit, quando idem Spiritu ſancto mediante, qui nihil eſt aliud quàm amor & charitas, naturæ noſtræ humanæ hypoſtaticè unitus fuit: *Incarnatus eſt ex Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt.* De conjugibus dicitur: *Duo erunt in carne tua*; & de Deo, cum humanitate in incarnatione deſponſato, ſancta mater Eccleſia canit: *Uti ſponſus de thalamo ſuo, egreſſus honeſtiſſimâ Virginis matris clauſulâ.*

Gen. 2. 24.

18. Guerricus Abbas ait: *Quid ſic hominem excitare poteſt ad amorem Dei, quàm præveniens hominem amor Dei, tamque vehemeus ad hominem, ut homo propter hominem voluerit fieri? Quid autem ita nutrit amorem proximi, quam ſimilitudo & natura proximi in humanitate Dei.*

Guer. Ab. ſer. 2. de Annunc.

19. S. Thomas in hymno de ſanctiſſimo Chriſti corpore pulchra hæc verba ad propoſitum noſtrum habet: *Se naſcens dedit ſocium, convеſcens in edulium, ſe moriens in pretium, ſe regnans dat in præmium*; ad hoc, ut unum idemque nobiſcum fieret, amor eum induxit, ut ſemetipſum in cibum & nutrimentum noſtrum daret: *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo*, ac proinde S. Joannes de Chriſto, ſanctiſſimum Sacramentum inſtituturo, dixit: *In finem dilexit*: Sic quoque *communio* à ly *unio* derivatur, quaſi communis unio. Et S. Cyrillus ait: *Intelligere licet, quòd Chriſtus in nobis ſit, non ſolùm per modum dilectionis, verum etiam per communionem naturæ*; quis autem Deum illum non amabit, qui ex abundantia amoris, panis, caro & ſanguis factus eſt, ut à vili terræ vermiculo devoraretur, eo quod tenerrimè illum amarit? Unde S. Auguſtinus ait: *Ama amorem illum, qui amore tui, deſcendit in ſubſtantiam panis, & ibi amorem ſuum amori tuo copulavit; humiliando ſe, ſublimando te, conjungendo lumen ſuæ æternitatis limo tuæ mortalitatis.*

S. Th.

Joan. 6. 5.

Joan. 13. 1.

S. Cyril. in c. 15. Joan.

S. Aug. de catechum. rud.

Ex

Ex toto corde.

Luc. Burg. 20. Lucas Burgenſis hæc verba literaliter explicans, dicit: *Non interior tantùm hic amoris actus præcipitur, ſed & exterior, qui ab interiori proficiſcatur; nec actus ſolùm, verùm etiam habitus, ut, ſi quando actu non ames Deum, nihil tamen agas, quod adverſetur amori ejus.*

Paul. de Palat. 21. Paulus de Palatio tres hoſce amoris gradus, nimirum *ex toto corde, in totâ animâ, in totâ mente* ponderans, illis intelligi poſſe exiſtimat affectus illorum, qui in variis ſtatibus per viam ſpiritualem incedunt: *Primus eſt incipientium, Secundus proficientium, Tertius perfectorum; nam ſi è corde tuo nulla exeat mala cogitatio, nec furtum, homicidium, &c. Tunc diligis ex toto corde, totum cor Deo, nullam ejus partem vitio concedens; at ubi contendis nihil aliud cogitare, memorari, capere niſi Deum, tunc diligis ex tota mente; animam Deo non alio plenam habere laborans; ſed ubi aſcendiſti ad perfectionem ſpiritualem, ubi cor & caro defecerunt in ſalutare Dei, tunc purus diligit ſpiritus; tunc diligis totâ mente, tunc faſtidis omnia temporalia, renuit anima in alio conſolari quàm in Deo.*

Cajet. 22. Cajetanus hæc verba in ordine ad voluntatem noſtram exponit, quæ in Deum converti debet: *Corde, hoc eſt, voluntate, cujus proprius actus elicitus eſt, diligere*; qualiter autem hæc totalitas intelligi debeat, ſequentibus verbis declarat: *Dupliciter poteſt exponi totaliter, vel poſitivè, quod omnis vis voluntatis apponatur ad diligendum Deum, & ſic non præcipitur exequendum viatori, quia impoſſibile eſt, ſed implebitur in cœleſti patria; vel negativè, hoc eſt, ſic dilige Deum, ut nihil in tuo corde ſit contrarium dilectioni Dei.*

S. Bern. ſer. 20. in Cant. 23. S. Bernardus in ſermone quodam ſuper Cantica ait: *Toto corde diligimus, ſi, quod blanditur ſenſibus, ob amorem Chriſti rejiciamus*; quantò enim voluntas noſtra ad placendum Deo inordinatis appetitibus ſuis repugnabit, tantò magis ſummum bonum ex toto corde diligere convincetur. Egregia eſt illa Richardi conſideratio, quòd ſcilicet Deus noſter in omnibus hiſce creatis rebus, quæ ſuis nos lenociniis alliciunt, haud ſecus ac in ſpectaculo quodam aliqualem ſui impreſſit imaginem & ſimilitudinem, ne nos per illas ſeduci permittamus, ſed ſemper in ipſo totus amor noſter defixus maneat: *Columbinus oculus amor eſt*, inquit, *qui in rebus humano uſui conceſſis, quocunque ſe vertit, familiarem habet admonitionem amoris, rebus his, pro ſpeculis utens, & in eo, quod cernit, Dei amatoris ſibi reſultat memoria; aſpicit cuncta quæ condidit Deus; & quo condidit fine, & in his non tam admirabilis quàm amabilis ſibi videtur.*

S. Rich. à S. Vict. p. 1. de grad. cha. c. 3.

24. Gloſſa ait: *Per verba illa: Ex toto corde, integritas fidei exprimitur*: ſimiliter Interlinearis inquit: *Ex toto corde, id eſt, intellectu, ut nullum in confeſſione divinitatis relinquat errori locum*; ejusdem quoque opinionis eſt S. Bonaventura, qui S. Auguſtinum citans, ait: *Ex toto corde, id eſt, intellectu ſine errore.* *Gloſſ. ord.* *Interl.* *S. Bonav. ſer. 4. in hac Do.*

25. Lucas Burgenſis illos, qui amare fingunt Deum, & ſunt hypocritæ, Deum ex toto corde ſuo nequaquam amare dicit: *Qui diligit Deum non ex corde, hypocrita eſt*; juxta illud Davidis: *Et dilexerunt eum in ore ſuo, & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei; cor autem eorum non erat rectum cum eo.* *Lucas Burg.* *Pſ. 77. 36.*

26. S. Bonaventura verba hæc de illis exponit, qui dilectioni opera aſſociant, amori correſpondentia; ſive qui affectum per effectum comprobant: *Toto corde non diligit, qui dilectionem in effectu non oſtendit.* *S. Bonav. ſer. loc. cit.*

27. S. Thomas in ſumma ſua ait: *Deum toto corde amamus, ſi nihil contra Dei præcepta diligamus*; univerſa enim lex, quam Deus nobis dedit, huic charitatis baſi innititur: *Plenitudo legis eſt dilectio*; tunc igitur toto corde amamus, quando omnia præcepta adimplemus: *Ut ſuis integri, in nullo deficientes, quicunque enim totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus*, inquit S. Jacobus. *S. Th. 22. q. 44. a. 5.* *Rom. 13 10.* *Jac. 1. 4.* *Jac. 2. 10.*

28. Lucas Burgenſis ait: *Opponitur cor totum cordi diviſo ſeu diſpertito; opponitur & cordi remiſſo ac languido; opponitur cordi diviſo, corde toto diligendus eſt Deus, quia nihil diligendum eſt, niſi vel Deus ipſe, vel id, quod Deo placet.* *Luc. Burg.* *S. Aug. in Cat.*

29. Sanctus Auguſtinus à S. Thoma citatus, ait: *Deum ex toto corde diligere præciperis, ut omnes cogitationes tuas in illum conferas.* *l. 1. de doct. Chri. c. 22.*

Alb.M. in Matt. *ras.* Albertus Magnus ex authoritate S. Iſidori ita ſcribit: *Ex toto corde diligere, eſt ex totâ cogitatione Deum quærere.* S. Bonaventura in diſcurſu ſecundo de S. Magdalena, ad intelligendum, quando ex toto corde Deum diligamus, ſequens optimum aſſignat indicium, dicens: *Vis ſcire, ſi Deum perfectè diligas, vel aliud plus Deo ames, attende, ſi de Deo plus, quàm de aliis rebus cogitas; quia de illo plus cogitas, quod plus amas; ubi enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum.*

S. Bonav. in ſerm. 2. de S. Mar. Mag.

Alb.M. ſerm. 72. 30. Albertus Magnus in ſermone ſuper hoc Evangelium ait: *Ex toto corde eſt diligendus, in eſt, ex omni motu & ſenſu noſtro, ſcilicet ex omnibus verbis & operibus noſtris, ex omni viſu, auditu, guſtu, odoratu, tactu;* quonam verò modo Deum etiam per ſenſus amare poſſimus, declarat, dum ait: *Ut videlicet verba linguæ noſtræ, & opera manuum noſtrarum, & omnes ſenſus noſtros exteriores ad dilectionem Domini convertamus.* S. Auguſtinus de animâ Deum verè amante, ita ſcribit: *Anima, quæ Deum amat, nihil aliud poteſt cogitare, nihil aliud velle, nihil aliud loqui, niſi ſolum Deum.*

S. Aug. in manuali c. 20.

Hugo Card. 31. Hugo Cardinalis, duce S. Chryſoſtomo, interrogat: *Quid eſt, diligere Deum in toto corde? Ut cor tuum ad nullius rei dilectionē magis ſit inclinatum, quàm Dei; nec delecteris in ſpecie mundi ampliùs quàm in Deo, non in honoribus, non in auro, non in amicis, ſed præ his omnibus, Deum ames:* qui diſcurſus eſt Authoris Imperfecti, qui illud ultra id, quod Hugo dicit, exemplificat quò ad affectum ad poſſeſſiones, vineas, veſtes, agros, filios, parentes, ac demum concludit: *Hæc omnia exiſtimes tibi eſſe in Deo, ut præ his omnibus Deum ames; ſi autem in aliquo horum amor cordis tui fuerit occupatus, jam ex toto corde non amas Deum.* Non prohibemur amare filios, coniuges, amicos, ſed hos Deo præferre nobis interdicitur. S. Auguſtinus in ſermone, qui intitulatur de amore Dei & ſæculi, verba illa Chriſti: *Qui amat patrem ſuum aut matrem ſuam ſuper me, non eſt me dignus*, conſiderans, pro noſtra intelligentia ſubjungit: *Amorem parentum, uxoris, filiorum non abſtulit, ſed ordinavit; non dixit: Qui amat, ſed: qui amat ſuper me; hoc eſt, quod Eccleſia loquitur: Ordinavit in me charitatem; ama patrem, ſed noli ſupra Dominum, ama genitorem ſed noli ſupra Creatorem.*

S. Aug. ſerm. noviſ. 40. Matth. 10. 37. Cant. 2. 4.

32. Sara Iſaacum in ſocietate Iſmaëlis videns, nunquam indignata fuit; niſi quando hunc illum ad ludum parùm decentem & inhoneſtum exſtimulare vidit; ita quoque charitas, quâ Deum proſequimur, non odit affectum, quem erga alios gerimus, niſi quādo hic divinæ legi & debito, quo ei obſtringimur, contrariatur; omnis enim amor, à Dei amore dependere debet. Victor Antiochenus proinde inquit: *Homo tanto Dei amore flagrare debit, ut nihil prorſus in ullam animæ facultatem irrepere ſinat, quod ſuam erga Deum dilectionem excludat, aut diminuat, aut alio transferat; ſed in omnibus illi ſoli magis magisque aſſiduè placere ſatagat, nec alteri perſonæ aut rei creatæ? Niſi propter Deum.* Sanctus Franciſcus de Sales ſancti Michaëlis adducit exemplum, qui dum videret Luciferum omnes ad ſe Angelos, qui in divino amore perſtiterant, attrahere conantem, erecto vexillo, cui inſcriptum erat: *Quis ut Deus?* nequam hunc ſpiritum, cum omnibus aliis apoſtatis, Deo ſe adæquare præſumentibus, proſtravit; eodem modo quando in conflictu deſideriorum & affectuum noſtrorum, erga hæc res terrenas videmus, quòd hi voluntatem & cor noſtrum primo loco occupare, & cum Deo competere, illumque amorem, qui ſoli Deo debetur, prætendere præſumāt, eoſdem per generoſam repulſam ſupprimere, atque à nobis abigere debemus, dicendo: *Quis ut Deus?* Qui ſadeo præſumptuoſus erit, ut Deo præferri, & voluptates, divitias, honores, aliasque mundi conſolationes plus, quàm divinæ legis obſervantiam, æſtimari & amari contendat.

V. S. Aut. in c. 16. Marc. n. 32.

S. Fr. Sal. l. 4. de am. Dei p. 2. c. 6.

Et in totâ animâ tuâ.

Cajet.

33. Cajetanus verba illa de vitâ noſtrâ ſenſitiva & vegetativa, hoc eſt, de vitâ animali interpretatur, ſic ulque declarat quomodo etiam hanc ad hujus præcepti ad mpletionem ordinare poſſimus; ait enim: *Diligere autem in animâ, ho. eſt, in animali vita, eſt, opera omnia, ad animalem vitam ſpectantia, dilectioni Dei ſubjicere, ad dilectionem Dei ordinare, in omnibus hujuſmodi operi-*

operibus, dilectioni Dei obſequi; non ſufficit enim, ut voluntate diligamus Deum, ſed oportet in ſenſualibus delectationibus nihil admittere contrarium dilectioni Dei. Sanctus Auguſtinus dicit: *In tota anima, ut omnem vitam tuam in illum conferas.* Origenes ait: *Ex tota anima tua, id eſt, ut parati ſint eam ponere pro pietate Dei.* Gloſſa inquit: *In tota anima, quia perfecta obedientia exigitur.* Interlineatis pariter ſcribit: *Id eſt voluntate, ut nihil ei contrarium velis.* Sanctus Bonaventura dicit: *Ex tota anima, id eſt, voluntate ſine contradictione.* Albertus Magnus inquit: *Ex tota anima, id eſt, ex omni affectione deſiderare.*

S. Aug. in Cat. Orig. tr. 22. in Matt. Gloſſ. ord. Interl. S. Bona. ſerm. 4. Alb. M. in Matt.

34. Author Imperfecti ait: *Quid eſt, in tota anima diligere Deum? id eſt, certiſſimum animum habere in veritate, & firmum eſſe in fide.*

Auth. Imp. ho. 42.

Et in tota mente tua.

35. Dionyſius Carthuſianus ad hoc præceptum ſe reflectens, illud duobus modis ponderate poſſe dicit: 1. *Quantum ad actum, ita ut cor, mens, anima & virtus hominis ſemper actualiter ferantur in Deum, & hæc eſt perfectio patriæ*, ad quam, quouſque viatores ſumus, pervenire non poſſumus; alter modus nobis poſſibilis eſt hîc: *Quantùm ad habitum & actum proportionatum, videlicet ut homo nihil operetur, contrarium charitati, & hæc eſt perfectio viæ, cadens ſub præcepto, omnibus debita.* Demum verò progreditur ad declarandum varias formas, quibuſcum hoc præceptum nobis imponitur: *Jubemur itaque Deum ex toto corde diligere, ut tota affectio noſtra ordinetur ad Deum; totâ inſuper mente, quatenus intellectus Deo in omnibus ſubjiciatur; totâ animâ, ut appetitus ſenſitivus & vires ſenſitivæ ſecundùm Deum dirigantur, totâque virtute, ut omnis actus noſter exterior ſecundùm præcepta Dei reguletur.*

Dion. Carth. in Matt.

36. Sanctus Thomas inter cor & mentem diſtinguit, dicens: *Differentia eſt inter mentem, & cor; mens enim dicitur, à metiendo, cor ſumitur pro ſimplicitate intellectus; mens vero quoad prolationem, quia per ſermonem meritur intellectus ſive cogitatio; unde vult dicere quod in locutionibus & meditationibus Deum totaliter diligamus.* Origenes ait: *In tota mente, nihil aliud ſcilicet proferentes, niſi quæ Dei ſunt.* Author Imperfecti ait: *Quid eſt tota mente diligere Deum? Id eſt, ut omnes ſenſus tui, qui pertinent ad te, Deo vacent, cujus intellectus Deo miniſtrat, & cujus Sapientia circa Deum eſt, cujus cogitatio ea, quæ ſunt Dei, tractat cujus memoria, quæ ſunt bona, recordatur.* Sanctus Bonaventura de hoc cœleſti amore ita ſcribit: *Nonne debeo totum & plus quàm totum illi, à quo habeo totum, quod ſum, & quod poſſideo?*

Thom. in Matth. Orig. in Gloſſ. Auth. Imp. ho. 42. S. Bona. in ſtim. div. amoris.

37. Gloſſa ordinaria ait: *In tota mente perſeverantia oſtenditur*, quia hic amor perſeverans eſſe debet.

Gl. ord.

38. Porrò qualis ſit gradus amoris, ad quem obligantur omnes vi præcepti, quod omnes æqualiter ſtringit in omni loco, tempore & ſtatu, Sanctus Franciſcus de Sales declarans, obſervat, quòd in verſione noſtra vulgata, quam Concilium Tridentinum canonizavit, præceptum hoc per dilectionis nomen potiùs quàm amoris expreſsũ fuerit; quia tametſi etiam amor ſit dilectio non tamen eſt ſimplex amor, ſed aſſociatus ab electione, prout ex hujus dictionis *dilectio* etymologia clarè deducitur; idq; ad docendum nos, præceptum nobis eſſe non quemlibet affectum & amorem, ſed illum, qui inter multos electus eſt, Deóque debetur, quique omnibus aliis rebus anteponi debet; & hoc fortè eſt, quod Albertus Magnus per adductam S. Iſidori authoritatem, dicere voluit, dum ait: *Ex tota mente, id eſt, ex omni ratione cunctis præponere.*

Sales p. 2. l. 4. c. 6. Alb. M. in Matt.

Verſus 38.

Hoc eſt maximum & primum mandatum.

1. S. Anſelm. rationem reddit, cur præceptum hoc maximum & primum appelletur: *Primum & maximum dicitur, quia ante omnia, debemus illud quaſi unicum pietatis fundamentum in intimo corde collocare*, ſicut enim fundamentum totius ædificii fulcrum eſt, ita in ſpirituali animæ fabri-

S. Anſel. in Matt.

ca, charitas basis & fundamentum est pietatis, & nostræ erga Deum religionis.

Cajet. 2. Cajetanus præceptum hoc primum dici sentit, in intentione supremi legislatoris: *Est enim primum in intentione legislatoris, quia hoc præcipuè intendit*, in cunctis enim scripturis sacris utriúsque testamenti, in omnibus Prophetarum oraculis, in universis præceptis & consiliis evangelicis, sapientia increata nullum alium finem sibi propositum habuit, præterquam amorem Dei, & proximi dilectionem: *Finis præcepti est charitas. Magnum*, inquit Cajetanus, *quantitate virtutis in genere mandatorum, utpote excedens reliqua & virtualiter continens reliqua:* Omnia hactenus à Deo data præcepta charitatem pro objecto habent, omniáque virtualiter in præcepto dilectionis includuntur. Paulus de Palatio ait: *Maximum, sine quo reliqua parva, imò sine quo, secundùm Apostolum, ipsa maxima nihil sunt*, conformiter celebri illi discursui: *Si linguis hominum loquar & Angelorum*; ubi clarè deducitur, quòd si quis egenis omnem suam daret substantiam, suúmque corpus super prunas extenderet, ita ut ardeat, charitatem verò non habet, nullum sibi inde acquisiturus sit meritum. *An non & maxima? At sine maximo mandato, adeò non sunt illa maxima, ut nihil sint; contra verò, quæ minima sunt, cum maximo mandato maxima redduntur; calix aquæ frigidæ ex dilectione, res maxima est, siquidem ipsum meretur cœlum.*

1.Tim.1. 5. *Paul. de Pal.* 1.Cor.13. 1. *Mat.*10. 42.

3 Et etiam primum, non modò in lege scripta, sed etiam naturali, siquidem natura ipsa nos docet, ut supra omnem rem creatam, Deum creatorem nostrum diligamus, à quo recepimus esse & omne bonum, quod possidemus.

1.*Cor.*13. 13. *Ennod.l.* 2.*ep.*10. *S.Aug. l.* 50.

4. Apostolus charitati inter omnes alias virtutes, primatum attribuit, dicens: *Major autem horum est charitas.* Ennodius ait: *Imperatoris loco dominatur, semel penetralibus cordis infixa dilectio.* Sanctus Augustinus quoque Regis alicujus similitudine utitur, qui è throno suo non recedens, imperat, cunctósque regni sui ministros operari facit: *Quidquid jusserit, per totum imperium emanat, movet solùm labia, movetur tota provincia*; eodem modo charitas tanquam Regina præsidet & imperat aliis virtutibus, & hæ ex præcepto illius operantur; imò nulla illarum quidquam boni aut Deo grati operari potest, nisi ab ipsius imperio associata fuerit; ita in dicta epistola veridicus Apostoli calamus attestatur. Memorandum hoc loco est, illud in Levitico à Deo datum præceptum: *Quidquid obtuleris sacrificii, sale condies. Nunquid*, inquit Deus per Prophetam, *manducabo carnes taurorum?* quid igitur hic latet mysterii, quòd ad omnes oblationes sal adhiberi jubeat. *Omnia in figura contingebant*; septuaginta legunt: *Amore condies*; scire enim nos voluit, quòd nulla oblatio nullúmque opus, licet aliàs in se bonum sit, in conspectu divino meritorium aut gratum esse poterit, nisi hoc dilectionis condimento fuerit conspersum.

Lev. 2. 13. *Ps.*49.13

5. Charitas in multis scripturæ locis, auro assimilatur; quia sicut hoc superioris est ordinis, majorisque valoris omnibus aliis metallis, ita ipsa omnes alias excedit virtutes, majorisque æstimanda venit: potest & alia quædam analogia in medium adduci: Nam sicut is, qui aurum habet, omnia habere dicitur, eò quòd per hoc viam sibi sternat ad honores, famam, applausus, per hoc palatia, hortos, status, principatus & quidquid apud homines in pretio est, comparatur. Eodem modo, qui hoc divini amoris auro locuples est, omnium aliorum operum bonorum, eleëmosynarum, jejunorum, solitudinum, orationum, sanctarum peregrinationum merita virtualiter possidet. Angelus in Apocalypsi Episcopo cuidam hoc consilium dedit: *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, ut locuples fias*; ideoque sanctus Anselmus piè meditatur, quòd licet nec manus, nec pedes, nec oculos, nec alias corporis partes haberet, quibus in servitio Dei operari posset, solum tamen cor illi relictum sufficeret. *Aufer Domine à me, si velis, substantiam, manus, pedes, oculos; solum relinque cor, quo te diligam, hoc enim solo tibi placebo.*

Apoc. 3. 18. *S. Anselm. in med.*

6. S. Am-

S. Ambr. prec. 2. ad Miſſam.

6. Sanctus Ambroſius dicit, dictionem *Charitas* inde derivari, *quia illâ charius nihil inveniri poteſt*; inter omnia creata nihil invenitur, cum quo comparari poſſit, ad uſque SSS Triadis thronum aſcendit, ſeque pari locò cum Spiritu ſancto collocat, quia ſanctiſſimus hic Spiritus, charitatis & amoris glorioſo titulo appellatur, imò omnibus adæquatur tribus perſonis divinis: *Deus charitas eſt*; in ipſius ſolius poteſtatem, non verò aliarum virtutum, Deus paradiſi gloriam & beatitudinem conſignavit, adeo ut, ſi quis ad portas æternales pulſet, qui vivum ſe in eremis epelivit, aut qui virginitatis lilium illibatum conſervavit, vel qui pro Chriſtianæ religionis defenſione aſſari & torreri ſe permiſit, niſi tamen hoc amoris igne pariter ardeat, repulſam utique turpem patietur: è contrario verò, quod ſi anima aliqua ad fauces usque in diſſolutionum ſuarum ſordibus immerſa fuerit, Deus autem hanc ei fecerit gratiam, ut vel unicam tantùm hujus amoris ſcintillam concipiat, mox cœlum ſibi ante faciem pateſcere videbit. S. Apoſtolus, qui non tam per revelationem, quàm per viſionem de rebus cœleſtibus loquitur, ſiquidem *raptus uſque ad tertium cœlum*, dum ejus decorem exaggerat, quibus obſecro, illud præparatum eſſe dicit? num fortè illis qui diris flagellis ſe exanimarunt? aut verò illis, qui omnes opes ſuas pauperibus erogarunt? aut denique iis, qui hic in terris vitam duxerunt apoſtolicam, & animas converterunt? Audite quibus præparatum

1. Cor. 2. 9. eſſe dicat: *Quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum*; quisquis enim hic Deum magis dilexerit, ad ſublimiores gloriæ gradus tolletur in altum. Quando in Apoc. dicitur:

Apoc. 21. 16. *Menſus eſt civitatem de arundine aurea*, idem eſt, ac ſi diceretur, quòd juxta menſuram

S. Th. p. 1. q. 12. a. 6. charitatis æterna dabitur beatitudo. *Qui plus habebit de charitate*, inquit S. Thomas, *perfectiùs Deum videbit & beatior erit*, quo modo implendum eſſe exiſtimatis dictum illud æternæ & Primæ Veritatis, regnum ejus

Luc. 17. 21. intra nos eſſe dicentis? *Regnum Dei intra vos eſt*; certè non alio, niſi quando in corde

S. Bern. ſerm. 85. in Cant. noſtro charitas ardet, tunc enim certum quoddam illius regni pignus poſſidemus; de hoc amore S. Bernardus ita ſcribit: *Is per ſe ſufficit, per ſe placet, & propter ſe, ipſe meritum, ipſe præmium ſibi eſt amor.*

7. Unica duntaxat hujus ignis ſcintilla ejus valoris & efficaciæ eſt, ut, ſi infernum penetrare poſſet, illum illico transformaturus eſſet in paradiſum; & hic fortè finis petitionis, ab Epulone ad Abraham factæ, ut ſcilicet ad ejus ardorem refrigerandum, Lazarus unicam tantùm illius aquæ guttam adferret, quæ civitatem Dei inundat. q. d. quòd, ſicut minimus quidam gratiæ juſtificantis gradus ad innumeras culpas extinguendas ſufficit, ita quoque unica tantùm gratiæ & charitatis ſcintilla ad innumeras pœnas extinguendas ſufficiat. Ubi notandum, quòd non fruſtra digitum petat: *Extremum digiti*, nimirum ad amorem divinum & Spiritus ſancti gratiam alludere voluit, qui digitus eſt manus Dei: *Dextera Dei tu digitus*: & quidem ſi gloria beatis in virtute charitatis conceditur, cur non etiam de charitate aſſerere poterimus, quod ſanctus Auguſt. de gloria ſcribit, nimirum: *Tanta eſt dulcedo futuræ gloriæ, quod ſi una ſtilla in infernum defluereret, totam damnatorum amaritudinem indulceraret.*

Luc. 16. 24.

S. Aug. ſerm. 8. de tranſfigur.

Verſus 39.

Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.

Secundum autem ſimile eſt huic.

1. Secundum hoc præceptum primo ſimile dicitur, quia ambo in eundem ſcopum tendunt, quieſt amare; vel etiam, quia ſecundum derivatur à primo. Author imperfecti ait ſenſum eſſe: *Simile eſt, ſicut qui amat Deum, quia imago Dei eſt homo, ſicut in imagine ſua Rex honoratur & contemnitur, ſic & Deus in homine vel diligitur vel oditur*; *nemo poteſt hominem odire, qui Deum amat, nec poteſt Deum amare, qui hominem odit*; juxta illud S. Joannis: *Si quis dixerit; quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt*; moxque indiſſolubile hoc argumentum ſubjungit: *Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere?* tandem Deum, præceptum dilectionis proximi conjunctim cum præcepto amoris ſui ſanxiſſe concludit, dicens: *Et*

Aut. Imp. ho. 42.

1. Joan. 4. 20.

hoc mandatum habemus à Deo, ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Idem author imperfecti impoſſibile eſſe, ut quis Deum amet, non amando proximum; hac ſimilitudine demonſtrat: *Quis enim honorat Regem, & contemnit imaginem ejus, aut quis honorat imaginem & contemnit authorem imaginis?* Albertus Mag. ſuper Matthæum ait: *Dicitur ſimile, quia eſt de eadem dilectione, una enim & eadem dilectione diligitur Deus, & imago ejus in proximo.*

Alb. M. in Matt.

2. Carthuſianus ait: *Simile, non æquale in dignitate, ſed proximè ſi quens*: veruntamen ſi attentè ſollicitudo Chriſti conſideretur, in imprimenda nobis dilectione noſtra inveniemus, ipſum præceptum hoc quaſi pari cum dilectione ſua loco habuiſſe, noſque pari, qua ſeipſum, dilectione amaſſe. Euſebius Emiſſenus ait: *Maximum quidem erga hominem divini amoris inſigne eſt, quòd inter ipſa mundi principia imaginem & ſimilitudinem Dei ſervus accepit, ſed penè ampliùs eſt, quod nunc perſonam & formam ſervi Deus aſſumpſit*; unde neſcio an dicere auſim; amorem, quo Pater æternus nos dilexit, parem vel ſuperiorem fuiſſe illo, quo proprium proſecutus eſt filium, nam ut ſanctus Ambroſius ait: *O inæſtimabilis dilectio charitatis, ut ſervum redimeres, filium tradidiſti.*

Dionyſ. Carth. enarr. in evangel. dom. 11. poſt Epiph. Euſeb. Emiſſ. hom. 6. de paſſ. S. Amb. in præc. paſch.

3. Quæri hoc loco poteſt, cùm Phariſæus Chriſtum non niſi de primo præcepto interrogarit, dicens: *Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege*, quid eſt, quòd nunc etiam de ſecundo reſpondeat? Lucas Burgenſis ait: *Plus itaque docet Jeſus, quam fuerat rogatus, de maximo mandato rogatus, addit & à maximo proximum*; neque mirum, eſt etenim divinæ charitati proprium in ſuis ergà nos gratiis & favoribus ſemper abundare, juxta quod profitetur Eccleſia dicens: *Abundantia pietatis tuæ, merita ſupplicum excedit & vota*; ecce tibi fructum, quem nobis confert noſter ad divinam bonitatem acceſſus & approximatio: *Accedite ad eum & illuminamini; & facies veſtræ non confundentur.* Alia nihilominus ſupereſt ratio, & principalior quidem, cur præcepto amoris divini immediatè ſubjungatur illud de amando proximum, ut ſcilicet diſcamus, quanta utriusque ſit dependentia ab invicem, quòd ſcilicet alterum nequeat ſubſiſtere ſine altero, ſed neceſſariò copulentur ad invicem, nulliúsque ſecundum ſit roboris ſine primo; nemo namque Deum amare poteſt, niſi eodem pariter amore feratur in proximum, utpote imaginem Dei, ideóque aptiſſimè S. Auguſtinus amorem Dei & proximi indiſſolubili inter ſe nexu uniri teſtatur, inquiens: *Vt non immeritò plerumque Scriptura pro utroque unum ponat.*

Luc. Burg. *Pſ. 33. 6.* *S. Aug. l. 8. de Trin. c. 7.*

4. Imo adeo hæc infallibilis eſt veritas, ſcilicet quòd, qui utrumque non amat, neutrum amet, ut un cum noſtri in Deum amoris indicium ſit, dilectio proximi, id quod non obſcurè nos docuit Apoſtolus, inquiens: *Nemini quicquam debeatis, niſi invicem diligatis*; aſt ubi, inquies mentio indiviſibilis primi & principalis præcepti de amando Deum ex toto corde, animâ & mente noſtra? nequaquam profectò hoc ab altero Apoſtolus dividendum cenſuit, dum immediatè ſubjunxit: *Qui enim diligit proximum, legem implevit*; reſpicit ſanctus Paulus inſigne illud Chriſti effatum dicentis: *In his duobus*, (amoris ſcilicet Dei & proximi unitim ſumptis) *mandatis univerſa lex pendet*, nec obſtat, quòd ſolius in proximum dilectionis meminerit: *Quia una & eadem dilectione diligitur Deus, & imago ejus in proximo*, inquit Albert Magnus: *Ratio quippe diligendi proximum*, juxta Carthuſianum, *eſt Deus; ergo qui proximum diligit, Deum diligit*; in proximis namque imaginem Dei veneremur oportet, hunceque diligamus in perſona eorum; unde idem ſubdit Carthuſianus, quòd etiamſi duo ſint præcepta, *Unum tamen ſæpe frequenter ponatur pro utroque, quia nec Deus ſine proximo, nec proximus ſine Deo diligitur.* Vult igitur Deus, ut in amore aut beneficio, quod proximo exhibemus, nequaquam hujus aut defectus aut demerita reſpiciamus, quibus fortè quandoque offenſi fuimus, ſed eum conſideremus, ejúsque amoris intuitu fratrem diligamus, qui nobis de proximum amando præceptum ſtatuit. Adducit inſignem porro hujus ſimilitudinem Chryſoſtomus: *Quemadmodum enim, ſi nos quempiam dilexerimus, decere ſolemus: ſi hunc diligis meipſum diligis: ita & Chriſtus hoc ipſum declarans, dicit: Secundum ſimile eſt huic.* Juxta proportionem affectus, quo proximum proſequimur, Deus noſter in pondere

Rom. 13. 8. *Matt. 22. 40.* *Alb. M. in Matt.* *Dionyſ. Carth. ad Rom. 13.* *Chryſ. hom. 23. ad Rom.*

pondere ſanctuarii amorem ponderat, quo erga ipſum afficimur, adeò ut B. Laurentius
B. Laur. Inſt. c. 1. Juſtinianus in faſciculo divini amoris ſcribat: *Stateram quandam ſpiritualem divini amoris, proximi voluit eſſe dilectionem.* Quòd ſi dixeris, Deum nobis præcepiſſe, ut totum amorem noſtrum ſibi exhibeamus; dicit enim: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, & in totâ mente tuâ*: adeoque nihil tibi reliquum eſſe, quod proximis exhibeas, dum ipſe totum amorem ſibi vendicat. Reſpondeo, Deum nobis præcipere, ut ex debito eodem, quod Deo ſolvimus, etiam proximo, ad ejus computum, quòd debemus, pendamus; ita ut eo amore, quem Deo debemus, etiam proximum diligamus, dummodo is ob Dei amorem diligatur. Unde S. Leo inquit: *Dilectio proximi dilectio Dei eſt, qui plenitudinem legis & Prophetarum in hac gemmæ charitatis unitate conſtituit, ut nemo ambigeret Deo ſe offerre, quod homini contuliſſet, dicente Salvatore, cùm de alendis juvandisque pauperibus loqueretur.*
Matth. 25. 40. *Quòd uni eorum feciſtis, mihi feciſtis*; ideoque in cunctis aliis miſericordiæ operibus, Deus ipſe in propriâ perſonâ immediatè ſe debitorem eſſe agnoſcit: *Hoſpes eram, & collegiſtis me, infirmus, &c.* Chryſoſtomus conſiderat, quòd quando Petrum, num illum amaret, interrogavit, atque de hoc ipſo trinâ vice rigoroſum examen inſtituit, protinùs ſubjunxerit: *Si diligis me, paſce oves meas.* Evidentiùs enim noſtri erga Deum amoris ſignum edere non poſſumus, quàm proximorum dilectionem. Moyſes quondam duas è monte tabulas digito Dei ſcriptas, de portavit, in quarum altera inſculpta erant præcepta, ad cultum & reverentiam Dei ſpectantia; in altera verò proximum concernētia: at verò ſtrepitum populi, vitulum adorantis inaudiens protinus. *Proje. it è manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis*; circa quod factum quæſtio ſurgit: ex quo enim zelus honoris Dei contemerati eum induxit, ut tabulas illas lapideas frangeret, quæ utpote manibus illis inſculptæ, quæ cunctis creatis eſſe ſuum dedêre, quovis opulento theſauro pretioſiores erant, cur ſaltem non reſervavit rabulam iſtam, in qua præcepta proximum concernentia, deſcripta erant? nihil mirum eſt, quòd tabulam illam confregerit; in qua Deus ſolus adorari & coli præcipiebatur, ſiquidem actualiter Dei loco, bovem adorabant; at verò, quòd etiam in multas partes alteram comminuerit, quæ ipſum ad hoc neceſſitas adigebat? *Omnia in figura contingebant*; per hoc enim docemur, quòd, qui amorem in Deum amittit, per neceſſariam conſequentiam ſimul etiam amittat illum, qui proximo debetur: *Quia*, ut Haymo ait: *in dilectione proximi conſiſtit & dilectio Dei, neque enim Deus ſine proximo, nec proximus ſine Deo diligi poteſt.* S. Bernardus hæc duo præcepta, duabus alis alicujus avis aſſimilat: avi enim ad volandum unica tantùm ala non ſufficit, ſed requiritur utraque: ita quoque *Nullus homo cum una ala poterit volare ad cœlum: quare? quia nec ſola dilectio Dei ſine dilectione proximi, nec ſola dilectio proximi ſine dilectione Dei valet ad conſequendam æternam beatitudinem.*

Haym. in c. 13. Apoc. *S. Bern. ſerm. 13. de modo ben. viv.*

Diliges proximum tuum.

5. Carthuſianus ait: *Proximum, id eſt, quemlibet hominem in hoc mundo converſantem.* Lucas Burgenſis ſimiliter ait, omnes illos proximos noſtros cenſendos & reputandos eſſe, qui ex eodem nobiſcum luto pſalmati fuêre: *Quemlibet alium hominem, quantumvis vilem, barbarum aut incognitum tibi, etiam inimicum.* S. Auguſtinus in epiſtolâ quâdam pariter ait: *Proximus ſanè hoc loco non ſanguinis propinquitate, ſed rationis ſocietate penſandus eſt, in qua ſocii ſunt omnes homines; nam ſi pecuniæ ratio ſocios facit, quanto magis ratio naturæ, non negotiandi, ſed naſcendi lege communis.*

Dion. Car. loc. cit. *Lucas Burg.* *S. Aug. ep. 52.*

6. Quod ſi ad hoc præceptum adimplendum nullum aliud haberemus motivum, potēt iſſimum profectò eſſet, quòd certum eſſe ſciamus, nos per illud omnibus aliis præceptis & legibus à cœleſti legislatore ſtatutis, pleniſſimè ſatisfacere: *Qui enim diligit proximum, legem adimplevit*: *quæris legem*, inquit S. Bernardus? *quæris mandatum? hoc eſt*, inquit, *mandatum meum, ut diligatis invicem.* Omnes leges naturæ, ſcriptæ & evangelicæ, quas mundus unquam habuit, præter hunc amorem nihil in ſubſtantia præcipiūt: *Si quod eſt aliud mandatum*, inquit Apoſtolus, *in hoc verbo inſtauratur.* S. Auguſtinus legit:

Rom. 13. 8. *S. Bern. ſerm. in pſ. 23.* *Ibid. v. 9.*

S. Aug. ep. 29. Rom. 13. 10.

git: *Recapitulatur*: S. Ambrosius vertit: *consummatur*; *Diliges proximum tuum, sicut teipsum, dilectio proximi malum non operatur; plenitudo ergo legis est dilectio*: verba hæc trutinæ superponantur, & in explorato pondere invenietur, quòd quisquis hoc præceptum adimplet, sanctè & immaculatè vivat. Filius Dei præceptum istud, suum appellat, non quia alia non sunt sua, sed ut per hoc do eat, quòd, quoad hoc præceptum specialem à suis sequatibus obedientiam exposcat, quòdque hoc nobis præ cunctis aliis commendatum esse cupiat: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem.* Quando Apostolos suos per mundum dispersit, ut Evangelium annuntiarent, novam gratiæ legem promulgarent, abominabilemque idolatriam disperderent, quo, obsecro, ex signo, discipulos suos, tanquam tales, agnoscendos esse dixit? num fortè ex dono linguarum, prophetiæ, miraculorum, ecstasium, aut verò ex conversione populorum, falsorum numinum demptione, vel exhibita in suppliciis tolerantia? Minimè gentium, sed *in hoc cognoscent omnes, quòd discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*; multi quoque reprobi miracula fecerunt: *Discedite à me operarii iniquitatis*; sed infallibile veræ solidæque sanctitatis signum est dilectio proximorum; ac proinde D. Chrysostomus ait: *Omissis miraculis dilectionis eos signo notat, quando hæc maximè sanctorum hominum indicium est.* Spiritus sanctus in forma visibili super Christum descendens, columbæ similitudinem sibi assumpsit: *Ideo autem Spiritus sanctus speciem columbæ suscepit*, inquit Author imperfecti, *quoniam præ omnibus animalibus hæc cultrix est veritatis*; pergit idem Author plenius demonstrare, quòd omnes quidem aliæ virtutes fictè & simulatè exerceri possint sed non ista: *Habet diabolus & mansuetos & humiles, habet castos, & eleemosynarios, & jejunos*; ita etiam hic serpens astutus negotia sua dirigit, ut & sui multis virtutibus extrinsecùs dotati esse videantur: *Solam autem charitatem sancti Spiritûs non potest immundus spiritus imitari.* S. Pachomius, olim paganus, in exercitu Constantii militans, ex charitate, quam Christiani erga ipsum exercebant, illos veræ Religionis, veræque

Joan. 15. 12.

Joan. 15. 35. Luc. 13 27.

Chrys. hom. 21. in Joan.

Aut. Imp. hom. 4.

legis professores esse agnovit, quia etiam inimicis amoris & benevolentiæ signa exhibere non omittebant, ideoq; ad Christianum fidem conversus fuit. Tertullianus refert, gentiles Evangelii sequaces, obstupefactos, ad se mutuo dixisse: *Videte, ut invicem se diligant, & ut pro alterutro mori sint parati*; ex hac enim adeo ferventi & mutua dilectione Deum illis adesse cognoscebant: id sanctus Joannes attestatur, dicens: *Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus in nobis perfecta est.*

Tertull. Apolog. c. 39.

1. Joan. 4. 12.

7. Enim verò quàm anxiè Deus nobis hunc mutuum amorem inserere studuerit, facilè dici potest ex modo, quem in nostrâ creatione observavit, siquidem plantis & animalibus ipsemet in propriâ specie, individuorum multiplicitatem creavit; homo autem unicus & solus creatus fuit: *Faciamus hominem*, inquit in numero singulari; cur obsecro, non omnia naturæ humanæ individua simul creavit, sicut in natura angelica fecerat; cur uni soli homini suum esse dedit, ejusque propagationem tot sæculis diutissimè distulit? nimirum ut solus ille genus humanum in universâ terra propagaret. Verùm ulteriùs quærendum restat, cur, qui unicum duntaxat hominem creare volebat, unicam tantùm mulierem ei assignavit, quando ad humanam generationem citiùs propagandam multas creare, eique in conjuges assignare poterat? Dubium hoc jam dudum à sancto Petro Damiano motum fuit, hisce verbis: *Cur Deus in principio unum solummodo creaverit hominem?* imo considerandum insuper est, quòd mulierem ex costa viri desumpserit: *Ex quo nimirum tanquam ab esset materiâ figulo, mulierem quoque sexum, voluit propagare*; quæ omnia Deus hominis psalmator facere voluit, ut nobis in hac naturâ nostrâ unionem insinuaret & dilectionem, ut videlicet posteri se omnes ab uno patre & una matre descendere agnoscentes, se mutuò tantò ardentiùs amarent: *Ut charitatem hominibus commendaret, & in fraterni amoris unitate connecteret, quatenus propriæ origini congruentes, nequaquam diversi resilirent mente, qui unum probarentur ex corpore.*

Gen. 1. 26.

Pet. Dā. opusc. 8. de parentelæ grad. c. 3.

S. Aug. de bon. conjug. c. 1.

8. S. Augustinus ait: *Ex uno Deus voluit omnes homines condere, ut in sua societate non sola*

ſola ſimilitudine generis, ſed etiam cognationis vinculo tenerentur. Hoc argumento Deus apud Malachiam uſus eſt adversùs illos, qui proximos ſuos contemnebant: *Nunquid non pater unus omnium noſtrum? nunquid non Deus unus creavit nos? quare ergo deſpicit unuſquisque noſtrùm fratrem ſuum?*

Malach. 2. 10.

Sicut te ipſum.

1. Qualiter hæc propoſitio intelligenda ſit, S. Thomas his verbis declarat, dum ait: *Non intelligitur quantùm teipſum, quia hoc eſſet contra ordinem charitatis, ſed ſicut teipſũ, vel eo modo, quo teipſum, quia non te debes diligere propter te, ſed propter Deum, ſic etiam proximum. Item in te, quod teipſum diligis, diligis te in eo, in quo vis tibi bonum, & tale bonum, quod ſit ſecundùm te, & legem Dei, & hoc eſt bonum juſtitiæ: ſic etiam & proximo debes optare bonam juſtitiam, unde debes eum diligere, vel quia juſtus eſt, vel quia juſtus ſit.* Huic ſententiæ S. Thomæ, conforme eſt, quod Dionyſius Carthuſianus ſuper hoc Evangelium ſcribit: *Sicut teipſum*, inquit, *ſpirituali amore, deſiderando ejus ſalutem, & cooperando ei ad illam*: Cajetanus ad hoc ſe reflectit, quod in ſacris Canticis ſponſa, per quam anima juſta intelligitur, de cœleſti amatore ſuo dixit, nimirum: *Ordinavit in me charitatem*, quòdque Salvator noſter ideo non dixerit: *quantùm teipſum, quia quadrat ordini naturæ, moris, ac charitatis, ut plus diligam me, quàm proximum; ſed dicit: ſicut, hoc eſt, eo modo, quo diligis te.* Quonam verò modo, & quo fine proximus diligendus ſit, ſequentibus nos verbis docere pergit, dum ait: *Amicè, amicabiliter; præcipitur enim ut diligas proximum, propter bonum ipſius proximi, & non propter tuam utilitatem, ſicut diligis te ipſum, propter teipſum; diligere enim proximum propter teipſum, non eſt diligere proximum, ſed eſt diligere teipſum: eſt enim dilectio concupiſcentiæ, non amicitiæ*; & ideo quidquid nobis boni volumus, noſtris quoque proximis deſiderare & procurare debemus, juxta illud Matth. 7. *Omnia quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis: hæc eſt enim lex & Prophetæ.* Unde & S. Auguſtinus ait: *Ea eſt regula dilectionis, ut quæ homo vult ſibi bona provenire, & proximo velit, & quæ ſibi accidere mala non vult, & illi nolit.*

S. Th. in Matth.

Dion. Carth. loc. cit.

Cajet.

Cant. 2. 4.

Matt. 7. 12.

S. Aug. de vera relig. c. 46.

10. Obſervandum eſt autem, Chriſtum hoc dilectionis præceptum, velut novum promulgâſſe, cùm tamen in lege veteri præceptum fuerit; porrò ut Maldonatus refert, Patres Græci ideo Chriſtum hoc præceptum novum appellâſſe communiter dicunt, quia licèt in veteri teſtamento nobis quoq; præceptum fuerit, ut proximum noſtrum ſicut nos ipſos diligamus, in novo tamen ulteriùs præſcribitur, ut ipſum plùs quàm nos adamemus, ſiquidem Chriſtus non modò dicit: *Ut diligatis invicem*, ſed inſuper modum ſubjungit: *Sicut dilexi vos*; Chriſtus autem amat nos, licèt inimici ejus ſimus, tametſi ingrati, innumeris demeritis amore hoc minimè digni ſimus, etiamſi nulli rei adeo ſtudeamus, quàm ut ipſum offendamus, & indignè tractemus; in hoc igitur Chriſtus à nobis imitandus eſt, ut licèt proximi noſtri amorem noſtrum non mereantur, licèt malè ab iis habeamur, licèt in nos ingratiſſimi exiſtant, non tamen ob id à benefaciendo ipſis deſiſtamus: *Si diligitis eos, qui vos diligunt, nonne & Publicani hoc faciunt?* inquit Redemptor noſter, *& ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantùm, quid amplius facitis, nonne & ethnici hoc faciunt?*

Joan. 13. 34.

Matth. 5. 46.

Ibid. v. 43.

11. Poteſt hoc quoque loco perpendi, prædictis verbis alium quendam, proximos amandi modum nobis præſcribi; nemo enim bene ſibi velle deſinit, licèt multis propriis defectibus & vitiis ſe obnoxium eſſe videat; ita pariter fratres noſtri nobis amandi ſunt, licèt vitioſi & defectuoſi exiſtant, dirigẽdo oculum noſtrum in eum, qui hoc præcipit, recognoſcendo quoque in ipſis Dei imaginem, & conſequenter defectibus eorum compatiendo, eosque excuſando.

Verſus 40.

In his duobus mandatis univerſa lex pendet & Prophetæ.

1. *Id eſt*, ut Gloſſa Interlinearis inquit, *ad hæc duo refertur totus Decalogus, & monita Prophetarum ibi finem habent.*

Interl.

2. Lyranus ad id explicandum, ſimilitudinem

Lyran.

tudinem adducit materiarum ſpeculativarum, in quibus omnes concluſiones à principio dependent: *De quolibet affirmativo vel negativo, ſic in operabilibus dependent omnia ex dilectione* Dei *principaliter, & conſequenter ex dilectione proximi; propter hæc omnia mandata legis & monitiones non ſunt niſi quædam explicationes iſtorum duorum mandatorum, quia omnia ordinantur ad dilectionem* Dei *& proximi.* Cajetanus hanc propoſitionem evidentem eſſe demonſtrat, quòd ſcilicet, quidquid in legibus præſcribitur, & in Prophetis legitur, ordinatum ſit ad dilectionem Dei & proximi; Dei quidem, *Quia in hoc clauduntur omnia, quæ ſunt fidei, ſpei, religionis & morum*; proximi verò, *quia & in hoc clauduntur, quæ ſunt juſtitiæ, obſervantiæ, veritatis, amicitiæ, miſericordiæ & ſimilium.* Lucas Burgenſis verborum illorum: *In his duobus mandatis*, &c. hunc dicit eſſe ſenſum: *Eorum omnium, quæ lex & Prophetæ jubent, cavent, ordinant, ſtatuunt, movent, docent, ſubductis rationibus hæc eſt ſumma: diligendum ab homine præ omnibus Deum, & proximum ſicut ſeipſum, hæc eſt totius legis epitome.*

Cajet.

Luc. Burg.

3. Opportunè quoque circa hæc verba ponderanda eſt prærogativa quædam, quam nos Evangelicæ legis fideles præ Hebræis habemus, quibus ponderoſum illud legis Moſaicæ jugum impoſitum fuit, quod S. Petrus meritò appellat *jugum, quod neque nos, neq; patres noſtri portare potuimus*; quia quæ in ea continebantur præcepta moralia, judicialia & cæremonialia ad numerum ſexcentorum tredecim aſcendebant; horum autem omnium ſubſtantiam Salvator noſter uni tantùm præcepto dilectionis ſapientiſſimè incluſit; quia tametſi dicat: *In his duobus mandatis univerſa lex pendet*, attamen ambo ad unicum ſolum reſtringuntur, teſte Apoſtolo, dicente: *Qui diligit proximum, legem implevit.* De Naaman Syro Scriptura refert, quòd, cùm le in Samariam recepiſſet, ut à lepra curaretur, Eliſæo indignatus fuerit, eò quòd ab illo debitâ cum reverentiâ non reciperetur, juberetúrque Jordanem adire, eoque ſepties ſe lavare; unde ad ſuos denuò reverti decreverat, dicens: *Nunquid aquæ magis ſalutares nobis erant in Damaſco?* quem proinde aliqui aulicorum, ei familiariores, accedentes, ita ſunt allocuti: *Pater, etſi rem grandem dixiſſet tibi Propheta, certè facere debueras, quantò magis, quia nunc dixit tibi: Lavare, & mundaberis?* quibus verbis Naaman permotus, Prophetæ juſſibus facilè acquievit, eaque executus ſanitatem recepit. Homo à Deo creatus eſt, ut cœlo potiretur, quia verò peccati lepra infectus fuit, pedem ei inferre nequit; quia *nil coinquinatum intrabit in regnum cœlorum*; quid igitur remedii, ut ab hac leprâ curaretur? *Lavare ſepties in Jordane*; etenim Dei filius in Eccleſiâ ſuâ Sacramenta inſtituit, velut inſtrumenta ad conferendam gratiam, ordinavitque, ut per legis ſuæ obſervantiam, æternam conſequeremur beatitudinem: *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*; at verò num tibi hæc obſervantia difficilis eſſe videbitur; *Etſi rem grandem dixiſſet tibi, profectò facere debueras, quantò magis quia nunc dixit tibi: Lavare, & mundaberis?* quòd ſi Deus ad animam, ab hac peccati leprâ mundandam, ad conſequendum finem noſtrum, ad fruendum Deo in ſempiternum, ad evadendam pœnarum inanium attrocitatem præcepiſſet, ut tota vita noſtra vivos nos ſepeliremus in eremis, ut veſtiremur cilicio, ut in pane & aquâ jejunaremus, profectò facere debueras, quia agitur de ſecuritate æternitatis beatæ; & evadenda pœnarum æternitate; quantò magis, quia nunc *dixit tibi: Lavare, & mundaberis?* quantò æquiùs & juſtiùs eſt, ut in præcepti alicujus adeò facilis, quale eſt amoris, adimpletionem condeſcendas? amesque objectum adeo dignum, à quo tot es beneficiis præventus, Deum videlicet, Creatorem & Redemptorem tuum, qui in hujus dilectionis præmium, nos regni ſui participes facere voluit? S. Thomas de Villa Nova proinde ait: *Attendite fratres chariſſimi, attendite & videte, qualia præcepta nobis injungit Deus noſter; non aſpera & difficilia, non gravia & importabilia, non lacerare carnes verberibus, non pedibus nudis ſuper ferreos tribulos ambulare; ſed quid? Diliges*, inquit, *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ,*

Act. Ap. 15. v. 10.

Rom. 13. 8.

4. Reg. 5.

Ibidem. v. 13.

Apoc. 21. v. 27.

S. Thom. Vill. hic.

tua, & proximum tuum, nihil ſive faciliùs, ſive delectabiliùs dari aut imaginari ſibi quis poteſt, quàm amare. Unde eruditiſſimus Idiota de divino amore ſcribens, ait: *Amore facilis res eſt, omnibus ſe exhibet, nulli ſe negat, capit eum juvenis & ſenex, vir & mulier, dives & pauper, ſummus & infimus, liber & ſervus, ſecularis & religioſus, debilis & fortis. nec eſt, qui ſe valeat excuſare.*

Idiot. de div. am.

Iſa. 10. 27.

4. Inter alias, quæ Propheta Evangelicus de nobis Chriſtianis prædixit prærogativas, una hæc fuit: *In illa die computrescet jugum à facie olei*: oleum autem rotas expeditiùs currere facit, tametſi igitur collum, jugo legis gratiæ onuſtum habeamus, hoc tamen charitatis oleum facilem & expeditum curſum nobis præbet: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum: Ambulabam in latitudine.* Unde ſanctus Gregorius Nyſſenus ait: *Induamur vinculis charitatis, tale jugum non detrectemus, ſuave eſt, leve eſt, ſubeuntis vicem non aterit, ſed demulcet.* Jugum hujus legis graviter ponderat, dum homo ſe ab eo conatur ſubducere: *Laſſati ſumus in via iniquitatis, ambulavimus vias difficiles*; at verò pronâ voluntate nos illi ſubmittimus, ab eo nos recreari experimur: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: tollite jugum meum ſuper vos, jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve: qui amat non laborat*, ut communiter dicitur. Quodnam igitur ad exonerandum nos ab onere peccati, facilius hoc amore remedium inveniri poterit? Optimè enim Chryſologus ait: *Tenera militia, delicati conflictus eſt, amore ſolo, de cunctis criminibus reportare victoriam. Poſuiſti loco ſpatioſo pedes meos*, inquit David, ubi S. Auguſtinus refutat eos, qui hanc mandatorum viam dicunt eſſe difficilem, dum ait: *Certè angusta via eſt*, quibus autem angusta ſit, mox declarat, inquiens: *Laboranti angusta eſt, imitanti lata eſt.*

Pſ. 118. 32.

Pſ. 118. 45.

S. Greg. Nyſſ. or. 2. de pau. amandis.

Sap. 5. 7.

Mat. 11. 28.

Chryſol. ſer. 94.

Pſ. 30. 9

S. Aug. ibid.

Verſus 41.

Congregatis autem Phariſæis, interrogavit eos JESUS, dicens.

1. Conſideranda hic eſt ingens Salvatoris benignitas, bonum ex malo elicientis: etenim invidia & malignitate phariſaicâ qua ipſum per propoſitam ei interrogationem apud populum confundere nitebantur, uſus eſt ad dandam illis perfectam divinitatis ſuæ notitiâ, dicens: *Quid vobis videtur de Chriſto?* quibus verbis, quantum ex parte ſua erat, ignorantiæ ipſorum tenebras illuminare voluit: *Sed dilexerunt magis tenebras, quàm lucem*: hæc autem notitia tantò illis opportunior erat, quantò certiùs ſe eâdem ſeptimanâ ab iis crucifigendum eſſe ſciebat; hic autem inexcuſabilis eorum error erat, quòd tunc huic notitiæ indilatè cooperati fuerint, quia *ſi cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*: felices profectò futuri, ſi hoc lumen ultrò admiſiſſent, quia *hæc eſt vita æterna ut cognoſcant te.*

Ioan. 3. 19.

1. Cor. 2. 8.

Ioan. 17. 3.

Verſus 42.

Quid vobis videtur de Chriſto? cujus filius eſt? dicunt ei David.

1. S. Thomas hanc interrogationem difficilem pariter & congruam fuiſſe notat: *Difficillima, quia habetur Iſa. 55. Generationem ejus quis enarrabit? Erat & congrua, quia habebant opinionem, quòd eſſet purus homo, & non credebant ipſum eſſe Deum*; quòd ſi ipſum talem credidiſſent, non utique illum tentaſſent, hoc enim præcepto Dei relato contrarium fuiſſet, ſcilicet: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Albertus Magnus ly *Vobis* conſiderans, *Vobis*, inquit, *qui ſcientiam profitemini & religionem*, erant enim Phariſæi apud Judæos, quod apud nos ſunt Religioſi reformatè viventes, qui ſpiritualis vitæ & doctrinæ ſacræ magiſtri exiſtunt. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam & legem re-*

S. Thom. in Matt.

Deut. 6. 16.

Alb. M. in Mat.

Malac. 2. 7.

requirent ex ore ejus, & ideò præter bonitatem ſcientia quoque poſſidenda eſt.

Cujus filius eſt?

2. *Cauſa interrogationis fuit*, inquit Alber. *Alb. M. in Matt.* tus Magnus, *quia Chriſtum dicebant venturum, & præſentem filium Dei eſſe confiteri nolebant*: ad quod probandum, textum illum *Joan. 10 33.* Joannis 10. adducit, ubi dicebant: *Nos de bono opere non lapidamus te, ſed tu homo cùm ſis, facis temetipſum Deum*: Chryſo- *Chryſ. hom. 72. in Matt.* ſtomus hanc interrogationem hoc tempore valde oportunam fuiſſe notat: *Nam quoniam ad paſſionem jam iturus erat, eam prophetiam in medium adducere voluit, quæ apertiſſimè Dominum ipſum eſſe prædicat.*

Paul. de Pal. 3. Paulus de Palatio aliam quandam hujus factæ interrogationis congruentiam notat, reflectens ſe ad paulò ante inculcatum dilectionis præceptum, ait enim: *Equidem jure duobus maximis mandatis quæſtio hæc adjuncta eſt, ut intelligamus, Chriſtum eſſe filium Dei & hominis, ut hoc unicum nos ad Dei & hominis dilectionem accendat, quis enim non amet Deum propter nos hominem factum?*

Janſen. c. 119. 4. Janſenius hunc diſcurſum, cum Phariſæis habitum, non modò Judæis illius temporis, ſed etiam qui his temporibus vivunt, profecuum fuiſſe notat: *Siquidem & hi ſuum Chriſtum, quem adhuc venturum exſpectant, putant tantùm fore purum hominem, nec alia re magis abhorrent à Chriſtianorum fide, quàm quòdea prædicet Chriſtum hominem verè etiam eſſe Deum, quaſi hac ratione multos colamus Deos, contra illud, quod in Scriptura toties dicitur, unum eſſe Deum.* Verum quidem eſt, quòd Meſſiam filium Dei appellabant: unde Caiphas ſummus Sacerdos Chriſtum *Mat. 26. 63.* interrogans, ait: *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus, filius Dei vivi.* *Pſ. 2. 7.* Intelligebant quoque ex Pſalmo ſecundo, *Pſ. 88. 27.* Meſſiam hoc titulo nominandum eſſe: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu.* Et alibi: *Ibid. 28.* *Ipſe invocabit me, pater meus es tu, Deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ*: at verò his, aliſque Scripturæ textibus, ut ait Janſenius, *intelligebant fore filium Dei, ſingulari quadam & eximia præ aliis electione & adoptione divina.* *Janſen.*

Dicunt ei, David.

5. Sanctus Thomas conſiderat, quòd cùm in Chriſto divina pariter & humana generatio fuerit, ipſi ad hanc ſecundam reſponderint, de qua prædictum erat: *Suſcitavit David germen juſtum.* Et: *Qui factus eſt ei ex ſemine David, ſecundùm carnem.* *S. Thom. in Matt.* *Jer. 23. 5.* *Rom. 1. 3.*

6. Valde congruenter ipſum filium David nominarunt, de quo dicitur: *Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus*: quia cùm jure merito Salvator malitiæ phariſaicæ indignari debuiſſet, ipſis potiùs vel maximè benefecit per ſalutares inſtructiones, & per notitiam divinitatis ſuæ, quam illis dare ſatagebat, licet ipſi hac ejus bonitate abuterentur. *Pſ. 131. 1*

Verſ. 43.

Ait illis: Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum: dicens: Dixit Dominus, &c.

1. S. Thomas ſuper hæc verba ſcribit, quòd in lege Moſaica patrem filio majorem eſſe manifeſtum erat, ideòque Chriſtus loquebatur conſequenter, dum a t, quòd filius proprii patris Dominus eſſe non poſſit: *Ergo vel Chriſtus non eſt filius David, vel in eo eſt aliquid majus David, cùm vocet eum Dominum*: ad objectionem verò, quam facere poterant, quòd David id dicens deceptus fuiſſet, reſpondet: *In ſpiritu vocat eum Dominum, id eſt*, ut Dionyſius Carthuſianus ait, *inſpirante & docente ſpiritu ſancto, vel in ſpirituali & prophetali intuitu*, idque ut Albertus Magnus ait, *ne putetur humanæ eſſe deceptio.* Sanctus Thomas in hoc Pſalmi textu tria ponderat: *Primo præmi-* *S. Thom. in Matt.* *Dionyſ. Carth. enarr. in evang.* *Alb. M. in Matt.*

nentiam ad Sanctos, (dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis) ſecundò æqualitatem ad patrem (ſede à dextris meis) tertio dominium ſuper rebelles: Ponam inimicos tuos,

S. Anſel. *ſcabellum pedum tuorum.* Sanctus Anſelmus ait: *Vocat Dominum, quod reverà eſt ſecundùm Deitatem; quomodo ergo filius ejus eſt ſecundùm carnem?*

Auth. Imp. ho. 24. Author Imperfecti idem quòque perpendit, dicens: *Nunquid poterat Dominus ejus eſſe, qui ex eo fuerat naſciturus?*

Cajet. 2. Cajetanus pro horum verborum notitia inquit: *Vera ſolutio quæſtionis eſt, quòd Meſſias habet utramque conditionem, ſcilicet quòd ſit filius Davidis, & quòd ſit Dominus Davidis; filius eſt, ſecundùm quod homo; Dominus ſecundùm quod Deus.* Phariſæi autem in Meſſiæ unica perſona, duas diverſas naturas, humanam ſcilicet & divinam uniendas eſſe ignorabant, ac proinde hallucinabantur.

3. Sciendum verò eſt, *ſedere* illud non eſſe

Alb. M. in Matt. de ſeſſione corporali intelligendum, & ideò Albertus Magnus ait: *In ſede æqualitatis ſecundùm divinam naturam, & ſecundùm humanam in potioribus bonis.*

Dionyſ. Carth. loc. cit. Dionyſius Carthuſianus ait: *Id eſt mecum regnando, eſto mihi æqualis; unde ad Hebræos Apoſtolus de Chriſto dicit: Qui cum ſit ſplendor paternæ gloriæ, ſedet ad dextram majeſtatis in excelſis. Secundò quantum ad Chriſti humanitatem: Sede à dextris meis, id eſt, præ cunctis creaturis eſto mihi vicinior, & in potioribus bonis meis conſiſte.*

S. Remigius in Cat. SanctusRemigius ait: *Non eſt intelligendum, quòd Deus corporeus ſit, ut dextram vel ſiniſtram habeat, ſed à dextris Dei ſedere, eſt in honore & æqualitate paternæ dignitatis manere.*

Luc. Burg. 4. Quinam hi inimici ſint, Lucas Burgenſis declarat, dicens: *Eos, qui tibi adverſantur, quicunque illi ſint, Reges, populi, regna, imperia, Judæi, gentiles, Turca & alii quicunque*, ſic divina juſtitia Valerianum Imperatorem, truculentiſſimum Chriſtiani nominis perſecutorem punivit, dum ipſum Saporis Regis Perſarum mancipium fecit, qui equum conſcenſurus, eo tanquam ſcabello uſus fuit. Dionyſius Carthuſianus ait:

Dionyſ. Carth. ibid. *Id eſt, omnes reprobos tibi ſubjectam, quòd erit in die judicii, à principio quippe incarnationis filii Dei, data eſt Chriſto homini omnis poteſtas in cœlo & in terra; quantum ad poteſtatis hujus paſſionem.*

Verſus 44.

Et nemo poterat ei reſpondere verbum, neque auſus fuit quiſquam ex illa die, eum amplius interrogare.

Et nemo poterat ei reſpondere verbum.

1. Lyranus rationem reddit, cur Scripturam ſacram adductam negare non potuerint, dicitque, quòd noſtri temporis Judæi, Meſſiæ divinitatem negantes, hunc textum de Abrahæ & Eliezer, ejus œconomo exponunt, quem hunc pſalmum in gratiarum actionem compoſuiſſe dicunt, ob victoriam ab Abraham Domino ſuo, de quinque Regibus reportatam, de quibus agitur Gen. 14. *Dicunt*, verba ſunt Lyrani, *quod Eliezer loquitur ſic: Dixit Dominus, id eſt, Deus cœli, qui eſt Dominus omnium, Domino meo Abrahæ ſede à dextris meis; quia confortavit eum, ut viſum eſt, permittendo ei auxilium & præmium.* Doret autem reſponſi hujus falſitatem ex multis capitibus: *Primo per titulum pſalmi, ubi ponitur pſalmus David, etiam in Hebræo, quod non ponitur in pſalmis, factis ab aliis.* Secundò conſiderat, Deum Patrem in eodem pſalmo, dicere ad filium: *Ex utero ante luciferum genui te*, quod nequaquam de Abrahamo verificari poteſt. Denique in fine ejuſdem pſalmi dicitur: *Tu es Sacerdos in æternum*, qui titulus citra omnem controverſiam ſoli Chriſto competit. *Lyran.*

2. Bene dixit Sapiens: *Ut ſcirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur*, id quod Pſalmiſta, de malignis tractans, clariùs expreſſit, dum ait: *Comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant*; ita in præſenti accidit Phariſæis, interrogaverant etenim hi Chriſtum, ut os ei occluderent atque confunderent, perſuadentes ſibi, non poſſe Chriſtum reſpondere ad interrogata; ſed ecce, ipſi econtra confuſi obmutescunt, non invenientes quod opponant. Unde S. Hieronym. inquit: *Qui ad tentandum Jeſum fuerant congregati, & veritatem fraudulenta interrogatione car-* *Pſ. 10. 2.* *S. Hier. in Matt.*

pere nitebantur, occaſionem præbuerunt confutationis ſuæ.

S. Th. in Cat. 3. Juxta ſanctum Thomam, ſilentium hoc non voluntarium ſed coactum fuit, dicit enim: *Siluerunt ex tunc non volentes, ſed non habendo aliquid dicere.*

Neque auſus fuit quiſquam, ex illa die eum amplius interrogare.

S. Hier. in Matt. 4. Non quaſi fuiſſent devicti, inquit S. Hieronymus, aut *in ſermonibus confutati, ultrò non interrogant, ſed aperiſſimè comprehenſum, Romanæ tradunt poteſtati, ex quo intelligimus, venena invidiæ poſſe quidem ſuperari, ſed difficile conquieſcere.*

S. Aug. in pſ. 109. 5. Sanctus Auguſtinus de hac Phariſæorum obſtinatione & ſuperbia ita diſcurrit: *Maluerunt inflatâ taciturnitate diſrumpi, quàm humili confeſſione edoceri*; aliam hujus Phariſaici ſilentii cauſam tradit Author Imperfecti, inquiens: *Auth. Imp. ho. 42.* *Intelligimus, non illis deſinentibus interrogare, Chriſtus deſiit docere; ſed quia Chriſtus deſierat eos jam ulterius velle docere, ideo & illi deſierunt auſi eſſe interrogare.* Conſiderari inſuper poteſt, hæc omnia contigiſſe, paucis ante Chriſti mortem diebus, ad quod ſe etiam reflexit Lucas Burgenſis, inquiens: *Ex illa die Martis, tertia ante diem paſſionis*; voluit namque Chriſtus opportuniſſimè ſuam declarare divinitatem, ne crucifixores ſui ullam haberent flagitii excuſationem, ratione ignorantiæ, utpote infallibili per ipſum Chriſtum, de ejus divinitatis convicti teſtimonio. *Lucas Burg.*

Alb. M. in Matt. Dionyſ. Cart. loc. cit. 6. Albertus Magnus ait: *Videntes, quod intentionem eorum ſciret.* Dionyſius Carthuſianus dicit: *Quia timebant vinci atque confundi, veruntamen poſt paucos dies, videlicet tres aut quatuor, auſi fuerunt eum captivare & crucifigere.* Notandum autem, Caipham & Annam à Salvatore petiiſſe, ut diceret, num filius Dei eſſet, id quod alii pariter fecerunt; unde deducit: *Quod hæc conſuetudo ſit impiorum, ut, quando prævalere non poſſunt per rationem atque juſtitiam, prævalere conentur per oppreſſionem & violentiam.*

* * * *

DO-

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Matthæi Cap. 9.

1 *Ascendens in naviculam, transfretavit, & venit in civitatem suam, & ecce offerebant ei paralyticum, jacentem in lecto.* 2. *Et videns JESUS fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* 3. *Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se; hic blasphemat.* 4. *Et cum vidisset JESUS cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?* 5. *Quid est facilius dicere; dimittuntur tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula?* 6. *Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra, dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* 7. *Et surrexit & abiit in domum suam.* 8. *Videntes autem turba, timuerunt & glorificabunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.*

Versus 1.

Ascendens in naviculam transfretavit & venit in civitatem suam. & ecce afferebant ei paralyticum facientem in lecto.

Venit in civitatem suam.

S.Thom. in Matt. 1. SAnctus Thomas civitates, quæ Christi denominatæ fuerunt, distinguit; tales enim Bethlehem fuit, ratione nativitatis; Nazareth ob ejus educationem, ibi factam; Capharnaum propter multa ibidem patrata miracula, & quia diutius, quam in aliis locis, ibidem fuit conversatus; de qua etiam civitate intelligendus est S. Matthæus. cum S. Marcus ibi hoc editum fuisse miraculum clarè scribat. Lyranus Capharnaum *civitatem suam* nominari existimat, non quia ibi conceptus vel natus fuerat, sed quia præcipua Galilææ civitas erat, quia in comparatione illius Nazareth parvum tantum castellum erat.

Lyran.

Et ecce.

2. Tolletus ly *ecce* considerans, dicit: *Particula ecce indicat constitim, cum Dominus curare infirmos, paratum se exhibuit, hos accurrisse.* Sanctus Marcus dicit, quòd, dum Salvator actualiter prædicaret: *Et loquebatur eis verbum*: finem præstolati non fuerint prædicationis ejus, sed quia ob densam nimis turbam, ingredi non potuerunt, illum ex tecto dimiserint; unde deducitur, eos sanctâ quadam cum impatientia infirmi sollicitasse salutem; neque id mysterio vacat, quia anima peccatrix, per hunc paralyticum designata, suæque salutis æternæ indiga, nullam interponere debent pro sui curatione dilationem. Salmeron hoc loco quærit, cur hi bajuli non exspectarint, donec Salvator è domo egrederetur, vel donec paulatim pressura turbæ remisisset, vel certè donec suum finivisset discursum? Et respondet, illos noluisse jacturam facere occasionis optimæ, quam habebant, accelerandi huic paralytico sanitatis remedium: *Quia sciebant, Dominum*

Toletus in cap. 5. Luc.

Salm. tom. 6. tr. 24.

nam undique à multis appellari, nec quoquam procedere, nisi densissimâ stipatum turbâ, se verò profundâ sarcinâ parùm expeditos ad consequendum, aut per turbam penetrandum ad JESUM.

Offerebant ei.

3. Ecce qualia mundus filio Dei offerat munera, infirmos nimirum, tribulatos, pauperes, peccatores, & alios plures hujusmodi miserabiles homines, cum enim mundus quædam sit lachrymarum vallis, quid aliud præter miserias Deo donare poterit? *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*, dicebat David, *& in peccatis concepit me mater mea.* Et Job de eodem homine testatur, dicens: *Homo natus de muliere, repletur multis miseriis.*

Ps. 50. 7.
Job. 14. 1.

4. Didacus Stella hunc paralyticum divitem fuisse existimat, ait enim: *Non dubito quod dives esset, nam pauper solus ipse in cubili jacet, solus suam indigentiam patitur*; si enim pauper fuisset, non adeo facilè quatuor viros, corporis sui bajulos, invenire potuisset, qui tot obstacula superando, ut eum ante Salvatorem dimitterent, tantùm ejus causâ sudare voluissent: At verò cui pecunia præsto est, in quavis necessitate subsidiarios invenit, in quos omni ex parte largitatem suâ effundat; nec tamen id quidquam horum bajulorum charitati præjudicare debet, utpote qui tanquam virtuosi, nulliusque lucri cupidi, à sacris expositoribus multùm commendantur. Salmeron ita de illis scribit: *Bajuli videntur bene de Christo sensisse, & fidem erga eum habuisse, & dilectionem erga proximum*; ex quibus quidem ultimis verbis, illos ad id charitate motos fuisse evincitur; unde credere juvat, illos viros fuisse spectabiles, & in authoritate positos, non mercenarios aut homines viles, siquidem obstaculum videntes, quo minùs ob nimis copiosam præsentium turbam, ad Christum penetrare possent, tectum domûs sine licentiâ Domini ascendere, illudque denudare præsumpserunt, ut inde lectum, in quo infirmus jacebat, dimittere possent; unde S. Marcus ait: *Cum non possent eum illi præ turba offerre, nudaverunt tectum ubi erat, & patefacientes, submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat*; unde hanc industriam, ferventis erga salutem paralytici procurandam charitatis effectum fuisse liquet. Lyranus ait: *Hoc fuit magnum signum fidei illorum*, quæ proinde à Salvatore magnopere commendata fuit. S. Bonaventura ait: *Quærebant eum inferre & ponere ante eum, ut scilicet ex ejus præsentia sanaretur; unde volebant implere adhortationem psalmistæ dicentis: Quærite Dominum & confirmamini, quærite faciem ejus semper.*

Didac. Stella in c. 5. Luc.
Salmer. ibidem.
Marc. 2. 4.
Lyran.
S. Bonav. in c. 5. Lucæ
Ps. 104. 4.

5. Ex Evangelio SS. Lucæ & Marci constat, optimos hosce viros, dum huic misericordiæ officio operam darent, varias sustinere luctas debuisse cum diversis; etenim credibile est, Dominum domûs, quando tectum denudari cæmenta quoque & ligna fastigii domus destrui vidit, fortiter se iis opposuisse; facilè etiam credere licet, quòd ad hunc rumorem tota quoque præsentium hominum copia, dum periculum vidit, ne infirmus ruptis funibus decidens, eos opprimeret, à pulvere quoque inde excitato conspergerentur & læderentur à corruentibus saxis, multis eos contumeliis & injuriis affecerit, idque tantò magis, quia per hanc, ipsorum opinione, importunam compassionem, Verbi incarnati prædicatio multùm turbabatur. In lingua Syriaca apud S. Marcum legitur: *Dejecerunt tabulatum loci, in quo erat JESUS*; ex quo verbo, hanc tecti denudationem, sanctâ quadam cum violentiâ factam fuisse colligi videtur; nam ut Salmeron ait: *Tectum denudarunt & perfoderunt, neque fieri potest, quin aut lapides, aut ligna, aut quid simile, in auditores caderent.* S. Bonaventura ex textu S. Lucæ, hocce morale elicit documentum, quod etiam sensui literali in præsenti proposito nostro intelligendo non minus deservit, ad denotandum scilicet, devotorum horum virorum insuperabiles difficultates & contradictiones: *Non invenientes*, inquit S. Lucas, *quâ parte illum inferrent præ turba, quæ solet impedire advenientem ad Christum, sicut dicitur Matthæi 20. quòd turba increpabat eos, ut tacerent.* Tres quoque hoc loco instituere possumus considerationes, quarum prima sese teneat in ordine ad bajulos, secunda in ordine ad paralyticum, tertia in ordine ad Christum. Et quidem quòd ad primum pertitores omnibus his oppositionibus, quas patiebantur, non defecerunt animo, scientes.

Salmer.
S. Bonav. ib.
Matth. 20. 31.

mun-

mundum communiter operibus bonis & ſanctis pro viribus ſe opponere, & maximè quando animas errabundas, quarum miſer hic paralyticus typus & figura erat, per pœnitentiam ad Chriſtum reducere ſtudemus; unde exemplo ſuo nos docent, in ſimilibus occaſionibus generoſum induendum eſſe animum, obturandas ad calumniam aures, nec quidquam à bene cœptis remittendum eſſe. *In Deo meo*, dicebat David, *transgrediar murum*. Magdalena Phariſæi quidem audivit murmur, vehementes interius ſenſit ſtimulos, vitæ priſtinæ converſionem ei diſſuadentes, ab innumera amaſiorum turba, quæ contra ejus propoſitum conjuraverat, illam retractam fuiſſe multum eſt veriſimile, & tamē omnes hoſce ſuperavit aſſultus; unde de ea S. Auguſtinus ſcribit: *Quæ fortaſſe frontoſa erat ad fornicationem, frontoſior facta eſt ad ſalutem*. Ex parte paralytici conſiderare poſſumus, quòd, licet vident oppoſitiones, cognoverit item per ſui dimiſſionem, totam perturbari divini verbi auſcultationem, magnis quoque cum doloribus & diſcrimine ſe tum ad tectum ſublimari, tum deorſum per illud dimitti, adverterit etiam illatum patrifamilias à ſe & bajulis ſuis damnum, perceperit denique omnium præſentium lamēta & obmurmurationes quòd inquam, omnibus hiſce reſiſtentiis & difficultatibus major inſtanter occaſionem proſecutus fuerit præſentem acquirendæ corporalis ſalutis ſuæ; quantò igitur magis nos pro animæ incolumitate conſequenda ſollicitos eſſe oportebit? Potiùs pereat mundus quàm anima unica; profectò in difficili adeò atque arduo negotio, quale eſt animarum, omnes omnino ſeponēdi ſunt reſpectus humani. Ex parte denique Chriſti perpendi poteſt, quare nullo compaſſionis motu tactus fuerit, cùm hinc videret humeris ſuis deſuper imminere ſpirans illud cadaver, cum gravi præcipitii periculo, iſthinc verò ſciret, ſe propterea ad divinæ ſuæ prædicationis interruptionem compellendū, ad quod cum Salmerone reſpondetur: *Dicendum gratiſſima fuiſſe offerentium officia, & charitatem, & agri patientiam*; multū enim ſibi in ſanctâ illâ importunitate complacuit, quia perſonas miſerabiles, quibus benefacere corporisque & animæ magis ſalutem reſtituere poſſet, ſibi adduci gaudebat, nullâ habitâ adducentium importunitatis ratione: *Inſta opportunè, importunè. Afferte Domino*, monebat David, *filii Dei, afferte Domino filios arietum*. Idem quoque Salmeron ponderat quòd, ſi quis penes principem aliquem, audientiam habare deſiderans, eamque per viā ordinariam quæſitam habere non valens, tectum aſcenderet, perque illud denudatum in conclave, in quo Princeps moratur, deſcenderet, utique *judicaretur hic actus ſtultus, & arrogantiæ plenus, mereturque gravem repulſam à Principe; ſecus eſt apud Deum, qui non habet pro ſuperbo, quod mundus judicat ſuperbum*, nec temerarium cenſet, quod mundus temerarium arbitratur; apud Deum omnino accidit contrarium illi, quod apud Principes terrenos evenire ſolet; hi enim importunitatem replicatis vicibus, & cum inſtantiâ ſupplicantium faſtidiunt & nauſeant; at verò, ut S. Gregorius ait: *Vult Deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci; bona violentia, qua Deus non offenditur, ſed placatur*. Idem quoque in S. Ambroſio legitur, dicente: *Quiſquis violentior Chriſto fuit, religioſior habebitur à Chriſto*.

6. Albertus Magnus in ſermone ſuper hoc Evangelium, per hoſce paralytici bajulos, pietatem & miſericordiam Dei, nec non ſervorum ejus interceſſiones intelligit: *Per illos, qui paralyticum Domino obtulerunt, intelligitur ipſa divina miſericordia, & orationes juſtorum; divina miſericordia per infirmitatum & adverſitatum flagella compellit intrare; orationes etiam juſtorum offerunt Chriſto, ut ſalventur*; idq; patet in exemplo interceſſionum S. Stephani, quæ Deo & Eccleſiæ S. Paulum acquiſiverunt. Quòd ſi quæras, cur portitores hunc paralyticum ſolum præſentārint abſque eo, quòd vel verbum pro eo loquerentur? Reſpondet Toletus: *Operum gravitate & fidei vehementiâ ſanitatem paralytico non ſolum petebant, ſed etiam efflagitabant. Advertendum igitur, non ſolas voces exteriores, aut opera, ſed etiam deſideria interiora eſſe petitiones & clamores apud Deum*, juxta illud: *Deſiderium pauperum exaudivit Dominus*.

7. S. Thomas ſuper Matthæum ait: *Illi, qui portant eum, ſunt, qui ſuis monitionibus portant ad Deum*. Gloſſa per illos, Doctores ſacros, qui nos docent, nosq; convertūt intelligit: *Doctores ſunt, qui ſublevant & offerunt Chriſto, monendo & intercedendo*. Hugo Cardi-

2. Tim. 4. 2. Pſ. 28. 1. Pſ. 17. 30. S. Aug. in Pſ. 125. S. Greg. in Pſ. 6. pœnit. S. Ambr. ſerm. 15. Alb. M. ſer. 73. Salmer. ibidem. Tolet. loc. cit. Pſ. 10. 17. S. Thom. in Matt. Gloſſa. Huge. Card.

Cardinalis per illos, prælatos Eccleſiaſticos interpretatur: *Prælati pro ſubditis orando, & eorum miſerias ei offerendo, illos offerre dicuntur.*

Dion. Carth. Dionyſius Carthuſianus ſimiliter ſcribit: *Dum Chriſtiani, præſertim Prælati, & qui animarum curam habent ac ſeniores, viderint quempiam ſpiritualiter paralyticum, id eſt, acedioſum, laſcivum, aut quibuscunque magnis peccatis fœdatum, portare eum protinus debent ad JESUM, orando pro ejus converſione, ſeu exhortando ad ſermones, & ad homines ſpirituales, quorum exemplo, famâ, doctrinâ, meritis ac precibus poſſit converti.*

8. *A quatuor portabatur*, inquit S. Marcus, per quos in ſenſu ſpirituali, quatuor noviſſima ſeriò meditata intelligere poſſumus; unde idem Carthuſianus ait: *Poſſunt intelligi quatuor noviſſimorum diligentes conſiderationes*; vel etiam juxta aliam ejusdem Authoris conſiderationem: *Divinus inſtinctus hominem ad bona inſtigans; angelica inſpiratio, exhortatio quoque hominum ſuperiorum, & naturalis inſtinctus ad bonum, quia ſyndereſis ſemper movet ad bonum: ſeu propria ratio per Scripturas inſtructa, ſeu naturali lege edocta.*

Didac. Stella. 9. Didacus Stella conſiderat quatuor fuiſſe, qui miſerabili huic homini ſuccurrerunt, & pro conſequenda corporis animæq; ſalute, eum ad Salvatorem adduxerunt: *At nunc quatuor*, inquit, *non invenies, qui te ad Chriſtum ducunt, imò bis ducentos, qui te ab eo ſubmoveant, & in infernum ducant.*

10. Conſiderari etiam hoc loco poteſt, quòd, cùm tres Evangeliſtæ hanc hiſtoriam referant, nullus tamen illorum dicat, quòd vel Chriſtus, vel ex tota illa multitudine aliquis, vel denique Dominus domûs ullum indignationis verbum protulerint adverſus eos, qui ſermonem turbârunt, tectum denudârunt, lapides, ligna, cæmenta ſuper circuſtantes dejecerūt, cujus ratio eſſe poteſt quia omnes exemplum Chriſti ſecuti; credibile enim eſt, quòd, quia Chriſtum id non modò patienter tolerare, ſed etiam in ſancta illa importunitate complacentiam habere viderunt, omnes illis acquieverint, & potius ad compaſſionem hujus infirmi, ipſi quoq; moti fuerint, ferventem ſimul eorum charitatem admirantes qui tanto cum amore, labore & patientiâ ipſum ante Chriſtum dimittentes offerebant; præterquam quòd ōnes cum ſilentio ſuſpenſi ſtabant, miraculum ſperātes.

Paralyticum, jacentem in lecto.

11. S. Marcus dicit, Chriſtum actualiter divinum annuntiâſſe verbum, quando infirmus hic ad eum delatus fuit: *Loquebatur eis verbum, & venerunt ad eum, ferentes paralyticum.* Optimam ſanè captârunt occaſionem, ſiquidem ut veridicus Spiritûs Sancti calamus atteſtatur: *Miſit verbum, & ſanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum*; & S. Ambroſius ait: *Loquere Domine JESU, verbum tuum medicina eſt*; optimum ſalutem ſpiritualem recuperandi medium eſt, auſcultatio verbi Dei. *Mar. 2.* *Pſ. 106. 20.* *S. Ambr. præfat. ad Pſ. 45.*

12. Per hanc paralyſin propriiſſimè ſignificatur acedia, quia ſicut hæc infirmitas originem habet à frigore, & humoribus denſis & craſſis, nervos occupantibus, qui impediunt, ne ſpiritus vitales per ſenſuum inſtrumenta tranſire poſſint; ita quoque acedia à frigore tædii & nauſeæ rerum ſpiritualium, & defectu charitatis derivatur. *Paralyſis*, inquit Lucas Burgenſis, *humore noxio nervos corporis, quibus ſunt organa, occupat & torpefacit, ſic ut, qui laborat hoc malo, membra corporis non ad uſum, ſed ad ſarcinam moleſtam habeat, ut propemodum animatum cadaver eſſe videatur, non ad aliud ſpirans, niſi ad pœnam ſuam*; & ideo ſicut, quando paralyſis per totum corpus ſpargitur, omnes ejus partes inutiles reddit; ſic quoque dum acedia animam occupat, adeo eam torpefacit, ut ipſam nullum opus bonum facere permittat, & ad omnia inutilem reddat, quia charitas ei deeſt & amor Dei, qui omnibus operibus noſtris meritum tribuit. Albertus M. ait: *Acedioſi habent linguam, manus, pedes, & alia membra, & tamen non movent ea in obſequium JESU Chriſti, unde ſunt quaſi toti paralytici.* *Lucas Burg.* *Alb. M. ſer. 73.*

13. S. Hieronymus ſuper Marcum in hoc paralytico, hominem carnalem intelligit, qui ad pœnitentiam reduci deſiderat: *Paralyſis autem typus eſt torporis, quo piger jacet in mollitie carnis, habens deſiderium ſalutis.* Interlinearis inquit, quòd paralyticus deſignet *animam illecebris carnis reſolutam, jacentem in lecto corporis, ubi ja et anima.* Beda autem conformiter ad S. Hieronymi ſententiam ait: *Curatio paralytici hujus, ſalvationem deſignat animæ, poſt diuturnam illecebræ carnis inertiam, ad Chriſtum ſuſpiramis.* Obſervatque *S. Hier. in Marc.* *Interl.* *Bed. ho. in Dom. 19. poſt Trin.*

que bajulos hos ob nimiam turbam ad Christum penetrare non valentes, coactè aliam inisse viam: *Turba interposita ab omni parte intercluduntur, quia sæpe anima post infirmi corporis desidiam, ad Deum resipiscens, supernæque gratiæ remedio cupiens inchoari, priscæ consuetudinis obstaculo retardatur*; sed postquam anima ad pœnitentiam & emendationem reducta est, necessum est, ut priorem omnimodè viam deserat, si conversionem suam & emendationem stabilire desiderat.

Lyran. 14. Lyranus in sensu morali inquit: *Per paralysin significatur peccatum mortale, quod privat actum meritorium* (considerat Author animæ peccatricis dispendio) *privatur gressu meritoriæ affectionis, tactu operationis, gustu suavitatis cœlestis, visu divinæ contemplationis, auditu divini sermonis, odoratu divinæ consolationis, & cùm supervenit consuetudo, tunc jacet in lecto.*

Versus 2.

Et videns JESUS fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Et videns JEsus fidem illorum.

1. Vidit Salvator horum bajulorum, & paralyticum summa cum charitate offerentium fidem, non corporali sed divino oculo, unde Dionysius Carthusianus: *Videns oculo interiori fidem offerentium paralyticum*; sentitque huic etiam fidem annumerari ipsiusmet infirmi: *Qui etiam fidem habuit recuperandæ sanitatis, & potentiæ Christi*, cujus rationem hanc esse docet Chrysostomus, & indicium: *Non enim permisisset se submitti per tectum, non credens*; cujus etiam opinionis Euthymius fuit, inquiens: *Fidem non solùm dimittentium, sed ejus quoque, qui dimissus erat; neque enim se dimitti sustinuisset, nisi salutem consequi sperasset.* Nisi enim fiduciam grandem habuisset, tanto se nequaquam exposuisset periculo & incommodo, in lecto namque, & in tecti summitatem delatus, & iterum ex eâdem in inferiora demissus fuit. Toletus porrò bajulorum fidem, infirmi præponit fiduciæ, inquiens: *Multò præstantior erat fides gestantium, qui nulli labori pepercerunt, ut Christo offerrent; portarunt, ascenderunt tectum, illud lectum funibus traxerunt, tectum nudarunt, & per illud funibus submiserunt. Magna fides hæc fuit, quam tam multiplex labor corporis non potuit avertere.*

Dionys. Carth. in Matt. — Chrys. in Cat. — Euthy. in ap. 13. Mat. — Tolet. hic.

2. Ex quibus convincitur, alienam fidem & intercessionem sæpe tanti apud Deum esse valoris, ut divinam nobis pietatem imploret, atque impetret; unde Lucas Burgensis ait: *Ad consecutionem sanitatis corporis potest aliena fides prodesse, etiam in incredulitate aut impietate perseveranti; ad animæ verò sanitatem eatenus, quatenus illud à Deo impetret, ut pœnitentia impio, fides & pœnitentia incredulo dentur.* Alber. M. declarat mysterium, cur Evãgelista nullã fecerit mentionẽ fidei infirmi, sed tantùm portitorum: *De fide offerentium loquitur, ut instruat, quod intercessio multorum multis impetrat salutem; prædestinatio enim sanctorum juvatur orationibus.* Venerabilis Beda argumentum quoddam facit à minori ad majus: *Intuendum sanè, quanti propria cujusque fides apud Deum valeat, ubi tanti valuit aliena, ut totus homo repentè, hoc est, exteriùs interiùsque jam salvatus exsurgeret.*

Luc. Burg. — Alb. M. in Matt. — Bed. loc. cit.

Dixit paralytico, confide.

3. In Syriaca legitur: *Bono sis animo.* Salmeron ait: *Verba blandi medici*; non solùm in eo confidentiam postulat, sed cum hac quoque conjunctam requirit fidem, quia hæc necessaria erat ad effectum spiritualem consequendi salutem, & peccatorum remissionem; nam ut Lyranus ait: *Licèt sanitas corporis vel aliquid hujusmodi detur alicui propter alienam fidem, remissio tamen peccatorum non datur alicui sine propria fide.* Opinatur Toletus, infirmum hunc corporaliter, valde quoque & in spiritu debilem fuisse, unde ait: *Quia paralytico dixit, confide, ad perfectam fidem fiduciamque exhortans, quasi non ea fiducia præditus esset, qua qui eum obtulerant.*

Salmer. — Lyran. — Tolet. in Luc.

4. Conformiter infallibili huic axiomati: *Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum*, dicendum esse existimârim, quòd Deus huic paralytico excitantem interiùs infuderit gratiam, ut cor ejus foco succenderet ardentis in Salvatorem fidei & charitatis, ita ut de peccatis suis contritus, firma eliceret emendandæ vitæ proposita; id quod Dionysius Carth. hisce etiam nos verbis docet: *Antequam peccata indulsit, infudit ei quandam displicentiam, seu contritionem culparum.*

Jo. 6. 44. — Dion. Carth. hic.

5. Citra omnem controversiam, paralyticus hic peccatis immersus fuerit, peccato-

ris cujusdam figura, pluribus aggravati culpis: Quare igitur Christus eum non repudiavit, non objurgavit, sed tantâ eum benignitate & facilitate recepit? Admirabatur & stupebat nimiam Davidis in hostes mansuetudinem, Princeps militiæ Joab, dicens: *Diligis odientes te.* 2. Reg. 19. 6. Filius natu major, parentis sui indignabatur blanditiis, quibus fratrem ejus prodigum, filium suum immorigerum exceperat; suspiciebat Simon Leprosus, & carpebat Salvatoris benignitatem, peccatricem incredibili cum gaudio & jubilo recipientis; stupeant illi, non miror ego, dum ex ore protomedici hujus divini audio: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus; non veni vocare justos, sed peccatores.* Matt. 9. 12, 13.

Fili.

Salmer. to. 6. tr. 14. 6. Perpendit Salmeron, non indignari Christum ob divini verbi interturbationem, aut quamcunque aliam similem importunitatem, unde ait: *Non indignatur, sermonem suum tam funesto interrumpi spectaculo, non exprobrat impudentiam & importunitatem bajulorum, non imperfectam fidem ergasse, quasi absentem absens sanare non posset.* Id profectò summâ admiratione dignum est, quòd Christus fœtidum hoc & agonizans cadaver, peccatoris habituati prototypon, filii titulo cohonestet; præsertim cum honoratissimum & amabilissimum hoc epithetum nulli alteri à Christo attributum esse constet, saltem ex Evangelio; id quod S. Hieronymum exclamare coëgit: *O mira humilitas! despectum & debilem, totis membrorum compagibus dissolutum, filium vocat, quem sacerdotes non dignabantur attingere.* S. Hier. hic.

Lucas. Burg. 7. Docet Lucas Burgensis hunc filii titulum, efficax esse motivum conversionis & resipiscentiæ peccatorum: *Magnæ consolationis vox conscientiis peccatorum, qua dignatus est Christus hoc etiam nomine, ut filios vocet.* Notat autem Salmeron, paralyticum filium nuncupatum fuisse, non tam vi creationis, quin potius intuitu doni & divinæ gratiæ, quam ei Christus contulit. *Filium vocat*, ait Salmeron, *non tantum creatione, sed gratiâ, nam & peccatoribus præcipitur dicere: Pater noster.* Salm. Hæc porrò prærogativa soli fuit legi gratiæ concessa, in testamento namque antiquo nullus omnino, teste S. Augustino, Deum nomine Patris compellare ausus fuit; quam dignitatem penitus contemplans Chrysologus dicere non dubitavit: *Ad verbum hoc expavescit universa creatura, servus Dominum, Patrem vocare audet*; neque mirum: quis enim non videt, summæ magnificentiæ esse in homine, quem servum imò & mancipium, suprema Altissimi majestas, cognomento filii honoravit? Profectò juxta S. Gregorium: *Omnia dona excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet patrem.* Quandoquidem igitur filius Dei paralyticum hunc, suum agnovit filium consequens fuit, ut & hic filium Dei, suum profiteretur patrem; efficax enim & operativus est sermo Dei, qui *dixit & facta sunt*; à quo tutam & securam acceperat salutis suæ gratiam, conformiter huic S. Augustini testimonio: *Quædam impetrandi præsumptio; cùm prius quam aliquid peteremus, tam magnum donum accepimus, ut finem dicere: Pater noster; quid enim non dabit filiis petentibus, cùm hoc ipsum antè dederit, ut filii essent.* Juxta S. Lucæ calculum, Christus paralyticum nomine compellavit hominis: *Quorum fidem ut vidit, dixit: homo remittuntur tibi peccata tua.* ad quod obsecro diversæ hujus nomenclaturæ mysterium? Respondet Glossa: *Lucas dicit, homo quasi dicat: Peccasti, ego Deus dimitto, utrumque dixit Jesus, quod uterque Evangelista testatur.* S. Augustinus pariter ait: *Lucas non dixit, fili, sed homo; ad sententiam Domini expressius insinuandam valet, quia homini dimittebantur peccata, qui hoc ipso, quòd homo erat, non posset dicere: non peccavi.* Intuitu itaque dicitur homo; respectu verò gratiæ, & peccatorum remissionis, filius; quo sensu Evangelista inquit: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Insigne profectò solatium omnibus in hac vita tribulatis & afflictis (de quorum classe & hic erat paralyticus) ex ipsius æternæ Veritatis ore audire, quòd tales apud Deum inter filios computentur; id quod etiam expressè nos docet Apostolus, inquiens: *Quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit; in disciplina perseverante, tanquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, ergo adulti & non filii estis.* Chryſol. ſerm. 70. S. Greg. hom 16. Ezech. Pſ. 148. 3. S. Aug. l. 2. de ſer. Dom. c. 8 Luc. 5. 20. Gloſſ. ord. S. Aug. l. 2. c. 25 de conſenſu Evang. Joan. 1. 12. Heb. 12. 6.

Re-

Remittuntur tibi peccata tua.

S.Thom. in Matt. 8. Urget Angelicus Doctor, & quærit: *quia eſt quod iſte petebat ſanitatem corporis, & Dominus dat ſanitatem animæ?* Reſpondetque ipſe id Chriſtum feciſſe, ut primò radicem evelleret infirmitatis, quæ eſt peccatum. *Ratio eſt, quia peccatum erat cauſa ægritudinis.* Hunc autem ſanationis proceſſum & methodum Lyranus hocce experti cujuscunque medici exemplo commendat: *Ad modum boni medici, qui primo removet cauſam morbi, & tunc poſtea intendit curationi; infirmitas autem hæc fuit inflicta paralytico propter peccatum, & ideo primo Chriſtus removet cauſam, dicens: Remittuntur tibi peccata tua.*

Lyran.

S. Hier. hic. 9. Sanctus porrò Hieronymus ex hac myſteriosâ Chriſti operatione elicit, Chriſtum hoc agendi modo nos docere voluiſſe, quòd potiſſimè infirmitatum corporalium originem trahant ex peccatis: *Datur nobis intelligentia*, inquit, *propter peccata pleraſque evenire corporum debilitates, & idcirco forſan demittuntur prius peccata; ut cauſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur*; id quod etiam Eccleſiaſticus nos docuit, inquiens: *Qui delinquit in conſpectu ejus, qui fecit eum, incidet in manus medici.* Ut olim Deus populum ſuum Iſraëliticum ad plenam alliceret divinorum præceptorum obſervantiam, ita eis proteſtabatur: *Cunctum languorem, quem poſui in Ægypto, non inducam ſuper te*; vel ut Septuaginta legunt, *Omnem languorem*, &c. In cujus textûs commentario ita inquit Oleaſter: *Adverte, cauſam infirmitatum noſtrarum, quas hic patimur, eſſe peccatum.* Pſalmiſta etiam ad divinam majeſtatem converſus, lamentatur: *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, & ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui.* Sed hic fortè tragœdiæ finis? nequaquam; audite quod ſequitur, & diſcite peccatorum fructus: *Quoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus.* Quantò amplius multiplicamus offenſas, tantò celeriùs vitæ noſtræ abbreviamus ſpatium: *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur.* Accommodatior profectò ſimilitudo dari non potuiſſet, quàm araneæ; ſicut enim hæc eoipſo, dum telam orditur ſe exterare incipit, ita pariter impius, flagitiis deditus, ipſo eodem tempore, quo appetitibus ſuis indulgere, iisque obſecundare incipit, incurabiles & mortales contrahit infirmitates; ideóque S. Ambroſius inquit: *Unuſquiſque ſe eviſcerat luxuriosus, helluo ſe internecat.* Unde & Sapiens inquit: *Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breviabuntur.* De his & ſimilibus Dei adversùm rebelles ſupplicis diſcurrens Propheta Job. eandem nobis veritatem non obſcurè confirmat, dum ait: *Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa ejus marceſcere facit.* Scitis utique modum procedendi quem ſervat juſtitia humana circa reos, priùs enim ipſos ad compedes & carceres, tandem verò ad furcam condemnare aſſolet; ita patiter juſtitia divina non illico impios æternæ damnationis ſententiâ plectit, ſed infirmitate aliquâ incurabili affectos, lecto affigit, in eóque coërcet, ad hoc ut reſipiſcant, & divinam pietatem implorent, vel etiam ut hic in terris, alterius vitæ ſupplicia experiri incipiant.

S. Amb. ad Sibi. Prov.10. v.27.

Job.33. 19.

Alb. M. hic. 10. Albertus Magnus varias cauſas perpendit, ob quas infirmitatibus infeſtemur: *Quinque modis infirmitates & tentationes contingunt. Primò, ut juſtis merita per patientiam augeantur, ut Job. 1. Secundò ad cuſtodiam virtutis, ne ſuperbia tentet, 1. Corinth. 12. Tertiò ad corrigenda peccata, ſicut Maria lepra. Num. 11. & huic paralytico. Quartò, ad gloriam Dei manifeſtandam, ut Joan. 9. de cæco nato. Et Joan. de Lazaro. Quintò, ad initium pœnæ æternæ, quatenus hic videatur, quid in inferno ſequatur. Unde Jeremiæ 17. Duplici contritione contere eos.*

11. Divus Chryſologus paralyticum hunc, dum omnia peccata ſua ſibi dimitti audiret, quòd certè beneficium fuit incomparabile, & majus quàm in totius vitæ decurſu ſperare potuerit, ne verbo quidem ſe ergà Chriſtum gratum exhibuiſſe, acutè obſervat, dum ait: *Audit veniam, & tacet paralyticus, nec ullam rependit gratiam*; cujus negligentiæ rationem protinus ſubjungit, nimirum: *Quia plus corporis quàm animæ tendebat ad curam*; idem quòque hodie à majori parte hominum fieri, ipſa nos quotidie docet experientia, dum omnes magis ſolliciti ſunt, ad rogandum Deum & Sanctos ejus, pro corporali, quàm pro ſpirituali ſalute impertienda

tienda; etenim ex centenis & millenis tabellis & votis ad imagines miraculosas suspensis, vix unum reperietur, quo gratiæ referantur Deo aut Sanctis, quòd ipsorum intercessione à suis fuerint peccatis liberati. S. Joannes Episcopus, à S. Thoma in Catena citatus, idem, quod jam ex S. Chrysologo retulimus, asserit, simúlque subjungit: *Meritò ergo Christus offerentium recipit fidem, non vecordiam jacentis.* Econtrà verò Lucas Burgensis dubitari non posse dicit, quin paralyticus iste ad peccatorum suorum veniam & remissionem, interiùs per compunctionis actus cooperatus fuerit: *Non dubium est, quin æger conceperit dispicentiam peccatorum, pœnitueritque eum malè anteacta vitæ, ubi sanitatis scilicet recuperandæ gratia, tanto fervore Jesu offerri petivit, publico pœnitentiæ præconi*; verum quidem est quòd præcipua ejus cura, in intercedendo pro salute corporali, adhibita fuerit. Unde Glossa ait: *Priùs sanatur anima, nec gratias agit, qui plus desideravit curam corporis.* At verò notandum quòd, licèt ipse primo loco pro sanando corpore anxius fuerit, Salvator tamen noster (qui seipsum medicum appellat, dum ait: *Non est opus valentibus medicus*, de quo etiam sanctus Augustinus ait: *Magnus de cœlo venit medicus, quia magnus in terris jacebat ægrotus.*) hanc salutem ei ultimo loco concessit, ut per hoc doceamur, quòd, dum infirmamur, maxima cura eò tendere debeat, ut animam à multis peccatorum humoribus purgemus, quia hac ratione medicinas quoque corporales nobis proficuas esse faciemus; unde Hugo Cardinalis sanctum Augustinum citans, dicit: *Notat Augustinus, ut sanitas restituatur, argumentum, quòd medicus hortari debet ægrum ad pœnitentiam & confessionem, ne per peccatum irritetur medicinæ effectus.* Peritus quisque & expertus medicus, dum infirmum cum pluribus morbis conflictantem accedit, eum, qui periculosior & morti propinquior est primo loco curare studet; eodem quoque modo in præsenti, quia Salvator noster peccata nostra in hoc languente majus lethaliúsque malum esse agnoscebat, quàm erat paralysis; ideo primo loco ad illa tollenda curam animúmque applicuit: *Ut doceat,* inquit Salmeron, *quantò plus referat curare animam, quam corpus, & quantò pejus sit peccatum omni infirmitate.* Sancta mater Ecclesia filiorum suorum salutis amans & zelosa, ordinavit sub interminatione censuræ, præcipiens medicis, ut infirmos suos illico admoneant instituendæ confessionis. Eâdem fortè etiam de causa in Missa feriæ quartæ post Dominicam quartam Quadragesimæ, in Missæ secreta dicitur: *Supplices te rogamus omnipotens Deus, ut his sacrificiis peccata nostra mundentur, quia tunc veram nobis tribuis & mentis & corporis sanitatem.* In cujus confirmationem considerare quoque possumus, quòd potissimum divina pietas & misericordia infirmitates nobis immittere soleat ad castiganda peccata, & procurandam nostram resipiscentiam & emendationem. Unde sanctus Basilius ait: *Sæpe morbi velut quædam peccatorum flagella sunt, quibus nihil aliud agitur, nisi ut vitam nostram in melius commutemus.* Quot obsecro sunt, qui in gravibus suis infirmitatibus pœnitentes verè, proposita eliciunt novæ melioris-que vitæ, si à tali aut tali morbo eos resurgere contingat? De his verificatur illud, quod de Lazaro dicebat Christus: *Infirmitas hæc non fuit ad mortem, sed pro gloria Dei* Sed objeceris fortasse, non semper confessione factâ resurgimus sani; ita námque & hic paralyticus non subitò se proripuit è lecto suo, quando ei fuerunt remissa peccata: *Remittuntur tibi peccata tua*; sed quando dixit: *Surge.* Respondetur, verum esse, quòd non semper ex eo, quòd peccatum remissum sit, sequatur quòd simul etiam remissa sit pœna temporalis, sed hanc opus est expiare vel in igne purgatorii, vel in hac vita per pœnitentias afflictivas, ac proinde Deus in utilitatem nostram disponit, ut commodiùs pro pœna temporali satisfaciamus, vel per infirmitatis continuationem, vel per alias adversitates similes.

S. Ioan. Ep. in cat.

Gl. ord.

S. Aug.

Hugo Card.

Salmer.

S. Basil. reg. 55.

Joan. II. 4.

12. Verisimile quoque est, Salvatorem nostrum in hoc facto docere nos voluisse, quòd salus animæ sæpe in corporis quoque redundet salutem, quia infirmus conscientiam inquinatam habet, séque inimicum Dei esse, & uno pede in inferno con-

consistere, adeóque rigorosissimis subjiciendum esse supplicijs recognoscens, timet, trepidat, horret appropinquante excidio: è contrà verò, qui bona mediante confessione, sen gratiam restitutam sperat, adeoque in quovis obvio mortis accidendi, æternæ beatitudinis regnum consequi confidit, sereno semper & quieto est animo; & hæc quies interior ad sanitatis corporalis recuperationem plurimùm proficit.

Salmer. to.6.tr. 14. 13. Salmeron duo alia motiva ponderat, dicit enim: *Prius dedit sanitatem animæ, ne illâ corporis, manens in peccatis, abuteretur; deindè, ut doceat libertatem Domini, qui præstat superabundantius quàm petimus, aut intelligimus*; sicut enim, si quis argenti monetam dare postulatus, non solùm hanc, sed insuper auream daret; magnum utique liberalitatis suæ conceptum petenti ingereret: *Ita largus est, qui petenti sanitatem corporis, illam etiam animæ præstat*; utique igitur fervens illorum, qui paralyticum portârunt, fides, superabundanter remunerata remansit.

Versus 3.

Ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: hic blasphemat.

Tolet. in Luc. 1. Cur Salvator priùs animæ, postea verò corporis salutem huic infirmo conferre voluerit, hujus Toletus talem rationem reddit: *Ut occasionem arriperet ex animæ curatione demonstrandi suam divinam in remittendis peccatis potestatem, quæ minùs agnoscebatur, quàm potestas sanandi corpora*; at verò sicut araneæ proprium est, ex eodem flore, è quo apis mel sugit, venenum elicere: ita malignitas pharisaica ex hac indulgentiâ & absolutione, paralytico à Christo collata, ipsum tamen ut blasphemum calumniandi motivum sumpsit; notat tamen Evangelista, quòd non aperte, sed interiùs in corde suo dixerint. *Hic blasphemat.* Unde

Salmer. Salmeron ait: *Intra se, non extra, vel ob plebis timorem, vel quia locus erat interpretandi verba Christi.*

2. Porrò motivum, ob quod eum blasphemâsse censebant, erat, quia scilicet Christum hominem, non verò Deum existimantes, eundem tanquam si temerè id, quod soli Deo competit, sibi arrogaret, reprehendebant; quòd etiam Cajetanus dicere vòluit, dum ait: *Arrogando sibi homini, quod est proprium Dei.* *Cajet.* Et Dionysius Carthusianus, dicens: *Deo contumeliam facit, usurpando sibi, quod Dei est*; verum quidem est, ipsos potiùs uti debuisse argumento, quod Sanctus Hilarius facit, inquiens: *Nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus, ergo qui remisit, Deus est, quia nemo remittit, nisi Deus*; at verò propriâ invidiâ excæcati, sub carne mortali Deum latere posse, intelligere non poterant, *quia videbant hominem*, inquit Sanctus Thomas, *& non videbant Deum.* Euthymius de hisce Scribis ait: *Offendebantur præ invidiâ & malitiâ; nam frequenter eum viderant, etiam cum authoritate morbos fugantem, dæmones ejicientem, vento mariquè imperantem, & hæc omnia modo humanas vires superant; sed hi proprias ulcissentes affectiones, Dei videbantur injurias ulcisci.* Idem quoque Jansenius in iis reprehendit, dum illos propriâ passione excæcatos fuisse demonstrat, dicens: *Quidam de Scribis, legis scientiâ sibi placentes, & suam gloriam obscurari, famâ JESU dolentes, mox in verbis Domini invenerunt quod culparent*; Enimverò Deum solum peccata remittere posse, ex Moysis & Prophetarum libris didicisse poterant; id enim claris verbis Deus ipse dicit: *Ego sum, ego ipse, qui deleo iniquitates tuas*; & tamen, ut Jansenius advertit, *ita temperavit suum sermonem Dominus, ut, si aquo fuissent in ipsum animo, non accepturi fuissent criminandi occasionem*; *non enim dixerat: Remitto tibi peccata tua, sed quo minorem occasionem præberet impiarum cogitationum, ac arrogantiæ notam effugeret, remittuntur*, inquit, *peccata, quæ etiam Prophetæ & Sancti cujuslibet, ex spiritu Dei loquentis, verba esse poterant.*

Cajet. *Dion. Cart. loc. cit.* *S. Hilar. c. 8. in Matt.* *S. Th. hic.* *Euthym in c. 13.* *Jans. c. 32.* *Isa. 43. 25.*

3. Lyranus ex hisce Pharisæorum verbis clarè deduci demonstrat, negâsse eos Christi divinitatem; unde ait: *Per hoc ergo, quòd Christo blasphemiam imponebant, in*

Lyran.

in hoc quòd peccata dimittebant, patet, quia negabant ipsam esse Deum, dicentes eum esse hominem; hunc igitur Pharisæorum errorem Christus duplici viâ refutare contendit licèt exiguo cum profectu eorum; ideoque primò declarat divinitatem suam, dum immediatè subitò omnes eorũ quas in intimis cordibus volvebant, manifestavit cogitationes: *Respondit eorum cogitationibus, quas cognoscere per certitudinem soli Deo proprium est.* Secundò eandem perhibuit divinitatis suæ evidentiam in miraculosa adeo & prodigiosa paralysis sanatione.

Versus 4.

Et cùm vidisset JESUS cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?

Cùm vidisset JESUS cogitationes eorum.

1. Ex hisce verbis, juxta Chrysologi doctrinam, testimonium elicitur divinitatis Christi, nec non certum nobis monitum & doctrina, quantâ scilicet cum circumspectione & cautelâ omnes cordium nostrorum cogitationes & desideria instituere atque ordinare debeamus: *Cape Christi divinitatis insignia,* inquit proinde Author: *Aspice, eum ad cogitationum tuarum latebras pervenisse.* Solidum ad desideriorum, cogitationum & appetituum nostrorum inordinatorum strepitum, & tumultuantem turbam compescendam frenum est, si firmâ fide teneamus, Deum semper & ubique cordi, menti, & imaginationi nostræ assistere præsentem, hacque ratione cogitationes nostras coërceamus quæ portam pandunt peccato, illudque in animam introducunt; imò à quibus, si malè ordinatæ fuerint, gravissima quævis oriuntur mala: *Videns Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore.* Ideoque inundante innumerabilium super terram humani generis iniquitatum immunditiâ, divina justitia in earum expiationem cataractas cœli aperuit, universamque terram communi diluvio suffocavit. Porrò quod Deus nos nostrasque cogitationes cognoscat & videat, Sapiens clarè insinuat, cum dicit: *In omni loco oculi Domini contemplantur.* Et: *Infernus & perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum?* Sanctus Bonaventura super Lucam scribens, pro horum verborum explicatione textum illum adducit: *Oculi Domini multò plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum.*

Chrysol. serm. 50.

Gen. 6.

2. Par. 16. v. 9.

Prov. 15. v. 15.

S. Bonav.

Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?

2. Id est, juxta Lyranum: *Imponendo mihi falso blasphemiam*; vel etiam, ut Lucas Burgensis, *& mala* declarat, *quia non zelo divini honoris movebantur, sed libidine obtrectandi Christum.*

3. Sanctus Hieronymus perpendit, quod dum Salvator occultas Pharisæorum cogitationes detegit, se verum Deum esse pariter declaravit: *Videns cogitationes eorum, ostendit Deum se esse, qui possit cordis occulta cognoscere, & quodammodo tacens loquitur: quasi diceret, eadem majestate & potentiâ, quâ cogitationes vestras intueor, possum & hominibus peccata dimittere.* Similem quoque ponderationem Sanctus Anselmus habet, quod scilicet occulta cordium pandendo, sanare voluerit ipsorum circa remissionem peccatorum incredulitatem: *Se Deum evidenti signo ostendit, dum eorum cogitationes aperit, quasi eis diceret: Potentiâ, quâ vestras cogitationes intueor, possum & delicta dimittere.* Divus Chrysostomus pariter probat, quod reconditissima cordis humani arcana revelando, verum se Deum ostendat: *Occulta cordium, quæ nosse solius Dei est, manifestavit*; enimvero in cordibus suis Christum blasphemare dixerunt: *Non enim aperte,* inquit divus Chrysostomus, *sed secum, hic blasphemat, dixerunt: Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.*

4. Clarè hinc patet, quàm ad judicandum malè de aliis, perque sinistram intentionem

Lyran. Luc. Bur.

S. Hier. hic.

S. Anſel.

Chryſ. hom. 39. in Matt.

Pſ. 13. v. 1.

tionem, aliorum operibus bonis detrahendum faciles ſimus; quid enim ſanctius eſſe poterat, quàm abdere peccata & gratiam conferre? & tamen hoc ipſum in Chriſto calumniabantur, dicentes: *hic blaſphemat.*

Verſus 5.

Quid eſt faciliùs dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere: ſurge & ambula?

S. Th. in Matth. 1. S. Thomas argumentum iſtud primâ facie, non admodum ſtringere videri exiſtimat, dicit enim: *Videtur malè arguere Dominus, à minori affirmando ad majus; faciliùs enim videtur, ſanare corpus quàm ſanare animam;* natura enim per potentiam obedientialem non repugnat, homo autem per voluntatem ſuam gratiæ reſiſtit. Ad hoc autẽ, *S. Hier.* reſponſionem adducit S. Hieronymi, dicentis: *Faciliùs eſt dicere, quàm facere; verùm quantùmad animam, fortiùs eſt animam quàm corpus ſanare; ſed quantum ad poteſtatem, eadem eſt poteſtas utrobique.* Carthuſianus inquit: *Dicendum, quòd Chriſtus intendit probare, utrumque ſoli divinæ poſſe convenire potentiæ;* tametſi enim paralyſis naturaliter curari poſſit: nihilominus per virtutem naturalem, paralyticum eo modo, quo Salvator ipſum liberavit, à paralyſi curare nemo poterat; nam *imperialiter, ſubitò, authoritativè curare non competit, niſi potentiæ infinitæ.* Oſtendendo igitur, quòd per divinam potentiam paralyſi impetrare poterat, ſe Deum eſſe, & conſequenter peccata remittere poſſe oſtendebat.

Dion. Carr. hic.

Tolet. in Luc. 2. Toletus ad id expicandum, ſimilitudinem quandam adducit, inquiens, Chriſtum hîc non intendiſſe, quò ad facilitatem comparare inter ſe remiſſionem peccatorum & paralytici ſanitatem, ſed tantùm docere voluiſſe, neutrum ab humanâ dependere poteſtate: *Diximus enim, quid eſt facilius homini, volare in cœlum, an ſuſcitare mortuos, non quòd hæc duo ſint æqualis difficultatis, ſed quòd utrumque ſit homini impoſſibile; ſic nunc dictum eſt, non eſſe facilius dicere: ſurge & ambula, quàm dicere: remittuntur tibi peccata, id eſt, humanam virtutem utrumque ſuperat, & divinæ ſolius eſt poteſtatis.* Obſervat item, quòd ly *dicere* non de ſolo vocis ſono hîc intelligendum ſit, ſed de effectu producto. *Verbum illud dicere, non voces tantùm ſignificat, ſed rem ipſam, verè nempe & cum effectu dicere.* Id quod Lucas Burgenſis bene explicat, conſiderando, quòd remiſſionem peccatorum, quam ſe ei tribuiſſe dicebat, quia ſub ſenſus non cadebat, nemo ſenſibiliter videre poterat; Atque ideo *ad confirmationem inviſibilis remiſſionis peccatorum, quam quivis facilè jactare poſſet ſe dare, nec ex re ipſa mendacii convinci, citat rem viſibilem atque manifeſtam, quàm qui promittat, mox arguatur mendacii, niſi ob oculos eam exhibeat;* ideoque Didacus Stella etiam dicit: *Nullus unquam fecit miraculum, ad probandum, quòd poſſet peccata dimittere, niſi ſolus Chriſtus.*

Luc. Burg.

Didac. Stella.

3. Præter prædictas reſponſiones, Salmeron notat, quòd in ordine ad liberalitatem divinam, hæc inſtitui poſſit comparatio: *Quia Deus ſuapte naturâ pronior eſt ad magna, quàm ad parva, ideo rectè probat per hoc, quod facit id, quod minus ſibi convenit, id quod magis ei quadraret, quodque magnificentiæ ejus eſt accommodatius, & per corporis ſalutem, animæ ſanitatem.* Pergit quoque idem Author oſtendere, Salvatorem ſe Judæorum capacitati adaptare voluiſſe, quibus difficilius videbatur, paralyticum hunc unico verbo ſanare, quàm peccata remittere: *Quia illud ſub aſpectum cadit, hoc non cernitur; illud fingi non poteſt, hoc verò poteſt.*

Caiet. 4. Cajetanus hæc de re ita diſcurrit, dicens, Chriſtum omnes ſcribarum cogitationes & ſuſpiciones confutare voluiſſe, quorum aliqui putabant, facilè eſſe dicere; *remittuntur tibi peccata tua,* quia hanc remiſſionem nemo videbat, nec quiſquam de ea teſtari poterat, quia non apparebat: atque ideo aliqui eorum dixerunt: *Hic blaſphemat;* id eſt, authoritatem ſoli Deo propriam uſurpat: alii exiſtimabant, quòd quando coràm eo paralyticus oblatus fuit, per artificium & dolum *Matth. 9. 2.* dixiſſet; *remittuntur tibi peccata tua,* ut ſic defectum poteſtatis ſanandi eum contegeret; hoc enim illi facilè erat dicere, cùm nulli illius viderentur effectus, non verò illud, ad quod divina requirebatur omnipo-

tentia, atque ideo Christus subjunxit: *Ut autem sciatis, quia &c.* Ubi D. Chrysostomus ait: *Nec est dubium, quin confirmatio imbecilli corporis facilior fiat; nam quantò anima corpore præstantior, tanto curatio ejus, curatione corporis major & difficilior; verùm, quoniam alterum latet, alterum patet, quod quidem minus est, sed tamen manifestius, adjicio, ut illud majus ac invisibile, confirmatius certiusque per hoc reddatur.* S. Bonaventura super hæc verba, breve quoddam format argumentum; quia enim Christus, se Deum esse & peccata dimittere posse, probare volebat, sequenti usus fuisse videtur discursu: *Omnis qui potest paralyticum solo verbo curare, solo verbo peccata potest dimittere; sed Filius Dei potest paralyticum solo verbo curare; ergo &c.*

Chrys. ho. 30. in Matt.

S. Bonav. in Luc.

5. Paulus de Palatio Redemptorem nostrum, quid ipsi facilius fuerit, interrogat, an dicere paralytico: *remittuntur tibi peccata*; *an surge & ambula*? & respondet: *Sanè si expendas Dei amorem, gaudium in conversione peccatoris, sanguinis pretiosi communicationem & pretium, quò plus æstimat Deus animam quàm corpus, multò facilius dicit Christus: remittuntur tibi peccata tua, quæ non dimittebantur, nisi quia Christus se astringebat, magno ea animi sui dolore deleturum.*

Paul. de Pal. hic.

Versus 6.

Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata; tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

Ut autem sciatis, quia filius hominis &c.

Toletus.

1. Hujus argumenti efficacia, ut Toletus docet, in hoc consistit, quia miraculum visibile, quod in eorum præsentia edebat, quodque solâ virtute divinâ effici poterat, in probationem remissionis & veniæ peccatorum patrabatur; unde consequens erat, quòd si hanc auctoritatem non habuisset, in hujus quoque remissionis testimonium sanare nequisset infirmum, quia Deus non potest esse testis rei falsæ, aut ei assensum præbere; *aut ergo negare debebant, paraliticum esse sanatum divinâ virtute (quod facere non poterant) aut si confitebantur, divinâ virtute esse factum, compellebantur fateri Christum, etiamsi homo esset, habere potestatem primum faciendi.*

2. Christus in his verbis, juxta S. Thomæ glossam, se Deum esse probavit, nonnullosque hæreticorum errores convicit: *Per hoc manifestat se Deum, ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum; & dum dicit quod filius hominis id facit, & dicit, in terra, duplicem elidit errorem, scilicet Nestorii & Photini;* Nestorius enim filium hominis & filium Dei, duo distincta suppositа esse, nec quod verificabatur de uno, de altero quoque asseri posse dicebat; unde dici non poterat secundùm ipsum: Hic puer stellas creavit; ac proinde contra hunc Christus ait: *Filius hominis*, quia Dei proprium est, peccata dimittere. Contra Photinum quoque hæc verba militabant, qui filium Dei, suum ex Maria principium habere, divinitatem verò sibi per meritum comparâsse dicebat, his innixus verbis: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terrâ*; contra hunc ergo dicit, *in terrâ*: Unde Baruch dicit: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.*

S. Th. hic

Matth. 28. 18.

Bar. 3. 38.

3. Jansenius Christum circa hanc peccatorum remissionem, summâ cum modestiâ locutum fuisse perpendit, dicendo: *Remittuntur tibi peccata tua: Non aperte sibi Dominus vendicaverat hanc potestatem, tamen quoniam eum sibi vendicâsse Pharisæi intellexerant, offendit evidenter, eandem sibi verè convenire; ubi observandum, quomodo semper Dominus aliorum malitiâ in bonam aliquod utitur.*

Jans. 6. 32.

4. Porrò quòd dixerit: *Filius hominis habet potestatem in terrâ dimittendi peccata*, ex certo id fecit mysterio, inquit idem Jansenius, *significat enim, non solum habiturum potestatē, cum in cœlo esset regnaturus, sed etiam habuisse, cùm adhuc in terris versaretur in formâ servi.*

Surge.

S. Bonav. in Luc.

5. S. Bonaventura, hujus patrati miraculi virtutem ab effectibus deducit, qui illud mox consecuti fuêre, qui omnes in hoc infirmo valde exstitere mirabiles: *In tribus concluditur perfecta sanitas, contra tria mala, qua*

quæ facit ægritudo paralyſis; reddit enim inhabilem ad ſtandum, & inhabiliorem ad operandum, & inhabiliſſimum ad ambulandum: at contra imperat ei Dominus rectitudinem ſtatus, fortitudinem actus, & promptitudinem motus.

Cajet. 6. Cajetanus advertit, Chriſtum in tribus præcipuè divinitatem ſuam prodidiſſe; primò in cordibus Phariſæorum illorum legendo ſecretas cogitationes, quas ipſi mente volvebant: *Cum vidiſſet cogitationes eorum*; ſecundò per vocis ſuæ imperium, ſubitò paralytico dando ſanitatem: tertiò remittendo peccata, in cujus confirmationem ſe miraculum patrare poteſtabatur; Unde

Chryſ. ho. 30. in Matth. D. Chryſoſtomus ſcribit: *Vidóſne, quemadmodum tam corporum quàm animarum conditorem ſe eſſe oſtendat, nam utriúsque ſubſtantiæ morbum curavit.*

Lyran. 7. Lyranus differentiam notat, quæ inter miracula Chriſti & aliorum Sanctorum cernitur: *Alii ſancti, qui fecerunt miracula, faciebant hæc, implorando divinam virtutem, non imperando, ſed ſi aliquando in talibus imperabant, hoc non erat in virtute propria, ſed exprimendo virtutem Chriſti, tanquam miniſtri, non Domini.*

S. Thom. 8. S. Thomas quoque circa hoc miraculum ſimilem quandam habet ponderationem cum illa, quam S. Bonaventura adfert,

S. Bona. notat enim, paralyticum hunc in lecto jacuiſſe, portatum eſſe, nec quidquam ſe movere potuiſſe; *quia ergo jacebat, dixit; Surge; quia portabatur, præcepit ut portaret lectum ſuum: quia ire non poterat, dixit: & ambula; Dei enim perfecta ſunt opera.*

Hugo Card. Gl. ord. 9. Hugo Cardinalis in ſenſu morali ait: *Surgite per bona deſideria, & ite per bona opera.* Gloſſa Rabani doctrinam ſequens, dicit; *Surgere, eſt animam à carnalibus deſideriis abſtrahere*; quæ moralitas optimè conſtat cum hac S. Gregorii ſententia: *Per lectum*

S. Greg. l. 22. mor. c. 23. *voluptas corporis deſignatur.* S. Thomas ait: *Surge à peccato per contritionem, dicitur peccatori, in peccatis jacenti.* S. Antonius Pad.

S. Ant. Pad. ſer. in hac Dom. inquit: *Paralyticus ſurgit, quando peccator vitia, in quibus jacuerat, deſerit*; tunc enim perfecta ſalus & converſio animæ alicujus ſperari poterit, quando malas illas deſeret converſationes, ſegue à locis & perſonis illis elongavit, quæ illi antea offenduculo erant.

Tolle lectum tuum.

10. Toletus ſuper hujus ſanati paralytici humeros hunc lectum videns, illum ei impoſitum fuiſſe dicit, pro majori evidentia & ſtupore miraculi. *Ut perfectius miraculum eſſet, magisque illos convinceret, non ſolùm ſanavit, ſed tantas etiam vires corporisque robur ſimul in momento contulit, ut poſſet lectum ſuum, in quo à quatuor portabatur, ſolus ipſe portare*; obſervátque, Chriſtum non ſine myſterio adjunxiſſe ut illum in domum ſuam deferret, quia háſce reſtituti roboris vires, non ſolùm per modicos greſſus, ſed per longum iter patere voluit. *Toler. in Luc.*

11. Circa hæc verba ſacri interpretes, multos eóſque utiles, tangunt ſenſus morales; S. Thomas ad peccatorem per pœnitentiam ad Deum converſum, alludens, dicit. *Surge à peccato per contritionem, tolle lectum per ſatisfactionem.* *S. Tho. hic.*

12. Gloſſa ait: *Tollere lectum eſt, carnem à ternis deſideriis ad voluntatem ſpiritus attollere.* S. Gregorius poſtquam per lectum, voluptatem carnalem intelligendam eſſe dixiſſet, ſubjungit: *Jubetur itaque ut hoc ſanus portet, ubi infirmus jacuerat, quia omnis, qui adhuc vitiis delectatur, infirmus jacet in voluptatibus carnis, ſed ſanatus hoc portat, quia ejuſdem carnis contumelias poſtmodum tolerat, quæ intus prius in deſideriis requieſcebat.* *Gloſſ.* *S. Greg. ib.*

13. Idem quoque S. Doctor in homilia quadam ſuper Ezechielem, de hoc lecto in ſenſu ſpirituali dicit: *Quid eſt dicere, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam, niſi portat entationes carnis, in quibus hactenus jacuiſti, ac revertere ad conſcientiam tuam, ut videas quæ feciſti*; advertendum eſt enim, quòd abſolutio ſacramentalis peccatum quidem quo ad culpam aboleat, non verò quo ad malos habitus & inclinationes, ab illo contractas; ideòque ad induſtriam noſtram pertinet, malam, quæ remanet, propenſionem eradicare, ſuggeſtionésque & præteritarum voluptatum reminiſcentiam, per macerationes corporis, ſenſuúmque cuſtodiam reprimere. *Ho. 12. in Ezec.*

14. S. Anſelmus quoque hunc lectum de reprimenda carne noſtra exponit, dicens: *Id eſt, carnem, per frenum continentiæ* *S. Anſel.*

correctam rege, ut anima corpori dominetur, quæ prius ſerviebat ei, & ab eo regebatur.

Alb. M. ſer. 73. 15. Albertus Magnus ait: *Lectus anima eſt corpus; tunc tolletur, cùm corpus à ſpiritu in Dei ſervitio ſtrenuè exercetur, cum videlicet homo jejunat, vigilat, orat, plorat & per alia pœnitentiæ opera corpus ſuum caſtigat.*

Beda ho. in hac Dom. 16. Venerabilis Beda ſimiliter in hoc paralytico curato, peccatorem ad pœnitentiam reductum agnoſcit, qui à lecto ſenſualitatum, quas jam deteſtatur, reſurgit: *Grabatum tollere, eſt ipſam carnem per continentiæ frena correptam, ſpe cœleſtium præmiorum à deliciis ſegregare terrenis.*

Et vade in domum tuam.

Tolet. 17. Toletus cauſam, cur paralyticus in domum ſuam remiſſus ſit, nobis indicat, idque non caſu, ſed *conſilio excogitato*, factum fuiſſe dicit: *Mittitur in domum ſuam, in qua teſtes erant perpetui infirmitatis illius; atque ut in hoc divinam virtutem ſuam exereret, qui oſtendebat ſe noſſe, paralyticum domum habere.* In Evangelio S. Lucæ, quod Toletus commentariis ſuis illuſtravit, Salvatorem paralytico dixiſſe legimus: *Tibi dico; ſurge tolle lectum tuum.* Ubi Tolletus ait: *Conſidera vim verbi, dico, ut exprimat ſe verbo ſanare, verbumque ſuum efficax eſſe, ſicut & primum, quando remiſit peccata; dixit autem: tibi, ut magis poteſtatem oſtenderet, q. d. non præcipio aliis, ut te juvent & lectum portent, ſed tibi ſoli; in quo*, ut Albertus Mag. ait: *notatur ſanitatis permanentia.*

Luc. 5. 24.

Alb. M. hîc.

18. At dicet fortaſſe quiſpiam, nunquid ad hoc, ut Chriſtus majorem ſibi ſequacium numerum compararet, honori & gloriæ ejus convenientius fuiſſet, ſi hic paralyticus eum, quacunque versùm euntem ſecutus fuiſſet, cur igitur eum ſanatum adeò ſubitò in domum ſuam remittit, & à ſe recedere jubet?

Janſen. Janſenius ait: *In domum abire præcepit, ut ne gloriam ſuam quærere videretur: ſi illum apud ſe retineret.*

Joan. Ep. 19. S. Joannes Epiſcopus in Catena græca citatus, *vade*, inquit, *in domum tuam, ne Chriſtiana fide curatus, moriaris in perfidia Judæorum*; periclitari enim poterat, ne à Scribis & Phariſæis, Chriſti inimicis, & gloriæ ejus invidis æmulis perverteretur.

20. Euthymius aliam reddit rationem, dum ait: *Tum, ne præſens ac viſus laudem ſibi conciliaret; tum etiam ut ſanitatis teſtes haberet, quibus contradici non poſſet.* Cajetanus inquit: *Ut non ſolùm præſentes, ſed quicunque obviantes evidentiam miraculi probent.* Janſenius his addit: *Ut ſanitate ſuâ domeſticos lætificans, fidei eis fieret occaſio.*

Euth. *Cajet.* *Janſen.*

21. Didacus Stella Salvatorem noſtrum in miraculis, quibus diverſis benefaciebat, oculos ſuos non ad intereſſe proprium, ſed ad noſtrum commodum direxiſſe meditatur: *Noluit ſuum commodum quærere, ſed noſtram utilitatem.* Salmeron neminem ex toto diſcipulorum Chriſti numero inveniri dicit, qui ab ipſo, vel à dæmone, vel ab infirmitate, vel à morte liberatus fuerit; *Ne propter ſe ſuſcitaſſe vel ſanaſſe exiſtimari poſſet; tum ut innuatur libertas, quam ſanati in ſpiritu à Chriſto habent, ut poſſint pro arbitrio ſuo illâ uti, vel abuti.*

Didac. Stell. *Salm.*

22. S. Antonius Paduanus in ſenſu morali dicit: *In domum ſuam ire, eſt in paradiſum, quæ propria hominis domus fuit, redire; vel ad internam ſui cuſtodiam, ne iterum peccet;* quæ conſideratio ex venerabili Beda deſumpta fuit, qui ait: *Domum reportat lectum, cum anima, remiſſione peccatorum accepta, ad internam ſui cuſtodiam, cum ipſo ſe corpore refert, ne quid poſt veniam, unde iterum juſtè feriatur, admittat.*

S. Ant. Pad. ſer. cit. *Bed. hîc.*

23. Quænam verò domus noſtra ſit, ex quodam S. Bernardi ſermone clarè deduci tur inquient: *Ambulamus in domum noſtram; in quam domum? in matrem omnium, quæ ſepulchrum illorum, domus eorum in æternum; vel potiùs in domum noſtram, quam habemus ex Deo non manufactam, æternam in cœlis.*

S. Bern. ſerm. de paſſ. Domin. ſer. 4. *2. Cor. 5. 1.*

24. Hugo Cardinalis Chriſtum hiſce verbis huic paralytico, pro ſpirituali ejus ſalute præſervativum quoddam dare voluiſſe exiſtimat, dum ait: *Vade in domum tuam, ut ſis tatem corporis tui conſiderando. Nahum ultimo; Intra in luteum &c vel conſcientiam, per ſollicitam diſcuſſionem: Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ; vel cœlum, per jugem meditationem; annos æternos in mente habui.*

Hugo Card. *Nahum 3. 14.* *Iſa. 18. 15* *Pſ. 76. 6.*

25. De-

25. Denique obſervandum eſt, paralyticum hunc ad redeundum in domum ſuam, nullum uſpiam habuiſſe obſtaculum; benè tamen ut eorum Chriſto præſentaretur, quia ut ad ipſum uſque penetraret nullus ipſi locum cedere voluit, ideóque neceſſario de tecto demitti debuit; unde nonnemo ex contemplativis colligit, paucos admodum eſſe, qui ad Deum quærendum, vel ad eum locum, ubi ipſi ſervitur, ingrediendum, viam ipſi ſternant vel auxilia præbeant; at verò ut quis ab ipſo digrediatur & recedat, omnes ipſi locum & occaſionem miniſtrant; unde ſi quis in converſatione plurium perſonarum, dicat: eamus ad bibendum vel ad alias recreationes minus honeſtas, ſubitò ſe à majori parte conſectari videbit; non verò, ſi dicat: adeamus concionem & oratorium, vel hoſpitale ad miniſtrandum infirmis.

Verſus 7.

Et ſurrexit & abiit in domum ſuam.

Verſus 8.

Videntes autem turbæ, timuerunt & glorificaverunt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

Videntes autem turbæ timuerunt.

Dionyſ. Carth. 1. Dionyſius Carthuſianus pro horum intelligentia, dicit, objectum timoris, eſſe malum, cum hac tamen diſtinctione, quòd objectum timoris ſervilis ſit malum pœnæ, objectum tamen timoris filialis, ſit malum culpæ, id eſt, quòd filius Deum timeat, in quantùm ab eo per peccatum ſeparari metuit; hoc itaque præmiſſo quærit: *Quid ergo vel cur timuerunt hæ turbæ, cum potius exaltare & amare debuerant?* Reſpondétque: *Ex tanto miraculo perpenderunt ſanctitatem dignitatémque Chriſti, quem licet nondum putarent Deum, certiſſimè tamen tenebant, eum eſſe virum ſanctiſſimum, divinâ virtute agentem, ſicque conſiderata ſanctitate ipſius, propriam parvitatem clarius intenderunt, quia oppoſita juxta ſe poſita clarius innoteſcunt, ſicque ultionem divinæ juſtitiæ metuebant, & ſeipſos exhorruerunt, & Chriſti præſentia ſe reputant indignos eumque offendere verentur.*

2. S. Lucas hunc non tam timoris, quàm ſtuporis potius motum fuiſſe docere videtur, dum inquit: *Stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum, & repleti ſunt timore, dicentes, quia vidimus mirabilia hodie,* S. Marcus pariter memorat: *Ita ut mirarentur omnes & honorificarent Deum, dicentes; quia nunquam ſic vidimus.* Luc. 5. 26. Mar. 2. 12.

3. Ex præſenti quoque S. Matthæi textu, non ſcribas aut Phariſæos, ſed ſolas, Chriſto applaudentes, turbas ſtupuiſſe deduci videtur; eſt quid mirum? ſuæ etenim malevolentiæ ſenſum abundè propalarunt, dicentes: *Nunquid ex principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariſæis? ſed turba hæc, quæ non novit legem, maledicti ſunt.* Janſenius ad præſens propoſitum inquit: *Turbarum ſolum meminit, quæ ſimplici animo Deum glorificaverant, tum ſcribas forte & Phariſæos invidentiæ quidam zelus occultè torqueret.* De quibus pariter ſanctus Ambroſius ita diſcurrit: *Spectant ſurgentem increduli, mirantur abeuntem & divini operis miracula malunt timere quàm credere; nam ſi credidiſſent, non timuiſſent utique, ſed dilexiſſent, perfecta enim dilectio timorem excludit foras.* Joan. 7 48.

Et glorificaverunt Deum.

4. Antonius Paduanus inquit: *Reliqui meritò, qui aderant relictis blaſphemiis, ſtupentes ad laudem convertuntur tantæ majeſtatis.* Tertullianus Prophetam Evangelicum præſentes Salvatori à populo exhibitas laudes, prædixiſſe exiſtimat, vaticinantem: *Ipſi videbunt gloriam Dei, & decorem Dei noſtri.* Ratio cujus hæc aſſignari poteſt, quia ſcilicet gratia juſtificans, quæ peccatori in peccatorum remiſſione confertur, gloriæ & pulchritudinis titulo condecorari poteſt; gloriæ quidem juxta Apoſtolum, ad Romanos ſcribentem: *Omnes peccaverunt & egent gloria Dei;* pulchritudinis verò juxta Pſalmiſtæ vaticinium, eam nuncupantis *confeſſionem & decorem.* S. Antonius Padua. ſer. cit. Tertull. l. 4. con. Marcion. Iſa. 35. 2. Rom. 3. 23. Pſ. 103. 1.

5. Dionyſius Carthuſianus inquit: *Id eſt, glorioſum, pium, & omnipotentem eſſe profeſſi ſunt;* in peccatorum namque indulgentia Chriſtus ſe pium & omnipoten-

tem (*quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus*) item & gloriosum exhibuit: *Omnipotentiam suam parcendo maximè & miserando exhibuit.*

6. Quis autem nostrûm est, qui beneficium hoc cum pondere sanctuarii trutinet, beneficium inquam quasi infinitum, & ad finem usque sæculorum in Ecclesia ejus depositum, quale est, peccata remittendi potestas? Fidei namque veritate certum est, quod nullus præter Deum offensas contra ipsum commissas remittere possit, quòdque anima culpâ mortali coinquinata, uno quasi pede in inferno consistat, prout Apostolus ait: *Quis ascendet in cœlum, aut quis descendet in abyssum?* ad liberandum videlicet peccatorem, qui à semetipso resurgere nequit? Quis item ascendet in cœlum, ad hanc remissionem implorandam, aut quis descendere poterat in infernum, ad hominem è dæmonis servitute eripiendum? At verò Spiritus sanctus per os ejusdem Apostoli, ibidem subjungit: *Sed quid dicit scriptura, prope est verbum in ore tuo & in corde tuo.* q. d. sufficit, quòd ore confitearis peccatum, *ore autem confessio fit ad salutem*; & in corde veræ compunctionis & pœnitentiæ actus excitentur. Enim verò specialissimum hoc beneficium Oseas hisce verbis vaticinatus fuisse videtur: *Tollite vobiscum verba & convertimini ad Dominum & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem*; quia per confessionem vocalem peccatorum illa delentur; qui profecto favor & gratia adeo est inæstimabilis, ut S. Bernardus dicat: *Onerat nos, dum exonerat Deus; onerat beneficio, exonerat peccato*; quòd si enim sacrosancti hujus lavacri virtutem penitiùs consideremus, si S. Ambrosio, qui verba Psalmistæ: *Amplius lava me ab iniquitate mea.* examinavit, fidem habere velimus, majus est, quod in confessione acquirimus luctum, quàm quòd peccando passi sumus damnum: *Plus acquisivimus qui plus peccavimus, quia beatiores facit tua gratia, quàm nostra innocentia*; quod si ad facilitatem usus hujus potestatis nos reflectere velimus; de hac D. Chrysostomus ita ait: *Num opes aliquæ hic sunt expendendæ? num via prolixa eundo est? num grave aliquod & molestum à vobis requiritur?* examinate obsecro, quàm innumeræ animarum myriades in quinque millium & plurium annorum decursu, in hac venia & peccatorum remissione obtinenda habuerunt difficultatem; in lege etenim naturæ, ab Adamo usque ad Moysen, nullus peccatorum remissionem accipere potuit, nisi medio veræ & perfectæ contritionis actu, ad cujus manifestationem exterior quoque oblatio & cæremonia requirebatur; severior huic successit lex Mosaica, præcipiens, ut ad obtinendam peccatorum veniam reus peccata sua non modo coram Deo, sed & coram Sacerdotibus confiteretur, & insuper victimas offerret, juxta culparum qualitatem, qua de re latius consulere placuerit caput 5. Num. Philonem *lib. de victimis* & Josephum Hæbræum *de antiquit. lib.* 10. Hi igitur contritioni verbalem superaddere debebant confessionem cum victimis; at quis non videt multiplices hac in obligatione molestias: sæpe enim multi currere debebant, ad ducentorum forte milliarium distantiam, ne memorem impensas, pro hujusmodi victimarum comparatione fieri debitas; ut nihil etiam dicam de opprobrio, quod illi peccatores contrahebant, dum qualitas cujusque criminis, & malitia transgressionum omnium, in notitiam veniret universorum; an non hoc grave & intolerabile jugum erat præsertim in comparatione hujus sanctissimi Sacramenti, quod hodie in Ecclesia sua benignissimus Salvator ad nostram utilitatem instituit? *Reddimus vitulos labiorum nostrorum*, inquit Oseas loco citato, ubi S. Hieronymus ait: *Vituli labiorum, laudes in Deum sunt & gratiarum actio, placabilis Deo hostia est, pura confessio.* Unde pro tributo debitæ gratitudinis, ratione immensi adeo beneficii à nobis recepti, nihil à nobis aliud exposcit, inquit Chrysostomus, nisi usum ejusdem beneficii, hoc est, *referre gratias Deo, peccata ei propria confiteri.*

7. Sacrum concilium Tridentinum finem justificationis peccatoris, gloriam Dei & Christi filii ejus esse dicit: *Justificationis causa finalis est gloria Dei & Christi*; ac proinde nostræ confessiones sacramentales, ex mente regii Davidis, pretiosissimæ & opulentissimæ vestes sunt, quibus rex gloriæ adornatur: *Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento*, quod S. Augustinus ponderans, Deum interrogat, dicens:

Rom. 10. 6.

Ibid. v. 8

Ibid. v. 10.

Osee. 14. 3.

S. Bern.

S. Ambr. in ps. 37.

Chrys. hom. 20. *in Gen.*

Osee. 14. 3.

S. Hier. ib.

Chrys. hom. 3. *in Matt.*

Conc. Trident. sess. 6. *ca.* 7.

cens. *Unde magnificatus es nimis? confeſſionem & decorem induiſti. Confitemini ut decoremini, ut induat vos circumamictus lucem, ſicut veſtimentum*, idque authoritate Apoſtoli declarat, qui peccatoribus confeſſis & juſtificatis dicit : *Eph. 5. 8.* *Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*

S. Th. vill. ſer. in Do. 4. Quad. 8. S. Thomas de villa nova ad frequentem hujus Sacramenti uſum nos exhortans, varia recenſet motiva, è quibus multi ſalutares fructus, ab hoc Sacramento reſultantes, videri poſſint : *Probate, obſecro, & videbitis, quanta ſit animæ conſolatio, quanta conſcientiæ ſecuritas & tranquillitas, quanta reformatio vitæ, quanta veniæ apud Deum fiducia, quod levamen cordis, quanta utilitas in reſiſtentia peccatorum, in facilitate bonorum operum, in correctione morum, in devotionis augmento, in omnibus denique ſpiritualibus bonis, quæ conferunt ad æternam ſalutem.*

Qui dedit poteſtatem talem.

9. Hæc poteſtas in ejus Vicario limitata non fuit, cum ei dictum ſit : *Matth. 16. 19.* *Quodcunque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis, quodcunque ligaveris ſuper terram, erit & ligatum in cœlis*; fuitque ei delegata cum plenitudine tantæ authoritatis, ut S. Bernardus *S. Bern. ſer. 1. in feſt. SS. Petr. & Pa. B. Petr. Dam. ſer. de S. Petr. S. Max. in feſt. SS. Petr & Pauli. Job. 40. 4.* dicere non dubitet : *Claves regni tam ſingulariter accepit, ut præcedat ſententia Petri, ſententiam cœli*; unde & B. Petrus Damianus ait : *Judicat Petrus, & Petri judicia confirmat omnipotens, & eſt in manu Petri manus altiſſimi.* S. Maximus ſimiliter in homilia tertia de ſolemnitate hujus Apoſtoli, inquit : *Cujus tanta à Deo eſt approbata juſtitia, tantaque ei poteſtas attributa eſt judicandi, ut in arbitrio ejus poneretur cœleſte judicium.* S. Job quærit, cujus brachium adeo validum eſſe poſſit, ut ex æquo cum altiſſimi dextra comparari valeat : *ſi habes brachium ſicut Deus, ſi ſimili voce tonas?* ſed ecce tibi brachium Sacerdotis, dum pro abſolutione Sacramentali impertienda elevatur, ſimile eſt brachio Dei, ſiquidem formam Sacramenti, *abſolvo te*, pronunciando, veluti à totidem fulminibus proſtrati & diſſipati corruunt omnes inimici infernales.

10. Et quidem de hac poteſtate dubitare non licet, quia in ſymbolo Apoſtolorum, inter cæteros fidei articulos hic habetur : *Credo in remiſſionem peccatorum.* S. Iſidorus poſtquam dixiſſet : *Neſſe capio, ſi eſt ſpes in confeſſione, ſi eſt remiſſio, ſi eſt venia*; paulò poſt ſubjungit : *Eſt planè, eſt prorſus, eſt utique, eſt profectò, eſt procul dubio; confeſſio ſanat, confeſſio juſtificat*; *certiſſimè credo, nullo modo hæſites.* *S. Iſid. l. 1. ſumo.*

Hominibus.

11. Quòd ſi Redemptor noſter, qui ad expiandum infinitum peccatorum noſtrorum debitum, ſanguinis ſui pretium, è venis ſuis deprompſit : ita diſpoſuiſſet, ut confeſſionis faciendæ causâ, ad ipſum accederemus, nimis utique arduum hoc fuiſſet remedium, quis enim non confunderetur, quis poſt tot ingratitudines, recidivas, infidelitates, coram ipſo toties ſe præſentare non erubeſceret? ac proinde nequaquam ita fieri voluit, non ſibi ſed hominibus confeſſionem fieri præcepit : haſce claves hominum mortalium manibus commiſſas eſſe voluit, eò quòd hi eiſdem ſint ſubjecti miſeriis, ejusdem neceſſitatis remedio ſtringantur, & conſequenter eadem cum benignitate alios ad ſe accurrentes recipiunt, quam erga ſe exerceri deſiderant. Tametſi Dei filium benigniſſimum eſſe probè ſciamus; de ipſo tamen nobis per fidem pariter conſtat, quòd *peccatum non fecit, nec* *1. Petr. 2. 22.* *inventus eſt dolus in ore ejus* : unde audacter vitam ſuam examinandam omnibus dedit; *Joan. 8. 46.* dicens : *Quis ex vobis arguet me de peccato?* ſcimus pariter, quòd honoris patris ſui æterni maximus exiſtat zelotes, ideoque licèt nos ad ſe recurrentes, ſummâ cum pietate recepturus fuiſſet, nihilominus unusquisque ſe utique ob nimium reſpectum & reverentiam, ab illius ſe ſubduxiſſet conſpectu, coram tantâ majeſtate, quàm *tremunt poteſtates*, *Prov. 19. 22.* comparere nequaquam præſumens : at verò *homo indigens*, inquit ſapientiſſimus Salomõ, *miſericors eſt* : recurrunt peccatores ad alios homines peccatores, qui eâdem compaſſione indigent quam ipſi erga ſui ſimiles exercere debent. In lege ſcripta civitates Deus *Num. 35. 6.* ordinavit refugii, in quas ſe reciperent humani ſanguinis rei; ſed in quorum manus, urbes has à Deo conſignatas eſſe exiſtimabitis? utique non aliorum, quàm Levitarum: diſpoſuit igitur, ut tres ex unâ, & tres ex alterâ

Jorda-

Jordanis parte haberentur; volens namque misericors Deus exc.ssibus hisce, etiam flagitiosis nimium indulgere, latum iis & amplum assignavit refugii spatium, sternens diligenter viam ad salutem, idque in terræ habitatæ medio. *Omnia in figura contingebant*; voluit namque in eo designare Dominus confessionis facilitatem, quam Ecclesiæ suæ reliquit: de quo Regius quondam Propheta vaticinabatur, inquiens: *Quoniam Deus salvam faciet Sion* (id est, Ecclesiam suam) *& ædificabuntur civitates Juda*, id est, *confessionis*. Enimverò non sine magni mysterii ratione, civitates illæ, Tribus Sacerdotalis & leviticæ manibus concreditæ fuerunt, quia in his specialiter requirebatur verus lenitatis, charitatis & compassionis spiritus.

Ps. 68. 36.

12. Ratio autem, quare ad hoc ministerium, spirituum angelicorum operâ usus non fuerit, hæc est, quia cum hi impeccabiles & puri spiritus sint, neque hac nostra fragili carne, tot miseriis subjectâ vestiantur, nobis compati non potuissent, quin potius gloriam Dei nimium zelantes consequenter in vindicandis offensis nostris nimis futuri fuissent rigidi. Unde D. Chrysostomus ait: *His, qui terram incolunt atque in ea versantur, commissum est, ut ea, quæ in cœlis sunt, dispensent, is datum est, ut potestatem habeant, quam Deus optimus maximus neque Angelis neque Archangelis datam esse voluit.* Quis, obsecro, inter omnes Apostolos, sancto Joanne Christo acceptabilior erat, quis innocentior? etenim Ecclesia illum, quantumvis centenarium, pueri nomine appellat: *Ecce puer meus, quem elegi*: & tamen non is, sed Petrus, qui conjugatus fuit, qui Magistrum suum trinâ vice negavit, peccata remittendi potestatem accepit. Divus Chrysostomus ait: *Ideo non Angelis hæc est commissa potestas, qui nunquam peccaverunt, sed homo passibilis supra homines ordinatur, ut, dum in aliis suas recolit passiones, mitem apud eos se præbeat & benignum.*

Chrys. c. 5. de Sacerd.

Matth. 12. 18.

Chrys. hr. 80. in Matt.

DOMI-

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Matthæi Cap. 22.

22. Simile factum eſt regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo. 3. Et miſit ſervos ſuos, vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire. 4. Iterum miſit alios ſervos, dicens: dicite invitatis: ecce prandium meum paravi, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata ſunt, venite ad nuptias. 5 Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam. 6. Reliqui verò tenuerunt ſervos ejus, & contumeliis affectos occiderunt. 7. Rex autem cum audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum ſuccendit. 8. Tunc ait ſervis ſuis: nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui invitati erant, non fuerunt digni. 9. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunque inveneritis, vocate ad nuptias. 10. Et egreſſi ſervi ejus in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt, bonos & malos, & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. 11. Intravit autem Rex, ut videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. 12. & ait illi: Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? at ille obmutuit. 13. Tunc dixit Rex miniſtris; ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. 14. Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

Verſus 2.

Simile factum eſt Regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.

Lyran. 1. LYranus vult, in hac parabola minimè intelligendas eſſe nuptias æternæ beatitudinis, quia ad eas, quarum fit mentio in præſenti, etiam mali invitati fuerunt: imò unus quoque eorum inde exturbatus fuit, quod de æternâ gloriâ verificari nequit, unde per has nuptias, Veroi incarnationem intelligendam eſſe dicit. S. Thomas has parabolam ab ea, quæ Lucæ. 14. recenſetur, differentem eſſe exiſtimat, quia ibi de cœna, hic de nuptiis fit mentio, atque inſuper nullus ibi fuit excluſus, quemadmodum hic; ac proinde concludit: *Per illam convivium cœleſte intelligitur, per iſtam, convivium, quod fit in terrâ.* S. Hieronymus ait: *Rex iſte, qui fecit nuptias filio ſuo, Deus omnipotens eſt, qui fecit nuptias Domino noſtro JESU Chriſto & Eccleſiæ, quæ tam ex Judæis, quàm ex gentibus congregata eſt.* Quisnam verò thalamus harum nuptiarum fuerit, Sanctus Anſelmus inſinuat, dum ait: *Uterus virginis, hujus ſponſi thalamus fuit nuptiarum. Unde David ait: Tanquam ſponſus Dominus procedens de thalamo ſuo.* *S. Hier. hic.* *S. Anſel.* *Pſ. 18. 6.*

2. Theophylactus inquit: *Facit Deus nuptias filio ſuo, copulans eum omni formoſæ animæ.* *Theoph.*

3. Cur autem hic Rex, homo appelle-

tur: *Homini Regi*; hujus cauſam reddit Al-
Alb. M. hic. bertus Magnus, dum ait: *Dicitur homo, quia humanus, & benignus, & miſericors eſt.*

S.Th. ib. 4. S. Thomas per haſce nuptias in ſenſu morali convivium Euchariſticum interpretatur, dicens: *Iſtud nuptiale convivium eſt Euchariſtiæ Sacramentum, ad quod Chriſtus invitavit Judæos.* Unde idem Salvator inquit: *Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed pater meus dat vobis panem de cœlo verum; iſtud convivium in cœna Domini fuit paratum; per tauros & altilia ſignificantur Spiritûs Sancti dona, quæ conferuntur in hujusmodi Sacramenti perceptione devotâ.*

Verſus 3.

Et miſit ſervos ſuos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire.

Et miſit ſervos ſuos.

1. Quòd ſi in numero ſingulari legatur
S. Hier. hic. *ſervum, haud dubium*, inquit S. Hieronymus, *quin Moyſen, per quem legem invitatis dedit; ſi autem ſervos legerimus, ad Prophetas referendum eſt.* Dionyſius Carthuſianus
Dionyſ. Carth. in hac Dom. quinam hi ſervi fuerint, nominatim recenſet: *videlicet miſit Moyſen, Aaron, Samuelem.* Lyranus ſimiliter antiquos Prophetas
Lyran. fuiſſe dicit, *qui clarius denuntiaverunt ea de Chriſto, quæ obſcurius erant poſita in lege.*

2. Conſiderabile eſt ly *miſit*, non enim illos ſemetipſos in hoc miniſterium ingeſſiſſe, ſed ab eo, qui in ipſos authoritatem habebat, & cui obedire tenebantur, miſſos
Rom. 10. v. 15. fuiſſe dicit: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur.*

Vocare.

3. Deus ex parte ſuâ nos invitare non
Pſ. 18. 7. deſinit, quia *non eſt, qui ſe abſcondat à calore ejus*; unde nemo ſe excuſare poteſt, dicendo: Sibi ad propriam ſalutem, ſufficientem ab eo non fuiſſe ſubminiſtratam gratiam, imò ad cognoſcendam veritatem,
Pſ. 4. 7. *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui Domine.*

4. *Vocare* dicit, *non cogere*, quia Deus nobis arbitrii reliquit libertatem: *Reliquit* *Eccl. 15. v. 14.* *nos in manu conſilii noſtri.*

Invitatos.

5. *Id eſt, populum Iſrael*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *quem Deus per legem ac varia beneficia invitavit ad credendum Chriſtum, ad præſtolandam gratiam & ſalutem ſeu redemptionem per eum.* Sanctus Hilarius
S. Hilar. 12. in Matth. ly *invitatos* pariter de eodem populo exponens, ait: *Qui admonentur, ut veniant invitati, antea populus Iſrael eſt, in gloriam enim æternitatis per legem eſt advocatus.*

Dionyſ. Carth. ib.

Ad nuptias.

6. Lyranus hanc invitationem à Prophetis factam fuiſſe opinatur, dicens: *Hortabantur populum Judaicum exſpectare Chriſti adventum, & tendere in ipſum per fidem & bona opera.* *Lyran.*

7. Nihilominus S. Hilarius inquit: *Servi miſſi, qui vocarent, Apoſtoli ſunt*; cui ſententiæ ſi adhærere velimus, conſequens eſt dicere, nuptias has eas eſſe, de quibus Janſenius
Janſ. c. 115. conc. ita ſcribit: *Eſt autem nuptiale illud convivium iſtud, quo Deus in hac vitâ mentes fidelium paſcit, incundâ & ſalutari doctrinæ Evangelicæ prædicatione, ac variis Sacramentorum & chariſmatum ferculis, quo item & poſt hanc vitam eos paſcit, & uſque ad ſatietatem reficit gaudiis æternæ beatitudinis.* *S.Hil.ib*

Et nolebant venire.

8. Dionyſius Carthuſianus per hoſce invitatos duritiam intelligit & incredulitatem Judæorum, dicens: *Nolebant venire, id eſt, credere & laudabiliter vivere, ſecundùm documenta ſervorum illorum*; quia non ſolùm Scripturis ſacris, ſed & tantis rebellârûnt monitis & doctrinis, poſt mortem Chriſti facceptis. Unde idem Author in alio quodam loco dicit: *Nolebant venire, id eſt, per fidem formatam credere, laudabiliter converſari*; pro cujus confirmatione hanc addu-

Dionyſ. Cart. hic

In enarr Dom. hujus.

Act. Ap. 7. v. 51. adducit S. Stephani, ad ipſos factam exprobrationem: *Dura cervice & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos.*

9. Bene autem notandum eſt, non dici: *Et non poterant venire*, ſed *nolebant*; totum namque perditionis noſtræ malum ex noſtra oritur voluntate, non impoſſibilitate: *Luc. 19. v. 14.* *Nolumus hunc regnare ſuper nos*, dicebant apertè & intrepidè rebelles alii, in parabolæ hujus ducatu & figura.

Alb. M. hic. 10. Albertus Magnus ait: *Et nolebant; ecce ingratitudo*; quod obſtinationis ſcelus indu-
Paul. de Pal. ſtriè contemplans Paulus de Palatio, vix ſe continere poteſt, quin exclamet: *O phreneticum facinus, pauper es, famelicus es, triſtis es, mortuus es, vocaris ad vitam, ad feſta,*
Chryſ. ho. 70. in Matth. *ad convivia, ad opes immenſas, & rennis?* Chryſoſtomus eidem pariter inſipientiæ huic condolens, inquit: *Quid igitur dementius invenitur, quam, cum in nuptias vocaris, reſilire?*

Verſus 4.

Iterum miſit alios ſervos, dicens; dicite invitatis: ecce prandium meum paravi, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata ſunt; venite ad nuptias.

Iterum miſit alios ſervos.

Lyran. 1. Lyranus in hiſce pro ſecunda ad nuptias vice invitantibus ſervis, eos deſignari docet, qui cæteris vicinius, adventum Dei filii, mundo annuntiarunt, quales diſcipuli & Apoſtoli Chriſti fuêre, in ſpecie autem & expreſsè ipſe præcurſor Domini.

Janſen. 2. Juxta Janſenii ſententiam, ſive per invitatores primos Prophetæ accipiantur, ut aliqui volunt, & per ſecundos, Apoſtoli, vel alii; nihilominus tam hi quàm iſti quandoquidem invitant; poſt nuptias jam paratas, videtur verisimilius, per primos intelligendos eſſe S. Joannem Baptiſtam & Apoſtolos Domini, hi enim primi fuêre, qui immediatè poſt mortem Chriſti, Regnum cœlorum Judæis annuntiarunt, hósque ad Meſſiæ notitiam invitarunt. Per ſecundos autem invitatores, videntur tum Apoſtoli, tum reliqui omnes perhiberi, qui ſimul cum iis cooperati ſunt prædicationi evangelicæ & catholicæ fidei dilatationi. Notat autem idem Author, quòd ſi legerimus, *ſervum* in numero ſingulari, tunc in eo ſolum innui Joannem Baptiſtam; *Qui primus de nuptiis Chriſto paratis annunciavit, profiſſus ſe amicum ſponſi, poſt quem alii ſervi miſſi ſunt ad Judæos, nempe Apoſtoli.* Si verò quis latiùs exiſtimaverit, Apoſtolos non tam primos quam ſecundos potius invitatores dicendos eſſe, huic immediatè reſpondet Janſenius idem, quòd tunc, ſtante numero plurali *ſervos*, nomine primorum accipiantur præcurſor Domini & ipſe Chriſtus, qui in ſimilitudine ſervi, ſuum ipſemet adventum annuntiavit; nomine autem ſecundorum, magis expeditorum, Apoſtoli, qui incarnationem Verbi, poſt Chriſti reſurrectionem ſuis prædicationibus mundo manifeſtarunt.

S. Thom. hic. 3. S. Thomas nimiam admiratur & ſtupet hujus Regis patientiam, injurias ſibi illatas non modò non ulciſcentis, ſed novis etiam iteratisque beneficiis easdem benigniſſimè recompenſantis: *Ponitur argumentum*, inquit, *benignitatis ex parte invitantis, & augmentum malitiæ ex parte excuſantis.* Pariter Lucas Burgenſis inquit: *Magna Regis patientia atque humanitas, qui, quamvis meritò offendi potuiſſet vocatorum ingratitudine, quod & ſuam mali ſtatem, & regias filii ſui nuptias parvi feciſſent, tamen miſit alios ſervos.* *Lucas Burg.*

Dicite invitatis, ecce prandium meum paravi.

S. Th. ib. 4. Bene obſervat Angelicus Doctor, in prima invitatione non dici, nuptias jam tum paratas eſſe, quemadmodum in ſecunda; in hac namque addunt ſervi, convivium jam tum etiam lautiſſimis ferculis inſtructiſſimum eſſe. Verba porro præſentia ita Dionyſius Carthuſianus interpretatur: *Myſterium incarnationis perfecti, Sacramentum Euchariſtiæ inſtitui, diverſa ſacræ Scripturæ alimenta propoſui, gratiarum chariſmata dedi.* *Dionyſ. Carth. loc. cit.* Huic non difficilem eorundem verborum gloſſam inſtituit Lyranus, dum ait: *Sacramenta Eccleſiæ & doctrinam paravi, quibus reficitur anima, & potiſſimè Sacramentum Euchariſtiæ, in quo datur nobis caro Chriſti in cibum, & ſanguis in potum.* *Lyran.*

Tauri mei.

Janſen. 5. Janſenius ſecundæ citationis executoribus, non ſine magni ratione momenti à Regè præceptum eſſe conſiderat, ut diverent invitandis, convivium jam paratum eſſe; ideóque dicit: *Significatur, Apoſtolos poſt Chriſti reſurrectionem ex Dei juſſione prædicaſſe Meſſiam mortuum, crucifixum, reſurrexiſſe, omniáque tunc peracta eſſe, quæ ad ſalutem hominum & ſpiritualem eorum refectionem eſſent neceſſaria.*

Alb. M. ſer. 74. in Dom. 20. 6. Albertus Magnus in tauris his Apoſtolos & Martyres deſignari exiſtimat, qui, dum vixerunt, jugum Chriſti indefeſsè portarunt. *Per tauros intelliguntur ſancti Apoſtoli & Martyres, qui jugum Domini portaverunt, & aratrum dominicæ crucis traxerunt, iſti enim occiſi ſunt, & viam nobis ad nuptias Chriſti, ſuo ſanguine præparaverunt.* Cui opinioni illa correſpondet S. Hilarii ſententia, *S. Hilar. in cat.* à S. Thoma in catena citati: *Tauri gloriſa martyrum ſpecies eſt, qui confeſſioni Dei tanquam hoſtia electa ſunt immolati.*

S. Thom. hic. 7. S. Thomas inquit: *Per tauros, ſignificantur exempla ſanctorum, quæ Dominus præparavit in convivium*, ſubjungit porro S. Doctor hoc ſancti Jacobi monitum, dicentis: *Jac. 5. 10.* *Exemplum accipite fratres exitûs mali, laboris & patientiæ Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini.* Denique juxta ſanct. Gregorii mentem, idem Angelicus Doctor ita ſcribit: *Per tauros ſignificantur patres veteris teſtamenti, quia taurus ferit cornibus, & in tempore patrum ſemper quærebatur vindicta; præcipiebat oculum dari pro oculo.* Tertiam denique idem gloſſam adducit, inquiens: *Per tauros, intelliguntur Sacerdotes veteris teſtamenti, quia taurus eſt animal immolativum.*

Et altilia occiſa ſunt.

Janſen. 8. Janſenius inquit: *Myſticè ſignificatur pretioſitas & magnificentia convivii, à Deo hominibus parati.*

Lyran. 9. *Tauri ſunt*, ait Lyranus, *præcepta moralia, altilia, conſilia ſuperaddita.*

S. Thom. hic. Iſa. 8. 11. 10. S. Thomas, Origenis auctoritatem citans, taliter diſcurrit: *Eſt diſpoſitio ſapientiæ Dei; tauri dicuntur rationes fortes. Iſa. 8. Inſorti manſuæ erudivit me; altilia dicuntur, quaſi alita bene; dicuntur propriè aves ſaginatæ, quæ nutriuntur & impinguantur, & ſignificant ſubtiles ſenſus; & fiunt ſaginatæ, quando ſacris ſenſibus multiplicantur, quibus anima ſaginatur; ſicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, quidquid enim neceſſarium eſt, invenitur in ſacra ſcriptura.* *Pſ. 62. 6.*

11. Gloſſa ſcribit: *Altilia ab alendo dicta, id eſt, pinguia interná charitate, præcones novi teſtamenti, contemplationis penná ſuperna petentes; qui aut vitam pro Chriſto cum morte mutarunt, aut certè mortificationibus eam humiliaverunt & pœnitentiis.* *Gl. ord.*

12. *Per altilia* S. Thomas intelligit *patres novi teſtamenti, qui omnia dimiſerunt pro Chriſto & impinguantur ſapientia Dei, occiſi propter Deum.* *S. Th. ib.*

13. Albertus Magnus autem per eadem altilia virgines interpretatur, quæ virginalis floris candorem martyrio conſecrarunt: *Per altilia, id eſt, per aves domi alitas, ſanctæ virgines figurantur, quæ, licèt tenerum corpus haberent, tamen martyrium fortiter pro Domino paſſæ ſunt, & hæ nobis ad has nuptias ſuo exemplo viam fecerunt.* *Alb. M. ſer. cit.*

14. Sanctus Hilarius à S. Thoma in catena citatus ait: *Saginata, ſunt homines ſpirituales, tanquam cœleſti pane ad evolandum aves paſtæ, cæteros accepti cibi ubertate expleturæ.* *S. Hilar. in cat.*

15. S. Gregorius in eâdem catena citatus, differentiam perpendit primæ & ſecundæ vocationis; in ſola namque ſecunda meminerunt ſervi animalium, in cibum præparatorum, unde ſequens elicit documentum: *Quia omnipotens Deus, cum verba ejus audire nolumus, adjungit exempla, ut omne, quod impoſſibile credimus, tantò nobis adſperandum fiat facilius; quantò per hoc tranſiſſe & alios audivimus.* Haymo in ſenſu ſpirituali inquit: *Tauri mei & altilia occiſa ſunt, ac ſi diceret, patrum præcedentium mortes aſpicite, & media vitæ veſtræ cogitate.* *S. Greg. hom. 36.* *Haym.*

Et omnia parata.

16. Lucas Burgenſis, fuſiùs de harum nuptiarum apparatu tractans, in eo adæquatè contineri & concludi docet, quidquid Deus pro redemptione humana diſpoſuerat: *Jam mortuus eſt Chriſtus pro peccatis veſtris,* *Luc. Burg.*

ſtris, ſurrexit propter juſtificationem veſtram, jam penetravit cœlos & ſedet ad dextram Patris, interpellans pro vobis: apparata ſunt omnia prætio meritóque ſanguinis ipſius; expenſis utique magnis, quibus ea ſalutem & beatitudinem vobis opus eſſe poſſit: prophetiæ adimpletæ ſunt, ſcripturæ verificatæ figuræ manifeſtatæ, mors jacet devicta, examinatus corruit inimicus infernalis; remiſſionem peccatorum obtinuimus, & gratiarum abundantiam, charismatibus Spiritus ſancti imbuti ſumus: *Offertur vita, ſalus, adoptio, pax, gaudium quæque in Spiritu ſancto, deliciæ verbi Dei exundant, totus gratiæ fons apertus eſt, calum ipſum patet.*

Cajet. 17. Cajetanus primis ſervis non aliud in mandatis conſiderat eſſe datum, quàm tantùm, ut ad nuptias invitarent; ſecundis autem inſuper imperatum eſſe, ut præter invitationem, convivii etiam apparatum inſinuarent: *Omnia parata*: Apoſtoli námque à Spiritu ſancto edocti, miſſi fuêre, ut Judæis annunciarent, redemptionis opus jam tum conſummatum eſſe, Meſſiam veniſſe, crucifixum & mortuum eſſe, denique reſurrexiſſe, & omnia, ſaluti eorum neceſſaria, adimpleviſſe, ſolam hoc in cardine difficultatem verſari, ut ſalutari doctrinæ per ſinceram fidem acquieſcerent. Ad hanc conſequenter gloſſam Dionyſius Carthuſianus ita inquit: *Omnia parata, id eſt, quidquid ad ſalutem requiritur, per paſſionem & meritum Chriſti vobis offertur.*

Dionyſ. Carth. in Dom. 20. poſt Trin.

Chryſ. in cat. 18. Chryſoſtomus, à S. Thoma in catena citatus, per hoc convivium ſcripturam ſacram intelligere videtur, dum ait: *Quia quidquid quæritur ad ſalutem, jam adimpletum eſt in ſcripturis, qui enim ignorans eſt, invenit ibi quòd diſcat; qui contumax eſt, invenit ibi, quod timeat; qui laborat, invenit ibi promiſſa, quibus excitetur ad opus.*

S. Thom. hic. 19 S. Thomas eorundem verborum gloſſæ intentus, hanc ſuccinctam ipſorum tradit explicationem: *Paſſus eſt Chriſtus, aperuit cœlos, miſit Apoſtolos.*

Dionyſ. Carth. hic. 20. Non diſſimiliter ſupra eundem evangelicum textum Dionyſius Carthuſianus diſcurrit, inquiens: *Cæleſtium gratiarum charismata, omnia Spiritus ſancti dona, & quidquid ad ſalutem exigitur, jam per paſſionem & meritum Chriſti vobis diſpoſita ſunt; imo & offeruntur, quatenus de plenitudine eius omnes accipiatis.*

Venite ad nuptias.

Chryſ. hom. 70. in Matt. 21. Chryſoſtomus qualitatem hujus convivii hocce nobis compendio exhibet: *Ad quid porro invitat? an ad labores, afflictiones, ſudores? nequaquam, imò verò ad delicias.*

Verſus 5.

Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in villam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam.

Illi autem neglexerunt.

Lyran. 1. Hac invitatorum negligentiâ & imprudentiâ, Lyranus deſignari exiſtimat, Judæorum deſpectum, quo Apoſtolorum prædicationem contempſerunt, paucis eorum ad Chriſti fidem converſis: *Cauſa fuit cupiditas rerum temporalium, propter hoc enim ſacerdotes conſpiraverunt in mortem Chriſti, ne perderent civitatem & templum; in quo quidem templo hauriebant pecuniam populi, ſub prætextu cultûs divini.*

Auth. Imp. ho. 41. 2. Author Imperfecti conſiderat, non dici: *malignati ſunt*, ſed, *neglexerunt*; non etenim omnes & ſinguli uniti fuêre, ut crucigerent Salvatorem, non omnes divino verbo aures ſuas recluſerunt, non omnes perfidè adversùs Chriſtum conſpiraruntab his nihilominus nuptiis, ab incarnationis, inquam, & redemptionis Filii Dei participatione excluſi fuêre, profectò non ob aliam cauſam, quàm quia *neglexerunt*. Unde inquit prædictus Author: *Qui odio aut invidiâ crucifixerunt Chriſtum, illi malignati ſunt; qui autem negotiis impediti ſunt, & non credidérunt, illi neglexiſſe dicuntur; nam ſunt quidam homines, qui poſſunt & audire & credere, ſed ſollicitudo rerum neceſſariarum & delectatio mundi ſeparat eos à Deo.*

Alb. M. hic. 3. Albertus Mag. arbitratur, in his negligentibus deſignari homines ſenſuales; *Non curan-*

curantes epulas spirituales, deliciis carnis resolutos, juxta námque caput 2. Sapientiæ, evidentissimè docemur, homines carnales nulli rei alteri, quàm propriis desideriis adimplendis insudare, quasi nec Deus, nec altera post hanc mortem vita esset. Ubi Glossa ait: *Vox hæc perditorum est, qui tanquam bruta animalia, quæ præsentia sunt, amant & despiciunt, nec post hanc vitam, requiem æternam sperant.*

Glossa.

4. S. Anselmus dicit: *Administrationem habuerunt, sed illi admoniti venire noluerunt, imò neglexerunt suæ salutis præconium.*

S. Ansel.

5. *Neglexerunt*, ait Dionysius Carth. *beneficia Dei parvi pendentes.*

Dionys. Carth. hic.

6. Hugo Cardinalis juxta Authoris Imperfecti dogma, scribit: *Quia quidam non odio non invidiâ sed mundi negotiis impediti, non venerunt ad Christum.* Innumerabiles profectò animas hæcce damnat negligentia, dum nihil de vita futura solliciti, omnem suam industriam studiúmque in eo unico collocant, ut præsentis sæculi commoditates sectentur & possideant, ut diversa non æternæ, sed hujus momentaneæ vitæ bona accumulent, immemores moniti, quod S. Augustinus, hæc sacræ Scripturæ verba: (*Sperate in Domino, multi dicunt, quis ostendit nobis bona*) interpretans, nobis reliquit, dum ait: *Ea tantùm diligenda sunt bona, quæ ad interiorem hominem pertinent; cæteris autem ad necessitatem tantùm utendum, non ad gaudium perfruendum.* Thomas à Kempis pariter, hanc nimiam Christianorum in spiritualibus bonis comparandis desidiam, hoc præclaro discursu sugillat & convincit: *Promittit mundus temporalia & parva, & servitur ei aviditate magnâ; Christus promittit summa & æterna, & repescunt mortalium corda.* Contemplativus quidam tantam perstringens stultitiam Christianorum, neutiquam apprehendere posse videtur, quomodo in vitam futuram credant, & nihilominus *brevi tempori maximam curam, & maximo tempori curam brevem impendunt.* Obstupescit quoque regius psaltes illorum Hebræorum insipientiam, qui tantis cum molestiis per desertum gradiebantur, ad terram promissionis, lacte & melle manantem, ubi pro batillis lauros, pro sarculis sceptra gestaturi erant, quod nihilominus flocci eam æstimaverint, imò potiùs ad unum omnes retro conversi, cucumeres, allium & cæpas expetierint Ægypti: *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Eadem est hodie penes Christianos multos practica, prô dolor, vivendi veritas & methodus, qui in hac miserearum valle degentes, quantumvis post tot tantarúmque afflictionum & incommodorum experientiam, ad regni cælestis acquisitionem invitentur nihilominus hoc ipsum fastidiunt, eique difficilem & laboriosam hujus terræ fruitionem proponunt: *Neglexerunt & abierunt, alius* &c.

S. Aug. in ps. 4.

Thom. à Kempis l. 3. de imit. Christ. c. 3.

Ps. 105. v. 24.

Et abierunt alius in villam suam.

7. Salmeron verba hæc in sensu literali de Judæis explicat, qui populares seu plebei operibus manualibus lucra sibi acquirebant; ast certum est, nullum eorum propter camporum culturam, aut quoscunque alios labores & sudores licitos atque honestos, reprehensum, & ab æterno um bonorum communicatione exclusum fuisse: *Per eos, qui vacant villæ, id est, proprio agro vel negotiationi, non ullam rem vitiosam intelligimus, sed eos qui mundi bona etiam licita æternis & spiritualibus præferunt. In viam ire*, inquit S. Anselmus, *est terreno labori immoderatè incumbere*, pro cujus corroboratione ipse Glossam citat. Eandem quoque aut similem considerationem Author Imperfecti hisce verbis expressit: *Non villæ cultus peccatum est, sed tu præferendo eam Deo, facis eam esse peccatum.* Lyranus per vineæ culturam, quemcunque alium laborem corporalem denotari existimans, ait: *Per laborem vineæ intelligitur omnis occupatio corporalis circa terrena, impediens divina.* Lucas Burgensis pariter, supervacaneam terrenarum rerum & occupationum industriam ejus esse rationis docet, ut nos damnet atq; condemnet cujus rei hanc assignat causam: *Quamdiu homo inhæret hujusmodi, quaslibet facilè salutis suæ occasiones negligit*: post quæ immediatè declarat, nullum penes nos excusationis fundamentum esse, dicens: *Si ob quæcunque negotia, vera salus negligatur, & terrena, quæ data sunt in salutis adminicula, vertantur in impedimenta.* Chrysostom. à S. Thoma in catena citatus, ita inquit: *Quamvis videantur rationabiles occasiones esse; sed hinc discimus, etiamsi necessaria sint,*

Salm. t. 7. tr. 37.

S. Ansel.

Aut. Imp. ho. 41.

Lyran.

Lucas. Burg.

Chrys. in cat.

ſint, quæ detineant, omnibus tamen proponere ſpiritualia oportet.

Theoph. 8. Theophylactus in ſenſu morali hunc textum de iis applicat, qui carnalium deſideriorum ſuorum præda, convivium faſtidiunt Chriſti, tam Euchariſticum in terris, quàm gloriæ in cœlis, unde inquit: *In proprium agrum abiit, hoc eſt, indulſit deliciis & voluptatibus vitæ, uniuscujusque enim ager eſt corpus.*

Alb. M. ſer. 74. 9. Albertus Magnus ſcribit: *In villam ire, eſt Dominium & principatum ſuper alios quærere; ſuperbi, dummodo principari poſſint in hoc ſæculo, non curant de ſuperno gaudio.*

Alius verò ad negotiationem ſuam.

In Matt. 10. Quibus verbis, ut Albertus Magnus ait, *intelligitur omnis occupatio humani laboris à vocatione æternorum retinens.* Salmerō verò in ſpecie de Judæis ait: *Per negotiationem verò divitias, ſive lucrum ex ingenio, ſive induſtriâ collectum, quod majores Judæorum amolectebantur, intelligit*: Paulus de Palatio harum negotiationum, quæ cæteroquin in ſeipſis illicitæ non fuiſſent, malitiam oſtendit, dicens: *Negotiatio licita quidem eſt, dicitur enim: Guſtavit & vidit, quia bona eſt negotiatio ejus.* veruntamen vitium ejus exinde naſcitur, quòd, *qui magno ſervore res ſæculi tractat, ſæculi non Dei conviva videatur*; & ideo in oratione, quâ Eccleſia Dominica 3. poſt Pentecoſten utitur, hanc à Deo gratiam poſtulamus, nimirum: *Ut terrectore, te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna.* Gloſſa ait: *Negotiari, eſt terrenis lucris inhiare*, ubi ly *inhiare*, magnum denotat ad divitias & terrena lucra affectum. Lyranus inquit: *Per negotiationem occupatio mentalis circa terrena* intelligitur, qua ſemen divinæ gratiæ inter ſollicitudines & anxietates temporales, veluti ſpinas, ſuffocatur.

Salmer. *Paul. de Pal.* *Prov. 31. v. 18.*

Theoph. 11. Theophylactus finem hujus parabolæ eſſe dicit, ut per illam inſinuetur, *quod, qui à ſpiritualibus nuptiis, & convivio, & Chriſti ſocietate deſtituuntur, ob has duas potiſſimas cauſas excluduntur; vel propter corporales voluptates, vel avaritiæ morbum.*

Verſus 6.

Reliqui verò tenuerunt ſervos ejus, & contumeliis affectos occiderunt.

Lyran. 1. Id quod Lyranus S. Joannis Baptiſtæ, ab Herode Judeorum Rege in vinculâ conjecti & decollati, nec non Sancti Jacobi Majoris Apoſtoli, Sancti Stephani, aliorumque Chriſti diſcipulorum exemplo declarat; quibus Cajetanus adjungit S. Jacobum minorem fratrem Domini nuncupatum; & quidem quò ad Apoſtolos idipſum confirmat textus ille actuum Apoſtolorum: *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine JESU, contumeliam pati.*

Cajet. *Act. Ap. 5. v. 41.*

Luc. Burg. 2. Lucas Burgenſis ſeſe continere nequit, quin contra ſacrilegos, ingratos, beneficiorumque immemores exclamet: *Quid hoc furore furioſius? erga eos, qui ad tantum honorem & tam amabilem felicitatem invitabant, ut regiæ accumberent menſæ, non modo ingrati, verum etiam contumelioſi & crudeles faciunt.* Chryſoſtomus eorum ſe opponens malitiæ, qui filium, ad exigendos vineæ fructus ablegatum, occiderunt, majorem horum iniquitatem eſſe demonſtrat, dum ait: *Illi enim fructus repetentes, hi verò in nuptias vocantes trucidârunt, quo furore quis major excogitari poteſt?*

Chryſ. ho. 70. in Matt.

S. Anſel. 3. S. Anſelmus objectioni cuidam, quæ hoc loco fieri potuiſſet, cur ſcilicet non etiam de morte, ſponſo nuptiarum illata, mentio facta fuerit, ita reſpondet: *Nota, quòd hic ſiletur occiſio Sponſi, & per mortem ſervorum, oſtenditur contemptus nuptiarum.*

Dionyſ. Carth. ſer. 3. in Dom. 20 Trin. 4. Dionyſius Carth. in ſenſu morali, per contumelioſos hosce, qui ſervos tam dirè tractant, illos intelligit, qui correcti & melioris vitæ commonitis, illis, qui ipſorum promovent ſalutem, moleſti ſunt, eosque indignè habent: *Intelliguntur omnes obſtinati & peſſimi, qui eos à quibus audiunt verbum Dei & juſtas increpationes, ſeu charitativas & pias exhortationes, odiunt, perſequuntur & perimunt.*

Alb. M. ſer. 70. in Dom. 20. Trin. 5. Albertus Magnus ait: *Per iſtos notantur luxoriosi, qui ſervos Regis, id eſt, prædicatores verbi Dei, quantùm in eis eſt, tenent, quantum enim*

enim poſſunt, vel audent, impediunt, ne Verbum Dei prædicetur. De his Apoſtolus loquitur, dum ait: *Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, & contumeliis afficiunt corpora ſua in ſemetipſis.*

6. Paulus de Palatio in his ſervis intrepidum miniſtrorum Evangelicorum animum conſiderat, qui innumera pro fide dilatanda, contumeliarum ſuſtinent genera, unde ait: *Conſtantiam Prædicatorum indicat, qui uſque ad contumelias, uſque ad mortem, homines ad convivium vocantes perdurant. Indicat etiam, quod ſit prædicatorum munus, non enim illorum eſt, populum beatum dicere, non eſt pulvinos ſub omni cubito & cervicalia capitibus ſupponere; ſi enim hoc eſſet prædicare, nunquam prædicator ad contumelias vel mortem veniret.*

S. Athan. ho. de ſement.

7. S. Athanaſius impietatem & ingratitudinem deteſtatur illorum, qui invitantes ad nuptias diris adeò modis tractabant: *Quid enim deterius,* inquit, *quàm beneficia accipere & inſidiari.* S. Ignatius Martyr, qui cum feris pugnabat, id eſt, cum militibus, qui poſt accepta ab eo beneficia crudeliter eum tractabant, dixit: *Pugno ad beſtias; die noctèque ligatus cum decem Leopardis, hoc eſt, militibus, qui me cuſtodiunt, quibus & cùm benefeceris, pejores fiunt.*

S. Hier. de ſcrip. Eccl.

Verſus 7.

Rex autem cum audiſſet, iratus eſt, & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & civitatem illorum ſuccendit.

Rex autem.

S. Paſch. l. 9. in Matth.

1. S. Paſchaſius notat, quòd incarnata illa Sapientia (cui cum veritate dicere poſſumus: *Omnia in ſapientia feciſti,* in principio parabolæ eum, qui nuptias inſtituit, *hominem Regem,* hic verò ſolùm Regem appellârit, cujus quoque myſterium explicans, ſubjungit. *Introducitur primò Rex & homo, quando invitat ad nuptias & agit opera clementiæ; nunc quando ad ultionem feſtinat, homo bene tacetur, & Rex tantùm dicitur, & iratus introducitur, quia ira Regis nuncias mortis.* Idem quoque myſterium S. Thomas tangit inquiens: *Supra dicebatur homini Regi, hic autem dicitur Rex, quia nomen hominis ad* [illegible] *pertinere videtur, Rex verò puniti hic ſolùm dicitur Rex.*

Cùm audiſſet, iratus eſt.

2. In hac illius Regis ira, in cujus fœmore ſcriptum legitur: *Rex Regum*: propheticum illud impletum eſt oraculum: *Iratus eſt furore in populum ſuum, & abominatus eſt hæreditatem ſuam, & tradidit eos in manus gentium, & dominati ſunt eorum, qui oderunt eos, & tribulaverunt eos inimici eorum,* quod tunc factum eſt, quando Deus hunc populum à ſe derelictum, tradidit in manus Romanorum. *Pſ. 105. v. 40. & 41.*

3. Dionyſius Carthlyſ *iratus eſt* exponès, dicit, id factum eſſe: *Non paſſionis affectum habendo, ſed juſtitiam exercendo, ſeu infligendo vindictam per modum iraſcentis.* *Dionyſ. Carth. hic.*

Et miſſis exercitibus ſuis, perdidit &c.

4. Lyranus hæc verba, quò ad ſenſum literalem, de exercitibus Romanorum ſub Tito & Veſpaſiano explicat: *Qui ex divina ordinatione venerunt contra Jeruſalem, quadrageſimo ſecundo anno poſt Chriſti paſſionem, quia in ultionem ſanguinis Chriſti & ſuorum diſcipulorum, ab exercitu Romanorum ſunt trucidati & captivati de Judæis, uſque ad decies centum millia,* Jeroſolyma quoque unà cum templo igne conflagravit, ut omnia ad unguem adimplerentur. Lucas Burgenſis ait: *Perdidit illos fame, bello & peſte, ipſe enim eſt Deus exercituum, cui Romani hic militarunt, ulciſcenti gentem reprobam;* adducitque Regis Babyloniorum exemplum, quo Deus contra populum illum, velut divinæ Juſtitiæ inſtrumento uſus fuit; prout legitur Jeremiæ 25. De quo exterminio idem Author ita ſcribit: *Undecies centena mortuorum, captivorum verò millia ſeptem nonaginta, qui diſperſi in omnem ventum, alii ad opera, alii ad beſtias damnati, alii viliſſimo pretio venditi, cæteri triumpho ſervati.* S. Hieronymus per hoſce exercitus, Angelos quoque intelligi dicit, dum ait: *Exercitus ſeu ultores Angelos, de quibus in Pſalmis ſcribitur: Immiſſiones per Angelos peſſimos.* Gloſſa ait: *Miſſis exercitibus, id eſt, Angelis, per quos judicium exercebit, per-* *Lyran.* *Jerem. 25. v. 5.* *S. Hier.* *Pſ. 77. v. 49.*

persequentes perdit, & civitatem, id est, carnem in quâ habitaverunt, cum animâ in gehennâ cremabit.

Alb. M. ser. 74. loc. cit. 5. Albertus Magnus per illos, qui invitati ad nuptias, venire noluerunt, carnales homines, ut alibi diximus, intelligit: *hi enim homicidæ sunt, quantum in ipsis est, & Dei & prædicatorum ejus, nec non & animæ propriæ; civitatem verò eorum, id est, corpora, æterno igne succendet.*

6. Considerandum quoque hic est, ingratos hosce homines, nuptias frequentare neglexisse, quia negotiationes & inde provenientia lucra derelinquere noluerunt, quin potiùs servos illos invitantes occiderunt: Deus autem iisdem mediis, quibus ipsum offenderunt, punire voluit, disponendo, ut omnia bona temporalia perderent, ingensque de corporibus ipsorum strages fieret, præter animarum ipsorum reprobationem & damnationem.

Paul. de Pal. hic. 7. Paulus de Palatio optimè ponderat, Evangelistam non dicere, hunc Regem primis indignatum fuisse, sed tantùm secundis, quia his solùm de convivio perfectè parato mentio facta fuerat: *Ea enim ignorantia furorem Dei mitigabat, at ubi opes Evangelicæ, beneficia Christi nobis aperiuntur, tunc negligere, contra nos Dei excitat vindictam.*

8. Idem quoque observat, quòd, quando divinæ justitiæ supplicia nobis immittuntur, ea peccatis nostris velut causæ attribuere debeamus: *Cur ergo querimur, quod tot malis morborum, famis & miseriarum opprimimur? Tolle neglectores Evangelii, tollet Deus exercitus vastantes.* Dum Joab civitati Abelæ & Bethmaathæ per formidabilem exercitum suum, totale comminaretur exterminium, sapiens quædam mulier, instantissimè præfati belliducis alloquium expetens, eundem, quidnam in civitate illâ prætenderet, interrogavit, cui ille: *Sobam, filium Bochri, Regis sui traditorem,* manibus suis consignari se velle respondit: *tradite illum solum, & recedemus à civitate,* qui mox, ut præscissum Sebæ caput ad se allatum fuisset, civitate intacta relicta abinde recessit. Eodem quoque modo in calamitatibus publicis famis, belli, pestis, aliisque similibus, soli peccato præscindatur caput, & salva res erit, hoc enim solum est, quod divinæ justitiæ arcum armat, & ad feriendum excitat. Unde S. Ambrosius ait: *Civitati non nisi propter civium peccata, infertur excidium: Desine peccare, & civitas non peribit.* Armantur creaturæ, ut offensas Creatori suo, cujus nos infideles traditores sumus, illatas zelent & vindicent: *Armavit creaturam ad ultionem inimicorum.* Optimè hac de re Chrysologus ita scribit: *Dei, Dei est, quòd urgemur malis, quòd verberamur semper, quòd ruit grando, quòd rubigo inficit, quòd impietas potest, quòd dominantur morbi, quòd sævit mors, quòd tremit terra, nos tamen nec tremimus, nec timemus, nec declinamus à malis; Dei flagella veniunt, sed nostræ provocant culpæ.*

2. Reg. 20. v. 21.

S. Ambr. serm. 85.

Sap. 5. v. 12.

Versus 8.

Tunc ait servis suis: nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt ni.

Nuptiæ quidem paratæ sunt.

1. *Hoc est,* inquit Dionysius Carth. *Christi mysteria sunt completa, videlicet ejus incarnatio, passio, resurrectio, spiritualis quoque refectio Sacramentorum ac gratiarum offertur hominibus, virtute ac merito Salvatoris;* id quod cum explicatione S. Anselmi optimè consonat dicentis: *Omne Sacramentum humanæ dispensationis peractum est.* Author Imperfecti pariter ait: *Quidquid quæritur ad salutem, totum jam adimpletum est.*

Dionys. Cart. loc. cit.

S. Ansel.

Author Imp. hom. 41.

Sed qui invitati erant, non fuerunt digni.

2. Lyranus per hæc verba, reprobationem Judæorum, & Gentilium ad fidem vocationem significari dicit; quia postquam servi ad invitandum dimissi, id est, Apostoli & discipuli Christi ab Hebraismo repudiati fuerunt, hi in omnes terræ nationes, ad legem Evangelicam annuntiandam dispersi fuêre, quam proinde amplexati sunt Gentiles; & hoc est, quod Doctor Gentium dicere voluit, dum ait: *Vobis opportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes.*

Lyran.

Act. Ap. 13. v. 46.

Verſus 9.

Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias.

Ite ergo ad exitus viarum.

Salm. t. 7. n. 37.

1. Salmeron hoc idem eſſe ait, ac ſi diceret: ad loca, majori hominum frequentia inhabitata: *Concurſus & varias vias*, ubi enim viæ ſimul coincidunt, major eſt concurſus communiter perſonarum. Unde Janſenius quoque ait: *Ubi multæ viæ ſimul coeunt, & multæ viæ exeunt, ibi probabilius eſt, multos reperiri poſſe, ex diverſis viis illuc confluentes, ut ſignificetur multos ad nuptias vocandos*; Redemptor enim noſter, qui ſanguinem ſuum pro omnibus fudit, omnes quoque harum nuptiarum vellet fieri participes: *Vult omnes ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire*; defectus tantùm eſt in nobis, qui illum repellimus.

Janſen. t. 115.

1. Tim. 2. 4.

Dion. Carth. enar. in Evang.

2. Dionyſius Carthuſianus hæc verba ad literam intelligenda eſſe docet, de Apoſtolorum itinere, extra Palæſtinæ confinia inſtituto, dum ait: *Ad literam miſit Deus Apoſtolos ad exitus viarum; id eſt, ad loca ultra Judæam, dicendo: Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ*; ante paſſionem ſuam verò, hanc coram gentibus prædicationem iis interdixerat, his verbis: *In viam gentium ne abieritis, id eſt*, ut idem Carthuſianus gloſſat: *fines Judææ ne exeatis.* De homine ſcandaloſam vitam agente, in proverbio dicere ſolemus; hic mala via graditur, periculosè incedit: in hoc ſtatu gentiles erant, de quibus Theophylactus in hæc verba ſcribens, ait: *Exiſtentes juxta exitus viarum, hoc eſt in errore. Via eſt vita uniuscujusque, exitus à via dogma; Gentiles igitur, qui vias habebant malas, hoc eſt, viam ducebant reprehenſibilem, ab ea mala via exierunt in dogmata impia, ſœdos ſibi Deos conſtituentes, patronos vitiorum.* S. Hieronymus ſimilem ferè adducit expoſitionem, inquiens: *Gentilis populus non erat in viis, ſed in exitibus viarum, qui ſunt errores Gentilium.*

Matth. 20. 5.

Theoph.

S. Hier. in cat.

S. Th. hic.

3. S. Thomas hæc verba de dogmatum varietate intelligit, per quæ ad veritatis notitiam perventur; dicit enim: *Per vias intelliguntur diverſa dogmata, quia iſtæ ſunt viæ quædam, quæ ducunt nos ad veritatem.*

Dionyſ. Carth. ib.

4. Dionyſius Carth. inquit: *Juſſit Apoſtolos ire ad exitus viarum, hoc eſt, ad corrigendos errores Gentium, quæ non fuerunt in via, ſed in devio, in tenebris & umbra mortis*; hoc autem facientes, ad ultimos uſque mundi fines penetrarunt, unde Janſenius ait: ipſos quoque illuminaſſe *eos, qui in extremis mundi partibus habitant*; juxta illud: *Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa & Samaria, & uſque ad ultimum terræ*, quod ipſum vates Regius prædixerat, inquiens: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*; id eſt, *ad gentes etiam remotiſſimas & abjectiſſimas*, ut idem Janſenius docet: Salmeron in eodem ſenſu exponit illa Iſaiæ verba: *Ut ſit ſalus mea uſq; ad extremum terræ.*

Janſen. Salm. Iſa. 49. 6

Paul. de Pal.

5. Paulus de Palatio prædicatores Evangelicos, ad exitus viarum abire juſſos eſſe dicit, ut docerentur de modo, quem in hoc tam arduo miniſterio ſervare debebant: *Prædicatores*, inquit, *jubentur è civitate exire, extra urbis ſepta egredi*; *certè in civitate omnia tractantur humana, jubentur ergo exire à rebus humanis, à modo loquendi, intelligendi & volendi humano, ut viribus fidant divinis, non humanis; ut ſermo ſit, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus, quâ ratione Baptiſta prædicabat in deſerto.* Janſenius quoque per hos exitus viarum, homines viles & à mundo abjectos, intelligi poſſe conſiderat, quibus Deus auxilia ſua miniſtrare non deſinit: *Aut ſimplicius*, inquit, *per exitus viarum ſignificantur fines & termini viarum, in quibus ferè abjecti commorantur, ut ſignificetur, prædicatores miſſos etiam ad vocandum abjectiſſimas gentes*; unde in parabola illa, quam Lucas deſcribit de cœnâ præparatâ, quæ huic ſimillima eſt, ſervi pariter juſſi ſunt invitare *debiles, paupers, cæcos & claudos.*

Janſen.

S. Greg. ho. 38. in Evang.

6. S. Gregorius in ſenſu ſpirituali illos intelligit, qui in hac præſenti vitâ habent tentena, quibus adhæreſcunt, qui proinde ad invitationem Dei acceptandam proni & faciles inveniuntur: *In Scriptura ſacra*, inquit, *vias, actiones accipimus; exitus viarum intelligimus defectus actionum, quia illi plerumque facilè*

facilè ad Deum veniunt, quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur.

S. Hilar. can. 22. in Matt. 7. S. Hilarius ait: *Dono gratiæ, vitæ anterioris crimina remittuntur, nam sæpissimè viam, tempus sæculi intelligendam monuimus; atque ideò ad exitus viarum jubentur ire, quia omnibus retroacta donantur.*

Alb. M. ser. 74. in Dom. 20. Trin. 8. S. Albertus Magnus viæ nomine, vitam nostram intelligens, quia quoadusque vivimus, viatores sumus, pariter per exitum viæ, transitum, quo ad aliam vitam pergimus, intelligendum esse dicit; indéque sequentem elicit moralitatem: *Illi sunt in exitibus viarum*, ait, *qui mortem suam jugiter prospiciunt, & qui se credunt quotidie morituros, & certe tales dignos se efficiunt, ut ad Christi nuptias introire mereantur, quicunque enim mortis suæ efficaciter recordantur, student esse continentes, patientes & obedientes, nituntur seipsos ad veram contritionem & per veram confessionem à peccatorum maculis expiare.*

Quoscunque inveneritis, vocate.

S. Ansel. 9. Id est, ait Anselmus, *cujuscunque conditionis homines vocate ad Christianitatem, id est, vitam christianam*, redditque efficacem hujus indifferentiæ rationem, dicens: *sicut non est distinctio, in natura creationis hominum, sic non sit differentia in vocatione salutis eorum: vel viæ sunt omnes professiones hujus mundi*, inquit D. Chrysostomus, à Glossa citatus, *ut puta philosophiæ, militiæ & hujusmodi: Dicit ergo, ite ad exitus viarum, ut cujuslibet conditionis homines vocet ad fidem*: nam ut Author Imperfecti ait: *Quantæ sunt diversitates actuum, in hoc mundo, tantæ sunt viæ, quæ omnes viæ ducunt ad diabolum, generalem viam perditionis; ideo ergo dicit: Ite ad exitus viarum & cujuslibet conditionis homines vocate ad fidem; adhuc sicut castitas via est quæ ducit ad Christum, & misericordiæ cæteræque virtutes; sic & fornicatio via est, quæ ducit ad diabolum, & avaritia, cæteræque species malæ; jubet ergo ut cujuscunque conversationis homines invitent ad fidem; quoscunque sive servos sive liberos; potens est mutare omnes, sive bonos sive malos: boni, ne pereant, mali, ut inexcusabiles fiant: nemo propter ignorantiam pereat, nemo propter ignorantiam excusetur.*

Chrys. in gloss.

Auth. Imp. ho. 41. in Matth.

10. Magna profectò est hæc nostra prærogativa, quâ certi sumus, quòd in quacunque vocatione, professione & statu, in quo vivimus, hisce æternæ beatitudinis nuptiis, dummodò velimus, assidere valeamus, & ideo magnum nobis solatium suggerunt illa Chrysostomi verba: *Una res quæritur, magnitudo & generositas animi, quam non ætas, non inopia, non divitiæ, non aliquid aliud, ne ad virtutem pervenias, coercebit.* Rusticus aliquis vel homo mechanicus irreprehensibiliorem nonnunquam conscientiam habebit, quàm religiosus in claustris. Id quod operum nostrorum monetæ, quâ gloriam comparamus, valorem & pretium attribuit; amor est & charitas, quâ Deum diligimus, hæc autem omni statui & professioni hominum, in quovis mundi climate, in quavis natione, etiam barbarâ, æqualiter congruit, dicit enim Scriptura: *Omnis qui credit in illum non confundetur, non enim est distinctio Judæi & Græci, nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum omnis enim quicunque invocaverit nomen Domini salvus erit*, inquit S. Paulus Matth. 19. Homo ille Salvatorem interrogavit, *quid boni faciam, ut habeam vitam æternam*, cui responsum fuit: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*, adimpletio autem mandatorum cuivis competit sorti personarum, nullus enim est, qui ad amandum cor non habeat. Inter hasce nuptias, & nuptias sive convivia Magnatum, hæc est differentia, quòd in hisce convivæ sint personæ selectissimæ, dignitate & natalium splendore præcellentes & insignes: ad mensam verò æternalium deliciarum, cœlestiúmque gratiarum participationem, omnes æqualiter invitantur, cujuscunque sint status & conditionis: *Pauperes, debiles & claudos introduc huc.* Sancti Reges, Imperatores & Pontifices, cum mendico & ulceroso Lazaro, qui in limine Epulonis moriebatur fame, æqualiter considebunt. S. Petrus, cui consignatæ fuerunt claves Regni cœlorum, quando jussu Dei, domum abiit Cornelii Centurionis ut eundem per sacrosanctum lavacrum regeneraret, dignam

Chrys. hom. 30. in Matth.

Rom. 9. 33.

Rom. 10. 12. & 13.

Matth. 19. 16.

Io. v. 17.

Luc. 14. 21.

Act. Ap. 10. v. 34. & 35. hanc protulit ſententiam: *In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi*; quæ obſecro gens uſpiam inter omnes profeſſiones humanas reperiri poterit, à ſalutis ſemita magis devians, quàm ſit illa, quæ vitam profitetur militarem? de militibus enim etiam Poëta ille cecinit:

Nulla fides, pietásque viris, qui caſtra ſequuntur.

11. Et tamen de Centurione evangelico, æterna veritas egregiam hanc protulit ſententiam: *Non inveni tantam fidem in Iſrael*; imò hic Cornelius primus fuit, qui gentilismo ad veri Dei notitiam, viam aperuit. Memorandum quoque eſt, quòd, quando Salvator noſter poſt ſuam reſurrectionem, Apoſtolos retia ſua explicare juſſit, ingentem iisdem operiri piſcium prædam, nimirum centum quinquaginta tres piſces ingentis magnitudinis: *Aſcendit Simon Petrus & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquagintatribus*; S. Hieronymus ſuper Ezechielem dicit: *Aiunt, qui de animantium ſcripſere naturis, de quibus Oppianus Cilix eſt poëta doctiſſimus, centum quinquaginta tria eſſe genera piſcium, quæ omnia capta ſunt ab Apoſtolis, dum & nobiles & ignobiles, divites & pauperes, & omne genus hominum de mari hujus ſæculi extrahitur ad ſalutem.*

Joan. 21. v. 11.

S. Hier. in Eze. 6. 47. 9.

Verſus 10.

Et egreſſi ſervi ejus in vias, & congregaverunt omnes, quos invenerunt, & impleta ſunt nuptiæ diſcumbentium.

Et egreſſi ſervi ejus in vias congregaverunt.

Dionyſ. Carth. loc. cit. 1. Dionyſius Carthuſianus per hunc ſervorum in vias egreſſum, iter Apoſtolorum interpretatur, ad varias nationes & terræ populos, ad fidem reducendos inſtitutum: *Id eſt, ad gentium diſperſiones ac lata itinera perditionis; congregaverunt, hoc eſt, ad Chriſtum converterunt, atque in ejus fide & charitate, & eccleſiaſtica unitate ſpiritualiter collegerunt.*

2. Venerabilis Beda per has vias, varias gentilium ſectas & dogmata intelligit; *vix intelliguntur dogmata & errores gentilium, ſed in omnibus his ad nuptias venerunt, id eſt, Chriſto crediderunt.* *Bed. hic.*

Omnes quos invenerunt.

3. Non vult dicere, inquit Dionyſius Carthuſianus, quòd hi ſervi, id eſt, Apoſtoli omnes individualiter converterint, ſed aliquos ex omni natione, omni ſtatu & profeſſione: *Non omnes ſimpliciter, inquit, quia non omnes obediunt Evangelio, teſte Apoſtolo; nec omnium eſt fides, ſed quoſdam de omni genere hominum.* *Dionyſ. Carth. in Matt.* *Rom 10. v. 16.*

4. Chryſoſtomus ad hanc à Chriſto datam commiſſionem: *Ite ad exitus viarum, & quoſcunq; inveneritis, vocate*, ſe reflectens ſubjungit: *Etiam abjectos, & viles obviam factos invitate, itaque quoniam crebro dicebat, quòd meretrices & Publicani, cælos hæreditabunt, fientque primi ultimi, & ultimi primi, id juſtè fieri demonſtrat*, pergit ulterius dicere, quòd Judæos acriter punxerit, quando etiam Gentibus viam, ad cœlum apertã eſſe audierunt: *Hoc quippe maximè omnium, Judæos vexabat, & multò magis quàm ipſius urbis ruina illos mordebat, quia gentes introduci jam audiebant.* *Chryſ. hom. 70. in Matt.*

Malos & bonos.

5. Quo ſenſu hæc malorum & bonorum in hiſce nuptiis commixtio intelligenda ſit, cum indubitatum eſſe ſciamus, quòd *nil coinquinatum intrabit in regnum cœlorum*; Janſenius benè declarat, dum convivium hoc in Eccleſia hic in terris militante inſtrui dicit: *Secundùm Gregorium*, inquit, *boni pariter & mali congregati dicuntur, ut intelligeremus in Eccleſia ſemper malos bonis permixtos fore*; & quidem Chriſtum de ſtatu præſenti hic loqui, ex verbis ſequentibus clarè deducitur, ſiquidem is, qui veſte nuptiali carebat, ab hiſce nuptiis expellitur; itaque boni & mali dicuntur, non ratione bonitatis & malitiæ, in qua fuerant, cum vocarentur, ſed in qua poſt vocationem erant futuri. *Janſen.*

6. S. An-

S.Anſel. 6. S. Anſelmus ait: *Malos & bonos, id eſt, eos, qui per naturalem legem & morum honeſtatem quodammodo boni erunt, & eos, qui poſtpoſita naturali lege, malè vivebant.*

S.Tho. in Matt. 7. Sanctus Thomas hæc verba de illis explicat, qui à principio, quando invitabantur, mali erant, poſtmodum verò in ſtatum reducti fuêre ſalutis: *Vel poteſt dici*, ait, *quod loquitur comparativè, quòd inter illos aliqui ſunt boni, ſecundùm virtutes civiles; vel bonos & malos, quia poſtquam congregati fuerint, commiſcentur boni & mali.*

Lucas Burg. 8. De hypocritis & inconſtantibus verba illa Lucas Burgenſis intelligit: *Malos verò dicit, hypocritas, qui converſionem ſimulaverunt; & inconſtantes, qui relapſi perſeverarunt in malo.*

Dionyſ. Carth. in Matt. 9. Dionyſius Carthuſianus hoc loco quærit, qua ratione inter gentiles, boni homines reperiri potuerint, & reſpondet cum ſancto Paulo, dicens: *Teſte Apoſtolo, gentes, quæ legem non habent, & tamen quæ legis ſunt, faciunt, ipſi ſibi ſunt lex; & multi gentilium in ſuo genere, naturalibus virtutibus ornabantur, morum honeſtate fulgentes, & inclinati ad bona; hi comparatione aliorum boni vocantur, quamvis non erant in ſtatu ſalutis.*

S.Anſel. 10. Sanctus Anſelmus dicit: *Vel bonos & malos, id eſt, prædeſtinatos ad vitam & ad mortem, qui indiſcrete utuntur præſentis Eccleſiæ converſatione*; ad quod pariter parabola retis alludit, quo omnium piſcium genera capiuntur quidem è quibus tamen poſtea

Matth. 13. v. 47. particularis inſtituitur bonorum delectus, prout in Matthæo legitur; etenim dum vocamur, nullus habetur reſpectus, an boni vel mali ſimus, quia ad ſalutem æternam omnes vocamur, & invitamur; habetur autem hic reſpectus, quando huic menſæ accumbendum eſt, id eſt, quando æternâ beatitudine fruimur.

Lucas Burg. 11. Lucas Burgenſis ait: *Addidit verò hoc de bonis & malis vocatis, id quod videri poterat, ad has ſacras ſanctas nuptias neminem admittendum fuiſſe, niſi bonum, à ſervis præſertim miſſis à Domino, cordium ſcrutatore; atqui noluit Dominus judicium hoc ſervis committere, qui mali eſſent, qui boni, ſed reſervavit ſibi; quia*, ut inquit Hilarius, *malos intelligere non omnium eſt, & humana ſimplicitas difficile fraudulentiam ſimulatæ mentis intelligit.*

Et impleta ſunt nuptia diſcumbentium.

Alb. M. in Matt. 12. *Quia fides Catholica*, inquit Lyranus, *diffuſa eſt per orbem univerſum.* Albertus Magnus ſimilem adfert expoſitionem, dum ait: *Credidêrunt, quotquot præordinati fuerant ad vitam; hæc impletio non eſt niſi perfecta per mundum dilatatio.*

Dionyſ. Carth. 13. Dionyſius Carthuſianus in Dominicam 20 poſt Trinit. dici non potuiſſe conſiderat, omnia fuiſſe perfecta, háſque nuptias ultimum ſuum habuiſſe complementum: *Non perfecta niſi in fine mundi, cùm plenitudo gentium intraverit, omnísque Iſraël, juxta Apoſtolum, ſalvus fuerit, nunc autem aliqualiter ſunt nuptiæ iſtæ impletæ, quia in omnem terram exivit ſonus Apoſtolorum.*

Verſ. 11.

Intravit autem Rex, ut videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.

Intravit autem Rex, ut videret diſcumbentes.

S.Anſel. 1. Sanctus Anſelmus hunc ingreſſum non motu progreſſivo factum eſſe dicit, quia Deus in omni loco præſens adeſt: *Intravit videre, non quod eſt aliquid, ubi non ſit, ſed quia ubi vult aſpicere, ſit præſens ubi non vult, abſens videtur.* Auth. Imp. ho. 41. Author Imperfecti illa de judicio explicat, quod de nobis in fine mortis erit: *Dies affectionis eſt dies judicii, quando viſitaturus eſt Chriſtianos.* S.Thom. in Matt. Sanctus Thomas pariter de judicio finali exponit, dicens: *Examinans intrabit, intrat enim, quando exercet judicium ſuper eos, & hoc in finali judicio; item in morte, item quando imminent tribulationes Eccleſiæ.* Lyranus eandem adhibet diſtinctionem, dum ait: *intrat diſcernendo merita & demerita redentium, & hoc dupliciter, & in futuro judicio, & ſpecialiter in morte cujuslibet hominis.* Hanc Gloſſam præ

Bed. in Matth. omnibus aliis Beda ſuper hunc ſanctum Matthæi textum adducit, inquiens: *Ingreſſus regis, adventum Domini in die judicii oſtendit, quando fidem & merita ſingulorum diſcernere venit.*

2. Quærendum hic eſt, cur rex ille ad hunc reum caſtigandum perſonaliter venerit, de quo alias dicitur: *Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum; alia à longè cognoſcit; ipſe ſciebat, quid eſſet in homine*: nunquid igitur miniſtrorum ſuorum operâ uti poterat? ſciendum igitur per hunc Regem, filium Dei ſignificari, qui notitiâ hâc intuitivâ opus non habebat; illos tamen quibus alios judicare competit, docere voluit, ne aliorum relationibus nimium fidant, ſed quotieſcunque illis permittitur, perſonaliter negotiorum examini ſe applicent, &, ſi ſi opus eſt, id de quo agitur, oculis videant, quia in judiciis de reputatione proximorum agitur, quod eſt punctum valde arduum, & ſi negligatur, magnum ſecum adfert conſcientiæ noſtræ gravamen. Sanctus Paſchaſius *S. Paſch. l. 10. in Matth.* aliam quandam adducit gloſſam, propoſito noſtro admodum aptam: *Quia*, inquit, *malos in conſcientia intelligere non omnium eſt, quoniam humana ſimplicitas diſſimile fraudulentiam ſimulatæ mentis poteſt deprehendere, idcirco ſolus Deus terribilis & rex magnus inveniet.*

Cajet. 3. Cajetanus per hunc ingreſſum, diſcuſſionem actualem, quæ in uniuſcujuſque judicio fiet, intelligit: *Intrat Deus judicio, qui foris manet, tolerando; intrat autem diſcutiendo & judicando ſingulos, cùm in morte viſitat, & judicioſo diſcutit merita cujuſque morientis.*

Janſen. 4. Janſenius per hunc ingreſſum, inſpirationes internas intelligit, per quas Deus in hac vita nos viſitat & admonet: *Intelligunt myſtice impleri in vita præſenti, ut tunc intelligatur Deus intrare ad videndum convivas in ſuis nuptiis, quando interna viſitatione cor uniuſcujuſque commovet & admonet.*

Et vidit ibi hominem.

5. Valde conſiderabilis eſt dictio *hominem*, quæ neſcio quid humana & carnalis nobis exprimat; Unde Apoſtolus Corinthios velut homines carnales & rixoſos reprehenſurus, ita ſcribit: *Cùm enim ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?* In hiſce nuptiis convivio agni immaculati accumbendum nobis erit, ad quod quies, unio, puritas & mundi- *Paul. de* tia angelica requiritur; qua de re Paulus de *Pal.* Palatio bene ſcribit, dum ait: *En culpa prima in divino convivio, ubi Deus eſt auctor convivii, Deus ſponſus, ſponſa divina, & omnia divina, cur miſer divinis hominem miſcuiſti? eo ipſo, quo è via ad prandium adductus es, hominem exuiſti, Chriſtum induiſti; ne jam non eſſes homo, ſed velut Chriſtus, velut Deus, cur igitur Chriſtum exuiſti, quo indutus eras?* Unusquisque qui in ſacro lavacro regeneratur, hatúmque nuptiarum factus eſt particeps, conſequenter eodem tempore exuto veteri homine Chriſtum induit: *Quicunque* *Gal. 3.* *in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*; *27.* culpa igitur & ſcelus æternâ pœnâ puniendum eſt, hanc veſtem abjicere, ut veterem denuò hominem reinduamus; Unde Apoſtolus nos monet: *Exſpoliantes vos veterem,* *Coloſ. 3* *hominem cum actibus ſuis, & induentes novum* *9. & 10* *eum qui renovatur in agnitionem, ſecundùm imaginem ejus, qui creavit illum.*

Non veſtitum veſte nuptiali.

6. Quæri hoc loco poteſt, quâ ratione rex ille inter innumerabiles convivas præſentes, unicum tantùm hâc veſte carentem notare potuerit? Salmeron ait: *Unus tantùm* *Salm.* *ejectus fertur è convivio, ut oſtendat Dominus* *to. 7. tr.* *ne unum quidem in tanta turba eum latere poſſe, nec tutum eſſe, eo quod unus ſit. De cælo reſpexit Dominus*, inquit Pſalmiſta, *vidit omnes* *Pſ. 32.* *filios hominum, de præparato habitaculo, reſpexit ſuper omnes qui habitant terram, qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.* *14.*

7. At

7. At verò inquies, ex quo hic in tot convivarum ſocietate erat, qui omnes erant eodem veſtium ſplendore ornati, cur ab his monitus non fuit, veſtem nuptialem induere, niſi velit ab ipſorum conſortio excluſus eſſe? ad hoc dubium Lucas Burgenſis reſpondet: *Facile quidem eſt, hominem ſpecie pietatis decipere, & frequenter impoſſibile eſt hominibus diſcernere malos à bonis, ſed Deum perſtrantem Eccleſiam fallere, aut latere non poterunt hujuſmodi.* *Lucas Burg.*

8. Quæres fortaſſe iterum, ex quo numerus perverſorum, præcipuè verò malorum Chriſtianorum ingens & ſine numero exiſtat, quomodo multitudo illa per unum ſolum repræſentari potuit, veſte nuptiali carentem? Sanctus Auguſtinus dicit: *In hoc uno homine grande quiddam corpus figurari omnium malorum, ante Domini judicium, convivio Dominico permiſtorum.* Janſenius fusè hanc difficultatem conſiderat, eamque utilibus quibuſdam & moralibus reſponſionibus reſolvit: *Unum dicitur vidiſſe rex*, inquit, *non indutum veſte nuptiali, quamquam forte ſint plures in Eccleſia mali quàm boni, tam ut in illo unoquisque diſcat fidelium, ſollicitus eſſe, ut vitam vivat ſua vocatione dignam; tam ut hinc intelligeretur exacta & diligens conſideratio Dei ad vitam & merita fidelium, ne quis ſibi perſuadeat, ſe unum in noviſſimo die in tanta hominum multitudine poſſe effugere Dei oculum.* *S. Aug. 7. cont. Donat. c. 20.* *Janſen.*

9. Per hanc porrò veſtem nuptialem, charitas præcipuè intelligitur, unde ſanctus Anſelmus legit: *Non ornatum charitate, quæ maximè veſtis Dei dicitur.* Non ſufficit igitur, ad nuptias ingreſſum eſſe, id eſt, baptiſmum recepiſſe, vel ad participationem Sacramentorum Eccleſiæ admiſſum eſſe, niſi in corde noſtro, hic ignis amoris Dei exarſerit. Salmeron ait: *Per hanc unum, carentem veſte nuptiali, intelligimus omnes eos, qui fidem & fidei Sacramenta habent (ſine qua non eſſent ingreſſi in convivium Eccleſiæ) ſed charitate & bonis operibus deſtituuntur.* Lyranus quoque hanc veſtem intelligit charitatem: *Quæ dividit inter filios regni & perditionis*; citátque ſanctum Chryſoſtomum dicentem: *Quia ea indutus Chriſtus ad nuptias venit, quando ex charitate incarnari voluit.* *S. Anſel.* *Salm. ib* *Lyran.*

10. S. Thomas quærit: *Quæ eſt iſta veſtis? Chriſtus; Chriſtum induamus, qui ſumus Chriſti*; varios autem diſtinguunt modos, quibus per Sacramentum adornari inſſimus, dicit enim: *Quidam induunt Chriſtum per Sacramentum: Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis; quidam ſunt in Chriſto per charitatem & amorem, item per operum conformitatem; habere ergo veſtem nuptialem eſt induere Chriſtum, per operationem bonam, per converſationem ſanctam, per charitatem veram.* *S. Tho. in Matt.* *Gal. 3. 27*

11. Origenes ab eodem angelico Doctore in catena citatus, ait: *Vidit non veſtitum veſte nuptiali, id eſt, qui non mutaverat proprios mores.* *Orig. in cat.*

12. Theophylactus per hanc veſtem, opera miſericordiæ interpretatur, & fortè ad hoc textus ille Apoſtoli alludere voluit: *Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ*, dicit ergo Theophylactus: *Quis eſt iſte, ſordida veſtimenta gerens? is, qui non induitus eſt viſcera miſerationum, fraternitatem, benignitatem.* *Col. 3. 12.* *Theoph.*

13. S. Hieronymus de divinorum præceptorum adimpletione explicat, dicens: *Veſtis nuptialis præcepta ſunt Domini & opera, quæ complentur ex lege & evangelio, novique hominis efficiunt veſtimentum; ſi quis igitur in tempore judicii inventus fuerit ſub nomine Chriſtianorum, non habere veſtem nuptialem hoc eſt, ſuper cæleſtis hominis, ſed veſtem pollutam, id eſt, veteris hominis exuvias, ſubitò ſtatim corripitur, & dicitur ei &c.* *S. Hier.*

14. De hac veſte Janſenius ita ſcribit: *Hæc veſtis eſt vita pura & ſplendida in modum veſtis, virtutibus & bonis operibus contexta, hominemque ornans*; S. Bonaventura autem idipſum diu ante illum ſcripſit, dum ſerm. 3. in hac Domin. ita ait: *Hæc veſtis eſt optima converſatio bona vita, quæ melius veſtit hominem, quàm purpura vel aurum; veſtis autem bonæ vitæ neceſſaria eſt ad evadendam gehennæ condemnationem.* *Janſen.* *S. Bona.*

15. Janſenius perpendit non ſufficere, intraſſe convivii locum, & in eadem cum aliis ſocietate honorari, dignúmque, qui menſæ illi accumbat, haberi; qualis hic utique erat, cui, ut credibile eſt, ab omnibus ejectus fuiſſet, ſi illum tenquam convivio indignum agnoviſſent, indéque hoc elicit *Janſen.*

elicit morale dogma: *Non ſatis alicui eſſe debet, quòd ſit intra Eccleſiam, nec rurſus, quòd in ea ſic ſit, & ſe gerat, ut toleretur à fidelibus, nec eorum conſpectui diſpliceat, ſed curandum, ut ſic ſe gerat, ut etiam oculis Domini placere poſſit; hic enim, qui Regis oculis diſplicuit, ſatis placuit reliquis convivis, à quibus ejectus priùs fuiſſet, ſi perturbatorem ſe moleſtũ exhibuiſſet*, utique enim ſe ita fictè compoſuit, ut omnibus gratus, omniumque oculis dignus videretur, ſed nondum erat talis in oculis Dei.

Gloſſ. 16. Gloſſa ait: *Id eſt, fidem habentem, non opera charitatis, per quam Dominus ad ſocianda Eccleſiæ nuptias venit*; eadem quoque S. *S. Greg.* Gregorii in catena citati, ſententia fuit, dicentis: *Intrat ergo ad nuptias ſine veſte nuptiali, qui in Eccleſia fidem habet, ſed charitatem non habet*; nam juxta Authoritatem Imperfecti, *Author Imp. hom. 41.* *nuptiale veſtimentum eſt fides vera, quæ eſt per JEſum Chriſtum & juſtitiam ejus.*

Hugo Card. 17. Hugo Cardinalis pariter dicit: *Non veſtitum veſte, id eſt, non operibus, licèt fide; cùm tamen fides ſine operibus mortua ſit.* *Theoph.* Theophylactus timendum & tremendum nobis eſſe dicit, niſi dignis operibus fidei, quam profitemur, correſpondeamus: *Horreamus igitur*, inquit, *cogitantes, niſi quis vitam habeat puram, nihil ei proderit pura fides, non ſolùm enim è nuptiis ejicitur, ſed & in ignem mittitur.* *Loc. cit.* Sicut enim, ut Author Imperfecti ait, certum eſt, quod ſi quis veſte luto vel fœtidis ſordibus coinquinatâ ad nuptias interveniret, omnem aliorum turbaret lætitiam, gravemque defectum committeret: *Ita qui opera habet tenebroſa, & inter Chriſtianos, quaſi unus ex eis converſatur, ipſi Chriſtianitati facit injuriam*; moxque hanc utiliſſimam ſubdit doctrinam: *Homo itaque aut ſecundùm locum eligat veſtem, aut ſecundùm veſtem eligat locum; id eſt, aut ſecundùm opera eligat profeſſionem, aut ſecundùm profeſſionem faciat opera: qui vult eſſe Chriſti, faciat opera Chriſti; qui autem non vult opera Chriſti facere, non veniat ad Chriſtum, alioquin audiet in die Chriſti: Amice, quomodo huc &c.* Geneleos 28. de Jacob ſcribitur, quòd in itinere Aram verſus conſtitutus, ſubque noctis crepuſculum dormiens, ſcalæ cujuſdam viſionem habuerit, vertice cœlum extremitate verò terram tangentis, in eaque Angelos viderit, alios aſcendentes, alios deſcendentes; à ſomno verò expergefactus, præ metu nimio exclamavit: *Quàm terribilis eſt locus iſte*; in eodem quoque libro idem Jacob totâ nocte cum Angelo quodam luctatus fuiſſe legitur, qui ipſum in nervo lædens, claudicare fecit, & tamen omnino lætus poſt hanc luctam, dixit: *Nunc ſalva facta eſt anima mea*; quis hic non dicat, Jacobum potiùs in hoc ſecundo caſu terreri, in primo autem lætari debuiſſe, quando paradiſum ante ſe apertum conſpexit: *Verè non eſt hic aliud niſi porta cœli*, ſimulque ſcalam ad aſcenſum cœli promptam & paratam, cùm tamen è contra poſt contractum ſibi nervum dicere debuiſſet magnum ſibi allatum fuiſſe ſalutis ſuæ præjudicium. Sanctus Ephrem hanc difficultatem reſolvit, dicens: *Ante luctam terribilis erat locus, quem poſt certamen ſuavem appellat, ut ſciat paradiſum per ſolam filem nobis exulem eſſe, quem opera concivem nobis faciunt*: meritò timuit, quando in terra jacens & dormiens, cœlum ſibi apertum conſpexit, quia gloria non eſt pro ignavis: at verò quando totâ nocte luctatus fuit, tunc verè dicere potuit: *Salva facta eſt anima mea*, quia paſſiones & labores jus nobis conferunt ad regnum æternum. Ad nuptias invitatum eſſe non ſufficit, niſi nos virtuoſorum & Chriſtianorum operum nuptiali veſte adornemus. Apud Oſeam animæ dicit: *Sponſabo te mihi in fide*, ubi tamen advertendum eſt; fidem hanc nequaquam nudam eſſe debere. Unde Hugo Cardinalis ſuper illa verba: *Date annulum in manus ejus*, (per annulum enim, ut rectè conſtat, ſponſalia contrahuntur) dicit: *id eſt, docete eum habere fidem in opere.* Sponſus in ſacris canticis ſponſæ dicit: *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum*; nec tamen hoc ei ſufficit, neque enim ſolùm cor & amorem ejus prætendit, ſed inſuper opera correſpondentia, unde adjungit: *Signaculum ſuper brachium tuum*; id quod S. Gregorius ponderans, ait: *In corde ſunt cogitationes, & in brachio operationes; ſuper cor igitur & brachium ſponſa, dilectus & ſignaculũ ponitur, quia in ſancta animâ quantũ ab ea diligatur, & voluntate, & actione deſignatur.*

Gen. 28. v. 17. *Gen. 32. v. 30.* *Ephr.* *Oſe. 2. 20.* *Hugo Card. in c. 15. Luc. v.* *Cant. 8. 6.* *Ibid.* *S. Greg.*

Servus

Servus Abrahæ in Meſepotamiam, filio Domini ſui ſponſam conducturus, proficiſcens, non modò in aures, ſed etiam armillas aureas, manibus innectendas ſecum transtulit: *Suſpendi in aures ad ornandam faciem ejus, & armillas poſui in manibus ejus*; ut exinde intelligeretur, (ſiquidem *omnia in figurâ contingebant*) non ſufficere, quod Rebecca, quæ Eccleſiæ vel animæ figura eſt, pro auribus ornamentum, id eſt, fidem habeat, nam fides ex auditu, ſed inſuper opus ſit, ut armillas aureas, id eſt, bona opera, ex auro charitatis procedentia, in auribus conjungamus: nam ut Apoſtolus ait: *Fides per charitatem operatur*, & Sanctus Gregorius opera, veri amoris notam eſſe dicit: *Operatur enim magna, ſi eſt, ſi autem operari renuit, amor non eſt.*

Gen. 24. 47.

Gal. 5.

S. Greg. ho. 30. in Evang.

Verſus 21.

Et ait illi: amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? at ille obmutuit.

Et ait illi: amice.

1. Quis hîc non miretur, quod hominem illum eodem, quo ipſum condemnat, tempore, pariter amicum appellârit? Sanctus Anſelmus ait: *Mirandum, quia hunc & amicum vocat, & tamen reprobat. q. d. amice & non amice; amice per fidem, & non amice per operationem & charitatem.* Idem ante ipſum Sanctus Gregorius hom. 38. docuit. Sanctus Thomas autem ſuper Matthæum ait: *Amicum vocat per fidem, vel quia ipſe amavit eum, vel poteſt dici, quòd ubicunque vocat aliquem amicum, improperando dicit, unde impius perdat amorem, quo amavit eum.* Eadem quoque eſt Lucæ Burgenſis ſententia, dicentis: *Erga quem tantam ego amicitiam geſſi, quod admiſerim ad filii mei nuptias.* Lyranus ad fideles alludit, qui tales ſunt, ſed ſolo nomine non verò operibus: *Vocatur amicus propter fidem informem, quæ Dei donum eſt, licet non ſufficiat ad ſalutem*; vel etiam, ut idem notat; *Vocatur amicus peccator, per naturam, quâ ad imaginem Dei factus eſt.*

S. Anſel.

S. Thom.

Lucas Burg.

Lyran.

2. Hoc adeo benigno modo admirabiliorem ſe magis erga reprobos exhibuit divina pietas, ut illos ad emendationem & pœnitentiam inducere atque lucrari poſſet. Hoc amici nomine Judam in horto appellare voluit, poſtquam caput & dux lictorum factus fuit, qui eum cum armis & fuſtibus capturi veniebant, qui paulò antè nuptiis agni immaculati (*nuptiæ Agni*) ſine nuptiali veſte accubuerat; *Amice ad quid venisti? ut intelligamus*, inquid Janſenius, *Deum non perſonarum odio, ſed juſtitiæ tantùm zelo quosdam condemnaturum*; Lucas Burgenſis pariter dicit, quòd fuerit *objurgatio non ex odio, ſed ex juſtitiâ profecta.* Cajetanus quoque ait: *nota prudens lector, quod non contumelioſè increpat; non dicit: indigne, præſumptuosè, ſed amicè; non, quomodo ausus es, ſed quomodo huc intrâſti? proponendo interrogativè factum ſimplex, ut ipſe ſeipſum damnet*; idq; inſigne illorum ad exemplum & documentum, qui in tribunalibus reorum judiciis aſſiſtunt: *Ad ſtudiendum nos, ut etiam in notorio facto nos judicemus, & examinemus abſque contumeliâ, abſque convitio, cum dilectione hominum, & odio vitiorum.*

Apoc. 19. 7.

Matth. 26. 50.

Janſen.

Lucas Burg.

Cajet.

Quomodo huc intrâſti, non habens veſtem nuptialem?

3. Quòd ſi hic in illâ veſte, quâ in campis, unde invitatus fuerat, indutus erat, ad convivium receptus fuiſſet, adhuc aliquem habiturus excuſationis prætextum; at verò ut Paulus de Palatio ait: *Non vitio vertitur miſero illi, quòd ſine veſte fuiſſet in ſævibus & exitu viarum, ſed quòd veſtem in ipſo liminis ingreſſu non conſervavit, ſed admiſerit.*

Paul. de Pal.

4. *Quomodo huc intrâſti &c. id eſt*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *quâ præſumptione intra Eccleſiam habitaſti, & inter fideles apparuiſti, Sacramentis quoque communicaſti?* quod idem eſt cum eo Alberti Magni, ſuper hunc textum ſcribentis: *Quomodo ad numerum fidelium & Sacramentorum*

Dion. Cart.

Alb. M.

rem participationem ad eccleſiaſticum officium vel beneficium intráſti, quis te adduxit huc? quid hic agis? quam ob cauſam huc venire voluiſti? Idem quoque improperium, ut idem Albertus conſiderat, Prælatis objicietur, quibus utique exprobrabitur: *Quomodo huc intráſti, quomodo vixiſti, quomodo rexiſti, quomodo huc intráſti, non veniens per oſtium.*

Janſen. 5. Janſenius ad diem judicii finalis ſe reflectens, ſuasce hiſce verbis, perverſis Chriſtianis tranſgreſſiones improperandas eſſe exiſtimat; unde dicit: *Significat in noviſſimo die Deum ſeverè reprehenſurum eos, qui fidelibus permixti, non vixerunt vitam dignam fidelium conſortio.*

Salm. t. 7. n. 37. 6. Salmeron per hanc veſtem, ſacrum lavacrum intelligendum eſſe declarat: *Et ſi enim per baptiſmum in ingreſſu illam veſtem habuerit, de quâ dicitur: Accipe veſtem candidam & immaculatam, quam perferas &c. poſtea tamen ſuo vitio illam amiſit.* Paulus de Palatio, nullam ab hoc homine injuriam commitendam fuiſſe conſiderat, ſi ſolùm hac veſte caruiſſet, priuſquam ad convivium ingrederetur, vel etiam in foribus illius & in ingreſſu ad illud: cujus rationem reddit, dicens: *Baptiſmus ſiquidem janua eſt Eccleſiæ, ante baptiſmum verò & in ipſo baptiſmo, nondum gratiam habere, & nondum Chriſtum induiſſe commune eſt, poſt ingreſſum verò per baptiſmi januam, jam non licet ſine veſte coram Rege comparere.* Pergit ulteriùs hujus veſtis oſtendere præſtantiam & pretioſitatem, nec non gravitatem injuriæ, quam donatori illius irrogamus, omittendo eam: *Eſt veſtis tibi conceſſa pretioſiſſima, magno ſumptu texta, lota eſt in ſanguine agni, gravisſima eſt injuria illam amittere, eo præſertim quòd eâ veſte amiſſâ, neceſſe eſt, luctuoſâ veſte, imò infernali veſtiri;* juxta illud Iſaiæ: *Veſtimentum mixtum ſanguine erat ei in combuſtionem, & cibus ignis; parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis,* q.d. qui candorem veſtimenti, nobis in baptiſmo collati, iniquitatum ſuarum ſanguine conſpurcaverit, ignis infernalis eſca erit, quia injuriam facit nuptiis, id eſt, incarnationi & redemptioni Verbi incarnati, quod ad ſalutem noſtram à Patre nobis datum eſt. Terribilis eſt illa Sancti Petri ſententia, quâ melius nobis futurum eſſe dicit, ſi ad haſce nuptias nunquam invitati fuiſſemus, aut veſte nuptiali pro ingreſſu eis nunquam induti fuiſſemus, quàm ſi illam ſemel habitam & receptam, propriâ culpâ amittamus. *Melius erat illis non cognoſcere viam juſtitiæ,* inquit Apoſtolus, *quàm poſt agnitionem retrorſum converti.* *Iſa. 9. v. 5. & 6.* *2. Pet. 2. v. 21.*

7. Sanctus Ambroſius ait: *Qui calorem fidei non habet, tolerabilius illi fuerat, fidem non accepiſſe, quàm neglexiſſe,* melius enim tali futurum fuiſſet, ſi inter idololatriæ tenebras natus & educatus fuiſſet, quàm quòd in clara Evangelii luce, in tot errorum & ſcandalorum ſcopulos impegerit. *S. Ambr. ſer. 2. in Pſ. 118.*

At ille obmutuit.

8. Lucas Burgenſis ait: *Capiſtratus eſt.* Arias vertit: *Ore occluſus.* Quis hic non diceret, miſerrimum hunc hominem, jure ſe excuſare potuiſſe, dicendo, vel quòd ex improviſo, non domi, ſed in itinere & in campis invitatus fuerit; vel quòd invitator nimis acceleraverit, nec tempus dederit, ut veſtis mutandæ cauſâ, domum repeteret, vel etiam quòd pauper & egenus fuerit, adeoque veſte mutatoriâ caruerit, nec cenſum habuerit ad aliam comparandam? quomodo ergo dicitur obmutuiſſe, aut cur dictas excuſationes non adduxit? nimirum quia in ingreſſu ad locum convivii, unicuiq; veſtis nuptialis offerebatur, ideoque mera negligentia & ignavia fuit, illam vel non accepiſſe vel amiſiſſe; ideoque quid in propriam defenſionem reſponderet, non habuit? Invitatus enim erat ad nuptias, nec aliud quid Rex ab eo requirebat, quàm ut oblatum à Rege honorem & beneficium immenſum agnoſceret, & pro dignitate æſtimaret. Chryſologus de Deo noſtro, ad regnum ſuum nobis *Lucas Burg.* *Chryſol. ſer. 41.*

con-

conferendum avidissimo dicit: *ut emere illud omnis homo possit, tantum petit pretii, ut quantum hominem scit habere.* Sanctus Anselmus super ly *obmutuit*, hæc verba velut Gloſſam adjungit, *quia argumentum excuſationis malè ſuæ conſcius non habuit.*

S. Anſel. *Iſa. 38. v. 15.*

Alb. M. in Matt. 9. Albertus Magnus textum illum Iſaiæ adducit, ubi dicitur: *quid dicam, aut quid reſpondebit, cùm ipſe fecerim*; eandémque verba miſero huic homini adaptat, ſicut & dictum illud Jobi: *Si voluerit contendere cum eo, non poterit reſpondere unum pro mille*, ideoque ſubjungit illud Eccleſiaſtici: *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida.* Quænam verò hæc ſordida veſtis fuerit, per quam adeo factus eſt abominabilis, Chryſologus docet, inquiens: *Ingredi cum ſordidis veſtibus ſignificat cum vita impura hinc abire, quocirca & obmutuiſſe ſcribitur*, infallibilem namque fidei veritatem eſſe novimus: *Non introibit in eam aliquid coinquinatum*, quomodo igitur hanc munditiam negligendo, vivere poſſumus? Idem quoque ſanctus Pater omnes illos, qui totum ſuum ſtudium in expoliendis veſtibus, quæ corpus adornant, non verò iis, quæ animæ propriæ ſunt, collocant, ſequentia ad verba ejus auſcultanda invitat, dicens: *Audiatis mulieres, audiatis viri, quia non eſt opus vobis hic aureis, ſed illis interioribus ornamentis; ſcitote, quomodo, quoad uſque illa retineamus, difficillimum eſt illis uti, non enim poſſumus corpus & animam ſimul exornare*, quod ſi comparendum in hiſce nuptiis, purpurâ & byſſo nobis opus eſſet, væ pauperibus; & ideo id à nobis non requiritur, ſed dimidiâ chlamydis militaris, enſe per medium diviſa, ad paradiſi nuptias aditum aperuit etiam illi, qui adhuc catechumenus erat, quia enim ſanctus Martinus compaſſione in pauperem commotus, chlamydem ſuam dimidiam illi largitus fuiſſet, Chriſtus in paupere illo latens, in conſpectu angelorum eandem veluti paradyſi meritum exhibuit; *non eſt, qui ſe abſcondat à calore ejus*, dici non immeritò de hac veſte nuptiali poteſt, nam cuivis animæ in ingreſſu eccleſiæ hæc veſtis concedi-

Chryſol. hom. 70 in Matt. *Apoc. 21 v. 27.* *Pſ. 18. v. 7.*

tur: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Unde Hugo Cardinalis ſuper ea verba: *Non eſt qui ſe abſcondat*, hanc Gloſſam adhibet; *nec eſt, qui ſe poſſit excuſare, quin eum diligere non poſſit.*

Rom. 5. v. 5. *Hugo Card.*

10. Venerabilis Beda futurum eſſe dicit in noviſſimo judicio, quod conſcientia propria unumquemque reum tantâ cum vehementiâ mordebit, ut quid in ſui excuſationem reponat, invenire non poſſit: *Ille foris enim increpat, qui teſtis conſcientiæ animum intus accuſat.* Lyranus quoque ait: *Nullus poteſt reſpondere Deo, ſed propriâ arguente conſcientia convincitur, & mutus efficitur*, nec mirum, quia ut ſanctus Hieron. conſiderat, cælum & terra in die illâ, ſua contra nos teſtimonia producent: *In tempore enim illo non erit locus pœnitentiæ, nec negandi facultas, cùm omnes angeli & mundus ipſe teſtis ſit peccatorum*; unde & Interlinearis dicit: *Non locus negandi ibi eſt, & ideo, quid ſum miſer tunc dicturus; quid enim dicet*, inquit Paulus de Palatio, *cui monſtrantur tot Dei beneficia, tot ab eo impenſa auxilia, tot inſtituta remedia, toties Deus contemptus, toties violata Sacramenta.*

Bed. in Matt. *Lyran.* *S. Hier.* *Interl.* *Paul. de Pal.*

11. Quòd ſi quæras, quâ ratione fieri potuerit, quòd nullus convivarum præſentium, ſe apud iratum regem interpoſuerit, maximè cùm omnes habitu nuptiali, qui ſymbolum erat charitatis, veſtiti fuerint ipſéque Apoſtolus dicat: *Pro invicem ſollicita ſunt membra, ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra?* Reſpondetur, quòd cùm proceſſus ille Regis, adverſus miſerum hunc hominem, judicium præfiguret, quod in articulo mortis, circa quamvis animam inſtituendum erit, ideo tunc omnis intercesſio ceſſabit: *Quem patronum rogaturus, dum vix juſtus ſit ſecurus?* & Cajetanus ideo ait: *Coram divino judicio nulla eſt exceptio, ipſa namque veritas palam accuſat, convincit, confundit.*

1. Cor. 12 v. 25. *Cajetc*

12. Author Imperfecti, nullum tunc nobis ſuperfuturum eſſe effugium notat, quia *illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cor-*

Auth. Imperf. hom. 41. *1. Cor. 4. v. 5.*

dium. Hic quidem, inquit idem author, *abſcondimus opera noſtra, & invicem ea de noſtra celamus; in illa autem die nihil erit, quod reſpondeamus, ubi cælum, & terra, & aqua, & ſol, & luna, & dies & nocles, & totus mundus ſtabit adversùs nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum, & ſi omina taceant, tamen ipſæ cogitationes noſtræ, & noſtra opera ſtabunt ante oculos noſtros, accuſantes nos ante Deum.* Pergit idem author ultra dicere examen contra malos Chriſtianos, rigoroſiſſimum inſtituendum eſſe, adeo ut omnino convicti & confuſi ſint remanſuri: *In cogitationibus impii interrogatio erit, & interrogat eum, quæ ſunt opera iſta, quæ agis? quia non ſunt opera Chriſtiani; ut quid factus es Chriſtianus, ſi hæc opera diligebas? ita ut non habeat, quod reſpondeat contra conſcientiam ſuam.*

Lucas Burg. 13. Lucas Burgenſis punctum illud tangit, cujus paulò ante mentionem fecimus, nimirum neminem in illa die allegare poſſe paupertatis prætextum, quò minus ſibi de hac veſte proſpexerit, multò minus per ignorantiam ſe excuſare: *Si ſtudioſi fuerunt audiendi verbi Dei, Deum, quibus offert nuptias, veſtes non negare;* unaquæque anima novit, quàm noſter Deus liberalis imò prodigus erga nos ſit, in miniſtris nobis cunctis auxiliis ſuis, ad noſtram ſalutem neceſſariis, at *Iſa. 5. 4.* nos illa inſolenter contemnimus: *Quid eſt, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci?*

Galf. in alleg. Titelm. 14. Galfredus in allegoriis tempus notat, in quo rex ille iram ſuam contra illos exertus ſit: *Tunc videlicet non ubi ille ſine veſte nuptiali introivit, ſed poſtquam admonitus fuit, interrogatus obmutuit, & noluit confiteri.* Quam enim excuſationem anima aliqua in mortis articulo adducere poterit, dum ei exprobrabitur, quòd remedio ad ſui ſalutem adeo potenti, ſecuro & facili, quale confeſſio peccatorum ſuorum erat, uſa non fuerit? *at ille obmutuit.* Neſciet, quid reſpondere debeat, ac proinde confuſa remanebit & convicta; at verò cur obmutuit? quia os ſuum ad confitendum aperire noluit cùm tamen ore *fiat confeſſio ad ſalutem.* Divus Chryſoſtomus ſuper illa pſalmi verba: *Confitemini Domino, quoniam bonus*, appoſitè ad propoſitum, ita loquitur: *Non peccator jam potuerit excuſari, qui confeſſionem, per quam venia naſcitur, noluit amplecti*, adeóque ſimul oſtendit, talem duplicis reatus pœnam mereri: *Dum primo legem contempſit, ut delinqueret, & confeſſionis remedia amplecti noluit, ut periret;* & conſequenter exhortatur peccatorem, ut os ſuum aperiat ad frequentem confeſſionem: *confeſſio afferat ſalutem*, inquit, *cui contemptus attulerat mortem, vivet remediis, qui moriturus fuerat aliquando peccatis.* *Rom. 10. 10.* *Chryſ. in Pſ. 105. 1.*

Verſus 13.

Tunc dixit rex miniſtris: ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Tunc dixit rex miniſtris.

1. Sanctus Thomas hic quærit, quare rex tantâ cum ſeveritate pauperculum hunc punierit, maximè *quia vocavit bonos & malos?* Reſpondet autem: *ſed noluit, quòd mali venirent, niſi pararent ſe, & diſponerent ſe, ut eſſent boni.*

2. Sed cur nuptiarum lætitiam per adeo funeſtum ſpectaculum turbare voluit, maximè quando tam inſignia benignitatis ſuæ inſignia ediderat, cur ſupplicium hoc in aliud uſque tempus non diſtulit? Sanctus Ambroſius opinatur, regem hunc adeo graviter in hunc hominem animadvertiſſe, ut hypocriſis peccati gravitatem & enormitatem inſinuaret, utpote pro quo puniendo nullus habetur, ſive temporis, ſive loci, ſive perſonarum reſpectus; & certè rem hanc bene conſideranti patebit, Chriſtum de hoc vitio vix unquam locutum fuiſſe, niſi adhibitis æternæ damnationis comminationibus, quotieſcunque enim *S. Th. in Matt.* *S. Ambr. ſer. 3. de nat.*

enim hujus vitii meminit, ly *væ* ſemper adhibere conſuevit: *Propterea ergo ligatis manibus & pedibus, in tenebras exteriores expellitur, non ſolùm quia peccator erat, ſed quia, cum peccator eſſet, ſanctitatis ſibi meritum vindicavit.*

5. Miſer hic etiam Chriſtianum præfigurabat, qui ad fidem vocatus, nuptialem ſacroſancti lavacri veſtem ſuſcepit quidem, ſed eandem poſtea contaminavit; certum namque eſt multò crudelioribus malos Chriſtianos, quàm infideles tormentis cruciandos eſſe; qui meritò ad dæmoniorum condemnati ſunt ſocietatem, utpote ſimiles iis facti, ſecundùm ſancti Jacobi doctrinam inquientis: *Jac. 2. 19.* *Tu credis quoniam unus eſt Deus, & bene facis, & dæmones credunt & contremiſcunt*; nec tamen eo, quòd credant, in ſtatu ſalutis exiſtunt, quem etiam textum S. Auguſtinus adducens, ait: *S. Aug. ſerm. 36. de ſanctis. Qui credunt & opera bona non faciunt, fidem dæmonum videntur habere.* Concludit tandem Sanctus Jacobus: *Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides ſalvare eum?* Cum igitur ii, qui credunt in Deum, nec tamen illi, quod credunt, conformiter agunt, juſtum etiam eſt, ut eorum ſint in pœna conſortes. Divus Chryſoſtomus contra malos Chriſtianos ita diſcurrit: *Chryſ. hom. 4. in Matt. Quibus te indiciis ego Chriſtianum potero agnoſcere? an quia ſacrati aquas fontis ingreſſus es? at hoc ipſum, quod tibi datum fuerat ad ſalutem, fit tibi gravioris cauſa ſupplicii*; cujus efficacisſimam adducit rationem, dum ait: *Honoris ſiquidem magnitudo his, qui non digno virum honore, tumulus incipit eſſe pœnarum.* Salvianus Epiſcopus Maſſilienſis ad auxilia, quæ Deus nobis contulit ad ſalutem, item ad vocationis noſtræ dignitatem, ad lumen quoque, notitiam & religionem, ad quam ſumus vocati, ſefe reflectens, concludit: *Salv. l. 3. de Prov. Omnis Chriſtianorum culpa, divinitatis injuria eſt; arctiùs ſub ſancti nominis profeſſione peccamus, ipſa enim errores noſtros religio, quam profitemur, accuſat.*

* * * *
*

Ligatis manibus & pedibus.

4. Sanctus Antonius de Padua ait: *S. Ant. Pad. in Do. 10. Trin.* *Ligantur ibi pœnâ, qui hic a malo noluerunt ligari; id eſt, cohiberi, ibi ſingula membra pœnis ſubjicientur, quæ hic ſingulis vitiis ſervierunt*; quia ut Hugo Cardinalis ait: *Hug. Card. Pſ. 13 3.* *Pedes veloces fuerunt ad effundendum ſanguinem: manus non extenſæ ad pauperes.* Gloſſa ſcribit: *Gloſſ.* *Manus tuæ non extenſæ ad eleemoſynam, pedes tardi ad bonum.*

5. Sanctus Maximus conſiderat, hunc hominem mitiori utique pœnâ punien dum fuiſſe, niſi adeo præſumptuosè bonorum ſe ſocietati immiſcuiſſet, ut & ipſe talis appareret: *S. Max. ho. in vig. nativ. Qui poterat minus diſpliciuiſſe forſitan, ſi in conſortium juſtorum minimè ſe dediſſet*, hoc enim faciendo, fictè videri voluit bonus, & per hoc majorem aliis nauſeam attulit; unde ut bene advertit Divus Chryſoſtomus: *Chryſ. hom. 9. in Joan. Hoc pacto rex & nuptias & convivas honorat, cum temerarios & impudentes expellit, aliter reliquos invitatos offenderet.*

6. Quæri hoc loco poteſt, unde in hoc nuptiarum loco, funes ad ligandum acceperint, & alia ſimilia inſtrumenta? Sanctus Auguſtinus ait: *S. Aug. in Pſ. 130. Non ergo eſſet unde illi ligarentur manus & pedes, niſi ipſe ſeciſſet reſtim; funibus peccatorum ſuorum unusquisque conſtringitur.* Job de peccatore loquens, inquit: *Prov. 5. 22. Job 18. 8. Immiſit in rete pedes ſuos, & in maculis ejus ambulat, enebitur planta illius laqueo*; ubi S. Thomas ait: *S. Th. ib. Sunt ille, qui ſe ſponte ingerit ad peccandum.*

7. Lucas Burgenſis myſterium hujus manuum & pedum ligaturæ per id quòd iis, qui mortis reatu obnoxii ſunt, accidere ſolet, ſic explicat: *Luc. Burg. Ligantur reis mortis manus, ne ſe defendere, pedes ne fugere; utraque ne quovis ſe modo juvare poſſint.* intelligenda eſt itaque inevitabilis reproborum pœna, absque ulla facultate defenſionis, & liberationis ſpe. Dionyſius Carthuſianus ait: *Dionyſ. Carth. Per hoc nil aliud deſignatur, niſi inevitabilitas divini judicii cui reſiſtere, & a quo fugere nemo valebit.*

Lyran. 8. Lyranus ideo manus & pedes ligari dicit, *quia poſt mortem nequit peccator bonum operari, nec ad ſalutem reverti.*

S. Anſel. 9. Sanctus Anſelmus ait: *Ligantur tunc manus & pedes, per diſtinctionem ſententiæ illis, qui modo à pravis operibus ligari noluerunt per meliorationem vitæ; pedes, qui viſitare ægrum negligunt; manus, quæ indigentibus nihil tribuunt, à bono opere ex voluntate ligatæ ſunt, qui enim nunc ſponte ligantur in vitio, tunc inviti ligantur ſupplicio.*

S. Hier. 10. Sanctus Hieronymus aliam reddit rationem hujus ligaturæ, nimirum ut peccator ab offenſa Dei deſiſtat: *Ut malè operari & currere deſiſtat ad effundendum ſanguinem.*

Mittite eum in tenebras exteriores.

S. Greg. 11. Sanctus Gregorius duplices pœnas diſtinguit, quarum aliæ ſunt internæ, aliæ externæ; *interiores, ſunt cæcitas cordis, exteriores æternæ damnationis nox.* Venerabilis Beda his verbis idem ſcribit: *Exteriores æternam noctem damnationis, in quam invitus tunc projicitur, qui nunc ſponte cecidit in peccatum.*

Bed. in Matt.

Pſ. 138. v. 12. 12. Pſalmiſta ait: *Sicut lumen ejus, ita & tenebræ ejus*, quia juxta proportionem luminis & notitiæ Dei, quævis anima Chriſtiana in tenebroſa inferni abyſſo torquebitur. Hugo Cardinalis ait: *Quia hic habuit interiores tenebras, uſque in æternum non videbit lumen*; & ideo Job infernum nominat, *terram tenebroſam & opertam mortis caligine, ubi umbra mortis & ſempiternus horror inhabitat*; quia tametſi verum ſit, quòd igni proprium ſit, lucere, nihilominus *vox Domini intercidentis flammam ignis* lucem ab illo igne ſeparat, ſolúmque fumum, & activitatem & voracitatem flammæ relinquit. Sanctus Gregorius verba illa pſalmi: *Superce. idit ign s, & non viderunt ſolem*, ponderans ita ſcribit: *Ignis quidem ſuper impios cadet, ſed ſol igne cadente non cernitur; quia illos, quos gehennæ flamma devorat, à viſione veri luminis cæcat, ut foris eos dolor combuſtionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obſcuret*; enimvero ſi forte modicum aliquod lumen inter damnatos penetrare poſſit, id ipſum ad majus illorum tormentum ipſis immittitur. Unde S. Iſidorus ait: *Ignis gehennæ lucebit miſeris ad miſeriæ augmentum & damnationem, ut videant impii unde doleant; & non ad conſolationem, ne videant, unde gaudeant.*

Hugo Card.

Iob. 10. v. 20.

Pſ. 28. v. 7.

S. Greg. l. 9. mor. c. 46.

Pſ. 57. v. 9.

S. Iſidor. l. 1. ſent. c. 21.

Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

13. *Ut ſcilicet illic dentes ſtupeant*, inquit Sanctus Anſelmus, *qui hic de edacitate gaudebant; & oculi defleant & doleant, qui hic per illicitas concupiſcentias verſibantur.* Idem quoque ſanctus Antonius his verbis docet: *Fletus oculorum in vanitate vagantium, & ſtridor dentium, qui de edacitate gaviſi ſunt, & bona pauperum devoraverunt.* Idem quoque in hiſce verbis, duo æternæ perditionis ſupplicia, inſinuari notat, ignem videlicet ac frigus: *In his duobus ſignantur pœnæ majores inferni, ſcilicet ignis & frigus; procedit ex igne fumus, qui fletum provocat, ex frigore provenit ſtridor dentium.*

S. Anſel.

S. Ant. de Pad. ſer cit.

Verſus 14.

Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.

1. Sanctus Bonaventura in ſermone quodam in hanc Dominicam ait: *Multi ſunt vocati temporaliter, pauci electi æternaliter.* Lyranus verba illa de iis explicat, qui ad fidem & religionem Chriſtianam vocati ſunt, ex quibus culpâ eorum propriâ pauci ſalvantur. Dionyſius Carthuſianus ait: *Multi ſunt vocati ad nuptias Eccleſiæ militantis, pauci electi ad nuptias triumphantis*; cujus ratio deſumi poteſt ex eo, quod ſanctus Gregorius, in catena citatus ſcribit: *Nonnulli bona nec incipiunt; nonnulli verò in his, quæ conceperunt, minimè perſiſtunt: tantò ergo ſibi unusquisque ſollicitè metuat, quanto ignorat, quæ riſiſtant.*

S. Bona. ſerm. 4. in Dom. Lyran.

Dionyſ. Carth. enar. in evang. S. Greg. in cat.

2. Hu-

Hugo Card. 2. Hugo Cardinalis ait: *Timendum eſt Chriſtianis, ne eo modo introeant in regnum cœlorum, quo filii Iſrael in terram promiſſionis, ſcilicet duo ſolùm.*

Janſen. 3. Janſenius dubium quoddam reſolvit, quod hic moveri poteſt, quomodo ſcilicet concluſio hujus Evangelii vel conſequentia præmiſſis reſpondeat; quia in præcedentibus dictum eſt, quòd ex iis, qui ad nuptias invitati fuerunt, omnes ſint earum facti participes, & unus tantùm excluſus: *Sciendum eſt*, inquit, *per unum, qui ejectus dicitur, ſignificari non omnes, qui vocati ſunt, fore ſalvandos; deinde cum illo, qui ejectus eſt, ſunt conjungendi & omnes illi, qui vocati primùm fuerant, ſed indignos ſe fecerunt nuptiis.* *Cajet.* Cajetanus non omnes ex Judæis invitatos, nuptias reſpuiſſe dicit, tametſi major pars illas ſpreverit; propterea circa illum unum obſervat, dicens: *Nec carens veſte nuptiali fuit unus, ſed ſub illo multitudo deſcripta eſt fidelium, qui indignos Chriſtiano convivio ſeipſos exhibent.* Janſenius inſuper ad gentilium, in Judæorum locum ſubſtitutorum inſtructionem notat, cavendum illis eſſe, ne ſibi de propriæ ſalutis ſecuritate inaniter blandiantur, eò quòd ad nuptias fuerint vocati, quia multi etiam eorum fuêre rejecti: *Ne remiſſiores eſſent, & nimis ſecuri, exiſtimantes ſatis eſſe credere & Baptiſmum ſuſcepiſſe.* *Janſen.*

4. Lucas Burgenſis verum totius hujus parabolæ ſenſum paucis hiſce verbis complectitur, dicens: *In ſummâ docet hoc loco Chriſtus, fidem ipſam & Eccleſiæ communionem minimè ſufficere, ut quem pro ſuo agnoſcat, & æternâ vitâ beet Deus, niſi eâ vocatione dignè vivere perſeveret.* *Lucas Burg.*

* *
*



DOMI-

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Joan. cap. 4.

v.46. ERat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum. 47. Hic cum audivisset, quia JESUS advenisset à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium ejus, incipiebat enim mori. 48. Dixit ergo JESUS ad eum: nisi signa & prodigia videritis, non creditis. 49. Dicit ad eum regulus, descende, priusquam moriatur filius meus. 50. Dicit ei JESUS: vade, filius tuus vivit; credidit homo sermoni, quem dixit ei JESUS, & ibat. 51. Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei & nuntiaverunt dicentes; quia filius ejus viveret. 52. Interrogabat ergo horam ab eis, in quâ melius habuerit; & dixerunt ei: quia heri horâ septimâ reliquit eum febris. 53. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in quâ dixit ei JESUS: Filius tuus vivit, & credidit ipse, & domus ejus tota.

Versus 46.

Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.

Erat quidam regulus:

Cajet. 1. CAjetanus ly *regulus* interpretatur *pro regius; in certum est autem, an esset regius genere vel officio*; existimat autem verisimile esse, quòd de stirpe & progenie Herodis fuerit, vel saltem consiliarius regni ejus. Sanctus Hieronymus dicit: *Regulus, id est, regius sive palatinus*; Syriaca legit: *servus regius*; alii explicant *nobilis, potens.* Nonnus exponit; *vir regius regens exercitum.* Lyranus hoc nomen non prout sonat, intelligendum dicit, videlicet quasi parvus quidam rex fuerit, eò quòd statum nimis modicum gubernandum habuerit; cujus literalem hanc adducit rationem, quia scilicet Romani fastum Judæorum deprimere volentes, regnum illorum in quatuor diviserunt tetrarchias, dignitatem & Dominium regium iis auferendo, ut per hanc divisionem rebellionem ipsorum præcaventes, de suo se regno securiores efficerent: *Pro illo tempore, nullus Rex erat in Judæâ, dicitur ergo iste regulus, quia erat officialis imperatoris, deputatus ad custodiam Galilææ, propter quod manebat in Capharnaum, quæ erat metropolis illius terræ.*

S. Hier. in c. 65. Isa. Nonnus, Lyran.

2. S. Thomas moralem sensum secutus, per hunc regulum, rationem intelligit, dicens: *Cum in regno animæ rex sit ipsa ratio, secundùm illud: Rex, qui sedet in solio suo; quærendum, quare dicitur Rex? quia totum corpus hominis per eam regitur, & affectus hominis ab ea dirigitur & informatur, nec non & aliæ vires animæ eam sequuntur*; mox verò pergit ostendere, quando hic Rex in regulum degeneret, dum ait: *Sed quandoque dicitur regulus, quando scilicet diminuitur in cognitione & obscurata sequitur inordinatas passiones; & ideo filius ejus, id est, affectus infirmatur, inde deviat à bono, & declinat ad malum.* S. Th. in Joan. Prov. 20.

3. Theophylactus per hunc regulum, quemvis hominem intelligendum esse dicit, *non solùm, qui regi universorum propen-*

propinquus ſecundùm animam, ſed quia ſuper omnia principatum ſumpſit, cujus filius mens febricitans, ex voluptatibus pravis & deſideriis.

4. Pater hujus infirmi non ſinè cauſa à ſancto Joanne ſpecificatur, vult enim ut intelligamus, quòd etiam Magnates & potentes per omnem ſuam authoritatem & dominium, infirmitates & alias miſerias humano generi communes, à ſuis domibus avertere non poſſint.

Lyran. 5. Lyranus in ſenſu morali inquit: *Quilibet peccator poteſt dici regulus diminutivè, quia deficit in ſui pſius regimine, & tunc ejus filius infirmatur, quando rationi ſenſibilis appetitus contrariatur, qui debet obedire rationi, ſicut filius ſuo patri.*

Cujus filius infirmabatur.

6. Videri equidem poſſet, quòd omnes, filium hunc ad mortem infirmatum cernentes, patri condolere debuiſſent, adeò pro filii ſalute ſollicito, major nihilominus in eo fuit lætitiæ, & exultationis cauſa, quia, ut Toletus ſcribit: *Talis infirmitas magnam attulit toti domui felicitatem*; & Sanctus Auguſtinus ſimiliter tradit: *Quàm multi ſceterati ſunt, qui innocenter ægrotarent? vitia reciduntur ægritudine*; quando namque aliquis in morbum incidit, confeſſiones inſtituit generales, conſcientiam purificat, & multa bona facit propoſita. Sanctus Hieronymus de quodam Monacho refert, qui Abbatem Joannem Ægyptium, ut ſuis ei precibus liberationem ab actuali quadam infirmitate impetrare non graveretur, cui Abbas: *Rem tibi neceſſariam cupis abjicere, ut enim corpora nitro, vel aliis hujusmodi linteamentis abluuntur à ſordibus; ita animæ languoribus, aliisque hujusmodi caſtigationibus purificantur.* Beda pariter inquit: *Infirmitas carnis, ſi patienter ſuſtineatur, eſt quaſi purgatorius ignis.* Cujus rei veritatem ipſe etiam gentilis Seneca attigit, nobisque ſcriptam reliquit, dum ait: *ex infirmitate cujusdam ſui fidelis amici ſe didiciſſe, tunc nos homines bonos, virtutisque ſtudioſos effici, dum ſumus infirmi: Quem enim infirmum*, inquit, *aut avaritia, aut libido ſollicitat? non amoribus ſervit, non appetit honores, opes negligit; tunc Deos tunc hominem eſſe meminit; invidet nemini, neminem deſpicit*; accuratiùs tamen de infirmitatibus Sanctus Bernardus ſcribit: utpote qui, quoad vixit, infirmus ſemper fuiſſe dici potuit: *In ſalutem*, inquit, *flagellat infirmitate corporis, ne peccent, ut eis utilius ſit frangi ad ſalutem languoribus, quàm remanere incolumes ad damnationem.* Sanctus Gregorius, qui & ipſe per experientiam de hac eadem materia loquitur, infirmitatem hoc nobis bonum parere dicit, quòd *admiſſa peccata diluit, & ea, quæ admitti poterant, compeſcit.* Eſt & alia magni momenti utilitas, quàm corporalis ſecum ferre ſolet indiſpoſitio, quam Eccleſiaſticus his verbis tangit: *Infirmitas gravis ſobriam facit animam.*

Tolet. in Jo. *S. Aug. tr. 7 in Joan.* *S. Hier. in vitis Patrum* *Beda in Prov.* *Senec. l. 7. ep. 16.* *S. Bern. c. 46. de intern. mod.* *S. Greg. 3. p. paſt. admon. 13.* *Eccli. 31. 2.*

7. Salvianus illa Apoſtoli verba: *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum*, ponderans, ait: *Non imprudenter quidam hoc loco dixit, quid ſi repugnante corporis fortitudine, quæ optamus, facere non poſſumus? infirmandum nobis ſit carne, ut optata faciamus; infirmitas enim carnis vigorem mentis excutit, ut effectis artibus, vires corporum in virtutes transferantur animorum*, & hoc fortè eſt, quòd Apoſtolus dicere voluit, dum ait: *Cùm infirmus ſum, tunc potens ſum*; mira profectò res, nunquam enim corpus magis langueſcit, quàm dum infirmitatibus ſuccumbit, & tamen fortiorem ſe eſſe dicit, eò quòd anima majorem tunc ſibi vigorem acquirat; cùm enim hæc in continua lucta cum tribus inimicis eſſe debeat, dæmone videlicet, mundo, & carne; hoc ultimo, qui periculoſior eſt, devicto & proſtrato, ad alios duos ſuperandos vigoroſior & fortior evadit.

Salv. l. 1. de Provid. *2. Cor. 12. 10.*

8. Salmeron ait: *Adverte, potentiam & divitias reguli non potuiſſe infirmitatem filii prævenire, neque poſtquam venit,*

Salm. t. 6. tr. 9.

illam pulſaverit; dum enim magnates à Deo viſitantur per infirmitates, nihil eos tunc iuvant divitiæ, ſtatus, ſplendor & imperia; imò ex deliciis infirmitates potius robur accipiunt.

Capharnaum.

9. Hunc iuvenem in optimo annorum flore, proſperitatumque temporalium culmine poſitum, in Capharnaum, lecto videmus affixum; & bene in Capharnaum id ei accidit. *Notandum enim eſt*, inquit Hugo Cardinalis, *ubi infirmatur*; *in Capharnaum, quod interpretatur villa conſolationis, vel pinguedinis, & in hoc notatur cauſa morbi, id eſt peccati, abundantia ſcilicet temporalis.* Hanc quoque reflectionem in duobus diverſis apud Albertum Magnum legimus, & primò quidem in ſermone ſuper hanc Dominicam dicit: *Capharnaum ſignificat abundantiam ſecularem, & voluntatem carnalem, quæ ſæpiſſimè ſunt occaſiones, quòd anima vel ſpiritus hominis infirmatur infirmitate peccati*; deinde ſuper hunc Sancti Joannis textum pariter ſcribit: *Ecce locus, qui villa pinguedinis interpretatur, & ſuâ pinguedine occaſionem dat infirmitati animæ.* Hugo optimè conſiderat, quòd Deus nobis quidem vigorem & vires corporis, ſanitatem & bona temporalia ad conſolationem & gratiarum actionem ſubminiſtret, ſed nos vertimus in corruptionem, unde in Pſalmo dicitur: *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum*; quod Eccleſiaſticus hac propoſitione confirmat: *Si dives fueris, non eris immunis à delicto*; cui conſonat quod idem David alibi dicit, nimirum: *Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo, obtinuerunt divitias.* Enimverò qui navigationum experientiam habent, unanimiter dicunt, naves in aquis dulcibus fluminum navigabilium, quàm in ſalſis maris undis facilius ſubmergi, eò quòd hæ illarum ponderi magis reſiſtant; eodem quoque modo dicere poſſumus, plures animas in dulcibus felicitatum humanarum aquis, quàm in undis tribulationum & miſeriarum in profundum uſque inferni naufragari; unde Sanctus Bernardus in quadam Epiſtolâ ita exclamat: *O ſæculum nequam! quod ſolos tuos ſic ſoles beare amicos, ut Dei facias inimicos, conſequenter & indignos concilio beatorum.* Plutarchus in vitâ Cleominis refert, Ægipti Regibus in more poſitum fuiſſe, quòd, quem cibo regio honorarent, eundem intra biduum laqueo ſuffocari facerent; in multis quoque locis pia eſt confraternitatum conſuetudo, quòd reos ſuſpendio mulctandos opiparis & delicatis cibis tractare ſoleant. Judas quoque paulò pòſt laqueo vitam finiturus, à Chriſto ſapidiſſimo ferculo refectus fuit: *Cui intinctum panem porrexero.* Uriæ item occidendo ſubmiſſæ ſunt epulæ regales: *Secutusque eſt eum cibus regius.* Amanus denique, priuſquam raperetur in patibulum, Mardochæo præparatum, à Reginâ Eſther lauto convivio exceptus fuit.

Hugo Card.

Alb. M. ſer. 75. in Dom. 21. Trinit.

Pſ. 72. 7.

Eccl. 11. 10.

Pſ. 72. 12.

S. Bern. ep. 107.

Joan. 13. 26.

2. Reg. 11. 8.

10. Quandoquidem Capharnaum, conſolationis & deliciarum villa interpretatur, quis non crediderit, hunc juvenem inibi in bonâ valetudine perſeveraturum? ſed in eo Deus docere nos voluit, veriſſimum eſſe, quod quidam cecinit Poëta:

Nullo facta loco poſſis excludere, dum mors
Venerit in medio Tybure Sardinia eſt.

11. In mediis deliciis, luſibus, voluptatibus corporales plerumque abundant diſordinationes, magisque multiplicantur peccata; unde fit, quòd ut plurimùm mors eis acceleratur, quia *ſtimulus mortis peccatum eſt.* Ubinam prima hominis culpa, quæ omnium aliorum hominum mortem ſecum ſubintulit, originem ſuam habuit? Certè nonniſi in loco deliciarum, id eſt, in paradiſo terreſtri. Sanctus Auguſtinus protoparentem noſtrum impenetrabili, ut inimici inſultibus reſiſtere poſſet, juſtitiæ & innocentiæ originalis loricâ munitum conſiderans, eique Jobum ſterquilinio inſidentem opponens, ita ſcribit: *Vicit homo in ſtercore, victus eſt in paradiſo*; hujus autem differentiæ talem nobis Sanctus Eucherius aſſignat rationem:

S. Aug. in Pſ. 47.

Quan-

S. Euch. in vita ſolitar. *Quantò jucundior ille amœnitatis locus, tantò huic in lapſum pronior fuit.* Utigitur Deus illum ad viam ſalutis reduceret, adque veram & perſeverantem pœnitentiam induceret, eum cum tota ſua poſteritate expulit è paradiſo, quod ſanctus Bernardus hiſce nobis verbis inſinuat, dum ait: *Neque enim ad hoc nos de paradiſo voluptatis animadverſio divina ejeciſſe videtur, ut ſibi hic paradiſum adinventio humana pararet.*

S. Bern. ſer. Ecce nos reliq. &c.

Verſ. 47.

Hic cùm audiſſet, quia Jeſus adveniret à Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus, incipiebat enim mori.

Hic cùm audiſſet, quia Jeſus adveniret à Judæa in Galilæam.

1. Optimè novit oblatâ ſibi occaſione uti tranſeuntis Salvatoris, qui de Judæa in Galilæam migrabat, de quo utique ex aliorum relatu cognoverat, quòd ubicunque eundem ſuarum imprimebat plantarum veſtigia, ſimiliter poſt ſe relinqueret beneficentiæ & miſericordiæ ſuæ edita teſtimonia; nam *pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes*: & quidem plurimum refert, oblatas divinarum gratiarum acquirendarum occaſiones non negligere, has enim recipere oportet, dum Deus illas offert, quia poſtea occaſione ſublatâ eandem reacquirere, in noſtra non eſt poteſtate.

Act. Ap. 10. 8.

2. Sanctus Thomas ait: *Motivum ad interpellandum fuit adventus Chriſti; nam quamdiu adventus Chriſti differebatur, ſpes hominum invalidior erat de ſanatione à peccatis; ſed cùm auditur adventus Chriſti appropinquare, ſpes ſanationis confortatur in nobis.*

S. Thom. hic.

3. Benignisſimus Salvator periculoſam & mortalem hujus filii infirmitatem, patriſque afflictionem probè ſciens, huic infirmo ſanitatem, toti verò domui ſalutem æternam conferre avidè cupiens, iter illud datâ operâ ingreſſus fuit, ut oſtenderet ſe illum eſſe, qui ſuis gratiis nos prævenit & invitat, & ad illas ab eo poſcendas ſponte excitat.

Abiit ad eum.

4. Veriſimile eſt, Regulum hunc famâ miraculorum Chriſti, quæ per omnes Galilææ & Judææ partes in multis infirmitatibus ediderat, & ubique reſonabat, permotum abiiſſe: miſericordia enim & compaſſio, quam miſerabilibus ubique exhibebat Chriſtus, magnam ei ſe ſequentium turbam conciliabat: *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.* Ioan. 6. 2.

5. De anxio quidem patre conſtat ex Evangelio, illum filii ſanitatem ſupplicitèr expetiſſe, an verò filius hic perinde movendus fuiſſet, ut patris infirmi ſanitatem poſceret, nequaquam patet; ſæpe enim contingit, quòd filii parentum mortem læto animo excipiant, ut paternæ ſubjectionis jugum excutere, illorumque relictas facultates ut domini tractare & gubernare poſſint.

6. Satis credibile eſt, hunc Regulum quoque ſimul cum aliis Redemptorem noſtrum ſæpe deriſiſſe, ejusque miraculis & diſcipulis, quamdiu in eum non credebat, variis dicteriis detraxiſſe, nunc autem manifeſtè tribulationum videtur virtus & efficacia: *Cùm occideret eos, quærebant eum, & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & rememorati ſunt, quia Deus adjutor eſt eorum.* Pſ. 77. 34.

7. Divus Chryſoſtomus dicit, hunc Regulum in Chriſti virtute non magnam adeò habuiſſe fiduciam; ſecus enim cùm ſalus filii plurimùm ab eo deſideraretur, eum in Judæa, antequam Chriſtus inde ſe moveret convenire curaſſet: *Conſueverunt patres ex multo amore, non ſolùm medicis loqui de quibus confidunt, ſed etiam de quibus non confidunt, nihil volentes prætermittere eorum, quæ ad ſalutem pertinent filiorum; ſi tamen valde* cre-

S. Chry. in Cat.

crederet Chriſti virtutem, non neglexiſſet etiam in Judæam ire.

8. Ex quo hic Regulus Capharnaum gubernando, tanquam ſummus præfectus à Romanis conſtitutus erat, indubiè omnes certatim medici ad curandum ejus filium convenêre; attamen quia omnia remedia humana hactenus adhibita, vana & inutilia fuiſſe agnoſcit, ad cœleſtem illum protomedicum, qui dixit: *Ego veni ut vitam habeant & abundantius habeant*, recurrere decrevit, per hoc nobis utiliſſimum quoddam tradendo documentum, quòd corporeis infirmitatibus correpti, pro illarum ſanatione, ad Deum nobis præcipuè recurrendum ſit; primò quidem per bonam, integram & ſinceram confeſſionem, purgando animam, deinde verò per ſanctam quandam confidentiam, noſtram divino beneplacito ſubſternendo voluntatem, ac tunc demum dependenter à Dei voluntate, remedia corporalia adhibendo. In libris Paralipomenon de Aſa dicitur: *Ægrotavit Aſa dolore pedum vehementiſſimo, nec in infirmitate ſua quæſivit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt.* Ex quo verò in Eccleſiaſtico expreſsè dicitur: *Altiſſimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa*; hic verò Rex de medicorum conſilio iis uſus fuerit, cur ei hoc in crimen & vitium imputatur? Notandum igitur, totam facti ejus malitiam in ly *magis* conſiſtere, & potiſſimùm in eo quod ſequitur: *Non quæſivit Dominum*; potuit ſine peccato uti remediis medicinæ, dummodo egiſſet hoc ordinatè. *Debuit*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *magis ſperare in gratia, quàm in natura.* Optimum medicamentis & medicorum operâ utendi modum ſanctus Baſilius nobis inſinuat, dum ait: *Fugienda penitus ars iſta eſt, neque rurſus omnia in ea ſalutis noſtræ præſidia collocanda.* Exemplo nobis ſint agricolæ qui improbis ſudoribus & induſtriâ ſuâ terram excolunt, in eamque ſemen ſpargunt, ita tamen ut fertilitatem fructus à cœlo expectent; ſic quoque navarchus temoni aſſiſtit, & vela pandit, ventos autem favorabiles à Deo expectat. Cedrenus & Suidas Regem Ezechiam, librum à ſapientiſſimo Salomone Rege, de infirmitatum curandarum remediis compoſitum diſſipâſſe & diſperſiſſe obſervant, idque prudentiſſimo conſilio, ne homines ſcilicet in infirmitatibus ſuis corporalibus omnem ſpem ſuam in herbis, mineralibus, aliſque ſimilibus medicamentis fixam haberent, abſque eo, quòd ad implorandum divinum auxilium ſe unquam reflecterent. Abulenſis dictum illud Paralipomenon: *Nec in infirmitate ſua quæſivit Dominum*; dupliciter poſſe dicit à nobis declinari, & emendari: primò, *quærendo remedium ægritudinis corporalis à Deo, ut ſanitatem tribuat*, & ad hoc non ſemper nos obligari dicit, quia ſanitatem corporalem non deſiderare, nonnunquam non niſi eximius perfectionis actus erit, qualem Apoſtolus exhibuit, dum ait: *Virtus in infirmitate perficitur, gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti.* Secundò, ſi Deus quæratur cum conatu ipſi placendi, ejuſque nobis amicitiam procurandi: & hoc fit *quærendo remiſſionem peccatorum*, & hoc modo illum ſpecialiter in infirmitate quærere obligamur: *Quia tunc in maximo periculo ſumus, ne receſſamus in odio divino, & pereamus æternaliter.* In capitulo: *Cum infirmitas. de pœnitentia & remiſſione*, medicis præcipitur, ut, priuſquam corporis curam aggrediantur, priùs infirmum de confeſſione facienda moneant. Similiter Pius Quintus in quodam motu proprio, anno 1566. medicis præcepit, ne infirmum ultra tres vices viſitent, niſi is per confeſsionem ſe expiaverit, voluitque inſuper, dum laureâ doctorali inſigniuntur, ſe hanc conſtitutionem obſervaturos juramento confirment.

Joan. 10. 10.

2. *Paral.* 16. 12.

Eccl. 38. 4.

Dionyſ. Carth.

S. Baſil. Reg. 55

Abul. q. 36. *ib.*

1. *Cor.* 12. 9.

9. Eccleſiaſticus ait: *Fili in tua infirmitate ne deſpicias teipſum*, quonam autem modo hoc exequendum ſit, paulò poſt docet; non enim dicit: ne deſpicias remedia corporalia, hoc enim non erat neceſſum præcipere, cùm nullus facilè illa deſpiciat: *Sed*

Eccl. 38. 9.

Sed ora Dominum, & ipſe curabit te; averte à dilecto & dirige manus, & ab omni dilecto munda cor tuum, da ſuavitatem & impingua oblationem, & da locum medico; poſtquam enim Sacramenta confeſſionis, nec non ſuo tempore, communionis accepimus, tunc per divinam opem in remediorum virtute confidere poſſumus; quis eſt, qui peccata ut plurimùm infirmitatum cauſam eſſe neſciat? id quod Apoſtolus inſinuare vult, dum ait: *Qui manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat; ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi*; radicem igitur mali, id eſt peccatum, à nobis tollamus neceſſium eſt. Tigurina legit: *Deinde locum des medico, ut cujus Dominus auctor ſit*, hoc autem præcipit poſtquam animam purgari juſſiſſet.

1. Cor. II. v. 29.

Et rogabat eum.

10. Beatus Laurentius ait: *Omnes medici pecuniis, Deus autem noſter pura oratione ad conferendam ſanitatem placatur*; Magnates quidem, & qui imperium in populos obtinent, ſupplicationes & memorialia à ſubditis ſuis recipere aſſueverunt, nunquam vero illi ſupplicant, & tamen hic regulus in in hac occaſione ſupplex coram Chriſto ſe proſternit, urgentibus enim neceſſitatibus, dum mors illis ob oculos ponitur, omnem magnates faſtum & arrogantiam deponunt, omnimque reſpectuum humanorum, per tribulationes, efficiuntur immemores: *Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt.*

B. Laur. Juſtin. de Lign. vit. c. 2. de orat. Pſal. 15. 4.

11. Salmeron notat, quòd regulus hic nos infirmitatibus ad Deum, non verò ad ſuperſtitiones recurrere doceat, cum tamen ipſe lumine & notitiâ veri Dei illuſtratus non fuerit: *Arguit hic regulus eos, qui in adverſis non ad Deum, ſed ad magos & incantatores, & ad dæmonum auxilium proſolutione maleficii confugiunt.*

Salm. t. 6. tr. 5.

Ut deſcenderet.

12. Albertus Magnus opinatur, regulum hunc infirmo ſuo multùm profuturam putaſſe Chriſti vicinitam, utpote quem velut hominem Deo charum & ſanctum coleret: *Appropinquando infirmo, putabat eum plus poſſe*; in quo convenit cum opinione Lyrani, dicentis: *Licet crederet Deum poſſe ſanare, credebat tamen, quòd hoc non faceret ſine præſentia corporali*; ſimiliter Gloſſa ſcribit: *Iam credens, quòd poſſet ſanare filium ejus, ſed quia per Deitatem, quæ ubique eſt, non creait filio adeſſe, rogat, ut deſcenderet & præſens corpore ſanaret*; quæ etiam cauſa fuit, cur hiſce à Chriſto verbis reprehenſus ſit: *Niſi ſigna & prodigia &c.* ac proinde civitatis ejusdem Capharniticæ centurio præ hoc ſummè commendari meruit, quia ajebat: *Dic tantum verbo, & ſanabitur puer meus.*

Alb. M. hic. Lyran. Gl. ord.

13. Vel fortè credebat, Chriſtum per aſpectum filii in agonia poſiti, ad majorem commovendum fore compaſſionem, ex quo enim ipſum tanquam virum ſummâ virtute præditum venerabatur, futurum ſperabat, ut viſo hoc adeo funeſto ſpectaculo cor ejus emollitum, optatam in filium charitatem exerceret. Sciebat enim ipſum non ignorare illud Eccleſiaſtici: *Non te pigeat viſitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis*; forte etiam de Chriſto audivit, quòd, quando domum Petri ingreſſus; *Vidit ſocrum ejus jacentem*; ubi Chryſologus ait: *Videtis quæ res ad domum Petri invitaverit Chriſtum, utique non diſcumbendi voluptas, ſed incentis infirmitas*; ad hæc ſciebat utique Chriſtum aliàs, in eâdem civitate, aliis pluribus reſtituiſſe ſalutem, neque charius aut gratius objectum illi offerri poſſe, quàm perſonas miſerabiles, ut iis benefaceret. Noverat inſuper Chriſti in infirmis benefaciendi, gratiásque conferendi facilitatem & promptitudinem, vix Centurio, ut Chriſto infirmitatem ſervi ſui inſinuaret, os ſuum aperuerat, ecce ſubitò reſponſum audiit: *Ego veniam & curabo eum.* Sanctus proinde Cyrillus Alexandri-

Eccl. 7. 39. Matth. 8. v. 14. Chryſol. ſerm. 18 Matt. 8. 7.

S. Cyril. Alexandrin. in Joan. c. 12. andrinus ait: *Non propter signa simpliciter Christum mirabantur, sed propter signa, quæ infirmis ægrotisque faciebat.*

14. Aſt inquies fortaſſe, quare Chriſtus in præſenti deſcendere noluerit, quemadmodum facere dixerat Centurioni, qui etiam ſicut hic regulus, gentilitati deditus erat, huic namque ſubitò reſpondit: *Ego veniam & curabo eum*: aſt reſponſio in promptu eſt, centurio etenim humilis, indignum ſe judicabat, cujus domui Chriſtus vel pedem inferret, regulus verò præſumptuosè quaſi præcipiendo, *deſcende* inquit; in quo docemur, quòd quisquis Filium Dei ad ſe venire deſiderat, in infimum humilitatis, ſuique ipſius gradum deſcendere debeat; etenim iter ex Cana in Capharnaum, quatuordecim horas poſcebat, nec tamen hanc Chriſto incommoditatem regulus afferre curabat.

Et ſanaret filium ejus.

S. Bona. hic. Alb. M. ibid. 15. Paucos admodum reperiemus, qui Salvatorem pro curandis infirmitatibus ſpiritualibus convenerint, aut ſua ei obſequia detulerint, ſed potior pars ſanitatem & res temporales reſpiciebat: unde ſanctus Bonaventura ait: *Intuitu ſanitatis filii adiit ad eum, non affectu devotionis.* Albertus Mag. hanc ſupplicam Chriſto oblatam exiſtimat, ſolùm ad hoc, ut Chriſtus ſuam apud Deum pro filio interceſſionem interponeret, non verò ut divinam ejus poteſtatem & omnipotentiam ad ſanandum filium excitaret, hanc enim Chriſto ineſſe non credebat; *Ut ſanaret intercedendo apud Deum, quia non putabat eum Deum.*

Salm. ib. 16. Salmeron ex hac, pro ſolâ infirmitate corporali, quæ minus malum erat, tollenda, factâ ſupplicatione, talem deducit moralitatem: *Quod autem orat pro ſanitate corporis, infirmitatis humanæ eſt, quâ prius corporis, quàm animæ ſentimus incommoda, cùm tamen majora ſint animæ mala.*

Incipiebat enim mori.

S. Thom. hic. 17. Sanctus Thomas in ſenſu morali dicit: *Quando homo tentatur, incipit infirmari, ſed quando tentatio prævaler, ita ut inclinet ad conſenſum, eſt prope mortem; ſed quando jam conſentit, incipit mori, cùm ergo conſummat peccatum, moritur.*

18. Conſiderari quoque hoc loco poteſt, quòd à primo inſtanti, quo anima in utero materno unitur corpori, homo pariter non ſolùm ſubjiciatur, verùm continuo procedat ad mortem, adeo, ut vita ejus non ſit aliud, quam mors continua; id quod Apoſtolus optimè intelligebat, dicens: *Quotidie* 1. Cor. 15. v. 31. *morior*; & alibi: *Quis me liberabit de corpore* Rom. 7. 24. *mortis hujus?* Quod etiam confirmat ſanctus Bernardus inquiens: *Hæc vita qua vivimus magis mors eſt, moritur homo, dicimus,* S. Bern. ſerm. 17. in Pſal. *quando morti certiſſimè appropinquat; quia verò agimus, ex quo primum incipimus vivere, niſi morti appropinquare & incipere mori?* Qui habitat, &c. Seneca ep. 24. huic quoque veritati vel ipſe Seneca ſolo ex naturali lumine teſtimonium perhibet, ſcribens: *Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum creſcimus, tunc vita decreſcit, hunc; quem agimus diem, cum morte dividimus.* Quod ſi in vas aliquod vino plenum aqua immitteretur, certum eſt, quòd virtus & ſapor vini ſemper magis magisque minuendus eſſet, ita ut in fine omnis ejus perderetur ſubſtantia; haud ſecus dum calor naturalis quotidie per actionem alimenti diminuitur, ipſum vivum continuò deficit. Sanctus Baſilius hanc eandem veritatem, quòd ſcilicet hujus vitæ curſus aliud non ſit, quàm continuus proceſſus ad mortem, manibus nobis palpabilem reddere ſtudet, dum ait: *Vita hominis per multas mortes conſuevit experiri*; quibus verbis forſitan alludere voluit, ad quandam Senecæ reflectionem ad cibos, quibus vita hominis ſuſtentatur, ſic enim ille inquit: *Quidquid avium volitat, quidquid piſcium natat, quidquid ferarum diſcurrit, noſtris ſepelitur in ventribus; quære nunc*

S. Baſil. in Pſ. 114. Senec. l. 10. Rhetor.

nunc cur ſubitò moriamur? quia mortibus vivimus. At verò iiſdem Sancti Baſilii verbis alium quoque ſenſum dare poſſumus; dicit enim ipſe, vitam hominis per multas mortes expleri, quia primò in ipſo infantiæ moritur, poſtea deficit adoleſcentia, deinde virilitas deperit, donec tandem etiam ſenectus per mortem intereat: adeoque impletur illud Nazianzeni: *Vita & mors impropriè vocantur; vita enim hæc eſt mater corruptionis, adeoque continua mors; mors verò eſt janua vitæ beatæ.* Sanctus Iſidorus ſe non intelligere profitetur, quomodo homo diu poſſit creſcere in ætate, quandoquidem, quantò ampliùs homo vivendo procedit, tantò velociùs vita ipſius deficit: *Sed quomodo poſſit rectè dici augmentum, quod per dimenſiones ætatum, ad mortis tendit detrimentum.* Innocentius III. de humanæ conditionis miſeriâ ſcribens, ad propoſitum noſtrum appoſitè loquitur, dum ait: *Morimur dum vivimus, & tunc tantùm deſinimus mori, cùm deſinimus vivere; nihil eſt vita mortalis, niſi mors vivens.* Sanctus Auguſtinus licèt vitam non appellet mortem, aperè tamen eandem infirmitatem & ægritudinem quandam continuam eſſe dicit: *Quis*, inquit, *non ægrotat in hac vitâ? quis non longum languorem trahit? naſci in hoc corpore mortali, incipere ægrotare eſt.*

Nazian. orat. 19.

S. Iſidor. l. 3. ſent. 6. 61.

Innoc. III. c. 24. de miſc. cōd. hum.

S. Aug. in Pſal. 102.

19. Sanctus Bernardus pœnalitates omnesque alias ærumnas quibus in hac vitâ ſubjicimur, conſiderans, petit: *Hæccine vita dicenda eſt, quâ nimirum ſoli vivitur morti?*

S. Bern. loc. cit.

Verſus 48.

Dixit ergo JESUS ad eum: niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.

1. Toletus hîc dubium movet, cur ſcilicet benigniſſimus Salvator hunc regulum increpârit eò quòd, priusquam in ipſum crederet, miracula ab ipſo requiſierit; cùm tamen ipſemet dixerit: *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere;* & iterum: *Si non veniſſem & opera non feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Prophetæ quoque Meſſiam miracula patraturum eſſe prædixerant; ſic Iſaiæ 35. ait: *veniet & ſalvabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum*, adeoque nullum videtur motivum, Regulum miracula poſcentem, reprehendendi. Reſpondet tamen populum Hebræum ſine miraculorum teſtimonio, in Chriſtum credere nolentem, pluribus modis peccâſſe: primò, quia indubitatum jam audiverat præcurſoris teſtimonium, qui ipſum illis digito monſtravit; ſecundò, quia ejus prædicatio ad hoc lumen & notitiam iis communicandam ſufficiens erat, hæc enim ab auribus ad corda uſque penetrabat: *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis*; ideoque multi etiam fuêre converſi. Sic Samaritani, nullis viſis miraculis credididerunt; Scribæ quoque & Phariſæi ſanctum Joannem, promiſſum in lege Meſſiam eſſe exiſtimabant, tametſi nulla in eo miracula vidiſſent. Sanctus Thomas quoque idem movet dubium, ſcilicet regulum ſigna petentem reprehenſibilem minimè videri: *Nam fides per ſigna probatur.* Reſpondet autem per differentiam quandam, quæ eſt inter fideles & infideles, quando ad fidem trahendi ſunt; infideles enim per Scripturæ auctoritatem convinci non poſſunt, quia illam non admittunt, multò minùs per rationes naturales, cùm fides noſtra ſuperior ſit quavis ratione, omnemque ſuperet naturam, ac proinde per miracula ſunt adducendi; unde dicitur: *Signa data ſunt infidelibus*; fideles autem ut credant indubitatæ ſacræ Scripturæ veritati acquieſcere debent; hæc enim ad illos convincendos ſufficit, nec aliud requiritur; demum verò ad hunc regulum deſcendens, ſubjungit: *In hoc ergò regulus redarguitur, quia cùm eſſet nutritus inter Judæos, & de lege inſtructus, non per Scripturæ auctoritatem, ſed per ſigna credere volebat.*

Toler.

Joan. 10. 37.

Joan. 15. 24.

Iſai. 35. 4.

Pſ. 118. 10.

S. Thom. hic.

2. Gloſſa hanc reprehenſionem incredulitatis, ejus demeritis tribuit, inquiens: *In hoc redarguitur de incredulitate; per hujus duritiam ſignificatur duri-*

Gloſſa ord.

duritia Judæorum, qui nec visis miraculis credunt; at verò econtra per Samariam notatur fides gentium, quæ solo verbo credidit; Et quidem licèt hæc incredulitas nobis non appareat, ab oculis tamen Christi abscondi non potuit. Unde Sanctus Augustinus ait: *Verba rogantis audivimus, cor diffidentis non videmus, sed ille pronunciavit, qui & verba audivit, & cor inspexit.* Lyranus regulum non ob supplicationem pro filii salute factam, reprehensum esse dicit; *sed de defectu fidei suæ.*

S. Aug. tr. 16. in Joan. Lyran.

3. Sanctus Thomas aliam quandam movet difficultatem, inquiens, quòd si regulus in Salvatorem non credidisset, utique filii moribundi sanitatem non postulâsset: *Ad quod dicendum, quòd regulus iste adhuc non credebat perfectè; erat enim in eo duplex defectus fidei*, quorum primus erat, quòd tametsi Christum verum hominem esse profiteretur, eum tamen virtute & omnipotentiâ divinâ præditum esse minimè credebat, quia Christum in propriâ personâ accederet, rogabat; Secundus defectus erat perplexitas ejus, quâ, an moribundo salutem dare posset, dubitabat; si enim hoc firmiter credidisset, non exspectâsset, donec Christus de Judæâ in Galilæam transiret, sed eundem in Judæâ, ubi erat convenisset; maximè cùm tantam de filii sanitate curam haberet.

S. Tho. hic.

4. Dionysius Carthusianus regulum Salvatorem accessisse existimat, ut experiretur, an sibi hunc Christus infirmum sanare posse confideret, non verò cum vivâ fide, quod idipsum per divinam omnipotentiam exequi posset: *Accessit ad eum, non credens, sed tentans, volens experiri, quis aut qualis esset, & quantum posset; ac proinde* Hugo Cardinalis ait: *Arguit hominem in fide tepidum ac frigidum, aut omnino nullius fidei, sed tentare cupientem de sanitate filii sui.*

Dionys. Carth. hic.

Hugo Card.

5. Lucas Burgensis differentiam insinuat, quæ est inter miracula & prodigia; dicit enim Christus: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis; etenim quamvis utraque præter naturam fiant, signa tamen sunt hujusmodi, quæ sæpenumero per naturam fiunt, ut sanare infirmum; prodigia verò, quæ rarò aut nunquam fiunt vi naturæ, ut aperire oculos cæcinati, suscitare mortuos.*

Lucas Burg.

6. Hugo Cardinalis quoque in ordine ad hanc differentiam, per similem distinctionem discurrit, dicens: *Propriè signa sunt, quæ fiunt in re naturali & per naturam, sed lentè operantem, cùm Christus in momento, ideoque per miraculum id ipsum præstaret; tale est, infirmos sanare, prodigia verò sunt, quæ omnem naturæ vim superant, ut est, mortuos suscitare.*

Hugo Card.

7. Cajetanus hanc Christi reprehensionem eò tendere dicit, ut reguli & Judæorum incredulitatem ostenderet, non simpliciter, sed in comparatione Samaritanorum, qui sine visis effectibus miraculosis crediderunt, siquidem paulò antè Samaritanam, moxque universam Samariæ civitatem, ad sui notitiam reduxerat. Hugo Cardinalis in sententia Divi Chrysostomi, huic ly *non creditis*, tres adhibet expositiones; prima paulò ante à nobis facta fuit: Nimirum *in comparatione Samaritanorum*; Secunda: *Non propter reguli personam, sed propter civitatem, unde erat*; Tertia, *sicut ille, qui dicit: Credo Domine, adjuva incredulitatem meam, in parte credebat, & in parte nihil credebat, ita & hic credidit, sed non integrè neque sanè*; unde Cajetanus concludit: *Meritò arguitur, qui tam imperfectè credebat; imò per hæc Domini verba explicatur, quòd non credebat, & recursus ad eum pro sanitate filii, non procedebat ex fide, sed ex opinione & affectu ad filium.*

Cajet.

Marc. 9. 23.

Cajet.

8. Chrysostomus notat, hanc reprehensionem artificium quoddam fuisse bonitatis & benignitatis Christi in regulum: *Arguit*, inquit, *ut magis in fide confirmaret, neque enim ante signum admodum credebat*; rationem verò quam addu-

Chrys. hom. 25. in Joan.

adducit, nos ſupra inſinuavimus, quia ſi credidiſſet, in Judæa ipſum convenire debuiſſet, non verò exſpectare, donec per tranſitum Galilæam verſus veniret: *Conſtat*, inquit, *quoniam veniente Jeſu in Galilæam obiter & per occaſionem accesſit; quòd ſi verò Chriſti poteſtatem credidiſſet, non utique in tanto filii periculo, Judæam petere neglexiſſet.*

Janſen. 9. Janſenius eidem interpretationi adhærens ſcribit, cœleſtem hunc protomedicum, primo loco ſalutem animæ patri, & poſtea corporalem filio dare voluiſſe: *Ubi notandum*, ait, *Chriſtum prius operam dediſſe ut curaret morbum patris, quàm filii, ut qui gravior eſſet & periculoſior, & ad officium Chriſti magis pertinens: magis enim venerat ad ſanandum animas quàm corpora.* Quam *Chryſ. ib* expoſitionem Janſenius ex Divo Chryſoſtomo ſumpſiſſe videtur, qui in eadem homilia ita ſcribit: *Neque minus hoc in loco patrem, animi morbo laborantem, quàm filium curat, ſuadetque non ſigna nobis, ſed doctrinam ipſius attendendam.* Lucas Burgenſis ſi- *Lucas Burg.* milem habet conſiderationem, dum ait: *Regulus præter filii ſanitatem nihil quærebat, negat Ieſus miracula à ſe fieri, ob eam præcipuè cauſam, ut ægroti convaleſcant corpore, ſed ut, qui miracula conſpexerint, in ipſum credant Chriſtum Filium Dei.*

S. Aug. tract. 16. 10. Sanctus Auguſtinus amabiliſſimum agendi modum, quo Salvator erga Centurionem, pariter Capharnaitam, uſus fuit, examinat, eumque confert cum illo, quo regulum hunc tractavit: *Videte diſtinctionem; regulus iſte Dominum ad domum ſuam deſcendere cupiebat, ille Centurio indignum ſe eſſe dicebat; illi dicebatur: ego veniam & curabo eum; huic dictum eſt: vade, filius tuus vivit; illi præſentiam ſuam promittebat; hunc verbo ſanabat, ille ſe præſentiâ ejus indignum eſſe dicebat; hic ceſſum eſt elatione, illic conceſſum eſt humilitati, tanquam ſi huic diſceret: vade filius tuus vivit, noli mihi tædium facere; præſentiam meam vis in domo tua, poſſum & verbo jubere, centurio alienigena credidit, vere bo me poſſe facere, & antequam facerem credidit, vos niſi ſigna & prodigia vidaritis non creditis.*

11. Gloſſa aliam tangit hujus reprehenſionis rationem, dicens: *Redarguitur, quòd non ubique credebat eum eſſe;* & hæc propriè unica cauſa eſt, cur tam exigua in nobis fides reperiatur, quia præſentiam Dei non apprehendimus, eumque nobis ubique præſentem eſſe non imaginamur, ac proinde & nos reprehenſibiles erimus, niſi nos continuò in hoc utiliſſimo divinæ præſentiæ exercitio continuerimus, utpote quod unicum frenum eſt ad evitandam omnem Dei offenſam, ſanandamque omnem noſtram infirmitatem ſpiritualem: *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi; ne commovear;* ubi Gloſſa ait: *Hinc trahe exemplum, quo peccata vitentur, qui enim Deum ſemper acie mentis intuetur, peccatis non inclinatur.*

Gloſſ. *Pſ. 15. 8.* *Gl. ibid.*

Verſus 49.

Dixit ad eum regulus: Domine deſcende, priuſquam moriatur filius meus.

Dicit ad eum regulus.

1. Notandum hic eſt, quòd, poſtquam propter petita miracula & prodigia reprehenſus fuit, ne verbum quidem in ſui excuſationem, ipſum protuliſſe conſtet; imò abſq; eo, quòd animo linqueretur, majori cum auſu, priorem ſupplicationem repetiit; & qui prima vice rogabat eum, ut deſcenderet, nunc per imperium Chriſtum aggreditur, verbis imperativis ipſi dicendo: *Deſcende.* Aliqui credunt, regulum hunc ob filii agoniam vehementi paſſione correptum, non applicuiſſe animum ad id, quod benignſſimus Redemptor ei exprobraret: vel etiam dicere poſſumus, ipſum hanc reprehenſionem prudenter diſſimulaſſe, ſicuti in ſimili occaſione Cananæa fecerat, quando Chriſtum audivit ſibi dicentem: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus.* *Matth. 15. v. 26.*

Videtur etiam, quòd regulus hic modum divinas à Deo gratias petendi, ſanctâ quadam cum perſeverantiâ & importunitate didicerit; ſic enim apud ſanctum Lucam hac de re dicitur: *Et ſi ille perſeveraverit pulſans, dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens, eò quòd amicus ejus ſit, propter improbitatem tamen ejus ſurget, & dabit illi, quotquot habet neceſſarios.* Salmeron quoque in paulò ante dictâ opinione fuit, quòd ſcilicet regulus in illâ triſtitiâ & perturbatione animi poſitus, ad dicta ſibi à Chriſto verba minimè reflexerit: *Regulus non attendit ad Chriſti verba, multùm enim dominatur affectus animi & perturbatio, quæ non dat locum prædicationi aut correctioni.*

Luc. 11. 8.

Salmer. t. 6. tr. 9

Deſcende.

2. Lyranus hanc reguli repetitam petitionem, ut Chriſtus in Capharnaum deſcenderet, devotionis fervori potius, quàm diminutioni fidei attribuit: *Non reprehendit eum de petitione ſalutis filii ſui, ſed de defectu fidei ſuæ; veruntamen quia ex devotione repetit petitionem ſuam, dicens: Domine deſcende; ideo exauditur à Chriſto.*

Lyran.

3. Dionyſius Carthuſianus ex his verbis imperfectionem fidei ipſius deducit, non ſolùm quia corporalem Chriſti præſentiam ad filium ſanandum neceſſariam eſſe ſibi perſuaſit, verum etiam quia Chriſtum poſt mortem eum in vitam revocare non poſſe exiſtimavit; ideo enim Chriſti deſcenſum accelerare petiit: *Deſcende, priuſquam moriatur.* Unde Rupertus Abbas regulum eodem modo Chriſtum allocutum fuiſſe dicit, ſicut ſi expertum aliquem alloqueretur medicum: *Quid aliud perito diceret medico regulus iſte? medico inquam, qui cùm ſit homo & non Deus, opus habet per ſemetipſum ad lectulum ægri accedere, & tam viſu oculorum, quàm tactu venarum genus morbi dignoſcere, & ſecundùm morbum antidotum dare: illo enim differente, Domine deſcende, inquit priusquam moriatur: videlicet non credebat, quòd ab illo reſuſcitari poſſet, ſi moreretur.*

Dionyſ. Carth. hic.

Rup. Ab. l. 4. in c. 4. Joan.

4. Sacri Expoſitores bene notant imperativum hunc iloquendi modum, *deſcende*; jam enim conſuetudinem habebat præcipiendi; ſic enim & Naaman, licèt à leprâ ſanari opus haberet, quia tamen Eliſæus non cum debitâ reverentiâ & obſequio ei occurrerat, iratus, denuo ad ſuos reverti decreverat, niſi furor ejus à bonis & prudentibus ipſius conſiliariis mitigatus fuiſſet. Janſenius in eo, quod Sanctus Joannes ſtatum & conditionem hujus hominis expreſſerit, myſterium aliquod latere exiſtimat; dicit enim: *videri poteſt Evangeliſta ob id viri hujus potentiam inſinuâſſe, ut indicaret cauſam, quare auſus fuerit petere, ut Chriſtus ſecum in Capharnaum per tam longum iter deſcenderet, nimirum quod divitibus & potentibus, ob ſuas divitias nihil videatur denegandum.*

Janſen. c. 24. conc.

5. Multorum hujus temporis error eſt, quòd Deo modum præſcribant, quo malis ipſorum remedium dare debeat; ſufficiſſet enim, quod ei pro ſanitate filii ſupplicâſſet, cæterùm modum ei præſcribere non debebat, ut ſcilicet in domum ejus, idque cum ſollicitudine deſcenderet: ſemper enim in peritionibus noſtris, in divinum ejus beneplacitum nos remittere debemus: *Revela Domino viam tuam, & ſperà in eo, & ipſe faciet.* In vitâ Sancti Thomæ Cantuarienſis legitur, & ſpeciatim à Sancto Bernardino Senenſi refertur, quòd dum Sanctus hic Archipræſul infirmum quendam ſanitatem ſibi à Deo reſtitui poſtulantem ſubitò ſanâſſet, idem æger poſtea ſe reflectens, quòd in hoc ſe divinæ voluntati non conformâſſet, id eſt, ſanitatem ſub eâ conditione à Sancto ſibi reſtitui non poſtulâſſet, ſi id animæ ſuæ expediens foret, eundem Sanctum denuo adiens, cum limitatione prædictâ ſanitatem petiverit, moxque priſtina eum

Pſ. 36. 5.

S. Bern. ſen. t. 4. ſerm. 41. v. fin.

eum infirmitas reinvaſerit. Regius Vates optimum nos modum docet, quo res temporales vel liberationem ab infirmitatibus, vel aliis ſimilibus adverſis à Deo petere debeamus; dicit enim: *Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio, tu cognoviſti ſemitas meas.* Pſ. 141. 3.

Priuſquam moriatur.

6. Dionyſius Carthuſianus ex hac regu. li ſollicitudine inſigne elicit documentum, quo Prælatos Eccleſiaſticos inſtruit, & adhortatur, ne minorem ſpiritualis commiſſarum ſibi, ſuæque fidelitati & directioni concreditarum animarum ſalutis curam gerant, quàm hic regulus corporeæ ſanitatis filii ſui: *Sic quilibet bonus prælatus*, inquit, *ſi quem ſubditorum ſuorum conſpexerit aliquo vitio inquinari, pro illius curatione debet permaximè ſollicitari, eumque corripiendo, hortando, inſtruendo, comminando, corrigendo pro poſſe ſanare.* Dionyſ. Carth. ſerm. 6. in Dom. 21. Trin.

7. Advertendum denique, regulum dominon ſubſiſtere uſque ad filii mortem, cum præſumptione & fiducia conſequendæ poſtea miraculoſæ filii à mortuis reſuſcitationis, ſed quantum poteſt, ne moriatur, facit & prævenit; in quo præclarum nobis ſpirituale documentum exhibetur, quòd ſcilicet nunquam per propriam voluntatem, medio peccato, animæ noſtræ morti cooperari debeamus, cum fiducia reſurgendi poſtea, beneficio divinæ miſericordiæ: omnibus enim & ſingulis intentatum eſt ſeverè: *Maledictus, qui peccat in ſpe*; Unde appoſitè ad rem noſtram hoc nobis conſilium tradidit ſanctus Fulgentius: *Nullus hominum debet ſub ſpe miſericordiæ Dei, in ſuis diutius remanere peccatis*, (multo minus eadem cum ſimili ſpe & præſumptione perpetrare) *cum etiam in ipſo corpore nemo velit ſub ſpe futuræ ſalutis diutius ægrotare.* Nemo profectò prudens corporalem ſe ultro conjiciet in mortem ex eo, quòd mediâ divinâ omnipotentiâ ſe ſperaret reſurrecturum; quanta igitur eſt præſumptio, animam occidere, eam mediante miſericordiâ divinâ revivificandam, & in gratiæ ſtatum reducendam fore? quanta temeritas, divinâ frui pietate, ut tantò in flagitiis audaciores atque animoſiores inveniamur. S. Fulg. de fide ad Petr. c. 3.

Verſus 50.

Dixit ei Jeſus: vade, filius tuus vivit; credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus, & ibat.

Dixit ei JEſus: vade.

1. *Ad filium reguli non vadit*, inquit Gloſſa, *ne divitias honorare videatur, ad ſervum Centurionis ire promittit, qui naturam hominis non deſpicit; in quo ſuperbiam deſtruit, quæ in hominibus non penſat naturam, ſed quæ extra patent.* Dionyſius Carthuſianus aliam, quare Chriſtus domum reguli in perſona non adierit, rationem inſinuat, dicens: *Ad filium reguli ire noluit, non utique ex contemptu perſonæ, ſed ut doceat nos, quia alia ſunt judicia Dei, atque alia hominum, & ut potius penſemus in hominibus naturam, quâ ad imaginem Dei facti ſunt, quàm temporalia bona.* Imo Chriſtus ſemper ſe pauperibus benevolentiorem, magisque in gratiarum ſuarum diſpenſatione ſe iis partialem præſtitit, quàm opulentis; unde Sanct. Cyprianus inquit: *Pauperes electi, ſuperbi neglecti; Chriſtus pauper diſcipulos ſuos divites aſpernatur; pauper mater, pauper filius, inops hoſpitium his, qui in forma ſchola hujus, in Eccleſia militant, præbent efficax documentum.* Author Imp. ſimiliter cauſam aſſignat, quare Chriſtus ad reguli ædes rogatus ire noluerit, quem- Gloſſ. Dionyſ. Carth. S. Cypr. tr. de nativ. Chriſti. Auth. Imp. ho. 22.

quemadmodum aliàs ad Centurionis ſervum adeundum ſe promptum obtulerat: *Illic cum rogaretur, noluit ire, ne fortè perſonam reguli videretur aſpicere, hic autem non rogatus promiſit ire, ne videatur humilitatem*
Janſen. *contemnere*; at verò Janſenius authoritatem Divi Chryſoſtomi ſecutus ſcribit: *Quoniam in negotio Centurionis fides erat confirmata, ideoque promiſit ſe iturum, ut per prohibitionem Centurionis, fides ejus & devotio manifeſtaretur; hic autem regulus adhuc imperfectus erat, & nondum noverat, quòd abſens eum curare poſſit: unde id addiſcere debuit; per id quod non accedit Dominus*; repulſam proinde, quam paſſus eſt regulus, ei convertit in beneficium, ſiquidem filium in illa diſtantia procul ſanando patrem cum tota familia, in divinitatis ſuæ fide ſtabilivit; hæc etiam
Theoph. mens eſt Theophylacti, dicentis: *Pueri quidem ſanavit febrem, patris autem incredulitatem.* Sanctus Cyrillus Alexandrinus pariter inquit: *Duos iisdem verbis Salvator curavit, nam & animam reguli adfidem induxit, & à corporis morbo adoleſcentem eripuit.*
S. Cyril. Alexan. ib. Quod ſi, ut rogatus fuerat, perſonaliter in domum reguli conceſſiſſet, reguli incredulitas majus fomentum accepiſſet, juxta illud Lyrani: *Non enim voluit Chriſtus ire corporaliter, ut amoveret ab eo falſam æſtimationem, qua putabat ipſum poſſe ſanare tantùm præſentia corporali.*
Lyran.

Filius tuus vivit.

Rup. Ab. ibid. 2. Rupertus Abbas ait: *Hoc unum idemque dictum & vera de præſentibus prophetia, & imperium vitæ eſt.*

Dionyſ. Carth. loc. cit. 3. Dionyſius Carthuſianus hæc verba de corporis pariter & animæ vita intelligenda eſſe dicit, ut ſit ſenſus: *Filius tuus vivit vita naturali & convenienti, imo & vita gratiæ.*

Cajet. 4. Cajetanus obſervat, Chriſtum non dixiſſe in tempore futuro, *vivet* ſed in præſenti, *vivit: Non dicit; vivet, ſed vivit, ut præſentia potentiæ ejus in Capharnaum, in lectum ægritudinis filii ſignificetur; minuſque dicit, quàm ſignificet, nam dicit: vivit, & ſignificat: ſanus eſt.*

5. Lucas Burgenſis hujus boni patris ſupplicam duo in ſe capita comprehendiſſe obſervat: quorum primum erat, ut perſonaliter in domum ejus deſcenderet, ſecundum verò, ut agonizanti filio redderet ſanitatem: *Prius negat, dicendo: vade, ne ſi annueret, & cum regulo deſcenderet, pravam illius opinionem firmaret, exiſtimantis, ipſi Jeſu ad ſanandum opus eſſe præſentia: alterum concedit, dicendo: Filius tuus vivit*, utrumque verò ingens beneficium exſtitit, quia etiam primæ petitionis negatio, gratia fuit, & quidem incomparabiliter major, quàm ſecunda. Pergit idem author, & dicit: *His verbis non tantum revelat, quomodo agatur cum filio ipſius longe abſente, verùm etiam facit id, quod dicit, & ſumma cum majeſtate quæ à nullo alio dependeret.* Toletus nos ad admirandam Verbi incarnati ſapientiam & benignitatem his verbis invitat: *Perpende ſapientiam Chriſti, ſi deſcenderet & ſanaſſet, adhuc reguli fides infirma manſiſſet, credidiſſet enim, ſua præſentia illum ſanaſſe, neque tamen potuiſſe adſentem ſanare: porro ſi non ſanaſſet, nec deſcendiſſet, quam conceperat fidem amiſiſſet: ſanat ergo ne modicam, quam habebat fidem amittat: non autem deſcendit, ut fides ejus perficiatur, credatque etiam abſentem ſanare potuiſſe, & hac via, & morbo filii, & patris infidelitati medetur.*
Lucas Burg. *Toletus.*

6. Chriſtus Dominus occaſionem habens, ut regulo huic, ob modicam ejus fidem, quâ ipſum non Deum, ſed hominem agnoſcebat, nec non ob contumaciam, in non confitendo errore ſuo, poſt adhibitam illi reprehenſionem graviter indignaretur, id tamen facere omittit, quia potiùs omnibus illis defectibus per divinarum gratiarum ſuarum abundantiam reſpondet, ſiquidem moribundo ſalutem confert; ipſi verò filio & omnibus numeroſæ familiæ ſuæ (qualem ipſum utpote ampliſſimæ civitatis gubernatorem, & virum in dignitate poſitum ha-

habuiſſe veriſimile eſt) ſalutem æternam clementer contulit, ſiquidem ſacer textus dicit: *Credidit ipſe, & domus ejus tota*; un-
S. Cyril. Alexan. de Cyrillus Alexandrinus ait: *Noſtram impe-ritiam Chriſtus non rejicit, quin peccantes etiam beneficiis afficit ut Deus.*

Tolet. 7. Cardinalis Toletus conſiderat, quòd, ex quo ad ſanandam ſpiritualem patris infirmitatem, Chriſtus reprehenſionem ſuam nihil profe iſſe vidit, aliud remedium adhibendum eſſe cenſuerit: *Clementiſſimus humanæ ſalutis medicus*, inquit, *oblatum medicamentum nihil profeciſſe videns, alterum adhibet, & quem reprehenſione non ſanavit, beneficio convertit*; enimverò tametſi primâ facie videri poſſit, verba illa: *Filius tuus vivit*, in ſingulari numero de filio intelligi, nihilominus li èt pater & filius una & eadem perſona cenſeantur, illorum ſe virtus ad ambos patrem ſcilicet & filium transfundit, unde Toletus egregium pro Prælatis elicit dogma: *Exemplum iis, qui ſalutis animarum curam gerunt, præbet, ut multis ac variis modis hominem alliciant.*

8. Regulus ſolam filii ſui ſanitatem poſtulaverat, Salvator autem inſuper tam ipſi quàm toti familiæ ejus ſalutem æternam indulſit: *Quia abundantia pietatis ſuæ, merita ſupplicum excedit & vota*; ſimiliter quando ob filii ſui agoniam, domum ſuam ſuſque deque vertendam; ſeque per aſperam Chriſti reprehenſionem ab eodem penitus repudiatum cenſere poterat, majoribus ſe favoribus & gratiis præventum, & in ſummo proſperitatis apice ſublimatum conſpicit; ſiquidem *credidit ipſe, & domus ejus*; unde
Salm. Salmeron ait: *Etſi duriuſculis verbis objurgaverit regulum, præſtat tamen, quod rogavit,*
Tob. 3. 13. *cùm iratus fuerit, miſericordiæ recordatur.*
Joſeph. Joſephus Hebræus refert, cùm Philo Judæorum legatus, à Cajo Imperatore cum furore rejectus fuiſſet, ipſe ad ſuos converſus dixerit: *Nunc oportet bono animo eſſe, quando Cajus iratus eſt, nunc enim Deus nobis contra illum aderit.* Simili modo, quando in Davidem, perſecutionum & adverſitatum ſagittæ copioſiſſimè immittebantur, tunc ille divinam manum in ſui defenſionem quàm maximè propitiam ſibi futuram eſſe ſperabat: *Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmaſti ſuper me manum tuam.* *Pſ. 37. 3.*

Credidit domus.

9. Dionyſius Carthuſianus ly *homo* ponderans, ſcribit: *Jam meritò regulus appellatur homo, id eſt, rationabiliter agens, cùm credit Chriſto, & voci ejus obedit, eundo non ſolum greſſibus corporis, ſed & mentis profectu ab imperfecta fide ad perfecta proficiens.* *Dionyſ. Carth.*

10. Hugo Cardinalis ait: *Jam incipit credere, quòd ſermone ſanet, & ſic meruit ille ſalutem filio*, citat tamen authoritatem divi Chryſoſtomi, & ſancti Auguſtini exiſtimantium, quòd nec tunc quidem fidem perfectam habuerit, ſiquidem paulò poſt ſcire voluit horam recuperatæ ſalutis: *Scrutatus eſt horam, utrum a caſu, vel ab ipſo Jeſu facta ſit ſanitas, ſed tamen ibat confidens, quòd ſanatus eſſet filius, libenter enim credit homo, dum ſibi dicitur quod cupit.* *Hugo Card.*

Sermoni, quem dixit ei Jeſus.

11. Toletus declarat, quo modo crediderit ſenſum horum verborum: *Credidit ſermoni*, examinando, dicit enim: *Advertendum, hunc hominem credidiſſe quidem ſermoni Chriſti, quòd vera narraret, non tamen quòd ipſe cauſa eſſet ſanitatis, & ſanum feciſſet tali verbo filium, ſed quaſi annuntiaſſet ſalutem filii & incolumitatem futuram, & ſolemus dicere de infirmo: erit ſalvus, & non moritur.* *Toletus.*

12. Cajetanus pariter hanc à regulo obtentam gratiam non merito fidei ipſius attribuit, ſed illam ei ſine merito collatam

fuiſſe cenſet, ſicut & demum fidei & notitiæ Chriſti: *Quamvis immeritus, conſecutus eſt non ſolùm beneficium ſanitatis filio, ſed donum fidei ſibi ipſi.*

Cajet.

Salmer. 13. Salmeron Chriſti notat liberalitatem qua benefaciendo nobis ſuperabundat: *Plus dedit, quàm peteretur; dedit enim ſanitatem filio in abſentia, & fidem patri*; quam eandem Gloſſam ſanctus Cyrillus Alexandrinus diu ante tradiderat dicens: *Salvatoris mandatum duas ſalvat animas, in regulo quidem inſolitam fidem operatur, & ex corporea morte adoleſcentulum eripit*; moxque dubium movet, uter eorum primus beneficium acceperit, an pater, an filius? *Uter autem prior ſanetur, difficile dictu eſt* ambo enim, ut reor eodem tempore Salvatoris noſtri juſſu, morbo ſoluto ſanati fuerunt.

S. Cyril. Alexan.

Salmer. 14. Salmeron efficaciam ſtupet ſermonis divini, inquiens: *Uno verbo ſanavit patrem & filium*; quæ vox ut ſuam operaretur efficaciam & virtutem, regulus aures aperuit, ſed cordis potiſimùm, ut namque ſanctus Joannes inquit: *Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus.* Neque enim Deum ad cor noſtrum loqui ſufficit, niſi nos illud ei loquenti ex parte noſtra aperiamus. De Lydia in Actibus Apoſtolicis legitur, quòd ſonorâ illâ Spiritûs ſancti Tubâ inſonante: *quædam mulier nomine Lydia, colens Deum audivit, cujus Dominus aperuit cor, intendere his, quæ dicebantur à Paulo; cùm autem baptizata eſſet*: ecce tibi fructum quem illa percepit, dum verbum divinum à ſancto Paulo prædicatum auſcultavit, eique fidem præbuit, inde enim baptiſmus ejus conſecutus fuit. Similiter in caſu noſtro obſervandum eſt, quòd fides, quam regulus verbo Dei adhibuit, ſuam filii, & totius domûs converſionem reportarit: *Credidit ipſe, & domus ejus tota.* Evidentiſſimum namque prædeſtinationis noſtræ ſignum eſt, ſi verbum Dei prono & cupido animo auſcultemus, *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.*

Act. Ap. 16. 14.

15. Joannis 15 Verbum incarnatum proteſtatur dicens: *Sicut pater ſuſcitat mortuos, & vivificat, ſic & filius quos vult, vivificat. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, habet vitam æternam*; ſic enim verbum Chriſti moribundo filio ſanitatem perfectam reſtituit & univerſæ hujus Principis aulæ vitam contulit & ſalutem æternam. *Credidit ipſe, & domus ejus tota.* Hanc divinæ vocis efficaciam Centurio ille Capharnaita bene intellexit, ideo Chriſtum, ad ſervum ejus ſanandum perſonaliter recipere volentem, motatus eſt ſe opponendo & dicendo: *Dic tantum verbo & ſanabitur puer meus.* Cornelius à Lapide hoc ſervi Centurionis miraculum, poſt ſanatum reguli filium accidiſſe opinatur, ideòque ipſum eorum, quæ regulo in hac occaſione acciderunt, perfectam habuiſſe notitiam, veriſimile eſſe dicit. Cùm igitur Seneca tradat: *Felix ſapientia, quæ ex aliorum inſipientia diſcitur*, credibile eſt, Centurionem, cognito reguli errore, prudenter dixiſſe ad Chriſtum quòd etiam procul ſolo verbo, unico voluntatis actu, ſanare poſſet abſens, proindeque minimè neceſſarium eſſe, ut laboriosè ſe in ædes ejus reciperet, cujus ſe præſentiâ indignum judicabat.

Joan. 5. 21.

Matt. 8. 8.

Cornel. à Lap.

Et ibat.

16. Sanctus Antonius de Padua ex hoc verbulo ſequens elicit documentum morâle: *Nota, quod prius dicit, credidit, & poſtea ibat, quia prius eſt corde credere, & poſtea ire opere*; ſignificat autem iter iſtud continuum in virtutibus progreſſum, juxta quod ſcriptum eſt: *Ibant de virtute in virtutem*, & Apoſtolus pariter ſuos neophytos Epheſios, lumine Evangelii illuſtratos, commonefacit, dum ait: *Erratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate: fructus enim lucis eſt in omni bonitate & juſtitia & veritate.*

S. Ant. Pad. in Dom. 21. poſt Trin.

Pſ. 38. 8.

Epheſ. 5. 8.

Verſus

Verſus 51.

Jam autem eo deſcendente ſervi occurrerunt ei, & nuntiaverunt dicentes, quia filius ejus viveret.

Dionyſ. Cart. in Joan. 1. Dionyſius Carthuſianus horum ſervorum occurſum perpendens, motiva eorum tria ſtatuit: Primò, ut Dominum ſuum optato hoc nuntio recrearent: *Servi quippe optantes amari à dominis ſuis, libenter annuntiant læta & proſpera*; Secundò, ut moleſtias in Domino mitigarent itineris, acceleratâ filii recuperatæ ſalutis *Orig.* inſinuatione; Tertiò, juxta Origenis traditionem: *Quoniam filio jam ſanato, putabant Chriſti præſentiam ſuperfluam, quem cum regulo putabant venturum.*

S. Anton Pad. ibi. 2. Sanctus Antonius Paduanus ſenſum ſpiritualem ſecutus, ait: *Si deſcendis, occurrunt tibi ſervi; nota iſta tria: ipſo deſcendente occurrunt ſervi, & nuntiant vitam filii; bonum ergo eſt deſcendere, à quo? à monte, quò? in vallem, à ſuperbiâ in humilitatem.* Deinde quinam ſint hi Domino ſuo occurrentes ſervi, examinans, eos denominat ſenſus noſtros, qui rationi ſubeſſe tenentur: *Occurrerunt ſervi*, inquit, *qui ſunt corporis ſenſus, qui rationi debent ſervire; ſi deſcendis, ſervi tibi occurrunt, id eſt, obedient: ſi enim cor eſt humile, ſenſus corporis ſunt obedientes, ex humilitate oritur obedientia.*

Verſus 52.

Interrogabat ergo horam ab eis, in quâ melius habuerit, & dixerunt ei; quia heri horâ ſeptimâ reliquit eum febris.

Interrogabat ergo horam ab eis, in quâ melius habuerit.

Lucas Burg. 1. Lucas Burgenſis hanc reguli interrogationem nequaquam ex fidei defectu proceſſiſſe opinatur, inquiens: *Volnit horam ſcire non ex incredulitate, ſed ex officio grati hominis, ut certior fieret, an JESUS annuntiâſſet; fuerat enim ſermo JESU anceps, ne dubitationi ultra relinqueretur locus, caſune an naturâ, non verò virtute JESU puer revaluiſſet.*

Euthym 2. Euthymius notat, quòd, licèt juxta Evangeliſtam regulus credidiſſe dicatur: *Credidit homo ſermoni, quem dixit ei JESUS*, Necdum tamen fidei perfectionem attigiſſe ſcribitur: *Nondum tamen rectè credebat, & hoc manifeſtum eſt, eò quòd interrogaverit, quando ægrotantem reliquiſſet febris; volebat namque diſcere, utrùm caſu, an Chriſti juſſu hoc factum eſſet.*

Rup. Ab. ibidem. 3. Rupertus Abbas hæc verba ita interpretatur: *Videlicet ſcire cupiebat, utrùm eodem verbo, quo dixerat ei JESUS: Filius tuus vivit, eodem inquam verbo virtutis ſuæ ſalutem portâſſet, ut ad filium febre fugatâ tam cicò rediret.*

Et dixerunt ei: quia heri horâ ſeptimâ

Alb. M. 4. Albertus Magnus ſupra ſancti Joannis textum ſcribens, hanc ipſam horam cæteris periculoſiorem fuiſſe tradit, utpote in quâ infirmi aſſolent plerumque laborare deterius: *Quæ hora proxima eſt poſt meridiem*, inquit, *hora quidem, in qua omnis ager pejus habere incipit ſecundùm naturam, quia tunc ſol à ſummo cœli incipit inclinare, & cum declinatione Solis omnis virtus ægri incipit cadere & declinare.* Notanter igitur in hujus temporis circumſtantia Chriſtus deſperatam filii ſalutem reſtituere voluit, ad docendum nos, cœleſtem hunc protomedicum tunc nobis vel maximè vicinum eſſe; quando omni penitus deſtituimur auxilio humano. quis obſecro unquam præſumere potuiſſet, in gratiam recipiendos Mariam Magdalenam, Matthæum, Publicanum, Paulum perſecutorem, Auguſtinum, latronem in cruce, totque innumeros alios, tunc præſertim, quando

do nulla ſupereſſe videbatur ſalutis apparentia ?

ſer. 75. 5. Idem quoque Albertus in quodam hujus Evangelii ſermone, ſequentem tradit prædictorum verborum Gloſſam : *Ad curationem ſeu ſanationem ſpiritûs ſive animæ per peccatum in peccatum infirmatæ, ſeptem horæ requiruntur : prima hora eſt, quòd homo recognoſcat, quòd à Deo ſit creatus ; ſecunda, quòd etiam ſciat, ad quid ſit creatus ; tertia, quòd recolat, quæ à ſuo creatore mandata acceperit ; quarta eſt, ut videat, ſi contra aliquod mandatum peccaverit ; quinta eſt, ut peccata utpote vilia deteſtetur ; ſexta, ut futuri judicii attentè memoretur ; ſeptima, ut pro peccatis ſuis intimè doleat & conteratur.*

S. Bonav. in Joan. 6. Sanctus Bonaventura in ſeptem illis horis ſeptem intelligit Spiritûs ſancti dona, inquiens : *In figura ſeptiformis Spiritûs, à quo eſt omnis ſalus.*

S. Thom. 7. Sanctus Thomas pariter numeri ſeptenarii myſterium perpendens, eandem cum ſancto Bonaventura doctrinam adducit, dum ait : *Myſticè per horam ſeptimam, in qua puer à febri dimittitur, ſignificantur ſeptem dona Spiritûs ſancti, per quæ fit remiſſio peccatorum ; etiam per horam ſeptimam ſignificatur tempus quieti conveniens : nam Dominus ſeptimo die ab omni opere requievit, quod patravit ; in quo ſignificatur, quòd vita ſpiritualis hominis in quiete ſpirituali conſiſtit.*

S. Bonav. in Joan.

Hugo Card. 8. Hugo denique Cardinalis has ſeptem horas ſeptenis applicat mundi conſiderationibus, dicens : *Septem horæ ſeptem mundi conſiderationes : prima eſt conſideratio brevitatis, ſecunda mutabilitatis, tertia infidelitatis, quarta doloſitatis, quinta malignitatis, ſexta quod tibi adverſatur, ſeptima quod tibi inimicatur.*

Reliquit eum febris.

S. Bonav. in Joan. 9. Sanctus Bonaventura per hanc febrem peccatum interpretatur, inquiens : *Per febrem, in qua eſt ſucceſſio caloris & frigoris, ſignificatur peccatum, quod gignitur ex timore malè humiliante, & ex amore malè inflammante.* Ab hac febri genus humanum omni remedio deſtitutum, horâ ſeptimâ feliciter convaluit, quia Redemptor noſter horâ ſextâ in crucem ſuffixus fuit, in eoque patibulo tribus horis, priuſquam exſpiraret, agonizans hæſit, adeoque horâ ſeptimâ, *quando cum clamore valido & lachrymis exauditus eſt pro ſuâ reverentiâ, reliquit eum febris*, tunc enim peccatum abolitum, noſtrumque debitum per divinam juſtitiam liturâ perpetuâ deletum fuit. *Hebr. 5. 7.*

Verſus 53.

Cognovit ergo Pater, quia illa hora erat, in quâ dixit ei JESUS : Filius tuus vivit, & credidit ipſe, & domus ejus tota.

Cognovit ergo Pater, quia illa hora erat, in quâ, &c.

1. Exactiſſimè regulus hic horam notavit, in quâ ei à Salvatore dictum fuerat : *Vade, filius tuus vivit*, id quod Rupertus Abbas obſervat, inquiens : *Diligenti memoriâ tenebat ex induſtriâ notatam horam, quâ ei dixit JESUS : Filius tuus vivit.* Utinam & nos memores eſſemus beneficiorum, quæ à Deo quotidie recipimus, maximè nunc quando illa plurimùm demeremur ; & aliud nihil cogitamus, quàm quod in ejus offenſam cedit, quodque in pœnam transgreſſionis juſtum Dei ſuper nos ſupplicium, cum adjuncta corporis, animæ, honoris & famæ jactura provocare meritò deberet ; & tamen Deus erga nos adeò eſt miſericors, ut nos tunc defendat, à periculis eripiat, ſuamque nobis manum porrigat, ut ad pœnitentiam reſurgere valeamus ; quæ profectò conſideratio calcar nobis addere deberet, ad firmius in *Rup. Ab. in Joan.*

in Deum credendum majori, cum fervore & innocentia ei inſerviendum.

Et credidit.

Alb. M. in Joan. 2. Albertus Magnus in ſenſu ſpirituali myſteria explicat miraculoſæ hujus reſtitutæ ſanitatis, dum ait : *Regulus iſte mens ſive ratio eſt : filius autem, ſpiritus in carne : febris, ardor fomitis & concupiſcentiæ, hunc ſanat Dominus interpellantibus Sanctis, qui paterno affectu ægrotum diligunt. Sana me Domine, & ſanabor, ſalvum me fac, & ſalvus ero ; ſervi occurrentes ſunt viri Sancti & Eccleſiæ miniſtri, de ſalute animarum gaudentes.*

Jerem. 17. 14.

3. Poteſt etiam ex ly *cognovit* deduci, regulum non habuiſſe notitiam Chriſti imperfectam, ſed per ſeriam reflexionem & divinitatis Chriſti & beneficii ab eo recepti (quod maximum erat quod ab eo ſperare poterat, nimirum vita filii, ſuaque & totius familiæ ſalus æterna) meditationem bene ab eo exercitatam : *Joan. 17. 3. Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti JESUM Chriſtum.*

4. Enimverò credibile eſt, lumen à Chriſto ei infuſum permagnum fuiſſe ; ſiquidem Chriſtus de ſe ait : *Ego ſum lux mundi ; lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* ; & ratio eſt, quia lumen hoc ei infuſum fuit, non modò ad depellendas tenebras infidelitatis ipſius, ſed & totius familiæ ; ſiquidem *credidit ipſe, & domus ejus tota.* Ecce, quouſque hujus Principis, & quò ad divitias, & quò ad honores proſperè agentis fortuna, Deum cognoſcendo aſcendebat ! *Jer. 9. 23. Non glorietur ſapiens in ſapientiâ ſuâ, non glorietur fortis in fortitudine ſuâ, & non glorietur dives in divitiis ſuis ; ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me.*

Joan. 8. 12. Joan. 19.

5. Fidem, quæ donum Dei eſt, à Chriſto huic regulo, & omnibus ad familiam ejus ſpectantibus, datam eſſe ſcimus ; non tamen conſtat, illius quoque participes factos fuiſſe cives Capharnaitas, quorum ipſe dominium habebat, quia ut Gloſſa notat : *Credidit ipſe, non alii cives ; in quo paucitas fidei Judæorum deſignatur, quamvis ſigna viderint, ſicut ſupra multitudo gentium ſolo verbo convertendarum in Samaritanis ſignabatur* ; etenim ad unius mundanæ tantùm & peccatricis mulieris verbum integra commovetur civitas, & in Chriſtum credit, cùm tamen hic, viſo tam præclaro miraculo, in perſona tam conſpicua edito, vix una tantùm familia ad Dei notitiam perducitur ; ubi, ut ſanctus Remigius ait : *Signabatur, quòd paucitas Judæorum credituri erant in Deum.* *Gloſſa ord.* *S. Remig in c. 15. ad Rom.*

6. Porrò regulus iſte ad credendum in Chriſtum efficaciſſima habebat motiva ; ſiquidem, ut Rupertus Abbas obſervat : *Non ſignum hoc parvum fuit, per quod ſe ubique eſſe, ubicunque poſſe, & ſolâ voluntate cuncta perficere, ſatis evidenter oſtendit.* Qualis autem hæc ejus fides fuerit, Lucas Burgenſis hiſce verbis declarat : *Credidit ſcilicet filium ſuum abs JESU abſente, ſolo ſermone fuiſſe ſanatum, ac proinde JEſum eſſe filium Dei ; credidit planè & perfectè, ſe profeſſus eſt diſcipulum JESU, qui ejus Evangelio ac doctrinæ nomen dedit.* *Rup. Ab.* *Lucas Burg.*

7. Chryſoſtomus hoc loco multorum obſervat commoda ſua ſpectantium devotionem, qui nimirum in divinorum præceptorum adimpletione tunc vel maximè ſe ferventes exhibent, quando ab infirmitatibus vel aliis adverſis infeſtati, divinam in ſe benignitatem & clementiam experiuntur. De quibus proinde dicit : *Non exſpectanda miracula, neque divinæ virtutis pignora eſſlagitanda ; video enim & nunc multos, cùm in filii vel uxoris morbo exaudiuntur, tunc majorem Deo exhibere reverentiam ; decens autem eſt etiam non exauditos tolerare, & nihil-* *Chryſ. hom. 35. in Joan.*

dilominus gratias habere, eumque laudibus proſequi, hoc fidelium ſervorum eſt, hoc conſtantiæ, hoc pietatis, hoc in Dominum affectu eſſe debemus, ut non ſolùm, cùm clementer nobiſcum agit, verùm etiam cùm indignatur, cùm flagellat, ad eum percurramus, hoc enim divina operatur providentia; ſiquidem quem diligit, caſtigat, qui autem, dum votum aſſequitur, Deum colit tantùm, non multa præſefert dilectionis argumenta, neque ſincerè Chriſtum amat.

Beda in Joan. 8. Venerabilis Beda gradus conſiderat, quibus hic regulus in fide ſuâ paulatim altius aſcenderit, dicit enim: *Datur intelligi, & in fide gradûs eſſe, ſicut in aliis virtutibus, quibus eſt initium, incrementum, atque perfectio*; etenim hic regulus initium fidei habuit, quando Chriſtum de infirmitate filii ſui informans, ei pro hujus ſalute ſupplex factus fuit; progreſſum autem & augmentum habuit, quando verbis Chriſti, dicentis: *Vade, filius tuus vivit*, protinus fidem adhibuit. *Credidit homo ſermoni quem dixit JESUS*; perfectionem verò fidei acquiſivit, quando per ſervorum ſuorum relationem, in iis, quæ credidit & ſperavit, confirmatus fuit.

Et domus ejus tota.

9. Ecce quantum, bonum capitis exemplum, emolumentum creet, quantamque bona patrisfamilias opera conſequentiam ſecum inducant; nam ſanctus
S. Hier. in c. 65. Iſa. Hieronymus ait: *Regulus non ſolùm filii, ſed univerſæ domus ſuæ reperit ſanitatem, vide, quanti referat majorum fides cum bonis conjuncta moribus, inferiores enim eos facilè ſequantur.*
Lucas Burg. Lucas Burgenſis ex dignitate & imperio, quod regulus in civitatem adeò inſignem obtinebat, ipſum quoque copioſam refert habuiſſe familiam: *Familiam ejus frequentem ac numeroſam fuiſſe haud dubium eſt, utpote hominis opulenti, & magiſtratu fungentis, conſtantem in ſervis & ancillis plurimis præter uxorem & liberos*, motivum verò, cur hi omnes jugo ſe legis Evangelicæ ſubjecerint, ſeque Chriſti ſequelæ mancipârint, bonum heri exemplum fuiſſe dicit: *Crediderunt*, inquit, *perſuaſione atque exemplo heri.*

10. Sanctus Thomas pariter ſuper hunc ſancti Joannis textum, & præcipuè ſuper illa verba: *Et domus ejus tota*, dicit: *Servi & miniſtri ſecundùm dominorum conditionem, ſive bonam, ſivè malam diſponuntur.* *S. Th. hic*

Lucas Burg. 11. Ex eo porrò, quòd juxta Lucæ Burgenſis expoſitionem diximus, regulum omnes, quotquot in familiâ ſuâ habebat, adhortatum fuiſſe patet; ipſumque de bono illius regimine magnam habuiſſe ſollicitudinem veriſimile eſt, cùm
1. Tim. 5. 8. Apoſtolus dicit: *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior*; & quidem, quia hic regulus bonum domeſticorum ſuorum ordinem pro viribus anxiè curavit; ecce tibi qualiter omnibus ad familiam ſuam pertinentibus fidei donum lucratus fuerit: ſiquidem *credidit ipſe, & domus ejus tota.* Ubi notandum eſt ly *tota*, ex eo namque colligitur, ſermones ejus, & præcipuè bonum illius exemplum, maximam in ſe habuiſſe ad perſuadendum efficaciam & energiam, in tanto enim numero nullus ſuperfuit, qui novam à ſe ſuſceptam fidem & religionem non fuerit amplexatus.

12. Porrò de hac infirmitate idem dici potuit, quod Salvator de Lazari ægritudine dixit: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei*; nam ut Toletus
Tolet. in Joan. ſcribit: *Non eſt ſilentio prætereundum, quantùm mundi homines decipiantur in judicio rerum; quis non credidiſſet, quando filium reguli infirmatum uſque ad mortem vidiſſet, malè actum eſſe cum filio, & cum patre? & tamen infirmatur filius uſque ad mortem divino conſilio, ut occaſio potioris ſalutis fieret familiæ univerſæ.* In hac occaſione dicere poſſumus, adimpletum fuiſſe illud regii Vatis: *Si ambu-*

Pſ.137.7 *ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me*; quamdiu enim in tota illa domo ſanitas erat, mortem in ea prævaluiſſe dici poteſt, quia tunc ibi dæmon adorabatur in falſis ſimulachris, nec minimum cœleſtis luminis veſtigium ibi collucebat: at verò quamprimum in eam filii infirmitas & afflictio patris ſubingreſſa fuit, tunc ſumpto ad Filium Dei refugio, omnes receperunt vitam æternam. Unde S. Auguſtinus ſuper prædicta Pſalmi verba dicit: *Nunc ſic ait, tanquam ſi diceret: ſi forte venerit tribulatio aliqua, liberabis inde me, ſed quomodo? Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me; id eſt, aliter non vivificabis me, niſi in medio tribulationis*; major pars generis humani, ſi Deus illam in felicitatum & proſperitatum terrenarum medio naſci feciſſet, in æternum utique periclitata fuiſſet: *Quia incraſſatus, impinguatus, dilatatus homo dereliquiſſet Deum factorem ſuum, & recesſiſſet à Deo ſalutari ſuo.*

S. Aug. ib.

Deut. 32 15.

13. Joannis 5. in probatica illa piſcina innumerabiles languidi recluſi fuiſſe dicuntur: *Multitudo magna languentium cæcorum, claudorum, aridorum*; ſemel tantùm in anno in aquas illas angelus quidam de cœlo deſcendebat, dabatque ſanitatem uni tantùm, & non pluribus. Porro magnum hoc hoſpitale, mundum hunc, in quo tot ſunt infirmi, præfigurabat; in eo namque *circumdederunt nos mala, quorum non eſt numerus*; per Angelum verò qui miſeris his ſubſidium præſtiturus deſcendebat, Filium Dei intelligere poſſumus, qui in Scriptura *magni conſilii Angelus* vocatur, eſtque protomedicus ille cœleſtis, qui de ſemetipſo ait: *Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus; non veni vocare juſtos, ſed peccatores.* At verò, quod in eo latet myſterium, quòd, cùm Dominus noſter in gratiarum ſuarum diſpenſatione adeo eſt liberalis, hic nihilominus adeo fuerit parcus, ut ex ingenti illa multitudine, per Angeli cælitus miſſi auxilium, non niſi unicum liberârit; ad hæc, cur is, qui vera vita erat, eò ingrediens uni tantùm ſanitatem reſtituit? Ad hoc aliud reſponderi nequit, quàm quòd Deus primo loco animæ, & poſtea corporis ſaluti conſulere intendat, ſicut in ſanato illo paralytico videre licuit, cui prius peccata remiſit: certum eſt autem, quòd ſalus ſpiritualis facilius & majori cum ſecuritate in tribulationibus, quàm in proſperitate temporali conſervetur, *Aliter non vivificabis me, niſi in medio tribulationis.* Quotidiana nos experientia docet, quòd dum ſani ſumus, bonisque hujus vitæ feliciter fruimur, parum Dei & alterius vitæ memores ſimus; non verò item, quando lecto affigimur, ideòq; multis doloribus cruciamur: *Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur.* In Oſea Deus ita loquitur: *In tribulatione ſua manè conſurgent ad me; venite & revertamur ad Dominum; percutiet & curabit nos, & vivificabit*, ſed quis eſt hic, ſalutem per verbera & vulnera reſtituendi modus? eſt hic ſtylus Dei, quo ſæpenumero nobiſcum agere ſolet, quòd corpus letalibus infirmitatibus percutiat, gravia nobis evenire infortunia & infligi vulnera permittat, ut animæ ſalutem tribuat, in Hebræo dictio aliqua continetur, quæ idem ſignificat, quod vulnera faſcibus alligare, ratione cujus ſanctus Hieronymus inquit: *Appellantur linteola, quæ inſeruntur vulneribus, ut putridas carnes comedant.* Ad ſanandam namque putridam carnem noſtram, ad reducendum nos in continentiæ ſtatum, & ad inordinatos appetitus frenandos, ſæpe ſæpius percutit & vulnerat, quemadmodum boni chirurgi, de quibus S. Auguſtinus ſcribit: *Armati ſic, ut feriant ferrum geſtant, & curare veniunt*: ferro plagam aperiunt, venam incidunt, ut ſanguinem eliciant, qui niſi effunderetur, vitam infallibiliter patiens amitteret, ita pariter indeceptibili divinâ providentiâ permittente hic & ille ad gloriam prædeſtinatus, in paupertatem incidit, omniumque bonorum temporalium, quæ vitiorum fomen-

Joan. 5. 3.

Pſ. 39. 13.

Pſ. 106. 6 Oſe. 6. 1.

S. Hier.

S. Aug. in Pſ. 50

fomentum fuerant, jacturam patitur, unde
S. Hier. ſanctus Hieronymus inquit: *Percutit nos Dominus & curat nos, quia quem diligit corripit.* Tertullianus ad propoſitum præſens,
Tertull. adver. Gnoſ. c. 5. chirurgum itidem nobis ob oculos ponit, tenentem in manu ferrum, infirmique carnes, nullâ fletuum & lamentorum habitâ ratione, incidentem: *Sicut enim in tali perverſitas,* inquit, *quam putas, ratio eſt, quod ſævitiam exiſtimas, gratia eſt; ita Deo de momentaneis æterna meditante magnifica bono tuo Deum, incidiſti in manus ejus, ſed feliciter in idiſti.* Iterum ſicut peſſimum graviſſimæ ſanitatis indicium eſt, quando permittitur ægro edere quod vult, & facere quod libet; ita pariter Deus nobis laxato fræno permittit, ut ductum ſequamur inordinatorum appetituum noſtrorum, manifeſtum deſperatæ ſalutis ſignum eſt: *Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus ſuis.* Eodem quoque argumento S. Petrus Damianus utitur, oſtendendo, medicum bonum, ut perfectam languenti ſanitatem reſtituat, amaras in finem usque potiones & medicinas adhibere, proinde de hujusmodi medicis inquit: *Quos erigendos eſſe conjiciunt, cunctatis noxia delectationis edulia minaciter interdicunt, antidota inſuper amara propinant, ut per amaritudinis hauſtum ad incolumitatis dulcedinem convaleſcant.* S. denique Cyprianus eandem cum Tertulliano ſimilitudinem adducit alicujus corporaliter infirmi, qui à chirurgo & medico ſeverè admodum tractatur, ſanitatis reſtituendæ intuitu, nec illi ullis ægri lamentis ut recedant, ſe vinci permittunt: *Vociferetur,* inquit, *& clamet licèt & conqueratur, æger impatiens per dolorem, gratias æget poſtmodum, cum ſenſerit ſanitatem.*

S. Petr. Dam. l. 8. ep. 6.

S. Cypr. ſerm. 5. de lapſis



DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Matth. cap. 18.

V. 23.  *Similatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis.* 24. *Et cùm cepiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.* 25. *Cùm autem non haberet, unde redderet, juſſit eum Dominus ejus venundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.* 26. *Procidens autem ſervus ille, orabat eum dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* 27. *Miſertus autem Dominus ſervi illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.* 28. *Egreſſus autem ſervus ille, invenit unum de conſervis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum, dicens: redde quod debes.* 29. *Et procidens conſervus ejus, rogabat eum dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* 30. *Ille autem noluit, ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum.* 31. *Videntes autem conſervi ejus quæ fiebant, contriſtati ſunt valde, & venerunt & narraverunt Domino ſuo omnia quæ facta fuerant.* 32. *Tunc vocavit illum Dominus ſuus, & ait illi: ſerve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me.* 33. *Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* 34. *Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoaduſque redderet univerſum debitum.* 35. *Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.*

Verſus 23.

Aſſimulatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis.

Lyran. 1. CHriſtus præſentem parabolam, prout Lyranus advertit, ideo adduxit, ut ſanctæ Petro datam immediatè antè de humanarum injuriam indulgentiâ & remiſſione doctrinam confirmaret; quando interroganti ſe Apoſtolo reſponderat: *Non dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties*; in præſenti igitur diſcurſum inſtituit *à minori ad majus*; quaſi diceret, inquit Lyran: *Magis debitores eſtis Deo, & plus offendiſtis eum, quàm homo poſſit offendere proximum, quia tanta eſt offenſa, quantus ille, qui offenditur.* Cùm igitur Deus ſit meriti & dignitatis infinitæ, proportionaliter etiam culpa contra eum admiſſa, gravitatem habebit infinitam; hoc tamen non obſtante, Deus ſemper promptiſſimus eſt modò verè nos pœniteat, omne delictum indulgere; quantò igitur juſtius, ut idem & nos proximo, nos in- Matt. 18 22.

jurianti præſtemus; *Ergo multò fortius ſimiliter debemus peccanti in nos facere.*

Dionyſ. Carth. in Matt. 2. Dionyſius Carthuſianus myſticè per hunc regem, Chriſtum intelligens, dicit: *Qui licet in die extremi judicii, nullum peccatum relinquat inultum, nec tempus pœnitentiæ tribuat, tamen quotidie ponit rationem cum fidelibus per vicarios ſuos prælatos, per ſcripturarum admonitiones.* Hugo Cardinalis in hoc eodem judicio, quòd in præſenti vita, examinatores in majori numero ponit, dum ait: *In præſenti ponit rationem Dominus cum ſervis ſuis per ſcripturas, per creaturas, per doctores, per confeſſores, per illuminationem propriæ conſcientiæ*; demum verò per hæc verba, Prælatos meritò exſtimulandos eſſe dicit, ne animarum ſibi commiſſarum ſtudioſam negligant inquiſitionem, juxta illum ſapientis textum: *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui.*

Hug. Card. *Prov. 27 23.*

Bed. hic. Pſ. 71. 2. S. Ant. Pad. ſer. in dom. 22. Trin. Salm. t. 7. tr. 8.

3. Venerabilis Beda ait: *Quis melius quàm Redemptor noſter intelligitur, de quo Pſalmiſta: Deus judicium tuum regi da?* Sanctus Antonius Paduanus per hanc rationum redditionem interpretatur judicium, quod tam in hac quàm in altera vita de nobis inſtituetur: *Rationem ponit, qui meritа uniuſcujuſque examinat in hoc mundo, quæ diſtrictius ſcrutinantur in futuro.* Salmeron hanc, quæ quoadusque vivimus à nobis exigitur, rationum redditionem individualius conſiderans, ſcribit: *Dicitur cœpiſſe rationem ponere cum ſervis ſuis, ab initio inſpirando beneficia accepta, vel ingratum animum & ſcelera commiſſa increpando, ſive huic inſpirationi det locum tribulatio calitus immiſſa, ſive peculare aliquod & inſigne beneficium.*

S. Remig. in cat. 4. Sanctus Remigius à Sancto Thoma citatus per hos ſervos, omnes homines intelligit: *Deſignantur omnes homines, quos ad laudandum ſe creavit, quibusque legem naturæ dedit; cum quibus rationem ponit, quando vitam, & mores, & actus ſingulorum diſcutit, ut unicuique, ſecundùm quod geſſit, tribuat.*

S. Thom. in Joan. 5. Sanctus Thomas per hos ſervos, prælatos eccleſiaſticos, quibus animarum cura demandata eſt, intelligit, juxta illud Lucæ: *Fidelis ſervus, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam; quid eſt ergo rationem ponere de commiſſis, niſi quod obligant ſe, ut rationem reddant?* Hebr. 12. *ipſi pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* *Luc. 12. 42.* *Heb. 13. 27.*

6. Ad hoc, ut homo, quoadusque vivit in perditionis barathrum non incidat, nullum eſt ſecurius remedium, quàm ſi examen rigoroſiſſimum (cujus tempus & horam quidem neſcimus, non tamen qualitatem, quia *judex eſt venturus: cuncta ſtrictè diſcuſſurus*) quod de anima inſtituendum erit, ob oculos habeat. Dicitur *cum ſervis ſuis*, quia qui majori lumine & notitiâ Dei, tanquam ſervi illius illuminati ſunt, majori cum ſeveritate examinabuntur; nemo enim eſt, qui neſciat illa ſancti Gregorii verba: *Quò plus augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum*; & ideo Deus apud Ezechielem inquit: *A Sanctuario meo incipite.* *S. Greg.* *Ezc. 9. 6*

7. Finis primarius hujus parabolæ, ut Theophylactus notat, eò præcipuè reſpicit, ut neceſſaria injuriarum à proximis nobis illatarum remiſſio, tantò tenaciùs fidelium cordibus imprimatur: *Mens parabolæ*, inquit, *ut veniam demus conſervis in nos delinquentibus, præſertim ſi illi veniam ante nos proci dentes petant.* *Theophi*

Verſ. 24.

Et cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.

Oblatus eſt ei unus.

1. Salmeron ly *oblatus* in ſenſu ſpirituali examinans, ita ſcribit: *Oblatus vel à Spiritu Sancto ducente animam, ut peccatorum ſuorum magnitudinem & gravitatem agnoſcat,* *Salm.*

ſcat, & recordetur viarum ſuarum peſſimarum, & diſpliceant illi peccata ſua: vel ab Angelo impellente ad ſui & ſuorum debitorum cognitionem; vel à propriâ conſcientiâ, quæ ſemper deprecatur ad optima, & pro Deo militat: ſive à prædicatore vel Sacerdotibus, qui ſunt a confeſſione, qui culpas ex parte Dei exaggerant, & ad ſatisfactionem impellunt.

Qui debebat ei decem millia talenta.

Cornel. à Lap. 2. Cornelius à Lapide juxta computum talenti hebraici, hanc ſummam exacto calculo, ad centum viginti millio-
S. Anton. loc. cit. nes ſcutorum deducit. Sanctus Antonius de Padua per hoc debitum, quod infinitatem quandam in ſe continet, obligationem interpretatur, quâ Deo obſtringimur, ad ſervanda decem præcepta: *Omnis homo debet JESU decem millia talenta, id eſt, decalogi obſervationem*; qui enim hanc legem transgreditur, ingentis hujus ſummæ ſe Deo debitorem conſtituit: quia
S. Aug. in cat. ſer. 15. de verb. Dom. veritas eſt, quòd Sanctus Auguſtinus à Sancto Thoma citatus ait: *Quia lex in decem præceptis commendatur, ille debebat decem millia talentorum, per quod omnia peccata ſignificat, quæ ſecundùm legem fiunt*; & quidem, licèt nonnunquam aliquis unum duntaxat præceptum tranſgrediatur, horum nihilominus decem millium talentorum debitor efficitur, quia omnibus aliis præceptis per talem tranſgreſſionem injuria irrogatur, & hoc fortè,
Jac. 2. 10. ni fallor, Sanctus Jacobus dicere voluit, dum ait: *Quicunque autem totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus*
Salm. ibid. *eſt omnium reus.* Salmeron de hoc debitore dicit, quòd per illum *ſignificatur inſipiens & ingratiſſimus peccator, qui ſi millies tranſgreſſus ſit decem præcepta DEI*,
Matt. 6. 12. obſervandum eſt enim, quòd Chriſtus orationem Dominicam ab omnibus fidelibus quotidie frequentandam tradens, peccatum debiti nomine compellet: *Dimitte*
Luc. 11. 4 *nobis debita noſtra*; quia in Sancto Lucâ dum eadem oratio recenſetur, loco ly *debita*, legitur: *peccata noſtra*; pariter ſapientiſſimus Magiſter noſter apud eundem ſanctum Lucam, de enormium pec-
Luc. 7. 41. catorum remiſſione, magnæ illius peccatricis, in domo Simonis leproſi loquens, duorum debitorum ſimilitudine utitur, dicens: *Duo debitores erant cuidam fœneratori*; Sanctus Thomas quintam petitionem ejuſdem orationis Dominicæ expo-
S. Th. op. de orat. Dom. nens, hujus ad debitum alluſionis rationem reddit; quia quando peccamus, inquit, Deo ſuam jurisdictionem auferre fatigimus, quia Deus hoc in nos jus obtinet, ut divinam ejus voluntatem obſervare & adimplere teneamur, id eſt, ut divinam
Pſ. 1. 2. ejus legem firmiter obſervemus, quia *in lege Domini voluntas ejus*; ſimiliter quando in aquis Baptiſmalibus regeneramur, divina ejus præcepta obſervare, & peccato in perpetuum renunciare ſolemniter promittimus. Et ideo Sanctus Auguſtinus pecca-
S. Aug. l. 2. cont. Fauſt. tum ita definit: *Dictum vel factum, vel concupitum contra legem Dei*, quia in averſione à divino beneplacito formaliter conſiſtit; ac proinde dum nos ab ejus lege ſubtrahere præſumimus, conſequenter divinam ejus jurisdictionem uſurpamus. Deinde per culpam, timorem & reverentiam Deo debitam, ei adimimus: *Si ergo Pater ego ſum,*
Malac. 1. 6. *ubi eſt honor meus; ſi Dominus, ubi eſt timor meus?* Amorem pariter, quem illi debemus, creaturis attribuimus. Denique jugum obedientiæ & ſubjectionis, Deo ex infinitis titulis debitæ: *Juſtum enim eſt,*
2. Mach. 9. 12. *ſubditum eſſe Deo*; excutimus, eique rebellando, ex Dei ſervis inimici infernales efficimur.

3. Et quidem ſi peccati gravitatem ad exactam trutinam revocare, illinsque exceſſivi debiti inexhauſtam ſummam computare velimus, tot millium talentorum debitum indubiè iſthinc emergere videbimus; peccatum namque ad tantam gravitatem exſurgit, ut Pſalmiſta dicat:
Pſal. 18. 13. *Delicta quis intelligit?* Sublimiſſimi cœlorum Cherubini, nec non illuminatiſſimi, quos Cathedra Petri habet, Theologi, ad

ad dignum malitiæ ullius peccati mortalis conceptum formandum, pertingere nunquam poſſunt, quia hæc notitia, à bonitatis, omnipotentiæ, majeſtatis, divinitatis & dignitatis illius, qui offenditur, perfectâ & adæquatâ cognitione dependet; unde Sanctus Thomas ait: *Peccatum habet quandam infinitatem ex infinitate divinæ Majeſtatis; tantò enim offenſa eſt gravior, quantò major eſt ille, in quem delinquitur*; hæc quoque gravitas ex contemptu perſonæ offenſæ, quæ DEUS eſt, *quem adorant Dominationes, tremunt Poteſtates*, plurimùm aggravatur, maximè quando contemptus ille à tam vili creatura fit, qualis homo eſt, qui nihil eſt aliud, quam quidam luti pugillus, viliſſimus terræ vermiculus & ſaccus putredinis.

S. Th. p. 3. q. 1. a. 2.

Theoph.

4. Theophylactus notat, hoc debitum quoque haud vulgariter creſcere ad proportionem talentorum, id eſt, immenſorum & innumerabilium beneficiorum, à Deo receptorum: *Decem millium talentorum debitores noſumus, qui quotidie multis beneficiis afficimur, & nihil boni Deo rependimus.*

Paulus de Pal.

5. Porrò quæ & qualia hæc ſint talenta, de quibus Deo rationem reddere tenemur, quorumque debitores efficimur, Paulus de Palatio his verbis graviter exponit: *Hæc partim naturalia, partim ſupernaturalia eſſe*; *Naturalia*: *dedit ſe DEUS homini, ut, ubicunque velit, DEUM habeat cooperatorem*: *quia ſine DEI cooperatione, neque naturalia opera quis facere poſſet*: *ſecundò dedit homini mundum*; *tertiò ipſum hominem, carnem ſcilicet tot organis inſtructam, animam tot potentiis vigentem, acumen rationis, & arbitrii libertatem*: *quartò peculiares gratias*: *alii canunt, alii pingunt, alii aliis artibus pollent*: *quintò reliqua bona, ſalutem, honores, amicos, divitias*, demum verò bona ſupernaturalia, licèt obiter, ponderando progreditur, his verbis: *Innumera hæc ſunt, ſed his quinque millibus comprehenſa*: *primò dedit homini filium unigenitum*; *ſecundò Eccleſiam*; *tertiò gratiam, cum qua fidem, ſpem, charitatem & reliquas virtutes infuſas*; *gratias gratis datas*; *quintò inſpirationes innumeras & ſpiritualia beneficia*: *ſi hæc talenta in cultum DEI inſumantur, nihil debibit, qui inſumit, ſiquidem in uſus DEI expendantur*; *ſed ſi in obſequium diaboli, exactiſſimam rationem exiget.* Augetur etiam gravitas hujus debiti per offenſam, quâ talem Deum injuriâ afficimus, qui tanquam Creator & Redemptor noſter, qui vitâ & ſanguine ſuo nos ſibi comparavit, innumeris nos beneficiis cumulavit: unde Beatus Laurentius Juſtinianus ait: *Ex pretio erogato pro te, Redemptoris tui agnoſce munus, tuæque prævaricationis pondus*; trutinare quoque merentur omnia alia ſpecialiſſima beneficia, quibus nos Deus adauxit; dum nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creavit, dum ampliſſimos cœli theſauros in nos effudit, dum pari cum Angelis gradu, cœleſtis regni nos participes effecit: *Gloriâ & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum*: quando ergo pro una turpi voluptatula, pro vili quodam lucello, & ad beſtialem quendam appetitum in nobis exſaciandum, hujus adeo erga nos beneficii DEI lex conculcatur, ſanguis ejus proteritur & contemnitur, noſque ei rebelles effecti, dæmonis mancipia efficimur, quis in DEUM reſultantem injuriam, & contractum à nobis debitum, infinitatem quandam in ſe habere dubitare poterit?

B. Laur. Juſtin. de vit. ſolit. c. 5.

Pſ. 9. 7.

6. Inter alias quoque proportiones, quæ debitorem inter & peccatorem verſantur, una quoque & quidem præcipua hæc eſt, quòd, ſicut debitor in continuo eſt carceris ſuſtinendi metu; ita quoque qui hoc peccati debitum contraxit, continuum in ſe interius, experitur remorſum, malæque con-

Pſ. 9. 17. S. Hier. ibidem. Lyran.

conſcientiæ ſyndereſin. Pſaltes ait: *Cognoſcetur Dominus, judicia faciens*, circa quæ verba S. Hieronymus ab Hugone Cardinali citatus inquit: *Unusquisque peccans ſecum portat funes, tormenta, vincula.* Lyranus ſuper ly *decem millia talenta*, dicit: *id eſt, obligatus manet ad magnam pœnam*, ſiquidem protinus ut divinam legem in materia gravi transgredimur, pœnæ temporalis & æternæ rei efficimur, taleque à nobis debitum contrahitur, ut ſi divina juſtitia pro uno tantùm peccato nos omnibus puniat flagellis famis, peſtis, bellorum, incendiorum, diluviorum, omnibus quoq; atrociſſimis martyrum ſupplicijs, imò cunctis damnatorum tormentis, nos attamen parum, &, ut ſcholæ loquuntur, *citra condignum* nos punire cenſeatur. Neq; cenſendus eſt in Deo, adeo in nos benigno, miſericordiæ defectus, dum ultorem juſtitiæ ſuæ enſem, pro unâ tantùm culpâ mortali adeò atrociter in nos ſtringit, quia injuriam vindicat infinitam, in Deum infinitæ bonitatis & meriti infiniti admiſſam.

7. Conſiderari quoque hic poteſt, quantùm judicia Dei & hominis diſtent & differant, de hoc enim debitore poſt contractum adeò exceſſivum debitum non conſtat, quòd de illius ſolutione quidquam cogitarit, aut ſe ob carceris metũ ſubduxerit, imò in hujus regis aula in ſocietate aliorum, ſine ullo verecundiæ rubore ſubſiſtit, & hæc eſt multorum peccatorum ſimilis conditio, *qui bibunt quaſi aquam, iniquitatem*, ſuoque genio in hac vitâ indulgent, finem hujus vitæ neutiquam conſiderantes; imò ſæpe *Lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis*, at verò, tametſi nos peccata nihil faciamus, erit tamen tempus, quando rigoroſiſſimus judex Deus illa bilanci ſuæ impoſita, in pondere ſanctuarii accuratiſſimè librabit: *Tu quidem*, dicebat Job, *greſſus meos dinumerâſti: veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt*; omnes cogitationes & deſideria noſtra, omnia inquam, & ſingula ad trutinam revocabuntur.

Job. 15. 16.

Prov. 2. 14.

Job. 14. 16. Matth. 10. 30.

8. Apud Zachariam mira legitur viſio: *Ecce*, inquit Propheta, *talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una ſedens.* Origenes ad rem noſtram, Prophetam ad peccatorum carnaliũ gravitatem alludere dicit, utpote quæ plus quàm omnia alia peccata, penes divinam juſtitiam nos debitores conſtituunt: *Ideo*, inquit, *talentorum multorum factus eſt debitor, quoniam ſecutus eſt mulierem, ſuper talentum plumbi ſidentem, cujus nomen iniquitas*; hoc enim peccatum conſequenter poſt ſe omnia alia trahit, quod proinde Clemens Alexandrinus jure appellat *metropolim vitiorum.*

Zach. 5. 7. Orig. tr. 6. in Matth.

Clem. Alexan. l. 3. Strom.

Verſus 25.

Cùm autem non haberet, unde redderet, juſſit eum Dominus venundari, & uxorem ejus, & filios & omnia, quæ habebat, & reddi.

Cùm autem non haberet, unde redderet.

1. Salmeron penuriam noſtram, quâ, etiam ſi culpâ mediante, bonorum noſtrorum operum meritis exuti non eſſemus, continuò laboramus, his verbis optimè exaggerat: *Etiamſi peccati expertes ſimus, minimè tamen pro beneficiis æquivalens reddere valeremus, nam nos totos Deo debemus, non ſolùm ratione redemptionis, & vitæ æternæ, & gloriæ promiſſæ, ſed etiam creationis atque conſervationis.*

Salm. ibid.

2. Sciendum eſt enim, peccatum adeò grande debitum eſſe, ut, ſi omnes Angeli, qui in cœlis ſunt innumeri (ſiquidem in infimo choro plures ſunt Angeli quàm ões animæ creatæ, & in finem uſque ſæculorum creandæ) ſi item omnes animæ, quotquot exſtitêre aut impoſterum exſtent, à Deo creandæ, ſi, inquam omnes iſti, per omnem æternitatem, pœnas paterentur infernales, ad ſatisfaciendum pro uno ſolo peccato mortali, æquivalentem divinæ juſtitiæ pro debito hujusmodi nunquam offerre poſſent monetam, ideoque neceſſum fuit, ut pro condignâ tanti debiti ſatisfactione, filius Dei in arâ crucis, pretium ſanguinis venarum ſuarum exſolveret de ærario iſto, *in quo ſunt omnes theſauri.* Imaginemini vobis, quendam inter compedes & vincula, ſqualidi carceris anguſtiis incluſum, mortisque condemnatum, potentis cujusdam regis dilectum ſervum, cujus debito diluendo exhauſti ſint omnes regni illius theſauri, licèt nullo & irrito effectu, ad

cujus etiam conſolationem evacuata regia ærraria pertingere non potuiſſent, imò tametſi omnes monarchæ ſubditi pro ejus è carcere liberatione, debitisque diluendis, vitam ſuam offerentes, ingens tamen ejus debitum expungere non valuiſſent, ac proinde cogente neceſſitate ejusdem regis filius unicus pro eodem ſervo redimendo & abolendo ejus debito, in infame patibulum fuiſſet adigendus; eundemque caſum in homine peccatore reipſa verè contigiſſe cogitetis; verè enim homo, ſervus Dei viliſſimus, magnis tamen à Deo favoribus exornatus, per peccatum, infinitæ quantitatis contraxit debitum, pro cujus ſatisfactione, oblati mille mundi, necnon omnium Angelorum, aliorumque cælitum, imò & ipſiusmet matris magnæ merita, nihil unquam prævalere, aut ingentis debiti ſummam diluere potuêre, adeoque filium altiſſimi in crucis trunco crucifigere neceſſarium fuit; idque ut Dionyſius Carthuſianus ſuper ly *Oportuit pati Chriſtum*, ait: *Ut innoteſceret, quàm enorme & grave ſit peccatum, pro cujus expiatione, oportuit pati unicum Dei filium*, qui, ut pariter ſcribit Apoſtolus, *cùm mortui eſſetis in delictis, convivificavit, donans vobis omnia delicta, delens, quod adverſum nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci-*

Dion. Cart.

Coloſſ. 2. 13.

3. Dionyſius Carthuſ. hominem in ſtatu peccati mortalis conſtitutum, & conſequenter ad ſatisfaciendum impotentem, per hunc debitorem intelligendum eſſe dicit; & ideo verba hæc, *cùm non haberet, unde redderet*, ita exponit: *Cùm ei non eſſent opera virtuoſa meritoria, quibus Deum placaret, & ejus juſtitiæ condignam honoris recompenſationem pro illata injuria exhiberet; hæc enim non habet, qui in mortali eſt culpa*, quod ipſum Lyranus advertens, ſuper hæc verba ita ſcribit: *Quia peccator non habet, unde ſatisfaciat Deo pro peccato.* Hugo Cardinalis pariter obſervat, quòd hoc quidem debitum ex nobis ipſis facere, non verò ex nobis ipſis diluere valeamus: *Poteſt homo per ſe ruere in peccatum, non tamen reſurgere; ex nobis enim*, ut Salmeron ſuper hæc verba ait: *quaſi ex nobis non habemus niſi peccata, id eſt, ſpinas & tribulos.*

Dion. Carthuſ. enar. in Evang. Dom. 22.

Lyran.

Hugo Card.

Salmer.

Juſſit eum Dominus ejus venundari.

4. Albertus Magnus per hanc venditionem, æternam intelligit damnationem, inquiens: *Hæc venundatio eſt æterna damnatio, omnis enim, qui mortuus fuerit in peccato mortali, venundabitur, id eſt, ſuppliciis æternis condemnabitur.* Lyranus pariter in horum verborum explanatione, ad pœnas alludit infernales, dicens: *Quia omnia ſua ſunt pœnæ æternæ propter peccatum ſuum obligata.* S. Auguſtinus in Catena citatus, ait: *Pretium venditi, eſt ſupplicium damnati.*

Alb. M. ſer. 76. in Dom. 22. Trin.

Lyran.

S. Aug. in Cat.

5. Lucas Burgenſis aliquibus in locis conſuetudinem fuiſſe ſcribit, ut in ſatisfactionem, ipſi pro mancipiis venderentur debitores: *Erat conſuetudo*, inquit, *regnorum quorundam, ut, cum debitor ſolvendo aliter non eſſet, poſſet creditor vendere etiam ipſum debitorem, uxoremque ejus & filios*; prout lamentabatur afflicta vidua illa, quæ ſancti ſeEliſæi providentiæ committebat, inquiens: *Ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad ſerviendum ſibi*; mos nihilominus communior obtinuit, ut debitor carceribus includatur: *Ut, qui non habet in bonis, luat in corpore.* Sanctus Thomas hanc particulam *venundari* de pœnâ intelligit, quæ culpam conſequitur: *Quia cùm Dominus faciat rationem*, inquit, *cùm homine; & non habet homo unde ſolvat, & conſiderat juſtitiam Dei, quæ eſt pœna, jubet, quod venundetur; quando venundatur, pretium peccati eſt pœna, quia pretium eſt, quod aliquis accipit pro eo, & ſic venundatur quando pœna infligitur.* Iſa. 50. *In iniquitatibus veſtris venundati eſtis.*

Lucas Burg.

4. Reg. 4. 1.

S. Thom. in Matt.

Iſa. 50. 1.

6. Gloſſa Interlinearis ſervitutem, cui anima per culpam ſubjicitur, conſiderans, dicit: *Permiſit juſto judicio malignorum ſpirituũ ſervum fieri*; nec ſolùm anima mancipium dæmonis, ſed etiam effrenium appetituum ſuorum efficitur. Unde Paulus de Palatio ait: *Tunc venundatur, cùm datur in reprobum ſenſum, in quandam velut impotentiam reſurgendi à peccato.* Rom. 7. *Ego carnalis ſum, venundatus ſum ſub peccato*; neque anima peccatrix ab alio, ſed à ſeipsâ in vinculâ conjicitur, fitq; mancipium ſenſuum ſuorũ: *Omnis enim, qui facit peccatum, ſervus eſt pecca-*

Interl.

Paul. de Palat.

Rom. 7 14.

9 oan. 8 24.

S. Amb. l. de Joſeph. c. 4 *peccati*; hanc veritatem S. Ambroſius confirmat, dicens: *Servile eſt omne peccatum, libera innocentia.* S. Auguſtinus quoque de ſe ante ſuam converſionem confitetur, quòd, *S. Aug. l. 8. conf. c. 5.* licet libertate ſua ferreretur, à ſe tamen liber non fuerit: *Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrixerat me*; qui ibidem ultra longæ hujus catenæ annulos ſeu nodos deſcribere pergit, dum ait: *Quippe ex voluntate perverſa facta eſt libido, & dum ſervitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas.*

7. Sacra Scriptura communiter, quando hominem impiiſſimum exprimere nititur, ſimili ferè phraſi loquitur idipſum: ſic Spiritus de Achab ait: *Igitur non fuit alter talis* *3. Reg. 21. 25.* *Achab, qui venundatus eſt, ut faceret malum*; verum quidem eſt, eundem Achab Regem fuiſſe, & ut talem aliis imperaſſe, attamen appetitibus ſuis ſerviebat, eratque ſervus paſſionum ſuarum, optimè igitur Euſebius Gallicanus ait *Quid prodeſt, quod liber eſt* *Euſeb. Gallic. ho. 3. de Paſcha.* *in natura, qui ſervus eſt in conſcientia? Videmus nos extrinſecus generis claritate ſublimes, intrinſecus mentis infirmitate degeneres, innocentium Dominos & criminum ſervos.*

8. Objici à nonnemine poſſet, qua ratione Rex ille, qui Chriſti erat figura, ſummè benigni & miſericordis, tantam in debitorem ſæ vitiam exercuerit? Cui reſponderi poteſt his Pſalmiſtæ verbis: *Cùm iratus* *Habac. 3. 2.* *fueris, miſericordiæ recordaberis*: *Non enim ex crudelitate certè*, ut Chryſoſtomus ait, *Chryſ. hom. 62. in Matt.* *nec quia inhumanus eſſet, ſed quia incredibili cura illius devictus, hac commination e ad ſupplicandum, ne venderetur, eum adducebat*; ratio autem, quam dictus ſanctus reddit, valde eſt efficax, eamque colligit ex eo, quod ſubſequitur: *Si propter debitum feciſſet, non annuiſſet ſanè petitioni debitoris, nec univerſo ipſum debito condonaſſet.*

Euthy. 9. Euthymius aliud hujus ſeveritatis motivum perpendit, dum eam in bonum hujus debitoris ordinatam fuiſſe dicit: *Propter hoc*, inquit, *in magnam neceſſitatem eum redegit, ut ad memoriam impoſterum revocare poſſet, qua condonatione abſolutus eſſet, & compaſſivus etiam ipſe erga ſuum fieret debitorem, propriis eductus calamitatibus.*

Et uxorem ejus.

10. *Per uxorem ejus*, inquit Lyranus *ſignificatur delectatio prava*, vel etiam per illam hoc corpus, hæcque caro noſtra denotatur, quam Deus nobis dedit, tanquam ſervam animæ, in adjutorium ei conſignatam. Unde Theophylactus ait: *An non autem uxor, caro, quæ ſcilicet conjux animæ?* At verò culpâ noſtrâ, corpus animæ pondus & onus eſt: *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*: Dionyſius Carthuſianus ait: *Uxorem id eſt, ſenſualitatem*; Albertus Magnus pariter: *Uxorem, carnalem concupiſcentiam, quæ allexerat eum*, idem alibi dicit: *Uxor tua id eſt, conſcientia tua*, ſed quæ culpa in hac ejus conſorte erat, quod ejusdem pœnæ particeps facta fuit & ipſa? Quò ad ſenſum ſpiritualem hac de re dubitari non poteſt, quia *Caro concupiſcit adverſùs ſpiritum*, (ideoque omnis debiti apud Deum contracti origo eſt) *& ſpiritus adverſus carnem; hæc enim invicem pugnant, ut non quæcunque vultis, illa faciatis*, quò ad ſenſum verò literalem illæ uxores intelliguntur, quæ vanitati, luxibus, pompis deditæ, multorum damnorum cauſa exiſtunt, & conſequenter multorum debitorum origo: atque ideo, quia culpæ inſtrumentum fuerunt, juſtum erat, ut & ipſæ in pœna partem haberent. *Lyran.* *Theophy.* *Sap. 9. 15* *Dionyſ. Carth.* *Alb. M. hic ſer. 76.*

Et filios.

11. *Id eſt*, ut Dionyſ. Carth. ait, *opera mala*; ſic quoque Lyranus in hujus loci moralitate dicit: *Per uxorem delectatio prava, & per filios, actus mali procedentes inde, pro quibus eſt puniendus*, per filios quoque, ſenſus noſtros intelligere poſſumus, qui transgreſſionum noſtrarum origo exiſtunt. Theophylactus ait: *Pueri, opera quæ malè fiunt à corpore & animo*; *jubet carnem dari Satanæ in interium, hoc eſt, morbis vel paſſioni dæmonis.* Albertus Magnus in ſermone citato inquit: *Filius ejus, id eſt, opera & omnia membra venundabuntur; id eſt, æternaliter damnabuntur, ut videlicet perſolvat in pœna, quæ commiſit in culpa.* *Dionyſ. Carth.* *Lyran.* *Theoph.* *Alb. M. loc. cit.*

Et omnia quæ habebat, & reddi.

Alb. M. in Matt. 12. Id eſt, inquit Albertus M. *Omnia hujus mundi delectabilia, & reddi per ſupplicia pœnarum.* *Iob. 20. 18.* Job. 10. *Luet, quæ fecit omnia.* Dici quoque poteſt, quòd per culpam mortalem omnibus gratiis, cunctisque bonorum operum meritis ad illud uſque tempus comparatis ſpoliemur. *Theoph.* *Vendi cum uxore & familia*, ait Theophylactus, *ſignat alienationem à Deo; qui enim venditur, alterius Domini fit*; & qui à Deo ſe alienat & ſeparatur, omnis boni jacturam facit: *Deus meus & omnia.*

Gloſſ. 13. Gloſſa de hac venditione & ſervitute in perſona Judæorum tractans, ait: *Eum non ſolum populum, ſed etiam prælatos & ſubditos cum tota familia, vel ſubſtantia eorum, pro magnitudine delictorum exteris tradidit nationibus, ut, quod noluerunt voto, ſolvant tormento.*

14. In ſenſu quoque morali dici poteſt, quòd ſæpe, quando Deus uxorem, filios facultates, & quidquid in hac vita amamus, nobis eripit, ſignum id ſit evidens, in proximo eſſe, quòd ad rationes reddendas poſtulandi ſimus, adverſitates enim immiſſæ, ut plurimum citationes ſunt, ut coram tribunali Dei compareamus.

Verſus 26.

Procidens autem ſervus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Procidens autem ſervus ille.

1. Ex quo debitor ille tot millionum debito ſe oneravit, ipſum magna cum pompa & faſtu vixiſſe, credere juvat; ideòque hic humiliationis actus, tantò magis in ipſo eſt *S. Thom. hic.* admirandus; unde S. Thomas ait: *Commendatur ejus humilitas, quia procidens; reſpexit in orationem humilium, & non ſprevit preces eorum.* *Salm. ib.* Salmeron quoque hanc humilitatem obſervat, dicens: *Quemadmodum ſuperbia, initium eſt omnis peccati, ita initium juſtificationis, humiliatio eſt.*

Orabat eum.

2. D. Chryſoſtomus hanc debitoris ſupplicam conſiderans, ad orationis valorem ponderandum nos invitat, dicens: *Audiamus quotquot ignavi ſumus ad preces, quanta ſit obſecrationis vis; non jejunium oſtentavit, non ultroneam paupertatem, non aliquid hujuſmodi, ſed nudus omnis virtutis, ubi ſe ad obſecrandum convertit, eo ſolo potuit Dominum ad miſericordiam pertrahere.* *Chryſ. tom. 3. hom. in parab.*

3 S. Antonius Paduanus tria conſiderat, quæ peccator, poſt contractum infinitum peccati ſui debitum apud Deum creditorem ſuum facere debet: *Ecce quod interim debet facere peccator, dum vivit; nota iſta tria; procidens dicitur cadere: cadit, qui verè conteritur: rogare, eſt humiliter & devotè aliquid poſtulare, confeſſio debet eſſe humilis & devota: omnia reddit, qui pro omnibus ſatisfacit, ut pœna reſpondeat culpæ.* *S. Ant. Pad. ſer. cit.*

Patientiam habe in me.

4. Lucas Burgenſis hoc loco quærit, qua ratione debitor iſte, ſummæ adeo exceſſivæ ſe ſucceſſu temporis ſatisfacturum promittere potuerit: *Non habebat*, inquit, *unde redderet, & unde ſperaret, ſe poſſe reddere, & tamen pollicebatur, ſe omnia redditurum.* Reſpondet autem, totum fundamentum hujus præſumptionis, immenſum hoc debitum ſolvendi, Regis ſui fuiſſe clementiam: *Cognoſcebat*, inquit, *Domini ſui clementiam, qui placatus humilitatis officiis, omnia facile condonaturus eſſet; illam utique Domini patientiã ac magnitudinem, inſtar optimæ ſolutionis ſibi fore ducebat, præter conatum promptamque voluntatem, quam ipſe exhibiturus eſſet.* *Lucas Burg.*

5. S. Anſelmus de ea, quam à divina miſericordia poſtulamus, peccatorum remiſſione, hæc verba intelligit, q. d. *Peccatis meis parce*; vel, ut Dionyſius Carthuſianus pariter ait: *Emendationem & ſatisfactionem meam clementer exſpecta, nec ſtatim me damnes, ſed æterna ſupplicia in temporalem pœnam commuta.* *S. Anſel* *Dionyſ. Carth. hic.*

6. Poſſunt quoque hæc verba intelligi, quaſi ad filium Dei directa, qui per paſſionem ſuam, peccatorum noſtrorum debitum ex-

exſoluturus erat, ut ſenſus ſit: *Patientiam habe in me, id eſt, pro me*; cui etiam gloſſæ
Salmer. Salmeron adhæret, dum ait: *Modus, quo quis omnia reddit, eſt, Deo patiente, & patientiam habente, quo pro nobis in cruce Deo plenè*
Iob. 6.2. *ſatisfecit; nam in perſona Chriſti ait Job: Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in ſtatera* (ſcilicet crucis) *quaſi arena maris hæc gravior appareret.*

Et omnia reddam tibi.

Paul. de Palat. 7. Paulus de Palatio ad hunc debitorem ſe convertens, eum interrogat: *Unde tibi pauper decem millia talenta? ſi te tuaque vendas, nihil es, vermis es, homo non es; & ſi peccator es, nihil es, unde igitur tanta tibi ſolvendi fiducia?* demum verò modum, quo prudens hic & providus debitor uſus fuit, examinans, inquit: *Sed profectò eleganter ipſe dixit: Patientiam habe in me, reddam omnia tibi, quia ex inimico ſibi Deum amicum facere cœpit; reddere etiam ei omnia cœpit: patientiam igitur habe in me, gratiam inveniam apud te, & incepi omnia tibi reddere; ſi enim amicus mihi fueris, quid non accipies in pretium debitorum? calicem aquæ frigidæ pro*
Matt. 10. 42. *magna ſolutione recipies*; minimus enim ſanctificantis gratiæ gradus, unicus veræ contritionis actus, vel una amoris Dei ſcintilla, ad delendum non modò decem millium, verùm etiam centum millium millionum talentorum, id eſt, innumerabilium & enormiſſimorum animæ verè pœnitentis peccatorum debitum delendum abunde ſufficiunt;
Chryſol. ſerm. 94 unde Chryſologus ait: *Teneræ malitiæ, delicati conflictus eſt, amore ſolo de cunctis criminibus reportare victoriam.*

Dionyſ. Carth. loc. cit. 8 Dionyſius Carthuſianus hæc verba peccatori adaptari poſſe dicit, qui per bonam vitæ emendationem, divinæ juſtitiæ integrè ſe ſatisfacturum eſſe promittit, q. d. *Pro univerſis peccatis meis ſatisfaciam tibi, & ſicut te inhonoravi malè agendo, ac bona debita omittendo; ita te honorabo bene vivendo, & bona neglecta recuperando.*

9. Experientia docet, nos in periculis conſtitutos multa elicere vota, promiſſa & juramenta Deo & Sanctis ejus, hoc tantùm fine, ut ſubterfugiamus illa; ita Antiochus Rex egit, quantam enim non præſetulit pietatem, & cultûs eccleſiaſtici zelum, quando divinæ juſtitiæ flagellis exceptus fuit? *Hic mos eſt debitorum,* inquit Chryſoſtomus, *ut in ſumma inopia promittant, tantùm quo præſens periculum elabi poſſent*; ut hoc vel illo beneficio frui poſſint, plurima adducere norunt effugia atque excuſationes. Contingit quandoque, impium etiam peccatorem & flagitioſum nimis, tempus à Deo obtinere pœnitendi & reſipiſcendi, illudque ad veniam & reconciliationem efficaciter impendere, ſed in eo totus conſiſtit punctus, ut tale pœnitentium ſpatium conſequatur, & bene eo utatur, contra quam multi faciunt, quorum miſeriam Guerricus Abbas hiſce verbis deplorat: *Sic nullus ferè eſt, qui tempori pretium ponat, qui cogitet apud ſe, quantum valeat ad comparandam æternitatem dies una.* Sanct. Bernardinus inquit: *Modico tempore poteſt homo lucrari veniam, gratiam, gloriam.*

Chryſ. to. 3. ho. de parab decem millia &c.

Guerr. Ab. ſer. 6. de Purif.

S. Bern. Sen. to. 1 ſer. 13 a 3. c. 4.

10. S. Thomas ſuper Matthæum ſcribens, plurimos obſervat in hoc debitore virtutum actus, dum ait: *Commendatur ejus humilitas, item diſcretio, item juſtitia: humilitas, quia prosidens: diſcretio, quia non petiit totum ſibi dimitti debitum, ſed tantùm petiit tempus, unde dicit: Patientiam habe in me, id eſt, da mihi tempus, ut poſſim ſatisfacere: item tangitur juſtitia: & omnia reddam tibi.*

S. Thom. in Matt.

11. Paulus de Palatio facilem nobis omnia debita noſtra exſolvendi methodum tradit, inquiens: *Si homo ſe Deo reddit, omnia ferè reddidiſſe videbitur: ſapienter Deus ab homine petit, cum dicit: Fili præbe mihi cor tuum: hoc enim ſi præbeas, cuncta præbuiſſe videberis.*

Paul. de Pal.

12. Idem quoque Author in hoc debitore peccatorem figurari conſiderat pœnitentem, qui emendationis & pœnitentiæ cupidus, vitam & mores perverſos in melius mutare ſtatuit, qui omnia priora gratiæ diſpendia, ſcelerumque mala integrè reſarcire poteſt, ſi nimirum omnes impoſterum actiones ſuas in debitorum contractorum ordinet ſolutionem: *Illo audaci verbo docuit*, inquit Author, *quo animo eſſe debeat in Deum homo pœnitens, videlicet vir verè*

pœnitens, verèque proponens malè actam vitam corrigere; de ernit in pectore ſuo, quidquid edat, bibat, dormiat, vigilet, omnia in gloriam Chriſti facere; ita namque verificatur illud: *Omnia reddam tibi.* Propoſito noſtro ſaviſſe crediderim in Canticis Canticorum ſponſam, animæ electæ figuram, dum cœleſtem ſponſum ſuum ita alloqueretur: *Omnia poma, nova & vetera, dilecte miſervavi tibi*; per fructus enim novos intelligere poſſumus opera bona, quæ divinæ gratiæ virtute adimplentur, quæ in lege nova evangelica plurimùm abundant, videlicet miſericordiæ opera, jejunia, auſteritates corporales, communiones & ſimilia. Per poma vetera deſignari poſſunt hæreditaria corruptæ naturæ noſtræ exercitia, quæ dicuntur indifferentia, v. g. edere, dormire, ſtudere, laborare; vult igitur anima iſta, per ſponſam figurata, dicere, quòd omnes operationes & actiones ſuas, licèt aliunde nullius in ſeipſis ſint meriti, nihilominus ad Dei gloriam ordinet, cum bonæ intentionis rectitudine, vi cujus aliquem ſaltem valorem obtineant apud Deum.

Cant. 7. 13.

Verſ. 27.

Miſertus autem Dominus ſervi illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.

Miſertus autem Dominus ſervi illius.

S. Thom. hic.

1. Ex hiſce verbis evincit ſanctus Thomas, miſericordiam Dei, non verò pœnitentiam noſtram, remiſſionis peccatorum cauſam exiſtere: *Unde dolor pœnitentis*, inquit, *non cauſat remiſſionem, ſed miſericordia Domini*; juxta illud Romanis conſignatum dogma: *Non eſt currentis, ſed miſerentis Domini.*

Rom. 9. 16.

Dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.

Salmer.

2. In parabola de talentis vidimus unum ſervorum ob negligentiam in non negotiando cum talento ſibi concredito, adeò ſeverè punitum fuiſſe, in præſenti igitur cur tanta cum liberalitate decem millia talenta condonantur? Salmeron hujus obſervationis author, dubium iſtud ita reſolvit: *Hic humiliter egit & rogavit, ille arroganter & ſuperbè ſeipſum juſtificando, & Deum accuſando egiſſe viſus eſt: unde præſtat vel omnia peccata mundi habere cum humilitate & confeſſione erroris, quàm unum cum ſuperbia & cordis duritia.*

Gloſſa.

3. Gloſſa Regis hujus bonitatem miratur, qui ſolùm pro dilatione ſolutionis à ſervo rogatus, totum ei debitum condonavit; unde de ulterius progreditur, admirando ſuperabundantem Dei erga nos amorem & charitatem, inquiens: *Vide amoris divini ſuperabundantiam.* S. Thomas ait: *Notare, quòd Dominus plura dat, quàm homo audeat petere*, juxta id quod in oratione dicitur. *Qui merita ſupplicum excedis & vota.* Theophylactus pariter idem ponderat dicens: *Miſericordia Dei dimiſit omne debitum, tametſi ſervus non omnia remitti, ſed prorogari tempus peteret, diſce igitur, quod Deus plura dat, quam petimus*, D. Chryſoſtomus hanc veniam nobiliſſimo titulo condecorat, dum eam *mirabilem miſericordiæ exaggerationem* nuncupat, ſiquidem pro condenatione rogatus non fuerat, quia memoriale ipſius oblatum ſolam reſpiciebat prorogationem temporis: *Dilationem*, inquit, *ſolummodo temporis poſtulavit, ille autem multò magis dedit, quàm petiit, quia videlicet totius æris alieni donationem ultro præbuit.*

S. Thom. ibid. Theoph. Chryſoſt hom. 62. in Matt.

4. Salmeron in ſenſu morali ait: *Dimiſit eum liberum infundendo gratiam, quæ liberatus eſt à peccato, & ab anguſtia, & ſtimulo conſcientiæ, donavit pœnam temporalem, vel æternam.*

Salm.

Verſus 28.

Egreſſus autem ſervus ille, invenit unum de conſervis ſuis, qui debebat ei centum denarios, & tenens ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debes.

Egreſſus autem ſervus ille.

Chryſ. hom. cit.

1. Chryſoſtomus idipſum immediatè, poſtquàm à Regis præſentia egreſſus fuiſſet, contigiſſe dicit: *Cum exiiſſet, non multo tempore poſt, ſed confeſtim, beneficii magnitudi-*

tudinem ante oculos adhuc habens, tanto munere, tantaque liberalitate Domini abusus fuit.

Euthym. Euthymius quoque idem tempus ponderavit, dicens: *Non post longum tempus, sed statim, beneficentiam faciens tramitem ad id, quod neque Deo gratum est, neque hominibus.*

S. Thom. hic. S. Thomas servi illius ingratitudinem ex multis circumstantiis exaggerans dicit: *Ponuntur quinque, quæ aggravant ingratitudinem ejus: Primò aggravatur ex tempore, quia si post 9. vel 10. annos accidisset, non esset mirum, sed quia eodem die deliquit, ingratus efficitur, sicut de peccatore, qui, quando dimissa sunt ejus peccata, in eodem die ad peccata regreditur: item ex simulatione, quia in consideratione Domini humilis fuit, sed egressus statim ostendit qualis esset: item ostenditur ex cognatione, quoniam invenit unum de conservis suis. Eccli. 28. Homo homini conservat iram, & à Deo quærit medelam? Item ex parvitate debiti, quia debebat centum denarios: unde in numero erat differentia, quia ipse decem millia: in pondere, quia ille denarios, & ipse talenta: unde peccata, quæ in Deum committuntur, sunt plura & gravia magis, quàm peccata quæ in hominem, quæ levia sunt, quia ex infirmitate: unde differens ibi est gravitas, sicut inter talenta & denarios: gravius enim esset Regem percutere, quàm famulum: item designatur crudelitas in exigendo, quia tenens suffocabat.*

2. Cur de Caino, reproborum primo, fratricida, adeoque in Deum rebelli, dixisse arbitramini Spiritum sanctum: *Egressus Cain à facie Domini*? profectò non ob aliam causam, quàm quia omnium excessuum causa, inque gravissima animarum præcipitia impetus impellens est amissio præsentiæ divinæ, sicut econtrà ejus possessio ab omni nos peccato præservat: *Non est Deus in conspectu ejus*; aît quidinde? *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, auferuntur judicia tua à facie ejus.* Albertus M. ait: *Egressus à conspectu Dei, cui semper astare, & gratias agere debuit.* Lucas Burgensis scribit: *Egressus à facie & conspectu Regis ac Domini sui, recentem beneficii magnitudinem adhuc ante oculos habens, invenit in ipsa sorte adhuc regia.*

Gen. 4. 16. *Ps. 10. 5.* *Alb. M. hic.* *Dion. Cart. in Matth.*

3. Juxta Dionysii Carthusiani mentem, *egressus*, id est, *mente aversus*: in alio quoque loco in ejusdem Evangelii sermonibus, per hunc egressum, recidivationem in peccata pristina intelligit, unde dicit: *Liber à debito, sed rursus victus à vitio, utpote Deum relinquens per recidivum peccati*; eandem quoque glossam Lyranus his verbis adducit: *Egressus per recidivum peccati; egreditur enim à Domino, peccatum reiterando.* *Lyran.*

4. Ex præsentis Evangelii decursu, damnum in hunc ingratum redundans clarè videtur, & meritò damna hæc expertus fuit, quia illos præfiguravit, qui non obstante luce receptâ, ad offendendum Deum denuò redeunt, & in peccata aliàs detestanda reincidunt, ideoque severiùs puniuntur, tenaciusq; iniquitatibus illaqueantur, quas reassumunt. Hanc quoque veritatem Christus confirmat, dicens: *Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inveniens dicit: Revertar in domum meam, unde exivi: & cùm venerit, assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt novissima hominis illius pejora prioribus.* q. d. Talis anima majus penes divinam justitiam debitum contrahit, severioribus etiam subjacet suppliciis, majoremque in resurgendo ad gratiam experitur difficultatem. *Luc. 11. 24.*

5. S. Antonius Paduanus in hoc servo, beneficii paulò antè à Rege recepti oblivionem, nec non quam in hunc conservum suum exercuit crudelitatem notans, dicit: *Qui misericordiæ sibi impensæ obliviscitur, nullius miseretur: unde servus egressus, vel ejus egressi oblivionem denotat*; de quâ etiam Albertus Magnus ita scribit: *Egressus, hoc est, extra memoriam indulgentiæ perceptæ positus.* *S. Anton Pad. ser. cit.* *Alb. M. hic.*

Invenit unum de conservis suis.

6. Lucas Burgensis titulum, quo increata Sapientia debitorem hunc compellat, observans dicit: *Observatu dignum est id, quod notatur, homines omnes conservos inter se esse, utpote ejusdem Domini cultui & famulatui naturâ obstrictos.* Salmeron dicit: *Invenit unum, neque à Domino dilectum, atque ipse erat*; experientia etenim quotidiana *Lucas Burg.* *Salmer ibid.*

diana docet, quòd inter illos, qui perpetuò ſibi convivant, maximè in aulis & magnatũ familiis, rancores & odia inteſtina magis habituata & diuturniora eſſe ſoleant, quia cum ſæpius convivendi occaſionem habeant, maiores ſibi invicem & frequentiores inferunt injurias & deſpectus; ſic primi per iram in ſe invicem concitati, fuerunt germani fratres Cain & Abel; Joſeph quoque à fratribus inſeſtabatur inſidiis, qui *nec poterant ei quidquam pacificè loqui*; & quis eſt, qui neſciat, quæ Eſau inter & Jacob interceſſerunt inſidiæ?

Gen. 37. 4.

Qui debebat ei centum denarios.

Cornel. à Lap.

7. Cornelius à Lapide, exacto adhibito calculo, ſummam hanc decem adæquâſſe Julios dicit; cùm econtrà ſumma huic ſervo condonata, ad centum viginti milliones ſcutorum aſcenderit; unde clarè deducitur, quàm erga nos liberalis ſit Dei miſericordia in condonandis peccatis noſtris, quàmque ex aliâ parte nos tenaces & parci ſimus in illatis nobis à proximo noſtro iniuriis, etiam modicis. Janſenius ait: *Significatur, quanta ſit ſimul ingratitudo & crudelitas ejus, qui inopinabilem clementiſſimi Domini benignitatem expertus in remiſſione maximi debiti, quo quisque certè Deo eſt obſtrictus, parvum recuſat debitum in ſe admiſſarum injuriarum conſervo remittere, ſed extremam ab eo ultionem & vindictam crudeliter requirit.* Ex hac etiam adeò tenui ſumma deducitur, quantò minus pondus ſecum inferat injuria facta nobis, ab ea, quam nos infinitæ majeſtatis & dignitatis Domino & Deo noſtro inferimus.

Janſen.

Et tenens ſuffocabat eum.

Hugo. Card.

8. Qualiter hæc conſervi ſuffocatio intelligenda ſit, Hugo Cardinalis declarat, dum ait: *Suffocare, eſt vindictam in fratrem exercere.*

Orig. in Cat.

9. Origenes impietatem hanc ex eo proceſſiſſe dicit, quia nimirum vim inferens, longè ab oculis Domini ſui poſitus erat, hoc enim fecit *egreſſus*; unde ait: *Ideo, ut arbitror, ſuffocabat, quoniam à Rege exierat; nec enim ſuffocaret conſervum ſuum, ſi non exiiſſet à Rege.* Theophylactus ſævitiam ejus his verbis deſcribit: *Injectâ in eum manu, obtorto collo trahebat; ſtrangulat ac premit*; moxque rationem ſubdit inquiens: *Nullus, qui in Deo manet, compaſſionis expers eſt, ſed ille egreſſus erat, & à Deo nunc alienus erat.*

Theoph.

10. Salmeron ad Hugonis Cardinalis mentem conformiter inquit: *Tenet proximum, qui injuriam non remittit; ſuffocat, qui verba excuſationis non audit, quia ſuffocans gulam ſtringit, per quam vox emitti debebat.*

Salm. ib.

11. Cajetanus injuriam hanc non ſoli conſervo, ſed etiam Regi, cujus uterque ſervus erat, illatam eſſe dicit: *In nonnullam injuriam communis Domini reſpectus redundat, tractare ſic conſervum, ſtatim poſt acceptum tantum beneficium, tanquam pro nihilo æſtimetur exemplum domini, & etiam pro nihilo æſtimetur conſervi ſervitus, reſpectu ejusdem communis domini.*

Cajet.

Redde quod debes.

12. Dionyſius Carthuſianus verba hæc de illis interpretatur, qui ab iis, à quibus paſſi fuêre injurias, ſatisfactiones exigunt impertinentes & inopportunas, vel tunc ſatisfactionem ab injuriantibus exigunt, quando id illis impoſſibile eſſe nôrunt, unde dicit: *Hoc ajunt crudeles, qui per ſolutionem debiti, aut pro iniuria ſatisfactionem ultra vires, aut violenter à proximis ſuis exquirunt.*

Dion. Carth. enarr. in Evang. Dom. 22.

13. Salmeron ad damnatorum pœnam hiſce verbis alludi exiſtimans in alio diverſo ſenſu eadem exponit; dicit enim: *Damnatus dicitur reddere debitum, quatenus omnia, quibus abuſus eſt, & vanè oblectatus, præſtant ei cruciatum & tormenta, ſecundùm illud: Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum.*

Salmer. Apoc. 18. 7.

14. Theophylactus actionem hanc magnam vocat crudelitatis: *Magna autem erat crudelitatis*; ſiquidem recenter huic ſervo condonatam decem millium talentorum ſummam, nec non tenue alterius centum denariorum debitum ad invicem comparans dicit: *Omnino nec remittere, nec prorogare tempus dinumerandi volebat, tametſi conſervus eadem verba diceret, quæ & ille ad Dominum, miſericordiam Domini in memoriam illis reducens.*

Theoph.

Verſus 29.

Et procidens conſervus ejus rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

1. Conſiderandum quoque hoc loco venit, debitorem hunc creditori ſuo ſe recommendando, eodem modo proceſſiſſe, quo ipſe Domino & Regi ſuo ſupplicando proceſſerat, licèt cum hac differentia, quòd de hoc dicitur *Orabat*, de illo vero, *Rogabat*, quia Rex ille Deum referebat, cui religioſus orationis cultus debetur, ille autem ſolùm homo erat.

S. Ant. Padnan ſer. cit. 2. S. Antonius de Padua de hoc ingrato & crudeli ſervo ita ſcribit: *Eodem verborum ordine rogaſti Deum, & dimiſit tibi: de eodem rogatus à conſervo, noluiſti dimittere ei; ſed crede mihi, veniet tempus, & ipſe clamabit, & non exaudietur.*

Verſus 30.

Ille autem noluit, ſed abiit, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum.

Ille autem noluit, ſed abiit.

Alb. M. hic. 1. *Abiit*, inquit Albertus Magnus, *hoc eſt, à naturali pietate receſſit, inhumanè agendo*, qui enim in remittendis & condonandis injuriis durus eſt & obſtinatus, naturam humanam exuit, quia ferocire feratum eſt proprium. Unde Lactantius Firmianus ait: *Lact. Firm. l. 6 de vero cultu c. 18.* *Ira non modò boni, ſed hominis appellatione deſpoliat, ſiquidem nocere alteri non eſt ſecundùm hominis naturam: nam & pecudes, ſi laceſſas, aut calce aut cornu repugnant.*

2. Ecce tibi magnam, quæ Regem hunc & ſervum intercedit, differentiam: Rex enim ſumma cum benignitate, & minimè rogatus (ſiquidem ſervi petitio dilationem ſolutionis ſolùm ſpectabat) decem millia talentorum remittit: hic verò ſe erga eum, qui longè minoris ſummæ, id eſt, centum denariorum debitor erat, ſeverum ſe & implacabilem exhibet; unde colligitur, quòd injurias remittere & condonare actio ſit verè regia & heroica, ſolisque magnatibus propria; irreconciliabilem verò ſe præbere, ſeu injurias fixa mente vindicare velle, opus ſit ſervile, hominibus vilibus, & infimis natalibus oriundis, qualis hic eſſe cernebatur, proprium. David Rex poſtquam in pacifica regni ſui poſſeſſione ſtabilitus & confirmatus eſſet, nonnullis eum ad injurias, paulò ante à Semei ſibi irrogatas, caſtigandas irritantibus, reſpondit: *An ignoro, me hodie factum Regem ſuper Iſraël, cur efficimini mihi hodie in ſathan?* Peſſimi illi conſiliarii optimũ Regem pretioſiſſimâ regii diadematis gemmâ, ſcilicet manſuetudine & inimicorum dilectione privare ſatagebant. Nota verò, eum dixiſſe, ſe eo die ad regium fuiſſe thronum ſublimatum: *An ignoro me hodie factum Regem?* cùm tamen multos annos à Samuele in Regem unctus, ſceptrum rexiſſet regium, cur ergo dicit, *hodie*? ad denotandum nimirum, ſe tunc præcipuè regium diadema meruiſſe, quando actum illum heroicum, in Semei adeo indignum, ſeveriſſimíſque pœnis dignum, glorioſè exercuit. Revocandum hic quoque in memoriam, quòd, quando idem Rex David ad mortem injuſtè quæſitus, ideoque in ſpecu deliteſcens, eidem Saul hoſti ſuo, cui ob propriam defenſionem, caput juſtè detruncare poterat, veſtis tantùm limbum præſciderit, eundemque ei, ad inſinuandum, quòd evaſerat periculum, nec non quam in illum exercuerat manſuetudinem, de longinquo oſtenderit, Saul ex inſtinctu prophetico exclamare mox cæpit: *Nunc ſcio certiſſimè, quòd regnaturus ſis*, q. d. Si ita uti ego ob quæſitam in te vindictam regno ſum exuendus, ita tu ob generoſam animi manſuetudinem ad regium ſolium meum evehêris. *1. Reg. 24. v. 21.*

3. Injurias remittere nolle, actio eſt perſonarum vilium; econtra verò diſſimulatio injuriarum ſolis viris nobilibus, generoſis & virtute præditis propria eſt. Unde S. Bernardus ait: *Magna gloria eſt, ſi, cui nocere potuiſti, parcas; nobile vindictæ genus eſt ignoſcere victo.* Notandum eſt autem, quòd tametſi hæc virtus, ut hiſtoriæ perhibent, à multis quoque gentilibus uſurpata fuerit, hæc tamen doctrina ſpecialem in ſchola Chriſti locum habere debeat; nam ut S. Paulinus ait: *Præſtat, vinci bono, quàm vincere malo*; itaque vinci videtur in hoc ſæculo, cui tunicam alter abſtulerit, at in Chriſto triumphat, qui tunicam auferenti, remittit & pallium. *S. Bern.* *S. Paul.*

Versus 31.

Videntes autem conservi ejus quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narraverunt Domino suo omnia, quæ facta fuerant.

Videntes autem conservi ejus quæ fiebant, contristati sunt valde.

1. Salvator noster fidelibus suis charitatem & compassionem reciprocam inserere semper conatus fuit, ac proinde S. Petrus cunctos pariter fideles monet, ut sint *omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes.* S. Paulus similiter ait: *Socii taliter conversantium effecti, nam & vinctis compassi estis*; hujus autem dilectionis mutuæ rationem ad Corinthios transcribit, dum omnes fideles, veluti unius corporis membra esse ostendit: *Idipsum*, inquit, *pro invicem sollicita sint membra, & si quid patitur unum membrũ, compatiuntur omnia membra.* S. Thomas similiter super hæc verba, adhuc Apostoli textum alludens dicit: *Videmus enim, quòd si patiatur unum membrum, compatiuntur alia, unde videntes hominem affligi, compatiuntur ei naturaliter*; proinde dicitur: *Vidi prævaricantes, & tabescebam.* Lucas Burgensis super hæc verba ita scribit: *Optimi quique homines, dum vident tyrannidem quorundam hominum, qui tantùm ipsi Deo debent, quantùm nemo verbis exprimat, in alios, quibus offensi fortè fuerint, sævitiam exerceri videntes, non se continent, quin gemant, & Deo quærelas exponant.* Pergit diende ostendere, quòd si spretâ fraternâ compassione, in alios sævierint, tot habituræ sint crudelitatis in proximum exercitæ testes, quot futuri sunt virtuosi homines, eandem videntes: *Nobis itaque coram Deo, tot adversarii testes erunt crudelitatis integræ, quot nobiscum vivunt pii homines.*

1. Pet. 3. 8. Hebr. 10. v. 34. S. Thom. hic. Ps. 118. v. 158. Lucas Burg.

Et venerunt & narraverunt Domino suo omnia, quæ facta fuerant.

2. *Id est, divinam justitiam imploraverunt*, inquit S. Thomas, *idque si non ore saltem corde, quia desiderium pauperum exaudivit Dominus, præparationem cordis eorum audivit auris tua.*

S. Thom. ibidem.

3. Dionys. Carthus. per hos conservos intelligit Angelos, utpote qui unà nobiscum eidem Regi gloriæ inserviunt & ministrant, quorum proinde unus S. Joanni dixit: *Conservus tuus sum & fratrum tuorum; hi tanquam diligentissimi, fidelissimique custodes*, inquit Dionysius, *nostra considerant facta, & sicut de nostro gratulantur profectu, ita de nostro vitio contristari dicuntur, quia per modum dolentis se habent, dum nostræ eis displicent culpæ.* Theophylactus quoque per illos spiritus intelligit angelicos: *Videntur hi conservi esse Angeli, osores mali, & amatores boni, non quòd ignoranti Domino hæc dicant, sed ut tu discas, quòd Angeli nobis ad tutelam dati sint, & quòd inhumanis & immisericordibus indignentur.*

Dion. Cart. in Dom. 22. Apoc. 19. v. 10. Dion. Cart. Theoph.

Versus 31.

Tunc vocavit illum Dominus suus, & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogâsti me.

Tunc vocavit illum Dominus suus.

1. Juxta Sancti Thomæ sententiam: *Vocat Dominus per mortem.* Job. 10. *Vocabit me, & ego respondebo tibi.* Frequenter etenim Dominus ad nostræ in Deum ingratitudinis pœnam, dum scilicet amore ejus, qui maxima nobis debita dimisit, minima inimicis nostris remittere nolumus, vitam nobis abbreviat, juxta quod scriptum est: *Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos.* Præterquam quòd insuper experientia testis evincat, verissimumque esse doceat illud Davidis, tanti vindictæ inimici axioma: *Gladius eorum intret in corda eorum*: quot namque sunt, qui eam, quam inimicis intentant, primi ipsi mortem incurrant? Aut certè si vindictam exercent superstites, ignominiosum vitæ terminum in manibus attingunt carnificis. Testatur insuper Spiritus sanctus, indignationem atque iram notabile saluti nostræ corporali inferre damnum, dum ait: *Zelus & invidia minuunt dies.* Quis non obstupescat eam, quam David de suis maximè sibi infensis & super alios furibundis tractans inimicis, adducit similitudinem, non ursorum, leonum aut tygridum, sed apium, dicendo: *Circumdederunt me sicut apes*; qui loquendi modus magis me in admirationem rapit,

S. Thom. in Matt. Job. 13. 22. Ps. 54. 28. Ps. 36. 15. Eccli. 30. v. 26. Ps. 117. v. 12.

rapit, quando alibi eum, de iisdem inimicis
Pſ.21.13 diſſerentem, dixiſſe recolo: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me.* Reſponderi nihilominus poteſt, inimicos convenienter apibus comparari; multi namque reperiuntur, qui, ut bonam præſeferant amicitiam, boni ſermonis mel in ore portant, ſed occulto detractionum & perſecutionum aculeo proximum lædunt; dicere etiam poſſumus, Pſalmiſtam hiſce verbis alludere voluiſſe ad immenſa ea, quæ ſibi ab inimicis promanabant bona; pro cujus intelligentia ſciendum id, quod de urſis naturaliſtæ tradunt, eos ſcilicet magna cum aviditate alvearibus appropinquare, non tam ſuavitatem mellis, quàm utilitatem punctigarum in apibus experiri geſtientes, ut mediantibus hiſce læſionibus ſanguis eliciatur, in lenimentum doloris capitis, quo antea cruciabantur; ita ergo Pſalmiſta pariter inferre voluiſſe videtur, ſe nimirum, dum in medio eſſet adverſariorum ſuorum, ſe, inquam, ex illorum puncturis & inſultibus ingens elicuiſſe animæ ſuæ beneficium; unde vice quadam ad Deum converſus, di-
Pſ.64.4. cebat: *Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos, & impietatibus noſtris tu propitiaberis.* Nihilominus in magis literali hujus ſimilitudinis ſenſu videtur dicendum, quòd, ſicut apes nos pungendo ſeque vindicando, majus ſibi, quàm nobis damnum inferunt; (relicto enim impreſſo plagæ aculeo, mori coguntur,) ita pariter vindicativis accidat in iis, quibus inimicos ſuos inſectantur injuriis; licèt enim quandoque, (id quod tamen rarum eſt) non etiam & ipſi vitæ corporalis damna aut vulnera incurrant, infallibiliter tamen in mortem incident æternam, verificato in iis illo æternæ Veritatis effato: *Corpus & animam perdunt in gehennam.*

Ait illi: Serve nequam.

2. Temerarius alter, qui ſine debita veſte nuptias audacter intrans, ad ignem con-
Matt.22 v.12. demnatus fuit, amici titulo condecoratur: *Amice quomodo huc intraſti?* traditor ſimiliter, qui ad capiendum Redemptorem, velut carnificum ductor, turbas armatas in
Matt. 26.v.50 hortum conducebat, ibi dici audit: *Amice ad quid veniſti?* Cur igitur hic, qui non aliud fecit, quàm ſuum repetere debitum, licèt cum ſeveritate, ſuffocatione, & tantæ aſperitatis verbis iſtud egerit: *Cur vocatur iſte ſervus nequam,* (inquit Paulus de Palatio) *qui bona ſua repetit? ſiquidem nequam non eſt, qui jure ſuo utitur, nec eo privatur, licet ſuam gratiam à ſuo hero receperit.* Huic ipſe difficultati multiplici reſponſione ſatisfacit, dum varios hujus creditoris notat exceſſus, quorum primus fuit, quòd propriis debitorem ſuum manibus interficere attentarit: *Tenens ſuffocabat eum*: 2. ſibi non competentem uſurpando authoritatem, dum, quod juſtitiæ publicæ eſt, ipſe privatus conſervum ſuum in carcerem conjecit 3. Violenter urgendo impoſſibilem debiti ſolutionem: *Exi-* 1 Joan. 3
gens ab eo, qui ſolvere non poterat, qui tamen v.17.
ſolvere cupiebat, quia graviſſimè indigenti dare, non auferre jubemur. Quartus exceſſus committebatur in eo, quòd erga miſerabilem hunc compaſſionis viſcera occluſerit, divinæ prævaricator legis, à S. Joanne nobis hiſce verbis conſignatæ: *Qui viderit fratrem neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas eſt in eo?* Quintus erat vitium ingratitudinis in Regem ſuum: *Peccavit ex ingratitudine, ſervus enim ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, vapulabit multis: ergo recepiſſe ſumma beneficia à Domino, fratrum amorem ſummè cupientè, & jubente, & torquere fratrem tam exigui æris debitorem, id mortale Domino viſum eſt.*

3. Salmeron pariter hujus ingrati ſervi Salm.
flagitium ex aliis aggravat capitibus, inquiens; t.7.tr.2.
Quod tam cito accepti beneficii fuit immemor in egreſſu enim ſuo ſervus hoc delictum in conſervum commiſit, ſecundò quòd non extraneum, ſed conſervum tam durè tractavit, tertium, pro vili & exiguo debito tam inhumanè ſe geſſit: quartum, non tam verbis (quod tolerabile fuiſſet,) pretium exegit, ſed violentia & ſuffocatione; quintum, quòd nec illis iiſdem verbis quibus ipſe flexerat divinam clementiam, rogatus, conſervum ſuum exaudire voluit, ſextum, quia nec dilationem præſtiti, tantùm abeſt, ut debitum dimiſerit, ſeptimam, quòd humiliter deprecantem carceri tradidit.

4. Hugo Cardinalis ly *nequam* ita expli- Hugo
cat: *Quaſi non æquus in miſericordia facti exhi-* Card.
benda, quæ tibi prius exhibita eſt. Divus Chryſoſtomus ſimiliter hanc perpendit Chryſ.
iniquitatem, ſervus namque crudelis Domi- hom.62.
no ſuo debuerat centum milliones ſcutorum

ſive aureorum, conſervus ejus decem julios, id eſt, unicum duntaxat ſcutum; adeoque inæqualis hujus erat petitio: *Non æquali de re iſte ſupplicabat, cum pro talentis hic decem millibus, alter unum pro centum denariis ſupplicaverit, & ille conſirvo ſe proſtravit, iſte Domino, & cui omnino indultum fuit, is nec prorogationem quidem concesſit, vinculis enim atque carcere ipſum oppreſſit.* Conſiderandum docet idem inſuper, Regem hunc non obſtante, quòd exceſſivæ cujusdam ſummæ creditor eſſet, no ſolùm in nullum prorupiſſe verbum injurioſum, contra ſuum & ſervum & debitorem, ſed benignitate & miſericordiâ in ipſum uſum fuiſſe: *Non conviciatus debitori, ſed miſertus fuit*, inquit Chryſoſtomus; *quando verò adversùs conſocium crudelitatem exercuit, tunc nequam atque improbum ſervum appellavit.* Idem quoque ſanctus alibi, quanti DEUS offenſam à vindicativis ſibi inde illatam, quòd ex amore & ad imitationem ipſius, injurias remittere nolint, æſtimet, ita inſinuat: *Verè hic videre licet, quantum malum ſit injuriarum non remiſſio, quoniam cùm decem millia talenta conſumpſiſſet, non vocavit eum malum, ſed nunc, quia conſerva crudelis fuit.*

Chryſ. hom. 27. in Geneſ.

5. Hæc etiam inæqualitas ex debito infinito conſiderari poteſt, quòd Deus nobis condonat, ut injurias quoque proximis condonemus; ex alia verò parte ex debito in comparatione illius exigui momenti, cujus nos debitores ſumus illis, qui nobis injurias inferunt; in iis enim decem millibus talentis ut dictum eſt, innumera denotantur peccata, quibus divinam juſtitiam exaſperavimus, & tamen hæc omnia nobis condonat, & ſe illorum immemorem eſſe oſtendit; at verò quando de actu vindictæ in proximum agitur, divina ejus juſtitia adeo exaſperatur, ut non modò nos omni cum aſperitate & ſeveritate puniat; verùm etiam univerſum antecedens debitum vivaciter redire faciat. Idem quoque Chryſoſtomus conſiderat, Deum peccata contra ſeipſum admiſſa, in comparatione indignationis & offenſæ, quam inimicis noſtris inferimus, non tanti æſtimare: *Ut diſcas, facilius ipſum, quod in ſe peccetur, quàm quod adversùs alios, remittere ſolere.*

Chryſ. tom. 3. hom. in hac parab.

6. Hæc dictio *nequam* ex alio quoque capite, vindictæ cupidis convenit, quia ut Eccleſiaſticus ait: *Qui ſibi invidet, nihil eſt illo nequius, & hæc redditio eſt malitiæ illius.* Cujus Lyranus hanc rationem reddit: *Quia torquet ſeipſum, quantùm ad animam & corpus*; is enim, qui vindictam quærit, ſibimetipſi invidet, quia irreparabile corpori pariter & animæ damnum conciliat, dum utramque partem majoribus & deſiderabilioribus hujus & alterius vitæ bonis privat, quantùm enim ad animam, hanc gratiâ & amicitiâ Dei & vitâ æternâ deſtituit: *Qui non diligit manet in morte.* Præterquam quòd vindictæ cupidus in continuò vivit timore, quietem nullam experitur nec pacem, cor ejus inter vulnera, ſtrages & ſanguinem humanum convolvitur, dum illud rabiei & furoris veneno plenum ſemper habet. Torquet etiam corpus, quia bilis & iracundia talem in ipſo ignem accendunt, qui ipſum in cinerem facilè redigere valeat, præterquam quòd eundem periculis ſæpè mortalibus exponant. Optimè igitur Eccleſiaſticus inquit: *Quid nequius eſt, quam quod cogitavit caro & ſanguis?* nam qui vindictam proſequitur, adeo ſibimetipſi inimicus exiſtit, ut animam propriam perdere nihil ducat, dummodo adverſarii ſui corpus perdere poſſit.

Eccl. 14. v. 6. *Lyran.* *1. Ioan. 3. v. 14.* *Eccl. 17. v. 30.*

7. S. Bonaventura per hunc ſervum peccatorem intelligens, ita ſcribit: *Homo nunquam eſt contra ſemetipſum, ſcilicet malè vivendo, & ſic animam ſuam damnando; zizania ſunt filii nequam; zizania ſunt omnes, qui in agro Eccleſiæ carent fructu bonæ vitæ: in hoc certè nequam eſt, cui alii bonus erit?*

S. Bona. ſerm. in hac Dom.

8. S. Thomas ex hiſce verbis, moralis dogmatis loco deducit, quanti referat reſipiſcere, & in culpa non perſeverare, quia quando ſervus ille debitor erat, nullâ eum injuriâ affecit, ſicut modò, dum perceptâ grandis debiti condonatione, in malitia ſua perſiſtebat: *Superiùs cum deberet ei, non dixit ei opprobrium, ſed nunc cùm facere debuit, quod non fecit, dixit: Serve nequam; quia quòd homo peccet, hoc humanum eſt, ſed ſi perſeveret, hoc diabolicum eſt.*

S. Thom. in Matt.

Omne

Omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me.

9. S. Bonaventura ly *quoniam rogaſti me.* conſiderans, dicit: *Mira liberalitas non partem, ſed totum, non centum, ſed mille, ſed decem millia talenta, id eſt, innumerabiles reatus contra decem præcepta contractos, tam faciliter dimittit petenti.* S. Bona. ſerm. 1. hic.

10. S. Remigius à S. Thoma in Catena citatus, bene conſiderat, quòd debitor ille ad hanc objurgationem nihil reſponderit, nec ſe excuſarit, cùm tamen videatur, facilè ſe excuſare potuiſſe, dicendo: Conſervi debitum indubitatum eſſe & certum, eumque ſe ex juſtitia ad debitum diluendum convenire poſſe, neque ſe contrarium faciendi mandatum à Rege unquam accepiſſe, ac proinde duritiam hanc gratiæ ab eo obtentæ minimè præjudicare debere. At S. Remigius in ſenſu ſpirituali reſpondet: *In hoc demonſtratur, quòd in die judicii, & ſtatim poſt hanc vitam, omne argumentum excuſationis ceſſabit;* quamvis etiam dici poſſit, quia hujus parabolæ vis in eo conſiſtit, ut oſtendatur, quantopere ad remittendas proximo injurias obligemur, exemplo & præcepto Dei ſuppoſito, nemo excuſare ſe poterit, ſi ei objiciatur, quòd amore Dei, proximis offenſam non remiſerit, cùm tamen ipſe Deus debita etiam infinita, quæ divinam ejus juſtitiam ſuſcitare poterant, facillimè condonarit. S. Remig. in Cat.

Verſus 3.

Nonne ergò oportuit & te miſereri conſervi tui ſicut & ego tui miſertus ſum?

1. Salmeron ly *oportuit* ponderans, inde deducit: quòd ſi ſalvari cupimus, ad dimittendum proximo, non libertatem, ſed neceſſitatem nobis impoſitam habeamus: *Pondera verbum, oportuit, ut intelligas, ad neceſſitatem præcepti pertinere remiſſionem injuriæ.* Salm. ibid.

2. S. Antonius Paduanus decem millium talentorum debitum, cum alio centum denariorum comparans ait: *Tanta differentia & longè major inter peccatum, quo offendimus Deum, & peccatum quo offendit nos proximus; ſi ergo Dominus totius creaturæ tantum dimittit, cur tu tantillum proximo non dimittis?* Dionyſius Carthuſianus nos ad hanc remiſſionem etiam naturali præcepto obligari exiſtimat, dicit enim: *Qui Dominum tuum imitari debueras, & ad miſericordiam naturali præcepto teneris, ut facias alteri quod tibi vis fieri;* veruntamen ut, quanta ſit injurias remittendi neceſſitas, facilius addiſcamus, motivum efficax eſt, ſi cogitemus quòd continuò, ut Deus nobis offenſas contra ipſum quotidie admiſſas condonet, opus habeamus, ac proinde ut de hac remiſſione ſecuriores eſſe poſſimus, in oratione quotidiana ita nos precari docuit: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Et alibi dixit: *Dimittite, & dimittemini;* at verò ut ſanctus Bonaventura ait: *Tu vis dimitti centum marchas & non vis aliis dimittere unum denarium? Mira res, homo homini ſervat iram, & à Deo quærit medelam? Attende proprium periculum, quod tibi in ſervo nequam oſtenditur: videat ergo quilibet, ne contra ſe petat, cùm dicit: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris,* citatque ſancti Auguſtini teſtimonium, dicentis: *Unuſquiſque talem indulgentiam accepturus eſt à Deo, qualem impendet proximo ſuo.* Advertat igitur quilibet, Regem hunc, per quem Deus noſter ſymbolicè deſignatur, dixiſſe: *Omne debitum dimiſi tibi,* cum hac tamen expreſſa conditione: *Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* Eccleſiaſticus proteſtatur, quòd: *Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam;* quæ porrò Domini in vindicativos pœna ſit, ipſemet etiam docet, dum inquit: *Et peccata illius ſervans ſervabit,* quaſi diceret: debitum ejus, perpetuâ ſignaturâ, divinæ juſtitiæ libro inſcriptum remanebit; econtrà verò eveniet iis, qui offenſam facilè remittunt, his enim dicitur: *Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur.* Ubi notandum eſt ly *Deprecanti tibi*: quaſi tot ante ſæcula in ſpiritu prophetico eam Eccleſiaſticus prævidiſſet orationem Dominicam, quam Chriſtus ita conſtruxit, nobisque tradidit, ut in ea remiſſio nobis promittatur peccatorum noſtrorum, modò & nos proximis noſtris injurias & offenſas remittamus. Petitio porrò hæc maximè nobis eſt neceſſaria Dionyſ. Carth. in Matt. Luc. 6. 37. S. Bona. ſerm. 3. in Dom. Eccl. 28. 3. S. Aug. Eccl. 28 2.

ceſſaria & proficua, poſſe ſcilicet eam coram divina majeſtate reiterare per omne vitæ noſtræ ſpatium: quamdiu namque vivimus, in periculis verſamur delictorum. Nunc igitur videamus Dei clementiam, ſiquidem liberam in manibus noſtris conſtituit indulgentiam, omnímque culparum abſolutionem. *Tu legem ſcribis* (inquit D. Chryſoſtomus) *de venia & pœna; ex in tui cauſa fers ſententiam, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos &c.* Hugo à S. Victore horum verborum contemplationi intentus, miratur, qua temeritate vindicativi eadem proferre audeant: *O infelix,* inquit, *præſumptio! iram Dei adverſus ſe precibus provocare dicitur, cùm homo homini ſervat iram, & à Deo quærit miſericordiam.* Quis non horreat? ſiquidem non ſacrilegus, non adulterus, non furtis, aut ſimilibus aliis prævaricationibus, ſed oratione homo provocat iram Dei: *iram Dei adverſus ſe precibus provocare dicitur.* Legitur de ſimili homine, qui contra inimicum ſuum implacabili flagrans odio, ſolitas ad Deum fundebat orationes, per ſeptem nihilominus menſium ſpatium, quibus in ſuo contra inimicum perſiſtebat rancore, recitare nequiit orationem Dominicam; reigitur cum confeſſario collatâ, admonitus fuit inimico condeſcendere, cui ut paruit conſilio, lingua protinus perfectè reſoluta, totam orationem Dominicam cum verbis illis: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, expeditè pronuntiavit.

Chryſ. hom. 38. in Ioan.

Cather. exempl. t. 15. c. 9.

3. *Quilibet tenetur alii miſereri tripliciter*, inquit S. Bonaventura, *primò ex conſideratione ſuſcepti beneficii, ſecundò ex conſideratione æterni ſupplicii.*

S. Bona. ſerm. 4. in Dom. Salm.

4. Salmeron tempus diſcutit, quo Dominus voluit ſervũ miſereri conſervi ſui, poſtquam ſcilicet ipſe miſericordiam conſecutus eſſet: *Nam hic ſervus non poterat remittere conſervo, ſi prius Dominus ſibi non dimiſiſſet; nam cùm deberet ſatisfacere Domino ſuo, æquum erat exigere à ſuis debitoribus; ſed poſtquam remiſſum eſt, tunc oportuit & ipſum miſereri conſervi ſui, juxta quam rationem, poſtquam Chriſtus venit & liberavit nos ab omni culpa & pœna, oportet & nos proximis noſtris remittere.*

Cajet. § Diverſas Cajetanus rationes perpendit, vi quarum crudelis hic creditor culpabilis efficitur, unde inquit: *Ac ſi aperte diceret, etſi nolebas imitari me in liberalitate, oportuit tamen me imitari in miſericordia, ſaltem exſpectando ſupplicantem pro dilatione temporis*; docétque, quòd, licèt non obligaretur debito legali, bene tamen morali, & conſequenter ex duplici capite, primò ob debitoris inſolvendo impotentiam, ſaltem ad tempus; ſecundò, *ex beneficio ſimili, imò longè majori, in ſimili materia & ſupplicatione, ſibi tunc præſtito à communi Domino.*

Verſus 14.

Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quo adusque redderet univerſum debitum.

Et iratus Dominus.

1. Quam obſecro Dominus habebat indignationis cauſam adverſùs ſervum hunc, dum non alio fine conſervum premeret, quàm ut ſuum extorqueret debitum, quare voluit Dominus eum ab hac deſiſtere exactione? Hugo Cardinalis pro ſenſu morali in hæc verba, pro reſponſione citat divum Chryſoſtomum: *Si grave videtur damnum, oportebat aſpicere lucrum, quod factum eſt; ſi grave videtur præceptum, cogita præmium.* Peregrinum quidem videtur, reddere bonum pro malo & remittere injurias atque impoſturas; at in præmium atque inde reſultantem remunerationem conjiciendus eſt oculus. De vindicativis etiam Chryſoſtomus in alia quadam Homilia ita ſcribit: *Nihil omnium Deus ita odit & averſatur, ut hominem ultionis avidum, & in animo ſuo perpetuas adverſus proximum ſervantem inimicitias; tantum enim ejus peccati damnum eſt, ut miſericordiam Dei revocet, nec locum habere ſinat.*

Hug. Card. Chryſ. hom. 27. in Gen.

2. Dionyſius Carthuſianus hunc in Deo iraſcendi modum ita fieri docet: *Iratus Dominus, videlicet Chriſtus, qui iraſcitur non per paſſionis commotionem, ſed per juſtitiæ executionem ſeu pœnæ inflictionem.*

Dion. Carth.

Tradi-

Tradidit eum tortoribus.

Jac. 2. 13. 3. Juxta S. Jacobi Apostoli doctrinam, sine misericordiâ judicabuntur ii qui ipsam non exercuerint in proximos suos: *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Unde Albertus M. ait: *Hoc valde terribile est exemplum omnibus his, qui nolunt injurias sibi illatas ex corde dimittere.* Salmeron similiter inquit: *Est severus Deus, acerrimusque eorum, qui remittere nolunt fratribus suis vindex.* Quærit porrò idem Author, quid si hic servus iterum Regi supplex, delicti veniam petiisset, in conservum commissi, an impetrâsset, respondetque: *Pepercisset utique pro suâ bonitate, si adhuc viveret, sed tu adverte, & time; nam hic non amplius veniam petiit, quod fortè multis evenit, qui satiare animum volunt, & postea non inveniunt locum pœnitentiæ, nec amplius ex corde veniam petunt.* Cor durum, inquit Ecclesiasticus, *habebit malè in novissimo.*

Alb. M. ser. 76. Salmer. Eccli. 3. 27.

4. Non abs re fuerit, in præsenti æternæ damnationis supplicia, quæ varia sunt, examinare, conformiter ad illa verba: *Tradidit eum tortoribus.* Sanctus Thomas ait: *Per servum istum intelligitur peccator quilibet, cui irascitur Deus in judicio, & tradet eum æternis tormentis*; quorum primum est, reprobos in æternum visione Dei privari, de quo cruciatu ita divus Chrysostomus scribit: *Novi, quòd quamplurimi pertimescant gehennam, ego tamen illius gloriæ amissionem multò amarius, quàm ipsius gehennæ puto esse supplicium*; pœna etiam damni, omni absque comparatione, major est quàm pœna sensûs, quia illa nobilissimam hominis partem, animam scilicet, hæc verò partem ignobiliorem & inferiorem incessanter affligit; sicut ergo major est beatitudo & lætitia in solius divinæ essentiæ quàm in omniũ aliorum, simul unitorum, paradisi bonorum, ita pariter majus est reproborum tormentum, æternaliter amisisse Deum (in quõ consistit pœna damni) quàm omni alia abyssi infernalis incurrisse supplicia. præter hanc igitur pœnam damni, in quâ reprobus vivaciter summi boni à se perditi infinitatem apprehendet non minori excruciabitur dolore seu pœnâ sensûs; carnifices erunt diaboli, infensissimi jam à principio mundi, & implacabiles inimici nostri, quandoquidem ad eorum ruinas restaurandas creati sumus; deinde pro suis quisque viribus, damnatus in damnatum carnifex erit, omnesque damnati carnificinam exercebunt in quemcunque reprobum, solliciti ad unum omnes, ut tormenta & lamenta multiplicentur in proximo. Fames erit inibi canina: *Famem patientur ut canes.* Sitis vagabitur inextinguibilis; exemplo sit dives epulo, qui post mille, sexcentorum & plurium annorum spatium, irritis hucusque suspiriis, vel unicam aquæ stillam sollicitavit; alleviaturus nihilominus aliqua ex parte nimiam hanc faucium suarum ariditatem, qualem arbitramini haustum potet? *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Fœtor inibi invalescet, omni humanâ imaginatione major; in hanc enim infernalem cloacam omnes projicientur, atque exonerabuntur execrabiles totius humanæ & diabolicæ nequitiæ impuritates, à principio usque in finem sæculorum evomitæ; damnati etiam tam strictè comprimentur invicem, ut ne in omnem quidem æternitatem sese loco movere valeant. *De cadaveribus eorum ascendet fætor*; juxta sancti Bonaventuræ opinionem, tanta ab iis exibit sanies & putredo, ut vel unicum damnati cadaver sufficeret ad inficiendum mundum universum: *Omnium sentina fæcum infernus est*, inquit, *adeò pestilens, ut vel unus sat esset ad inficiendum mundum universum.* Ignis tormentorum erit intolerabilius, de quo sanctus Hieronymus ita scribit: *In uno igne omnia supplicia sentiunt peccatores.* Considerate obsecro, omnia præterita & futura totius mundi supplicia, certique sitis, omnia hæc simul sumpta ne vel uni posse comparari infernalis istius ignis scintillæ. Unde sanctus Augustinus ait: *Ignis illius potentiam nulla vox exponere, nullus poterit sermo explicare*; de quo Job prædixit, inquiens: *Devorabit eum ignis, qui non succenditur*, cujus hæc est natura, ut nec lignis & follibus egeat: nam *Flatus Domini sicut torrens sulphuris, succendens eam nocte & die, non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus ejus.* Sanctus Basilius super illa verba

S. Thom. serm. in hac Dom. Chrys. hom. 14. in Matt. Ps. 58. 7. Deut. 32. 33. Ps. 10. 7. Isa. 34. 3. S. Bonavent. in dieta salutis c. 39. S. Hier. ad Pammach. S. Aug. ser. 181. de temp. Job. 20. 26. Isa. 30. 33. S. Basil.

(Vox

(*vox Domini intercidentis flammam ignis*) ad rem noſtram ita diſcurrit : *Arbitror, quòd ignis præparatus diabolo & angelis ejus, diſſecetur voce Domini, ut, quoniam duo ſunt in igne facultates, uſtoria & illuminatoria, acris quædam & punitoria vis permaneat apud eos, qui digni ſunt, ut urantur; illuminatoria verò ac ſplendida ipſius facultas, ad exhilarandos beatos, gaudio fruentes cedet.* S. Petrus Damianus dicit : *Illa ultrix flamma vitiorum, habet ardorem, non habet penitus lucem.* Carnificum improbiſſimus, malæ conſcientiæ remorſus erit & vermis, inceſſanter devorans : *Ubi vermis eorum non moritur*; unde S. Bernardus inquit : *extorres cœlo in carne cruciabuntur per ignem, in ſpiritu per conſcientiæ vermem.* Eccleſiaſticus pariter dicit : *Vindicta carnis impii, ignis & vermis.* Marci 9. Redemptor noſter de pœnis infernalibus diſſerens, tertiò ignis mentionem facit, eundemque huic vermi pariter aſſociat : *In gehennam inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur. Tradidit eum tortoribus.* Chryſoſtomus dum omnes alias hujus barathri perditionis pœnalitates & ærumnas perpendit, ſuper omnes cruciatus, dæmonum reprobos circumdantium carnificinam exaggerat, dicens : *Affligunt nos undique pœnæ, nunquam morimur, tranſimus ab aquis nivium ad calorem nimium, & omnia exquiſitiſſima tormentorum genera, perpetuâ mente guſtamus, ſed quod crudelius noſtra diſſecat viſcera cordis, ab impiis miniſtris hæc omnia patimur, de noſtra infelicitate ſuperbiſſimè gaudentibus.* Erit & aliud damnatorum crudeliſſimum tormentum, deſolata nimium eorum deſperatio; unde S. Bernardus ait : *Porta inferi, cæca deſperatio*; in hac vitâ ſunt, qui, ut ærumnis ſuis finem faciant, ex alta rupe ſeſe præcipites agunt, aut ſe in mare ſubmergendos dejiciunt, vel crudeliter carnes ſuas dilaniant; hoc autem refrigerii genus deſperatis illis minimè concedetur. S. Auguſtinus æternæ damnationi horrendum titulum, dum eandem *incommutabilitatem divinæ ſententiæ* appellat : etenim ſi reprobus poſtquam mille annorum milliones ex uno latere decumbens, inter inexplicabiles pœnas abſolvit, in aliud ſe vertere velit; id facere minimè poterit. Verum enimvero immaniſſimum omnium ſuppliciorum erit, quòd omnes hi cruciatus futuri ſint æterni, nullumque in ſæcula ſæculorum habituri finem; æterna etenim privatio & jactura Dei erit, æternus planctus, tenebræ, fætor, ignis, vermis æternus, æternum dæmonum conſortium & carnificina, denique deſperatio æterna; & ideo : *Spes impiorum peribit.* Prov. 10. 28.

S. Petr. Damiã. opuſ. 50. c. 2.

S. Bern. meditat Eccli. 7. v. 19.

Marc. 9. 42. & 43.

Chryſ. hom. 57. ad pop.

S. Bern. in ſententiis.

S. Aug. l. 2. in Evang. c. 37.

Quo adusque redderet univerſum debitum.

5. Quem hæc verba ſenſum habeant, ſanctus Thomas docet, dum ait : *Et hoc erit infinitum; ſi enim pœna ceſſare non debet, donec fiat ſatisfactio debiti, & nullus ſine gratiâ poteſt ſatisfacere, qui decedit ſine charitate, non poteſt ſatisfacere in æternum.* S. Thom. in Matt.

6. Cajetanus hîc quærit : *Quomodo verificatur, quòd ſic facit Pater cœleſtis, quoadusque reddat, cum torqueat poſt mortem in æternum, ſine termino aliquo?* Cùm enim per hoc ſupplicium, quod huic debitori decernitur, infernus intelligatur, certum eſt, quòd ibidem nunquam debitum ſuum diluet, nec unquam reſtituet. Reſpondet autem : *Torquendus eſt, quousque reddat, ſi nunquam reddat, nunquam evadit tormenta, tales ſunt damnati in inferno, qui ideo nunquam deſinunt torqueri, quia nunquam reddunt, nunquam pœnitet eos offenſæ divinæ, nunquam ſatisfaciunt, perſeverant enim in voluntate obſtinata in malo.* Cajet.

7. Poteſt & aliud hîc dubium moveri, ſcilicet quomodo debitum huic miſero ſemel dimiſſũ, reviviſcere potuerit; nam ut Salmeron ait : *Repugnat divinæ juſtitiæ & ſcripturæ dicenti, juxta 70. Non punit bis in idipſum.* Cajetanus quoque dicit : *Cùm ſine pœnitentia ſint dona Dei, ut Apoſtolus ait, quomodo ſi debita ſemel donata ſunt ab eo, poſtea repetuntur?* Quam difficultatem idem hoc reſponſo protinus reſolvit : *Repetuntur, non ut fuerant prius debita, ſed ut modò affecta ſunt materiâ ingratitudinis tam inhumanæ; ingrata ſiquidem hæc inhumanitas tantò magis penſanda eſt, quantò majus fuit beneficium donationis tantorum delictorum.* Rom. 11. 29.

8. Paulus de Palatio ſuper hæc verba ſimilem conſiderationem inſtituens, dicit : Paul. de Palat.

Cum

Cùm quis ſumma beneficia poſt ſumma debita & peccata recepit à Domino, ſi iterum offendit in ſcelere grandi, hoc peccatum ex ingratitudine fit graviſſimum, adeò ut gravitatem præcedentium delictorum aut ſuperet aut æquet; cui doctrinæ conſonat illud Janſenii: *Non quòd redeat propriè reatus peccatorum præcedentium, ſemel remiſſorum; ſed quòd virtute contineatur in illâ ingratitudine & in crudelitate in fratrem admiſſa; eò quòd peccata illa remiſſa efficiant, ut ingratitudo illa & crudelitas, tam grave peccatum reputetur, & pro ea tam ſeverè quis punietur, ac ſi priora peccata ei nunquam dimiſſa fuiſſent.* Janſen. c. 27. concord.

Eandem quoq; doctrinam Dionyſius Carthuſianus tradit, qui idem ingratitudinis vitium memorans dicit: *Indirectè & aliquo modo redire dicuntur, in quantum ſequentia vitia graviora & damnabiliora ſunt propter ingratitudinem indultæ pietatis, & propter recidivum in eadem mala, ſicut & periculoſius eſt, eandem corporis partem vulnerari, quæ læſa eſt ſemel.* Dion. Cart. in Matt.

9. Ex his quoque verbis alia deducitur veritas, quæ quotidie practicatur, nimirum quòd maius damnum vindictam exercens patiatur, quàm ſit illud, quod inimico conciliare nititur, quia licèt is contra debitorem ſuum, omnem crudelitatem exerat ad eum ſuffocandum & incarcerandum, ſuas in illum manus immittens, per hoc tamen nullam quò ad creditum debitum ſatisfactionem accepit; quin imò ab omnibus Regiæ curiæ aulicis, quos inhumanitate ſuâ ſcandalizavit, apud Regem accuſatus, ab eodem hisce improperii verbis: *Serve nequam*, acriter fuit reprehenſus: poſtque improperatam ejus ingratitudinem, & revocatam decem millium talentorum factam remiſſionem, carnificibus & lictoribus infernalibus æternùm traditus fuit; unde ſanctus Auguſtinus ait: *Conſtat plus eſſe, quòd ſe lædunt iniqui, & quòd ſibi nocent, quàm quòd ſibi videntur nocere illis, quos oderunt*; nam præter angustias timoris, periculorum & perſecutionum, quibus ſe ſubiiciunt, dum vitam, facultates, honorem & reputationem, amicos & parentes extremo periculo exponunt, dum tanquam perturbatores publicæ pacis ab omnibus odio habiti, judicis infeſtantur proceſſibus, vel mulctantur exiliis, irreparabile quoque animæ damnum conciliant; unde idem ſanctus Doctor illa Pſalmi verba: *Gladius eorum intret in corda ipſorum*, exponens obſervat, Pſalmiſtam non dicere: *in corpus*, ſed, *in corda eorum, quia in corpore voluerunt occidere, & in anima moriuntur.* Contra illos, qui ob acceptas injurias irreconciliabiliter offenduntur, illa à Spiritu ſancto dictata, & conſequenter indubitata veritas militat: *Contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas*; & ideo Cain dicit: *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in livore meo*; ſanguis enim, qui ab homicidis effunditur, ſupra ipſos recidit, idque cum majori incomparabiliter damno, quàm ſit illud, quod inimico intulerunt; huic enim ipſi ſolam eripuêre vitam, ipſi verò non ſolùm idem ſibi attrahunt periculum, ne videlicet à cognatis occiſi, qui homicidium vindicabunt, pariter occidantur; vel cum jactura facultatum, famæ & honoris, à juſtitiâ publicâ mortis damnentur; verùm inſuper irreparabile animæ ſuæ damnum comparabunt, Deum & ſupernam Jeruſalem, viſionem pacis amittentes. S. Aug. in Pſ. 136. Pſ. 36. 15. Prov. 1. 18. Gen 4. 28.

Verſus 35.

Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis unusquisque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Sic & Pater meus cæleſtis faciet vobis.

1. Notandum hic eſt, non dicere: *Pater veſter*, aut *noſter*; ſic enim æternum Patrem ſuum primis Dominicæ orationis verbis: *Pater noſter*, fideles ſuos compellare docuerat, quia, ut Theophylactus ait: *Non dicit, pater veſter, ſed pater meus; indigni enim ſunt tales, qui Deum habeant Patrem*; quâ enim fronte vindictam appetentes Deum ut Patrem invocare, ſeque filios Dei appellare poterunt, dum proximis injurias condonare nolunt? Meritò enim Deus talibus reſpondere poterit: *Neque ego pater, neque vos filii*; aut quomodo in veritate dicent: *Dimittimus debitoribus noſtris?* Quando Dominus Theoph.

noſter filiorum titulo nos honoravit audite, quo verborum pondere idipſum fecerit; poſtquam enim dixiſſet: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro perſequentibus & calumniantibus vos*; protinus ſubdit: *Ut ſitis filii Patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.* Eadem quoque eſt Chryſoſtomi obſervatio, dicentis: *Non dixit pater veſter, ſed meus; non enim digni ſunt iſti, quorum pater, Deus vocetur, cum ita nequam ſint, ut hi homines odio perſequantur.*

Matt. 5. 44.

Chryſ. hom. 62. in Matt.

Si non remiſeritis unusquisque fratri ſuo de cordibus veſtris.

2. Cajetanus obſervat, quòd Chriſtus injuriarum remiſſionem non verbis tantùm, ſed etiam corde factam deſideret: *Non vult ſimulatam remiſſionem, ſed ex intimo corde, qui cordium ſcrutator & judex eſt Deus.* S. Auguſtinus in Catena citatus, ſalutare hoc nobis monitum tradit: *Melius eſt, ut clames ore, & dimittas corde, quàm ut ſis blandus ore, & crudelis corde.* Sanctus Hieronymus pariter à ſancto Thoma citatus, dicit: *De cordibus veſtris, ut omnem ſimulationem fictæ pietatis averteret.* Theophylactus ait: *De cordibus, non de ore duntaxat.* Salmeron multorum detegit aſtutiam, qui extrinſecus quidem remittunt, cùm tamen odii venenum in cordibus illorum ebulliat: *Addit ex cordibus veſtris, quia i juria condonatio, ab omni fuco & fictione debet eſſe aliena*; adducitque ex ſancto Hieronymo authoritatem contra illos, qui hac in re fictè agentes dicunt: *Ego nihil habeo contra eum, ipſe novit, habet Deum judicem; quæ verba ſat arguunt animum adhuc exulceratum & inimicum ei, qui læſit.*

Cajet. S. Aug. ſerm. 15. de verb. Dom. S. Hier. Theoph. Salmer.

3. Venerabilis Beda ſupplicium ob oculos nobis ſtatuit, quod reportaturi ſumus, niſi ex toto corde remiſerimus inimicis noſtris: *Ex quibus videlicet dictis conſtat*, inquit, *quia ſi hoc, quod in nos delinquitur, non ex corde dimittimus, & illud rurſus à nobis exigitur, quod nobis per pœnitentiam remiſſum fuiſſe gaudebamus.*

Beda in Matth.

DOMI-

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Matth. cap. 22.

V. 15  *Beuntes Phariſæi, conſilium iniêrunt, ut caperent eum in ſermone.* 16. *Et mittunt ei diſcipulos ſuos, cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis perſonam hominum.* 17. *Dic ergo nobis, quid tibi videtur: Licet cenſum dare Cæſari, an non?* 18. *Cognità autem Jeſus nequitiâ eorum, ait:* 19. *Quid me tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſma cenſûs; at illi obtulerunt ei denarium.* 20. *Et ait illis Jeſus: Cujus eſt imago hæc & ſuperſcriptio?* *Dicunt ei; Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.*

Verſus 15.

Abeuntes Phariſæi conſilium iniêrunt, ut caperent eum in ſermone.

Abeuntes Phariſæi.

Salm. 10. 8. 11. 29.

1. SCiendum, quòd, ut Salmeron benè advertit, Salvator noſter in capite præcedenti Phariſæos per tres parabolas perſtringendo exaſperârit, quarum prima fuit de filiis ad vineam miſſis, quorum unus eò dimiſſus quidem, non tamen ivit. Secunda, de vineâ agricolis elocatâ, quam ſperatum non ferentem fructum, à primis ablatam, aliis excolendam tradidit. Tertia denique de iis, qui ad nuptias invitati, eas adire detractarunt: *His parabolis punctiſuerant & offenſi, unde velut injuriâ affecti vindictam meditantes quandam, conſilium iniêrunt, qua ratione eum confunderent.*

Dionyſ. Carth. enarr. in Dom. 23 Trin.

2. Dionyſius Carthuſianus verba hæc de diſceſſione interpretatur corporali, qua à Chriſti præſentia abiêrunt: *Id eſt, à corporali Chriſti præſentia ſe ſubtrahentes, & ſeorſim euntes; ſtabant equidem coram Chriſto cum principibus ſacerdotum, ſed illis convictis callidè abiêrunt, & inter ſe contulerunt, quomodo poſſent decipere Chriſtum.* Hoc autem feriâ quartâ, paſſionem ejus antecedente, contigit. Sanctus Marcus ita de illis ſcribit: *Et relicto eo abiêrunt.* Ecce quantum ſibi damnum ex eo intulerint, quòd à Dei præſentia ablerint, ſeque ab eo elongaverint: *Omnes qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te, in terram ſcribentur, quoniam derelinquerunt venam aquarum viventium Dominum.* Id quod eis *ad literam* evenit, quia ad finem uſque ſæculorum à Deo derelicti fuerunt: animverò dum Salvatorem ab oculis ſuis dimiſerunt, ſcelus committere non dubitârunt adeòexecrandum, ut abominabilius nunquam ab humana fuerit malignitate commiſſum, ipſam videlicet filii Dei crucifixionem. Sanctus Petrus, qui divinum Magiſtrum ſuum ad mortem uſque ſequi inviolabiliter promiſerat, vix ſe ab eo elongârat, *Sequebatur eum à longè*, cùm ecce trinâ eum vice negavit; unde ſanctus Ambroſius ait: *Benè a longè ſequebatur, cum proximè negaturus, neque enim negaviſſet, ſi Chriſto proximus adhæſiſſet.* Salvator noſter quon-

Marc. 12. 12.

Ier. 17. 13.

Matt. 26. 58.

S. Amb. in Luc. 6. 22.

dam per os Pſalmiſtæ lamentabatur, dicens:
Pſ. 53. 5. *Inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam*, ac confeſtim rationem ſubjungit, dicens: *Non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum*, omne namque malum ab eo ſolùm procedit, quòd homines ſe in divinæ præſentiæ exercitio minimè occupent.

Conſilium iniêrunt.

3. Coadunati ſunt, ut ſtratagema aliquod ſibi ad Chriſtum illaqueandum contexerent, ex quo enim aliàs in ſimilibus occaſionibus in intentione & machinationibus ſuis fuêre ſæpius deluſi, ſuoque fine fruſtrati, ideò ne idipſum & hac vice illis contingeret, conſilio ipſis opus erat. Unde
Lucas Burg. Lucas Burgenſis ait: *Experientia jam diſcere debuerunt, nullum valere conſilium contra Dominum*; at verò concepta ab ipſis adverſus Dominum invidiæ & odii paſſio illos excæcabat: *Quærebant mittere in illum manus*,
Luc. 20. 19. ut eſt apud Lucam, *illâ horâ, & timuerunt populum, & obſervantes miſerunt inſidiatores, qui ſe juſtos ſimularent.*
Salm. 4. Salmeron ly *abeuntes*, notans, terminum à quo, & ad quem conſiderat, dicens: *Vide à quo, id eſt, Chriſto, & ad quos, id eſt, Herodianos confugiant, ut conſilium capiant: qui enim à Chriſto recedit, nullum bonum conſilium invenire poteſt*; unde optimè in libro
Tob. 4. 16. Tobiæ ſuadetur: *Conſilium ſemper à ſapiente perquire*, ſapientior autem conſiliarius inveniri nequit, quàm Chriſtus, quem magni conſilii Angelum appellatum eſſe novimus.

5. Adimpletum eſt in hac occaſione illud
Prov. 21 20. Sapientis oraculum: *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum*: quia tantum abeſt, ut conſilio ſuo quidquam contra Salvatorem obtinerent, ut idem potius ad majorem redundârit Salvatoris gloriam, ipſorum verò majorem confuſionem;
Luc. 20. 26. unde S. Lucas ait: *Et non potuerunt verbum reprehendere coram plebe, & mirati in reſponſo ejus tacuerunt.* Theophylactus ait: *Laqueum paraverunt Phariſæi, quem difficilè, ut illis videbatur, effugere poterat Dominus, ſed*
Prov. 1. 17. *comprehenſus eſt illo pes eorum.* quia juxta Sapientis dictum: *Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum.*

Theoph. in Luc.

Ut caperent eum.

6. S. Lucas apertè dicit: *Ut traderent illum principatui & poteſtati præſidis.* Salmeron ait, ly *caperent* in græco idem eſſe quod *illaquearent*; quo modo etiam Cajetanus legit *Inſinuatur, quod volebant capere ad mortem.* Gloſſa interlinearis inquit: *Ut aliquid quaſi eo ignorante extorquerent ab eo, in quo argui poſſet.* Dionyſius Carthuſianus ait: *Caperent, id eſt, reprehenderent.*
Luc. 20. *Salm.* *Cajet.* *Interl.* *Dionyſ. Carth.*

In ſermone.

7. Lucas Burgenſis eos exiſtimâſſe dicit, fore ut Chriſtus per reſponſum ſuum ſe ipſum irretiret, qui talem ei interrogationem facere decreverant, ad quam quidquid reſponderet, præjudicium non evaderet. *Rationem ineunt, qua ipſum capiant, adeoque illaqueant ſuis verbis, in quibus facilius offenditur, quem ut nondum capere audebant; in opere autem capere impoſſibile erat irreprehenſibilem.* Eandem quoque obſervationem Lyranus habet: *Quia*, inquit, *non poterant capere eum in opere malo, & quia facilius capitur homo in verbis, quàm in factis*, cujus cauſa eſt, ut inquit Dionyſius Carthuſianus, *quia linguam*, juxta S. Jacobum, *domare nemo poteſt.*
Luc. *Burg.* *Lyran.* *Dionyſ. Carth.*

8. Salmeron ipſos ſperâſſe dicit, quòd eum ad proferendum verbum aliquod inducere poſſent, unde mortem ei machinari ipſis liceret: *Ut inducerent ad dicendum aliquid, unde poſſint morti tradere, quia vi & potentia non audebant ob plebem. In ſermone, quia lubricam eſſe ſciebant humanam linguam; adde, quòd verba citius trahi poſſint ad calumniam, quàm facta: hæc enim quoniam manent, facilè judicari poſſunt; at verba emiſſa ſemel, quoniam revocari nequeunt, non magno labore à detractore pervertuntur*: unde de iis dici poteſt, quod Apoſtolus ſcribit:
Rom. 1. 21. *Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt*; inter ſe ſtudioſè deliberârunt, ſeu, ut Evangeliſta dicit, *Conſilium iniêrunt, ut caperent eum in ſermone*, & tamen vide, quàm turpiter in eo errârint; veriſſimum quidem eſt ſancti Jacobi dictum, ſcilicet: *Qui non errat in lingua, hic perfectus eſt vir*, veruntamen ipſum filium Dei eſſe, ſcire debebant; unde Hugo Cardinalis ait: *Hic eſt ſolus Chriſtus, qui eſt Verbum.*
Salm. ib. *Hug. Card. in Luc.* *Joan. 1. 17.*

bum, & ideo non poteſt errare in verbo; Sermo tuus veritas eſt. Confirmat dicta S. Thomas, ſcilicet quòd *Stulti facti ſint*, ſiquidem ita ſcribit: *Stultum conſilium fecerunt, ut JEſum caperent in ſermone, quia ipſe erat Verbum Dei, & verbum Dei non eſt comprehenſibile.*

S. Thom. in Matt.

9. Ecce quouſque malitia aſcendat Phariſaica, ad utendum ſcilicet velut inſtrumento mortis, contra Verbum æternum, verbo & ſermone ejus, qui ordinatur in vitam: *Verba quæ ego locutus ſum, ſpiritus & vita ſunt.* Et S. Petrus, omnium Apoſtolorum nomine confitetur: *Verba vitæ æternæ habes*; Hugo Cardinalis ait: *Stulti ſunt, qui volunt capere verbum in verbo*; idem tamen illi faciunt, qui ad auſcultandum quidem Dei verbum abeunt, non tamen ut inde proficiant, ſed ut illud cenſurâ ſuâ exagitent, contra quos Paulus de Palatio ita ſcribit: *Ita nunc Phariſæi quidam in nihil aliud intendunt, quàm ut prædicatorem capiant in ſermone*; quantum verò hi tales Deum offendant, idem per hanc obſervationem exaggerat: *Quàm ſi horum gravis iniquitas, ex Dei in loco iſto furore conjicias, vix enim invenies Chriſtum tam gravia verba dixiſſe, quàm nunc.* Porrò differentiam, quæ in Dei verbo auſcultando, hominem ſapientem inter & ſtultum verſatur, Eccleſiaſticus ad propoſitum noſtrum his verbis edidit: *Verbum ſapiens quodcunque audierit, ſe us laudabit, & ad ſe adjiciet; audivit luxuriosus, & diſplicebit illi, & projiciet illud poſt dorſum ſuum.* Phariſæi Chriſti verbum auditu ſuo non dignabantur, quia non erat conveniens guſtui eorum, quia vitia reprehendebat, detegebátque hypocriſin illorum, quia cunctas actiones ſuas obtegebant, ac proinde prædicationi ejus inſidiabantur, eumque calumniari ſatagebant.

Ioan. 6. 64.
Ibid. v. 69.
Hugo Card.
Paul. de Palat.
Eccl. 21. v. 18.

Verſus 16.

Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis perſonam hominum.

1. *Quaſi minùs notos,* inquit Beda, *atque ſuſpectos; à quibus* proinde, ut Interlinearis ait, *minùs caveret.* Dionyſius Carthuſianus eos ſibi perſuaſiſſe dicit, Chriſtum illos minimè cognituros eſſe: Quos proinde miſerunt, *ut mali nihil ſuſpicans, loquatur liberiùs.* Lyranus eandem rationem reddit, dicens: *Ut coram ipſis audaciùs loqueretur, & laxaret linguam ad aliquid dicendum, unde poſſet capi.* Si enim Phariſæi eum in perſona propria conveniſſent, ait S. Thomas, haberi ab ipſo potuiſſent ſuſpecti: *Dolosè interrogare voluerunt, unde ſi eſſent ipſi, non haberet locum dolus.* Theophylactus ſcribit: *Per inſidias hæc fiebant*; ac proinde S. Lucas eos inſidiatores appellat.

Beda in Matth.
Dionyſ. Carth. hic.
Lyran.
S. Thom. hic.
Theoph. ib.

2. Salmeron aliud quoddam tangit motivum, quod ab opinione aliorum interpretum non multum diſſentit: *Non audent*, inquit, *ipſi Phariſæi per ſeipſos Dominum aggredi, ne videli et toties confuſi, denuò confundantur.* Author Imperfecti dictam Bedæ opinionem ſequens, quòd ſcilicet diſcipulos miſerint, *quaſi adhuc minùs cognitos & minùs ſuſpectos* ſubjungit: *Ut aut abſconditè facilè deciperent eum, aut deprehenſi minùs erubeſcerent apud eum.* Similem quoque rationem Albertus M. adducit ſcil. quòd ſuperbiam ſuam tueri cogitarint: *Ut diſcipulis victis non ſit confuſio, quaſi parum inſtructis, & vincentibus diſcipulis major ſit gloria.* Salmeron addit: *Ut major eſſet Chriſto ignominia, ſi à talibus vinceretur, minor gloria, ſi vinceret.*

Salm.
Auth. Imp. ho. 42.
Alb. M. hic.
Salm.

5. Erant hi phariſaicæ ſcholæ diſcipuli, in illorum erroribus, & præcipuè in arte fingendi apprimè edocti; unde Chriſtus eos non ſine ratione hypocritas vocat; Author Imperfecti ait: *Magiſtris ſuis ætate minores erant, malitia autem pares*; adducitque concinnam à pullis ſerpentum & luporum catulis, in ætate tenera conſtitutis, deductam ſimilitudinem: *Nam & pulli*, inquit, *ſerpentum, ſtatura breviores, veneno autem æquales ſunt: & catuli luporum adhuc teneri conſtituti, etſi venationem exercere non poſſint, jam tamen ſanguine gaudent, & morſibus ludunt.* S. Lucas ait: *Miſerunt inſidiatores, qui ſe juſtos ſimularent; veniebant in veſtimentis ovium, intrinſecus lupi.* Salmeron dicit: *Qui ſimularent ſe teneri ſtudio juſtitiæ, & ſollicitudine cognoſcendi, quid juſtum & quid ſecùs*: nimirum quales magiſtri erant, tales & diſcipuli: *Non enim poteſt arbor mala bonos fructus facere.*

Auth. Imp. ho. cit.
Luc. 20 v. 20.
Salm.

Cum Herodianis.

Chryſ. hom. 71. in Matt.

4. D. Chryſoſtomus hos putat Herodis fuiſſe milites, qui ob vicinam paſchatis ſolemnitatem illis diebus in Jeruſalem erant: *Mittunt diſcipulos ſuos cum militibus Herodis, ſic interrogaturos, ut utrimque præcipitia laterent, ut, quidquid reſponderit, præceperint.* Ardenter quidem ad mortem Redemptoris anhelabant, ſed aperto tamen inſidias ei ſtruere, ob populi metum minimè audebant. *S. Bonaventura* ait: *Quod per ſe populi non poſſunt, manibus præſidis efficere volunt, ut velut immunes à morte ipſius videantur*; Herodes porro ab Imperatore ad tributorum exactionem deputatus erat, ideoque ſperabant fore, ut, ſi Chriſtus contradiceret, hi milites illum, veluti læſæ majeſtatis reum, vinculis conſtrictum abduceret, unde idem quoque unum ex præcipuis delictis erat, de quo ipſum coram Pilato accuſarunt, dicentes: *Hunc invenimus ſubvertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari.* Sanctus Hieronymus ait: *Ut ſtatim audientes Herodiani, ſeditionis contra Romanos principem teneant*; at verò ſi tributum iſtud Cæſari deberi reſponſiſſet, contra ipſum, velut communis boni hoſtem odium populi, tributum hoc quaſi notabile onus & gravamen interpretantis, concitare cogitabant, culpando ipſum, ut religioni & libertati, quam Hebraiſmus profitebatur, malè affectum; nam gens illa, velut peculiaris Dei populus, ab eo dependere ipſique immediatè & non aliis tributarius eſſe prætendebat.

S. Bonav. in Luc.

Luc. 23. v. 2.

S. Hier.

Cornel. à Lap. hic.

5. Cornelius à Lapide Evangeliſtam hic deſpeciali Judæorum ſecta loqui credit, quæ, ut Cæſari favens, tributum hoc ei deberi mordicus ſuſtinebat; credibile namque eſt, illos hoc titulo ſpecialiter à Phariſæis deputatos fuiſſe, quia ſcilicet Herodis partes ſectabantur, ad quam tributi illius exactio ſpectabat; Phariſæi igitur, licèt ſectam profiterentur diverſam, hos tamen adversùs Chriſtum inſtigarunt, ut eum per hoſce inimicos ad lapſum mortalem diſponerent. Sanctus Epiphanius & alii putant, hoſce Herodis, quem promiſſum in lege Meſſiam æſtimabant, ſectatores fuiſſe, & conſequenter futuros eſſe contrarios.

S. Epip. l. 1. cont. hæret.

6. Hugo Cardinalis de hiſce Phariſæis & Herodianis in ſenſu ſpirituali ita ſcribit: *Significanter duo genera tentationum ſive cogitationum, quas diabolus ſæpè immittit, ut capiat Jeſum, id eſt, ſalutem auferat*; *Phariſæi enim interpretantur diviſi, & ſignificant tentationes ſive cogitationes ſingularitatis, quas ſæpè immittit diabolus, ut homo à communitate ſe ſeparet, vel plus vel minus aliis faciendo, utrobique ſingularitas, utrobique periculum: Herodiani gloriantes in pellibus, ſignificant motus inanis gloriæ eorum, qui de pelle macerata inſurgunt, vel de habitu vili, qui & Jeſu, id eſt ſalutis inſidiantur.*

Hugo Card. in Marc.

Dicentes: Magiſter.

7. Hanc denominationem fictè ab iis Chriſto datam fuiſſe, ex verbis prioribus clarè deducitur. Evangeliſtâ dicente: *Mittunt ei diſcipulos ſuos*; ex quo enim Phariſæorum ſcholares erant, ipſosque magiſtrorum loco agnoſcerent, Chriſto utique ſimulatè dixêre: *Magiſter.*

8. Aloertus M. eos in verbis ſuis quatuor præcipuè adulationis motiva tetigiſſe notat, quorum primum magiſterium ipſius reſpiciebat: *Blandiuntur à quatuor, ab auctoritate magiſterii, à veritate ſermonis, à ſolliditate doctrinæ, à rectitudine judicii ſine perſonarum acceptione.*

Alb. M.

Scimus.

9. D. Chryſoſtomus hoc verbum ponderans, Phariſæis magnam ipſorum malitiam improperat, dicens: *Vos dicitis: novimus, quia verax es; quomodo igitur licebatis: ſeductor eſt, & ſeducit turbam, & dæmonium habet, & non eſt à Deo? quomodo eum paulò ante interficere volebatis?*

Chryſ. hom. 71. in Matt.

10. Hoc verbum eos omninò reddebat inexcuſabiles, ſiquidem ipſi ſe per ignorantiam non peccare declarabant; & ideo Chriſtus primò quidem de gentilibus ita dicit: *Hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia neſciunt eum, & qui miſit me*; mox-que de Hebræis infert: *Si non veniſſem, & locutus non fuiſſem eis, peccatum non habe-*

Joan. 15. v. 21.

haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo, ſi opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Quando Chriſto dixerunt: *Scimus, quia verax es, &c.* Idipſum non eſt factum in principio prædicationis ejus, quando ſe per patrata plurima inſignia miracula & vitæ exemplaritatem, nec non Evangelii promulgationem, quis eſſet, manifeſtaret, ſed biduo ante paſſionem ejus contigit, quando, dummodo voluiſſent, pleniſſimam veritatis ſcientiam, ſive notitiam habere poterant. Unde & Chriſtus exprobrabat: *Et me ſcitis, & unde ſim, ſcitis*, & quidem ut hæc eis verba tantò fortiùs imprimerentur, ut Evangeliſta ait: *Clamabat in templo, docens & dicens:*

Joan. 7. v. 28.

Quia verax es.

Interl. 11. Per hanc adulationem, ut Interlinearis ait: ſenſum ſuum ſincerè ut ediceret, efficere nitebantur, utpote qui eos jam reputare poterat diſcipulos ſuos, ejus doctrinæ firmiter adhæſuros: *Ut quaſi laudatus, myſteriam ſui cordis aperiat, eosque velit habere diſcipulos.* Eandem quoque conſiderationem habet Hugo Cardinalis, inquiens: *Laudant & blandiuntur, ut tanquam à ſimplici & idiota, extorqueant ab eo ſecretum cordis ſui, putantes, quòd velit eos habere diſcipulos; ſed fruſtra, quia non quærebat laudes hominum.*

Hugo Card. in Luc.

Cajet. in Matt. 12. *Univerſa hæc laus*, inquit Cajetanus, *ex adulatoriâ officinâ ad provocandam JESUM, ne timeat præferre Deum Cæſari, procedit*; more apium conveniſſe videntur, quæ placidum portant in ore mel, ſed ferientem & vulnerantem in cauda aculeum.

Chryſ. loc. cit. 13. Conſiderans Chryſoſtomus adulationes hasce ad intentandam Chriſto mortem ordinatas fuiſſe ſcribit: *Ita furorem quidem ſpirabant, & fraudem ſub cultus ſimulatione inſtruebant*; hicque viget inter deceptores agendi modus, primò enim bonos præmittunt ſermones, ad virtutem exhortantur, zelum & deſiderium præſeferunt profectûs ſpiritualis, idque eo fine, ut ſibonâ apud proximum de ſe exiſtimatione comparatâ, tantò poſtea facilius errores ſuos cordibus inſtillent: de quo hominum genere Sapiens ita ſcribit: *Homo, qui blandis fictisque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ejus, & talis lingua laudans, ſicut novacula acuta fecit dolum.* Pſalmiſta pariter inquit: *Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula*; ita hi adulatores blanditiis ſuis non Chriſti integritatem aut ſanctitatem magnificare, ſed verbum extorquere volebant à Chriſto, ſcilicet ut diceret, non eſſe tributum dandum Cæſari, ſicque odium incurreret Cæſaris. *Illud ſolummodo ſibi propoſitum fuit*, inquit Chryſoſtomus, *quomodo præſenti principatui hoſtem eſſe oſtenderent, ac Principi quaſi ſeditioſum traderent.*

Prov. 29. v. 5.

Pſ. 54. 21.

Chryſ. ibid.

14. Hugo Cardinalis ſuper Marcum ſcribens, propoſito noſtro accommodatam adducit ſimilitudinem, eorum ſcilicet, qui tauro blandiuntur, ut capiant eum: *Qui taurum non poteſt viribus ſubjugare*, inquit, *mollibus manibus fricat caput ejus, ut per blandimenta comprehendat*; utitur deinde hoc ſacræ ſcripturæ textu: *Qui benedicit voce grandi proximo ſuo de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis erit.* Adducatio, potentiſſima eſt inimici infernalis machina, ad plurimas etiamnum perfectiores, evertendas animas; ideo Salvatorem adorſus in deſerto, ut lapides, quos manu ferebat, in panem mutaret: *Si filius Dei es, dic, ut lapides iſti panes fiant*; eum filium Dei eſſe minimè arbitrabatur, certus, talem non poſſe fame emoriſ ſed reputans eum eximiæ hominem eſſe ſanctitatis, tali ſub formâ aggreditur: *ſi filius Dei es*: non verò ſimpliciter inquit: quandoquidem longâ jam fame contabeſcis, miraculum operare, & lapides in panem verte. *Non dixit; quandoquidem eſurias*, inquit Chryſoſtomus, *ſed ſi filius Dei es, ſcilicet exiſtimans, poſſe ſe aliquid per laudum blandimenta ſuffurari; idcirco non commemoravit eſuriem, ne hoc ei quaſi exprobrare & objicere videretur.* Hoc enim adulatoris eſt artificium, non meminiſſe alterius, quàm quod ejus, cui aſſentatur, genio & geſtui placitum eſt. Phariſæi quoque conceptum de Chriſto habebant, verbis ſuis longè adverſum & contrarium,

Hugo Card. in Marc. Prov. 27. v. 14.

Chryſ. hom. 14. in Matt.

trarium, attamen in iis proprias expresserunt adulatorum conditiones, quarum una hæc & præcipua est, quòd vitia & defectus suos sub virtutis larva recondant; interim *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.* Sanctus Gregorius in quadam homilia sua hanc proposito nostro congruam habet sententiam: *Adulatoribus vulnera nostra lingere, est, quòd plerumque solent etiam ipsa mala, quæ nos in nobis reprehendimus, improbo favore laudare.*

Ps. 10. 2.

S. Greg. ho. 40 in Evang.

Lyran.

15. Lyranus horum discipulorum hypocrisin detestans, dicit: *Hæc est hypocritarum prima simulatio, quia laudant, quos perdere volunt*; unde de iis dicere potuit, quod David ait: *Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, adversùs me jurabant.*

Ps. 101. 9.

S. Bonav. in Luc.

16. S. Bonaventura in commentario super Lucam, illos quidem verum dixisse perpendit, dum inquiunt: *Quia verax es*; interius tamen minimè credidisse dicit: *Quantum ad verbum, verum quidem dicunt, quia dicitur: Sermo tuus veritas est; laudant laude vera, sed fallaci corde.*

Et viam in Dei veritate doces.

S. Thom. in cat.

17. Sanctus Thomas super hæc verba distinctionem adducit; dicit enim: *Tripliciter contingit, veritatem non docere: primò ex parte docentis, quia scilicet veritatem vel non novit, vel non amat: & contra hoc dicunt: Scimus quia verax es: secundò ex parte Dei, cujus timore postposito quidam veritatem de eo quam noverunt, non purè annunciant & contra hoc dicunt: Viam Dei in veritate doces: tertiò ex parte proximi, cujus timore vel amore aliquis veritatem tacet, & ad hoc excludendum dicunt: Non est tibi cura de aliquo, scilicet homine, non enim respicis personam hominum.* Utique discipuli isti nec sapientiores nec veraciores se habuissent aliis, suumque coram Deo meritum sibi acquisissent, si verba hæc ita veraciter ex corde protulissent, sed *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant*, id quod adulatoribus & hypocritis proprium est.

Ps. 61. 5.

18. Veraciter dicere possumus: *Inimici nostri sunt judices*; quia veritatem edixêre solidissimam, maximum & fundamentale Ecclesiæ principium: *Viam Dei in veritate doces*, Christus namque Evangelii sui veritate, dogmatum uniformitate, & sacrarum Scripturarum infallibilitate, veram nos docuit in cœlum viam, reliquæ omnes sectæ, quotquot unquam fuerunt, aut usque in finem mundi erunt, sunt, eruntque errorum plenæ, sibique invicem contrariantur; de sola autem Catholica Romana doctrina verificari potest: *Viam Domini in veritate doces.*

Hug. Card. in Marc.

19. Hugo Cardinalis, conformiter Sapienti, juxta sensum spiritualem, per hanc viam, virtutem intelligit: *Viæ ejus, viæ pulchræ; virtutes doces, mandata.* Psalm. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri: pœnitentiam.* Isa. 30. *Hæc est via, ambulate in ea.*

Non est tibi cura de aliquo.

S. Hier. hic.

20. S. Hieronymus inquit: *Blanda & fraudulenta interrogatio illuc provocat respondentem, ut magis Deum, quam Cæsarem timeat.* Non potuisset equidem sanctus & perfectius adduci motivum, modò id intentionis rectitudinem comitem habuisset: unde & postmodum S. Petrus protestatus est, dicens: *Obedire oportet magis Deo, quam hominibus*: ast quâ malitiâ & perverso hæc verba fine protulerint, S. Hieronymus declarat, dicens: *Ut dicat non debere tributa solvi, ut statim audientes Herodiani, seditionis contra Romanos principem teneant.*

Act. Ap. 5. v. 29.

Hug. Card.

21. Hugo Cardinalis verbum istud ingeniosâ refutat responsione, inquiens: *Non est tibi cura de aliquo, imo de omnibus curat*, Sapien. 6. *Cui cura est de omnibus*: id quod & S. Augustinus ad Deum conversus, attestatur dum ait: *Sic curas unumquemque nostrum, tanquam solum cures: sic omnes, tanquam singulos.*

Sap. 6. 8

Non enim respicis personam hominum.

Lyran.

22. Quasi dicat: *Non dimittes timore cujuscunque hominis, etiam Imperatoris*, inquit Lyranus *dicere veritatem.* Sanctus Thomas similiter ait: *Non prætermittis timore alicujus,*

S. Thom. hic.

cujus, quod debes dicere vel facere. Nihil hic à veritate alienum afferebant, quia Chriſtus veritatem dicere nunquam deſtitit, licèt Magnatibus & rempublicam gerentibus ſæpè diſplicuerit, ac proinde Principum ſynagogæ, Sacerdotum & Pontificum invidiam & odium ſibi conciliârit, hi verò traditores diſcipuli, licèt verè, qualis Chriſtus erat, dicerent, neque ipſum ut talem reputabant.

Salmer. 23. Salmeron è ſpinis roſam collegit, dum ab hac Phariſæorum adulatione ad ponderandum, quanti interſit, à perſonarum acceptione alienum eſſe, pertranſiit: *Magna*, inquit, *hæc eſt & ſingularis virtus, ubi negotium Dei agitur, vel de juſtitiâ, cuique reddenda tractatur, carere vitio acceptionis perſonarum, quo vitio judex, qui non eſt ſpoliatus, non poteſt rectè adminiſtrare magiſtratum; hoc autem vitium tunc committitur, quando magis ad perſonam ſolam, vel ad extrinſeca reſpicimus, quàm ad merita cauſæ ipſius.* In *Deut. 1. v. 16.* Deuteronomio Deus populi ſui judicibus hocce dat monitum: *Audite illos, & quod juſtum eſt, judicate; ſive civis ſit ille, ſive peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum; ita parvum audietis ut magnum*; Apoſtolis quoq; ſuis qui ejus in judicio finali futuri erant aſſeſſores: *Sedebunt ſuper ſedes, judicantes duodecim tribus*, lucis titulum attribuit dicens: *Vos eſtis lux mundi*; lucis autem proprietas hæc eſt, quòd ſe æqualiter diffundat ad illuminandum tam divites, quàm pauperes, Principes æquè ac ſubditos: *ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos*, & ideo ſupremus Judex ignem prodromi loco habiturus eſt, *Pſ. 49. v. 3.* dum ad judicium veniet: *Ignis in conſpectu ejus exardeſcet*; nec ſine myſterio elementum hoc ante ejus tribunal præcedet, ſed ut per hoc denotetur, quòd non reſpiciat perſonam hominum, quia ignis ex æquo comburit & conſumit ſericum & lanam, ſagum & purpuram, nec reſpicit, quid vel quale quidvis ſit; ita quoque, cui judicis munus incumbit, facere debet; ſolùm namque ad juſtitiam & merita cauſæ reſpicere, non verò perſonarum qualitatem decernere debet.

Verſus 17.

Dic ergo nobis; quid tibi videtur, licèt cenſum dare Cæſari, an non?

1. Jam multi tranſierant anni, à quibus controverſia iſthæc ſuſcitari cœperat, inquit Lyranus, quia eo enim eodem tempore, quo Salvator noſter in hunc mundum natus fuit, Cæſar Auguſtus ab univerſo orbe ſibi ſubjugato tributum exigere cæpit, teſte Evangeliſta qui ait: *Exiit edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis; hæc deſcriptio prima facta eſt a Præſide Syriæ Cyrino, & ibant omnes ut profiterentur, ſinguli in ſuam civitatem*, hinc homo quidam è Gallilæâ oriundus, cui nomen Judas erat, ſurrexit, huicque exactioni ſe oppoſuit, ut allegans Hebræorum populum, nullum in terris Dominum agnoſcere, ſed ſolùm cœlorum monarcham venerari. In quâ opinione ſuâ multos admodum ſequaces habuit, prout videre eſt in Actibus Apoſtolicis; præterquam enim, quòd populi defenderet libertatẽ, cultũ inſuper & honorem ipſiusmet Dei tueri omnibus videbatur; quantumvis præter hos ex Judæis plures alii erant, qui Romanis tributum illud jure deberi adſcribant, *Quia pro defenſione patriæ militabant, & ab hoſtibus & latronibus defendebant, & pacem inter homines conſervabant & juſtitiam.* Verùm enimverò finis, quem hi à Phariſæis miſſi diſcipuli in hac Chriſto propoſita interrogatione habebant, ut ſupra diximus, hic præcipuè fuit, ut nimirum per quamcunque huic difficultati ſubjundendam reſponſionem, univerſi in ipſum populi odium concitarent, & tanquam homo ſeditioſus & ſaluti totius Reipublicæ ſummè noxius, imò criminis læſæ Cæſareæ Majeſtatis reus, omnẽ penes populum reſpectum, honorem, & exiſtimationem amitteret: *Dixerunt apud ſe*, inquit S. Bernardus, *ſi dixerit: licet, tenebitur reus tanquam libertatis noſtræ deſtructor, ſolutio enim cenſus ſervitii ſignum eſt; ſi dixerit, non licet, reus eris læſæ majeſtatis. O ſtultos! ſole ſtultus alios ſecundùm ſe æſtimare, & quod ipſe ignorat, ſapientes quoque credit ſimiliter ignorare; ſed quid ait ſapientia? libertati Dei non derogo, Majeſtatem Dei non offendo &c.* Ex

Lyran.

Luc. 2. v. 1.

S. Bern. c. 3. de paſſ.

textu S. Lucæ diſcipulos hoſce ſtudio & deditâ operâ Chriſtum in præſentiâ multitudinis interrogaſſe dicitur, quia dicit Evangeliſta: *Non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe*, id verò eo conſilio utique fecerunt, ut ſi tributum ſolvendum eſſe reſponderet, plebecula præſens inde acerbius adverſus illum, utpote bono illorum communi peſſimè affectum, graviaque illis impoſita vel imponenda onera ſuadentem & approbantem exaſperarentur, vel ut Salmeron ait: *Principibus blandiri, & eorum favorem conciliare ſibi cenſeretur, & gratiam auramque popularem amitteret, qui dicebant: Nemini ſerviamus unquam, & ita traducerent eum, quod non celaret pro lege & libertate populi Dei.* Pergit idem Author ulterius qualem ſibi formaturi conceptum, & quid de eo divulgaturi fuiſſent, ſi interrogationem propoſitam declinando, nullo eos reſponſo dignatus fuiſſet; Dicit enim: *Si neque hoc neque illud aſſumeret, ſed taceret, arguerent eum ut puſillanimem ac timidum in confeſſione veritatis, quam tamen velle profiteri videbatur.*

Luc. 20. v. 16. *Salm. ibid. tr. 8. §9.*

2. Albertus Magnus verba illa: *Dic ergo nobis. &c.* eundem ſenſum habere dicit, ac ſi dixiſſent: *Dic nobis, utilitati noſtræ conſulens, qui ſumus populus tuus: nobis dicunt, non contranos; quid tibi videtur? hoc eſt, ad conſcientiam reſponde*; Eandem quoque obſervationem apud Cajetanum legimus, dicentem: *Non quærunt an debeant dare, ſed an licitum ſit in foro conſcientiæ dare.*

Alb. M. hic. *Cajet. in Matt.*

3. Opponet fortè quiſpiam, punctum iſtud ſive dubium aliàs à Salvatore reſolutum fuiſſe videri, ſiquidem Petrum pro utroque tributum ſolvere juſſerat: *Acceſſerunt, qui didrachmas accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter non ſolvit didrachmam*; veruntamen ex interrogatione, quam eodem in loco antecedenter fecerat, clarè deducitur, redemptorem in hujus theſis deciſione quid ſentiret, declarare noluiſſe, interrogavit enim Dominus: *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel cenſum, à filiis ſuis an alienis? & ille dixit: Ab alienis; dixit illi JESUS: ergo liberi ſunt filii; ut autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, aperto ore ejus, invenies ſtaterem unum, ſumens, da eis pro me & te*; ac proinde mirum eſſe videri poſſet, cur eum modò an tributum ſolvendum eſſet interrogent, cùm eum hactenus cenſum iſtum ſolviſſe noverint: Reſponderi poſſet, hiſtoriam hanc à ſancto Matthæo conſcriptam in Capharnaum accidiſſe, ac proinde fieri poſſe, nullam hactenus illius notitiam Jeroſolymis innotuiſſe; at hoc dici nequit, quia Phariſæi conductos habebant homines, qui Chriſtum ubique ſequebantur, ejusque dicta & facta omnia diligenter explorabant & indagabãt, & vel minimum eius verbum accuratè Phariſæis notificabant: potius ergo credendum eſt, quòd propter ſpem concitandi adverſus ipſum odii Romanorum, ipſum tunc blandis verbis nimirum: *Scimus, quia tu verax es, &c.* exſtimulare voluerint, ut diceret, & quidem hoc reſponſum tantò veriſimilius ſecuturum eſſe ſperare poterant, quia ſciebant, ipſum dixiſſe: *ergo liberi ſunt filii*; Proindeque illum eſcâ blandimentorum & adulationum irretientium eſſe confidere poterant: *Adulatione putant ita eum inflare*, inquit Chryſoſtomus, *& audacem reddere, ut contra inſtitas leges, & præſentem rerum ſtatum quippiam dicat.*

Matth. 17. v. 23. *Ibid. v. 24. 25. & 26.* *Chryſ. hom. 71. in Matt.*

Verſus 18.

Cognitâ autem JESUS nequitiâ eorum, ait:

1. Ex quo hi diſcipuli ſe Chriſtum in Magiſtrum acceptare velle oſtenderint, dicendo: *Magiſter, ſcimus, &c.* In Chriſti autem ſchola licet omnes docerentur virtutes, ſpecialiter tamen virtus manſuetudinis diſcenda proponeretur: *Diſcite à me quia mitis ſum*; quomodo Chriſtus in hac occaſione mitis fuiſſe dicetur, quia licet tantâ cum benignitate interrogaretur, tantâ tamen cum indignatione propoſitum theſin excepit? nimirum per id Chriſtus, qui prima & æterna veritas eſt, docere voluit, quantùm ſibi adulationis vitium diſpliceat.

Matth. 11. v. 29.

2. Et quidem pro meliori hujus peccati malitia intelligenda, notandum eſt, nomen, quo Evangeliſta ex Spiritûs ſancti inſtinctu vitium hoc appellavit, nimirum *nequi-*

nequitiam eſſe dixit, quod nomen generi cum eſt iniquitatis, multósq; malitiæ actus in ſe includit; dæmon, qui omnis malitiæ centrum eſt, *ſpiritus nequam* appellatur, quo etiam nomine adulatio indigitatur: *Firmaverunt ſibi ſermonem nequam, narraverunt ut abſconderent laqueos*, quia ſub blandorum verborum lenociniis laqueos ſuos ſæpe tendunt. Non modò in veteri ſed & in novo teſtamento ſpiritus infernales *nequam* communiter appellantur: *Aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe.* Zizania igni deſtinata reprobos denotabant: *Zizania filii ſunt nequam*; hoc pariter nomine probrosè appellatus, qui in tenebras exteriores fuit ejectus: *ſerve nequam*; denique Apoſtolus ſpiritum rebellium, in aëre vagantium, malitiam Epheſiis deſcribere volens, ita ait: *Contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus*; ex quibus locis cumulatim citatis arguitur, quantùm Deus adulationis peccato offendatur, utpote quod generico iniquitatis nomine, *nequitiæ* appellatur. Sapiens in principio proverbiorum nos ita monet: *Si te lactaverint peccatores, ne acquieſcas iis*; ubi Hugo Cardinalis ait: *Quia ſunt nutrices diaboli, lamiæ infernales.* Chryſoſtomus ait: *Blandiri ut noceant, diaboli eſt; corripere verò ut proſit, Dei; quis autem alteri blandiri poteſt, & non nocere?* ab hoc nocumento ſolus Dei filius immunis erat, quantumvis alioquin adulari & nocere correlativa ſint. Notandum porro illis Salvatorem calumniantibus: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* nullam Chriſtum adverſus hoc improperium monſtraſſe indignationem, quin potius multa cum benignitate reſpondit: *Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem meum.* Alterâ verò vice quadam, quando Chriſtus ab iis requirebatur ad miraculi perpetrationem: *Magiſter, volumus à te ſignum videre*; tunc Chriſtus cum aſperitate eos à ſe rejecit, dicendo: *Generatio mala & adultera* &c. quæ obſecro hujus facti differentia? honori ſibi præſtito indignatur, ſeque ad magiſterii denominationem leverum exhibet, non verò adversùm injurias? ratio hæc eſt, quia Chriſtus laudantium agnoſcebat nequitiam, adulationem & functionem. *Cùm tui aſperè atque contumeliosè interrogant*, inquit Chryſoſtomus, *jucundius atque humilius reſponaet, cùm verò adulantur, tunc non mediocri utitur acrimonia, veluti enim nulla ira concitatur, eodem nunc modo adulationibus non delinitur.* Inter injurias moveri neſcit; ſed ſolas inter adulationes, ut veriſſimum eſſe diſcamus illud ſapientis edictum: *Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis*; & aliud Eccleſiaſtici: *Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decepi*; adulatio namque vitiis illaqueatos detinet, in via mala nos impellit, inque præcipitia adigit; *Qui te beatum dicunt*, inquit, *ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* Per quam rogo viam omnibus nobis gradiendum eſt, utique non per aliam, quàm quæ de ſe ipſa dixit: *Ego ſum via, veritas & vita*: quando igitur medium hujus itineris poſſidet veritas, vita viget; ſi verò adulatio; fallimur, aberramus, neque ad terminum pertingere permittimur. Verum utique loquebantur Phariſæi, ad Chriſtum dicentes: *Viam Dei in veritate docis* (licet interius ſecus crediderint) at vitiorum efficaciſſimum ad nos à bona hac via ſeducendos, eſt adulatio, quia: *Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam*, ad baratrum ſcilicet æternæ damnationis, ut enim beatus Petrus Damianus docet: *Sæpè malignus ſpiritus velut avis in ramo arboris, ſic in lingua ponitur adulatoris. Serpens erat callidior*, inquit ſcriptura ſacra, adeoque certus ſe manifeſta ad prævaricationem inſtigatione in Adamo nihil effecturum, ſed tanquam hoſtem repellendum, Evæ operâ utitur; ita pariter hodie eos, qui nobis chariores ſunt doloſè adhibere ſolet, ut ſub ſpecie mellis & lactis ſuum nobis venenum inſtillet, teſte ſancto Gregorio, dum ait: *Callidus adverſarius cùm à bonorum cordibus repelli ſe conſpicit, eos, qui ab illis valde diligun-*

1. *Reg.* 16. v. 14. *Pſ.* 63. v. 6. *Matt.* 12 v. 45. *Matt.* 13 v. 37. *Eph.* 6 v. 12. *Prov.* 1. v. 10. *Hugo Card. ib.* *Chryſ. hom.* 13. *in Matt.* *Joan.* 8. v. 48. *Matt.* 12 v. 38. *Chryſ. hom.* 44. *in Matt.* *Prov.* 27. v. 6. *Eccl.* 7. v. 6. *Iſa.* 3. v. 12. *Joan.* 14. v. 6. *Prov.* 16. v. 29. *B. Petr. Dam. opuſ.* 50. c. 8. *Gen.* 3. v. 1. *S. Greg.* l. 3. *mor.* c. 6.

guntur, exquirit, & per eorum verba blandius loquitur, qui plus cæteris amantur. De hoc porro aſſentationis ſcelere tradit Seneca, tanti eſſe roboris, ut etiam contemptum & rejectum placeat. *Habent hoc in ſe naturale blanditiæ*, inquit, *ut etiam, cùm rejiciuntur, placeant; ſæpe excluſæ noviſſimè recipiuntur, hoc enim ipſum imputant, quod repelluntur, & ſubigi ne contumeliæ quidem poſſunt.*

Seneс. l. de ben. qu. in præfat.

Verſus 19.

Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi nummiſma cenſus; at illi obtulerunt ei denarium.

Quid me tentatis.

1. *Primò reſpondet ad mentem*, ut ait ſanctus Thomas, *ſecundò ad verba, quia hominis eſt reſpondere ad verba, Dei autem reſpondere ad mentem, ideo quia Chriſtus erat Deus & homo, ad utrumq; reſpondit.* Hæc fortè angelicus Doctor ex Venerabili Beda deſumpſit, qui diu ante in hunc modum ſcripſerat: *Non ſecundùm ſermones eorum pacifice blandè reſpondit; ſed ſecundum conſcientiam eorum crudelem, aſpera dixit, quia Deus plerumque ad animam loquitur, non ad corpus, voluntatibus reſpondet, non verbis.*

S. Th. in Matth. Beda. ib.

2. Sanctus Hieronymus dicit: *Prima virtus eſt reſpondentis, interrogantium cognoſcere mentem; & ideo non diſcipulos, ſed tentatores vocat.* Aſt nonne diabolo proprium eſt tentare? imò verò, eamque ob cauſam Chriſtus hæc adulationis verba audiens, eos titulo tentationis afficit, dicendo: *Quid me tentatis?* Quia dæmon, conformiter dictis, ut ſuggerat, inque præcipitia adigat, adulationem adhibet; dici etiam poteſt, adulationem à Chriſto nominari tentationem, quia jam ſæpe in ſe expertus fuerat, eâ Phariſæos uſos fuiſſe ad evertendum eum; quæ fortè ratio fuit, cur Chriſtus iis aliâ quâ vice exprobrâvit, dicendo: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.* Ex eodem quoque motivo diabolus Chriſtum in deſerto tentaturus, titulum ſibi filii Dei attribuit, exiſtimans, inquit D. Chryſoſtomus, poſſe ſe aliquid per laudum blandimenta ſuffurari, ideòque progreditur & ad miraculorum operationem invitat, doloſa adulatione palpando, aſt cùm necdum intentionem obtineret in templi pinnaculum defert, dicendo: *Si filius Dei es, mitte te deorſum; Angelis ſuis Deus &c.* Non ei præcipitium ſed oſtentationem ſuadet, quam Chriſtus conſecuturus eſſet, ſi in totius civitatis conſpectu ab Angelis per aëra portaretur. At dicet fortè quiſpiam; quid in eo lucri habuiſſet diabolus, ſi etenim Chriſtus angelico ſuffultus obſequio, prodigioſè per aëra delatus fuiſſet, indubiè eum ut Dei filium adoraſſent homines? Huic objectioni reſpondet S. Cyprianus, dum de hujus ſerpentis aſtutia ita loquitur: *Experientia etiam didicerat, & in multis probaverat, victorum victores ſæpe nugis laudationum corruptos, & cognatum propinquumque eſſe virtutibus malum adulationem, nec facilè quemquam poſſe evadere, qui libenter aſſentatorum canticis porrigit aures*; ideoque diabolus victus, nonnihil quidem Chriſtum reliquit, aſt ſpem interim bonam lactavit victoriæ: *Diabolus receſſit ab eo uſque ad tempus*; *Non tentaturus*, inquit ſanctus Ambroſius, *ſed pugnaturus advenit.* Scitiſne, quando dæmon crudeliſſimum Chriſto conflictum diſpoſuit? fortè dum Phariſæos in perſecutionem animavit? forſitan dum hi in Chriſtum lapides jacere pararunt, aut Judas traditionem conſummavit? nequaquam; ſed tunc, quando adulatoriè ipſum adorſus eſt. Ita de quodam dæmoniaco in ſepulchris demorari, catenásque rumpere aſſueto, S. Lucas ſcribit, quod hic obviam Chriſto factus, eum adoravit, altâ que voce clamavit: *Quid mihi & tibi Jeſu, fili Dei altiſſimi?* quo obſecro fructu, in præſentia omnium diabolus Chriſtum Meſſiam eſſe docere voluit? *Ut adulator, non ut devotus* (inquit Chryſologus) *& obſequens hic adorat, credidit ut eum, quem tentatione vincere, quem muneribus nequivit inflectere, poſſit adulatione pulſare.*

D. Chryſ. ho. 15. in Matth. Matt. 4. v. 6. S. Cypr. de ope. Card. Luc. 4. v. 13. S. Ambr. Luc. 8. v. 28. Chryſ. ſer. 17.

3. Perpendit & Salmeron id quod jam præmiſimus, Chriſtum ſibi injuriantibus placidè, adulationibus verò acriter reſpondere

Joan. 8. v. 44.

Salm. t. 8. tr. 59.

dere ſemper ſolitum fuiſſe: *Ut oſtendat ſe majorem utràque fortunâ, ideo neque laudibus intumeſcendum, neque detractionibus, à virtute conſtantiæ cadendum, & plus ſtandum conſtantiæ, quàm alienæ linguæ.*

Janſ. c. 116. conc. 4. Obſervat quoque Janſenius, non ſufficiſſe Chriſto, ſimulationem Phariſæorum detexiſſe, ſed eam inſuper objurgare & reprehendere voluiſſe: *Cognitam*, inquit, *eorum nequitiam ſeverè redarguit, ſuo exemplo nos docens, non attendendum tantùm verbis hominum, nec ſinendum animum noſtrum flecti hominum commendatione.*

Hypocritæ.

Gl. ord. Interl. 5. Gloſſa ait: *Quia aliud ſunt, & aliud ſimulant*; Interlinearis pariter ſcribit: *Quia aliud eſt in corde, & aliud ſimulant in ore*;

Lyran. Lyranus ſimiliter hanc lupi rabiem ſub ovina pelle latitantem propalans, dicit: *Aliud præſtabant, & aliud intendebant*; *quaſi dicat*, Salvator videlicet, *non quæritis veritatem addiſcere, ſed me in verbis capere.* Sanctus

S. Hier. hic. Hieronymus ſuper eadem verba ita diſcurrit: *Hypocrita appellatur, qui aliud eſt, & aliud ſimulat, id eſt, aliud opere agit, & aliud voce prætendit.*

Salm. t. 8. tr. 59. 6. Salmeron in ſermone græco hypocriſin idem eſſe dicit, cum *nequitia & verſutia horum malum animum, ſimulantem juſtitiam & ſanctitatem*, inquit, *ut magis noceant*; *quod eſt duplex iniquitas & imitatio dæmonum, qui ſe transfigurant in Angelos lucis, quò facilius ſeducant.*

Luc. Burg. 7. Lucas Burgenſis Chriſtum ad confundendos Phariſæos internas eorum technas, quibus Chriſti interitum ſtruere machinabantur, detexiſſe ſcribit, inquiens: *Primis verbis detegit conſilia eorum fraudulenta, quò nihil eſſet cæcius eſt ad retundendum hypocritas, qui, quàmdiu latere credunt hypocriſin ſuam, tamdiu inſolescunt: ſi prodatur ac publicetur, turbantur animo, minusque nocere queunt.*

Auth. Imp. ho. 42. Hanc porro confuſionem, ut Author Imperfecti obſervat, benignissimus Salvator ad eorum ordinabat bonum, licèt hi tanto beneficio frui recuſarint: *Vide ergo*, inquit, *quòd Phariſæi quidem blandiebantur, ut perderent, Jeſus verò confundebat, ut ſalvaret*; ex quo hoc utiliſſimum elicit documentum: *Quia utilior eſt homini Deus iratus, quàm homo propitius.* Idem quoque Author à Gloſſa citatus, dicit, ideo Chriſtum intima revelaſſe cordium eorum, ut ipſum Deum eſſe cognoscentes, ab inſidiis deſiſterent: *Ut conſiderantes eum cordium humanorum cognitorem, quod facere cogitabant, perficere non auderent.*

S. Thom. 8. Sanctus Thomas hocce ſi verum ponderans Chriſti reſponſum, Salvatorem in eo omnibus nobis documentum & exemplum voluiſſe dare exiſtimat, proſcribendi adulatores: *Datur nobis exemplum, quod non debemus adulatoribus credere; Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios.* *Prov. 29. v. 12.*

Oſtendite mihi nummiſma cenſûs.

9. Jam Chriſtus requirebat monetam, quâ annuum Imperatori tributum ſolvebatur, hæc autem dicebatur denarius, quia decem valebat aſſibus, à quolibet per annos ſingulos contribuendis.

10. Hoc provido agendi modo, quo Chriſtus in hac occaſione uſus fuit, nos Salvatorem docere voluiſſe, ſcribit ſanctus Ambroſius, quanta cum cautela & circumſpectione reſpondere debeamus hæreticis atque Hebræis: *Docet hoc loco Dominus, circumſpectos hos in reſpondendo adversùs hæreticos vel Judæos eſſe debere.* Beda modum, quo Chriſtus ad convincendos eos uſus eſt, contemplans ait: *Sapientia ſemper patienter agit, ut ſuis potius tentatores ſermonibus confutentur*: id quod plerumque accidit impiis, dum juſtis laqueos parant, teſte Pſalmiſtâ, dum ait: *Comprehendentur in conſiliis quibus cogitant*; unde & Apoſtolus tradit: *Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum*; ſcriptum eſt enim: *comprehendam ſapientes in aſtutia eorum*; & iterum: *Dominus novit cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt.* Conſultarant inter ſe iſti Hebræorum ſapientes de modo retia tendendi Chriſto; *Abeuntes, conſilium inierunt, ut ca-*

Amb. l. 9. in Luc. *Beda in Marc.* *Pſ. 10. v. 2.* *Cor. 3. v. 19.* *Ib. v. 20.*

perent eum in sermone; sed ipsi propriis illaqueati sunt retibus, dum propria ejus responsio confusos reddidit: *In laqueo isto, quem abscondérunt, comprehensus est pes eorum: cognoscetur Dominus judicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.*

Ps. 9. v. 16. & 17.

S. Bon. serm. 2. in Dom. 22.

11. Sanctus Bonaventura in sensu morali ait: *Nummus anima, quam Dominus maximè in morte examinat, ut imaginem suam quærat; nummus iste est anima, ad imaginem Dei facta.*

Versus 20.

Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc & superscriptio?

S. Thom. in Matt.

1. Sanctus Thomas hanc à Christo quæstionem non ex ignorantiâ, sed ob mysterium factam fuisse docet, inquiens: *Quod Dominus interrogabat, non ex ignorantia sed potius ex dispensatione petiit ad significationem.* Id quod & Salmer. hisce verbis tradidit: *Dominus quod noverat, interrogat, ut ex confessione magis confunderet, & ut sic à negotiis sæcularibus alienum ostenderet, & futuros in Ecclesia Dei Episcopos & Pastores instrueret suo exemplo, ut temporalia & pecuniaria negotia per suos diaconos administrent, animarum vero ad Deum reducendarum munus, & verbi Dei ministerium per seipsos tractent.*

Salm. ib

Cajet. hic.

2. Juxta mentem Cajetani, Christus hac interrogatione convincere eos voluit & demonstrare, qui jam Cæsari subjecti erant: *Illa arcta conclusio est ex principatu Cæsaris super ipsos, quem imago inscriptione in nummo continetur; Principum enim est proprium, nummisma conficere in patria sibi subdita; ex eo igitur, quod profitemini in denario Principem vestrum esse Cæsarem, consequens esse oportet, ut reddatis, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, id est jura.* Similem quoque Glossam habet Salmeron, existimans, Christum quasi voluisse dicere: hæc moneta, quâ vos utimini, imaginem continens Cæsaris, evidens est testis vestræ ad eum subjectionis. Deo ita disponente in pœnam scelerum vestrorum; consequens est igitur, ut ei obediatis, tributumque solvatis; idque tanto majori jure, quandoquidem ipse per ministros suos vobis justitiam administrat, & pacem tutatur publicam: *Et multò plus est*, inquit Salmeron, *quod dat Princeps nempe justitiam, pacem & abundantiam, quam sit, quem populus pendit census.*

Salm.

3. Didacus Stella similem jam dictæ considerationem hisce adducit verbis: *Simulat se monetam nescire, quo responsum ex eis eliceret, in quo eos videret, quamquam enim hoc nomine monetam agnoscere nolebat, ut insinuaret, quòd munus & officium suum esset, non temporalibus sed spiritualibus rebus vacare, voluitque hoc docere, quod hi, quibus spirituale regimen commissum est, temporalium rerum usum pluris non faciant, sed sint tanquam advenæ & peregrini in terris: ita mortui debent esse sæculo, ut non agnoscant, quæ sit imago auri aut argenti.*

Didac. Stell.

4. Certum est juxta sensum moralem, in hac imagine nostram designari animam, ad imaginem & similitudinem Dei creatam, unde Glossa ait: *Sicut Cæsar exigui impressionem suæ imaginis, sic & Deus animam, lumine vultus sui signatam.* David vice quadam totum invitabat ad se mones suos genes humanum, volens ei infinita narrare bona, quibus Deus cumulaverat animam ejus: *Venite audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ*: at quis est noster, qui thesaurum istum inæstimabilem, de quo Deus tantum donum protulit, consideret, thesaurum videlicet, *in quo sunt omnes thesauri: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus: Expergiscere ô homo* (inquit contra hos S. Leo) *& dignitatem tuæ cognosce naturæ.* Sanctus Bernardus quoque ex una parte ad hujus animæ magnificentiam & dignitatem, ex alia verò, corporis à Deo Optimo Maximo ad tantam sublimitatem evecti vilitatem oculum dirigens, præ stupore exclamat-

Gloss.

Ps. 65. v. 16.

2. Cor. 4. v. 7.

S. Leo ser. 7. de nati.

S. Bern. ser. 81. in Cat.

exclamat : *Quæ conventio tantæ Majeſtati & tantæ paupertati, ut more & amore ſponſorum, veluti ex æquo ſeſe complecti referantur, ſublimitas illa & illa humilitas?* Spiritus ſanctus dum libri Geneſeos capite 1. animæ noſtræ originem & productionem refert, id facit per verba talia, quæ animæ noſtræ excellentiam & diginitatem plurimùm declarant, dicit enim : *Vidit Deus, quod eſſet bonum, & ait : faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram* : & paulò poſt : *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam ; ad imaginem Dei creavit illum.* Ubi Beda ait : *Dignitatis humanæ magnitudo oſtenditur, dum quaſi conſilio creatur.* Scriptura enim dum aliarum creaturarum productionem loquitur, eaſdem per unicum duntaxat *fiat*, ſine ullo prævio conſilio creavit, dicendo : *Fiat lux, fiat firmamentum, germinet terra, fiant luminaria*; non verò ſic hominem creavit, ſed ut Rupertus Abbas ait : *Mutavit vocem ſuam, quippe qui hactenus de ſingulis dixit : Fiat, & factum eſt.* Origenes quoque idem notat, dicens : *Homo à Deo factus eſt, omnia verò reliqua juſſione ejus facta dicuntur* ; imò videtur Deus animam quaſi ex præcordiis ſuis produxiſſe, ſicut ex præcordiis producitur halitus & ſpiritus oris : *Inſpiravit enim in faciem ejus ſpiraculum* : corpus verò, quod pro aliquo tempore, animæ debebat eſſe domicilium, propriis ſuis manibus plaſmavit ; ut proinde ſanctus Ambroſius dicat : *Me feciſti, me tuis manibus figuraſti*, unde & Tertullianus ait : *Recogita illuc totum Deum occupatum ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio & affectione, quâ lineamenta ductabat* ; & quidem licet, quoadusque in hujus mortalis vitæ caligine vivimus, perfectum hujus imaginis pulchritudine conceptum formare nequeamus, quia *videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*, hoc tamen animæ noſtræ pulchritudini nihil adimit, ut ſi quis potentiſſimus mundi Monarcha ex omnibus terræ partibus ad formandam elegantiſſimam, quàm poſſent imaginem, omnes præſtantiſſimos congregaſſet ſculptores & pictores, factamque ab illis imaginem, rudi quodam velo contectam, in gazâ ſuâ aſſervaret, velum iſtud nihil utique illius imaginis elegantiam diminueret : ad eundem modum, ad producendam hanc animam noſtram, perfectiſſimam velut divinitatis imaginem & ſimilitudinem, ſimul congregatæ ſunt tres divinæ Perſonæ, quarum quælibet extremum artis ſuæ in eandem expreſſit & licet, nec imaginem, nec ejus decorem oculis noſtris intueri valeamus, ideo tamen nihilominus æſtimanda venit. Idem Rupertus ait : *Magnum planè conſilium, in illo ſapientiæ conſilio, in illo talium Perſonarum, Patris & Filii & Spiritus ſancti nontam ſenatu quàm colloquio venerando* anima producta fuit : Sanctus Bernardus pariter ſupremam illam Triadem, animæ noſtræ artificem fuiſſe, his verbis fatetur : *Beata illa & ſempiterna Trinitas, Pater & Filius & Spiritus ſanctus creavit quandam Trinitatem & ſimilitudinem ſuam, animam videlicet rationalem.* Ex his tribus Perſonis, quæ hujus tam nobilis partus, ut ita dicam, genitrices fuêre, unaquæque ſecundùm noſtrum modum intelligendi extremo, potentiæ ſuæ conatu, eandem beneficiis cumulare & magnificentiſſimè exornare ſtuduit, unde Rupertus ait : *Quid enim propoſitum eſt, niſi ſancta Trinitatis gloriam, per opera ipſius quaſi ſpeculum contemplari, & cujusque perſonæ proprietatem agnoſcere ex proprii qualitate operis? hæc planè, humana ſcilicet creatura, illud potiſſimum opus eſt, quod eadem beata Trinitas magnâ ſibi dignatione diviſit, ut Pater conderet, Filius redimeret, Spiritus S. igniret.* S. Bernardus proinde inter animam noſtram & Sanctiſſimam Trinitatem, has dicit incedere ſimilitudines : *Sicut ex Patre generatur Filius, & ex utroque procedit Spiritus S. ita ex intellectu generatur voluntas, & ex dictis ambobus procedit memoria, & ſicut Deus eſt Pater, Deus eſt Filius, Deus eſt Spiritus S. non tamen tres Dii, ſed unus eſt Deus, & tres Perſonæ : ita anima eſt intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres*

Gen. 1. v. 26. ibi. v. 27. Beda.

Gen. 1. v. 6. Rup. Ab. l. 2. in c. 1. Gen.

Gen. 2. v. 7. S. Ambr. ſer. 10. in Pſ. 118. Tertul. l. de reſur. carn. c. 6. 1. Cor. 13. v. 12.

Rup. Ab. ibid.

S. Bern. ſerm. 1. in parv.

Rup. Ab.

S. Bern.

tres animæ, ſed una anima & tres vires.

S. Bern. ſen. de dignit. anim. c. 2. Sanctus Bernardinus Senenſis parem ferè diſcurſum adducit, dum trium divinarum perſonarum, in animâ noſtrâ reſplendentem ſimilitudinem ita exponit: *Una in eſſentiâ, trina in potentiis nobiliſſimis, libero arbitrio prædita, & dominio in res omnes corporeas*; eandem ſimilitudinem Dionyſius Carthuſianus aliis adhibitis ponderationibus ita declarat: *Anima poteſt dici imago Dei, quantum ad trinitatem perſonarum, & ſimilitudo ejusdem, quantum ad unitatem & ſimplicitatem divinæ eſſentiæ; quemadmodum enim in divinis ſunt tres perſonæ, quarum una ac prima à nullo eſt, ſecunda videlicet Filius eſt à ſolo Patre, tertia ab utroque; ita in anima intellectus actuatur à fœcundâ memoriâ, & voluntas ab utrisque: rurſus in ſuperiori parte animæ eſt verbum internum ab intellectu procedens, & amor ex voluntate & verbo emanans.*

S. Aug. l. de ſpir. & anim. c. 36. 5. Alias analogias adducunt alii; ſanctus Auguſtinus (ſeu quisquis eſt author libri *de Spiritu & Anima*) dicit: *Creata eſt anima à Deo, vita à vitâ, ſimplex à ſimplici, immortalis ab immortali, ut non ſit longè à Creatore, cui appropriare videtur, ſimplicitate eſſentiæ & perpetuitate vitæ*; quemadmodum de Deo dicitur: *Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit.* Pſ. 134. v. 6. Ita & Thomas Villa nova de Animâ ſcribit: S. Thom. Vill. ſer. in Advent. *Grandis humanæ naturæ dignitas, altiſſimaque prærogativa eſt, ut ad Dei imitationem, ipſa quoque quodammodo ſui juris ſit, & ſuo arbitrio derelicta, ut, quæcunque vult, facere poſſit.* Deus noſter unus eſt, & tamen ſemper in omni loco vivificat, movet & jubernat univerſum; unde Act. 17. v. 28. Apoſtolus ait: *In ipſo vivimus, movemur & ſumus*; *ſic anima in ſuo corpore*, ut S. Ambroſius diſcurrit, *ubique tota viget, vivificans illud, movens & gubernans, in minimis tota, & in maximis tota.* S. Ambr. de dignit. anim. Item ſicut Deo proprium eſt, in omni loco præſentem eſſe, tam foris quàm intra univerſum, ita pariter anima cogitationibus ſuis per omnes mundi partes diſcurrit, in unico momento ab uno polo volat ad alterum, & in mille differentibus locis mente ſuâ præſens eſt, amplectitur mundum, nec tangit illum, & imaginatione ſuâ modò in cœlo, mox in inferno moratur: ſic Deus unus & ſolus exiſtens, effectuum, naturâ variorum & differentium, cauſa eſt, adeo ut idem calorem igni, nivibus gelu, lucem ſoli, abyſſis obſcuritatem, fragrantiam floribus, fructibus ſaporem, gemmis denique pretium, virtutem & decorem imperetiatur; ita & anima noſtra, una ſubſtantia ſpiritualis exiſtens, unicum eſt omnium operationum vitalium principium, adeò ut una cùm ſit, videat tamen per oculos, per aures auſcultet, guſtet per linguam, per ſtomachum digerat, perque venas ſanguinem æquali proportione diſpenſet, innumera imaginationi imprimat phantaſmata, variorum memoriam teneat vocabulorum, diſcurrat, amet, velit, oderit, *&c.* præterea ſicut Deus eſt incorruptibilis, inalterabilis, inviſibilis, incorporeus, indiviſibilis, immortalis; ita quoque anima noſtra, omnis eſt expers corruptionis, quia nec inficitur aere aërem, nec humorum intemperie alteratur, nec ullam motus patitur violentiam; indiviſibilis eſt, immortalis & inviſibilis.

S. Th. 1. p. q. 93. a. 4. Rom. 8. v. 29. 6. Sanctus Thomas in quodam articulo Summæ ſuæ quærit, an in quolibet homine imago Dei reperiatur, cujus ratio dubii eſt, quia Apoſtolus dicit: *Quos præſcivit & prædeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui*, ergo ſoli prædeſtinati hanc in ſe Dei imaginem referunt; deinde ſimilitudo eſt de ratione imaginis, peccator autem ob peccatum, Deo ſimilis eſſe non poteſt, quia *comparatus eſt jumentis inſipientibus*, Pſ. 48. v. 13. *& ſimilis factus eſt illis*; nihilominus in contrarium adducit illum Pſalmi locum: *Verumtamen in imagine pertranſit homo*, Pſ. 39. v. 7. unde ita concludit: *Cùm homo ſecundùm actualem naturam, ad imaginem Dei eſſe dicatur, ſecundùm hoc eſt maximè ad imaginem Dei, ſecundùm quod intellectualis natura, Deum maximè imitari poteſt*: tribus autem modis imaginem Dei in homine conſiderari poſſe dicit: primò in ordine ad aptitudinem naturalem, quam homo habet ad Deum

Deum intelligendum & amandum, & hæc in naturâ, mente & intellectu noſtro conſiſtit, quæ communis eſt omnibus. Secundus modus in actu vel habitu Deum cognoſcendi & amandi, licèt imperfectè, poſitus eſt, & hic dependet à gratiâ, nec eſt omnibus communis. 3. Conſiſtit in actuali cognitione & amore Dei perfecto, *& ſic oſtenditur imago ſecundùm ſimilitudinem gloriæ.*

7. Portò inter imaginem & ſimilitudinem, variæ à ſacris expoſitoribus notantur differentiæ. Porrecta imaginem omnibus communem eſſe exiſtimat, ita ut etiam poſt peccatum in homine remaneat, quam proinde nullam cum gratiâ juſtificante neceſſariam connexionem habere dicit; de ſimilitudine verò ita ſcribit: *Eſt donum & gratuitum, & gratiam gratificantem inferens. Scis, quid ſit imago Dei? ſeu in quo conſiſtat? imago Dei eſt anima noſtra, unde imago conſiſtit in hoc, quod homo habeat animam unam, tribus potentiis, ſcilicet memoriâ, intellectu & voluntate inſignitam. Ubi autem conſiſtit Dei ſimilitudo? in hoc, quod homo habet gratiam, gratum Deo pro vitâ æternâ facientem cum virtutibus;* talem Adamus in ſtatu innocentiæ & juſtitiæ originalis habuit. In hoc ſenſu Rupertus ait: *ad imaginem requiritur, ut ſit rationalis, ad ſimilitudinem noſtram, ut rectus ſit, ſectando juſtitiam Dei.* Hugo Cardinalis pariter ait: *Similitudo quantùm ad morum ſanctitatem; vel imago quo ad innocentiam, ſimilitudo quo ad juſtitiam; factus eſt igitur homo ad imaginem Dei, ut imitetur eum in innocentiâ: ad ſimilitudinem, ut aſſimiletur ei in juſtitiâ; vel ad imaginem, ut cognoſcat, ad ſimilitudinem, & diligat;* quæ ultima verba deſumpta ſunt ex S. Auguſtino lib. de *ſpir. & animâ*, quem ſanctus Thomas in Geneſin ſcribens, citat. hic enim ita ait: *Habent iſta duo diſtinctionem, nam imago attenditur ſecundùm potentiam cognoſcendi, ſimilitudo quantùm ad potentiam diligendi*; idem S. Auguſtinus iterũ ait: *Facta eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ut factorem ſuum pro imagine cognoſcat, & pro ſimilitudine diligat;* Sanctus Ambroſius ita quoque ſcribit: *Ut tantò ardentius amaret conditorem, quantò mirabilius ſe ab eo conditum intelligeret.* Quòd ſi truncus quidam ligneus, ab omni aliàs viatore pedibus calcatus, ab artifice in ſtatuam efformaretur, ac demum in altari exponeretur adorandus, is utique, ſi diſcurſu & rationis uſu præditus eſſet, hunc Apellem ſuum mirificè diligeret, utpote qui eum è luto ereptum, ad nobilem adeo ſtatum perduxiſſet; quid verò homo erat, priuſquam manibus Dei plaſmaretur, corpus certè nihil præter lutum erat, anima verò nihil; nam ex nihilo productam Angelis ſimilem fecit: *Minuiſti eum paulo minùs ab Angelis, gloriâ & honore coronâſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* Quod ſi verò, cur Deus huic imagini eſſe adeo præſtans & nobile per inſpirationem dederit, interroges, quia: *Inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt in animam viventem*, reſponderi poteſt, exinde novam argui poſſe animæ cum creatore ſuo ſimilitudinẽ, divina enim ſapientia de ſemetipſa ait: *Ego ex ore altiſſimi prodivi*; deinde ſicut reſpiratio à præcordiis attrahitu, rita & Deus noſter oſtendere volens, quanto cum amore hanc animam crearit, quantóq; in pretio & æſtimatione illam habeat, eandem certo quodam modo è præcordiis ſuis educere voluiſſe videtur; unde Oleaſter ait: *Potuit dicere: Fiat homo in animam viventem, ſed hoc non contentus, quaſi ex ſuis præcordiis vitam eduxit*: eundem hunc modum, ſi meminiſtis, Chriſtus, Spiritum ſanctum qui ſanctiſſimæ Triados tertia perſona eſt, poſt reſurrectionem ſuam dilectis diſcipulis ſuis communicando, ſervavit, quia *inſufflavit in eos, dicens: Accipite Spiritum ſanctum.* Et ideo Tertullianus animam, *divini flatus vaginam* appellat: *Abſit*, inquit, *ut Deus manuum ſuarum opus, ingenti ſui curam, afflatûs ſui vaginam, molitionis ſuæ reginam, liberalitatis ſuæ hæredem, religionis ſuæ Sacerdotem, Chriſti ſui ſororem in æternum deſtituat interitum.*

8. Optima eſt igitur iſta Euſebii Emiſſeni ſententia, dicentis: *Nobilem vult eſſe vitam tuam, qui tibi commiſit imaginem ſuam*; id quod Apoſtolus quoque Areopagitis prædicabat, dicens: *Genus ergo cum ſimus Dei, non debemus æſtimare auro & argento*

Porrecta in cap. 1. Gen. cont. 21. circa fin. reſp.

Rup. Abbat. l. 2. in Gen. c. 3.

Hugo Card. in Gen.

S. Thom.

S. Aug. l. cit. c. 10.

S. Ambr. de anim. dignit. c. 1.

Pſ. 8.

Eccli. 24. 5.

Oleaſt. in Gen.

Joan. 20. v. 22.

Tertull. de reſ. carn. c. 19.

Euſeb. Emiſ. hom. 2. de ſymb. Act. Ap. 17. v. 29.

gento aut lapidi scripturæ artis & cogitationis hominis divinum esse simile; ubi sanctus Gregorius ait: *Genus videlicet Dei dicimur, per acceptam imaginem ad similitudinem.*

S. Greg. l. 20. mor. c. 16.

9. Notat Cajetanus, Moysen non sine mysterio bis repetiisse ly: *Creavit Deus hominem ad imaginem suam; ad arctius scilicet imprimendam nobis tanti magnitudinem beneficii, quòd ad imaginem Dei creatus est homo*; at nos imaginem istam peccatis turpiter defœdamus, nam ut Beda ait: *Homo factus est ad imaginem & similitudinem Dei, quam peccando corrupit*, & S. Ambrosius dicit: *Pictura pretiosa est Adam ante peccatum, sed ubi lapsus est, deposuit imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem; sed fugiamus hanc imaginem, quæ intrare civitatem Dei non potest, quia scriptum est: Domine in civitate tuâ imaginem ipsorum ad nihilum rediges & non intrat indigna imago.* Postquam Christus omnia in se peccata nostra assumpserat, in horto *procidit in faciem suam*, cur ita? cur faciem suam cœlum versus elevare non præsumpsit? S. Hieronymus ait: *Quâ conscientiâ erigitis ad cœlum vultus, quos conditor non agnoscit?* Ingeniosa est illa Origenis observatio, quâ objectioni cuidam respondet, quæ hoc loco moveri potest, cur scilicet Moyses, postquam dixisset, divinas personas inter se consultasse dicendo: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, postea consilii executionem recensens, solùm dixerit, & quidem bis; *creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum*, nullam similitudinis faciendo mentionē? respondet igitur verum quidem esse, quòd in creatione ad imaginem Dei formati simus, at similitudinem cum Deo, bonorum operum penicillo depingendum in animâ nobis reliquit, hæc est imaginem inter & similitudinem differentia, quòd illa in donis naturalibus consistat, hæc verò in supernaturalibus gratiæ, innocentiæ &c. Albertus Magnus ait: *Est imago Dei in nobis & superscriptio sui nominis, & hæc duo quæruntur in denario, scilicet puritas & pondus*; quæ mox animæ nostræ, per hanc monetam denotatæ applicat, dicens: *Sic in nobis præter duo ista quæritur puritas intentionis, & pondus affectus sive amoris*, nisi enim amor in nobis fuerit, similitudo nobis inesse non poterit.

Cajet. in Gen.

Beda in Marc.

S. Ambr. 6. c. 7. examer.

Ps. 72. 20.

Matth. 26. v. 39.

S. Hier. ep. ad. Fur.

Orig. ho. in cap. 1. Gen.

Alb. M. in Luc.

10. Sanctus Ambrosius per hanc imaginem, cui similes sumus filium Dei intelligit, dicens: *Ipse est imago Dei Patris, qui semper est & erat in principio; imago est, qui dicit: Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum*; ac proinde sanctus Basilius obstupescens, quòd Deus filii sui effigiem nobis impresserit, nosque ei similes effecerit, dicit: *Cui quæso te, alii similis es, quàm ei, qui splendor est, gloria & figura substantiæ ejus, ei, qui est imago Dei invisibilis?* sed audiamus circa hoc insigne Origenis hocce consilium: *Semper intueamur istam imaginem Dei, ut possimus ad ejus similitudinem reformari*, quia ut Apostolus ait: *Quos prædestinavit conformes fieri imagini filii sui*; & ideo, quod Deus Moysi dicit, nobis dictum esse censere debemus: *Inspice & fac secundùm exemplar, quod tibi monstratum est in monte*; etenim Deus Pater hanc imaginem & similitudinem, generi humano impressam, adeò defœdatam & deformatam esse videns, eidem filium suum misit, ut in ipso se speculando, imaginem & similitudinem rastauraret deperditam. S. Leo ait: *Si creationis nostræ intelligamus exordium, inveniemus, hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset authoris, & hanc esse naturalem sui generis dignitatem, ut in nobis quasi in quodam speculo divinæ benignitatis forma respondeat.* Verum tamen est, quòd sicut totum esse imaginis repræsentatæ, quod ex speculo resultat, in objecti in eo relucentis firmitate & stabilitate consistit (nam eo recedente imago evanescit) eodem modo totum bonum hujus imaginis & similitudinis animæ cum Deo, in divinâ ejus misericordiâ & gratiâ erga illam subsistit, quæ si ab illâ recedat, totum quod habuit bonum, amittit: *Intellectum tibi dabo, & instruam te in viâ hac, quâ gradieris, firmabo super te oculos meos*, inquit David; & alibi: *Domine in voluntate tuâ præstitisti decori meo virtutem*; mox verò subdit: *Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus*; verum tamen est, quod,

S. Ambr. ibid.

Joan. 14. 9.

S. Basil. ho. 9. examer

Orig. ib.

Rom. 8. v. 29.

Exod. 25. v. 40.

S. Leo ser. 1. de jejun. decim. mens.

Ps. 31. 8.

Ps. 29. 8.

Conc. Trident. quod, ut ſacrum Concilium Tridentinum docet, hanc à Deo ſecuritatem habeamus, quòd is nos nunquam ſuâ ſit gratiâ deſtituturus, niſi nos ei primò deorſum obverterimus; & ideo anima noſtra ſemper Deo dicere debet: *Reſpice in me & miſerere mei*; & ut S. *S. Aug.* Auguſtinus ait: *Quisque vult eſſe ſimilis Deo, non recedat ab eo, ei cohærendo, ut cuſtodiat ſimilitudinem, ad quam factus eſt.*

Hugo Card. 11. Hugo Cardinalis ſuper Marcum, hanc eandem hiſtoriam ſcribentem, ait: *In denario ſunt quatuor, ſcilicet veritas materiæ, gravitas ponderis, imago Regis, littera circumſcriptionis; ſic in animâ ſunt quatuor; materia animæ eſt nihilum, pondus affectio mentis, imago bona naturalia, ſuperſcriptio bona gratuita; ex primo habet anima humilitatem, ex ſecundo mutabilitatem*, juxta illud ſancti Bernardi: *Timent, quæ non oportet, amant quæ non decent, dolent vanè, gaudentque vanius; ex tertio habet operandi poteſtatem; ex quarto proficiendi facultatem.*

Didacus Stell. in Luc. 20. 12. Didacus Stella dum vanioris & imbecillioris ſexus deteſtatur abuſum, utpote qui naturalem vultum pigmentis ſeu fictis coloribus adeo exornat, ut ex facie difficulter agnoſcatur, pergit dicere: *Ita facies mutant atque ora, quæ à Deo receperunt, ut eos Chriſtus poſſet interrogare, quod hos modò interrogat*; mox verò pro documento animæ ſubjungit: *Maximè cavere debes, ne in eo, quod mutaris, Deo ignota reddaris, ut, quando eum vocare volueris, reſpondeat tibi, quod fatuis virginibus: Neſcio vos, non novi te, quia non habes vultum, quem dedi tibi*; cui conſonat illud ſancti Bonaventuræ: *Quàm timenda eſt quæſtio hæc, quando in judicio diligenter examinatur anima, cujus imaginem habeat, Dei an diaboli.*

Matth. 25. v. 12. S. Bonavent.

*****
****
***
*

Verſus 21.

Dicunt ei, Cæſaris: Tunc ait illis: Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

1. Cajetanus ex hoc Chriſti reſponſo arguit, interrogationem Chriſto factam eo ſpectaſſe, ut elucidaretur difficultas, quæ vertebatur, an ſcilicet in contemptum Dei cederet, quod Cæſari pendebatur tributum ab iis, qui peculiaris Dei populus erant; & hæc cauſa fuit, inquit Cajetanus, quòd Chriſtus non ſolùm reſponderit: *Quod eſt Cæſaris, date Cæſari*, ſed ſimul adjunxerit: *Quod eſt Dei, date Deo; docuit per hoc, quòd ſolvere tributa, cenſus, vectigalia, & quæcunque hujusmodi principibus infidelibus, non contrariatur ad reddendum, quæ ſunt Dei, Deo; utrumque enim poteſt ſimul fieri.* Non eſt inconveniens, inquit Lyranus, nec contradictionem involvit, quòd homo ſubjiciatur homini in rebus temporalibus, & eodem tempore, Deo immediatè in ſpiritualibus, leges etiam civiles Principum non Tyrannorum, non ſunt contrariæ nec repugnant legibus Eccleſiaſticis; unde Origenes ait: *Reſpondet, quòd oportet reddere Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & non oportet eum fraudare à propriis ejus pietatis occaſione*; & quidem, quod Chriſtus hac reſponſione inſinuaſſet ipſemet prius executioni mandavit, inquit S. Bernardus: *Quod ore locutus eſt Chriſtus, opere implere curavit; conditor Cæſaris non cunctatus eſt Cæſari reddere cenſum*; Lucas Burgenſis nihilominus conditionem quandam notat, quæ etiam ab aliis ſacris expoſitoribus adducitur: *Docet*, inquit, *non obſtare, quominus & Cæſari pareatur & Deo, ſalva pietate, imò ſuadere pietatem, ut utrique pareatur*; Chryſoſtomus quoque idem hiſce verbis tangit: *Tu verò cùm audias reddenda eſſe Cæſari, quæ ſua ſunt, illa ſolùm dici non dubita, quæ pietati ac religioni nihil officiunt, nam quod fidei aut virtuti obeſt, non Cæſaris ſed diaboli tributum & vectigal eſt.* Circa hæc verba ingenioſa valde eſt illa Didaci Stellæ conſideratio: *Nec dicit*, inquit, *reddite Cæſari quæ petit; ſed reddite*,

Cajet. hic. *Lyran.* *Orig. tr. 21. in Matt.* *S. Bern. ep. 42.* *Lucas Burg.* *Chryſ. ho. 71. in Matth.* *Didac. Stell. in Luc.*

dite, quæ illius ſunt; nam ſi poteſtas aliquid à nobis petit, per quod offendi Deum neceſſe eſſet, id non eſſet Cæſaris, ſed diaboli tributum, nam ut in actibus Apoſtolorum dicitur: *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus*; quoties enim legi Principis obediendo, lex divina offenditur, tributum Cæſari non ſolvitur, ſed quod Dei eſt, tollitur; ac proinde immediatè ſubjungit: *Ac quæ Dei, Deo*; quare nos docere vult, non ſatis eſſe Chriſtiano, ſi Cæſari & poteſtati obedientiam præſtet, niſi Deo obediens ſit; vult etiam regum, principum, magnatum per hoc indicare ſervis, quòd coram Deo non erunt excuſati, ſi propter dominorum ſuorum negotia, negligunt & omittunt, quæ Deus exigit.

Act. Ap. 5. v. 29.

Salmer. 2. Salmeron notat, Hæbræos in aliis Dei, in aliis verò Cæſaris debitores eſſe: *Vos eſtis*, inquit, *Dei & Cæſaris, nam omnia habetis à Deo, ut animam, corpus, divitias naturales; aliqua per Cæſarem, ut juſtitiam, pacem, abundantiam*; ac proinde juxta illud Apoſtoli: *Reddite omnibus debita; cui tributum, tributum; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.*

Rom. 13. 7.

S. Thom. 3. Hic Salmeronis diſcurſus ex S. Thomâ ſuper Matthæum decerptus fuit, ubi is ita ſcribit: *Quaſi dicat; vos eſtis Dei & Cæſaris, & habetis in uſu veſtro, & quæ Dei, & quæ Cæſaris; divitias naturales à Deo, ſcilicet panem & vinum, & de his date Deo; habetis iſta artificialia, ut denarios à Cæſare, & hæc Cæſari reddite.* Idem in ſenſu myſtico dicit, quòd animam, quæ ad imaginem Dei eſt, Deo Debeamus, *ſecundùm ea verò, quæ à mundo habemus, pacem cum mundo habere debemus.*

S. Hilar. can. 24. in Matt. 4. S. Hilarius horum verborum myſteria ponderans, exclamat: *O plenam miraculi reſponſionem, & perfectam dicti cœleſtis abſolutionem, ita inter contemptum ſæculi & contumeliam laudendi Cæſaris temperavit, ut curis omnibus & officiis humanis devotas Deo mentes abſolveret, cum Cæſari, quæ ejus eſſent, reddenda decernit, ſi nihil ejus penes nos reſederit: conditione reddendi ei, quæ ſunt ſua, non tenebimur.*

Lucas Burg. 5. Lucas Burgenſis diſtinctionem Deo & Cæſari à nobis reddendi cenſus ſequentem aſſignat: *Singula tamen in his, quæ ipſi ſunt propria, ita neutri alterius prætextu, fiat injuria, nec Cæſari prætextu Dei, nec Deo prætextu Cæſaris.*

6. S. Auguſtinus ait: *Deo reddendus eſt Chriſtianus amor, Regibus humanus timor*, quod ut fiat, conſiderandus eſt Daniel, favorem ſibi concilians Nabuchodonoſoris, licèt impii & ſacrilegi; David pariter venerat us eſt, reprobum Saülem. S. Sebaſtianus primas habuit dignitates in aulâ Diocletiani Imperatoris, truculentiſſimi Chriſtianorum perſecutoris, & tamen *quæ ſunt Cæſaris, dedit Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*; quia ut ejus hiſtoria refert, *tyrannis erat adeo venerandus, quòd videretur in omnibus vir ſpectatus & probatus, ut connumeraretur inter amicos fideliſſimos*; & tamen ſimul de eodem ſcribitur, & experientia docuit, quòd *erat vir per omnia Chriſtianiſſimus.* In aula quoque Neronis, viri ſanctiſſimi vivebant, qui optimè Cæſari, quod illius erat, dare noverant, ſine tamen præjudicio ejus, quod Deo debebatur; quos proinde Apoſtolus ſanctos appellat: *Salutant vos omnes ſancti, maximè autem, qui de domo Cæſaris ſunt.*

S. Aug. l. 2. con. Epiſc. Parm. c. 7.

Surius.

Phil. 4. 22.

7. Theophylactus ſuper Lucam notat, Chriſtum non dixiſſe: *Date*, ſed, *reddite*; *vide*, inquit, *quia non dixit: date, ſed reddite; debitum igitur eſt reddite igitur debitū*; cujus ratio jam tradita eſt quia Princeps pro communi Reipublicæ bono & beneficio ſubditorum, multas faciunt expenſas, atque ideo neceſſùm eſt, ut hi ad easdem aliquâ ſaltem ratione concurrant: *Cuſtodit te Princeps tuus ab hoſtibus; vitam tuam pacatam facit; debes itaque ei pro his tributum.* S. Ambroſius autem in ſenſu ſpirituali dicit: *Bene prius, quæ ſunt Cæſaris, reddenda decernit, neque enim poteſt quis eſſe Domini, niſi prius renunciaverit mundo.* Eandem & S. Paſchaſius moralitatem tangit, dicens: *Vosmetipſos reddite Deo, quod omnino non poteſtis, niſi vos primò exuatis à cenſu Cæſaris, quatenus deinceps liberi ſitis, & ideo prius reddite, quod alienum eſt.*

Theoph. in Luc.

S. Ambr. in Luc. ibid.

S. Paſch. l. 10. in Matth.

8. Eandem ponderationem S. Bonaventura habet: *Prius*, ait *præmittit, quòd reddantur, quæ ſunt mundi, prius enim deponendum pondus, quàm quis erigatur ſurſum.*

S. Bonav. in Luc.

9. Nec eſt prætereunda Salvatoris in præſenti animadverſio, nimirum Chriſtum ſolùm de tributo Cæſaris interrogatum, ſi-

mul

mul etiam quod Deo debetur, reſpondiſſe: *Addite de debitis Deo ſolvendis, tum ne objicerent ſibi præceptum Dei de debitis ſolvendis; tum, ut oſtenderet ſe curare, quæ Dei ſunt, non ſuo commodo, ſed utilitate reddentium.*

Orig. in cat. adc. 20. Lucæ

Origenes à S. Thoma in catena citatus, dum confirmat dicens: *Poſtulat autem à nobis Deus, non quia neceſſarium habet, ut ei aliquid tribuamus, ſed ut, poſtquam ei dederimus, hoc ipſum nobis tribuat.*

Theoph. in Matt.

10. Theophylactus per Deum & Cæſarem uniuscujuſque corpus & animam interpretatur: *Ex anima*, inquit, *& corpore conſtituimur; corpori cibum & amictum, ut Cæſari deberemus, diviniori autem & noſtræ parti, quæ & illi congruunt, nos autem hunc ordinem non ſolum ſæpe pervertimus; dum major nos cura tenet, ut primo loco corpori, ſecundario verò animæ ſatisfaciamus; verum etiam dum tributum Spiritui debitum, majori ex parte negligimus.*

Ianſc. 116. conc

11. Janſenius modum nos docet, quo hunc cenſum Deo, cui omnia debemus, ſolvere valeamus; inquit, *cùm ea, quæ habet homo in bonis vel animæ vel corporis, vel fortunæ, ſint ipſius Dei, omnia hæc quodammodo Deo ſunt reddenda, id autem fit, cùm omnia Dei dona illi accepta ferimus, iisque utimur ſecundùm ipſius voluntatem, & ad ipſius gloriam.*

Auth. Imp. ho. 42.

12. Author Imperfecti pariter modum huic tributo ſatisfaciendi inſinuat, dicens: *Illi beatam ſemper Deo imaginem ſuam reddamus, non ſuperbiæ faſtu tumidam, non iracundiæ livore marcidam, non avaritiæ facibus ſuccenſam, non gulæ illecebris deditam, non hypocriſis duplicitate contectam, non luxuriæ ſordibus contaminatam.*

Euthy.

13. Euthymius per hunc cenſum, Deo debitum, pietatem & religionem, maximè verò divinorum eius præceptorum obſervantiam intelligit: *Redde*, ait, *pietatem & obſervantiam mandatorum.*

Theoph. in Luc.

14. Theophylactus ait: *Dedit tibi mentem, illam redde ei, juxta mentem operans; dedit tibi rationem, redde & illam, ne fias brutis inſipientibus ſimilis.* S. Hilarius acceptabile Deo tributum eſſe dicit, ſi quæ in nos contulit, ei viciſſim reddamus. *Deo, quæ jus ſunt propria reddere nos oportet, corpus, animam, voluntatem, ab eo enim hæc profecta atque aucta retinemus.*

S. Hilar. cap. 13. in Matt.

15. Porrò Cæſarem in his, quæ ad Deum ſpectant, ſe ingerere non debere, ex Epiſtola quadam S. Ambroſii ad Marcellinam ſororem de Imperatore Valente, Eccleſiam quandam pro Arianis ab ipſo poſtulante, loquentis clarè intelligitur, his enim ſe verbis eum repulſiſſe ſcribit: *Nolite gravare Imperator, ut putes, te in ea, quæ divina ſunt, imperiale jus habere; nolite extollere, ſed ſi vis diutiùs imperare, eſto Deo ſubditus; ſcriptum eſt: quæ Dei, Deo: quæ Cæſaris, Cæſari; ad Imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem Eccleſia, tibi mœniorum jus conceſſum eſt, non ſacrorum,* Deus, *qui omnia in ſapientia fecit*, olim virgam Aaron, non verò Moyſis, in arca ad perennem memoriam conſervari præcepit; cum tamen illa Moyſis virga, Ægyptum tot plagis caſtigando, aperiendo maria, atque aquæ lympidiſſimæ flumina è duris ſaxis eliciendo, admiranda ediderit prodigia, idque in populi Iſraëlitici magnum beneficium; qua de re aliud dici nequit, quàm quòd *omnia in figura contingebant eis*, virga enim Aaron poteſtatem ſacerdotalem, Moyſis verò authoritatem & poteſtatem ſæcularem repræſentabat, hæc autem nequaquam præſumere debet, ut ſe in jurisdictionem eccleſiaſticam ingerat, ſed foris extra arcam manere debet; Ozias incenſum offerre volens, & Saul ſacrificans, & multi ſimiles graviſſimè à Deo puniti fuêre.

S. Ambr. ep. 33.

* * *

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Matth. cap. 9.

v. 18. HÆc illo loquente ad eos, ecce Princeps unus acceſſit & adorabat eum dicens: Domine filia mea modò defuncta eſt; ſed veni, impone manum ſuper eam, & vivet. 19. Et ſurgens JESUS ſequebatur eum, & diſcipuli ejus. 20. Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus, 21. Dicebat enim intra ſe: ſi tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalva ero. 22. At JESUS converſus & videns eam, dixit: confide filia, fides tua te ſalvam fecit, & ſalva facta eſt mulier ex illâ horâ. 23. Et cùm veniſſet JESUS in domum Principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem, dicebat. 24. Redite, non eſt enim mortua puella, ſed dormit. 25. Et deridebant eum, & cùm ejecta eſſet turba, intravit & tenuit manum ejus, & ſurrexit puella. 26. Et exiit fama hæc in univerſam terram illam.

Verſus 18.

Hæc illo loquente ad eos, ecce Princeps unus acceſſit & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modò defuncta eſt, ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & vivet.

Ecce Princeps unus acceſſit.

Lyran. 1. QUantumvis Judæi, prout Lyranus tradit, in ſolâ civitate Jeroſolymitanâ templum habeſſt, ſacrificiis & hoſtiis deſtinatum, in aliis nihilominus etiam urbibus & villis, ſua tenebant orationibus effundendis, verbo Dei audiendo, omnibusque aliis ad cultum ſpectantibus, pro univerſali populi beneficio deputata loca, quique in iis tanquam caput relictæ quorum cum authoritate publicâ præerat, Princeps dicebatur Synagogæ S. Marcus porrò Archiſynagogum nuncupat Jairum, quod idem ei nomen S. Lucas impoſuit, quod nomen S. Bonaventura in ſenſu ſpirituali ita explicat: *Jairus interpretatur illuminatus, & talis debet in plebe Domini principari.*

Marc. 5. v. 22. Luc. 8. v. 41. S. Bonavent. in Luc.

2. Gloſſa per hunc Principem, in ſenſu allegorico Moyſen intelligit: *Archiſynagogus*, inquit, *Moyſen ſignificat; dicitur Jairus, id eſt, illuminans vel illuminatus, quia accepit verba vitæ dare nobis; videns Dominum in carne venturum, cadit ad pedes ejus, dicens: quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus, pro filia rogat, id eſt, pro Synagoga, quæ ſolâ lege inſtructa unica erat, quæ à lege & Prophetis educata poſtquam filios Deo generare debuit ſpirituales, erroribus languens in peccatis moritur; prius pro ea patres rogaverunt, tamen magna fides gentium prius impetravit, Synagoga in civitate legis, ut in domo, in quâ unius Dei cultus eſt, moritur & ſuſcitatur.* *Gloſſa.*

3. Hoc verbum *acceſſit*, Archiſynagogum ingens lumen, magnamq; Dei, veri ſolis juſtitiæ notitiam accepiſſe denotat, qui proinde bene dicitur *Jairus*, id eſt, *illuminatus*, nam ut Pſalmiſta ait: *Accedite ad eũ & illuminamini.* *Pſ. 33. v. 6.*

Et

Et adorabat eum.

4. S. Lucas ait: *Cecidit ad pedes ejus.* Albertus Magnus ſuper Lucam, in hoc tanto viro hunc humilitatis actum valde admiratur: *Ecce humilitas devotionis, quia cùm Princeps eſſet, non dedignatus eſt locum pedum quærere: Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus*; & quidem indubitatum eſt, quin conſiderabilis ſit hæc adoratio, quòd pro illo tempore Chriſtus, Sacerdotibus, Scribis ac aliis Synagogæ Principibus probro & contemptui haberetur: *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum?* De Regulo quidem conſtat, quòd à Chriſto, ut in domum ſuam ſe conferret petierit: *Rogabat eum*: non verò quòd adoraverit; ſed ecce tribulationum effectum, utpote quibus ſuperborum faſtus planè deprimitur.

Alb. M. in Luc. Pſ. 131. v. 7.

Domine filia mea modò defuncta eſt.

5. Archiſynagogus ille Chriſtum paucis verbis ad compaſſionem commovere conatus fuit, quibus ſcilicet pro filiâ quâdam ſupplicabat, quæ unica divitiarum ejus hæres cùm eſſet, in optimo ætatis flore decceſſit; nam ut Chryſoſtomus ait: *Unica puella erat, & duodecimum annum ipſum fermè florem ætatis attigerat.* Solet nonnunquam Deus immaturam mortem permittere in pœnam parentum qui nimio prolium ſuarum amore ducti, illis ſupra modum blandiuntur, bonamque earum educationem negligunt, neque vitia tali ætati lubricæ familiaria corrigere ſatagunt; rapit quoque eas per immaturam mortem, in beneficium eorundem parentum, quos avaritiæ & iniquis extorſionibus deditos futuros eſſe prævidet, & in filiis divitias & vitæ commoda coacervent; rapit item eos, ad eorundem filiorum utilitatem, dum illos in annis malitiæ incapacibus hinc avocans, ſalutem eorum ſecuram reddit.

Chryſ. ho. 31. in Matth.

6. Sanctus Bonaventura in ſenſu morali ait: *Filia tua eſt anima tua defuncta per culpam, cui manus Chriſti imponitur per gratiam.*

S. Bonavent.

7. Ex textu Evangeliſtarum hanc hiſtoriam recenſentium, dubium naſcitur, quia ſanctus Marcus ita ſcribit: *Deprecabatur eum, dicens Quoniam filia mea in extremis eſt*: Sanctus Lucas verò ait: *Rogans, ut intraret in domum ejus, quia unica filia erat ei, ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur*; quare igitur Princeps apud Matthæum dicit: *Modò defuncta eſt*; Theophylactus ipſum afflictionem ſuam exaggeraſſe dicit, filiam mortuam dicendo, ut ad compaſſionem Chriſtum magis permoveret: *Augens calamitatem, quoad miſericordiam provocaret Chriſtum*; Toletus dicit: *Dolorem ſuum amplificabat, ſolent enim, qui rogant, ſuas ærumnas augere.* Dionyſius Carthuſianus uſitatum loquendi modum eſſe dicit, quo infirmum deſperatum & à medicis juxta medicinæ regulas depoſitum, mortuum eſſe dicimus, maximè dum eſt agonizans: *Dicendum*, inquit, *quod loquitur ſecundùm communem modum loquendi, quod de agonizante, cujus vita deſperatur, communiter dicitur, quod ſit mortuus homo*; ad hæc dici poteſt, quòd, quando hic Princeps è domo ſuâ egreſſus eſt, filiam agonizantem reliquerit, ac proinde eam intermedio tempore obiiſſe rationabiliter cenſere potuerit. Lyranus ait: id quod ſancti Marcus & Lucas ſcripsêre, veriſſimum fuiſſe pro tempore, quo è domo exibat: *Sed antequam JESUS veniret ad domum Patris, ejus filia mortua eſt, propter quod nuncii venerunt de domo, qui dixerunt: Noli vexare magiſtrum, quia defuncta eſt filia tua.*

Marc. 5. 23. Luc. 8. v. 41. Theoph. hic. Tolet. Dionyſ. Carth. Lyran.

8. Sanctus Bonaventura ſupra ly *moriebatur*, quo ſanctus Lucas utitur, ſcribit: *Filiam ſuam quaſi mortuam reputabat.* Unde & ſanctus Auguſtinus de concordiâ Evangeliſtarum de duobus aliis Evangeliſtis dicit: *Expreſſerunt Principis verbum, Matthæus verò intellectum expreſſit, quia eam mortuam reputabat.*

S. Bonavent. in Luc.

9. Theophylactus ait, quòd, ex quo filiam moribundam reliquerit, eam mortuam eſſe conjecerit: *Dicit autem velut conjectans, id quòd reliquerat eam in extremis exhalantem ſpiritum*; idem quoque Chryſoſtomus his verbis exprimit. *A tempore illine-*

Theoph. hic. Chryſ. ho. 31. in Matt.

itineris, conjicientis verbum erat, modò mortuam esse aut forsan calamitatum amplificantis.

Lyran. 10. Lyranus aliorum Interpretum expositioni innixus, censet sanctum Matthæum, brevitatis gratiâ, id quod sancti Marcus & Lucas retulerunt, omisisse: *Ita omittit, ut brevius scribat, & accipit Patris verbum ab illo tempore, quo recipit nuntium.* *Tolet.* Toletus qui hanc difficultatem diligenter & fusè examinat, Euthymio adhæret, dicenti, archisynagogum prius Christo dixisse, quod moribunda esset, postea verò recepto mortis nuncio, subdidisse: *modo defuncta est*, unde dicit: *Hæc sententia mihi omnium accommodatissima videtur, existimo enim sic se totam rem habuisse; puella in extremis erat, quando Archisynagogus domo suâ egressus est ad Christum, quando autem accessit, quia facilè fieri poterat, ut jam tunc mortua esset, ut veritatem Christo proponeret, dixit: Filia mea in extremis est, aut modò mortua est; adjicit illud modò, indicans tempus quando loquebatur cum Domino.* *Dion. Cart. hic.* Dionysius Carthusianus ait: *Matthæus narrat verba Iairi, quæ dixit Christo, postquam à servis suis percepit, filiam esse mortuam.*

S. Anſel. 11. Sanctus Anselmus ipsum & agoniam, & mortem filiæ Christo nunciasse censet, nuncium tamen mortis à servis accessum subticet: *Lucas Burg.* Lucas Burgensis verò diligentissimus literalis sensus examinator, ita scribit: *Sic historia texenda est, quòd primò petierit sanitati restitui filiam, extremè laborantem, deinde etiam à morte in vitam restitui, postquam allato mortis nuncio, animum illi Christus addidit:* *Cajet.* Cajetanus quoque eidem opinioni subscribit, dicens: *Primò rogans, dixit, quòd filia sua in extremis laborat; deinde eundo cum JESU, accepit nuncios, quod mortua esset; & tunc dixit JESU, quod sanctus Matthæus explicat.*

Chryſ. hom. 31. in Matt. 12. Chrysostomus ait: *Duo à Christo postulat, ut veniat, & ut manum imponat, quod signum erat, spirare adhuc puellam, quando ab ea pater decesserat;* at verò, quod magis mirandum est, hic Jairus de eorum numero erat, qui Christum persequebantur (nam Pharisæi de omnibus Principibus edixêre: *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum?* & sanctus Lucas ait: *Archisynagogus indignans, quòd sabbato curasset JESUS*) & tamen non constat, eum à Christo reprehensum, quin potiùs benignè ab illo exceptus fuit, non obstante fide ejus adeo imperfectâ, dum ait: *Veni, impone manum tuam*; cùm Centurio contra dixerit: *Dic tantùm verbo*; at hoc mirum non est, Christus id non solùm ideo fecit, quia se erga illos, à quibus malè tractabatur, benigniorem semper & beneficentiorem ostendere consuevit, sed etiam ad hoc ex eo moveri potuit, quia Princeps ille præter Magnatum morem, summa cum fiducia, devotione & submissione animi in ipsum, suam ei supplicationem proposuit, unde æquum duxit, ei non cum amaritudine sed benevolè respondere, quia magni æstimandum est, dum se humiliant Magnates. *Joan. 5. v. 48. Luc. 13. v. 14.*

13. Ex Evangelistarum relatione, trium præcipuè mortuorum resuscitationem factam esse constat, nempe filii viduæ Naimiticæ, Lazari & hujus filiæ; at verò de hac solùm constat, quòd ejus in vitam revocatio supplici prece à Christo requisita fuerit, quia mater illa plorans, nullam pro filio fecit instantiam; sorores quoque Lazari, licèt nuncios ad Christum miserint, pro insinuanda fratris infirmitate, pro ejus tamen resuscitatione non supplicarunt. Eusebius Emissenus per hosce tres mortuos, tres varios peccatorum gradus insinuari his verbis docet: *Moritur homo, prava & illicita cogitando, moritur malè operando, moritur in peccatis perseverando; cogitas aliquid agere, quod non licet? mortua est anima tua, sed latet peccatum & nondum divulgatum est, si verò cogitationem ad effectum perducas, non solùm mortua est, sed jam extra civitatis portam elata, & per peccatum ab Ecclesia separata & perditioni proxima est; at verò ille, qui peccatum aliquod commisit, & multo tempore in eo perseverat, non solùm mortuus est & sepultus, verùm etiam jam fœtet, quia ejus turpissimam famam circumquaque audire abhorret; omnes* *Euſeb. Emiſſ. hom. de Laz.*

omnes hos ſuſcipiat JESUS, *ſi à peccato eſſent, & ex corde pœniteant*; hæc autem filia præ cæteris reſuſcitatis hanc habet prærogativam, quod animam præfiguret in peccato quidem mortuam, ſed tamen tali, quod occultum eſt & non publicum, & recenter admiſſum, quod proinde nec habituatum eſt, nec ſcandaloſum, hujus cura & remedium facilius eſt, aliorumq; pro tali reſuſcitando factæ ad Deum preces citius acceptantur, cùm econtra in peccatoribus habituatis obſtinatio, durities cordis, & mala peccandi conſuetudo plurimùm reſiſtat, paucique ſint, qui pro his orantes, à Deo exaudiuntur. Sanctus Bonaventura notat, Principem dixiſſe: *Modò defuncta eſt*, & immediatè à morte Chriſtum ad eandem reſuſcitandam invitaſſe: *feſtina*, inquit, *converſio*; *modò*, *non dicit anno præterito, ſed modò: ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Idem quoque Seraphicus Doctor ait: *Manus autem imponenda, eſt miſericordiæ ſuæ gratia; Chriſti operatio quatuor facit in nobis; purgat culpam, reparat naturam, confert gratiam, præparat gloriam, hujus filiæ ſuſcitatio eſt animæ peccatricis juſtificatio.* Per hanc quoque manus impoſitionem intelligi poteſt abſolutio ſacramentalis; per verbum *veni*, gratia excitans, per quam ad ferventes compunctionis actus eliciendos promovemur.

S. Bonavent. ſerm. 1. in hac Dom. Eccli. 5. v. 8.

14. De his divinis manibus Job ait: *Manus tuæ Domine fecerunt me & plaſmaverunt*; Chryſologus dicit: *Veni, & impone manum, ut qui ſponte poſuit ad creandum, ad reparandum iterum exoratus imponat.* Ab hac Dei manu ſalutem noſtram ſperare poſſumus, dicente Davide: *Fiat manus tua, ut ſalvet me*; *in manibus tuis ſortes meæ.*

Job. 10. v. 8. Chryſ. ſer. 33. Pſ. 118. v. 173. Pſ. 30. v. 16.

15. Didacus Stella obſervat, quòd Chriſtus hunc Principem non ſicut regulum, ob modicam fidem reprehenderit, idque præcipuè, quia caput Synagogæ erat: *Hic Sacerdos erat & Princeps Synagogæ*; *hinc ad noſtram eruditionem diſcamus, viros Eccleſiaſticos Prælatos honorare, & eorum peccata, ſaltem coram populo non arguere.* Idem quoque Principis hujus ſollicitudinem, in providendo infirmitati filiæ remedio ponderans, aliud inde elicit dogma pro iis, quibus regimen commiſſum eſt animarum: *Diſcant Prælati, exemplo hujus Archiſynagogi, quam ſubditorum ſuorum debeant habere curam, ut, ſi quando tot in peccato mortuos viderint, accurrant, & amore paterno Deum precentur, ut illos manu miſericordiæ ſuæ tangat.* Se quoque reflectit idem Author ad Salvatoris benignitatem, qui tantâ cum benevolentiâ afflictum hunc recipit; licèt præſtitum ab eo obſequium, propriam ejus utilitatem reſpicere probè ſciret: *Propter commodum ad Dominum accedit, ſed quomodocunque accedant homines, eos ſuſcipit Dei benignitas.*

Diſcant Prælati, exemplo hujus Archiſynagogi, quam ſubditorum ſuorum debeant habere curam, ut, ſi quando tot in peccato mortuos viderint, accurrant, & amore paterno Deum precentur, ut illos manu miſericordiæ ſuæ tangat.

16. S. Thomas in ſenſu allegorico ait: *Significatur appetitus Patrum de venturo Chriſto, unde dicebant: Veni, impone manum tuam, id eſt, Chriſtum, ut in Pſal. 143. Emitte manum tuam de alto.*

S. Th. in Matth. *Pſ. 143. v. 7.*

Verſus 19.

Et ſurgens JESUS, *ſequebatur eum, & diſcipuli ejus.*

Et ſurgens JESUS.

1. Non differt ne quidem momento, ſed mox invocatus in ſubſidium noſtrum accurrit; unde apud Iſaiam Deus dicit: *Adhuc te loquente, ecce adſum*; quæ verba Chryſoſtomus exponit, dicens: *Non exſpecto ut orationem finias, ſed confeſtim cùm incipies, exaudio*: ly *ſurgens*, Chriſti ad vitam defunctæ reſtituendam, indicat promptitudinem & ſollicitudinem: Dionyſius Carthuſianus Chriſtum à prandio ſurrexiſſe credit, cui in domo Matthæi publicani accumbens, ad multarum anhelet animarum converſionem: *Surgens à domo Matthæi in qua cum Publicanis commedit.* Sanctus Bonaventura facilitatem, quâ Principem nunc exaudivit, aliquatenus ejusdem Principis meritis attribuit: *Quoniam*, inquit, *Chriſti præſentiam adiit cum reverentia, rogavit ex confidentiâ, deſideravit ex indigentiâ, ideo oratio ejus fuit exaudita.*

Iſa. 58. v. 9. *Chryſ. ho. 59. in Matth.* *Dion. Carth. hic.* *S. Bonaventura in Luc.*

Chryſ. 2. Chryſoſtomus ab Hugone citatus ait: *Vidit, ex quâ domo exivit, ſcilicet Publicani, & ideo ſperat*; quia enim unico tantùm obtutu, Publicanum in Apoſtolum converterat, longò magis futurum ſperabat, ut per manuum ſuarum impoſitionem, vitam corporalem filiæ reſtitueret.

Didac. Stell. 3. Didacus Stesla ex ly *ſurgens* hanc pro Prælatis elicit moralitatem: *Surrexit, ut iret, quia ſedebat*; *hoc enim opus & labor boni Prælati eſt, ut ſcilicet ad ſubditorum bonum ſurgat, ſedemque ſuam & quietem relinquat*; *non ſic faciunt Prælati, otio & inertiâ vacantes, nec tantillum voluptatis, propter ſubditi utilitatem relinquentes.* S. Matthæus Chriſtum tunc populo prædicaſſe dicit. *Quo facto docemur orationem & vitam contemplativam, ut proximis periclitantibus & afflictis ſubveniamus.*

Sequebatur eum.

Janſen. c. 34. conc. Evang. 4. Janſenius hujus Principis fidem imperfectam & defectuoſam fuiſſe, ex duobus capitibus conſiderat; Primò, quia pro filiæ vitâ, corporalem Chriſti præſentiam petebat, dicens: *Veni.* Secundò, quia manus ejus cadaveri filiæ imponi rogabat, dicens: *Impone manum tuam.* *Tamen*, inquit, *quia pro tempore illo, ſatis magna erat de Domino fides, non rejicit eam Dominus, ſed obſequi volens ſequebatur eum*; ex quo pro nobis hoc eruit documentum: *Hæc autem Domini facilitas docet, nihil fruſtra ab eo orari poſſe, quod quidem orantibus bonum ſit, & imperfectiones noſtras illum benignè tolerare, ac decere item nos, qui Chriſti eſſe volumus, ut pari facilitate omnibus ſimus exorabiles.*

Didac. Stell. 5. Didacus Stella Salvatorem ædes Principis adire videns, nos monet, ne ejus exemplo, ad frequentandas Magnatum ædes faciles invadamus: *Diſcamus non facilè domos Principum aut Magnatum ingredi, quandoquidem Chriſtus non niſi rogatus, & obingens bonum ſpirituale, populique ædificationem, domum Archiſynagogi intravit.*

Eccl. 4. v. 4. 6. Adimplevit in præſenti Dominus illud Eccleſiaſtici monitum: *Rogationem contribulati ne abjicias*, compaſſus namque patris & totius familiæ afflictioni, in propriâ perſonâ comparere ſtatuit, licèt vel unico ſolo voluntatis actu procul diſtans miraculosè ſanitatem conferre potuiſſet; ut nos doceret, in perſonâ propriâ, tam corporales quàm ſpirituales proximorum miſerias, non gravatè viſitare & ſublevare. Unde S. Remigius ait: *Miranda pariter atque imitanda Domini humilitas & manſuetudo, nam mox, ut rogatus eſt, rogantem capit ſequi.* Notandum verò, nihil Chriſtum Principi huic reſpondiſſe, prout Centurioni fecit, dicendo: *Ego veniam & curabo eum*, nihilominus, ut idem Author bene advertit, Chriſtus hîc non per verba, ſed per facta reſpondit. Salmeron quoque ait: *Non dixit Dominus verbo & linguâ, ſed opere & veritate, & promptum ſe exhibet ad benefaciendum etiam his, qui ſe oderunt*; ſicuti, ut diximus, hi Principes Synagogæ Chriſtum perſequebantur; nihilominus mundo oſtendere voluit, nullam ſibi permittere dominari paſſionem humanam, ſed omnibus ſe injuriis ſuperiorem eſſe, pro malo bonum reddendo. *S. Remig ibidem.* *Salm. t. 6. tr. 15.*

Verſus 20.

Ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti ejus.

Et ecce mulier.

Lyrani 1. Lyranus cauſam reddit, cur Dominus domum Jairi, filiam ejus reſuſcitaturus, adeundo miraculum iſtud in itinere patrare voluerit; id enim factum eſſe dicit: *Duplici de cauſa, prima fuit, ut oſtenderet nobis, quòd non ſolùm in termino, ſed in viâ debemus bonis operibus occupari; ſecunda fuit, ut per miraculum factum in viâ, Archiſynagogus hoc videns, certificaretur de ſuſcitatione filiæ ſuæ in termino.*

Tolet. in Luc. 2. Toletus in hoc miraculo expreſſam quandam gentilitatis figuram examinans, ita diſcurrit: Dum filius Dei in itinere eſſet, ut Archiſynagogi, cujus deprecatio ab eo exaudita erat, filiam reſuſcitaret, Hemorrhoiſſa Salvatori in itinere ex obliquo

quo occurrens, per receptum ſalutis ſuæ beneficium, illius reſuſcitationem prævenit; quâ in re, juxta mentem SS. Ambroſii, Hieronymi & Hilarii, id quod Judæos & Gentiles inter accidit, denotatum fuit: *Cùm enim illi prius eſſent ad populum Dei vocati* (dicti Cardinalis verba ſunt) *eisque promiſſa ſalus, venientè Chriſto, plenitudo Gentium, per fidem prior ad Eccleſiam accesſit, poſtquam Judæorum plenitudo accedet, juxta illud: Cùm intraverit plenitudo Gentium, tunc Iſraël ſalvus fiet, quod Pſalmo 67. prædictum erat: Æthiopia præveniet manus ejus Deo. Mulier igitur Gentium nationes, filia verò Archiſynagogi, Judæorum populum ſignificat.* Eſtque conſiderabilis illa duodecim annorum in duabus hiſce fœminis circumſtantia, quarum una ſe renet ex parte ætatis; altera verò ex parte infirmitatis fluxûs ſanguinis; nam ut Gloſſa ait: *Duodenis annis fluxit, ſicut & illa filia creverat duodenis, quia ex quo Synagoga cæpit Deo famulari, cæpit gentilitas idololatria & peccato pollui.*

Rom. 11. v. 25. & 26. Pſ. 67. v. 32. Gloſſa.

3. Porrò Hemorrhoiſſa, quæ juxta Euſebium gentilis erat, gentilitatem meritò præfigurabat, quæ, ut ait Janſenius, duplici ex capite, ſanguinis fluxu laborabat: *Rectè*, inquit, *gentium populus ſignificatur, in quo ſanguinis fluxus dupliciter ſecundùm Bedam poteſt intelligi, ſcilicet vel ſuper idololatriæ proſtitutione, vel ſuper his, quæ carnis & ſanguinis oblectatione patrantur*; Lyranus quoque ad ſanguinem à tot martyribus effuſum ſe reflectit, quod Imperatorum, fidei Chriſtianæ principio ſe opponentium, tempore contigit: *Fœdata fuit*, inquit, *effuſione ſanguinis martyrum, temporibus duodecim Apoſtolorum; hæc autem mulier fimbriam veſtimenti Chriſti tetigit, quando Chriſtianus fidem incarnationis credidit, & alii gentiles ejus exemplo; humanitas enim divinitatis veſtimentum eſt in Chriſto, tunc autem à fluxu ſanguinis ſanata fuit, quia fundere ſanguinem Catholicum ceſſavit.* Gloſſa quoque alios Evangeliſtas dixiſſe notat, quod mulier hæc omnes ſuas facultates, irritò licèt effectu, in medicos erogavit: *Quia quantò magis gentilitas vires naturalis induſtriæ ad Philoſophos expendit, qui rectè videndi præcepta omnibus ſe dare profitebantur, tantò minus poterat à ſordibus liberari; ſed ubi cœleſtem medicum cognovit adeſſe, cæpit remedium ſperare & quærere.*

Janſen. ibid. Lyran. Gloſſa.

4. Albertus Magnus S. Hieronymi teſtimonio innixus, piam hanc mulierem mox, ut à malo ſuo convaluit, benefactori ſuo ſe gratam præſtitiſſe ſcribit, docens: *Devotiſſima ad Chriſtum remanſit, & in horto ſuo imaginem ad figuram Chriſti conſtruxit, & hanc ſimili veſtimento veſtivit, juxta quam quædam herba in horto ſimilem virtutem curandi fluxum ſanguinis habens, nata fuit; & quando veſtimentum herba creſcendo attigit, tunc perfectam virtutem curandi herba accepit.* Euſebius quoque Cæſarienſis, à Gloſſa citatus, ita ſcribit: *Ante foras hujus mulieris, accepimus æream hujus imaginem, in genu inclinatam, expanſis aptè manibus, ſupplicanti ſimilem conſpici, è regione autem illius alteram ex eadem materiâ, viri erectam effigiem ſtare, decorâ diploide indutam, manumque ſuam illi protendentem; hujus ad pedes peregrinum quoddam herbæ genus naſcitur, quod cum ad diploidis oram aſcenderit, omnium morborum medicamentum exiſtit, quam quidam ſtatuam Domini JESU dicunt imaginem exprimere; manſit autem ad noſtram uſque ætatem.* Ecce tibi hujusce mulieris Deo per tantam gratiarum actionis multiplicitatem, in Deum relatam gratitudinem, ut vel inde intelligamus agnitionem beneficiorum, quæ à divinâ ejus manu recipimus, perrennem quendam eſſe continuorum favorum & gratiarum fontem. S. Lucas dicit: *In medicos erogaverat omnem ſubſtantiam ſuam*; ubi quæri poſſet, unde hæc mulier ad hoſce ſumptus faciendos facultates deſumpſerit? ſed facilis eſt reſponſio, quia illi, qui Deo grati exiſtūt, nunquam in penuriâ vivunt, nec unquam ab eo deſeruntur imò nullam prorſus experiuntur paupertatem.

Alb. M. in Marc. Euſeb. Cæſ. l. 4. c. 14. Luc. 8. v. 43.

Quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis.

5. Albertus M. ſuper Lucam ſcribens, hujus morbi gravitatem quatuor ex circumſtantiis ponderat, dicens: *Deſcribitur magnitudo infirmitatis à quatuor, à ſpecie ægritudinis, ab antiquitate, à ſumptibus, quos fecerat in medicos, & ab incurabilitate.* S. Lucas ait: *In medicos erogaverat omnem ſubſtantiam ſuam,*

Alb. M. in Luc. Luc. 8. v. 43

ſuam, nec ab ullo potui curari. Sanctus Marcus ait: *Fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, & erogaverat omnia ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deterius habebat*; ac proinde illos deſignat, qui per longum annorum decurſum, ſenſuum & inordinatorum appetituum ſuorum deſideria ſequuntur, faciuntque quod poſſunt, ut ad perverſos fines ſuos pertingere valeant, tandem verò fruſtra ſe laborare videntes, ad Deum ſe recipiunt, qui adeò eſt miſericors, ut eos ad ſe venientes benignìſſimè recipiat; hi, qui ultimâ horâ in vineam laboratum venerant æquali cum aliis mercede, à Patrefamilias ſunt remunerati, ut per hoc intelligeremus, veram quandam pœnitentiam ex corde profectam, qua ad divinam pietatem confugimus, omnia delere peccata priora.

Chryſ. ho. 31. in Matth.

6. Hæc mulier à Chriſto ſe abſcondebat, ne ab eo obſervaretur: *Quia ægritudo hæc*, inquit Chryſoſtomus, *magna immunditiæ ſecundùm legem judicabatur. Prima hæc mulier publicè accedere auſa eſt, quoniam fœminas quoque ipſum curare jam audivit, & quoniam ad filiolam Archiſynagogi mortuam proficiſci conſpiciebat; ad domum verò ſuam, licèt opulentæ, nihilominus non eſt auſa vocare*; cujus tametſi nullam rationem reddat, credibile tamen eſt, motivum ejus fuiſſe, ſe velut immundam, indignam ſe exiſtimaſſe, quam ille reciperet, qui *candor lucis æternæ* vocatur.

Salm. tr. 16.

Salmeron per hunc ſanguinis fluxum, vitium carnis intelligit, quod eum, quem afficit, multis ſubjicit moleſtiis: *Hæc mulier*, ait, *multa eſt perpeſſa, quia multa ſuſtinent peccatores, maximè verò adulteri, concubinarii; perferunt enim amara verba, duriora facta, corporis moleſtias, cæcitatem mentis, damna rerum ſuarum, odia hominum, famæ diſpendium; item erogaverat omnia ſua pro voluptate carnis captandâ, nempe ætatem, decorem, vigorem.*

S. Thom. ſerm. in Dom.

7. Sanctus Thomas in ſermone ſuper hanc Dominicam, per fluxum ſanguinis, peccatorem in genere intelligit: *Peccator*, inquit, *patitur fluxum ſanguinis tribus modis, Primò per nimium amorem conſanguineorum, Secundò propter fluxum carnalium delectationum, Tertiò propter operationem quorumlibet peccatorum.*

8. Hæc mulier per duodecim annos, nunquam ad Deum confugerat, ſed potius omnia ſua in remedia humana expenderat, in quâ proinde diſpendium & cura clarè videtur, quàm major pars hominum in ſalute corporali promovenda patitur; nullus eſt ſumptus adeò magnus, qui eo fine non fiat, nullum eſt, quòd tenetur remedium; at quàm parum de ſalute animæ cogitatur: quàm pauci ad Deum confugiunt, & tamen ab hoc ſolo ſalus reportatur: idque in inſtanti. *Si tetigero fimbriam veſtimenti ejus, ſalva ero.*

Acceſſit.

9. At verò quomodo Chriſtum accedere præſumpſit, quando acceſſus ille in lege prohibebatur? Chryſologus ait: *in arduis languoribus dat crebro conſilium vis doloris, in deſperatis caſis eſt ſæpe magiſtra neceſſitas, invenit ipſa ſibi paſſio medicinam*; ac proinde peccator, licet deſperatus ſit & immundus, generoſum induat animum, ſollicitè penetret ad Salvatorem, magnáque cum fiduciâ cum Pſalte dicat: *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ*: non diffidat de divinâ ejus pietate, cùm ipſe Dei filius dicat: *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores.* Sanctus Thomas de hac infirmâ ita ſcribit: *Intellexit cœleſtem adeſſe medicinam, in ea totam ſuam intentionem collocavit, & ideo ſalvari promeruit.*

Chryſ. ſer. 53.

Pſ. 50. v. 16.

S. Thom. in cat.

10. S. Bonaventura ſuper ly *acceſſit*, ita ſcribit: *Acceſſit quia credidit, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator eſt.*

S. Bonavent. in Luc. Hebr. 11.

Retro.

11. Extremitatem veſtis Chriſti, actualiter itinerantis, tetigit, eoque fine profundè ſe inclinavit, quòd ſi in parte anteriori feciſſet, & Chriſti greſſum impediſſet, & cum timore, ne velut immunda repelleretur, ſeipſam manifeſtaſſet: *Acceſſit ergo à tergo*, ut ait Lucas Burgenſis, *ut enim non accederet palam, rogare que ut ut Archiſynagogus, obſtabat tum pudor, tum metus*

v. 10.

metus; pudor ſexus ob morbi fœditatem; metus, ne à turba, cui ſe admiſcuerat, abjiceretur, quippe lege immunda & contagioſa. Idem
Tolet. & Toletus hiſce notat verbis: *Non eſt auſa palàm Chriſtum accedere, ſed latenter & retro, quia ſecundùm legem, immundam ſe eſſe ſciebat, timebatque ne à Chriſto repelleretur, nondum enim perfectè de Chriſto ſentiebat, quem ſe latere poſſe exiſtimabat*; cognoſcebat quidem aliud ſe non habere ſalutis ſuæ refugium, quàm apud divinum hunc protomenicum; ex aliâ verò parte immundam ſe eſſe ſciens, indignamque, quæ coram eo compareret, ſe æſtimans, debitum ei reſpectum & reverentiam exhibere voluit. Retro ipſum ſe collocando, ſalutemque, ſi poſſet, rapiendo; nam ut Chryſologus ait: *Agebat mulier, ut ſibi & rediret ſanitas, & verecundia non periret.*
Chryſol. ſerm. 34.

S. Th. 12. S. Thomas in Matthæum ita ſcribit: *Quare retro? quia immunda reputabatur; myſticè hoc ſignificat gentilitatem, quæ acceſſit per fidem, ſed retro, quia non ipſo vivente; item tetigit veſtimentum, ſcilicet humanitatem, ſed ſolam fimbriam, quia per Apoſtolos tantùm.*

Didac. Stell. in Luc. 13. Didacus Stella hunc actum notitiæ tribuit, quam de indignitate ſuâ habebat, agnoſcens, ſe non mereri, quæ Chriſti oculis objiceretur: *indignum ſe judicavit, quàm Chriſtus intueretur*; Magdalena quoque, quæ tot annis alium deteriorem longè ſanguinis fluxum perpeſſa fuerat: *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix*, etiam retro Chriſtum ſe collocavit: *Stans retro ſecus pedes ejus*; ubi Chryſol. ait: *Quia reus animus poſt tergum ſtat ad veniam, quia per culpam novit, ſe vultus fiduciam perdidiſſe.*
Chryſol. ſer. 93.

S. Greg. l. 5. in lib. Reg. c. 2. Pſ. 33. 17. 14. Gregorius de eadem Magdalena ſcribens, ait: *Peccatores mala committunt, à facie Domini confugiunt*, quia, ut David ait: *Vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Et ſubdit idem Sanctus: *Sed cum redire pœnitendo deliberant, quaſi poſt tergum Domini ſunt, quia & diſcedere longius nolunt, & tamen præſumere de Deo quaſi amici non poſſunt*; *hinc eſt, quòd peccatrix mulier retro ſtetiſſe dicitur*; hæc Hemorrhoiſſa per infirmitatem ſuam, quâ detinebatur, animam peccatis immerſam ſignificat, quæ reſipiſcens ad divinam pietatem recurrit, & *retro ſe collocat*, ut Paulus de Palatio ait: *Quia non juſtificabitur in conſpectu ejus omnis vivens.*
Paul. de Pal.

Et tetigit.

15. Gloſſa Interlinearis ait: *Tetigit manu fidei.* Didacus Stella dicit: *Derelicta à medicis ſæculi, ad medicum cœleſtem confugit; ita eos, qui mundum relinquunt, Deus ſuſcipit.*
Interl. Didac. Stell.

16. In Levitico Deus populo ſuo tale dedit præceptum: *Mulier, quæ patitur fluxum ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur, omnis qui tetigerit eam, immundus erit uſque ad veſperam*; ideoque quâ ratione mulier hæc legem iſtam violando, Chriſtum tangere præſumpſit? reſponderi poteſt, quod vivæ fidei luce illuſtrata, Chriſtum inſtar ſolis, maculam contrahere non poſſe intellexit, quia licèt radios ſuos ſuper terræ ſordes immittat, ab iis tamen minimè coinquinatur, imò nonnunquam ardoris & ſplendoris ſui activitate illas mundat, purificat, diſſipat. Tertullianus reſpondet: *Sic eum tangit mulier, non ut hominem ſanctum aut Prophetam, quem contaminabilem pro humanâ ſubſtantiâ ſciret, ſed ut ipſum Deum, quem nullâ ſorditiâ pollui poſſe præſumpſerat.* clarius autem ad lucem alludens Chryſologus ait: *Nam ſi ſol tangit ſtercora, non tamen ſtercoribus inquinatur, quantò magis creator ſolis tangit omnia, & tamen non poteſt ullis contactibus inquinari.*
Lev. 19. *Tertull. l. 4. con. Marc. c. 20.* *Chryſol. ſer. 35.*

Fimbriam veſtimenti ejus.

17. Lyranus Chriſtum quoque veſtes ſecundùm uſum judaicum portaſſe notat, voluit namque Deus, ut populus ille, ex quo Meſſias naſciturus erat, extrinſecus quoque ſanctitatem præſeferret, ab aliis populis diſtinctam, per quam ab aliis diſcerneretur; ac proinde data fuit illi circumciſio, velut ſignum diſtinctivum in corpore, leges quoque aſſignatæ, & modi ſpeciales in victu: *Similiter præceptum fuit eis in habitu diſtingui, ut patet Numer.* 15. *Loquere filiis Iſrael, ut faciant ſibi fimbrias per quatuor an-*
Lyran.

gulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas; vittæ enim hyacinthinæ, quæ erant cœleſtis coloris, deſignabant, quòd debebant habere converſationem eminentem præ cæteris, Phil. 3. 20. *ſecundùm quod Paulus dicit: Noſtra autem converſatio in cœlis eſt, unde ſequitur ibidem: Ut recordentur mandatorum Dei, & ſint ſancti Domino Deo ſuo; talem ergo veſtem portabat Chriſtus, ſicut & alia legalia obſervavit usque ad paſſionem; & ideo mulier tetigit fimbriam, quia illud, quod eſt in angulo pallii, quod eſt à parte poſteriori, quia facilius poteſt attingi*; notandum eſt autem, quod veſtimentum ejus non tetigit, ſic enim manus ejus facile ſentiri potuiſſet, ſed extremitatem illius, cujus non ita facilè tactus ſentitur; unde divina Chriſti virtus magis eluxit, quando tactum ſenſui imperceptibilem, mulieri proficuum reddit, tunc præcipuè, quando ab ingenti turbæ, illum comprimentis, copiâ cinctus erat.

Tolet. 18. Toletus in Lucam, ſequens movet dubium, cur ſcilicet hæc mulier non directè Salvatorem aut veſtes tetigerit, ſed ſolam fimbriam? cujus quatuor rationes adducit; Prima eſt in ordine ad cultum divinum, quia ut ex Num. 15. colligitur, fimbriæ illi populo à Deo præceptæ fuerant, tanquam ſigna religionis, quas proinde illi ſoli portabant, qui cultûs veri Dei profeſſores erant, unde & Phariſæi, qui cæteris ſe æſtimabant ſanctiores, *magnificabant fimbrias*; cum igitur *Matth. 23. v. 5.* hæc mulier etiamnum in fide imperfecta eſſet, ſe per illius fimbriæ tactum, Chriſti virtutem magis participaturam credebat. Secunda ratio eſt ob reverentiam, quam erga eum in hoc tactu proteſtabatur; Toletus enim probabile cenſet, quòd etiam Chriſti tempore, dum quis celebri ſanctitatis nomine conſpicuus erat, veſtium ejus contactus à concurrentibus devotis, certatim quæſitus fuerit, quod ex cap. 8. Zachariæ colligit, ubi dicitur: *Apprehendent fimbriam viri Judæi*; præterquam quod S. Matthæus dicat: *Zach. 8. v. 23. Rogabant eum, ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent, & quicunque tetigerunt, ſalvi facti ſunt.* *Matth. 14. v. 36.* Tertium motivum, infirmæ fuit humilitas: "Indignam enim ſe judicans, quæ veſtimentum tangeret, ad extremitatem veſtimenti manum porrexit; quemadmodum S. Joannes Baptiſta ex humilitate, indignum ſe, qui corrigiam calceamentorum Chriſti ſolveret, judicavit. *Quarta cauſa, quæ accommodatior videtur, ea fuit, ut minus ſentiretur ejus tactus à Chriſto, cùm enim latenter accedere vellet, eam tetigit partem, cujus tactus percipi non poterat, qualis eſt fimbria, quæ non tam pars veſtimenti, quàm aſſuta & adjecta veſtimento eſt; fuit autem id ex divinâ providentiâ diſpoſitum, ut tantò magis Chriſti divinitas oſtenderetur, quando tactum ſenſibus minus perceptibilem, etiam comprimentibus turbis, diſtinctius percepit.*

19. Senſum verò ſpiritualem fimbriæ conſiderando, per eam ſacroſanctum Chriſti corpus interpretari poſſumus. S. Antonius Paduanus proinde ait: *Veſtimenta Chriſti, ipſius eſt caro, de quâ dicitur: Quare rubrum eſt indumentum tuum? JESUS torcular, id eſt, preſſuram crucis ſolus ſuſtinuit, in quo veſtimentum ſanguine rubricavit; hujus veſtimenti fimbria, eſt ipſa paſſio, quæ animam liberat à peccato & ſanguinis profluvio; contra enim carnis vitia ſummè valet memoria paſſionis Chriſti.* *S. Anton Pad. ſer. in Dom. 24. Trin. Iſa. 63. 2.* S. Bonaventura eandem conſiderationem habet, dum per fluxum ſanguinis, animam peccato carnali immerſam intelligit: *Felicis*, inquit, *fructu attigit fimbriam JESU, & ſtatim ſtetit influxus carnalis illecebræ, carnalis delectationis.* *S. Bon. in Luc.* Salmeron ut in hac Chriſti veſte, Euchariſtiæ Sacramentum præfigurari oſtendit, congruentias aliquas adducens, ait: *Edocemur de tangenda fimbria veſtimenti, id eſt, humanitatis Chriſti, cujus fimbria, Sacroſancta Euchariſtia eſt; cujus accidentia ut veſtes, corpus Chriſti tegunt; hæc enim eſt fimbria, poſita in extremo corporis Chriſti, quia hic fuit ultimus actus Domini in cœna; eſtque fimbria hyacinthina coloris cœleſtis, ut cognoſcamus panem eſſe vivum, qui de cœlo deſcendit, & vitam cœleſtem efficere.* *Salmer. to. 6. tr. 15.* Chryſologus frequentem divini hujus uſum commendans Sacramenti, multorum deflet miſeriam, qui propriâ culpâ medicinam in venenum convertunt: *Audiant*, inquit, *Chriſtiani, qui quotidie corpus Chriſti attingunt, quamnam de ipſo corpore poſſint ſumere medicinam, quando mulier totam rapuit de ſolâ Chriſti fimbriâ ſanitatem; ſed quod nobis flendum eſt: mulier de vulne-* *Chryſol. ſerm. 34.*

vulnere medicinam tollit, nobis medicina ipſa retorquetur in vulnus; dum igitur ſacrum Chriſti corpus per linguam noſtram tranſit, regandus nobis eſt Deus, ut tot maledicorum, obſcænorum, & injurioſorum verborum fluxum ſiſtere dignetur: dum fauces noſtras ingreditur, ut gulam reprimat, noſtramque refrenet intemperantiam: dum in pectus usque descendit, ut tot inordinatorum appetituum ſanguinem coërceat. Chryſoſtomus quoque ad Sacramentum Altaris alludens, dicit: *Tangamus & nos fimbriam veſtimenti ejus, imò verò totum ipſum, imò ſi volumus, non veſtis ſolùm, ſed corpus ipſius nobis propoſitum eſt, ut non tangamus ſolummodo, ſed comedamus & ſaturemur; edamus igitur Chriſtum ægrotantes cum fide, nam ſi, qui fimbriam veſtimenti ejus tunc tetigerunt, rectè omnes convaluerunt, quantò magis corroborabimur, ſi totum in nobis habebimus?* hoc unum ad omnes ſpirituales infirmitates noſtras curandas ſufficit; nam ut Sanctus Proſper de hoc divino pane ſcribens, ait: *Lethalem omnium vitiorum digerit cruditatem.*

Chryſ. ho. 51. hie.

S. Proſp. cont. Collat. 19.

Verſus 21.

Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalva ero.

Dicebat enim intra ſe.

1. Filius prodigus tunc pridem reſipiſcere cæpit, quando ex propoſito & induſtriâ, ſtatus ſui miſeriam & infelicitatem ſibi ob oculos poſuit: *in ſe reverſus*; eodem modo credere licet hanc mulierem ad ſe ipſam ſe reflectentem, has ſuas conſideraſſe miſerias, ut Janſenius ait: *Primò, quòd morbum adeò abominabilem apud Judæos pateretur; Secundò, quòd tamdiu eundem paſſa ſit; Tertiò, quòd à complurimis medicis multa perpeſſa fuerit; Quartò, quòd omnia erogaſſet, novum malum veteri adjiciens, videlicet profluvio ſanguinis paupertatem; Poſtremò, quòd etiam ſi multa perpeſſa & omnia erogata eſſet, non ſolùm nihil proficeret, ſed magis deterius haberet*; omnes, inquam, has miſerias mente & corde ſuo per ſeriam meditationem conferens, tandem apud ſe ſtatuit, nullum aliud ſalutis ſuæ recuperandæ ſupereſſe refugium, quàm ut veſtes tangeret Salvatoris; Paulus de Palatio ait: *Porrò quòd illa dicebat intra ſe, elegantiſſimè indicat, quòd Chriſtiana negotia intra aguntur; fruſtra contendes, niſi dicas intra te; quid prodeſt ad ſacrificia, convitiones & confeſſiones venire, niſi dicas intra te?* internum eſt, quod Deus videt, & quod animam animæ noſtræ attribuit; hic ſanguinis fluxus inordinatorum appetituum noſtrorum & ſcandalorum curſum præfigurabat, pro quibus frenandis neceſſaria eſt confeſſio, contritio & diligens ac rigoroſum conſcientiæ noſtræ examen; unde idem Author notans, quod S. Marcus de hac Hemorrhoiſſa referat: *Procidit ante eum, & dixit omnem veritatem*; ſubjungit: *Cùm peccator ſanandus eſt, prius tremat intra ſe, mox procidat coram Sacerdote, qui perſonam gerit Chriſti, illique confiteatur omnem veritatem, id eſt, omnia peccata, verè, nullo peccato dimiſſo.*

Paulus de Pal.

Marc. v. 33.

Si tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalva ero.

2. Lyranus mulierem hanc probè ſciviſſe dicit, veſtes haſce, virtutem ſanandi non ex ſemetipſis habuiſſe, ſed per participationem contactus, ſacratiſſimæ illius humanitatis miraculoſas & ſalutiferas factas fuiſſe. Hugo Cardinalis ait: *Credidit, dixit, tetigit, quia his tribus, fide, verbo & opere omnis ſalus acquiritur*: *Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.*

Lyran.

Rom. 10. v. 10.

3. Vivam hanc mulieris fidem Chryſologus ſtupet, eique ſanitatem obtentam attribuit, dicens: *Cùm tangit fimbriam Chriſti, tunc divini pectoris pulſat arcanum, & furto fidei, ſummam rapit de fimbriæ ſummitate virtutem; felix fraus, quæ & lucrum ſalutis contulit, & damna ſuſtulit mox pudoris.*

Chryſol. ſerm. 35.

4. Chryſoſtomus in catenâ citatus, fœminæ hujus confidentiam notans, ait: *Non apertè ſed occultè cum fide veſtem ipſius tetigit, cum fide dixi, quoniam non dixit: Libe-*

Chryſ. in gloſſ.

Liberabor ab hac ægritudine, ſi veſtem ejus tetigero, an non? ſed non dubitans ſanitatem ſe ab hujusmodi tactu conſecuturam acceſſit.

Salm. to. 6. tr. 15. 5. Salmeron mulierem hanc, tantam in Chriſti veſtibus fiduciam habuiſſe exiſtimat, ut etiam neſcio Chriſto, ab iis ſanitatem ſe recuperaturam crediderit: *Nec dubitavit*, inquit, *quin ſolo attactu veſtium Chriſti, etiam inſcio Chriſto, ſanitatem recipere poſſet.*

Alb. M. 6. Albertus Magnus in Matthæum ſcribens, non tam veſtis, quàm ſacroſanctæ Chriſti carnis virtutem conſiderat, cùm ait: *Sciens, quod tactus Dei ſæ carnis, ſemper exerceret opera orationis*; unde ſimilem ei, quàm citavimus Chryſologi, elicit contra eos moralitatem, qui ſacræ ſe communionis fructu deſtituunt: *Miſeria autem magna eſt, quod tactu huic mulieri contulit ſanitatem vulneris, & heu multis hodie in Sacramento ſumentibus conſert, (aliàs infertur) vulnus æternæ damnationis.*

7. Archiſynagogus ad filiæ reſuſcitationem, neceſſarium eſſe credebat, ut Chriſtus cadaveri manum imponeret, & perſonaliter compareret: *Veni, impone manum tuam ſuper eam, & vivet*; at hæc mulier vel ſolam Chriſti veſtis extremitatem, etiam neſciente Chriſto, incurabili malo mederi poſſe credebat. *Dion. Carth. in Evang.* Dionyſius Carthuſianus dicit: *Tantam credidit Chriſto ſanctitatem atque virtutem ineſſe, ut diffunderetur per ejus veſtem.*

Alb. M. 8. Albertus Magnus ſupra Lucam, fœminæ hujus ſtupet humilitatem, dicens: *Mirabilis humilitas, quæ ſibi fimbriam congruere & ſufficere reputavit ad conſequendam ſalutem, cùm enim parva eſſet in oculis ſuis, parva reputavit ſibi congruere.* *Salmer. ibid.* Salmeron humilitati fidem copulans, ait: *Ex humilitate & fide hæc mulier tetigit fimbriam, cùm poſſet facilius multò vel carnem, vel partem ſuperioris veſtis, quàm fimbriam tangere, quaſi indignam ſe agnoſceret, quod carnem vel veſtem ejus contingeret, ſed id, quod in veſtimento minimum erat.*

Dion. Carth. ſer. 2. in Dom. 9. Dionyſius Carthuſianus in ſenſu ſpirituali dicit: *Per fimbrias quoque veſtis Chriſti, Sacramenta ejus intelliguntur, ſub quibus Chriſtus, ejusque gratia tegitur ac conſiſtit.*

10. Idem quoque in quinto ſuper hanc Dominicam ſermone, ita ſcribit: *Hoc eſt, ſi Salvatoris chatitatem, cæterasque virtutes & operationes ſanctas, ſaltem pro aliquantula ac modica fuero parte ſecutus, ſalvabor.*

11. Salmeron mulierem tunc ad Chriſtum confugiſſe conſiderans, quando omnibus erat deſt tuta remediis humanis, hoc inde elicit dogma: *Ubi ergo ceſſat omnis humana induſtria, & ſpes in mediis vel facultatibus, tunc tandem incipit ſe prodere divina potentia, & vicinior eſſe ſalus.* *Salmer.*

12. Intelligendo per mulierem hanc, ut diximus gentilitatem, Interlinearis ita ſcribit: *Si tetigero, id eſt, ſi ſuſcepero fidem incarnationis ejus.* Gloſſa ordinaria ait: *Fimbriam in veſtem, quia non vidit in carne Dominum, ſed ſuſcepit per per Apoſtolos, incarnationis Verbum*; *beatus, qui vel extremam partem verbi tangit.* *Interl.* *Gloſſa ordin.*

13. Ex illis S. Marci verbis: *Et ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum*; evincitur clarè, multos quoque alios Chriſtum & ſacras ejus veſtes attigiſſe, at ſolam inter omnes mulierem hanc divinarum gratiarum participem factam fuiſſe ſcimus: *Multiplicaſti gentem, ſed non multiplicaſti lætitiam.* *Iſa. 9. 3.* Cujus ratio eſt, quia in aliis non ea fides, devotio, reverentia, humilitas, ſpes & ferventes reperiebantur preces, quæ virtutes eminentes erant in hac muliere, de quâ portò Albertus Magnus ait: *Tetigit fidei devotione.* *Alb. M. in Marc.*

Verſus 22.

At JESUS converſus & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te ſalvam fecit; & ſalva facta eſt mulier ex illâ horâ.

At JESUS converſus.

1. S. Marcus de Chriſto ait: *Et ſtatim JESUS in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo, converſus ad turbam ajebat: Quis tetigit veſtimenta mea? & dicebant ei* *Marc. 5. v. 30. & 31.*

ei diſcipuli ſui: Videsturbam comprimentem te,
Luc. 8. 45. *& dicis: quis me tetigit?* S. Lucas pariter in ejusdem miraculi recenſitione, idem quaſi hiſce verbis tradit: *Et ait JESUS: quis eſt, qui me tetigit? negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis; quis me tetigit? & dixit JESUS: tetigit me aliquis, nam ego novi, virtutem de me exiſſe; videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit & procidit ante pedes ejus, & ob quam cauſam tetigerit eum, indicavit coram omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit.*

Tolet. Toletus Victoris Antiocheni authoritate uſus in horum verborum (*turbæ te comprimunt & affligunt*) conſideratione ait: *Chriſtum redemptorem ſpiritualiter tangunt, qui in illum credunt; cæteri verò, qui in illum fidem non habent, eum verius comprimunt & affligunt, quàm tangunt; qui autem verè tangit, eum ad miſericordiam & clementiam allicit.*

2. At quæret fortè quiſpiam, cur Chriſtus occultè à ſe patratum miraculum, coram totâ illâ multitudine, per ipſius Hemorrhoiſſæ teſtimonium, in modo & qualitate diſtinctè propalari voluerit? Reſpondetur, quòd omnis Chriſti actio ad noſtram ſit ordinata inſtructionem & eruditionem; ſciendum eſt itaque, mulierem hanc turbæ immixtam, Chriſto appropinquaſſe, ejusque veſtem manu ſuâ attigiſſe, ut igitur ſe ab omni ſuſpicionis umbra, reſpectu periculoſi adeo ſexûs immunem redderet, voluit, mulierem publicè motivum edicere, quare eum attigiſſet, & profiteri, ſe ſolam tetigiſſe fimbriam, intentione ſedandi ſanguinis fluxum: *Ob quam cauſam tetigerit eum, indicavit coram omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit.* Ut in hoc exemplum capiant omnes, etiam quantumcunque ſancti, ne ſcilicet à muliere, quacunque etiam de causâ, ſe tangi ſinant, non enim ſedabit, ſed augebit fluxum, dum ſola Chriſti caro, concupiſcentiæ fomitem reprimendi & continentiæ virtutem nobis inſerendi, efficaciam habet.

Chryſ. ho. 31. in Matth. 3. Chryſoſtomus cauſam quærit, cur Chriſtus in omnium conſpectu id, quod fœmina fecerat, propalari voluerit, & reſpondet, hoc ideo factum: *Primùm, ut ab omni formidine fœminam liberaret, ne conſcientiæ ſtimulis quaſi furata ſanitatem, mœrore exagitaretur; deinde ut fidem ipſius corrigeret, quæ ſe putavit latere potuiſſe; denique ut fidem ejus manifeſtam faceret; præterea non eſt minus ſignum ſecreta cordium ſcire, quàm flumina ſanguinis coercere; poſtremò Principem Synagogæ voluit confirmare.* Cajetanus quoque hoc ultimum ſuſtinet, dicens: *Miraculum latens voluit manifeſtari, quia tempus urgebat ad augendam fidem Archiſynagogi.* Salmeron, ut mulier ipſa miraculum divulgaret, Chriſtum voluiſſe tradit, dicens: *Ut mulier ſponte confiteretur ſignum, ut attentam redderet turbam, & vim ſuam perciperent; nec dixit: tu me tetigiſti, ut mulier mereretur confitendo, ne videretur extorta confeſſio, ſed rei ſeries narraretur.* Cajet. hic. Salmer.

4. Idem Author mulierem hanc, per Salvatoris attractum, ab infirmitate ſuâ liberari quidem voluiſſe notat, ita tamen ut ſimul etiam ob immunditiam latere potuiſſet: *Volebat latere, quia morbus turpis erat, & quia timebat Chriſti indignationem ob ſanitatem furtim ablatam.* Ita pariter multæ ſunt animæ, quæ immunditiæ & ſenſualitati in prædam datæ, peccata ſua confiteri verecundantur, & nihilominus ſalutem & abſolutionem obtinere geſtiunt; maximi ſanè ponderis eſt præſenti integræ confeſſionis ritè inſtituendæ negotio dexteritas confeſſarii, maximè reſpectu debilioris & verecundioris ſexus.

5. Janſenius populi multitudinem, quæ Chriſtum comprimebat, contemplans, ait: *Mira Domini lucet clementia, manſuetudo & humilitas, qui, cùm tantus eſſet, ut & multos haberet diſcipulos, qui à turbarum compreſſione eum poſſent liberare, patitur ſe à turbis comprimi, eam humaniter ſcilicet cum eis converſans ſine omni faſtus indicio, ut turbæ non verentur eum comprimere.* S. Bonaventura ait: *Ex amoris affectu, omnes volebant contingere; in hoc etiam verſa vice oſtenditur benevolentia Salvatoris, qui etiam à multitudine vult comprimi, quaſi nullum à ſe repellens, ipſe enim eſt, qui dicit: Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras.* Janſen. c. 34. S. Bon. in Luc. Joan 6. 37.

6. Ex hac compreſſione utilem valde elicit S. Auguſtinus moralitatem pro iis, S. Aug. ſer. 72. de temp.

qui indecenter ſanctiſſimo Chriſti corpori appropinquant: *Corpus Chriſti*, ait, *multi moleſtè premunt, pauci ſalubriter tangunt*; illi autem opprimunt, qui fideles ſine omni, aut certè cum exili præparatione, ad Sacramentum Altaris accedunt; deque his turbis, in quibus nec fides, nec reverentia, nec devotio erat, S. Petrus dicit: *Turbæ te comprimunt & affligunt*; at de hac tantæ fidei, humilitatis & devotionis muliere Chriſtus ait: *Quis me tetigit?* ſalubriter tetigit, quia corporis ſimul & animæ ſalutem obtinuit, quæ tam ſpecioſis titulis honorata fuit: *Confide filia, fides tua te ſalvam fecit; Ego novi*, inquit Chriſtus, *de me virtutem exiiſſe*, quia juxta præparationis, devotionis, & in ſanctiſſimum ejus corpus frequentando reverentiæ menſuram, ab eodem donorum & gratiarum cœleſtium abundantia in nos redundat.

Et videns eam.

7 Chriſti in nos oculus, miſericordiæ & compaſſionis eſt inſtrumentum, ideoque
Pſ. 118. 132. Deum deprecabatur, dicens: *Aſpice in me & miſerere mei.* Si per fluxum ſanguineum, iniquitatis & appetituum inordinatorum curſum intelligamus, nobis perſuadere poſſumus,
Pſ. 50. 16. eam Salvatori ita ſupplicaſſe: *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ, vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte univerſa delicta mea.*

Chryſol. ſer. 33. Alb. M. hic. 8. Chryſoſtomus de hoc benigniſſimo oculo ita ſcribit: *Erat totus oculus, qui poſt ſe ſupplicem ſic videbat.* Albertus Magnus eundem intuitum contemplans ait: *Viſio Dei, miſericordia eſt.* Sanctus Marcus dicit:
Marc. 5. v. 32. *Circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.*
Beda ho. in Evang. Venerabilis Beda pariter per hunc obtutum, ſalutem infirmæ à Chriſto collatam intelligens, ait: *Non obliviſcitur filiorum ſuorum Dominus, nec in ſe ſperantes intueri deſiſtit; ſed omnes, qui ſalvari merentur, ſuo dignos intuitu ac miſeratione judicat.*

*****
****
***
*

Dixit; confide.

9. Rabanus à S. Thomâ in catenâ citatus, interrogat, qualiter Chriſtus eam ad fiduciam animârit, quæ confidentiâ & vivâ fide plena ipſum convenerat, dicens intra ſeipſam: *Si tetigero tantùm fimbriam, ſalva ero? Quid eſt, quod eam confidere juſſit, quæ ſi fidem non haberet, ſalutem ab eo non quæreret? ſed robur & perſeverantiam fidei ab ea expoſtulavit, ut ad certam & veram perveniat ſalutem.* *Raban.*

10. Duplicis autem virtutis, fidei ſcilicet ac fiduciæ mentionem factam eſſe perperdit, ut eas differentes eſſe ſciamus; fiducia enim innititur fidei, eſtque ſpes certa & indubitata: *ſpes non confundit.* *Rom. 5. 5.*

Filia.

11. In Syriaca legitur: *Filia mea.* Non conſtat, hunc à divinâ ſapientiâ titulum ulli unquam alteri fœminæ datum eſſe, denominando eam, Filiam. Chryſoſtomus in- *Chryſ.*
quit: *Filiam eam vocat, quia fides eam filiam fecerat*; quæ viva adeo & ſtabilis fuit, ut ejus meritis miraculoſam aſſcribat ſalutem.

Fides tua te ſalvam fecit.

12. Paulus de Palatio devotam hanc Hemorrhoiſſam miraculum iſtud fimbriæ veſtimentorum Chriſti attribuiſſe notat: *Con- Paul de Pal.*
tra Dominus aſſcribit fidei illius, quia ſicut vera ſanitas gratia Dei debetur, ita vera fides & contritio noſtra eandem ſanitatem operatur.

Et ſalva facta eſt mulier ex illâ horâ.

13. S. Marcus habet: *Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis ejus, & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet à plagâ.* S. Lucas ſcribit: *Et confeſtim ſteti fluxus ſanguinis ejus.* In hocce facto Didacus Stella, ſacratiſſimi Chriſti *Didac. Stell.*
corporis efficaciam conſiderans, ait: *Voluit honorare corpus ſuum divinitati conjunctum, & corporis indumenta; ſic etiam poteſt vivificare & ſanare animas noſtras & corpora, quòd ſic con-*

ſi contactu ſuo poteſt vivificare mortuos, quantò magis immortales erimus, qui Chriſti carnem & ſanguinem non tangimus in Euchariſtiâ, ſed comedimus & bibimus.

S. Th. 14. S. Thomas in catena ſupra Lucam, citat quendam Authorem Græcum, de Salvatore ita ſcribentem: *Paſſus eſt ſponte ſanitatis rapinam;* mulier ſeſe abſcondit, ut furtivè prædam capiat ſalutis, & Chriſtus prædatrici acquieſcit, ut doceat nos, quòd, ubi de animæ ſalute, tantóque theſauro aſſecurando tractatur, opus ſit violentiâ: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Matth. 11. v. 12. Quacunque indirectâ viâ, modò ad cœlum ducat, gradiamur, contentatur; omnem etiam in hac viâ aſtutiam noſtram approbat; unde cum magnâ audaciâ David Deo dicebat: *Sana animam meam, quia peccavi tibi;* Pſ. 40. 5. *ſalvum me fac Deus;* Pſ. 3. 7. non reſpectus, non reverentia Dei perit, licèt modo imperativo ipſum aggrediamur, dum ſubſidium laturus eſt ſaluti animæ noſtræ.

15. Licèt hæc mulier corpore immunda eſſet, nihilominus credibile eſt, eam tantò magis in anima mundam & puram exſtitiſſe, dum in divinam affiliationem aſſumpta fuit ab eo, qui *ſcrutatur renes & corda*; attamen *mulier*, ut S. Marcus ait; *timens & tremens procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem*, & tamen non niſi fimbriam ſeu extremitatem veſtis attigerat ejus, qui *eſt candor lucis æternæ & ſpeculum ſine macula.* Quantò igitur magis nos timeamus & tremamus, oportet, proſternendo nos ante eum, quem *tremunt poteſtates*, & dicendo omnem veritatem, mediante præviâ exactâ confeſſione, dum non ad veſtem, ſeu ad ſacratiſſimum Chriſti corpus, ut ab eo cibemur, eique uniamur accedimus: *Qui manducat meam carnem, & bibit meam ſanguinem, in me manet, & ego in eo.*

Verſus 23.

Et cùm veniſſet JESUS in domum Principis, & vidiſſet tubicines, & turbam tumultuantem, dicebat.

Et cùm veniſſet JESUS in domum Principis,

S. Anton. 1. S. Antonius Paduanus ly *Principis* in ſenſu morali ponderans, ait: *Princeps eſt quilibet homo, qui ſibi debet principari, cujus domus eſt conſcientia ejus; in eam tunc venit Dominus, cum ei gratiam infundit, ut culpam ſuam cognoſcat, & cognoſcens erubeſcat.* Pad. ſer. in Dom. 24. Trinit.

Et cùm vidiſſet tubicines & turbam tumultuantem.

2. Lyranus notat, quòd melodiarum diverſitas varietatem quoque in nobis excitet paſſionum, aliæ enim ad animoſitatem & audaciam provocant, ut tubæ & tympana; aliæ ad devotionem, ut cantus Eccleſiaſticus; aliæ ad lætitiam, ut inſtrumenta muſica; aliæ ad mœſtitiam & planctum, & his antiquitus in conſpicuarum perſonarum funeralibus utebantur, ut populum ad luctum incitarent, unde Ovidius ait: Lyran.

Cantabat mœſtis tibia funeribus.

3. Salmeron quòd ad ſpiritum tubicines illos juſſu Chriſti dimiſſos eſſe dicit: *Expellendi ſunt tubicines*, inquit, *id eſt, maligni ſpiritus, triſtitiam carmine demulcentes, cum ſuggerunt culpam gravem non eſſe, aut ætati parcendum, vel ex improviſo contigiſſe, aut alios ſimilia agere, aut Dei pietatem ad pietatem propenſam, aut tempus ſubeſſe pœnitentiæ.* Salm. to 6. tr. 16. *Tubicines*, inquit Rabanus in catena, *ſunt adulatores, qui fovent mortuum.* Raban.

4. Tubarum clangores & cantus, vitæ hujus præſentis præfigurant delectationes, & voluptates, quæ animæ obſiſtunt, quominus à morte peccati ad gratiæ vitam reſurgat; & ideo audite, quomodo Job animam ex humanarum proſperitatum culmine in barathrum perditionis ſe præcipitantem repræſentare volens, ſermones ſuos inſtituat: *Tenent*, ait, *tympanum & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.* Job 21. 12. Experientia quoque docet, aviculas cantûs ſui imitatione ineſcatas, retia facile ingredi, & aucupi in prædam cedere. Sanctus Valerianus de laſcivis cantibus ſcribens, ait: *iſti ſunt laquei, quibus famulantibus inter cætera vulnera, diabolus hominum* S. Valer. in bibl.

mortes operatur; dum oblectant, ſæviunt;
S. Aug. ſer. 215. de temp. *dum blandiuntur, occidunt.* S. Auguſtinus tales cantus virus diabolicum nominans, ait: *Videte, ſi juſtum eſt, ut ex ore Chriſtianorum, ubi corpus Chriſti ingreditur, luxurioſum canticum, quaſi venenum diaboli proferatur*;
S. Hier. ep. 10. & S. Hieronymus pariter ait: *Cantoris diabolici venenata eſt dulcedo.*

5. *Turbam tumultuantem*, inquit Lyranus, *id eſt, lachrymantem & ejulantem; & illud vocatur tumultus, quia cauſat ſonum confuſum.*

Verſus 24.

Recedite, non eſt mortua puella, ſed dormit.

Recedite.

S. Hier. hic. 1. S. Hieronymus cauſam dat, cur hi tubicines à Chriſto dimiſſi fuerint; *non enim*, inquit, *erant digni, ut viderent gloriam reſurgentis, qui reſuſcitantem indignis contumeliis deridebant.*

S. Ambr. in Luc. 2. S. Ambroſius in Lucam, Chriſtum in hoc facto obſtinationem & Judæorum incredulitatem, allegoricè denotare voluiſſe cenſet, dicit enim Chriſtus; *recedite, ad ſignificandum ſcilicet, ex Judæis non credituros, nec in Eccleſiam Dei recipiendos, niſi paucos.*

Tolet. 3. Toletus in Lucam, tubicines dimiſſos fuiſſe dicit, quia planctu deinceps opus non erat, dum ipſe defunctam vitæ reſtituere diſpoſuerat: *Mihi*, inquit, *non videtur cauſa ejectionis, referenda in indignitatem, nec in ſignificationem tantùm, ſed ad veritatis oſtenſionem; nempe quia tumultus & cantus illorum mortuorum erat erat, non viventium, cùm autem ſuſcitanda eſſet jam puella, illos ejecit quaſi inutiles ac ſuperfluos, convenerant enim tò, luctus causâ.*

S. Greg. in Evang. 4. S. Gregorius ait: *Foras autem turba ejicitur, ut puella ſuſcitetur, quia niſi prius à ſecretioribus cordis expellatur ſæcularium multitudo curarum, anima, quæ intrinſecus jacet mortua, non reſurgit*; anima illa ſancta quondam dicebat: *Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine*; ſed quonam id fine eam
Pſ. 54 v. 8 & 9. feciſſe putas? nimirum *exſpectabam eum, qui ſalvum me fecit.*

Non eſt enim mortua.

5. Toletus diffusè filiam hanc, ſynagogam præfiguraſſe probare nititur, in eumq; finem multas rationes adducit; quarum prima eſt, quia puella hæc in imperfecta adhuc ætate conſtituta erat, talis autem & ſynagogæ fuit, & Moſaicæ legis ſtatus, qui verè imperfectus fuiſſe noſcitur; unde Apoſtolus ad Galat. 4. dicit: *Cùm eſſemus parvuli*, & 1. Cor. 13. ait: *Cùm eſſem parvulus*; Denique ad Galat 3. *Lex confertur pædagogo*: Secunda ratio eſt, quia patrem habebat, qui ejus curam habebat, deque ejus ſalute ſollicitus erat: ſic quoque Judaiſmus Deum patris loco habebat, cùm econtrà Gentiles falſa ſimulachra adorarent. Tertia eſt, quia filia iſthæc in domo patris erat; ſic quoque ſynagoga in domo Dei, id eſt, in ejus Eccleſiâ verſatur per veram fidem & religionem: *Notus in Judæâ Deus, in Iſrael magnum nomen ejus.* Quarta, quia ſicut Redemptor ad filiam hanc ſanandam perſonaliter in hujus Principis domum conceſſit, ita quoque Meſſias perſonaliter de cœlo deſcendit, & ex hoc populo incarnatus fuit, ut ſalutem ei impertiretur. Quinta, quia ſicut ad hoc reſuſcitationis beneficium præſtandum rogatus & invocatus fuit; ita quoque Chriſtus ad ſynagogam hanc & univerſum mundum incarnari voluit, poſt prævias Prophetarum & Patriarcharum antiquorum preces & interceſſiones. Sexta ratio eſt, quia ſicut miraculum iſtud patrando, à tibicinibus præſentibus, & turbâ tumultuante deriſus fuit; ita quoque deriſus & illuſus fuit à Judæis. Septima eſt, quia quod aliis ejectis, in paucorum præſentiâ filiam hanc defunctam in vitam revocarit, per hoc ut S. Ambroſius & Hilarius notarunt, redemptionem ſuam paucis Judæis profuturam eſſe, prænotatum fuit; Denique id quod in textu Evangelico dicitur: *Exiit fama hæc in univerſam terram*, ad literam adimpletum fuit: *quia ſalus, quàm inter Judæos Chriſtus operatus eſt, per orbem terrarum eſt prædicata, & communicata.* Eſtque hic merus Hugonis Cardinalis diſcurſus.

Tolet. 6. Quærendum hoc loco venit, quâ ratione verificari potuerit dictum illud Chriſti: *Non eſt mortua*, cum revera expiraverit? Salmeron ait: *Quia non omnes corporis humani*

Pſ. 75. 2. Gal. 4. 3. 1. Cor. 13. v. 13. Gal. 3. 24. Salm. tr. 16.

mani partes corrumpuntur, ut ſit in brutis, nec potior, id eſt, anima immortalis, nec perpetuò, ſed ad tempus diſſolvitur vinculum animæ cum corpore.

Interl. 7. Gloſſa Interlinearis quoad ſenſum allegoricum ait: *Non eſt fornicata poſt Deos alienos*: Quoad ſenſum literalem S. Bonaventura dicit: *Quia poterat eam ita facilè à mortuis reſuſcitare, ſicut ſuſcitatur de ſomno dormiens à vigilante,* id quod ſimiliter Gloſſa ordinaria inſinuare vult, dum ait: *Vobis mortua eſt, Deo autem, qui ſuſcitare poteſt, dormit, tam in animâ, quàm in corpore.* Lyranus pariter hac de re ita ſcribit: *Licet eſſet mortua ſecundùm viam naturæ, tamen non erit mortua illi, qui ſuſcitare eam poterat.*

S. Bon. in Luc.

Gloſſa ord.

Lyran.

Puella.

8. Dictio hæc myſtica eſt, propter moralitatem, quàm inde ſacri Expoſitores eliciunt: nam Paulus de Palatio ait: *Quod dicit puellam, indicatur, non tam facilè eſſe ſenem defunctam reſurgere, quàm puellam; difficile eſt animam, quæ in peccatis conſenuit, ad vitæ novitatem reparari.* Similem conſiderationem S. Antonius de Padua ſuper hoc Evangelium adducit, dum ait: *Nota, quod dixit, Puella, non veterana, anima enim, quæ nondum diuturnitate malæ conſuetudinis eſt oppreſſa, ſed quaſi puella & novella in peccato eſt ſopita, de facili in vitam poteſt reſurgere.* S. Thomas in Matthæum hanc defunctam filiam, cum duobus aliis reſuſcitatis mortuis, Lazaro nimirum, & viduæ Naimiticæ filio comparans de hac ita loquitur: *Hæc igitur puella ſignificat peccatorem, qui eſt in peccato occulto, ſi licet in mente*: quando enim peccatum commiſſum non eſt publicum, nec per malam conſuetudinem in animâ inveteratum, facillimum eſt illi adhibere remedium; ideoq; de ea dici poteſt: *Non eſt mortua, ſed dormit.*

Paul. de Pal.

S. Ant. de Pad.

S. Thom.

Sed dormit.

Raban. in cat.

9 Rabanus ad peccatores in culpâ mortuos alludens, ait: *Dicit autem, quòd puella dormit, quia qui peccant in præſenti, adhuc per pœnitentiam reſuſcitari poſſunt*; quæ eadem expoſitio à S. Anſelmo pariter adducitur.

S. Paſch. l. 3. c. 12. in Matt.

10 S. Paſchaſius hoc loco ingeniоſam quãdam habet conſiderationem; Dicit enim, quòd Redemptor noſter miraculum iſtud, quod operatus erat, in conceptu & opinione patris diminuere volens filiam ejus dormire dixerit, licèt verè mortua eſſet: *ad Chriſti gloriam pertinuit ſingulare, quòd defunctam dixerit dormientem, ut admirabilium facta virtutum parentibus monſtraturus, minus ſe donare pronuntiet, quàm donabat.*

11. Chryſoſtomus ſomni hujus miſterium declarat, dum ait: *Oſtendens quaſi à ſomno facile ſibi eſſe mortuos ſuſcitare*, ut patet in Lazaro, qui cùm morte extinctus eſſet; de illo tamen Apoſtolis ſuis dixit: *Lazarus amicus noſter dormit*; *His etiam docet non eſſe timendam mortem, nequaquam enim eſſe mortem, cùm ad conditionem ſomni redacta ſit.*

Chryſo. ho. 31. in Matth.

Joan. 11 v. 11.

12. Filia hæc etiamnum ætatem agebat innocentem, ideoque illam in gratia mortuã eſſe facile credere poſſumus; mors autem juſtorum, in pluribus ſacræ Scripturæ locis, dicitur ſomnus: *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnũ*; *ecce hæreditas Domini.* de S. Stephano, qui cœlum apertum Deique filium, ut glorioſũ ejus certamen remuneraret, coronam ſibi deferentem, & in occurſum ejus venientem conſpexit, dicitur: *Obdormivit in Domino*; neque S. Lucas martyrium ejus deſcribens, ullam mortis facit mentionem; S. Bernardus prædicta Pſalmiſtæ verba: *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum*; examinando, ſequentia Jobi verba citat: *In ſex tribulationibus liberavi te, & in ſeptimâ non tanget te malum*; quorum verborum hunc dicit eſſe ſenſum: *Veniet quidem mors, ipſa enim eſt ſeptima tribulatio, ſed ſomnus erit electis Domini*; *& ecce hæreditas ejus.* Conſtat quoque quòd Eccleſia, mater noſtra filiis ſuis, tunc pridem ſomnum & quietem annuntiet, dum ex hac in aliam vitam tranſeunt, tunc enim & non ante iis dicit: *Requieſcant in pace*; mors enim eſt quoddam laborum in hac vitâ toleratorum refrigerium. S. Joannes Chryſoſtomus magnam notat mortem inter, quæ ante Chriſti adventum ſuſtinebatur, ab ea, quæ poſtquam cœli aperti ſunt, ab hominibus ſuſtinetur, differentiam: *Mors*, ait, *ante Chriſti adventum terribilis erat, nunc autem contemptibilis, ita ut, quam formidabant illi virtute clari, & tantâ erga Deum virtute freti, nunc rideant & juvenes & teneræ virgines*; cujus hanc convincentem, Chriſtique verbis conformem rationem reddit: *Nihil enim mors eſt ultrà, quàm ſomnus*; unde & David dilectorum, Deoque charorum mortem nominat ſomnum, dicens: *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum*; hæreditas etiam filiorum dicitur:

Chryſo. ho. 32. in Matth.

Joan. 5. v. 19.

Act. Ap. 7. v. 59.

S. Bern. ſerm. in verb. Job.

Pſ. 126. v. 2.

Cant. 8. 6. *E ce hæreditas Domini filii merces*; item dilectio & amor assimilatur morti: *Fortis est ut mors dilectio*; neque mirum, dilectio enim & amor Dei in aliquam animam non modò non remittit, aut aboletur superveniente morte, sed magis solidatur, dum ex tunc anima Deo uniri incipit: *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Sanctus Augustinus dicit: *Cùm in cæteris rebus impatientia soleat culpari, in exspectatione tantæ promissionis, laudabilis est vehemens impatientia dilationis.* De Samsone in libro Judicum traditur, quod vitulum quadam Leonem adorsus, eum generoso nisu membratim discerpserit, in cujus faucibus postea redux, sapidissimi reperit mellis favum, unde occasionem sumpsit, hocce proponendi Emblema: *De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Omnia in figura contingebant illis*; Leo igitur lævus & horribilis mors est: *Salva me ex ore Leonis, ne quando rapiat ut Leo animam meam.* Natura nostra, cùm de morte agitur, timet & horret, non aliter ac viator ab horribili invasus fera; at qui illam victoriosè triumphat, in faucibus ejus mel reperiet, id est, de ea, velut de optatissimo lætabitur somno, ille scilicet, qui verum habebit spiritum, & bene cum Deo stare sataget. *Irruit Spiritus Domini in Samson & dilaceravit Leonem.* Quàm sollicitè post laborem optatur quies, & tranquillitas, portus post tempestatum furias? sed notandum, quòd S. Ambrosius de morte tradit: *Portus quidem est eorum, qui magno istius vitæ jactati salo, fide quietis stationem requirunt.* S. Basilius, post intentatam sibi à Modesto mortem, eò quòd impiis Imperatoris edictis consentire nollet, animosè respondit: *Mors beneficii loco mihi erit, citius enim me ad Deum transmittet, cui vivo.* Sed opportunior propositio nostro deservit Reginaldus Polus, Catholicæ Religionis in Angliâ basis & fundamentum; cùm enim occisori suo quinquaginta quinque millia scutorum aureorum promissa esse, audisset, respondit: *Iam satur sum vitæ, qui mihi eam ademerit, hoc præstabit officii, quod ille, qui dormitum ire cupienti vestem detrahit.*

Ps. 41. v. 3. S. Aug. medit. c. 17. Judic. 14. v. 14 Ps. 21. v. 22. Judic. 14. v. 6. S. Ambr. de bono mort. c. 4.

Versus 25.

Et deridebant eum; & cùm ejecta esset turba, intravit, & tenuit manum ejus, & surrexit puella.

Et deridebant eum.

1. Lyranus hunc cachinnum ex deceptione ortum fuisse credit, cui intricabantur, putantes Christum verè existimare, filiam adhuc vivere & dormire: *Deridebant*, ait, *credentes, quòd loqueretur ex ignorantiâ, quia sciebat eam mortuam*; unde sanctus Lucas subdit: *Deridebant eum, scientes, quòd mortua esset*; & sanctus Marcus ait: *Ingressus, ait illi: quid turbamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit*; Toletus horum non admiratur subsannationes, quia *animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus*; nullum de Christi sanctitate conceptum formârunt, quasi eam resuscitare posset. *Non intelligentes*, ait, *futuræ jam jam resurrectionis mysterium, deridebant Christum, quasi negaret omnino mortem puellæ; homines enim fidei lumine destituti, suâ virtute Christi virtutem ac potentiam mensurabant, nec eum suscitare illam posse credebant.* Hic autem derisus ad majorem postea cessit miraculi gloriam; videntes enim resurrexisse, quàm certò sciverat obiisse, amplius postmodum Salvatorem glorificârunt.

Lyran. Tolet.

S. Hilarius inquit: *Irridetur à primis, nunquam enim illi Deum in homine credidêrunt*; Qui Author per Principis ædes, Synagogam & Hebraismum intelligit, Christo illudentem: *Quin etiam prædicari resurrectionem reformant.* Interlinearis ait: *Quid faciunt Judæi, assumsum dare nolentes veritati.* Hugo Cardinalis dicit: *Sic sæculares contemnunt Prædicatores.* Hicque perversorum mos est, bonis scilicet & timoratis illudere, quâ de re celebre illud exstat Sapientiæ testimonium. *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.* Job dicit: *Qui deridetur ab amico suo sicut ego, deridetur enim justi simplicitas*

S. Hilar. c. 9. in Matth. Interl. Hugo Card. Sap. 5. v. 3. Job. 12. v. 4.

citas, non obſtante, quod teſte Deo, in univerſo mundo non reperiretur alter, qui Jobo ſimilis eſſet in ſanctitate, de quâ injuriâ idem Propheta alibi quoque conqueritur, dicens: *Derident me juniores.* Ipſemet ſanctus David, *vir ſecundùm cor Dei*, de ſe ipſo teſtatur: *Opprobrium hominum & abjectio plebis; omnes videntes me, deriſerunt me, locuti ſunt labiis, & moverunt caput.* Idem alio loco in perſonâ eorum, qui in divinorum præceptorum obſervantia exactiores erant, ita diſſerit: *Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro.* Jeremias pariter ait: *Factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannant me.* De Tobia quoque aſſeritur: *Sicut beato Job inſultabant Reges, ita iſti, parentes & cognati ejus irridebant viam ejus.* Si quis ergo & noſtrum, ob proprium ſui Dei aut Chriſti characterem illuditur, audiat, quod ſanctus Petrus ſuadet: *Ut Chriſtianus non erubeſcat*, ſed potius juxta conſilium Apoſtoli: *Exeamus ad eum extra caſtra, improperium portantes*, ſcilicet Chriſti, qui per præſentem clementiæ & patientiæ actum ſuos voluit præmunire Apoſtolos, de quibus ſanctus Paulus dicit: *Omnium peripſema; ſi de mundo fuiſſetis, mundus, quod ſuum erat, diligeret; quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea vos odit mundus.* Incognitus (hodie Michaël de Bononia) ſuper illa Pſalmi verba (*Tota die verecundia contra me eſt*) ita diſcurrit: *Verecundia gravis erat contra ſanctos, vel coram ſanctis, id eſt, ante oculos ſanctorum, quando quos impios ſciebant, ſibi inſultare videbant; vel dicit: contra me eſt, id eſt, contra hoc, quod boni erant, quia ideo perſequebantur, quia fideles.*

3. Sanctus Bernardus in quodam ſermonum ſuorum, Chriſtiani nominis & profeſſionis debitum declarans, inquit: *A Chriſto dicti eſtis Chriſtiani, nonne ea via, quâ Chriſtus ambulavit, & vos debetis ambulare?* Hi homines de fæce plebis ad intonandum conducti erant: *Tibicines & turbam tumultuantem*; nihilominus tantæ fuêre audaciæ, tamque perfrictæ frontis, ut Deum Majeſtatis irriſerint. *Quem adorant dominationes, tremunt poteſtates.* Hugo Cardinalis inquit: *Licèt Dominus derideatur, non deſinit à propoſito.* David ex pietatis & devotionis inſtinctu, ante arcam ſaltans, à Reginâ, conjuge ſuâ, cum verbis improperii illuſus fuit: at ille, *ludam*, inquit, *& vilior fiam plus, quàm factus ſum, & ero humilis in oculis meis.* Chryſoſtomus Salvatoris inſolentes hos inverecundos minimè objurgantis virtutem admiratus ait: *Non moleſtè ferebat, nec increpavit irridentes.* Ex quo Chriſti facto, Didacus Stella ſequens nobis documentum elicit: *Diſcamus hinc non ægrè ferre, ſi ab aliquibus irridemur, nã Chriſtus patientiæ ſe habuit cum iſtis deriſoribus, & nihil eis reſpondit, ſed tacens tranſivit, & fecit, quod facturus venerat: hoc faciamus, volumus eſſe Chriſti diſcipuli: etenim qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ambulavit, ambulare.*

4. Notandum quoque, deriſores hoſce non viles modò perſonas, ſed & perditæ ſalutis hominum fuiſſe figuras, quos Filius Dei à ſe elongari jubet, dicens: *Recedite: recedentes* autem *à te, in terrâ ſcribentur.* Hosce S. Matthæus turbam tumultuantem vocat, ut ſciamus deriſores noſtros perſonas eſſe non ſapientes & timoratas, ſed diſſolutas, divino lumine deſtitutas, perque viam malam gradientes: quo fine audire placeat illud ſancti Auguſtini: *Neceſſe eſt, ut aliter, quàm oportet, humana æſtimet, qui divina contemnit.* Non juxta deriſorum, ſed prudentum æſtimationem agendum eſt, ſi per locum plenum claudis hominibus nos proficiſci contingeret, utiq; videntes nos illæſo gradi veſtigio; ridebunt nos, ſed quid inde, annon ſtoici ſubſannationes eorum faceremus? Nobis certò conſtat illos, qui actus humilitatis, contemptus ſui ipſius & mortificationis derident, tales eſſe, qui pleno curſu ad infernale præcipitium accelerãt: at verò malum noſtrum eſt, quòd illos non ſolùm non fugiamus, ſed etiam nos ab iis ſeduci ſinamus, præcipitando & nos eorum exemplo, atque à viâ rectâ turpiter deviando

5. Audite, cujus genii illi fuerint, qui Davidem deridebant: *Qui retribuunt*, in-

Job.30. v. 1.
Pſ.21. v. 7. ib. v. 8.
Pſ.43. v. 14.
Jerem. 20. v. 7.
Tob. 2. v. 15.
1. Pet. 4. v. 16.
Hebr. 13. v. 13.
1. Cor. 4. v. 12.
Joan. 15. v. 19.
Pſ. 43. v. 16.
Mich. de Bon.
S. Bern. ad paſt. in ſynod.
Hugo Card.
2. Reg. 6. v. 22.
Chryſ. ho. 31. in Matth.
Didacus Stell.
Jerem. 17. v. 13.
S. Aug. ep. 154.
Pſ. 37. v. 21.

inquit, *mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem*; quod tamen minimè admirandum esse dicit Chrysostomus. *Semper enim contra virtutem insanivit malitia*, & ideo eorum detractiones & contumeliæ flocci faciendæ sunt, ad ejusdem Davidis exemplum qui à Michol subsannatus & reprehensus, ejus derisionem non modò nihil fecit, sed & sacrilegam generoso responso repulit, ut proinde interpres quidam hoc Davidis factum perpendens, bene dixerit: *Non erubuit David fœmineas opiniones*; Sapiens ad id, quod de claudis, gressu recto ambulantes ridentibus, diximus, duobus in locis alludit; primò enim dicit: *Ambulans recto itinere & timens Deum, despicitur ab eo, qui insami graditur viâ*; alibi verò ait: *Abominantur impii eos, qui in rectâ viâ sunt.*

Chrys. hom. 71. in Gen.

Prov. 14. v. 2.

Prov. 29. v. 27.

Et cùm ejecta esset turba.

6. Theophylactus in Matthæum ideo multitudinem à Christo ejectam esse dicit, ut ostenderet, se miraculi ostentationem ipsis præsentibus non quærere: *Ejecit autem foras omnes, fortasse docens nos, carere inanis gloriæ studio, & nihil ad ostentationem facere*, Lyranus eos indignos fuisse dicit, qui tanti essent miraculi spectatores; *Ex quo enim erant incredduli, non erant digni videre miraculum, quia scriptum est supra; nolite sanctum dare canibus*; Idem S. Hieronymus diu antè his verbis docuit: *Non erant digni videre mysterium resurgentis, qui resuscitantem indignis contumeliis deridebant.*

Theoph. hic.

Lyran.

S. Hier. hic.

7. Sanctus Bonaventura hæc verba intelligit de *turba malæ societatis, quæ sæpe salutem impedit*, sive ut S. Thomas ait: *Tibicines sunt, qui fovent in peccato*; *laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur*; nam anima, ut in sordibus iniquitatum suarum perseveret, contagium tenacius habere nequit, quàm malorum aliorum exemplum, & malorum sodalium persuasiones, de quibus sanctus Augustinus lamentabatur, dicens: *O nimis inimica amicitia!* & Psalmista: *Si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis*; nam licèt ad hujusmodi familiaritatem te vel inclinet genius proprius, vel natalium, vel professionis eorundem studiorum, aut talentorum naturalium, aliarumque similium qualitatum similitudo; nihilominus si ejusmodi amicos, & quæ ab iis ad prava offeruntur inescationes, salutis animæ tuæ inimicos, honestisque moribus contrarios esse cognoveris, exemplo Christi liberè eis dic: *recedite*; secus enim anima ad gratiæ vitam nunquam resurget; unde Christus ait: *Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te, expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum.* q.d. tametsi talis amicus, haud secus ac dextera manus, necessarius tibi esset, resecandus tamen & projiciendus tibi est, si periculum fuerit, ut totum corpus inficiatur.

S. Bon. ser. 2. in hac. Do.

S. Thom. hic.

Ps. 10. 3.

S. Aug.

Prov. 1. v. 10.

Matth. 5. v. 30.

8. Beda ait: *Foras tamen ejicitur, ut puella suscitetur, quia si non prius à secretioribus cordis expelluntur importuna sæcularium multitudo curarum, anima, quæ intrinsecus jacet mortua, non resurget*; cui perfectè consonant illa sancti Thomæ verba dicentis: *Ad hoc ut anima suscitetur, oportet, quòd turba cogitationum expellatur, & tunc intrat Dominus.*

Beda. hom. in Evang.

S. Thom. hic.

Intravit.

9. Sanctus Marcus dicit: *Ejectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingreditur, ubi puella erat jacens*: Sanctus Lucas verò ait: *Non permisit intrare secum quemquam nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem, & patrem, & matrem puellæ*; cujus rei mysterium Salmeron declarat, dicens: *Ut instrueret ministros Evangelicos, ne ad fœminas, præsertim adolescentes intrent, nisi adsint earum propinqui, ne ulla scandali occasio cuipiam data esse videatur.* Sed inquies, ex quo ad filiæ cadaver ingredebantur, ut quid hac diligentiâ opus erat? erat omnino, licet enim mortua esset, nondum tamen in cineres resoluta erat, ideoque etiamnum effigies ejus supererat; præterquam quòd jamjam in vitam revocanda esset, nempe docere nos voluit, quânam iis, quibus cum hoc sexu necessarium est commercium, circumspectione opus sit.

Salm. to. 6. tr. 16.

10. Theo-

Theoph. 10. Theophylactus in Lucam ſpecialem rationem reddit, cur Chriſtus præcipuè tres hosce diſcipulos ad prodigium iſtud admiſerit: *Admiſit*, inquit, *ut diſcipulorum præcipuos & taciturnos; nolebat enim hoc miraculum ante tempus revelare multis.*

Paul. de Pal. 11. Paulus de Palatio ex hiſce verbis occaſionem ſumit, ut Paſtores Eccleſiaſticos moneat, ut, ſi Eccleſiarum ſuarum ſalutem deſiderent, quid facto opus ſit, à Chriſto ediſcant: *Si ex animo*, inquit, *veſtras Eccleſias ſanare concupiſcitis, en habetis ſalutis ſarciendæ formulam; primùm rejicite turbam, id eſt, ne ad clerum veſtrum homines quosvis vulgares aſſumatis, manus nemini cito imponatis, perditionis Eccleſiaſticæ radix fuit, quòd de media turba viri acciti & admiſſi ſunt in Eccleſiam;* pergit ſequentibus verbis ultra docere, illos tantùm admittendos eſſe, qui Petro in fide, in laborum tolerantia S. Jacobo Joanni verò in ardenti erga proximos dilectione ſimiles exiſtunt: *Adſciſcite etiam Patrem & Matrem, id eſt, authoritate utimini Eccleſiaſtica & ſæculari; tibicines expellite, illos videlicet, qui honores, delicias & cupiditatem docent & quærunt: hi ſunt, qui fraternitatem charitatis contemnunt, amorem charitatis non curant, vitæ aſperitatem refugiunt, injuriarum ultiones requirunt.*

S. Bon. loc. cit. 12. S. Bonaventura ſermone ſecundo in hanc Dominicam ad ly *intravit*, ſe reflectēs, in ſenſu ſpirituali ita ſcribit: *Cùm enim homo magnitudinem ſupplitiorum & præmiorum æternorum penſando, de ſalute animæ ſuæ efficaciter cogitat, tunc JESUS qui interpretatur ſalus, domum mentis per gratiam prævenientem intrat.*

Et tenuit manum ejus.

S. Hier. in gloſſ. 13. S. Hieronymus per hanc filiam, in ſenſu myſtico Synagogam intelligens, ait: *Niſi prius manus Judæorum, quæ ſanguine plenæ ſunt, mundatæ ſint à morte, Synagoga eorum mortua non reſurget.*

S. Bon. loc. cit. 14. S. Bonaventura quatuor, quæ in hoc miraculo contigêre, conſiderat, quæ omnia animæ in peccato mortuæ reſuſcitationi ſpiritualiter adaptat. *In his*, inquit, *verbis quatuor conſideranda occurrunt: turba ejicitur, JESUS ingreditur, manus puellæ tenetur, ſurgere jubetur: ſignificantur in his quatuor neceſſaria ad ſalutem, ſcilicet ut impedimentum ſalutis evitetur, ut efficaciter de ſalute cogitetur, ut voluntas per gratiam ad ſalutem adjuvetur, ut à peccato anima ad ſalutem juſtificetur.*

15. S. Thomas in Matthæum ſcribens, huic miraculo illa Pſalmiſtæ verba aptat: *Dextera Domini fecit virtutem, non moriar, ſed vivam, & narrabo opera Domini: caſtigans caſtigavit me Dominus, & morti non tradidit me*; quâ verò in re, hæc manuum Chriſti, ſuper nos per peccatum mortuos extenſio ſpecialius conſiſtat, in his verbis docet: *tenet manum peccatoris, quando adjutorium ei præbet*, id quod S. Antonius Paduanus ſignificantius exprimit, dicens: *Manum manu tenet, cum miſericordia ſua dat velle, noſſe & poſſe.* *S. Thom* *Pſ.* 11 *v.* 16, 17. *S. Ant. Pad. ſer. in Dom.* 24.

16. Memorandum eſt hic, quòd Chriſtus leproſo, dicenti: *Si vis, poteſt me mundare*, petitam gratiam his verbis impertierit: *volo, mundare*, ubi S. Ambroſius ait: *Illud mirabile, quod eo ſanavit genere, quo fuerat obſeratus: quia voluntatem timentium ſe facit*, ac proinde quia Pater hujus defunctæ filiæ à Chriſto petierat: *Veni, impone manum tuam ſuper eam, & vivet*, idipſum ſubitò adimplevit, quia *tenuit manum ejus, & ſurrexit*; unde Salmeron ait: *Juxta Patris fidem id fecit, imò tenuit, plus eſt, quàm impone manum, quia ſemper dat plus, quàm petimus.* *S. Ambr. l. 5. in Luc.* *Salmer. tr.* 86.

17. S. Bonaventura moralitatem valde utilem adducit, ad eos, qui ad pœnitentiam reducuntur, in gratiâ confirmandos: *Sicut enim JESUS intrat domum per gratiam prævenientem, ita tenet manum per gratiam ſubſequentem, manum utramque Dominus tenet, dum efficaciter bene operandi virtutem præbet: quomodo enim homo ſurgeret, aut quid boni ageret, niſi ſic Dominus manum teneret?* nam ut S. Auguſtinus ait: *Sine Deo operante ut velimus, ſine cooperante, ut poſſimus, ad pietatis opera nihil valemus.* *S. Bon. ſer. cit.* *S. Aug.*

18. Notandum eſt, quòd, quia Salvator, de mortua hac, velut dormiente loquebatur: *Non eſt mortua puella, ſed dormit*, ad dormientem verò excitandum, manus imponi ſolet, ideo ut eam in pedes erigeret, & ambulare faceret, manum ei in adjutorium porrexit: *Confirmaſti ſuper me manum tuam.* *Pſ.* 37. *v.* 5.

19. Albertus Magnus in Lucam ait: *Manum*

num impoſuit, ut ſignificaret ſe ſublevare per adjutorium divinæ virtutis & influere vitam per contactum ſuæ vivificæ carnis; Lyranus pariter ait: Per tactum enim curabat, ut oſtenderet, quòd illa humanitas erat inſtrumentum divinitatis miracula facientis.

Euthy. 20. Euthymius in S. Marcum ſcribens, ait: *Ut manus Chriſti corpus illud diſponeret, ſicut vox, quæ ſequitur animam, quæ diſcedebat, revocabat.* Addit S. Marcus Chriſtum in reſuſcitatione hæc quoque verba adhibuiſſe: *Puella dico tibi ſurge.*

Paul. de Pal. 21. Paulus de Palatio inquit: *Tenet manum ejus, quia non ſunt homines relinquendi, ut agant, quæ volunt: cohibenda eſt noſtra manus: planè cùm Dominus immittit nobis languores, pauperiem & alias vitæ miſerias, manum noſtram tenet.*

Rom. 1. 17. Jac. 2. v. 26. 22. *Juſtus ex fide vivit*, juxta Apoſtolum; at non ſufficit hæc ſine operatione, quia *fides ſine operibus mortua eſt*: ideoque Chriſtus, poſtquam puella, mediâ fide & notitiâ ſuî, vivificata eſſet, *tenuit manum ejus*, docens nos in ea, ut, ſi in vita perſeverare velimus, exercitia bonorum operum frequentare debeamus.

4. Reg. 10. v. 15. 23. Jehu ex Dei juſſu accinctus itineri ad domum Achab exſtirpandam, Jonadab ſibi obvium, quas partes ſuſtineret, interrogat, dicens: *Nunquid eſt cor tuum rectum, ſicut cor meum cum corde tuo?* quo affirmativè reſpondente, ſubjungit Jehu: *Da manum tuam: qui dedit ei manum ſuam*, quâ Jehu apprehenſâ Jonadab in curſum ſuum ſublevavit: ita & nos, ſi cum Chriſto in cœlum ſcandere ſperamus, ſi fideles nos profitemur, ecce ſignum: *Da manum tuam*: idipſum opera tua doceant. S. Gregorius ſuper illa

Job. 13. v. 14. S. Greg. Jobi verba: *Animam portabo in manibus meis*: ita ſcribit: *Animam in manibus portare, eſt intentionem cordis in operatione oſtendere.*

Et ſurrexit.

24. Amplius ſcribit S. Marcus, ſcilicet: *Et ambulabat*, unde Beda in hujus Dominicæ homilia ſequens eruit dogma: *Quemcunque enim peccatis mortuum ſuperna manus miſerationis reſuſcitatura tetigerit, non ſolùm à ſordibus & veterno ſcelerum exſurgere, ſed & in bonis continuò debet perficere operibus.*

25. Ex SS. porrò Marco & Luca notandum eſt, Chriſtum non modò, ut rediviva ambularet, ſed ut ei ad manducandum daretur, effeciſſe, eamque manu apprehenſâ, allocutum fuiſſe, id quod minimè in aliorum reſuſcitatione contigiſſe legimus: *Significatur ſpiritualiter*, inquit Toletus, *eum, qui per gratiam à peccato liberatus eſt, continuò ſurgere debere (& confeſtim ſurrexit*, ait S. Marcus) *depoſita veteri conſuetudine & rei motâ antiquâ occaſione peccandi, ac ambulare, bonis operibus incumbendo, ne gratiam in vanum accipiens, eam facilè perdat.*

26. S. Lucas tradit: *Et juſſit illi dari manducare*, id quod & in S. Marco legimus, ut nos, vitam ſpiritualem nullo melius quàm frequenti panis cœleſtis uſu foveri diſcamus, de quo dicitur: *Panem Angelorum manducavit homo*, vel ut alia verſio habet: *Panem juvenum*: quia vel maximè ætate juvenili competit, concupiſcentiæ fervores reprimere per *vinum germinans virgines*. Euthymius inquit: *Eâdem de causâ Chriſtum non dediſſe illi manducare, ſed juſſiſſe parentibus, ut darent, ſpiritualiter ſignificatur frequentia Sacramenti Euchariſtiæ amplectenda ab eo, qui juſtificatus jam bonis operibus intendit, per illam non ſolùm gratia augetur, ſed robur ad tentationes ſuperandas, difficilia opera efficienda adjicitur.* Beda ſupra Lucam idem documentum ſuggerit, dicens: *Si quis à ſpirituali morte reſurrexit, cœleſti neceſſe eſt mox pane ſatietur, & divini ſcilicet verbi & ſacroſancti Altaris particeps effectus.*

Pſ. 77. v. 25. *Euthy. in Marc.* *Beda in Luc.*

27. Sed dices fortè, quare anima à corpore ſeparata ſubitò ſinè mora Deo obedit, unita verò, ſæpiùs voci ejus rebellat, ſurda, inque divinis divinis præceptis & conſiliis adimplendis obſtinata negligens manet? Ad hoc aliud reſponderi nequit, quàm quòd lutum hoc, quod identidem nobiscum circumferimus, hujus mali origo ſit & fomentum; *Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*; corpus ineſcat animam, ſuisque eam retrahit appetitibus.

Sap. 9. v. 15.

28. Gloſſa

Gloſſa. 28. Gloſſa ait: *Moraliter puella ſignificat peccati delectationem, adhuc cordetectam, nondum opere perpetratam, cujus facilem correctionem Dominus oſtendit, dicendo: Puella ſurge; nam in aliis duobus quos ſuſcitavit, aliquam videtur feciſſe moram, vel in dicendo, vel in exſpectando.* Hanc denique filiam reſuſcitatam Chriſtus reliquis benignius habuit, quia ſcilicet animam figurabat, potius ex fragilitate, quàm ex malitiâ delinquentem; tales enim facilius in reſurgendo tentationibusque vincendis adjutricem ſentiunt manum potentem Dei, abſque his duo requirit Chriſtus, ſcilicet ut eant (id eſt, non otio & pigritiâ torpeant, ſed bonis operibus incumbant) & comedant panem Euchariſticum: *Panis cor hominis confirmat.* Idem & Janſenius ponderat, ſed ad teneram puellæ ætatem, recentem mortem & præſentem adhuc intra ædes paternas ſubſiſtentiam reflectens: unde ait: *Significatur anima, quæ in principio vitæ ſpiritualis, per imbecillitatem prolapſa eſt in crimen aliquod occultum, quæ quoniam nondum perfricuit frontem, & necdum aſſuetudine collegit habitum, facile ſanari & reſuſcitari poteſt, maximè ſi pro ejus ſalute & vitâ Princeps ſollicitus ſit, hoc eſt Paſtor Eccleſiæ, animæ hujus ſpiritualis Pater.*

Pſ. 103. v. 15.

Verſus 26.

Et exiit fama hæc in univerſam terram illam.

1. Lucas Burgenſis ait: *Dimanavit fama miraculi hujus in univerſam Galilæam; omnibus certatim, magnâque contentione tantum miraculum prædicantibus & divulgantibus, quantumvis ipſe occultari juſſiſſet,* juxta ſanctum Marcum; videlicet *ſequitur gloria fugientes.* Sanctus Lucas ſcribit: *Obſtupuerunt parentes ejus;* Sanctus Marcus verò dicit: *Obſtupuerunt ſtupore magno.* Toletus cauſam impoſiti à Chriſto ſilentii, ne ſcilicet quidquam divulgaretur, popularis applauſûs fugam fuiſſe tradit, inquiens: *Donec ipſe cum diſcipulis, turbam multam foris exſpectantem, reique exitum videre cupientem declinaret, hominum plauſum fugiens.*

Lucas Burg.

Marc. 5. 43.

Toler.

DOMINICA XXIV. POST PENTECOSTEN.

EVANGELIUM

Ex Matth. cap. 24.

15. *Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat.* 16. *Tunc qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes.* 17. *Et qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſuâ.* 18. *Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam ſuam.* 19. *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.* 20. *Orate autem ne fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbatho.* 21. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, uſque modò, neque fiet,* 22. *Et niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro, ſed propter electos breviabuntur dies illi.* 23. *Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere.* 24. *Surgent enim pſeudo-Chriſti & pſeudo-Prophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi.* 25. *Ecce prædixi vobis.* 26. *Si ergo dixerint vobis: ecce in deſerto eſt, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere.* 27. *Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret uſque in occidentem, ita erit & adventus filii hominis.* 28. *Ubicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* 29. *Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur.* 30. *Et tunc parebit ſignum filii hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & Majeſtate.* 31. *Et mittet Angelos ſuos cum tubâ & voce magnâ, & congregabunt electos à quatuor ventis, à ſummis cœlorum uſque ad terminos eorum.* 32. *Ab arbore autem fici diſcite parabolam, cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, ſcite quia propè eſt æſtas.* 33. *Ita & vos cùm videritis hæc omnia, ſcitote, quia propè eſt in januis.* 34. *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.* 35. *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.*

Verſus 15.

Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat.

Cùm videritis abminationem.

¶. 1. JUxta mentem Cajetani, in principio hujus capituli, quod eſt 24. in Matthæo, Chriſtus Jeroſolymitanam prædixit deſtructionem & deſolationem: *Acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, dicentes: dic nobis, quando hæc erunt?* Ad hanc igitur interrogationem, ſequentibus Chriſtus verbis reſpondet.

2. S. Hieronymus, juxta ſacræ Scripturæ loquendi modum, idola olim abominationem denominata fuiſſe conſiderans, cenſet, per hanc abominationem intelligi poſſe, à Pilato in templo erectam Cæſaris ſtatuam: *Idcirco*, inquit, *additur deſolationis, quòd in templo deſtructo poſitum ſit.* Lyranus hoc adimpletum fuiſſe credidit, quando Ælius Adrianus in loco, ubi arca teſtamenti locari ſolebat, ſuum ſtatuit ſimulachrum. S. Thomas porrò ita diſcurrit: *Per abominationes idola; Pilatus introduxit aquilam in templo, quod*

S. Hier. hic.

Lyran.

S. Tho. hic.

quod erat ſignum Romanorum, quod Judæi abominationem dicebant, unde tunc videritis idolum poſitum in loco ſancto, poteſtis cognoſcere impletionem Prophetiæ Danielis, de deſtructione Jeroſolymæ. Gloſſa ſcribit: *Hoc dicitur de ſtatua Adriani equeſtri, quæ in ipſo ſanctorum loco, longo tempore ſtetit.*

Gloſſa.

3. Per hanc quoque in loco ſacro abominationem, Eccleſiæ irreverentia intelligi poteſt, eo namque titulo ipſam Spiritus ſanctus in multis prophetiæ Ezechiëlis locis nuncupat, dicens: *Procul recedam à ſanctuario meo,* hanc autem receſſus ſui cauſam ſubdit: *Videres tu, quid iſti faciunt, abominationes magnas; ingredere & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt.* Quando igitur omnis accumulata fuerit Eccleſiæ irreverentia, ubi omnis perierit domûs Dei honor & reſpectus, tunc brevi deſolabitur mundus, approximante Anti-Chriſto. Notandum eſt, diſcipulos poſt Chriſti à templo exitum, eum conveniſſe, fabricam templi ipſi demonſtraturos: *Acceſſerunt diſcipuli ejus, ut oſtenderent ei ædificationem templi*; tunc igitur ait ad illos: *Non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur*; inſtantibus autem iis, ut tempus ediceret finis mundi, reſpondit: *Cùm videritis abominationem, ſtantem in loco ſancto*; quaſi dicere voluiſſet. Tunc ſeveriſſima quæcunque divinæ juſtitiæ ſupplicia (qualia prius commemorat) obventura mundo, quando abominatio, id eſt, loci ſacri irreverentia & prophanatio regnare cæperit.

Ezech. 8. v. 6. *Ib. v. 9.* *Matth. 24. v. 1.* *Ib. v. 2.*

Lyran. *Zach. 11. v. 17.* *Alb. M. hic.* *Bed. ib.*

4. Lyranus ait: *Abominatio ſtans in loco ſancto, eſt Prælatus malus in Eccleſia*, conformiter ad illum Zachariæ textum: *O paſtor & idolum*; pariter Albertus M. ſcribit: *Moraliter abominatio deſolationis in templo, malus Prælatus in Eccleſia*; Beda etiam in ſenſu ſpirituali ita ſcribit: *Cùm viderimus abominationem deſolationis ſtare, ubi non decet, hoc eſt, hæreſes & flagitia regnare inter eos, qui cœleſtibus myſteriis videbantur eſſe conſecrati.*

S. Bon. ſer. 1. in hac Dom.

5. S. Bonaventura abominationes diverſas, in quarum pœnam, Deus indignationem ſuam effundet ſuper nos, conſiderat, dicens: *Chriſtiani ſine fide, populus ſine dilectione, divites ſine miſericordia, juvenes ſine reverentia, pauperes ſine humilitate, mulieres ſine verecundia, matrimonium ſine continentia, clerici ſine honeſtate & ſanctitate, religioſi ſine veritate, Prælati ſine ſollicitudine regiminis & pietate.*

Deſolationis, quæ dicta eſt &c.

6. Auguſtinus à Gloſſa citatus, deſtructionem in hisce verbis Jeroſolymitanâ deſignari exiſtimat, dum in Lucam ita diſcurrit: *Lucas quidem ut oſtenderet, tunc factam fuiſſe abominationem deſolationis, quæ à Daniele Propheta prædicata eſt, quando expugnata eſt Jeruſalem, eodem loco hæc Domini verba commemorat; cùm videritis circumdari ab exercitu Jeruſalem, tunc ſcitote, quia appropinquavit deſolatio ejus.* Chriſtum in titulo abominationis, Romanorum intellexiſſe exercitum opinatur D. Chryſoſtomus, dicens: *Abominationem deſolationis videtur mihi exercitum dicere, quo ſcilicet deſolata eſt civitas ſancta.* Juxta S. Thomæ traditionem, Jeroſolyma bis à Romanis exterminium paſſa eſt, ſcilicet à Tito & Veſpaſiano, quando & templum deſtructum fuit, tunc equidem Hebræorum nonnulli ad Jeruſalem incolendam relicti ſunt, at dum hi poſtea, Trajani ſucceſſori, Adriano rebellarunt, tota civitas everſa fuit, edicto lato, ne vel unus inibi poſthac habitaret Judæus. Porrò cauſam cur Romanorum exercitus abominatio nuncupetur, hanc Janſenius aſſignat: *Quòd alienigenæ eſſent & idololatræ, paratique ſigna militaria, imaginibus Cæſaris & aquilæ inſignita, inferre civitati Jeruſalem, abominabiles erant ipſis Judæis, erantque illis abominatio deſolationis.*

S. Aug. in gloſſ. *Luc. v. 20* *Chry in ca* *Janſen. cap. 122. conc.*

7. Author Imperfecti verba illa de Anti-Chriſti adventu intelligens, ait: *In fine mundi & in Anti-Chriſto intelligendum eſt ſpiritualiter, quando & hæreſes & fames, & peſtilentiæ, & illa omnia ante præceſſerunt.* Eiusdem & Theophylactus opinionis eſt, dicens: *Quidam Anti-Chriſtum exiſtimant, eò quod vaſtaturus mundum, & ſubverſurus ſit Eccleſias, ac ſeſſurus in templo.* Sanctus Hieronymus hunc Daniëlis adducit textum: *& in dimidio hebdomadis auferetur ſacrificium & libamina, & in templo abominatio deſolationum erit*: ſequenti pariter Apoſtoli authoritate uſus, ſubjungit: *De hoc & Apoſtolus loquitur, quòd homo iniquitatis & adverſarius elevandus ſit contra omne, quod dicitur Deus & colitur, ita ut audeat ſtare in templo Dei, & oſtendere, quòd ipſe ſit Deus.* In idem quoque illa Hilarii recidit Gloſſa,

Author Imp. ho. 49. *Theoph. hic.* *S. Hier. in Dan.* *S. Hilar. cap. 25. in Matt.*

dum ait: *De Anti-Chriſto iſtis temporibus hoc locutus eſt; abominatio ex eo dictus, quòd adverſus Deum veniens, honorem ſibi Dei vendicet; deſolationis autem abominatio, quia bellis & cædibus terram cum populo deſolaturus ſit, atque à Judæis ſuſceptus, loco ſanctificationis inſiſtet, ut, ubi ſanctorum precibus Deus invocabatur, illic ab infidelibus receptus, Dei honore venerabilis ſit.*

Qui legit, intelligat.

Cajet. hic. 8. Cajetanus Chriſtum hæc verba non ſine ratione dixiſſe: *adjunxit*, inquit, *qui legit intelligat, ad reddendum nos cautos, ne fallamur in ſenſu prophetæ hujus, & conſequenter in ipſius JESU*; idem etiam advertit, quòd ſanctus Lucas Romanorum exercitum, abominationis nomine nuncupet: *Nullus*, ait, *melior interpres Lucâ Evangeliſtâ eſt, qui exercitum Romanorum docuit intelligendum nomine abominationis deſolationis*; etenim major abominatio dari nequit quàm dum impietas & ſacrilegium, adverſus populum & veri Dei cultum prævalere incipit.

S. Th. in Matth. Dan. 9. v. 26. 27. 9. S. Thomas Chriſtum hæc dixiſſe obſervat, ut, dum hæc prophetia legitur, attentiùs conſideretur: *Quia in illa prophetia Danielis, multa dicuntur de Paſſione Chriſti, ſunt enim hæc verba obſervanda; unde ibi dicitur: Occidetur Chriſtus, & erit in templo abominatio deſolationis.*

10. Poteſt etiam ex hiſce verbis moralitas quædem utiliſſima elici pro iis, qui libros legunt ſacros & ſpirituales, horum enim lectio non obiter, perfunctoriè & raptim transcurri debet, ſed applicatio adhibenda eſt mentis, & reflectendum ad ea, quæ leguntur; ut enim aqua impetuoſa non fœcundat, ſed potius terræ ſundnm ſecum rapiens, eradicat ſuffocatve ſementem, ita lectio obiter & ſine mentis applicatione facta, animam non paſcit, intellectui non prodeſt, & memoriam potius confundit, id quod vel gentilis Seneca probè intellexit, dicens: *Sic evolvendi ſunt Authores, ut, quod legeris, in ſuos uſus transformes.*

Sen. l. 3. ep. 12.

Verſus 16.

Tunc qui in Judæâ ſunt, fugiant ad montes.

Lyran. 1. Lyranus juxta ſenſum literalem, Chriſtum his verbis dicere voluiſſe credit, quòd Judæi ab eo momento, quo hanc à Danièle prophetatam abominationem viſuri ſunt, Jeroſolymam deinceps non amplius incolendam eſſe intelligant, quia licèt Ælius Adrianus eam denuo poſt deſolationem reædificarit, nulli tamen Judæorum ad eam reingrediendam licentiam dare voluit.

S. Anſelli hic. 2. S. Anſelmus Chriſtum hoc monito Chriſtianos monere voluiſſe dicit, ut priuſquam illud exterminium inchoetur, ſaluti ſuæ per fugam conſulant: *Chriſtiani enim appropinquante Romano bello qui erant in Judæâ, cœlitus admoniti diſceſſerunt*; idipſum & Lyranus ita tradit: *Quia fideles, qui erant in Jeruſalem, admoniti ſunt per Angelum, ut fugerent in regnum Agrippæ, ultra Jordanem, quia Rex Agrippa erat confœderatus Romanis, & ideo ibi fideles ſalvati ſunt.*

3. Eundem quidem ſenſum literalem ſequens Gloſſa, quo ad myſticum, ſubjungit: *Cùm hæreſes & flagitia regnare cæperint inter ſanctos, & pacem eorum diſtrahere, quantò plures vident ſequi prava, tantò altius virtutes petant.*

Author Imperf. ho. 49. 4. Author Imperfecti hæc verba ita exponit: *Tunc qui ſunt in Chriſtianitate, conferant ſe ad ſcripturas; montes enim ſunt ſcripturæ Apoſtolorum & Prophetarum, de quibus dictum eſt: illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.*

S. Anſel. 5. S. Anſelmus præter ſenſum literalem, moralem quoque his verbis inſinuat: *Tunc qui in Judæâ ſunt, hoc eſt, in confeſſione veræ fidei, fugiant ad montes, hoc eſt, culmen virtutum aſcendant.*

Alb. M. in Matt. 6. Albertus M. ait: *Myſticè in Judæâ ſunt (quæ confeſſio interpretatur) illi, qui confeſſioni laudis ſunt dediti, ſicut clerici & religioſi, quibus tempore perſecutionis fugiendum ad culmina virtutum*; cujus mox rationem ſubdit, dicens: *Virtutum perfectione tunc indigent; ut poſſint reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare.*

Janſen. c. 12. 7. Janſenius ait: *Fugiant ad montes hoc*

Aut. Imp. ib. *hoc eſt, ad excelſum Dei auxilium*; Author imperfecti verò hoc nobis dat ſalutare monitum: *illi viſibilem hoſtem fugerunt pedibus, nos autem inviſibilem hoſtem fugiamus actibus bonis; quamvis enim diabolus ſit ſpiritus, & homo corpus, tamen nunquam illos diabolus poteſt comprehendere, qui fugiunt eum per bona opera; ſine cauſa autem fugit ante eum pedibus, qui ſequitur eum peccatis.*

8. Per hanc tribulationem, Antichriſti intelligendo perſecutionem, oritur quæſtio, cur præ ceteris hi, qui in Judæa ſunt, ad fugam invitentur? cui reſpondet S. Hilarius, dicens: *Quia proprius iſte Judææ erit error, ut, qui veritatem reſpuerunt, ſuſcipiant falſitatem*; ad amplectendos namque antichriſti errores, omnium totius terræ populorum primi, magiſque diſpoſiti concurrent Judæi.

Verſus 17.

Et qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.

Chryſ. ho. 77. in Matt. 1. Juxta D. Chryſoſtomum Chriſtus hoc loquendi modo, ſignificare voluit, fore repentinam & irreparabilem calamitatem illam: *Ut inevitabilem & ſummam calamitatem oſtendat*; adeo ſcilicet improviſam fore Romani exercitûs invaſionem, ut nullum refugii futurum ſit ſpatium; proinde admonet Dominus, ut nullus pro quacunque re in ædes ſuas concedat, ſed omni ſine dilatione in fugam ſe convertant omnes.

Gloſſ. 2. Gloſſa ait: *Hoc eſt, nullo affectu inclinentur ad carnem, & hoc, quod Lucas ait, & qui in regionibus, non intrent in eam, id eſt, qui jam bono propoſito cordis, extra illam facti ſunt, non eam rurſus carnali cupiditate deſiderent.*

S. Anſel. Sanctus Anſelmus ad peccatorum carnalium, jam ſemel deteſtatorum occaſionis fugam alludens, idem quaſi inſinuat, dum ait: *Qui ſuper tectum eſt, id eſt, qui carnem, quâ animatè gitur ſuperavit, non deſcendat ad infimos actus priſtinæ converſationis, neque deſideria carnis repetat.*

S. Hier. his Sanctus Hieronymus aliam à prædicta non nihil differentem moralitatem adducit, inquiens: *Eſſe intecto & in domo, quo non poſſunt ignita diaboli jacula pervenire, nec deſcendere & tollere aliquid de domo converſationis priſtinæ, nec quærere, quæ retrorſum, ſunt.*

S. Cyr. Alex. l. 9. in Le. vit. 3 Sanctus Cyrillus Alexandrinus ad ſacræ Scripturæ verba, ubi de S. Petro dicitur: *Aſcendit in ſuperiora*; alludens, inquit: *Petrus, quæ ſurſum ſunt, quærebat, non quæ ſuper terram; illuc aſcendebat ad illa tecta, ad illa faſtigia; de quibus Dominus dicit: Qui in tecto eſt, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.* Quam & Janſenius gloſſam inſtituens ait: *Janſen* *Qui verò in tecto, hoc eſt, converſatione elevatus, & excelſior per vitam effectus fuerit, ac contemplationis altitudini deditus, non deſcendat, ut tollat mundi affectus, & curas rerum terrenarum, quas ſub ſe reliquerat.*

Theop. 4. Theophylactus ex hiſce Chriſti verbis conſilium quoddam eruit pro iis, qui perfectionis avidi, nihil quod ſenſibus placitum eſt, indulgere ac corpori condeſcendere recuſant: *Intelligat & iſta ſic, quòd, qui in tecto eſt, id eſt, excelſis virtutibus præditus, non deſcendat à ſummis virtutibus, ut tollat ea, quæ ſunt corporis; domus enim anima, corpus.*

Verſus 18.

Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam ſuam.

Gloſſ. 1. Gloſſa in ſenſu ſpirituali inquit: *Non revertatur tollere tunicam ſuam, hoc eſt, iterum involvi curis, quibus exutus eſt.* *S. Hilar. loc. cit.* Sanctus Hilarius pariter dicit: *poſitus in operationem præcepti, non ad curas priſtinas revertatur, neque aliqua corporis indumenta deſideret.*

S. Anſel. 2. S. Anſelmus dogma quoddam inde elicit pro Eccleſiaſticis, ut verborum Chriſti ſenſus ſit: *Qui operatur in Eccleſia, ſicut Paulus plantando, & Apollo rigando, non revertatur tollere tunicam ſuam, id eſt, non repetat ſæcularia, quibus ſe nudaverat.*

Theoph. 3. Theophylactus hoc dictum de recidivatione in peccatum intelligit, inquiens: *Oportet autem & ab agro ſecedere, hoc eſt, terrenis, & neque veſtem tollere malitiæ.*

Verſus

Verſus 19.

Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.

S.Th. in at. 1. S. Thomas quo ad literam notat, mulieres prægnantes & lactantes, ad fugam tardiores & conſequenter in majori ſuæ ſalutis periculo conſtitutas eſſe: *His quidem*, ait, *quia pigriores ſunt, & quia facilè fugere non poſſunt, onere conceptionis gravatæ*; lactantibus verò, *quia detinentur vinculo compaſſionis filiorum & non poſſunt ſimul ſalvare eos, quos lactant.* Origenes Chriſtum ad aliud motivum in his verbis reſpexiſſe dicit, nempe ut oſtendat, tunc nec pietati nec compaſſioni amplius ſuperfuturum locum: *Quia non erit tunc tempus miſerendi, neque ſuper prægnantes, neque ſuper lactantes, neque ſuper infantes earum.* D. Chryſoſtomus impedimentum conſiderat, quo detinentur, ne ad fugam veloces eſſe poſſint: *Quando infantium affectûs vinculo retinentur, cumque nequeunt ſimul & ſe & lactantes conſervare, unà depereunt.*

Orig. in at.

Chryſ. o. 77. in Matth.

2. Porrò ſenſus ſpirituales varii ſunt, omnesque utiliſſimi; S. Thomas ait: *Et quid per prægnantes? homines graves peccatis; homines autem nutrientes, ſunt homines imperfecti; unde vult dicere: Væ hominibus oneratis peccatis & non confirmatis*; unde & S. Auguſtinus ait: *Prægnantes ſunt, qui concipiunt malè agere, nutrientes, qui jam opere complent.*

S.Th.hic

S. Aug.

3. S. Bonaventura per has prægnantes & lactantes, homines intelligit carnales, dicens: *Prægnantes & nutrientes, luxurioſos ſignificare poſſunt, væ autem damnationis, non his ſolùm, ſed omnibus per ſeptem vitia capitalia vitioſis, tanquam nutrientibus debetur.* Venerabilis Beda quoque per prægnantes hoc idem vitium exponit: *Anima, quæ deſideriis carnalibus in illa ultima perſecutione invenitur oppreſſa, æternum væ ſubire cogitur*, quia omniũ aliorum peccatorum pœnitentia facilè quidem ſperari poteſt, exceptis duntaxat iis qui peccato carnali immerſi vivunt. Unde S. Cyprianus vitium hoc impudicitiæ, *matrem mœnitentiæ* nominat.

S. Bon. ſerm. 2. in hac Dom.

Bed. hic.

S. Cypr. de bono pudic.

4. S. Anſelmus per easdem prægnantes, avaros interpretatur, qui cùm ſint auri argentique mole graves, ad fugam minus habiles ſunt: *Prægnantes verò ſunt illi, qui laborant pro divitiis acquirendis, quorum animæ graves ſunt peccatis, nutrientes verò ſunt illi, qui divitias adepti fovent eas & augmentant.*

S. Anſ. hic.

5. Albertus M. ex his verbis moralitatem eruit pro iis, qui bona quidem propoſita faciunt, ſed in his non diu perſiſtunt, quia mox ut tentantur, ab iis recedunt: *Sed & prægnantes ſunt, qui de novo bonum propoſitum conceperunt; à facie tuæ concepimus & quaſi parturivimus & peperimus ſpiritum ſalutis; nutrientes ſunt, qui jam quidem proficiunt, ſed adhuc lacte teneriori indigent.* 1. *Cor.* 3. *Tanquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis; omnes autem tales, eò quòd in fide & charitate non ſunt ſolidati, violentiâ tentationis vincuntur.*

Alb. M. hic. Iſa. 26. 18. 1. Cor. 3. 2.

6. Origenes in homilia quadam ſuper Exodum ſcribit: *Perfecti ſunt viri & fortes, qui ſtatim ut concipiunt, pariunt, id eſt, qui conceptum fidei verbum in opera reducunt.* Iſidorus Peluſiota in quadam Epiſtolâ ſuâ ad eos pariter alludit, qui poſt concepta bona deſideria, eas ſpiritûs vires non habent, ut ea in effectum redigere poſſint; de quibus intelligi dicit verba hæc: *Væ prægnantibus & nutrientibus, ait Dominus ad illas animas, quæ divinum amorem veluti utero adhuc gerunt, nec verborum libertate aut fiduciâ uti, Deique confeſſionem acremque pro eo contentionem ac dimicationem parere audent.*

Orig. hom. 10. in Exod. Iſidor. Peluſ. ep. 211.

7. S. Ambroſius contra eos, qui in vincendis omnibus virtutum obſtaculis puſillanimes ſunt, aut agnitam veritatem, ubi opus eſt, non defendunt, ita ſcribit: *Sunt, qui Dei timorem concipiunt, ſed non omnes pariunt*, non ſic regius Propheta David, qui de ſeipſo teſtatur, dicens: *Credidi, propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis; Vota mea Domino reddam, in conſpectu omnis populi ejus, in atriis domus Domini, in medio tui Jeruſalem.*

S. Ambr. in c. 21. Luc. lib. 10. Pſ. 115. 10.

8. In libro Proverbiorum de Sapientia dicitur: *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam*; Septuag. legunt: *in portis Dynaſtarum aſtat.* Propheta Evangelicus ſibiipſi væ denunciat, dicens: *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum*; quia ut Interlinearis ait: *Oriam & alios libere non reprehendi.*

Prov. 1. v. 20. Iſa. 6. 5. Interl. ibid.

9. S. Hilarius hæc verba de animalibus, peccatis onuſtis explicat, quæ væ æternæ damna-

S. Hilar. can. 25. in Matt.

damnationis effugere non poterunt: *Non de fœtarum onere Dominum admonuiſſe credendum eſt, cum dicit: Væ prægnantibus; ſed animarum peccatis repletarum oſtendiſſe gravitatem, quæ neque in tecto poſitæ, neque in agro manentes, iræ tempeſtatem vitare poſſunt.* S. Ambroſius per hosce prægnantes, eosdem intelligit, de quibus Salvator dixerat: *Edebant, bibebant, nubebant, ligantes ſcilicet ſe in hanc vitam, & ſollicitudinibus ſæcularibus vincientes; hæ ſunt itaque prægnantes, quibus væ dicitur, quæ arvinam ſua carnis extendant, & quibus intimorum greſſus pigreſcant animorum, iſtæ virtutum, fœtaque vitiorum.*

S. Ambr. l. 10. in Luc.

10. S. Hilarius per lactantes, illarum animarum ſtatum intelligit, quæ in reſiſtendo tentationibus debiles ſunt, quia cibum ſibi non procurant ſolidiorem; id eſt, panem non frequentant cæleſtem: *Infirmitatem animarum, quæ ad cognitionem Dei, tanquam lacte educabantur, oſtendit, quæ perfecti cibi virtute indigentes, tenui divinæ cogitationis infirmoque guſtatu imbuantur, & idcirco væ ipſis erit, quia & ad effugiendum Anti-Chriſtum graves, & ad ſuſtinendum imperitæ, nec peccata effugerint;* cujus quidem debilitatis hanc notabilem dicit eſſe rationem: *Quia nec cibum veri panis acceperint*, illius inquam panis de quo ſcribitur: *Et panis cor hominis confirmat.*

S. Hilar.

Pſ. 103. 15.

Verſus 40.

Orate autem, ne fiat fuga veſtra in hyeme vel Sabbato.

1. Cæſarius Arelatenſis per hæc verba Chriſtum dicere voluiſſe ait: *Videte, ne tunc quæratis peccata fugere, quando jam non licet ambulare;* quoadusque enim viatores ſumus divinam poſſumus miſericordiam implorare; at quando in hac via amplius non erimus, omnis nobis detrunc abitur ſpes ſalutis; & ideo: *Ecce nunc dies acceptabiles, ecce nunc dies ſalutis.* Lyranus autem in ſenſu literali dicit: *Id eſt, tempore incompetenti, ex aeris importunitate*; S. Hieronymus ad excidium Jeroſolymitanum alludens, dicit: *Quia duritia frigoris prohibet ad ſolitudinem egredere.*

Cæſar. Arel. hom. 42.

Lyran.

S. Hier

2. Hugo Cardinalis per gelidam hanc hyemem, peccatum intelligens, ait: *In hyeme, id eſt, in peccato. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei.* Idem quoque Cardinalis per malas hyemis influentias, varia inſinuat vitia, quæ nos infeſtant: *In hyeme eſt ventus, id eſt ſuperbia; obſcuritas, hoc eſt invidia; fit ignis, hæc eſt ira; frigus, triſtitia; gelu, avaritia; tunc magis ſolet conſumi, gula; tunc eſt via lutoſa, luxuria.*

Hugo Card. Prov. 20. 4.

3. Præmiſerat paulò antè Salvator, in eodem ſancti Matthæi capite: *Quoniam abundavit iniquitas, refrigeſcet charitas multorū*; per gelidam igitur hyemem diminutio, imò exſtinctio charitatis intelligi poteſt, quo in caſu verè *abundat iniquitas.* S. Anſelmus inquit: *In hyeme fugit, cujus fide vel charitate refrigeſcente, à Deo ſunt elongati*; S. Hieronymus in eorundem verborum gloſſa, per deſolationem iſtam, finem mundi denotari docet, inquiens: *Hoc præcipit, ut non refrigeſcat charitas noſtra.*

Matth. 24. v. 12.

S. Anſel.

S. Hier.

Vel Sabbato.

4. Lyranus ait: *Vel ſabbato, tempore incompetenti ad fugam ex quacunque aliâ cauſâ, quia tunc non erat ſabbatum obſervandum, in quo non erat licitum Judæis ambulare ultra mille paſſus.*

Lyran.

5. Notandum eſt hoc loco difficultas ex hoc verbo emergens; cùm enim Redemptor noſter prophetiam hanc, poſt abolitam legem Moſaicam & Evangelium promulgatum adimplendam eſſe probè ſciret, cur obſervantiæ ſabbati mentionem facit? Præterea quis eſt, qui neſciat, quòd, licèt lex illa etiam in ſuo vigore permanſiſſet, illa tamen jure naturali, unumquemque ad vitam ſalvandam obliganti præjudicare non potuerit? reſpondetur, Chriſtum de ſolis Judæis loqui intendiſſe, qui etiam lege abolitâ adhuc Judaizabant, ſuisque ritibus & legibus antiquis adeo pertinaciter adhærebant, ut potius vitam perdere, quàm eas tranſgredi voluiſſent, prout videre eſt 1. Machab. 2. v. 24. Prævidebat item, quòd illo tempore obſervantiæ ſabbati ad legis novæ contemptum, exactiſſimi obſervatores futuri fuiſſent. Sanctus Hieronymus perpendit, Chriſtum illos

S. Hier.

illos hiſce verbis inter duos poſuiſſe ſcopulos, ad quorum alterutrum allidere debebant, hinc enim obſtabat *transgeſſio legis, ſi fugere voluiſſent*; *illic mors imminens, ſi remanſiſſent*. Cajetanus Judæos in virtute legis ſcriptæ longum in die ſabbati iter facere non potuiſſe conſiderans, ſubdit: *Nec per hoc intelligas, peccatum fuiſſe, ſi ſabbato longum peregiſſent iter fugiendo (quoniam neceſſitatis articulus excuſaſſet ab omni peccato) ſed intellige animos eorum ratione ſabbati turbandos, hinc timore, ne forte violetur ſabbatum, inde causâ fugæ impellente.*

Athã. 83. 6. Sanctus Athanaſius ait: *Hyemem peccata vocat, & ſabbatum ſecuritatem, dicit ergo, væ animæ in peccati ſecuritate vel ſocordia conſtitutæ*; idem quoque ſanctus Anſelmus dicit: *In ſabbato fugit, qui otioſus in divino opere torpeſcit*; pariter Theophylactus inquit: *Sic intelligito, quod oporteat precari, ne fiat fuga noſtra ex hac vitâ, hoc eſt, mors in ſabbato. otioſis nobis à bonis operibus; neque in hyeme in ſterilitate bonorum, ſed in ſerenitate animæ, quæ non turbetur.*

Janſen. 7. Janſenius authoritati ſancti Auguſtini innixus, verba illa hac gloſſâ illuſtrat: *In hyeme vel ſabbato, ne in lætitia vel triſtitia rerum temporalium quis inveniatur illo die.*

Verſus 21.

Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, uſque modo, neque fiet.

S. Th. hic 1. S. Thomas pro intelligentia hujus textus, ad hiſtoriam Joſephi Hebræi *de bello Judaico*, nos remittit, utpote qui excidii illius ruinas exactiſſime deſcribit; idem Angelicus Doctor aliquas calamitatum illarum ſuccinctè recenſens, ait: *Multi fame mortui ſunt; erant ſeditiones in civitate, ita quòd invicem ſeipſos interficiebant; unde cum Titus, qui erat mitiſſimus, vellet eis parcere, ipſi nolebant; erant latrones, qui interficiebant multos, & quædam mulier comedit filium ſuum*; unde in nulla unquam ſervitute, ſive Ægyptiaca, ſive Babilonica, ſive Syriaca, ſive quavis alia tantas Judæi paſſi fuêre ærumnas, quantas in hac deſtructione ſuſtinuerunt.

2. Quòd ſi verba hæc de Anti-Chriſti perſecutione intelligas, Author Imperfecti hoc dubium moveri poſſe dicit; an ſcilicet tempore illo major futura ſit calamitas, quàm tempore diluvii? Ad quod liberè reſpondet affirmativè: *In hoc enim erit peior tribulatio iſta, quia illic corporalis fuit perditio, hic autem ſpiritualis*; & ratio eſt, quia tunc animæ tentatæ valde periclitabuntur, ne à Deo totaliter recedant: *Quis enim illic tormentis aſtrictus eſt, quia coluit Deum?* *Hic autem tormentis affligendi ſunt, qui non tranſeunt ad diabolum, relinquentes Deum*; de hac tribulatione S. Joannes dicit: *Quærent homines mortem, & non invenient eam, & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis*; ſanctus Anſelmus hæc de Anti-Chriſti tribulatione exponens, non ſolùm ſæviſſima illius tyranni tormenta conſiderat: *ſed quod gravius eſt, ſignorum quoque operatio, eos, qui tormenta ingerunt, comitabitur*; unde Paulus ait: *Cujus adventus eſt ſecundùm operationem Satanæ in omni ſeductione, ſignis & prodigiis mendacibus*; & ſanctus Anſelmus ideo ſubdit: *Cujus enim fides non concutietur, cum perſecutor veritatis ſit etiam operator virtutis?* Albertus Magnus circa exterminium Jeroſolymitanum alia terroris motiva notat, dicens: *Quia conflata, ex tribus magnis, tyrannorum invaſione, hæreticorum ſeductione & falſorum fratrum ſeductione*, quæ omnia noviſſimorum temporum deſolationi etiam adaptari poſſe videntur.

Apoc. 9. 6. *S. Anſel.* *2. Theſ. 2. 9.* *Alb. M. in Luc.*

Verſus 22.

Et niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro, ſed propter electos breviabuntur dies illi.

Etniſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro.

S. Th. hic 1. Sanctus Thomas citat S. Auguſtinum, qui aliquos ſuo tempore dies illos abbreviandos fuiſſe cenſu ſſe dicit, ſicuti tempore Joſuæ prolongati fuêre, quod tamen improbabile eſſe judicat, dicente Pſalmiſtâ: *Ordinatione tuâ perſeverant dies*, ac proinde Doctor

Pſ. 118. 91.

ctor Angelicus duas alias adducit expoſitiones: *Primò*, ait, *quòd dies tribulationis ſunt breviati, primò in numero; unde ſi duraſſet tempus illud, omnes eſſent interfecti, quia nullus remanſiſſet, & quare? Quia Romani dominabantur per totum orbem, & jam Judæi diſperſi ſunt per totum mundum, ideo ſi duraſſet tempus illud, interfecti fuiſſent ubique terrarum; vel dicuntur dies breviati, quando mala breviantur.*

Lyran. 2. Lyranus circa tò: *Non fieret ſalva omnis caro*; ait: *Caro autem hic accipitur pro homine*, juxta illud: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt*; *Gen.6.3.* *ſenſus ergo eſt iſte*, inquit hic Author, *omnis caro non fieret ſalva, id eſt nullus homo fieret ſalvus, ſi eſſet longum prædictum tempus tribulationis.*

3. Communior tamen ſacrorum interpretum opinio eſt, verba hæc in ordine ad perſecutionem Anti-Chriſti in ultimis ſæculis futuram, intelligi; unde Gloſſa ordinaria *Gloſſa.* ait: *Breviabuntur non menſurâ ſed numero; ne morâ temporum fides concutiatur credentium, erunt hæc enim mala, tribus annis & dimidio tantùm.* S. Anſelmus ait: *S.Anſel.* *Dicuntur abbreviati, id eſt, breves, quaſi breviſſimi, quia niſi breves & pauci fuiſſent dies illi, perirent omnes electi illius temporis*, idque propter magnitudinem miraculorum & oppreſſionem; eadem quoque fuit Bedæ ſuper hunc textum conſi- *Beda in Matth.* deratio, dicentis: *Hæc tribulatio quanto cæteris pondere gravior, tantò eſt temporis brevitate futura moderatior, tribus namque annis & dimidio Eccleſiam impugnandam eſſe creditur, quantùm ex prophetiâ Danielis & Apocalypſi S. Joannis cognoſci poteſt.*

Sed propter electos breviabuntur dies illi.

Author Imp.ibi. ho. 49. 4. Author Imperfecti non modò eos fideles, qui in virtute & ſanctitate magis conſpicui erant, ſed etiam debiliores ab illius temporis anguſtiis defendendos & liberandos eſſe dicit: *Etiam mediocres homines & infirmi, non virtute fidei, aut merito operum ſuorum, ſed velociter ſubveniente Chriſti adventu, non enim propter peccatores diutius, ut etiam electi pereant, litentur, ſed propter electos feſtinaturus eſt, ut neque mediocres deficiant, quia promptior eſt Deus ad liberandos bonos, quam ad perdendos malos*, adducitque appoſitam aurificis cujuſdam ſimilitudinem, qui aurum in luto videns, lutum ſimul cum auro elevat, non propter lutum ſed aurum: *Nam & aurifex*, inquit, *ſi invenerit aurum ſordibus mixtam, non propter ſordes etiam aurum contemnit, ſed propter modicum aurum, contentus eſt etiam ſordes accipere*; utiliſſimum ideo eſt in ſanctorum hominum ſocietate degere, illi enim per merita ſua, & quam apud Deum habent auctoritatem & reverentiam, à multis nos calamitatibus tuentur & eripiunt; unde Angelus Paulo in tempeſtate maris periclitanti apparuit, eique ex parte Dei dixit: *Ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.* *Act. 27.24.*

Verſus 23.

Tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus aut illic, nolite credere.

1. Quæri hîc poteſt, cur Chriſtus monſtrum illud Anti-Chriſti variè circumſcribens, non appellare voluerit: utique idipſum ſicut & omnia in ſapientia fecit; nam S. Ire- *S.Iren.l.* næus ait: *nomen ejus tacuit, quia dignum non* *5.c.35.* *eſt denominari.* Unde Pſaltes de impiis & *Pſ.15.4.* reprobis ait: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.*

2. Cornelius à Lapide ſuper hunc tex- *Cornel. à Lap.* tum inſignem reflectionem facit, quòd, quia Judæis notum erat, tempus venturi Meſſiæ in propinquo eſſe, juxta id quod dicitur, Gen. 49. quia ſceptrum Iſraëlis defecerat, & ad extraneos, cujuſmodi Romani & Herodes erant, devolutum fuerat, ideo Chriſtus multos eorum Veſpaſiano adulaturos eſſe prævidit, perſuadendo ei, ipſum ut Judææ victorem, Meſſiam eſſe tanto tempore ab ipſis exſpectatum; deinde ſciendum eſt, quòd deſolationis illius tempore, tres Jeroſolymis factiones erant, quarum quælibet ſuum ſibi Meſſiam ſuo modo fingebat, ideóque Salvator eos opportunè monuit, ne cuique, Chriſtum ſe eſſe dicenti facilè crederent.

Verſus 24.

Surgent enim pſeudo-chriſti & pſeudo prophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi.

1. Porrò miracula hæc non vera ſed apparentia tantùm erunt, ad ſeducendum fideles, eruntque illis, quæ ſancti operabantur, ſimillima; unde Author Imperfecti ait: *Signa non inutilia neque vana, quæ miniſtri diaboli facere ſolent, ſed magna, id eſt, utilia & plena, quæ ſancti facere ſolebant.*

ut. Imp m. cit.

2. Hugo Cardinalis ly: *Si fieri poteſt, etiam electi*: Ponderans ex ſancto Gregorio homilia nona ſuper Ezechiëlem, dicit: *Exprimitur, quòd electi in corde tentabuntur, nutant enim, ſed non cadunt; dicitur ergo: Si fieri poteſt, id eſt, trepidabunt, & tunc dicuntur electi, quia non cadunt. Dubitatio itáque ſermonis à Domino, in electis exprimit trepidationem mentis, quos & electos nominat, quia cernit, quòd in fide & bonis moribus perſiſtunt.*

ug. ard.

Cajet.

3. Cajetanus operum admirandorum quæ Anti-Chriſti ſequaces patrabunt, efficaciam & vim conſiderat; ſiquidem illa, æternâ veritate teſte, tanta futura erit, ut etiam electi & ſancti ſeducendi eſſent, ni ſi Deus illos potenti manu ſuâ ſuſtineret: *Dixit hoc ad ſignificandam magnitudinem fallaciæ, comitantis magna ſigna & prodigia, quæ tunc fient, non ab uno, ſed à multis pſeudo-chriſtis & pſeudo prophetis.*

Alb. M. & Luc.

4. Albertus M. differentiam quandam notat, quæ eſt inter induci in errores, & tangi ab erroribus: *Aliud eſt*, ait, *errore tangi, & aliud in errorem induci, tangitur enim, qui tentatur, & hoc humanum eſt, quia humanæ ignorantiæ eſt errare, ſed in errorem inducitur, qui errori conſentit, dicit autem: Si fieri poteſt; ut gratiam Dei continentes, ſanctos offendat.*

Verſus 26.

Si ergo dixerint vobis: Ecce in deſerto eſt, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere.

1. Janſenius Chriſtum his verbis nos monuiſſe dicit, ut, quando hi falſi Prophetæ, Chriſtum in deſerto eſſe, annunciaturi venerint, non modò non credamus, ſed neque ullum eo fine pedem moveamus Albertus M. Anti-chriſtum multos in principio habiturũ eſſe exiſtimat eremicolas: *ut ſub ſpecie religionis magis decipiant; nolite exire ſicut ad Ioannem Baptiſtam exiſtis*; eundem jubet nos conceptum formare, ſi in occulto etiam nobis annuntiarint: *Ne credatis, non enim erit adventus meus occultus; nam ſicut fulgur exit ab Oriente, &c. ita erit adventus filii hominis.* Juxta Sapientis edictum: *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam*; hæretici autem qui falſam obtrudunt doctrinam, prædicant in ſecreto.

Janſ. c. 124.

Alb. M. loc. cit.

Prov. 1. 20.

2. S. Thomas in Matthæum aliam adducit moralitatem, dicens nos hiſce verbis edoceri, ne à bonorum conſortio ſeparemur: *Iſti infideles & hæretici*, inquit, *dum ſunt fideles in ſocietate & congregatione, non poſſunt decipere, ſed nituntur, quòd à ſocietate ſeparentur, & tunc decipiunt; & hoc eſt, quòd vult dicere; ſi dixerint, ecce in deſerto eſt, nolite credere, nolite à bonâ ſocietate & congregatione ſeparari.*

S. Th. hic

Verſus 27.

Sicut enim fulgur exit ab Oriente & paret uſque in occidentem, ita erit & adventus filii hominis.

1. Filius Dei, juxta Cajetanum, hac fulguris, tam in Orientali quàm Occidentali mundi parte comparentis ſimilitudine inſinuare voluit, ſuum coram mundo adventum omnino publicum & manifeſtum fore; textum nihilominus corruptum eſſe, idem Author exiſtimat, dicens: *Suſpicor ego minus bene interpretatum hunc textum: & debere legi: Sicut*

Cajet.

cut enim fulgor; ita quòd similitudo affertur de fulgore Solis, non de fulgure. Author Imperfecti præmissâ similitudine fulguris quātùm ad velocitatem eius, sequentem subdit radiorum & lucis solaris comparationem: *Si enim Sol, qui ad ministerium nostrum creatus est, tantam habet splendoris virtutem, ut in quacunque parte cœli fuerit, ubique appareat quasi præsens, quantò magis Sol spiritualis Christus cùm venerit, in toto videbitur mundo, magis autem mundus in eo videbitur. Ignis ante ipsum præcedet.* S. Anselmus quoque huic conformiter discursui, ait: *Ab omnibus totius orbis hominibus videbitur, juxta Apocalypsim: Et videbit eum omnis oculus; nec in secreto apparebit, quia Deus manifestè veniet.*

Author Imp. — Ps. 96. 3. — S. Ansel. — Apoc. 1. 7.

Paul. de Pal.

2. Ex hisce Christi verbis, Paulus de Palatio, adventum Judicis ab Oriente processurum deducit, inquiens: *Applaudit communis Christianorum sensus, credentium, quòd in Oriente humanitas Christi sedeat, ab eo ergo loco veniet, ubi nunc est; ut enim ascendit Dominus super cœlum cœli ad Orientem, ita descendet è cœlo cœlorum sicut fulgur ab Oriente.*

Versus 28.

Ubicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & Aquilæ.

Alb. M. in Luc.

1. Albertus M. Christum non se Dei, sed hominis filium nominare considerans, ait: *Ita erit & adventus filii hominis, quia in formâ hominis judicabit nos, in quâ pro nobis judicatus est*; cùm igitur ipse, dicit Lyranus, in judicio universali, in gloriosi hominis similitudine comparebit, consequenter *illuc congregabuntur Sancti, occurrentes obviam Christo, venienti ad judicium*, per Aquilas enim designantur Sancti. Unde & S. Hilarius ait: *Sanctos de volatu spiritualis corporis, Aquilas nominavit, quorum congregantibus Angelis, conventum futurum in loco passionis ostendit, & dignè illic claritatis adventus exspectabitur, ubi nobis gloriam æternitatis, passione corporeæ humilitatis operatus est.*

Lyran. — S. Hilar. ibid.

2. Cajetanus Christum docere voluisse ait, suum in aëre adventum, non phantasticum aut imaginarium, sed realem fore & corporalem: *Convenient sancti homines*, inquit de electis, *velut aquilæ convolant ad cadaver comedendum, ex qua similitudine duo intelligimus, quæ erunt vera; alterum est, quòd Sancti concurrent ad Christum, non ambulando super terram, sed velut volando in aera, quia ut dicitur: Rapiemur obviam Christi in aera; alterum est, quòd avidi velut ad olfactum cibum congregabuntur ad Christum.* S. Bonaventura Christum sese corpus, (*ubi fuerit corpus,*) appellare notat, ast *aquilas omnes justos, qui ad Christum congregabuntur in judicio & in cœlo.* Chrysostomus *ad Angelorum Martyrum, cæterorumque multitudinem Sanctorum*, dicta verba exemplificat, illa porrò aquilarum, id est, electorum, Sanctorum congregatio in die Judicii, in corporis & sacratissimæ Christi humanitatis virtute continget; unde Paulus de Palatio ait: *Ideo enim non dixit: Ubi ego fuero, sed ubi corpus meum fuerit; igitur sicut humanitas Christi fuit instrumentum meritorum Christi; ita & erit instrumentum elevationis corporum beatorum; indicatur etiam nobilitas corporum, beatorum, sicut enim aquilæ sunt reginæ avium, ita & corpora beata erunt excellentissima corpora.*

Cajet. — S. Bon. hic. ser. 5 — Chrys. hom. 77 in Matt — Paul. de Pal.

3. Sanctus Ambrosius quandam ex hisce verbis, Altaris Sacramentum concernentem eruit moralitatem dicens: *Bonæ aquilæ circa altare, ubi enim corpus, ibi & aquilæ, corpus Christi est in altari, & aquilæ vos estis*; sicut enim harum avium proprium est, sursum sese erigere in cœlum, terramque despicere; ita pariter sacrosancto huic corpori devoti, nauseam concipiunt bonorum terrestrium: *Quæ sursum sunt quærunt, non quæ super terram.* Quantumvis enim Deus sit, qui de seipso dicit: *Cœlum & terram ego impleo*: nihilominus ex amore nostrî, ut nutriat animam nostram, sub minimo velut hostiæ atomo sese abscondit, docens nos omnia despicere bona terrena. Memoranda hîc occurrit illa de Abrahamo historia, qui Loth fratris liberationem & à quinque Regibus victoriam consecutus, Melchesidech obvium habuit, offerentem panem & vinum, principalissimam Sacramenti Altaris figuram: *Proferens panem & vinum, benedixit ei*: huic igitur Patriarchæ sancto Rex spolia obtenta ab hostibus consignavit, dicens:

S. Ambr. l. 4. de Sacr. c. 2. — Gen. 14. v. 21.

dicens: *Da mihi animas, cætera tolle tibi*; cui Sanctus, pane & vino illo (antiquissima Sacramenti Altaris figura,) recreatus, quantam à transitoriis aversionem haberet, illico subintulit, respondens. *Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem cœli & terræ, quòd à filo subtegminis usque ad corrigiam calceæ non accipiam*: non sine causâ Christus Eucharistiam, quando jamjam hinc abiturus erat, instituit: *Ut transeat ex hoc mundo ad Patrem*, & iterum: *Jam non sum in mundo*, dicit in ultima cænâ, ad denotandum scilicet, eos, qui pane hoc Angelico cibantur, velut aquilas affectu & corde, ab omnibus hujus mundi bonis sublevari debere.

an.

Versus 29.

Statim autem post tribulationem dierum illorum, Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur.

Statim autem post tribulationem dierum illorum;

1. Lyranus, sacros expositores secutus, notat, post Anti-Christi persecutionem, priusquam manifesta finalis judicii signa compareant, breve interponendum fore temporis spatium, in quo homines, se ab impietatis monstro deceptos, seductosque esse dignoscere possint, juxta alium Apocalypseostextum: *Factum est silentium in cœlo: quasi mediâ horâ: istud enim tempus*, inquit Lyranus, *non durabit, ut dicunt, nisi per quadraginta dies, vel circiter, & hoc est, quod dicitur hic: Statim autem, &c. Id est, parvo tempore elapso post Anti-Christi tribulationem, apparebunt signa manifesta judicii.* Lyran.

poc. 1.

Sol obscurabitur.

2. Lyranus lucem Soli minimè subtractum iri existimat, utpote naturalem ei, quia corpora cœlestia, inquit ille: *Manebunt in sua natura integra, sed ista obscuritas erit respectu nostri, per interpositionem alicujus corporis opaci, ut fit in eclypsi.*

3. Author Imperfecti similitudinem adducit patrisfamilias, in cujus morte omnes domestici lugubribus vestiuntur: *Omnis*, inquit, *familia plangit, & conscissis tunicis suis, nigris se cooperiunt vestimentis, sic & humano genere propter quod fuerunt omnia creata, circa exitum constituto, totus contristatur mundus, universa cœli ministeria lugent, & candore depositio pro vestibus, luctuosis tenebris vestiuntur.* Author Imp. hoc. cit.

4. Theophylactus glorioſissimam Christi humanitatem adeo rutilantem fore existimat, ut in comparatione ejus Sol putandus futurus sit obscuratus: *non disparens*, inquit, *sed superatus lumine adventus Christi, quemadmodum & stellæ & luna; quid enim præterea opus erit hujusmodi sensibili lumine, cùm non erit nox, sed apparebit Sol justitiæ*, Christus scilicet, qui de se ipso dicit: *Ego sum lux mundi*; deque glorioſis cœli civibus scribitur: *Fulgebunt justi sicut Sol*; quantò autem eminentior erit veri justitiæ Solis splendor, de cujus claritate omnes participabunt animæ & corpora beatorum? Theoph. hic.

5. Possumus quoque, si libet, proximè sequentia ad verba nos reflectere, postquam enim Christus dixisset: *Sol obscurabitur, luna*, &c. subjungit illico: *Tunc parebit signum filii hominis in cœlo*: crux enim Christi adeo videbitur coruſca & fulgida, ut omnium obfuscatura sit luminum cœlestium splendorem; unde Chryſostomus ait: *Crux Sole fulgentior videbitur, obscuratur enim Sol, crux autem apparet, quòd fieri non posset, nisi solares radios splendore superaret.* Chryſ. hom. 77. in Matt.

6. S. Anselmus verba illa in sensu spirituali, de Prælatis Ecclesiasticis, in persecutione extremâ defecturis, explicat, dicens: *Id est, quidam majores & minores Prælati in Ecclesiâ, qui alios illuminabant, & qui videbantur stellæ, id est, dono divinæ gratiæ fulgere in domo Dei, de cœlo, id est, de Ecclesiâ cadent, privati lumine suo.* S. Anſel.

Et luna non dabit lumen suum.

7. Rabanus à sancto Thoma in catena citatus, non improbabile esse censet, omnibus cœli planetis ad tempus lucem sufferendam fore, Raban.

fore; unde ait: *Nihil prohibet intelligi veraciter, tunc Solem & lunam cum cæteris ſideribus ad tempus ſuo lumine privari, ſicut de Sole factum conſtat, tempore Dominicæ paſſionis.*

Lyran. 8. Juxta Lyranum privatio luminis lunæ dupliciter accidere poteſt, ſcilicet vel per interpoſitionem terræ & Solis (vi cujus pars illa lunæ, quæ terram reſpicit, obſcuratur, nullam à Sole recipiens lucem,) vel per interpoſitionem nubium.

Et ſtellæ cadent de cœlo.

S. Thom. hic. 9. S. Thomas in Matthæum verba hæc literaliter adimpleri poſſe negat, cùm multæ ſint ſtellæ totâ terrâ majores; citatque Rabani authoritatem, ita in ſanctum Marcum ſcribentis: *Stellæ cœli erunt decidentes, id eſt, in lumine minoratæ*; at inquit S. Thomas: *unde iſta minoratio poterit eſſe?* Et reſpondet: *Ex duobus eſt, quòd lumen alicujus luminaris minoratur, vel in ſeipſo, vel per interpoſitum aliquid, ut ſi nubes interponatur, ut cùm eclypſatur luna, minuitur lumen ejus*; *unde dicit Origenes, quòd dupliciter poteſt intelligi*; *Primò, quòd hoc interpoſitum erit ignis, qui ante Chriſtum præcedet, & conſumet omnia uſque, ad medium ſpatium aëris, quantum ſcilicet elevatæ ſunt aquæ diluvii*; *quem ignem ſequetur multus fumus, ita quòd tenebrabuntur luminaria cœli*; *vel poteſt dici, quod quidam tenebant, iſta corpora eſſe corruptibilia*; *& ſicut elementa immutabuntur, ita & iſta*; utiturque hoc Apocalypſeos textu: *Apoc. 6. 12.* *Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus, & luna tota eſt facta ſicut ſanguis, & ſtellæ de cœlo ceciderunt ſuper terram.*

Cajet. Alb. M. Lyran. 10. Cajetanus ait: *Caſum earum intelligo eſſe caſum alucendo*; Albertus M. pariter ſcribit: *Non caſu corporali, ſed potius quoad effectum in his, quæ generantur.* Lyranus nihilominus hunc caſum non realem, ſed apparentem fore exiſtimans, inquit: *Stellæ cadent de cœlo, non quantum ad earum ſubſtantiam, cùm ſint incorruptibiles, ſed ſecundùm apparentiam, quia veræ ſtellæ abſconduntur per nubium denſitatem, & de nubibus versùs terram deſcendent exhalationes ignitæ, quæ dicuntur ſtellæ cadentes.*

Et virtutes cœlorum commovebuntur.

Cajet. 11. Cajetanus per has cœlorum virtutes à ſuis operationibus deſtituturas intelligit influentias, dicens: *Vires ſeu poteſtates corporum cœleſtium*; *mutabuntur enim à ſolitis actionibus.*

12. S. Thomas ait: *Id eſt, virtutes, quæ Deo miniſtrant*, citatque ſanctum Auguſtinum, dicentem: *Quòd omnia corpora adminiſtrantur per ſpiritum vitæ, unde dicuntur moveri in effectu, quia in adventu Domini ceſſabit motus cœli*; *unde illa dicuntur moveri, quando illa, quæ ad ſuum officium pertinent*; *in alium ſtatum mutantur.*

Hugo Card. 13. Hugo Cardinalis verba illa de Angelicis poteſtatibus interpretatur, conformiter cuidam D. Chryſoſtomi teſtimonio, ſequentem adducens ſimilitudinem: *Si quando Rex terrenus exit in expeditionem, tota civitas fervet, exercitus excitatur*; *quantò magis Regi cœleſti exurgente judicare vivos & mortuos, virtutes Angelicæ commovebuntur?* Lyranus pariter per eas virtutes, Angelos intelligit, dicens: *Lyran.* *Qui ſunt de medio ordine ſecundæ hierarchiæ, ad quorum officium ſpectat, cooperari aliquo modo ad miracula*; *ſecundùm quod dicit beatus Dionyſius, & ipſi tunc frequentiùs ſolito movebuntur, ex divinâ voluntate ad faciendum miraculoſas transmutationes in elementis, ad incutiendum hominibus terrorem Judicis venientis* Rabanus ab Alberto Magno citatus, de commotione explicat ſpirituum angelicorum, qui ſe nobis ad incutiendum terrorem ſiſtent: *Rabanus.* *Commovebuntur, id eſt*, inquit, *timebunt, hoc eſt, conſiderato terrore Judicis, ad modum timentium ſe habebunt*; *aut reverentiæ motu movebuntur ad gloriam Judicis.* Expreſſiùs tamen Venerabilis Beda inquit: *Beda.* *Hoc eſt, Angelicæ trement poteſtates.*

S. Anſel. 14. In ſenſu myſtico idem Sanctus inquit: *Eccleſia eſt Sol, & luna, & ſtellæ*; *cui dictum eſt: Speciosa ut luna, electa ut Sol, quia tunc non apparebit impiis perſecutoribus ultra modum ſapientibus.*

15. S. Anſel-

15. S. Anſelmus in iis virtutibus, noſtros dicit deſignari Angelos cuſtodes; *id eſt, Angeli movebuntur judicio hominum futuro, quorum cuſtodiæ deputati ſunt*: B. Jobo atteſtante, *qui ait*: *Columnæ cæli contremiſcunt, & parent adventum ejus.* Job. 16. 11.

16. Venerabilis denique Beda in hac commotione multorum conſiderat caſum, qui hîc in terrâ ſancta apparebant, inquiens: *Quoniam multi, qui gratiâ fulgere videbantur, perſequentibus impiis cadent, & firmiſſimi turbabuntur.* Vener. Beda.

Verſus 30.

Et tunc parebit ſignum filii hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multâ & Majeſtate.

Et tunc parebit ſignum filii hominis in cœlo.

1. Lyranus hujus ſigni qualitatem explicat, dicens: *Id eſt, crux, clavi, lanceæ, quæ ſunt paſſionis Chriſti inſtrumenta vel cicatrices, quæ apparebunt in Chriſti corpore; apparebunt in cælo, id eſt, in aere, qui aliquando vocatur cœlum in Scripturâ*; juxta quod & S. Eccleſia canit: *Hoc ſignum Crucis erit in cœlo, cùm Dominus ad judicandum venerit*; ſublimis in throno, inque tribunali reſidens, ad promulgandas ſententias inappellabiles, & exercendam, ſupremo & independenti Principi ſoli propriam, jurisdictionem; talis erit ſuprema illa Majeſtas filii hominis. *Neque enim pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio*, patibuli & crucifixionis ejus meritorum mercedem, quemadmodum Angelicus Doctor pluribus in locis docet, inquiens: *Poteſtas judiciaria Chriſto homini collata eſt in præmium humilitatis, quam in paſſione exhibuit.* Et in opuſculo 2. cap. 244. prædicta verba (*ubicunque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ*) explicans, dicit: *Per eas ſignificantur Sancti*; *ſignanter autem loco corporis in Hebræo Jonathan dicitur, ſecundùm Hieronymum, quod cadaver ſignificat, ad commemorandum Chriſti paſſionem, per quam Chriſtus & poteſtatem judiciariam promeruit, & homines confirmati paſſioni ejus, ad ſocietatem gloriæ ipſius aſſumuntur*; pergit deinde oſtendere Chriſtum de cœlo deſcenſurum, ut eo in loco tribunal loqueret, ubi ipſe judicatus & condemnatus fuit: *Circa locum Dominicæ paſſionis*, ait, *creditur Chriſtus ad judicium deſcenſurus*, id quod ex Joële deductum eſſe videtur, ubi dicit: *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Joſaphat, & diſceptabo cum eis ibi*; quæ vallis monti adjacet Oliveti, ubi Redemptor paſſionem ſuam exorſus eſt. In eodem porro loco ſanctus Thomas proſequitur, dicens: *Tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo, ut impii, videntes, in quem confixerunt, doleant, & crucientur; & ii, qui redempti ſunt, gaudeant de gloria redemptoris.* Sanctus Bonaventura quoque Chriſtum eò ad judicium deſcenſurum exiſtimat, unde aſcendit in cœlum: *Ante eum inſtrumenta mortis, quaſi vexilla, triumphi, crux, clavi, lanceæ, & cicatrices*; *non erit tunc neceſſitas accuſationis, cùm viderit crucem & Chriſtum habentem in corpore ſuo teſtimonia paſſionis, his ſignis convincentur impii magnæ ingratitudinis.*

Lyran. Joan. 5. 22. S. Tho. 3. q. 89. a. 2. ad 4. & art. 4. opuſ. 2. c. 244. Joel. 3. 2. S. Bon. ſerm. 4. hic.

2. Author imperfecti non apparituram in judicio crucem exiſtimans, dicit: *Quidam putant crucem Chriſti oſtendendam eſſe in corpore ſuo habentem teſtimonia paſſionis, id eſt, vulnera, lanceæ & clavorum, ut impleatur, quod dictum eſt*: *Et videbunt, in quem pupugerunt.* Salmeron in hujus difficultatis examine, illa Eccleſiæ verba: *Hoc ſignum crucis erit in cœlo*: diſcutiens, ait: *Apparebit in cœlo, ut notetur, cœlum merito crucis poſſideri*; quæ electorum quidem triumphalis currus erit, ac reproborum lignum, ad fovendum inextinguibilem inferni ignem; docet autem idem author, crucem illam diverſam fore ab ea, in quâ paſſus eſt Redemptor: *Et crux*, inquit, *quæ ex elementorum materia conſtabat, Sole ipſo jucundior ac fulgentior bonis apparebit*; plurium deinde ſacrorum Doctorum citat opiniones, diverſa alia paſſionis inſignia, in judicio ſimul cõparitura, commemorantium, columnam ſcilicet, ad quam Chri-

Author Imp. hom. cit. Apoc. 1. 7. Salmer. 4. tr. 40.

Chriſtus ligatus & excarnificatus fuit, flagella, coronam ſpineam, clavos, ſpongiam, arundinem, quâ caput ejus percuſſum eſt, lanceam, & reliqua omnia ſuppliciorum ejus inſtrumenta. Tandem verò cujusdam ſubjungit opinionem, cenſentis, electorum frontes ſigno crucis inſigniendas fore; juxta illum Ezechielis textum: *Signa Thau ſuper frontes virorum gementium*; & Apocalypſi: *Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum.*

Ezech. 9. v. 4.

Apoc. 7. 3.

3. De tempore autem in quo ſignum illud apparebit, idem Salmeron ita ſcribit: *Vel veniet ſimul tempore cum judice, vel ut alii ſentiunt, tempore obſcurationis luminarium in edito aeris loco apparebit, quo ab omnibus cerni poſſit, eritque extenſum ſuper nos per aliquot dies & noctes, & poſt deſinet apparere, & rurſum, veniente Chriſto, ut vexillum præcedet ante eum.*

Salmer.

4. In tribus ſacræ Scripturæ locis, idem quaſi ſcriptum ita reperimus, de hoc Redemptoris ad judicium adventu, in figurâ crucifixi, ſeu cum ſignis redemptionis noſtræ; in Zacharia enim dicitur: *Aſpicient ad me, quem confixerunt & plangent.* Sanctus Joannes etiam, poſtquam paſſionem ejus, ſpecialiter ictum lanceæ recenſuiſſet, ſubjungit: *Alia ſcriptura dicit: videbunt in quem transfixerunt*; denique in Apocalypſi idem Joannes ait: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt*: Septuaginta in textu Zachariæ legunt: *inſultaverunt*; Hebræi illum præcedentibus hiſce inſigniis regiis tanquam paradiſi Monarcham, in tantâ Majeſtate videbunt deſcendentem, ut illos condemnet, qui illum quondam tot indignis modis contempſerant & illuſerant; & quidem hæc Judicis in hac formâ comparitio, ut Albertus Magnus ait, in maximum cadet impiorum tormentum: *Hoc erit eis magna pœna*; unde Gloſſa ait: *Hoc fiet, ut magis crucientur*; & notandum, quòd Propheta dicat: *Plangunt ſe ſuper eum, non enim dicit: Plangent ſe: ſed ſe ſuper eum, id eſt, propter eum, ſcilicet quia eum crucifixerunt.* S. Thomas, vel quisque author eſt commentarii in caput 1. Apocalypſeos, ait: *Ad confuſionem eorum, qui Dominum crucifixerunt manu vel conſilio, ſubdit: Et qui eum pupugerunt, videbunt eum ad cumulum pœnæ*; attamen idem Angelicus Doctor dubium quoddam ſubdit, nimirum: quomodo ſacratiſſima Chriſti humanitas glorioſâ & exceſſivâ pulchritudine conſpicua, ab ab impiis videri poſſit, cùm Iſaiæ 26. juxta aliam quandam viſionem dicatur: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei*; & reſpondet: *Omnes tam boni quàm mali videbunt ipſum in humanitate glorificata, & ut ille aſpectus ſit bonis ad conſolationem, malis ad confuſionem, & afflictionem, quia tam dulci amatori & tam largo remuneratori ingrati fuerunt, ut ejus proſa fugerent*, citatque S. Iſidorum *lib. 1. de ſummo bono* ita ſcribentem: *In judicio reprobi humanitatem Chriſti videbunt, ut doleant, divinitatem verò ejus non videbunt, ne gaudeant; quibus enim oſtenditur, uſque ad gaudium demonſtratur*; & ideo S. Thomas ultra progreditur dicendo: *Illa pulchritudo non erit eis delectabilis, quia excellens luminoſum obſcurat infirmum oculum & gravat, illuminat autem ſanum & oblectat, ſic luminoſitas corporis dominici, obſcura & terribilis erit reprobis, & delectabilis electis.*

Iſa. 26. 10.

Zach. 12. v. 10.

Joan. 19. v. 37.

Apoc. 1. 7.

Alb. M. in c. 1. Apoc.

S. Tho. in c. 1. Apoc.

Et tunc plangent.

5. S. Thomas in hunc S Matthæi textum ſcribens, planctus hujus rationem hiſce verbis reddit: *Videntes tantam Chriſti poteſtatem, quam deſpexerunt, & tantam ſapientiam, cui non obedierunt, & tantam claritatem Sanctorum, unde dicent illud quod dicitur Sapientiæ quinto: Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum*; idem quoque Angelicus Doctor (vel quisque author eſt in Apocalypſin) ait: *Plangent, quia offenderunt & quia ſe ſeparari ab ejus & ſuorum conſortio electorum videbunt.* S. Joannes in Apocalypſi de hujus judicis adventu tractans, dicit: *Plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ*; de quonam autem planctu id intelligendum ſit, Cajetanus his verbis declarat: *Plangent non pœnitendo, ſed triſtes redditi, quia certi jam ſunt exſpectantes propriam damnationem*; adeoque planctus hic planctui Eſau ſimilis erit. S. Auguſtinus ait: *Plangent, videntes accuſatorem ſuum, id eſt, ipſam crucem, & in ipſo arguente, cognoſcent peccatum ſuum, & fruſtra fatebuntur impiam cæcitatem.* Albertus Magnus in Lucam ſcribens, planctum hunc remorſui malæ conſcientiæ tribuit,

S. Thom. hic.

Sap. 5. 3.

in 1. c. Apoc.

Apoc. 7.

S. Aug. ſer. 130. de temp.

Alb. M. in Luc.

buit, quâ reprobi inconsolabiliter infestabuntur: *Unusquisq; se ipsum plangit accusante conscientiâ.* Chrysostomus autem duo alia hujus planctûs considerabilia motiva adducit, dicens: *Plangent, quia ex morte ipsius nihil profecerunt, quia crucifixum, quem adorare oportebat, contempserunt.*

Chrys. ho. 77. in Matt.

Omnes tribus terræ.

6. Illi præcipuè lachrymabuntur tunc & dolebunt, qui terræ & rebus terrenis nimis tenaciter adhæserint, adeo ut cor & oculos suos semel cœlum versus erexerint. Unde S. Anselmus ait: *Omnes tribus terræ, id est, terrenorum, non cœlestium, quos prava conscientia non torquebit.* Albertus M. pariter super hæc verba S. Matthæi: *In omnes tribus terræ*, dicit: *hoc est, qui in cœlo nullum habent municipatum, quibus non est dictum: vado parare vobis locum*; illi verò, qui in hac præsenti vitâ bonis nimium dediti fuêre terrenis, plangent se, quia ad cœlum non admittentur, sed ad centrum terræ condemnabuntur, æternaliter ibidem cruciandi. Idem Author super illa verba Apocalypsis: *tribus terræ*, dicit: *Id est, omnes qui magis dilexerunt terram, quàm cœlum.* S. Thomas pariter dicit: *Id est, omnes nationes hominum, qui dilexerunt terram.*

S. Ansel. Alb M. in Luc. In cap. 1. Apoc. S. Th. in Apoc.

7. Idem S. Doctor super eundem Apocalypseos textum, verba hæc S. Matthæi citans, advertit, aliam literam legere: *Collidēt, quia confringentur sicut olla fictilis a lapide, quando ei colliditur*, quisque ergo, dum vixit, oculos suos in terram, non verò in cœlum declinavit, in terrâ in perpetuum reclusus manebit: *Tanquam vas figuli confringet eos*, inquit Psaltes quia reproborū corpora velut testæ ex ollâ fracta residuæ in ignem infernalem projicientur. S. Bernardus in quodam sermone dicit, mirum non esse, quòd homo naturaliter ad hæc bona terrena animo affigatur: *non enim sine causa dictum est, hominem plasmatum non de terra qualibet, sed de limo*; limus autem genus quoddam luti est, quod faciliter adhærescit; ac proinde cùm *omne simile eppetat sibi simile*, argentum autē & aurum nihil aliud sit quàm terra, quid mirum, si tenaciter adeò homini limo adhærescaat? pessimum est, quòd cùm hæc metalla ex profundissimis terræ visceribus, inferno quasi contiguis eruantur, nos cœlum amittere faciant, ut proinde Deus per Habacuc comminetur: *Væ ei, qui multiplicat non sua, usquequo & aggravat contra se, densum lutum.*

Ps. 2. 9. S. Bern. serm de ipl. it. Habac. 2. v. 6.

Et videbunt.

8. S. Thomas hoc loco quærit: *Sed qui videbunt? omnes homines*, notat tamen inter electos & reprobos hanc differentiam, quòd quia Judex, qui ad judicandum venerit, *habet naturam humanam & divinam, secundùm divinam non videbitur nisi à mundis corde*, secundùm illud: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*, sed secundùm humanam naturam, videbunt eum etiam mali.

S. Tho. hic. Matt. 5. v. 8.

9. Idem quoque Sanctus hanc movet difficultatem, an scilicet hic Judex in vultu glorioso tam ab electis quàm à reprobis videndus sit, & respondet affirmativè, adducitque textum illum Isaiæ 26. ubi disputans Dominus cum Propheta dicit: *Non videbit gloriam Domini, & respondit Propheta: Domine exaltetur manus tua, ut non videant; cui respondet Dominus: Videant & confundantur, unde boni videbunt ad lætitiam, mali ad cruciatum & tristitiam; quando enim aliquis timet puniri, quantò magis potestas Judicis contra ipsum apparet major, magis affligitur; sic quantò Christus apparebit gloriosior, tantò magis cruciabuntur mali.*

Isa. 26. 10. v. 11.

Venientem in nubibus.

10. Idem Angelicus Doctor duas considerat nubium conditiones, quas Christo Judici adaptans dicit: *Nubes habent obscuritatem, & quando spissa est, est terribilis propter fulgura & pluvias, quæ ex nubibus oriuntur, & hoc convenit terrori impiorum. Ps. 96. Nubes & caligo in circuitu ejus; item competit quòd in nubibus veniat, ad designandum divinitatem Christi, quia majestas Dei apparuit in nube; Exod. 16. unde dicitur 3. Reg. 8. Dicit Dominus, quòd habitaret in nebula*; deinde etiam nubem sacratissimæ Christi humanitatis expressam esse docet, unde gloriosissimo ejus corpori, in cœlos conscendenti, prout in festo Ascensionis legitur, nubes in occursum ipsius præpratata fuit: *Videntibus illic elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum*, ad hæc & Angelici cœtus insonuere, dicentes: *Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum, ita veniet*, quibus subdit S. Thomas: *Ut ergo ostendatur, quòd sit ille idem, qui in nube sublatus est, apparebit in nubibus.* Denique aliud futuræ nubis motivum adducit,

S. Tho. ib. Ps. 96. 2. Exod. 16. v. 10. 3. Reg. 8. v. 12.

cit, ſcilicet ad oſtendendam glorioſi Chriſti corporis majeſtatem: *Competit etiam ad ſignificandum glorificationem, quando enim transfiguratus eſt, apparuit nubes lucida, & tunc fuit una, ſed tunc erunt plures, quia tunc ſolùm tribus apparuit, ſed tunc pluribus apparebit.*

11. At quæret fortaſſe quiſpiam, an nubes illæ ex vaporibus & exhalationibus terreſtribus condenſabuntur, ſicut aliæ, quæ naturaliter in aëre efformantur; ratio autem dubii eſſe poteſt, quia tunc influxus cæleſtes ceſſabunt; reſpondet itaque idem Sanctus: *Non erunt niſi quædam claritates, redimentes ex corpore Chriſti & aliorum Sanctorum*; utiturque Origenis teſtimonio, unde ſequentia deſumpſit verba *Orienes dicit, quòd erunt Angeli, non ſolùm intelligibiliter, ſed veraciter miniſtrantes.* Idem quoque Angelicus (aut quiſquis ille in Apocalypſin interpres) inquit: *Cum nubibus, id eſt, cum ſanctis, qui pluunt per prædicationem, coruſcant per miraculorum operationem, elevati ſunt per mundanorum abdicationem, volant per altam contemplationem.* Comparebit porro Judex, totius cæleſtis curiæ ſtipatus obſequio, ideoque ſubjungit:

Cum virtute multa & majeſtate.

12. Idem S. Thomas primum filii Dei in mundum adventum ponderans, ait: *In primo adventu duo fuerunt, habuit enim infirmitatem & ignominiam; infirmitatem, quia dicit Apoſtolus 2. Cor. 13. Crucifixus eſt ex infirmitate*; *Ignominiam, ſecundùm quod habetur Iſa. 52. Obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit ſuper viros aſpectus ejus, ac forma ejus inter filios hominum.* Ad recompenſandam igitur primi adventus infamiam, de ſecundo prædicit: *Cum virtute multa & majeſtate*; *conſequenter ad hæc duo dicit; ad infirmitatem ponit virtutem; unde de iſta dicitur: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, & hæc data eſt ei per generationem, in quantum filius Dei, ſed ipſe promeruit in quantum homo, & hoc manifeſtabitur quando omnes angeli & omnia elementa miniſtrabunt ei; item contra ignominiam dicit, quòd veniet in majeſtate, quaſi Judex vivorum & mortuorum.*

Iſa. 52. 14.

Verſus 31

Et mittet Angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos à quatuor ventis, à ſummis cælorum, uſque ad terminos eorum.

Et mittit Angelos ſuos.

1. In parabola de zizaniis eadem à patrefamilias, Chriſti figurativo, verba proferri audimus, ſcilicet *in omni tempore miſſis dicam meſſoribus*; ubi Lyranus inquit: *Id eſt, judiciis dicam meſſoribus, id eſt, Angelis*; qui zizania à frumento ſeparabunt, dum hoc in cælum transferent, illa verò in focum infernalem exturbaturi ſunt; unde Chryſoſtomus ait: *Sicut miniſtrant nobis in procuranda ſalute noſtra, ita etiam in remuneratione accipienda, & in malos ac reprobos, divini judicii ſententiam exequentur.* Congruum eſt (inquit Albertus in Lucam) *ut quos habuerunt duces viæ, habeant etiam collectores cinerum & productores ad judicium*; vi namque officii ſui, diſperſos in unum colligent eorum corporum cineres, quorum ipſi cuſtodes deſtinati fuêre.

Matt. 13. v. 30. Lyran. Chryſ. ho. 47. in Matt. Alb. M. in Luc.

2. *Dicunt montibus & petris* (inquit S. Joannes in Apocalypſi) *cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni, quoniam veniet dies magnus iræ ipſorum & quis poterit ſtare?* ſed dicet aliquis, quomodo ſe in cavernis terræ abſcondendos ſperare poterunt, quando oculi Dei non ſolum ſecretiſſima antrorum latibula, verùm etiam abſtruſiſſima cordium ſecreta penetrare noſcuntur? S. Thomas ait: *Dicunt montibus, id eſt, Angelis per gloriam excelſis, & petris ſcilicet iisdem in Deum jam prorſus ſolidis; cadite ſuper nos afflictionem, id eſt, animam compatientem nobis, miſericorditer inflectite ſuper nos, & abſcondite oratione nos à facie, id eſt, præſentia ſedentis ſuper thronum*; at fruſtraneus ille erit recurſus, tunc enim Angeli implacabiles noſtri erunt accuſatores, noſtram nobis exprobaturi in reſpuendis eorum conſiliis & auxiliis, ſaluti noſtræ ſubminiſtratis, negligentiam & duritiam; unde Sanctus Chryſoſtomus ait: *Omnes Angeli erunt cum ipſo teſtantes, quot, quantaque miniſterio ſuo, cùm à Domino mitterentur ad ſalutem, peracta ſunt; & ita horroris undique dies ille plenus futurus eſt.*

Apoc. 6. 16.

Cum tuba.

3. Hujus, in extremo judicio ſonituræ tubæ teſtimonium nobis perhibet, à ſancto Spiritu directa Eccleſia, dum in defunctorum miſſa cantat: *Tubæ mirum ſpargens ſonum, per ſepulchra regionum, coget omnes ante thronum*; in duobus quoque locis Apoſtolus

I.Cor. 15.v.52. I.Theſ. 4.Dionyſ.Car. th.v.15. ait: *In noviſſima tuba (canet enim tuba & mortui reſurgent incorrupti)*; & ad Theſſalonicenſes: *Quoniam ipſe Dominus in juſſu & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo, & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi*; juxta Dionyſium Carthuſianum tuba hæc juxta literam minimè accipienda eſt: *Nec enim tuba hæc*, inquit, *corporaliter intelligenda eſt, ſecundùm Remigium.* Salmeron quoque ait: *Metaphoricè quibuſdam videtur dictum, non enim erit ænea, vel cornea, vel argentea*, juxta illud Apoſtoli ad Theſſalonicenſes: *in juſſu, & in tuba*; exiſtimat namque per tubam illam, ſolùm intelligi mandatum divinum: *Pro præcepto Chriſti*, id quod & Carthuſianus, in epiſtolam ad Corinthios ſcribens, confirmat, dum ait: *Per tubam intelligitur Imperium Dei, cujus nutu reſurrectio fiet*

lm.t. .er.18. ionyſ. rth. l.1. or.15.

4. Alii ſacri Doctores per hoc inſtrumentum vocem Dei intelligunt: ſic ſanctus Anſelmus ait: *Tuba autem nomine, aliquid evidentiſſimum & præclariſſimum ſignum vult Apoſtolus intelligi, quam vocem Archangeli & tubam Dei, alio loco dicit; quæ & vox filii Dei in Evangelio dicitur* S. Thomas quoque textum illum S. Joannis citat: *Audient vocem filii Dei, qui audierint, vivent.* Idem & ſanctus Anſelmus confirmans, ait: *itaque tangor tubæ vocis indicat magnitudinem*: ad eum modum, quo in Iſaia dicitur: *Quaſi tuba exalta vocem tuam*; denique Cajetanus in Epiſtolam ad Theſſalonicenſes eandem ſuſtinet opinionem.

ean.5.v. 25. S.Anſel. Iſa.58. v.1. Salm. hid.

5. Salmeron verè ſonum aliquem tunc audiendum eſſe cenſet; dicens: *Tuba præter juſſum & vocem Archangeli videtur externorum aliquod ſignum, vehemens & horribile ſignificare*; ſcripſit S. Anſelmus, dum ait: *in tuba, id eſt, in aliquo ſono magno & publice divinitus facto, Hæc tuba omnes excitabit*; & Albertus Magnus in Matthæum dicit: *Cum tuba, id eſt, mundi fragore.*

Anſel. heſſ. t. el. r.

6 Sanctus Anſelmus ad illa Chriſti verba: *Cùm facis eleemoſynam, noli tubâ canere ante te*; ſe inflectens per hanc tubam univerſalem, manifeſtamque corporum reſurrectionem intelligit: *Apertam omnium reſurrectionem.* S. Thomas ait: *Tuba eſt Præſentia Chriſti manifeſta mundo.*

7. Idem Angelicus Doctor varia conſiderat hujus inſtrumenti officia, ſerviebat enim ad invocandam populi congregationem; unde Num. c. 10. dicitur: *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare poſſis multitudinem*; & ideo de hoc quoque ſono conſtat, per illum omnes ad judicium ſupremi judicis convocandos eſſe: *Tuba mirum ſpargens ſonum, cogit omnes ante thronum*; unde & Cajetanus ait: *publicum conventum totius humani generis appellat tubam.* Num. 10 v.22. Cajet. ad.Cor.

8. Serviebat quoque ad Feſtorum ſolemnitatem, unde Pſalm. 80. dicitur: *Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis veſtræ*; & ideo hæc tuba quoque ad Feſtum nos invitabit, quod nullum habiturum eſt finem; Iſaiæ 33. *Reſpice Sion, civitatem ſolemnitatis tuæ; Hæc tuba*, inquit S. Anſelmus, *convocabit ad ſolemnitatem æternæ lætitiæ.* Pſ.80 v. 4. Iſa 33.v. 20.

9. Tubæ item ſerviunt bellis & præliis, quod etiam valet, in præſenti tuba, quia hac reſonante, *pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos; armabit creaturam ad ultionem inimicorum.*

10. Idem quoque ſanctus Anſelmus ait: *Hæc tuba inimicos terrebit*; Hugo Cardinalis ait: *In tuba, quaſi ad bellum veniet*; item Dionyſius Carthuſianus inquit: *Terribiliter imperabit reſurrectionem mortuorum, &*, ut dicit Hieronymus, *ſit canet, quòd totus mundum tinniet.* Sanctus Thomas notat, quod ad tubæ ſonum non moveantur exercitus, tam is qui victor futurus erit; quàm qui ſuccumbet: *Sic in reſurrectione, quidam eunde ad Paradiſum, quidam eundo ad infernum.* Hugo Card ad Theſ. S.Thom. ad Cor. S.Anſ. hic.

11. S Anſelmus in S Matthæum ad prædictum tubarum in bellis uſitatum ſonum alludens: *Vox illa tubæ comparatur, quia ſicut tuba terret inimicos, & animat ſuos, ſic vox illa terrebit impios, & lætificabit pios.*

Alb.M.

Voce magna,

12. Albertus Magnus per vocem hanc magnam, præceptum Dei intelligit: *In voce magna*, inquit, *quæ eſt juſſus Dei, quòd vivant, & ſurgant mortui, & veniant ad judicium*, unde tria ad univerſalem omnium corporum reſurrectionem concurrere conſiderat: *Fragor mundi, in reſtitutione materiæ*; *miniſterium Angelorum in compoſitione pulverum & corporum*; *& juſſus ſive vox Dei & Chriſti, in vivificatione, & citatione.* Dionyſ. Cart. hic.

13. Dionyſius Carthuſianus per hanc vocem

cem S. Michaëlis Archangeli, ſupremi cœleſtis militiæ Principis vocem intelligit: *Voce magnâ Michaëlis Archangeli qui eſt Princeps & cuſtos Eccleſiæ, dicetque in die illâ judicii ex commiſſione divinâ: ſurgite mortui, & venite ad judicium.*

Chryſ. 14. Chryſoſtomus ab Hugone Cardinali citatus, ſonoritatem vocis hujus, quàm hæc vox ſonora futura ſit ex effectibus, quos producet, clarè deducit: *Verè*, inquit, *magna vox tubæ terribilis, cui obediunt omnia elementa, quæ petras ſcindit, inferos aperit, portas æreas conterit, vincula mortis diſrumpit, & de profundo abyſſi animas liberatas corporibus ſuis aſſignat*; Demum verò ad illum Apoſtoli textum, in quo Corinthiis exponit, cum quantâ velocitate id ipſum facturus ſit, alludens ſubjungit: *Hæc omnia citius conſummet in opere, quam ſagitta tranſit in aëre, dicente Apoſtolo: in momento, in ictu oculi, in illa voce mare diſſutitur, ut ſi quid apud ſe retinet de humanis oſſibus, ſine contradictione reſtituat.*

1. Cor. 15. v. 52.

Lyran. 15. Lyranus vocem hanc à Judice edendam fore exiſtimat, quando omnes mortuos ad tribunal ſuum evocabit: *Sicut in datione Legis auditus eſt ſonus terribilis, ut habetur Exodi 19. ita audietur tunc ſonitus conſimilis virtute Angelorum factus in elementis; & voce magnâ, vox illa erit vox Chriſti vocantis mortuos ad judicium, ex cujus virtute ſuſcitabuntur.*

Et congregabunt electos à quatuor ventis à ſummis cœlorum &c.

Lyran. 16. Idem Lyranus per hæc verba non excludi notat, quin etiam coram eodem Judice, eodemque tempore advocandi & congregandi quoque ſint reprobi: *Licèt omnes adducantur ad judicium, tamen ſpecialiter electi adducentur miniſterio ſanctorum Angelorum, quia erunt concives eorum.*

Cajet. 17. Per hos quatuor ventos, quatuor mundi partes intelliguntur; Eſtque hæc expoſitio Cajetani, dicentis: *Nominat quatuor mundi partes, à ſummis cœlorum, uſque ad terminos eorum: non ſolùm ab hac ſuperficie orbis terrarum quam inhabitamus, ſed etiam ab extremis, uſque ad extrema cœlorum.* Paulus de Palatio ait: *Nihil eſt aliud, quàm colligi ex omni diſperſione terræ, & colligi è cœlis ex omni diſperſione aeris, in quem multa Sanctorum corpora fuerint converſa.*

Paul. de Pal.

Verſus 36.

Ab arbore autem fici diſcite parabolam; cùm jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia prope eſt æſtas.

1. D. Chryſoſtomus ab Hugone Cardinali adductus, interrogat, cur Salvator noſter potius in medium adduxerit exemplum ficus, quàm alterius cujuspiam plantæ vel arboris? Et reſpondet: *Quia penè poſt omnes arbores vernat, & difficilè frigus poſt frigus vernantem invenit.* *Chryſ.*

2. S. Anſelmus in ſenſu myſtico per hanc arborem Synagogam intelligit: *Ficus*, inquit, *populum Iſrael deſignat, qui ſine ſicut ficus damnata, & pro ſterilitate maledicta & arefacta, ſed cum de arido ligno ramus quidam fidei & charitatis in eo apparuerit, & folia, id eſt, verba prædicationis exorta fuerint, prope eſt æſtas, quæ expectatur, id eſt, æterna ſerenitas*; Infallibilis enim eſt à Deo facta promiſſio, Hebræos tandem in fine ſæculorum ad veri Dei notitiam & fidem reducendos eſſe, & hoc judicii univerſalis appropinquantis certum quoddam judicium futurum erit; *Cùm enim tandem ſublata perfidia mentis Iſrael ſalvus fiet, propè eſſe ditem judicii, dubium non eſt.* S. Hilarius per hujus maledictæ arboris ramũ, Anti Chriſtum intelligendum eſſe dicit: *Ramus ficus Anti-Chriſtus eſſe intelligitur, Zabuli filius, peccati portio, Legis aſſertor, qui cùm tenereſcere caperit, atque frondeſcere, tunc proxima eſt æſtas, id eſt, dies judicii ſentietur.* S. Thomas eandem adfert expoſitionem: *Per ficum*, inquit, *ſignatur Synagoga*, idq; probat per parabolam illam Lucæ cap. 13. de eo, qui habebat ficum, quæ cum poſt elapſum ſolidum triennium, nullum prorſus fructum attulerat &c. *Cùm jam ramus ejus tener fuerit, hoc poteſt exponi ſic: ramus tener, Anti Chriſtus eſt, cujus poteſtas parum durabit, & ficus folia multum adhærent ei, & tunc poteſtas ejus manifeſtabitur; vel poteſt exponi in bono; per ramum virtus & fortitudo Sanctorum, qui quando Eccleſia incipiat finiri, virtus Chriſti &*

S. Anſel.

S. Hilar. can. 26. in Matt.

S. Thom.

Cant. 2. v. 13. *Sanctorum apparebit, qui ſuſtinebunt eam.* *Cant. 2. Ficus protulit groſſos ſuos.*

Author Imp. ho. 49. 3. Author Imperfecti etiam in ſenſu ſpirituali per hanc arborem, Eccleſiam intelligit; cujus hanc reddit rationem: *Ideo*, inquit, *ficus Eccleſiæ ſimilatur, quia ſicut ficus ſub uno cortice plurima grana inter viſcera dulcedinis incluſa conſtringit: ſic Eccleſia ſub uno corpore multos Chriſtianos, intra viſcera charitatis ſuæ congregatos complectitur.* Ejusdē quoque ſimilitudinis aliam ſubjungit à duratione fructuum petitam, ficus enim fructus diutiùs durant, quàm aliarum arborum fructus: *Omnis arbor pene in uno tempore fructū præbet, nam intra paucos dies & matureſcunt & cadunt, ficus autem ex quo cæperit fructus afferre, uſque ad hyemem fructificare non ceſſat; nam alii colliguntur maturi & alii hinc præcedunt; ſic Eccleſia, ex quo cæperit Sanctos offerre, uſque ad finem ſæculi non ceſſabit.*

aul. de il. 4. Paulus de Palatio ex his verbis occaſionem ſumit prædicendi, tunc Eccleſiæ finem imminere. quando Prælati ipſius otio, delitiis, & voluptatibus dediti eſſe cæperint, omnem fugientes laborem & vigilantiam: *Cùm Eccleſia noſtra Prælatos ſuos & Principes teneros habuerit, & delicatos, cùm plena habuerit folia, id eſt, verba multa, & eruditionem multam, ſed ſine fructu, prope eſt æſtas judicii; in primitiva Eccleſia erant Epiſcopi ad labores durati miniméque teneri.*

Verſus 33.

Ita & vos cùm videritis hæc omnia, ſcitote quia propè eſt in januis.

ucas rg. 1. Lucas Burgenſis dicit: *His verbis Apoſtolos alloquitur*, nimirum generoſum illis animum ſuggerere voluit, dicendo corporum ſuorum glorioſam reſurrectionem in propinquo eſſe: *Uſus loquendi eſt, ut in foribus eſſe dicatur, quod proximum eſt; ſupple ex Luca Regnum Dei ſeu redemptio veſtra; tam certò & tam brevi conſequetur hæc Regnum Dei, quàm certò & quàm brevi conſequitur æſtas germinationem arborum*; proſequitur denique idem author probare, benigniſſimi Salvatoris mentem eſſe, ut tantis propoſitis tremendis ſignis, ſuos à tremore eximat, animumque addat: *Potius bono animo ſint*, inquit, *eò quod ſigna certa videant vicinæ ſalutis, beatitudinisque ſuæ.*

Verſus 34.

Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant

1. Cajetanus inquit: *Tum electorum, tum hominum.* Janſenius verò ait: *Obſcurum eſt, quid per generationem hanc Dominus hic ſignificare voluerit*; quo fine varias adducit ſacrorum Interpretum expoſitiones. S. Hieronymus vel totum genus humanum, vel certè populum Judaicum deſignari exiſtimat, maximè quia Chriſtus hujusmodi ſimilitudinibus, de Hebraismo tractans, uti conſueverat: *Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam*; D. Chryſoſtomus per hanc generationem, juſtorum electorumque congregationem ſignari arbitratur, Chriſtumque illa verba ad animandos Apoſtolos dixiſſe, ne deterrerentur; *idque ideo*, ait, *de ea dictum, ne metuerent Apoſtoli, per prædicta pericula penitus fideles delendos & prædicationem Evangelii ſupprimendam, ſed certiores eſſent, religionem Chriſtianam uſque ad ſæculi conſummationem & noviſſimum Domini adventum perſeveraturam*; Lucas Burgenſis ait: *Generatio hæc, id eſt, hæc ætas & hoc hominum in me credentium genus*, quomodo Pſalmiſta ait: *Hæc eſt generatio quærentium Dominum*, ac tandem concludit: *Multæ aliæ ſunt interpretationes, ſed has duas ita probo præ cæteris, ut etiam conjugendas arbitrer, ad perfectum loci ſenſum*, cùm enim hæc ætas ultima mundi ſit, poſt legem enim Evangelicam alia non erit; unde S. Joannes ait: *Noviſſima hora eſt*, meritò futurum dicebat, omnia adimplenda, priuſquam hæc lex terminaretur: *Prius fient hæc omnia, quàm homines omnes hujus generationis moriantur aut eſſe deſinant.*

Cajet. Janſ. c. 123. S. Hier. Chryſ. Lucas Burg. Pſ. 23. v. 6. 2. Joan. 2. v. 18.

Verſus 35.

Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.

1. Verba hæc non ita intelligenda ſunt, ut notat Lyranus, quaſi cœlum & terra quo ad ſubſtantiam ſuam deſitura ſint: *Sed quia ceſſa-*

Lyran.

ceſſabit motus cæli, & transmutatio in elementis, iſta enim ordinata ſunt ad complendum numerum electorum, & ideo ipſo completo in judicio ceſſabunt; cur verò verbum Dei non ſit interiturum, idem Author hanc reddit rationem: *Per verbum enim Chriſti factus eſt mundus, & ideo verbum ejus eſt ipſo mundo ſtabilius*; Sanctus Thomas ait: *Non dicitur, quod tranſeant, quia eſſe deſinant, ſed quia tranſibunt in alium ſtatum*, quo modo in Apocalyſi cap. 21. dicitur: *Vidi cœlum novum & terram novam*; Cajetanus pariter ait: *Tranſibunt non ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſecundùm ſtatum, nam à ſtatu motus generationis & hujuſmodi, tranſeunt ad ſtatum quietis.*

S. Thom.

Apoc. 21. v. 1.

Cajet.

Author Imp.

2. Author Imperfecti hanc inde eruit moralitatem: *Cœlum & terra vanitati ſubjecta ſunt, dicente Apoſtolo: Vanitati enim creatura ſubjecta eſt, naturaliter autem veritas neſcit mentiri, nec poteſt aliquando perire*; ac proinde firma nobis ſpes concipienda eſt, æternæque veritati innitendum, quæ non poteſt deficere: *Ipſi peribunt, tu autem permanes.*

Pſ. 101. v. 24.

3. Janſenius in hæc verba ait: *Senſus eſt, verba mea non erunt inania, ut non eveniat, quod illa prædicunt, quemadmodum hominum verba, quibus aliquid prædicunt & promittunt, frequenter inveniuntur inania, ſive per mendacitatem & mutationem loquentis, ſive quod aliud quid externum impediat prædictorum eventum, aut promiſſionis adimpletionem; bene ergo ſummam volens verborum ſuorum ſignificare voluntatem, comparat ea cum cælo & terra, præferens ea his, eò quòd omnium, quæ in mundo ſunt, hæc maximè ſint firma & immobilia.*

Janſen. c. 123.

INDEX AUTHORUM,

Qui in hoc tertio Tomo paſſim citantur.

A

B. Albertus M. Epiſc. Ratisponenſis Ord. Præd.
Alcuinus Præceptor Carol. M Imp.
Aloyſius Lypomanus Epiſc. Veronenſis.
Alphonſus Salmeron Soc. JEſu.
Alphonſus Toſtatus Epiſc. Abulenſis.
S. Ambroſius Epiſc. Mediolanenſis.
Angelus de Paz.
Anonymus.
S. Anſelmus Epiſcopus Cantuarienſis.
S. Antiochus.
S. Antonius de Padua Ord. Minorum.
Arias Montanus.
Ariſtoteles Philoſophorum Princeps.
S. Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus.
S. Auguſtinus Doct. & Epiſc. Hipponenſis.
Author operis imperfecti in Matth.

B

S. Baſilius Magnus Epiſc. Cæſareæ.
Baſilius Seleucus.
Ven. Beda Presbyter Ord. S. Bened.
S. Bernardinus Senenſis Ord. Minorum.
S. Bernardus Abbas Clarævalenſis.
S. Bonaventura Epiſcopus & Cardinalis Albanenſis Ord. Minorum.
S. Bruno Patriarcha Carthuſianorum.

C

Cæſar Baronius Cardinalis Congreg. Oratorii Romani.
Cæſarius Arelatenſis.
Catechiſmus Exemplorum.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Oecomenicum Tridentinum.
Cornelius Cornelii à Lapide Soc. JEſu.
Cornelius Janſenius Epiſcopus Gandaven.
S. Cyprianus Martyr & Epiſcopus.
S. Cyrillus Epiſc. Alexand. Carmel.
S. Cyrillus Hieroſolymitanus Carmel.

D

Didacus Stella Ord. Minorum.
S. Dionyſius Areopagita Epiſc. Pariſienſis.
V. Dionyſius Rickelius Carthuſianus.
S. Dorotheus.
Dydimus Alexandrinus.

E

Ennodius.
S. Epiphanius Epiſcopus.
S. Ephrem.
S. Eucherius.
Euſebius Emiſſenus.
Euſebius Gallicanus.
Euthymius.

F

S. Franciſcus de Sales Epiſc. Geneven.
Franciſcus Toletus Card. Soc. Jeſu.
S. Fulgentius.

G

Galfredus.
S. Gaudentius Epiſcopus.
Gillibertus Abbas.
Gloſſa Interlinearis.
Gloſſa ordinaria.
Goffredus Abbas.
S. Gregorius Magnus Papa.
S. Gregorius Epiſcopus Nazianzenus.
S. Gregorius Epiſcopus Nyſſenus.
Guerricus Abbas.
Guilhelmus Eſtius.

H. Hay-

H

HAymo Epiſcopus Halberſtadienſis.
S. Hieronymus Eccleſiæ Doctor.
Hieronymus Oleaſter Ord. Præd.
S. Hilarius Epiſcopus Pictavienſis.
Hildebertus.
Hugo à S. Charo Cardinalis Ord. Prædicatorum.
Hugo à S. Victore Canon. Reg. S. Auguſt.
B. Humbertus Ord. Prædicatorum.

I

IDiota.
S. Ignatius Epiſc. Antiochenus & Martyr.
Innocentius III. Papa.
S. Joannes Chryſoſtomus Epiſ. Antiochen.
S. Joannes Climacus.
Joannes Ferus Ord. Minorum.
Joannes Lorin. Soc. JESU.
Joannes Maldonatus Soc JESU.
S. Jonnes 44. Epiſcopus Hieroſolymitanus Ord. Carmelitarum.
S. Irenæus Martyr.
Iſidorus.
S. Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis.
S. Juſtinus Martyr.

L

LActantius Firmianus.
B. Laurentius Juſtinianus Patriarcha Venetus.
Laurentius Surius Carthuſianus.
S. Leo Magnus Papa.
Lucas Burgenſis.
Lucius Florus.

M

S. MAximus Epiſcopus.
Michaël Ayguanus de Bononia Ordin. Carmelitarum.
Michaël de Palatio.

N

NIcetas.
Nicolaus Lyranus Ord. Minorum.
S. Nilus.

O

OEcumenius.
Optatus Milevitanus.
Origenes.

P

S. PAulinus Epiſcopus.
Paulus de Palatio.
S. Paſchaſius.
Petrus Berchorius Ord. S. Benedicti.
Petrus Bleſenſis.
S. Petrus Cellenſis.
S. Petrus Chryſologus.
S. Petrus Damianus Cardinalis.
Philo Carpatius.
Porrecta.
S. Proſper Aquitanus.

R

RAbanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus Ord. S. Benedicti.
S. Remigius Epiſcopus Rhemenſis.
Richardus à S. Victore, Ord. Canon. Regul. S. Auguſtini.
Rupertus Abbas Tuitienſis prope Coloniam Ordinis S. Benedicti.

S

SAlvianus Epiſcopus Maſſilienſis.
Santes Pagninus.
Seneca.
S. Severus Sulpitius.
Simon de Caſſia Ord. Erem. S. Auguſt.
Speculum Exemplorum.
Surius.

T

TArcagnotus.
Tertullianus.
Theodoretus Epiſc. Cyrenſis.
Theophylactus.
Theophylus Antiochenus.
S. Thomas de Aquino Ord. Prædicatorum.
Thomas de Vio Cajetanus Cardinalis Ord. Prædicatorum.
Thomas de Kempis Ord. Regular. S. Auguſtini.

S. Thomas de Villa Nova Archiepiſcopus Valentinus Ord. Erem. S. Auguſtini.
Titus Boſtrenſis.

V

S. Valerianus.
Venantius Fortunatus.
Victor Antiochenus.

S. Vincentius Ferrerius Ord. Præd.
Vita V. Camilli de Lellis.
Vita S. Gertrudis Virg.
Vita. S. Odonis.

Z

S. Zeno Epiſcopus Veronenſis.

INDEX
LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ
In hoc tertio Tomo explicatorum.

EX LIBRO GENESIS.

Caput 1.

Verſ. 1. IN principio creavit Deus cœlum & terram. Dom. 14. poſt Pent. verſ. 33. n. 3.
℣. 2. Terra erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Dom. 9. poſt Pent. v. 42. n. 4. & Dom. 14 poſt Pent. v. 33. n. 3.
℣. 3. Fiat lux, &c. Dom. 2. poſt Pent. v. 16. n. 4. Et Dom. 22. v. 20. n. 4.
℣. 4. Facta eſt lux, & vidit Deus lucem, quòd eſſet bona, & diviſit lucem à tenebris. Dom. 9. poſt Pent. v. 42. n. 4.
℣. 11. Germinet terra herbam virentem. Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 13.
℣. 16. Poſuit Deus luminaria magna in firmamento cœli, &c. Dom. poſt Pent. v. 5. n. 2.
℣. 22. Benedixitque eis dicens: Creſcite & multiplicamini. Dom. 6. poſt Pent. v. 7. n. 5.
℣. 26. Faciamus hominem. Dom. 17. poſt Pent. v. 39. n. 7.
℣. 27. Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum. Dom. 17. v. 37. n. 15. Et Dom. 22. poſt Pent. v. 20. n. 4.
℣. 31. Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Dom. 11. poſt Pent. v. 37. n. 1.
Cap. 2. v. 7. Inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem. Dom. 14. poſt Pent. v. 24. n. 3. Et Dom. 22. v. 20. n. 4.
℣. 24. Duo erunt in carne una. Dom. 17. poſt Pent. v. 37. n. 17.
Cap. 3. v. 1. Serpens erat callidior. Dom. 8. poſt Pent. v. 8. n. 7. Et Dom. 22. ibid. v. 18. n. 2.
℣. 5. Eritis ſicut Dii, ſcientes bonum & malum. Dom. 1. poſt Pent. v. 36. n. 9.
℣. 7. Aperti ſunt oculi amborum. Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 3. n. 4.
℣. 9. Adam ubi es? Dom. 12. poſt Pent. v. 30. n. 5.
℣. 18. Spinas & tribulos germinabit tibi. Dom. 7. poſt Pent. v. 16. n. 17. & 20.
Cap. 4. v. 10. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me. Dom. 8. poſt Pent. v. 1. n. 11.
℣. 13. Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam promerear. Dom. 10. poſt Pent. v. 9. n. 8.
℣. 23. Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentem in livore meo. Dom. 21. poſt Pent. v. 34. n. 9.
℣. 16. Egreſſus Cain à facie Domini. Dom. 21. poſt Pent. v. 28. n. 2.

Cap. 6. v. 3. Non permanebit ſpiritus meus in hoſmine, quia caro eſt. Dom. 2. poſt Pent. v. 20. n. 6.
℣. 5. Videns Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terrâ, & cuncta cogitatio cordis intenta, &c. Do. 18. poſt Pent. v. 4. n. 1.
Cap. 14. v. 21. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Dom. 24. poſt Pent. v. 28. n. 3.
Cap. 17. v. 6. Ponam te in gentes, Regesque egredientur ex te. Do. 12. poſt. Pent. v. 24. num. 2.
Cap. 18. v. 3. Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſervum tuum. Do. 8. poſt Pent. v. 9. n. 11.
℣. 27. Loquar ad Deum meum, cùm ſim pulvis & cinis. Dom. 4. poſt Pent. v. 8. n. 11.
Cap. 22. v. 18. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Dom. 3. poſt Paſch. v. 21. n. 5
Cap. 24. v 47. Suſpendi in aures ad ornandam faciem ejus, & armillas poſui in manibus ejus. Dom. 19. poſt Pent. v. 11. n. 17.
Cap. 28. v. 13. Dominum innixum ſcalæ. Dom. 14. poſt Pent. v. 33. n. 8.
℣. 17. Quàm terribilis eſt locus iſte. Domin. 19. poſt Pent. v. 11. n. 17.
Cap. 29 v. 31. Vocavitque nomen ejus Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam. Dom. 10. poſt Pent. v. 13. n. 13.
Cap. 31. v. 40. Die noctuque æſtu urebar & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Dom. 2. poſt Paſch v. 11. n. 8.
Cap. 32. v. 30. Nunc ſalva facta eſt anima mea. Dom. 19. poſt Pent. v. 11. n. 17.
Cap. 37. v. 4. Nec poterant ei quidquam pacificè loqui. Dom. 21. poſt. Pent. v. 28. n. 6.
Cap. 39. v. 6. Joſeph non aliud quidquam noverat, niſi &c. Dom. 6. poſt Pent. v. 5. n. 9.
℣. 9. Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſuâ, &c. Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 3. n. 5.
Cap. 45. v. 6. Biennium enim eſt, quod fames eſſe cæpit. Dom. 16. poſt Pent. v. 2. n. 4
Cap. 49. v. 4. Effuſus eſt ſicut aqua, ne creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui. Do. 15. poſt Pent. v. 14. n. 15.
Cap. 50. v. 20. Vos cogitaſtis de me malum, & Deus vertit illud in bonum. Do. 11. poſt Pent. v. 37. n. 1.
Cap. 55. v. 3. Feriam vobiſcum pactum ſempiternum. Dom. 4. poſt Paſch. v. 9. n. 3.

EXODI.

Caput 1.

℣. 8. Surrexit Joſeph, qui ignorabat Joſeph. Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 3. n. 3.
Cap. 3. v. 18. Ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, ut immolemus Domino, &c. Dom. 6. poſt. Pent. v. 2. n. 14.
Cap. 4. v. 13. Mitte, quem miſſurus es. Dom. 12. poſt Pent. v. 24. n. 10.
Cap. 7. v. 1. Conſtitui te Deum Pharaonis. Dom. 16. poſt Pent. v. 10. n. 10.
Cap. 8. v. 19. Digitus Dei eſt hic. Dom. 11. poſt Pent. v. 35. n. 15.
℣. 22. Ego ſum Dominus in medio terræ, Dom. in Albis. v. 19. n. 18.
Cap. 15. v. 26. Cunctum languorem, quem poſui in Ægypto, non inducam ſuper te. Dom. 18. poſt Pent. v. 2. n. 9.
Cap. 16. v. 10. Gloria Domini apparuit in nube. Dom. 24. poſt Pent. v. 30. n. 10.
℣. 13. Ros jacuit per circuitum caſtrorum. Dom. 5. poſt Pent. v. 23. n. 11.
Cap. 19. v. 12. Cavete, ne aſcendatis in montem, ne tangatis fines illius. Dom. 2. poſt Pent. v. 18. n. 13.
Cap. 20. v. 5. Ego ſum Dominus Deus tuus Zelotes. Dom. 14. poſt Pent. v. 24. n. 4.
℣. 19. Non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 10.
Cap. 21. v. 24. Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, &c. Dom. 5. poſt Pent. v. 20. num. 15.
Cap. 25. v. 6. Oleum ad luminaria concinnanda. Dom. 5. poſt. Pent. v. 23. n. 4.
℣. 30. Pones ſuper menſam panes propoſitionis. Dom. 6. poſt Pent. v. 2. n. 21. Et Dom. 9. poſt Pent. v. 47. n. 4.
℣. 40. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi monſtratum eſt in monte. Do. 22. poſt Pent. v. 20. n. 10.
Cap. 26. v. 1. Decem Cortinas de byſſo. Do. 3. poſt. Pent. v. 7. n. 10.
Cap. 32. v. 1. Fac nobis Deos, &c. Dom. 8. poſt Pent. v. 8. n. 17.

LEVITICI

Caput 1.

Vers.17. Confringet aſcellas ejus, & non ſecabit, &c. Dom.12. poſt Pentec. v.37. n.4
Cap.2. v.11 Nec quidquam mellis adolebitur in ſacrificio Domini. Dom.5. poſt Pent. v. 23. n.4
℣.13. Quidquid obtuleris ſacrificii, ſale condies. Dom, 17. poſt Pentec. v.38. n.4. Et Dom 5. poſt Pentec. v. 13. n. 4
Cap 13. v. 4. Recludet eum Sacerdos ſeptem diebus. Dom. 1 poſt Pentec. v.37. n. 14
Cap 14. v 2. Hic eſt ritus leproſi, adducetur ad Sacerdotem. Dom. 13. poſt Pentec. v. 14. n.7
Cap. 15. v. 19. Mulier, quæ patitur fluxum ſanguinis, 7. diebus ſeparabitur. Dom. 23. poſt Pentec. v. 20. n. 16.
Cap. 23. verſibus 7. 21. 28. 35 & 36. Omne opus ſervile non facietis in eo. Dom 16. poſt Pent. v. 4 n. 4. Et v. 5. ibid. n. 1

NUMERORUM

Caput 10.

℣.2. Fac tibi duas tabulas argenteas ductiles, &c. Dom. 24. poſt Pentec. v. 31. n 7
Cap. 13. v. 27. Omni multitudini oſtenderunt fructus terræ. Dom 7. poſt Pentec. v. 6. n. 16
Cap. 16. v. 3. Cur elevamini ſuper populum Domini. Dom. 1. poſt Pentec v. 37 n 17
Cap. 20 v. 11. Percuſſit virgâ biſilicem, & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ. Dom. 17. poſt Pentec v. 37. n 3
Cap. 21 8. Qui percuſſus aſpexerit eum, vivet. Dom. 13. poſt Pentec. v. 14. n. 4
Cap. 24. v. 23. Heu quis victurus eſt, quando iſta faciet Dominus. Dom. 17. poſt Pentec. v. 23. n. 4
Cap. 27. v. 18. Tolle Joſue virum, in quo eſt ſpiritus Dei. Dom. 16. poſt Pentec. v. 10 n. 10
℣.20. Dabis ei præcepta cunctis videndibus, & partem gloriæ tuæ. ibid.
Cap 35. v. 6. De oppidis, quæ Levitis dabitis, ſex erunt in fugitivorum auxilia. Dom. 18. poſt Pentec. v. 7. n. 11

DEUTERONOMII

Caput 1.

℣.16. Audite illos, & quod juſtum eſt judicate, ſive civis ſit ille, ſive peregrinus, &c. Dom. 22. poſt Pentec. v. 16 n. 23
Cap. 6. v. 5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Dom. 14. poſt Pentec. v. 24. n. 4
℣.16 Non tentabis Dominum Deum tuum. Dom. 17. poſt Pentec. v. 42. n. 1
Cap. 25. v. 2 Pro menſura peccati erit & plagarum modus. Dom. 1. poſt Pentec. v. 38. n. 13
Cap. 32 v. 11. Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum &c. Dom. 17 poſt Pentec. v37. n. 4
Cap. 32. v. 6. Qui poſſeditte, fecit & creavit te. Dom 12. poſt Pentec v 27. n. 4
℣.13 Incraſſatus, impinguatus, dilatatus de reliquit Deum factorem ſuum, &c, Dom. 20. poſt Pentec. v. 53 n. 12
℣.29. Utinam ſaperes, & intelligeres, & noviſſima provideres. Dom. 8 Pentec, v. 3 n. 1
℣.33 Fel draconum vinum eorum & venenum aſpiduminſanabile Dom. 21. poſt Pentec v 34. n. 4
℣.39. Videte, quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me. Dom. 17. poſt Pentec. v. 37. n. 14.

JOSUE

Caput 6.

℣.26. Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitaverit & ædificaverit civitatem Jericho. Dom. 12. poſt Pentec. v. 30. n. 5.

JUDICUM.

Caput 6.

℣.23. Pax tibi. Dom. in Albis, v. 19. n. 24.
Cap. 14. v. 6. Irruit ſpiritus Domini in Samſon, & dilaceravit iconem. Dom. 23. poſt Pentec. v. 24. n. 12.
℣.14. De comedente exivit cibus, & de fortiegreſſa eſt dulcedo, ibid.

LIB. I. REGUM.

Caput 2.

Vers.6. Mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit. Dom.15. post Pentec. v.12. n. 22. & v. 14. n 16.

℣. 9. Pedes sanctorum suorum servabit, Dom. post pent v.36.n.2

Cap.3.v. 4. Idcirco juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domûs ejus, victimis & muneribus usque in æternum. Dom.12. post.pent.v.;on.5

Cap.7.v 3. Præparate corda vestra & servite illi soli D.14.post pent.v.24.n 8

Cap.11.v.1. Habeto nos fœderatos, & serviemus. tibi, Dom.7. post.pent.v.21. n.7

℣.2. Feriam vobiscum fœdus ut eruam omnium vestrum oculos dextros, ibid.

Cap.11. v.3. Loquimini de me coram Domino utrum bovem cujusquam tulerim, &c. Do 1. Post pent.v.42.n.2

Cap.13.v.14. Quæsivit sibi Dominus virum juxta cor suum. Dom.16. post Pentec. v. 10. num.10

Cap. 15.v. 22. Melior est obedientia, quàm victimæ, Dom.13.post.Pent.v.14.n.14

Cap.16.v. 4. Pacificusne est ingressus tuus? Do.in Albis, v.19.n.24

℣.7. Homo videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor, dom.3. post Pasch. v.19. n. 1. & D.1. post Pentec.v 37.num.11.& Dom. 7.post Pent.v.15.n.13

℣.14. Spiritus nequam, Dom.22 post Pent.v. 18.num.2

Cap.1. v 34. Pascebat gregem servus tuus, & veniebat leo vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, &c. Dom.2. post Pasch.v.11.n.7

℣. 1. Arma verò ejus posuit in tabernaculo suo, Dom.in Albis, v.20 n3

Cap 24. v.1. Percussit David cor suum eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul. Dom.in f. oct. Ascens.v 3.n. 5

℣.1 Quem persequeris? Canem mortuum, Do.16. post Pent v. o n 10

℣ 21. Nunc scio certè, quòd regnaturus sis. D.21. post Pent. v.30. n.2.

II. REGUM.

Caput 2.

℣.5. Benedicti vos à Domino, qui feciſtis misericordiam hanc cum Domino vestro. Saul, & sepelestis eum, &c. Dom.15. post Pentec. v. 12.n.2

Cap.5.v.8. Cæcus & claudus non intrabunt templum, Dom.5.post Pent.v. 22.n.32

Cap.6.v.7. Iratus Dominus contra Ozam, Dom in Albis, v.25.n.2

℣.16. Despexit eum in corde suo, D. 8. post Pent.v.8.n.18

℣.20. Quasi si nudetur unus ex scurris, ibid.

℣.22. Ludam & vilior fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis, D.23. post Pentec.v.25.n.3

Cap 7.v.18. Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adjuvisti me hucusque, Do.16.post Pent.v.10.n.10.

Cap 11. v.8. Secutusque est eum cibus regius D.19.post Pent.v 46.n.9.

℣.15. Non te frangat ista res, D. infra oct. Ascens. v. 3. n. 5.

Cap.14.v.2. Lugere te simula & dic: heu mulier vidua ego sum, &c. D.15.post Pent.v. 12.n 201

Cap.19. v.6 Diligisiodientes te. D.18. post Pentec.v.2 n.5

℣.22. An ignoro, me hodie factum regem super Israël, cur efficimini mihi hodie in Saran. D. 21. post Pent.v 30.n.2

Cap.20.v.2. Omnis populus secutus est Sebam filium Bochri, &c. Dom.2. post Pentec.v.18.n.7

℣.21. Tradite illum solum & recedemus à civitate, Dom.19.v.ibid.v.7. n.8

Cap.24 v.10. Percussit David cor suum, Do. 10.post Pent v.13.n.15

III. REGUM.

Caput 3.

℣.26. Nec mihi nec tibi sed dividatur, Dom. 14.post Pent.v.24.n.7

Cap 8 v 12. Dixit Dominus, quòd habitaret in nebula. Dom.24.ibid.v.30 n.10.

Cap.10.v.8. Beati viri tui, & beati servi tui,

qui ſtant coram te, & audiunt ſapientiam tuam, Dom. 12. poſt Pen. v. 23. n. 4

Cap. 17. v. 12. Non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria, &c. Dom. 6 poſt Pent. v 6. n. 22

℣. 18. Quid tibi & mihi vir Dei, &c. Dom. 4. poſt Pent. v. 8. n. 7

Cap. 19. v. 6 Ecce ad caput ſuum ſubcinericeus panis. Dom 16. poſt Pent. v. 10. n. 5

℣. 7 Grandis enim tibi reſtat via, Dom. 6. poſt Pent. v. 3. n. 5

Cap. 21. v. 25. Non fuit alter talis Achab, qui venundatus eſt, ut faceret malum, Dom. 21 poſt Pent. v. 25. n. 7.

IV. REGUM.

Caput 2.

℣. 9. Poſtula quod vis, ut faciam tibi, antequam, tollat à te, Dom. 5. poſt Paſch. v. 32. num. 2.

℣. 23. Pueri parvi egreſſi ſunt de civitate & illudebant ei, &c. Dom. 5. poſt Pent. v. 22. num. 30.

℣. 24. Egreſſi ſunt duo urſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis 42. pueros, ibid.

Cap. 4 v. 1. Ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad ſerviendum ſibi, Dom. 21 poſt pent. v. 25. n. 5.

℣. 4. Mitte inde in omnia vaſa hæc, &c. Dom. in Albis, v. 19 n. 9

Cap. 5 v 12. Nunquid aquæ magis ſalutares nobis erant in Damaſco; Dom. 17. poſt Pent. v. 40. n. 3

℣. 13. Pater, erſi rem grandem dixiſſet tibi Propheta, certè facere debueras &c. ibid.

Cap. 6. v. 16. Noli timere, plures enim nobiſcum ſunt, &c. Dom. 4. poſt Paſch. v. 10. num. 7

℣. 22 Pone panem & aquam coram eis, Dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 26. n. 9

℣. 30. Vidit omnis populus cilicium, quo Rex veſtitus erat ad carnem intrinſecus; & ait Rex: hæc mihi addat Deus. &c. Do. 7. poſt Pent. v. 21. n. 7

Cap. 7. v. 1. In tempore hoc cras modius ſimilæ uno ſtatere erit, Dom. 6. poſt. Pent. v. 2. n. 24.

Cap. 10. v. 15. Nunquid eſt cor tuum rectum, ſicut cor meum cum corde tuo? Si eſt, da manum tuam, &c. Dom. 13. poſt. Pent. v. 25. n. 23.

℣. 20. Egiſti quod rectum erat, & placabat in oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo, feciſti, Dom. 12. poſt Pent. v. 27. num. 21.

℣. 31. Jehu non cuſtodivit ut ambularet in lege Domini Dei, in toto corde ſuo, &c. ib.

Cap. 19. v. 3. Venerunt filii uſque ad partum, & vires non habet parturiens, Do. 3. poſt Paſch. v. 21. n. 10.

Cap. 25. v. 5. Comprehendit eum in planitie Jericho, Do. 12. poſt Pent. v. 30. n. 4.

I. PARALIPOMENON.

Caput 28.

℣. 3. Non ædificabis mihi domum, eò quòd vir ſanguinum es. Dom. 1. poſt Pent. v. 42. num. 1.

II. PARALIPOMENON.

Caput 16.

℣. 9. Oculi Domini contemplantur univerſam terram, Dom. 18. poſt Pent. v. 4. n. 1.

℣. 12. Ægrotavit Aſa dolore pedum vehementiſſimo, nec in infirmitate ſuâ quæſivit Dominum. &c. Do. 20. ib. v. 47 n. 8.

Cap. 20. v. 12. Cùm ignoramus quid agere debeamus hoc ſolùm habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te. Dom. 11. poſt Pent. v. 34. n. 2.

I. ESDRÆ.

Caput 9.

℣. 6. Deus meus confundor & erubeſco levare faciem meam, Do. 10. poſt. Pent. v. 13. n 11.

TOBIÆ.

Caput 2.

℣. 15. Sicut B. Job inſultabant Reges, ita iſti parentes, &c. Dom. 23. poſt Penſt. v. 25. n. 2.

℣. 18. Filii ſanctorũ ſumus, & vitam illam exſpectamus, quàm Daturus eſt his, qui fidem

fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Do. 12. poſt Pent. v. 5. n. 10.

Cap. 3. v. 13. Cùm iratus fuerit, miſericordiæ recordatur, Dom. poſt Pent. 20. v. 50. n. 8.

℣. 22. Poſt tempeſtatem tranquillum facis, Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 1. n. 3.

Cap. 4. v. 9. Quomodo potueris eſto miſericors; ſi multum, Do. 12. poſt Pent. v. 35. n. 1.

℣. 19. Conſilium ſemper à ſapiente require. Dom. 22. poſt Pent. v. 15. n. 4.

Cap. 12. v. 13. Quoniam acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te, Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 2. n. 16

℣. 17. Pax tibi, Dom. in Albis, v. 19. n. 24.

℣. 20. tempus eſt, ut revertar ad eum qui me miſit, Dom. 4. poſt Paſch. v. 5. n. 1.

JUDITH.

Caput 8.

℣. 13. Non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam provocet; &c. Do. 6. poſt Pent. v. 2. n. 16.

℣. 21. Et nunc fratres, quoniam vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, Dom. 3. poſt Pent. v. 1. n. 3.

Cap. 9. v. 3. Subveni quæſo te Domine Deus meus, mihi viduæ. Dom. 5. poſt. Pent. v. 12. num. 20.

ESTHER.

Caput 1.

℣. 4. Ut oſtenderet divitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem atque jactantiam potentiæ ſuæ, ibid. Do. 2. v. 16. n. 5.

Cap. 5. v 13. Cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto Dom. 4. pòſt Pent. v. 5. n. 8 & Dom. 6. ibid. v 8 n 3.

Cap. 7. v. 8. Reperit Aman ſuper lectulum corruiſſe, Do. 1. poſt Pent. v. 37. n. 12.

JOB.

Caput 1.

℣. 10. Operibus manuum ejus benedixiſti, & poſſeſſio ejus crevit in terrâ, Dom. 6. ib, v. 6. n. 12.

℣. 21. Dominus Dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt, Do. 2. poſt Paſch. v. 14. n 14.

Cap. 2. v. 3. Conſideraſti ſervum meum Job, quòd non ſit ſimilis ei in terrâ, Dom. 10. poſt Pent. v. 1. n. 9.

Cap. 4. v. 8. Ecce qui ſerviunt ei, non ſunt ſtabiles & in angelis ſuis reperit pravitatem, ibidem n. 22.

Cap. 5. v. 2. Virum ſtultum interficit iracundia, Dom. 5. poſt Pent. v. 22. n. 5.

℣. 7. Homo naſcitur ad laborem, & avis ad volatum. Do. 14. poſt Pent. v. 26. n. 7.

℣. 19. In ſex tribulationibus liberavi te, & in ſeptimâ non tanget te malum, Dom. 23. v. 24. n. 2.

Cap. 6. v. 2. Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, &c. Dom. 21. ib. v. 26. num. 5.

℣. 15. Fratres mei præterierunt me ſicut torrens, Dom 3. poſt Paſch. v. 16. n. 11.

Cap. 7. v. 1. Militia eſt vita hominis ſuper terra, ſicut mercenarii dies ejus, Dom. 6. poſt Pent. v. 2. n. 22.

℣. 3. Habui menſes vacuos, & noctes laboriosas enumeravi, Do. 4. poſt Pent. v. 5. n. 2.

Cap. 9. v. 3. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere, &c. ib. Do. 19. v. 12. n. 9.

℣. 20. Si juſtificare me voluero, os meum condemnabit me; ſi innocentem oſtendero pravum me condemnabit, &c. Do. 10. poſt Pent. v. 11. n. 19.

℣. 28. Verebar omnia opera mea ſciens, quòd non parceres delinquenti, Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n. 14.

Cap. 10. v. 8 Manus tuæ Domine fecerunt me & plaſmaverunt me totum, dom. 1. poſt Pent. v. 37. n. 13. & dom. 21. ib. v. 18. n. 14.

℣. 9. Memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, dom. 8. poſt Pent. v. 2 n. 18. & dom. 17. poſt Pent. v. 37. n. 15.

℣. 20. Terram tenebroſam & opertam mortis caligine, ubi umbra mortis & ſempiternus horror inhabitat, dom. 19. poſt Pent. v. 13. n. 12.

Cap. 12. v. 4. Qui deridetur ab amico ſicut ego, &c. dom. 23. poſt Pent. v. 25. n. 2.

Cap. 13. v. 8 Nunquid faciem ejus accipitis, & pro Deo judicare nitimini, dom. 1. ibid. v. 37. n. 6.

℣. 14. Animam portabo in manibus meis, dom. 23. poſt Pent. v. 25. n. 23.

℣. 22.

℣. 22. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi, Dom. 2. poſt Pent. v. 32. num. 1.
Cap. 14. 1. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore. &c. Dom. 15. v. 13. n. 13.
℣. 5. Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt, Do. 8. poſt Pent. v. 2. n. 19.
℣. 16. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, Dom. 6. poſt Pent. v. 2. n. 22. & Do. 21. ibid. v. 24. n. 7.
Cap. 5. v. 13. Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus, Dom. 10. poſt Pent. v. 2. n. 3.
℣. 16. Bibunt, quaſi aquam iniquitatem, Dom. 21. poſt Pent. v. 24. n. 7.
Cap. 16. v. 11. Columnæ cœli contremiſcunt & pavent adventum ejus, Do. 24. poſt Pent. v. 29. n. 15.
Cap. 18. v. 6. Lux tenebreſcet in tabernaculo ejus, & lucerna, quæ ſuper eum eſt, extinguetur, Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 3. n. 4.
℣. 7. Præcipitabit eum conſilium ſuum ib.
℣. 8. immiſit in rete pedes ſuos, & in maculis ejus ambulat, tenebitur planta illius laqueo, Dom. 19. poſt Pent. v. 13. n. 6.
Cap. 9. v. 2. Uſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus? Dom. 5. poſt Pent. v. 22. n. 27.
℣. 21. Manus Domini tetigit me, Dom. 11. poſt Pent. v. 32. n. 25. & Dom. 15. poſt Pent. v. 3. n. 14.
℣. 26. Rurſus circumdabor pelle mea, Dom. in Albis, v. 20. n. 2.
℣. 27. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo, Dom. poſt Pent. v. 38. n. 6.
Cap. 20. v. 12. Cùm dulce fuerit in ore ejus malum, abſcondit illud ſub lingua, Do. 11. poſt Pent. v. 32. n. 19.
℣. 18. Luet quæ fecit omnia, Dom. 21. poſt Pent. v. 25. n. 12.
℣. 26. Devorabit eum ignis, qui non ſuccenditur, ibid. v. 34. n. 4.
Cap. 21. v. 7. Quare ergo impii vivunt, ſublevati ſunt, &c. Do 3. poſt Paſch. v. 20. n. 8.
℣. 12. & 13. Tenent tympanum & cytharam, gaudent ad ſonitum organi ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, Do. 5. poſt Pent. v. 22. n. 22. & Dom. 2. poſt Paſch. v. 20. n. 8. & Dom. 2. poſt Pent. v. 16. num. 10.
Cap. 22. v. 14. Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat, Dom. 3. poſt Pent, v. 1 n. 3. & Dom. 16 poſt Pent. v. 2. n. 9.
℣. 21. Acquieſce ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos, Dom. in Albis, v. 19. n. 29.
℣. 22. Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones ejus in corde tuo, ibid.
Cap. 25. v. 6. Homo putredo, & filius hominis vermis, Dom. 17. poſt Pent. v. 37. n. 12.
Cap. 26. v. 7. Appendit terra ſuper nihilum, Dom. 5. poſt Paſch. v. 13. n. 6.
Cap 27. v. 19. Dives cùm dormierit, nihil ſecum auferet; aperiet oculos ſuos & nihil inveniet. Dom. 4. poſt Pent. v. 5. n. 8.
℣. 1. Derident me juniores, Dom. 23. poſt Pent. v. 25. n. 2.
Cap. 31. v. 8. Ab infantiâ crevit mecum miſeratio, Dom. 4. poſt Paſch. v. 10. n. 7.
℣. 23. Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum, Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n. 14.
Cap. 33. v. 19. increpat quoque per dolorem in lectulo & omnia oſſa ejus marceſſere facit, Dom. 18. poſt Pent. v. 2. n. 9.
Cap. 37. v. 14. Auſculta hæc Job, ſta & conſidera mirabilia, Dom. 15. ib. v. 14. n. 8.
Cap. 40. v. 4. Si habes brachium ſicut Deus, ſi ſimili voce tonas, Dom. 18. poſt Pent. v. 7. n. 9.
Cap. 41. v. 25. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, Dom. 4. poſt Paſch. v. 11. n. 5.

LIB. PSALMORUM.

Pſalmus 1.

℣. 1. Beatus vir, qui non abiit, &c. Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. num. 2.
℣. 2. In lege Domini voluntas ejus, Do. 14. poſt Pent. v. 22. n. 15. & Dom. 21. v. 24. n. 2.
℣. 9. Tanquam vas figuli confringet eos, Dom. 24 poſt Penſt. v. 30. n. 6.
Pſ. 2. v. 7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te, Do. 3 poſt Paſch. v. 21. n. 8. & Dom. 17. poſt Pent. v. 42 n. 4.
Pſ. 3. v. 7. Salvum me fac Deus meus, Do. 23 poſt Pent. v. 22. n. 14.
Pſ. 4. v. 6. Sperate in Domino, multi dicunt: Quis oſtendit nobis bona, Dom. 14. poſt Pent. v. 33. n. 5.
℣. 7. Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo, Dom. 3. poſt Paſch. v. 22. n. 4. Dom. 2. poſt Pent. v. 16. n. 19. Dom. 19. poſt Pent. v. 3. n. 3. & Dom. 9. poſt Pent. v. 42. n. 4.

Pſ.6.v.9. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Domin. 13. poſt Pent. verſ. 17. num. 4.

Pſ.7.v.6. Gloriam meam in pulverem deducam, Dom. 15. Pent. v. 12. n. 11.

Pſ.8.v.6. Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis, Dom 22. Pent. v. 20. n. 7

℣.7. Gloria & honore coronâſti eum, &c. ibid. & Dom. 21. Pent. v. 24. n. 5

℣.8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves &c. Dom. 4. Pent. v. 4. n. 12. & Dom. 17. Pent. v. 37, n. 11

Pſ.9. v 8. Periit memoria eorum cum ſonitu. Dom. 15 Pent. v. 12. n. 11

℣.10. Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione. Dom. 16. ibid v. 2 n. 24

℣.11. Sperent in te, qui noverunt nomen tuum, &c. ibid.

℣.16. In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. Dom. 22. Pent. v. 19 num. 10.

℣.17. Cognoſcetur Dominus Judicia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator, ibid.

Pſ.10. v. 2. Comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant, Dom. 17. Pent v. 44. n. 2. & Dom. 22. ibid. v. 19. n. 10

℣.3. Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur, Dom. 22. Pent. verſ. 16. n. 14. & Dom. 23. ibid. v. 25. n. 7.

℣.5. Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore, Dom. 4. poſt Paſch v. 11 n. 6. & Dom. 21. ibid, v. 28. n. 2. & Dom. 16 ibid. v 2n. 9

℣.7. Sulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Dom. 21. Pent v. 34. n. 4

℣.14. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adjutor. Dom. 15. Pent v. 12. n. 20

℣.17. Deſiderium pauperum exaudivit Dominus. Dom. 18. Pent. v. 11 n. 6

℣.18. Reſpexit in orationem humilium, & non ſprevit precem eorum. Domin. 5. poſt Paſch. v. 23. n. 9

Pſ.11. v. 2. Salvum me fac Deus quoniam defecit ſanctus, &c. Dom. in Albis. v. 25. n. 3

℣.9. In circuitu impii ambulant; ſecundùm altitudinem tuam multiplicâſti filios hominum, Dom 16. Pent, v. 9. n. 5

Pſ.12. v. 4. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, Dom. 2 poſt Pent. v. 21. num. 20.

Pſ.13. v. 1. Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus. Domin. 18 poſt Pent. verſ. 4. num. 5.

V.3. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem; non eſt timor Dei ante oculos eorum Dom 8 Pent. v. 2. n. 13. Dom 6. ibid. n. 9 Dom. 19. v. 13 n. 4

V.4. Qui devorant plebem meam, ſicut eſcam panis, Dom. 2 poſt paſch. v. 13. n. 2.

pſ.15 v. 2. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Dom. 6 pent. verſ. 2. num 20. & Domin. 2. poſt paſch. verſ. 11. num. 11. & Domin. 3. poſt pent. verſ. 6. num. 4.

V.4. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea acceleraverunt. Dom. 4. pent. v. 1. num. 2. Dom. 6. ibid. v. 2. num. 20. & 21. ibid. verſ. 47. num. 10

V.8. Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear, Dom. 20. ibid. v. 48. n. 11

V. 10. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, Dom, in Albis, v. 25. n. 2

pſ.16. v 1 Exaudi Domine juſtitiam meam, intende deprecationem meam. Domin. 5. poſt paſch. v. 24 n. 18

V.2. De vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem, Dom. 1. pent. v. 41. num. 4,

V.5. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. Dom. 2. pent v. 21. n. 23

V. 11 Statuerunt oculos ſuos declinare in terram. Dom 10 pent. v. 13 n. 1. & Dom 15. ibid. v. 14. num. 15.

V. 15. Ego autem in juſtitia apparebo conſpectui tuo, ſatiabor, cùm apparuerit gloria tua. Dom. 2. poſt pent. verſ. 16 num. 5. ibid, num. 18. Domin. 6 poſt pent. v. 3. num. 7. ibid v. 8 num. 3. Dom. 14. poſt pent. verſ. 33 num. 10.

pſ.17. v. 26 Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, Domin. in Albis v. 25. num. 3. & Domin. 11. poſt pent. verſ. 33. num 8

V.7. Cum perverſo pervertêris, Dom. in Albis, loc. cit. & Dom. 11. pent. v. 31. n 3

V.30 In Deo mihi transgrediar murum. Dom. 18. pent. v. 1. n. 5.

V,45 populus quem non cognovi, ſervivit mihi, in auditu auris obedivit mihi, Dom. 2. poſt paſch. v. 16. n. 7

pſal. 18. verſ. 5. In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ.

Dom. 19. poſt pent. v. 9. num. 4.
℣. 6. Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultavit ut gigas ad currendam viam. Dom. 3. pent. v. 5. n. 7. & Dom. 19. ibid. v. 2. n. 1
℣. 7. Non eſt, qui ſe abſcondat à calore ejus, Dom. 19. pent. v. 3. n. 3. & ibid. v. 12. n. 9.
℣. 13. Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda, &c. Dom. infra oct. Aſcenſ. v 3. n. 5. Dom. 1. pent. v. 38. n. 14. Do. 10. pent. v. 11. n. 20. &. Dom. 21. ibid. v. 24. n. 3
Pſ. 21. v. 7. Opprobrium hominum & abjectio plebis, Dom. 23. ibid. v. 25. n. 2
℣. 8. Omnes videntes me, deriſerunt me, locuti ſunt labiis, & moverunt caput. ibid.
℣. 13. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me. Dom. 21. pent. v. 32. n. 1
℣. 17. Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me. Dom. 2. poſt paſch. v. 11. n. 10
℣. 22. Salva me ex ore leonis, Dom. 23. pent. v. 24. n. 12
℣. 27. Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, &c. Dom. 2. poſt pent v. 21. n. 15. & Dom. 6. ibid. v. 8. n. 6
Pſ. 22. v. 1. Dominus regit me, & nihil mihi deerit; in loco paſcuæ ibi me collocavit, Dom 2. poſt paſch. v. 14. n. 2. & v. 11. n. 7
℣. 2. Super aquam refectionis educavit me. ℟. cc.
℣. 4. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt, Dom. 2. poſt paſch. v. 11. n. 16
Pſ. 23. v. 6. Hæc eſt generatio quærentium Dominum, &c. Dom. 8. pent. v. 8. n. 10. & Dom. 24. ibid. v. 34 n. 1
Pſ. 24. v. 5. Te ſuſtinui totâ die, Dom. 6. pent. v. 2. n. 16
℣. 7. Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris Domine, Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 3. n. 5
℣. 11. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo; multum eſt enim &c. Dom. 10. pent. v. 13. n. 23
℣. 12. Quis eſt homo, qui timet Dominum? Legem ſtatuit ei in via, quam elegit, Dom. 7. pent. 17. n. 5
℣. 13. Anima ejus in bonis demorabitur, ſemen ejus hæreditabit terram, ibid.
Pſ. 26. v 4. Unum petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem, &c. Dom. 14. pent. v. 33. n. 2
℣. 13. Credo videre bona Domini in terrâ viventium. Dom. 3. poſt paſch v. 20. n. 22
℣. 14. Exſpecta Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. ibid. v. 20 n. 22
Pſ. 28. v. 1. Afferte Domino filii Dei, afferte Domino filios arietum, Dom. 18. pent. v. 1. n. 5
℣. 7. Vox Domini intercidentis flammam ignis, Dom. 19. pent. v. 13. num. 12. & Dom. 21. poſt pent. v 34. n. 4
Pſ. 29 v. 6. Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Dom. 3. poſt paſch. v. 20. n. 10. Ira in indignatione ejus, &c. Dom. 8. pent. v. 2. n. 20
℣. 7. Ego dixi in abundantiâ meâ: Non movebor in æternum ibid. n. 22
℣. 8. Domine, in voluntate tuâ præſtitiſti decori meo virtutem, avertiſti faciem tuam, &c. Dom. 22. pent v. 20. n. 10
Pſ. 30 v. 9. Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos, Dom. 17. pent. v. 40. n. 4
℣. 16. In manibus tuis ſortes meæ, Dom. 23. pent. v. 18. n. 14
℣. 20. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, Dom. 3. poſt paſch. v. 21. num. 10
Pſ. 31. v. 4. Converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina, Dom. 7. poſt pent. v. 16. n. 20
℣. 5. delictum meum cognitum tibi feci, & injuſtitiam meam non abſcondi, Dom. 13. pent v. 13. n 5.
℣. 8. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, quâ gradiêris, firmabo ſuper te oculos meos, Dom. 22. ibid. v. 20. n. 10
Pſ. 32. v. 6. Verbo Domini cœli firmati ſunt. Dom. 2 pent. v. 16. n. 4
℣. 14. De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes, qui habitant terram, Dom. 19. pent. v. 11. n. 6
℣. 18. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, &c. Dom. 4. pent. verſ. 8. nu. 12. & Dom. 6. poſt pent. verſ. 2. numero 21. & Dominica 14. ibidem verſ. 33. numero 13

Pſ. 33. v. 6. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. Do. 3. poſt Pent. v. 1. n. 6. Dom. 17. poſt Pent. v. 35. n. 6. ibid. v. 39. n. 3. & Dom. 23. Pent. v. 18. num. 3

℣. 9. Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus; beatus vir, qui ſperat in eo, Dom. 3. poſt Paſch. v. 21. n. 10. & Dom. 6. Pent. v. 8. num. 5

℣. 10. Timete Dominum omnes ſancti ejus, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Dom. 6. poſt Paſch. v 2. num. 21. & Do. 14. ibid. v. 28. n. 5.

℣. 11. Divites egueruntt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum, &c. Dom. 6. Pent. v. 3. n. 2

℣. 16. Oculi Domini ſuper juſtos, Dom. 6. Pent v. 2. n. 5

℣. 17. Vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum, Dom. 23 Pent. v. 20. n. 14

℣. 19. Juxta eſt Dominus iis, qui tribulato ſunt corde; & humiles ſpiritu ſalvabit, Dom. in Albis, v. 19. n. 1. Dom. 4. poſt Paſch. v. 6. n. 5. & Dom. 12. Pent. v. 33. n 7

Pſ. 34. v. 13. Humiliabam in jejunio animam meam, Dom. 3. poſt Paſch v. 21. n. 10.

Pſ. 35. v. 9. Inebriabuntur ab ubertate domûs tuæ, torrente voluptatis tuæ potabis eos. Dom. 5. poſt Paſch v. 24 n. 10. Dom. 2. Pent. v. 16. n. 18. & Dom. 6. ibid. v. 8. n. 5

℣. 10. In lumine tuo videbimus lumen. Do. 10. poſt Pent. v. 13. n. 13

℣. 11. Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te, & juſtitiam his, qui recto ſunt corde. ibid.

℣. 12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ. ibid.

Pſ. 36. v. 5. Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo, &c. Dom. 20 poſt Pent. v. 49. num. 5

℣. 9. Suſtinentes Dominum, ipſi hæreditabunt terram. Dom. 6. poſt Pent. v. 2 n. 15.

℣. 12. Obſervabit peccator juſtum, & ſtridebit ſuper eum, &c. Dom. 16. poſt Pent. v. 1. num. 5

℣. 15. Gladius eorum intret in corda eorum, Dom. 21. poſt Pent. v. 32. n. 1. & v. 34. num. 9

℣. 19. In diebus famis ſaturabuntur, Dom. 6. ibid. v. 5. n. 9

℣. 20. Deficientes quemadmodum fumus deficient Dom. 16. Pent. v. 9. n. 4.

℣. 24. Cùm ceciderit non collidetur; quia Dominus ſupponit manum ſuam, Dom in Albis, v. 27. n. 3

℣. 25. Junior fui, etenim ſenui; & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem, Dom. 6. Pent. v. 2. n. 5. & Dom. 14. Pent. v. 33. n. 13

℣. 27. Declina à malo, & fac bonum, Dom. Dom. 10. ibid. v. 12. n. 10

℣. 35. Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros Libani, ibid. Dom. 16. Pent. v 9. num. 4.

℣. 36 Et ecce non erat, ibid.

Pſ. 37. v. 3. Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmâſti ſuper me manum tuam. Do. 20. Pent. v. 50. n. 8 & Dom. 23. ib. v. 25. n. 18.

℣. 5. Auferuntur judicia tua à facie ejus, Dom. 4. poſt Paſch. v. 11. n. 6.

℣. 10. Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus, Dom. 16. Pent. v. 2. n. 6

℣. 14. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam & ſicut mutus non aperiens os ſuum, Dom. 11. Pent. v. 32. n. 18.

℣. 21. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. Dom. 23. Pent. v. 25. n. 5

Pſ. 38. v. 2. Dixi, cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in linguâ, &c. Dom. 11. Pent. v. 35. n. 13

℣. 7. Veruntamen in imagine pertranſit homo. Dom. 22. Pent. v. 20 n. 6

Pſ. 39. v. 13. Circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus; comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, ut viderem. Dom. 8 Pent. v. 2. n. 14 Dom. 11. Pent. v. 37. n. 1. Dom. 15. poſt Pent. v. 13. n. 13. & Dom. 20. ibid. v. 53. n. 13

Pſ. 40. v 5. Sana animam meam, quia peccavi tibi, Dom. 23. pent. v. 21. n. 14

Pſ. 41. v 3. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? ibid. v 42. n. 12

℣. 4 Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Dom. 6. pent. v. 5. n. 9

℣. 5. In voce exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis. Dom 3. pent. v. 2. n. 9

℣. 8 Abyſſus abyſſum invocat, Dom in Albis. v. 25. n. 2. Dom. 3. pent. v. 4. n. 5. & Dom. 8 pent. v. 5. n. 4

Pſal. 42. v. 3. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. Dom. infra octavam Aſcenſ. v. 26. n. 16

Pſ. 43. v. 14. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro. Dom. 23. poſt Pent. v 25. num. 2.
℣. 16. Totâ die verecundia mea contra me eſt, ibid.
℣. 25. Conglutinatus eſt in terrâ venter eorum. Dom. 7. poſt Pent. v. 17 n. 1.
Pſ. 44. v. 8. Unxit te Deus oleo lætitiæ, Do. in Albis, v. 19. n. 9.
℣. 14. Omnis gloria filiæ Regis ab intus. Do. 7. poſt Pent. v. 15. n. 13.
Pſ. 48. v. 3. Simul in unum dives & pauper, Dom. 1. poſt Pent. v. 38. n. 4.
℣. 5. Aperiam in parabolam aurem meam, aperiam in Pſalterio propoſitionem meã, Dom. 11. poſt Pent. v. 35. n. 4.
℣. 13. & 21. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, Dom. 2. poſt Pent. v. 18. n. 8. & Dom. 22 poſt pent. v. 20. n. 6 Dom. 12. poſt pent. v. 30. n. 20 & Dom 16 poſt Pent. v. 5. n. 8.
Pſ. 49. v 3. Deus manifeſtè veniet, ignis in conſpectu ejus exardeſcet. Dom. 22. poſt Pent. v. 16. n. 23 & Dom. 24. ibid. v. 27. n. 1.
℣. 12. Si eſuriero, non dicam tibi, meus eſt enim orbis terræ, Do. 3. poſt Paſch. v. 11. n. 11
℣. 13. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? Dom. 13. poſt Pent. v. 16. n. 8. & Dom. 17. ibid. v. 38. n. 4.
℣. 14. Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua. Dom. 13. cit. & Dom. 5. v. 23. n. 7.
℣. 16. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras juſtitias meas? Dom. 11. poſt Pent. v. 32. n. 16.
℣. 23. Sacrificium laudis honorificabit me, Dom 5. poſt Pent. v. 23. n. 7.
Pſ. 50. v. 4. Amplius lava me ab iniquitate meâ, Dom. 3. poſt Pent. v. 7. n. 8.
℣. 16. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ, Dom. 23. poſt Pent. v. 10 n. 9. & v. 22. n. 7. ibid.
℣. 21. Acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum vitulos, Dom. 5. poſt Pent. v. 23. n. 30.
Pſ. 53. Inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam, &c. Dom. 22. poſt Pent. v. 15. n. 3.
℣. 8. Voluntariè ſacrificabo tibi Dom. 2. poſt Pent. v. 17. n. 5.
Pſ. 54. v. 8. Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine, Dom. 23. poſt Pent. v. 24. n. 4.
℣. 9. Exſpectabam eum, qui ſalvum me fecit, ibid.
℣. 11. Labor in medio ejus & injuſtitia, Do. 13 poſt Pent. v. 12. n. 22.
℣. 13. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique, &c. Dom. 9. poſt Pent. v. 46. n. 2.
℣. 14. Tu verò homo unanimis, dux meus & notus meus, ibid.
℣. 15. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus, &c. ibid.
℣. 16. Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viventes. ibid.
V. 22. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleũ, & ipſi ſunt jacula, Dom. 22. poſt Pent. v. 16. n. 12.
℣. 28. Viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos. Dom. 21. poſt Pent. v. 32 n. 1.
Pſ. 57. v. 9. Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem, Dom. 19. poſt Pent. v. 13 n. 12.
Pſ. 58. v. 7. & 15. Famem patientur ut canes, Dom 2. poſt Pent. v. 16. n. 18. Dom. 2. ib. v 24. n. 4. & Dom. 21. poſt Pent. v. 34. n. 4. & Dom. 6. ibid. v. 8. n. 3.
℣. 10. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, Dom. 2. poſt Pent. v. 21. n. 17. & Dom. 8. poſt Pent. v. 2. n. 13.
℣. 16. Si non fuerint ſaturati, murmurabunt. Dom. 6. poſt Pent. v. 2. n. 23.
Pſ. 61. v. 5. Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant, Dom. 22. poſt Pent. v. 16. n. 17.
℣. 10. Mendaces filii hominum in ſtateris, ut decipiant, Dom. 1. poſt Pent. v. 37. n. 11. & Dom. 10. poſt Pent. v. 11. n. 22.
Pſ. 62. v. 6. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, Do 19. poſt Pent. v. 4. n. 10.
Pſ. 63. v. 6. Firmaverunt ſibi ſermonem nequam, narraverunt ut abſconderent laqueos, Dom. 22. poſt Pent v. 18 n. 2.
Pſ. 64. v. 4. Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos, & impietatibus noſtris tu propitiaberis, Dom. 21. poſt Pent. v. 32. n. 1. & Dom. 10 ibid. v. 13. n. 22.
V. 5. Replebimur in bonis domûs tuæ. Dom. 2 poſt Pent. v. 23. n. 18.

Pſ. 65. v. 10. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Dom. 5. poſt Paſch. v. 23. n. 3.

V. 16 Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Dom. 22. poſt Pent. v. 20. n. 4. Et Dom. 3. poſt Pent. v 8. n. 13.

Pſ. 67. v. 7. Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo. Dom. 7. poſt Pent. v. 16. n. 19.

℣. 12. Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. Dom. 4. ib. v. 10. n. 1.

℣. 32. Æthiopia præveniet manus ejus Deo. Dom. 23. poſt Pent. v. 20. n. 2.

℣. 34. Dabit voci ſuæ vocem virtutis. Dom. 15. poſt Pent. v. 14. n. 17.

Pſ. 68. v. 4. Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. Dom. 11. poſt Pent. v. 32. n. 18.

℣. 16. Neque urgeat ſuper me puteus os ſuũ. Dom. 16. poſt Pent. v 5. n. 8.

℣. 17. Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua. ibid. v. 2. n. 6.

℣. 31. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Dom. 13. poſt Pent. v. 16. n. 8.

℣. 32. Placebit Deo ſuper vitulum novellum, cornua producentem, &c. ibid.

℣. 36. Quoniam Deus ſalvam faciet Sion & ædificabuntur civitates Judæ. Dom. 18. poſt Pent. v. 8. n. 11.

Pſ. 70. v. 10. & 11. Dixerunt inimici mei mihi: Conſilium fecerunt in unum, &c. Dom. 3. poſt Pent. v. 4. n 5.

Pſ. 71. v. 2. Deus judicium tuum Regi da. Dom. 21. poſt Pent. v. 23. n. 2.

Pſ. 72. v. 4. Quia non eſt reſpectus morti eorum, ideo tenuit eos ſuperbia. Dom 16. poſt Pent. v. 10. n. 7.

℣. 7 Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Dom 20. poſt Pent. v. 46. n. 9.

℣. 9. Poſuerunt in cœlum os ſuum. Dom. 3. poſt Pent. v. 2. num. 1.

℣. 11. Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Dom. 14. poſt Pent. v. 32. n. 1.

℣. 12. Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſæculo, obtinuerunt divitias. Dom. 20. poſt Pent. v. 46. n. 9.

℣. 14. Fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis, Dom. 3. poſt Paſch. v. 21. n. 10.

℣. 16. Exiſtimabã, ut cognoſcererẽ hoc, labor eſt ante me. Dom. 5. poſt pent. v. 23. n. 13.

℣. 18. Dejeciſti eos, dum allevarentur. Dom 16. poſt pent. v. 9. n. 4.

V. 20. In civitate tuâ imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Dom 22. ibid. v. 20. n. 9.

℣. 25. Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Dom. 14. ibid. v. 33. num. 9.

Pſ. 74. v. 3. Dum accepero tempus, ego juſtitias judicabo. Dom. 8. poſt pent. v. 2. n. 15.

Pſ. 75. v. 2. Notus in Judæâ Deus, in Iſraël magnum nomen ejus. Dom. 23. poſt pent. v. 24. n. 5.

℣. 3. Factus eſt in pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion. Do. 5. poſt pent. v. 23. n. 11.

℣. 6. Dormierunt ſomnum ſuum; & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis. Dom. 4. poſt pent. v. 7. n. 8.

℣. 6. Annos æternos in mente habui. Dom. 18. poſt pent. v. 6. n. 24.

℣. 7. Meditatus ſum nocte cum corde meo. Dom. 8 poſt pent. v. 3. n. 3.

Pſ. 77. v. 25. Panem Angelorum manducavit homo Dom. 2. poſt pent. v. 21. n. 2. Et ib. v. 20. n 8. Et Dom. 23. poſt pent. v. 25. n. 26.

℣. 30. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Dom. 2. poſt pent. v. 21. n. 2.

℣. 34. Cùm occideret eos, quærebant eum, & revertebantur, & diluculò veniebant ad eum, & rememorati ſunt, &c. Dom. 19. poſt pent. v. 47. n. 6.

℣. 36. Dilexerunt eum in ore ſuo, & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei. Dom. 7. poſt pent. v. 21. n. 2. Dom. 12. ib. v. 27 n. 21. Et Dom. 17. ibid. v. 37. n. 24.

℣. 49. Immiſſiones per Angelos malos. Do. 19. poſt pent. v. 7. n. 4.

℣. 72. Pavit eos in innocentiâ cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos. Dom. 7. poſt pent. v. 16. n. 10.

Pſ. 78. v. 12. Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum. Dom. 1. poſt pent. v. 38. n. 6.

℣. 13 Nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ. Dom 2. poſt paſch. v. 16. n. 3.

Pſ. 79. v. 2. Qui deducis velut ovem, Joſeph, ibid. v. 14. n. 14.

℣. 4. Oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus. Dom. 12. poſt pent. v. 24. n. 1.

Pſ 80 v. 4. Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis veſtræ. Dom. 24. poſt pent. v. 31. n. 8.

V. 13. Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus ſuis. dom. 2 poſt pent. v.19. n. 4. Et dom. 20. ibid. v 53. n. 13
V.17. De petra melle ſaturavit eos. dom. 4. poſt paſch. v.13 n. 11
Pſ. 82. v.17. Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine. dom. 2. pent. v.23. n.11
V. 19. Cognoſcant, quia nomen tibi, Dominus; tu ſolus Altiſſimus in omni terra. dom. 17. pent. v. 37. n 14
Pſ. 83. v.6. Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te. dom.12. pent. v.33. n. 8
V. 8. Ibunt de virtute in virtutem, &c. dom. 15. pent. v.15 n. 8. dom. 16. ibid. v.10. n.8 Et dom 20 pent. v. 50. n. 16
V. 11. Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, dom. 12. pent. v. 33. n 8
Pſ. 84. v.9. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. dom.11. ibid v.35. n.3
Pſ. 86. v.5. Homo natus eſt in ea, ipſe fundavit eam Altiſſimus. dom. 2. pent. v. 16. n. 3
Pſ. 88. v.27. Ipſe invocabit me: Pater meus es tu, Deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ. dom. 17. ibid. v 42. n. 4
Pſ. 89. v. 4. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit. dom. 6. poſt. pent. v.2. n. 22
V. 8. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, &c. dom. 18. pent. v. 2. n. 9
V. 9. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. ibid.
V. 15. Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliâſti &c. dom. 3. poſt paſch. v. 22. n. 1
V. 10. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. dom in Albis, v. 23. n. 1
V. 15. Cum ipſo ſum in tribulatione. dom. 4. poſt paſch. v. 6. n 5
Pſ. 92. v. 5. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. dom. 12. pent. v. 23. n. 4
Pſ. 93. v. 18. Si dicebam motus eſt pes meus; miſericordia tua adjuvabat me. dom. in Albis, v. 27. num. 3
V. 19. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam. dom. in Albis, v. 19. n. 4. dom. 3. poſt paſch. v. 20. n. 18. Et dom. 7. pent. v. 16. n. 18
Pſ. 94. v. 8. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. dom. 11. pent. v. 34. n. 21. Et dom. 5. ibid. v. 15. num. 3
V. 11. Quibus juravi in irâ meâ ſi introibunt in requiem meam. dom. 2. pent. v 24. n. 1
Pſ. 96. v. 2. Nubes & caligo in circuitu ejus. dom. 24. pent. v. 30. n. 10
V. 3. Ignis ante ipſum præcedet. ib. v. 27. n. 1
Pſ. 97. v. 2. Revelavit in conſpectu gentium juſtitiam ſuam. dom. 4. poſt paſch. v. 8. num. 17
Pſ. 101. v. 5 Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum. dom. 6. pent. v. 3. n. 5
V. 9. Totâ die exprobrabant mihi inimici mei dom. 22. pent. v. 16. n 15
V. 10. Cinerem tanquam panem manducabam. dom. 3 poſt paſch v. 21. n. 10
V. 19 ſcribantur hæc in generatione alterâ, & populus qui creabitur, laudabit. dom. 8. pent. v. 7. n. 10. Et dom. 15. pent. v. 13. n. 1
V. 27. Ipſi peribunt, tu autem permanes, dom. 24. pent. v 35. n 2
Pſ. 102. v. 5. Renovabitur ut aquilæ juventus tua, &c. dom. 15. pent. v. 14. nu 19. Et dom. 1. ibid. v. 38. n. 6
V. 13. Quomodo miſeretur pater filiorũ, miſertus eſt Dominus timentibus ſe. dom. 6. pent. v. 2. n. 5. Et dom. 14. pent. v. 26. n. 11
V. 14. Quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum. dom 6. pent. v. 2. n. 4
V. 15. Tanquam flos agri ſic efflorebit. dom. 15 pent. v. 12. num. 15
Pſ. 103. v 1. Confeſſionem & decorem induſti dom. 18. ibid. v. 8. n 4. & n. 7
V. 2. Extendens cælum ſicut pellem. dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 15
V. 15. Panis cor hominis confirmat. dom. 25. pent. v. 21. n. 28. Et dom. 24. ibid. v. 19. n. 10
V. 25. Hoc mare magnum & ſpatioſum. dom. 4. pent. v. 4. num. 4. Et dom. 15. pent. v. 11. n. 3
V. 29. Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum revertentur. dom. 3. poſt paſch. v. 16 n. 11
Pſ. 104. v. 4. Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem ejus ſemper. dom. 18. pent. v. 1. n. 4
Pſ. 105. Confitemini Domino, quoniam bonus. dom. 19. pent. v. 12. numero 14
V. 34. Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. dom. 13. pent. v. 12. num. 23

V. 40.

V.40. Iratus eſt furore Dominus in populum ſuum, & abominatus eſt hæreditatem ſuam. Dom. 19. pent. v. 7. n. 2

V.41. Tradidit eos in manus gentium, & dominati ſunt eorum, &c. ibid.

V. 6. Clamaverunt ad Dominum, cùm tribularentur, &c. Dom. in Albis, v. 19. n. 13. Dom. 13. pent. v. 13. n. 1. Et Dom. 20. ibid. v. 53. n. 13

V. 9. Animam eſurientem ſatiavit bonis. Dom. 6. pent v. 2. n. 26

V.20. Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Dom. 3 pent. v. 1. n 12. Dom. 11. ibid. v. 33. n. 9. Et Dom. 18. ibid. v. 1. n. 11

V.42. Omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Dom. 8. Pent. v. 2. n. 18

Pſ. 108. v. 24. Genua mea infirmata ſunt à jejunio, caro mea immutata eſt, &c. Do. 3. poſt Paſch. v. 21. n. 10

Pſ. 109. v. 6. Implebit ruinas. Dom. 2. pent. v. 23. n. 7

Pſ. 110. v. 1. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in concilio juſtorum & congregatione. Dom. in Albis, v. 19. n. 11

V. 5. Miſericors & miſerator Dominus eſcam dedit timentibus ſe. Dom. 6. poſt pent v. 2. n. 4. & 5

Pſ. 112. v. 5. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, &c. Dom. cit. v. 2. n. 5

Pſ. 113. v. 6. Aures habent, & non audient. &c. Dom. 14. pent. v. 23. n. 2

V. 17. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum. Dom. 15. pent. v. 15. n. 11

Pſ. 115. v. 10. Credidi propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis. Dom. 24. pent. v. 19. n. 7

V. 12. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 14. Dom. 5. pent. v. 23. n. 6. Et Dom. 17. pent. v. 37. n 6

Pſ. 117. v. 12. Circumdederunt me ſicut apes. Dom. 21. pent. v. 32. n. 1

V. 13. Impulſus everſus ſum ut caderem & Dominus ſuſcepit me; fortitudo mea, &c. Dom. in Albis v. 19. n. 5

V. 16. Dextera Domini fecit virtutem. Dom. 23. pent. v. 25. n. 15

V. 17. Non moriar, ſed vivam, & narrabo opera Domini. ibid.

V 24. Hæc eſt dies, quam fecit Dominus, Dom. in Albis v. 23. n. 1

Pſ. 118 v. 6, Tunc non confundar, cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis, Dom. 5. pent. v. 20. n. 13

V. 11. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Dom. in Albis, v. 19. n. 29

V. 32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâſti, &c. Dom. 17. pent. v 40. n. 4

V. 37. Averte oculos meos, ne videant vanitatem. Dom. 2. pent. v. 18. n. 21

V. 38. Statue ſervo tuo eloquium tuum. Do. in Albis, v. 19. n. 13

V. 45. Ambulabam in latitudine. Dom. 17. pent. v. 4. n. 40

V. 59. Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in teſtimonia tua. Do. 15. ib. v. 14. n. 12

V. 60. Paratus ſum, & non ſum turbatus. Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 1. n. 1

V. 63. Particeps ego ſum omnium timentium te. Dom. 12. pent. v. 33. n. 2

V. 73. Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmaverunt me. Dom. 11 pent. v. 32. n. 27

V. 85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed ut lex tua. Dom. 7. poſt pent. v. 16. n. 14

V. 91. Ordinatione tuâ perſeverat dies. Do. 24. pent. v. 22. n. 1

V. 105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, lumen ſemitis ſemitis meis. Dom. 3. pent. v. 8. n. 2. Et n. 6. Et Dom. 16. pent. v. 1. n 8

V. 130. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, &c. Dom. 20. Pent. v. 48. n. 1

V. 131. Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Dom 21. infra oct. Aſcenſ. v. 26. n. 10

V. 132. Aſpice in me, & miſerere mei. Dom. 13. pent. v. 14. n. 1. Et Dom. 23. poſt pent. v. 22. n. 7

V. 155. Longè à peccatoribus ſalus. Dom. 13. Pent. v. 16. n. 2. Dom. 3 pent. v. 1. n. 1. Do. 6. pent. v. 3. n. 9. Et Dom. 10. pent. v. 13. n. 2

V. 158. Vide prævaricantes & tabeſcam. Do. 21. poſt pent. v. 31. n. 1

V. 165. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. dom. in Albis, v. 19 n. 29. dom. 9. pent. v 42. n 7.

V. 173. Fiat manus tua ut ſalvet me. dom. 11. pent. v. 32. n. 25. Et dom. 23. ibid. v. 18. n. 14

Pſ. 119. v. 6. Cùm his, qui oderunt pacem, eram pacificus. dom 5. pent. v. 23. n. 14

Pſ 120.

Pſ. 120.v.4. Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël, Dom.2.poſt Paſch. v.11. n.8 Et Dom.3.Pent.v.4.n.8
Pſ.121.v.1. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi,&c. Dom.3 poſt Paſch.v.22.n.9.
V.2. Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Jeruſalem. Dom 12.Pent.v.30.n.5
Pſ.123.v.4 Forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Domin.16 Pent.v.2.n.4
V.7. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, Dom.15.ibid.v.13.n.13.
Pſ.125.v.5. Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Dom 3.poſt Paſch.v. 20 n.16.
Pſ.126 v 1. Niſi Dominus ædificaverit domum.&c. Dom 4.Pent.v.5.n.3. D.12, ibid. v.31.n.8.Dom.11.ibid. v.32.n.26. Et Dom. 15.ibid.v.12 num.18
pſ.131. Memento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus. Dom.17.ibid.v.42.n.6
V.3. Si aſcendero in lectum ſtrati mei.Dom. 3.poſt Pent.v.8.n.33.
V.4. Si dedero ſomnum oculis meis, &c.ibid.
V.7. Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.Dom.23. Pent.v.18.n.4
V.15. Viduam ejus benedicens benedicam. Domin.15.Pent.v.12.n.21
Pſ.132.v.1. Quàm bonum & quàm jucundum, habitare fratres in unum. Dom. in Albis.v.19.num.1.
Pſ.134.v 6.Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit, &c.Dom.22 pent.v.20 n.5
Pſ.136.v.5.Si oblitus fuero tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea. Dom.9.Pent v. 41.num.9.
Pſ.137.v.6.Alta à longè cognoſcit, Dom.10 Pent.v.14.n.1
V.7.Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me.Dom.20.Pent.v.53.n.12.
Pſ.138.v.9.Si ſumpſero pennas meas diluculo,& habitavero in extremis maris.Dom. 9.Pent.v.43.n.5.
V.10. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.ibid.
V.12.Sicut lumen eius, ita & tenebræ ejus ibid. v. 41. n.11. Dom.12.Pent.v.30 n5. Et Dom.19.Pent v.13.n.12
V.17.Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum, Dom.16 ibid.v 10.n.11.
V.21.Nonne qui oderunt te Domine, oderam; Dom.14.Pent.v.24. n.11
Pſ.140.v.5. Corripiet me juſtus Domin. 1. Pent. v.42.n.2.
Pſ.141.v 3.Effundo in conſpectu ejus orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio.Dom.20.Pent.v.49.n.5
Pſ.142.v.10.Doce me facere voluntatem tuam. Dom.7.Pent.v.21.n.10
Pſ.143.v.3.Quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hominis, quia reputas eum. Domini. 3. pent. v.7.n.7
V.4. Homo vanitati ſimilis factus eſt.ibid.
V.5 Inclina cœlos tuos,& deſcende. Dom. 12.Pent. v.24. n.1.
V.7. Emitte manum tuam de alto, Dom.23. Pent.v.18. n.16.
V.13. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Dom.14.Pent.v.32.n.3.
V.14. Boves eorum craſſæ, non eſt ruina maceriæ,neque clamor,&c. ibid.
Pſ.144. v.3. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis. Domin.2. Pent.v.6. n.14.
V.16.Aperis tu manum tuam,& imples omne animal benedictione. Dom.11. poſt pent.v.32 n.25.& Dom.14.Pent.v.26. n.10
V.18.Propè eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate,Dom.7. Pent. v.21. n.1. Et Dom.13. v.13. n.2.
V.19.Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Dom. 5. poſt Paſch.v.24.n.19.
Pſ.145.v.4. Exibit ſpiritus ejus,& revertetur in terram ſuam,in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Dom.15. poſt Pent. v. 12. num.11.
Pſ.146.v.3. Qui ſanat contritos, & alligat contritiones eorum. Domin.12. ibid.v.34. num. 3.
V 4. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. ibid.
V.9. Qui dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum invocantibus eum.Dom. 14. Pent. v.26. n. 5.
Pſ.148. v. 5. Quia ipſe dixit,& facta ſunt;ipſe mandavit,& creata ſunt. Dom.18.Pent.v. 2. num.7.

LIb. PROVERBIORUM.

Caput 1.

℣. 10. Si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis, Dom. 22. Pent. v. 18. n. 2

℣. 16. Pedes eorum ad malum currunt. Do. 2. Pent. v. 19. n. 4

℣. 17. Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum, Dom. 12. Pent. v. 29. n. 5. Et Dom. 22. poſt Pent. v. 15. n. 5

℣. 18. Contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & molliuntur fraudes contra animas ſuas: Dom. 21. Pent. v. 34. n 9

℣. 20. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam. Dom. 24. Pent. v. 19. n. 8. Et v. *26.* ibid. n. 1

℣. 24. Vocavi & renuiſtis, &c. Dom. 2. poſt Pent. v. 24. n. 3. Et Dom. 11. Pent. v. 31 n. 9.

℣. *26.* Ego quoque in interitu veſtro ridebo. ll. cc.

Cap. 2. v. 14. Lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Dom. 21 Pent. v. 24. num. 7

Cap. 3. v. 6. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Dom. 8. ibid. v. 2. num. 12

℣. 9. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum da ei, Dom. 1. Pent. v. 38. n. 6. Et Dom. 5. Pent. v. 23 n 9

℣. 10. Et implebuntur horrea tua ſaturitate. Dom. 1. loc. cit.

℣. 17. Viæ ejus viæ pulchræ, Dom. 4 poſt Paſch. v. 10. n. 7

℣. 21. Cuſtodi legem meam atque conſilium, Dom. 13. Pent. v. 11. n 6

℣. 32. Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus. Dom. 4. Pent. v. 3. n. 15. Et Dom. 17. ibid. v. 37 n. 6

℣. 35. Gloriam ſapientes poſſidebunt; ſtultorum exaltatio, ignominia. Dom. *16.* Pent. v. 9. n. 5

Cap. 5. v. 4. Acuta quaſi gladius biceps, Dom. 5 Pent. v. 21. n. 3

℣. 22. Funibus peccatorum ſuorum conſtringitur, Dom. 19. Pent. v. 13. n. 6

Cap 6. v. *23.* Mandatum lucerna eſt, & lex lux. Dom. 12. Pent. v. *26* n. 1

Cap. 8. v. 17. Ego, diligentes me, diligo. Dom. 5. poſt Paſch. v. 27. n. 5. Et Dom. 17. Pent. v. 37. n. 6

℣. 18. Mecum ſunt divitiæ & gloria, &c. Dom. 17. loc. cit.

Cap. 10. v. 3. Non interficiet Dominus fame animam juſti. Dom. 6. Pent. v. 2. n. 21

℣. 27. Timor Domini apponet dies, & anni impiorum abbreviabuntur, Dom. 18. Pent. v. 6. n. 9

℣. 28. Spes impiorum peribit, Dom. *21.* Pent. v. 34. n. 4

Cap. 12. v. 24. Alii dividunt propria, & ditiores fiunt, Dom. 6. pent. v. 6. n 7

℣. 26. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis, Dom. 8 ibid. v. 1. n. 11

Cap. 12. v. 21. Non contriſtabit juſtum, quidquid acciderit ei. Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n. 14. Et Dom. 7. pent. v. 17. n. 4

Cap. 13. v. 7. Eſt quaſi pauper, cùm in multis divitiis ſit, Dom. 2. pent. v. 21. n. 14

℣. 12. Spes, quæ differtur, affligit animam. Dom. in Albis, v. 19 n. 2

℣. 20 Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit; amicus ſtultorum ſimilis efficitur. ib. v. 25. n. 3 Et Dom. 15. pent. v. 11. n. 5

Cap. 14. v. 2. Ambulans recto itinere & timens Deum deſpicitur ab eo; qui infami graditur viâ, Dom. 23 pent. v. 25. n. 5

℣. 13. Riſus dolore miſcebitur. Dom. 9. pent. v. 41. n. 8

Cap. 15. v. 11. Infernus & perditio coram Domino, quantò magis corda filiorum hominum? Dom. 18 pent v. 4. n. 1

℣. 15. Secura mens quaſi juge convivium, Dom. 3 poſt paſch. v. 22. n. 10. Et Dom. 2 pent. v. 16 n 9

℣. 18. Vir iracundus ſuſcitat rixas, Dom. 5. pent. v. *22.* n. 7

Cap. *16.* v. 1. Hominis eſt animam gubernare, & Domini gubernare linguam. Dom. 11. pent v. 33 n. *27*

℣. 2. Spirituum ponderator eſt Dominus, Dom. 16. poſt pent. v. 8. n. 4. Et Dom. 3. poſt pent. v. 5. n. 5

℣. *29.* Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. Dom. 22. Pent. v. 18. n. 2

Cap 17. v. 15. Qui juſtificat impium, & condemnat juſtum, abominabilis uterque eſt apud Deum. Dom 1. pent. v. 37. num. 17

Cap. 18. v. 3. Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit, Dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 14. Dom. 9. pent. v. 42. n. 9. Et Dom. 8 pent. v. 5. n. 4
V. 17. Juſtus prior eſt accuſator ſui. dom. 1. pent. v. 42. n. 2. dom 6. pent. v. 5. n. 2. Et dom. 10. ibid. v. 11. n. 14
V. 19. Frater, qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas firma, dom. 4. pent. v. 7. n. 3
V. 21. Mors & vita in manu linguæ. dom. 11. pent. v. 33. n. 26 Et dom. 15. ibid. v. 15. n. 14
Cap. 19. v. 4. Divitiæ addunt amicos plurimos. dom. 8. pent. v. 9. n. 1
V. 27. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, dom. 1. Pent. v. 38. n 3
V. 22. Homo indigens miſericors eſt, dom. 18. pent. v. 8. n. 11
Cap. 20. v. 17. Suavis eſt homini panis mendacii, dom. 16. pent. v. 8. n. 3
Cap. 21. v. 30. Non eſt prudentia, non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum. dom. 22. v. 15. n. 5
Cap 22. v. 6. Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea, dom. 15 ibid. v. 14. n. 19
Cap. 23. v. 26. Præbe fili mi cor tuum mihi dom. 2. pent. v. 18. n. 7. dom. 5. ibid. v. 23. n. 2. Et dom. 7. ibid. v. 15. n. 13
V. 27. Fovea profunda eſt meretrix. dom. 16. pent. v. 5. n. 6
Cap. 24. v. 15. Ne inſidietis & quæras impietatem in domo juſti. dom. 16. poſt pent. v. 6. n. 1
Cap. 25. v. 6 Ne glorioſus appareas coram Rege, & in loco magnatorum ne ſteteris. ibid v. 10. n. 9
Cap. 27. v. 2. Laudet te alienus, & non os tuum. dom. 10. pent. v. 12. n. 8
V. 6. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis, dom. 22. poſt pent. v. 18. n. 2
V. 19. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus, dom. 7. pent. v. 16. n. 5
V. 23. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuósque greges conſidera, dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 5. Et dom. 21. pent. v. 23. n. 1
Cap. 28 v. 9. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis, dom. 5. poſt paſch. v. 23. n. 4
V. 14. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus, dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 14. Et dom. 4. pent. v 8. n. 12
Cap. 29. v. 5. Homo qui blandis fictisque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit, &c. dom. 22. pent. v. 16. n. 13
V. 12. Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios. dom 22. ibid. v. 19. n. 8
V. 27. Abominantur impii eos, qui in rectâ viâ ſunt. dom. 23. ibid. v. 25. n 5
Cap. 30 v. 8. Mendicitatem & divitias ne dederis mihi, tantùm victui meo tribue neceſſaria. dom. 4 pent. v. 3. n. 14
V. 14. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, dom. 5. ibid. v. 21. n. 3
V. 15. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: Affer, affer. dom. 16 pent. v. 2. n. 4
Cap. 31. v. 13. Quæſivit lanam & linum, & operata eſt operibus manuum ſuarum, dom. 1. pent. v. 38. n. 3
V. 18. Guſtavit & vidit, quia bona eſt negotiatio ejus, dom. 19. pent v. 5. n. 10
V. 19. Digiti ejus apprehenderunt fuſum. dom. 1. pent. v. 28. n 3
V. 29. Omnes filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas, ibid.

ECCLESIASTE

Caput 2.
V. 2. Riſum repuravi errorem, & gaudio dixi: quid fruſtra deciperis? dom. 3. poſt paſch. v. 20. n. 11
V. 10. Omnia, quæ deſideraverunt oculi mei non negavi eis, dom. 5. ibid. v. 23 n. 6
V. 11. In omnibus vidi vanitatem, &c. ibid. Et dom. 4. pent. v. 5. n. 8
Cap. 4. v. 9 Melius eſt ergo, duos eſſe ſimul quàm unum. &c. dom. in Albis, v. 19. n. 1
V. 10. Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſublevantem ſe. ibid. Et dom. 12. pent. v. 31. num. 10
Cap. 7. v. 5. Cor ſapientum, ubi triſtitia; cor ſtultorum, ubi lætitia dom. 3. poſt paſch. v. 20. n. 7
V. 6. Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi. dom. 22. pent. v. 18. n. 2
V. 17. Noli eſſici juſtus multùm. dom. 4. poſt paſch. v. 8. n. 16

℣.18. Ne, impiè agas multùm, ne moriaris in tempore non tuo, Dom. 15. poſt pent. v. 16. n. 12

℣. 21. Non eſt juſtus in terrâ, qui faciat bonum, & non peccet. Dom. 4. poſt paſch. v. 8. n. 16

℣. 27. Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, Dom. 2. Pent. v. 20. n. 1

Cap 9. v. 1. Neſcit homo an amore, an odio, dignus ſit, Dom. 10. Pent. v. 9. n. 7

℣.8. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. Dom. 19. ibid. v. 12. n. 9

℣. 10 Nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferiores, quo tu properas. Dom. 8. Pent. v. 2. n 19

℣. 12. Sicut piſces capiuntur hamo, &c. Dom. 9. pent. v. 42. n. 6

CANT. CANTIC.

Caput 1.

℣.12. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, Dom. 3. poſt Paſch. v. 21. n. 10

℣.15 Lectulus noſter floridus; Dom. 12. Pent. v. 30. n. 5

Cap. 2. v. 1. Ego flos campi, Dom. 16. Pent. v. 1. n. 7

℣. 2 Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea, &c. Dom. 14. ibid. v. 30. n. 4

℣. 3. Sicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios, ibid. v 32. n. 2

℣. 4 Ordinavit in me charitatem Dom. 12. Pent. v. 27 n. 27. Et Dom. 17 Pent. v. 37. n. 31. Et v. 39. n. 9. ibid.

℣. 5 Fulcite me floribus, Dom. 12 Pent. v. 30 n. 5

℣. 13. Ficus protulit groſſos ſuos, Dom. 24. Pent. v. 31. n. 2

Cap 3. v. 1. Quæſivi quem diligit anima mea; quæſivi illum & non inveni. Dom. 2. Pent. v. 8 n. 2

℣. 2. Per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea, ibid.

℣. 6. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum; ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris? Dom. 11. Pent. v. 33. n. 7

Cap 5 v. 2. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, &c. Dom. Albis, v. 19. n 8 Et Dom. 11. poſt Pentecoſten. v. 34. num. 17

℣. 5. Surrexi, ut aperirem dilecto meo, Dom. 11. loc. cit.

℣. 7. Invenerunt me cuſtodes, qui circumeunt civitatem, &c. Dom. 12. poſt Pent. v. 30. n. 5

℣. 14. Manus ejus tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Dom. in Albis v. 20. n. 5

Cap. 7. v. 11. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, &c. Dom. 2. Pent. v 18. n. 12

℣. 13. Omnia poma, nova & vetera ſervavi tibi. Dom. 21. ibid. v. 26. n 12

Cap. 8. v. 5 Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens? Dom. 11. poſt Pent. v. 33. n 7

℣. 6 Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum; quia fortis eſt ut mors dilectio, &c. Dom. 2. poſt Paſch v 11. n. 10. Dom. 7. pent. v. 15 n 13. Dom. 19. ibid. v. 11. n. 17. Et Dom. 23. poſt Pent. v. 24. n 12

℣. 10. Ego murus, & ubera mea ſicut turris. Dom. 12. Pent. v 30. n. 5

LIB. SAPIENTIÆ.

Caput 1.

℣. 7. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet. Dom. infr. oct Aſcenſ. v. 26. n. 27

V. 11. Os, quod mentitur, occidit animam. ibid. n 18

℣. 13. Deus mortem non fecit, &c. Dom. 7. Pent. v. 19. n. 6

Cap. 2. v. 1. Non eſt agnitus, qui reverſus eſt ab inferis. Dom 3 poſt Paſch. v. 17. n. 3

℣. 6. Fruamur creaturâ, tanquam in juventute celeriter. Dom. 15. v. 14. n. 21

℣. 8. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant, &c. Dom. 16. Pent. v. 5. n. 9

Cap. 5. v. 3 Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperii, &c. Dom. 23. Pent. v. 25. n. 2. Et Dom. 24 ibid. v. 30 n. 5

℣. 4 Nos inſenſati, vitam illorum æſtimabamus inſaniam ibid. & Dom. 1. Pent. v. 37. n. 17

℣. 6. Erravimus à veritate, & juſtitiæ lumen non luxit nobis. Dom. 9 poſt Pent v. 43. n. 3

℣. 7. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulavimus vias difficiles, &c. dom. 2. pent. v. 19. n. 6. dom. 4. pent. v. 5. n. 4. Et. dom. 17. pent. v. 40. n. 4.

℣. 8. Quid nobis profuit superbia aut divitiarum jactantia? dom. 12. post pent. v. 30. num. 19.

℣. 18 Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum dom. 9. pent. vers. 43. num. 5. Et dom. 19. pent. v. 7. n. 8.

Cap. 6. v. 8. Cura est illi de omnibus. dom. 22. pent. v. 16 num. 21.

℣. 11 Qui custodierint justitiam, justificabuntur dom. 5. post Pasch. v. 23. n. 18.

℣. 14. Præoccupat eos, qui se semper concupiscunt, ut illis se prior ostendat. dom. 3. post pasch. v. 19 n. 3.

Cap. 7. v. 8. Divitias nihil esse duxi. dom. 4. pent. v. 5. n. 8.

℣. 26. Candor lucis æternæ, speculum sine macula. dom. 13. pent. v. 12. n. 33.

Cap. 9. v. 15. Corpus, quod corrumpitur, aggravit animam, &c. dom. 21. pent. v. 25. n. 10. Et dom. 23. ibid. v. 25. n. 27.

Cap. 10. v. 21. Linguas infantium facit disertas, dom. 9 pent. v. 42. n. 2.

Cap. 16. v. 20. Panem præstitisti illis, omne delectamentum in se habentem. dom. 6. pent. v. 8. n. 3.

℣. 26. Ut scirent filii tui, quos dilexisti Domine, quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus, &c. do. 2. post pasch. v. 14. n. 2.

Cap. 18. v. 14. Cùm medium silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de cœlo à regalibus sedibus venit. dom. cit. v. 11. n. 8.

ECCLESIASTICI

Caput. 1.

℣. 5. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. dom. 12. pent. v. 30. n. 1.

℣. 16 Initium sapientiæ timor Domini dom. in Albis. v. 19. n. 13.

Cap. 2. v. 3. Sustine sustentationes Dei, &c. dom. 6. pent. v. 2. n. 16.

℣. 14. Væ peccatori terram ingredienti duabus viis, dom. 14. ibid. v. 24. n. 7.

℣. 16. Væ his, qui perdiderunt sustinentiam. dom. 6. pent. v. 2. num 16.

Cap. 3. v. 20. Quantò major es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. dom. 10 pent. vers. 11. num. 18.

℣. 27. Cor durum habebit malè in novissimo. dom. 21. pent. v. 34. n. 3.

℣. 28. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, dom. 14. pent. v. 24. n. 7.

Cap. 4. v. 4. Rogationem contribulati ne abjicias. dom. 23. pent. vers. 19. n. 6.

℣. 24. Pro anima tua non confundaris dicere verum dom. 10. pent. vers. 14. num. 5.

℣. 25. Est enim confusio, adducens peccatum, &c ibid.

℣. 29. In lingua sapientia dignoscitur, & sensus, & scientia & doctrina, &c. dom. 11. pent. v. 35. n. 13.

Cap. 5. v. 8. Ne tardes converti ad Dominum. & ne differas de die in diem. dom. 23. pent. v. 18. num. 13.

Cap. 6. v. 8. Est amicus secundum tempus. dom. 7. pent. v. 16. num. 8.

℣. 25. Injice pedem tuum in compedes illius, & intorques illius cor tuum. dom. 4. pent. v. 6. num. 2.

C. 7. v. 19. Vindicta carnis impii, ignis & vermis, dom. 21. pent. v. 34. n. 4.

V. 39. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. dom. 20. pent. v. 47. n. 13.

v. 40 Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis, dom. 15. pent. ibid. v. 15. n. 23.

Cap. 10. v. 15. Initium omnis peccati est superbia. dom. 10. pent v. 13. n. 4.

Cap. 11. n. 7. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam; & cùm interrogaveris, corripe justè, dom. 8. pent. v. 2. n. 3.

℣. 10. Fili, ne in multis sint actus tui, & si dives fueris, non eris immunis à delicto, dom. 8. ibid. v. 8. num. 3. Et dom. 20. pent. v. 46. num. 9.

℣. 27. In die bonorum ne immemor sis malorum, dom. 9. pent. v. 42 n. 13.

Cap. 14. v. 5. Qui sibi nequam, cui alii bonus erit, dom. 1. pent. vers. 36. n. 10. Et vers. 42. num. 7.

℣. 6. Qui sibi invidet nihil est illo nequius; &c. dom. 21. pent. v. 32. n. 6.

Cap. 35. v. 9 Non est speciosa laus in ore peccatoris. dom. 11. pent. v. 32. n. 16.

℣. 14. Reliquit illum in manu conſilii ſui, dom. 2. pent. verſ. 23. num. 10. & dom. 19. pent. v. 3. num. 4.

Cap. 17. v. 30. Quid nequius, quàm quod excogitavit caro & ſanguis? dom 21. pent. verſ. 32. num. 6.

Cap. 18. v. 23. Ante orationem præpara animam tuam. dom. 5. pent. v 24 n. 18.

Cap. 19. v. 4. Qui citò credit levis eſt corde, dom. in Albis, v. 25. n. 2.

℣. 5. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. dom. 11. pent. v. 35. n. 13.

℣. 23. Eſt, qui nequiter ſe humiliat, & interiora ejus plena ſunt dolo, dom. 1. pent. verſ. 15. num 13.

Cap. 21. v. 4. Quaſi romphæa bis acuta, omnis iniquitas; plagæ illius non eſt ſanitas, dom. 12. pent. v. 30. n. 15.

℣. 18. Verbum ſapiens quodcunque audierit ſcius laudabit, & ad ſe adjiciet. dom. 22. poſt pent. v. 15. n. 9.

Cap. 22. v. 10. Super mortuum plora, defecit enim lex ejus, dom 15. poſt pent. verſ. 13 n. 11.

Cap. 23. v. 4. Domine, ne derelinquas me in cogitatu illorum. dom 10. ibid. v. 13. n. 12.

℣. 28. Oculi Domini lucidiores ſunt ſuper ſolem aſpicientes in abſconditas partes. dom. 3. poſt Paſch. v. 19. n. 1.

Cap. 24. v. 5. Ego ex ore Altiſſimi prodivi, dom. 11 pent v. 33. n. 24. & domin. 22. pent. v. 20. num. 7.

℣. 31. Qui elucidant me vitam æternam habebunt. dom. 12, pent. verſ. 25. n. 10.

Cap. 28. v. 1. Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, dom. 21. poſt pent. v. 33. num. 1.

℣. 21. Plaga linguæ comminuet oſſa. dom. 5. pent. v. 22. n. 27.

Cap. 29. v. 20 Gratiam fidejuſſoris ne obliviſcaris, dedit enim pro te animam ſuam dom. 4 poſt Paſch. v. 5. n. 9.

Cap. 30. v. 22. Ne des triſtitiam animæ tuæ, ibid. v. 6. n. 4.

℣. 26. Zelus & iracundia minuunt dies, Do. 5. poſt pent. v. 22 n. 7. & dom. 21. poſt pent. v. 23. num. 1.

Cap. 31. v. 2. Infirmitas gravis ſobriam facit animam, dom 20. pent. v. 46. n 9.

℣. 18. Intellige, quæ ſunt proximi tui, ex te ipſo, dom. 1. pent. v. 41. n. 4.

V. 28. Splendidum in panibus benedicent labia Sacerdotum, dom. 6. pent v. 5. n 9.

Cap. 32. v. 1. Rectorem te poſuerunt, noli extolli; eſto in illis, quaſi unus ex ipſis, dom. in Albis, v. 19. n 22.

V. 6. Ubi non eſt auditus, non effundas ſermonem, dom. 4 poſt paſch. v. 12. n. 5.

V. 24. Sine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis, dom. 6. poſt pent. verſ. 1. num. 8.

Cap. 34. v. 4 Ab immundo quid mundabitur? dom. 4. poſt paſch. v. 8. n. 1.

Cap. 35. v. 17. Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, dom. 15. pent. v. 12. n. 19.

V. 18 Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas, dom. cit. n. 20.

V. 21. Oratio humilians ſe nubes penetrabit. dom. 10 pent. v. 11. n. 3. & dom. 5. poſt pent. v. 23. num. 18 & dom. 10. poſt pentecoſt. verſ. 13. num. 3.

Cap. 38. v. 4. Altiſſimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa, dom. 20. pent. v. 47. n. 8.

V. 9. Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ibid. n. 9.

V. 19. Qui delinquit in conſpectu ejus, qui fecit illum, incidet in manu medici, dom. 18. poſt pent. v. 2, n. 9.

V. 16. Fili, in mortuum produc lachrymas. dom. 15. pent. v. 13. n 11.

V. 32. Sic figulus ſedens ad opus ſuum, &c. dom. 6. pent. v. 6. n. 21.

Cap 41. v. 1. O mors, quam amara eſt memoria tua homini, pacem habenti in ſubſtantiis ſuis, dom. 9. pent. v 42. n. 12.

Cap. 50. v. 13. Circa illum corona fratrum, quaſi plantatio cedri in monte Libano, do. in Albis, v. 19. n. 22.

ISAIÆ.

Caput. 1.

V. 2. Audite cœli, & auribus percipe terra filios enutrivi & exaltavi. &c. dom. 2 poſt pent. verſ. 8 num. 17. & dom. 13, poſt pent. verſ. 18 num. 4.

V. 3. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſraël autem me non cognovit. ll. cc. & dom. 9. pent. v. 44. n. 7.

℣. 5. Omne caput languidum & omne cor mœrens, Dom. 12. Pent. v. 30 n. 14
℣. 6. A planta pedis usque ad verticem, non est sanitas in eo, ibid.
℣. 15. Cùm extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis, &c. Dom. 5. post Pasch. v. 23 n 18
℣. 16. Auferte malum cogitationum vestrarum, Dom. 16. Pent. v. 3. n. 1
Cap. 2. v 4 Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum ejus, Dom. 16. Pent. v 2. n 5
Cap. 3. v. 12. Qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, Dom 9 Pent. v. 41. n. 8. Et Dom. 22. Pent. v 18. n. 2
Cap 5. v. 4. Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei? Dom. 19. Pent. v. 12. n. 13
Cap. 6. v. 5. Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum Dom. 24. Pent. v. 19. n. 8
Cap. 8. v. 11. In forti manu sua erudivit me. Dom. 10. Pent. v 4. n. 10
Cap 9. v. 3. Multipli âsti gentem, non multiplicâsti lætitiam, Dom. 23. ibid v. 21. n. 13
℣. 5. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem & cibus ignis, Dom. 19. Pent. v 12. n. 6
℣. 6. Parvulus enim natus est filius datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus, ibid. & Dom. 3. Pent. v. 5. n. 7
Cap. 10 v. 27. In illa die computrescet jugum à facie olei Dom. 17. Pent. v. 40. n. 4
Cap 11. v. 2. Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectûs, &c. Dom. in Albis, v. 19. n. 13
℣. 3. Et replebit eum Spiritus timoris Domini, ibid.
℣. 5. Justitia cingulum lumborum ejus, Dom. 2. post Pasch. v. 11. n. 10
Cap. 14. v. 5. Infernus subter conturbatus est, Dom. 14 Pent. v. 24. n. 14
13. In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, Dom. 26. Pent. v. 8. n. 3
℣. 15. In infernum detrahêris, in profundum laci, ibid.
Cap. 16. v. 1. Mitte Agnum Domine Dominatorem terræ, Dom. 12. post Pent. v. 24. n. 1
Cap. 21. v. 11. Custos quid de nocte? Dom. 12. post Pentecosten. vers. 33. num. 8
Cap. 23. v. 4. Erubesce Sidon, ait mare. ibid. n 5
Cap. 24. v. 16. Secretum meum mihi, Dom. 7. Pent. v. 17. n. 7
Cap. 25. v. 6. Convivium pinguium, convivium vindemiæ, &c. Dom 2. ib. v. 16. n. 5
℣. 9. Ecce Deus noster ste, exspectavimus eum, & salvabit nos; iste Dominus, sustinuimus eum, &c. Dom 6. Pent. v. 2. n. 16
Cap. 26 v. 10 Non videbit gloriam Domini, Dom. 24. post Pent. v. 30. num 4. & num. 9
℣. 11 Domine exaltetur manus tua, ut non videant, &c. ibid.
℣. 16. Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis, Dom 13. Pent. v. 13. n. 1
℣. 18. A facie tuâ concepimus & quasi parturivimus, & peperimus spiritum salutis, Dom. 24. Pent. v. 19. n 5
℣. 20. Vade populus meus intra in cubicula tua, Dom. in Albis, v. 19. n. 10
Cap. 28. v. 9. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablatos à lacte, avulsos ab uberibus, Dom 4 post Pasch v. 7. n 26
℣. 13. Exspecta reexspecta; modicum ibi, modicum ibi, Dom. 3 post. Pasch. v. 16. num. 14
℣. 20 Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat; & pallium breve utrumque operire non potest, Dom. 14. post Pent. v. 24 n. 4
℣. 21. Ut faciat opus suum, alienum opus ejus, &c. Dom. 9. post Pent. v. 41. n 14
Cap. 29 v. 13. Appropinquat populus iste ore suo, cor autem ejus longe est à me, Dom. 7. Pent. v. 1. n. 7
Cap. 33. v. 1 Væ, qui spernis, nonne & ipse spernêris? Cùm fatigatus desieris contemnere, contemneris, Dom. 10. post Pent. v. 9. n. 10
℣. 20. Respice Sion, civitatem solemnitatis nostræ, Dom. 24. Pent. v. 31. n. 8
Cap. 34 v. 3. De cadaveribus eorum ascendet fœtor, Dom. 21. post Pent. v. 34. num 4
Cap 35. v. 1. Lætabitur deserta & invia, & exultabit solitudo, & florebit, Dom. 6. Pent. v. 4. n. 6

℣. 2.

℣. 2. Germinans germinabit. ibid. Ipſi videbunt gloriam Dei, & decorem Dei noſtri, Dom. 18. Pent. v. 8. n. 4

℣. 5. Tunc aures ſurdorum patebunt Dom. 11. Pent. v. 35. n. 4

℣. 6. Tunc ſaliet ſicut cervus, claudus; & aperta erit lingua mutorum. ibid.

℣. 10. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum Dom. 3. poſt Paſch. v. 22. n. 9

Cap. 37. v. 3. Venerunt filii usque ad partū, & virtus non eſt pariendi. Dom. in Albis, v. 24. n. 1

Cap. 38. v. 15 Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos, &c. Dom. 8. v. 3. n. 4. Dom. 18. Pent. v. 6. n. 24. & Dom. 19. ibid. v. 12. n. 9

℣. 17. Tu autem eruiſti animam meam, ut non periret, &c. Dom. 8. poſt Pent. v. 3. num. 4

Cap. 40. v. 6. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos agri. Dom. 2. Pent. v. 18. n. 8. Dom. 6. ibid. v. 6. n. 2. & Dom. 14. Pent. v. 30. n. 4

Cap. 42. v. 8. Gloriam meam alteri non dabo, Dom. 10. Pent. v. 11. n. 32

Cap. 43. v. 20. Glorificabit me beſtia agri, dracones, &c. Dom. 3. Pent. v. 1. n. 9

℣. 24. Servire me feciſtis in peccatis veſtris, Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 2. n. 18. & Dom. 7. Pent. v. 15. n. 4

℣. 25. Ego ſum, ego ipſe, qui deleo iniquitates tuas, Dom. 8. poſt Pent. v. 3. n. 2

Cap. 48. v. 22. Non eſt pax impiis, Dom. 9. Pent. v. 42. n. 9

Cap. 49. v. 4. In vacuum laboravi, ſine causâ & vanè fortitudinem meam conſumpſi. Dom. 9. Pent. v. 44. n. 9

℣. 6. Ut ſit ſalus mea uſque ad extremum terræ, Dom. 19. Pent. v. 9. n. 4

℣. 9 Super vias paſcentur, & in omnibus planis paſcua eorum, Dom. 6. poſt Pent. v. 2. n. 28

℣. 15. Nunquit obliviſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? &c. Dom. 9. Pent. v. 44. n. 9

℣. 23. Et Erunt Reges nutritii tui; vultu in terram demiſſo adorabunt, &c. Dom. 4. Pent. v. 8. n. 3

Cap. 50 v. 1. In iniquitatibus veſtris venditi eſtis, Dom. 21. Pent. v. 27. n. 5

℣. 4. Dominus dedit mihi linguam eruditionis, ut ſcirem, quando oporteat ſermonem dicere. Dom. 11. Pent. v. 35. n. 9

Cap. 52 v. 14. Obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus ejus, Dom. 24 Pent. v. 30. n. 12

Cap. 53. v. 2. Non eſt ſpecies ei, neque decor; vidimus eum, & non erat aſpectus, Dom. 2. poſt Paſch. v. 16. n. 5

℣. 4. Languores noſtros ipſe tulit, Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 17

℣. 5. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, Dom. in Albis, v. 23. n. 1

℣. 6. Omnes nos quaſi oves erravimus, &c. Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 3. & n. 4. ibid. & Dom. 3. poſt Pent. v. 4. n. 8

℣. 7. Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & non aperiet os ſuum, Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n. 14

V.V. Generationem ejus quis enarrabit? Dom. 17. Pent. v. 42. n. 1

Cap. 54. v. 1. Lauda ſterilis, quæ non paris; decanta laudem, quæ non pariebas, Dom. 6. Pent. v. 3. n. 8

℣. 7. Ad punctum in modico dereliqui te. Dom. 3. poſt Paſch. v. 16. n. 11. & n. 17. ibid.

Cap. 55. v. 11. Verbum meum, quod egreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, &c. Dom. 4. Pent. v. 5. n. 13

Cap. 56. v. 10. Canes muti non valentes latrare, videntes vana, &c. Dom. 11. Pent. v. 32. n. 13

Cap. 57. v. 20. Impii quaſi mare fervens quod quieſcere non poteſt, Dom. 13. Pent. v. 12. n. 18. & Dom. 15. ibid. v. 11. n. 3

Cap. 58. v. 1. Quaſi tuba exalta vocem tuam, Dom. 24. Pent. v. 31. n. 4

℣. 3. Quare non jejunavimus, & non aſpexiſti? humiliavimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die jejunii veſtri invenitur voluntas veſtra, Dom. 4. Pent. v. 6. n. 6. & Dom. 7. ibid. v. 21. n. 7

℣. 6. Nonne hoc eſt magis jejunium, quod elegi? Diſſolve colligationes impietatis, Dom. 10. Pent. v. 12. n. 6

℣. 7

℣. 7. Frange eſurienti panem tuum. Dom. 6. poſt pent v. 5. n. 9. & v. 6. n. 14. ibid.
℣. 9. Clamabis, & ecce adſum, Dom. 23. pent. v. 19. n. 1
Cap 59. v. 1. Non eſt abbreviata manus Domini ut ſalvare nequeat, Dom. 3. poſt pent. v. 2. n. 8
Cap. 16. v. 4. Filii tui de longè venient. Do. 6. pent. v. 3. n. 8
℣. 12. Gens & regnum, quod non ſervierit tibi, peribit, Dom. 4. poſt pent. v. 4. n. 4
Cap. 63. v. 1. Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? formoſus in ſtolâ ſuâ, Dom. in Albis, v. 20. n. 3
℣. 2. Quare rubrum eſt indumentum tuum? Dom. 23. pent. v. 20. n. 19
Cap 64 v. 6. Quaſi pannus menſtruatæ, omnes juſtitiæ noſtræ. Dom. 10. poſt pent. v. 11. n. 12
Cap. 65. v. 13. Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis, &c. Dom. 2. poſt pent v. 24. n. 4
Cap. 66. v. 2. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? Dom. 4. poſt pent. v. 8. n. 9
℣. 13. Sicut mater blanditur, ita ego conſolabor vos, Dom. 15. pent. v. 13. n. 10

PROPHET. JEREMIÆ.

Caput 2.

℣. 12. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ ejus deſolamini vehementer, Dom. 2. pent. v. 18. n. 7
℣. 13. Duo mala fecit populus meus; me derelinquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, &c. ibidem.
℣. 19. Arguet te malitia tua, & averſio tua increpabit te, &c. Dom. 4. poſt paſch. v. 8. n. 12
Cap. 4. v. 32. Aſpexi terram & ecce vacua erat. Dom. 5. poſt paſch. v. 23. n. 9
Cap. 6 v. 11. Laboravi ſuſtinens, Dom. 6. pent. v. 2. n. 20
℣. 13. A minimo uſque ad majorem, omnes avaritiæ ſtudent. Dom. 2. poſt paſch. v. 12. num. 2
℣. 26. Luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum, Dom. 15. Pent. v. 12. n. 13
Cap. 7. v. 16. Tu ergo noli orare pro populo iſto, Dom. 5. poſt paſch. v. 23. n. 9
℣. 25. Miſi ad vos omnes ſervos meos Prophetas, Dom. 2. pent. v. 17. n. 3
Cap. 9. v. 20. Docete filias veſtras planctum, & unaquæque proximam ſuam lamentum, Dom. 10. pent. v. 13. n 12
℣. 23. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua; non glorietur fortis in fortitudine ſuâ, &c. Dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 12. Et Dom. 20. pent. v. 53. n. 4
Cap. 11. v. 19. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, Dom. 9. pent. v. 45. n. 4
Cap. 15. v. 19. Convertentur ipſi ad te, & tu non convertêris ad eos, Dom. 3. poſt pent. v. 2. n. 6
Cap. 16. v. 13. Servietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte, Dom. 4. pent. v. 5. n. 4
℣. 16. Mittam eis piſcatores multos, & piſcabuntur eos, ibid. v. 2. n. 2
Cap. 17. v. 10. Scrutans cor & probans renes Deus, Dom. 3. poſt paſch. v. 19. n. 1
℣. 13. Omnes, qui te derelinquerunt, confundentur; recedentes à te in terra ſcribentur. Dom. 22. pent. v. 15. n. 2. & Dom. 23. ibid. v. 25. n. 4
℣. 14. Sana me Domine, & ſanabor; ſalvum me fac, & ſalvus ero, Dom. 20. poſt pent. v. 53. n. 2
Cap. 20. v. 7. Venite percutiamus eum linguâ, Dom. 5 pent. v. 22. n. 17
Cap. 20. v. 7. Factus ſum in deriſum totâ die omnes ſubſannabant me, Dom. 23. pent. v. 25. n. 2
Cap. 23. v. 21. Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant, Dom. 7. pent. v. 15. n. 6. & v. 16. n. 7 ibid.
℣. 29. Nonne verba mea quaſi ignis ſunt, & quaſi malleus conterens petram? Dom. 3 pent. v. 1. n. 12
Cap. 26. v. 2. & 3. Noli ſubtrahere verbum, ſi fortè audiant & convertantur unusquisque à viâ ſuâ malâ, &c. Dom. 16. poſt pent. v. 7. n. 6
℣. 6. Domum iſtam ſicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus, Dom. 9 pent v. 47. n. 2

Cap.

Cap. 29. v. 23. Ego ſum judex & teſtis, Dom. 3. poſt pent. v. 1. n. 11

Cap. 31. v. 3. In charitate perpetuâ dilexi te, ideo attraxi te miſerans, Dom. 16. poſt pent. v. 4. n. 6

Cap. 46. v. 21. Mercenarii ejus, qui verſabantur in medio ejus, quaſi vituli ſaginati verſi ſunt, & fugerunt ſimul, nec potuerunt ſtare, Dom. 2. poſt paſch. v. 12. n. 11

Cap. 48. v. 10. Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter. Dom. 8. poſt pent. v. 2. num. 15

THRENORUM.

Caput 1.

℣. 15. Vocavit adversùm me tempus. ibid. num. 16

Cap. 2. v. 8. Cogitavit Dominus diſſipare murum filiæ Sion, ibid. n. 20

℣. 13. Magna velut mare, contritio tua, Do. 2. poſt paſch. v. 16. n. 5

Cap. 4. v. 4. Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, Dom. 6. poſt pent, v. 6. n. 14

BARUCH.

Caput 3.

℣. 24. O Iſraël, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus! Dom 2. poſt pent. v. 16. n. 16

℣. 36. Hic eſt Deus noſter, non æſtimabitur alius ad eum, Dom. 17. poſt pent. v. 37. num. 16

℣. 38. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Dominica 2. poſt paſch. v. 11, num. 10. Dom. 12. poſt pent. v. 34. num. 1. & Dom. 18. ibidem v. 6. n. 2

Cap. 4. v. 11. Nutrivi eos cum jucunditate, dimiſi autem illos cum fletu & luctu. Dominica 2. poſt pent. verſ. 16. num. 10

EZECHIELIS.

Caput 1.

℣. 6. & 10. Quatuor facies uni, &c. Dom. 16. poſt pent v. 10. n. 5

Cap. 3. v. 7. Domus Iſraël attritâ fronte eſt. Dom. 3. poſt pent. v. 2. n. 6

℣. 8. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, ibid.

℣. 10. Fili hominis, omnes ſermones meos, quos ego loquor ad te, aſſume in corde tuo, &c. Dom. 11. poſt pent. v. 35. n. 10

Cap. 4. v. 6. Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi, Dom. 3. poſt paſch. v. 16. n. 16

Cap. 8. v. 6. Procul recedam à ſanctuario meo, Dom. 24. poſt pent. v. 15. n. 3

℣. 9. Ingredere & vide abominationes peſſimas, ibid.

Cap. 9. v. 4. Signa Thau ſuper frontes virorum gementium, Dom. 24. ibid. v. 30. n. 2.

℣. 6. A ſanctuario meo incipite, Dom. 8. poſt pent. v. 2. n. 17

Cap. 13. v. 5. Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël, Dom. 2. poſt Paſch. v. 12. n. 11

Cap. 18. v. 24. Si averterit ſe juſtus à juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, nunquit vivet? Omnes juſtitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur, Dom. 12. poſt pent. v. 30. num. 13

Cap 19. v. 2. Mater tua leæna. Dom. 6. poſt Pent. v. 8. n. 3

Cap. 24. v. 12. Multo labore ſudatum eſt, & non exivit de ea, nimia rubigo ejus, Dom. 11. poſt pent v. 33. n. 9

Cap. 28. v. 2. Deus ego ſum, ego feci memetipſum, Dom. 16. poſt pent. v. 8. n. 3

Cap. 34. v. 2. Væ paſtoribus, qui paſcunt ſemetipſos. Dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 1

℣. 3. Lac comedebatis & lanis operiebamini, ibid. v. 12. n. 8

℣. 11. Ecce ego ipſe requiram oves meas; & viſitabo eas, Dom. 3. poſt pent. v. 4. n. 16

℣. 14. In paſcuis uberrimis paſcam eas. &c. Dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 2

℣. 22. Salvabo gregem meum & non erit ultra in rapinam, ibid v. 11. n. 3

V.23. Suſcitabo ſuper eas paſtorem unum, qui paſcat eas, ibid. & n. 6. ibid.
Cap. 36. v. 27. Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea cuſtodiatis, Dom infra oct. Aſcenſ. v. 26. n. 10
Cap. 37. v 3. Fili hominis putásne vivent oſſa iſta? Dom. 15. poſt Pent. v. 15. n. 1
V. 4. Vaticinare de oſſibus iſtis & dices eis: oſſa arida audite verbum Domini, &c. ibid.

DANIELIS.

Caput 6.

V. 20. Daniel ſerve Dei, Dom. 14. poſt Pent. v. 24. num 6
Cap. 7. v. 10. Millia millium miniſtrabant ei, Dom. 2. poſt Pent. v. 16. n. 15
Cap. 9. v. 26. Poſt hebdomadas 62. occidetur Chriſtus Dom. 24. poſt pent. v. 15. n. 9
V. 27. Erit in templo abominatio deſolationis, ibid.
Cap. 12. v. 2. Evigilabunt alii in vitam æternam Dom. 12 poſt pent. v. 25 n. 10
Cap. 13. v. 35. Flens ſuſpexit ad cœlum; erat enim cor ejus fiduciam habens in Deum. Dom. 11. poſt pent. v. 34. n. 6
Cap. 14. v 36. Daniel ſerve Dei, tolle prandium, quod miſit tibi Deus, Dom. 6. poſt pent v. 8. n 3

OSEÆ.

Caput 2.

V. 6. Sepiam viam tuam ſpinis, Dom. 2. poſt pent. v. 22. n. 11
V. 8. Ego dedi ei frumentum & vinum, oleū & argentum multiplicavi ei, Dom. 8 poſt Pent. v. 1. n. 17
V. 14. Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem.
V. 19. Sponſabo mihi te in æternum, &c. Do. 14. poſt pent. v. 24. n. 4. & Dom. 17. poſt pent. v. 37. n 12
V. 20. Sponſabo te mihi in fide, Dom. 11. poſt pent. v. 31. n. 1. & Dom. 19. poſt pent. v. 11 n 17
Cap. 4. v. 8. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſublevabunt animas eorum, Dominica 11. poſt pent. v. 13. num. 2
V. 10. Comedent & non ſaturabuntur, Dom. 6. poſt pent. v. 8. n. 6. & Dom. 16. poſt pent. v. 2. n. 4
Cap. 6. v 1. In tribulatione ſuâ manè conſurgent ad me: venite & revertamur ad Dominum, Dominica 20. poſt pent. v. 52. num. 13
Cap. 8. v. 4. Ipſi regnaverunt, & non ex me; Dom. 16. poſt pent. v. 9. n. 6
Cap. 9. v. 10. Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt, Dom. 13. poſt pent. v. 12 n 16
Cap. 10. v. 2. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt, domin. 14. poſt pent. v. 24. num. 7
Cap. 11. v. 3. Ego quaſi nutritus Ephraim, portabam eos in brachiis meis, dom. 3. poſt pent v. 5. n. 2
Cap. 13. v. 5. Cognovi te in deſerto, in terrâ ſolitudinis, dom. 2. poſt paſch. v. 14. num. 14
V. 9. Ex te perditio tua, &c. dom. 3. poſt pent. v. 1. n. 5. & dom. 16. ibid. v. 5. n. 8
Cap. 14. v. 3. Tollite vobiſcum verba, convertimini ad Dominum, & dicite ei: omnem auferiniquitatem, reddemus vitulos labiorum noſtrorum, dom. 13. poſt pent. v. 8. n. 6

JOEL

Caput 2

V. 13. Scindite corda veſtra quia Dominus benignus & miſericors, &c. dom. 1. poſt pent. v. 36. n. 7. & dom. 12. poſt pent. v. 34. n. 3
V. 32. Omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit, dom. 7. poſt pent. v. 21. n. 1
Cap. 3. v. 2. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Joſaphat, & diſceptabo cum eis ibi. dom. 24. poſt pent. v 30. n. 1
V. 4. Citò velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum. dom. 1. poſt pent. v. 38. n. 13

MICHÆÆ.

MICHÆÆ.

Caput 2.

V. 13. Aſcendet, pandens iter, Domin. 4. poſt Paſch. v. 7. n. 7.

Cap 6. v 6. Quid dignum offeram Domino? curvabo genu Deo meo. Dom. 4 Poſt Pent. v. 8. n. 3.

NAHUM.

Caput 3.

V. 14. Intra in lutum. Dom. 18. poſt Pentec. v. 6. n. 24.

HABACUC.

Caput 2.

V. 3. Si moram fecerit, exſpecta eum; quia veniens veniet, & non tardabit. Domin 3. poſt Paſch. v. 16. n. 14.

V. 6. Væ ei, qui multiplicat non ſua, uſque quo aggravat contra ſe denſum lutum? Dom 24. poſt Pent. v. 30. n. 7.

Cap. 3. v. 2. Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Domin. 21. poſt Pent. v. 15. num. 8.

SOPHONIÆ.

Caput 1.

V. 4 Diſperdam de loco hoc reliquias Baal & nomina ædituorum cum ſacerdotibus &c. Dom. 14. poſt Pent. v. 24. n 7.

V. 17. Ambulabunt ut cæci, quia Domino peccaverunt. Dom. 11. poſt Pent. v. 32. n. 19

AGGÆI.

Caput 2.

V. 7. Adhuc unum modicum eſt, & ego commovebo cœlum & terram, &c. Dom. 3 poſt Paſch. v. 16. n. 12.

ZACHARIÆ.

Caput 1.

V. 3. Convertimini ad me. & ego convertar ad vos, Dom. 3. poſt Pent. v. 1 n 7.

Cap. 5. v. 7. Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una ſedens, Dom. 21 poſt Pent. v. 24. n. 8.

Cap. 8 v. 23. Apprehendent fimbriam viri Judæi Dom. 23 ibid. v. 20. n. 18.

Cap. 9. v. 17. Frumentum electorum & vinum germinans virgines, Dom. 2. poſt Pent. v. 20. num. 8.

Cap. 11. v. 17. O paſtor & idolum! Dom. 24. poſt Pent. v 15. n. 4.

Cap. 12. v. 10 Aſpicient ad me quem confixerunt & plangent, ut doleri ſolet in morte unigeniti, Dom. 15. poſt Pent. v. 13. n. 12. & Dom. 24. ibid. v. 30. n. 4.

Cap. 13. v. 6. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum, &c. Dom. in Albis. v. 20. n. 4. & v. 27. n. 6. ibid.

MALACHIÆ.

Caput 1.

V. 6. Si ergo pater ego ſum, ubi eſt honor meus? Si Dominus, ubi eſt timor meus? Dom. 14 poſt Pent. v. 33. n. 15. & Dom 21. poſt Pent. v. 24. n. 2.

V. 11. In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, Dom. 5. poſt Pent v. 23. n. 10.

Cap. 2. v. 7. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam & legem requirent ex ore ejus. Dom. 17. poſt Pent. v. 42 n. 1.

V. 10. Nunquid non eſt pater unus omnium noſtrum, quare ergo deſpicit unuſquiſque veſtrùm fratrem ſuum, Dom. 5 poſt Pen v. 22. num. 9.

Cap. 3 v. 14. Dixiſtis: vanus eſt, qui ſerv Deo; & quod emolumentum, quia cuſtodivimus præcepta ejus. Dom. 6. poſt Pent. v. 2. n. 21.

I. MACHABÆORUM.

Caput 1.

V. 23. Accepit candelabrum luminis, dom. infra oct. Aſcenſ. v. 3. n. 4.

II. MACHABÆORUM.

Caput 7.

V. 24. Affirmabat ſe divitem & beatum facturum, & amicum habiturum, Dom. 4. poſt Paſch. v. 13. n. 11.
V. 28. Peto nate, ut aſpicias ad cœlum & terram, &c. ibid.
V. 29. Ita fiet, ut non timeas carnificem iſtum, ibid.
Cap. 9. v. 12. Juſtum eſt, ſubditum eſſe Deo, Dom. 21. poſt Pent. v. 24. n. 2.

Novi Teſtamenti initium.

MATTHÆI.

Caput 3.

V. 2. Appropinquavit regnum cœlorum, Dom. 14. poſt Pent. v. 33. n. 2.
V. 8. Facite fructum dignum pœnitentiæ. Dom. 7. poſt Pent. v. 19. n. 4.
V. 9. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, Dom. 11. poſt Pent. v. 37. n. 3.
V. 10. Jam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, Dom. 7. poſt Pent. v. 19. n. 4. & 5.
Cap. 4. v. 4. Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n. 2 & Dom. 6. poſt Pent. v. 2. n. 27.
V. 6. Si filius Dei es, mitte te deorſum, Do. 22. poſt Pent. v. 19. n. 2.
V. 17. Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum, Dom. 4. poſt Pent. v. 3. nu. 23. & Dom. 3. poſt Paſch. v. 20. n. 22.
V. 23. Circuibat JESUS totam Galilæam, prædicans & docens Evangelium regni Dei, Dom. 14. poſt Pent. v. 33. n. 2.
Cap. 5. v. 2. Aperiens os ſuum, docebat eos, dicens, ibid.
V. 3. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, ibid. & Dom. 8. poſt Pent. v. 9. n. 6.
V. 6. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n. 2. & Dom. 14. poſt Pent. v. 33. n. 20.
V. 8. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, Dom. 24. poſt Pent. v. 30 n. 8
V. 9. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n. 14.
V. 11. Beati eſt, cum maledixerint vos, Dom. 17. poſt pent. v. 37. n. 1.
V. 12. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis, Dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 2. n. 13.
V. 13. Vos eſtis ſal terræ, Dom. 3. poſt Pent. v. 4. n. 17.
V. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n. 2.
V. 30. Si dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & projice abs te, &c. dom. 23. poſt Pent. v. 25. n. 7.
V. 44. Ego autem dico vobis: diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderunt vos, orate pro perſequentibus vos, Dom. 21. poſt Pent v. 35. n. 1.
V. 45. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, &c. Dom. 14. poſt Pent. v. 30. num. 4.
V. 46. Si diligitis eos, qui vos diligunt; nonne & Publicani hoc faciunt? Dom. 17. poſt Pent. v. 39. n. 10.
V. 48. Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt, Dom. 1. poſt Pent. v. 36. num. 2.
Cap. 6. v. 1. Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, Dom. 10. poſt pent. v. 11. n. 24.
V. 5. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam, ibid. v. 12. n. 8.
V. 6. Tu autem cum oraveris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora, Dom. in Albis. v. 19. n. 8.
V. 7. Orantes nolite multum loqui, Dom. 10. poſt Pent. v. 13. n. 18.

V. 9 Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 7. Dom. 5 poſt Paſch. v. 24. n. 10. Et Dom. 14. poſt Pent. v. 33. n. 15.

V. 10. Adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, &c. Dom. 5. poſt Paſch v. 24. n. 13. Dom. 7. poſt Pent. v. 21. n. 9. Et Dom. 14. ibid. v. 31. n. 5.

V. 12. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Dom. 21 poſt Pent. v. 24. n. 2. Dom. 8. poſt. Pent. v. 5. n. 3 Et Dom. 10. poſt Pent. v. 13. n. 22

V. 17. Cùm jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans. Dom. 10. cit. v. 12. n. 6.

V. 33. Quærite primò regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Dom. 6. poſt Pent v. 8. n. 3.

V. 34. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum. Dom. 14. poſt Pent. v. 31. n. 3.

Cap. 7. v. 3. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Dom. 1. poſt Pent. v. 37. n. 5.

V. 12. Omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Dom. 17. poſt Pent. v. 39. n. 9.

V. 13. Lata via eſt, quæ ducit ad perditionem. Dom. 7. poſt Pent. v. 15. n. 14.

V. 15. Veniunt ad vos in veſtimentis ovium. intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. Dom. 7. poſt Pent. v. 21. n. 7. Et Dom. 10. ib. v 11. n. 12

V. 17. Omnis arbor bona fructus bonos facit. Dom. 7. cit. v. 17. n. 8.

V. 29. Erat docens eos, ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum & Phariſæi. Dom. 1. poſt. Pent. v. 42. n. 11.

Cap. 8 v. 3 Volo, mundare, & confeſtim mundata eſt lepra ejus. Dom. 11. poſt Pent. v. 33. n. 9. Et Dom 13. poſt Pent, v 14. n. 3.

V. 17. Ego veniam & curabo eum. Dom. 20. poſt Pent. v. 47. n. 13.

V. 8 Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo & ſanabitur puer meus. Dom. 13. poſt Pent. v. 13 n. 9. Dom. 15, poſt pent. v, 14. n. 2. Et Dom. 20. ibid. v. 50. n. 15.

V. 14 Cùm veniſſet Jeſus in domum Petri. vidit ſocium ejus jacentem & febricitantem. Dom. 20 poſt Pent v. 47. n. 13.

Cap. 9 v. 2. Remittuntur tibi peccata tua. Dom. 18, poſt Pent. v. 5. n. 4.

V. 9. Vidit hominem ſedentem in telonio, & ait illi: Sequere me. & ſurgens ſecutus eſt eum. Dom. 3. poſt Pent. v. 1. n. 12.

V 11. Cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter. Dom. 2. poſt Pent. v. 21. n. 6.

V. 12. Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. Dom. 18. poſt Pent. v. 2. n. 5.

V. 13. Miſericordiam volo, & non ſacrificium; non enim veni vocare juſtos. ſed peccatores. ibid. Et Dom. 12. poſt Pent. v. 32. n. 2. Et Dom. 4. poſt Pent. v. 8. n. 9.

V. 15. Non poſſunt filii ſponſi lugere, quamdiu ſponſus eſt cum illis. Dom. 4. poſt Paſch. v. 7. n. 22.

V. 18 Impone manum tuam ſuper eam, & vivet. Dom poſt Pent. v. 32. n. 25.

Cap. 10. v. 5. In viam gentium ne abieritis. Dom 19. poſt Pent. v. 9. n. 2.

V. 12. Pax huic dom. ui. Dom in Albis. v. 19. n. 24.

V. 16. Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum, eſtote ergo prudentes, &c. Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 19. Dom. infr. Oct. Aſcenſ. v. 2. n. 5. Et Dom. 8. poſt Pent. v. 8. n. 4.

V. 20. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri loquitur in vobis Dom. infr. Oct. Aſcenſ. v. 26. n. 29. Et dom. 4. poſt Pent. v. 5. n. 12.

V. 22. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit dom. 9. poſt Pent. v. 47. n. 3.

V. 26. Nihil eſt opertum, quod non revelabitur. &c. dom. 8. poſt Pent. v. 1. n. 10.

V. 28. Corpus & animam perdit in gehennam. dom. 12. poſt Pent. v. 30. n. 15.

V. 30. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt. dom. 21. poſt Pent. v. 24. n. 7.

V. 37. Qui amat patrem aut matrem &c. non eſt me dignus. dom. 17. poſt pent. v 47. n.

V. 42. Quicunque dederit calicem aquæ gidæ tantùm, &c. Dom. 17 poſt pent. v. n. 2. Et dom 21. ibid. v. 26. n. 7.

Cap. 11. v. 12. Regnum cœlorum vim patitur &c. dom. 3 poſt pent. v. 8. n. 19.

V. 25. Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, &c. dom. 4. poſt Pent. v. 2. n. 25.

V. 27. Nemo novit filium niſi pater, neque patrem quis novit niſi filius, & cui voluerit filius revelare dom. 6 poſt pent. v. 6. n. 15.

V. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refi iam vos. Dom. 17 post Pent. v. 40. num. 4. Et Dom. 4. post Pent. v. 5. num. 4.
V. 29. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. locis cit. Et Dom. 1. post Pent. v. 40. n. 2. Et Dom. 22. post Pent. v. 18. n. 1.
V. 30. Jugum meum suave est, & onus meum leve. Dom. 2. post. Pent. v. 19. n. 4 Et Dom. 4 ibid. v. 5. n. 4.
Cap. 12. v 18. Ecce puer meus, quem elegi. Dom. 18. post Pent. v. 8. n. 12
V. 43. Ex abundantia cordis os loquitur. Dom. 11. post Pent. v. 35. n. 13.
V. 42 Ecce plus quàm Salomon hic. Dom. 12 post Pent. v. 23. n 4.
V. 45. Assumit 7. spiritus nequiores se, Dom. 22. post pent. v. 18. n 2
V. 50. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater est, &c. Dom. 7. post pent. v. 21. n. 10
Cap. 13. v. 17. Multi Prophetæ & justi voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt. Dom. 12. post pent. v. 24. n. 1
V. 29. Ne forte colligentes Zizania, eradicetis cum eis simul & triticum. Dom. 1. post pent. v. 37. n. 10
V. 38. Zizania filii sunt nequam. Dom. 22. post Pent. v. 18. n. 2.
V. 44. Simile est regnum cœlorum thesauro, &c. Dom. 7. post Pent. v. 17. n. 7. Et Dom. 10. post Pent. v. 11. n 24.
V. 45. Simile est regnum cœlorum homini negotiatori, &c. Dom. 17. post Pent. v. 37. n. 6.
V. 46. Inventâ unâ pretiosâ margaritâ abiit & vendidit universa, quæ habuit, & emit eam, Dom. 3. post Pent. v. 5. n. 5. Et v. 8. num. 16. ibid.
V. 55. Nonne hic est filius fabri? Dom. 4. post Pent. v 4. n. 3.
p. 14. v. 36. Rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent, & quicunque tetigerunt, salvi facti sunt. Dom. 23. post Pent. v. 20. n. 18.
Cap. 15. v. 3 Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Dom. 5. post Pent. v. 10 n. 12.
V. 19. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, &c. Dom. 10. post Pent. v. 13. num. 15.
V. 22. Ecce mulier Chananæa. Dom. 11. post Pent. v. 31. n. 1.
V. 24. Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël. Do. 1. post Pasch. v. 16. num. 1.
V. 26 Non est bonum sumere panem filiorum & dare canibus. Domin. 20. post Pent. v. 49. nu. 1.
V. 30. Accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum cæcos, mutos, debiles, & projecerunt ad pedes ejus, & curavit eos. Dom. 6. post. Pent. v. 1. n. 2.
Cap. 16. v. 7. At illi cogitabant intra se, dicentes, quia panes non accepimus, Dom. 6. post Pent. v. 5 n. 3.
V. 16. Tu es Christus filius Dei vivi. Dom. 4. post Pent. v. 4. n. 3.
V. 17. Quia caro & sanguis non revelavit tibi sed pater cœlestis. Domin. 4. post Pent. v. 4. num. 3.
V. 19. Quod unque solveris super terram, &c. Dom 18. post Pent. v. 8. n. 9
V. 24. Si quis vult post me venire abneget semetipsum, &c. Dom. 3. post Pasch. v. 20. num. 21.
V. 26. Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, &c. Dom. 3. post pent. v. 8. n. 14. Et Dom. 7. post Pent. v. 17. n. 5.
Cap. 17. v. 23. Accesserunt, qui didrachmam accipiebant ad Petrum, &c. Dom. 22. post Pent v. 17. n. 3.
Cap. 18 v. 14. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. Dom. 3. post Pent. v. 4. n. 10.
V. 18. Quæcunque alligaveris super terram, &c. Dom. in Albis, v. 23. n. 3.
V. 19. Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re &c. Dom. 5. post Pasch. v. 23. n. 5. & num. 9.
V. 20. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Dom. in Albis, v. 19. n. 21.
V. 22. Non dico tibi, septies, sed septuagies septies. Dom. 21. post Pent. v 23. n. 1.
V. 33. Nonne oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum. Do. 1. post Pent v. 36. n. 11.
Cap 19. v. 16. Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam. Dom. 2. post Pasch. v. 11. n. 6. Et Dom. 19. Pent. v. 9. num. 10.

V. 17.

V. 17. Quid me interrogas de bono, &c. dom. 2. poſt paſch. loc. cit.
V. 21. Vende omnia, quæ habes, dom. 16. poſt pent. v. 2. n. 5
Cap. 20 v. 8. Cùm ſerò eſſet, dixit Dominus procuratori vineæ, voca operarios, & redde illis mercedem. dom in Albis, v. 19. n. 3. & dom. 6. poſt pent. v. 2. n. 21
V. 19. Tertiâ die reſurget. dom. in Albis, v. 25. n. 2
V. 31. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. dom. 18. poſt pent. v. 1. n. 5
Cap. 21. v. 9. Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. Do. 9. poſt pent. v. 41. n. 8
Cap. 22. v. 12. Amice, quomodo huc intrâſti? dom. 21. poſt pent. v. 32. n. 12
V. 15. Ut caperent eum in ſermone. dom. 4. poſt pent. v. 1. n. 1
V. 18. Quid me tentatis hypocritæ? dom. 17. poſt pent. v. 37. n. 1
V. 39. Secundum ſimile eſt huic. dom. 10. poſt pent. v. 11. n. 28
V. 40. In his duobus mandatis univerſa lex pendet & Prophetæ. dom. 12 poſt pent. v. 28. n. 1. Et dom. 17. poſt pent. v. 39. n. 4
Cap. 23. v. 2. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. dom. 7. poſt pent. v. 16. n. 15
V. 3. Omnia quæcunque dixerit vobis, ſervate & facite, &c. ibid. & dom. 12. poſt pent. v. 26. n. 3
V. 5. Magnificant fimbrias. dom. 23. poſt pent. v. 20. n. 18
V. 12. Qui ſe humiliat, exaltabitur. dom. 4. poſt pent. v. 8. n. 3
V. 24. excolantes culicem, camelum autem glutientes. dom. 5. poſt pent. v. 20. n. 12
Cap. 24. v. 1. Acceſſerunt diſcipuli ejus, ut oſtenderent ei ædificationem templi. dom. 24 Poſt pent. v. 15. n. 3
V. 2. Non relinquetur lapis ſuper lapidem, &c. ibid.
V. 12. Quoniam abundavit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. dom. 24. poſt pent. v. 20. n. 3
V. 15. Cùm videritis abominationem deſolationis, &c. dom. 9. poſt. pent. v. 45. n. 3 Et dom. 24. poſt pent. v. 15. n. 13
Cap. 25. v. 10. Clauſa eſt janua. dom. 2. poſt pent. v. 24. n. 3
V. 12. Neſcio vos. ibid. Et dom. 22. poſt pent. v. 20. n. 12 Et dom. 13. ibid. v. 17. n. 3
V. 14. Dedit unicuique ſecundùm propriam virtutem. dom. 6. poſt pent. v. 6. n. 21
V. 21. Intra in gaudium Domini tui. dom. 3. poſt paſch. v. 20. n. 21
V. 34. Poſſidete paratum vobis regnum. dom. 5. poſt paſch. v. 24. n. 13
V. 35. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, &c. dom. 1. poſt pent. v. 38. n. 7. Et dom. 17. poſt pent. v. 39. n. 4
V. 36. Nudus eram, & cooperuiſtis me. dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 5
V. 40. Quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. dom. 1. poſt pent. v. 38. n. 8. dom. 17. pent. v. 39. n. 4. Et dom 8. poſt pent. v. 2. n. 13
V. 41. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. dom. 4. poſt paſch. v. 6. n. 13
Cap. 26. v. 30. Hymno dicto, ex êrunt in montem Oliveti. dom. 3. poſt pent. v. 5. n. 7. Et dom. 9. poſt pent. v. 41. n. 8
V. 39. Procidit in faciem ſuam. dom. 22. pent. v. 20. n. 9
V. 40. Sic non potuiſtis unâ horâ vigilare mecum? dom. 8 poſt pent. v. 8. n. 16
V. 40. Amice, ad quid veniſti? dom. 19. poſt pent. v. 12. n. 2 Et dom. 21. v. 32. n. 2
V. 56. Omnes relicto eo fugerunt. dom. in Albis. v. 24. n. 1. Et dom. 3. poſt paſch. v. 20. n. 19
V. 58 Sequebatur eum à longè. dom. 22. poſt pent. v. 15. n. 2
V. 63. Adjuro te per Deum vivum ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus, &c. dom. 17. poſt pent. v. 42. n. 4
V. 75. Egreſſus foràs flevit amarè. dom. in Albis v. 25. n. 3
Cap. 27. v. 18. Scibat enim, quòd per invidiam tradidiſſent eum. dom. infra oct. Aſcenſ. v. 2. n. 18
V. 39. Prætereuntes blaſphemabant. dom. 22. poſt pent. v. 31. n. 8
Cap. 28 v. 18. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terrâ dom. 18 poſt pent. v. 6. num. 2
V. 20. Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. dom. 2. poſt paſch. v. 16 n. 7. Et dom. 4. poſt paſch. v. 7. n. 9. Et dom. 12 poſt pent. v. 24. n. 4

MARCI

MARCI

Caput 2.

V. 3. Et venerunt ad eum, portantes paralyticum. Dom. 18. poſt pent. v. 1 n. 11
V. 4. Cùm non poſſent eum præ turba offerre, nudaverunt tectum, &c. Dom. 18. poſt pent. v. 1. n. 4
V. 12. Ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum. &c. Dom. 18. poſt pent. v. 7. n. 2
Cap. 3. v. 2. Et obſervabant eum, ſi ſabbatis curaret, ut accuſarent illum. Dom. 16. poſt pent. v. 1. n. 5
Cap. 5. v. 22. Venit quidam nomine Jairus, Dom. 23. poſt pent. v. 18. n. 1
V. 23. Deprecabatur eum, dicens: quoniam filia mea in extremis eſt. ibid n. 7
V. 26. fuerat multa perpeſſa à complurimis medicis, & erogaverat omnia ſua. ibidem v. 20. n. 5
V. 30. Et ſtatim JESUS in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo, ajebat: quis tetigit veſtimenta mea? Dom. 23. v. 22. n. 1
V. 31. Et dicebant ei diſcipuli: Vides turbam comprimentem te, & dicis: quis me tetigit? ibid.
V. 32. Circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat. Dom. 23. v. 22. n. 8
V. 33. Procidit ante eum, & dixit omnem veritatem. ibid. v. 21. n. 1
Cap. 6. v. 5. Infirmos impoſiris manibus curavit, Dom. 11. poſt pent. v. 32. n 25
V. 25. Volo, ut protinùs des mihi in diſco caput Joannis, Dom. 16. poſt pent. v. 5. n. 9
Cap. 7. v. 37. Bene omnia fecit; ſurdos fecit audire, & mutos loqui, Dom. 11. poſt pent v. 34. n. 14
Cap. 8. v. 16. Cogitabat ad alterutrum dicentes: quia panes non habemus. Dom. 6 poſt pent. v. 4. n. 1
V. 17. Quo cognito, ait illis JESUS: quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoſcitis, &c. ibid.
V. 24. Video homines velut arbores ambulantes. Dom. poſt pent. v. 17. n. 1
Cap 9. v. 23. Credo Domine adjuva incredulitatem meam. Do. 20. poſt pent. v. 48. n. 7
V. 42. Quàm mitti in iguem extinguibilem. Dom. 21. poſt pent. v. 34. num. 4
V. 43. Ubi ignis non extinguitur. ibid.
V. 49. Habete in vobis ſal, & pacem habete inter vos. Dom. 5. poſt pent. v. 23. n. 4
Cap. 12. v. 12. Et relicto eo, abierunt, Dom. 22. poſt pent. v. 15. n. 2
V. 29. Primum omnium mandatorum eſt: audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. Dom. 17 poſt pent. v. 37. n. 14
V. 33. Majus eſt omnibus holocautomatibus & ſacrificiis. Dom. 17. poſt pent. v. 36. n. 2
V. 36. Non longè eſt à regno Dei. Dom. 12. poſt pent. v. 29. n. 3. Et. Dom. 17. cit. v. 35. n. 7
V. 43. Vidua hæc pauper plus omnibus miſit. Dom. 1. poſt pent v. 38. n. 9
V. 15. Demonſtrabit cœnaculum grande, ſtratum. Dom. 2. poſt pent. v. 16. n. 12
V. 72. Et cæpit flere, Dom. 15. poſt. pent. v. 15. n. 10
Cap. 16. v. 14. exprobravit incredulitatem eorum, &c. Dom. in Albis. v. 19. n. 2

LUCÆ

Caput 1.

V. 37. Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Dom. 11. poſt pent. v. 33. n. 10
V. 52. Depoſuit potentes de ſede, &c. Dom. 16. poſt pent. v. 10. n. 9
V. 53. Eſurientes implevit bonis &c. Divites dimiſit inanes, Dom. 2. poſt pent. v. 21. n 1 Et dom. 6 poſt pent v. 2. n. 5
V. 64. Apertum eſt ſtatim os ejus & lingua ejus. Dom. 11. poſt pent. v. 34. n. 15
V. 66. Etenim manus Domini erat cum illo. Dom. cit. v. 32. n. 27
V. 68. Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitavit, &c. dom. 9. poſt pent. v. 44. n. 7. & 10
V. 78. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos oriens in alto. dom. 15. poſt pent. v. 16. n. 8
Cap. 2. v. 1. Exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus orbis. dom. 22. poſt pent. v. 17 n. 1
V. 2. Hæc deſcriptio facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino, & ibant omnes. ibid.
V. 14. In terra pax hominibus bonæ voluntatis. dom. in Albis, v. 19. n. 30
Cap. 3. v. 8. Facite dignos fructus pœnitentiæ:

Potens

Potens eſt Deus, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. dom. 3. poſt pent. v. 10. n. 7. dom. 5. poſt pent. v. 20. n. 18. dom. 10. poſt pent. v. 9 n. 11. Et dom. 12. v. 33. n. 7
Cap. 4. v. 13. Diabolus receſſit ab eo uſque ad tempus. dom. 22. pent. v. 19. n. 2
Cap. 5 v. 6. Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. dom. 4 poſt pent. v. 2. n. 7
V. 8. Exi à me, quia homo peccator ſum Domine. dom. 10. poſt pent. v. 13. n. 2
V. 19. Aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſubmiſerunt eum ante JESUM. dom. 11. poſt pent. v. 33. n. 5
V. 20. Quorum fidem ut vidit, dixit: homo remittuntur tibi peccata tua. dom. 18 poſt pent. v. 2. n. 7
V. 24. Tibi dico: Surge, tolle lectum tuum. dom. 18. poſt pent. v. 6. n. 18
V. 26. Stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum, &c. dom. 18 cit v. 7. n. 2
V. 19. Virtus de illo exibat & ſanabat omnes, dom. 13. poſt pent. v. 12. n. 33
V. 21. Beati, qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini; beati, qui nunc fletis &c. dom. 14. poſt pent. v. 33. n. 20. Et dom. poſt pent. v. 41. n. 8
V. 25. Væ vobis, qui nunc ridetis. dom. 3. poſt paſch. v. 20 n. 7
V. 37. Dimittite, & dimittemini. dom. 21. poſt pent. v. 33. n. 2
V. 45. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona &c. dom. 11. poſt pent. v. 35. n. 13
Cap. 7. v. 14. Adoleſcens tibi dico: Surge. dom. 11. poſt. pent. v. 33. n. 9
V. 37. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix. dom. 17. poſt pent. v. 37. n. 7
V. 38. Lachrymis cœpit rigare pedes ejus. dom. 3. poſt pent. v. 2. n. 9
V. 39. Hic ſi eſſet Propheta, ſciret utique, quæ & qualis eſſet mulier, quæ tangit eum. dom. 13. poſt pent. v. 12. n. 10
V. 41. Duo debitores erant cuidam fœneratori. dom. 21. poſt pent. v. 24. n. 2
Cap. 8. v. 5. Exiit, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. dom. 2. poſt pent. v. 21. n 3
V. 11. Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei. dom. 12. poſt pent. v. 23. n. 3
V. 28. Quid mihi & tibi, JESU fili Dei Altiſſimi. dom. 22. poſt pent. v. 19. n. 2
V. 41. Cui nomen Jairus, &c. dom. 23. poſt pent. v. 18. n. 1. Et n 7
V. 43. In medicos erogavetat omnem ſubſtantiam ſuam. dom. 23. poſt pent v. 20. n. 4. & 5
V. 45. Ait JESUS: Quis me tetigit, &c. uſque ad v. 48. dom. 23. poſt pent. v. 22. n 1
Cap. 9. v. 26. Qui erubuerit me, hunc filius hominis erubeſcet &c. dom 8. poſt pent. v. 3 n. 16
V. 31. Dicebant exceſſum ejus, quem completurus erat. dom. 9. poſt pent. v. 41. n. 8
V. 38. Reſpice in filium meum dom. 13. poſt pent. v. 14. n. 1
V. 46. Quis eorum videretur eſſe major. dom. 5. poſt paſch. v. 24. n. 4
V. 55. Neſcitis, cujus ſpiritus eſtis. dom. 5. poſt pent v. 20. n. 15
V. 56. Filius hominis non venit animas perdere, &c. ibid.
Cap. 10. v. 16. Qui vos audit, me audit. dom. 12. poſt pent. v. 24. n. 4
V. 23. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis &c. dom. 2. poſt pent. v. 17. n. 16
Cap. 11. v. 3. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. dom. 5. poſt paſch. v. 23. n. 9 dom. 6. poſt pent. v. 2. n. 7. Et dom. 14. poſt pent. v. 32. n 8
V. 8. Et ſi ille perſeveraverit pulſans &c. dom. 20. poſt pent. v. 49. n. 1
V. 20. Si in digito Dei ejicio dœmonia? dom. 11. poſt pent. v. 33. n. 15
V. 24 Cùm immundus ſpiritus exierit, &c. ad v. 27. dom. 21. poſt pent. v 28. n. 4
V. 42. Quod ſupereſt, date eleëmoſynam, dom 8. poſt pent. v. 2. n. 13
Cap. 12. v. 1. Attendite à fermento Phariſæorum. dom. 7. poſt pent. v. 15. n. 4
V. 19. Anima habes multa bona, repoſita in annos plurimos. dom. 2. poſt pent. v. 18 n. 16. Et dom 14. poſt pent. v. 27. n. 1
V. 24. Conſiderate corvos, qui non ſeminant neque metunt. &c. dom. 14. poſt pent. v. 26. n. 5
V. 3. Quærite primum regnum Dei. dom. 5. poſt paſch. v 24. n. 13. Et dom. 4. poſt pent v. 4. n. 10
V. 32. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro, dare vobis regnum. dom. in Albis. v. 16. n. 15. Et dom. 2. poſt

Paſch. v. 11. n. 8. & Dom. 5. poſt Paſch. v. 24. num. 13.
V. 40. Quâ horâ non putatis, filius hominis veniet. Dom. 15. Pent. v. 12. n. 18
V. 42. Fidelis diſpenſator, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Dom. 21. pent. v. 23. n. 5
V. 47. Servus, qui novit voluntatem Domini & non fecit, plagis vapulavit multis. Dom. 8. pent. v. 2. n. 13
Cap. 13 v. 7. Succide te eam, ut quid etiam terram occupat. ibid.
V. 14. Archiſynagogus indignans, quod ſabbatho curaſſet JESUS. dom. 23. poſt pent. v. 18. n. 12
V. 27. Discedite à me omnes operarii iniquitatis. dom. 17. poſt pent. v. 39. n. 6
Cap. 14. v. 21. Pauperes, debiles & claudos introduc huc. dom. 19. poſt pent. v. 9. n. 10
Cap. 15 v. 13. Abiit in regionem longinquam. dom. 6. poſt pent. v. 3. n. 9
V. 17. In ſe reverſus. dom. 8. poſt pent. v. 3. n. 2
V. 18. Surgam & ibo ad patrem meum. dom. 5. poſt paſch. v. 23. n. 10
V. 23. Occidite vitulum ſaginatum. dom. 3. poſt pent. v. 2. n. 9
V. 29. Ecce tot annis ſervio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi, &c. dom. 3. poſt pent. v. 7. n. 8
V. 32. Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit. ibid.
Cap. 16. v. 2. Redde rationem villicationis tuæ. dom. 8. pent. v. 2. n. 10
V. 8. Filii hujus ſæculi prudentiores ſunt filiis lucis. ibid. n. 13.
V. 15 Vos eſtis, qui juſtificatis vos coram hominibus. dom. 12. poſt pent. v. 29. n. 1
V. 24. Extremum digiti. dom. 17. poſt pent. v. 38. n. 7
V. 26. Magnum chaos firmatum eſt inter nos & vos. Dom. 4. poſt paſch. v. 6. n. 3
Cap. 17. v. 21. Regnum Dei intra vos eſt. dom. 3. poſt pent. v. 6. n. 4 dom. 10. pent. v. 11. n. 24. Et dom. 17. pent. v. 38. n. 6
Cap. 18 v. 1. Oportet ſemper orare & non deficere. dom. 5. poſt paſch. v. 23. n. 9
V. 13 Publicanus à longè ſtans &c. dom. 13. pent. v. 12. n. 35
V. 14. Deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam. dom. 1. poſt pent. v. 37. n. 23
V. 39. Et qui præibant eum, increpabant &c. Dom. 11. poſt pent. v. 33. n. 5
V. 41. Quid tibi vis faciam? dom. 16. poſt pent. v. 4. n. 4
V. 42. Fides tua te ſalvam fecit. dom. 13. pent. v. 19. n. 2
Cap. 19. v. 3. Quærebat videre JESUM, & non poterat præ turba dom. 11. poſt pent. v. 33. n. 5
V. 9. Hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt. dom. 3. pent. v. 1. n. 12. dom. 10. pent. v. 13. n. 7. Et dom. 16. pent. v. 1. n. 3
V. 10. Venit quærere & ſalvum facere, quod perierat. dom. 12. poſt pent. v. 33. n. 11
V. 14 Nolumus hunc regnare ſuper nos Dom. 2. poſt pent. v. 18. n. 6. Et dom. 19. poſt pent. v. 3. n. 9
V. 40. Si hi tacuerint, lapides clamabunt, dom. 12. poſt pent. v. 33. n. 7
Cap. 20. v. 19. Quærebant mittere in illum manus &c. dom. 22. poſt pent. v. 15. n. 3
V. 20 Ut traderent illum principatui & poteſtati Præſidis. ibid. n. 6. Et. ibidem v. 16. num. 3
V. 26. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe. dominica. 22. poſt pent. v. 15. num. 5. Et dominica 22. cit. v. 7. n. 1
Cap. 21. v. 18 Capillus de capite veſtro non peribit. dom. 7. poſt pent. v. 17. n. 6
V. 19. In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras. dominica 2. poſt paſch. verſ. 14. num. 14
V. 20. Cùm videritis circumdari ab exercitu JEruſalem, tunc ſcitote quia appropinquavit deſolatio ejus. dom. 24. poſt pent. v. 15. n. 6
V. 32. & 33. Amen dico vobis: cœlum & terra tranſibunt verba autem mea non tranſibunt. dominica 3 poſt paſch. v. 20. num. 1
Cap. 22. v. 27. Ego autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat. dominica 14. poſt pentecoſten verſ. 25. num. 15
V. 29. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater &c. dominica 2 poſt pent. v. 16. num. 4
V. 32. Confirma fratres tuos. dom. 6. poſt pent. v. 1. n. 8

V. 44.

V. 44. Sudor ejus ſicut guttæ ſanguineæ. Dom. 2. poſt. Paſch. v. 11. n. 8.
V. 55. Circum ſidentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Dom. in Albis v. 25. n. 3
Cap. 23. v 2. Hunc invenimus ſubvertentem gentem noſtram Do. 22 poſt pent. v. 16 n. 4
V. 28. Filiæ Jeruſalem nolite flere ſuper me. Dom. 9. poſt Pent. v. 41. n. 8.
V. 43. Hodie mecum eris in Paradiſo. Dom. 10. poſt pent. v. 9. n. 11.
Cap. 24 v. 19. Quibus ille dixit: quæ? Dom. 2. poſt paſch. v. 16. n. 5.
V. 26. Nonne oportuit pati Chriſtum, &c. Dom. in Albis. v. 20. n. 7.
V. 29. Et coegerunt illum, dicentes: mane nobiſcum Domine. Dom. 2. poſt pent. v. 23. num. 16.
V. 35. Cognoverunt eum in fractione panis. Dom. 16. poſt Pent. v. 1. n. 3.
V. 39. Videte manus meas & pedes quia ego ipſe ſum. Dom in Albis. v. 20. n. 2.
V. 45. Aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. Domin. 5. poſt Paſch. verſ. 26. num. 2.
V. 51 Reverſi ſunt in Jeruſalem cum gaudio magno. Dominica 4. poſt Paſch. verſ. 6. num. 1.

JOANNIS.

Caput 1.

V. 5. Lux in tenebris lucet. Dom. 3 poſt Pent. V. 3. n. 1.
V. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, &c. Dom infr. oct. Aſcenſ. v. 3. num. 5. Dom. 3. poſt Pent. verſ. 1. num. 6. Et Dom. 9. poſt Pent. v. 42. n. 4. Et Dom. 20 v. 53. n. 4.
V. 12. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri Dom. 18. poſt Pent. v. 2. n 7.
V. 17. Lex per Moyſen data eſt, gratia per Jeſum Chriſtum facta eſt. Dom. 12. poſt Pent. v. 23. num. 4.
V. 26. Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Dom. in Albis. v. 19. n 20.
Cap. 2. v. 16 Nolite facere domum meam, domum negotiationis. Dom. 10. poſt Pent. v. 10 n. 4.
V. 35 Ipſe ſciebat quid eſſet in homine. dom. 3 Pent. v. 5. n. 5. Et Dom. 16. Pent. v. 2. n. 1. Et Dom. 8. Pent. v. 1. n. 13.
Cap. 3. v. 8. Spiritus ubi vult ſpirat, & vocem ejus audis. Dom. 11. poſt Pent. v. 31. n 21.
V. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. Dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 26. n. 30.
V. 17 Non miſit Deus filium ſuum, ut judicet dom. 1. poſt Pent. v 37. n. 2.
V. 19. Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem., &c. dom. 9. poſt Pent. v. 42. n. 4. Et dom. 17. poſt Pent. v. 41. n. 1.
V. 20. Qui malè agit, odit lucem. dom. 9. cit. v. 42. n. 4.
Cap. 4. v. 6. Jeſus fatigatus ex itinere. dom. 2. Poſt Paſch. v. 11. n. 8.
V. 9. Quomodo tu Judæus cùm ſis bibere à me poſcis? dom. 13. poſt Pent. v. 12. n. 4
V. 14 Fons aquæ ſalientis in vitam æternam. dom. 4. poſt Paſch. v. 7. n. 24. Et dom. 17. poſt Pent. v. 37. n. 6.
V. 32. Cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. dom. 3. poſt Pent. v. 2. n. 9,
V. 34. Meus cibus eſt ut faciam voluntatem ejus qui miſit me. Dominica 6. poſt Pent. verſ. 5. n. 9.
Cap. 5 v. 3. Multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum. dom. 20. Pent. v. 53. n. 13.
V. 6. Vis ſanus fieri? dom. 6 poſt Pent. verſ. 4. num. 4.
V. 10 Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. dom. 1. poſt Pent. v. 33. n. 5.
V. 11 Qui me ſanum fecit. dom. 13 poſt Pent. v. 13 num. 6.
V. 14. Ecce ſanus factus es, jam noli amplius peccare dom. 15 poſt Pent. v. 15. n. 23.
V. 21. Sicut Pater ſuſcitat mortuos & vivificat; ſic & filius, quos vult vivificat. dom. 15 poſt Pent. v. 14. n 25. Et dom. 20. poſt Pent. v. 50. num. 15.
V 22. Neque enim Pater judicat quemquam ſed omne judicium dedit filio. dom. poſt Pent. v. 30. n. 1.
V. 25. Mortui audient vocem filii Dei &, qui audierint, vivent. domin. 15. poſt Pentec. verſ. 15. num. 1. Et dom. 24 poſt Pent v. 31. num. 4.
V. 35. Ille erat lucerna ardens & lucens. dom. 3. poſt Pent. v. 8. n. 7.
V. 39. Scrutamini ſcripturas, in quibus vos puta-

putatis vitam habere. dom. 12. poſt pent. v. 26. num. 1.
Cap. 6. v. 2. Sequebatur multitudo magna, quia videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur. dom. 6 poſt pent. v. 1 n. 2. Et dom. 19 poſt pent. v. 47. n. 4.
V. 26. Amen dico vobis, quæritis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducatis, &c. dom. 6 poſt pent. v 1. n. 2.
V. 27 Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. ibid.
V. 32 Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed pater meus, &c. dom. 19 poſt pent. v. 2. n. 2.
V. 37. Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras. dom. 23. poſt pent. v. 22. n. 5.
V. 38. Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me. dom. 7. poſt pent. v. 21. n. 10.
V. 39. Hæc eſt autem voluntas ejus, qui miſit me, ut omnis, qui videt filium & credit in eum &c. ibid. n. 11.
V. 41. Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. dom. 6. poſt pent. v. 5. n. 9.
V. 44. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum, dom. 9. poſt pent. verſ. 42 n. 5. Et dom. 11. poſt pent. v. 32. num. 2. Et dom. 18. verſ. 2. numero 4.
V. 48. Ego ſum panis vitæ, domin. 14. poſt pent. v 25. num. 15.
V. 55. Qui manducat meam carnem, &c Do. 17. poſt pent. v. 37. n. 19.
V. 64. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. dom 11 poſt pent. v. 14. n 9 Et dom. 25. poſt pent. v 25. n 1.
V. 65. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: dom. 3. poſt pent. v. 1 nu. 12. dom. 4. poſt pent. v. 1. n. 10. ibid. v. 10. n. 6. Et dom. 12. poſt pent. v. 23. n. 3. Et dom. 6. poſt pent v. 3. n. 4.
p. 7 v. 28. Me ſcitis & unde ſim, ſcitis, dom. 22 poſt pent. v. 6 n 10:
39. Spiritus nondum erat datus, quia nondum JEſus erat glorificatus. dom. 2. poſt paſch. v. 7. num. 14. Et dom, infr. oct. Aſcenſ. v 26 num 13.
V 46 Nunquam ſic locutus eſt homo. dom. 9 poſt pent. v. 42. n. 2.
V. 48 Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? dom. 18. poſt pent. v 8. n. 9.
V. 49. Sed turba hæc, quæ non novit legem ibid.
V. 51 Nunquid lex noſtra judicat hominem niſi prius audieris ab ipſo &c. dom. 8. poſt pent. v. 2. n. 6.
Cap. 8. v 7. Qui ſine peccato eſt, primus in eam lapidem injiciat. dom. 1. poſt pent. v. 42 num. 2.
V. 12. Ego ſum lux mundi, dom. 20. poſt pent. v. 53. n. 4.
V. 13. Tu teſtimonium perhibes de te ipſo, teſtimonium tuum non eſt verum, dom. 11. poſt pent. v. 36. n. 1.
V. 25. Principium, qui & loquor vobis. dom. 15 poſt pent. v 14. n. 16.
V. 34. Omnis qui facit peccatum ſervus eſt peccati, dom 21. poſt pent v. 25 n 6.
V. 39. Pater noſter Abraham &c. dom. 5. poſt pent. v. 20 n. 18.
V. 44. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis perficere. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur &c. Dom. 22. poſt pent. v. 19. numero 2. dom. infr. oct Aſcenſ. v. 26. n. 18.
V. 46. Quis ex vobis arguet me de peccato? dom. 18. pent v. 7. n. 11.
V. 47. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit &c. dom. 11 poſt pent. v. 32. n. 9. Et dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 14.
V. 48. Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? dom. 22. poſt pent. v. 18. n. 2.
V. 49 Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico patrem, &c. ibid.
V. 52. Si quis ſermonem meum ſervaverit, non guſtabit mortem in æternum. dom. 6. poſt pent v. 3. n 4.
Cap. 9. v. 4. Venit nox, quando nemo poteſt operari dom. 8 poſt Pent. v. 2. num. 14. Et dom. 7. poſt pent. v. 17. n. 6.
V. 16. Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. do 16. poſt Pent. v. 6. n 1
V. 31 Deus peccatores non exaudit, dom. 5. poſt paſch. v 23. n. 3.
V. 35. Tu credis in filium Dei. dom. 15 poſt pent. v. 15. n. 23.
V. 41. Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum nunc autem &c. dom. 4 poſt paſch. v. 8. num. 12.

Cap.

Cap.10 v.3. Proprias oves vocat nominat m. Dom. 2. poſt Paſch. v.11.n. 9.
V. 4. Ante eas oves vadit, & oves illum ſequuntur. ibid. v.14.n.13.
V. 10. Ego veni ut vitam habeant, &c. Dom. 20. poſt Pent. v.47.n. 8.
V. 14. Cognoſcunt me meæ. Dom. 2. poſt Paſch. v. 14. n.14.
V. 18. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, dom. cit. v. 15.n.5
V. 27. Oves meæ vocem meam audiunt, dom. 11. poſt pent. v.34.n.17.
V. 28. Ego vitam æternam do eis. dom 2. poſt paſch. v. 14.n.2.
V. 33. De bono opere non lapidamus te, ſed tu homo cum ſis, &c, do. 17. pent. v.42.n.2
V. 37. Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere. dom. 20. poſt pent. v. 48. n. 1.
Cap. 11. v. 4. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, &c. dom. 18. poſt pent. v. 2 n. 11.
V. 11. Lazarus amicus noſter dormit. dom. 23. poſt Pent. v 24.n. 11.
V. 16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur dydimus, eamus & nos &c. dom. in Albis. v. 24. n. 1.
V. 31. Vadit ad monumentum ut ploret ibid. dom, 9. poſt pent. v. 41.n.16.
V. 33 Infremuit ſpiritu, & turbavit ſemetipſum. ibid.
V. 25. Lachrymatus eſt JESUS. ibid.
V. 36. Ecce, quomodo amabat eum. ibid. n. 13.
V. 44. Solvite & ſinite abire. dom. 15. poſt pent. v. 15. n. 21.
V. 48. Si dimittimus eum ſic, venient Romani &c. dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 2. n. 12.
Cap. 12. v. 31. Nunc judicium eſt mundi nunc princeps hujus mundi ejicietur foras dom. 4. poſt paſch. v. 11. n. 2.
V. 32. Et ego, ſi exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum. dom. 4. poſt Pent. v. 3. n. 13.
Cap. 13. v. 1. Sciens JEſus, quia venit hora, ut tranſeat ex hoc mundo &c. dom. 3. poſt paſch. v. 6. n. 1. dom. 3. poſt paſch. v. 20. n. 4. dom. 2. poſt paſch. v. 16. n. 10. dom. 17. poſt pent. v. 37. n 19. Et dom. 24 poſt pent. v. 27. n. 3.
V. 13. Vos vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis. do. in Alb. v. 28. n. 1. dom. 4. poſt paſch. v 8. n. 1. Et dom. 13 poſt pent. v. 13. n. 9
V. 31. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in illo. dom. 3. poſt pent. v. 5. n. 7.
V. 34 Ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, dom. 17. poſt pent. v. 39 n. 10.
V. 35. In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eſtis ſi dilectionem habueritis ad invicem. dom. 2. poſt paſch. v. 14 n. 14. Et dom. 17 pent. v 39. n. 6.
V. 36 Domine, quo vadis. dom. 4. poſt Paſch. v. 5. n. 3.
Cap. 14. v. 2. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. dom. 3. poſt pent. v. 6. n. 1. Et dom. 2. poſt pent. v. 17. n. 14.
V. 5. Domine neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire? dom. 4. poſt paſch v 5. n. 3.
V. 6. Ego ſum via, veritas & vita &c. dom. 5. poſt paſch. v. 23. n. 13. dom. 22 poſt pent. v. 8. n. 2.
V. 8 Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis dom. 5. poſt paſch. v 24. n. 1.
V. 9. Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. dom. 21 poſt pent. v. 20. n. 10.
V. 12. Majora horum faciet. Dom. 4. poſt paſch. v. 7. n. 20.
V. 19 Adhuc modicum, & mundus me jam non videt. dom. 2. poſt paſch. v. 16. n. 2.
V. 21. Ego & pater unum ſumus. Dom. 5. poſt paſch. v. 27. n. 5.
V. 27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. dom. in Albis. v. 19. n. 24.
Cap. 15. v. 1. Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt. dom. 7. poſt paſch. v. 16. n. 15. Et ibid. v. 17. n. 8.
V. 7. Quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. dom. 5. poſt paſch. v. 24. n. 7
V. 8 In hoc clarificatus eſt pater meus &c. dom. 7 poſt pent v. 17. n. 8.
V. 12. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos. dom. 17. poſt pent. v. 39. n. 6.
V. 13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. dom. 2. poſt paſch. v. 11. n. 20.
V. 14. Jam non dicam vos ſervos &c. dom. infr. oct. Aſc. v. 2. n. 5.
V. 15. Vos autem dixi amicos. dom. 3. poſt paſch. v 20 n. 4. & dom. 4. poſt paſch. v. 1 num. 6.
V. 20 Si me perſecuti fuerint, & vos perſequentur; Non eſt major ſervus Domino ſuo. dom. infr. oct. Aſc. v. 1. n. 4
V. 22. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. dom infr. octav. Aſc. verſ. 2. num. 18.

V.24. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Dom. 20. poſt Pent. v. 48 n 1.
Cap. 16 v. 2. Abſque ſynagogis facient vos Dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 26. n. 5.
V. 13. Docebit vos omnem veritatem. Dom. 4. poſt Pent. v. 3. n. 20.
V. 23. Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Do. 3. poſt Pent. v. 13. n. 6.
V. 27. Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis. Dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 2. n. 5
V. 32. Venit hora, ut diſpergamini omnes, & me ſolum relinquatis. Dom. 4. poſt Paſch. v. 5. n. 4
Cap. 17. v 3. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, &c. Dom 2 poſt Paſch. v. 14. n. 12. & Do. 20. poſt Pent. v. 53. n. 8. & Dom. 9 poſt Pent. v. 44. n. 9. & Dom. 12. poſt Pent. v 22. n. 3 & Do. 17. poſt Pent. v. 41. n. 1.
V. 12. Cùm eſſem cum eis, ego ſervabam eos in nomine tuo. Dom. 12. poſt Pent v. 35. n. 4.
V. 17. Sermo tuus veritas eſt Dom. 22. poſt Pent. v. 15. n. 8
Cap. 18. v. 8. Si me quæritis, ſinite hos abire. Dom. 2 poſt Paſch. v. 11. n. 8.
V. 36. Regnum meum non eſt de hoc mundo Dom. 16 poſt Pent. v. 11. n. 1. & Do. 4. poſt Paſch. v. 7. n 8.
Cap. 19 v. 15. Tolle, tolle, crucifige eum Dom 9. poſt Pent. v. 41. n. 8.
V. 37. Alia ſcriptura dicit: videbunt. in quem transfixerunt. Dom. 24. poſt Pent. v. 30. n. 4.
Cap. 20 v. 22 Inſufflavit, dicens: accipite Spiritum ſanctum. Dom. 22. poſt Pent. v. 20 num. 7.
V. 29. Beati oculi, qui non viderunt & crediderunt. Dom 12. poſt Pent. v. 23. n. 1.
Cap. 21. v 6. Mittite in dextram navigii rete. Dom. 4. poſt Pent. v. 4. n. 13.
V. 11. Aſcendit Simon Petrus, &c. & cum tot eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dom. 19. Pent. v. 9 n. 10. Et Do. 4. poſt Pent. v. 6. n. 8
V. 16. Paſce oves meas, Dom. 6. Pent. v. n. 20. Et num. 22. ibid.
V. 17. Paſce agnos meos. Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 3. Et Dom. 17. poſt Pent. v. 39 n. 4.
V. 18 Amen amen dico tibi, cùm eſſes junior cingebas te, & ambulabas ubi volebas; cùm autem ſenueris, &c. Do. 3. poſt. Paſch. v. 20. n. 4.

ACTUUM APOSTOLORUM.

Caput 2.

V. 1. Cæpit Jeſus facere & docere &c. Dom 2 poſt Paſch. v. 14. n. 2. Dom. 1. Pent. v. 42. n. 11. Et Dom. 6. poſt Pent. v. 6. n. 9.
V. 3 Per Dies 40. apparens eis & loquens de regno Dei. Dom. 2 poſt Paſch. v. 11. n. 1 Do. 3 ibid. v. 16. n. 1. Et Dom. 4. poſt Paſch. v. 12. n. 1. Et. Dom. 5. ibid v. 25. n. 7.
V. 6. Quando reſtitues regnum Iſraël? Dom 4. poſt Paſch v. 7. n. 8. Dom. infr. oct. Aſcenſ v. 1. num. 3
V. 8. Accipietis virtutem Spiritus ſancti, & eritis mihi teſtes in Jeruſalem, Dom. in Albis. v. 22 n. 7. Et Dom. 19. poſt pent. v. 9. n. 4
V. 21. Oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intravit &c. Dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 27. n. 5.
Cap. 2. v. 1. Erant omnes pariter in eodem loco. Dom. in Albis v. 19. n. 11.
V. 2, Repente de cœlo ſonus, tanquam advenientis ſpiritus vehementis. Dom in Albis. v. 22. n. 8
V. 3. Sedit que ſupra ſingulos eorum. Do. infr. oct. Aſcenſ. v. 2. n. 15. Et Dom. 4. poſt Pent. v. 3 n. 20.
V. 32. Hunc ſuſcitavit Deus à mortuis, & hujus nos teſtes ſumus. Dom. infr. oct. Aſcenſ v. 27. num. 2.
Cap. 3. v. 13 Deus glorificat filium ſuum Jeſum Dom. 4. poſt Paſch v. 14. n. 4.
Cap. 4 v. 12. Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Dom. 13. poſt Pent. v. 13. n. 6.
Cap. 5. v. 29. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Dom. 14. Pent. v. 24 n. 6. Dom. 22. Pent. v. 16. n 20. Et Dom. 22. poſt Pent. v. 21. n. 1.
V. 41. Illi ibant gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Jeſu contumeliam pati. Dom 3. poſt Paſch v. 20. n. 19. Et Dom. 19 v. 6. n. 1.
Cap. 7. v. 51. Durâ cervice & incircumciſis cordibus & auribus &c. Do. 19 Pent. v. 3. n. 8.
V. 55. Ecce video cœlum apertum, & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei. Dom. in Albis. v. 19. num. 17. Et Domin. 4 poſt Paſch. v. 13. n. 11.

℣. 59. Obdormivit in Domino. Dom. 23. Pent. v. 4 n. 12

Cap. 9. v 1. Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis Do. infr. oct. Aſcenſ. v 2. n. 10. poſt Pent v. 9. n. 11. Et Dom. 1. Pent v. 37 n. 13

℣. 15 Vas electionis eſt mihi iſte. Domin. 10. Pent. v. 9 n 7

℣. 16 Ego oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Dom. 3. poſt Paſch. v. 20. n. 4. Et Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 2. n 16

Cap. 10. v 34. Quia non eſt perſonarum acceptor Deus. Dom. in Albis v. 19. n. 19. Et Dom 19. poſt Pent. v 9. n 10

℣. 35. Sed in omni gente, qui timet eum &c. Dom. 19. cit.

℣ 38. Unxit eum Spiritu ſancto, qui pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes. Dom. infra oct. Aſcenſ. v 26. n. 30. Et Dom 19 poſt Pent. v. 47. n. 1

Cap. 13 v. 46. Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud &c. Dom. 19. Pent. v. 8. n. 2

Cap. 15. v 10 Jugum, quod neque nos neque patres noſtri portare potuerunt. Dom. 17 poſt Pent. v 40 n. 2

Cap. 16. v. 14. Quædam mulier nomine Lydia, colens Deum, audivit, cujus Dominus aperuit cor &c. Dom. 4. Pent. v. 5. n. 5. Et Dom. 20. Pent. v 15. n. 14

Cap. 17. v. 18. Quid vult ſeminiverbius hic? Dom. 11. Pent. v 33. n 20

℣. 28. In ipſo vivimus, movemur & ſumus. Dom 4 poſt Paſch. v. 6. n. 5. Et Dom 22. poſt Pent. v 20. n. 5

℣ 2. Genus ergò cùm ſimus Dei, non debemus æſtimare &c. Dom. 22 poſt Pent. v. 10 n. 8

Cap 20. v. 28. Attendite vobis & univerſo gregi. Dom. 7. Pent. v. 15. n. 1

℣ 29 Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces &c. ibid.

℣ 30 Et ex vobis ipſis exſurgent viri, loquentes perverſa ibid.

Cap 23 v. 12 Devoverunt ſe. Dom infr. oct. Aſcenſ. v 2. n. 10

℣. 14. Devotione devovimus nos. ibid.

Cap. 27. v. 24. Ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum. Dom 24. poſt Pent. v. 22. n. 4

ROMAN.

Caput 1.

℣. 3. Qui factus eſt ei ex ſemine David, ſecundùm carnem. Dom. 17. Pent. v. 42. n. 5

℣. 7. Gratia vobis & pax. Dom. 9. poſt Pent. v. 42. n. 9

℣. 8 Primùm quidem gratias ago Deo meo pro omnibus vobis. Dom. 6. poſt Pent. v. 6. n 13

℣ 9 Teſtis mihi eſt Deus, cui ſervio in ſpiritu meo. Dom. 7. poſt. Pent. v. 15. n. 13

℣. 16 Non erubeſco Evangelium. Dom. 8. poſt Pent. v. 3. n. 16

℣ 17 Juſtus ex fide vivit. Dom. 23. poſt Pent. v. 25. n. 22

℣. 21. Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Do. 22. poſt Pent. v 15. n. 8

℣. 22. Dicentes enim, ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. ibid.

℣. 24 Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum &c. Dom. 19 poſt Pent. v. 6. n. 5

Cap 2. v. 1. In quo judicas alium, teipſum cõdemnas &c. Dom 1. poſt Pent. v. 37. n. 19

℣. 4. An ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Dom. 12. poſt pent. v. 29. n. 4

℣. 13. Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores juſtificabuntur. Dom. 5 poſt. Pent. v. 20. n. 18. Et Dom. 12 poſt Pent. v. 25. n. 8

℣. 15. Teſtimonium reddente illis conſcientiâ Dom 4. Pent. v. 1 n. 21

Cap. 3. v. 22. Juſtitia Dei per fidem JESU Chriſti in omnes & ſuper omnes, qui credunt in eum. Dom. 4. poſt Paſch. v. 8. n 17

℣. 23. Omnes enim peccaverunt, & egent gratiâ Dei. Dom. 16 poſt pent. v. 5. n. 5 Et Dom. 18 poſt Pent. v. 8. n. 4

Cap. 4 v. 17. Qui vivificat mortuos. Dom 15. poſt Pent. v. 14 n. 18

℣ 25. Traditus eſt propter delicta noſtra. &. Dom. in Albis v. 23 n. 1

Cap. 5. v 5. Spes non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum Do. 4. poſt Paſch. v. 7 n. 24. Dom. 5. poſt Pent. v. 23. n. 2. Do. 8 Pent. v. 2. n. 13.

n. 13. do. 17. poſt Pent. v. 37 n 3. Do. 19. Pent. v. 12. n. 9. Et dom 23 poſt Pent. v. 22. n. 10.
V. 10. Cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus. Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 20.
V. 12. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. dom. 3. poſt Pent. v. 4. n. 9
Cap. 6. v. 9. Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur, &c d. 3. poſt Paſch. v. 22. n. 7
V. 21. Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis. Dom. 8. poſt Pent. v. 3. n. 16.
Cap. 7. v. 14. Ego carnalis ſum venundatus ſub peccato. Dom. 21. poſt Pent v. 25. n. 6.
V. 23. Video aliam legem in membris meis, &c. Dom. 8. poſt Pent. v. 2 n. 18.
V. 24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? dom. 15. poſt pent. v. 12. n. 7. Et Dom. 20. poſt Pent. v. 47. n. 18.
Cap. 8. v. 7. Sapientia carnis inimica eſt Deo. Dom. 15. poſt Pent. v. 12. n. 9.
V. 15. Accepiſtis ſpiritum adoptionis, in quo clamamus Abba pater. Dom. 5. poſt Paſch. v. 23. n. 10. Et Dom 12. poſt Pent. v. 23. n. 4.
V 16. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, &c. dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 26. n. 3.
V 17. Si autem filii, & hæredes, &c. ibid.
V. 18. Exiſtimo enim, quod non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis, &c. dom. infr. oct. loc. cit. dom. 3. poſt Paſch. v. 6 n. 16. Et dom. 3. cit. v. 21. n. 2.
V. 26. Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, &c. dom. 6. poſt Pent. v. 4. n. 1. Et dom. 10. poſt Pent. v. 11. n. 7.
V. 28. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, dom in Albis. v 28 n. 3.
V. 29. Quos præſcivit & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui. dom. 3. Paſch. v. 20. n. 4. dom. infr. oct. Aſc. v. 1. n. 4. dom. 22. poſt Pent. v. 20. n. 6. Et ibid. n. 10.
32. Proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum. dom. 3. poſt Pent. v. 4. n. 10.
Cap. 9. v. 16. Non eſt currentis, ſed miſerentis Dei. dom. 21. poſt Pent. v. 27. n. 1.
V. 33. Omnis, qui credit in eum, non confundetur. dom. 19 poſt Pent. v. 9. n. 10,
Cap. 10. v. 3. Ignorantes Dei juſtitiam & ſuam quærentes ſtatuere, juſtitiæ Dei ſe non ſubjecerunt, dom. 4. poſt Paſch. v. 8. n. 15.
V. 4. Finis legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti. ibid.
V. 6. Quis aſcendet in cœlum, aut quis deſcendet in abyſſum. do. 18. poſt pent. v. 8. n. 6.
V. 8. Sed quid dicit ſcriptura? prope eſt verbum in corde tuo. ibid.
V. 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. ibid. Et dom. 2. Paſch. v. 12. n 7 dom. 3. Pent. v. 1. n. 3 dom. 19 Pent. v. 12. n. 14. Et dom. 23. Pent. v. 21. n. 2.
V. 12. Non enim eſt diſtinctio Judæi & Græci, nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. dom. 19. poſt Pent. v. 9. n. 10.
V. 13. Omnis enim, qui invocaverit nomen Domini ſalvus erit. ibid.
V. 15 Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? dom. 7 poſt Pent. v 15 n. 6.
V. 16 Non omnes obedinnt Evangelio. dom. 19. poſt Pent. v 10. n. 3.
Cap. 6. v. 17. Fides ex auditu. dom. 11 poſt Pent. v. 33 n. 21
Cap. 11. v. 25 Cæcitas ex parte contigit in Iſrael donec plenitudo gentium intraret. dom 23. poſt Pent. v. 20. n. 2.
V. 29. Sine pœnitentia ſunt dona Dei. dom. 21. poſt Pent. v. 34. n. 7.
V. 31 O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei. dom. 4. poſt Pent. v. 4. n. 3.
Cap. 12. v. 1. Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, &c. dom. 5 poſt Pent. v. 23. n. 9 Et dom 6 poſt Pent. v 8. n. 2.
V. 3 Dico per gratiam, quæ data eſt mihi omnibus, qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quàm oportet ſapere. do. 4. Paſch. v. 13. n. 4.
V. 5. Multi unum corpus ſumus in Chriſto. dom. 5. poſt Pent v. 23. n. 11.
V. 8. Qui miſeretur in hilaritate. dom. 6. poſt Pent. v. 6. n 6.
V. 18. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes. do. 5. poſt Pent. v. 23 n. 14.
V 19. Non noſmetipſos defendentes, chariſſimi, ſed date locum iræ. d. 5. Pent. v 22. n. 5.
V. 20. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, &c dom. 16. poſt Pent. v. 7. n. 4.
V. 21. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. ibid.
Cap. 13. v. 8. Nemini quidquam debeatis, niſi ut invicem diligatis; qui enim diligit proximum,

mum legem implevit. dom. 5. pent. v. 22. num. 28. dom. 17. v. 39. n. 4. Ibid. n. 6. Et ibid. v. 40. n. 3

℣. 9. Si quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur. ibid. n. 6

℣ 10 Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo ergo legis eſt dilectio. ibid. n. 6 Et dom. 11. pent. v. 28. n. 1

℣. 12. Abjiciamus opera tenebrarum. Dom. 3. poſt paſch. v. 1. n. 6. Et dom. 9. pent. v. 24. num. 4

℣. 14. Induimini JESUM Chriſtum. dom 14. pent. v. 25. n. 15

Cap. 14. v. 4. Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat aut cadit. dom. 1. pent. v. 37. n. 6

Cap. 15. v. 1. Non debemus nobis placere. dom. 10. pent. v. 11. n. 9

I. AD CORINTHIOS.

Caput 1.

℣. 26. Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem &c. dom. 2. pent. v. 21. n. 14

℣. 27. Quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, ut confundat fortia. ibid.

Cap. 2. v. 4. Non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritûs & virtutis. dom. 2. pent v. 23. n. 14. Et dom. 7. pent. v. 16. n. 16

℣. 8 Si cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. dom. 2. poſt paſch. v. 11 n. 10. Et dom. 9. pent. v. 44. n. 10. Et dom. 7 pent. v. 41. n. 1

℣. 9. Quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum. dom. 17. pent. v 38 n. 6

℣. 14. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritûs Dei. dom. 11. pent. v. 33. n. 28

Cap. 3 v. 2. Lac vobis potum dedi, non eſcam. dom. 3. poſt paſch. v 23. n. 9. Et dom. 24. pent. v. 19. n. 5

℣. 3. Cùm ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis, &c. dom. 19. pent. v. 11. n. 5

℣. 7. Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus dom. 6. pent. v. 5. n. 4

℣. 19 Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. dom. 22. pent. v. 19. n. 10

Cap. 4. v. 2. Hîc jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. dom. 8. pent. v. 1. n. 19

℣. 3. Mihi pro minimo eſt, ut à vobis judicet, aut ab humano die. dom. 1. pent. v. 37. n. 1

℣. 5. Nolite ante tempus judicare, quoad uſque veniat Dominus &c. dom. 1. pent. v. 37. n. 1. Et dom. 3. pent. v. 8. n. 12. dom. 8. v. 1. n. 10

℣. 20. Non in ſermone eſt regnum Dei. dom. 8. pent. v. 3 n. 6

Cap. 6. v. 20. Empti enim eſtis pretio magno. dom. 15. pent. v. 24. n. 1

Cap. 7. v. 29. Qui habent uxores tanquam non habentes ſint. dom. 2. pent. v. 20. n. 1

Cap. 8. v. 1. Scientia inflat. dom. 4. poſt paſch. v. 13. n. 4

℣. 6. Nobis unus Deus pater eſt, ex quo omnia. dom. 17. pent v. 37. n. 14

℣. 11. Peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt dom. 5. pent. v. 21. n. 3

Cap. 9. v. 9. Nunquid de bobus Deo eſt cura? dom. 14. pent. v. 26. n. 11

℣. 21. His, qui ſub lege erant. dom. 2. poſt pent v. 23. n. 2

℣ 22. Omnibus omnis factus ſum, Dom. 2. poſt Paſch v. 14. n. 15. Dom 2. pent. v. 16. n. 24

Cap. 10. v. 11. Non ſumus, in quos fines ſæculorum devenerunt. Do. 2. Pent. v. 17. n. 7

℣. 12. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Dom. 10. Pent. v. 14. n. 2

℣. 13. Fidelis Deus qui non patietur vos tentare ſupra id, quod poteſtis &c. Dom. 2. poſt Paſch. v. 22. n. 3. Dom. infra octav. Aſcenſ. v. 4. n. 4. Dom. 8. Pent v. 2 n. 18

℣ 21. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum. Dom. 14 Pent. v. 24 n. 7

℣. 33. Non quæro, quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant. Dom. 2. Paſch. v. 12. n 2

Cap. 11. v. 29. Qui manducat & bibit indigne &c. Dom. 20. Pent. v. 47. n. 9

℣ 31. Quòd ſi nosmetipſos dijudicamus, non utique judicaremur. Do. 1. Pent. v. 47. 1

Cap. 12. v. 3. Nemo poteſt dicere: Dominus JESUS, niſi in Spiritu ſancto. Dom. 7 Pent. v. 21. n. 1

℣. 25. Pro invicem ſolliciti ſunt membra. Dom. 19 Pent. v. 12. n. 11

℣. 26. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. ibid.

Cap. 13. v. 1. Si linguis hominum loquor &

Angelorum &c. Dom. 17. pent. v. 38 n. 2
V. 3. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. dom. 10. pent. v. 12. n. 9
V. 4. Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur. dom. 7. pent. v. 17. n 3
V. 5. Charitas non quærit, quæ ſua ſunt. dom. 6. pent. v. 6. n. 22. Et dom. 7. pent. v. 17. n 4. dom. 1. pent. v. 37. num. 16. Et dom. 13. pent. v. 13. n. 13
V. 12. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate dom 3. poſt paſch. v. 16. n. 10 dom. 12. pent v. 23. n. 4. Et dom. 22. pent. v. 20. n 4
V. 13. Nunc autem manent fides, ſpes & charitas; major autem horum eſt charitas. dom. 5. pent. v. 23. n. 6. dom. 17. pent. v. 38. n. 4
Cap. 15. v. 10. Abundantius illis omnibus laboravi dom. 10. pent. v. 11. n. 24
V. 14. Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt fides noſtra. dom in Albis. v. 25. n. 2
V. 28. Eſt Deus omnia in omnibus. dom. 3. pent. v. 4. n. 10
V. 31. Quotidie morior. dom. 20. poſt pent. v. 47. n. 18
V. 33. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. dom. 11. pent. v. 33. n. 6
V. 52. In momento, in ictu oculi, canet enim tuba &c. dom. 24. pent. v. 31. n. 3. & 14
V. 56. Stimulus mortis peccatum. dom 15. pent. v. 12. n. 16. Et v. 15. n. 26. ibid.

II. AD CORINTHIOS.

Caput 1.

V. 5. Sicut abundant paſſiones Chriſti, ſic in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 26. n 5
Cap. 2. v. 4. Scripſi vobis per multas lachrymas, ut ſciatis, quam charitatem habeam &c. dom. 9. pent v. 41. n. 13
Cap. 3. v. 2. Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris. dom. 2. poſt paſch. v. 41. n. 15
3. Non atramento, ſed ſpiritu. domin. 6. pent v. 6. n. 17
3. Nos revelatâ facie, gloriam Domini ſpeculantes &c. dom. 4. poſt paſch. v. 7. n. 8
Cap. 4. v. 7. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. dom. 22. pent. v. 20. n. 4
V. 17. Momentaneum & leve tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. dom infra oct. Aſcenſ. v. 4 n. 5
Cap. 5. v. 1. Quam ædificationem habemus ex Deo, non manufactam &c. Dom. 3. Pent. v. 6. n. 1. Et Dom. 18. Pent. v 6 n. 23
V. 10. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. dom. 1. pent. v. 37. n. 19
V. 16. Et ſi cognovimus ſecundùm carnem, Chriſtum; ſed nunc jam non novimus. dom. 4. poſt paſch. v. 7. n. 22
Cap. 6 v. 2. Ecce nunc tempus acceptabile &c. dom 3. poſt paſch. v. 16 n. 11. dom. 9. pent v. 42. n. 5 Et dom. 15. pent. v. 15. n. 5
V. 10. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes dom. 3. poſt paſch. v. 22. n. 5
V. 15. Quæ conventio Chriſti ad Belial? dom. 14. pent. v. 24. n. 7
Cap. 7. v. 4. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio &c. dom. 2. poſt paſch. v. 11. n. 16. Et dom. 3. ibid. v. 21. n 10
V. 5. Nullam requiem habuit caro noſtra, ſupra modum gravati ſumus &c. dom. 3. poſt paſch v. 21. n. 9
V. 9. Gaudeo, non quia contriſtati eſtis, &c. dom. 4. poſt paſch. v. 6. n. 6
Cap. 8. v. 9. Qui propter nos egenus factus eſt, cùm eſſet dives dom 2. pent. v. 21. n. 12
Cap. 9. v. 6. Qui parcè ſeminat, parcè & metet. dom. 1. pent. v. 38. n. 7
V. 7. Hilarem datorem diligit Deus. dom. 4. pent. v. 3. n. 12. Et dom. 6. v. 6. n. 6
V. 8. Potens eſt Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. dom. 6. pent. verſ. 5. n. 4
Cap. 12. v. 4. Audivit arcana verba. dom. 4. poſt paſch. v. 13. n. 4
V. 9. Virtus in infirmitate perficitur. &c dom. 20. pent. v. 47. n. 8
V. 10. Cùm infirmor, tunc potens ſum. dom. 20. pent. v. 46. n. 7
V. 14. Non quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos. dom. 2. poſt paſch. v. 12, n. 2. Et dom. 4. pent. v. 10. n. 8
V. 15. Ego autem libentiſſimè impendam & ſuperimpendar pro animabus veſtris. dom. 2. poſt paſch. v. 15. n. 7
Cap 13. v. 3. An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus? dom. 7. pent. v. 16. n. 16

AD GALATAS

Caput 1.

V. 10. Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. dom. 14. poſt Pent. v. 24. num. 6

V. 13 ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam. Dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 2. n. 20.

V. 16. Continuò non acquievi carni aut ſanguini. dom. 15. Pent. v. 15 n. 3.

Cap. 2. v. 9. Dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. dom. 4. Pent. v. 7. n. 2

V. 20. In fide vivo filii Dei, qui dilexit me & tradidit ſemetipſum pro me. dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 9. Et do. 3. poſt Pent. v. 4. n. 10.

Cap. 3. v. 24. Lex pædagogus noſter. dom. 23. Pent. v. 24. n. 5.

V. 27. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. dom. 19 Pent. v. 11. n. 5. Et n. 10. ibid.

Cap. 4. v. 3. Cùm eſſemus parvuli. dom. 23. pent. v. 24. n. 5.

V. 31. Non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ. dom 12. pent. v. 23. n. 4.

Cap 5. v. 6. Fides per charitatem, operatur. Dom. 19. pent. v. 11. n. 17.

V. 19. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, &c. dom. 3. poſt Paſch. v. 20. n. 13 Et dom. 7. poſt pent. v. 16. n. 4.

V. 22. Fructus autem ſpiritûs: charitas, gaudium, pax &c dom. 7. pent. v. 16. n. 19. Et v. 17. num. 4. ibid.

Cap. 6. v. 3. Si quis exiſtimat, ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. dom. 10. pent. v. 11. n. 12.

V. 4. Opus autē ſuum probet unuſquiſque ib

V. 10. Dum tempus habemus, operemur bonum. dom. 7. pent. v. 17. n. 6.

AD EPHESIOS.

Caput 2.

V 4. Propter nimiam charitatem ſuam, quâ dilexit nos. dom. 17 pent. v. 37. n. 5.

V. 14. Ipſe eſt pax noſtra. dom. 5. pent. v. 23. n. 11

Cap. 3 v. 20. Ei autem, qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quàm fecimus. dom. 5. poſt Paſch. v 23. n. 1.

Cap. 4. v. 5. Una fides. unum baptiſma. dom. 2. poſt paſch. v. 16. n. 7.

V. 8. Aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem. dom. 3 pent. v. 6. n. 1.

V. 18 Tenebris obcæcatum habentes intellectum. dom. 11. pent. v. 32 n. 19.

V. 26. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. dom. 5. pent. v. 23. n. 23.

V. 29. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. dom. 11. pent. v. 33 n. 26.

V. 30. Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum. ibid. Et dom. 4. poſt paſch. v. 9. n. 3.

Cap. 5. v. 5. Hoc autem ſcitote, intelligentes, quod omnis fornicator non habet hæreditatem in regno Dei dom. 2. poſt pent. v. 20. n. 5. Et dom. 8. pent. v. 9. n. 4.

V. 8. Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, &c. dom. 18. pent. v. 8. n. 8. Et dom. 20. Pent. v. 50. n. 16.

V. 13 Quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur. dom. 4. poſt paſch. v. 11 n. 2.

Cap. 6. v. 1. Filii obedite parentibus veſtris in Domino; hoc enim juſtum eſt. dom. 15. poſt pent. v. 15. n. 21.

V. 4. Vos patres educate filios in diſciplina & correctione. ibid.

V. 12. Contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. dom. 22. pent. v. 18. n. 2.

AD PHILIPPENSES.

Caput 2.

V. 6. Cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. dom. 2 poſt paſch v. 11. n. 10.

V. 7. Semetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens &c. ibid. Et n. 11. ibid. Et dom. 6. pent. v. 2. n. 2.

V. 9. Propter quod Deus exaltavit illum &c. domin. 16 pent. v. 10. n. 1.

V. 12. Cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini. dom. 10. pent. v. 14. n. 2.

Cap. 3. v 8. Omnia arbitror ut ſtercora. dom. 3. pent. v 8. n. 14. Et dom 15. pent. v. 13. n. 12.

V. 13. Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe &c. dom. 10. pent. v. 11. n. 24. & 26

V. 14. Ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernæ vocationis. ibid. n. 26.

V. 15. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. ibd.

V. 20 Noſtra autem converſatio in cœlis e dom. 3. pent. v. 4. n. 11. dom. 12. pent. v. 23 Et dom. 23. pent. v. 20. n. 1.

Cap. 4. v. 6. Nihil ſolliciti ſitis. dom. 14. pent v. 25. n. 6.

V. 12. In omnibus inſtitutus ſum, & ſaturari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. dom. 14. pent. v. 33. n. 20.

V. 13. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. dom. 8. poſt Pent. v. 2. n. 18.
V. 22. Salutant vos omnes ſancti maximè autem qui de domo Cæſaris ſunt. dom. 1 poſt Pent. v. 24. n. 6. Et dom. 22. Pent. v. 21. n. 6.

AD COLOSSENSES.

Caput 1.

℣. 10. In omni bono opere fructificantes. Domin. 7. Pent. v. 17. n. 8.
℣. 13. Eripuit nos de poteſtate tenebrarum. Dom 4 Pent. v. 11. n. 4.
℣. 18. Primogenitus ex mortuis. Dom. 3. poſt Paſch. v. 21. n. 8.
Cap. 2. v. 3. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Dom. in Albis. v. 15. n. 2. Et v. 28. n. 3. ibid.
℣. 5. Etſi corpore abſens ſum, ſpiritu vobiſcum ſum. Dom. 2. poſt Paſch v. 12. n. 4.
℣. 13. Cum mortui eſſetis in delictis, convivificavit, donans vobis omnia delicta. dom. 21. poſt Pent. v. 25. n. 2.
Cap. 3. v. 1 Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, quærite, non quæ ſuper terram. Dom. 3. poſt Paſch. v. 16. n 1.
℣. 3. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. dom. 15. Pent. v. 1. n. 26
℣. 9. Exſpoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis. dom. 19 Pent. v. 11. n. 5.
℣. 10. Et induentes novum eum, qui renovatur in agnitioem, ſecundùm imaginem ejus, qui creavit illum. ibid.
℣. 12. Induite vos ergo ſicut electi Dei, &c. ibid. num. 12.
℣. 14. Super omnia autem charitatem habete. Dom. 5. Pent. v. 23. n. 6.

I. AD THESSALONICENSES.

Caput 1.

v. Evangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantùm, ſed in virtute & in ſpiritu, &c. dom. 2. Pent. v. 22. n. 14.
℣. 6. In tribulatione multâ cum gaudio Spiritûs ſancti. dom. infr oct. Aſcenſ. v. 26. n. 3.
Cap. 2. v. 19. Quæ eſt corona gloriæ meæ, nonne vos? dom 3. poſt Paſch. v. 21. n. 9.
Cap. 4 v. 1. Rogamus vos & obſecramus in Domino. dom 4 Pent. v 3. n. 10.
℣. 3. Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Dom. 7 Pent. v. 21. n. 10.
℣. 12. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contriſtemini ſicut & cæteri, qui ſpem non habent. dom. 15. Pent v. 13. n. 13.
℣. 13. Si enim credimus, quòd Jeſus mortuus eſt & reſurrexit &c. ibid.
℣. 15. In juſſu, & voce Archangeli, & tuba Dei, &c. Dom. 15. Pent. v. 15. n. 1. Et Dom. 24. Pent. v. 31. n. 3.
Cap 5. v. 3. Cùm dixerint: pax & ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperveniet interitus. Dom. 15. poſt Pent. v. 12. n. 15.
℣. 17. Sine intermiſſione orate, Dom. 5. poſt Paſch. v. 23. n. 9.

II. AD THESSALONICENSES.

Caput 2.

℣. 9. Cujus Adventus eſt ſecundùm operationem ſatanæ, in omni virtute. & ſignis, & prodigiis mendacibus. Dom. 24. Pent. v. 21. num. 2.

I. AD TIMOTHEUM.

Caput 1.

℣. 5. Finis autem præcepti eſt charitas de corde duro &c. dom. 5. Pent. v. 23. n. 6. dom. 12. Pent. v 27. n. 2. Dom. 17. v. 38. n. 2.
Cap. 2. v. 4. Omnes homines vult ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Dom. 2. Pent. v. 16 n. 24.
Cap. 3. v. 2. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe Dom. 1. Pent. v. 42 n. 2.
Cap. 4. v. 11. Præcipe hæc & doce. loc. citat. num. 11.
Cap. 5. v. 6. Quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt. Dom. 15 Pent. v. 11. n. 4.
℣. 8. Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negavit. do. 20. Pent. v. 53. n. 11.
℣. 9. Vidua eligatur, non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor. Dom. 15. Pent. v. 15. n. 22.
Cap. 6. v. 8. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Dom. 6. Pent. v. 8. n. 2. Dom. 14 Pent. v 32. n. 10.
℣. 9. Qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum diaboli, &c. dom. 8. Pent. v. 9. n. 4.

II. AD

II. AD TIMOTHEUM.

Caput 1.

℣.12. Scio cui credidi, quia potens eſt depoſitum meum ſervare. Dom. 6. Pent. v. 6. n. 7.
Cap. 2. ℣.12. Si ſuſtinebimus, & conregnabimus. Dom. in Albis. v. 20. n. 7. Et Dom. 11. poſt Pent. v. 37. n. 1.
℣ 19. Cognovit Dominus, qui ſuat ejus. dom 2. poſt Paſch v. 14. n. 4.
Cap. 3. v. 1. In noviſſimis diebus erunt tempora periculoſa. Dom. 4. poſt Pent. v 7. n 6
℣. 2. Erunt homines ſeipſos amantes ibid
℣. 5. Habentes ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. dom. 7. Pent. v. 15. n. 7
℣. 7. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Dom. 17. poſt Pent. v 35. n. 6.
V. 12. Omnes qui volunt in Chriſto piè vivere, perſecutionem patientur. Dom. infr oct Aſcenſ. v. 1. n. 4
V. 16. Omnis Scriptura divinitus inſpirata eſt ad docendum. Do. 12 poſt Pent. v. 26 n. 1.
Cap. 4. v. 2. Prædica verbum, inſta opportunè, importunè &c. dom. 2. poſt Pent. v. 23. n. 15. dom. 16 poſt Pent. v. 7. n. 3 Et Do. 18. Pent. v. 3. n. 5.
V. 4. A veritate quidem auditum avertent ad fabulas autem convertentur. Dom 11. poſt Pent. v. 33. n. 20.

AD TITUM.

Caput 1.

V. 16. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Dom. 1. poſt Pent. v. 21. n. 5
Cap. 2. v. 15. Hæc loquere & argue cum omni imperio Dom. 1. poſt Pent. v. 42. n. 11

AD HEBRÆOS.

Caput 1.

V. 1. Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis. dom. 12 Pent. v. 24 n. 3 & do. 13. poſt Pent. v. 34. n. 1
V. 2 Noviſſimè diebus iſtis, nobis locutus eſt in filio. locis cit
Cap. 2. v. 4 Conteſtante Deo ſignis & portentis &c. dom. infr. oct. Aſcenſ. v. 26. n. 28
V. 16. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ &c. Dom. 2. poſt. Paſch v. 11 num. 17
Cap. 4. v. 12. Penetrabilior omni gladio anciſi, & pertingens uſque ad diviſionem animæ ac Spiritus do 7. poſt Pent. v. 16. n. 14
V 13. Omnia nuda & aperta ſunt oculis ejus Dom 8. poſt Pent. v. 1. n. 10.
V. 15. Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris. dom 2. poſt Paſch. v. 11. n. 17 Et do. 6. poſt Pent. v. 2. n. 20
Cap. 5. v. 4. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem ſed qui vocatur à Deo. Dom. 16 Pent. v. 8. n. 6
V. 7. Cum clamore valido & lachrymis exauditus eſt pro ſua reverentia. dom. 5 Pent. v. 41. n. 5. Et dom. 20 Pent. v. 52. n. 5
V. 11. & 12. Non enim manufactum tabernaculum Chriſtus introivit &c. dom. 4. poſt Paſch. v. 7. n. 6
V. 24. Jeſus introivit in cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. dom. 5. poſt. Paſch. v. 28. n. 3
Cap. 10. v. 26. Voluntariè peccantibus nobis, non relinquitur pro peccatis hoſtia. dom. 4 pent. v. 7. n. 6. dom. 9. pent. v. 41. n. 11. Et dom. 12 pent. v. 30. n. 5.
V. 33 Socii taliter conſervantium effecti. dom 2. pent. v. 31. n. 1
V. 34. Nam & vinctis compaſſi eſtis. ibid
Cap. 11. v. 1. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. dom. in Albis. v. 29. n. 1
V. 6. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo dc 4. pent. v. 5. n 6 Et dom. 11. pent. v. 33 n. 1
V. 24. Moyſes negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis. dom. 3. poſt. paſch. v. 20 n. 22
V. 25. Magis eligens affligi cum populo &c. ibid.
Cap 12. v. 2 Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem. dom. 3 poſt pent. v. 5. n. 7. & 9. pent. v. 41 n. 8
V. 3. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit contra dictionem. dom 3. poſt paſch. v. 1 n. 16 Et dom. 4. poſt paſch. v. 5. n. 9.
V. 6. Quem enim diligit Dominus, caſtigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. do. 4. poſt. paſc. v. 8. n. 4. do. 18. pent. v 2 n. 7

V. 8. Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes, ergo adulteri & non filii eſtis. Dom. 3. poſt Paſch. v. 20 n 4.
Cap. 13 v. 3. Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti, & laborantium, &c. Dom. 12. poſt Pent. v. 33. n. 12.
V. 13. Exeamus ad eum extra caſtra, improperium ipſius portantes. Dominica. 23. Pent. v. 25. n. 2.
V. 16. Beneficentiæ & communionis nolite oblivi ſci. Dom. 16. Pent. v. 6. n. 6.
V. 17. Ipſi pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Dom. 21. poſt Pent. v. 23. n. 5.
V. 20. Eduxit paſtorem magnum ovium. Do. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 6.

JACOBI.

Caput 1.

V. 4. Patientia opus perfectum habet. Dom. 2 poſt Paſch. v. 14. n. 14. Et Dom. poſt Pent. v. 27. n. 27.
V. 5. Qui dat omnibus affluenter. Dom. 14 poſt Pent. v. 36. n. 2.
V. 6. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Dom. 5. poſt Paſch. v. 23. n. 1. Et ibid. n. 18.
V. 17. Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt. dom. 5. pent. v. 23. n. 6. Et dom. 11 pent v. 34. n. 3.
V. 19. Sit autem omnis velox ad audiendum, tardus ad loquendum. dom. 11. pent. v. 35. n. 3. Et. n. 13. ibid.
V. 20. Ita viri juſtitiam Dei non operatur. dom. 5. Pent. v. 22. n. 7.
V. 21. Suſcipite inſitum verbum. dom 4. pent. v. 6. n. 1.
V. 22. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, ibid.
23. Si quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur &c. dom. 4. pent. v 6. n 1.
25 Qui perſpexerit in legem perfectam libertatis &c. dom. 12. pent. v. 25. n. 8.
p. 2. v. 10. Qui totam legem ſervaverit, offendit autem in uno factus eſt omnium reus dom. 10. pent. v. 11. n. 12. dom. 17 pent. v. 37. num. 27.
V. 13. Judicium ſine miſericordia illi, qui non fecerit miſericordiam. dom 1. pent. v 36. n. 11. dom. 21. pent v. 34. n. 3.
V. 19. Tu credis, quoniam unus eſt Deus, & benefacis, & dæmones credunt & contremiſcunt. dom. 19 pent. v. 13, n. 3.
V. 26 Fides ſine operibus mortua eſt. dom. 12 pent. v. 25. num. 9. & dom. 23. pent. verſ. 25. num. 22.
V. 5. Ecce quantus ignis, quàm magnam ſilvam accendit? dom. 5. pent. v. 22. n. 13.
V. 6. Lingua univerſitas iniquitatis. dom. 11. Pent v. 34. n. 14.
V 8. Linguam nullus homo domare poteſt. ibid. v. 33. n. 27.
Cap. 4. v. 3. Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis. Dom 5. poſt Paſch. v. 23. n. 9.
V. 6. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Dom. 16 Pent. v. 10. n. 4.
V. 8. Appropinquate Deo & ipſe appropinquabit vobis. Dom. 3. Pent. v. 1. n. 7. Et dom. 10. Pent. v. 13. n 5.
Cap. 5 v. 7. Ecce agricola exſpectabat pretioſum fructum terræ &c. Dom. 6. poſt Pent verſ. 2. num. 15.
V. 8 Patientes igitur eſtote, & confirmate corda veſtra ibid.
V. 9. Ecce judex ante januam aſſiſtit. ibid.
V. 10. Exemplum accipite fratres exitus mali, laboris & patientiæ. Dom. 19. pent. v. 4. n. 7
V. 11. Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt Dom. 6. cit
V. 13 Triſtatur aliquis veſtrum, oret. Dom. 4. poſt Paſch. v. 6. n. 6.
V. 16. Orate pro invicem, ut ſalvemini. Dom. 13. Pent. v 13. n. 13.

I. PETRI

Caput 1.

V. 3. Regeneravit nos in ſpem vivam &c. Dom. 3. poſt Paſch. v. 22. n. 9.
V. 4. In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam &c. ibid.
V. 6. Modi um nunc ſi oportet contriſtari. ibid. v. 16. n. 11.
Cap. 2 v. 18 Servi ſubditi eſtote in omni timore Domini, etiam diſcolis. Dom. 14. Pent. v. 24 num. 6.
V. 21 Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum. Dom infr. oct. Aſcenſ v. 1. num. 3.
V. 22. Qui peccatum non fecit, nec dolus inventus

ventus eſt in ore ejus. Dom. 18. Pent. v. 7. num. 11

V. 24. Peccata noſtra ipſe pertulit. Dom. 3. pent. v. 4. n. 8

V. 25. Eratis ſicut oves errantes, ſed converſi eſtis nunc &c. Dom. 2. poſt paſch. v. 11. n. 3

Cap. 3. v. 8. Omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes. dom. 21. pent. v. 31. n. 1

V. 14. Si quid patimini propter juſtitiam, beati. dom. 9. pent. v. 41. n. 8

Cap. 4. v. 8. Charitas operit multitudinem peccatorum. dom. 3 pent. v. 4. n. 8

V. 16 Si autem ut Chriſtianus, non erubeſcat. dom. 23. Pent. v. 25. n. 2

Cap. 5. v. 7. Omnem ſollicitudinem projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. dom. 6. pent. v. 6. n. 1. Et dom. 14. pent. v. 33. n. 13

V. 8. Adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit. dom. 2. poſt paſch. v. 11. n. 7

II. PETRI.

Caput 1.

V. 18. Hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam &c. dom. infra oct. Aſcenſ. v. 27. num. 2

V. 19. Quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco. dom. 2. pent. v. 16. n. 6

Cap. 2 v. 21. Melius erat illis, non cognoſcere viam juſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum converti. dom. 19. pent. v. 41. n. 11. Et dom. 19. pent. v. 12. n. 6

I. JOANNIS

Caput 1.

V. 1. Quod audivimus, quod oculis noſtris &c. dom. infra oct. Aſcenſ. v. 27. n. 2

V. 8. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus. dom. 10. poſt pent. v. 11. n. 23

Cap. 2 v. 1. Advocatum habemus apud Patrem. dom. 12. pent. v. 23. n. 4

V. 4. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt, dom. 2. poſt paſch. v. 13. n. 12

V. 11. Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt Dom. 5. pent. v. 23. n. 30

V. 11. Noviſſima hora eſt. dom. 24. pent. v. 34 n. 1

Cap. 3. v. 14. Qui non diligit, manet in morte. dom. 1. pent. v. 37. n. 16. Et dom. 5. pent. v. 23. n. 14. Et dom. 21. pent. v. 32. n. 6

V. 17. Qui viderit fratrem neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo &c. dom. 21. poſt pent v 32. n. 2

V. 21. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. dom. 5 poſt paſch. v. 23 n. 4

V. 22 Quidquid petierimus, accipiemus eo. ibid.

Cap. 4. v 12. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet. dom. 17. pent. v. 39. n. 6

V. 16. Deus Charitas eſt &c. dom. 17. pent. v. 37. n. 8

V. 18. Perfecta charitas foras mittit timorem. dom. in Albis. v. 24. n. 4

V. 19. Nos diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos. dom. 17. pent. v. 37. n.

V. 20. Siquis dixerit: diligo Deum; & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. dom. cit. v. 39. n. 2

Cap. 5. v. 3. Hæc eſt enim charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus. dom. 7. pent. v. 21. n. 7

V. 13. Quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem ejus, audit nos. dom. 10. pent. v. 32. n. 22

V. 14. Et ſcimus, quia audit nos, quidquid petierimus. ibid.

V. 15. Qui ſcit, fratrem ſuum peccare, peccato non ad mortem, petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. ibid.

APOCALYPSIS

Caput 1.

V. 5 Lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo dom. 12. pent. v. 23. n. 4

V. 7. Videbit eum omnis oculus, & qui pupugerunt, & plangent ſuper eum dom. 24. pent. v. 30. n. 30. n. 2. &

V. 18. Habeo claves mortis & inferni. dom. 15 pent. v. 14. n. 16

Cap. 2. v. 17. Vincenti dabo manna abſconditum.

tum. dom. 5. poſt paſch. v. 24. n. 10. Et dom. 6. pent. v. 8. n. 5
Cap. 3. v. 18. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. Dom. 17. pent. v. 38. n. 5
Cap. 5. v. 10. Feciſti nos Deo noſtro regnum. dom. 3. pent. v. 6. n. 4
V. 11. & 12. Et erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magnâ &c. dom. in Albis v. 20. n. 4
Cap. 6. v. 8. Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors. dom. 15. pent. v. 12. n. 16
V. 12. Sol factus eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus, & lũna tota facta eſt ſicut ſanguis &c. dom. 24. v. 29. n. 9
Cap. 7. v. 3. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus, &c. dom. 20. pent. v. 30. n. 2
Cap. 8. v. 1. Factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi mediâ horâ. ibid. v. 29. n. 1
Cap. 9. v. 6. Quærent homines mortem, & non invenient eam. &c. ibid. v. 21. n. 2
Cap. 12. v. 12. Deſcendet ad vos diabolus, habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet. dom. 3. poſt paſch. v. 16. n. 12
Cap. 14. v. 13. Opera illorum ſequuntur illos. dom. 2. poſt paſch. v. 14. n. 15
Cap. 17. v. 3. Abſtulit me in deſertum. dom. 11. pent. v. 33. n. 7
Cap. 18. v. 7. Quantum glorificavit ſe & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. dom. 1. pent. v. 38. n. 17. Et dom. 21. pent. v. 28. n. 13. Et dom. 15. pent. v. 13. n. 13
Cap. 19. v. 7. Venerunt nuptiæ Agni. dom. 19. pent. v. 12. n. 2
V. 10. Conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum, habentium teſtimonium JESU. dom. 21. pent. v. 31. n. 3
Cap. 21. v. 1. Vidi cœlum novum & terram novam. dom. 24. Pent. v. 35. n. 1
V. 4. Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & jam non erit amplius neque luctus, &c. dom. 3. poſt paſch. v. 22. n. 1
V. 16. Menſus eſt civitatem de arundine aureâ. dom. 17. pent. v. 38. n. 6
V. 27. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. ibid. v. 40. n. 3. Et dom. 19. poſt pent. v. 12. n. 9

INDEX
RERUM ET VERBORUM
MAGIS NOTABILIUM,
Quæ in hoc tertio Tomo continentur.

A

Abominatio

QUæ ſit abominatio maxima, Dom. 24. poſt Pent. v. 15. n. 8

Diverſæ abominationes, quibus Deus peccatores punit, ibid. n. 5

Abſolutio

Qualiter abſolutio Sacramentalis tollat peccata, Dom. 18. poſt Penteceſt. verſ. 6. num. 13

Acedia

Acediæ damnoſi effectus, Dom. 18. poſt Penteceſt. v. 1. n. 12. Aſſimilatur paralyſi, ibid.

Adulatio

Adulatio potentiſſima machina ad dejiciendas animas, Dom. 25. poſt Pent. v. 16. n. 14. Inimica Deo, Dom. 22. poſt Pent. v. 18. n. 2. Vilis illaqueatos detinet, ibid. Vim habet incantandi, ibid Fortiſſima armatura diaboli, ibid v. 19. n. 2. Adulatorum proprietas, ibid. v. 16. n. 17

Advocatus

Advocati & Judices patrocinentur cauſis pauperum, Dom. 11. poſt Penteceſt. v. 32. num. 24

Agricola

Meſſe non fruitur ſine labore, Domin. 3. poſt Paſch. v. 20. n. 18

Alchimia

Pretioſiſſima & ſecuriſſima quæ ſit, Dom 8. poſt Pent. v. 9. n. 9

Ambitio Ambitioſus

Efficit ne homo cœli gloriam æſtime Dom. 2. poſt Pent. v. 18. n. 14

Ambitioſi, exaltati, ſimiles ſunt eum Ezechiëlis, dom. 16. poſt Pent. v. 9. n. 5

Amicus Amicitia

Amicitia Dei conſiſtit in eo, quòd faciat libenter tolerari ærumnas, dom. infta oct. Aſcenſ. v. 2. n. 5

Amicitia pauperum utilior quàm divitum dom. 8. poſt Pent. v. 9. n. 1

Amor Amare v. Charitas

Amoris Dei præceptum ſuaviſſimum eſt, à quo nullus ſe excuſare poteſt, dom. 17. poſt pent. v. 40. n. 3 & 4

Eſt remedium facillimum ad ſe à peccati pondere exonerandum, ibid. n. 4

Amor erigit hominem ad ultimum finem dom. 12. poſt pent. v. 27. n. 2

Amor eſt mors peccatorum & vita v tutum. dom. 17. poſt pent. v. 37. n. 7

Amor Chriſti ſingulariter in fine ejus manifeſtus fuit, dom. 3. poſt paſ 20. n. 4

Amor Dei quàm ſit ſuavis & mo boris, dom. 17. poſt pent. v. 37. n. 4

Amor Dei eſt gemma, quâ cœlum paratur, ibid. n. 6

Amor Dei amantem unum cum Deo efficit. ibid. n. 8
Motiva ad acquirendum hunc amorem, n. 9. & 10. & 19
Amor noſter Deo & non creaturis debetur. dom. 5. poſt paſch. v. 27. n. 4
Amor proximi ſim lis eſt dilectione Dei, dom. 17. poſt pent. v. 39. n. 4
Amor proximi præcipitur ab omnibus legibus. ibid. n. 6
Amor proximi non debet dividi à divino, ibid. n. 1
In hoc amore conſiſtit etiam amor Dei. ibid. n. 4
Amor proximi eſt ſacrificium Deo acceptiſſimum. dom. 5. poſt pent. v. 23. n. 2
Amor proximi eſt maximum donum, quod Deo fieri poſſit, dom. 5. poſt pent. 23. n. 6

Angeli

Cur dicuntur amici Dei, dom. 3. poſt ent. v. 6 n. 2
Erunt accuſatores contra reos in judicio, dom. 24. poſt pent. v. 31. n. 2
Lætantur in converſione peccatoris, & quare, dom. 3. poſt pent v 10. n. 2

Anima

Quanti apud Chriſtum æſtimetur, dom. 2. poſt paſch. v 15. n. 7
Eſt regnum Dei, dom. 3. poſt pent v. 6. num. 4
Offenditur à quolibet minimo peccato, dom. 1. poſt pent. v 41. n. 5
Diſſimilius curatur quàm corpus, dom. 18. poſt pent. v 5 n. 4
Debet habere dominium in corpus, ibid. 6. n. 4
Quando in culpa non eſt inveterata, facile reſurgit, dom. 23. poſt pent. v. 24. n. 8
Quid facere debeat ut Chriſtum ſequatur, 4. poſt pent. v. 13. n. 5
Reus in peccatis, quàm ſit miſerabilis, 2. poſt pent. v. 30. n. 13
Imago Dei, dom 22. poſt pent. v. 20. 6 & 7
Quàm valet, quantùm Deus, dom. 3. pent. v. 8. n. 15
Appellatur vagina flatus Dei, domin. 23. poſt pent. v. 20. n. 7. v. ibid. alia ejus nomina.
Ejus pretium, dom. 3. poſt pent. v. 5. n. 5
Quanti conſtiterit filio Dei, ibid.
A ſanctiſſimâ Trinitate fuit creata, dom. 12 poſt pent. v. 20. n. 4
Similitudo inter animam & ſanctiſſimam Trinitatem, ibid.

Anti-Chriſtus

Appellatur nomine deſolationis, dom. 23. poſt pent. v. 15. n. 7
Eſt ramus arboris à Deo maledictæ, ibid. v. 32. n. 2
Signa & miracula magna patrabit, ibid. v. 24. n. 1
Ejus ſequaces eadem patrabunt, ibid. n.

Anxietas

A Chriſto in Evangelio prohibita quæ ſit, dominica 15. poſt pent. v. 25. num. 4. & 6
Circa bona temporalia, eſt Gentilium propria, dominica 14. poſt pent. verſ. 32. num. 1

Apes

Præfigurant vindicativos, dom. 5. poſt pent. v. 23. n. 4

Apoſtoli

Sancti Apoſtoli prius timidi, poſtea fortes facti ſunt. dom. 4. poſt paſch. verſ. 13. num. 11
Converterunt idololatras, dom. 2. poſt paſch. v. 16. n. 4
Triſtati ſunt ob abitum magiſtri, dom. 4. poſt paſch. v. 6. n. 3

Arbor

Quales ſunt arbores bonæ, dom. 7. poſt pent. v. 17. n. 8
Quales malæ, ibidem verſ. 18. num. 1, & 2
Bonæ cognoſcuntur ex fructibus, ibid. v. 16. n. 1. & 2

Arrogantia

Quàm ſit pernitioſa, dom 10. poſt pent. v. 14. n. 3

Avarus Avaritia

Eccleſiaſticos fecit conſpirare in mortem Chriſti, dominica 19. poſt pent. verſ. 5. numero 1

Avari differunt à divitibus, Dom. 14. poſt Pent. v.24.n.17.
In quo hæc differentia conſiſtat. ibid.

Aulici

Quid faciendo, in aulis conſenescant Dom. 8. poſt Pentec. v. 8. n. 16.

Auxilium

Deus auxiliatur homini, quando minimè cogitat, Dom. in Albis. v. 19. n. 5.
Idipſum variis declaratur ſcripturæ exemplis. ibid.

B

Bona

Animæ & corporis quæ ſint & quomodo diſſipentur, Dom. 8. poſt Pent. v. 1 n. 16 & 17.
Quomodo de utriſque reddenda ſit ratio, ibid. v. 2. n. 13.
Bona eccleſiaſtica impendenda ſunt in uſus pios, ibid. v. 1. n. 19.
De his plus poſſidere non licet, quàm quod ad victum & veſtitum requiritur ibid. v. 2. n. 17.
Bona temporalia qualiter expendenda, ibid. v. 1 n. 3 & n. 16. & 17.
Pauci in horum poſſeſſione finem illum aſſequuntur, propter quem Deus illa conceſſit, ibid. v. 1. n. 18.

Cantus

Laſcivi laqueus ſunt dæmonis, Dom. 23. v. 3. num. 4.
Sunt venenum, quod ex ore Chriſtianorum egredi non debet, ibid.

S Carolus Borrom.

Genuflexus montem S. Mariæ Maioris nocte aſcendit, Dom. 1. poſt Pentec. v. 37. num. 10.
Qua ſedulitate officium paſtorale exercuerit. Dom. 3. poſt Pent. v. 4 n. 17.
Sæpe proteſtatus eſt, male ſe presbyterum privatum agere Dom. 16. poſt Pent. v. 10. n. 3.
Tempore peſtis familiam ſuam, panis egeſtatem pati fecit. Dom. 6. poſt Pentec. v. 6. n. 22.

S. Catharina Senenſis

In feria 5. ante Dominicam Quinquag. accepit annulum pronubum à Chriſto, Dom. 3. poſt Paſch. v. 20. n. 12.

Charitas

Fundamentum fabricæ ſpiritualis, Dom. 17. poſt Pent. v. 38. n. 1.
Per eam, opera minima efficiuntur magna, ibid. n. 2.
Regina virtutum, imperat omnibus dem num. 4.
Sine ea, quæ ſunt maxima, ſicut mi ibid. n. 2.
Prima eſt in omni lege. ibid. v. 3.
Comparatur ſali, ibid.
Sine ea nullum eſt opus Deo gratu ibid.
Aſſimilatur auro, ibid. n. 5. & 6.
Ly *Charitas* unde derivetur, ibid. n. 6.
Juxta menſuram ejus, obveniet menſura beatitudinis, ibid.
Unica ejus ſcintilla poſſet infernum mutare in Paradiſum, ibid. n. 7.
Excellentior eſt omnibus ſacrificiis & holocauſtis, Dom. 17. poſt, Pent. v. 36. n. 2.

Chriſtiani

Unde nominentur tales, Dom. 23. po Pent. v 25 n. 3.
Ut tales pati honorificum eſt, ibid. n. 2.
Solo amore Deo debitum ſolvunt. Dom 17. poſt Pent. v. 37. n. 6.

Chriſtus

Quare expanſis in cruce brachiis obi Dom. 3. poſt Pent. v. 2 n. 8.
Quanti fecerit ovem naturæ hum Dom. 2. poſt Paſch. v. 11. n. 12.
Quantam ejus indefinenter provid habeat, ibid. n. 13.
Quanta cum facultate & amore e currat, ibid. & n. 15.

Solus dicitur Pastor bonus, ibi. n. 14. & 15.
Ovem percutiendo, consolatur & fortificat. ibid. v. 16.
Intimè penetrat ovium suarum necessitates. v. 17. ibid.
Oves mittendo in lupos, bonitatem suam demonstrat. ibid. v. 19
Diversis ex causis ad Patrem redire statuit. Dc n. 4. Pasch. v 5. n. 2.
Quam utiliter à nobis ad Patrem transierit . v. 7. n. 6. & 7.
ipremus Judex mortuorum & vivo-, ibid. v. 8. n. 19.
loria Christi est causa finalis nostræ ju cationis, Dom. 18 Pent. v. 8. n. 7.
iomodo intelligendum sit, quod mun reliquerit cælum ascendens, Dom. 5. n. v. 28. n. 4. & 5.
b varia mysteria Christus in corpore glo reservavit cicatrices, D. in Alb. v. 20. n. 1
, Crux,

Claudi

Ad convivium Eucharisticum admissi quinam sint, dom. 2. pent. v. 21. n. 22. 23. & 24.
Prius sanati sunt, quàm ad cænam admittentur, ibid. n. 28.

Cælum

Cælum empyreum, primum opus fuit Dei manibus formatum, & cur, dom. 14. pent. v. 33. n. 3.

Cæna

Appellatur gloria Paradisi, & cur? dom. 2. pent. v. 6. n. 5.
Significat incarnationem Verbi. ibid. n. 7.
Item doctrinam evangelicam. ibid. n. 6.
t sanctissimum Sacramentum, ibid. n. 8.

Colloquia

a corrumpunt mores bonos. dom. 11. . 33. n. 4.

Columba

er omnia animalia dedita est charitati, n. 7. pent. v. 39. n. 6.

Communio

Quare fiat jejuno stomacho, dom. 6. pent v. 2. n. 26.
Qui hoc pane se reficit, res sæculi appetere, desinit. ibid. n. 28.
In via perfectionis novas vires confert ibid. v. 3. n. 5.
Non modò dat gratiam, sed & fortitudinem ad superandum tentationes. dom. 23. pent. v. 25. n. 24.
Concio vid. *Prædicatio.*

Confessio

Peccatorum, est securissimum salutis remedium. dom. 19. pent v. 12. n. 14.
Tribunal ejus totalitet diversum est à tribunali terreno. dom. 13. pent v. 14. n. 5.
Quot debeat habere conditiones. ibid. v. 14. num. 13.
Est pura hostia placans Deum, dom. 18. pent. v. 8. n. 6. in fine.
Regi gloriæ ornamentum adfert, ibid. n. 7
Quot fructus & utilitates ex ea resultent ibid. n. 8. & 10.
Cur potestas absolvendi, hominibus data sit? ibid. n 11.
Cur hæc potestas non sit collata Angelis, ibid. n. 12.

Confessarii

Quid ante absolutionem facere debeant, dom. 15. pent. v. 1. n. 13.
Sunt velut civitates refugii, veteris testamenti, dom. 18 pent. v. 8. n. 11.

Confidentia

In Deum, ut patrem nostrum habenda est, dom. 14. post pent. v. 32. n. 8.

Contemplativi

Significant ut per aves, ibid. v. 26. n. 6. & 7.

Contritio

Sola animam à peccatis mundat, dom. 13. post pent. v. 4. n 17.
Vid. ver. *Confessio*

Conversio

Peccatorum quàm grata sit Deo, dom. 3. post Pent. v. 7. n 2.

Subit

Subitò fieri debet poſt agnitum peccatum Dom. 23. Pent. v. 18 n. 13.

Convivia

Magnatum quantum differant à Chriſti convivio. Dom. 19 Pent. v. 9. n. 10.

Sunt lapis Lydius ad probandas convivarum virtutes & defectus. Dom. 16. Pentec. v. 1. n. 6.

Quo fine inſtituantur. ibid. v. 7. n 2.

In iis ultimum locum quis ex ſuperbia eligere poteſt. ibid. v. 8. n. 1.

Cor

Hominis non capit ſimul Deum & dæmonem. Dominica. 14. Pentec. verſ. 24. num. 5.

Deus illud totum deſiderat. ibib. n. 7.

Totum conſignandum eſt Deo, in tributum ſervitutis. Dom. 17. Pentec. verſ. 37. num. 11.

Per cor intelliguntur cogitationes vel potentiæ animæ. Dom. 12. Pent. v. 27 n. 9.

Cor ſolum ad Dei ſervitium ſufficit. dom. 17. Pent. v. 38. n. 5.

Correctio

Fraterna primò corrigenti, deinde proximo fieri debet. Dom. 1. Pent. v. 42. n. 7.

Creaturæ

Quàm ſint pernitioſæ Creatori. dom. 14. pent. v. 33. n. 8. & 9.

Crux

Apparebit in die judicii. dom. 24. v. 30. n. 1. & 2.

Erit currus triumphalis electis. ibid.

D

Dæmones

Cur appellentur latrones. dom. 12. Pent. v. 30. n. 8. & 9.

Delectatio, v. Voluptas.

Deſertum

Producit lapides pro fabrica civitatis cæleſtis. dom. 6. pent. v. 4. n. 6.

Deus

Quam ſit liberalis in remittendis nobis injuriis. dom. 21. pent. v. 28. n. 7.

Dicitur homo, non reis miſeretur. dom. 2. pent. v. 16. n. 1.

Infert nobis violentiam, ut benefaciat nobis. dom. 7. pent. v. 16. n. 18 & 21.

Cur odio ſit peccatoribus. dom. 14. pent. v. 24. n. 11.

Cur ab iiſdem contemnatur? ibid num. 15 & 16.

Cur à creatura amandus? dom. 12. pent. v. 27. n. 6.

Dignitates

Quid ſint ſine merito. dom. 16. pent. v. num. 5.

Quid illas ambit, indignum ſe iis eſſe cet. ibid. n. 6.

Non ſunt ambiendæ, ſed fugiendæ. v. 7. n. 7.

Ex ſeipſis malæ ſunt. ibid. n. 9.

Divitiæ

Nimis amatæ cor ſervire faciunt. dom. pent. v. 24. n. 17. & 18.

Generant contemptum Dei. ibid. v. 25.

Cur inæqualiter poſſideantur. dom. pent. v. 9. n. 6.

Qualiter nobis damnoſæ ſint. ibid. n. 3.

Impedimento ſunt reprobis, juſtis autem ſubſidio. dom. 8. pent. v. 9. n. 7.

Pariunt multos nobis amicos. ibid. n. 1.

Divites

Anxii ſunt pro bonis temporalibus. dom. 14. pent. v. 31. n. 4.

De divitiis rationem reddere debent. dom. 8. pent. v. 2. n. 10 & 11.

Dives eſt, qui ſuis contentatur. dom. pent. v. 33. n 20.

Unde opes ſuas accipiant. dom. 8. pent. v. 9 n 6.

Qualiter bona ſua impendere debeat v. 1. n. 3. Et n. 16. & 17.

Pauci iis utuntur ad finem, divinitùs fixum. ibid. n. 18.

Doctrina

Evangelica dicitur cæna. dom. 2. p. v. 16. n. 6.

Domus

Divina, qualis ſit. dom. 6. pentec. v. 46. num. 2.

E

Eccleſia

Cur una appelletur. Dom. 2. Paſch. v. 16. num. 7.

Inſtar matris, de filiorum ſuorum ſalute gaudet. Dom. 3. Paſch. v. 21 n. 9.

Quomodo fiat ſpelunca latronum. Dom. 9. Pent. v. 46. n. 1.

Electi

Quâ cognitione à Chriſto agnoſcantur. Dom. 2. Paſch. v. 15. n. 2. & 3.

Eleemoſyna

De quibus bonis facienda. Dom. 5. Pent. 23. num. 9.

Non de bonis, injuſtè poſſeſſis. Dom. 8. Pent. v. 9. n 8.

Reddit fructum copioſum. ibid. n. 9.

Eſt alchimia quædam ſecuriſſima & luroſiſſima. ibid.

Comitatur defunctos. ibid v. 8. n. 5.

Quomodo fieri debeat. Dom. 10. Pent. v. 11. num. 24.

Deum debitorem effi it. Dom. 1. Pent. v. 38 num. 3.

Tribuit nobis regnum cælorum. Dom 4. Paſch. v. 11. n. 5

S. Eliſabeth

Regina Hungariæ, quàm libenter ægros ſummè nauſe bundos viſitarit. Dom. 16. Pent. v. 4. n. 8.

Epiſcopatus

Cujus ponderis ſit & quomodo nominetur à ſanctis. ibid v. 9 n. 6.

Epiſcopi

Qui ſint ſimiles paſtoribus mercenariis. Dom. 2. Paſch. v. 12. n. 13.

Quod ſit proprium illorum officium. ibid n. 18.

Euchariſtia

Nominatur cæna Dom. 2. Pent. v. 16. n. 8.

Excludit peccatores ſuperbos. Dom. 15. Pent. v. 15. n. 6. Et Dom. 2 Pent v. 21 n. 11.

Admittit pauperes humiles Dom. 2. cit. v. 21. num. 15.

Adeam invitantur omnes, ibid. verſ. 23. n. 3. & 4.

F

Fabiola

Romana, prima exſtructrix hoſpitalium. Dom. 16. Pent. v. 4. n. 8.

S. Felix

Capucinus reprehendit matronam Romanam, ob affectum in catellum. Dom. 17. Pent. v. 37. num. 6.

Ferrum

Symbolon diſcordiæ. Dom 5. Pent. v. 23. num. 4.

Feſtivi dies

Non ſanctificantur meliùs, quam per opera charitatis. Dom. 16 Pent. v. 3. n. 3.

Prohibent abſtinere à malis operibus, non à bonis. ibid. v. 4. n 4.

Fides

Conditiones, quibus amplectenda eſt. Dom. 2. Paſch. v. 16. n. 7.

Debet eſſe juncta obedientiæ Dom. 13. Pent. v. 19. n. 1.

Sola non mundat animam, ſed juncta operibus. Dom. 13 Pent. v. 15. n 5.

Sola non ſufficit cælo comparando, ſed ſociata operibus. Dom. 19. Pent. v. 11. n. 16. Et. v. 14. n. 3. ibid.

S. Franciſcus

Se reputabat maximum mundi peccatorem. Dom. 4. Paſch. v. 8. n 3.

Fructus

Bonus in quo conſiſtat. Dom. 7. Pent. v. 17. n. 6. & 7.

G

Gloria

Paradiſi quantam dulcedinem habeat. Dom. 17. Pent. v. 38. n. 7.

Mundana ſimilis eſt fumo. Dom. 16. Pent. v. 9. n. 4.

Gratitudo

De illius merito. Dom. 13. Pent. v. 18. n. 5.

H

Hebræi

Implacabiles fuêre contra S Paulum. dom. infra oct. Aſcenſ. v. 2. n. 10

In fine mundi ad Chriſtum convertentur. dom. 24. pent. v. 31. n. 2

Homo

Quot motivis teneatur ſervire Deo. dom. 14. pent. v. 24. n. 1

Procul à Deo conſiſtens, crudelis eſt. dom. 21. pent. v. 28 n. 3

Ingratus eſt, dum cor ſuum Deo negat. dom. 17. pent. v. 37. n. 3

Cur caput ſurſum portet. dom. 14. pent. v. 33. n. 4

Cur nudus creatus ſit. ibid. v. 26. n. 7

Homicidium

Quotuplex ſit. dom. 5. pent. v. 21. n. 3

Humilitas

Triplex eſt. dom. 10 pent. v. 14. n. 6

Sine ea omnes virtutes damnoſæ ſunt. ibid v. 11 n. 18

Eſt rara omnium virtutum. dom. 7. pent. v. 17. n 2

Latronem ante Apoſtolos in paradiſum traduxit. dom. 10. pent. v. 11. n. 3

Sine ea nihil Deo placet. ibid. v. 9. n. 5

Semper ubique amplectenda. dom. 16. pent. v 7. n. 5

Eſt vera via ad magnos honores. ibid. v. 11. n. 4

Debet eſſe interna & voluntaria, ut ſit vera virtus. ibid.

Quàm ſit efficax apud Deum. dom. 10. pent v. 14. n 3

Quæ conveniat Prælatis & Prædicatoribus Eccleſiaſticis. dom. 4. pent. v. 8 n. 4

Hydropici

Significant peccatores. dom. 16. pent. v. 2. n 4

Eorum 7. proprietates peccatis mortalibus applicantur. ibid. n. 3

Hydropiſis

Quale malum, & unde derivetur. ibid numero 4

Remedium ad curandam hydropiſin peccati. ibid. v. 4 n. 6

Hyems

Significat peccatum. dom. 24 pent. v. 20. num. 2

Hypocrita

Severè à Deo puniti. dom. 19. pent. v. 13. num. 2

Eorum opera mala ſunt, licèt bona appareant. dom. 7. pent. v. 18. n. 5

I

Jacob

Patriarcha, typus vigilis paſtoris. dom. 2. paſch. v. 11. n. 8

Idololatræ

In bonis terrenis ſuam beatitudinem ponunt. dom. 18. pent. v. 8. n. 12

Jeruſalem

Ob quam Chriſtus flevit, animam noſtram ſignificat. dom. 9. pent. v. 41. num. 15. & 16

A quo fabricata, & qualiter fortificata. ibid. v. 43. n. 1. V. *Oſidio.*

S. Ignatius Loyolæ

Quid dixerit, cœlum intuens dom. 11. pent. v. 34. n. 5

Infernus

Ejus ignis duas habet qualitates. dom. 21. pent v. 34. n. 4

Corpus Chriſti glorificatum, cedet damnatis in inferno ad majus tormentum. dom. 24. pent. v. 30 n. 1. & 2

In eo non eſt lux, aut ſi quæ eſt, in majus cedet damnatorum tormentum. dom. 19. pent. v. 13. n. 12

Infideles

Quomodo attrahendi ſint ad fidem. Dom. 20 pent. v. 48 n. 1

Infidelitas dicitur antonomaſticè peccatum. Dom. 4. Paſch. v. 8. n. 12

Infirmi

Ante omnia debent mundare animam Dom. 19. pent. v. 2 n. 11

Infirmitates

Neceſſariæ ſunt ad purgandam animam. Dom. 20. pent. v. 46. n. 6

Ut

Ut plurimùm à peccatis oriuntur. Dom 8. Pent. v. 2. n. 8. 9
Sunt adinstar ignis purgatorii. Dom. 20. Pent. v. 46. n. 6
Multæ origo utilitatis. ibid.
Sunt flagella Dei ad noſtrum bonum. dom. 18. pent. v. 2. n. 11

Ingrati

Apud Deum ignoti. dom. 13. pent. v. 17. num. 3

Ingratitudo

Certo quodam modo reobligat ad debita vel dimiſſa. dom. 21. pent. v. 34. n. 8
Irritat Deum. dom. 13. pent. v. 16. nu-mo 10
Cauſa, cur non puniatur à legibus. ibid. n. 3

Inimici

Compaſſione & adjutorio noſtro ſuffulciendi ſunt ad exemplum Chriſti. dom. 9. pent. v. 41. n. 9

Injuriæ

Remittendæ ſunt. dom. 5. pent. v. 23. n. 11. 12. 13. 14
Suadetur omiſſio ſacrificii imperfecti, ut reconcilietur proximus, dom. 5. pent. v. 23. num. 16

Invidia

Venenum, quod difficile vincitur. dom. 17. pent. v. 44. n. 5

Invidi

Plus aliena gloria, quam proprio damno torquentur. dom. 17. pent. v. 35. n. 3

Joannes Eleemoſinarius

Quid clerico cuidam ſibi indignanti fecerit. dom. 5. pent. v. 23. n. 23

Ira

Hominem ratione privat. dom. 5. pent. v. 30. n. 1
Radix eſt homicidii. dom. 5. pent. v. 22. n. 3
Moderata non eſt peccatum. ibid. n. 5
Eſt pernitioſa animæ & corpori. ibid. n. 7
Janua omnium vitiorum. ibid.
Habet tres gradus. ibid. n. 18. & 24

Iracundus

Tardè reconciliatur cum ſuo proximo. dom. 5. pent. v. 23. n. 23

Judices

Incognita judicare non debent. dom. 8. pent. v. 2. n. 3
Non eſt ab iis præcipitanda ſententia. ibid.

Judicium temerarium

Fugiendum eſt. dom. 1. pent. v. 37. n. 11
Naſcitur à malevolentiâ & odio. ib. n. 18
Item à propriâ malitiâ naſcitur. ibid. n. 19
Quale ſit, & quâ ratione in judicando regulari debeamus. dom. 1. pent. v. 37. n. 1. 2. & 3
Qualiter fugiendum ſit. ibid. n. 10. & 11.
Eſt peſtis quædam occulta. dom. 1. pent. v. 37. n. 16
Judicio longè terribiliori judicabitur. dom. 6. pent. v. 2. n. 5

Judicium univerſale

Tunc vicinum erit, quando Eccleſiæ in nulla deinceps reverentiâ erunt. dom. 24. pent. v. 15. n. 3
Quando tunc nobis ſubſidio futuri ſint pauperes, quibus aliàs benefecimus. dom. 6. pent. v. 5. n. 4
In eodem loco fiet, ubi paſſus eſt Chriſtus. dom. 24. pent. v. 30. n. 2
Rigoroſum erit. dom. 8. pent. v. 2. n. 15
Magnæ confuſioni reprobis erit. ibidem v. 3. n. 14. 15. & 16

Juſtificatio peccatorum

Quantæ potentiæ ſit. dom. 3. pent. v. 7 num. 5

L

Lachrymæ

Inæſtimabilis quidam theſaurus ſunt dom. 15. pent. v. 13. n. 12
Quare effundi debeant. dom. 9. pent. v. 41. n. 17
Cœleſtia nobis gaudia impetrant. dom. 11. pent. v. 34. n. 13

Lætitia

Vera ubi inveniatur. dom 3. paſch. v. 22. num. 4
Non reperitur in rebus mutabilibus hujus mundi. ibid. n. 9

Lectio

Sacræ Scripturæ, clavis eſt cœli dom. 12. pent. v. 26. n. 1

Lepra.

Symbolum eſt peccati. Dom. 13. Pent. v. 12. n. 1. & à n. 15. ad 25.
Quid mali cauſet. ibid. n. 17. & ſeqq. ad 25.
Veſtis leproſi cur in ignem projecta fuerit, ibid. num. 25.
Reddit hominem civiliter mortuum. ibidem num. 28.
Quotuplex ſit, & quot colores habeat. ibidem num. 12.
Efficit hominem intolerabilem. ib. n. 16.

Leproſi.

Cur de Sacerdotibus præſentare debuerint. Dom. 13. Pent. v. 14. n. 7. 8. 9. 10. & 11.
Decem Evangelici ſignant 10. peccatorum genera. ibid. v. 12. n. 8.

Lex Evangelica.

Quomodo differat à lege veteri. Dom. 5. Pent. v. 20. n. 16. 17. & 18.

Lex Moſaica.

In caſtigandis delictis ſevera fuit. ib. n. 15.
Continebat triplicis generis præcepta, moralia, judicialia, cæremonialia. Dom. 17. Pent. v. 36. num. 2.
Qualiter denominata fuerit. Dom. 12. Pent. v. 23. n. 4.
Jugum erat inſupportabile. Dom. 18. Pent. v. 8. num. 6.

Libido.

Eſt ignis, quem Sacramentum Euchariſtiæ extinguit. Dom. 2. Pent. v. 20. n 8.

Libri.

Qualiter cum profectu legendi. Dom. 24. Pent. v. 15. n. 10.

Lingua.

Quàm ſit lubrica. Dom. 22. Pent v. 15. n. 7.
Creata eſt à Deo, ut ipſum laudet. Dom. 15. Pent. v. 15. n. 14.
Eſt flagellum ignominioſum & injurioſum. Dom. 5. Pent. v. 22. n. 27.
Cur binis muniatur repagulis. Dom. 11. Pent. v. 35. n. 13.
Eſt principale dæmonis inſtrumentum. ibidem v. 34. n. 14.
Eſt inſtrumentum, quo Deus & magis laudatur, & magis offenditur. Ibid. v 33. n. 27.
Cuſtodita ſalutis eſt re medium ibidem v. 35. num. 13.
Bona, evidens eſt ſignum bonitatis animæ. Dom. 15. Pent. v. 15. n. 14.
Mala, eſt inſtrumentum quo dæmon ruinam noſtram molitur. Dom. 5. Pent. v. 2. n. 12. & 13.

Lupi

Adhuc dum catuli, ſanguine gaudent. Dom. 22. Pent. v. 16. n. 3.
Quando ipſi primò videntes paſtores, vocem his eripiunt. Dom. 7. Pent. v. 15. n. 15.
Gregi occultè inſidiantur. Dom. 2. Paſch. v. 12. numero 6.
Eum diſſipant, paſtore commoditati ſuæ vacante. ibid. n. 18.

Luxuria

A verâ nos fide ſeducit. Dom. 2. Paſch v. 20. num. 6.

M

Magiſter

Malus ſimilis eſt lupis rapa cibus. Dom. 7 Pent. v. 15. n. 14.

Mammona

Nomen eſt dæmonis, qui tentat ad divitias acquirendas. Dom. 8. Pent. v. 9. n. 2.

Manna

Cur ſymbolum ſit Sacramenti? Dom. 6 Pent. v. 23. n. 11.

Manſuetudo

Eſt pretioſiſſima gemma coronæ regi Dom. 21. Pent. v. 30. n. 2.

Martyres

Cur tam voluntariè ſe tormentis exi rint. Dom. infra oct. Aſcenſ. V. 1. n. 3.

Matres

Ex multis capitibus bene merentur de liis. Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 2. n. 7. & 14.
Majori quàm patres amore feruntur in filios. Dom. 15. Pent. v. 12. n. 17.

Matrimonium

Licèt Sacramentum ſit, multi tamen eo abutuntur. Dom. 2. Pent. v. 20. n. 4

Medi i

De ipſis eorumque qualitatibus. Dom. 18 Pent. v. 2. n. 8

Medicinæ

Qualiter uſurpandæ. Dom. 20. pent. v. 47. num. 7. 8

Miſericordia

Humana quotupliciter exerceri poſſit. Dom 1. Pent. v. 36. n. 5

Vult Deus à nobis eam exerceri. ibidem num. 11

Nos Deo aſſimilat. ibid. n. 12

Mors

Porta ad vitam æternam. Dom. 20. Pent. v. 47. num. 18

Terribilis ante adventum Chriſti. ibidem.

Eſt portus ſalutis, Dom. 23. Pent. v. 24. num. 5

Eius memoria reſtaurat animam. Dom. 16. Pent. v. 10. n 5

Eſt frœnum contra peccata. Dom. 15. Pent. v. 15. n. 23

Ob eam lætandum eſt. ibidem v. 13. num. 13

Dum vicina eſt difficulter opera bona facere poſſumus. Dom. 17. Pent. v. 35. num. 5

Mortui

Cur in ſublimi portentur ad ſepulturam. om. 15. Pent. v. 12. n. 11

Mulier

Data in adjutorium, ſæpe multorum alorum cauſa eſt. Dom. 2. Pent. v. 20. n. & 5

queus venatorum. ibid. n. 1

xpoliendo, vultum deformat, qui eſt Dei. Dom. 22. Pent. verſ. 20. nu- 2

vida ſignat, qui peccatis onuſtus eſt. 24. Pent. v. 19. n. 2

Mundus

leretur reprehendi multis ex cauſis. om. 4. Paſch. v. 10. n. 4. 5. 6. & 7

Signat ſenſuales. Dom. 4. Paſch. v. 20. num. 3

Mutus

Denotat peccatorem, qui de Deo nunquam loquitur. Dom. 11. Pent. v. 32. n. 10. 11. 12. & 13

Peccator ſit mutus ex malâ conſuetudine. ibid. n. 15

N

Nativitas

Hominis, principium infirmitatis. Dom. 20. Pent. v. 47. n. 18

Navis

Quæ ſignificet Eccleſia gentilium. Dom. 4. Pent. v. 3. n. 1. & 5. & 6

Neſtorius

Eius falſa opinio circa filium Dei. Dom. 18. Pent. v. 6. n. 2

Nox

Legem Moſaicam denotat. Dom. 4. Pent. v. 5. n 2

Item ſtatum peccati. ibid.

Nubes

Earum conditiones. Dom. 24. Pent. v. 30. num. 10. & 11

Serviunt Chriſto pro curru triumphali. ibid. n. 10

Nuptiæ

A Chriſto præparatæ, quales ſint. Dom. 19. Pent. v. 2. n. 6. 7

O

Obedientia

Naſcitur ex humilitate. Dom. 20. Pent. v. 51. num. 2

Qualem à nobis exigat Chriſtus. Dom. 4. Pent. v. 11. n. 5

Efficit opera noſtra valde fructuoſa. Do. 4. Pent. v. 5. n. 9

Obligatio

Chriſtiani in Deum ſolo amore ſolvitur. Dominica 17. poſt Pent. verſ. 37. num. 6

Obſidio

Jeroſolymitana quàm terribilis fuerit. Dom. 9. Pent. v 43 num. 1

Oculi

Chriſti, eorumque virtus. Dom. 15. Pent. v. 13. n. 2

Oculus

Minimo offenditur. Dom. 1. Pent. v. 41. num. 5

Odium

Quàm ſit Deo abominabile. Dom. 5. Pent. v. 23. n. 4

Eſt ira quædam inveterata. ibid. n. 1

Nutrit impudentiam. Dom. 17. Pent. v. 35. num. 5

Oeconomus

Quid ſignificet. Dom. 8. Pent. v. 1. n. 7

Evangelicus quo ſenſu laudetur à Chriſto. ibid. v. 8. n. 7

Oleum

Significat remiſſionem peccatorum. Do. 12. Pent. v. 34. n. 16

Opera

Bona & mala ſecernunt filios Dei à diaboli. Dom. 7. Pent. v. 16. n. 3

Miſericordiæ quomodo facienda. Dom. 8. Pent. v. 6. n. 3

Oratio

Quæ ſit efficax. Dom. 10 Pent v. 13. n. 24. & Dom. 21. Pent. v. 26. n 1. Et. Dom. 5. Paſch. v. 23. num. 11

Eſt remedium malorum noſtrorum. Do. 11. Pent. v. 32. n. 21

Plurium congregatorum quàm potens ſit. Dom. 5. Paſch. v. 23. n. 5

Quomodo facienda. Dom. 10. Pent. v. 11. num. 7

Non debet eſſe intereſſata. Dom. 20. Pent. v. 53. n. 7

Facta ab homine in ſtatu gratiæ, efficacior eſt. Dom. 5. Paſch. v. 23. n. 4

Etiam à peccatoribus facta exauditur. ib. num. 3

Conditiones ejus. ibid. n. 9

Meritis Chriſti jungenda, ut efficax ſit. ibid. n. 11

Nunquam ſit fruſtra. ibid.

Quænam poſtulare debeat. ibid. n. 15

Conjuncta eſſe debet bonæ conſcientiæ. ibidem.

Cur aliquando non exaudiatur. ibidem. v. 25. num. 6

Oves

Inſtinctu ſuo timidæ. Dom. 2. Paſch. v. 14. num. 14

Obediunt ad quemvis nutum. ibid.

Fertiliores omni alio animali. ibidem num. 15

A grege deviæ, peccatorem denotant. Dom. 3. Pent. v. 4. n. 4

P

Parentes

Obſtringuntur dare bonum exemplum. Dom. 20. Pent. v. 53. n. 9

Incurii cauſa ſunt perditionis filiorum. Dom. 15 Pent. v. 15. n. 22

Palatia

Magnatum vitanda. Dom. 23. Pent. v. 19. num. 5

Panis

A Chriſto in deſerto mutatus, quid ſignet. Dom 6 Pent. v. 5. n. 8

Conditiones cibandi nos aliis panibus. ib. v. 6. n. 3

Deſiderat Chriſtus, ut omnes inde manducent. ibid. n. 18

Panis Euchariſticus

Nos pro tota vita confortat. Dom. 6 Pent. v. 8. num. 3

Non conſumitur, nec per uſum deficit.

Paradiſus

Factus pro nobis eſt Do. 5. Paſch. v. 25. n. 3

Eſt deſertum Dom. 3. Pent. v. 4. n. 11

Paralyſis

Signat peccatum mortale. Dom. 18. P v. 1. n. 14

Quot cauſet mala. ib. v. 6. n. 5

Paſtores

Quomodo ſe in officio ſuo gerere d ant Dom. 23. Pent. v. 18. n. 15. & v. 19 n

Paſtor diſcretus ſimilis eſt matri. Dom Pent. v. 4. n. 7

Eſt nomen expreſſivum humilitatis & amoris. Dom. 2. Paſch. v. 11. n 2

Hac ſimilitudine Chriſtus olim expreſſus fuit. ibid. num. 4

Cui titulus boni Paſtoris ſolùm convenerat. ibidem num. 6.
Quas debeat habere qualitates. ibid. n. 9.
Quomodo animam pro ovibus ponere debeat. ibid. n. 22.
Differentia inter eum & mercenarium. ibid. v. 12. n. 2. Et. v. 11. n. 2.
In quo conſiſtat bonitas boni Paſtoris. ibid. v. 14. n. 2.
In cognitione Paſtoris æterni, ſalus noſtra conſiſtit. ibid.
Oves illos ſequuntur & amant, etiam pelle lupinâ veſtitos. Dom. 7. Pent. v. 15. n. 11.
Paſtores Eccleſiaſtici quàm diligentes eſſe debeant. Dom. 5. Pent. v. 4 n. 17.

Patientia

In ſervis Dei magnum perfectionis ſignum. Dom. 2. Paſch. v. 14. n. 14.

Pax

Conſueta inter Judæos ſalutationis forma. Dom. in Albis, v. 19. n. 24.
Fructus eſt mortis & reſurrectionis Chriſti. ibid. v. 19. n. 30.

Peccatores

Habituati difficulter reſurgunt. Dom 15. Pent. v. 14. n. 20.
Converſi ferventiores ſunt innocentibus. Dom. 3. Pent. v. 7. n. 4.
Quot conditiones habere debeant, ut pœnitere cenſeantur. Dom. 10. Pent. v. 13. n. 6.
Quotupliciter vocentur ad pœnitentiam. Dom. 8. Pent. v. 2. n. 5.
A. 4. Elementis ad mortem portantur. Dom. 15. Pent. v. 14. n. 15.
Quot ſint eorum gradus. Dom. 23. Pent. 18. n. 13.
Ad pœnitentiam reducti, cœli profeſſo- ſiunt. Dom. 3. Pent. v. 1. n. 9.
tritores ſunt diaboli. Dom. 22. Pent. 1. 2.
per patiuntur remorſus conſcientiæ. 21. Pent. v. 24. n. 6.

Peccata.

imarum plagæ. Dom. 12. Pent. v. 30. mero 15.
Patrata contra Dei cultum, graviter punita. Dom. 9. Pent. v. 45. n. 3.
Quare interna non habeant ſtatutam pœnam in lege divinâ Dom 5. Pent. v. 20. numero 13.
Meliora ſunt cum humilitate, quàm innocentia cum ſuperbiâ. Dom. 10. Pent. v. 11. num. 2.
Sacerdotalia cauſant ruinam populi. Dom. 9. Pent. v. 45. n. 2.
Tres cauſant infirmitates. Dom. 11. Pent. v. 32. num. 19.
Tollunt memoriam futuri judicii. Dom. 4. Paſch. v. 11. n. 6.
Ob multas rationes reprehenſibilia. ibidem numero 7.
Pejora quibusvis infirmitatibus. Dom. 18. Pent. v. 2. num. 11.
Occidunt animam, & vitam abbreviant. Dom. 12. Pent. v. 30. num. 15.
Quomodo ſingula mortalia ſint infinita. Dom. 1. Pent. v 38. num. 15.

Perigrini

Non modò invitandi, ſed & cogendi ſunt. Dom. 2. Pent. v. 23. n. 16.

S. Petrus

Negavit Chriſtum, quia à longè ſequebatur eum. Dom. 22. v. 15. n. 2.
Chriſtum negavit, quia nimis præſumpſit de ſe. Dom. 10. Pent. v. 9. num. 7.
In conſpectu Chriſti, humilem ſe & vilem judicavit. Dom. 4. Pent. v. 8. num. 6.

Phariſæi

Maligni in interrogando. Dom. 17. Pent. v. 35. num. 2.
Erant veluti inter nos Religioſi. Dom. 10. Pent. v. 10. n. 5.

Piſcatores

Significant Prælatos Eccleſiæ. Dom. 4. Pent. v. 2. num. 2.

Piſces

Quot eorum genera. Dom. 19. Pent. v. 9. numero 10.
Parvi quid denotent. Dom. 6. Pent. v. 7. numero 3.
Multiplicantur præ omnibus aliis animabus. Dom. 6. cit. v. 7. num. 6.
Significant animas per prædicationem converſas. Dom. 4. v. 10. num. 4.

Planctus

Theſaurus quidam eſt. Dom. 15. Pent. v. 13. num. 12.

Maximè

Maximè ſi adhibeatur ab eo, qui peccatum agnoſcit. Dom. 9. poſt Pent. v. 42. n. 4.

Pœna

Damnatorum quæ ſunt majores. Dom. 7. poſt Pent. v. 10. n. 1.

Licèt ſint infinitæ, culpâ tamen inferiores ſunt. Dom. 1. poſt Pent. v. 38. n. 15.

Pœna damni, major eſt pœnâ ſenſûs, Dom. 21. poſt Pent. v. 34. n. 4.

Infernales quàm graves ſint, Dom. 9. poſt Pent. v. 43. n. 1.

Porta

Animarum quæ ſint, Dom. in Albis. v. 19. n. 8. & 9.

Prædicatio

Libenter audita, ſignum eſt prædeſtinationis, Dom. 20. poſt Pent. v. 50 num. 14.

Quæ ſit fructuoſior. Dom. 12. Pent. v. 26. num. 3.

Prædicator

Quod habeat officium, Dom. 19. Pent. v. 6. numero 6.

Non debent leviter omittere concionem. Dom. 2. Pent. v. 21. num. 3.

Modus, quo panem verbi Dei diſpenſare debet, Dom. 6. Pent. v. 6. num. 2.

Prælati

Eccleſiaſtici curent, ut plus amentur, quàm timeantur. Dom. 4. Pent. v. 3. n. 11.

Quam in ſubditos habeant obligationem, Dom. 11. Pent. v. 35. num. 4.

Quandoque animalia animabus præferunt. Dom. 16. Pent. v. 6. n. 2.

Honorandi ſunt & occultandi eorum defectus.

Præſentia

Dei, eſt frænum nos coërcens à peccatis noſtris. Dom. 21. Pent. v. 28. n. 2. & Dom. 18. v. 4. n. 1. & Dom. 20 Pent. v. 48. n. 1.

Corporalis Chriſti in Euchariſtiâ, Dom. 3. Paſch. v. 16. n. 7.

Præſumptio

Et æſtimatio propria hominem contemptum facit, Dom. 10 Pent. v. 14. n. & v. 12. n. 2

Princeps

Defectus ſubditorum quandoque diſſimulare debet, Dom. 6. Pent. v. 4. n. 2.

Proſperitas

Obl vionem Dei inducit, Dom. 13. Pent. v. 8. n. 2.

Proximus

Quis ſit, & quomodo diligendus, Dom. 1. Pent. v. 33. n 12. & v. 27. n. 9.

Dil gi poteſt, licèt ſit in peccato, Dom. 12. Pent. v. 27. num. 9.

Quis ſit? Dom. 12. v. 36. n. 1. 2. & 3.

Parentela non conſtituit proximum, Do. 12. Pent. v. 37. n. 1. 2 & 3.

Motivum d ligendi proximum, Dom. 17. Pent. v. 39. v. 9

Providentia

Dei erga Religioſos. Dom. 6. Pent. v. 2. numero 21.

Etiam non invocata, ibid. n. 24.

Cur nonnunquam differatur, ibid. v. 3. n. 1.

Publicani

Communiter malæ conſcientiæ homines reputabantur, Dom. 10. Pent. v. 10, n. 5. & 6.

Publicanus

Indignum ſe reputans qui cœlum aſpiceret, cœlum ad ſe inclinati fecit, Dom. 10. Pent. v. 13 n. 13.

Negotiationem terrenam in cœleſtem commutavit, Dom. 10. Pent. v. 13. n. 22.

R

Regnum cœlorum

Ante omnia alia procurandum eſt, Dom. 14. Pent. v. 33. num. 6. 7. & 8.

Religioſi

Quomodo alantur in Religione, Dom. 6. Pent. v. 4. num. 3.

Ad mundum per affectum non redeant, Dom. 24. Pent. v. 18. num. 1. 2. & 3.

Caveant conſortia mulierum, Dom. 23. Pent. v. 15. num. 9.

Rete

Quo piſces capiuntur, ſignificat prædi tionem Evangelii, Dom. 4. Pent. v. 2. n 3. 4. &. 5

Riſus

Appellatur error. Dom. 3. Paſch. v. 20. n.

S

Sacerdos

Quantæ ſit dignitatis, Dom. in Albis, v. 23. num. 4 5. & 6.

Sacramenta

Cur inſtituta, Dom. 11. poſt Pent. v. 34. num. 1

Sacramentum Altaris

Et varia ejus epitheta, Dom. 3. Pent. v. 23. num 11

Dignè receptum immortales efficit, Dom. 23. Pent. v. 22. num. 13

Cur appelletur panis juvenum, ibid. v. 25. num. 26

Cur cæna, Dom. 2. Pent. v. 16. num. 8

Sacramentum Pœnitentiæ

Cur in die Paſchatis inſtitutum, Dom. in Albis, v. 1. 23. num. 2

Sacrificium

Digniſſimum, eſt gratiarum actio, Dom. 13. Pent. v. 17. n. 3. 4. 5. & 6

Sadducæi

Hæretici negabant animæ immortalitatem, Dom. 17. Pent. v. 35. num. 1

Sal

Secundùm ſuas proprietates paſtoribus adaptatur, Dom. 3. Pent. v. 4. n. 17

Saliva

Seu ſputum divinam denotat ſapientiam. Dom. 11. Pent v. 3. n. 23

Salus

Animæ in uno conſiſtit momento, à quo æternitas dependet. Dom. 2. Pent. v. 21. num. 3

Samaritanus

Ejus ſalutaria dogmata. Dom. 12 Pent. v. 33. n. 4

Significat prædicatores & confeſſarios, ibid. n. 9

Scandalum

Unde derivetur. Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 1. n. 2

Senſuales

Quot mala patiantur, Dom. 23. Pent. v. num. 6

Senſus

Exteriores ſignificantur per quinque juga boum. Dom. 2. poſt Pent verſ. 19. num. 3

Cuſtodia cordis & ſenſuum conducit ad beatitudinem, Dominica 13. poſt Pent. v. 11. num. 6

Servi

Pro qualitate Dominorum vel boni ſunt, vel mali, Dom. 20. poſt Pent. v. 53. numero 10

Societas

Mala ad præcipitium ducit, Dom. 15. Pent. v. 14. num. 11

Mala multos periclitari facit, Dom. 4. v. 7. n. 6

Solitudo

Cauſat puritatem cordis, Dom. 11. Pent. v. 33. n. 7

Sollicitudo

Divitiarum qualiter definiatur, Dom. 14. Pent. v. 25. n. 3

Cur ſit vetita, ibid. n. 7

Quæ ſit licita vel illicita, ibid. n. 7. & 8

Spiritus Sanctus.

Cur miſſus poſt Aſcenſionem, Dom. 4. Paſch. v. 7. n. 7

Quomodo ejus conſolationibus frui poſſimus, ibid. n. 25

Qualiter Apoſtolis datus. Dom. in Albis. v. 22. n. 6. & 7. & v. 23. n. 1

Mundum arguet. ob Chriſti condemnationem, Dom. 4. Paſch. v. 11. n. 2

Docuit, quod Chriſtus ante tradidit, ib. v. 13. n. 6

Diſcipulos & Prophetas, doctores effecit, ibid. n. 9

Eos per infuſam charitatem, fortes & conſtantes reddidit, ibid. v. 14. n. 5

Tribus modis ejus perſona deſcribitur, Dom. infra oct. Aſcenſ. v. 26. n. 1

Quibus modis nos conſoletur, ibidem num. 3

Ipſi tot obſtinatorum converſio poſt mortem Chriſti aſcribitur, ibid. n 32

Ad ipſum recipiendum concordia & unio diſponunt, Dom in Albis. v. 19. n. 1

Sporta

Quid ſignificet repleta fragmentis, Dom. 6. Pent. v. 8. n. 11. & 12

S. Stephanus

Cur gaudens ſuſceperit lapides, Dom. 4. Paſch. v. 13. num. 11

Superbia

Tyrannidem exercet in corde humano, Dom. 10 Pent. v. 9. n. 5

Unde naſcatur in nobis, ibidem v. 11. num. 26

Superbi

Seipſos pro objecto habent, Dom. 16. Pent. v. 11. n. 1

Ob dignitatem terrenam, nihil curant gloriam cœleſtem, Dom. 19. Pent. verſ. 5. num. 7

Superiores

Negligentes in correptione ſubditorum, ſunt canes muti, Dom. 11. Pent. v 32 n. 13

Quem reprehendendi modum ſervare debeant, Dom 8 Pent. v. 2 n. 7

Conſultant etiam quandoque ſuperiores, Dom. 6. Pent. v. 1. n. 8

Quando ipſi majores defectus habent, non corripiant inferiores de minoribus, Do. 2. Pent. v. 2. n. 1

Surdus

Significat peccatorem, Dom. 11. Pent. v. 32. n. 5

Fit peccator per malam conſuetudinem, ibid. n. 15

T

Tempus

Quàm pretioſum, Dom. 8. Pent. v. 2. n. 16

Quoniam à damnatis defleatur. ibid.

Tribulationum quàm ſit breve, Dom. 3. Paſch. v. 7. n. 3

Terra

Elementum infimum, in centro continet infernum, Dom. 14. Pent. v. 33. n. 5

S. Thomas Apoſtolus

Quomodo clavium poteſtatem acceperit, ſiquidem cùm daretur aliis, ipſe præſens non fuit, Dom. in Albis v. 24 n. 3

Nobis infidelitas ejus eſt porſitua ibid. num. 6

In multos corruit errores, ibid. v. 25. n. 2

In infidelitate per 8. dies perſtitit, ibid. v. 26. num. 1

Palpando vulnera Chriſti, optimus factus eſt Theologus, Dom. in Albis. v. 28. n. 1

Digito ſuo univerſum mundum docuit, ibid. v 29. n. 3

Innumeros populos convertit, ibid.

Thomas Morus

Ejus de mundanorum ſtultitia Conſideratio, Dom. 2. Pent. v. 19. n. 5

Timor Dei

Diſpoſitio ad recipiendam gratiam Spiritus ſancti. Dom. in Albis. v. 19. n. 13

Fundamentum ſalutis, Dom. 10. Pent. v. 9. num. 8

Titus

Et Veſpaſianus quale Judæis exterminium intulerint, Dom. 19. Pent. v. 17 num. 4

Tribulatio Anti-Chriſti

Quàm truculenta, Dominica. 24. Pent. v. 21. n. 2

Quàm diu duratura. ibidem. verſ. 22. num. 3

Tuba judicii finalis

Qualis ſit, Dominica 24. Pent. v. 31. num. 4

Terrebit reprobos, lætificabit electos, ibid. n. 1

V

Valerianus

Punitus à Deo, Dominica 17. verſ. 43. num. 4

Vana gloria

Odioſas reddit preces noſtras, Dom. 10. Pent. v. 11. n. 28

Diminuit merita, ibid. v. 12. num. 10

Verbum Dei

Non eſt negligendum, Dom. 3. Paſch. v. 18. n. 2

Quos animæ fructus afferat, Dom. 4. Pent. v. 1. n. 10

Verba injurioſa

Transfigunt animam. Dom. 5. Pent. 22. n. 27

Sunt principium rixarum & inimicitarum, ibid. n. 13

Verecundia

Conciliat Dei gratiam, Dom. 10. Pent. v. 14. n. 5

mentiri neſcit, Dominica 24. Pent. v. 25. num. 1

Dicenda, licèt diſpliceat, Dom. 4. Paſch. v. 7. num. 1. 2

Veſtis nuptialis

Myſterioſa, Dom. 19. Pent. v. 11. n. 12. 13. 14. 16. & 17.

Viduæ

Quæ cenſeantur bonæ, Dom. 15. Pent. v. 15. num. 22.

Debent adjuvari ab aliis, &c. ibid. nu. 16.

Vindicativi

Per preces quotidianas Deum irritant. Dom. 2. Pent. v. 33. n. 12.

Plus damni ſibi, quàm inimicis iuferunt, ibid. v. 34. n. 9.

Exoſi ſunt Deo, ibid. v. 34. n. 1. & 2.

Vinum

Paſſionem Chriſti deſignat, Dom. 18. Pent. v. 34. num. 5.

Vita humana

Continua mors eſt, Dom. 15. Pent. v. 12. num. 7. & Dom. 20. v. 47. n. 18.

Cui innitatur, & in quo conſiſtat. Dom. 3. Paſch. v. 16. n. 11.

Z

Zacheus.

Ob humilitatem ſuam ad beatitudinem eſt evectus, Dom. 10. Pent. v. 13. n. 7.

Zelus

Indiſcretus improperatur. Dom. 1. Pent. v. 41. num. 6.

FINIS.



1503—
A1693